Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

A-H-26

A-V-32

Universidad de Deusto
Biblioteca

CORNELII

IANSENII

EPISCOPI GANDAVENSIS

COMMENTARIORVM IN SVAM
Concordiam, ac totam Hiſtoriam Euangelicam

Prov. Germ. PARTES IIII.

Quid in vnaquaque contineatur, ſequens pagina indicabit.

Omnia iam denuò, ſed multò fœlicius quàm antea, renata, & à mendis ferè innumeris, quæ in priori editione reſederant, ipſiuſmet Authoris opera quàm accuratiſſimè repurgata, lociſque penè infinitis reddita auctiora.

Additis III. Indicibus, quicquid toto opere tractatur exactiſſimè demonſtrantibus:

Cætera verò quæ huic editioni acceſſerunt, Authoris ad Lectorem Epiſtola pleniſſimè demonſtrabit.

B.S.D.

18339

Anno 96.



Bibliotheca Prov. Germ. S.

LVGDVNI,
APVD CAROLVM PESNOT.

M. D. LXXXII.

BIBLIOTHECA COLLEGII EXAET.
DOM. SCRIPT. PROV. GERM. S. J.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAE IN SINGVLIS PARTIBVS
huiusce Concordiæ habentur.

PRIMA, præter pueritiam Christi, continet Acta eius à Baptismo vsque ad secundum Pascha, Acta scilicet vnius anni & aliquot mensium.

SECVNDA, Acta Christi à secundo Paschate, vsque ad tertium, hoc est, Acta secundi anni prædicationis eius. p. 225.

TERTIA autem complectitur Acta tertij anni prædicationis Christi, vsque ad resuscitationem Lazari. p. 465.

QVARTA verò & vltima pars continet à resuscitatione Lazari, ea quæ ad Passionem, Resurrectionem & Ascensionem Christi pertinent. p. 723.

PHILIPPO II. HISPANIARVM &c. REGI CATHOLICO,

CORNELIVS IANSENIVS
EPISCOPVS GANDAVENSIS S. D.

INTER *omnes scripturas Sacras, Serenissime Rex, singulariter eminere quatuor Euangelia, neminem esse puto qui dubitet, eo quod cùm aliæ scripturæ aliorum contineant aut dicta, aut facta, hæc ipsius filij Dei eximia dicta factáque nobis ob oculos ponant, in quorum cognitione omnis nostra salus sita est, vt meritò singulare beneficium in Christo nobis præstitum agnoscens & extollens Apostolus, exclamarit: Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum,* Hebr. 1.
per quem fecit & secula. Quanquam enim iuxta Sacrosancti Concilij Tridentini doctrinā, omnes libros tam veteris quàm noui Testamenti, (cùm vtriusque vnus sit author Deus) Sessio. 4. decreto de can. scripturis.
pari pietatis affectu & reuerētia suscipiat & veneretur Ecclesia Catholica: tamen pro materiæ diuersitate maior præ aliis reuerentia debetur quibusdam. Itaque cùm ante aliquot annos in celebri Abbatia Tongherlensi sacras literas religiosis prælegerem, post Psalmorum, aliorúmque librorum quorundam enarrationem iudicaui Euangelia non esse prætermittenda. Pro quibus explicandis vt necesse non esset quæ eadem à diuersis Euangelistis conscribuntur, iterum iterúmque repetere, & non sine tædio sæpius inculcare, totam Euangelicam historiam ex quatuor Euangelistis magno labore contextam, in vnum veluti corpus collegimus, quod prælo commissum Concordiam Euangelicā inscripsimus. In hanc fœlicissimum nacti literarum otium, memoriæ nostræ iuuandæ gratia, commentarios nobis ex omnis generis authoribus congessimus, vt nimirū futuris temporibus haberemus, vnde de quauis Euāgelica materia tractare, cùm opus esset, liceret, nec necesse haberemus ad vasta illa veterum patrum scripta magno semper labore recurrere. Quos commentarios cùm quidā intelligerent apud nos asseruari, postquam à nobis extorsissent quales quales in Psalmos, Prouerbia, & Ecclesiasticum elucidationes, quas iam proximis annis studiosis dedimus, cæperunt & illos constanter postulare, nec vrgere prius desiterunt, quàm animum nostrum in premendo hoc opere alioqui obstinatissimum peruincerent, atque expugnarent. Quanquam enim quæ super Concordia nostra conscripseram, priuatim ea mihi collegissem, nec ignarus forem quàm esset multis calumniis & periculis obnoxiū, quicquā hoc tam docto & nasuto sæculo in publicum ac lucem emittere: tamen quoniā ex Salomone didiceram, & sine fictione discendum, & sine inuidia cōmunicādū quod Dei dono datū esset, nolui studiosorum voluntati deesse, ma- Sapiē. 7.

† 2

lens eruditionis nostræ existimationem apud homines periclitari, quàm defossi in terram talenti, & absconditæ sub modio lucernæ coram Dei iudicio reus peragi.

Cum autem ex veteri receptóque more quærendus quispiam esset, cui nostrum hoc opus dedicaremus, mox se mihi obtulit Serenissima Maiestas vestra, cui multis id nominibus deberi videbatur. Sed reuocabant me tum pudor & verecundia, tum ipsius quoque muneris exilitas, quæ tantum apud animum meum valuerunt, vt planè hanc ab eo cogitationem depulsura fuerint, nisi animos audaciámque addidisset amplissimus Ecclesiæ nostræ Præpositus, Dominus Vigilius, cuius consilijs vt in Belgicis negotijs non sine magno Reipublicæ commodo Maiestas vestra lubenter vtitur, ita & ego illis auscultare, eiúsque in rebus nostris omnibus voluntatem ac authoritatem (vti par est) sequi & amplecti soleo. Certè quoties mecum reputo quantum Maiestati vestræ debeam, quæ humili me natum loco tam singulari semper fauore prosecuta est, vt cùm priùs Louanij Ecclesiæ D. Iacobi Decanatu, ac deinde imposita ad Tridentinum Concilium profectione decorasset sic
Psal. 112. tandem erexit, vt cum principibus populi Dei in sublime collocaret: ingratus sim profecto, nisi tantam beneficiorum magnitudinem aliquo saltē oblato munusculo agnoscam. Tametsi enim Episcopalis dignitas ea onera, molestias, curásque adferat, vt ob eam non sit magnopere gloriandum, tamen in tanti principis tam propenso fauore quis non ex animo gaudeat, sibique gratuletur? Sanctissimus ille Dauid in regem à Deo electus, quanquam non ignoraret, qui sibi labores ac pericula dignitatis huius nomine subeunda forent: tamen in hac Dei gratia seu beneuolentia mirè delectatus, animóque exhilaratus, magnificè exultat & gloriatur, sedénsque coram Domino, præstitum sibi beneficium agnoscens: Quis ego sum, inquit, Do-
2. Regum. 7. mine Deus, & quæ est domus mea quia adduxisti me hucusque? Cùm ergo post dedicatos patronis quibusdam nostros in Psalmos, Prouerbia, & Ecclesiasticum Commentarios, superessent ij, quos in hanc Euangelicam Concordiam conscripseramus, postulabat ipsa gratitudinis ratio, vt supremum nostrum, maximique laboris opus, supremo etiam maximoque patrono nostro dedicaremus. Quod ipsum argumenti quoque Euangelici excellentia efflagitare videbatur. Cuius enim alterius tutelæ Euangelica & Catholica veritas committi potius debeat, quàm ei qui in suscepta semel eius defensione ita hactenus versatus est, vt
Concil. Toleta. 6. cap. 3. & Concilio 8. cap. 10. non re tantum, sed inter reliquos omnes Christiani orbis principes, Catholici peculiariter nomine censeatur? Quod quàm ei verè tributum sit, & orbis totus, nósque in primis Belgij lubenter agnoscimus & prædicamus: apud quos dum Catholica religio grauiter periclitaretur, eandem Catholici Regis beneficio sartam tectam adhuc retinemus, &, vti spero, in finem vsque per Dei gratiam retinebimus: tametsi opprimere eam non pauci summis hinc inde viribus conati fuerint. Ecquis enim, Deus bone, commemorare queat, quàm grauiter, quámque variè oppugnata hîc nuper sit Christi Ecclesia? primùm quidem per hæreticos concionatores, qui variis ex locis turmatim aduolantes, velut alteræ quædam Aegypti locustæ, vniuersam terræ faciem opplerant, atque omnem eius virorem depascebant: dein per prophanam sacrilegámque iconomachorum audaciam: denique per armorum potentiam, ac vim mílitarem non vno in loco desæuientem. Horret animus quoties tantorum malorum & periculorum in mentem venit: sed ex quibus omnibus maturè, prudenter ac fortiter Dei gratia per datum ab eo nobis alterum Dauidem seruati & liberati sumus, effectúmque vt omnia illa hostium consilia, conatus & machinationes, vanæ irritæq; concide-
rint, palmam autem victoriámque Catholica obtineret religio, Quod vt hactenus fæliciter, ita & in posterum quoque futurum confidimus, protegente nos Deo per tuum, Serenissime Princeps, præsidium & pium zelum, quem pro Ecclesiæ fideiq; defensione geris syncerissimum atque ardentissimum. In quo vt erga regiones hic tuæ Maiestati subiectas constanter perseueres, ex animo mecum omnes pij precantur, necob delicta quædam superioribus

bus his annis contra Deum & Maiestatem tuam per quosdam commissa, alieniore ab iis animo fias: sed pro insita tibi clementia eorum oblitus, solito eas affectu prosequi, fouere, defendereq; pergas, memor eius quod sapientissimus ille Rex ait: Misericordia & veritas cu- Prou. 20.
stodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Nota est omnibus, Rex Serenissime, opum tuarum magnitudine, regnorum potētia atque amplitudo: sed vincit hæc omnia, superatq; paterna illa tua pietas atque clementia, quæ longè te magis quàm priora illa, celebrem orbi toto commendatumq; efficiunt. Quæ & ipsa audaciam nobis addidit, vt ingratitudinis argumentum, & defensæ per te semper fidei, Euangelicæq; veritatis agnitionem, qualesquales hos nostros in Euangelicā Historiam labores dedicare non vererer: quos vt grato animo suscipere, nosq; acciuitatem nostram Gandensem, totam denique regionem tuæ Maiestati commendatam habere digneris, etiam atque etiam obsecramus, semper Dominum rogaturi, vt eandem Maiestatem Vestram nobis totique Ecclesiæ suæ diu seruet incolumem, & ad sui nominis gloriam fideique Catholicæ conseruationem, de hostibus semper suis fæliciter triumphantem. Gandaui, pridie Kalend. Nouembr.

1571.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD LECTOREM.

CVM iam constitutum apud me esset, amice Lector, vt Commentarios in Euangelicam nostram Concordiam olim à nobis conscriptos in publicam venire permitterem, in primis consilij factiq; nostri rationem aperiendam, & calumniis quibus obnoxium me fore videbam, occurrendum existimaui. Etenim nihil addubito, quin miraturi sint permulti, quòd hoc tã docto, delicato, & nasuro sęculo opus hoc nostrum in lucem ediderim, in quo, vt vereor, multi multa sunt habituri, quę non immerito fortasse reprehendant. Offendet enim alios nimia passim prolixitas: desiderabunt quidam non paucis in locis maiorem diligẽtiam, & curam exactiorem: erunt quos malè habebit neglectior stylus, & minus elegans oratio. Denique non deerunt fortasse, qui in tanta commentariorum turba totum hoc studium nostrum, velut superfluum & inutile reiicient. Verùm hos omnes, cognita quæ nobis fuerit scribendi ædendiq; occasione, & placabiliores, & operi huic nostro æquiores fore confido.

Cùm ante annos complures in præclara Tongherlensi Abbatia Concordiam nostram Euangelicam prælegerem, multoq; ibi otio: & magna optimorum librorum instructissimæ illic bibliothecæ copia perfruerer, non inutile futurũ iudicaui, si quæ omnigenũm scriptorum lectione & priuata meditatione in hanc rem colligere tunc temporis potui, ea ne diffluerent, chartis seu fidis sodalibus committerem, simul & in posterum ad manũ habituru, vnde de Euangelico aliquo loco ad populum verba facere, aut in scholis ex pulpito disserere possem. Quæ res quàm mihi fœliciter cesserit, ipsa me tandem experientia docuit. Etenim cùm post annos aliquot ad pastoralem Cortracensis ciuitatis curam euocatus, tot tantisque illic negotiis in diuersa distraherer, vt vix respirandi spatium esset, id mihi superior diligentia præstitit, vt ea sola adiutus, ad creberrimas, quæ in Ecclesia habendæ mihi erãt, conciones abundè sufficerem, nec necesse haberem ad veterum semper patrum prolixissimos tractatus cõmentariósque recurrere: quod sanè nisi multi temporis studio ac meditatione fieri non poterat. Quando enim tot tam diuersorum interpretum diuersas, adeóque aduersas interdum & pugnantes sententias: non tantùm vestigare, deprehendere, in vnũ colligere, verùm etiam diiudicare inter eas possem, nisi ab aliis omnibus curis negotiisque feriatus, quę vndique mihi tum caput circumstrepebant? At verò hoc labore confecto, nullum mihi vnquam arctum nimis vel angustum tempus fuit, quin ad sermones populo faciendos, maturè satis, quoties opus foret, instructus esse possem.

Cæterùm ad Academiam Louanien sem reuersus cùm essem, atque has commentationes amicis quibusdam nostris, discipulisque nõnullis communicassem, efflagitare constanter illi cœpere, vt eas in communem studiosorum vtilitatem publicas facerem. Sed cùm non ignorarem multa adhuc illic inesse, quæ diligentiorem curam, & exactiorem limam desideraret, nequaquam eorum postulationibus acquiescendũ iudicaui: id tamen à me impetrarunt, vt quatenus per otium liceret, opus ipsum recognoscerem, & velut ad incudem reuocarem. Quod vbi agressus sum à capite perlegere, multa passim occurrerũt, quæ animo nostro nequaquam satisfacerent: non pauca igitur compluribus in locis immutaui, addidi permulta, dispunxi nonnulla, quæ superesse alicubi & redundare videbantur. Hæc dum ago, ad Episcopalem subitò curam euocatus, castigationem hanc intermittere sum coactus, qua tamen nisi perfecta, premendum esse scriptum hoc, fixum constitutúmque habebam, Verùm aliquanto pòst cùm alia quædam iamdudum ad æditionem præparata in lucẽ emisissem, rursum instare iidem illi cœpêre, vt eadem opera & has Euangelicas enarrationes prælo excudendas traderem: neque vrgere priùs destiterè, quàm reluctanti è manibus eas extorserunt: quibus facilius vt cederem, non minima inter cæteras causa fuit, quod tametsi perficiendæ vt cœperam recognitioni nullũ mihi idoneum ac iustum otium polliceri possem, mallem tamen me viuo scripta hæc nostra in hominum manus venire, quando quæ à doctis reprehenderentur, mutare possem, cuius præstandi nulla mortuo potestas foret.

Habes, amice Lector, & scripti & æditi operis huius rationes & occasionem, quæ si tibi non satisfaciunt, iis impura, qui molestiis ac penè quotidianis interpellationibus sui nolentem volentem ad eius æditionem pertraxere. Quanquam ad prolixitatem quod attinet, si omnes quæ cum ea coniunctæ sunt commoditates plenè cognoueris, nihil addubito, quin hoc quicquid est molestiarum, ac tædij abundè tibi pensatum censeas. Nam primũ quidem habes

habes hic varias in vniuersum Christi Euangelium selectissimorum probatissimorúmque interpretum, præsertim vetustiorum, enarrationes ac sententias, quas omnes velut in Concilio quopiam audire propositas, vt est iucundissimum, ita magno sanè iis commodo fuerit, qui harum rerum studiosi vel copia librorum, aut viua magistri voce destituuntur: aut quibus prolixos veterum tractatus vel non vacat, aut certè non lubet euoluere. Vbi ne quem fortasse varietas multa perturbet, suspensúmque teneat, quid sequi potissimum & amplecti debeat, censuram quoque iudiciúmque nostrum adiunctum offendes, quo quæ nobis maximè probetur sententia aperimus. Qua in re etsi non temerè, nec sine summo iudicio & examine versati sumus, genuinum vbique & germanum scripturæ sensum inuestigantes, liberam tamen cuique quod volet eligendi potestatẽ relinquimus. Neque verò literalem hîc tantùm scripturæ sensum, quem author Spiritus sanctus in primis propositum habuit, sed mysticum quoque non indiligenter tractatum inuenies, eúmque non commentitium, coactũ aut procul petitum, sed à Patribus ipsis acceptum, & primariæ sententiæ fundamento pulchrè innixum ac exædificatum. Quẽ vbique exploratũ habere, quantũ profuerit Ecclesiastis, & verbi Dei ad populum præconibus, quorum est Euangelicas omnes historias ad morum ac vitæ informationem accommodare, nemo est qui non facilè intelligat. Hæc itaque omnia dum præstare conor, & omnium vtilitatibus consulo, sicubi fortasse laudatã in dicendo breuitatem aut mediocritatem seruare non potui, dabis vt spero, candide Lector, veniam, opúsque hoc nostrum, quod incredibili est nobis labore congestũ, grato animo accipies, etiamsi non omnium palatis omnia fortasse conuenient. Neque enim propterea reprehendendus est splendidus quispiam conuiuator, qui mensam variis fercelorũ generibus instruxerit, quòd singula singuli degustare deuorareque non possint: magnã enim & laudem & gratiam meruit, si nihil eorum prætermisit, quibus desiderio & palato quisque suo satisfacere abundè possit. Ita & in hoc quoque opere nostro, si & doctores, & auditores, & Ecclesiastæ, & studiosi denique omnes pro suo quisque instituto inueniet, quod prodesse & iuuare eum queat, nihil video esse causæ, cur molesta cuique prolixitas esse debeat. Sed nolo hac in re esse prolixior: spero enim causæ ipsius æquitatem facilè tibi persuasuram, vti satisfactionem hanc nostram non illibenter admittas.

Vnum restat, de quo mihi es admonendus. In texenda hac Concordia nostra, elementis, & notis quibusdam ad hanc rem necessariis vsi sumus, quorum vim & significationem probè cognitam habere oportet. In primis igitur occurrunt primæ quindecim alphabeti nostri literæ, in hoc à nobis assumptæ, vt ex iis intelligatur quid cuique Euangelistæ propriũ, quid cum aliis, & cum quibus, atque cũ quo commune. Primæ enim quatuor, singulos Euangelistarum solos loquentes designant: A Matthæum. B. Marcum. C. Lucam. D. Ioannem. Sex autem quæ sequuntur, E F G H I K, binos in aliquo conuenientes significant, è quibus, vt memoriam adiuues, vnicuique Euangelistæ tot adscribito, quot eum alij Euangelistæ in ordine Euangeliorum sequuntur. Matthæo scilicet E F G. E cum Marco, F. cum Luca, G cum Ioanne. Marco verò has, H & I. H cum Luca, I. cum Ioanne. Lucæ autem vnam, vtpote K, quæ eum significet cum Ioanne conuenire. Quatuor aliæ quæ restant, L M N O, ternos designant Euangelistas, quia quatuor modis, quæ quatuor sunt, triplicari possunt. Ex his ergo similiter pro memoria iuuanda totidem vnicuique adscribito, quoties ipsum duo sequuntur Euangelistæ, Matthæo scilicet tres, L M N, quia ter eum duo sequuntur, vtputa Marcus & Lucas, Marcus & Ioannes, Lucas & Ioannes. Itaque L Matthæum, Marcum & Lucam designat: M Matthæum, Marcum & Ioannem designat: N Matthæum, Lucam & Ioannem designat: Marco verò vna tantùm deputari potest, quia ipsum semel tantùm duo sequuntur, Lucas scilicet & Ioannes, quare O Marcum, Lucam, & Ioannem signat. Postrema verò nota P, omnes simul idem loquentes signat.

Cæterùm quum frequenter eueniat, vt plures Euangelistæ eandem sententiam diuersis verbis proferant, quæ in contextum relata narrationis consequentiam impediuissent, quotiescunque id obuiam fuit, tum verbis aptioribus in contextu collocatis, alia in margine sunt posita, aliquo horum signorum, † Δ ‖ vtrobique appositо, quò agnoscatur quibus verbis in contextu positis respondeant dictiones marginales. Quòd si, vt subinde accidit, non sit in originalibus Græcis ea quæ in nostra lectione, dictionum varietas, & ipsum tibi significabit cifra o, nam id nonnunquam profuerit agnouisse. Iam cùm quandoque vsu venerit, vt de nostro ob narrationis cohærentiam aliquid adiiciendum fuerit, quod tamen parcissimè factum est, nec ferè nisi in adiectione coniunctionis, &, tum illæ dictiunculæ his duobus signis [ ] sunt conclusæ, ne Lector fallaris, sed adiectitias agnoscas. Cùm verò ob eandem causam aliquid ex Euangelistis omittendum fuit, quod frequenter contigit in dictionibus, Et, Autem, Ergo, signum asteriſci*tibi notabit. Cùm autem sententiam Christi Euangelista quispiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

pluries diuersis retulit locis, aut alius alio loco cõmemorauit, marginalis adnotatio, & Euãgelistæ & Concordiæ caput indicabit, ita vt priorem numerum intelligas, Euangelistæ, posteriorem Concordiæ caput designare.

Porrò operi huic nostro adiecimus Euangelicam historiam, quatuor partibus per compendium comprehendentem ea quæ de Christo sunt in quatuor Euangeliis, iuxta ordinem in Concordia Euangelica obseruatum. Adiecimus quoque præter capitum Summaria (in quibus breuiter tota Euangelica historia continetur, & mox percipitur vbi quis à narrationis serie defecerit) tres Indices, non parum vtiles. Quorum primo deprehendi mox poterit, in quo Concordiæ capite singulorum Euangelistarum omnia sint quærenda. Altero, in quo Concordiæ capite inueniri possint Euangelia Dominicalia, & Festorum, per totum annum in Ecclesia decantanda. Tertio verò, de rebus & verbis maximè insignibus in hoc opere comprehensis agitur. Tu ergo, candide Lector, nostris fruere laboribus, nec priùs de ordinis serie iudicium proferas, quàm rationes eius presse apud te expenderis: quod si facis, futurum spero, ne posthac aliorum in hac causa labores magnoperè sis desideratutus.

Bene vale, & nostri in precibus tuis apud Dominum Iesum memor esse digneris.

CANON AD INTELLIGENDAS literas, quæ in huius Concordiæ textura occurrunt.

SINGVLI { A Matthæus. B Marcus. C Lucas. D Ioannes. } BINI { E Matthæus. Marcus. F Matthæus Lucas G Matthæus Ioannes. H Marcus Lucas. I Marcus Ioannes. K Lucas Ioannes. } &

TERNI. { L Matthæus, Marcus, & Lucas, M Matthæus, Marcus, & Ioannes, N Matthæus, Lucas, & Ioannes, O Marcus, Lucas, & Ioannes. } TACENTE { Ioanne. Luca. Marco. Matthæo. }

QVATERNI. { P Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes.

EVANGE

EVANGELICA HISTORIA, QVATVOR PARTIBVS PER COMPENDIVM COMPREHENDENS quæ de Christo sunt in quatuor Euangeliis, iuxta ordinem in Concordia Euangelica obseruatum.

PRIMA EVANGELICÆ HISTORIÆ PARS, continens per compendium, quæ ad Christi infantiam & pueritiam pertinent, & ab eius baptismo, acta vnius anni & aliquot mensium.

CAPVT CONCORDIÆ I.

VERBVM, quod apud Deum erat ab æterno, & ipsum Deus existẽs, per quod omnia facta sunt, omniũ item vita, sed hominũ peculiariter lux, missò priùs testificandi gratia Ioanne, in mundum tandem venit, carnemq; assumpsit, nobiscum conuersatus.

2. Quod ad hunc accidit modum: In diebus Herodis regis Iudææ, Zachariæ sacerdoti seni per angelum Gabrielem, apud aram prædicitur, filium, qui Ioannes sit nuncupandus, ipsi ex vxore Elizabeth, sterili & anu, nasciturum ipsumq; vsque ad horum euentum, ob incredulitatem, mutum permansurum.

3. Itaque cùm post hæc verba mox concepisset Elizabeth, sexto ab eius conceptu mense, idem Gabriel à Deo, ad Mariam virginem desponsatam Iosepho, missus Nazareth, prædicit filium qui Iesus sit appellandus, ex ipsa nasciturum, idq; illæsa eius virginitate, nimirum per Spiritus sancti superuentionem.

4. Ex quo nuntio, cum item conceptum cognatæ suæ Elizabethis virgo intellexisset, atque ob id illam mox salutandi causa inuiseret, ad eius præsentiam mater foetusq; spiritu afflantur, lætitiaq; signa edunt: vnde & virgo ad magnificandum Deum celebri commouetur carmine.

5. Post tres ergo deinceps menses, quibus apud anum virgo perseuerauerit, peperit Elizabeth filium, cui cùm octauo die alijs frustra renitentibus, nomen Ioannes impositum à parentibus esset, recepta Zachariæ loquela, magnificè Dei beneficium humano generi recens præstitum, Prophetico spiritu cantauit.

6. Secuta est suo tempore, hoc est, sexto dein mense, Christi generatio, nobile habens ex Abraham per Dauid exordium: per tres tessaradecades. In quarum prima regnum Abrahæ promissum expectabatur. In secũda, idem in Dauide coeptum floruit. In tertia, idem collapsum, nouo modo per Christum expectabatur restaurandum.

7. Cæterùm priusquàm virgo Christum pareret, Ioseph eius maritus, cum animo fluctuaret, quod à se neutiquã cognita grauidam aduerteret, angeli in somnis monitu confirmatus est, ne desponsatã sibi relinqueret vxorem, edoctus illam è Spiritu sancto concepisse.

8. Proinde cùm Cæsarei occasione edicti cum illa ascendisset è Nazareth in Bethlehem ciuitatem Dauid, accidit vt tum ibidem virgo filium pareret, quem pannis inuolutum, ac in præsepio positum, Angeli monstrũt.

9. Pastores primi inuiserunt, ac post hos Magi ex Oriente nouæ stellæ ortu excitati. Hierosolymis priusquam natiuitatis loco propheticis verbis instructi, ac deinde eiusdem stellæ ductu ad eundem locum delati, ex quo post sacra munera puero oblata, ne ad vafrum Herodẽ redirent, oraculo in somnis commonefacti, alia via redierunt ad sua.

10. Post hæc demũ ipso purificationis puerperæ die, oblatus tanquam primogenitus in templo puer, primùm à Simeone iusto sene, post longam eius expectationem: deinde & ab Anna vidua, agnoscitur ac prædicatur.

11. Quibus peractis, Ioseph angeli impulsu cũ puero & matre fugiens in Aegyptum, eundem Herodis iniuriæ subtraxit, quam noui Regis metu impius ille in Bethlehemiticos exercuit infantes. Quo extincto, rursum angeli monitu in terram Israel regressus Ioseph, relicta metu Archelai Herodis filij Iudæa, oraculo secessit in Nazareth Galilææ vnde Nazarei nomen puer accepit.

12. Qui iam duodennis factus, cùm solenni Paschæ die, parentibus pro consuetudine Hierosolymam petentibus iunctus, & ipse eò ascendisset, ab ipsis desideratus post triduum in templo est repertus inter doctores, cum quibus reuersus Nazareth, subditus illis, profecit non tantùm ætate, sed & sapientia, ac gratia apud Deum & homines.

13. Cum autẽ iam virilem attigissent ætatem Ioannes & Christus, tempusq; esset prædicandi per ipsos Euangelij, anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, prior Ioãnes austeritate loci, vestitus, ac victus populo venerabilis, verbo ac baptismo ad poenitentiam homines inuitare coepit, seuerè incessens, ac terrens, præsertim Pharisæos ac Sadducæos, turbis misericordiæ opera, Publicanis iustitiæ tenorem, militibus iniuriæ abstinentiam præscribens: se non, vt putabatur, Christum esse contestãs, sed alium, qui post se venturus esset, fortior ac dignior.

14. Et ecce promissus Christus mox inter alios & ipse Ioannem adiit baptismi gratia, quem ab eo, licet aliquandiu reluctante, suscipiens, paterna voce ac Spiritus sancti in columbæ specie descensu, declaratus est esse filius Dei, cùm eatenus putaretur esse filius Ioseph iam tricesimum agens annum, per quem deinceps humanum genus reduceretur ad Deum, vt qui filius Dei existens homo factus est, homines per se Dei filios redderet.

15. Paterno ac spiritus testimonio declaratus quis esset Iesus, mox in desertum secessit, vbi post quadragenarium ieiunium, sine omni cibo peractum, tandem famis occasione varie est à Sathana tentatus, scire percupido, num is esset, qui coelesti voce denunciatus erat quo in omnibus superato, sancti angeli ministerium ei debitum obtulerunt.

16. Successit his Ioãnis de ipso testimonium, qui & rogantibus missis ad se sacerdotibus respondit, se nequaqam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quaquam eũ quem putabant esse, sed aliũ iam venisse, qui is esset, sed dignior ac prior, & postera die præsentem Iesum digito demonstrans, denũtiauit ipsum esse, qui à se promissus erat, & ab omnibus expectabatur.

17. Ac rursum, altera die eundem discipulis suis demonstrando, agnum Dei prædicauit, qua occasione, quinque illum discipuli agnoscere, ac sequi cœperunt, Andrea ipsum fratri Simoni, Philippo eundem Nathanaëli insinuante.

18. Tertia dehinc die, discipulis vidẽtibus, per matris solicitationem, aquam in nuptiis conuertit in vinum, hoc suorum omnium miraculorum primo, Galilææ vicum, cui Cana nomen erat, cohonectans, ac se tandem quis esset, post aliorum testimonia declarans.

19. Post hæc seipsum magis manifestaturus, è Capharnaum, vbi aliquot diebus cum suis mansérat, ob instans pascha Iudæorum ascendit Hierosolymam, vbi flagello de funiculis facto è templo abegit vendentes, rogatusq; signum vendicatæ authoritatis, mystico sermone templum à Iudæis soluendũ, & à se post triduũ excitandum denunciat, multisq; eo loci patratis miraculis, plerosque ad credendum in se pertrahit.

20. De quorum numero vnus Nicodemus, Pharisæus, princeps Iudæorum, nocturno cum ipso colloquio docetur regenerationis per aquam & spiritum mysterium, crucis item ac fidei vim.

21. Regenerationis necessitate denũciata, Dominus qui ad hoc vsque tempus in Galilæa cõmoratus fuerat cum suis discipulis, in Iudæa morari incipiens, cœpit & baptizare, cùm adhuc Ioannes baptizaret. Qua occasione, cùm discipuli Ioannis quererẽtur apud ipsum, quòd plures ad Iesum confluerent, Ioannes rursum illum se longè superiorem non obscurè testatus est, quem proinde necesse esset crescere, se autem minui.

22. Qui sub idem tempus, quasi suo defunctus officio, Christo suã auspicante legationẽ, ab Herode tetrarcha ob reprehensum adulteriũ, cõiectus est in carcerem.

23. Huius captiuitatem, ac simul Pharisæorum contra se ob populi ad suum baptismum confluxum, inuidiam intelligens Dominus, relicta Iudæa suam repetiit Galilæam. In quo itinere, cùm necessariò interiacentem Samariam pertransiret, occasione petitæ à se fatigato aquæ, mulieri cuidam Samaritanæ, post longam vltro citroq; collocutionem, tandem innotescit, ac per eam multis Samaritanorum, apud quos duos dies rogatus mansit, post quos cœptum prosecutus iter, peruenit in Galilæam, ab incolis begninè receptus, ob miracula Hierosolymis conspecta.

24. Rursum ergo inuisens vel in transitu Canam Galilææ, à se prius miraculo primo nobilitatem, reguli filium in Capharnaum ex febri periclitantem, à patre serio requisitus, absens verbo sanitati restituit, fuitq; in secundũ iam miraculum, ab ipso in Galilæa æditũ.

25. Cæterum iam ingressus Galilæã, relicta ob causam ciuitate Nazareth, in qua enutritus ad hoc vsque tempus habitauerat, Capharnaũ nobile Galilææ emporium, veluti cõmodam suæ prædicationis sedẽ sibi pro mansione delegit, in qua & ex qua deinceps post Ioannem palàm acclarè aduentum regni Dei denunciauit, ad pœnitentiã ac fidem prouocando, quam prædicationem cùm per vniuersam Galilæam longè lateq; spargeret, morborumq; curationibus illustraret, per totam Syriam celebre factum est nomen eius, ita vt ad eum vndique cum ægris plerique confluerent.

26. Cùm autem opus illi esset perpetuis quibusdam suorum operũ ac doctrinæ testibus, ac coadiutoribus. mox à prædicationis exordio, cùm fortè iuxta mare esset Galilææ, è mari duo fratrum piscatorum paria ad se sequendum euocat, miraculo capturæ piscium priùs in sui admirationem raptos, qui & mox omnibus relictis constantes iam illi adhæserunt. Erant autem Petrus & Andreas, fratres: Iacobus item & Ioannes, fratres, Zebedæi filij.

27. Cũ his Capharnaũ ingressus in synagoga, sabbatho, post doctrinã, spiritũ immũdũ pellit à dæmoniaco, multis ob hoc ipsius potestatẽ & doctrinã mirãtibus.

28. Vnde egressus, & cum eisdẽ discipulis in domũ Petri ingressus, febricitãtem eius socrum suo imperio sanat. Quarum rerum fama increbrescente ad vesperã eius diei, domus à multis languidis & dæmoniacis eò adductis obsessa est quos omnes manibus impositis curauit. Postridie verò, summo mane egressus Dominus solus desertũ petiit, orãdi causa, vbi primùm à Simone cũ suis ipsum requirẽte deinde & à turbis repertus est.

29. Itaque cùm se à turbarum multitudine circunseptum videret, iussit discipulos transfretare, ibi tum quidam ipsum sequi volentes reiiciuntur.

30. Cùm autẽ dimissis turbis nauim ascendisset, ipso inter nauigandum obdormiente, grauis tempestas exorta metum discipulis iniecit, à quibus excitatus post increpatam illorum diffidentiã, suo imperio tranquillũ mare reddidit, cum omniũ qui aderãt stupore.

31. Nauigio ergo delatus in regionem Gerasenorum, Galilææ oppositam, obuios duos dæmoniacos liberauit à dæmonibus, quibus ipsius permissu in porcos ad duo milia ingressis, eosq; in mare demergentibus, à perplexis incolis rogatus vt discederet, rursus eò vnde venerat transfretauit.

32. Egressus nauim, à turba cõfluẽte benignè excipitur, ac Capharnaũ rursum ingreditur, vbi vna dierum in domo existens ac docẽs, paralyticum per tegulas ob turbam ad se demissum, post peccatorũ remissionem sanat, Pharisæorum obmurmurationem cõfutans.

33. Post quæ rursum ad mare egressus, in via Matthæum ad telonium sedentem, ad sequelam sui vocat, à quo deinde conuiuio cũ plerisque publicanis exceptus, secutam ob id Pharisæorum murmurationem sapienter repressit, sicut & eorundem cum discipulis Ioannis murmurationem aliam mox subsequentem, ob neglectum à discipulis ipsius ieiunium.

34. Cui disputationi cũ adhuc esset intentus, à principe quodam synagogæ Iairo rogatur pro sanãda moribũda eius filia duodẽni, ad quã dum pergit curandam hæmorrhoissam duodẽnem in via sanat: ac posteà domũ Iairi ingressus, eius filiã iã mortuã vitæ reddidit.

35. Vnde digressus ductus cæcis se sequentibus visum reddidit, ac post eos mox dæmoniacũ mutũ curat, turbis quidẽ mirantibus, ac Pharisæis calumniãtibus.

Secunda

Secunda pars continens acta Christi, à secundo Paschate, vsque ad tertium, hoc est, acta secundi anni ptædicationis eius.

CAP. CONCORDIAE XXXVI.

POst hæc, cùm ob Pascha Iudæorum, Dominus rursum ascendisset è Galilæa Hierosolymã, apud probaticam piscinam, sabbatho eum qui triginta & octo annos languerat, curat, iussum à se tollere suum grabatum, vnde Iudæorum insectationi obnoxius, prolixè disserit de sua cum patre operatione ac potestate etiam mortuos suscitandi, & iudicandi omnes, pro quorum confirmatione testimonia profert patris, Ioannis, suorum operum, ac Mosis, omniumque scripturarum.

37. Sic confutatis semel Iudæis, cùm deinde Pharisæi discipulos ob spicas sabbatho decerptas, confricatas ac comestas calũniarẽtur, rursum eorũ calũniã cõfutat.

38. Itidem & tertiò faciẽs, cùm alio quodam sequẽti sabbatho, in synagoga curans quendam habentem manum aridã, sentiret Pharisæos tacitè se criminari. Qua tamen satisfactione, cum nihilo meliores illi efficerentur, sed consultarent de perdendo ipso, Dominus secessit ad mare, multa tamen eum sequente turba, ex omnibus collecta regionibus, cuius ægros cunctos & dæmoniacos curauit.

39. Quo tempore cùm turbis relictis, in montem orandi causa ascendisset, post noctem orando transactam, ex omnibus discipulis ad se vocatis, duodecim elegit, quos & Apostolos nominauit. Cum quibus è monte descendens, coram immensa hominum multitudine, insigni sermone summam Euangelicæ vitæ ac perfectionis complexus est, primùm quidem docens quibus in rebus verè contra hominum sententiam sita sit fælicitas, ac infælicitas hominum.

40. Deinde veterem legem perfectioribus mandatis adimplens, per quorum obseruationem Pharisæorum iustitia superanda sit.

41. Tum & eleemosynam, orationem, ac ieiunium aliter à nobis exhibenda quàm à Pharisæis, docens.

42. Ab auaritia posteà, ac solicitudine rerum terrenarum auocans.

43. Adiiciens his, nec temerè iudicãdum, nec temerè docendum, orationi instandum, à pseudoprophetis cauendum, suæq; huic doctrinæ firmiter inhærendum.

44. Doctrinam secuta leprosi mundatio, quem mundatum ad sacerdotem misit.

45. Ingressus deinde Capharnaum, Centurionis ob raram fidem insigniter commendati, seruum absens paralysi liberauit.

46. Post quod ad ciuitatẽ Naim profectus, vnigenitum viduæ filiũ sepulturæ proximũ, ad vitã reuocat.

47. His autem miraculis ex discipulorum suorum narratione auditis, Ioannes è carcere ad Christum discipulos misit, per quos rogaret num ipse esset expectatus Messias. Quibus cum mãdato ad Ioannem remissis, cœpit Dominus & Ioannis prædicare dignitatem, & eorum exprobrare duritiam, qui nec per Ioannem, nec per se, ad resipiscentiam commoti fuissent, Pharisæos potissimum ac scribas notans, eisq; apud Deum præferens publicanos, atque apud seculum abiectos.

48. Quod ipsum insigni aliquando exemplo demonstratum est cùm rogatus à Simone Pharisæo ad conuiuium Dominus, peccatrici ob singularẽ doloris & amoris significationem multa peccata remissa, ac Pharisæo frigidè amanti ac parũ humili prælatã esse testatus est.

49. Cùm autem post longũ per diuersa loca circuitũ, sese aliquãdo domũ recepisset, confestim rursum à turba circundatus, oblatũ sibi dæmoniacũ cæcum & mutum ab omnibus simul liberat malis. Quod factũ cùm admirantibus turbis rursum quidam Pharisæorum ac scribarum calumniarẽtur tanquam dæmoniacum, aliq; cœleste potius signum requirerent, Dominus primùm efficacibus ostẽdit rationibus, nequaquam illud debere videri diabolica factum virtute, sed potius contraria, diuina scilicet: atque ob id Pharisæorum calumniam, tanquã in Spiritũ sanctum cõmissam, inexpiabilem, tùm & negat illis dandũ quale volebant signũ è cœlo, sed potius è terra, quod eos maximè sit condemnaturũ.

50. Hac eius rationabili, ac plane diuina disputatione audita, mulier quædam è turba fœlicem proclamat tanti magistri matrem. At Dominus fœlices prædicat auditores & obseruatores verbi Dei. Quos eosdẽ mox matrem ac fratres appellat, cùm à quodam interpellaretur, suggerente matris fratrumq; aduentum, quærentium illi loqui.

51. Eodem die egressus domo rursum mare adiit, vbi congregata ad eum turba plurima, iterum cœpit docere, sed in variis parabolis. Et imprimis parabolam proposuit seminantis, quadriformis seminis euentu, variam Verbi diuini in hominibus operationẽ indicans, quemadmodum Apostolis suis seorsim aperuit.

52. Tum & subiunxit parabolam de zizaniis, semini bono permixtis, quæ vsque ad consummationem seculi, paterfamilias crescere voluit, significãs in regno Euangelico malos semper permixtos fore, quemadmodum item Apostolis suis seorsum aperuit. Adiecit & tres parabolas, significantes modum ac vim incrementi Euangelicæ doctrinæ, parabolam scilicet de semine, quod in terram iactum sensim crescit, nocte & die: parabolam de grano sinapis, quod cùm minimum sit, crescit in arborem: parabolam de fermento, quod tribus farinæ satis commixtum totum fermentat.

53. Quibus apud populum habitis, sed domi seorsum apud discipulos explicatis, adiecit apud eosdem priuatim duas, insinuantes eiusdẽ Euãgelicæ doctrinæ pretium, de thesauro scilicet & margarita inuẽtis, & omnium bonorũ distractione emptis, tertiã addens de sagena bonos simul & malos pisces cõcludẽte, significãs rursum malorũ ac bonorum in ecclesia permixtionem.

54. Post quas parabolas, egressus in patriã suam Nazareth, postquam in synagoga die sabbathi obuium Isaiæ locum in se impletum exposuisset, ac deinde incredulitatis suos ciues cõdemnasset, ab eis ciuitate eiectus, subduxit se de medio eorum, cùm conarentur è montis supercilio præcipitare.

55. Circũiens deinceps omnes ciuitates ac vicos cum Apostolis, & aliquot mulieribus ei ministrantibus, mittit cum certis mandatis ac præscriptis, duodecim

Apostolos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostolos, pridem à se electos, prædicens eis mala, quæ ob Euangelicam prædicationẽ eos manebant, ac contra ea ipsos confirmans. Quibus ablegatis, suoq; officio functis, per Euangelij prædicationem & morborum curationem secutus est ipsos dominus quoquouersum.

56. Cum hæc agerentur, Herodes tetrarcha, fama nominis Iesu ad se delata, dubitare cœpit, num Ioannes à se decollatus, à morte reuixisset. Paulo antè enim Herodes, die suo natalitio Ioannem à se nuper incarceratum, ad petitionem saltantis filiæ Herodiadis, in carcere decollari iussit, capite eius in disco puellæ tradito.

57. Itaque cùm intelligeret Dominus, quam de se suspicionem haberet Herodes, & simul quia ad ipsum reuersi erant Apostoli, peractis mandatis, inuidiæ declinandæ ac simul quietis causa, cum suis, iussit nauigio trans mare Galilææ, in desertum locum, vbi cùm item ad ipsum confluerent immensa hominum multitudo, post doctrinam ac morborum curationem, quinque milia virorum, quinque panibus hordeaceis, ac duobus piscibus pauit, duodecim cophinis fragmentorum, post refectionem collectis.

58. Accidit autem hoc instante iam alio Iudæorum paschate, ob quod miraculum, cùm aduerteret se à turba rapiendum in regem, discipulis iussis se trans mare præcedere, ipse solus in montem fugit, vnde ad suos pedestri in mari itinere veniens, nocturno tempore consternatos, ob tempestatem ac phantasmatis existimationem, confirmat, Petro facultatem faciens ambulandi super aquas, omniq; tempestate sedata, nauem in petitam ripam deferens. In quam reuersus vndique collectos ægros contactu fimbriæ sanauit.

59. Postera die, cùm occasione miraculi quinque panum ad ipsum plerique conuenirent, à panis corporalis desiderio abducit ad quærendum panem cœlestem, disserens de eo pane prolixè, quem iam pater misisset in mundum, quem & ipse daturus erat pro vita mundi, quem qui ederet, haberet vitam æternam: qui non ederet, viuere non posset.

Tertia Euangelicæ historię pars, continens acta tertij anni, vsque ad Lazari resuscitationem.

CAP. CONCORDIAE LX.

Accidit autem post hæc, vt cùm Dominus non in Iudæa ob Iudæorum odium, sed in Galilæa conuersaretur, quidam Pharisæorũ ac scribarum ad ipsum è Hierosolymis descenderent, quibus offensis, ac cum Iesu expostulantibus, quod discipuli eius manducarent illotis manibus, contra sentorũ traditionem, Dominus vicissim obiicit neglectum mandatorum Dei, docens, quæ intrant in os, non polluere mentem, sed quæ de ore ex corde prodeunt.

61. 62. Hinc egressus in partes Tyri & Sidonis Chananææ filiam à dæmonio liberat, improbis matris victus precibus, vnde reuersus ad mare Galilææ, surdum & mutum, digitis in aures missis, ac lingua sputo contacta sanat.

63. Ascensio deinceps monte, multos ad se debiles delatos curauit, ac rursum multitudinis, quæ ipsum triduo secuta erat, miseretus, eam in deserto pauit, septem panibus ac paucis piscibus, ita saturans quatuor milia virorum præter paruulos & mulieres, vt supereffent septem sportæ fragmẽtis plenæ. Quo miraculo peracto, statim conscensa naui, venit in fines Magedan.

64. Accedentes autem ad eum Pharisæi & Sadducæi, rursum tentantes signum cœleste ab eo requisierunt. Ipse verò rursum tale eis dandum negat, sed potius è terra. Eusq; dimissis, rursum ascensa naui transfretauit, vbi tum discipulos à se commonitos cauere fermentum Pharisæorum & Sadducæorum, cùm de panibus soliciti essent, diffidentiæ coarguit, in memoriam reducens duo superiora multiplicationis panum miracula.

65. Cum autẽ venissent Bethsaidam, cæco ad se adducto, visum restituit, prius imperfectè, posteà perfectè.

66. Illinc digressus in partes Cæsarææ Philippi, postquam rogasset hominum de se sententiam, ac Petrus post multorum diuersas opiniones ab aliis indicatas, veram confessionem edixisset, beatum illum ob id pronuntiauit, ac singulare illi Ecclesiæ suæ regimen addixit. Eundem tamen mox feuerè redarguit, cùm statim subiiciens de sua passione Hierosolymis subeunda, Petrum reluctantem audiret, addens crucem, omnibus post se tollendam, qui salui esse vellent.

67. Post quæ cùm gloriæ suæ, quæ crucem sequeretur, specimen aliquod ædere promisisset, octauo deinde die, coram tribus Apostolis, in monte post colloquium cum Moyse & Elia transfiguratus est, paterna voce è cœlis ei testimonium rursus dante.

68. Quam visionẽ cùm suis silentio ad tempus tegendam iussisset, ac è monte descendisset, postera die ejecit è puero dæmonium, quod ob imperfectionẽ fidei discipuli non potuerunt eiicere, contestans, tale dæmoniorum genus in ieiunio & oratione expellendum.

69. Inde profectus, cùm adhuc in Galilæa diuersaretur, omnibus admirandus, secundo imminentem sibi prædicit passionem, apertis quidem verbis, sed tamen à discipulis necdum intellectis. Post longam autem profectionem, rursum Capharnaum reuersus, ne quem scandalizaret, pro se ac Petro didrachma solui iussit, stratere ex ore piscis recepto.

70. Eodem loci, quia intellexerat discipulos inter eundum pro primatu inter se contendisse, eosdem puero in medium producto humilitatem docet, saluãdis necessariam, ac per eam quemque maximum fieri.

71. Mox subiicit studiosè cauendũ, ne quis scãdalum aut faciat (pusillis potissimũ) aut ipse alicũde patiatur.

72. Et quia fieri non potest, quin aliquando scandala & offensiones oriãtur, docet deinde quomodo monendus frater peccans, quomodo item eidẽ condonandum, efficaci ad hoc adhibita similitudine de patrefamiliãs qui serui sui in conseruũ immisericordis debitum decem milium talentorum semel remissum repetiit.

73. His dictis, profecturus Hierusalẽ, vbi quẽadmodum prædixit, passurus erat, migrauit in totũ à Galilæa. Priusquam tamen eam relinqueret, cognatis monentibus, vt ob instantẽ tabernaculorũ festiuitatem, in Iudæã transiret, nõ acquieuit, nec priùs ascendit, quàm illi præcessissent. Cùm ergo iam pergeret Hierusalem, & inter eundum à Samaritanis quibusdam ciuitate excluderetur, noluit tamen, petentibus licet discipulis nonnullis, iniuriam vindicari, sed patientiam docens, abijt cum eis in alium pagum.

74. Imo nec benefacere quidem in Samaria ob id destitit. Nam Samariæ quendam vicum ingressus, obuios decem leprosos curauit, collaudato Samaritano, qui solus ad ipsum gratias actурus rediit.

75. Ingressus autem Hierusalem, in media scænopegiæ solẽnitate, post longam Iudæorum expectationem, cœpit docere in templo, contra quorũdam calumniam, & doctrinæ suæ, & operũ rationẽ reddens, adeo efficaciter hæc aliaq; disserens, vt cum eum quidam comprehendere desiderarent, atq; ad id etiam Pharisæi ministros mitterent, nemo illi manus inycere ausus fuerit.

76. Post hæc perrexit in mõtem Oliueti, ac vbi diluxisset, rursum regressus in templum docendi gratia, adulteram mulierem à scribis & Pharisæis subdolè adductam absoluit, scribis ac Pharisæis pudore affectis.

77. Tum & nouo sermone ostendit quis esset, ac post longam cum Iudæis contentionem, cùm eo tandem deuentum esset, vt tanquam blasphemum lapidare vellent, abscondit se egressus è templo.

78. Secuta est mox noua calumnia, ob cæcum à natiuitate, quem in transitu Dominus sabbatho visu donauit, iussum prius lutum à se oculis impositum abluere in Siloë, vnde cùm cæcus ipsum contra Pharisæos defendere pergeret, atque ob id ab eis ejiceretur, à Christo receptus est, & in fide plenius instructus.

79. Disserit deinde Dominus de veri pastoris ac mercenarij conditionibus, sibi veri pastoris conditiones competere astruẽs, Iudæorum verò principes mercenarios insinuans.

80. Post hæc etiam, alios septuaginta duos discipulos designauit, qui instar aliorum duodecim, ipsum bini præcederent ad quæuis loca, eadem illis mandata præscribens, quæ nuper ipsis duodecim. Quibus cum gaudio ad se reuersis, etiam ipse fœlicitatem ipsorum prædicans, vicissim in spiritu exultauit, quod diuina sapientia paruulis esset detecta, sapiẽtibus superbis tecta. Et quidem, quæ hactenus habita sunt, ordinem inter se consequentem habent: quæ verò sequuntur, aliquousq; sine certo ordine referentur.

81. Cùm ergo aliquando turgidus quidam legisperitus tentandi gratia Dominum rogaret de commoda ratione consequendæ vitæ æternæ, ac Domini iussu ipse protulisset duo dilectionis mandata, arrepta hinc occasione, parabolam de Samaritano introduxit, qui hominis à latronibus vulnerati, à sacerdote autem ac Leuita neglecti, solicitam habuit curam, notans contemptos Samaritanos in dilectionis negotio Iudæos excellere.

82. Contigit autem, vt dum aliquando Dominus iter faceret in Hierusalem, à Martha reciperetur hospitio in Bethania, quæ cùm Mariæ sororis interpellaret sanctum otium, cohibita est ab ipso, Mariæ parte præ ipsius collaudata.

83. Quodam tempore, cùm ab oratione cessasset, rogatus à discipulis orationis modum, & breuem illis orandi formam præscripsit, & efficacem orationis perseuerantis vim ostẽdit, parabola introducta de eo, qui importunitate panes ab amico nocte impetrauit.

84. Alio tẽpore cum inter loquẽdum à quodã Pharisæo ad prãdium vocatus esset, ac ab eo ob neglectam lotionẽ reprehenderetur, liberè Pharisæorũ ac scribarum taxauit præpostera & munditiam, & religionem, superbiam item, hypocrisim, ac homicidalem animum.

85. Ab eorundem hypocrisi potissimum, aliquando coram multa hominum turba suos cauendum docet, eosdem à timore hominum corpus occidentium auocans, & ad nominis sui confessionem confirmans.

86. Ab auaritia item, ac solicitudine rerum temporalium, eorũ animos abduxit, occasione sumpta ab eo qui de hæreditate cum fratre diuidenda solicitus erat, similitudinem inducens, de homine qui cùm ob fructuum abundantiam solicitus esset de receptaculis, eadem nocte coactus est omnibus relictis hinc migrare.

87. Subiecit his officium fidelis serui erga venturum dominum, docens ob aductus sui incertitudinem semper suos paratos esse debere ad excipiendum ipsum.

88. Cùm autem inter loquendum hæc, quidam nunciarent de Galilæis à Pilato occisis, illinc occasione accepta ad pœnitentiam agendam inuitat, inducta similitudine de arbore ob sterilitatem amputanda, post longam fructuum expectationem.

89. Rursum autem, cùm in synagoga sabbathis aliquãdo doceret, ac mulierem dæmonis malitia contractam sanaret, Archisynagogum obmurmurantem reddita ratione repressit, & pudore cum alys suffudit, populo interim gaudente: vnde & subiecit duas illas à se nuper dictas parabolas, de grano sinapis, ac fermento, significans rursum Euangelicam doctrinam ex humilibus initijs in summam amplitudinem processuram.

90 Cæterùm cùm aliquando per ciuitates ac vicos docens iter faceret in Hierusalem, rogatus num sint pauci saluandi, contendendum docuit ingredi per angustam portam, cuius ostium semel clausum nemo ingredi poterit, quodq; familiaritatem prætendẽtibus plerisq; exclusis, exteros recipiet. Eodem tempore, monitus à quibusdam Pharisæorũ, vt sibi ab Herode caueret, in Hierusalem sibi moriendum prædixit, eius ciuitatis obstinatã incredulitatem & secuturã vindictã deplorans.

91. Alio aliquando tempore, ingressus ad sumendum sabbatho cibum in domum cuiusdam inter Pharisæos magni, hydropicum studio ante se collocatum sanat, tacitæ Pharisæorum reprehensioni ratione efficaci satisfaciens. Eodem deinde conuiuio, docuit & inuitatos, quam humilitatem in deligendo mensæ loco seruare debeant: & inuitantem, quos maximè inuitare conueniat. Cumq; eò sermo processisset, vt à quodam mentio ingereretur de manducando pane in regno Dei, Dominus assumpta parabola de homine quodam, qui, inuitatis ad cœnam paratam sese excusantibus, pauperes vndecunque collectos introduci iussit, significauit, superbis Iudæis exclusis, ad cœleste conuiuium humiles ac Gentiles admittendos.

92. Quodam autem tempore, cùm multæ cum ipso irent turbæ, docuit, eum, qui verus eius esse vellet discipulus, debere omnibus terrenis affectibus esse superiorem, crucemq; ei baiulandam, proinde quemq; apud se expendere debere, num is par sit, instar ædifican-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium aut militantium. Et hæc quidem varijs sic locis ac temporibus acciderunt.

93 Porro cum post tabernaculorum festiuitatem, quæ septimo quoq; mense celebrabatur, ob enceniorum festum, quod in fine noni mensis obseruabatur, Dominus rursum Hierosolyma ascendisset, atque in templo ambularet, à Iudæis ipsum circunstantibus rogatus, vt palam ediceret num ipse esset Christus, opera dixit de se testimonium perhibere, sed per hæc illos ad fidem non adduci, quòd non essent ex ouibus suis. Eo tamen procedente sermone, vt se patri æquaret, rursum Iudæi lapidare ipsum aggrediuntur, quorũ conatum cum irrationabilem verbis ostẽdisset, subtraxit se tandem manibus quærentium eum apprehẽdere, secessitq; in fines Iudææ, trans Iordanem, in locum Ioannis baptismo insignem. Nec ibi tamẽ latere potuit, quin ad ipsum plurimi conuenirent, quos pro more & docuit, & curauit.

9. cum ergo ad illum publicani ac peccatores plerique accederent, audiendi gratia, ac ob id Pharisæi & scribæ murmurarent, tribus parabolis, scilicet de oue, drachma, ac filio perditis, sed postea inuentis, ostendit quàm grata ac iucunda sit Deo angelisq; sanctis peccatorum conuersio.

95. Subiecit deinde parabolam de dispẽsatore iniquo, qui cum intelligeret se dispensatione priuandum, prudenter sibi de bonis Domini prospexit, insinuans bonis temporalibus amicos parandos, per quos postea bene nobis sit, ac eleemosynis insistendum, auaris Pharisæis hæc irridentibus.

96. Qui cũ tentandi animo rogarent, num licitũ esset diuortiũ, ostẽdit Dominus matrimony omnimodã indissolubilitatem, ob quã cũ discipuli colligerẽt coniugij difficultatẽ, disseruit de cælibatu tãquã qui cõiugio sit præferendus, sed quẽ nõ omnibus contingit præeligere.

97. Adiecit his, Pharisæorũ auaritiã ac luxũ notaturus, parabolã de diuite epulone, qui hic fœlix, cũ nullã pauperi Lazaro misericordiã exhibuisset, in alio seculo infœlix nullã vicissim à Lazaro fœlici consecutus est.

98. De scandalo vitando deinde, ac fratre monendo, ac in gratiam recipiendo, rursum sermonem infert apud discipulos: de fidei itẽ virtute disserit, ac humilitate exhibenda post præstita multa opera bona.

99. Rursum autẽ quãdoque, quo Pharisæorũ retunderet superbiã, parabolã proponit de Pharisæo ac publicano, tẽplum simul ingressis, quorũ ille per superbiam ieiunio, tẽplum simul ingressis, quorũ ille per superbiam ieiunio, stitiã excidit, hic per humilitatẽ iustitiam adeptus est.

100. Cùm autem inter loquendum paruuli ad ipsum deferrentur, ac discipuli ob id indignarentur, increpatis discipulis, paruulos suscipiens ac complexans, rursum docuit paruulorum simplicitatem & humilitatem imitandam ei qui saluus esse volet. Cæterùm cum post hæc inde abijsset Dominus, in viam egressus, adolescẽtem quendam diuitem, qui de ratione obtinendæ vitæ æternæ solicitè inquirebat, post mandatorũ obseruationem, ad perfectionẽ, omniũ bonorũ in pauperes distributione inuitat, quod cùm adolescenti durum videretur, disseruit Dominus de difficultate, quam diuitiæ afferunt hominibus ad obtinẽdum regnum Dei, & fœlicitate eorum, qui propter ipsum omnia relinquerent.

101. Post quæ parabolã proponit de patrefamiliãs, varijs diei horis operarios in vineam conducente, quibus in fine diei eandem ille reddi voluit mercedẽ, concludens sic fore nouissimos primos, & primos nouissimos.

Quarta pars, cõtinens acta Christi, à Lazari resuscitatione, vsque ad Christi ascensionem.

CAP. CONCORDIAE 102.

CVm autem Dominus adhuc esset in finibus illis Iudææ (in quos, vt diximus, Iudæorum persecutionem fugiens secesserat, vbi & superiora gesta sunt) ibiq; Lazari infirmitatem ex nuntio à sororibus misso intellexisset, nõ prius in Iudæam pergere voluit, quàm sciret eum mortuum. Tunc enim in Iudæam profectus cum suis, post fiduciã Marthæ ac Mariæ sororibus ingestam, post turbationem ac lachrymas in se prouocatas, quatriduo mortuũ è sepulchro suscitat, multis Iudæorum qui spectabant, per hoc ad fidem adductis.

103. Id cùm quorumdam narratione intellexissent pontifices ac Pharisæi, collecto concilio, ex sententia Caiphæ pontificis, certò definiuerũt ipsum occidẽdum. Itaq; Dominus publicum fugiens, secessit iuxta desertum in ciuitatem Ephrem, & iam pascha proximum erat cùm hæc agerentur.

104. Itaque cum iam appeteret tempus subeundæ in proximo paschate passionis, Dominus è suo secessu, ascendẽs Hierusalem, in via duodecim discipulis seorsum sumptis, aperte iam tertio prædicit quæ Hierosolymis passurus erat, nec tamen intellexerunt quæ dicebantur. Cùm autem suspicarentur adesse tempus regni ipsius, mater filiorum Zebedæi cum filijs Dominum accedens, filiorum nomine petiuit primas in regno ipsius sedes. At Dominus & ostendit imprudentem ipsorum petitionem, & ex ea suborientẽ aliorum indignationem repressit, docens rursum primò in regno Dei humilitatem maximè deberi.

105. Post hæc, cum ciuitati Hiericho, quæ ad Hierusalem eunti obuia erat, iam proximus esset, cæcum constanter, licet à turba prohiberetur, misericordiam implorantem visu donat.

106. Hiericho ingressus, Zachæum se videndi cupidum ex arbore vocat, atque ab eo susceptus conuertit, salute illi ob conuersionem promissa.

107. Subiecit mox parabolam de homine nobili, qui traditis decem seruis suis decẽ minis, profectus in regionẽ longinquam, post reditũ rationem inijt cum eis, collaudatis seruis frugi, inutili autem seruo reprobato, ac hostibus suis interfectis, significans in regno suo, quod iam instare existimabant, similia euentura.

108. Quibus dictis cùm è Hiericho pergeret Hierosolymam, duos rursum cæcos, quorum alteri nomen erat Bartimæus, non lõgè à Hiericho digressus, cæcitate post constantes illorum preces liberauit.

109. Cæptum ergo prosecutus iter, ante sex dies paschæ venit Bethaniã, vbi in domo Simonis leprosi honorifica exceptus est cœna, in qua Lazaro accumbente cum alijs, & Martha ministrante, Maria pretioso vnguento perfudit caput Domini recumbentis. Ob quod cùm indignarẽtur discipulorum quidam, & præcipuè Iudas, Dominus ab eorum calumnia mulierem vẽdicauit, conteſtatus factum bonum fuisse ac mysticum.

110. Postridie asino insidens, ab Apostolis iussu ipsius adducto, per viam ramis instratam, cum gratulabunda populi acclamatione, intrat gloriosè Hierusalẽ, deplorans ante ingressum futurum ciuitatis excidium.

111. Templum deinde ingressus, cæcos ac claudos sanauit, cumq; põtifices, Pharisæi, ac scribæ ob eà que videbant & audiebant indignarentur, ac contabescerẽt, gentiles quidam contrà accendebantur desiderio videndi ipsum, qua occasione ad ipsius petitionem voce cœlesti eius claritas declarata est.

112. Post salutares deinde monitiones, vesperi ciuitatem egressus, concessit cum suis in Bethaniã. Vnde cùm mane reuerteretur in ciuitatem, siculneæ fructibus carenti in via maledicit, ac maledicendo aridã fecit. Ingressus mox templũ, zelo cõmotus, ementes & vẽdentes eiecit, principibus sacerdotũ ac scribis ob id grauiter turbatis. Rursũ autẽ vespera facta, ciuitatẽ egressus est, cumq; mane reuerteretur, discipulis mirantibus ficum arefactam esse, fidei vim & orationis exposuit.

113. Templo dehinc docendi gratia repetito, multis à Pharisæis & Sadducæis impetitus subdolè quæstionibus, ipse vicissim varijs eos notauit & quæstionibus, & parabolis. Et imprimis rogatus à põtificibus ac scribis, qua autoritate faceret quæ faciebat, vicissim de baptismo Ioannis rogat ex cœlo ne sit, an ex hominibus, illisq; ignorãtiam profitentibus, negat item se illorum responsurum quæstioni, subijciens parabolam de duobus filijs, quorum is patris voluntatem peregit, qui prius recusauerat: alter neglexit, qui promiserat, inferens peccatores ipsis fore coram Deo priores.

114. Adiecit & alteram parabolam de vinea, quæ colonis fructum negantibus, insuper ac seruos, ac filiũ domini occidentibus, alijs sit locanda, significans se ab eis occidendum post Prophetas, ac regnum Dei ab ipsis ad Gentes transferendum.

115. Tertiam deinde adiũxit de nuptiali conuiuio, ad quod inuitatis venire recusantibus, ac etiam vocantes occidentibus, alij prius non inuitati recepti sunt, significans rursum pro Iudæis Gentes ad gratiam admittendas Euangelicam.

116. Per hæc Pharisæi se notatos sentiẽtes, nec tamen vim inferre audentes, inito concilio vt eum caperent in sermone, quæstionem per subornatos proponunt de censu Cæsari persoluendo, qua sapienter soluta,

117. Accesserũt & Sadducæi, quæstionem de resurrectione, quam illi nequaquam credebãt, inferentes, sed & hac prudenter discussa, ac resurrectionis fide

118. Comprobata, successerunt & Pharisæi de primo legis mandato rogantes,

119. Ad quam interrogationem cùm Dominus duo dilectionis mandata respondisset, subintulit & ipse vicissim quæstionem, de Christo cuius filius esset. Ad quam cùm non possent satis respondere, desierũt ipsum vlterius ea die interrogare.

120. Illis ergo cessantibus, & confusis, Dominus ad plebem cõuersus, docere cæpit audiendam doctrinam, sed vitãda opera scribarum ac Pharisæorum, eorumq; vitia varia, vt & aliàs apertè depingit & insectatur.

121. His aliisq; dictis, cũ sederet & cõtra Gazophylaciũ, in quod multi munera mittebãt, viduæ duo minuta immittentis oblationẽ præfert omniũ oblationibus.

122. Post hæc egressus templo, discipulis mirantibus tẽpli magnificam structuram, prædicit eiusdem perfectam destructionẽ. Cuius cùm ab ipso in monte Oliueti sedente tempus simul & aductus sui tempus requirerent, longè repetito sermone, prædicit ventura post

123. Se mala, falsos scilicet prophetas, & Christos, bella, famem, pestes, persecutiones, ac demùm templi, vrbisq; Hierusalem euersionem, atque post hæc tãdem se in magna maiestate apertè venturum ad iudicium, terrificis signis præcedentibus, quæ impios conturbarent, pijs verò spem redemptionis præberent.

124. Proinde monet suos, vt ad hunc suum aduentũ inopinatum sese parent, sobrietate, vigilantia, oratione, cuius vim quo magis insinuaret, parabolam adiecit de iudice iniquo, quem cùm Dei hominumq; metus non moueret, viduæ constantes preces vicerunt.

125. Quoq; ad vigilantiã ac diligentiã magis prouocaret, subiungit duas parabolas. Alterã de decẽ virginibus, quarum solũ quinque prudẽtes in nuptiale thalamum cum sponso ac sponsa receptæ sunt, alijs quinq; fatuis exclusis ob oscitantiam & olei carentiam.

126. Alterã de talentis à Domino in seruos distributis, quorum qui lucrum fecerunt, laudati sunt & honorati: qui inutilis fuit, non tantùm vituperatus est, sed in tenebras etiam eiectus exteriores.

127. Post hæc, modum prosequitur futuri nouissimi iudicij, nimirũ quomodo filius hominis in maiestate magna aduenies, separatione bonorum à malis facta, illos ob præstita misericordiæ opera ad æternam vocabit vitam, hos ob eorũdem operum neglectum in ignẽ mittet æternum.

128. Hæc prolocutus, subiecit post biduum se in paschate crucifigendum. Quod postquam dixit, vt quod diuinitus cõstitutum erat adimpleretur, ecce mox potestate facta diabolo, & principes Iudæorum collecti concilium inierunt de capiendo & occidendo Iesu, & ad eos consultantes ingressus Iudas, triginta argẽteis pactus est se ipsum eis traditurum.

129. Post quæ, cùm iam adesset dies prima azymorum, misso Petro & Ioanne, Dominus pascha lem agnum vesperi edendum parari iussit in Hierusalem, in domum eis nouo signo demonstratam. Itaque hora oportuna cum reliquis Apostolis veniens discubuit, agnumq; paschalem edit.

130. Post cuius esum, suorũ discipulorũ, Petro licet aliquãdiu resistẽte, lauit pedes, in exẽplum simul & mysteriũ. Exẽplũ quidẽ humilitatis ac charitatis, mysteriũ verò puritatis, eucharistiam sumpturis necessariæ.

131. Post agni ergo typici esum, ac pedũ lotionẽ, suum corpus ac sanguinẽ suis sumenda tradit, atque idem eis in posterum faciẽdum præcipit in memoriam eius.

132. Prædicit deinde se à discipulorũ vno tradendũ, omnibusq; perplexis, Ioanni quis esset intinctò pane demonstrat, quo sumpto Iudas eius iussu egressus est.

133. Secuta mox rursum contentio inter Apostolos pro primatu, quã non solum vt olim sedat, humilitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcepto, sed & communis honoris promisso. Post hæc, de suo discessu sermonem inferens, nouum dilectionis mandatum suis commendat, eosq; omnes in ipsa nocte scandalum in se passuros, ac Petrum, qui sibi id euenturum fortiter negauit, ter se ante secundum gallicinium negaturum prædicit.

134. *Mox ad cõsolationẽ mœstorũ discipulorũ cõuersus, prolixo sermone varijs modis eorum deiectos animos*
135. *erigit, & cõtra imminentia eos præmunit mala, hæc agens partim inter accumbẽdum, partim à cœna.*
136. *Quo sermone completo, oratione ad patrem habita, suos omnésque credituros illi commendat.*
137. *His omnibus in domo gestis, hymnóq; gratiarum actionis dicto, egressus Dominus cum suis ciuitate in hortum quendam à se frequentari solitum orationis gratia, angorem animi sui ob instãtem mortem, primùm dilectis à se tribus Apostolis familiarioribus, deinde patri in oratione quater mortem deprecatus est, aperuit, post quod ab angelo confortatus, vltrò se hostibus Iuda prodente capiendum tradidit, Petrum à vi inferenda prohibens.*
138. *Captus ac vinctus post Annam Cayphæ pontifici præsentatur, apud quem post acceptam ob liberum respõsum alapam, post auditos falsos testes, sed reiectos, tanquam blasphemus condemnatur & illuditur.*
139. *Quæ dum geruntur, Petrus in eiusdem pontificis ædibus nocte ipsa ter Dominum negauit: ac Domino ipsum aspiciente, ad secundum gallicinium facinus suum agnoscens, egressus foras fleuit amarè.*
140. *Mane facto, principes Iudæorum rursum Dominum, à se ob veritatis confessionem condemnatum, vinctum tradiderũt Pilato præsidi. Quibus visis Iudas pœnitentia ductus, laqueo se suspendit, proiectis prius in templo argenteis, quibus deinde decreto concilio emptus est ager in sepulturam peregrinorum.*
141. *Pilato præsentatus Dominus de varijs accusatur à Iudæis, quæ cùm parum probabilia iudex existimaret, atque innocentem ipsum iudicaret, intelligens Galilæum esse, ad Herodem Galilææ tetrarcham ipsum misit, qui ob silentium à se contemptum, indutumq; veste alba, eundem mox remisit ad Pilatum, eidem ob honorem sibi exhibitum per hæc reconciliatus.*
142. *Pilatus de innocentia rei satis apud se persuasus, atque ob id perplexus, varijs illum absoluere pergit modis. Et primum quidem, tentat num occasione festi possit dimitti populi fauore: deinde cùm id non succederet, & præ illo Barabbas latro eligeretur dimittendus, eundem grauiter flagellatum, ac corona vestéque purpurea illusum, Iudæis videndum exhibet, si vel sic satiati desisterent. At cum eo magis eius necem requirerent, ac metum Pilato iniycerent, manibus aqua lotis, post innocentiam frequenter à se testatam, crucifigendum Indæis tradidit.*
143. *Traditus ducitur ad mortem, crucem suis gestãs imprimis humeris, quæ deinde post ipsum portãda Simoni cuidam Cyrenẽsi imposita est, atque inter eũdum plorantes mulieres, non suam mortem, sed imminens ipsis excidium deplorare iubet. Ad montẽ dehinc Caluariæ progressus, vino myrrhato felle mixto potatur accrucifigitur inter duos latrones, cum affixo titulo. Pendens in cruce orat pro crucifixoribus suis, quanquã corã cerneret milites vestimẽta sua sibi diuidentes, eosdemq; cũ principibus Iudæorũ audiret sibi illudentes, & conuiciantes. Quod cũ vnus latronũ itidem faceret, alter eo reprehenso, post fidei plenã orationem, obtinuit paradysi promissionẽ. Matrẽ deinde ex cruce discipulo commendat. A patre se derelictum queritur, aceto sitim professus potatur, ac tandem omnibus consummatis, in manus patris spiritum tradens moritur,*
144. *circa horam nonam, cùm ante sextam in crucem fixus fuisset, varijs interim signis ostẽsis, ex quibus & Centurio, & omnis turba innocentiam eius intelligebant. Mortuo latus lancea aperitur, sanguine simul & aqua inde profluente, honorifica sepultura eidem à Iosepho ac Nicodemo impenditur, sepulchrúmq; eius altera die principum studio custodibus munitur,*
145. *In cuius diei, quæ sabbathum erat, vespera sanctæ cõuenerunt mulieres, emptisq; tum ac paratis aromatibus, cùm summo mane sepulchrũ vngendi gratia adyssent, ab angelo docentur Dominum resurrexisse, quod cùm eiusdem iussu discipulis, & imprimis Petro renunciassent, Petrus & Ioannes ad monumentũ excurrunt, sed illis abeuntibus, cùm Maria Magdalena ad sepulchrum persisteret, post angelorum colloquium, prima meruit Dominum à morte resuscitatum videre, ac post eam mulieres reliquæ, quibus in via Dominus occurrit. Huius resurrectionem cùm satis ex angelorum verbis cognoscerent custodes milites, pecunia tamen à pontificibus corrupti, mentito discipulorum furto texerũt. Eandem mulieribus quæ Dominum viderant prædicantibus nec discipuli crediderunt.*
146. *Itaque post hæc, eadem die, duobus discipulis in Emaus euntibus iũctus in aliena specie, post diuturnũ cum eis colloquiũ, agnitus est in fractione panis. Quibus in Hierusalem reuersis eadem vespera, dum apud Apostolos vndecim sibi narrant Dominum visum, ac*
147. *vicissim audiunt Petro visum, astãtens in medio per ianuas clausas Dominus, videndum se ac palpandum omnibus præbet, fidẽq; edendo cum ipsis confirmat, potestate post hæc remittendi retinendiq; peccata eis concredita. Cæterum cùm absens Thomas aliorum testificationi non acquiesceret, octauo post die rursus ianuis clausis ingressus Dominus, ipsum videndo ac palpando ad fidem adducit.*
148. *Post hæc à septem discipulis in mare Galilææ piscantibus, cũ eius licet incogniti iussu immensam pisciũ vim cõclusissent, tandẽ agnitus est, vbi post cõmunem cũ eis mensam, Petro suas oues pascendas cõmisit,*
vtq; se sequeretur præcepit, excussa eius de Ioãne cura.
149. *Visus deinde est à suis in monte Galilææ, quem olim eis constituerat, vbi & negotium eis iniungit euãgelizandi, ac baptizandi cum potestate signorum.*
150. *Dehinc post scripturarum explanationem, post promissionem Spiritus sancti, quem in Hierusalem eos exspectare iussit, cum eduxisset suos foras in Bethaniam è monte Oliueti, ascendit in cælum, vbi sedet à dextris patris, cum quo & Spiritu sancto, est benedictus in secula. Amen.*

SVMMAR

SVMMARIA OMNIVM CAPITVM CONCORDIAE, QVIBVS BREVITER ordine comprehenditur tota, quæ de Christo est, Euangelica historia.

Caput		
j	VErbum Dei æternum, vita & lux caro factum est.	d.1. c.8.
ij	Annuntiatur Ioannis conceptio Zachariæ, & concipitur ab Elizabeth.	c.1
iij	Nuntiatur Marię Christi incarnatio.	c.1
iiij	Visitatur à Maria Elizabeth.	c.1
v	Nascitur Ioannes, & Zacharias recepta loquela benedicit Deum.	c.1
vj	Texitur à Matthęo genealogia Christi.	a.1
vij	Angelus Iosepho nuntiat factum virginis conceptum.	a.1
viij	Natus in Bethlehem Dominus pastoribus nuntiatur, & circunciditur.	c.2
ix	Magi stella duce inuentum Christum adorant.	a.2
x	Oblatus in templo Christus à Simeone & Anna agnoscitur.	c.2
xj	Angeli monitu fugit in Ægyptum, & redit Ioseph	a.2
xij	Quæsitus à parentibus Iesus inuenitur in templo.	c.2
xiij	Prædicat & bãptizat Ioannes Baptista.	a.3.b.1 c.3
xiiij	Baptizatur à Ioanne Christus, eiúsq; à Luca genealogia in Deum reducitur.	a.3.b.1 c.3
xv	Ieiunat, & tentatur in deserto Christus.	a.4.b.1 c.4
xvj	Ioannes testificatur de Christo.	d.1
xvij	Demonstratum à Ioanne Christum quinque discipuli agnoscere & sequi incipiunt.	d.1
xviij	Mutatur aqua in vinum in nuptiis.	d.2
xix	In paschate eiicit Dominus vendentes & ementes in templo, mortem & resurrectionem suam Iudæis insinuans.	d.2
xx	Nicodemus docetur mysteria fidei.	d.3
xxj	Baptizat per discipulos Christus in Iudæa.	d.3
xxij	Ioannes ab Herode ob reprehensum adulteriũ recluditur in carcerem.	a.14 b.6.c.3
xxiij	Ioanne tradito Christus rediens in Galilæam per Samariam mulieri Samaritanæ innotescit.	a.4.b.1 c.4.d.4
xxiiij	Sanatur à febri filius reguli.	d.4
xxv	Prædicat in Galilæa Christus, & fama eius vbique spargitur.	a.4.b.1 c.4
xxvj	Vocati è naui quatuor discipuli sequuntur Christum.	a.4.b.1 c.5
xxvij	Sanatur in synagoga dæmoniacus.	b.1.c.4
xxviij	Curatur à febri socrus Simonis, & ægroti multi.	a.8.b.1 c.4
xxix	Reprehenduntur à Christo tres volentes ipsum sequi.	a.8.c.9
xxx	Maris tempestas iussu Christi sedatur.	a.8.b.4 c.8.
xxxj	Sanatis in regione Gerasenorũ duobus dæmoniacis, dæmones porcos ingressi præcipitant in mare	a.8.b.5 c.8
xxxij	Sanatur paralyticus per tegulas demissus.	a.9.b.2 c.5
xxxiij	Vocatur Matthæus, & de ieiunio disputatur cum discipulis Ioannis & Pharisæorum	a.9.b.2 c.5
xxxiiij	Suscitatur filia archisynagogi, & curatur Æmorrhoissa.	a.9.b.5 c.8
xxxv	Duo cæci curantur & vnus dæmoniacus.	a.9
xxxvj	Sanato in sabbatho homine qui laborauerat 38. annos, disputat cum Iudæis Dominus.	d.5
xxxvij	Pharisæos ob confricatas à discipulis spicas in sabbatho offensos confutat Dominus.	a.12.b.3 c.6
xxxviij	Pharisæos ob sanatam in sabbatho manum aridam offensos rursum confutat Dominus.	a.12
xxxix	Electis 12. Apostolis, discrit Dominus in quibus sita sit beatitudo.	a.5.b.3 c.6
xl	Præcipitur abũdantior iustitia quàm sit Pharisæorum.	a.5.c.6
xlj	Docet quomodo facienda eleemosyna, quomodo item orandum, & ieiunandum.	a.6
xlij	Docet abiiciẽdam curam rerum terrenarum.	a.6
xliij	Docet temerè nec iudicandum, nec docendum, adhortatur ad orationem, & vt vitatis pseudoprophetis, huic doctrinæ inhæreatur.	a.7.c.6
xliiij	Curatur leprosus.	a.8.b.1.c.5
xlv	Sanatur seruus Centurionis.	a.8.c.7
xlvj	Resuscitatur filius viduæ.	c.7
xlvij	Mittit Ioannes è carcere discipulos.	a.11.c.7
xlviij	Mulieri peccatrici remittuntur peccata.	c.7
xlix	Curato dæmoniaco cæco & muto, confutantur Pharisæi.	a.12.b.3 c.11
l	Matri & fratribus carnalibus præferuntur verbi Dei obseruatores.	a.12.b.3 c.11.& 8
lj	Proponitur parabola seminantis.	a.13.b.4
lij	Parabolæ zizaniorum, seminis crescentis, grani synapi, & fermenti.	a.13.c.8 b.4
liij	Parabolæ thesauri, margaritæ & sagenæ.	a 13
liiij	Docens in Nazareth Dominus, incredulitatis eam condemnat.	a.13.b.6 c.4
lv	Mittuntur ad prædicandum duodecim Apostoli.	a.9.10.b 6.c.8.9
lvj	Describitur Ioannis decollatio, & fama Iesu apud Herodem.	a.14.b.6 c.9.
lvij	Quinque panibus pascuntur quin-	a.14.b.6

Universidad de Deusto
Biblioteca

que milia hominum. c.9.d.6
lviij Ambulat Iesus super mare & Pe- a.14.b.6
trus. d.6
lix Disserit de manducando pane cœ- d.6
lesti.
lx Reprehenduntur Pharisæi discipulos a.15.b.7
calumniantes quòd illotis man-
ducarent manibus.
lxj Sanatur filia Chananææ. a.15.b.7
lxij Sanatur surdus & mutus. b.7
lxiij Septem panibus pascuntur quinque a.15.b.8
milia.
lxiiij Pharisæi signum quærentes reiiciun- a.16.b.8
tur, eorúmque fermentum cauen-
dum docetur.
lxv Cæcus sanatur in Bethsaida. b.8
lxvj Petrus Christum confitens commen- a.16.b.8
datur. c.9.
lxvij Transfiguratur Dominus. a.17.c.9
lxviij Eiicitur dæmonium quod non po- a.17.c.9
tuerant eiicere discipuli.
lxix Stater in ore piscis inuento soluitur a.17.b.9
didrachma, ac mors prædicitur. c.9
lxx Contendentibus discipulis pro pri- a.18.b.9
matu, humilitas docetur. c.9
lxxj Scandalum pusillorum cauẽdum do- a.18.b.9
cetur.
lxxij Condonandum fratri in nos peccan- a.18
ti docetur.
lxxiij Dominus relicta Galilæa venit in Iu- a.19
dæam, nec recipitur à Samaritis. b.10.c.9
lxxiiij In itinere curat decem leprosos. c.17.
lxxv Docet in tẽplo in festo scænopegiæ. d.7
lxxvj Adulteram mulierem absoluit. d.8
lxxvij Rursum docet in templo, & lapidan- d.8.
tium se manibus eripit.
lxxviij Cæco nato restituitur visus. d.9
lxxix Disserit Dominus de vero pastore & d.10
ouibus.
lxxx Mittuntur septuaginta discipuli & c.10
redeunt.
lxxxj Proponitur parabola de Samarita- c.10
no.
lxxxij Martha Dominum suscipit hospitio. c.10
lxxxiij Docet orationis & modum, & vim. c.11
lxxxiiij Reprehẽdit præposteram Pharisæo- c.11
rum munditiam.
lxxxv Docet non timendam mortem cor- c.12
poris.
lxxxvj Docet abiiciendam diuitiarum soli- c.12
citudinem.
lxxxvij Docet officium fidelis serui erga vẽ- c.12
turum Dominum.
lxxxvij Docet pœnitentiam agendam c.13
ob Dei patientiam.
lxxxix Sanatur mulier contracta. c.13
xc Docet angustam esse viam regni cœ- c.13
lorum.
xcj Sanatur hydropicus in sabbatho c.14
xcij Docet omnibus renuntiandum. c.14
xciij In festo encæniorum eripit se lapi- d.10
dantium manibus.
xciiij Proponũtur parabolæ de oue, drach- c.15
ma & filio perditis.
xcv Parabola de villico iniquo. c.16
xcvj Disserit de matrimonij indissolubili- a.19.b.10
tate. c.16
xcvij Parabola de diuite epulone propo- c.16
nitur.
xcviij Docet scandalum vitandum, & fidei c.17
virtutem.
xcix Proponitur parabola de Pharisæo & c.18
publicano.
c Paruulis manum imponit, & adole- a.19
scentem diuitem ad perfectionem b.10
inuitat. c.16
cj Proponitur parabola de operariis in a.20
vineam conductis.
cij Lazarus resuscitatur. d.11
ciij Consultant Pharisæi de perdẽdo Do- d.11
mino.
ciiij Mortem suam prædicit, & Zebedæi a.20
filiis primatum petitum denegat. b.10
cv Sanatur cæcus ante ingressum Ieri- c.19
cho. (c.18
cvj Zachæus publicanus Christum susci c.19
pit.
cvij Parabola proponitur de decem mi- c.19
nis.
cviij Duo cæci sanantur post egressum è a.20
Iericho. c.10
cix Cœna in Bethania facta, Maria Do- a.26.b
minum perfudit vnguento. 14.c.12
cx Insidens asino intrat Dominus glo- a.21.b.11
riose in Hierusalem. c.19.d.12
cxj Cæci & claudi curantur à Christo, & a.21.d.12
gentiles ipsum videre desiderant.
cxij Maledicitur ficulnea, & eiiciuntur a.21.b.11
ementes & vendentes è templo. c.19
cxiij Proponitur quæstio de baptismo Ioã- a.21.b.11
nis, & parabola de duobus filiis. c.19.20
cxiiij Notantur Pharisæi parabola de lo- a.21.b.12
cata vinea. c.20
cxv Parabola proponitur de nuptiis fi- d.22
lij.
cxvj Soluitur quæstio de tributo Cæsari a.22.b.12
dando. c.20
cxvij Soluitur Sadducæorum quæstio con- a.22.b.12
tra resurrectionem. c.20
cxviij Soluitur quæstio Pharisæorũ de ma- a.22
ximo mandato. b.12
cxix Quæstio proponitur de Christo cu- a.22.b
ius filius sit. 12.c.20
cxx Docet audiendos & cauendos scri- a.23.b
bas. 12.c.20
cxxj Præfertur oblatio viduæ. a.12.b.21
cxxij Prædicitur euersio templi & Hieru- a.24.b
salem. 15.c.21
cxxiij Prædicitur aduentus filij hominis, & a.24.b.13
signa eius c.17.& 21
cxxiiij Docet quomodo ad aduentum suum a.24.b.13
nos præparare debeamus. c.17.18.21
cxxv Parabola de decem virginibus. a.25
cxxvj Parabola de distributis talentis. a.25
cxxvij Modum aperit iudicandi in nouissi- a.25
mo iudicio.
cxxviij Pacisciturr Iudas cum Iudæis. a.26.b.14.c.22
cxxix Paratur agnus Paschalis. a.26.b.14.c.22
cxxx Lauantur Apostolorum pedes. d.13
cxxxj Instituitur Eucharistia. a.26.b.14.c.22
cxxxij Prædicitur traditio à discipulo fien- a.26.b.14
da. c.22.d.13
cxxxiij Contentio discipulorum pro prima- a.26.b
tu sedatur, & prædicitur eorum 14.c.22
abnegatio. d.13
cxxxiiij Sermo Domini post cœnam. d.14

Contin

cxxxv Continuatio sermonis. d.15.16
cxxxvj Oratio Iesu ad patrem. d.17
cxxxvij Ter orans deprecatur mortem, & 2.26.b.14
capitur. c.22.d.18
cxxxviij Iudicatur & illuditur in domo a.26.b.14
Caiphæ. c.22.d.18
cxxxix Ter Petrus negat Dominum. a.26
B.14.C.22.D.18.
cxl Ducitur ad Pilatum, & Iudas se a.27.b.15
laqueo suspendit. c.22.23
cxlj Accusatur coram Pilato, & ab eo a.27.b.15
mittitur ad Herodem. c.23.d.18
cxlij Barabba dimisso flagellatus & coro- a.27
natus Christus traditur crucifi-
gendus.
cxliij Ducitur ad crucem, & crucifigitur. a.27
cxliiij Aperitur eius latus, & sepelitur ho- a.27
norificè.
cxlv Resurgens Christus & angeli appa- a.28
rent mulieribus.
cxlvj Apparuit Dominus duobus discipu- c.24
lis euntibus in Emaus.
cxlvij Bis apparet Dominus congregatis in b.16
domo discipulis.
cxlviij Apparet discipulis Dominus ad ma- d.21
re Galilææ.
cxlix Apparet Dominus discipulis in mon- a.28
te Galilææ.
cl Promittit Spiritum sanctum & as- b.16
cendit in cœlum.

SVMMARIORVM FINIS.

INDEX QVO SINGVLORVM EVANGELI-STARVM CAPITA, ORDINE, QVO AB EIS SVNT scripta, in subsequenti Concordia reperiri possint.

CAPITA MATTHÆI.

Caput primum.

Liber generationis Iesu Christi, vsque ad illud: Christi generatio sic erat, continetur. in cap. Cõ. 6.
Christi autem generatio vsque ad finẽ.
Caput secundum.
Cùm ergo natus esset Iesus, vsque ad: Qui cùm recessissent. in cap. 9
Verba illa: Qui cùm recess. sunt in principio. in cap. 10
Quod sequitur: Ecce angelus Domini, vsque ad finem. in cap. 11
Caput tertium.
In diebus autem illis, vsque ad: Tunc venit Iesus. in cap. 13
Tũc venit Iesus, vsque ad finem capitis. in cap. 14
Caput quartum.
Tunc Iesus ductus est, vsq; : Cùm autem audisset Iesus in cap. 15
Hęc verba: Cùm autẽ audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam. in cap. 23
Quod sequitur: Et relicta ciuitate Nazareth, vsque: Ambulans autem Iesus. in cap. 25
Ambulans autem Iesus, vsque: Et circuibat Iesus. in cap. 26
Et circuibat Iesus, vsque ad finem. in cap. 25
Caput quintum.
Videns autem Iesus turbas vsque: Dico autem vobis, Quia nisi abundauerit. in cap. 40
Dico autem vobis, vsque ad finem. in cap. 39
Caput sextum.
Attendite ne iustitiam vestram faciatis, vsque: Nolite thesaurizare. in cap. 41
Nolite thesaurizare vsque ad finem. in cap. 42
Caput septimum.
Nolite iudicare, vsque ad finem. in cap. 43
Caput octauum.
Cùm autem descendisset de monte, vsq;: Cùm autem introisset Capharnaum. in cap. 44
Cùm autem introisset, vsque: Et cum venisset Iesus. in cap. 45
Et cùm venisset Iesus, vsque: Videns autẽ Iesus turbas multas circum se. in cap. 28
Videns autem Iesus turbas, vsq, Et ascẽdente eo in nauiculam. in cap. 29
Et ascendente eo, vsque: Et cùm venisset Iesus trans fretum. in cap. 30
Et cùm venisset Iesus trans fretum, vsque ad finem. in cap. 31
Caput nonum.
Et ascendens in nauiculam, trãsfretauit. in cap. 31
Quod sequitur: Et venit in ciuitatẽ suã, vsque: Et cùm transiret inde Iesus. in cap. 32
Et cùm transiret, vsque Hæcillo loquẽte. in cap. 33
Hæc illo loquente, vsque Et transeunte inde Iesu. in cap. 34
Et transeunte inde Iesu, vsque Et circuibat Iesus. in cap. 35
Et circuibat Iesus, vsque ad finem. in cap. 55
Caput decimum.
Et cõuocatis duodecim, vsque ad finem. in cap. 55
Caput vndecimum.
Et factum est, cum consummasset, vsque Ioannes autem. in cap. 55
Ioannes autem cùm audisset, vsque ad finem. in cap. 47
Caput duodecimum.
In illo tempore abiit Iesus, vsq; Et cùm inde transisset. in cap. 37
Et cùm inde transisset, vsque Tunc oblatus est. in cap. 38
Tunc oblatus est, vsque Adhuc ea loquente. in cap. 49
Adhuc ea loquente, vsque ad finem. in cap. 50
Caput decimumtertium.
In illo die exiens Iesus, vsque Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini. in cap. 51
Aliam parabolam, vsque Simile est regnum cœlorum thesauro. in cap. 52
Simile est regnum cœlorum thesauro, vsque Et factum est, cùm cõsummasset. in cap. 53

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et factum est,cùm consummasset, vsque ad finem. in cap. 54
Caput decimumquartum.
In illo tempore audiuit Herodes, vsque Herodes enim tenuit Ioannem. in cap. 56
Herodes enim tenuit, vsque Die autem natalis. in cap. 22
Die autem natalis, vsque Quod cùm audisset Iesus. in cap. 56
Quod cùm audisset Iesus, vsque Et statim compulit Iesus. in cap. 57
Et statim compulit Iesus, vsque ad finem. in cap. 58
Caput decimumquintum.
Tunc accesserũt ad eum, vsque Et egressus inde Iesus. in cap. 60
Et egressus inde Iesus, vsque Et cùm transisset inde Iesus. in cap. 61
Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ. in cap. 62
Quod sequitur Et ascendens in montem vsque ad finem. in cap. 63
Caput decimumsextum.
Et accesserunt ad eum, vsque Venit autem autem Iesus in partes. in cap. 64
Venit autem Iesus vsque ad finem. in cap. 66
Caput decimumseptimum.
Et post dies sex, vsque Et cum venisset ad turbam. in cap. 67
Et cùm venisset ad turbam, vsque Conuersantibus autem eis in Galilæa. in cap. 68
Conuersantibus autẽ eis, vsque ad finem. in cap. 69
Caput decimum octauum.
In illa hota accesserunt, vsque Qui autem scandalizauerit. in cap. 70
Qui autem scandalizauerit, vsque Si autem peccauerit in te. in cap. 71
Si autem peccauerit, vsque ad finem. in cap. 72
Caput decimumnonum.
Et factum est, cùm consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa. in cap. 73
Quod sequitur : Et venit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. in cap. 93
Quod sequitur : Et accesserunt ad eum, vsque Tunc oblati sunt ei paruuli. in cap. 96
Tunc oblati sunt ei, vsque ad finem. in cap. 100
Caput vigesimum.
Simile est regnum cœlorum, vsque Et ascendens Iesus Hierosolymam. in cap. 101
Et ascendens Iesus, vsque Et egredientibus illis ab Hiericho. in cap. 104
Et egredientibus illis vsque ad finem. in cap. 108
Caput vigesimumprimum.
Et cùm appropinquasset Hierosolymis, vsque Et intrauit Iesus in templũ Dei. in cap. 110
Et intrauit Iesus in templum Dei. in cap. 111
Quod sequitur : Et eiiciebat omnes vendentes, vsq; Et accesserũt ad eum cæci. in cap. 112
Et accesserunt ad eum cæci, vsque Et relictis illis. in cap. 111
Et relictis illis, vsque Et cùm venisset in templum. in cap. 112
Et cùm venisset in templum, vsq; Aliam parabolam audite. in cap. 113
Aliam parabolam audite, vsq; ad finem in cap. 114
Caput vigesimumsecundum.
Et respondens Iesus, vsque Tunc abeuntes Pharisæi. in cap. 115
Tunc abeuntes Pharisæi, vsque In illo die accesserunt. in cap. 116
In illo die accesserunt, vsque Pharisæi autem audientes. in cap. 117
Pharisæi autẽ audientes, vsque Congregatis autem Pharisæis. in cap. 118
Congregatis autẽ Pharisæis, vsq; in finẽ. in cap. 119
Caput vigesimumtertium.
Tunc Iesus locutus est, vsque ad finem. in cap. 120
Caput vigesimumquartum.
Et egressus Iesus de templo, vsque Tunc si quis vobis dixerit, in cap. 122
Tũc si quis vobis dixerit, vsque Sicut autem in diebus Noë. in cap. 123
Sicut autẽ in diebus Noë, vsq; in finem. in cap. 124
Caput vigesimumquintum.
Tunc simile erit regnũ cœlorum, vsque Sicut enim homo. in cap. 125
Sicut enim homo, vsq; Cùm autẽ venerit. in cap. 126
Cùm autem venerit, vsque ad finem. in cap. 127
Capuc vigesimumsextum.
Et factum est, cùm consummasset, vsque Cùm autem Iesus esset in Bethania. in cap. 128
Cùm autem Iesus, vsq; Tunc abiit vnus in cap. 109
Tunc abiit vnus, vsque Prima autem die. in cap. 128
Prima autem die, vsq; Et edentibus illis. in cap. 129
Et edentibus illis, vsque Cœnantibus autem eis. a. in cap. 132
Cœnantibus autem eis, vsque Et hymno dicto. in cap. 131
Et hymno dicto exierunt in montẽ Oliueti. in cap. 137
Quod sequitur. Tunc dicit illis Iesus, vsque Tunc venit Iesus cum illis. in cap. 133
Tunc venit Iesus cum illis, vsque At illi tenentes Iesum. in cap. 137
At illi tenentes, vsq; Petrus verò sedebat. in cap. 138
Petrus verò sedebat, vsque ad finem. in cap. 139
Caput vigesimumseptimum.
Mane autem facto, vsque Iesus autem stetit. in cap. 140
Iesus autem stetit, vsque Per diem autem solennem. in cap. 141
Per diem autem solẽnem, vsque Et postquam illuserunt ei. in cap. 142
Et postquam illuserũt ei, vsque Cùm autem serò esset. in cap. 143
Cùm autem serò esset, vsque in finem. in cap. 144
Caput vigesimumoctauum.
Vespere autem sabbathi, vsque Vndecim autem discipuli. in cap. 145
Vndecim autẽ discipuli vsque in finem. in cap. 149

CAPITA MARCI.

Caput primum.
Initium Euangelij, vsque Et factum est, in diebus illis. in cap. 13
Et factum est, vsque Et statim spiritus. in cap 14
Et statim spiritus, vsque Postquam autẽ traditus. in cap. 15
Postquam autem traditus est Ioãnes, venit Iesus in Galilæam. in cap. 23
Quod sequitur: Prædicans Euangelium, vsque Et præteriens. in cap. 25
Et præteriens, vsque Et ingrediũtur Capharnaum. in cap. 26
Et ingrediuntur Capharnaum, vsque Et protinus egredientes. in cap. 27
Et protinus egredientes, vsque Et Venit ad eum leprosus. in cap. 28
Et venit ad eũ leprosus, vsque ad finem. in cap. 44
Caput secundum.
Et iterum intrauit, vsque Et egressus est rursus. in cap. 32
Et egressus est rursus, vsque Et factum est iterum. in cap. 33
Et factum est iterum, vsque ad finem. in cap. 37
Caput tertium.
Et introiuit iterum, vsque Et ascendens in montem. in cap. 38
Et ascendens in montẽ, vsque Et veniunt ad domum. in cap. 39
Et veniunt ad domum, vsque Et veniunt mater eius. in cap. 49
Et veniunt mater eius, vsque ad finem. in cap. 50
Caput quartum.
Et iterũ cœpit docere, vsque Et dicebat, Sic est regnum. in cap. 51
Et dicebat, Sic est regnum, vsque Et ait illis in illa die. in cap. 52
Et ait illis in illa die, vsque ad finem. in cap. 30
Caput quintum.
Et venerunt trans fretum, vsque Et cùm transcendisset. in cap. 31
Et cùm transcendisset Iesus in naui rursum transfretum, cõuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. in cap. 32
Quod sequitur : Et venit quidam, vsque ad finem. in cap. 34
Caput sextum.
Et egressus inde, vsque Et circuibat castella. in cap. 54
Et circuibat castella, vsque Et audiuit rex. in cap. 55
Et audiuit rex, vsque Ipse enim Herodes in cap. 56
Ipse enim Herodes, vsque Et cùm dies oportunus. in cap. 22
Et cùm dies oportunus, vsque Et conuenientes Apostoli. in cap. 56
Et conuenientes Apostoli, vsque Et statim coëgit. in cap. 57
Et statim coëgit, vsque ad finem. in cap. 58
Caput septimum.
Et cõueniunt ad eum, vsque Et inde surgens. in cap. 60
Et inde surgens, vsque Et iterum exiens. in cap. 61
Et iterum exiens, vsque ad finem. in cap. 62
Caput octauum.
In diebus illis iterum, vsque Et exierunt Pharisæi. in cap. 63
Et exierunt Pharisæi, vsque Et veniunt Bethsaidam. in cap. 64
Et veniũt Bethsaidam, vsque Et egressus est Iesus. in cap. 65
Et egressus est Iesus, vsque ad finem. in cap. 66
Caput nonum.
Et dicebat illis, vsque Et post dies sex. in cap. 66
Et post dies sex, vsque Et veniens ad discipulos. in cap. 67
Et veniens ad discipulos, vsque Et inde profecti. in cap. 68
Et inde profecti, vsque Qui cùm domi esset. in cap. 69
Qui cùm domi esset, vsque Et quisquis scandalizauerit. in cap. 70
Et quisquis scandalizauerit, vsque ad finem. in cap. 71
Caput decimum.
Et inde exurgens. in cap. 73
Venit in fines Iudææ vltra Iordanem, & conueniunt iterum turbæ ad eum & sicut consueuerat, iterum docebat eos. in cap. 93
Et accedentes Pharisæi, vsque Et offerebant illi paruulos. in cap. 96
Et offerebant illi paruulos, vsque Erant autem in via. in cap. 100
Erant autem in via, vsque Et veniũt Hiericho. in cap. 104
Et veniunt Hiericho. in cap. 105
Et proficiscẽte eo de Hiericho, vsque ad finem. in cap. 108
Caput vndecimum.
Et cùm appropinquarent, vsque Et circumspectis omnibus. in cap. 110
Et circumspectis omnibus, vsque Et veniunt rursus Hierosolymam. in cap. 112
Et veniunt rursus Hierosolymam, vsque ad finem. in cap. 113
Caput duodecimum.
Et cœpit illis in parabolis loqui. in cap. 113
Vineam pastinauit homo, vsque Et relicto eo abierunt. in cap. 114
Et relicto eo abierunt, vsque Et venerunt ad eum. in cap. 116
Et venerunt ad eũ, vsque Et accessit vnus de scribis. in cap. 117
Et accessit vnus de scribis, vsque Et respondens Iesus dicebat. in cap. 118
Et respondens Iesus, vsque Et dicebat eis. in cap. 119
Et dicebat eis, vsque Et sedens Iesus. in cap. 120
Et sedens Iesus, vsque ad finem. in cap. 121
Caput decimumtertium.
Et cùm egrederetur, vsque Et tunc si quis vobis dixerit. in cap. 122
Et tunc si quis vobis dixerit, vsque Videte, vigilate. in cap. 123
Videte, vigilate, vsque ad finem. in cap. 124
Caput decimumquartum.
Erat autem Pascha, vsque Et cùm esset Bethaniæ. in cap. 128
Et cùm esset Bethaniæ, vsque Et Iudas Iscariotes in cap. 109
Et Iudas Iscariotes, vsque Et primo die azymorum. in cap. 128
Et primo die azymorũ, vsque Et discumbentibus eis. in cap. 129
Et discumbentibus eis, vsque Et manducantibus illis. in cap. 132
Et manducantibus illis, vsque Et hymno dicto. in cap. 131
Et hymno dicto exierunt in mõtem Oliuarum. in cap. 137
Et ait eis Iesus, vsque Et veniunt in prædium. in cap. 133
Et venjũt in prædium, vsque Et adduxerunt Iesum. in cap. 137
Et adduxerunt Iesum, vsque Et cùm esset Petrus. in cap. 138
Et cùm esset Petrus, vsque ad finem. in cap. 139

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput decimumquintum.
Et Confestim mane, vsque Et interrogauit eum Pilatus. in cap. 140
Et interrogauit eum Pilatus, vsque Per diem autem festum. in cap. 141
Per diem autem festum vsque Et educũt illum. in cap. 142
Et educunt illum, vsque Et cùm iam serò esset. in cap. 143
Et cùm iam serò esset, vsque ad finem. in cap. 144
Caput decimumsextum.
Et cùm transisset sabbathum, vsque Post hæc autem duobus. in cap. 143
Post hæc autem duobus, vsque Nouissimè autem. in cap. 146
Nouissimè autem, vsque Et dixit eis. in cap. 147
Et dixit eis, vsque Et Dominus quidem Iesus. in cap. 149
Et Dominus quidem Iesus, vsq; ad finem in cap. 150

CAPITA LVCÆ.

Caput primum.
QVoniam quidem multi, vsque Fuit in diebus Herodis. Proœmium.
Fuit in diebus Herodis, vsque In mense autem sexto. in cap. 2
In mense autem sexto, vsque Exurgens autem Maria. in cap. 3
Exurgens autem Maria, vsque Elizabeth autem impletum. in cap. 4
Elizabeth autẽ impletum, vsque ad finẽ. in cap. 5
Caput secundum.
Factũ est autem, vsque Et postquam impleti sunt dies. in cap. 8
Et postquam impleti sunt dies, vsque Et vt perfecerunt. in cap. 10
Et vt perfecerunt omnia secundum legẽ Domini, in cap. 11
Reuersi sunt in Galilæam, vsq; ad finem. in cap. 12
Caput tertium.
Anno autẽ quintodecimo, vsque Herodes autem. in cap. 13
Herodes autem, vsque Factũ est autem. in cap. 22
Factum est autem, vsque ad finem. in cap. 14
Caput quartum.
Iesus autem plenus, vsque Et regressus est Iesus. in cap. 15
Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam. in cap. 23
Et fama exiit, vsque Et venit Nazareth. in cap. 25
Et venit Nazareth, vsque Et descendit in Capharnaum. in cap. 54
Et descendit in Capharnaum, vsque Surgens autem Iesus. in cap. 27
Surgens autem Iesus, vsque ad finem. in cap. 28
Caput quintum.
Factum est autem, cùm turbæ, vsque Et factum est cùm esset. in cap. 26
Et factum est, cùm esset, vsque Et factum est in vna dierum. in cap. 44
Et factum est in vna dierũ, vsque Et post hæc exiit. in cap. 32
Et post hæc exiit, vsque ad finem. in cap. 33
Caput sextum.
Factum est autem in sabbatho, vsque Factum est autem & in alio. in cap. 37
Factum est autem & in alio, vsq; Factum est autem in illis. in cap. 38
Factum est autem in illis diebus, vsque Sed vobis dico. in cap. 39
Sed vobis dico, vsque Nolite iudicare. in cap. 40
Nolite iudicare, vsque ad finem. in cap. 43
Caput septimum.
Cùm autem implesset omnia verba sua in aures plebis. in cap. 44
Intrauit Capharnaum, vsque Et factum est deinceps. in cap. 45
Et factum est deinceps, vsque Et nunciauerunt Ioanni. in cap. 46
Et nunciauerunt Ioanni, vsque Rogabat autem illum. in cap. 47
Rogabat autem illum, vsque ad finem. in cap. 48
Caput octauum.
Et factũ est deinceps, vsque Cùm autem turba. in cap. 55
Cùm autem turba, vsque Venerũt autem ad illum. in cap. 51
Venerunt autem ad illum, vsque Factum est autem in vna dierum. in cap. 50
Factum est autem in vna dierum, vsque Et nauigauerunt. in cap. 30
Et nauigauerũt, vsque Factum est autem cum rediisset. in cap. 31
Factum est autem, cùm rediisset Iesus, excepit eum turba, erant autem omnes expectantes eum. in cap. 32
Et ecce venit vir, vsque ad finem. in cap. 34
Caput nonum.
Conuocatis autem Iesus, vsque Audiuit autem Herodes. in cap. 55
Audiuit autem Herodes, vsque Et reuersi Apostoli. in cap. 56
Et reuersi Apostoli, vsque Et factum est cùm solus esset. in cap. 57
Et factum est cùm solus esset, vsque Factum est autem post hæc. in cap. 66
Factum est autem post hæc, vsque Factũ est autem in sequenti die. in cap. 67
Factum est autem in sequenti die, vsque Omnibúsque mirantibus. in cap. 68
Omnibúsque mirantibus, vsque Intrauit autem. in cap. 69
Intrauit autem, vsque Factum est autem dum complerentur. in cap. 70
Factum est autem dum complerẽtur, vsque Factum est autem ambulantibus. in cap. 75
Factum est autem ambulantibus, vsque ad finem. in cap. 29
Caput decimum.
Post hæc autem designauit, vsque Et ecce quidam legisperitus. in cap. 80
Et ecce quidam legisperitus. vsque Factũ est autem dum irent. in cap. 81
Factum est autem dum irent, vsque ad finem. in cap. 82
Caput vndecimum.
Et factum est, cùm esset, vsque Et erat eiiciens. in cap. 83
Et erat eiiciens, vsque Factum est autem, cùm hæc diceret. in cap. 49
Factum est autem, vsque Turbis autem concurrentibus. in cap. 50
Turbis autem concurrentibus, vsque Et cùm loqueretur. in cap. 49
Et cùm loqueretur, vsque ad finem. in cap. 84

Caput

Caput duodecimum.
Multis autem turbis, vsque Ait autem ei quidam. in cap. 85
Ait autem ei quidam, vsque Sint lumbi vestri. in cap. 86
Sint lumbi vestri, vsque ad finem. in cap. 87
Caput decimumtertium.
Aderant autem quidam, vsque Erat autem docens. in cap. 88
Erat autem docens, vsque Et ibat per ciuitates. in cap. 89
Et ibat per ciuitates, vsque ad finem. in cap. 90
Caput decimumquartum.
Et factum est, cùm introisset, vsque Ibant autem turbæ. in cap. 91
Ibant autem turbæ, vsque ad finem. in cap. 92
Caput decimumquintum.
Erant autem appropinquantes, vsque ad finem. in cap. 49
Caput decimumsextum.
Dicebat autem & ad discipulos, vsque Omnis qui dimittit. in cap. 95
Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. in cap. 96
Homo quidam erat diues, vsq; ad finem. in cap. 97
Caput decimumseptimum.
Et ait ad discipulos suos, vsque Et factum est dum iret. in cap. 98
Et factum est dum iret, vsque Interrogatus autem. in cap. 74
Interrogatus autem, vsque Et ait ad discipulos. in cap. 98
Et ait ad discipulos, vsque Et sicut factum est. in cap. 123
Et sicut factum est, vsque ad finem. in cap. 124
Caput decimum octauum.
Dicebat autem & parabolam, vsque Dicebat autem & ad quosdam. in cap. 124
Dicebat autem & ad quosdam, vsque Afferebant autem. in cap. 99
Afferebant autem, vsque Assumpsit autem Iesus. in cap. 100
Assumpsit autem Iesus, vsque Factum est autem cùm appropinquaret. in cap. 104
Factum est autem cùm appropinquaret, vsque ad finem. in cap. 105
Caput decimumnonum.
Et ingressus perambulabat, vsque Hęc illis audientibus. in cap. 106
Hæc illis audiẽtibus, vsque Et factum est cùm appropinquasset. in cap. 107
Et factum est, vsque Et ingressus in templum. in cap. 110
Et ingressus in templum, vsque Et erat docens. in cap. 112
Et erat docens, vsque in finem. in cap. 113
Caput vigesimum.
Et factum est vna dierum, vsque Cœpit autem dicere. in cap. 113
Cœpit autem dicere, vsque Et obseruantes miserunt. in cap. 114
Et obseruantes miserunt, vsque Accesserunt autem quidam. in cap. 116
Accesserunt autem quidam, vsque Dixit autem ad illos. in cap. 117
Dixit autem ad illos, vsque Audiente autem omni populo. in cap. 119
Audiente autem omni populo, vsque ad finem. in cap. 120
Caput vigesimumprimum.
Respiciens autem vidit, vsque Et quibusdam dicentibus. in cap. 121
Et quibusdam dicentibus, vsque Et erunt signa. in cap. 122
Et erũt signa, vsque Attendite autem vobis. in cap. 123
Attẽdite autem vobis, vsque Erat autem diebus docens. in cap. 124
Erat autem diebus docens, vsque ad finem. in cap. 127
Caput vigesimumsecundum.
Appropinquabat autem, vsque Venit autem dies. in cap. 128
Venit autem dies, vsque Et ait illis, Desiderio. in cap. 129
Et ait illis, Desiderio, vsque Veruntamen ecce. in cap. 131
Veruntamen ecce, vsque Facta est autem & contentio. in cap. 132
Facta est autem & contentio, vsque Et egressus ibat. in cap. 133
Et egressus ibat, vsque Comprehendentes autem. in cap. 137
Comprehendentes autem, vsque Quem cùm vidisset. in cap. 138
Quem cùm vidisset, vsque Et viri qui tenebant. in cap. 139
Et viri qui tenebant, vsque Et vt factus est dies. in cap. 138
Et vt factus est dies vsque ad finem. in cap. 140
Caput vigesimumtertium.
Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. in cap. 140
Cœperunt autem illum accusare, vsque Pilatus autem conuocatis. in cap. 141
Pilatus autem conuocatis, vsque Et cùm ducerent eum. in cap. 142
Et cùm ducerent eum, vsque Et ecce vir nomine. in cap. 143
Et ecce vir nomine Ioseph, vsq; in finẽ. in cap. 144
Caput vigesimumquartum.
Vna autem sabbathi, vsque Et ecce duo ex illis. in cap. 145
Et ecce duo ex illis, vsque Dum autem hæc loquuntur. in cap. 146
Dum autem hæc loquuntur, vsque Et dixit ad eos. in cap. 147
Et dixit ad eos, vsque ad finem. in cap. 150

CAPITA IOANNIS.

Caput primum.
IN principio erat verbum, vsque Ioannes testimonium perhibet. in cap. 1
Ioãnes testimonium perhibet, vsque Altera die iterum. in cap. 16
Altera die iterum, vsque ad finem. in cap. 17
Caput secundum.
Et die tertia, vsque Post hæc descẽdit Capharnaum. in cap. 18
Post hæc descendit, vsque ad finem. in cap. 19
Caput tertium.
Erat autem homo, vsque Post hæc venit Iesus. in cap. 20

Post

Universidad de Deusto
Biblioteca

Post hæc venit Iesus, vsque ad finem. in cap. 21
Caput quartum.
Vt ergo cognouit Iesus, vsque Venit ergo iterum. in cap. 23
Venit ergo iterum, vsque ad finem. in cap. 24
Caput quintum.
Post hæc erat dies festus, vsque ad finem. in cap. 36
Caput sextum.
Post hæc abiit, vsque Iesus ergo cùm cognouisset. in cap. 57
Iesus ergo cùm cognouisset, vsque Altera die turba. in cap. 58
Altera die turba, vsque ad finem. in cap. 59
Caput septimum.
Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. in cap. 60
Erat autē in proximo, vsque Iam autem die festo. in cap. 73
Iam autem die festo, vsque ad finem. in cap. 75
Caput octauum.
Iesus autem perrexit, vsque Iterum ergo locutus. in cap. 76
Iterum ergo locutus, vsque ad finem. in cap. 77
Caput nonum.
Et præteriens Iesus, vsque ad finem. in cap. 78
Caput decimum.
Amen amē dico vobis, vsque Facta sunt autem encœnia. in cap. 97
Facta sunt autem encœnia, vsque ad finem. in cap. 93
Caput vndecimum.
Erat autem quidam lāguens, vsque Collegerunt ergo. in cap. 102
Collegerunt autem, vsque ad finem. in cap. 103
Caput duodecimum.
Iesus ergo ante sex dies, vsque In crastinum autem. in cap. 109
In crastinum autem, vsque Erant autem quidam gentiles. in cap. 110
Erant autem quidam gentiles, vsque ad finem. in cap. 111
Caput decimumtertium.
Ante diem festum paschæ, vsque Cùm hæc dixisset Iesus. in cap. 130
Cùm hæc dixisset Iesus, vsque Filioli adhuc modicum. in cap. 132
Filioli adhuc modicum vsque ad finem in cap. 133
Caput decimumquartum.
Et ait discipulis suis, vsque ad finem. in cap. 134
Caput XV. *&* XVI.
Vtrumque totum est simul. in cap. 135
Caput decimumseptimum.
Hæc locutus est Iesus, vsque ad finem. in cap. 136
Caput decimumoctauum.
Hæc cùm dixisset Iesus, vsque Cohors autem. in cap. 137
Cohors autē, vsque Dixit ergo Petro ancilla. in cap. 138
Dixit ergo Petro, vsque Pontifex ergo interrogauit. in cap. 139
Pontifex ergo, vsque Erat autem Simon Petrus. in cap. 138
Erat autem Simon, vsque Adducūt ergo Iesum. in cap. 139
Adducunt ergo, vsque Est autem consuetudo. in cap. 141
Est autem consuetudo, vsque ad finem. in cap. 142
Caput decimumnonum.
Tunc ergo apprehendit, vsque Susceperunt autem. in cap. 142
Susceperunt autem, vsque Iudæi ergo. in cap. 143
Iudæi ergo, vsque ad finem. in cap. 144
Caput vigesimum.
Vna autem sabbathi, vsque Cùm ergo serò esset. in cap. 145
Cùm ergo serò esset, vsque ad finem. in cap. 147
Caput vigesimumprimum.
Posteà manifestauit, vsque Sunt autem & alia. in cap. 148
Sunt autem & alia, vsque ad finem. in cap. 150



PROOEMIVM EX LVCA.

QVoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi assequuto omnia, à principio diligenter ex ordine tibi scribere, optime Theophile, vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es veritatem.

CIRCA PROOEMIVM ANNOTATIONES.

CVm in præsenti opere statuerimus ita totā Euangelicam nostram Concordiam exhibere, vt singulis eius capitibus sui subiiciātur cōmētarii, necessarium video vt cum verborum & factorum Christi explanatione, etiam red datur ratio ordinis capitum à nobis dispositi, vt intelligatur aptam esse capitum consequētiam. Imprimis itaq; nemo facile (credo) negauerit, præfationem illam quam Lucas suæ præmisit historiæ, rectè etiam præmitti toti Euangelicæ historiæ ex quatuor Euangelistis contextæ; vt cui illa non minus conueniat quàm proprio ipsius Lucæ libro. Nam etiam in hoc opere, cuncta quæ de dictis & factis Domini, ministri sermonis nobis tradiderūt diligenter assectati, vnicuiq; Theophilo, id est, Dei amico, in vnū redacta ordinem legēda reliquimus.

MVLTI CONATI SVNT.] Conati aliquid vel tentare & aggredi dicūtur, & qui præsumptuosè aliquid moliuntur, id tentantes quod præstare non valent: & qui honestè & benè aliquid pertractant. Euangelistam autem hoc verbum in malam accepisse partem, voluisseq; notare eos qui in scribendo euangelio non præstiterunt quod promiserunt, ex eo apparet, quod dicit, *multi conati sunt*, deinde quòd hanc dicat causam scribendi à se euangelij, quòd ante ipsum multi id tentassent. Quæ certè causa conueniēs non esset, si loqueretur de iis qui fœliciter tentauerunt scribere euāgelia, quales fuerunt Matthæus & Marcus. Vnde Ambrosius: Conati vtique illi sunt qui implere nequiuerunt. Et iterum: Qui conatus est ordinare, suo labore conatus est, nec impleuit.

ORDINARE.] Hoc est, in ordinē disponere. Græcè ἀναταξάσθαι, id est, contexere.

QVAE IN NOBIS, &c.] Res completæ, non possunt hic intelligi, res peractæ. Græcè enim est, πεπληροφορημένων πραγμάτων, id est, rerum certissimæ fidei, aut quarum certa est fides. πληροφορία enim rei alicuius certam fidem facere significat. Vnde, completæ exponi debet pro eo quod est, plenè & perfectè creditę vel cognitæ sunt à nobis. Quam expositionē satis indicat Ambrosius, Græcæ dictionis significationem probè aduertens, qui sic habet, *Quæ in nobis completæ sunt rerum*, vel, *quæ in nobis redundant*. Quod enim redundat, nulli deficit, & de completo nemo dubitat, cùm fidem effectus astruat, exitus prodat, &cet. Significat ergo se narrationem ordinaturum rerū non quas vulgaris fabula iactabat, sed quas certò veras esse cognoscebat.

SICVT TRADIDERVNT.] Videtur hæc pars non referenda ad illud, *conati sunt ordinare*, sed potius ad id quod mox præcedit, *quæ in nobis completæ sunt*, vt hac parte ostendat vnde fuerit in ipso rerum à Christo gestarum tam certa fides, ex traditione Apostolorum scilicet, & fide dignorum testium. Sic Theophylactus. Non enim multi illi, quos conatos dicit, conati sunt scribere secundum Apostolorum traditionem: nam sic non essent reprehendendi. Ostendit autē hac parte satis Lucas se non visa, sed audita narrare. Porrò quod dicit, *qui ab initio ipsi viderunt*, videtur intelligendum de initio prædicationis & miraculorum Christi, nisi intelligamus eum hic notare non tantùm Apostolos, sed etiam Christi matrem Mariam.

MINISTRI FVERVNT, &c.] Simpliciter istud intelligi posset de Apostolis, quòd ministri fuerint & præcones prædicationis euāgelicæ. Verùm apud Græcos genitiuus, λόγου, id est, sermonis, vel verbi, referendus videtur non solùm ad nomen, *ministri*, sed etiam ad nomen pro quo nos legimus verbum, *viderunt*. Græca enim ad verbum sic habent, *qui ab initio ipsimet inspectores & ministri fuerunt sermonis*. Vnde Hieronymus in Proœmio super Matthæum sic legit hunc locum: *Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem, & ministrauerunt ei.* Sed & Ambrosius & Origenes disputant quomodo Lucas dicat quosdam vidisse sermonem & verbum, cùm sermo auditu, non visu percipiatur: intelligūntque per sermonem vel verbum, verbum illud diuinum, de quo Ioannes: In principio erat verbum, &c. Quoniam autem hæc interpretatio coactior videtur, quidam sermonem vel verbū Hebraica phrasi putat debere accipi pro re à Christo vel circa Christum gesta. Huius enim verbi Apostoli fuerunt & inspectores, & ministri, quia cooperatores in multis à Christo factis.

ASSECVTO OMNIA, &c.] *Assecuto*, non est hic accipiendum quemadmodum vtuntur Latini, quibus assecutus dicitur is qui aliquid consecutus est, & nulla in re frustratus. Græcè enim est παρηκολουθηκότι. Significat autem παρακολουθέω, magis assectari aliquid, & alicui semper assidere & adesse. Proinde, *assecuto*, hic accipi debet pro suo

Universidad de Deusto
Biblioteca

frequentatiuo, affectato. Illę autē dictiones, *à principio diligenter*, non possunt frequentibus coniungi, vt communiter nostri libri distinguunt: sed vt paulò ante ex Græcis, coniungi debent cum participio, *assecuto*. Sensus enim est; Visum est mihi, vt postquam omnia à principio sim perueſtigatus, deinde tibi scriberem.

EX ORDINE TIBI, &c.] Cùm dicit ex ordine se scripturum, non hoc vult significare quòd omnium quæ narraturus est ordinem sit seruaturus, cùm frequenter in recensendis Christi miraculis ordinem immutet: sed hoc vult, quòd priùs Ioannis, deinde Christi natiuitatem, postea prædicationem, passionem & resurrectionem sit prosequuturus, ordinémque seruaturus inter ea quæ in euāgelica narratione sunt præcipua. Græcè tamen est καθεξῆς, quod potius significat deinceps, quàm ex ordine, vt significet se post diligentem inquisitionem factam, tum deinceps scripturum. Vnde & in nostra lectione, *ex ordine*, accipi posset pro deinceps, vt nomine ordinis non intelligatur hic significari ordo narrādorum, sed ordo ille ab historiographis seruandus, vt priùs rerum gestarum diligentem exactámque inquisitionem faciant, ac deinde ad scribendum animum accommodent.

OPTIME THEOPHILE.] Colligit Theophylactus, Theophilum hunc primatem aliquem fuisse, quòd huic epithetum tribuatur quod magnis viris tribui solet: quemadmodum Festo dixit Paulus: Optime Feste. In hac autem collectione attendit Theophylactus ad alteram significationem dictionis Græcæ κράτιστος, quæ non solùm significat optimum, sed etiam potentissimū & fortissimum, à κράτος. id est, robur. Vnde Oecolampadius Theophylacti interpres vertit, strenue Theophile.

Actor. 26

VT COGNOSCAS.] Non est, vt annotat etiam Theophylactus, γνῷς, id est, scias vel cognoscas, sed ἐπιγνῷς, id est, agnoscas, hoc est, secundò maiorem accipias scientiā: agnoscimus enim priùs vtcunq; cognita, cognoscimus autem incognita. Neque est Græcis simpliciter, eruditus es, sed κατηχήθης, id est, viua voce eruditus es. Rursum non est, ἀλήθειαν, id est, veritatem, sed ἀσφάλειαν, id est, seueritatem, vel certitudinem: proinde apud nos veritas pro certitudine accipi debet, vt nonnunquam accipitur. Porrò quod dicit, *vt cognoscas certitudinē eorū*, &c. sic explicat Theophylactus: vt per scripturā hanc certiora iam ea esse credas quæ priùs viua voce audiuisti. Solemus enim auditis certius fidē habere, dum videmus, à fide dignis testibus etiam scripto committi, & omnibus legenda tradi. Verùm hæc explicatio non videtur satisfacere intētioni Lucæ, si principium attendamus, ex quo magis apparet hoc voluisse, scripturum se euangeliū, vt quoniam diuersa sibique cōtraria falsorum Euangelistarum narratio incertitudinē generaret rerum verarum, per hanc scripturā Theophilus agnosceret rerum à Christo gestarum certitudinem.

VERBVM DEI AETERNVM, VITA ET lux caro factum. Ioan. I. CAPVT I.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominū: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de Lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis. (Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre) plenum gratiæ & veritatis.

PRimo hoc capite principium Euangelij secundum Ioannem positum est, tum quòd Euangelica historia non aliud potest facilè videri conuenientius habere exordium, quàm eam partem, *In principio*, vnde suam cœpit Moyses historiam, tum quòd hoc sui Euāgelij principio Ioannes de æterna Christi natura, & apud patrem subsistētia agat, nisi quod missi à Deo Ioānis Baptistæ, & incarnati pro nobis Christi summatim mentionem ingerat: quæ quomodo gesta sint, sequens ex Luca & Matthæo narratio distinctè explicat.

IN PRINCIPIO ERAT, &c.] Cùm rerum diuinarum nomenclatura desumatur à nominatione earum rerum, quæ sub nostra cadunt cognitione, & ob id appellatio verbi in diuinis desumpta sit à verbo humano, duplex autē sit humanū verbum, mentale scilicet, & vocale, inquirendum num à similitudine verbi vocalis an verbi mentalis, filius Dei verbū appelletur. Primū itaq; sunt qui à similitudine verbi vocalis, appellationem verbi acceptam sentire videntur. Theophylactus enim post Chrysostomū, filiū Dei verbū appellari dicit, quia paterna nobis annūciauit, quemadmodum omne verbū vocale mētis voluntates annunciat. Et quidam: Christus (inquit) dicitur λόγος, quòd quicquid loquitur pater, per filiū loquatur. Atq; ob hanc vel maximè rationem putat pro λόγος dicēdum potius fermo quàm verbū, quòd verbū ferè non totā orationem, sed simplicem significet dictionē. Verùm si hac sola vel præcipua ratione filius Dei dicitur λόγος, vel verbū, iam hęc appellatio non conueniet ei nisi ratione assumpti hominis, & nō ratione diuinitatis ipsius, quod non cōuenire intētioni Euangelistæ nemo non videt, cùm hac appellatione diuinitatē eius explicare voluerit. Nec satis propriè dictū erit, in principio fuisse verbū, cùm secundum illam explicationē filius Dei, tunc nondum fuerit verbum. Deinde non solùm in scripturis sacris appellatio verbi tribuitur filio Dei, sed, vt ostendit Theodoretus in libris de curatione Græcarū affec. & latissimè Steuchus in libris de perenni philosophia, etiāvetustissimi philosophi qui fuerunt apud Chal

Chaldæos, Ægyptios, Græcos & Italos, in diuinitate agnouerunt vnā personam, quam νοῦν id est, mentem vocauerunt: & alterā quam, λόγον nominauerunt, filiū ipsius mētis. Sic enim, vt ex multis primū nominemus, scribit Mercurius ille Trismegistus, philosophiæ apud Ægyptios princeps: Intelligētia illa Deus, cùm maris ac fœminæ vim haberet, & vitam & lumen haberet, genuit verbū, alteram scilicet mentem opificem. Et postea: Verbū eius procedens vndequaque perfectum, & fœcundū, & opifex lapsum in naturā fœcundā, & fœcundas aquas, fecit eas prolificas. Rursum loquens cum Ægyptio quodam sacerdote quærenti quid hæc quæ dixisset significarēt: Tu, inquit, non intellexisti. Natura mentalis, ipsius verbi natura est generatrix & opifex, &c. Eadem de νοῦς & λόγῳ senserunt Orphæus & Plato, & omnes Platonici. At verò hos omnes constat verbum in diuinitate non appellasse ratione assumptæ naturæ humanæ, in qua patris voluntatē nobis annunciauit, cùm etiam Trismegistus apertè fatea tur, verbum istud mentale esse. Vnde Aug. 15. de Trinitate: Quisquis potest intelligere verbum, non solùm antequam sonet, verùm etiam antequam sono rum eius imagines cogitatione voluantur, iam potest videre per hoc speculū, atque in hoc ænigmate aliquam verbi similitudinem, de quo dictum est: *In principio erat verbum.* Ecce apertissimè confitetur Aug. verbum in diuinitate à similitudine verbi mentalis dictum esse. Itaque filius Dei dicitur verbum, primùm quòd sicut verbum mentale, id est, cogitatio mentis, qua sibiipsi mens loquitur, insensibiliter, atque sine passione & corruptione à mēte procedit, estq; mentis aut intelligentiæ, à qua procedit, perfectissima similitudino & imago: ita & filius Dei imperceptibilem, & ab omni passione liberam à patre trahit originem, expressissimā ipsius gerens imaginem & figuram. Deinde quemadmodum mens sibiipsi loquitur per verbum & cogitationē suam, atque in ea seipsam & omnia quæ scit, videt & agnoscit: ita & in filio sibiipsi pater loquitur, inque eo tanquam speculo limpidissimo, & imagine verissima sę omnésque creaturas cōtemplatur. Præterea quia vt dicit Theophyl.) sicut mens nequit aliquando esse sine verbo & cogitatione, & verbum esse non potest nisi à mēte: ita & pater filio semper coæternus fuit, & filius patri. Differt autem verbum istud diuinum à verbo mentali humano, præter alia etiam in eo quòd verbum mentale hominis ad operandū ineficax sit: verbum autem diuinū efficax, &, vt verbis Trismegisti vtar, natura est generatrix & opifex, & λόγος δημιουργός, id est, verbum opifex. Proinde etiā ob id Dei filius verbū dicitur, ꝙ per ipsum omnia pater sine omni negotio quæ vult, quæque in filio facienda videt, facit, quēadmodum si quis rex omnipotens, quiduis suo solo iussu faceret. Atque hinc Aug. libr. 8. 3. quæst. asserit in nomine verbi significari non solùm respectum ad patrem, sed etiam ad illa quæ per verbum facta sunt operatiua potentia. Quemadmodum autem verbum mentale fit vocale, dum assumit, & (vt sic dicamus) induit sibi vocem & sonum, ac tum mentem hominis etiam aliis notam facit: ita & verbum hoc diuinum ab æterna mente ab æterno procedens, per assumptionem carnis sensisse factum est, patremque ipsum & ea quæ patris sunt, mundo manifestare cœpit, vt iam & verbum dici possit à similitudine verbi vocalis. Ex his itaque constat, quando verbum suum pater loquutus sit, & dixerit. Dixit enim ab æterno, gignendo illud. Dixit secundò, cùm per illud vniuersa creauit. Vnde Prudentius in hymno natiuitatis: Ex ore quālibet patris sis ortus, & verbo æditus: Tamen paterno in pectore sophia callebas priùs. Dixit tertiò, cùm illud in mundum misit, vt quæ patris sui erant, annunciaret nobis. Constat ex his & illud, pro λόγος, etsi etiam rectè dicatur sermo, rectius tamen dici, verbum. Primùm quòd præcipuè nominetur verbum diuinum à similitudine conceptus mētis, qui rectius propter suam simplicitatem verbū dicitur mentis quàm sermo. Deinde quòd sic melius significetur simplicitas naturæ filij Dei, quodq; verbum istud simplex sit & vnicum, non constans ex multis verbis. Postremum ꝙ dictio illa, verbum, generalior sit, comprehendens sub se etiam sermonem. Frequenter enim etiam tota oratio & sermo verbum dicitur, vt: Verbum quod factum est ad Ieremiam, &c. Proinde quacunque ratione quis filium Dei sermonem dixerit, eadem & verbū dicere poterit, & non econtrario. Ratio autem quare Ioānes filium Dei hic potius verbū nominet quàm filium, à Chrysostomo & Theophylacto assignatur propter auditorum infirmitatem: ne scilicet audito statim ab initio filij nomine, cogitarent natiuitatem corporalem; & ab affectionibus proficiscerētur, sed intelligibilem & immaterialem à patre processum, qualem denotat dictio, verbum. Additur à D. Thoma & hæc ratio, quòd quia de filio Dei hic tractaturus erat, quatenus manifestaturus esset patrem, ideo magis conueniebat eum vocari verbum quàm filium. Potest & hoc addi, ob id eum dixisse, verbū ꝙ sciret secundam in diuinitate personam à philosophis excellentioribus (vt dictum est) cognitam & significatam nomine verbi. Notandum autem, non simpliciter eum dixisse. In principio erat λόγος, sed cum articulo, qui hic emphasi non caret, ὁ λόγος, i. illud verbum, quò intelligatur eum notasse verbum illud vnicum & singulare, diuinum scilicet, deq uo in veteris testamenti scripturis omnia dicuntur à Deo facta, & de quo plæraq; philosophi ante scripsissent. Porrò quod dicit, In principio, varie à diuersis accipitur. Cyrillus enim omnino contendit per principium debere intelligi patrē, tum quòd solus pater verè sit principium quo nihil est prius. (Nam principium mundi & temporis aliud ante se habet principium, scilicet Deum) tum ne si intelligatur de principio temporis, intelligatur filius Dei esse temporalis. Itaq; secundum eum sensus est: In patre erat verbum. Eandem autem interpretationem etiam reddunt Augustinus & Origenes, quorum hic etiam per principium putat accipi posse filium quatenus sapientia est, vt verbum in principio quasi in sapientia sit, quomodo in ipso verbo postea dicitur esse vita. Augustinus verò etiā sic exponit: *In principio*, hoc est, ante omnia, sicut eadem oratio in principio Geneseos rectè exponitur. Nec ab hac interpretatione multum abest Chrysostomi & Theophylacti expositio, qua exponunt, in principio, pro eo quod est ab initio, eo ꝙ Ioannes in epistola sua prima quasi seipsum expositurus, pro eo quod hic dicit: *In principio*, dicat: quod fuit, vel, quod erat ab initio, &c. Rursum ab horum interpretatione parum differt Ruperti, alio rumque expositio, sic explicantium: In principio mundi vel durationis. Non est autem idem dicere,

Rectius verbi diuinum quā sermonis.

In principio, quod.

Gen. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum fuisse in principio durationis,& fuisse in principio temporis,quamuis horum duorum vnum idemque fuit principium. Nam in principio temporis propriè nō potest dici fuisse,sicut nec in tempore propriè Deus esse dicitur, nisi intelligamus ipsum dici esse in tempore vel principio eius, quia est cum tempore, & cum principio temporis. In principio autem durationis verius dicitur fuisse verbum.Duratio enim in se includit & tempus & æternitatem. Itaque cum eodem modo Ioānes ingressus sit historiā Euangelicā, quo Moyses Genesim,constat in Genesi illud,in principio, non posse accipi pro in filio,quemadmodum ibi quidam volunt,cùm hæc interpretatio huic loco non quadret:

Erat. Rectius autem dictum est: *In principio erat*, quàm fuit. Præteritū enim perfectum ita significat tempus præteritū, vt non simul significet rem quæ dicitur fuisse adhuc permanere in illa duratione de qua est sermo. Præteritū verò imperfectū sic significat tempus præteritum, vt & simul consignificet rei perseuerātiam & existentiā. Proinde dum dicitur,verbum erat in principio, significatur verbum præcessisse principiū illud, tamen cum ipso principio perseuerasse. Itaq; hic significatur etiā ipsius verbi æternitas:non quidem per illam orationē solam,in principio, cùm & de cœlo & terra dictum sit:In principio creauit Deus cœlum & terrā Neq; per solum verbum,*erat*:sed quia verbum,*erat*,coniungitur illi,*In principio*, idq; siue, *in principio*, exponatur secundum Augustinum, pro, ante omnia (nam si ante omnia quæ facta & creata sunt erat verbum,nunquam verbum factum est ac proinde æternū est)siue, *In principio*, exponatur, in primordio mundi,& omnium rerum conditarum. Ex eo enim quòd in hoc principio erat verbum, rectè infertur nunquā incepisse eius durationem & esse. Si enim incepisset, ergo esse ipsius non præcessisset principium durationis & omnium rerum conditarum,quod tamen, vt dictum est verbū erat, significat.Cyrillus autem qui principium accipit pro patre, æternitatem verbi colligit hic significari solo verbo,*erat*,hoc modo scribens: Principij autem vocabulo commodissimè verbū,*erat*,connectit:ne solum decorus, verumetiam æternus & ante secula filius intelligatur. In profundissimā enim & incomprehensibilem generationem, quæ cuncta superat tempora,erat istud,cogitantis sententiam adducit. Erat enim per se indeterminatè prolatum, nullis vnquam terminis circūscribetur, quum natum sit scrutanté semper intellectum præcedere; adeò vt quocunque abieris quasi ad vltimum exitum, & quietē ipsum erat, iam peruenisse, inde superioris cursus initium statim factum esse videatur. Quòd si autem quis quærat, quomodo verbū patri sit coæternum,cùm sit à patre genitū. (Homo enim filius ab homine patre genitus,necessario est ipso posterior)Dicendum, principium prius duratione esse eo, cuius est principium,propter tria.Aut scilicet quia principium rei præcedit tempore actionē qua producit rem,cuius est principium. Aut quia actio successionem habet, propter quod etiam si simul cum agente incipiat, tamen terminus actionis est post agentem.Aut deniq; quia ex voluntate principij determinatur initiū durationis rei, sicut ex voluntate Dei determinatum fuit initium creaturæ. Nihil autem horum trium inuenitur in generatione verbi diuini.Nō enim generationis huius principium prius fuit quàm generaret. Cùm enim generatio verbi sit quasi intelligibilis cōceptio, sicut non potest mens nō ligata esse sine cōceptu & cogitatione,ita non potuit pater esse sine verbi generatione. Sed neque ipsa verbi generatio successiua fuit, sic enim ipsum verbum diuinum prius fuisset informe quàm formatum, ipsiusque generantis argueretur infirmitas & impotentia. Rursum dici non potest patrem sua voluntate præstitisse filio initium durationis,cùm pater filium non generauerit voluntate, vt Arriani dixérunt, sed naturaliter. Proinde fieri non potuit vt pater verbum à se genitum præcederet. Huius aliqualis similitudo appareat in luce & splendore procedente à luce, quæ splendorem ipsum naturaliter & sine successione producit. Vnde si fuisset lux aliqua æterna, etiam splendor eius æternus cum ea fuisset. Atque ob id Paulus filium Dei, splendorem patris appellat, & catholica fides ipsum lumen de lumine confitetur vt sic coæternitas ipsius cum patre intelligatur. Vt enim exprimantur perfectiones & proprietates filij, quæ vno nomine explicari nequeunt, diuersis ipsum nominibus appellamus. Vt enim connaturalis & consubstantialis patri ostendatur,filius nominatur:vt ostendatur in nullo dissimilis,dicitur imago:vt ostendatur coæternus, dicitur splendor: vt ostēdatur immaterialiter genitus, dicitur verbum. Subtiliter autem Ioannes inde auspicatus est Euangelium suum,vnde Moyses Genesim, dicens: *In principio erat verbum*. sicut ille: In principio creauit Deus,&c.volens significare,quòd in eo principio quo Moyses creatum dicit cœlum & terram, verbum hoc non sit inter alia creatum,sed illis per creationem incipientibus, ipsum iam veraciter erat,& inuariabiliter persistebat. Ex his iam omnibus patet varias hæreses hoc principio refelli. Et primùm quidem hæresim Ebionis & Cherinthi, Samosateni, & Photini, contra quam ex intentione hæc scripta sunt.Deinde hæresim Alogianorum qui sic dicti sunt,teste August. quòd negarent verbum & λόγῳ diuinum, propter quod Ioannis Euangelium non receperunt, quamuis horum hæresis non videatur diuersa ab Ebionitarum hæresi. Nam & hi,teste Ireneo,solùm Matthæi Euangeliū receperunt.Postremum hoc principio etiam refellitur Arrianorum & Eumenianorum secta, dicentium verbū aliquando incepisse esse & fuisse quando non erat.

Cyrillus.

Ex Thoma super Ioannem. Quomodo verbū patri sit coæternū.

ET VERBVM ERAT,&c.] Præcedenti parte ostendit quando erat verbum: hac verò parte, vbi erat. Quoniam enim dicere quis poterat, si in principio & ante omnia erat verbum ab æterno, vbi ergo erat cùm adhuc nihil esset, cumque nullus esset locus? propterea subiecit, *& verbum erat apud Deum*, significans illud loco non circunscriptum fuisse,sicut Deus incircumscriptibilis est. Occurrit autem hac oratione & alteri dubitationi, qua opinari quis posset verbum illud, quod in principo fuisse dixit, esse quoddam accidens, non per se subsistens, quale est verbum nostrum, siue mentale, siue vocale. Propter hoc ergo non dixit, verbum erat in Deo, sed apud Deum, vt subsistentiam verbi significaret. Quod enim per se non existit, proprie apud aliud esse non dicitur, sed in eo. Præterquam autem quòd Euangelista per præpositionem, *apud*, duabus his satisfacit dubitationibus, eadem præpositio adhuc tria hic

hic designat. Primùm enim secundum Cyrillum & Chrysostomum significat distinctionem personalem verbi à Deo Patre. Qui enim apud aliquem esse dicitur, distinctus ab eo secundum personam & hypostasim sit necesse est,cùm nemo propriè dicatur esse apud semetipsum, atque ob hanc etiam rationem melius vsus est præpositione,*apud*,quàm *in*.Proinde hac parte Sabellij error refellitur, qui vnam tantùm in diuinitate personam prædicabat, quæ nunc pater, nunc filius, nunc diceretur spiritus sanctus.Secūdò hac præpositione significatur socialis & amica coniunctio verbi cum Deo patre,vt ne quis existimaret, verbum hoc Deo patri aliquando fuisse contrarium, quemadmodum de diis suis fabulantur Gētiles, & quomodo Marcion duo posuit rerum principia inter sese contraria. Ita enim verbum hoc à patre secundum personam distinctum esse significatur, vt tamen indiuulsum semper illi adhæserit,nec à patre vnquam discesserit.Nam sicut, *erat*, indeterminatè, verbo attributum,æternitatem verbi vbique insinuat: ita dum indeterminatè dicit,*verbum erat apud Deum*, semper apud eum fuisse significat. Postremum hac locutione, secundum Hilarium 2.de Trinitate, significatur quædam in patre erga filium autoritas, verbumque hoc, Dei patris tanquam proloquentis esse verbum. Non enim propriè rex dicitur esse apud militem, sed magis propriè miles apud regem. Et verbum quatenus verbum, non est apud aliquem magis quàm apud dicentem illud. Itaque his paucissimis verbis, *Verbum erat apud Deum*, significatur verbum hoc habere Deum patrem auctorem,atque ab eo procedere, sic vt per se subsistat, atque ab eo secūdum personam distinguatur:nunquam tamen ab eo diuulsum sit, & separatum, cumque eo ante mundi principium nullo loco circunscriptum extiterit. Notandum autem est hoc loco rursum addi articulum non solùm dictioni, *verbum*, sed etiam dictioni, *Deus*, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. Et verbo quidem additur, vt illud vnicum verbum intelligamus, de quo priùs dixerat, Deo vero, vt verè Deum, & non aliquem qui vel nomine solo vel participatione Deus dicitur, accipiamus, siue vt certam in diuinitate personam, nempe patrem intelligeremus.Nomen enim Deus cùm aliquando totam significet trinitatem, aliquando pro singulis accipitur personis, vt hoc loco pro persona patris.

Hilarius

ET DEVS ERAT VERBVM. Cùm priùs & quando, & vbi erat verbum explicauerit, nunc quidditatem eius explicat & essentiam. Cumque prima parte æternitatem verbi, secunda personalem eius à patre distinctionem significauerit, hac tertia parte necessariò identitatem naturæ ipsius cum patre significauit, ne ex secunda parte ita à Deo patre distinctum intelligeretur verbum,quasi & natura illi sit diuersa, & Deus esse non crederetur, cùm & vnus sit Deus, & apud Deum verbum fuisse dictum sit. Debet autem in hac oratione præconstrui dictio, *verbum*, vt sit hic sensus: & verbum illud quod dixi, erat Deus, qui sensus in Græco manifestius deprehenditur, vbi nomini, *Deus*,iam non apponitur articulus,sed tantū nomini,*verbum*,καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος,id est,& Deus erat illud verbum. Eo verò quod nomini, *Deus*, hic non apponatur articulus,sicut in superiori parte, Arriani erroris sui occasionem vel confirmationem sumpserunt,dicentes verbum esse quidem θεὸν, sed non sicut patrem τὸν θεόν. hoc est, non esse Deum verū & summum,sed Deum participatione & gratia,ac per hoc minorem Deo vero.Verum hoc eorum argumentum nullius esse efficaciæ ex eo constat, ꝙ nomini Deus, frequenter non additur articulus, vbi de summo Deo constat esse sermonem: quemadmodum bis accidit in hoc primo capite Ioannis, cùm scilicet dicitur: *Fuit homo missus à Deo. &*: *Deum nemo vidit vnquam.* Rursum eidem nomini articulus alicubi additur, vbi filio tribuitur, vt ad Tit. 2. Expectantes aduentum gloriæ magni Dei,vbi præterquam quòd Christus magnus Deus dicitur,etiam additur articulis τοῦ μεγάλου θεοῦ Iam vt omne cesset dubium, Iesum Christum, Ioannes vltimo cap.suæ epistolæ vocat verum Deum, dicens:Vt credamus in vero filio eius Christo Iesu. Hic est verus Deus:& vita æterna. Quòd autē hoc loco articulum non apposuerit, coactus fecit. Si enim vtrobique addidisset articulum, dicens τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ, iam confudisset personarum proprietates. Sensus enim fuisset, & ille Deus apud quem dixi esse verbum, erat illud ipsum verbum: vel ipsum verbum erat ille ipse Deus pater, apud quem dixi esse verbum. Quòd si autem nomini, *Deus*,addidisset articulū,& non verbo, duo significasset verba, ac sensus fuisset:& ipse Deus,nempe pater,erat & ipse verbum quoddam, etsi non idem quod filius. Nunc quoniam verbo addidit articulum,& non Deo,Christianam expressit sententiam, sic vt aliò detorqueri nequeat, nimirum hanc: Et verbū illud,quod modò dixi,erat Deus,id est, particeps diuinæ naturæ. Sicut enim dum significare volo hominem esse speciem animalis, dicere non possum ὁ ἄνθρωπός ἐστι τὸ ζῷον,ipse homo est ipsum animal, sed ὁ ἄνθρωπός ἐστι ζῷον, id est,ipse homo est animal:ita dum Euangelista significare voluit verbum istud cum patre in diuinitate communicare, necessariò omittere debuit articulum. Cæterùm satis significat etiam hoc loc verbum esse verum Deum, & talem qualis est pater, dum absolutè & sine aliqua additione eum Deū vocauit. Aliàs enim cùm in scripturis nomen Dei tribuitur creaturis, ex additione aliqua & circunstantia ostēditur creatura per participationem nomen Dei accipere, vt cùm Moysi dictum est: Ego constitui te Deū Pharaonis, vbi non absolutè Deus, sed Deus Pharaonis dicitur: Et alibi dicitur: Ego dixi, dij estis, &c. vbi quia additur, ego dixi, satis significatur deos hos esse reputatione Dei gratuita. Indicat autem Aug.3.libro de Doct.Christ.cap2. quosdam Arianorum ne ex hoc loco fateri cogerentur verbum esse Deum,locum hunc praua distinctione sic peruertisse: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat*: vt deinde alius sit sensus: *verbum hoc erat in principio apud Deum.* Tanta est hæreticorum peruersitas, & contra omnem sensum pertinacia, vt quod astruūt cōfirment. Notandum autem ꝙ cùm verbum & filius Dei vnius dicitur esse naturæ cum patre,non potest id eodem omnino modo intelligi: quomodo dicimus inter homines patrem & filium eiusdē esse naturæ, omnesq; homines vnius esse naturæ.Hic enim intelligitur de identitate naturæ specificæ. In diuinis verò personis pater cum filio non est intelligendus eiusdem naturæ, specificæ, sed naturæ indiuiduæ, propter quod in diuinitate diuersæ personæ non

Exod. 7.

Psal. 80.

Aug.

Universidad de Deusto
Biblioteca

possunt dici plures dij, sicut diuersæ personæ in humana natura communicantes dicuntur plures homines. Itaq; ob hanc causam condemnatur in canonibus tit. de summa Trin. & fide cath. cap. Damnamus ergo, &c. libellus abbatis Ioachimi, quem scripsit contra Petrum Lombardum de vnitate & essentia Trinitat. asserens sic patrem & filium, & spiritum sanctum, dici vnam essentiam & vnum Deum, quomodo multi homines dicuntur vnus populus, & quomodo Aristot. dicit participatione speciei omnes homines esse vnum hominem. Proinde cautè legendus & intelligendus est Theophylactus hoc loco, sic scribens: Vt exemplo manifestius faciamus, Petrus & Paulus sunt alius & alius, sunt enim duæ personæ, sed non aliud & aliud. Vna enim eorum natura est humanitas. Sic igitur de patre & filio docendū. Alius enim sunt & alius duæ personæ, non autē aliud & aliud: vna enim natura eorū deitas. Intelligendus enim Theoph. exēplum afferre nō omnino simile, nec eodem omnino modò, vnam esse diuersis hominibus naturam, sicut diuinis personis eandem essentiam: sed tantū exemplo quodam voluisse ostendere, quomodo alius & alius de diuinis dicantur personis, non autē aliud & aliud, quemadmodum & alij patres hoc exemplo vsi sunt sæpius. Videndum hic apud Thomam, aliósve scholasticos, cur non possit esse aut intelligi identitas specifica in personis diuinis.

A & verbum, & spiritus sanctus per verbum factus intelligatur. Hac autem oratione non solùm verbi omnipotentiam cum patre communem significauit Ioannes, sed & æternitatem rursum contra Arrianos. Omnipotentiam quidem eandem cum patris potentia, quod per ipsum omnia iam facta dicit quæ Deum fecisse Moyses scripsit. Æternitatem verò etiam significat his verbis: Si enim omnia per ipsum facta sunt, ergo ipse nequaquam factus est, alioqui per seipsum factus esset rursum: Si omnia per ipsum facta sunt, ergo & tempus omne per ipsum factū est, & proinde ante omnia tempora fuit, quare & æternū eum fuisse necesse est. Simul quoque & diuinitatē verbi his insinuat verbis, secundū Cyrillum & August. Si enim omnia per ipsum facta

B sunt, non potest ipse cū omnibus factis connumerari, ac proinde Deus sit necesse est, cùm inter Deū & creaturam nihil sit medium. Dicendo autē, omnia, non solùm vnico hoc verbo cōplexus est quæ per multa Moyses speciatim enumerat, sed & inuisibiles creaturas simul cum visibilibus comprehendit, cùm Moyses rudibus adhuc scribēs de visibili tantummodo creatura locutus sit. Vnde explicans istud, omnia, Paulus ad Colos. scribit: In ipso condita sunt vniuersa, in cœlis & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, &c. Porrò quod dicit, *per ipsum*, vide-

C dum quomodo accipi debeat. Cùm enim præpositio, *per*, denoter causam rei, & variis modis aliquid contingat rei alicuius esse causam, variis modis intelligi potest, cùm dicitur aliquid fieri per aliud. Aliquando enim huiusmodi locutione significatur causa ministratoria & instrumētalis, vt cum dicitur quid facere dominus per seruum suum, & faber per instrumēta sua. Aliquādo verò significatur causa efficiens vel formalis, quæ ipsi agenti est causa quòd operetur, vt cùm dicitur quid homo facere per liberum suū arbitrium (hoc enim ad operandum hominem impellit & mouet) & cū dicitur ignis calefacere per calorem: calor enim igni est ratio formalis qua calefacit. Rursum aliquando significatur

D ipsa principalis causa, quæ per seipsam aliquid facit, vt cùm dicit Paulus: Fidelis Deus, per quem vocati estis, i. à quo vocati estis. Et iterum, cùm se dicit Apostolum per voluntatem Dei, id est, à constitutione & electione voluntatis diuinæ. Itaque Arriani primo modo hic accipiunt præpositionem, intelligentes ex hoc loco verbum & filium Dei esse minorem patre, & seruum vel instrumentū eius. Verùm respondent catholici præpositionem, *per*, non semper significare minoritatem, cùm eadem etiam patri legatur in sctipturis tribui, vt patet ex locis iam citatis. Proinde putant aliqui sic accipi posse quod hic dicitur, *omnia per verbum facta sunt*,

E quomodo de Deo dictum est: Fidelis Deus, per quem vocati estis, vt sit sensus: Omnia ab ipso verbo facta sunt: atque in hunc modum accepisse Cyrillum apparet. Verùm hic sensus etsi verus sit, non videtur esse Ioannis, eo quòd dicens, omnia per ipsum facta, significare velle videatur omnia per ipsum facta à Deo patre, vt sic insinuet, verbum illud, de quo loquor, illud esse verbum per quod obscurè Moyses significauit vniuersa Deū fecisse, & quo Psalmista dicit cœlos firmatos. Verbo domini, inquit, cœli firmati sunt. Vnde sensum hūc apertius explicauit Paulus, dicens: Per quem fecit & sæcula.

HOC ERAT IN PRINCIPIO, &c.] Ne intelligeremus tria hęc antedicta sigillatim, vera esse, & nō simul eidem competere verbo, ad excludendas omnes cauillationes istud subiecit, per epilogum superiora omnia recolligendo, & demōstrando ea simul esse vera. Et est sensus: Hoc nempe verbum, quod dico esse Deum, hoc inquam, & non aliud, erat in principio apud Deum. Et necessaria quidem erat hæc collectio, tum ne erraremus intelligendo verbum fuisse quidem in principio, sed non fuisse in principio apud patrem, verum illi aliquando fuisse contrarium, quemadmodum de diis suis gentes fabulantur: tum ne putaretur aliud esse verbum quod dicitur Deus, & aliud quod in principio dicitur fuisse, & apud patrem fuisse. Futuri enim erant qui id assererent, quemadmodum de Eunomianis testatur Cyrillus, qui aliud asserebant verbum interius atque insitum naturaliter in Deo, & aliud quod in scripturis filius Dei dicitur, per quod cuncta Deus creauit, interiori atque insito verbo simillimum. Tales itaque futuros prospiciens spiritus sanctus hæreticos, subintulit: Hoc ipsum verbum Deus erat in principio apud Deum patrem, per quod idem omnia facta sunt. Hactenus sermone quodam D. Basilius doctè proœmium istud explicauit.

OMNIA PER IPSVM, &c.] Postquam superius de verbo locutus est considerato in seipso, & per comparationem ad Deum patrem, explicās ipsius æternitatem, distinctionem personalem à patre, & diuinitatem cum eodem cōmunem: nunc ostendit quomodo se idem verbum habeat respectu creaturarum. Et priùs quidem ostendit quomodo se habeat ad omnes creaturas, deinde verò quomodo se habeat ad eos qui inter creaturas præcipui sunt, homines scilicet. Itaque per ipsum verbum facta dicit esse omnia, quæ scilicet creata sunt vel facta. Sic enim distributione, vt vocant, accommoda necesse est istud intelligere, ne & ipse pater,

Itaque,

Itaque, vt annotauit D. Thomas, Origenes testatur Valentium hunc locum sic intellexisse, vt præpositio, *per*, secundo modo accipiatur. Intellexit enim verbum hoc præstitisse creatori causam mundanæ creationis. Verùm & hunc sensum catholica reiicit fides. Non enim pater quicquam accepit à verbo, sed cōtra, omnia verbum à patre. Quare intelligendum omnia per verbū facta esse à patre, tū quia omnia pater fecit per suam sapientiā & potentiam, quæ duo verbo Dei appropriantur. Christū enim Paulus vocat Dei virtutē & Dei sapientiam, tum quia omnia sic pater cū filio cōmuniter fecit, vt tamen virtutem operandi, sicut & essentiam filius à patre acceperit. Secundum priorem modum, quadam simili ratione per verbum omnia pater fecisse dicitur, qua homo dicitur operari per suam sapientiam, & artifex per artem. Sed in hoc est differentia, & quòd sapiētia & ars hominis est ipsi ratio & causa cur operetur: sapientia autem patris, quæ filius est, non est patri ratio formalis operationis suæ, sed ipsa sapientia quæ est ipsemet pater, ratio est patri suæ operationis. Verùm quoniam per sapientiam suam pater creasse omnia dicitur, & sapientia filio appropriatur, ideo etiam appropriatur ei, vt omnia per ipsum facta dicantur. Secundum posteriorem modum, similitudo quædam est inter hanc Euangelistæ locutionem, & eam qua per primam acceptionem præpositionis, *per*, dicimus aliquid fieri ab aliquo per instrumentum. Sicut enim tunc significatur instrumentum accipere virtutem causandi ab alio, & mediatio quædam inter primum agens & effectum: ita & hic significatur verbum à patre accepisse virtutem operandi per originem & derivationem ab ipso, & medium esse inter patrem & creaturas. Sed in hoc est dissimilitudo, quòd ibi instrumētum non eandem accipit virtutem, quam habet primum mouens, & ob id minus est illo, sicque mediat inter primum agens & effectum, vt primum agens non immediata dicatur effectus causa. Hic autem verbum eandem accepit efficiendi virtutem quam habet pater, quare illo minus non est, neque sic mediat, vt pater non sit causa omnium immediata, cùm mediatio hæc solùm secundum originem sit accipienda. Quare cùm pater cum filio omnia operetur, & filius non sit res & natura à patre diuersa, æqualiter pater & filius causa sunt omnium immediata & principalis. Secundùm hunc ergo secundum modum non appropriatè, sed propriè per verbum omnia facta dicuntur. Postremùm etiam ideo omnia per verbum facta dicuntur, quòd ipsum, quatenus verbum & sapientia dicitur, causa est exemplaris rerum factarum, non quidem ex parte operantis patris, sed tantùm ex parte rerum factarum. Quamuis enim verbum patri exemplar dici possit rerū factarum, non tamen ipsi potest dici causa exemplaris rerum E factarum, cùm nihil à filio pater acceperit. Atque ob id significādum putat Caietanus Euangelistam hic potius dixisse: *omnia per ipsum facta sunt*; quàm, pater per ipsum omnia fecit. Ex his omnibus constat quare potius dictum sit: *omnia per ipsum facta sunt*; quàm, omnia ipsum verbum fecit: vel, omnia cum ipso facta sunt: vel, omnia ab ipso facta sunt. Cum his enim omnibus Euangelistæ locutio plura etiam in se includit.

ET SINE IPSO, &c.] Verba hæc duplicem

A habent distinctionē. Quidā enim sic distinguūt: *Et sine ipso factum est nihil*, vt deinde noua sequatur sententia: *Quod factum est, in ipso vita erat*. Atque hanc distinctionem fere Latini sequuntur interpretes, & cum eis Cyrillus Græcus. Alij verò sic distinguunt, *Et sine ipso factum est nihil quod factum est*; vt puncto hic interposito deinde sequatur: *In ipso vita erat*. Secundum priorem autem distinctionem quidam orationem illam, *& sine ipso factum est nihil*; affirmatiuè accipiunt, vt sit sensus: Id quod est nihil, factum quidem est, sed factum est sine ipso. Atque hoc modo hanc orationem Manichæi acceperunt, intelligentes per *nihil*,

B aliquid quod factum sit, scilicet res corruptibiles, quòd earum esse continuè transmutetur in nihilum. Has enim non à verbo creatas dixerunt, sed ab altero principio contrario. Verùm Augustin. lib. de natura boni contra Manichæos ca. 15. ridet superstitiosam hanc Manichæorum distinctionem & intelligentiam, quòd putarent per dictionem, *nihil*, sic positā debere intelligi aliquid quod factum sit, & negarent negatiuum sensum reddi posse, si hoc ordine dicatur: *& sine ipso factum est nihil*, & non isto: & nihil factū est sine ipso; ostēditque vtrouis modo dicatur hūc esse sensum: Quicquid subsistit in rebus creatis, à verbo factum est. Idem super Ioan. Manichæorum ridet intelligentiam, dicens per, *nihil*, non posse intelligi aliquid quod factum sit, sed si affirmatiuè quis velit orationem accipere, debere potius intelligere peccatum

C vel malitiam. Peccatum enim quatenus peccatum est, hoc est, inordinatio quædam & defectus à recta regula, non est res & natura aliqua, nec est à Deo, sed à voluntate obliqua hominis. Huius expositionis meminit & Hier. exponens. 2. c. Micheæ, vbi quosdam dicit per, nihil, intelligere hoc loco malitiā & diabolum, sed eā expositionem tanquam coactā nimis, non probāt. Nec, vt plerique putant hoc modo Aug. super Ioan. intelligendum voluit. Nam si diligenter legatur, deprehendentur duo illa pro eodem accipere: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Atque ex Græca veritate manifestè cōstat sic accipi non posse. Non enim

D habent Græca οὐδέ ἑν, sed οὐδὲ ἕν id est, neque vnum vel, vt nos diceremus, ne vnū quidem. vnde constat necessariò sic debere accipi negatiue, vt sit sensus: nullā omnino esse rē quę sine verbo facta sit. Huic autem sensui id vnum obstare videtur, quòd secundum eū superflua videbitur hæc pars, cùm id quod ea significatur satis præcedenti oratione explicatum sit, qua dictum est; *omnia per ipsum facta sunt*. Dicendum itaque adiūctam esse hanc partem, primum vt quod priùs dictum est fortius confirmaret, ne omnino aliquid putaretur non esse complexus dicendo, *omnia*, si quidem intelligere aliqui potuissent tantùm vrilibia illa quæ Moyses facta scribit,

E ipsum cōplexum esse: aut res noxias non esse complexum, quas quidā non à vero Deo, sed à diabolo factas asseruerunt. Deinde & ideo hanc dicit, vt explicaret illud quod dixit, *per ipsum*. Ne enim ex ea locutione quis filium patre minorem intelligeret, & à patre filium tanquam seruum omnia esse facta, subiunxit præpositionem denotantē societatem filij cum patre in creando mundū, vt vel sic occurreret prauæ intelligentiæ, quæ ex prioribus nasci poterat verbis. Dicendo enim; sine ipso nihil esse factum, significat cum ipso à patre omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse facta. Iã & ipsa Græca, quæ non habẽt ὃ ἐστι, sed ὅ ἐστιν, magis expostulant, vt illud, *quod factum est*, cum præcedentibus iungatur, quemadmodum hodie Græci codices distinguunt, & Theop. & Chrysost. Secundum quam distinctionem hæc pars, *& sine ipso*, &c. præter dictas rationes ideo apposita est, vt ostenderet per illud, *omnia*, creata solũ accipi debere, ne quis patrem vel spiritum sanctum, vt
3. Cor. 15. dixerunt Macedoniani, intelligeret per verbum factum esse. Sic & Paulus explicans pro quibus distribuat omnia, cùm dicitur de filio: Omnia subiecit sub pedibus eius, sine dubio (inquit) præter eum qui sibi subiecit omnia. Indicat autem Ioann. per hoc quod adiecit, *quod factum est*, esse aliquid præter patrem & verbum, quod non sit factũ, nempe spiritum sanctũ. Nam ad excludendum patrem aut filium ab illo vniuersali, *omnia*, non omnino opus erat addere, *quod factum est*. Quis enim audiens per filium à patre omnia esse facta, non intelligeret ab omnibus excludi patrem & filiũ facientẽ? Proinde hoc loco refellitur non tantùm Manichæorum error, sed & Macedonianorum. Si autem illa pars, *quod factum est*, cum sequentibus legatur, rursum & varia est distinctio, & sensus plures. Manichæi enim illud, *in ipso*, præcedenti coniungentes hoc modo distinxerunt & intellexerunt: Id quod factum est in ipso verbo, id est, per verbum, erat vita, hoc est, habebat vitam, atque ob id asserebant nullam esse creaturam quæ non viueret, lapidésque ac ligna vitam habere credebant. Augustinus autem ne in horum errorem quis incidat, vult sic orationem distingui, vt illud, *in ipso*, sequenti iungatur, hoc modo: *quod factum est*, deinde distinctiuncula interposita, *in ipso vita erat*. Et intelligit omne quod factum est, etiam antequam fieret; non in seipso quidem, sed in ipso verbo fuisse vitam. Sicut enim artificis opus etiam antequam fit, est in mente artificis secundum speciem exemplarem, estque in ipso vita quædam, quia inest illi vitaliter & intellectualiter: ita & in ipso verbo omnis creatura, etiam antequam fieret, subsistebat, sed vitaliter & intellectualiter, atq; ob id dicitur in
D illo fuisse vita. Secundum hunc autem sensum postquam superius dictum est omnia per ipsum esse facta, additum est istud; *Quod factum est, erat in ipso vita*; ne quis fortè crederet mutabilem eius voluntatem, quasi qui subitò fecerit creaturã, quam antea nunquam fecisset, atque ob id factam quidem in tempore asserit creaturam, sed in æterna priùs sapiẽtia fuisse; ibique vitam fuisse cum ipsa sapientia diuina quæ omnia creata comprehendebat, vita sit. Porro hic sensus vt à Platonicis idæis desumptus est, ita & obscurus & coactus nimis apparet. Indicant autem Theodoretus & Chrysostomus etiam Macedonianos locum hunc distinxisse, sicut distinxerunt Manichæi, ita tamen vt per id quod factum dicitur in ipso verbo, intelligerent
E significari spiritum sanctum, & sit sensus; quod factum est in ipso, id est, spiritus sanctus, erat vita. Verùm spiritum sanctum hic nõ vocari vitam constat ex sequentibus, vbi ipsum verbum, vita dicitur & lux. Cyrillus illud, *quod factum est*, etiam à superioribus separans, sic orationem hanc accipit, vt relatiuum, *ipso*, non referatur ad *verbum*, sed ad, *quod factum est*, vt hic sit ordo & sensus; Ipsum verbum erat vita in ipso quod factum est, hoc est, ipsum verbum vitam vigorémque imper-
A tiit rebus creatis, & vitam quam ex natura sua habet, etiam omnibus creatis infudit & communicauit: non quòd omnibus dedit propriè viuere, sed vita omnium dicitur quòd ea conseruauerit in sua natura. Intelligit enim hanc partem superioribus subiũctam, vt ostendat verbum non solùm omnia creasse, sed etiam creata in sua cõditione conseruare, cùm ex sua natura durandi virtutem non habeant. Quòd si autem in simili sensu quis hunc locum sic intelligere velit; Quod factum est, erat in ipso verbo vita, hoc est, vigorem suum & esse in ipso habebat, iam, *vita*, hoc loco non eodem modo accipietur, quo statim postea; *& vita erat lux hominum*. Diuus Hilarius aliam ab omnibus præ-
B dictis sequutus est distinctionem. Illud enim, *quod factum est*, præcedentibus iungit: & tamen etiam illud, *in ipso*, coniungit cum, *factum est*, vt sit hæc distinctio: *Et sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso*; ac deinde noua sententia incipiatur: *Vita erat*. Ne enim dum dicitur, *& sine ipso factum est nihil quod factum est*, intelligeretur aliquid per alterum factum, quod tamen non sit sine eo factum, ob id intelligit additum, quòd factum est in ipso. Meminit & Theophylactus huius distinctionis, asserens quendam sanctum orthodoxum in hunc modum distinxisse, & intellexisse omnia quæ in verbo condita sunt, non esse
C facta sine ipso. Verùm quomodo dubium esse potest, quòd ea quæ in verbo facta sunt, sine ipso non sunt facta? Neque hunc certè sensum Hilarius voluit, sed istum; *& sine ipso factum est nihil*, quod tamen omne etiam factum est in ipso. Cuius postea rationem reddi intelligit: Quia scilicet erat vita. Porro quoniam secundum omnes istas distinctiones nullus adfertur sensus qui satisfaciat, longè simplicior & facilior est distinctio Chrysostomi, & omnium pene Græcorum, qua, *quod factum est*, præcedenti: illud verò, in ipso, sequenti iungitur. Secundum quam distinctionem istud, *In ipso vita erat*; intelligunt Chrysost. & Theophyl. sic, vt postquam omnia per ipsum facta dixit, nunc
D eiusdem prouidentiã significet, qua non solũ omnia cõdiderit, sed etiam omnium creaturarum vitam & essentiam conseruauerit. Itaque vitã intelligunt tribui verbo respectu omnium creaturarum, non quod omnibus vitam propriè dictam impertiatur, sed quòd omnium essentiam permanere faciat, estque sensus secundum eos: In ipso erat vita omnium, id est vigor, qua omnia cõdita in sua conditione conseruantur. Rectius tamen videtur accipi posse vitã hic tribui verbo solũ respectu viuentiũ, vt sicut prius ostendit Euangelista omnia suum
E esse accepisse à verbo, ita iã significet omnia viuentia suam vitam ab eo quoque accepisse, sicut mox postea idem verbum lucem dicit hominum, quòd ab eo homines lumen intelligibile acceperint. Sicut enim ordo quidã est inter esse, viuere, & intelligere, ita ordinate procedens tria hæc in creaturis à verbo esse declarat. Ita Caietanus. Itaque sensus erit: In ipso verbo erat vita, hoc est verbum ex sua natura vitam habebat, eratque vita ipsa ex sua natura, ac proinde non nisi ex hac fontali vita acceperunt suam vitam quæcunq; viuunt, aut vnquam vixerunt. Proinde cùm dicitur in verbo fuisse vitã, non debet intelligi vita à verbo diuersa, aut vita illi infuisse sicut accidens in suo subiecto, quomodo in nobis dicitur esse vita, cũ in Deo non sit aliud

essentia

essentia eius & accidens quoduis. Neq; rursum simA pliciter intelligendũ, in verbo fuisse vitam, quia ei cõpetit vita, sed ὃ ex sua natura sit vita. Quomodo postea dicturus est: Sicut pater habet vitã in se manentẽ, sic dedit & filio habere vitã in se manẽtem.

Et vita erat lvx, &c.] Vitam quæ est, verbum, dicit esse lucem hominum, vt ostenderet se loqui de luce non sensibili, quæ non hominum solùm est, sed & brutorum: verùm spirituali, quæ propriè homini quatenus homo est, hoc est, secundum partem intellectiuam, conuenit. Hominum autem potius lucem dicit quàm angelorum, vt per ea quæ nobis sunt nota, lucem illam nobis manifestaret. Dicens tamen esse lucem hominum, indicat multo magis esse lucem angeB lorum. Si enim homo infimus inter creaturas rationales à verbo illuminatur, & suprema lux est infimi intellectus lux, multo magis est lux intellectuum superiorum mediorum. Et non dixit, lux Iudæorum, aut lux iustorum, sed *lux hominum*, omnium scilicet: vt intelligeremus vitã vocari lucem, non quia per legem à Moyse datam, aut per gratiæ suæ inspirationem quosdam illuminauit, sed ratione luminis naturalis, quod omnibus hominibus infudit. Lux enim aliquorum dicitur id quod eos illluminat. Ita lux hominum verbum dicitur, quòd eos illuminet. Illuminat autem, quia rationem &
C intellectum omnibus dat, quo honestũ ab inhonesto, verumq; à falso discernere valeant. Cùm enim in corporalibus rebus id lumen dicamus in quo aliquid videmus, rectè per translationẽ à corporalibus ad spirituale lumen dicitur mens ipsa & ratio, visq; illa discernendi verum & falsum, sicut & ipsum videre ad intellectum transfertur. Porro, quod dicit de tenebris in quibus lux lucet, & quæ non comprehenderunt lucem, variè intelligitur:
Quid hic sint tenebræ. Cyrillus enim considerãs tenebras opponi luci, & solum Deum esse ex sua natura lucem, per tenebras intelligit omnem creaturam, quæ lucem quidem participare potest, tamen ex sese lucem non habet, sicut aër ex sese tenebra est. Itaque secundum eum lux in tenebris lucet: quia lux diuina in men-
D tibus rationabilibus, quæ ex sese luce carẽt, lumen suum infundit, impartiendo eis intellectum & sapientiam qua videant. Et intelligit hanc partem superiori appositam, ne quis intelligeret verbum non esse lucem omnibus, sed iis tantùm qui bene viuendo se eius illuminatione dignos fecissent. Secundum quam expositionem quod sequitur, *tenebræ eam non comprehenderunt*, quidam sic accipiunt, creaturæ rationales quantumuis illuminatæ, nequaquam tamen lucem illam comprehenderunt, vt quæ scilicet sit incomprehensibilis. Illud enim propriè comprehendi dicitur, quod totum concluditur, & cuius natura tota perE spicitur, quod de Deo fieri nequit. Ecce enim (dicitur Iob 32.) Deus magnus & vincens scientiam nostram. Hic autem sensus huius partis indicatur in Homilia super hoc Euangelium quæ inscribitur Origeni. Verùm etsi optimè conueniat superiori expositioni, tamen Cyrillus hanc partem sic non intelligit, sed in hoc sensu, tenebræ non cognouerunt ipsam lucem, quòd scilicet deserto veri Dei cultu, plerique hominum creaturas coluerint. Caietanus autem sensu omnino diuerso intelligit per tenebras, res omnes sensibiles carentes lumine intelligibili, atque in his lucere lucem, sed il-
A las non comprehendere, vel apprehendere eam, quòd lux diuina in rebus sensibilibus se visendam exhibeat, non tamen ab eis attingatur, neque cognoscatur, sed tantùm ab hominibus lumine intelligibili donatis. Verùm hic sensus à scripturæ vsu nimis est alienus, atque ab intentione Euangelistæ, qui omnino videtur significare voluisse, dum dicit lucem in tenebris lucere, lucem suo lumine tenebras dispellere voluisse. Theophylactus autem, post Chrysostomum, per tenebras intelligit mortem & errorem. In morte enim sua verbum Dei illuxit, dum mortem, tum suam, tum aliorum superauit, & claritatem suam resurgendo demonstrauit. Et in gentili errore fulsit, atque quotidie fulget per Euangelicam prædicationem. Hæ autem tenebræ lucem non potuerunt comprehendere, quia neque mors verbum Dei detinere potuit, neque error aliquis eum occupare, aut Euangelij lumen obscurare & extinguere. Indicat autem idem autor quosdam per tenebras intelligere carnem hanc nostram per peccatum obtenebratam, in qua luxit lux ista, dum veniens in similitudinem carnis peccati mundo prædicauit. Alios rursum aduersarias potestates, quæ tentarunt quidem lumen istud comprehendere & extinguere, sed nequaquam valuerunt. Secundum omnes autem istas interpretationes tres intelligitur verbum Dei lucere in tenebris ratione eorum quæ post incarnationem suam fecit. Ioannes verò magis videtur loqui de illuminatione ea qua à principio mundi semper luxit in tenebris. Proinde aptius secundum Augustinum & Rupertum per tenebras intelligimus mentes hominum per peccatum obtenebratas, aut ipsos etiam homines ignorantiarum & errorum tenebris offusos, quemadmodum de quibusdam dicit Paulus: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Lux *Ephes 5.*
ergo diuina semper lucet & luxit in tenebris, tum quia lumine naturali etiam peccatoribus infuso dat eis ex rebus visibilibus inuisibilia Dei cognoscere, quemadmodũ testatur Paulus ad Ro. 1. tũ quia occultis suæ gratiæ inspirationibus, iustorumque prædicationibus, & aliis mediis plerpsque semper peccatores in cognitione Dei, quantũ in se est, illuminare voluit. Verùm tenebræ, hoc est, tenebrosæ mentes, lucem hanc non comprehenderunt intellectu suo, hoc est, non cognouerunt eã. Idq; vel ob id quòd in rebus vanis, & perituris huius mundi bonis oculos mentis semper haberent intentos, & affectum affixũ, oculos suos ad lucem illuminantem eos claudentes; vel quòd ingenij sui acumine confisi ad veritatis diuinæ cognitionem peruenire contenderent. Quia enim, inquit Paulus, *Rom. 1.*
cùm cognouissent Deum, non sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in coE gitationibus suis, &c. Secundum prædictam autem expositionem quod hic dicitur de illuminatione lucis, intelligitur non solùm de illuminatione quæ fit per infusum lumẽ naturale, sed etiam de ea quæ fit per inspirationem Dei gratuitatem: quod quidẽ aptè conuenit sequentibus, in quibus de ea cognitione lucis huius agitur, quæ sine inspiratione Dei gratuita accipi non potest. Iã quod dicitur, *tenebræ eam non comprehenderunt*, de tenebris accipi debet, quãdiu tenebræ fuerunt. Aut sic accipienda oratio, vt significetur pleraq; tenebras lucem non comprehendisse, non autem omnino nullas,

sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut intelligitur quod postea dicitur: *Mundus eum non cognouit, & sui eum non receperunt.* Cùm autem semper alioqui verbis vtatur præteritis, per præsens dixit, *lux lucet in tenebris*, vt significaret perpetuò & indesinenter lucem hanc lucere à principio mundi vsque in hunc diem.

FVIT HOMO MISSVS, &c.] Posteaquam superius dictum est de iis quæ ad diuinitatem verbi spectant, Euangelista iam de verbi incarnatione dicturus, sermonem de præcursore interserit. Quoniam enim verbum in sua diuinitate solùm consistens, quamuis in tenebris luceret, à tenebris tamen non est comprehensum, neque cognitum, ob id carnem induit in qua luceret, & mundo manifestius innotesceret. Vt autem etiam in carne veniens agnosceretur præmissus est Ioannes Baptista, qui partá sibi apud omnes summa per eminentissimam vitæ sanctimoniam autoritate, testimonium ferret de hoc lumine incognito & carne velato. Ex quibus constat quàm conuenienter hic sermo de Ioanne & Christi incarnatione superioribus subiunctus sit. Cyrillus autē intelligit hic Euangelistam sermonem de Ioanne præcedentibus subiunxisse, vt eorum quæ dixit testem adiungeret grauissimū, summæque autoritatis, ne ea quæ dixit parui sint momenti, & fidem non accipiant. Aduertendum autem idem Cyrillus admonet, quàm idonea vtatur Euangelista oratione cùm de Ioāne loqui incipit. Nam cùm de verbo loqueretur, vsus est verbo, *erat*, vt æternitatem eius ostenderet, & vtra omne temporis principium esse significaret. De beato autem Baptista congruè nimium, vt de mortali homine atque creato, *fuit*, exclamat. Vbi tamen notandum, quòd differentia inter, *erat* & *fuit*, non consistit, secundum Cyrillum & Euangelistam, in ratione temporis, quòd scilicet illud est præteriti imperfecti, istud verò præteriti perfecti. Nam apud Græcos verbum ἦν non est præteriti perfecti temporis, sed aoristus secundus. Verùm differentia illa potius consistit in verborum diuersitate. Nam verbo Dei tribuitur semper ἦν, erat, quod est verbum substantiale, nullam in se includens factionem eius quod dicitur esse. Verbum autem ἐγένετο non est verbum substantiuum, & quamuis accipiatur frequenter pro substantiuo, significat tamen quandam eius cui tribuitur factionem. Nam propriè γίνομαι, idem significat quod fio, & nascor. Quod autē mox verbum, *erat*, Ioanni tribuitur, *cui nomen erat Ioannes*, Græca non habent, *erat*, sed tantum, *nomen illi Ioannes*. Diuus Thomas autem, qui & ipse annotauit de verbo dictum esse, *erat*: de Ioanne, *fuit*, tantùm temporis diuersitatem attendi, & non verborum quæ sunt apud Græcos diuersa. Neque contentus Euangelista horū verborum diuersitate separare verbum Dei à Ioanne, tutissimè adiecit, *homo*, idque sine articulo, tum vt hac nomenclatura & nota distingueret ipsum à filio Dei, quem verbum, Deum, vitam & lucem appellauit, quicq; homo est cum articulo, hoc est, insignis & omnes excellens, tum vt temeritatem nonnullorum euerteret, teste etiam Cyrillo. Iam enim rumores fuerāt non natura hominem, sed de numero sanctorū angelorum Baptistam fuisse, ac humano corpore vsum prædicasse, quod inde affirmabant, quia dictum est Malachiæ 3. Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Ignorantes nomen angeli, ministerium magis quàm substantiam significare. Angelus enim Ioānes dictus est, non quia natura angelus esset, sed quia ad nunciandum venit. Atque ob id etiam rectè subiecit, *missus à Deo*, tum vt ostenderet eum ratione officij sui angelum dictum, tum ne alicui leue videretur testimonium eius, quem priùs solùm hominem vocauit, idque sine articulo, vt à pseudoprophetis eum separaret, qui à Deo missi non fuerunt. Quando autem missus sit, scribit Lucas, scilicet anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris. Sed modus quo missus est, incertus est, an scilicet visibili apparitione, an sola interna instructione, & destinatione. Cæterùm, vt explicaret quis sit homo de quo loquitur adiecit: *cui nomen erat Ioannes*, vel, vt habent Græca, *nomen illi Ioannes*. Nomen certè non vulgare, nec casu impositum, sed diuinitus inditum. Atque ob id missum hunc à Deo hominem nomine hoc suo notum facere voluit Euangelista, secūdum Cyrillū, vt ipso nomine quod ex Lucæ narratione constat esse diuinum, hominis huius autoritatem magis attolleret. Quoniam autem variis de causis vel homines, vel angeli à Deo mittuntur, speciale missionis eius officium explicat, dicens: *Hic venit in testimonium*, hoc est, vt testaretur, aut vt esset testis, quasi dicat, non venit vt esset lux mundi, non venit vt mundum hunc redimeret, sed tantùm vt esset testis. Et quoniam diuersarum rerū sunt testimonia diuersa, explicat in cuius rei testimonium missus fuerit: *vt* (inquit) *testimonium perhiberet de lumine*, hoc est, vt testaretur Christum solum esse, vnde omnes lumen & notitiam veri Dei accipiant. Hoc autem dicens significat & Ioannem habuisse certam claramque notitiam huius lucis, (alioquin enim nō venisset idoneus testis. nam quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur) & aliis ignotam fuisse lucem illam, alioqui enim nō opus fuisset eius testimonio. Ne autem quis existimaret lucē hanc testimonio ipsius eguisse quasi aliqua ex parte deficientem, adiicit, *vt omnes crederent per illum*, indicans ob incredulitatem & cæcitatē aliorum testimonium ipsius fuisse necessarium. Et bene quidem, crederēt, dicit: & non dicit, vt omnes cognoscerent, vel scirent hanc lucē per ipsum. Aprè enim testimonio respōdet fides, neque aliud quàm fidē rei testimonium facere potest: nā sciētia & euidens rei cognitio non testimonio, sed demonstrationi & euidētiæ innititur. Deinde quia non potest à nobis lux ista in hac vita sciri, aut clarè videri, sed fide sola percipi. Porro quod dicitur, *per ipsum*, apud Græcos referri potest vel ad lumē, vel ad Ioannem. Nam ἀυτοῦ dum dicitur δι' ἀυτοῦ potest accipi vel in masculino genere, vt ad Ioan. referatur: vel in neutro genere, vt referatur ad τὸ φῶς lumē. Et Caietanus quidem putat potius debere ad τὸ φῶς referri, eo quòd Ioānes non videatur missus vt eius testimonio omnes crederent, cùm omnibus non sit testificatus, sed ludæis tantùm, apud quos testimoniū perhibuit Christo, vt parata Christo illius testimonio autoritate, omnes deinde crederēt Deo patri per Christū, hoc est, Christi, Apostolorumq; eius prædicationem. Verùm reliqui omnes Doctores pronomen, *ipsum*, ad Ioannem referunt, & melius quidē, quòd huic Euangelistæ sit familiare dicere fideles credere in Christum, non per Christū quē sensum & hic voluisse satis ipsa verborum

verborum consequentia docet. Quod autem dicit, *vt omnes crederent*, intelligi potest accommoda distributione de omnibus testimonium eius audientibus, nempe Iudæis. Tamen cùm per eos qui ex Iudæis testimonio Ioannis crediderunt, fides ad gentes propaganda erat, vt iam propagata est, simpliciter de omnibus accipi potest. Venit enim Ioā. vt suo testimonio primum quidem crederent omnes Iudæi, ac deinde per Iudæos crederent etiam omnes gentes, ac proinde venit vt per ipsum omnes crederent. Iam quòd non omnes crediderint, non culpa testificantis est Ioannis, sed per auditorum duritiam id factum est: quemadmodum soli non est imputandum, quòd eos non illuminat qui oculos suos volentes claudunt. Quemadmodum enim sol in hoc lucet, vt quantum in se est, omnes illuminet, ita ad hoc missus est Ioan. & testificatus est vt quantum in ipso erat, omnes per ipsum crederent. Itaque dicēdo, *vt omnes crederent*, non vult significare fructum ex Ioannis testificatione consequendum, sed finem à Deo intentum voluntate antecedēte, sicut dicit Apostolus 1. Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, & sufficientiam testificationis Ioannis, vt per eam omnes crederent si vellent.

NON ERAT ILLE LVX, &c.] Istud adiecit Euangelista, vt ostenderet quanta sit inter verbum Dei & Ioannem differentia, & eorum refutaret opinionem, qui Ioannem putauerunt esse Messiam. Non contrariatur autem huic quod Dominus Apostolis dixit: Vos estis lux mundi, & de Ioanne: Ille erat lucerna ardens & lucens. Non enim negatur simpliciter Ioannem fuisse lucem, sed dicitur non fuisse lux cum articulo, hoc est, summa & prima lux, quæque per naturam & non per participationem lux est, quemadmodum annotauerunt Chrysost. & Theoph. Nam apud Græcos est, ἐκ ἔστι τὸ φῶς. Deinde etiam neglecto articulo, propriè dictum est de Ioanne: *Non erat ille lux.* Nam vt etiam annotauit Cyrillus, sicut creatura quæ doctiorem sapientiorémque alium reddit, non est ipsa sapientia: sic creatura quæ alios illuminat, non est ipsa propriè lux, sed lucem habens, lucisq; quæ in ea est ministra. Deus verò cùm simplicissimus sit, omniq; compositione carens, sicut est ipsamet sua sapiētia, ita est & ipsamet lux. Lucis tamen nomen etiam creaturis ratione participationis impropriè tribuitur Dei dignatione, sicut & nomen Dei, & Filij Dei. Ad excludendum autem omnem dubitationē, & explicandum apertius quomodo Ioannem dixerit non fuisse lucem, subiicit: *Erat lux vera*; significans Ioannem lucem veram dici non posse, etiamsi quadam ratione lux dici possit. Notandum autem hic apud Græcos duplicem poni articulum, ἦν τὸ φῶς, τὸ ἀληθινόν, vt ostendat per τὸ ἀληθινόν, quid intellexerit per τὸ φῶς, & quare nomini φῶς articulum addiderit. Itaq; sensus est, Is erat lux illa de qua loquor, nempe lux vera, quæ illuminat, &c. Porro vt intelligatur quomodo, verbum, dicatur lux vera, aduertendum, verum, in scriptura tribus opponi. Aliquando enim opponitur falso, vt cùm dicitur ad Ephes. 4. Deponentes mendacium, loquimini veritatem. Aliquando opponitur ei quod est vmbratile & figurale, vt cùm postea apud Ioānem dicitur: Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Aliquando verò opponitur ei quod solùm per participationem est aliquale, vt cùm dicitur Ioan. vltimo: Vt simus in vero filio eius. Verum filiū Dei dicit filium naturalem, qui non per gratiam & participationem est filius. Hic autem dum dicit veram lucem, quamuis accipi posset, verum, vt opponatur falso & figurali, ad distinguendum hanc lucem, de qua loquitur, tum à luce quam se habere Philosophi iactabāt, quæ erat lux falsa, tum à luce quam se Iudæi habere per legem gloriabātur, quæ erat lux figuralis. Tamen ex intentione Euangelistæ magis est, vt verū opponatur ei quod tantùm participans est, & lux vera sit lux naturalis: sicut filius verus, filius non per adoptionem, sed naturalis: nisi si quis velit per hoc quod dicit, veram lucem, intelligere, separari hanc lucē etiam à luce sensibili, quæ tantùm est vmbratilis quædam lux ad lucem diuinam comparata. Ita enim & Caietanus intelligit, per hoc quod adiecit, verā, distinguit hanc lucē & à luce sensibili, & ab omni luce intellectuali citra suprema. Pergit autem explicare Euangelista, quæ lux sit lux cum articulo, & lux illa vera, dum dicit; *quæ illuminat omnem hominem*, &c. Sicut enim id solum verè est, à quo omnia suum esse participant, ita id solum est vera lux, à quo omnes creaturæ rationales illuminantur, neque potest id ab alio illuminari quod omnia illuminat, ac proinde per naturam suam, & non per participationem debet esse lux quæ omnia illuminat. Iam quod cum his verbis pugnare videtur, quòd multi in tenebris maneant, ac proinde non omnes ab hac luce illuminentur, variè soluitur secūdum diuersorum diuersas interpretationes. Cyrillus enim lucem hanc intelligit illuminare omnem hominem ratione luminis naturalis, hoc est, rationis & intellectus, quem simul cum anima infundit omnibus hominibus. Illuminat itaq; (vt ipse ait) creatiuè, non docendo, vt homines & angeli, sed potius creādo, vt Deus, & vnicuiq; semen sapientiæ atq; intelligendi radices inserendo. Secundùm quam intelligentiam iam manifestū est, quare addatur, *venientem in hunc mundum*, nimirū vt per ea verba indicet quando lux hæc hominē illuminat, dum scilicet nascitur in mundo. Quòd si autem intelligere quis velit de illuminatione gratuita superaddita lumini naturali, iam intelligendū est, vel, sicut interpretatur Chrysostomus, Illuminat omnem hominem quantum in se est. Quòd enim quidam non illuminentur, ipsorum vitio imputandū est, qui oculos mentis suæ ad lucem hanc claudunt, nec eam recipere volunt, Vel, sicut intelligit Rupertus, *Illuminat omnem hominē*, quia nullus est qui sine eo illuminetur, sicut in Psal. dicitur Dominus erigere omnes elisos, & alleuare omnes qui corruunt, quia scilicet nemo erigitur, nisi ab ipso. Atq; hoc modo præsentem locum intelligit & Augustinus in Enchir. cap. 102. & lib. 1. de peccatorū meritis & remissione cap. 25. vbi & disputat contra quosdā Pelagianos, qui propter additam hic particulam illam, *venientem in hunc mundum*, asseruerunt in exortu corporali ab vtero matris illuminari mentes nascentium paruulorum. Secundùm has autem expositiones adiectum est, *venientem in hunc mundum*, tum ad maiorem commendationem lucis huius, vt quæ non homines solùm quosdā in vno mundi angulo consistentes illuminet, vt Ioannes Baptista, sed omnem omnino hominem in quacunque totius mundi parte degentem, tum ad ostendendū (vt indicat

Matt. 5. Ioan. 5.

Ioan. 1. Ioan. vlt.

Quomodo lux illuminet.

Pſal. 144

Verū tribus opponitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicat Aug.) quare homo indiget ab hac luce illuminari, nimirũ quia venit in hunc mundum, tenebrosum scilicet & caliginosum. Si enim (inquit Aug.) illuc non recederet, non esset illuminandus: sed ideo hic illuminãdus, quia illic recessit vbi homo poterat esse illuminatus. Ex quibus verbis patet Aug. vim facere in eo quod dicitur, *hunc mundũ*, intelligereq; mundũ hunc inferiorem à paradyso & cælo distinctũ. Verùm notandũ Græca non habere pronomen, *hunc*, sed εἰς τὸν κόσμον, id est, in mundum, cum articulo, loco cuius frequenter vertit interpres pronomen demonstratiuũ, quod proinde accipitur non vt distinguat vnũ mundum ab alio, sed simpliciter demonstret vniuersam hanc mundi machinam. Sunt & aliæ huius loci expositiones, sed minus probabiles. In Homilia enim, quæ Origeni inscribitur, super hoc euãgelio, mundus accipitur pro Ecclesia: vt sit sensus: illuminat omnem qui ingreditur Ecclesiã. Et Dionysius hunc quoque addit sensum; *Illuminat omnem hominem*, quia quosdã homines cuiusq; nationis illuminat, vt sit distributio, quemadmodum vocãt, pro generibus singulorũ, sicut in Enchiridio Aug. illud accipi posse dicit: Deus vult omnes homines saluos fieri. Porrò quoniam hic dicitur homo venire in hunc mundum, quidam intellexerunt animas hominum fuisse apud Deum in cælo ante corporum assumptionem, & has, quamuis perfectiore bono fruebantur, tamen saturitate melioris status, alteriúsque vitæ turpi cupiditate ad corpora esse delapsas. Cuius erroris author fuit Origenes, & contra hunc errorẽ prolixè & doctè disputat hoc loco Cyrillus. Quòd enim non dicatur homo venire in hunc modum, quia aliũde priùs existens huc venit, patet, quia tunc significaretur priùs non fuisse illuminatam animam, cùm extra corpus subsisteret. Deinde si supplicij loco corporibus coniunguntur animæ, quomodo venientes in hunc mundum illuminari dicẽtur? Illuminatio enim maiorem afferre gratiam videtur, & honoris est, non supplicij. Accedit his, quòd non habent Græca, *in hunc mundum* vt ne quis putet de inferiori tantùm mundi parte accipiendum, sed simpliciter, *venientem in mundum*. Vnde non posset tum primùm anima dici venire in mundum, cùm corpori vnitur, cùm & priùs in mundo fuerit. Proinde venire in mũdum, non est aliud quàm nasci in mundo. Dictum est autem, secundum Thomam, potius venientem in mundum quàm nascentem in mundo: ad indicandum quòd anima secundum quam homo illuminatur, venit ab extrinseco, hoc est, non ab eductione de potentia materiæ, sicut animæ reliquorum animalium, sed à simplici emanatione Dei, qui creando eam corpori infundit.

IN MVNDO ERAT, &c.] Ostendit modò quare necesse fuerit vt Ioannes testimonium ferret de lumine, simúlque occurrit tacitæ obiectioni qua dicere quis posset: Si verbum istud lux est, & illuminat omnem hominem, quid opus erat luci, rei scilicet per sese clarissimæ, testimonio, quare etiã tam longis temporum spatiis lux ista ignorata est? Sequitur enim potius quoniam ignorata est, nec ab ipsa mundum illuminari, nec ipsam lucem esse. Hoc itaque ne quis obiiciat, ostendit non imputandum verbo ignorãtiam sui, sed cæcitati & peruersitati hominum, atque ob id etiam opus fuisse testimonio cuiusdam auctoritate insigni, & à Deo ad hoc missi. Erat enim (inquit) ab initio semper in mundo, præsens vbique secundum diuinitatem suam, & præterea mundus etiam per ipsum factus est, vnde ex creaturis agnosci debuisset, & tamen mundus eum non cognouit. Quoniã ergo vbique existens per diuinitatem, & per creaturas suas sese insinuans, non est agnitus, venit per assumptã humanitatem in propria, & nec sic etiã proprij eum receperunt per fidem. Vides itaq; non ipsum culpandum esse quòd incognitus fuerit, sed hominũ tantùm tarditatem, vel obtenebrationem. Vides & quare illi opus fuerit Ioannis testimonio. Vt autem efficacissimè coarguat mũdi cæcitatem, postquam dixit lucem hanc illuminare omnem hominem, deinde duo illa subiicit: *in mundo erat, & mundus per ipsum factus est*. Quoniam enim illuminat omnem hominẽ, dicere nemo potest lucem hanc ob id incognitam fuisse, quòd vel radios suos ab hominibus retraxerit, vel per imbecillitatem ad homines vsq; pertingere non valuerit. Quia verò in mundo semper fuisse dicitur, dici non potest quòd propter lucis absentiam ignorata sit. Cùm autem etiam per ipsum mũdum factum esse adiicit, ostẽdit non posse imputari inuisibilitati & occultationi lucis huius ignorationem illius. Magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterat creator eorum videri. Sap. 13. & inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Cognosci ergo debebat, tum quia illuminat omnes, tum quia in mundo vbiq; præsens erat, tum quia per ipsum mundus factus est, & tamen mundus eum non cognouit. Porro quod dicit, in mundo verbũ fuisse, non est intelligendũ in mundo fuisse quasi mũdo conclusum, aut quasi mundi pars, sed tum quia per diuinitatem suam vbiq; erat præsens, tum propter prouidentiam & conseruatiuam eius vim, qua omnia facta conseruat. Accipitur autem dictio, mundus, hic æquiuocè, prioribus enim duobus locis accipitur pro tota hac machina visibili: tertio verò loco, pro hominibus deditis mundo, hoc est, rebus huius seculi. Relatiuũ autem, eum, masculini generis non habet ad quod secundum vocem referatur, neq; enim ad verbũ, neque ad lumen vel lucem referri potest secundũ vocem, proinde oportet intelligere relationẽ secundum rem, nisi velimus referre ad nomen Deus, dum dictum est, & Deus erat verbũ. Interpres enim, quoniam apud Græcos inuenit relatiuum masculinum ὃν τρόπον, vertit etiam masculinũ, non aduertens illud ad præcedentia nomina non posse apud nos referri, sicut apud Græcos, apud quos refertur ad nomẽ λόγος, masculinum. Quod autẽ sequitur; *In propria venit*, &c. dupliciter intelligitur, vt annotauit etiã Theoph. Cyrillus enim & Rupertus per propria & suos, intelligunt gentem Iudaicam, populum sibi olim peculiarem, de quo dixit: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Alij per propria intelligunt totam hanc mundi machinam, quam ipse condidit: & per suos, simpliciter homines ab eo conditos. Ad maiorẽ autem exaggerationem malitiæ & incredulitatis, dicit potius eum venisse in sua, & suos tamen eum non recepisse, quàm venisse in mundũ, & mundũ non recepisse eum. Venisse autẽ dicitur, non quod inceperit esse vbi priùs non fuisset, sed quòd inceperit hic esse in assumpta carne in qua hic non priùs erat, quódque inceperit hic esse visibilis, vbi priùs erat in

Rom. 1. Quid sit, in mundo erat: & in propria venit.

inuisibilis. Aduertendum autem quàm tuto contextus sit hic sermo. Prius enim dixit: *Mundus eum non cognouit*: nunc autem; *& sui eum non receperunt*. Itaque ante incarnationem verbi, simpliciter ignorantiam Dei in hominibus culpat, additque eam appellationem quæ culpam minuit. Mundus enim quia mundus erat, cum cognoscere non potuit. Post incarnationem verò, impietatis crimen in infidelibus taxat, dicens, *non receperunt*: atque quò crimẽ hoc clarius ob oculos ponat, proprios dicit non recepisse suum creatorem. Non recipere enim non est simpliciter non agnoscere, sed præsentem iam, seséque offerentem, & palàm quis sit declarantem, reijcere.

QVOT QVOT AVTEM, &c.] Ostendit incredulorum summam impietatem, dum dixit, *sui eum non receperunt*: modò ostendit credentium & recipientium vtilitatem & dignitatem quam credendo consequuti sunt. Et primum quidem dicens, *quotquot*, significat in fidei gratia nullam esse vel sexus, vel ætatis, vel conditionis, vel nationis discretionem: sed siue pueri, siue senes, siue serui, siue liberi, siue Iudæi, siue Greci sint qui eum receperint, eundem ex sua fide consequi fructũ. Dein de & hoc hinc colligitur, quod illud; *sui eum non receperunt*, non possit vniuersaliter accipi, sed indefinitè, quodque per suos, potius vniuersos homines Deo conditos, quàm Iudæos intelligere debeamus. Verùm magnam difficultatem ingerũt ea verba, *dedit eis potestatem filios Dei fieri*. Non enim sibi constare ea videntur, vt qui dicuntur recepisse eum, habeant datam potestatem qua fiant filij Dei. Nam si receperunt eum, iam sunt filij Dei, nec opus habent vt fiant filij Dei. Et ecõtra, si possunt fieri filij, ergo iam non sunt filij: si autem non sunt filij, ergo non receperunt eum. Auget difficultatem, quòd iidem qui iam dicuntur accepisse potestatẽ vt fiant filij Dei, mox postea dicuntur ex Deo nati. Non enim dici potest relatiuum, *qui*, cùm dicitur, *qui non ex sanguinibus*, &c. debere referri ad filios Dei, & non ad eos qui credunt in nomine eius, quemadmodum vult Caietanus, & alij quidam. Nam apud Græcos in neutro genere dicitur τέκνα θεοῦ, cùm sequens relatiuum sit masculinum οἵ. Præterea, nonne & illi qui nondũ receperunt eum, habent potestatem filios Dei fieri, cùm habeant potestatem credendi? Theophylactus hanc difficultatem tribus modis solui posse ostendit. Primùm, vt hic sit sensus; *dedit eis* (nempe credentibus) *potestatẽ*, hoc est, gratiã qua possunt fieri filij Dei vsque in finem, hoc est, in diuina filiatione conseruari. Secundò, vt recipientes eum intelligantur catechumeni, qui ante baptisma susceptum credunt, & per fidem accipiunt potestatem, vt per susceptionẽ baptismatis regenerentur in Christo, & fiant filij Dei. Tertiò, vt accipiatur Euangelista hic loqui non de ea filiatione quam consequimur per fidem & baptisma, de qua mox loquitur, cùm dicit credẽtes ex Deo natos esse: sed de gloriosa adoptione filiorum Dei, quæ erit in nouissima corporũ resurrectione, de qua loquitur ad Roman. Paulus, cùm dicit, Adoptionem filiorũ Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Atque hunc tertium sensum approbat Caietanus; qui tamẽ in Ientaculo suo quinto etiã ostendit quomodo de priori adoptione filiorum Dei accipi possit, nẽpe vt intelligamus iis qui recipiunt & credunt dari potestatem, non qua postea fiant filij Dei, sed qua eo ipso tẽpore vel momento quo credũt, fiunt filij Dei. Fides enim ex se non potest filios Dei nos facere, sed ex gratuito Dei dono habet hãc potestatẽ, vt mox filios Dei faciat; proinde credentibus data dicitur potestas qua fiãt & fiendo sint filij Dei. Diuus Thomas autem videtur & hoc modo intelligere: Qui receperunt eum, his Deus dedit potestatem, non quidem posteaquam receperunt, sed antequã eum receperunt. Non enim recepissent, nisi Deus dedisset eis potestatẽ filios Dei fieri. Hanc autem potestatem dedit secũdum eum, proponendo eis credenda, & per infusionem gratiæ suæ corda eorum mouendo ad credendum & recipiendum ipsum. Et secundum tres primas interpretationes, maximè autem secundum primam & tertiã, commendatur hoc loco liberi arbitrij vis: secundum duas autem posteriores non liberum arbitrium, sed diuina gratia commendatur his verbis; *dedit potestatem*, &c. Nec est aliqua harum interpretationum, quæ propositæ difficultati & intentioni Euangelistæ satisfacere videatur. Proinde annotanda diligẽter Græca, quæ habent: ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι. Porrò dictio ἐξουσία non significat solùm potestatem, vel facultatem alicuius rei faciendæ vel acquirendæ, sed etiam auctoritatem, dignitatem, & ius. Deinde verbum γενέσθαι, nõ tantùm per fieri, sed & per esse verti potest, vt iam hic sit sensus, dedit eis eam auctoritatem, ius & dignitatem, vt sint Dei filij. Atq; hoc modo accepisse Christum dictionem ἐξουσίαν patet cùm ex aliis, tum ex his maximè verbis. Cùm potestatem ipsis datam & serui naturam filio enodauerit, & adoptionem ac gratiam per potestatem hanc intellexerit, tutissimè postea intulit; *Ex Deo nati sunt*, &c. Atque hoc modo etiam accepisse quendam in Paraphrasibus constat, cùm sic habeat, Quicumque receperũt sermonem hunc, his viciſſim hoc dignitatis contulit, vt per fidem & baptisma insiti Christo, fierent & ipsi filij Dei. Proinde nomẽ potestatis hic accipietur, quemadmodum frequenter, pro dignitate & præeminentia, vt ad Roman. 13. Omnis anima potestatibus subdita sit, &: Nõ est potestas nisi à Deo. Et est sensus nostræ literæ; Dedit eis hanc excellentiam & dignitatem vt fiant filij Dei, nõ quidem posteaquam eum receperunt, sed eo ipso quo eum recipiunt. Itaque etiam secundum hũc sensum nihil ex his verbis, *dedit eis potestatem*, colligere licet de libero arbitrio. Vt autem explicaret qui sint qui recipiant eum, adiecit: *his qui credunt in nomine eius*, vel vt habent Græca, *in nomen eius*. Hoc est ergo recipere eum, non quidem recipere eum in domum suam, sed credere in nomen eius, hoc est, in ipsum credere. Postquam autem exposuit qui sint qui eum receperunt, exponit iã etiam quod dixit, recipientibus eum datam eam dignitatem vt fiant & sint filij Dei, comparationémque facit carnalis & diuinæ generationis, non absurdè nobis in memoriam reducens carnales partus, vt agnita vilitate & humilitate carnalis generationis, econtrario diuinæ generationis dignitatem cognoscęremus. Dicit ergo: *Qui non ex sanguinibus*, &c. per tres autem istas partes, *ex sanguinibus*, *ex voluntate carnis*, *ex voluntate viri*, designari carnalem hominis generationem satis inter omnes cõuenit interpretes. Singulæ verò istæ partes non eodem modo ab omnibus intelliguntur. Primùm itaque circa dictionem, *sanguinibus*, adnotandum, quòd quamuis non satis Latinè pluraliter dicatur,

Quid sit, dedit eis potestatẽ.

Rom. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanguines, interpres tamen pluraliter vertit, quòd Græcè pluraliter dicatur αἱμάτων. Atque ob id existimat Augustinus interpretem numero plurali abusum, vt declararet ad communem hominis generationem, & viri, & mulieris semen concurrere. Intelligit enim per sanguines non tantùm menstruum sanguinem mulieris, ex quo fœtus alitur, sed & viri semen, quòd sit residuum alimenti sanguinei. Theophyl. tamen (& rectius videtur) per sanguines solum menstrua mulieris accipit. In secunda verò parte caro secundum Aug. pro fœmina accipitur: quæ ob id caro rectè dicitur, quod affectibus carnalibus magis sit obnoxia quam vir, qui dicitur vir, quasi virtus: mulier verò quasi mollier, vt dicit Lactantius. De qua fœmina etiam dicit Adã: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Vtrobiq; autẽ voluntas iam accipi debebit pro cõcupiscentia. Et sensus erit, fidelium regenerationẽ non esse talem, qualis est omnium hominum generatio: cuius si materiam attendas, sanguis est vnde generantur: si causam impellentem, deprehendetur esse cõcupiscentia mulieris, & viri. Ideo autem secundum Theoph. dicit, *neque ex voluntate carnis*, id est mulieris, *neque ex voluntate viri*, & non, neque voluntate carnis, & viri: siue quia aliquando filius nascitur ex desiderio mulieris, sicut Samuel ex Anna: aliquando verò ex desiderio viri principaliter: siue quòd aliquando ad libidinem mulier sit procliuior, aliquando verò vir. Secundò etiam secundum eundem Theoph. per voluntatem carnis intelligi potest concupiscentia carnis: per voluntatem autem viri, appetitus intellectiuus, qui nisi idem hoc velit quod concupiscit caro, iam generatio non erit: atque ideo vtrumque posuit, & priùs quidem nominans voluntatem carnis, secundò verò, voluntarẽ viri. Considerari autem potest & hoc, quod cùm scriptura carnale aliquid vult significare, per sanguinem & carnem id solet significare, vt patet in illis: Caro & sanguis non reuelauit tibi: Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt: Nõ acquieui carni, & sanguini, & sic de aliis. Ita, & hic accipi potest sanguini iunxisse carnem, vt significaret generationem hominum communẽ planè carnalem esse, siue materiam spectes, siue causam impellentem: addidisse autem, *neque ex voluntate viri*, vt ostenderet quòd (vt omittamus eam esse carnalem) saltem humana sit. Quorundam enim hominum generatio videtur neque ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis fuisse, vt generatio Isaac. Siquidem desierant Saræ fieri muliebria. Sanguini ergo, carni, & viro Deum opponit, indicans ex cõtrario regenerationem credentium spiritualem esse, & diuinam. Ex his patet hoc loco præpositionem, ex, non eodem semper accipi modo. Nam primo loco denotat causam materialem, aliis verò locis causam efficientem. Perpendenda autem hic maxima filij Dei erga credentes in ipsum benignitas. Cùm enim vnicus esset Dei filius, & proprium sibi esset esse per naturam filium Dei, dedit etiam recipientibus ipsum per fidem, eam præeminentiam, vt sint per adoptionem, & ipsi filij Dei, & fratres sui, eiusdem cum eo hæreditatis compartices. Non enim timuit (inquit Ambrosius) habere cohæredes, quia hæreditas eius non sit angusta, si eam multi possideant. Quòd si fortè quis dixerit, quid maius Christi fideles quàm Israelitæ consecuti sunt: nam & illi filij Dei in scripturis dicti sunt: aduertere debet, magnum sanè esse inter credentes, & illos discrimen. Illi siquidem solum ob id Dei filij dicti sunt, quòd paterna eos cura prosequeretur, multisque eos beneficiis præ aliis gentibus donaret, & terram illam suam illis in hereditatem dedisset. Credentes verò filij Dei dicuntur, & sunt, eò quòd per fidem & baptisma spiritum libertatis & vnigeniti filij Dei acceperint, per quem diuinæ participes facti sunt naturæ, clamantes in illo, Abba, Pater. Itaque hi ex Deo nati dicuntur, cùm illi, simpliciter filij Dei dicuntur, non autem ex eo geniti. Nec dicti sunt illi filij Dei, quod secundum veritatem tales essent, cùm non acceperint nisi spiritum seruitutis in timore, sed, vt annotauerũt Cyrillus, & post eum Theoph. hanc quæstionem pertractantes, filij Dei dicti sunt in typo & figura credentium, quemadmodum omnia alia illis in figura contigerunt. Iam nec illud præterea eundem, spiritus sancti diuinitatem hic tacitè insinuari, cùm hic dicãtur credentes ex Deo nati, qui mox c. Ioan. 3. dicuntur renasci ex spiritu sancto.

ET VERBVM CARO FACTVM, &c.] Quoniam dixit superius verbum in propria venisse, & datam credentibus potestatem filios Dei fieri, aperit nunc & modũ quo venit in propria, nempe per assumptã humanitatem, & simul declarat non debere esse incredibile homines fieri filios Dei, eò quòd, & ipse filius Dei homo factus sit, cuius assumpta humanitas adoptionis nobis in filios Dei causa est. Porrò quòd dicit verbũ carnem factum, quibusdam diuersorum errorum occasio fuit. Quidam enim ex eo intellexerunt, verbum Dei non assumpsisse animam, sed tantùm carnem. Cuius quidem erroris primus autor fuit Arrius, teste Augustino, in lib. de hæresibus ad Quoduultdeum, c. 49. sic de Arrianis loquente: In eo autem quòd Christum sine anima solam carnẽ suscepisse arbitrentur minus noti, nec aduersus hos ab aliquo inuenitur de hac re fuisse certatum. Sed hoc verum esse, & Epiphanius non tacuit, & ego ex eorum quibusdam scriptis, & colloquionibus certissimè comperi. Hæc ille. Post Arrianos, Apollinaris quidam eorum errorem sectatus est, qui communiter huius erroris autor dicitur, ita vt nomen dederit his qui hãc hæresim amplexi sunt, qui ab eo Apollinaristæ dicti sunt. Hic tamen, teste etiã Aug. cùm apertissimis scripturis conuinceretur, Christum habere animã (quales sunt illæ scripturæ: Tristis est anima mea vsque ad mortem. &: Potestatem habeo ponendi animam meam; & similes) fatebatur Christum habuisse quidem animã sensitiuam: sed non rationalem, cuius locum supplere dicebat in Christo diuinitatem ipsius. Verùm, & hanc sententiam falsam esse aliæ scripturæ ostendunt, nempe quibus dicitur Christũ profecisse sapientia, & admiratum fuisse: quæ non possunt intelligi ei conuenire, nisi ratione animæ rationalis. Apollinaris errorem deinde magna ex parte secutus est Eutyches quidam abbas Cõstantinopolitanus, & huius imitator Dioscorus episcopus Alexandrinus, qui tamen Apollinatis insaniam multum superauerunt. Nam prærerquam quòd negabãt in verbo incarnato animam fuisse humanam, dixerunt etiam verbum sic carnẽ factũ, vt ex verbi, & carnis commixtione vna sit facta natura, & nec verbũ mãserit consubstantiale patri, nec humana natura in ipso consubstantialis fuerit nostræ naturæ. Quã hæresim apertè refellit id quòd diuinitas omnino sit immutabilis, secundũ illud Malachiæ 3. Ego Deus, & non

Matth. 26. Ioan. 10.

non mutor. Proinde contra hunc errorem celebratum est quartum generale cõcilium, scilicet Chalcedonẽse, sub pontifice Leone primo, in quo concilio hic error cum eius autoribus damnatus est, quemadmodum priùs dãnatus erat in cõcilio Ephesino cum errore Nestorij & Apollinaris. Neque potest locus hic aut Apollinari aut Eutyceti patrocinari. Certissimum est enim, carnẽ hic accipi synecdochicè pro toto homine, quemadmodum aliquoties alibi in scripturis, vt cùm dicitur Iohel. 3. Effundã de spiritu meo super omnẽ carnem. Hic enim nisi ex parte vna totus homo intelligatur, ridiculè nimis inanimatæ & brutæ carni spiritus dari dicitur. Rursum cùm dicitur: Videbit omnis caro salutare Dei, caro pro toto homine ponitur. &: Ad te omnis caro veniet. &: Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Ita & anima frequenter pro toto homine accipitur, vt in Actis c. 27. Eramus vniuersæ animæ in naui ducẽtæ septuaginta sex, id est, vniuersi homines. Sic autem hic debere accipi carnem patet. Nam si propriè quis accipiat, sensus consequetur absurdissimus, quem nec Apollinaris, nec Eutyces recepissent. Id enim quod dicitur fieri aliquid, vel in illud conuertitur, & desinit esse: vt cùm aër dicitur fieri aqua, & dum postea dicitur aqua vinum facta, vel manens quod erat post factionem illud quod dicebatur fieri, vt cùm aliquid dicitur fieri albũ. Proinde si caro propriè accipiatur, aut significabitur verbum in carnẽ esse commutatum, & verbo desinente nihil aliud fuisse quàm carnẽ, aut post factionẽ, de verbo verè dici posset; verbum est caro, quorum neutrum nec Apollinaris, nec Eutyces admisisset, quãdoquidem vterq; dixit carnem esse alteram partem personæ Christi. Superest igitur, vt intelligatur verbum factum caro, quia factum est homo, sic vt post factionẽ & assumptionẽ humanæ naturæ verè iã de verbo dicatur; verbum est homo. Multis autẽ nominibus Euãgelista rectius carnẽ posuit quàm hominem. Primum quidẽ secundũ Chrysost. & Theoph. ad insinuandã magnitudinem diuinæ erga nos benignitatis. Quia enim caro à diuina natura alienior est, volens significare Euangelista immensam Dei misericordiam, carnis meminit, vt ad benignitatem eius obstupescamus, quòd propter nostram salutem alienũ à sua natura, & omnino peregrinũ, carnẽ scilicet assumpserit. Secundò, quia sic conueniebat eũ dicere, vt ostenderet quod erat ostendẽdum, nempe incredibile non debere esse quòd homines fiant filij Dei, & ex Deo nascantur, & quæ sit huius natiuitatis causa. Nam dicere quis poterat: Si homines fiunt filij Dei, ergo spiritus fiant necesse est, cùm Deus sit spiritus. Si ex Deo nascũtur, ergo spiritus sint necesse est. Nã quod natũ est ex carne, caro est: quod natũ est ex spiritu, spiritus est. Proinde ne miraremur homines vocari spiritus, & diuinæ fieri suo modo participes naturæ, simulq; huius causam explicaret, conuenienter dixit verbum illud spirituale carnem factum. Tertiò, secundum Theophyl. ob id etiam congruè nomen carnis posuit, vt veritatem assumptæ humanæ naturæ hoc modo astrueret, idq; contra multos hæreticos futuros, qui tantasticum tantùm aut aereum non de virgine sumptum corpus Christo tribuerunt. Nam Christus post resurrectionẽ: veritatem naturæ humanæ Apostolis astruxit nomine carnis: Spiritus (inquit) carnem & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. Quartò, secundum Cyrillum, nomine carnis congruè visus est, ad insinuandum congruentiam humanæ reparationis. Quoniam enim, inquit Cyrillus, homo in mortem ex parte carnis solùm incidit, immortalitate animæ cõsecrata, caracm nominat ex parte maximè corrupta, & vnione verbi viuificata, totius hominis reparationem significare volens. Sic enim facilius & magnitudo vulneris, & remedij vis conspicitur, sic ægrotans & medicus: sic quod lapsum in mortem est, & qui à morte ad vitã suscitat: sic quod corruptũ est, & corruptionis expulsor: sic quod mors superauit, & qui mortem vicit: sic quòd vita priuatum est, & qui vitam largitur, quasi oculis cernitur. Hactenus ille.

Isaiæ 40. Psal. 64. Rom. 3.

1. Ioan. 3.

Luce 4.

Quintò etiã, nomen hominis non posuit, quia nomen est significans suppositum, ne intelligeretur verbum assumpsisse personam hominis. Præterea ex huiusmodi locutione consecutũ est, vt ne intelligeremus carnem, vt dicebat Manichæus, rem esse ex sua natura malã: deinde vt intelligẽtes verbum carni in vnitatem personæ immediatè esse coniunctũ, credere etiã possemus, diuinitatem à carne Christi non fuisse separatam in mortem ipsius. Quis enim id alioqui erat crediturus? Quòd si autẽ quis quærat, quare non potius dictũ sit, verbũ carnem assumpsit; sic enim ex his verbis nõ fuisset Eutyceti occasio aliqua erroris: dicendum sanè, dixisse cũ potius verbũ factum carnẽ, quàm assumpsisse eandem, ad indicandum eandem esse personam, quæ verbum dicitur & caro, hoc est, homo. Si enim verbum factum est homo, necesse est eandem illã personam, quæ verbum dicitur, etiam esse hominem. Proinde hac locutione errorem Nestorij manifestè confutauit, qui erroris sui confirmationem desumpsisset ex hoc loco, si dictum fuisset, verbũ carnem assumpsit. Siquidem is duas in Christo non solùm naturas, sed & personas esse asserebat, dicens quòd nõ Deus verbum fuerit homo ille ex virgine natus, sed virgo quidem hominem genuit: iste autem homo gratiam assecutus in omni virtutum genere, habuerit verbum Dei postea sibi coadunatum, quòd potestatem ei dederit contra immundos spiritus: atque ita duos asserebat filios, vnum filium Dei patris, alterum filium virginis, cui adunatus quidẽ fuerit filius Dei inseparabiliter, sed nõ in vnitate personæ, verùm tantum per gratiam & charitatẽ, quemadmodum & in alio virtutibus prædito homine. Damnatus est autem error huius in cõcilio generali Ephesino, in quo præfuit Cyrillus.

ET HABITAVIT IN NOBIS, &c.] Pars hæc tripliciter intelligitur. Secundum Cyrillum enim, Chrysostomum & Theophylactum, intelligitur verbum habitasse in nobis, hoc est, in nostra natura, quia scilicet diuinitas naturæ nostræ cõunita est, eamque quasi tabernaculum suum inhabitauit. Pro, *habitauit*, enim Græce est ἐσκήνωσεν, quod propriè est, tabernaculum fecit. Intelligunt ergo hanc partem superiori subiunctam, vt quoniam ex illis verbis, *verbum caro factum est*, suspicari quis posset, vnam factam naturam ex diuinitate, & humanitate, his verbis iam significaretur apertè naturarum distinctio. Nam sicut est alterius naturæ, tabernaculum & is qui habitat in eo: ita alterius est naturæ, verbum & natura nostra, quam ipse tanquam suum tabernaculum inhabitat. Ne tamen ex huiusmodi locutione personarum etiam diuersitas intelligi posset, quemadmodum intellexit Nestorius, præmissum est, *verbum caro factum est*, quibus verbis personæ vnitas, sicut his iã verbis natu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rarũ diuersitas significatur. Dictũ est autem secundum Cyrillum: *habitauit in nobis*; quia dum vnam naturam assumpsit, in omnibus nobis per assumptionem vnius suo quodam modo habitauit, qui ad reparandam communem omnibus naturã venit. Secundum aliquos, inter quos quidem intelligitur simplicius & verisimilius, *in nobis*, vt sit idem quod inter nos, & habitasse dicatur inter nos, quia inter nos sit conuersatus, quod ob id adiunctũ iam intelligetur, ne quis putet verbũ suscepisse corpus fantasticũ. Si enim tale habuisset, non tam diu inter nos fuisset cõuersatus, sitiendo, algẽdo, reliquasque calamitates humanæ vitæ subeundo, quò plenior verè susceptæ carnis fidem facerent. Secundũ hunc autem intellectũ rectè accipitur verbum Græcum ἐσκήνωσεν, significare tẽporariam Christi apud nos conuersationem. Caietanus quod dicitur, *habitauit in nobis*, intelligit de habitatione Christi per fidem in cordibus nostris. Et adiunctum istud superiori dicit, ne quis audiens verbum factum carnem existimaret impeditum esse per hoc ab inhabitando cor nostrum. Verùm ex eo quod sequitur, *Et vidimus gloriam eius*, verisimilior est secunda interpretatio. Videri autem rectè potest, Euangelistam hoc loquendi modo significasse per Christi aduentũ impletas eas prophetias, quibus se Dominus promittit venturũ, & habitaturũ inter homines, vt cũ dicitur Zach. 2. Lauda & lætare filia Syõ, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus.

ET VIDIMVS, &c.] Diuus Chrysost. istud superioribus subiunctum intelligit, vt post enarratum incarnationis beneficium, aliud iam collatum hominibus beneficium explicet, vt sit sensus: Non solùm verbum nostri causa caro factum est, & nos per hanc incarnationem Dei filij effecti, sed etiam datum est nobis videre gloriam eius, quam ante assumptam ab eo humanitatẽ videre non licuit. In eundem ferè modum Aug. qui & ipse intelligit his verbis significari beneficium per incarnationem verbi hominibus præstitum. Verùm rectius intelligitur, Euangelistam istud superioribus adiecisse, tum vt secundum Cyrillum ostenderet verbum, cùm se ad carnis humilitatem submisisset, conseruasse integram deitatis dignitatem, nec eandẽ, etsi carne velatam, omnino celatam fuisse, tum vt oculorum testimonio comprobaret verum esse quod dixerat, verbum carnem factum, quemadmodum idipsum mox probat testimonio auditus percepto à Ioanne. Existimare enim quis potuisset, verbum indutum nube carnis nostræ nõ illuxisse, quemadmodum obductus sol nubibus radios suos ad nos vsque dimittere non potest. Deinde quærere quis poterat, vnde sciret & probaret verbum carnem factum. Itaque tum vt prauam illam existimationem eximeret, & tacitæ responderet simul quæstioni: *Vidimus* (inquit) *gloriam eius*. Nos, inquam, Apostoli vidimus, aut, vt magis sonant Græca, spectauimus, & conspeximus. Est enim θεᾶσθαι, quod non simpliciter videre significat, sed spectare, hoc est, diligenter & fixè intueri aliquid ceu nouum & admirandum spectaculum. Viderunt autem gloriam eius, maximè quidem in monte Thabor, cùm transfiguraretur, & in ipsius resurrectione, atque ascensione, non tamen in his tantum, sed & in omnibus quæ dicebat & faciebat. Ex cœlesti enim doctrina ipsius, miraculisque crebris ab eo editis, viderũt & cognouerũt eximiã illius maiestatẽ atque præstantiã, quin & ex his quæ in morte ipsius contigerunt præter naturam mirabiliter. Nam ex his motus Centurio, Verè (inquit) filius Dei erat iste. Quoniam autem in magna gloria etiã Moyses visus est Israelitis, & reliqui Prophetæ & angeli glorioſi apparuerunt, vt ostenderet quàm singularis fuerit conspecta gloria verbi, quantoque interuallo distet ab illorum gloria, subdit, *Gloriam quasi vnigeniti*. Vbi aduerbium, *quasi*, non denotat assimulationem, sed id quod rei conueniens est, & decẽs. Cùm enim dicitur: Hic incedit quasi vel tanquam rex, sensus esse potest, hunc cùm rex non sit, regio tamẽ more incedere, regémque suo incessu imitari: aut hunc cùm rex sit, incedere sicut decet ipsius personam regiam. Hoc itaque secundo modo hic accipitur, vt sit sensus: Gloriam talẽ qualis decebat vnigenitum. Talem sanè gloriam in eo spectauerunt, cùm audiuerunt de eo dictum à patre: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et cùm propria virtute resurgentem, & in cœlum ascendentem viderunt, dúmque doceret quasi potestatẽ habens, & nõ sicut scribæ, & miracula propria, & non aliena, vt reliqui, operaretur potestate. Non dicit autem; vidimus gloriam vnigeniti; nam hæc videri non potest, quamuis bene gloria & claritas digna vnigenito. Porro *vnigeniti* dicit, & non filij Dei, ad distinctionem eorũ, quos priùs dixit filios Dei, inter quos hic est primogenitus & vnigenitus. Cæterùm illud, *à patre*, cohærere potest vel cum, accusatiuo, *gloriam*, vt sit sensus vidimus gloriã eius exhibitam illi à patre: vel cum genitiuo, *vnigeniti*, qui cùm nomen sit, & non participium, oportebit cõmodum subintelligere participium, vnigeniti procedentis à patre.

PLENVM GRATIAE ET, &c.] Ex Græcis constat, plenum non esse accusatiui casus, sed nominatiui. Sic enim habent, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, refertur autem πλήρης ad λόγος etiam masculinũ. Vnde & apud nos hæc verba non sunt cum superioribus iungẽda, vt sit sensus, Vidimus eũ plenũ, &c. sed cum eo quod præcessit, *verbum habitauit in nobis*, ita vt Faber dicat aliud se vt parenthesim habere, quemadmodum impressi codices iam habent. Sic & per parẽthesim legendum videtur aliquid in principio primæ epist. Ioan, vbi simile quid cũ hoc loco habetur. Nã si illud, & vita manifestata est, & vidimus, legatur per parenthesim, prima epistolæ sententia, alioqui obscura, clarior erit, ordinabitúrque hoc modo: De verbo vitæ quod fuit ab initio, quod audiuimus auribus nostris, sed & oculis nostris vidimus, imò & manus nostræ contrectauerunt, (etenim vita ipsa manifestata est, & vidimus eam) de hoc, inquã, verbo vitæ & testamur, & annuntiamus vobis. Dicitur autem verbum plenum gratia, tum quòd in ipso esset omnium donorum & gratiarum plenitudo, cùm in aliis sanctis tantùm sint donorum Dei participationes: tum quòd in omnibus verbis & factis suis gratiam summam præ se ferret. Sic & veritate plenum dicitur, non solùm quod ab omni esset falsitate & errore alienissimum, sed & quòd detectis veteris legis vmbris, veram salutis rationem doctrina sua aperiret, & reipsa præstaret quicquid lex & prophetæ adumbrarũt. Proinde quamuis & sanctos legamus dici plenos gratia, vt legitur de Stephano in Actis, longe tamen aliter verbum incarnatum plenum fuit gratia. Illi siquidem solùm dicuntur gratia pleni, propter gratiæ quæ est in illis abundantiam, cùm alioqui nemo sit qui non

non habeat eam in mensura. Neq; enim quisquam sanctorũ maximã habuit gratiã, quæ in natura humana esse potest: neq; quisquã omnia simul habet charismata, sed vnus quidẽ sic, alius verò sic. Quoniam autẽ hæc verba dubiusculè cohærẽt cum superioribus, expendendum relinquo, num cum eo quod sequitur potius sint iungenda apud Græcos, vt significetur Iesum plenus gratia, & veritate. Itaque hanc connexionẽ omnino putat Caietanus esse ex intẽtione Euãgelistæ. Verùm cũ mox posteà Euangelista velut declaraturus hæc verba, plenitudine, non habeat eam in mensura. Neq; enim quisquam sanctorũ maximã habuit gratiã, quæ in natura humana esse potest: neq; quisquã omnia simul habet charismata, sed vnus quidẽ sic, alius verò sic. Quoniam autẽ hæc verba dubiusculè cohærẽt cum superioribus, expendendum relinquo, num cum eo quod sequitur potius sint iungenda apud Græcos, vt significetur Iesum plenus gratia, & veritate. Itaque hanc connexionẽ omnino putat Caietanus esse ex intẽtione Euãgelistæ. Verùm cũ mox posteà Euangelista velut declaraturus hæc verba, plenitudine, gratiã, & veritatẽ Christo tribuat, magis sequenda recepta ab omnibus patribus distinctio. Sequitur enim, *De plenitudine eius omnes nos accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*. Iam nec illud prætereundũ, quàm congruè dixerit verbum esse plenum gratia, & veritate, ad perfectam enim commendationem verbi humani facit, si, & gratia sit plenum, & simul etiã veritate: ita & commendaturus verbum diuinum, plenum illud dicit, non solùm gratia, sed, & veritate.

ANNVNCIATVR IOANNIS CONCEPTIO ZACHARIÆ, & concipitur ab Elizabeth. LVCÆ. I. CAP. II.

HVIT in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius: eo quod esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factũ est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundum cõsuetudinem sacerdotij, sorte exiit vt incensum poneret ingressus in templũ Domini, & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autẽ illi angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiorum Israël conuertet ad Dominum Deum ipsorum, & ipse præcedet ante illũ in spiritu, & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum. Vnde hoc sciam? ego enim sum senex: & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectãs Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quòd visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuẽs illis: & permansit mutus. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

FVIT IN DIEBVS HERODIS, &c. Incipit Lucas à natiuitate Ioannis, q. huius mirabilis natiuitas magnã addat autoritatẽ testimonio Ioannis de Christo exhibito, & quæ ab angelo Zachariæ prædicta erãt, manifestè ostẽdant Ioãnẽ à Deo missum fuisse in testimonium Christi. Deinde quia noua natiuitas Ioãnis, admirãdæ natiuitatis Christi fidem confirmauit. Quoniam enim virgo paritura erat, præordinauit Deus vt, & vetula præter naturã pareret, vt absconditus virginis partus per manifestum vetulæ partum credibilior fieret. Facit autem mentionẽ regni Herodis, tum vt historiographorum morem seruãdo, certius faceret Euangeliũ quod scripturus est, dum ostendit tẽpus, quo quæ scripturus est gesta sunt: tum vt indicaret iam tẽpus fuisse aduentus Christi cũ iam Iudæis alienigena præesset, iuxta prophetiam Iacob, qui non priùs sceptrum defecturum à Iuda prædixit, quàm veniret Messias. Id autẽ regnante Herode primùm factum est. Cùm enim ad ea vsque tẽpora in tribu Iuda permansisset collegium Sanhedrim, id est, regiorũ consiliatorũ, penes quod erat regni autoritas, Herodes circiter 30. annũ regni sui collegium istud planè sustulit, ac mox posteà Iudæi sub eius imperio, quod contra voluntatem ipsorum in eos earenus habuit, fessi eum in legitimũ suum regem susceperunt, iuramentum fidelitatis illi, posterisq; eius exhibentes. His ergo temporibus natus est Ioannes, natus est, & Christus, qui primo anno legitimi principatus Herodis, Philone teste, natus est. Porrò cum tres fuerint dicti Herodes, adiecit Euangelista, *regis Iudææ*. Per nomen enim *regis*, distinguit eum de quo loquitur, ab Herode Tetracha filio huius Herodis, & germano Philippi ex matre Cleopatra Hierosolymitide. Per *Iudææ* verò, distinguit eum ab Herode Agrippa, qui in actis Iacobum occidisse dicitur, filius Aristobuli filii Herodis istius maioris, pater verò Agrippæ iunioris, qui in fine Actorum cum Paulo locutus scribitur, Hic enim Herodes Agrippa, sicut, & filius eius, rex fuit, non tamẽ Iudææ, sed Traconiditis, & Iturææ, & Galilææ regionum. Hic tamen per Iudæam non intelligitur solùm ea pars, quam tribus Iuda inhabitauit, sed tota ea terra quæ inhabitabatur ab omnibus tribubus, & quæ fuberat Iudæis.

Gen. 49.

DE VICE ABIA, &c.] Dauid considerans sacerdotũ multitudinẽ ad quotidianũ ministerium non necessariam, diuisit omnes sacerdotes in vigintiquatuor familias, vt patet 1. Paral. 24. constituítque vt vicissim familiæ vna deseruirent hebdomada. Singulis enim sabbathis ad ministeriũ accedebant noui sacerdotes, vt patet ex his quæ scribũtur 4. Reg. 11. & 2. Paral 23. Misit autem sortẽ super familiis, vt quis esset ordo, inter eos fortè ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minaretur, exiuitq; sors octaua Abia, Hoc est ergo quod hic dicitur Zacharias fuisse de vice Abia, nempe quia de illius fuerit familia. Norandum tamen quòd dictio Græca ἐφημερία euidentior est, & amplius quid significat quàm vicē Indicat enim certos dies fuisse præscriptos, in quibus certi sacerdotes administrarent. Proinde Theoph. interpretatur, hebdomadam.

ET VXORE EIVS, &c.] Cōmendatur Ioannes primùm à parentum nobilitate & generis sanctitate, cùm vterq; de genere diceatur esse sacerdotali, & celebriū personarū nomen referāt. Deinde verò à sanctitate cōuersationis parentū, cùm subditur: *Erat autem ambo iusti*, &c. Adiecit autē, *ante Deum*, vt ne corā hominibus per simulationē iusti fuisse putārur. Porrò, sine querela, accipi hic debet pro eo quod est, vt de eis nemo conqueri potuerit, cùm propriè sine querela is esse dicitur, qui non conqueritur. Addirur autē hoc vt ostēderetur (quod maximæ laudis est) sic eos mores & vitā tēperasse, vt & hominū iudicio satisfacerent. Prouidendum enim in primis vt Deo placeamus, sed tamen secundo loco & illud curandū, vt quantum in nobis est, omnibus placeamus hominibus. Ita, sine querela, accipitur etiam alibi, vt ad Philip. 2. Omnia facite sine murmurationibus, vt sitis sine querela simplices filij Dei. Est autē Græcis semper vna dictio ἄμωμος quod est, irreprehēsibiles. Ex hoc tamen loco non est intelligendum, quenquam sine omni peccato viuere posse in hoc mundo, quemadmodum hinc intellexisse quosdam indicat Aug. epist. 95. Non enim qualecunq; etiā tentationis humanæ, sed graue peccatū est quod in querelā venit, vt illo loco dicit Aug. Porro sanctitatē parentū non tantum describit ad cōmendationem Ioannis, sed etiam ne, quoniam dicturus est illis non fuisse filium, intelligeretur vitio illorū & maledictione diuina illis sterilitatē obuenisse. Inueniuntur autem aliquando etiam in veteri testamento sancti steriles, idq; primùm generali ratione, vt in illis gloria Dei manifestaretur, quæ in procreatione prolis contra naturā magis eluceſcit. Deinde vt sanctorū pietas magis innotescat, hæc enim magis declaratur, cùm non solito naturæ ordine, sed diuino munere proles ex illis generatur. Præterea vt prolis præter naturæ cursum natæ singularis indoles insinuaretur, vnde nato Ioanne dixerunt vicini: *Quis putas puer iste erit?* Postremùm, vt in illis declarari inciperet corporalē fœcunditatē Deo non admodum probari, proq; pietate in Deum aliqua quàm temporalia bona expectanda.

SORTE EXIIT, &c.] Græca habent, ἔλαχε τῷ θυμιᾶσαι, hoc est, sortitus est vt adoleret incensum vel suffitū. Porrò interpres intellexisse videtur quasi sortitio ista facta sit per sortes in vnam missas, cùm Græca dictio genus sortitionis certū non significet. Atq; ob id putat quidam interpretē vertisse, *sors exiit*, quòd sortibus in vnam missis, sors huius aut illius exiisse dicatur. Verùm recte in eodem sensu vertisse intelligitur. *Sorte exiit*, secūdum eum modū quo dum per sortes in vnā missas aliquis ad aliquid eligitur, non solū sortē illius exiisse dicimus, sed etiam ipsum per sortē exisse, quòd ex altera vrna nomen eius scriptū depromatur. Itaq; quod hic dicitur sorte Zacharias exisse, non intelligendū, quòd ex aliquo loco aut cōgregatione aliqua exierit, sed simpliciter quòd sorte illi obuenerit. Sortem autē istam Beda putat non nouam aliquam fuisse, qua electus fuisset cùm incensum esset adolendum, sed priscam, cùm ex ordine pontificatus in vicem Abia succesſit. Verùm in vicem Abia nemo per sortē succesſit, sed per propagationem. Deinde apertè hic dicitur tunc sortitum esse, cùm ordine vicis suæ, id est, in sua hebdomada sacerdotio fungeretur. Proinde intelligendū inter plures sacerdotes eiusdem vicis, eadē hebdomada ministrantes sortem mitti solitā, quò sciretur quòd ex variis sacerdotū officiis quisq; obiret, hoc est, quis offerret in altari holocaustorum, quis in altari incensi, &c. & ita Zachariæ obtigisse per sortē vt incensum poneret. Ex quo iam constat Zachariam hunc non fuisse summū sacerdotē, vt vult Ambros. sic enim non per sortē incensum adoliturus ingrederetur templum, sed pro sui officij proprietate. Rursum constat Zachariā non obiuisse iam summi sacerdotis officium, hoc est, Lucam non loqui de incēso, quod in die expiationis intra sancta sanctorum accēdebatur, vt vult Caietanus. Nam præterquam quòd hac ratione Zacharias contra legē fecisset, quem priùs dixit Euangelista incessisse in omnibus mādatis Domini, nō opus fuisset sortem mittere ad ponendū incensum hoc, si vt ille vult, Zacharias iste fuisset summus sacerdos, non simpliciter, sed in vice Abia. Dum enim dicitur per sortem incensum adoleuisse, significatur manifestè idem istud officium ab aliis eiusdem vicis sacerdotibus peragi potuisse, si sors illis obuenisset. Proinde incensio thymiamatis, de quo hic loquitur, non ea erat quæ in die expiationis fiebat, sed quæ singulis diebus mane & vesperi: de qua Exod. 30.

ET OMNIS MVLTITVDO, &c.] Istud est additum, non, vt vult Caietanus, ad insinuandum eum de eo incenso loqui, quod in die expiationis incendebatur, tunc enim Leuitici 16. præcipitur, ne quis sit intra templum, sed ad indicandum angelum Zachariæ apparuisse cùm solus esset in templo, atque ob id iustiorem turbationis causam ipsum habuisse.

APPARVIT AVTEM, &c.] Græca non habent φάνη, qua dictione Matthæus vtitur, dum angelum Ioſepho apparuisse dicit, sed ὤφθη, hoc est, visus est, ne intelligatur imaginaria & fantastica apparitio, sed corporalis visio. Apparere enim dicuntur & ea quæ non sunt, quanquam rectè satis interpres verterit, si modo rectè intelligatur.

ZACHARIAS, &c.] Turbatus nō quòd quicquam formidabile præ se ferret angelus, sed tum propter inopinatam præsentiā alicuius in eo loco vbi neminē adesse sciuit, tum propter angelicam maiestatem, quam humana infirmitas sine turbatione in primo aspectu non admittit. Fortè autem & ideo turbatus est, quòd ob conſpectum à se angelum Domini malè sibi metueret, quemadmodum legitur de Gedeone & Manue, Iudic. 6. & 13.

NE TIMEAS, QVONIAM, &c.] Quasi dicat: Non est cur timeas, sed potius cur gaudeas, ob precem tuam à Deo exauditam. Porrò quæ fuerit hæc deprecatio, in quæstionem vertitur: Nam videri potest propter sequentia fuisse illam, qua prolem à Deo precatus sit: verùm obstat quòd verisimile non sit Zachariam prolem aliquam amplius speraſſe, multò minus precatū fuisse, maximè cùm angelo etiam promittenti prolem non crediderit ob sterilitatem senectutis. Nisi intelligatur angelus loqui non de precatione aliqua, quam tunc precatus fuisset, sed qua olim, cùm adhuc spes prolis

prolis esse potuit, prolem obtinere à Deo contendit. Sed si de ea loqueretur, non subiunctū fuisset; *Et vxor tua*: sed causalis oratio; exaudita est precatio tua quia vxor tua pariet, &c. Itaque potius intelligendum de oratione qua precatus est, quemadmodum exigebat sacerdotale officiū, pro salute populi, & peccatis populi: aut specialius, pro aduentu Messiæ, & remittendis peccatis populi per eiusdem aduentum. Quòd enim Messiæ aduētum precatus sit, ipsius gratiarū actio testari satis videtur, qua nato iam filio suo, Deum laudat pro nascituri mox, imò iam nati Messiæ salutifero aduentu. Id enim precatum eum modò est verisimile, pro quo tam celebres Deo laudes postea decārat. Iam quod sequitur; *Et vxor tua*; secundum Theoph. intelligitur à quibusdam adiunctum superiori, quasi in signum exauditæ precationis, vt per puerperiū Elizabeth, credibile faceret exauditā orationem pro populo suſam. Secūdum Ambrosium verò hæc est cohærentia, vt quoniā diuina bonitas vota supplicum excedit, Angelus non solùm annunciet impetratum esse quod pro se & populo precatus erat, sed etiā adiectū esse illi quod petere non audebat, & impetrare desperabat. Rectius autē intelligitur secundum August. & Theoph. postquā dixit; *exaudita est deprecatio tua*; adiunxisse promissionē eius qui digito monstraturus esset illum, qui peccata, pro quibus Zacharias orabat, tolleret, quiq; viam pararet illi, pro cuius aduētu orauerat. Dicit autē; *Pariet tibi*; quia scilicet ex te concipiet, & non ex alio. Illi enim mater parit ex quo concipit.

ET VOCABIS NOMEN, &c.] Nomen Ioannes, vel, vt dicerent Hebræi, Iehohanna, vel Iehohanam, cōponitur ex duabus dictionibus, nēpe ex nomine Dei tetragāmato, & verbo chanan, quod precari & misereri significat, vel nomine inde deriuato, quod gratiā significat & misericordiā. Proinde malè quidā interpretātur hoc nomen, in quo est gratia: rectius verò illi qui interpretātur, Dei gratiam. Dei autē gratiam Ioannem dictū Beda vult, tum quòd Dei gratuita bonitate parentibus datus esset, tum quòd gratia Dei plenus esset, quòd filius Israël datus esset à Deo in salutem eorum: quæ tria sigillatim postea explicātur. Alij verò interpretantur nomen Ioānes, pro eo quod est, Deo gratiosus & charus. Verùm adnotādum, apud Hebræos substantiuum regens alterū, aut, vt ipsi dicunt, nomen in regimine positum, non postponi, sed præponi: vnde Hanania significat quidem gratiam Dei, sed non ita Iehohanna. Deinde & illud adnotandum, in impositione nominis siue per angelum, siue per homines, in scripturis ferè semper haberi respectū ad vocabulum aliquod rei priùs gestæ, aut nomen priùs dictum, vnde nominis proprij fit deriuatio, quemadmodū patet in impositione nominis Isaac, & omnium filiorum Iacob, & aliis. Ita & in proposito videtur in impositione nominis Ioānes respectus habitus ad hoc quod dixit; *exaudita est deprecatio tua*. Nomen enim Ioannes omnium rectissimè significare intelligitur idē quod Dominus misertus est, quod optimè conuenit cum eo quod dixit, *exaudita est deprecatio tua*. Et vt apertius intelligatur ad illud habitus respectus, sciendū, nomen illud quod apud Hebræos significat deprecationē, scilicet Tehinna, deriuari ab ea radice, quę ponitur in nomine Ioannis, aut à qua deriuatur nomen, quod in nomine Ioannis gratiam significat. Ex his autem iam melius intelligitur cohærentia promissionis filij qui nominandus erat Ioannes, cum eo quod dixit; *exaudita est deprecatio tua*. Deinde & illud constat, nomen, Ioannes, debere scribi cum aspiratione in medio, si velimus Hebraicam & veram sequi etymologiam, quamuis Græci eam aspirationem scribere vel notare non potuerūt, quòd aspirationis nota non superscribatur vocali, nisi in principio dictionis. Iam & mysterium quod in tribus his nominibus, Zacharias, Elizabeth, & Ioannes tectum est, facilè cognoscitur, nempe quòd iuramentum Dei & memoria eius peperēre nobis eiusdem misericordiā & gratiam. Zacharias enim sonat memoriam Dei: Elizabeth verò, vel, vt dicunt Hebræi, Elischeba, sonat Dei iuramentum, vel, Deus iurauit. Tria hæc coniungit Zacharias in suo cantico, cùm dicit: ad faciēdam misericordiam cum patribus nostris: Et memorari testamenti sancti sui: Iusiurandum quod iurauit, &c.

ET ERIT TIBI, &c.] Tibi qui ob orbitatem & sterilitatē vxoris hactenus doluisti, iam erit gaudium, non solùm quòd filius tibi natus sit, idq; præter spem & naturæ ordinem cælesti miraculo: sed etiam quòd in illo desideratum à te Messiam adesse cognoscēs, cuius hic futurus est præco, & veluti anteambulo. Sic & multi gaudebunt in natiuitate eius, non solùm quia vicini & cognati congratulabuntur nouo partui, sed quòd & hi & alij iusti audientes nouum hunc partum, intelligēt aduentum Messiæ in foribus esse. Porrò dubium an suppositū verbi *erit*, sit, gaudium, an Ioannes vel filius vt sit sensus: Et filius iste erit tibi gaudium, hoc est, gaudij occasio & materia: quomodo accipiendum videtur eo quod sequitur; *gaudebūt in natiuitate eius*, scilicet quia erit tibi gaudium.

ERIT ENIM MAGNVS, &c.] Secundum Caietanum redditur hic ratio nominis, quare scilicet dicendus erat Ioānes, hoc est, Dei misericordia & donum. Sed rectius accipitur reddi ratio eius quod mox præcessit, nempe gaudij. Ideo enim & pater & multi cum eo gauisuri erant, quòd ex nouitate partus intelligerent eum magnū fore. Additum est autem, coram Domino, secundum Ambrosium quidē, vt declararet Euangelista se loqui non de magnitudine corporis, neque de magnitudine potētiæ secularis, sed de magnitudine animæ, quæ in donis spiritus & sanctimonia vitæ consistit. Secundum Theophyla. verò additum est ad distinctionem Ioannis ab hypocritis, qui coram hominibus magni & sancti videntur.

VINVM ET SICERAM, &c.] Non est sicera idem quod apud nos ceruisia. Neque per c. scribendum est in principio, cùm non sit à cicere legu minis genere, aut à cerere: sed vox est Hebraica deriuata à verbo שכר shachar, quod inebriari significat. Theophyl. autē siceram significare vult omnem potum inebriatiuum præter vinū, sed rectius omnem potū inebriatiuū significare dicitur, quandoquidem sæpè in scripturis etiam provino ponitur. Post nomē enim speciale, generale nomen posuit, vt sit sensus: Vinum & quicquid inebriare potest, nō bibet. Vnde Num. 6. pro sicera, vertit Hier. omne quod inebriare potest. Nā vbi nos habemus, Vir siue mulier cū fecerint votū vt sanctificentur, à vino, & omni quod inebriare potest, abstinebūt: pro, omniquod inebriare potest, Hebręis est, שכר shechar, hoc est, Sicera, sicut hoc loco. Hæc autem Ioānes nō bibit, non solùvt per austeritatē vitę credibilius fieret ipsius testimonij de Christo perhi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bendum,aliósq; exẽplo à deliciis huius seculi auocaret,& ad pœnitentiá inuitaret:sed etiá vt ostenderetur secũdum morem veteris legis esse penitus ipsum Dño consecratũ omnibus diebus vitæ suæ. Proprium enim Nazareorũ in lege erat à vino & sicera abstinere tempore consecrationis, vt patet Num.6.Vnde Ioan.vt semper Nazaræus,id est consecratus Domino maneret, semper his abstinuit. Rectè autem postquam vini vsum Ioanni ademit, subiungit, *& spiritu sancto replebitur*, vt cui vini ebrietas tollitur,spiritus sancti gratia mẽtem inebrians cumuletur. Sic & Paul. ad Eph. cùm dixisset:Nolite inebriari vino in quo est luxuria,subiunxit,sed impleamini Spiritu sancto.Porrò Ambr.legit; *replebitur adhuc in vtero matris*; cùm tamen Græca habeant', ἔτι ἐκ κοιλίας Quod interpres ad verbum quidem reddidit,cùm latinius & explicatius dicendum esset, *iam inde ab vtero*: sic enim significamus longè repetitum initium. Dum tamen dicitur *replebitur Spiritu sancto iam inde ab vtero*, non sic intelligendũ est quasi tum primùm replendus sit Spiritu sancto, cùm vterum matris egressus esset:sed quòd spiritum acceptum in vtero seruaturus esset vsq; in finem: perinde enim est ac si dixisset,spirita sancto replebitur in vtero & deinceps semper. Proinde ex his verbis constat,Ioannem antequã in lucem æditus esset, sanctificatum fuisse in vtero,ac à peccato originali fuisse purgatum,quod plerìq; etiam Ieremiæ concessum fuisse intelligunt,eò quod de eo dixerit Dominus:Antequam exires de vulua, sanctificaui te. De vtriusque tamen in vtero sanctificatione dubitat August. in epistola quadam ad Dardanum, quæ est.57. imò ratione quadam in speciem efficaci contra argumentatur, hac scilicet:Sanctificatio qua efficimur Dei templũ non nisi renatorum est, nemo autem renascitur nisi priùs nascatur, ergo nemo sanctificatur prinsquam ex vtero nascatur. Itaque sanctificationem illã qua sanctificatus dicitur Ieremias, antequam exiret de vulua, putat conuenientius intelligendam de sanctificatione secundum prædestinationem:sicut filios Dei scriptura Ioan.11.vocat nondum regeneratos, sed secundũ Dei prædestinationem adhuc regenerãdos.Verùm argumentum illud Aug.etsi satis valeat ad probandũ secundum cõmunem legem, neminem sanctificari nisi iam natum ex vtero,non tamen efficax est ad probandum neminem posse in vtero sanctificari:nam vt concedatur neminem sanctificari nisi per regenerationem,nec renasci aliquem posse qui non sit natus:tamen nasci aliquis dicitur,etiam si ex vtero nondum natus sit. De Christo enim nondum in mundum ædito dictum est:Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.Itaque qui in vtero iam natus est,etiam in vtero renasci potest,quamuis non per baptismaad quod probandum maximè argumentum suũ Aug.adduxit,& ad illũ efficax est.Quamuis autem qua parte de Ioannis sanctificatione dubitare videtur,non rectè sentit,tamẽ ea parte qua id quod dictũ est de sanctificatione Ieremiæ,intelligit de sanctificatione per prædestinationem, rectius sentit quàm ij qui ex illis verbis Domini intelligunt Ieremiam re vera sanctificatũ antequam exiret ex vtero.Nam quod præcedit, Priusquam te formarem in vtero noui te;intelligi manifestè debet de notitia prædestinationis:& quod sequitur;& prophetam in gentibus dedi te; de donatione per prædestinationẽ:ergo similiter quod in medio ponitur intelligendum est,& accipiendum eo modo quo de se ad Galatas dicit Paul.Cum placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ.Et quomodo ad Ephe. dicit sanctos electos ante mundi constitutionem. Vt autẽ sententia Aug.cautè legenda est, & cõmodè intelligenda,qua dicit,neminẽ renasci qui non priùs sit natus:ita rursum Ambr. sententia commodè etiá intelligenda,qua cõtrario modo dicit super hunc locũ scribẽs de Ioannis sanctificatione:Nondũ erat illi spiritus vitę,sed spiritus gratiæ. Intelligendum enim est secũdum Thomam in tertia parte quæst.27.art.2.ad 1.ipsum per spiritum vitæ,intelligere exteriorem aëris spirationem. Aut non infuisse illi animã vitalem,cùm inesset illi spiritus gratiæ,quia manifesta operatione ostẽdebat, se Spiritum sanctũ habere: cùm nondum manifestè & perfectè spiritũ vitæ se habere monstrasset.

Galat.1.

Ephes. 5.

ET MVLTOS FILIORVM, &c.] Postquam dixit eum replendum Spiritu sancto, iam & prædicit quid per acceptum spiritum sit operaturus. Conuertit autem ad Dominum Israelitas multos Ioannes,tum quia vitæ suæ austeritate,& prædicatione pœnitentiæ, regnique cœlorũ atque baptismo suo multos à Deo alienatos ad vitæ melioris frugem perduxit:tum quia testimonium pr thiben do de Christo, eúmque digito commonstrando, multos in Christum credere fecit. Cùm autem sequitur, *Et ipse præcedet ante illum*,&c.manifestè significatur, Messiam ante quem præibat Ioannes, esse Dominũ Deum Israelitarũ.Non enim aliò referri potest relatiuum, *illum*, quàm ad Dominum Deum ipsorum.Proinde hic inter alios vnus locus est, vbi apertè Messias Deus dicitur, contra eos omnes qui Christi negant diuinitatem.Porrò notandum, quòd non dicit, præibit in anima aut in pẽsona Eliæ, sed, *in spiritu & virtute Eliæ*, id est, cum spiritu & fortitudine Eliæ, vt non intelligamus eum futurum verum Eliam, sed eundem habiturum spiritum, eandémque virtutem. Accipitur autem hic spiritus, pro dono spiritus sancti, cuius cùm in diuersis varia sint dona, promittitur hic simili gratia spiritus & fortitudine Ioannem præcessurum Dominum, qualis fuit vel erit in Elia. Dico autem, fuit vel erit, nam quòd Eliæ Ioannes hic comparatur, dupliciter intelligi potest, scilicet aut per comparationẽ ad Euam, qualis olim fuit: aut per comparationem ad Eliam qualis futurus est circa secundum Christi aduentum. Si priori modo intelligamus, iam ideo Ioannes Eliæ comparatur in spiritu & virtute:quod similis sit vtriusque vitæ austeritas & genus. Sicut enim ille in eremo versabatur, ita & iste:sicut ille zona pellicea cinctus fuit, ita & iste. Sicut ille à coruis pascebatur & muliere paupercula,aquámq; bibit:ita hic, spretis mundi illecebris, locustis pastus est, pauperem, cùm diues esset, eligens & sobriam vitam. Sicut ille Iordanis alueum diuisit, ita hic ad lauacrum salutare conuertit Iordanem. Vterque similiter iustitiæ feruens fuit zelator. Ille enim Israelitas à Deo alienos studuit conuertere ad Dominum Deum ipsorum, vt patet 3. Reg. 18. quod ipsum & Ioannem hic facturum prænunciatur. Ille ob iustitiæ zelum non est veritus arguere Achab & Iezabel, & hic non metuit reprehendere Herodem & Herodiadem. Ille ob mulieris impietatem fugere compulsus est: hic ob Herodiadem capite truncatus. Similem ergo cum Elia habuit spiritum, eò quòd similis fuit vitæ eius ratio. Similem autem virtutem & fortitudinem, quòd similiter cum eo aggredi ardua & sust

Luce 1.

Matth.1.

& sustinere persecutiones & aduersa non detrectauerit,& quia talia,qualia ille,efficacia spiritus operatus est.Si verò intelligamus Ioannẽ comparari Eliæ venturo ante secundum Christi aduentum,cõparatio in hoc consistit, quòd sicut Elias præcessurus est secundum Messiæ aduentum, ita Ioannes primum.Sicut ille ad hoc præcessurus est vt conuertat infideles, ita & hic.Itaque simul spiritu & virtute iste præibit; quibus ille præibit; quia & similem vtriusque est officium,& eadem fortitudo ad subeundum quæuis ardua & operandum efficaciter similia. Magis autem videtur Ioannes ab angelo comparari Eliæ venturo quàm præterito, tum quia dicens:*ipse præibit in spiritu Eliæ*, significat etiam Eliam in eodem spiritu præcessurum Dominum: tum quia subiungit,*vt conuertat corda patrum in filios*,quibus verbis alludit ad vaticinium Malachiæ, quo ante secundum Messiæ aduentũ Elias venturus promittitur vlt.cap .Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam,antequã veniat dies Domini magnus & horribilis.Et conuertet cor patrum ad filios,& cor filiorũ ad patres eorum.Itaque illis verbis, *vt conuertat*, &c. explicat angelus quare eum dixerit præiturum in spiritu Eliæ, nempe quòd eadem iste in primo,quæ ille in secundo aduentu sit operatus. Deinde & ex verbis illis quibus Christus Matt.11.& 17.& Marc.9.Ioannem Eliæ comparat,aut Eliam esse dicit, satis patet Ioãnem magis Eliæ venturo comparari quàm præterito. Proinde & hoc loco sic rectius intelligitur quãuis simul etiá rectè intelligitur comparari Eliæ præterito. Porrò quòd Elias in propria persona aliquando venturus est,& quòd de eo,& non de Ioãne vaticinium Malachiæ ad literam sit intelligendum, contra plerosque contrariũ sentientes postea probabitur. Spiritum autem Eliæ & virtutem explicat Sapiens Eccl. 48.Et surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Ita & de Ioanne dicit Saluator: Ille erat lucerna lucens & ardens. Præiuit autem Ioãnes ante Dominum variis modis.Nam sua natiuitate præcessit Christi natiuitatẽ:sua prædicatione,suóque baptismo, Christi prædicationẽ & baptismum:sua passione, Christi occisionem:suo ad Iymbum descẽsu, Christi descensum ad inferos.Vnde Ambrosius:Bene (inquit) præibit ante faciem Domini sanctus Ioannes, qui prænuntius natus est & prænuntius mortuus est. Quamuis autem sic variis modis Ioannes Dominum præiuerit,potissimum tamen intelligendũ est,eum hic dici præcessurum ratione prædicationis & baptismi, quibus cõuertit corda patrũ in filios,& paranit Domino plebem,quemadmodum & Zacharias postea dicit: *Præibis ante faciem Domini parare vias eius*. Cæterùm nec illud sine animaduersione prætereundum est, quod diligenter annotauit Ambrosius, nempe duo hæc coniuncta rectè esse *spiritu & virtute*. Nunquã enim sine virtute spiritus,neque sine spiritu virtus,hoc est,potestas bene operãdi, & aduersa quæuis fortiter perferendi. Vnde & alibi hæc coniunguntur,vt cùm dicitur; *Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi*, &c. &: Accipietis virtutem superuenientis in vos spiritus sancti.

Malach. vlt.

Luce 1.

Ibidem. actor. 5

VT CONVERTAT CORDA, &c.] Varie istud intelligitur.Nam secũdum Theophyl. patres, Iudæi sunt,filij verò,Ioannes & Apostoli. Conuertit ergo corda patrum in filios, quia Iudæos quibus prædicauit,credere fecit Christo & Apostolis eius. Alij verò,patres intelligunt Patriarchas,&,prophetas:filios verò, ipsos Iudæos, quibus Ioannes prædicauit.Secũdum quem modum dupliciter hic locus intelligitur.Beda enim intelligit Ioannem conuertisse corda patrũ in filios,quia antiquorũ scientiam sanctorum Iudæis prædicãdo infudit,hoc est, quia filios eandem fecit habere mentem, cor & sapientiam,qualem habuerunt patriarchę & prophetę. Quem sensum verisimile est Bedam desumpsisse ex commentariis Hieronymi in Malachiam super eo loco, vnde verba hęc desumpta sunt. Nam hanc partẽ Hieronymus eo loco sic interpretatur. Aliter autem secundum Dionysium Carthusianum intelligi potest,vt sit sensus:vt faciat ipsos patriarchas, & prophetas bene affici filiis suis Iudęis, eosq; pro germanis suis filiis agnoscant & recipiãt. Hoc enim fecit Ioãnes inducendo Iudęos ad fidem & pietatem maiorem suorum. Atque hic sensus videtur esse verior. Primus enim sensus non conuenit illi loco Malachiæ vnde hæc verba de Elia dicta desumpta sunt, & secũdus nõ est satis proprius. Propriè enim cor patrum conuerti in filios,vel, vt habent Hebręa & Græca,ad filios,non est filios accipere idem cor quod habuerũt patres. Ad reddendum nanque hunc sensum potius dicẽdum fuerat, vt conuertat cor filiorum ad patres. Sed illius propriè cor dicitur conuerti ad aliquẽ, qui illi incipit bene effici, vt patet cùm dicit Deus:Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Fuerũt autem corda patriarcharũ ob vitæ dissimilitudinem à filiis suis carnalibus alienata, proinde studuit Ioannes per resipiscentiam filiorum,patrum corda ad filios conuertere,quemadmodũ idem faciet Elias circa mundi finem pro concordãdis Iudæis cum fide patriarcharumatque hoc est quod dicit Dominus eum restituturũ omnia,sicut Christus venit instaurare omnia quæ in cœlis, & quæ in terra.Istud autem aperte egit Ioannes, cùm venientes ad baptisma suum vocauit genimina viperarum, notans eos non esse germanos sanctorum maiorũ filios, ac deinde adiecit,Nolite dicere intra vos,Patrem habemus Abrahã.Dico enim vobis,quia potens est Deus, &c. Quibus sanè verbis studuit eos reddere germanos patriarcharum filios: & sic conuertere corda patrum in filios.Iam autem quod adiecit angelus:

Luce 3.

ET INCREDVLOS AD, &c. Videtur positum pro eo quod est apud Malach. Et cor filiorum ad patres eorum, vt explicaret angelus tum se,tum prophetam loqui de filiis incredulis, de patribus autem iustis.Declaratur autem etiã hac parte quomodo conuertenda erant corda patrum in vel ad filios, nempe si increduli conuerterentur ad prudentiam iustorum. Porrò iustorum prudentia erat & est, præfluxis huius seculi bonis sectari magis & expectare cœlestia:Deinde non in carnalibus legis vmbris, neque in propriis operibus confidere,sed in benignitate Dei, & iustitia Christi. Pro incredulis autem Græcè non est, ἀπίστους sed ἀπειθεῖς, quod nomen etiam significat inobedientes, quomodo magis hic verti conuehiebat, cum quòd mentionem faciat patrum & filiorum, tum quòd non dicat ad fidem,sed ad prudentiam. Inobedientes itaque dicit Iudæos,quòd æquissimis maiorum suorum præceptis & doctrinænon parerent. qua eadem ratione & incredulos eos dici rectè intelligimus, siquidem qui inobediens est,is sepatrum credulũ declarat.Nõ enim de incredulis Christo posse intelligi hinc videtur, quòd cùm Ioannes prędicaret,nondũ Christus prædicasset,ac proinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde non potuerunt increduli Christo dici quibus Ioannes prædicauit. In eo autem quod sequitur:

PARARE DOMINO, &c.] Interpres infinitiuum, quem apud Græcos inuenit, reliquit, cùm sicut priorem vertit infinitiuũ, vertendũ erat, *vt paret Domino plebem*. Et pro, *perfectam*, Græco est κατεσκευασμένον, quod magis est præparatã & instructam. Nõ enim Ioannes perfectã plebem Domino parauit. Si enim eam parauit Domino, ergo imperfecta erat, & perficiendã Domino tradidit. Itaq; nostram literã Beda & Dionysius sic intelligũt, vt paret Domino plebẽ, quæ postea per fidẽ & spiritum Christi erit perfecta. Sed conformius cũ originali intelligamus plebem perfectã, hoc est, bene & perfectè adornatã & instructã, ad suscipiendũ scilicet fidẽ Christi, & sublimiorem eius doctrinam & baptismũ. Ad hoc autem plebem parauit Ioannes per pœnitentiã, quam verbo & exemplo docebat: pérq; baptismũ pœnitentiæ, & demõstratione aduentis Messiæ. Itaq; hac parte, *parare Domino*, &c, describitur finis prioris operationis. Ad hoc enim conuertit corda patrũ, vt pararet Domino plebem.

ET DIXIT ZACHARIAS, &c.] Iudæorum more signum petit, quẽ morem Iudæi desumpsisse videntur ab Abrahã, qui promissionis sibi factæ de terra Chanaam signũ petiit dicẽs: Vnde scire possum quod possessurus sum eã? Non peccauit autem Abraham signum petens, quemadmodũ peccauit Zacharias. Non enim ex incredulitate aut diffidentia signum postulauit, (cùm mox antea scriptũ sit: *Gene. 15.* Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam) sed ex familiaritate quadã cum Deo, & in confirmationem promissionis apud posteros suos, ad quos promissio magis pertinebat. Non enim Abraham in sua persona, sed tantùm in filiis suis promissam terram possessurus erat. Similiter nec *Iud. 6.* Gedeon peccauit, dum loquẽti sibi angelo dixit: Si inueni gratiã in oculis tuis, da mihi signum quòd tu sis qui loqueris ad me. Cùm enim non sit credendũ omni spiritui, & necdũ sciret esse angelum Domini, qui loquebatur cum ipso (vt patet ex his quæ illo loco sequuntur) circunspectè fecit petẽdo signũ, quo personæ qualitas & autoritas patefieret. Sed & postea cùm signũ bis peteret in vellere, non ex diffidentia feciisse videtur, cùm Paulo ad He- *Hebr. 11.* bræos de fide sua commendetur: sed potius ad imitationem Abrahæ, ex familiaritate aliqua, & audaci confidentia erga Deũ, ad maiorem confirmationem animi sui & militũ suorum. Idem dicẽdum de Ezechia petente signum sanitatis sibi promissæ. At *4. reg. 20.* Zacharias non petit signũ certificans personæ promittentis qualitatẽ, nihil dubitans angelum Domini esse, tum quia præter ipsum illo tempore nullus in templo esset hominum (propter quod significandum priùs dictum est: *Erat autem omnis populus foris*,) tum propter loci sanctitatem, angelicamque maiestatẽ, & consolationem eiusdẽ, atque verborũ sanctorũ sublimitatem. Petit ergo signum certificans promissionis veritatem, idq; ex diffidentia, quemadmodum ex ipsius subiunctis patet verbis, quibus argumenta suæ incredulitatis contraria promissis diuinis profert. Atque hoc quidem nomine diffidentia ipsius culpabilior erat, quod ex multis exemplis præcedentibus in Sara & reliquis, promissi possibilitatẽ mox colligere debuisset, quodq; sacerdos erat, qui fide alios merito præcedere debuisset.

ET RESPONDENS ANGELVS, &c.] Quoniam Zacharias & de promissione diffidebat, & ex diffidentia signũ postulauit, ob id angelus primùm quidem personæ suæ qualitatẽ aperit, ac deinde dat & signũ, sed tale quale dignũ erat incredulitate eius, & quod congrua diffidentiæ eius pœna erat. Et qualitatẽ quidẽ personæ suæ aperit, partim vt diffidentiam in fide confirmaret, partim vt incredulitatẽ eius condemnaret, & iniustam esse comprobaret. Explicat autem proprium suum nomen dicens: *Ego sum Gabriel*; tum vt ipsa sui nominis significatione declararet possibilia esse ea quæ promittebat, quamuis, supra naturæ essent vires (significat enim Gabriel idẽ quod fortitudo Dei, vel potius, fortitudo mea Deus) tum quia nomẽ hoc notum erat Zachariæ ex libro Danielis, in quo aliquoties Gabriel Danieli apparuisse scribitur, & potissimum in mysterio de temporis aduentus Messiæ explicatione. Ex nomine ergò cognito datur intelligi quàm meritò debeat illi credere, qui cœlestes illas & admirandas de nouissimis temporibus Danielis visiones explicauit, & annunciauit, & tempus iam adesse, quo implenda erant quæ idẽ ipse angelus Danieli futura prædixit. Atque his item rationibus conueniebat Gabrielem nuntium esse natiuitatis tum Ioannis, tum Christi. Deinde verò adaugendã & magis suæ personæ autoritatem, adiecit; *qui asto ante Deum*; significans se non esse vnum ex angelis qui eiecti sunt à facie Dei, sed ex his qui Deo semper sunt præsentes. Dicuntur autẽ angeli astare ante Deum, metaphorica locutione, ad similitudinem ministrorum astãtium ante regem, nempe quòd vultum Dei assiduè contemplẽtur, paratique sint ad omne obsequium diuinæ voluntatis peragendum. Autoritati deinceps propriæ adiungit autoritatem diuinam, dum dicit: *Et missus sum loqui ad te, & euangelizare tibi hæc*; significans se in hoc negotio non venisse à seipso: sed Dei agere negotium. Quamuis autem tunc missus esset à Deo, & astaret Zachariæ in terris: astare tamen se dicit ante Deum, quia cùm vbiq; præsens sit Deus, nullus locus impedit visionem & fruitionem Dei, ratione cuius astare Deo angeli dicuntur. Notandum tamen; Græca non habere tempus præsens, sed præteritum ὁ παρεστηκὼς, id est, qui astiti, vt significetur præsens fuisse Deo in cælis, & ab eo illinc in terras missum esse. Apud Tobiam tamen Raphael in terris existens se dicit astare Domino: Ego, inquit, sum Raphael angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. Porrò quod angelus hic significare voluit, tale est: Si hæc tibi promitteret homo missus ab homine, meritò de promissis dubitares, quòd sint supra naturæ humanæ vires. Verùm cùm angelus sit qui promittat, nec is vulgaris aliquis aut incognitus, sed celeberrimus, fideq; probatæ: cumq; & is non ex sese promittat, sed ex Dei mittentis nomine, cui nihil est impossibile, iustius sanè est vt consideratione tum certitudinis nuntij, tum omnipotentiæ diuinæ, quam etiam nomen meum præ se fert, fidem promissis habeas, quàm vt respectu ad propriam ætatem, vxoris sterilitatem, naturæque infirmitatem habito diffidas.

ET ECCE ERIS TACENS, &c.] Aduerbium *ecce*, demonstrat nouũ aliquid & insolitũ, signũ scilicet quod petiit, quòd & petitioni eius in cõfirmationem promissionis satisfiat, & digna diffidentiæ pœna infligatur. quasi dicat: Quoniam petisti signum, ecce signum, quod ita sit præstandi in posterum promissi argumentum, vt & præsentis sit diffidentiæ pœna. Porro notandum, Zachariã non solũ mutum

mutum videri effectum, sed etiam surdum, vt colligere satis licet ex eo quod postea dicitur: *Innuebat autem patri eius quem vellet vocari eum*. Circa quæ verba Ambrosius: Incredulitas (inquit) ei affatum eripuerat & auditum. Vnde postea vbi habemus: *permansitque mutus*: Græcis est dictio κωφὸς, quæ non solùm mutũ, sed & surdum significat, imò propriè surdum, ac ex consequenti mutũ: quòd qui natura sint surdi, necessariò etiã sint muti. Et hoc ergo etiã loco, vbi Græca habent ἔσῃ σιωπῶν, pro quo nos, *eris tacens*, videtur per dictionem σιωπῶν, non mutus significari, vel non tantùm mutus, sed etiam surdus. Amplius enim quid esse videtur σιωπάω, quàm σιγάω. Nam teste Varino σιωπὴ componitur ex σιγὴ, id est silentium & ὄψ, ὄπὸς, quod vocem aliquãdo significat. Aufertur enim litera γ, & deinde crasi facta ex ε & ο in ω, fit σιωπὴ, quod proinde idem est quod silentium vocis. Est autem silentium vocis perfectissimè in eo qui nec audit, nec loquitur. hic ergo videtur propriè dici, σιωπῶν. Certè Theophyl. hoc loco hanc dictionem accepisse omnino videtur pro surdo. Sic enim super his verbis scribit: Igitur quia diffidis, ego te faciam surdum, & non poteris loqui. Meritò autẽ duo hæc passus est, & quòd nõ audiret, & quòd nõ loqueretur. Quia enim non obedierat, condemnatur vt surdus sit: & quia contradixerat, vt sileat. Hactenus ille. Cuius sententiam diligenter annotauit & Thomas in Catena sua, quamuis in impressis libris mendosè admodum citetur. Sic autem legendũ videtur: Sed quia verbum quod in Græco (libri habent, iugi animo) habetur, potest etiam surdum significare, bene talis erit sensus (libri habent, quia bene talis) eris surdus, & non poteris loqui: Conuenienter enim duo hæc passus est. tanquam enim inobediens, surditatem incurrit: & tanquam contradictor, taciturnitatem. Est autem & apud Hebræos verbum quoddam quod, & obsurdescere, & tacere significat, nempe charas, quo verisimile est hic angelum vsum fuisse. Ponitur autẽ hoc verbum Hebraicum Psal. 27. vbi nos legimus: Ad te Domine clamabo, ne sileas à me; vbi pro, sileas, Hieronymus vertit secundum Hebraicam veritatem, ne obsurdescas mihi. Græcè autem est comparatiuum à verbo hic posito, nempe παρασιωπήσῃς, quod verbum illo loco Euthymius Græcus interpres pro obaudire exponit. Sic enim habet eius commentarius: Ne obaudias me: metaphoricè dictum. Solent enim qui obaudiunt, tacere, & nihil respondere petentibus. Porro surditas, & taciturnitas, non solùm in signum, & pœnam Zachariæ infictæ sunt, sed etiã in mysterium, nempe vt significaretur Iudæorũ synagogam propter incredulitatẽ suam; & surdam futuram & mutã, sicut iam in ea eõpletum videmus. Surda enim est, quia non audit, nec recipit euangelicam prædicationẽ: muta verò, quòd gratas Deo iam laudes non canit, nec interrogata salutarem aliquã doctrinam de scripturis sacris proferre potest. Temperat autem commeritam pœnã misericordia diuina, atq; ob id sequitur; *Vsque in diem quo hæc fiant*, quasi dicat: Cùm per euentus rerum quod dico ostendero, & noueris te iure punitum, tũc te de pœna eripiã. Et demõstrat pronomẽ, *hæc*, non omnia quidẽ de Ioanne prædicta, sed natiuitatẽ eius cum impositione nominis quæ facta est die circũcisionis. Circa natiuitatẽ enim pueri, erat Zachariæ dubitatio, nõ circa alia. Postquàm autem causam inflictæ pœnæ reddidisset, dicens; *Eo quòd non credidisti*, &c. Adiecit; *quæ implebuntur in tempore suo*: vt ostenderet verborum certitudinem, & Zachariæ diffidentiam fidem Dei non euacuaturam, nec impediturum promissionis adimpletionẽ.

COGNOVERVNT QVOD, &c.] Istud cognouerunt, & collegerunt partim ex insolita mora in templo, partim ex alteratione vultus, ex colloquio angeli, partim etiam ex loquelæ amissione. Innuebat autem populo, siue quòd rogarent silentij causam, siue volens eis benedicere, & data benedictione dimittere.

POST HOS AVTEM, &c.] Annotãdus hic imprimis Euangelistæ in scribendo pudor, & honestas, cùm tacito congressu Zachariæ cum vxore sua Elizabeth concepisse dicit, docens suo nos exemplo quàm verecundè de his rebus sermo habendus sit, quando nec illum congressum coniugalem, solo prolis desiderio factum, imò secundum diuinam promissionem necessarium, exprimere voluit. Denin & annotandus pudor sanctæ matronæ Elizabeth, quæ cùm ex marito secundum Dei iussionem tam illustrem concepisset prolem, tamen se occultabat mensibus quinque. Ideo enim se occultabat, tum quia verebatur, ne à vulgo diuini mysterij inscio parum honesta reputaretur, vt quæ in aliena ætate viri vacasset amplexibus: tum ne plerisque ridicula haberetur, si ante noui conceptus certa indicia se grauidam exhiberet, & prædicaret. Atque ob id non se diutius occultabat, quàm visitante ipsam virgine, certis argumentis diuinum donum lucidè manifestaretur per exultationem infantis in vtero. Ex hoc autem suo pudore, quem occultatione præ se tulit, simul etiam datur intelligi, quòd iam non conuenichant inter se concubitu coniugali. Non enim (inquit Ambrosius) ea quæ senilem non erubesceret coitum, erubesceret partum, & cõceptum. Docet autem suo exemplo Elizabeth, vt quod in nobis est, aliis malè de nobis loquendi vel suspicandi occasiones subtrahamus, & ne nostra ipsi dona mox omnibus prædicemus, sed tempus expectandum, quo sua ipse Deus dona nota fieri volet, & nota faciet. Porrò quamuis partim ex pudore, partim ex humilitate, & prudentia se occultaret ad tempus, læta tamen de conceptu diuino, & opprobrio sterilitatis sublato gratias egit Deo. Atque ob id significandum adiecit, dicens: Quia sic, &c. Non enim cùm adiecit, dicens, quia sic, &c. significare voluit causam quare se occultauerit, sed insinuare lætam etiam fuisse, & gratam Deo, etsi ob certas se occultaret causas. Proinde sensus est, occultabat se, dicens tamen, quia sic fecit, &c. Sic (inquit) hoc est tam præclarè, & magnificè mecum egit Dominus, vt scilicet, & supra naturam concipere, & ram illustrem concipere filium daret, tunc quando placuit ei auferre opprobrium sterilitatis à me, quasi dicat: Cùm visum est ei, non solùm me liberauit ab opprobrio sterilitatis, sed ex conceptu tam nouo, & illustri gaudium simul meum, & gloriam auxit apud homines. Dicit autem, *opprobrium inter homines*, & non dicit, maledictionem Dei: quòd bene conscia sibi esset sterilitatem non ex maledictione Dei se incurrisse, quãuis opprobrium hominum effugere ob eam non potuisset. Vult autem quidam in verbo, *respexit*, subaudiri accusationem, me, vt sit sensus; respexit me vt auferret, &c. Verùm rectius sine subauditione intelligitur; respexit ad auferendum, hoc est, curæ ei fuit auferre. Ita enim accipitur, nonnunquam respexit, quemadmodum respectus pro cura ponitur.

NVNTIA

Universidad de Deusto
Biblioteca

NVNTIATVR MARIÆ CHRISTI INCARNATIO. LVCÆ I. CAPVT III.

IN mense autem sexto, missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbũ tuum. Et discessit ab illa angelus.

IN MENSE AVTEM SEXTO]. Propter certitudinem historiæ astruendum, distinctè omnia Lucas describit, tempus, locum, personam missam, personam ad quam missio facta est. Conueniens autem nostræ reparationis principium, principio nostræ perditionis correspondens, vt scilicet à Deo angelus ad virginem mitteretur partu consecrãdam diuino, sicut olim à diabolo serpens missus fuit ad virginem Euam spiritu superbiæ decipiendam. Sicut ergo Eua serpenti credens, libidine corrupta est: ita hæc virgo angelo credens, sine libidine fœtata est, vt filij Euæ qui ex corrupta nascuntur corrupti, per filium virginis, qui ex incorrupta sanctus natus est, liberarentur & sanctificarentur. Aptè autem & virginem eam nominauit & desponsatam viro, quia vtrumque esse debebat futura mater Domini. Virgo quidem, quoniam sine virili commercio nasci debuit Dominus; ne duos haberet patres, & ne in peccato nasceretur, quod & diuinitate ipsius indignum fuisset, & nostram redemptionem impediuisset. Non enim tollere peccata mundi potuisset, qui ipso peccato obnoxius fuisset. Deinde vt in Christi corporali natiuitate figura quædam exhiberetur nostræ regenerationis, qua ex virgine matre Ecclesia nascimur filij Dei. oportebat enim (inquit Augustinus) caput nostrum propter insigne miraculum nasci de virgine, quod significaret membra sua de virgine etiam secundum spiritum nascitura. Desponsata autem viro esse debuit, ne impudicitiæ adureretur infamia, & Christus tanquam illegitimus à Iudæis reiceretur, ne virginibus sinistra viuentibus opinione velamen excusationis relinqueretur, sed docerentur omnes etiam infamiam vitare debere, ne etiam virginis verba suspicioni mẽdacij essent obnoxia: vtq; Ioseph virginitatis testis esset & custos, virginisque & pueri curator & nutritor, atque per eiusdem genealogiam Maria cum filio ex familia Dauid esse cognosceretur, vt diuinus partus diabolo celaretur, typúmque præ se ferret Ecclesiæ, quæ virgo simul est, & desponsata Deo. Notandum autem, desponsatam dici, & eam quæ promissa tantùm est, & necdum tradita viro, & eam quæ iam tradita est viro, sed necdum ab eo cognita. Atque hoc secundo modo intelligendum videtur, quòd dicitur virgo desponsata viro, eo quòd apud Matthæum desponsata hæc virgo, vxor Ioseph dicitur, & secundo capite Lucas dicit Ioseph profectum in Bethlehẽ cum desponsata sibi vxore.

INGRESSVS ANGELVS, &c.] Dum ingressus angelus dicitur, significatur & corporali specie apparuisse, & in conclaui ac secreto loco cum sola locutũ virgine. Dicit autem: AVE GRATIA PLENA,] Pro Aue Græcis est χαῖρε, quæ dictio significat gaude, salue, vale. Dubium autem est an hoc loco sit reddenda per salue, quæ dictio imprecationem salutis significat, an per gaude, aut (quod teste Perotto idem est) per aue. Nam dubiũ est an angelus virginem salutans Hebraicè, vsus sit forma salutandi Hebræis familiari, nempe שלום לך, id est, pax tibi, an potius vsus sit verbo aliquo quod gaudere significat, quorum posterius videri posset, eo quòd si dixisset שלום לך, vertisset potius Euangelista χαῖρε σοι sicut quando Euangelistæ referũt, Dominum præcepisse Apostolis vt ingressuri domum dicerent, Pax huic domui, & quando post resurrectionem scribitur dixisse: Pax vobis. Noua ergo & necdum in scripturis vsitata. quæque soli Mariæ reseruata fuit, salutatione ab angelo virgo salutatur, Et bene gaudium ei prænuntiat & imprecatur, vt quia Euæ dictum fuit, In dolore paries filios: tristitiam illam gaudium solueret: & vt sicut Euæ primæ tristitia primò annunciata est, ita huic secundæ Euæ primò gaudium annunciaretur. Verisimilius tamen est angelum vsum forma salutandi Hebræis familiari, vt dixerit, שלום לך, quemadmodum & Iudam, cùm osculatus Dominum dixit: Aue rabbi. Et cùm Christus scribitur post resurrectionem dixisse mulieribus, Auete; vbi Græcis est, χαῖρε & χαίρετε. Porro quod nos habemus, gratia plena, Græcè est κεχαριτωμένη, participium passiuum à verbo χαρίω, quod est gratifico vel gratum facio, proinde ac verbum sonat, gratificata, hoc est, quam Deus singulari & gratuito suo fauore sibi gratam fecit, & gratam habet. Pro gratificata, tamen mollius est, si dicatur & vertatur, gratiosa, Gratiosi enim dicuntur Latinis, quibus fauetur singulari aliquo animi studio, quamuis ea dictio Græcæ vocis significationẽ non adæquet. Non enim angelus eam simpliciter salutat gratiosam (hoc est acceptam, placentem & gratam) sed effectam gratiosam, vt donum Dei significetur quo facta est gratiosa: non enim ex seipsa erat gratiosa, sed ex diuinę benignitatis dono. Non tamen malè vertit interpres noster, gratia plena. Cùm enim Græca dictio significet eam quæ facta est gratiosa, sua versione explicauit per quid sit effecta gratiosa, nempe ex plenitudine donorum diuinæ gratiæ in ipsa: & ita coram Deo coincidunt, esse gratiosum, & plenum gratia Dei. Aut intelligendum

ligendum potius, in nostra versione gratiam non accipi tantùm pro gratuitis Dei donis, sed quomodo pro eo quod dicimus sermonem alicuius esse gratiosum, dicimus etiam sermonem esse plenum gratia, quia scilicet omnibus modis audientibus gratus est & placet: ita etiam gratia plenam virginem intelligamus, quòd vndecunque omnibúsque modis Deo grata esset. Sic enim idem sunt esse gratiosum & esse plenũ gratia, cùm adiectiua in osus per nomen plenus exponi soleant. Quòd si autem dum dicitur virgo plena gratia, nomẽ gratiæ accipiatur, & quatenus significat Dei donum, & simul quatenus significat fauorem & acceptationẽ alicuius, quæ duo ab inuicem sunt inseparabilia coram Deo, iá Græcæ dictionis significatio penè tota exprimitur: vt gratia plena idem sit quod per plenitudinem donorum gratiæ Dei multam cõsecuta gratiam apud Deũ: hoc est, multum accepta Deo. Non explicat autem angelus apud quem sit reddita gratiosa & plena gratia, tum quia secundum veritatem absolutè erat gratiosa & gratia plena, & non apud hunc aut illum, tum quia hoc explicandum sequentibus verbis seruabatur.

DOMINVS TECVM, &c.] Familiare Hebræis aggredientibus quenquam est sic compellare eum. Ita enim & angelus Gedeoni: Dominus (inquit) tecum virorum fortissime. Et Booz messoribus suis: Ruth 2. Dominus vobiscum. Dubium autem an debeat hoc loco, *Dominus tecum*, accipi imprecatoriè, vt sit sensus: Dominus sit tecum, quemadmodum Booz imprecando dixit messoribus: Dominus vobiscum, scilicet sit: an affirmatiuè, vt sit sensus: Dominus est tecum, quomodo accipiendum videtur quod dixit Iudic. 6. angelus Gedeoni. Nam mox respondit Gedeon: Obsecro mi Domine, si Dominus nobiscũ est, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? Priori modo in salutantis morem accipiendum vult Caietanus, & item quod sequitur, *Benedicta*, &c. verùm rectius secundum communiorem sensum affirmatiuè accipitur, vt triplex gaudij causa exprimatur. Gaude & aue, quia gratia plena, quia Dominus tecum, quia benedicta tu, &c. Dicit itaque Dominum cum ea esse, quòd ei faueret, eamque inhabitaret.

BENEDICTA TV IN, &c.] Iudic. 5. etiam Iahel benedicta dicitur inter mulieres, ob id scilicet quòd laude digna esset ob insigne fortitudinis facinus. Atque hoc modo plerique etiam virginem Deiparam intelligunt dici benedictam, hoc est, laudatam & celebri nomine. Iam autem subintelligere oportebit verbum futuri temporis, benedicta eris inter mulieres, quomodo intelligit quidam. Aut secundum Caietanum sensus erit: Benedicta sis inter mulieres. Verùm rectius secundum veteres intelligitur, Mariam hic prædicari & dici esse benedictam, non quidem apud homines, sed apud Deum Iudith 13. & à Deo: quomodo ipsi Iudith dictum est: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram. Sic enim debere etiam hoc loco accipi manifestè patet ex pronomine, *tu*. Pronomina enim Hebræi vsurpant loco verbi substantiui præsentis temporis: proinde perinde ferè est ac si dictum fuisset: Benedicta es inter, &c. Longè autem excellentiori ratione benedicta inter mulieres virgo nunc dicitur, quàm olim Iudith: quæ vt huius virginis, sicut & Iahel typus fuit: ita eidem excellentia illa benedictionis non conuenit perfectè, nisi quatenus huius typum prætulit. Illa enim benedicta à Deo dicta est, propter singularẽ illam gratiam & fortitudinem qua Holofernem perdidit. Hæc verò ob singulare priuilegium nulli vnquam præstitum mulieri, nec vnquam præstandum, quo scilicet Deum parere meruit, & virgo simul esse & mater. Proinde expendenda diligenter emphasis quæ est in pronomine, *tu*, & in præpositione, *in*, vel *inter*. Non enim dicitur, quemadmodum Iudith, Benedicta præ mulieribus, hoc est, magis quàm reliquæ mulieres: sed, *benedicta* (inquit) *tu inter mulieres*, quasi dicat: Tu sola inter omnes mulieres maledictionis expers, reliquæ omnes maledictioni obnoxiæ. Quæcunque enim ex viro concipiens parit filium, maledictioni Euæ fit subiecta, cui dictum est: In dolore paries filios tuos. Quæ verò conceptus & partus expers fuit, legis maledictionem incurrit, quæ sterilitatem maledictam pronunciat. Ante te ergo omnis virgo, omnisque mater maledicta, sed tu sola benedicta, quæ virgo simul & mater futura es, quæ sine corruptione & libidine concipiens, sine corruptione & dolore paries, per quam etiam in posterum omnes mulieres benedicentur, quæ in Eua fuerunt maledictæ.

QVÆ CVM AVDISSET, &c.] Græcè non est *audisset*, sed ἐπὶ διαλογισμῷ, id est, *Illa autẽ cum vidisset*, quomodo & Ambr. legit. sed pro, *sermone*, habet *introitu*. Sic enim legit: *Ipsa autem vt vidit eum, mota est in introitu eius*. Et verisimile est non interpretis, sed scriptorum vitio in nostris libris irrepsisse, *audisset* pro *vidisset*, quòd offenderet quosdam sermonis in speciem absurditas. Absurdum enim videtur, eam quæ vidisse dicitur, turbatam in sermone dici. Porrò si legatur, *vidisset*, vt (teste Valla) vetusti quidam codices Latini habent, dupliciter iam locus hic intelligitur. Primùm, vt intelligatur Maria viso angelo non turbata in illius visione, vt quæ fuerit angelorum visionibus assueta, sed tantùm turbata in sermone eius. Secundò, vt intelligatur etiam ex viso angelo nonnihil conturbata fuisse, sed magis tamẽ ex audito eius sermone, qui inchoatam turbationem ex visione angeli magis auxit. Qui sensus verisimilior est. Primùm quod incertum sit, an angelorum visionibus assueta fuerit virgo: deinde & virginum sit ad omnem viri pauere inopinatũ ingressum, quod huic virgini accidisse intelligit Ambr. & laudi eius asscribit. Similiter & D. Hier. sic scribens ad Eustochium de custodia virginitatis: Propone tibi beatã Mariam, quæ tantæ extitit puritatis, vt mater Domini esse mereretur. Ad quam cùm Angelus Gabriel in viri specie descendisset, dicens: *Aue gratia plena, Dominus tecum*, consternata & perterrita respondere non potuit. Nunquam enim à viro fuerat salutata. Deniq, nuncium discit, & loquitur. Et quæ hominem formidabat, cum angelo fabulatur intrepida. Turbatur autem in sermone angeli virgo, quia insolita erat salutationis forma, ob quã nouitatem metuebat, libidinosàne esset salutatio, an diuina: rursus, sermone fallax esset, an verus. Quoniam enim pudica erat, suæ pudicitiæ metuebat, quia salutatio blandum quid & amatoriũ præferebat, quia gratiosa salutabatur. Quoniã autem humilis erat, & nihil de se magnificè sentiebat, nequaquam sibi conuenire putabat, vt benedicta inter mulieres salutaretur. Verùm quamuis turbatur, non tamen turbatio mentis iudicium ademit & vsum: vnde de ea non dicit, quèadmodum de Zacharia, & timor irruit super eam, sed vt constantiam animi eius & turbationis moderationem insinuaret, subiecit. *Et cogi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabat qualis esset ista salutatio. Per quod etiam prudentiam virginis notauit. Prudentiæ enim summæ erat, nouam & insolitam, tamque magnificam salutationem secum expendere & examinare, neque statim ei obsistere per incredulitatem, neq; statim parere ex leuitate, vt sic & Euæ leuitatem euitaret, & Zachariæ duritiam. Itaq; perpendens angelus iustam eius turbationē & meticulosam cogitationem, non passus est eam diutius animo fluctuare, sed & pauorem blando ademit alloquio, familiariter eam proprio nomine compellans, & salutationis nouæ causam exposuit, dicens: *Ne timeas Maria*, quasi dicat: Ne metuas quasi à me blanda atque magnifica hac salutatione solliciteris, vt aut à virginitatis, aut ab humilitatis tuæ statu exeidas. Ideo enim noua hac & magnifica te compello salutatione, quòd inueneris gratiam apud Deum. Dicitur autem inuenisse gratiam apud Deum, non ob id, quòd perditam gratiam, & à se quæsitam inuenerit, sed quoniam obtinuit Dei fauorem, & consecuta est vt illi placeret. Hebraica enim phrasi frequenter in scripturis, inuenire gratiam apud aliquem, significat fauorem illius consequi, idque solo ipsius beneplacito. Et verbum Græcum hic positū εὗρες non tantùm inuenire significat, sed etiam obtinere & adipisci, vt Græca etiam sic verti possint: *Consecuta es gratiam apud Deum.* Exponit itaque his verbis quare in salutatione gratiosam vel gratia plenam dixerit, amplius aliquid quàm tum dixerat addens: siquidem tum non satis explicauerat apud quem esset gratiosa. Simul etiam & causam reddit quare non debeat salutationem suspectam habere, quasi fallacem, & plusquam conueniat ei tribuentē. Perinde enim est ac si diceret: Noli expendere merita tua, atque ob ea salutationis fallaciam metuere. Diuini enim fauoris est quod offertur, non tui meriti. Cùm autem commune virgini sit cum multis aliis obtinuisse Dei erga se fauorem, exponit angelus in sequentibus quàm singularem & proprium Dei fauorem consecuta sit, simulque declarat quare dixerit eam benedictam inter mulieres, dum dicit: *Ecce concipies*, &c. Quibus verbis alludere videtur ad prophetiam Isaiæ cap. 7. Ecce virgo concipiet, &c. Nam & illo loco pro eo quod nos habemus, *vocabitur nomen eius*, &c. Hebræa habent, vocabit nomen eius, ipsa scilicet virgo. Itaque dum dicit angelus, *concipies, paries, & vocabis*, significat in ea vaticinium Isaiæ complendum. Per aduerbium ergo *ecce*, demonstrat nouum quid & admirandum in virgine adimplendum, quod ipsum Isaias demonstrare voluit, & pro nouo signo dedit domui Dauid. Adiecit autem, *in vtero*, siue vt ostendat ipsum Dominum ex virginali vtero incarnatum substantialiter, siue quia Dominū virgo iam in corde conceperat, quem præterea etiam in vtero conceptura prænunciatur. Notandum autem quòd cùm nomē Ioannis, & nomen Isaac, primùm patri eorum sit prænuntiatum, nomen Iesu primū virgini prænunciatur, & ab ea imponendum præcipitur, quòd ad eam potius quàm ad Ioseph filius hic pertineret.

HIC ERIT MAGNVS.] Quemadmodum suprà Zachariæ, filij conditiones exposuit angelus: ita & hic virgini conditiones aperit, vt magis intelligat etiam quam inuenit apud Deum. Magnus quidem etiā Ioannes dictus est, sed ille (inquit Ambrosius) quasi homo magnus, hic autē quasi Deus magnus. Et ideo fortè magnus ille futurus dicitur coram Domino, per quod satis significatur eum non fore Dominum Deum, sed tantùm hominem: hic verò absolutè magnus fore prædicitur. Magnus itaque dictus est, tum propter diuinitatis summæ vnionem, tum propter potentiam eius maximam, quia in assumpta humanitate magna erat operaturus, docendo, miracula faciendo, & diabolum superando. Perfecta autem differentia inter hunc & Ioannem significatur per sequentia verba: *Et filius altissimi vocabitur.* Vocabitur autem non falsò, sed quia talis verè erit. Ac proinde Nestorij impietas hic apertè refellitur, cùm idem ille qui priùs filius virginis dictus est, filius etiam altissimi hic dicatur: significatúrque duplex ipsius in vna persona natura, duplexque natiuitas. Dicit autem potius, *vocabitur* quàm erit, quòd ab initio semper fuerit filius altissimi, non autem priùs talis apud homines vocatus sit, vt qui fuerit hominibus incognitus. Vocandus autem erat filius altissimi, primùm quidem à patre, qui primùm in baptismate, deinde in transfiguratione: Hic (inquit) est filius meus dilectus: deinde & ab hominibus diuinitatem eius ex doctrina eius cœlesti & miraculis propria potestate editis, colligentibus & credentibus. Videri autem potest istud ab angelo dictum fuisse, vt insinuaret hunc filium esse eum quem dixit Isaias vocandum Emmanuel, hoc est, nobiscum Deus. Quoniam enim non fuit iussa virgo nomen illud imponere, dubitare potuisset, num is esset futurus promissus filius, de quo Propheta vaticinatus est, ideo ostendit angelus nomen hoc ei competere.

DABIT ILLI DOMINVS DEVS.] Cùm esse magnum, & vocari filium Dei, etiam aliis quadā ratione conuenire possit, & in scripturis quibusdam tribuatur, explicat iam aliam filij conditionem, qua ab omnibus manifestè separetur, ostēditque eum futurū Messiam illum iamdiu expectatū, atque in eo adimplēdas eas scripturas, quæ de perpetuo regno Dauidis, Messiæ tradendo loquuntur. Videtur autem angelus his verbis potissimū respexisse ad vaticinium Isaiæ cap. 9. vbi post promissionem paruuli cuiusdam filij, & nominum eius narrationem, sic sequitur: Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia, à modò vsque in sempiternum. Dicitur autem regnum Messiæ, sedes & regnum Dauid, non quòd tēporale esset, sensibile & terrenum, sed quòd in regno Dauidis adumbratum fuit, & Dauidi in proprio semine promissum sub typo regni sui. Ita & domus Iacob hic non potest accipi pro familia Iacob carnali, sed pro spirituali, quæ est omnium fidelium congregatio. Dicit autē, *dabit illi Dominus*, &c. Vt significet hunc filium regnum Dauidis non vi occupaturum, sed à Deo accepturum, postquam per tyrannidem terrenum regnum in carnali familia Iacob Herodes sibi vendicauerat. Porro sedē hanc Deus Messiæ dedit post resurrectionem & ascensionē, cum dixit ei, sede à dextris meis, daturus eidē regnum istud perfectius in nouissimo die, cùm omnia subiiciet sub pedibus eius. Nam sicut Dauid vnctus quidem fuit in regem lōgè ante quàm in solio regni resideret, quod solium non obtinuit nisi post multas persecutiones & afflictiones, per quarum patientem tolerantiam meruit tandem à Deo magnificè sublimari in regē, & primùm quidem super domum Iuda, deinde verò super omnes tribus Israēl: ita & Iesus à natiuitate quidem sua vnctus fuit spiritu sancto à patre, & rex destinatus populi sui. Vnde & permisit à populo

pulo sibi acclamari, rex Israēl, & Pilato dixit: Rex sum ego. Verumtamen regalis solij possessionem non obtinuit, nisi per patientiam in multis aduersitatibus, per quam meruit exaltari à patre, & accipere nomen quod est super omne nomē, & regnare primùm quidem super Iudæos credentes, deinde verò etiam super gentes per decem tribus Israēl præfiguratas, vt patet Ezechiel. 37. Sicut autē Dauidis regnum sese etiam ad externas gentes, & ab Israēlitis ad alienas extēdit, & tamē peculiariter Dauid super Israēlitas regnare dicebatur, quod ab externorum eos tyrannorum regno vindicasset, quodque illi soli se illius regno spōte subiecissent, & illis libero & nequaquam seruili aut coacto imperio præesset, qui & cū ipso fœlicitate regni eius fruentes simul dominabantur externis gentibus: ita & Christus, quamuis omnino omnibus dominetur, secūdum quod homo etiam modò: Data est enim (inquit) mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: & dominaturus sit omnibus perfectissimè, cùm subiecerit illi Pater omnes inimicos sub pedibus eius: tamen dicitur hic regnaturus in domo Iacob, quòd fideles esset asserturus ab omnibus tyrannis, quodque hi soli sponte illius se regno submitterēt, & cum eo fœlicitatis regni eius participes essent. De regni autem eius perpetuitate apertè vaticinatus est etiam Daniel cap. 2. & 7.

DIXIT AVTEM MARIA AD ANGELVM: QVOMODO FIET ISTVD, &c.] Quæstiuum, *quomodo*, quandoque notat quærentium diffidentiam, & rem quæ asseritur haberi ab eis impossibilem, vt cùm dixerunt Iudæi: Quomodo potest hic nobis dare carnē suam ad manducandum? quasi dicat: Non potest omnino fieri quod promittit. Ita & in argumentatione nonnunquam negationem significat, vt cùm argumentatur Christus dicens: Si Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? hoc est, non poterit stare regnū eius. Aliquando verò, *quomodo*, non diffidentiam quærentis, nec negationem rei significat, sed quærit de modo & ratione eius, quod paratus quidem est is qui quærit credere, imò credendum non dubitat, sed modum quo fieri possit nondum intelligit. Atque hoc modo quærere de re aliqua quæ à Deo asseritur futura, quomodo fieri possit, non solùm non imputatur in vitium diffidentiæ, sed etiā laudi ducendum est, & prudentiæ interrogantis asscribendum, si tamen modum illum cognoscere necesse sit, aut expediat. Sic Nicodemus ex affectu parato ad credendum, & discendi cupido interrogabat Dominum: Quomodo potest homo nasci cùm sit senex? Atque ideo meruit doceri à Christo modum quo hoc fieri posset. Ita & virgo hæc non quasi diffidens dicit, *Quomodo fiet istud?* sed vt prudens & intelligens, vt discat modum inquirit. Et enim cùm dixit, *Quomodo fiet istud?* non de effectu dubitauit, sed qualitatem ipsius quæsiuit effectus. Liquet enim quia faciendum crediderit, quæ quomodo fieret interrogauit. Itaque non fidem renuit, non se dubitare de facto significauit vt Zacharias, non officium refutauit: sed accommodauit affectum, spopondit obsequium, tantùm de virginitatis adamato thesauro sollicita modum rei gerendæ necessarium sibi cognitu verecundè simul & prudenter quærit edoceri. Quod ergo dicit, tale ferè est: Nequaquam diffido de eo quod futurum asseris, verùm ediscere quæro modum quo futurum est vt pariam filium: hunc enim modū sicut necesse est vt cognoscam, ita non video qualis esse possit, cùm naturali istud perfici modo nō possit, & expers virilis consortij permanere firmiter decreuerim. Nec enim existimo virginitatem, quam Deo maritoq; approbante elegi, quamq; perpetuam esse omnibus votis desidero, hoc, quem ex Dei nomine dicis, cōceptu & partu temerandam. Ex hac itaque Marię interrogatione intelligere licet, primùm quidem paratum animū eius ad credendum & obediendum obsequim: deinde eiusdem prudentiam demonstratam in eo quòd modum quæsiuit: præterea & humilitatem eiusdem, quòd magnificis illis angeli verbis nihilo fieret insolentior, & postremùm votum virginitatis ab ea emissum, desideriumq, eius ad seruandum illud sollicitum. Quòd enim ex iis verbis, virum non cognosco, intelligi debeat dicata voto virginitas Mariæ, patet, quoniā. alioqui ratio dubitandi de modo congrua nulla afferretur. Vnde Augustlib. de sancta virgin. cap. 4 Profectò non diceret, *virum non cognosco*, nisi virginem se ante vouisset. Nec tantùm ex verbis virginis cōsequitur eam vouisse, sed & hoc ex eis consequi videtur, & idem votū siue per angelicam reuelationem, siue alia quapiam certa ratione cœlesti cognouerit à Deo approbatum fuisse, eique placere, cùm alioquin ex denunciato ipsi futuro conceptu ex istimare mox potuisset votum illud Deo improbatum iri, nec ipsi seruandum: Huiusmodi autē votum aut propositum non potuit conuenientius quàm per præsens tempus exprimi. Sic enim solemus de iis qui à cibo aliquo vel vino abstinent, siue ob naturæ fastidium, siue ob voti aut præcepti vinculum dicere: Non comedunt hunc cibum, aut non bibunt vinum. Proinde non rectè aut non piè satis quidam hunc locum intellexit, qui in Paraphrasibus indicat inter Mariam & Ioseph non votum, sed solùm propositum fuisse virginitatis. Sic enim habet: Placet vtriq; castitas, & hanc fœlicitatem, si liceret, cuperemus esse perpetuam. Minus autem rectè Caietanus hunc locum intelligit, qui hæc verba, *virum non cognosco*, sic accipit: vsq; in præsens virum non cognosco, hoc est, adhuc virgo sum. dicitq; virginem verba angeli intellexisse tūc implenda, atq; ob id quæsiuisse modū quo tūc erat conceptura, quòd adhuc expers esset virilis commercij. Qui intellectus absurdissimus est, tū quòd si dicendum fuisset: quia nondum cognoui virū: tum quòd inconuenienter pro causa suæ admirationis & quæstionis virgo adduxisset quòd necdū cognouisset virum. Futuri enim conceptus futurum congressum potius quàm præteritum debuit intelligere fore causam. Videtur autem hunc sensum ideo hic voluisse intelligere, ne ex iis verbis cogeretur intelligere virginem vouisse virginitatem, eo quòd huiusmodi votum vel propositū videatur contrariari desponsationi eius. Verùm cùm verba virginis manifestè satis firmum animi eius propositum & votum significent, necessariū est intelligere virginem vouisse ante annunciationem hanc angelicam: quamuis dubium sit an etiam vouerit ante desponsationem. Aug. autem loco prædicto sentit etiam ante desponsarionem vouisse. Scribit enim: Sed quia Israēlitarum mores adhuc recusabant, desponsata viro iusto, nō violenter ablaturo, sed potius contra violentos custodituro quod illa iam vouerat. D. Thomas verò in tertia parte existimat non simpliciter eam vouisse, sed sub conditione, si Deo placeret, propterea quòd secundum

Ioann. 6.
Luce 11.
Ioan. 3.
Dist. 37. & 17. 9. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hier. vouentibus virginitatem non solùm nubere, A sed etiam velle nubere damnabile sit. Et tamẽ verisimilior est Aug. sententia, secundum quam intelligendum, virginem non consensisse in despõsationem, nisi sub conditione seruandæ virginitatis, ad quam se voto adstrinxisse viro suo expositi. Alioqui enim difficile est intelligere, quomodo salua virginitate mẽtis, virgo hæc cõsenserit in desponsationem & coniugium. Hiero. autem verba intelligenda sunt de nuptiis quæ includunt carnalem copulam. Nec incredibile videri debet, quòd illo tempore virginitatem voueri. Nam iam illo tempore sicut bigamia, qua plures simul vxores aliquando habuerunt Iudæi, sublata videtur, ita etiam castitas & virginitas amari cœperunt, vt patet in Essęis ex Iosepho. Hæc tamen prima mulier est, quæ virginitatem perpetuã seruasse legitur, idque nouo exẽplo in matrimonio, per quod ipsius virginitas non solùm non est imminuta, sed etiam decorata, magisque commẽdanda, vt quę mox suo exemplo suáque probitate maritum ad castitatem amplexandã pertraxerit. Subiicit autem Aug. loco prædicto causam cur non conueniebat virginitatem præcipi illi quæ futura erat mater Domini, sed illam vltro prius sibi eligere: Ne, inquit, putaretur sola virgo esse debuisse, quæ prolem etiam sine concubitu concipere meruisset: sed exemplo esset futura sanctis virginibus, vt in terreno mortalique corpore, cælestis vitæ muratio fieret voto, nõ præcepto, amore eligendi, non necessitate seruiendi. Ita Christus nascendo de virgine, quæ antequam sciret quis de illa fuerat nasciturus, virgo statuerat permanere, virginitatem sanctam approbare maluit, quàm imperare. Greg. Nissenus serm. de sancta Domini natiuitate intelligit illis verbis virginis: *Virum non cognosco*, demonstrari veram esse historiam illam occultam quam accepisse se testatur, fuisse virginem à matre sua Anna antequam conciperetur, instar Samuelis Deo dicatam fuisse & traditam, & ideo sacerdotum consilio in virginitate permansisse, nec sponso desponsatam nisi tanquam custodi virginitatis.

Vide Iosephũ libr. 2. de bello Iudaico. c. 7.

ET RESPONDENS ANGELVS DIXIT EI: SPIRITVS SANCTVS.] Docet modum angelus, & de seruanda virginitate securã facit. Quod autem dicitur, *superueniet*, quidam exponunt vt sit idem quod, copiosius veniet in te, eo quòd iam spiritus sanctus venerat in Mariam. Verùm simplicius & secundum exigentiam dictionis Græcæ intelligi debet, *superueniet*, hoc est, cœlitus illabetur in te: quemadmodum Apostolis dictum est, Act. 1. Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, pro quo Lucæ vlt. dicitur: Donec induamini virtute ex alto. Sicut autem etsi Apostoli iam à Christo priùs per insufflationem accepissent spiritum sanctum, rursum tamen in eos venire dicitur: ita etiam virgo & habuit spiritum sanctum, & promittitur in eam venturus spiritus, nimirum quòd secundum alios effectus iam esset in ea venturus quàm hactenus in ea operatus erat. Quod autem sequitur, *& virtus altissimi obumbrabit tibi*, variè intelligitur. D. Gregor. enim 18. mor. & 31. exponit, vt sit sensus: lumen incorporeum accipiet in te corpus humanitatis, & per assumptam humanitatem, vmbram in te faciet. Quia enim vmbra non aliter exprimitur quàm per lumẽ & corpus, virtus altissimi ei obumbratura dicitur secundum eum, quia in eius vtero lux incorporea corpus erat sumptura. Adiicit autem etiã obumbrationis vocabulo significari refrigerium mentis cœlitus datum Mariæ. Ad quam vocabuli significationem respexit Beda, intelligens hic significari, virginem per obumbrationem spiritus sancti præseruandã ab æstu carnalis concupiscentiæ, vt sit sensus: *obumbrabit tibi*, hoc est, in modum vmbræ te circundabit præseruans te à calore cõcupiscentię, quemadmodum nubes obumbrans defendit à calore solis. Sic & Amb. locũ hunc intelligit in lib. de mysteriis c. 3. Theoph. quosdam intelligere subindicat, vt significetur ipse Dominus sibi carnem condens, primùm illam deliniasse in vtero virginis, ac deinde figurasse, quemadmodum pictor primùm delineat, & vmbras inducit, & deinde perfectũ colorem addit. Dionysius B Carth. locum hunc sic interpretatur: *Virtus altissimi*, hoc est, omnipotẽs Deus pater obumbrabit tibi, id est, suam potestatem immensam tuæ capacitati contemperabit, vt eius influentiam ferre queas. Nec irradiabit tibi secundum plenitudinẽ suæ claritatis, sed velut vmbrã suæ claritatis causans exercebit in te effectum suæ potestatis. Quam interpretationem quidã in Paraphr. imitatus est, sic scribens: *Obumbrabit tibi altissimus*, sic immensam virtutem suam ad humanæ naturæ modum attemperans, vt cõgressum sustinere possit. Aliter adhuc exponit Greg. Nissen. in catena, & rursum aliter Cajetanus. quas interpretationes quo minus sint probabiles, omitto. Cæterùm cùm nulla præcedentium C expositionum satisfacere videatur, simplicissimum fuerit ita interpretari quomodo exponit Theoph. vt sit sensus: Conteget te & complexabitur, & vndique te circundabit, sicut auis obũbrat pullos suos. & sicut dicitur in Psal. Scabulis suis obũbrabit tibi, vbi in Hebræo positum verbum simpliciter significat tegere & operire, quo & hic vsum fuisse angelum verisimile est, quãdoquidem illo loco Ps. est apud Græcos, sicut hoc loco, ἐπισκιάσει σοι. Pro intelligendo enim vero huius loci intellectu, sciendum quòd cùm in generatione hominis ex parte viri duo requirantur, nẽpe fortitudo viri generãtis, & amplexantis mulierem, & semen in mulierẽ immissum: pro semine virili spiritus sanctus promittitur, pro virtute autem viri & complexu eius, fortitudo Dei, illiusque complexus sanctissimus. Non enim in hac admiranda Christi conceptione spiritum sanctũ intelligere debemus tanquã generantis patris supplere locum, ne Christus filius spiritus sancti asseratur, quamuis alioqui indiuisa sint opera Trinitatis: sed Deum patrẽ obtinere locum generantis, Spiritum sanctũ autẽ à patre procedentem, locũ feminis. Cui concordat Chrys. in secunda expositione super Matthæum, vbi sic habet: Vnigenito ingressuro in Dei virginem, præcessit Spiritus sanctus, vt præcedente Spiritu sancto in sanctificationem nascatur Christus secundũ corpus, diuinitate ingrediente pro semine. Nec huic contrarium E est quod dicit Hier. in quadã expositione fidei, quæ incipit: Credimus in Deum patrẽ, in tomo 4. Non, sicut quidam seleratissimi opinãtur, Spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine, sed potẽtia ac virtute creatoris dicimus esse operatum. Hieronymus enim negat, spiritum fuisse pro semine, vt semen intelligitur substantia corporalis quę in conceptione transmutatur, cùm Chrysostomus semini spiritum comparet, quatenus in semine intelligitur virtus actiua. Iam virtus altissimi non ipse filius, quemadmodum accipitur secundum primũ & tertium sensum, nec Spiritus sanctus, quemadmodum acci-

Quid sit, Obũbrabit tibi.

accipitur secundùm secundũ sensum, est intelligen A dus, sed simpliciter potentia Dei patris, quæ virginem totam circundedit, & sanctè complexata est, id per spiritum suum sanctum in virgine operans, quod solet maritus per corporale semẽ. Porrò hæc oratio, *obũbrabit tibi*, est locutio Græca, pro, obumbrabit te. Nam apud Græcos verbum ἐπισκιάζω datiuum regit, ratione prępositionis ἐπὶ: idem tamen verbum apud eos & accusatiuum regit vi transitionis, vt patet Matth. 17. vbi habetur: Nubes lucida ἐπεσκίαζεν αὐτοὺς, obumbrabit eos. Hæc autem Græcæ locutionis ignoratio in causa fuit nouarum & extranearum interpretationum, vt datiuus *tibi*, vel acciperetur tanquam datiuus cõmunis, sicut videtur accepisse Dionys. vel vt exponeretur pro, in te. B

IDEOQVE ET QVOD NASCETVR EX TE SANCTVM.] Dictio, *sanctum*, cum præcedenti verbo *nascetur*, iungenda est, non cum sequenti, *vocabitur*. Dicitur ergo, *nascetur sanctum*, ad differentiam eius ab aliis hominibus omnibus, qui quoniam ex immundo nascuntur semine, immundi nascuntur. Non habent autem plerique Græcorum codices, sicut nec Latini aliquot vetustiores, *ex te*, sed tantùm *quod nascetur sanctum*: quomodo si legatur, iam hic Christo tribuitur aliquid magis proprium, quàm si addatur, *ex te*. Nam & Ioannes Bapt. sanctus natus est ex vtero, verùm non est sanctus natus natiuitate in vtero. Proinde vt eandem proprietatem qua etiam à Ioanne Christus secer- C natur, nostra litera significet, illud, *ex te*, sic accipi poterit: *ex te*, hoc est, ex tua substãtia. Quamuis autem etiam Maria pie credatur nata sancta natiuitate in vtero, tamẽ hoc est inter Christũ & Mariam differentiæ, quòd illa non est nata sancta ex propagationis suæ cõditione, sed ex singulari Dei beneficio, præseruante eam à peccati immunditia. Christus verò sanctus natus est ex natiuitatis suæ proprietate, vt qui non ex libidine aut immundo semine. sed ex sancto spiritu conceptus sit & natus. Ex duobus autem præcedentibus duo hic inferuntur. Ex eo enim quod dixit, *Spiritus sanctus superueniet*, infertur hic quod nascendum erat fore sanctum. Ex eo quod dixit, *virtus altissimi*, nempe Dei pa- D tris, obũbrabit & complexabitur te, infertur quod nascendum erat, vocãdum filium Dei. Circa quod tamen oritur difficultas. Cùm enim Christus dicatur filius Dei ratione diuinitatis quæ in vnitatem personæ counita est humanitati, quomodo ipsum dicit vocandũ filium Dei, propterea quòd nasciturus esset ex superueniente spiritu & obũbratione altissimi? Potius enim à contrario, quoniam erat filius Dei, & talis vocandus erat, nasci debuit ex spiritu sancto & virtute altissimi. Huic difficultati locus quidem non est, si per virtutem altissimi intelligatur ipse Christus, sicut accipitur secundùm primum & tertium sensum superius positũ: sed secun E dùm alios sensus, & secundùm postremum sensum verisimiliorem oritur hæc de illatione difficultas. Verùm hæc soluitur, dicendo Christũ, eò quòd ex spiritu sancto & virtute patris nasciturus erat, vocandum filiũ Dei. Primùm, quia ratione temporalis suæ generationis filius Dei dicẽdus erat, vt qui naturam suam humanã non ex viro, sed ex Deo patre suo accepit, qui viri locũ in virgine suppleuit. Deinde, quia temporalis hæc generatio arguit & æternam eius generationem, qua per naturã diuinam filius est Dei. Non enim hæc natiuitas alteri conueniebat quàm ei qui verè esset Dei filius, & rursum filiũ Dei aliter in tẽpore nasci non fuisset congruũ. Itaq; propter huiusmodi admirandam natiuitatem vocandus erat filius Dei, quia ex ea fideles intellecturi erant illius diuinam ab æterno generationem. Necesse est enim id quod ex aliquibus nascitur, cum vtriusque generãtis natura conuenire: quare cùm quod nascẽdum hic erat, ex Deo simul & homine nascendum erat, Deus simul & homo futurus erat & vocãdus. Secundum istud indicant Dionysius & Caietanus. Et glosa quædam illud ad Rom. 1. Qui prædestinatus vel declaratus est filius Dei, intelligit manifestari per id quod sequitur, secundum spiritũ sanctificationis, hoc est, ex eo quod de spiritu sancto conceptus est. Primùm quidam in Paraphras. sic scribens: Vocabitur singulari ratione filius Dei, ex quo verè bis natus est, semel absq; initio, ab æterno æternus: nũc in tempore, ex mortali mortalis. Notandũ autem Græca non habere futurum, *nascetur*: sed præsens tempus γεννώμενον, quod nascitur, per quod significatur in proximo esse vt nascatur, vt rectè per futurum verterit noster interpres, sicut & quidam. Vel significatur secundum Theophylact. continuum augmentũ nascituræ prolis. Sic enim exponit, τὸ γεννώμενον ἅγιον, hoc est, quod particulatim in vtero creseit, & non statim perfectum existit. Considerãdum autem in hoc incarnationis dominicę mysterio, explicari ab angelo tres in diuinitate personas cõcurrere. Spiritus sanctus enim in virgine labitur, altissimus pater obumbrat, filius verò nascitur. Non enim aliam personam incarnari conueniebat quàm filiũ Dei, ne filiationis proprietas alteri etiam cõueniret, & plures essent in diuinitate qui dicerentur filij. Deinde, quia cõueniebat vt sicut per filium Dei mundus creatus fuit, ita & per eundem mundus repararetur, perq; verbum & sapientiam patris ab ignorantia sua homo reuocaretur. Postremùm quoniã per incarnationem Dei homines adoptandi erant in filios Dei, non per alterius personæ incarnationem id fieri congruũ erat, quàm filij Dei. Cęterum quamuis incarnationis opus toti trinitati ex æquo conueniat, tamen spiritui sancto tribuitur illabi in virginem, & in ea seminis locum supplere, vt prolis nasciturę insinuaretur sanctitas: & quia appropriatur spiritui sancto illabi hominibus, vt qui à patre procedat, Deiq; donum dicatur: patri verò tribuitur obumbratio virginis, ne alius intelligatur prolis pater quàm Deus pater, cui etiam virtus tribuitur, quia omnipotẽtia patri appropriatur, sicut sapientia filio & bonitas spiritui sancto. Sicut autẽ & aliæ rationes, quare singulariter conceptionis opus & hic & alibi spiritui sancto tribuatur, nempe vt quia spiritus sanctus amor est & charitas, ex amore Dei erga nos filius Dei homo factus intelligatur, quodq; non sit natura diuina humanæ counita ex aliquibus præcedentibus meritis, sed sola gratia quæ spiritui sancto appropriatur: quam rationem assignat August. in Enchiridio, cap. 40.

ET ECCE ELIZABETH COGNATA TVA.] Quoniam supernaturalis est modus concipiendi quẽ dixit Angelus, eundem cõprobat & cõfirmat angelus testimonio alterius modi etiam supernaturalis, licet minus. Nec hoc facit vt aliquid ambiguitatis in virgine tolleret, sed vt integram eiusdem fidem magis confirmaret humano more per sensibile exemplum. Habet enim hoc suauis diuinæ sapientiæ dispositio, vt hominem naturaliter per sensibilia cognoscentẽ sensibilibus quoq; exẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plis instruat, confirmet, & consoletur. Ita quoque A Ezechiæ etsi credenti signum datum est confirmatium promissæ liberationis à Sennacherib, vt patet 4. Reg. 19. & Isaiæ 37. Aptissimum autem exemplum ab Angelo affertur, quò confirmet virginis fidem. Fides enim eius oppugnari potuit, partim ab eius humilitate summa, qua se indignam reputare potuisset tam diuino conceptu partim à rei nouitate cum natura pugnante. Proinde exemplum affertur quod vtrique ocurrat. Quoniam enim natura simul & ætate sterilis concepit contra naturam confirmatur virginis contra naturam conceptio. Quoniam verò cognata virginis fuit sterilis, illa quæ contra naturam concepit, meritò credere debuit virgo simile Dei beneficium etiam sibi conferri posse. Solemus enim certius credere ea nos accepturos ab aliquo principe quæ optamus aut quæ promittuntur, dum in alios generis nostri beneficium eundem intelligimus fuisse. Et bene quidem angelus Ioannis conceptum in testimonium adducit conceptus filij Dei, vt ostenderet Ioannem nō solùm testimonium prædicando perhibiturum de vēturo post se Messia, sed etiam suo conceptu confirmaturum conceptum illius. Quoniam enim virginis conceptus occultus erat, manifestari & confirmari debuit per alium conceptum supernaturalem omnibus manifestum, quem nullius alterius esse conueniebat, quàm eius qui mittendus erat à Deo, vt testimonium perhiberet de Messia. Suo igitur ortu & cōceptu cōfirmat Christi ortum & conceptum, qui sua prædicatione & baptismo comprobaturus erat eiusdem post se venientis prædicationem & baptismum. Quòd si cui videatur ad confirmandū conceptum virginis non congruere exemplum conceptus senis & sterilis, quòd non rectè magis mirabile per minus mirabile comprobetur: dicendum huiusmodi exemplum fortasse non multum valiturum apud infidelem, verùm apud credentem, vt fides eius augeatur & magis confirmetur, frequenter magis admirandum comprobari per minus admirandum: quemadmodum Eucharistiæ sacramenti fide confirmatur per Ambros. in libro de mysteriis multis exemplis & signi inferioribus iis mirabilibus quæ contingunt in Eucharistiæ sacramento. Deinde, quamuis magis nouum erat virginem párere, quàm senem & sterilem, tamen sicut vtrunque erat contra naturam, ita vtrūque Deo æquè erat facile. In conceptu enim virginis defuit semen viri: in cōceptu autem mulieris defuit naturaliter semen mulieris. Nam præ senecture desierant iam Elizabeth fieri muliebria. Cùm autem Elizabeth fuerit de filiabus Aaron, Maria verò de domo Dauid, non obstat tamen quòd hic Elizabeth cognata Mariæ dicitur. Nam quamuis Num. vlt. præceptum sit, vt omnes viri ducant vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipiant, tamen ex causa ob quam hoc præceptum scribitur, nēpe ne commisceretur possessio filiorum Israel de tribu in tribū, sed permaneret hæreditas in familiis, constat non semper illud præceptum fuisse necessarium, vt non tunc quando ex tribuum commixtione nulla consequebatur hæreditatis de tribu in tribum translatio. Proinde tribū Iuda domúmque Dauidis mixtam fuisse cum domo Aaron cōstat. Nam vxor Ioiadæ pontificis, Iosabeth scilicet, fuit soror Ochoziæ regis Iuda, vt patet 2. Paral. 22. Quoniā enim Leuitæ nullam cōsequebantur hæreditatem, licita fuit huiusmodi permixtio, quæ in his duabus tribubus frequentior erat ob earum dignitatem. Et tamen etiam aliter tribus permixtas fuisse legimus. Dauid enim de tribu Iuda, vxorem accepit Michol filiam Saul de tribu Beniamin, quam nulla consequebatur portio hæreditatis, quòd fœminæ hæreditatem non acciperent dum fratres haberent. Itaque nihil obstat cognationi virginis & Elizabeth, quòd illa de tribu Iuda, hæc verò fuerit de filiabus Aaron. Creditur enim Elizabeth nata ex patre Aaronita, matre verò de familia Dauid. Traditur enim Emerentianam cum Solone de tribu Iuda, duas genuisse filias, primam Annam, secundam Ismeriam. Annā ex Ioachim de domo Dauid genuisse Mariam, Ismeriam verò sacerdoti iunctam genuisse Elizabeth. Et bene spiritus sancti dispositione factum est, vt virgo paritura Messiam cognata esset filiæ Aaron, vt Messias, qui rex simul & sacerdos futurus erat, cum vtraque familia, sacerdotali scilicet & regia, cognatione haberet. Porro angelus ipsius Elizabeth conceptum duabus rationibus admirādum ostendit, primùm cū dicit; *concepit in senectute*, deinde cùm dicit eam vocari sterilem. Est autem emphasis in eo quòd dicit eam vocari sterilem: quasi diceret eius sterilitatem ita omnibus esse notam, vt ob eam cum opprobrio vocetur vulgò sterilis. Tempus verò conceptus aperit, dicens: *Hic mensis sextus est illi*: vt ostendat conceptum huius sterilis iam certò cognosci posse, tum ex tumente vtero, tū ex motu viuentis in vtero infantis. Adiungit autem & communem fidei, confirmandæ rationem, dicens: *quia non erit impossibile*, &c. Quæ causalis non est accipienda vt significet causam eius quod dixit Elizabeth cōtra naturam concepisse. Non enim rectè dicitur, *Elizabeth concepit, quia non erit impossibile*, &c. sed dicendum fuisset: Concepit, quia non est impossibile, &c. Proindre illud: *quia non erit*, sic superioribus videtur coniungendum. Ideo exemplum istud de Elizabeth tibi affero, ideóque in ea istud Deus operatus est, vt certius cognoscas, & tecum omnes intelligant quòd non erit impossibile apud Deum omne verbum. Eadem autem sententia penè habetur Hier. 32. vbi sic legimus: Domine Deus, nó erit tibi difficile omne verbum. Vbi per difficile secundum Hierony. verti etiam potest impossibile. Porrò sententia hæc dupliciter intelligi potest. Primùm, vt sit iste sensus: Omne verbum Dei, hoc est, quicquid Deus loquitur, prædicit & promittit, nó est ei impossibile vt illud præstet. Qui sensus vt loco huic & Hieremiæ optimè conuenit, ita non admittit illas quæstiones de omnipotētia Dei, an scilicet omnia absolutè Deus possit, & præterita facere nō præterita, & id genus alia. Alij tamen secundùm phrasim Hebraicam, verbum hic & in Hieremia accipiunt pro re. Vnde Septuaginta locum illum Hierem. verterunt: Nihil apud te absconditum est & Munsterus: nulla res occultata est à te. Itaque sensus esset: Nulla res impossibilis, vel', nihil impossibile est apud Deum. Verùm iam de sententię huius vniuersali veritate quæstiones occurrūt. Non enim potest Deus quæcunque includunt in seipsis contradictionem. Deinde mori Deus non potest peccare & fallere non potest, denique secundum Paulum, negare seipsum non potest. Ex Augustino autem patet, quomodo scripturæ illæ sint intelligendæ, quæ Deo dicunt omnia esse possibilia, & nihil illi esse impossibile. Nam pluribus locis docet Deum

Deum ideo vocari omnipotentē, quia potest quicquid vult aut velle potest. Vnde libr. 21. de ciuit. Dei, cap. 7. Deus inquit certè non aliter vocatur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult potest. Itaque & cùm dicitur nihil esse impossibile Deo, intelligi debet nihil eorum quæ vult Deus, impossibile esse ei posse.

DIXIT AVTEM MARIA: ECCE ANCILLA DOMINI.] Edocta virgo modū quem quæsierat, exemplóque cōfirmata nihil vlterius interrogat: sed fide plena atque ad obediendū promptissima humilimè & modestissimè paucis verbis respondit, dicens: *Ecce ancilla Domini.* Quæ verba dupliciter explicari possunt. Primùm hoc modo: Ecce agnosco me esse ancillam Domini, cuius me obsequio totam dicaui, cuius proinde voluntati repugnare impium fuerit, quare fiat mihi sicut tu locutus es. Secundò sic: Ecce offero me in ancillam Domini, paratam ad omne obsequiū eius, & Itaq; placet, imò opto vt fiat mihi, &c. Illud enim *fiat*, non tantùm consentientis est, sed simul etiam optantis & deprecantis, vt tantum donum consequatur. Testatur itaque hæc virginis responsio in primis quidem syncteram animi eius fidem. Non enim dixisset *fiat mihi*, nisi fieri posse & futurum credidisset. Deinde virgineam quandā modestiam in verborum paucitate demōstratam. Tertiò summam obedientiæ promptitudinem. Hanc enim illud, *ecce*, &, *ancilla Domini*, & verbum, *fiat*, demonstrant. Postremùm profundissimam & cōstantissimam virginis humilitatem, quam ex eius verbis dupliciter discere licet. Nam magnificis angeli promissis non solùm non est elatior facta quàm erat prius, sed profundius sese humilians quæ mater filij Dei futura prædicitur, nihil aliud quàm ancillam se Domini agnoscit. Deinde, vt inquit Ambrosius, ancillam se dicendo, simul etiam nullam prerogatiua tantæm gratiæ sibi vendicauit, vt quæ nihil aliud faceret quàm quod iuberetur, & ex cōditione sua Domino deberet, nec meritis suis hanc gratiam tribuendam putauit, sed totum diuinæ bonitatis esse agnouit. Cùm autem ad hanc conceptionem diuinam ex parte quidem virginis nihil requirebatur præter assensum, vt post istius assensum nulla esset ex parte Dei dilationis ratio, firmissimè credendum statim post virginis assensum spiritu sancto adueniente perfectam in vtero eius conceptionem filij Dei: quemadmodum etiam satis consequitur ex iis quæ apud Lucam sequuntur. Porrò in hac conceptione non fuit talis ordo, qualis in reliquorum omnium conceptione, vt priùs scilicet per conceptionem fuerit in vtero virginis informis quædam massa, quæ deinde formaretur per membrorum & organorum distinctionem, ac postremum per infusionem animæ animaretur: sed in ipso conceptionis momento, quo purissimum sanguinem virginis, in locum conceptus, spiritus sanctus adduxit, simul fuit carnis formatio, eiusdē figuratio, animæ infusio, & carnis arq; animæ à diuinitate assumptio. Quæ ita se habere patet. Nam in cōceptione virginis nihil potest dici conceptum à virgine, quod non tunc cùm conceptum erat, assumptum esset à diuinitate verbi. Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrum: Firmissime tene, & nullatenus dubites, carnem Christi non fuisse conceptam in vtero virginis priusquam susciperetur à verbo. Et Greg. 18. Moralium, Angelo, inquit, nunciante, & spiritu sancto adueniente, mox verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro. Si enim caro Christi concepta fuisset priusquam susciperetur à verbo ergo habuisset aliquam hypostasim, & substantiam aliam ab hypostasi & subsistentia verbi Dei, ac proinde necesse fuisset verbum Dei in assumptione destruere subsistentiam carnis præexistentem, cùm caro Christi non in propria, sed in verbi Dei subsistentia iā in Christo subsistat. Illud autem fore inconueniens nemo non videt, maximè cùm sic etiam tota conceptio non posset tribui filio Dei. Si autem verum est, nihil in vtero fuisse conceptum, quod non simul esser à verbo assumptum, consequitur etiam idem illud fuisse ab initio animatū anima rationali, cùm caro humanæ naturæ non fuerit assumpta à verbo nisi ratione animæ rationalis, sine qua incōgruum fuisset diuinitati assumere carnem. Vnde Aug. in epistola ad Volusianum: ipsa magnitudine diuinæ virtutis animam sibi rationalem, & per eandem corpus humanum, totúmque omnino hominem in melius mutandum coaptauit. Si autem mox quod conceptum erat animatum fuit, ergo etiam fuerat corpus figuratum, omnibúsque suis membris & organis distinctum: nam ante huiusmodi figurationem anima corpori non infunditur, vt omittamus informe corpus à diuinitate assumi non fuisse conueniens. Itaque Damasc. li. 3. Simul caro, simul verbi Dei caro, simul caro animata, anima rationali & intellectuali. Præter hæc autem miracula, quæ in Christi conceptione concurrunt, etiā illud adnotandum & admirandum est, quòd mox vt conceptus est, vsum habuerit liberi arbitrii, & perfectus in sapientia secundum animam, quod ipsum per Ierem. prophetatū est, cap. 31. cùm dicit: Creauit Dominus nouum super terram. Fœmina circundabit virum. Quod exponens Hieronymus, Fœmina (inquit) circundabit virum gremio vteri sui, qui iuxta incrementa quidem ætatis per vagitus & infantiam videbitur proficere sapientia & ætate, sed perfectus vir in ventre fœmineo solitis mensibus continebitur. Quæ autē priùs dicta sunt, satis etiam probari possunt ex scriptura sequente, dum mox postea Elizabeth Mariam vocat matrem Domini, & fructum ventris eius dicit benedictum. Si enim mater erat etiam tum Domini, ergo tum caro & à verbo erat assumpta, & simul animata, alioqui enim mater dici verè non potuisset. Iam in hac diuina conceptione considerandum etiam duplices concurrisse nuptias. Primùm enim ea quæ desponsata erat viro, fit coniunx Dei, cui virginem quasi in coniugē copulauit ipse spiritus sanctus, hoc est, amor. Secundò, quia diuina natura in vnitatem suppositi & personæ counita est humanæ naturæ, qualis hypostatica vnio per inseparabilem coniugum coniunctionem per quam vna efficiuntur caro, significatur. Vnde & nuptiarum nomine designatur, secundum Gregorium in parabola de nuptiis filij: Tunc enim inquit Deus pater Deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis, humanæ naturæ cōiunxit. De quibus nuptiis etiam in Canticis dictum est cap. 3. Egredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonē in diademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Et in Psalmis vterus virginis thalamo comparatur, in quo sponsus spōsæ coniunctus est: Et ipse (inquit) tanquā sponsus procedens de thalamo suo, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VISITATVR A MARIA ELIZABETH. LVCÆ I. CAPVT IIII.

EXurgens autē Maria in diebus illis, abiit in mōtana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domū Zachariæ, & salutauit Elizabeth: Et factū est, vt audiuit salutationē Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta est spiritu sācto Elizabeth & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad mē? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infās in vtero meo. & beata quæ credidisti: quoniā perficiētur ea quæ dicta sūt tibi à Domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea Dominū. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: Quia respexit humilitatē ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicēt omnes generationes: Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles: Esurientes implenit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suū, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Manſit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.

EXVRGENS AVTEM MARIA IN DIEBVS ILLIS.] Audito noui conceptus Elizabethis exemplo, Maria ad visitandam cognatam pergit. Non, vt inquit Ambrosius, quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitās de exēplo, nec etiā quasi elata de beneficio, sed primùm quidē præ nimia mentis lætitia de suo, cognatæq; admirādo cōceptu, præq; desiderio summo cōgratulādi & obsequēdi cognatæ, & vt pervtriusq; narrationem sese mutuò consolarentur & exhilararent. Secundò verò ex impulsu spiritus sancti factum est vt Maria visitaret Elizabeth, vt ad eius præsentiam Ioannes in vtero repleretur spiritu sancto, sicque impleretur quod dictum erat ab angelo: vtque miraculo nouo Ioannis in vtero exilientis, & Elizabeth prophetantis, fides virginis, eiusq; gaudium, & in Deum deuotio cresceret. Theophylactus autem etiam putat virginem tanquam prudentissimam, visitasse cognatam, vt maiori certitudine certior fieret, num vera dixisset de Elizabeth conceptu qui ei apparuerat, vt ex hoc & de suo confirmaretur magis. Sed vt istud dici nō fuerit omnino incōueniens, dici tamē non potest eam angeli verbis nō adhibuisse fidem, siquidē postea Elizabeth ex spiritu sancto dicit eā beatam quòd crēdiderit. Porro attendenda diligenter verba quibus Mariæ actionem Euangelista describit. Commendant enim ea nobis plurimas virginis virtutes, ac dotes spiritus sancti. Et primùmquidē rursum ipsius humilitatē cōmendant. Quæ enim meruerat visitari ab angelo ac tā magnificē ab eo salutari, quæ se matrē Domini & Messiæ factam esse cognouit, non dedignatur præcursoris filij sui matrem visitare, eāmque prior salutare, memor scilicet officij sui, quo decebat vt iunior seniori deferret obsequium: idem certè humilitatis exemplum relin.quens, quod postea filius suus veniēs ad baptisma Ioānis, & ab eo baptizatus. Deinde ea verba eiusdem sedulum studiū congratulandi & obsequendi cognatæ insinuant, quod vtriq; studium ex pietate & charitate magna proficiscebatur. Maria enim (inquit Ambros.) quæ sola ante in intimis penetralibus versabatur, nō à publico virginitatis pudor, non à studio asperitas montiū non ab officio prolixitas itineris retardauit. Itaq; hanc sedulitatē & eiusdem charitatem tria illa insinuāt, quòd abiisse dicitur in montana, quòd cum festinatione, quòd in ciuitatem Iuda, quæ à Nazareth multis distabat miliaribus. Rursum eiusdem lætitia de bono cognatæ commendatur, in eo quòd cum

A festinatione profecta scribitur. In quo eodē etiam virgineus pudor ipsius indicatur. Virginei enim pudoris est, non demorari in plateis, nō aliquos in publico miscere sermones, sed vitorū, hominūmque, quàm potest fieri citissimè, fugere conspectus. Ac postremum quòd festinasse dicitur, efficacē quæ in ea erat spiritus sancti gratiam, eiusdémque gratiæ conditionem designat. Nam vt inquit Ambrosius, nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Iam nec mysterio caret quòd Maria postquā spiritus in eam superuenisset, & Deum concepisset, in montana perrexisse scribitur, & in ciuitatem Iuda.

B Quò enim (inquit Ambros.) iam Deo plena, nisi ad superiori cum festinatione cōscenderet? Itaque insinuatur, ad superiora & ad montem sanctum Dei ac ciuitatem confessionis Hierusalem nouā contendendum ei qui spiritum acceperit, & Christum habuerit per fidem habitantem in corde suo. Plerique enim ciuitatem Iuda, existimant Ierusalem, quæ etsi aliquando fuerit computata in tribu Beniamin, tamē postquam Dauid illinc Iebusæum expulit, & in ea sedem suam regiam constituit, cœpit annumerari tribui Iudæ, cui etiam tribus Beniamin semper coniuncta manſit. Existimant etiam ad hanc ciuitatem Mariam non sine Ioseph iam facto coniuge eius accessisse: quod eo potest videri

C verisimilius, quòd hæc Mariæ profectio circa tempus solennitatis Paschalis facta sit, ad quam omnes viri ascendere præcipiebantur.

ET FACTVM EST VT AVDIVIT SALVTATIONEM MARIAE, &c. Ostēdit Mariæ salutationem non fuisse vulgarem, sed admodū efficacem. Ad eam enim duplex effectus subsequutus est admodum mirabilis. Nam audita salutione ab Elizabeth, & Ioannes in vtero gestiens exiliit, & Elizabeth repleta est spiritu sancto. Proinde necesse est fateamur per virginis vocē Deū quem in vtero gestabat incarnatum, operatum fuisse potentia suæ diuinitatis. Mirabiliter autem factum est, vt sicut vocem sensibilem Mariæ Elizabeth

D prior auditu percepit: ita latentis in vtero virginis Dei præsentiam & efficaciam per vocem Ioannis in vtero senioris latens, prior perciperet. Itaq, Ambrosius: Vide, inquit, distinctionem, singulorúmque verborum proprietatis. Vocem prior Elizabeth audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. Illa naturæ ordine audiuit: iste exultauit ratione mysterij. Illa Mariæ, iste Domini sensit aduentum. Fœmina mulieris, & pignus pignoris. Porro cùm dicitur, *exultauit infans*, non est pro *exultauit*, idem verbum

verbum apud Græcos, quod postea cùm dicit Maria: *Exultauit spiritus meus.* Ibi enim est ἠγαλλίασε, hic verò ἐσκίρτησε, quod non significat, lætatus est, sed, saliit, aut exiliit. Ita mox postea cùm dicitur, *exultauit in gaudio.* Verùm occasione istius exultationis vel subsilitionis in quæstionem vertitur, num Ioannes cognouerit Dominum & matrē Domini esse præsentes, ita vt in eo per gratiā spiritus sancti sit anticipatus rationis vsus. Et plerique quidem putant Ioannem cognouisse. Ambrosius enim Ioannem dicit Domini sensisse gratiam & aduentum, imò & per os matris prophetasse, quēadmodum per os virginis prophetauit Christus. Duplici (inquit) miraculo prophetant matres spiritu parnulorum. Et Theophyl. Quæcunque (inquit) dixit Elizabeth propheticè ad Mariā, non verba fuerūt Elizabeth, sed infantis: os autem Elizabeth tātùm ministrauit, sicut & os Mariæ ministrauit filio Dei qui in vtero eius erat, &c. Et in hymno ecclesiastici officij canitur de Ioanne: *Ventris obstruso recubans cubili, Senseras regem thalamo manentem.* Et in antiphona quadam officij Visitationis Mariæ: *Acceleratur ratio in puero nondum nato, Instinctu sacri pneumatis diuinitus sibi dato, Nouit præsentem Dominum in virgine clam latentem, Adorauit cum iubilo ad seruulum venientem.* Augustinus verò in epistola ad Dardanum, de qua suprà, magis existimat Ioannem non intellexisse causam exultationis suæ, sed eam potius fuisse significationem rei magnæ ab Elizabeth cognoscendę, non autē à parvulo cognitæ, eámque sicut solent miracula fieri, sactam esse diuinitus in infante, non humanitus ab infante: quemadmodum diuinitus locuta legitur asina Balaam, & quēadmodum in vtero Rebeccæ collidebātur gemini. Prior autem sententia nō potest efficaciter probari ex verbo, *exultauit*, cùm illud, vt dictū est, significet subsilire, non autē lætari. Iam, vt bene demonstrat August. subsilitio hæc intelligi potest sine cognitione infantis. Sed eadem sententia videtur efficaciter probari posse ex eo quod postea adiicitur, *exultauit* in (vel præ) gaudio. Si enim in eo fuit gaudiū, ergo & cognitio aliqua, sine qua non potest esse lætitia. Cúmque nulla fuerit gaudij vel lętitiæ ratio quàm præsentia Domini, cōsequens est eū cognouisse Domini sui præsentiā cognitione rationali, ac proinde tūc habuisse vsum rationis. Nōn tamen etiam hæc ratio satis efficaciter id probat. Nam Græcè pro, *in gaudio*, non est, ἐν χαρᾷ, sed ἐν ἀγαλλιάσει, quod gesticulationem magis significat quàm gaudiū. Itaque sensus esse potest: Exiliit cum gesticulatione, id est, gestiendo. Sicut in Psal. bene psallite in vociferatione, id est, cum vociferatione & vociferando. Iam gesticulatio intelligi potest in Ioanne fuisse etiā sine gaudio mētis, & cognitione præsentiæ Dei, sicut intelligit D. August. de exultatione. Et quanquam prior sententia communior sit, vt quæ etiam in ecclesiastico officio decantetur, tamen hac in parte sentētia D. Aug. verisimilior videtur, etsi recipienda non videatur in ea parte, qua putat Ioannem non esse sanctificatum à spiritu sancto in vtero, nec illius exultationem factam à spiritu sancto inhabitante & sanctificante Ioannem, sed tantùm à spiritu sancto operante in Ioanne, qui spiritus etiam miracula potentiæ suæ in peccatoribus & brutis operatur. Nam cùm hic locus quo exultasse Ioannes dicitur, coniungitur cum eo quo promissum fuit replendū cum spiritu sancto, adhuc ex vtero matris, satis

Vtrū Ioānes in vtero fuit præditus vsu rationis.

A patet Ioannem spiritum sanctum accepisse ad salutationem virginis, qui insensibiliter eū sanctificās, sensibiliter etiā in eo per exilitionem operatus est. Secundum posteriorem ergo sententiam cùm dicitur, *exultauit in gaudio*, gaudiū vel accipi debet pro gaudij signo, vt sit idem quod gesticulatio, aut pro lætitia aliqua è spiritu sancto diffusa in parte sensitiua. Exultauit autem Ioannes secundum priorem sententiam, vt suo gestu veluti resalutaret salutantem virginem, & gaudium suum de præsentia Domini testaretur, eique velut occurrere & reuerentiā exhibere festinaret. Secundum alterā autem sententiam exiliit, vt ex nouo illo gestu Elizabeth intelligeret virginis dignitatē & conceptum.

B Vbi autem Ioannes exiliit in vtero: tum etiam repleta est spiritu sancto mater. Cuius ordinis ab Euangelista explicati occasione, interpretes matrem per fœtum dicunt afflatam spiritu sancto, imò ipsum fœtū impleuisse matrē. Non (inquit Ambr.) priùs mater repleta est quàm filius, sed cùm filius repletus esset spiritu sancto, repleuit & matrem. Et quod his amplius est, in hymno officij ecclesiastici, meritis nati prophetasse Elizabeth canitur, dū dicitur: *Hinc parens nati meritis uterque Abdita pandit.* Quæ tamen omnia commodè sunt intelligēda. Dicitur enim matrem impleuisse, aut per eum matrem spiritu afflatam, quòd illius exilio occasio

C fuerit, vt etiā mater abundātius spiritu sancto repleretur, & intelligeret Messiæ conceptum. Nisi enim (inquit Theoph.) exultasset puer, non prophetasset illa. Quæ ad hoc impleta est spiritu, vt per eum exilitionis rationem intelligeret & explicaret. Meritis autem nati prophetasse dicitur vterque parens, eò quòd ob dignitatem filij datus sit vtrique spiritus prophetiæ. Dignitatem, inquam, non quam suis actibus & operibus sibi apud Deum parauit, sed ad quam Deus eum iam elegerat, vt scilicet præcursor fieret Messiæ. Meritum enim pro dignitate aliquādo accipitur, sicut mereri pro dignum esse. Atque hoc secundo modo etiam intelligi potest, matrem impleuisse spiritu, aut per eā

D matrem impletam spiritu. Vnde Dionysius: Ideo fertur matrem implesse, quoniam priuilegio eius datum est matri suæ diuinorum charismatum incrementum. Porrò quòd dicitur Elizabeth repleta spiritu sancto, non sic intelligendum, quasi priùs non habuerit spiritum, (erant enim, vt dictum est priùs, ambo iusti ante Deum, &c.) sed quòd abundantiorem gratiam spiritus acceperit, aut quòd iam acceperit spiritum ad propherandum, ad quem effectum priùs eum non habuit.

ET EXCLAMAVIT VOCE MAGNA, ET DIXIT: BENEDICTA.] Quæ priùs tacita latitauerat, conceptum pudore dissimulans, mox vt repleta est spiritu sancto edocēte eam quid portenderet filij exilitio, non iam diutius continuit

E animi sui gaudia, sed ex subita inflammatione spiritus, & insigni affectus lætitia ac admiratione exclamauit, ea promens afflatu spiritus, quæ nec ab homine didicerat, nec ex vteri tumore suspicari poterat. Mirabiliter autem factum est vt Elizabeth perinde quasi angelum audisset cum Maria loquentem, ita verbis angelicis auspicaretur suam gratulationem. Sicut enim vno eodemque spiritu angelus & Elizabeth locuti sunt, ita eisdem quoque vsi verbis, idque in maiorem confirmationem angelicorum verborū. Nam in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Nouit (inquit Ambrosius

Universidad de Deusto
Biblioteca

brosius) sermonem suum, spiritus sanctus, nec vn- A quam obliuiscitur. Et prophetia non solùm rerum completur miraculis, sed etiam proprietate verborum. Adiecit autem ad verba angeli Elizabeth: Et *benedictus fructus*, &c. Quod secundum Theoph. intelligi potest dupliciter superiori esse adiectum. Primùm, quia multæ sanctæ mulieres pepererunt improbos, vt Rebecca Esau, ideo nõ solum ipsa benedicta dicitur, sed etiam fructus eius. Secundò, intelligi potest adiecta hæc pars, vt per eã explicaretur causa benedictionis Mariæ, sicut & angelus causam benedictionis explicauit, dicẽs: *Ecce concipies*. Ideo enim ipsa inter mulieres benedicta, quia fructus eius benedictus, ita vt coniunctio, Et, accipi hic possit, sicut frequenter, pro quia, vt Psal. 59. & 107. Da nobis auxiliũ de tribulatione, & vana salus hominis. Græca enim & Hebræa habẽt ibi coniũctionẽ, & quamuis nostra litera habeat, quia. Notanda autem differentia. Maria enim benedicta dicitur, sed cũ limitatione, scilicet inter mulieres. Fructus autem ventris benedictus dicitur absq; limitatione, & bene quidem. Solus enim Deus absolutè benedictus. Solus etiã hic fructus ventris benedictus, quia reliqui omnes ex concupiscẽtia nati, sub maledictione nascuntur, filij scilicet iræ natura. Solus hic benedictus. qa per ipsum omnes gentes benedicendæ, sicut de eo Abraham promissum C fuit. Itaq; benedictus dicitur hic fructus, non solùm tanquã Deus, sed etiam quatenus homo, eò quòd expers omnis maledictionis: apud Deum, plenus esset omnium diuinorũ charismatum benedictionibus, ita vt de eius plenitudine omnes essent accepturi. Ipse enim ille benedictus est, de quo in Psal. Benedictus qui venit in nomine Domini. Quẽ
Psal. 117 admodum autem superius in angelica salutatione quòd dicitur Maria benedicta, exponit quidam de prædicatione & laudatione apud homines obtinenda: ita & hic secundũ eum est sensus: Laudata eris inter mulieres, & laudatus erit ab omnibus fructus ventris tui. Verùm præter rationes superius dictas, etiã tempus præteritum, quo vtitur Euange D lista, ἐυλογημένη, & ἐυλογηκὼς, magis ostẽdit de benedictione à Deo obtenta debere intelligi. Non enim hic ponitur ἐυλογητὸς. Nã & Paulus in epist. ad Galatas disputãs de benedictione promissa omnibus gẽtibus in semine Abrahæ, intelligit per benedictionẽ Dei, beneficia per Christum gẽtibus præstanda. Porrò in eo quòd Christũ vocat Elizabeth fructum ventris Mariæ, plures refellit hæreses. Et primùm quidem his verbis eorum error refellitur qui Christum asserunt, corpus suũ nõ sumpsisse ex substantia & carne virginis, vt qui vel fantasticum Christo tribuunt corpus, vel Christum quasi per aquæductum transisse per virginem asserunt. Illud E enim *fructus ventris*, apertè astruit Christũ productũ ex virgine etiã naturalibus officiis ventris. Rursum error Eutycetis, qui Christum negabat eiusdem fuisse naturæ cum virgine & nobiscum, refellitur. Omnis enim fructus eiusdem est naturæ cum planta cuius est fructus. Propriè autem Christus fructus vteri virginalis dicitur, nam reliqui sunt plurium parentum fructus: Christus verò cùm patrem in terris non habuerit, vnius tantùm ventris fructus dicitur, sicut & à proprietate filius dicitur hominis. Eisdem quoq; his verbis significatur, non solùm virginem tum concepisse, sed etiam conceptum iam tum fuisse animatum. Sola enim anima benedictionis diuinæ capax est,

ET VNDE HOC MIHI VT VENIAT, &c.] Nõ (inquit Ambr.) quasi ignorãs hoc dicit. Sciuit enim esse gratiã & operationem spiritus sancti, vt mater Prophetæ à matre Domini ad profectum sui pignoris salutaretur. Sed quia nõ humani meriti, sed diuinæ gratiæ munus esse cognouit, ideo ex summa mẽtis humilitate, & admiratione dignationis Dei & matris eius dixit: *Vnde hoc mihi*, quasi *Matth. 3.* dicat, quibus meis meritis, quáve iustitia fœlicitas hęc mihi contigit? Agnosco sanè maiorẽ hãc fœlicitatẽ esse quàm vt vllis meritis, factisq; meis asscribi possit. Itaq; sicut postea Ioãnes Christum cùm B venisset vt baptizaretur, prohibuit dicens: Ego à te debeo baptizari: ita & nunc ipsius mater indignam se reputat quæ à matre Domini visitetur. Matrem autem vocat etiã antequã pepererit. Aliàs enim (inquit Theoph.) non solemus matres vocare priusquam pariant, propter metum abortiendi in virgine autem nihil tale suspicari oportebat. Deinde aliarum conceptus non statim est animatus: virginis verò fœtus mox vt conceptus fuit, animatus fuit. Ideo cõceptione mox mater dici verè potuit. Qua appellatione rursum earum hæresum falsitas, de quibus mox superius, commonstratur. Dicens autem, *mater Domini mei*, ostendit à spiritu edoctam se vtramque fœtus naturam, Dei scilicet & homiC nis. Propter naturam enim humanam dixit: *fructus ventris tui*: propter diuinam, *Domini mei*. Itaque his verbis iam apertè Nestorij impietas conuincitur, qui negabat Mariam dici verè posse θεοτόκον id est, genitricẽ Dei. Constat enim ex his verbis in vnam personam conuenisse duas Christi naturas: simul & illud quod priùs dictum est, humanam naturam scilicet à diuinitate à principio conceptionis fuisse assumptam. Dicta sunt enim hæc verba paucis diebus post annunciationem. Affert autem deinde Elizabeth causam, quare eam benedictam dixerit inter mulieres, & marrem Domini sui, nẽpe quòd hoc ita esse indubitato argumento didicerit ex gesticulatione filij sui, spiritu sancto scilicet edocẽte D quid ea portẽderet gesticulatio, simúlque intelligi potest causam reddere quare fœlicẽ se reputauerit ob aduentum Mariæ, quòd scilicet illius aduentum & salutationem tam senserit efficacem. Ecce enim (inquit) *vt facta est*, &c. Iã quod sequitur: *Et beata quæ credidisti*, Græca melius habent per tertiã personã ad verbum sic: *Beata quæ credidit*, quoniam erit perfectio dictis ipsi à Domino. Porrò interpres noster pro ἀυτῇ, legisse videtur cum aspiratione ἅυτῃ, & sic potest totum per secundam verti personã, quemadmodum & vertit Oecolãpadius in Theophylacto, viderique potest ea lectio esse verisimilior. Quòd si autem per tertiam legatur personam, E intelligi debet Elizabeth hic prophetantem, prophetico more mutasse personam: aut alias personas in hoc colloquio fuisse præsentes, ad quas conuersa Elizabeth beatam prædicauerit virginem quòd crediderat. Illud autem, *à Domino*, si referatur ad participium, *dicta*, exponi debet, pro, ex nomine & autoritate Domini. Alioqui referri posset ad verbum, *perficientur*, vt sit sensus: quæ dicta sunt tibi perficientur à Domino. Iam in his Elizabeth verbis etiã aduertendum quàm multipliciter se ostenderit spiritu prophetiæ donatam. Simul enim (inquit Grægorius super Ezechielem Homil. 1.) de præterito, & præsenti, atque futuro per prophetiæ spiritum tacta est, quæ & eam promissionibus Angeli credidisse cognouit: & matrem nominans, quia

quia redemptorem humani generis in vtero por- A taret, intellexit. Et cùm omnia perficienda prædiceret, quod etiã de futuro sequerẽtur, aspexit. Præterea ad prophetię spiritum pertinebat, quòd intelligeret causam & significationem gesticulationis infantis in vtero.

ET AIT MARIA: MAGNIFICAT, &c. Audiens virgo Elizabeth afflatu spiritus eadem de se prædicare quæ ab Angelo priùs audiuisset, consideransq; ipsius & cõceptus sui nomine & Ioannem in vtero exilisse, & Elizabeth spiritu prophetico afflatam, cùm hactenus virginali pudore texisset animi sui gaudia, spiritu sancto correpta, quo dudũ erat plena, nõ sibi diutius tẽperat, quin hymno gratulabundo prorumperet in gratiarum actio B nẽ & laudem Dei. In quo quidem hymno, primùm prædicat Dei in se declaratam benignitatẽ & potentiam, deinde de his eisdem simul & sanctitate eius generatim canit, ac prostremùm eiusdem veritatem præstari in iamiã cæptis per Messiã promissis olim ad patres factis collaudat, imitata ex magna parte argumentũ cantici, quod Anna Samuelis mater simili occasione, eodemq; spiritu cecinit. Rursum autẽ in virgine hic admirãda offertur illius summa mentis humilitas, animi gratitudo, atque deuotio in Deum. Quæ enim laudata erat primũ ab angelo, deinde ab Elizabeth, quæq; didicerat quàm efficax fuerat præsentiæ eius aduẽtus, nihil tamen ob hæc omnia sibi in seipsa placẽs, nec C quicquam suis tribuẽs meritis, tãtùm ad laudãdum Deũ accẽditur, totũ eius benignitati ascribẽs, atq; è plena mentis deuotione illius in omnes misericordiam, potentiã, æquitatem ac veritatẽ celebrans. Vt autem hæc caneret, non dicitur sicut Elizabeth repleta spiritu sancto, eò q; prius dictus sit spiritus sanctus superuenisse in eam, quo eodẽ & ad visitandũ Elisabeth profecta est, & ad hæc canendũ afflata. Nec conueniebat dicere eam repletam spiritu sancto, quæ Deo plena erat, & in qua habitabat plenitudo diuinitatis corporaliter. Dicit itaque:

MAGNIFICAT, &c.] Cùm autẽ Deus non possit maior fieri, nec aliquid ei à nobis accedere, intelligit Ambrosius cũ Origene tũc nos in nobis D magnificare Dominũ, cũ animã nostram, quæ formata ad imaginem Dei, maiorẽ in bonis operibus & virtutibus facimus. Tunc enim Dominus in nobis quodãmodo maior fit, cùm imaginem eius magis participamus. Verùm simplicius magnificare hic accipi debet pro extollere laudibus, magni-
Psal. 33. tudinémq; Dei agnoscere, admirari & prædicare: quẽadmodũ & apud Prophetam: Magnificate Dominũ mecũ. Dicit autẽ; *anima mea*, vt insinuaret se non lingua tantùm, sed magis anima & ex præcordiis Dominum laudare & glorificare. Itaq; sensus est, Tu quidem ô Elizabeth me laudas & magnificas, verùm cùm totum hoc ego non lingua tantùm mea, sed & anima diuini gratuitiq; muneris E esse agnoscam, totis præcordiis Dominum magnificat & extollit, magnitudinem bonitatis simul & potentiæ eius in me admirando. Nec tantùm magnificat illud anima mea, sed etiã exultauit, nõ quidẽ in seipsa; sed in Deo totius mihi salutis autore. Porrò cùm exultare potius ad corpus pertineat (significat enim quandã lætatis gesticulationẽ) hic tamen ad animam & spiritum transfertur, ad significandũ lætitiæ magnitudinem, & spirituale quoddam mentis tripudiũ, quo anima extra se rapta in Deum fertur. Exultare autem, lætari in Deo est, de Deo gaudere, eumq; gaudij nostri esse obiectum & materiam. Bene autem priùs dixit: *Magnificat*: deinde, *exultauit*. Cùm enim magnificare pertineat ad intellectiuam vim, exultare verò ad voluntatẽ & affectũ, istud ex illo nascitur. Nam cùm magnitudinẽ diuinæ benignitatis expendimus, sequitur deinde in affectu lætitia & exultatio. Sciendum præterea, q̃ anima & spiritus in scripturis, maximè apud Paulum, sic differunt, quòd quamuis vna eademq; res sit anima & spiritus, tamen anima dicatur, quatenus animat & viuificat corpus, & quæ humana sunt curat: spiritus verò quatenus superioribus & cælestibus intendit: legesq; naturæ trãscendit. Hæc tamen differentia hic locum habere non videtur. Neq; enim conueniens aliqua ratio assignari potest quare animã dicat magnificare, spiritũ verò exultare, cùm æquè aptè dicere potuisset spiritum suũ magnificare, animam verò exultare. Nam Psalmista: Anima (inquit) mea exultabit in *Psal 34.* Domino, & delectabitur super salutari suo. Proinde quod priùs dixit animam, postea dicit spiritum, Hebræorũ more: quibus solẽne est, eãdem (in Cantici maximè) sub aliis repetere verbis. Aut animam simul dixit & spiritũ, significans totã animã quanta quãta erat, in Deum ferri, quatenus scilicet & humana & diuina respicit. Iam in his duobus versibus Dominum & Deum quidã pro filio accipiunt: alij sic distinguunt, vt vnum patrem designet, alterum verò filium: verùm simplicius intelligitur per vtrũq; significatum Deum communiter, hoc est, vt totam includat trinitatem. Pro salutari autem Græcis est σώτηρι, hoc est, saluatori. Sed frequenter in scripturis salutaris vel salutare accipitur pro salutare, vt *Psal. 24. & 125.* ipse Deus meus, & salutaris meus.

QVIA RESPEXIT HVMILITATEM &c. Causam reddit suæ magnificationis & exultationis. Porrò dictio, humilitas, in scripturis tripliciter accipitur. Primò in scripturis veteris testamẽti sæpe accipitur pro afflictione, vt: Vide humilitatẽ meã, & eripe me. &: In humilitate nostra memor fuit nostri. Hoc autẽ modo hic nõ accipi certũ est. Secundò, significatione multùm simili cũ superiori accipitur pro abiectione, exiguitate, ignobilitate & obscuritate, vt apud Paulũ: Reformabit cor- *Philip.* pus humilitatis nostrę, &c. hoc est corpus nostrum vile & ignobile. Atq; in hoc solo significatu intellexit vocabulum humilitatis Cicero, sicut humilis apud Latinos propriè nõ significat nisi breuẽ, vilẽ & abiectũ. In his autem duabus significationibus semper apud Græcos correspondet ταπείνωσις. Tertiò, secundum vsum proprium scripturæ & Theologis, accipitur pro virtute contraria superbiæ, qua quis seipsum abiectum & vilem agnoscit: quæ virtus latinis modestia dicitur aut animi submissio. Atq; in hac tertia significatione hoc loco plerique accipiunt, intelligentes hic significari virginẽ electã in matrem Domini propter virtutẽ humilitatis eius. Quamuis autem hoc verum sit, tamen hunc non esse huius loci sensum, primùm ex eo constat, quòd Græcis virtus humilitatis nunquam significetur per vocabulum ταπείνωσις, quod hoc loco ponitur, sed eam virtutem semper significant per vocabulum ταπεινοφροσύνη, deriuatũ à ταπεινόφρων, quod est humiliter de se sentire: quemadmodum id patet ex omnibus illis locis in quibus de virtute humilitatis loquitur Paulus. Deinde nõ cõuenit summæ modestiæ virginis, vt dicat Deum respexisse ad virtutẽ humilitatis suæ, hoc enim esset gloriari de me

Universidad de Deusto
Biblioteca

de merito virtutis suæ, quod à verè humilibus longè abest. Proinde necesse est accipiatur dictio, humilitas, in secunda significatione, qua significat exiguitatem & abiectionem, quæ est eius vera & propria significatio. Nec est Græcis, respexit humilitatem, sed, ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν, respexit ad humilitatem: quamuis id ad sensum parum faciat. Itaque sensus est: Respexit exiguitatem ancillæ suæ, hoc est, me exiguam & infimam ancillã suam. Secundum quem sensum magis his verbis virginis modestia & humilitas animi nobis commendatur, quàm si nomen humilitatis hic pro virtute acciperetur. Non enim solùm Deum respexisse dicit ad ancillam suam, sed etiam ad infimam ancillã suam, imò, quod magis aliud est, ad exiguitatem B ancillæ suæ: quod intelligendũ potissimũ de exiguitate quo ad merita. Existimabat enim se nullius meriti, nulliúsque virtutis. Nec id quidem fictè aut falsò, quoniam considerabat seipsam ex parte sui, non ex parte donorum Dei in ipsa. Huiusmodi enim consideratio, verę humilitatis animi mater est. Porrò respexisse dicitur Deus eam, sicut respicere aliquid, vel ad aliquid est contrarium ei quod est aduersari aliquid, vt sit sensus: Deus quamuis summus & maximus, non est tamen aduersatus exiguitatem ancillæ suæ, sed benigno fauore me infimam ancillam suam, imò exiguitatem meam prosecutus est, tanto me dignatus munere, ac tã sublimiter meam paruitatem subuehens, & exaltans. C Itaque magnitudinẽ diuini beneficij insinuat, dum non solùm se ancillam vocat, sed exiguitatẽ suam Deum respexisse dicit. Ostendit autem quantum Dominus se respexerit, dum addit:

ECCE ENIM EX HOC, &c.] quasi dicat: Tãto ille me prosequutus est fauore, vt ob eum non à te solùm, ô Elizabeth, beata sim prædicãda, aut ab huius ætatis Iudæis, sed fœlicem etiam prædicaturæ sint omnes generationes, quæ seculis omnibus sibi succedentibus vniuersum orbem inhabitabunt. Dum enim dicit, omnes generationes, simul cõprehendit & totius orbis nationes, & succedentes sibi mutuò omnes vsque in seculum futuras generationes. Prædicit autẽ istud prophetico spiritu, quo præ uidebat futurum, vt filius eius omnium esset generationum saluator, & in omni gente ac generatione semper futuros, qui in filium eius crederent. Nõ enim beata prædicanda erat, nisi à generationibus credentium. Porrò dum se beatam dicendam asserit, rursum significat se nullum suorum meritorum habere respectum. Siquidem fœlices ab eo verè dicimur, quòd nobis non nostris meritis, sed gratuito Dei munere collatum est. Proinde rationem subdens quare beatam eam sint omnes prædicaturi.

QVIA, (inquit) FECIT, &c.] Vel potius significat dictio Græca μεγαλεῖα magnalia aut magnifica, quasi dicat: Non propter meam virtutem existimo me ab omnibus prædicandam fœlicem, E sed quia fecit mecum magnalia qui potens est. Adiecit autem; *qui potens est*, (pro quo Græcis est vna dictio, ὁ δυνατὸς, potens) vt ne quis minus credat his quæ ab ipsa dicuntur, & incredibilem nouæ conceptionis modum per considerationem omnipotentiæ diuinæ astruat.

ET SANCTVM NOMEN, &c. Hanc partem quidã cum superiori construunt, vt sit sensus: Qui potens est fecit mihi magna, & sanctum nomen eius fecit mihi magna. Ita enim & Beda se intelligere ostendit, dum explicans quid sit sanctum, dicit: Singularis enim culmine potentiæ transcendit omnem creaturam, & ab vniuersis quæ fecit lege segregatur. Itaque sanctum nomen dictũ intelligit, quod sit ab omnibus separatum, omniáque potẽtia separans, quod Græca dictione magis significari ostendit. Verùm rectius hæc pars sic intelligitur: *Et sanctum est nomen eius*; quemadmodum in Psal. Ps 110. Sanctũ & terribile nomen eius, supple, est. Proinde Maria postquam de Dei in se declarata bonitate & potentia cecinit, hîc iam in generali de excellentia Dei canere incipit, ex plenitudine deuoti cordis prorumpens in celebrationem sanctitatis misericordiæ, potentiæ, & iustitiæ diuinæ. Pro pleniori autem partis huius intelligentia aduertendum, nomẽ Dei in scripturis frequenter accipi, vt ferè non sit aliud quàm ipse Deus, ita vt dicatur nomẽ Dei admirabile, glorioſum, bonum, iustum, sanctum, &c. quia Deus admirabilis est, glorioſus, bonus, iustus, & sanctus. Sicut enim nomen alicuius dicitur esse admirabile & gratum, aut odioſum & ingratũ, quia talis est qui nomine illo designatur, & in mentem hominis reducitur: ita etiam quæ Deo conueniunt, nomini eius tribuuntur, eo quòd mox audita quauis Dei appellatione concipiamus huiusmodi proprietates Deo conuenientes. Audito enim nomine Dei, mox cogitamus rem aliquam sanctissimam, iustissimam, optimam, & potentissimam, ideóque & nomen eius sanctum, bonum & iustũ dicitur. Porrò pro sanctus, Hebraica dictio correspondens, scilicet קָדוֹשׁ Cados, significat propriè id quod ob puritatem suam à rebus prophanis, & immundiciam aliquam habentibus separatum est. Cùm autem soli Deo perfecta cõueniat puritas, propriè solus ipse ob suam puritatem ab omni vitio & labe liberam, Cados dicitur. Iam cùm virtuti & integritati potissimum honor & reuerentia debeatur, simul etiam cùm dicitur Deus Cados, significatur esse reuerẽdus, omníq; honore prosequendus. Proinde huic dictioni optimè respondet apud Græcos dictio ἅγιος, quæ secundum Bedam perinde valet ac si dicas, extra terram, vel sine terra, vt intelligatur componi ex particula priuatiua α, & γῆ, terra. D Verùm cùm priuatiua particula α, in compositione non aspiretur, ὥρα autem! in ἅγιος aspirationem habeat, melius Græci putant ἅγιος deriuari à verbo ἄζομαι, quod est colo, veneror, vt sit ἅγιος pro ἄξιος. Itaque ἅγιος dicendus est; qui ob summã suam integritatem & perfectionem reuerendus sit omnibus. Iam & apud Latinos vtriusque prædictæ linguæ dictionibus aptè respondet dictio, sanctus, quam à verbo, sancire, deriuatam constat. Est autem sancire propriè, aliquid confirmare sanguine hostiæ, quemadmodum in pactis fieri solet. Nam à sanguine, sancire deriuatum volunt. Quoniam autem sic confirmata violari piaculum erat, sanctum vocari cœptum est quod inuiolatum esset, incorruptum, & integrum. In qua significatione omnino quadrat cum significatione dictionis Hebraicæ. Bene autem postquam prædicauit Dei in se declaratam potentiam, prædicat etiam eius sanctitatem, quoniam & angelus per spiritum sanctum & virtutem patris conceptum filij Dei in ea perficiendum prædixit. Sanctum itaque Deum dixit meritò, quia in summa puritate per illius sanctitatem tam sanctum concepit filium.

Quid significet sanctus.

ET MISERICORDIA EIVS A, &c.] Post prædicatam Dei sanctitatem, commendat etiam communem eius misericordiam: communem inquam

quam, & omnibus seculis, & omnibus sine diserene personis, quæ timent illum. Et ferè tale est quod vult significare; Misericordia eius non in me solùm est, sed etiam communis omnibus qui reuerentur illum, idque per omnes sibi succedẽtes generationes & secula cuncta. Illud tamen *à progenie in progenies*, vel, vt habent Græca εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, hoc est, in generationem & generationem Theophylactus sic intelligit, vt significetur timẽtes Deum consequi misericordiam & in hac generatione; hoc est, in præsenti seculo, & in futura generatione, hoc est, futuro seculo. Nam hic centuplum accipiunt, & omnia eis cooperantur in bonum: illic verò longè amplius accipiunt. Verùm B prior sensus megis germanus est. Quamuis autem misericordia Dei diffusa sit super omnia opera eius, & secundum aliquos effectus cõmunis timentibus & non timentibus eum, perfecta tamen Dei misericordia solis timentibus eum conuenit, quæ constitit in subleuatione à vera miseria, hoc est, à miseria æternæ damnationis, & in eo quod in præsenti vita omnia eis in bonum Deus cooperari facit, post hanc vitam æterna fœlicitate gaudere donat. Aptè autem dicit potius, *timentibus eum* quàm sperantibus in eum, aut diligentibus eum, quia priùs de Dei potentia & sanctitate cecinit, quibus respõdet in nobis timor & reuerẽtia Dei. Nomine enim timẽtium, significat piè reuerentes Deum, quod sanctitati Dei debetur. Vnde in Psal. Ps. 110. Sanctum & terribile nomen eius. Quibus verbis C significatur, Deum quia sanctus est, metuẽdum, & piè à iustis reuerẽdum. Habetur autem hic versus etiã Psal. 102. Misericordia autem Domini ab æterno & vsq; in æternum super timentes eum. Notandum autem quòd in duobus his versibus (quos quædam Græca vnico versu cõplectuntur) tria epitheta Deo attribuuntur, potentia, sanctitas & misericordia, quæ tribus in diuinitate personis facilè est appropriare, & comprehendunt in se omnem Dei perfectionem, quæ etiam persequentes versus ex ordine declarantur.

FECIT POTENTIAM IN BRACHIO SVO, &c.] Tres iam sequentes versus dupliciter D exponi possunt. Quidam enim in his intelligunt cani ea quæ facta sunt, & iam facienda erant per incarnationem verbi, eáq; hic cani spiritu prophetico tanquam facta, quòd iamiam faciẽda erant, & iam erant facta inchoatiuè & in sua radice. Itaque intelligunt Deum fecisse potentiam in brachio suo quia per filium suum incarnatum diabolũ superauit, totúmq; mundum potenter conuertit: dispersisse superbos, tum dæmones, tum Iudæos, hos ambos etiam deposuisse de sede sua: exaltasse verò humiles gentes, eásq; esurientes impleuisse bonis spiritualibus, diuites verò Iudæos dimisisse inanes. Verùm simplicius & rectius hęc omnia intelligũ- E tur in sua generalitate, & vt præterita, sicut ipsa verba sonant. Sicut enim Anna in suo Cãtico post 1. Reg. 2. prędicatam singularem Dei in se benignitatem ex plenitudine deuoti cordis procedit ad laudandum generaliter Dei potentiam & iustitiam frequenter in variis præcedentibus declaratam operibus, dum canit similia his quæ hic habentur, dicens: Arcus fortiũ superatus est, &c. Repleti priùs, &c. Suscitat de puluere egenum, &c. Ita & in præsenti Cantico virgo fecisse videtur. Non tam his versibus solùm intelligẽdum est cani ea quæ tum erant præterita, sed sub intellectu literali, qui est A de rebus temporalibus & sensibilibus, simul etiam cõuenit quemadmodum frequenter in Psalmis, & in ipso Annæ Cantico, intelligere mysticè spiritualia Dei opera, quæ præfigurata per facta sensibilia prioribus temporibus à Deo facta, iamiã per Christum erant perficienda, vt ita hic intelligamus sic cani præterita, vt simul etiam futura prophetice canantur. Hæc est enim fertilitas verborum spiritus sancti, vt eisdem verbis simul plura ad diuersa tempora pertinentia significet. Itaque fecit potentiam in brachio suo, hoc est, per virtutem & fortitudinem suam frequenter potenter operatus est, & mirabilia designauit. Brachiũ enim conuenienter hic accipitur pro Dei virtute, sicut alia sæpe. Potentia verò hic accipi debet pro effectibus mirabilibus Dei potentia perpetratis. Alij verò per brachium intelligunt filium per quem omnia Pater facit, de quo videtur iatelligendum il Isa. 53. lud Isaię. B rachium Domini cui reuelatum est? Fecit autem potentiam Deus, dum mundum condidit, dum Israelitas à potestate Ægyptiorum liberauit, eosq; expulsis Chananæis in terram promissam introduxit, aliaq; multa eorum nomine designauit. Nouissimè autem spiritualiter per filium suum, vt dictum est, fecit potentiam, dum diabolum superauit, dum per Apostolos repugnante mundi huius sapientia & potentia omnes gentes ad se conuertit. In eo autem quod sequitur.

DISPERSIT SVPER BOS MENTE CORDIS SVI, &c.] Relatiuum, *sui*, non debere referri ad Deum, sed ad superbos, patet ex Græcis quę habent καρδίας αὐτῶν, cordis ipsorum. Nec est Græcis, mente sed διανοίᾳ, hoc est cogitatione potius. Porrò ablatiuus iste mẽte, vel *cogitatione*, iungi potest vel cum, *superbos* vel cum, *dispersit*. Si priori modo intelligamus, sensus erit: Dispersit eos qui superbierunt in cogitatione cordis sui, quiq; apud seipsos de se magnificè senserunt. Et apparet hunc veriorem & simpliciorem esse sensum. Si verò coniungatur verbo, *dispersit*, poterit exponi variis modis. Potest enim esse sensus, secũdum Caietanum; *dispersit superbos à cogitatione cordis eorum*, ne scilicet assequerentur quod assequi cogitabant. Deinde sic dispersit eos merito cogitationis, & propter superbam cogitationẽ eorum. Postremum, secundum quendam hic est sensus: Dispersit superbos per cogitationem ipsorum, vt significetur superbos suis ipsorum cõsiliis dissipari, quemadmodum olim per Iob dictum est: Com Iob 5. prehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Inter quos tres sensus postremus est probabilior. Dispergere autẽ dicitur Deus superbos, non solùm quia eos secundum locum dispergit aliquando, quemadmodum nunc fecit Iudęis, sed quoniam eos perdit, conatus frustatur, viresque aufert. Id autem quàm frequẽter fecerit & facit tam sensibiliter quàm insensibiliter in impiis spiritibus, manifestum est: sicut & quæ dicuntur duobus versibus sequentibus, in quibus, quoniam humana prosperitas præcipuè consistere videtur in honoribus potentatuum, & abundantia diuitiarum, ostendit vtrumq; horum ex Dei distributione hominibus aut auferri, aut donari. Itaque deposuit potentes de sedibus suis, dum potentes frequenter reges potestate exuit, dum & dæmones è sedibus regni cœlorum deiecit, ac demum dominium super fideles eis abstulit, dũ & Iudęos in populo Dei primũ obtinentes locũ iã inferiores se

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit translato ab eis regno ad populũ gentilẽ, Exal. A tauit proinde humiles, hoc est, abiectos & viles. (Nam cùm humiles hîc opponantur potentibus, videntur humiles potius debere intelligi viles & ignobiles quam humiles corde, quamquam Græca dictio vtrumq; significet sed magis viles) quia frequenter viles ad regale solium euexit, vt patet in Saule Dauide, aliisque: deinde quia homines ad regni cœlestis gloriam prouexit, eisq; dæmonibus imperandi potestatem dedit postremum quia gentes in populo Dei primum iam dedit obtinere locum. Ita & esurientes, hoc est, indigentes impleuit omnibus bonis. Nam frequenter pauperes temporaliter diuites fecit, & facit, & gentes omni gratia spiritus destitutas olim omnibus bonis spiritualibus per Christũ impleuit & omnes qui esuriũt iustitiam & virtutẽ & hic postea saturat. Deinde verò contra dimisit, vel, vt habent significantius Græca, ἐξαπέστειλε, hoc est, emisit, scilicet à se, inanes &, vacuos, quia frequẽter omnibus bonis temporalibus abũdantes ad inopiã redegit, & Iudæos qui per cognitionẽ legis, & iustitiã quæ in lege est nullo se indigere putabãt apud Deum reiecit à se omnib. veris bonis vacuos. Et quot quot abũdare se existimãt diuitiis ingenij: sapientię & potentiæ humanæ, indignos reputat quos suis spiritualibus bonis ditet.

SVSCEPIT ISRAEL PVERVM SVVM Post generalem diuinæ potentiæ pietatis & iustitiæ commẽdationem ad singularem Dei erga populum Israeliticum descendit benignitatem, iam declarari cœptam per verbi in vtero eius incarnationem. Per Israelem enim ad literam intelligit veterem populum Israeliticum, cui primùm natus & missus est saluator, & ex quo plerique credentes saluati sunt, quamuis populo illo magna ex parte Christum reiiciẽte Gentilis populus in illius locum successit factus per spiritum Israel & semen Abrahæ, de quo proinde mystice istud intelligi debeat. Israelem autem puerum suum vocat: hoc est, seruum suum ad distinctionem gentium idolis seruiẽtium. Hunc itaq; suscepisse Deum dicit quia more succurrentis ac manum porrigentis eum saluandum ab ostibus suis & omni malo recepit quanquam quidam intelligãt Deum ideo dici suscepisse Israelem quia ex Israelitico populo humanam sibi assumpsit & coniunit naturã vt concordet cum eo quod dicit Paulus: Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Porro in eo quod sequitur *Memorari misericordiæ*, interpretem vertisse infinitiuum, memorari, & non participium recordatus vt cantatur in ecclesiastico officio, patet & ex codicibus Latinis emendatis & Græcis, quæ habent infinitiuũ, μνησθῆναι, quem in Cantico Zacharię vertit per memorari. Debet autem infinitiuus ille vtrobique exponi pro eo quod est, vt memor esset, & hoc rursum, sic, vt memorem se declararet. Tunc enim dicitur nobis Deus alicuius mæmor, dum qui ad tempus visus est oblitus esse, memorem seipso opere & affectu declarat. Iam post quam dixit, *sicut locutus est ad patres nostros*, explicat quos patres intelligat, nempe Abraham & semen eius, Isaac, Iacob, & Dauid. Huic enim dictum est: De fructu ventris tui ponam super sedem tuã. Illis verò: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Mutat autem constructionem Lucas: dicens in datiuo: *Ipsi Abraham & semini eius*, quia vtranq; constructionem habet verbum, *locutus est*. Illud autẽ, *in secula*, vel, vt habent Græci, *in seculum*, incertum B cui coniũgi debeat. Potest enim coniungi cum, *semine eius*, vt significetur semen Abrahę duraturũ in perpetuum. Aut cum, *misericordiæ*, & infinitiuo *memorari*, vt sit sensus vt recordaretur miseri cordiæ suæ in perpetuũ exibendæ aut vt recordaretur in perpetuum misericordiæ suæ. Caietanus autem tum propter constructionis mutationem, tũ propter hanc particulam, *in secula* putat locum sic ordinandum: Suscepit Israel memorari misericordię suę exibendę Abrahamo & semini eius vsque in secula: Sicut locutus est ad patres nostros. Verũ similis constructionis mutatio etiam est, Psal. 102. Et iustitia illius in filios filiorũ, his qui seruauit testamẽtum eius. Et satis familiaris est linguę Hebraicæ.

C MANSIT AVTEM MARIA CVM ILLA, &c.] Mansit aliquandiu cũ Elizabet Maria, vt colloquiis sanctis & amicis obsequiis subleuaret anũ. Verum cum iam partus tempus adesset, discessit ab ea, tum vt multitudinem affluxuram ad puerperam fugeret tũ quod virginem non deceat partui interesse: Ad quod iudicandũ videtur Lucas addidisse, *quasi* (vel ferrè) *mensibus tribus*, vt significaret ante partum abiisse virginem quę cum in sexto mense ad visitandum venerit Elizabeth, & apud eam non integris tribus permansit mensibus, significatur ante nonum mensem habuisse. Abiens autem non diuertit aliò, sed reuersa est in domum D suam. Numerus autẽ ternarius hic positus mysticus est, Sicut enim Mariæ in montana post conceptum verbum Dei profectio docet in superiora debere conscendere eum qui per fidem verbum Dei cõcepit ita menses tres designat in superioribus permanendum esse in fide Trinitatis, aut in fide, spe & charitate. Vnde Beda: Anima casta quæ spiritalis verbi desiderium concepit, necesse est vt alta cœlestis exercitus iuga subeat, & quasi trium mensium dies ibi demorata, quoscunque indei, spei & charitatis luce radietur, perseuerare non desistat.

Psal. 131.

Hebr. 2.

NASCITVR IOANNES, ET ZACHARIAS RECEPTA loquela benedicit Deum. LVCÆ I. CAPVT V.

ELizabet autem impletũ est tempus pariendi, & peperit filiũ, & audierũt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suã cũ illa & congratulabãtur ei. Et factum est in die octauo venerunt circuncidere puerũ & vocabant eũ nomine patris sui Zachariã. Et respondens mater eius dixit: Nequaquã, sed vocabitur Ioãnes. Et dixerũt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebãt autẽ patri eius quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Ioãnes est nomẽ eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius, & lingua eius loquebantur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

Et

Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, & prophetauit dicens, Benedictus Dominus Deus Israel quia visitauit & fecit redemptionẽ plebi suæ & erexit cornu salutis nobis, in Domo Dauid pueri sui sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius salutem ex inimicis nostris & de manu omnium qui oderunt nos, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti: Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis, vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. & tu puer propheta altissimi vocaberis præibis enim ante faciem Domini parare vias eius ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum, per viscera misericordiæ Dei nostri in quibus visitauit nos oriẽs ex alto, Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat & confortabatur spiritu, & erat in deserto vsque in diem ostentionis suæ ad Israel.

ELIZABETH AVTEM IMPLETVM EST TEMPVS PARIENDI. Quæ dudum in scripturis de solis iustis dicitur: quod impletis diebus vitæ suę, pleniq; dierum mortui sunt; ita (quemadmodum hic annotant Ambrosius & Theophylactus) plenitudo dierum non ponitur in scripturis nisi in generatione iustorum. Plenitudinem enim habet iusti vita dies autẽ impiorum inanes sunt. Et imperfecti nec cõpleti sunt peccatorũ partus meliusque illis fuisset si nati non fuissent.

ET PEPERIT FILIVM. Adiectum ist ad, vt ostenderetur re ipsa promissionẽ angeli iam adimpletam qui dixerat: *Vxor tua pariet tibi filium.*

MAGNIFICAVIT DOMINVS MISERICORDIAM. Hoc est, non solum fecit cum ea misericordiam: sed fecit misericordiam suam erga illam esse magnam, quòd scilicet non solum à sterilitatis opprobrio eam liberauit, sed id etiam in senectute eius fecerit, prolemque iusuper dederit non fœminam, sed masculum. Ob quam insignem Dei misericordiam congratulabantur ei, aut vt potius habent Greca συνέχαιρον αὐτῇ, cõgaudebant ei in quo ostenditur iam impletum quod dictum fuit ab angelo, *Multi in natiuitate eius gaudebunt.* Et bene quidem in natiuitate huius pueri multi gaudent quia plurimorum bono natus erat quare conueniebat vt gratia securturę virtutis exultatione vicinorum prefigurante significaretur.

VOCABVNT EVM NOMINE PATRIS SVI. Hoc est, vocare cœperunt & voluerunt: quoniam enim pater eliguis erat, qui solet esse autor imponendi nominis, cognati suspicantes id patrem velle quod vulgo solet esse gratissimum appellare cœperunt eum nomine patris sui. Mater contra contendit eum vocandum non Zachariam: sed Ioannem. Quod nomẽ non ab angelo, neque à Zacharia sed à spiritu sancto quo erat afflata, edocta fuit attestãte Ambrosio & Theophilacto. Si enim à Zacharia nomen illud didicisset, vtiq; eis dixisset maritum sic voluisse, nec opus fuisse Zachariã adire qui contentionem finiret. Porro mos iste imponendi nomina ipsa circuncisionis die videtur desumptus ad Abraham qui cùm prius diceretur Abram accepit eadem die qua circuncisus est: circũcisionis præceptum & à Deo accepit, nouum nomẽ Abrahã. Et bene quidem nõ ante circũcisionẽ nomen imponabatur, sicut nec modo ante baptisma quod circuncisioni succesit. Nam circuncisio & baptismus signa sunt & symbola, per quæ quis inscribitur populo Dei. Proinde non ante nominari fœtum in populo Dei conuenit: quam signum populi Dei assumpserit sicut nec ante nomen eius in libro vitæ describi meretur. Mirè autem Euangelista (inquit Ambrosius) præmittendũ putauit quòd A plurimi infantem nomine patris Zachariam appellan dum putarẽt, vt intelligeretur, matri nõ nomen alicuius displiciuisse de generis, sed id puero imponendum, quod à sancto spiritu ob misterium didicerat. Si enim humamum aliquod nomem imponendum fuisset puero, nullum vtique parenti gratius fuisset quàm nomen patris.

ET POSTVLANS PVGILLAREM.] Hoc est postqnam postulaesse non quidẽ per vocẽ, sed simiter per nutum tabellã scriptoriã. Est enim pugillaris, tabella in qua stylo scribitur. Quod autem sequitur: *scripsit dicens*; non sic intelligendum quasi B scribendo etiã ore locutus sit. Quorsum enim opus erat scribere, si dicere iã potuit? Verum dixisse intelligendus est, quia locutus sit nõ ore: sed *per* scripturam loquentẽ. Quod apertè indicat Ambros. dicens, quod voce non poterat manu & literis est locutus. Non enim inter scribendũ soluta est lingua eius, sed, vt ex sequentibus patet, mox à scriptura nominis impositione. Caietanus putat dictionem *dicens*, esse accusatiui casus, vt sit sensus: scripsit scripturam dicentem. Verum id absurdissimum est, cùm Græcè sit λέγων. Non scripsit autem Ioannes vocabitur nomen eius, sed *Ioannes est nomen eius*. quasi dicat: Quid de nomine imponendo soliciti estis: cum iam nomen sit ei impositum à Deo.

ET MIRATI SVNT VNIVERSI. Tum quòd in nomine tã nouo ambo inter se cõuenirent parentes, tũ quod significaret Zacharias nomẽ illi iã priùs esse impositum. Admirationem auxit mirã culũ solutionis linguę, de quo sequitur. Vnde sequitur postea. *Et factus est timo*; præ admiratione scilicet *Et super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba*: hoc est, facta hęc. Nempe quòd anus pepererat ex sene: quod in nouo nomine inter se parentes conuenerant quod filius hic ab angelo promissus esset, quòd pater prius ex loquẽte mutus, factus, rursum ex muto facundus in laudẽ Dei prorupisset, quòd vterq; parens spiritu diuino afflatus esset. Quæ omnia hi qui audierat, posuerunt in D corde suo, hoc est expressius apud se de his rebus cogitauerunt, ex his præludiis colligentes natum puerum magna & inaudita patraturum, cuius natiuitas & conceptio iam tũ prodigiis insinuaretur, atq; ob hæc dixerunt apud sese & ad inuicẽ: *Quisnam puer iste erit* quasi dicerent: Cùm nemo prophetarum tam prodigiosè natus sit: omnino appareret ad res summas delectum esse: & maius quid q̃ in reliquis retrò prophetis, in hoc perficiẽdum.

ETENIM MANVS DOMINI ERAT CVM ILLO.] Græca non habent, *etenim*, sed tantũ καί, &. Tamẽ cùm hæc particula videatur ab Euangelista apposita, veluti rationem volente reddere, quare de puero sic magnificè sentirent homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nc.,videtur coniuncto,&,debere etiam hic accipi pro quia,vt benè verterit interpres, *Etenim*. Nam & quidam in Paraphraſ.cauſam hic reddi intelligit ſic ſcribens:Nec verò temerè hæc ratio cinabátur. Nã verè manus Dei cœleſtẽ virtutẽ ſuam exercebat in puero,& per puerum in parentes.

ET ZACHARIAS PATER EIVS REPLETVS EST.] Vide(inquit Ambroſ.)quàm bonus Deus,& facilis indulgere peccatis.Non ſolùm ablata reſtituit, ſed etiam inſperata concedit. Ille enim dudum propter ſuam incredulitatem mutus, iam fidelis & obediens factus, non ſolùm locutus eſt,ſed etiam ſpiritu ſancto repletus prophetauit. Prophetauit autem,tum quia futura(idq; aliquando ſub verbis præteriti temporis, prophetarũ more)prædixit.priùs,quidem de Meſſia, deinde verò de Ioanne:tum quia præcedentiũ oracula Prophetarum prædicta de fœlicitate ac ſalute per Meſſiam Iſraeli obuentura, iamiam adimplẽda canit,ſpiritu prophetico intelligens & explicans huiuſmodi Prophetarũ vaticinia ſpiritualiter eſſe accipienda de ſalute vera,quæ in peccatorũ conſiſtit remiſſione.Itaq; hoc ſuo cantico primùm quidem canit laudandũ Deum ob redẽptionẽ ſecundùm promiſſiones Dei factas partim per prophetas,partim ad patres,iam per Meſſiã præſtitam, cùm declaratione miſericordiæ ſimul & veritatis ipſius, idq; in bonũ tum defunctorum olim patrum, tũ noſtrum qui adhuc viuimus. Deinde verò de nati iam recenter filij ſui Ioannis officio prophetat, nempe quòd præceſſurus ſit Dominũ,vt cognitione veræ ſalutis populũ imbuat,quæ in remiſſione peccatorũ conſiſtat per Dei miſericordiam conſequenda. Dicit ergo: *Benedictus dominus Deus Iſrael*. Proq; *benedictus*, Græcis eſt εὐλογητος, quod propriè eſt laudandus, vel benedicendus. Vnde noſtra litera ſic accipi debet:Benedictus eſt Dominus, vel,benedictus,id eſt laudatus eſſe debet Dominus, &c. Dicit autem Dominum Deũ Iſrael:quãuis omniũ eſſet gentiũ Deus,quod ab Iſraelitico populo ſingulariter agnoſceretur,& coleretur, idq; in typum populi qui ex gẽtibus omnibus Deũ per Chriſtum erat agniturus,qui iam verior Iſrael dicitur, cuius peculiariter Dominus eſt Deus. Porrò Deũ viſitare hominem,in ſcripturis quandoq; in malã,quandoq; in bouam partem ponitur. Et in malam quidem partem,viſitare eſt caſtigare,punire,& vindicare.vt,Viſitabo in virga iniquitates corũ.In bonam verò partem, eſt corũ qui neglecti viſi ſunt ab ipſo habiti, ſe memorem declarare, eosq; beneficiis afficere,& à malis liberare:quomodo viſitaſſe dicitur Dominus Saram:& Iſraelitas dũ ex Aegypto liberauit. Viſitans(inquit Dominus Exodi 3.)viſitaui vos,&c.In bonam autem hic accipi partem ſignificatur, dum ſequitur: *Et fecit redemptionem*.At verò etſi & aliàs in bonum Deus populũ ſuum viſitauerit,nunc ſingulari ratione viſitauit, quia per filiũ ſuum in hunc mundum ad nos liberandos venit. Poteſt etiam intelligi Dominus nos viſitaſſe, quia per aſſumptam humanitatẽ ad nos venit,ſi per Dominum Deum Iſrael velimus accipere ſingulariter filij perſonam.

ET EREXIT CORNV SALVTIS NOBIS.] Cornu apud Hebræos frequenter pro gloria,regno & potentia accipitur, q̃ gloria & fortitudo animaliũ cornutorũ in cornubus ſita ſit. Cornu autẽ ſalutis Hebraico tropo poſitũ eſt pro cornu ſalutari aut fero. Itaq; iſtud cornu quidã intelligũt ipſum Meſsiã,vt intelligitur Deus erexiſſe in domo,hoc eſt,in familia Dauid cornu ſalutare, quia in ea naſci fecit Meſſiã,qui vẽturus eſſet hoſtes populi ſui,eosq; diſperditurus. Verùm ſimplicius intelligitur Deum erexiſſe in familia Dauid cornu ſalutare,eo quòd gloriam regni,& poteſtatẽ ſuperandi hoſtes populi Dei iam ademptam è familia Dauid, rurſus nouo modo reſuſcitauerit in Chriſto iam nato ex familia Dauid.Non enim ſecũdum ſcripturæ modum homo dicitur cornu ſed poteſtas eius & gloria Apparet autem Zachariã reſpexiſſe ad prophetiam illam Pſalmi 131. Illuc producam cornu Dauid.Eſt autem in hoc verſu auxeſis ad præcedentẽ.Plus eſt enim erectum eſſe cornu ſalutare,quàm datam plebi receptionem. De hoc eodem cornu prophetatur Ezech.29.In illo die pullulabit cornu domui Iſrael. Vbi pro,pullulabit,Hebaicè eſt germinare faciam,idem ſcilicet verbum quod eſt in prædicto loco Pſalmi, pro quo nos legimus,producam.Rurſum de hoc cornu eſt apud Micheam cap.4.Surge,& tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æneas:& comminues populos multos,& interficies Domino rapinas eorum.

SICVT LOCVTVS EST PER OS SANCTORVM.] Oſtendit hæc non caſu contigiſſe,ſed id nunc præſtitiſſe quod olim promiſerat per omniũ ora Prophetarũ.Dicit autẽ,*ſanctorum*,vt oſtendat ſe de his loqui qui ſancto afflati ſpiritu locuti ſunt.Et quia ſeculo ſunt; hoc eſt,qui fuerunt ab antiquis tẽporibus.Videtur enim loqui de prophetis illis quorũ prophetiæ ſunt in ſcripturis traditę,Vnde non poteſt, *à ſeculo*, accipi pro eo quod eſt,ab orbe condito.Sunt autẽ promiſſiones Dei de mittendo Meſsia duplices.Quædam enim ſunt factę à Deo per Prophetas in ſcripturis eorũ,& de his loquitur in hoc verſu:quædam vero ſunt factæ à Deo p ſeipſum ad patres, Abrahã,Iſaac, & Iacob, quas notat poſtea cùm dicit de teſtamento Dei & iureiurando.Porrò quę hic dicit Deũ iam adimpleſſe, priùs omnes Prophetę prelocuti ſunt, idq; variis in locis,nẽpe Deum viſitaturũ populum ſuum,redempturum eum, & producturum cornu ſalutis, idq;,in domo Dauid,vt ex multis locis patet.

SALVTEM EX INIMICIS NOSTRIS Accuſatiuũ hunc, *ſalutem*, quidam conſtruunt appoſitiuè,cũ,*cornu ſalutis*, vt ſit ſenſus:*Erexit nobis cornu ſalutis*: hoc eſt, erexit nobis ſalutem. Verùm quoniam dura videtur ea locutio, *erexit ſalutẽ*,rectius videtur ſecundũ alios cõiungẽdus accuſatiuus,cũ verbo,*locutus eſt*,vt ſit ſenſus: Sicut locutus eſt ſalutem per Prophetas,ita iam fecit redẽptionem.& erexit cornu ſalutare. Pẽrò accuſatiuus,*ſalutẽ*,hic accipi debet pro ſaluatione: alioqui enim durè coheret quod ſequitur,*ex* (hoc eſt, de)*inimicisnoſtris*. Sunt autem inimici noſtrri de quibus loquitur, Sátanas cũ impiorum ſpirituum copiis, affectus praui ſolicitantes ad ea quæ Deo ſunt inuiſa,poſtremũ homines impij, amãtes magis quæ ſunt huius mundi,quàm quæ Dei ſunt,per quos velut organa vim ſuã exerit diabolus.Ab his autẽ omnibus ſaluamur per Chriſtum in præſenti quidem ſeculo ſecundùm ſpiritum, in futuro autẽ etiã ſecũdũ corpus,& perfectius ſecũdùm ſpiritũ.

AD FACIENDAM MISERICORDIAM.Pro eo quod nos habemus,*ad faciendam & memorari*: Græcis vtrobique eſt in finitiuus ποιῆσαι & μνησθῆναι. Vnde rectius vtrũq; ſimiliter verſ-

tiſſet,vt faceret miſericordiã, & recordaretur, hoc eſt,memorem ſe declararet.Referenda ſunt autem hæc ad ea quæ præcedunt verba *viſitauit, fecit redemptionem & erexit cornu*. Explicat enim finem ob quem hęc Deus fecerit,& primùm quidem oſtendit Deum hæc feciſſe propter patres iam defunctos,vt erga eos ſuam tum miſericordiam,tum veritatem ſeruaret.Nam veritatem Dei notat dum dicit,& *memorari*:&c. Deinde oſtendit hæc item feciſſe in bonum noſtrum, cùm ſubdit: *Daturum ſe nobis vt ſine timore*: &c. Verùm obſcuritatem facit dictio,*iuſiurandum*,quæ cùm ſit accuſatiui caſus,vt patet ex Græcis,non videtur cum quo conſtrui debeat. Vnde Oecolampadius in Theophyl. verſione indicat ſubintelligendam præpoſitionem κατὰ. Vertit enim,*iuxta iuſiurandum*, quidam verò addit verbum, *præſtaret*, vertens hoc modo: vt *memor eſſet teſtamenti ſui ſancti, præſtaretque iuſiurandum*, &c. Verùm rectius dicetur, accuſatiuum hunc conſtruendum cum verbo μνησθῆναι, memorari,& Euangeliſtam hic rurſum Hebræorum more mutaſſe verbi conſtructionem, cùm vtramque admittat,quemadmodum fecit in Cãtico marię. Atquę hoc modo ſatis patet etiam intellexiſſe Theophylactum ex commentariis. Dicit enim: Cuius autem teſtamenti,& cuius iuriſiurandi quod Abraham factum ſit meminit. Itaque ſenſus eſt,vt recordaretur teſtamenti ſui,& recordaretur iuſiurandum quod iurauit ad Abraham. Accipitur autem hic teſtamentum ſimpliciter pro Dei promiſſione & pacto,quod proinde rectè ponitur ante iuſiurandum.Nam priùs Deus cum Abraham pactum iniit ſine iuramento,vt patet Geneſ.17.poſtea verò Geneſ.22.etiam iuramento pactum & promiſſiones confirmauit. Includebat autem pactum iſtud & iuſiurandum Dei quod benedicturus eſſet Abrahæ,quòd ſemen eius multiplicaretur ſicut ſtellæ cœli,& præualeret hoſtibus ſuis,quódque in ſemine eius benedicendę eſſent omnes gentes.Quę omnia per aduentum Chriſti impleta eſſe conſtat. Dicitur autem Deus cùm patribus feciſſe miſericordiam,tum quia ſua benignitate præſtitit poſteris eorum quę illis promiſſa erant, tum quia & ipſi defuncti Patriarchæ participes eſſent redemptionis per Chriſtum factæ,& ab illis diu expectatæ,ſecundùm illud Zachariæ 9.Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu in quo non eſt aqua.Iam quod ſequitur: *daturum ſe nobis*, ſecundùm noſtram quidem lectionem omnino videtur coniungendum cum verbo,iurauit, vt ſit ſenſus:Iuramentum quod iurauit ſe daturum nobis. Verùm præterquam quod locutio hæc non ſit ſatis apta(non enim aptè ſatis dicitur quis dare iuramentum quod iurauit) etiam apud Græcos manifeſtè conſtat non cum mox præcedentibus debere coniungi,ſed cum ſequentibus. Sic enim habent Græca,τὸ δοῦναι ἡμῖν, ἀφόβως, ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ῥυσθέντας, λατρεύειν αὐτῷ,&c. Vbi τοῦ articulus, quem non videtur legiſſe noſter interpres,infinitiuo præpoſitus manifeſtè conuincit non poſſe cum verbo,*iurauit* conſtrui,ſed ſubintelligendum ἕνεκα, & nouam hic eſſe ſententiam, infinitiuumq; hunc referendum ad illa præcedẽtia verba,ad quæ referũtur ποιῆσαι & μνησθῆναι, Incipit enim hic oſtendere quomodo & propter nos qui viuimus redemptionem hanc Deus fecerit. Proinde quamquam hoc grammatica Latina non benè admittat, tamen vt habeatur aptus ſenſus & ſenſu Euãgeliſtæ,præſtat ab illis verbis, *daturum ſe nobis*, noua incipiatur ſententia,& exponatur pro eo quod eſt, vt ipſe daret nobis,ſicut *memorari*,exponi debet pro,vt memoraretur.Quid autem daret nobis?Nimirum, vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus ei,vel vt potius vertendum erat,ſeruiremus ei.In hoc autem verſu illud, *ſine timore*, potius coniungendum cum verbo, *ſeruiamus*, quã cum participio,*liberati*,vt ſit ſenſus: Vt nos liberati de manu,id eſt,poteſtate hoſtium noſtrorum,deinceps ei ſeruiamus liberè & ſine timore omni.Deinde verò explicatur qua in re Deo ſeruire debeamus,nempe quòd non in ſola corporali adoratione,& externo cultu, neq; in cęremoniis legalibus ſed potiſſimùm in ſanctitate & iuſtitia. Ad excludendum autem omnem fictionem in ſeruiendo Deo,adiecit,*coram ipſo*.quo ſimul ſignificatur debita in ſeruiendo Deo reuerentia, quaſi ſcilicet illo ſemper præſente.Et quoniam non ſufficit ad tempus Deo ſeruire, adiecit, *omnibus diebus noſtris*. Itaque ex his verbis colligere licet conditiones gratiæ Dei,quæ per incarnationem Chriſti nobis viuẽtibus obuenit,quas ſuo ordine pulchrè hic contexuit ſpiritus ſanctus.Prima eſt libertas,propter quę primò dicit,*vt liberati de manu inimicorum*. Secunda eſt,ſeruitus Dei,vnde dicit,*ſeruiamus ei*.Non enim ſic gratia Dei liberat, vt ab omni exuat ſeruitute,ſed ſeruitutẽ fœliciter mutat,ſeruilẽ & illiberalem ſeruitutem commutando ſeruitute libera & generoſa.Tertia eſt,excluſio timoris ſeruiilis, vnde dicit,*ſine timore*,ſcilicet ſeruili,in quo priùs ſeruierunt Deo Iudæi. Quarta, ſeruitutis qualitas mundiſſima & æquiſſima,vnde dicit.*In ſanctitate & iuſtitia*.Quinta,excluſio omnis fictionis,quare dicit: *Coram ipſo*. Sexta, perſeuerentia iugis in ſeruitute Dei,quare concludendo dicit: *omnibus diebus noſtris*.In quibus omnibus præter ordinem eorum quæ in nobis operatur gratia Chriſti oſtenditur gratiæ Chriſti perfectio, eiusq; à veteri lege diſtinctio.In veteri enim lege,quoniam non erant liberati de manu inimicorum,non poterant Deo ſeruire ſine timore,neque ſeruierunt potiſſimùm in iuſtitia &ſanctitate,ſed in externis maximè ceremoniis & ſacrificiis:quare non tam coram Deo,quàm coram hominibus illi ſeruierunt:hoc autẽ modo nõ ſeruierũt omnibus diebus,ſed certis diebus à lege præſcriptis.Porrò pro,*ſanctitate*,non eſt hic, ὁσιότητι, ſed ὁσιότητι,quod potius ſignificat pietatẽ, virtutẽ qua debita reuerẽtia Deo parẽtibusq; defertur.Itaque inter ſanctitatẽ & iuſtitiã hoc loco illud intereſt,q̃ ſanctitas,dicitur erga Deũ,iuſtitia verò erga homines,dum vnicuique quod iuſtũ eſt,defertur,

ET TV PVER PROPHETA ALTISSIMI VOCABERIS.] Conuertitur iamin ſuo vaticinio ad filium,quem quia alloquitur,intelligunt Ambroſ.& Theophylact. etiam iam in quero fuiſſe vſum rationis,& patris verba intellexiſſe. Et Caietanus nonnullum hinc argumentũ ſumi poſſe putat,quòd probetur vſum rationis Ioanni in vtero diuinitus conceſſum deinceps ſemper in ipſo permanſiſſe.Verum ſimplicius fuerit dicere Zachariã puerum etiam non intelligentẽ allocutum more prophetarum. qui etiam irrationabilia & futuros quaſi iam præſentes alloquuntur, idq̃ ad inſtructionem audictium & legentium.Ad quem modum intelligit Beda.Reddit autem Zacharias rationem ob quam vocandus ſit Ioannes propheta Dei:*Præibis enim*,inquit,*ante faciem*,&c.Quæ quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dē ratio apta est,& conueniēs. Nā parando vias Domini,dicere debebat tiā appropinquasse regnū cœlorū,& mox post se venturū fortiorē se,qui baptizaturus esset in spiritu sancto. Deinde parando vias Domini,digito cōmonstrare debebat eum quē à solo spiritu sancto didicerat esse filium Dei,qui tolleret peccata mundi. Hæc autē omnia manifestè ostēdunt,cum prophetico spiritu afflatum fuisse. Porrò per vias Domini,quidā (inter quos Theophylactus) intelligunt animas hominū,in quibus incedit Dominus. Has itaque præparauit præcursor,vt in eis Christus ambularet. Alij verò vias has aliter explicāt. Verùm simplicius est hanc orationem, *parare vias Domini*, per tropum accipere, vt quid tota ratio significet explicetur, nō autem pro quo singulæ dictiones accipiātur, vt sit idē quod abiicere quicquid aduenienti Domino possit esse offendiculo, & efficere vt ab hominibus facilè recipi possit: quemadmodū vulgò serui ante suos dominos gradientes,lapides,ligna,& quicquid eiusmodi viā Domini remorari aut inexpeditā reddere possit,remouēt. Itaq; præparat Ioānes vias Domini,quia hominum vitia,falsamque sanctitatis ac iustitiæ persuasionē redarguēs,ad pœnitentiā veteris vitæ inuitauit,& quia docendo omnes esse peccatores,peccatorumque remissionē sola Dei gratuita misericordia per venturum post se Messiā præstandam fore, omnes ad suspiciendum venturum Messiam prędisposuit. Proinde explicaturus quomodo Ioannes paraturus esset vias Domini,adiecit:

AD DANDAM,&c.] Sensus enim est: Præibis ante Dominum vt pares vias eius,hoc est,vt des scientiā salutis plebi eius. Nō quidem vt des salutē populo Dei,quæ præstanda est per Messiam,sed vt facias populū Dei cognoscere quæ sit vera salus, & qua in re sita sit. Porrò per salutem hic intelligit Theophylact. Christū,cuius cognitionē Ioānes Iudæis dedit indicādo. Et quod sequitur, *in remissionē*,vel,vt habent Græci,*in remissione*, cōiungit cū *scientiā*,vt significetur cognitionē Christi accessisse hominibus per remissionem peccatorū. Ex hoc enim cognitus est esse Deus & Messias,ꝙ peccata remisit,& eo signo demōstrauit Ioānes Iesum esse Messiā,quia ipse tolleret peccata mūdi. Verùm rectius per salutē intelligimus saluationē per Christū conferendam,& illud,*in remissionē*, coniungemus cū genitiuo,*salutis*,vt significetur salus hæc,cuius cognitionem illaturus erat Ioannes, consistere, in remissione peccatorū, si legatur, *in remissione*, vt habent Græci, Autem salutē parari per remissionem peccatorum. Sic enim & nostra litera intelligi potest & Græcorum. Nam Hebræorum phrasi,*in*,frequēter in scripturis pro,per,accipitur siue cōstruatur cū accusatiuo,siue cum ablatiuo. Sunt autē qui illud *in remissionē*, coniungentes cum *ad dandam scientiā*,sic intelligunt: vt tu des scientiā salutis, ad hoc vt consequātur tandē,per Christū scilicet,remissionem peccatorū suorū. Verùm cùm hunc sensum Græca habere non possint,alteriā dictus sensus præferendus est. Significatur itaq; Ioannē docturum populum salutem nō per circuncisionē,aut per legem,aut per maiorem sanctitatem, quemadmodum Iudæi sibi persuadebant parari,sed per remissionem peccatorum,quibus nemo omnino caret. Deinde vt ne remissio peccatorum ex circuncisione,lege, propriisque operum meritis parari posse putetur, mox adiecit, *Per viscera misericordiæ Dei nostri*, significans remissionem peccatorum contingere per Dei misericordiam, eamque non simplicem,sed profundam,intimamac præ nimia charitate nobis commiserentem. Quoniam enim ardenti aliquem amore prosequens conspecta illius miseria commouetur in visceribus suis super eo (sicut in 3. Regum 3. legitur matris viscera commota fuisse super filio) hinc in scripturis per viscera significatur affectus misericordiæ, & compassio ex vero proficiscēs amore. Sic & 1. Ioan. 3. cap. Rursum vt explicaret per qualem misericordiam cōsequamur peccatorum remissionem (nam variis modis Dei misericordia potuisset peccatorum remissionem præstare) adiecit, *in quibus* (hoc est, per quæ viscera) *oriens nos visitauit ex alto cœlorum habitaculo*: significans per solam eam misericordiam nos consequi remissionem, per quam pater filium suum misit in mundum. Porrò dictio, *oriens*, non potest hic accipi vt sit participium, sed vt sit nomen substantiuum. Est enim Græcis ἀνατολὴ. Accipitur autem pro Messia, & omnino respexisse videtur ad illud Zachariæ, Ecce vir, oriens nomen eius. Et ea. 7. Ecce ego adducam seruum meum Orientem. Quibus locis Septuaginta verterunt etiam ἀνατολὴν. Sed & Malachias de hoc Oriente prophetat cap. 4. dicens, Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Et Isaiæ 60. Super te orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Verùm notandum, quòd duobus istis locis Zachariæ, quibus in nostra litera Messias dicitur oriens, dictio Hebraica non significat idem quod ἀνατολὴ, vel oriens, si hæ dictiones accipiātur sicut tribuuntur soli orieti. Ponitur enim apud Hebræos dictio tsemach, quæ pro Messia apud prophetas tribus aliis locis accipitur, vt Isaię 4. In die illa erit germen Domini in magnificentia. Ieremiæ 23. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, &c. Rursum 33. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, &c. In priori autem loco Ieremię Septuaginta similiter verterunt, sicut apud Zachariam dictionem ἀνατολὴ, in posteriori verò verterunt βλάστος, quod est germen. Itaque videri posset, Septuaginta dictionem ἀνατολὴ, nō accepisse in his locis vt tribuitur soli, sed vt tribui potest germini ex terra nascenti & orienti, sicut ipsum verbum vnde nomen hoc deriuatur, frequenter ponunt pro germinari & nasci, vt Psal. 84. Veritas de terra ἀνέτειλε, orta est, hoc est, germinauit. Vnde & Zacharias ille videri hic potest, si Hebraicam spectemus veritatē, magis respexisse ad testimonia illa ex Malachia & Isaia citata, quàm ad loca illa Zachariæ. Nam ex sequentibus, dum dicitur, *illuminare*, &c. satis patet eum vocare Messiam Orientem, quod ad similitudinem solis venerit illuminare hunc mundum. Cùm autem, vt iam dictum est, *oriens* sit nomen substantiuum, illud, *ex alto*, non cum, *oriens*, sed cum verbo *visitauit*, construendum est.

ILLVMINARE HIS QVI IN TENEBRIS, ET IN VMBRA MORTIS SEDENT, &c.] Pro illuminare, Græcis est ἐπιφᾶναι, quod potest esse & imperatiui modi & infinitiui, vt sit idē quod illucesce vel illucescere. Sic & verbum nostræ lectionis, *Illuminare*, potest esse infinitiuus actiuus, aut imperatiuus passiuus. Itaq; Caietanus accipiens vt sit imperatiuum, sic orationē putat esse ordinandam: Oriens ex alto, per viscera misericordiæ Dei nostri in quibus visitauit nos, illucesce his qui in tenebris sedent. Verùm cùm hęc cōstructio dura sit, & illud, *ex alto*, omnino videatur construendum cum, *visitauit*, patet potius suppositum verbi, *visitauit*, esse nomen, *oriens*, quàm nomen, *Deus*. Et tamē noster interpres videri potest verbū *illuminare*, accepisse in imperatiuo, eo quòd cōstruxit cū datiuo, sicq; ab hoc verbo deberet intelligi incipere nouam sententiā, & canticū illud per orationem esse terminatū. Verùm rectius per infinitiuum intelligitur, estq; sensus nostræ literę, *oriens visitauit nos illuminare*, hoc est, vt illucesceret his qui sedent in tenebris. Debet enim actiuū *illuminare*, accipi pro neutro illucesco, alioqui enim accusatiuū exegisset. Nec significat verbū Græcū illuminare aliquos, sed illucescere, & apparere. Porro oratio hæc; *vmbra mortis*; quam variè hic diuersi interpretantur, locutio est Hebraicæ linguæ propria, qua propriè quidem significantur tenebræ sepulchri & inferni, quòd eas mors adferat & inducat; frequenter tamen generaliter significat ea oratio tenebrarum quarumuis intentionem & densitatem. Sicut autem tenebrarum nomine in scripturis metaphoricè significantur nunc tribulationes & aduersitates, nunc ignorantię errores & peccata: ita etiam hac oratione, *vmbra mortis*, & pro inferni quidem tenebris accipitur. Iob. 3. Dies ille vertatur in tenebras. Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis & cap. 10. Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, &c. vbi vmbra mortis, & nullus ordo, &c. Pro afflictionibus verò, in Psal. Si ambulauero in medio vmbræ mortis. Pro ignorantia ac peccatis, Isaiæ 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Habitātibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Proinde non rectè explicāt quid sit vmbra mortis, qui hic peccatum dicunt vocari vmbrā mortis, quòd sit mortis quædam similitudo: sicut nec qui in Psalmis dicūt vmbram mortis significare afflictiones, quòd illæ imaginem quandam mortis præ se ferant & ostentent, cùm his modis non explicetur rectè locutionis huiusmodi ratio. Videtur autem hoc loco Zacharias ad locum iam dictum Isaiæ respexisse, ac proinde per tenebras & vmbram mortis intelligere crassam hominum ingnorantiā in qua detinebantur ante Christum. Quidam tamen volunt per tenebras & vmbram mortis, hic designari tenebras illas in quibus fuerunt defuncti patres in limbo, cui sententiæ suffragari videtur verbum, *sedent*. Illi enim verè sedebāt in tenebris, quia ab omni actione inter homines quiescebāt. Verùm quia præcedit, *visitauit nos illuminare*, &c. & sequitur, *ad dirigēdos pedes nostros*; satis patet illuminationem hanc potius referendam ad viuentes quàm ad defunctos. Rectè autem etiam viuentes dicuntur in tenebris sedisse, ad significandum quòd nō potuerunt propter ignorantiarum tenebras rectè ambulare, sed coacti fuerint à conuersatione iusta supersedere & quiescere. Ad quid autem Christus venerit illuminare sedentes in tenebris, explicat cùm subiicit:

AD DIRIGENDOS PEDES NOSTROS IN VIAM PACIS.] Non enim sufficiebat illuxisse obtenebratis, sed ad hoc eis illuxit, vt qui propter tenebras sedebant, viamque pacis in qua ambularent non cognoscebant, iam illuminati dirigerent pedes animi, hoc est, affectus & actiones ad viam pacis, hoc est, ad viam iustitię & conuersationem iustam. Hæc enim via pacis dicitur, quia per eam & in præsenti vita pax cum Deo, hominibus, atque cum ipsis nobis paratur, & in futura vita securissima ab omni malorū metu tranquillitas.

PVER AVTEM CRESCEBAT, &c.] Ostēdit Lucas quàm probè tam miris rerum exordiis progressus respondent, complectens breuiter historiam quę est de Ioanne vsque ad tempus prædicationis eius. Puer (inquit) crescebat iuxta staturam corporalem, & cum augmento corporis etiam magis ac magis confortabatur secundum spiritum & mentem, vel confortabatur à spiritu diuino. Iamque augmentum aliquod corporis cōsecutus, & spiritu confortatus, relictis paternis ædibus, ab omni hominum frequentia se subducens, secessit in desertum, vt ne minimum labis contraheret ex vulgi commercio qui fuerat in vtero sanctificatus, & vt neminem reueritus, liberè quemuis reprehenderet. Deinde vt multis annis soli contemplationi & colloquio cum Deo vacans, rigidamque vitā degens, idoneus fieret & testis aduenientis Messiæ, & prædicator pœnitentię. Itaque in deserto ad multos annos latitabat & silebat, vt suo tempore maiore cum autoritate & fructu prodiret & loqueretur. Nec priùs ad prædicandum accessit quàm iam venisset tempus quo visum fuit Deo ostendere illum populo Israelitico: vnde subiecit; *vsque in diem ostensionis suæ ad Israel*; hoc est, in diem quo demonstrandus erat Israelitis. Hic autem fuit annus vitæ eius vicesimus nonus vt patet ex eo quod sequitur: Anno decimoquinto Tiberij Cæsaris, &c. Docemur autem Ioannis exemplo, cum qui prædicatoris munus obiturus est, primùm longa cōtemplatione discere, vitęque exercitatione præstare debere quod docturus sit, & ab aliis exacturus. Deinde non se ad id munus cùm ipsi videbitur ingerere, sed tum primùm ad id accedere, cùm id intellexerit Deo visum, illiúsque iussionem & impulsum expectare debere. Deinde & quàm alieniissimum esse debere à moribus vulgi, qui illius mores peruersos sit reprehensurus.

TEXITVR A MATTHÆO GENEALOGIA CHRISTI. MATTH. I. CAPVT VI.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid,filij Abrahā. Abrahā autē genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam,& fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autē genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmō. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboā. Roboā autem genuit Abia. Abia autem genuit Asa. Asa autē genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam. Ezecias autem genuit Manassem. Manasses autem genuit Amō. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis.Et post transmigrationē Babylonis,Iechonias genuit Salathiel:Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autē genuit Abiud. Abiud autē genuit Eliacim.Eliacim autē genuit Azor. Azor autē genuit Sadoc.Sadoc autem genuit Achim. Achim autē genuit Eliud.Eliud autem genuit Eleazar.Eleazar autē genuit Mathan.Mathan autem genuit Iacob.Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ,de qua natus est Iesus qui vocatur Christus.Omnes itaque generationes ab Abrahā vsque ad Dauid generationes quatuordecim.Et à Dauid vsque ad transmigrationē Babylonis, generationes quatuordecim.Et à trasmigratione Babylonis vsque ad Christum,generationes quatuordecim.

LIBER GENERATIONIS IESV CHRI A
STI FILII DAVID FILII ABRAHAM.]Dubitabit hic quispiam cur liber iste intituletur liber generationis,cùm nō solùm nec principaliter de Christi generatione hic tractetur,sed de eius prædicatione, conuersatione & passione. Ad quod respondet Nicolaus de Lyra,Hebræorū more librum hūc intitulatum ab eo quod in eius exordio cōtinetur. Nam(inquit)Hebræorū mos est libros appellare ab eorum principiis, sicut primus scripturę sacrę liber dicitur Genesis,alter Exodus,& alius Numerorū. Verùm hæc solutio in multis deficit.Primùm enim verum non est,Hebræos appellare libros suos ab eo quod in principio libro B
rum tractatur,sed vel à prima dictione à qua liber incipit,sicut fit in quinq; libris Moysi.Nā Genesim vocāt Beresith,Exodū Vellesemoth,& sic de aliis. Vel à rebus de quibus in ipsis libris tractatur: sic quosdā libros vocādi Iudicum,Regum, Verba dierum,Parabolæ. Vel ab ipsis authoribus,vt patet de libris prophetarū.Deinde primus Pētateuchi liber nō dicitur Hebręis Genesis,nec secūdus Exodus, vt patet ex dictis,sed hæ sunt Græcorū appellationes. Vnde potius dicendum erat,Græcorū more librum hunc à Matthęo intitulatum. Quod tamen ipsum etiā rectè nō diceretur,Non enim Matthęus hoc suum Euāgelicum voluit vocari librum generationis,cùm nemo hactenus sic Euangelium istud C
vocauerit, neq; istud quasi titulum totius libri præposuit,cùm titulus totius libri sit,*Euangelium secundum Matthæum*.Vnde non rectè etiam quidam Græcus sic dicit librū hunc vocatum,quòd omnis conuersationis Christi caput & principium fuerit generatio ipsius,qua facta,omnia quæ post facta sunt,suo ordine consequātur.Nō enim,vt dictum est,tanquam titulum & inscriptionem huius libri Euangelista istud præmisit,cùm sit libri ipsius pars aliqua,sed potius tanquam proœmium, nō totum quidem respiciens librum,sed libri principiū. Vult enim hoc proœmium tantùm significare quid in principio iam dicturus sit,quod deinde reliqua de Christo dicēda ordine congruo sequātur. Sicut & Marcus auspicatus suum Euangelium hoc modo: *Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei*; non voluit illud libri sui esse inscriptionem,sed proœmiū,quo quid in principio dicturus esset,& vnde auspicaretur luā historiam,insinuaret.Ita & Moyses,quē hic imitatus videtur Matthęus,cap. 5.Gen.Hic(inquit) est liber generationis Adam.Non tamen voluit huiusmodi sermone insinuare nomen illius libri, sed tantùm quid illo capite esset, narratur. Quòd vt melius intelligatur,annotandū dictionem Hebraicam ספר Sepher, cui correspondet βιβλίον,id est ber,non tantum id significare quod apud nos prię dicitur liber,sed omnem scripturam etiam & enarrationem.Deriuatur enim à verbo ספר Saphar,quod narrare aut numerare significat. Vnde illud Gen. 5.Rabbi Dauid etiam hoc modo exponi posse putat,teste Pagnino:Hæc est enarratio generationis Adam.Et Iere. 32.instrumenta illa qui A
bus cōfirmabatur emptio agri,vocātur libri,hoc est,scripturæ.Inde est & quod dicimus libellum repudii,cùm propriè non esset libellus, sed charta tantùm,in qua dabatur mulieri potestas nubendi alteri marito.Ita & principium huius sui Euangelij vocat Matthæus librum generationis, quòd sit scriptura,in qua describitur ab alto petita Christi genealogia,aut ꝙ sit enarratio genealogiæ Christi.Et benè quidem,sicut de veteri Adam dictum fuit à Moyse:Hic est liber generationis Adam: ita hic de Christo dicitur: *Liber generationis Iesu Christi*;vt ostenderetur hunc esse secundum Adamum,per quem secundò essemus nascendi,& qui B
dem felicius quàm ex primo.Quanquam simplicius videri possit hoc genere locutionis vsu,quòd Hebræi,qui diligenter solebant suas genealogias conscriptas seruare,sic soliti essent genealogiarum inscriptionem auspicari.Sicut ergo nomen, liber, hic impropiè accipitur pro scriptura,descriptione enarratione,aut,vt vertit quidā,enumeratione:ita & nomē generationis impropriè accipitur pro genere aut genealogia,hoc est, maiorum serie, cùm propriè significet gignēdi actionem,sicut & Græca dictio γένεσις,quę significatio proposito nō cōuenit.In eo autem quod dicit;Iesu Christi,nomen Iesus,nomen est personę:Christus verò,nomē est dignitatis,& accipitur hic pro singulari illo Christo quem omnes Iudęi tunc expectabant.Nam alioqui nomen,Christus,nomē est generale, significans omnes reges,prophetas, & sacerdotes vnctos.Hoc itaq; nomine addito distinguit Iesum,de quo loquitur, ab aliis qui eodē nomine nominati fuerunt.Hanc autem genealogię Iesu Christi descriptionē ideo Euangelista posuit in principio,vt Iudęis quibus primùm scribebat,ostenderet hunc ex semine Dauid natum esse,ex cuius semine Christum sciebant secundum Dei promissiones nasciturum.Nam,vt ex Euangeliis patet, ob id Iudei Iesum pro Messia recipere noluerunt,quod ex semine Dauid & in Bethlehem natū nō putauerūt,eò quòd Dalileus esset & Nazareus. Proinde dicebāt:Nōne ē semine Dauid,& de Bethlehē castello vbi erat Dauid,venturus est Christus?&:Scrutare scripturas,quia à Galilęa propheta nō surgit.Itaq; primo quidem hoc capite ostendit eum esse natum ex semine Dauid:secūdo verò capite,in Bethlehem natū ostendit,simulque quòd ex accidēti quodam & propter mysterium factum est, vt in Nazareth educatus Nazareus diceretur. Ob hāc ergo causam statim in principio vocat eum filium Dauid,quòd hoc audire sciret gratum esse Iudęis, quodque id iam genealogiæ descriptione ostendēdum susceperisset. Quod autem adiecit: FILII ABRAHAM;nō nihil habet ambiguitatis.Potest enim hic esse sensus:Filii Dauid, qui Dauid fuit filius Abrahę.Potest & sic accipi; Iesu Christi filii Dauid,& filij Abrahæ;vt subintelligatur cōiūctio, &,significeturq; Christū vtriusq; fuisse filiū: quomodo si accipiatur,dicendū ob id meminisse Euāgelistam horum duorum tantummodo: quia his

duobus

duobus potissimum facta est promissio de Christo A
ex ipsis nascituro. Abrahę quidem,cùm dictum est In semine tuo benedicentur omnes cognationes terræ.Dauidi verò,cùm dictum est:De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Ideo autem priorem Dauidem nominat,tum quò commodius, citráque repetitionem genealogiæ series texeretur. quam causam affert Hierony. tum quòd Dauidis esset apud Iudæos reuerentior & celebrior memoria, vt affert Chrisost. aut potius quòd Christus Abrahæ filius non esset nisi per Dauidem. Prior tamen sensus verisimilior videtur,nō solùm quòd iam coniunctio subintelligenda non erit,sed etiam quia nulli Iudæorum vnquam dubitauerunt an Iesus esset filius Abrahæ:& quia ex eo quod dictum est Iesum esse filium Dauid,statim cōsequitur etiā B
esse filium Abrahæ.Dicit autem Dauidem esse filium Abrahæ,vt iam deinceps aptè subiungeret Christi genealogiam,quam ab Abraham auspicari decreuerat.Porro cùm scriberet Hebræis suum Euangelium,ideo ab Abraham incipere voluit genealogiam,tum quòd ille pater esset Hebræorum, in quo tanquam gentis suæ autore semper gloriabantur,& à quo semper soliti essent texere suas genealogias:tum quòd ipse primus acceperit promissiones de nascituro ex ipso semine,in quo benedicerentur omnes gentes.

IACOB AVTEM GENVIT IVDAM ET C
.]Priùs quidem non dixit; Abraham genuit Isaac & fratres eius. Nec rursum Isaac genuit Iacob & Esau;hic autem adiecit,*& fratres eius*,idque in gratiam Iudæorum quibus scribebat, quia scilicet à duodecim filiis Iacob Hebræi descenderunt,fueruntque vnus populus; ex quo Christus nasciturus expectabatur.

IVDAS AVTEM GENVIT PHARES ET ZARAM DE THAMAR.]Inquirendum priùs quare Zaræ mentionem faciat,deinde quare ipsius quoque Thamar, & aliarum trium mulierum,scilicet Rachab,Ruth, & eius quæ fuit Vrię, Itéque Zaræ mentionem facit, quòd vno partu cùm Phares genitus esset cum mysterio magno ad D
Christum pertinente.Significat enim historia partus illorum sacramentum magnū,secundum Theophylactum.Nam sicut Zara ostendit quidem primum manum, & retraxit, deinde Phares egresso tunc & ipse integrè exiit:ita quoque Euangelicæ vitæ pars quidem temporibus Abraham apparuit: qua retracta, processit legalis,& post hanc perfectè apparuit Euangelica,coccino, hoc est,sanguine Christi signata. Itaque cùm Phares Zaram posuit,quasi typum populi Christiani. Nam Phares Israelitici populi typus erat. Quamuis autem simile mysterium esset in filiis Isaac vno etiam par E
tu editis,tamen quoniam Esau cum sua posteritate non pertinebat ad eum populum ex quo expectabatur Messias, ideo illum omisit. Cæterùm quatuor illarum mulierum meminit,quarum duæ illicito concubitu viris coniunctæ sunt,duæ ex gentilitate assumptæ & conuersæ,tum vt manifestum faceret Christum non dedignatum ex talibus nasci parentibus,quod venisset peccatores saluos facere,& gentiles idololatria relicta populo Dei ascribere,sueque gratiæ participes facere:tum quia mulieres illæ viris suis coniunctę erant nouo quodam accidenti sacris scripturis diligenter explicato,propter mysterium ad Christum pertinens.

Fuerunt enim mulieres illæ figura Ecclesię ex gentibus congregandæ. Simul autem docemur nō de progenitorum peccatis ,sed de propriis erubescere,neque de maioribus gloriari, sed propriæ curam habere virtutis,neque eos repellere qui ab iniquitatibus ad fidem accedunt.

SALOMON AVTEM GENVIT BOOZ DE RAHAB, BOOZ AVTEM GENVIT OBED EX RVT.]Putat Nicolaus de Lyra,Booz patrem Obed nō fuisse filium Salmō immediatum sed fuisse duos intermedios eodē nomine appellatos,& sub illo nomine simul comprehensos.Quòd tamen non eo potest conuinci argumēto,quo ipse vtitur.Siquidem illud probat ex eo quòd Booz teste Iosepho genuit Obed ex Ruth tępore Heli sacerdotis.A tempore autem Iosue cuius tempore Salmon Rahab duxit vxorem,vsq; ad Heli intercessit tempus circiter trecētorum annorū,vt patet computādo tempora Iudicum intermediorū. Nō potuit ergo Salmon esse immediatus pater illius Booz qui genuit Obed,nisi quis fateri vellet,Booz trecentorum ferè annorū genuisse Obed,quod absurdum omnino videtur.Verùm hęc argumētatio nihil cōcludit cū nitatur præsuppositio manifestè falso,nempe quòd tępore Heli sacerdotis contigerit historia Ruth:quemadmodum asserit Iosephus 5.antiquitatum.Id enim falsum esse vel ex ipso Iosepho apertè constat.Secundū eum enim Heli præfuit 40.annis vt patet etiam 1.Reg.4. Samuel autem secundum Iosephum præfuit 12.annis,Saul verò 20.Dauid autē cùm post mortem Saulis regnare cœpisset,30.erat annorum. Nam regnauit 40. annis,vixitq; 70.annis, fuit ergo natus anno secūdo Samuelis.Porro cùm ipse inter octo fratres iunior esset,consequens est ipsum Isai fuisse genitū ex Obed ante tempora Heli, aut saltem in principio principatus eius,etiam si fateamur eam genera re cœpisse anno 30.vitæ suæ.Multo igitur ante tempora Heli,Booz genuit Obed ex Ruth,quēadmodum & Hebræi fatentur,quorum plerique putant Booz fuisse vnum ex Iudicibus,qui alio nomine dicitur Abesan, Deinde cùm liber Ruth mox consequatur librum Iudicum, & in principio dicatur historiam contigisse,*In diebus vnius iudicis*, quando iudices præerant, manifestum satis, contigisse eam sub iudice aliquo in libro præcedenti descripto.Quanquam autem hoc Nicolai argumento non possit probari aliquos fuisse hic à Matthæo omissos, videtur tamen idem probari posse alio argumento.Nam ab introitu filiorum Israel in terram promissionis(post quem certum est Salmon accepisse Rahab in vxorem,& quidem non multo post introitum)vsque ad natiuitatem Dauidis fuerunt anni 366. Quod patet. Nam, vt dicitur 3. Reg. 6.ab egressu ex Aegypto vsque ad annum quartum regni Salomonis,quo fundatum est templum,fuerunt anni 480.Tollendo autem ab hoc numero 40.annos,quibus populus fuit in deserto, & 50.annos, quibus vixit Dauid, cum 4.annis regni Salomonis,remanet anni 66.quos nō licebit inuenire in illis quatuor,Salmon,Booz, Obed, & Iesse ab introitu in terram vsq; ad natiuitatē Dauidis,nisi quis fateatur tres posteriores generasse circa 100.annum vitæ ipsorum,& Salmon genuisse Boos de Rahab 66.anno vel circiter post introitū in terram,ac proinde Rahab genuisse Booz anno vitæ suæ vltra 80.cùm ad minus 15.& amplius esset annorum,postquam à Salmon acciperetur in

vxorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

vxorem. Atque per hunc aliquem modum putat Alphonsus Tostatus tempus illud in quatuor illis fuisse impletum, magis hunc modum approbans, quàm vt asseratur hic aliquos à Matthæo esse omissos, eò quòd & apud Lucam, & in lib. Ruth, vbi à Phares vsque ad Dauidem genealogia texitur, & rursum in 1. lib. Paralip. cap. 2. non plures numerentur inter Salmon & Dauidem quàm hoc loco.

IESVS AVTEM GENVIT DAVID REGEM. DAVID AVTEM GENVIT SALOMON EX EA &c.] Quòd pater Dauid hic dicatur Iesse, cùm alibi dicatur Isai, non est intelligendũ eum fuisse binominẽ apud Hebræos. Vnum est enim apud eos nomen, quod secundum sua puncta legitur Isai, & quod paululum variãdo puncta, Septuaginta interpretes Græci semper verterunt ἰεσσαί, Iesse. Porro Dauid hic rex vocatur, quòd primus ipse esset rex in progenie Christi, quodq; primus esset rex in populo Israelitico, in cuius semine regnum diu permansit: & vult huiusmodi appellatione nõ solùm notare dignitatem prosapiæ Christi, sed etiam quòd sub Dauide cœperit esse nouus status in populo Israelitico, status scilicet regni, sicut in Abrahã cœpit originẽ circuncisio. Volens autẽ significare Bethsabee matrẽ Salomonis, non proprio eam appellauit nomine, sed circunlocutione eam designauit dicens; ex ea quæ fuit, Vriæ vt hac ratione in memoriã reuocaret & homicidiũ & adulterium Dauidis. Idq; non solùm propter generales illas causas, ob quas priùs dictũ est quatuor mulieres hic expressas, sed etiã vt ostẽderet summã Dei clementiam, quòd nõ solùm propter crimina illa Dauidis nõ reciderit promissionem factã illi de Christo, quemadmodum aliqui forsusp icabãtur, sed etiã Christum ex Dauide per eam mulierem nasci voluerit, cũ qua adulteratus erat; & propter quam homicidium perpetrauerat.

IORAM AVTEM GENVIT OZIAM.] Ex 4. Reg. & 2. Paralip. constat Ioram non genuisse Oziã immediatè, sed interceſſisse alios tres, Ioram enim genuit Ochoziã, qui alio nomine dicitur 2. Paral. 21. Ioachaz. Ochozias genuit Ioas; Ioas verò Amasiam, Amasias autem Azariam, qui alio nomine dicitur Ozias, binominis enim erat. Porro illos tres Matthæus non per errorẽ omisit, deceptus scilicet nominum similitudine quę est inter Ochoziam & Oziam. Nõ est enim inter hæc nomina ea apud Hebræos similitudo quæ apud nos, sed omnimoda dissimilitudo. Sed quia (teste Hieronymo) Euãgelistæ præpositũ erat tres tessaradecades in diuerso temporũ statu ponere. & Ioram generi se miscuerat impiissimæ Iezabel (Athalia enim filia Achab erat vxor eius) idcirco vsq; ad tertiam generationem memoria eius tollitur, ne in sanctæ nati uitatis ordine poneretur: Et quidẽ merito. Sicut enim Iehu, qui deleuit domum Achab, promeruit benedictionem à Deo vsq; in quartam generationem: ita & Ioram, quòd se miscuisset ethnico genari, maledictionem vsq; in quartam generationem. Dicit enim Dominus se visitare iniquitatem patrum vsq; in tertiam & quartam generationem.

IOSIAS AVTEM GENVIT IECHONIAM ET FRATRES EIVS IN TRANSMIGRATIONE BABYLONIS.] Ieconiam hunc nõ esse eundem cum eo qui postea dicitur genuisse Salathiel, ex duobus constat. Primùm, quia si idẽ sit, ergo vel in secũda, vel in tertia tessaradecade nõ erũt nisi 13. generationes. Si enim Iechonias cõnumeretur præcedentibus, in tertia solùm erũt tredecim. Si autem sequentibus, in secunda solum erunt similiter tredecim. Secũdò, quia illius Iechoniæ qui genuit Salathiel, nullius leguntur in scriptura fratres, sed vnus tantùm. scilicet Sedechias, 1. Paral. 3. cùm tamen certum sit Matthæũ fratrum Iechoniæ hic facere mentionẽ propter aliquid scriptũ de eis proposito suo cõueniens. Proinde sciendum Iosiæ quatuor fuisse filios, vt scribitur 1. Par. 3. vbi sic legitur: Filij autem Iosiæ fuerunt, primogenitus Iohanam, secũdus Ioacim, tertius Sedechias, quartus Sellum. In quarto autem Regum, & 2. Paralip. tantum fit mentio trium filiorum Iosiæ, qui post sese mutuò regnauerunt, scilicet Ioachaz, Eliacim, qui postea dictus est Ioacim, & Sedechię. Primogenitus enim Iohanan videtur mortuus fuisse ante patrem suũ Iosiã. Non enim ipse est qui in 4. Regum dicitur Ioachaz, & mox post Iosiam regnauit. Nam Ioachaz ille iunior erat ipso Eliacim, qui & Ioacim. Ioachaz enim cũ regnare cœpisset, 23. erat annorum, tantumq; tribus mensibus regnauit post quẽ à rege Aegypti constitutus est rex Eliacim: qui cùm regnare cœpit, 25. erat annorum. Senior ergo erat ipso Ioachaz, vt apertè etiam testatur Iosephus. Hic autem Ioachaz est, qui 1. Parali. 3. vocatur Sellum quartus filius Iosiæ, vt patet ex Hierem. 22. cap. vbi de Ioachaz sic dicitur: Hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ regẽ Iuda. qui regnat pro Iosia patre suo: qui egressus est de loco isto, non reuertetur huc amplius, sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur. Mortuus est enim in Aegypto, quò eum transtulit rex Aegypti. Nec obstat quòd Sellum dicatur quartus filius Iosiæ, cùm Ioachaz vt erat iunior ipso Eliacim, ita senior erat Sedechia, quod patet ex eo quòd Sedechias, qui plus quàm vndecim annis regnare cœpit post Ioachaz (ante eum enim post Ioachaz regnauit Eliacim 11. annis, & deinde Ioachim filius eius 3. mensibus) tamen cùm regnare cœpit, viginti solùm & vnius erat annorum. Istud inquam, non obstat, quia ideo Sellũ ponitur quartus filius, quòd paucis solùm mẽsibus regnasset, cùm Ioacim & Sedechias vterq; regnasset vndecim annis. Idem autem Ioachas, qui & Sellum, vocatur 3. Esdr. 1. Iechonias. Ibi enim eadem de Iechonia dicuntur quæ in 4. Reg. & 2. Paral. de Ioachaz. Non videtur autẽ de hoc Iechonia accipi posse, dum dicit Matthæus Iosiam genuisse Iechoniam & fratres eius. Ille enim non erat pater alterius Iechoniæ qui genuit Salathiel, nec ex illo Christus secundum carnem natus est. Proinde per primùm Iechoniam secundum Hieron. debet intelligi Eliacim, qui muta to nomine à rege Aegypti dictus est Ioacim, pater alterius Iechoniæ qui genuit Salathiel. Hic autem Ioacim ille est, qui cùm regnasset 11. annis, & rebellasset regi Nabuchodonosor, occisus est ab eo in Hierusalem, & sine sepulturæ honore proiectus extra portas Hierusalem, sicut hoc de eo prophetatũ erat priùs Hiere. 22. vbi sic dicitur: Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Hierusalẽ. Nec obstat huic quòd 2. Paralip. 36. dicitur Nabuchodonosor hunc vinctum catenis duxisse in Babylonem. Intelligendum enim, secundum Nicolaum, Nabuchodonosor priùs quidem eum catenis vixisse, ac statuisse eum ducere in Babylonem, postea verò mutato consilio eundem Hierusalem occidisse. Aut secundũ Alphonsum, ductum eum semel in Babylonem, ac deinde reductum in

Hierusalem

Hierusalem, ibiq; occisum. Huius autem filius qui proipso regnauit, dicitur in 4. Regum & 2. Paral. Ioachin, differtq; nomẽ filij à nomine patris, quo patris nomen scribitur per coph, hoc est, k & mem: nomen verò filij per caph, hoc est, ch & nun in fine. Et quidem filius frequenter in scripturis dicitur Iechonias Hebraicè Iechoniah & aliquando Choniahu, vt 1. Paral. 3. & Esther 2. Hier. 22 &. 37. Nec differt istud nomen à nomine Ioachin, quantum attinet ad principalẽ radicẽ vnde nomen deriuatur. V trunq; enim deriuatur à verbo Cun, quod est præparare, firmare, dirigere. Pater verò Ioachin, qui apud Matthæum etiam dicitur Iechonias, nunquam in scripturis dicitur Iechonias, sicut nec alter Iechonias, Ioachin scilicet, nusquam dicitur Neri, præterquam apud Lucam. Nam teste Philone etiam hoc nomen tributum est ipsi Ioachin à populo, postquam ereptus è carcere, in præcio habitus est apud Euilmerodach (de quo 4. Reg. vltimo) eo quòd lucerna Dauidici generis, quæ videbatur extinguenda, in hoc iam esset reaccensa. Significat enim Neri Hebraicè lucernam meam. De hoc autẽ Ioachin dicitur 4. Reg. 24. quod regnare cœperit cùm decem & octo esset annorum; cui obstare videtur quòd 2. Paral. vltimo, dicitur octo fuisse annorũ cùm regnare cœpisset. Sed intelligendũ cum fuisse octo annorum, supra decẽ scilicet, quos subintelligi. Ibi vult scriptura, cùm regnare nequeat qui octo tantùm sit annorũ. Aut intelligendũ octo fuisse annorum, quando simul cum patre regnare cœpit: decem verò & octo fuisse annorum, quando solus regnare cœpit. Ex his itaq; constat tres illos Ioachaz, Ioacim, & Ioachim, fuisse trinomines. Nã Ioachaz etiam dicitur Sellum & Iechonias: Ioacim verò dicitur Eliacim & Iechonias. Ioachin autem Iechonias & Neri, Sic & Sedechias frater Ioachin & Ioachaz, binonimis fuit; dicebatur enim priùs Matthanias. Verùm à Nabuchodonosor mutatum est ei nomen, cùm in regem Iuda pro Ioachin constitueretur. Constat etiã ex his quare Matthæus hic mentionem faciat fratrũ Iechoniæ, quòniam scilicet describit hic eos qui ex semine Dauid reges fuerunt, inter quos etiam fuerũt duo fratres Iechoniæ. Iam cùm certum sit Iosiam genuisse Iechoniam & fratres eius ante transmigrationem; (mortuus enim erat ante primã trãsmigrationem plusquam 11. annis) patet illud, *in transmigratione*, debere exponi pro eo quod est, circa transmigrationem, & ipsa iam imminẽte. Illud autem: *Transmigratione Babylonis*, nouè positum est pro transmigratione Babylonica, vel in Babylonem. Fuit autẽ transmigratio in Babylonem triplex facta à Nabuchodonosor. Prima sub Ioacim, quando occiso Ioacim, teste Iosepho, eos qui erant in dignitatibus constituti, numero tria milia captiuos duxit in Babyloniam, inter quos erat & Propheta Ezechiel, E cum esset adhuc puer, Daniel quoque, & Ananias, Azarias, & Misael. Secũda, sub filio illius, Ioachin, post tres menses, quando omnes iuuenes & artifices qui erant in ciuitate, numero 10. milia octingẽti & 32. simul & Ioachin cum matre & amicis abducti sunt, inter quos erat & Mardocheus, vt patet ex 2. ca. Esther. Tertia, sub Sedechia post 11. annos, quando facta est trãsilatio perfecta simul cum Sedechia rege. Hoc autem loco nomine transmigrationis intelligere licet omnes has tres simul.

ET POST TRANSMIGRATIONEM BABYLONIS, IECONIAS GENVIT SALATIEL: SALATIEL AVTEM GENVIT ZOROBABEL.] Illud *post transmigrationem*, nõ potest intelligi post reditũ è transmigratione. Genuit enim Iechonias Salathiel in Babylone, & Salathiel itẽ Zorobabel, qui egredientium è Babylone dux erat primus. Huic autẽ quod Iechonias genuit Salathiel, & cum eo etiam alios, vt dicitur 1. Paral. 3. non contrariatur illud Ier. 22. de isto Iechonia: Scribe virum istũ sterilem, virũ qui in diebus suis non prosperabitur. Dicitur enim sterilis, non quia nullos habuit filios, sed quia nullos habuit qui in regno Iudæ illi succederent, sicut ysq; ad eum semper ex Dauide aliquis successerat. Vnde quasi explicare volens quod dixit propheta, subiecit: Nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltrà in Iuda. Cui etiã non contrariatur quod ex huius semine describitur esse Christus, quem angelus dixit sessurum super soliũ Dauid. Loquitur enim Ieremias de solio & regno Dauidis temporali, quali Christus nõ regnauit. Porro dubium est quomodo Zorobabel hic dicatur filius Salathiel, sicut & Aggæi 1. & 1. Esdræ 3. cum 1. Para. 3. dicatur esse filius Phadaia fratris Salathiel. Ad quod quidem tribus modis respondẽri potest. Primùm, vt secundũ Caietanum & alios dicatur alius esse Zorobabel, cuius hic & apud Aggæũ fit mentio: alius verò qui dicitur in Para. filius Phadaia, cùm illius filij ibi dicantur esse Mosolla & Hananias, huius autẽ Zorobabel & alius sit pater & alij filij. Ex Matthæo enim cõstat hũc genuisse Abiud. Ex Luca verò Rhesam. Secundò, dici potest Zorobabel fuisse filiũ naturalem Phadaiæ, legalem verò ipsius Salathiel. Tertiò, secundũ Hieronymũ in quæstionibus super Paral. idem est qui in Paral. dicitur Asir, Salathiel & Phadaia. Secundum quos duos modos dicẽdum quòd duo illi filij Zorobabel, nempe Mosolla & Hananias, iidem sint qui à Matthæo & Luca dicuntur Abiud & Rhesa: quòd ipsum testatur etiam Philo, qui ipsum Abiud dicit etiã vocatũ Hananiã. Rhesam verò vocatũ etiam Mosollam vel Misaelam. Verùm dubiũ magnũ permanet, quomodo illo loco Paral. in generatione Zorobabel, quæ ibi protenditur vsq; in 12. generationẽ, nullus inueniatur in nomine conuenies cuiquam aliquo qui describitur vel à Matthæo, vel à Luca. Deinde cùm à Iechonia ibi describãtur 13. generationes, quot solũ à Matthæo numerantur à Iechonia vsq; ad Ioseph, quomodo eas videre potuerit Esdras, qui libri illius autor putatur. Nam 13. generationes trecentos annos pene continent necessario secundum communem generationis viam. Præterea quorsum generationes illæ ibi describantur. Deinde videndum num per 13. illas generationes, vltra quas nullius progenies in scripturis extenditur, significare voluerit Spiritus sanctus venturum Christum, qui finis est scripturarum post 13. generationes à Iechonia, sicut hic manifestũ facit Matthæus. Christus enim decimam quartam generationem compleuit à Iechonia.

IOSEPH VIRVM MARIÆ DE QVA NATVS EST IESVS QVI VOCATVR CHRISTVS.] Ioseph dicit virum Mariæ, vt insinuaret se ob id genealogiam hanc ad Ioseph vsq; deduxisse, vt ex genere Ioseph genus etiam virginis cognosceretur. Circa quod tamen grauis oritur quæstio: An scilicet Euangelista bene & efficaciter genus virginis ostendat ex genere Ioseph. Apparet enim quòd non. Nam, vt supra patuit per

Elizabeth

Alter infra c. 18.

Quotuplex trãsmigratio in Babylonem facta.

Vide hac tertius circa genealogiam Lucæ infra. c. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elizabeth,quæ cognata erat virginis,non semper necessarium erat mulieribus nubere viris de sua tribui & cognatione,vnde nõ efficaciter probatur genus & tribus mulieris ex genere & tribu mariti Nam & Numerorum vltimo,vbi nostra litera sic habet.Cũctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient,vt hereditas permaneat in familiis,&c.Hebraica veritas longè restrictius habet hoc modo: Omnis filia quę possederit hæreditatem ex tribu filiorum Israel,erit in vxorem vni ex cognatione tribus patris sui,vt possideant filij Israel vnusquisque hereditatẽ patrum suorum.Deinde quare non potius à Dauide per Ioachin patrem Mariæ, genus Mariæ & Christi Euangelista designare voluit,quàm per Ioseph,qui Christi naturalis pater non erat?Ad primã quæstionem dicunt aliqui,inter quos Thostatus, Matthæũ hac genealogiæ descriptione non necessariò quidem probare genus Mariæ,sed solùm probabiliter,quod communiter sic esset;vt mariti & vxores essent eiusdem tribus & cognationis. Verùm rectius dicetur Euangelistam efficaciter satis probare genus Mariæ & Christi esse ex Dauide,quia dum genealogiam Christi ex Dauide ostendere contendit,eandem deduxit vsque ad Ioseph virum Mariæ, satis significat Ioseph iure propinquitatis fuisse virum Mariæ, quodq; secundum præceptũ Num.vltimo, Mariã in vxorẽ acceperit,quò cum ea & hæreditas illius ad ipsum perueniret. Maria enim erat vna de filiabus illis,de quibus lex ibi præcipit vt sint vxores vni ex cognatione tribus suæ.Siquidẽ cũ Ioachim Mariæ pater nullos habuerit filios,hæreditas eius necessariò debebat deuenire ad filiã, propter quod & vni de cognatione nubere debuit. Et forte Matthęus id præsupposuit, quasi tunc udæis quibus scribebat,satis cognitũ quòd Maria nullos habens fratres,erat vna ex filiabus quæ hæreditatem consecuta erat. Ad secundam quæstionem dicendum,ideo per Ioseph debuisse.Euangelistã deuenire ad Mariam & filium eius,tum quia moris non erat apud Iudæos,mulierũ coniugatarum genealogias nisi per maritos earum texere,idq; propterea,q; per coniugium sicut vna effectæ erãt caro cum suis maritis, ita etiam in eandem tribum translatæ, etiam si priùs non fuissent de illa tribu tum etiã quia cùm Christus putaretur esse filius Ioseph,sicut re vera erat filius Ioseph non quidẽ naturalis,sed legitimus(vt pote legitimo matrimonio natus ex vxore) debebat etiam ostendere,& ipsum Ioseph putatiuum & legitimum Christi patrẽ esse ex semine Dauid.Alioq; enim & infideles mysterium virginei partus ignorantes,qui Ioseph putabant esse naturalem patrem Iesu,nõ credidisA sent filium Mariæ esse ex semine Dauid,quia apud Iudæos non reputabatur aliquis esse ex aliquo semine,nisi ratione patris sui:& hi qui Iesum ex Maria de domo Dauid sine virili opera natum nõ abnuebant,dicere potuissent:Quidoquidem Ioseph non ex familia Dauid originẽ duxit, Mariam cum suo filio nõ in tribum Iuda, sed in tribum Ioseph reiiciendam,in qua fuisset matrimonio collocata. Porro cùm additur, *qui vocatur Christus*, vocari non distinguitur cõtra esse,sed cognomen Iesu de quo loquitur, insinuare voluit, quo distingueret eum ab aliis,qui vel prioribus temporibus,vel illis temporibus appellarentur nomine Iesus.

B OMNES ITAQVE GENERATIONES AB ABRAHAM VSQVE AD DAVID GENERATIONES QVATVORDECIM.] Dicit quatuordecim esse generationes ab Abraham vsque ad Dauid,non quòd quaterdecies dicatur ab Abraham vsque ad Dauid vnus aliũ genuisse,cùm solùm terdecies hoc dicatur, (vnde propriè tantùm sunt tredecim generationes: nam generatio proprie non est,nisi cùm vnus alium genuit) sed quatuordecim dicit esse generationes, quia quatuordecim sunt personæ generantes & genitæ.Porro præpositio,ad,cum dicitur, *vsque ad Dauid,vsque ad transmigrationem, vsque ad Christum*, semper debet accipi vt significet debere includi cum vsque ad quem generatio protenditur:sic & præpositio, à, cùm dicitur,ab Abraham, & *à transmigratione*, inclusiuè accipi debet: cùm verò dicitur, *à Dauid*,exclusiuè,cùm Dauid ad primam & non ad secundam pertineat tessaradecadem.Ideo autem in tres quaterdenas Christi genealogiam Matthæus diuidit,vt ostendat sicut ab Abraham vsque ad transmigrationem Babylonis bis mutatus est status Iudæorum,binis quaterdenis completis:ita & tertiam illam mutationem status udæorum, quæ ab eis post transmigrationem expectabatur futura per Messiam conuenienter factam post tertiam ab Abraham tessaradecadem,ipsumque Messiam tunc nasci debuisse, ac sic Iesum Mariæ filium,qui finis est tertiæ tessaradecadis,esse expectatum Messiam, magis credibile faciat. Deinde vt ostenderet,sicut fuerunt quatuordecim generationes ab Abraham vsque ad Dauid, in quo cœpit stabile & liberum Iudæorum regnum, & deinde rursum quatuordecim generationes à Dauide vsque ad deliquium regni,hoc est,exilium Babylonicum:ita ab hoc rursum tempore vsque ad nouam regni Dauidis restaurationem fuisse quatuordecim generationes.Ex quibus constat quare & Dauidem regem vocet, & mentionem faciat transmigrationis Babylonicæ.

ANGELVS IOSEPH NVNCIAT SACRVM VIRGINIS CONCEPTVM. MATTHAEI I. CAP. VII.

CHristi autẽ generatio sic erat:Cum esset desponsata mater Iesu Maria,Ioseph ,antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.Ioseph autẽ vir eius cũ esset iustus & nollet eã traducere,voluit occultè dimittere eam.Hæc autem eo cogitante , ecce angelus domini apparuit in somnis ei:dicẽs:Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariã coniugem tuam quod enim in ea natũ est de spiritu sancto est.Pariet autẽ filium & vocabis nomẽ eius Iesum:Ipse enim saluũ faciet populum suum à peccatis eorũ.Hoc autem totũ factum est,vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam dicentẽ:Ecce virgo in vtero habebit,& pariet filiũ & vocabunt nomen eius Emmanuel quod est interpretatum , Nobiscũ Deus.Exurgens autem Ioseph à somno,fecit sicut præcepit ei angelus Domini & accepit coniugem suam,Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum:& vocauit nomen eius Iesum.

Christi

CHRISTI AVTEM GENERATIO SIC ERACT,&c.] Postquam per descriptionẽ genealogiæ ad Ioseph vsq; deductæ ostendit Euangelista Christum esse ex semine Dauid , ne ex ea descriptione putetur Ioseph naturalis fuisse Christi pater,iam conuenienti ordine ostendit per ipsummet Ioseph Christum non fuisse natum ex virili semine,sed ex spiritu sancto.Porro dictio, generatio, quæ hic iam tertiò ponitur in hoc primo Matthæi capite, non eodem modo hoc loco accipitur quo prius,sicut & Græcis non eadem est dictio. Nam cùm dicitur, liber generationis,Græcis est dictio γενεσεως, quæ ibi accipitur pro genealogia. Cùm autem dicitur,omnes generationes quatuordecim, Græcis est dictio γενεαι, quæ accipitur pro progenie, aut genere.Hic verò est dictio γενησις, quod est natiuitas, à γενναω genero. Sensus itaque est: Christi natiuitas sic sehabebat vt dicturus sum. quasi dicat; Ipsius natiuitas non se habuit vt reliquorum de quibus dixit,sed nouo quodam & inaudito modo,quem iam explicabo.

CVM ESSET DESPONSATA MATER,&c. Quidam putant,cum hæc agerentur Mariam nondum fuisse à parentibus traditam sponso suo Ioseph,sed tantùm illi promissam ,eò quòd hic dicatur Maria desponsata ipsi Ioseph,& quia postea etiam dicitur;Noli timere accipere; quasi nondum eam accepisset in domum suam.Hi itaque illud antequam conuenirent,intelligunt de conuentione & congregatione ad cohabitandum : & illud quod postea dicitur;& nollet eam traducere, intelligunt de traductione è domo parentum ad domum propriam. Verùm verisimilior est Chrysostomi aliorúmque sententia , asserentium Mariam iam fuisse traditam Ioseph in vxorem , & iam in domo Ioseph habitasse. Desponsata enim dicitur,non solùm quæ promissa est, sed & quæ iam tradita est viro , Nam & postea dicitur Ioseph iuisse in Bethleem cum desponsata sibi vxore.Et Græcis μνηστευω potius est tradere sponsam proco , à quo verbo est participium his positum μεμνηστευμενης. Nisi enim virgo iam viro tradita fuisset, eiq; antequam concepisset cohabitasset , ita vt sine infamiæ nota cum eo conuenire potuisset,non bene prouisum fuisset à Deo famæ virginis,vt quæ ante celebratas nuptias visa fuisset in domo paterna concepisse. Illud autem; antequam conuenirent; etiam secundùm Hieronymum intelligi debet de concubitu coniugali , quem hoc modo honestè & verecundè significat. Neq;tamen secundùm hunc sensum hinc consequitur postea conuenisse inter se Ioseph & Mariam quemadmodum ex hoc loco collegit Heluidius. Primùm enim quanquam dictiones hæ , ante,antequam , nonnunquam significent rei consequentiam , non tamen semper , sed quandoque tantùm quę prius cogitabatur ostendunt. Sicut si quis de Paulo dicat:Antequam in Hispanias pergeret Paulus,Romæ in vincula coniectus est,non vtiq; significat Paulum posteaquam in vincula Romæ coniectus est, Hispanias petisse, sed tantùm cogitasse eum in Hispanias proficisci,interuenisse verò aliud quo impeditum est ne fierent quæ cogitata erant.Ita & hoc loco Euangelista intelligi potest significasse, quòd cùm iam de conueniendo cogitasse videri poterant , inuentam Mariam fuisse grauidam,& conueniendi quod videri poterat desiderium,vteri conceptione sublatum fuisse.Deinde hæ dictiones , ante, antequam, & similes quandoque significant , quid ante illud quod factum dicitur præcessisse debuerit secundùm debitum & consuetum ordinem:vt cum dicit quis:Iudices de causa aliqua pronunciasse priusquam causam cognoscerẽt:aut medicũ medecinam porrexisse priusquam morbi genus cognosceret;significans hos non debito ordine de causa pronunciasse,aut medecinam porrexisse. Ita & hoc loco rectius intelligitur Euangelistam quo inusitatæ rei miraculum significaret, dixisse Mariam inuentam grauidam antequam conuenirent , cùm solito naturæ ordine prius mulier cum viro cõueniat,quàm reperiatur esse grauida. Itaque vt illic, priusquam causam cognoscerent;aliud non est quàm,non cognita causa:ita hic , antequam conuenirent; idem est quod,sine congressu connubiali.Priorem intelligentiæ modum indicat Hieronymus libro contra Heluidium , secundum verò , quidam & Valla. Quod autem dicit;inuenta est,hoc est,reperta est, intelligendum indubiè significari eam repertã gratiam à Ioseph marito , qui (inquit Hieronymus) sponsæ vterum tumentem,iam pene licentia maritali,& curiosis oculis deprehendit. Et omnino videtur id contigisse post tres menses à conceptione Christi , quando virgo reuersa à domo Elizabeth vterum habuit tumẽtem.Dicit autẽ ευρεθη,hoc est, inuenta est,vel reperta potius,& non dicit , deprehensa est,propter inopinatum euentũ.Porro quod nos habemus;In vtero habens;bis est Græca locutio.Primùm enim participium habens , pro infinitiuo , habere , ponitur. Deinde in vtero habere, Græco more est grauidam esse,& concepisse.Sensus ergo est:Reperta est esse grauida & concepisse Quemadmodum enim Latinis elegans est , gestare vterum,pro grauidam esse :ita & Græcis habere in vtero.Ne verò quispiam turbetur eo quòd dixerit:Reperta est esse grauida; si hoc solùm audiat,ideo adiecit,è spiritu sancto. Quæ tamen oratio non potest coniungi cum toto illo præcedenti; inuenta est habens in vtero; cùm Ioseph qui reperit eam esse grauidam,non intellexerit eam grauidam esse ex spiritu sancto : sed coniungi tantùm debet cum participio,habens:vt sit sensus : inuenta est habens,in vtero:habens inquam,non ex viro quidem,sed de spiritu sancto.

IOSEPH AVTEM VIR EIVS CVM ESSET IVSTVS, ET NOLLET EAM,&c.] Conuenienter Enãgelista in confirmationẽ virginei conceptus,inducit Ioseph de cõceptu illo prius dubitantẽ,& deinde angelica reuelatione cõfirmatum.Sicut enim ad nullum magis pertinebat castitatem virginis obseruare quàm ad maritũ Ioseph: ita nullus eo certior esse poterat testis casti conceptus , qui iam recenter maritus virginis effectus, cum solet amor zelotypiam,passionem omnium maximè impotentem , exasperare : aut stultè patiens fuisset,si domi aleret,curaretq; cum puero quam sciret esse adulteram,aut insigniter improbus vxoris suæ leno esse sustineret.Quorumneutrũ ne de Ioseph quis suspicaretur, ostendit ipsum ob adulterii suspicionem iam diuortium mediatum fuisse, quem ob id Deus fluctuare secum , ac de virginis pudicitia dubitare permisit,quo sic angælicæ confirmationi locus fieret, ac per illius dubitationem omnis à mẽtibus nostris dubitatio tolleretur. Proinde non conueniebat vt ab angelo ante conceptum edoceretur mysterium virginei conceptus, quãdoquidem per illius dubitationem maior facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

est fides noui conceptus. Rursum nec cõueniebat vt à virgine doceretur: Illa enim cũ sciret sibi non habendam à marito fidẽ, negotiũ totum Deo commisit, nihil dubitans ab illo maritũ edocendum, à quo cognatam Elizabeth edoctam esse iam experta fuerat. Porro iustum vocat Matthæus Ioseph: nõ ob vnam illam virtutem quæ auaritiæ cõtraria est, & reddit vnicuiq; quod suum est, sed ob absolutam omnibus numeris probitatẽ. Iustitia enim aliquando certam virtutem significat, aliquando omnem in se generaliter complectitur. Cum autem dicitur. Ioseph cum esset iustus, & nollet eam traducere, &c. intelligendum explicari causam quare traducere eam noluerit, nempe quia iustus erat, vt sit sensus; cùm esset iustus, hoc est, bonus, & ob id nollet eam traducere, hoc est, infamare, & in publicũ proferre. Circa quã tamen causam oritur non parua quæstio. Nam quomodo iustus dicitur Ioseph, & tamen noluisse eam traducere quam putabat adulteram, imo ideo noluisse traducere quia iustus erat, cùm (inquit Theophylactus) lex præceperit
Leuit. 5. adulteram traducere, hoc est, denũciare vt puniatur? Et in lege (inquit Hieronymus) præceptũ est, non solum reos, sed & conscios criminum obnoxios esse peccati. Deinde quomodo dicitur noluisse eam traducere quia iustus erat, quasi iniustitiæ fuisset eam traducere, cùm secũdùm legem saltem licitum fuisset eam traducere? Itaq; quidam partim his quæstionibus permoti, partim quòd verbi, traducere, significationem hoc loco necessariam propter dictionem Græcam huic correspondentem ignorarent, exponunt illud. traducere, pro eo quod est, è parentum domo in suam domum adducere, & in vxorem suam assumere. Sic enim videtur aptior esse ratio, si dicatur Ioseph quia iustus erat, noluisse eam in domum suam recipere quam suspicabatur adulteram. Verùm præterquam quod, vt supra probatum est satis, certum sit virginem iam in domum Ioseph receptam fuisse quod ipsum & verbum dimittere, satis significat. (Nemo enim, inquit Ambrosius, quam non accepit, dimittit, & ideo quam volebat dimittere fatebatur acceptam) etiam dictio Greca παραδειγματίσαι, ostendit, traducere pro infamare debere accipi, quod ipsum etiam ostendit aduerbium, occultè. Proinde Theophylactus in vna ad propositam prius quæstionem responsione dicit, Ioseph ideo noluisse traducere virginem, sed voluisse eam occultè dimittere quòd cognouisset eam concepisse dè spiritu sancto, atq; ob id indignum se reputasse qui eam haberet vxorem, quæ tantam haberet gratiam. Idq; cognouisse Ioseph colligit ex eo quod prius dictum est, virginem inuentam habere in vtero de spiritu sancto, quæ ab alio inuenta non fuit quàm à Ioseph. Similiter respondet & Hieronymus dicens: Sed hoc (nempe quod noluerit Ioseph iustus eam traducere) testimonium Mariæ est, quod Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, celat silentio cuius mysterium nesciebat. Exponit hunc locum & D. Basilius eo modo quo Theophylactus sermone de natiuitate Domini. Verùm ex eo quod Ioseph postea ab angelo edoctus est, conceptũ virginis non fuisse ex viro, sed ex spiritu, satis patet ipsum Ioseph prius non cognouisse, sed contrarium suspicatum fuisse, quemadmodum nõ verentur fateri Chrysostomus & Augustin lib. de verbis Domini, sermone 16. & epistola ad Macedonium, que est 54. vbi sic habet: Vnde Ioseph, cui mater Domini fuerat desponsata, cùm eam comperisset esse prægnantem, cui se non nouerat esse cõmixtum, & ob hoc nihil aliud quàm adulteram credidisset, puniri tamẽ eam noluit, nec approbator flagitij fuit. Nam hæc voluntas eius eriam iustitiæ deputatur. Notandum itaq; in veteri lege non fuisse præceptum (quemadmodum videtur putare Theophylactus) maritis, adulteras vxores traducere, sed permissum. sicut alia similia pleraq;, vt maritus de vxore sua sinistrè suspicans, eam ad sacerdotem adducat, quo per aquas amaras & sacerdotis maledictionem rei veritas, patefieret. Iam quod dicit Hieronymus in lege præceptum, Leuitici scilicet 5. etiam conscios criminum si tacuerint, obnoxios esse peccato; sciendum Leuit. 5. sic haberi: Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, vel, vt habent Hebræa, iuramenti, testisq; fuerit quòd aut ipse vidit, aut conscius est, nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam, Qua lege non est intelligendum omnes illos subiici peccato, qui crimẽ eius sunt conscij non propalant. Si enim (inquit Augustinus (solus nosti quia aliquis peccauerit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es corrector, sed proditor. Sed secundùm Hebræos illa lege peccato subiiciuntur, qui adiurati à iudice vt testimonium ferant eius cuius sunt conscij, indicare renuunt. Vnde per vocem iurantis ibi intelligere oportet vocem iudicis adiurantis cõscium. Aut audire vocem iurantis vel iuramenti, est audire quod debeat iurare. Deinde annotandum, quod cùm Ioseph iustum dicit, non vocat eum iustum à iustitia legali, secundùm quam videbatur potius congrue re, traducere eam quam certò suspicaretur adulteram: neqr ursum iustum vocat vt iustitia distinguitur à misericordia, & vt dicitur iudex iustus quòd crimina odiat & puniat, sed, vt prius dictum est, iustum vocat, quòd in omni virtute absolutus esset, ita vt hoc nomine etiam significetur eius mansuetudo & lenitas. Itaq; ostendit Euangelista eum supra legem viuentem, & summa mansuetudine peperciisse illi quæ non solùm traductioni, sed & pœnæ secundùm legem obnoxia videbatur. Ita ferè Chrysostomus super Matthẽ. Et sanè raræ cuiusdã & prodigiosæ iustitiæ & bonitatis erat, cùm sponsæ tumentem vterum & indubitata conceptus signa videret, nec expostulare cum vxore, nec queri apud affines, nec zelotypia discruciari, nec in iras ire, & ad pœnam rapere, sed suos æstus apud semet premere, tantumq; in animo suo de secreto diuortio cogitare. Idem tamen Chrysostomus in opere imperfecto intelligit Ioseph non sibi firmiter persuasisse virginem fuisse adulteratam, sed hæsitasse, & ob quasdam rationes adulterium metuisse: ob alias rursum ab hac cogitatione reuocatum, nimirum quòd aduerteret inculpatissimos vxoris mores, spiritumq; diuinum vndiq; sese prodere in ipsius oculis, gestu, incessu, & sermone, fieriq; posse vt ex Deo, à quo omnis pendet in mulieribus cõceptus, nouo modo cõceperit: ato, ob id eum vtrũque metuentem se ostensurum Deũ, si scilicet aut seruaret quam adulteratam timebat, au traduceret, & pœnæ subiectam faceret, quam ex Deo cõcepisse potuisse credidit, nec voluisse eam traducere, nec seruare, sed elegisse medium, nempe vt occultè dimitteret eam. Secundùm quem posteriorem modum facile est intelligere quomodo Ioseph, quia iustus erat, noluit eam traducere. Neq, enim iustè eã poterat traducere, quam credidit potuisse castè concepisse.

concepisse. Verum alter modus dicendi videtur verisimilior, secundum quem significatur tãta fuisse iustitia Ioseph (vt iustitia generalis est virtus) vt duo vellet, nempe & consulere sibi, ne cohabitando adulteræ videretur fauere crimini: & consulere coniugi, ne vituperaret eam: & pœnæ legis obnoxiam faceret, atque ideo medium elegisse, vt scilicet occulte dimitteret eam. Porro modus dimittẽdi occultè fuisset non per exilium, vt opinatur Thostatus, sed per libellum repudij ei secretò datum. Neque enim necesse erat eum publice dare, neque causas repudij in eo explicare.

HAEC AVTEM EO COGITANTE, ECCE ANGELVS DOMINI APPARVIT IN SOMNIS EI, &c.] Deus qui passus est virum iustum ad tẽpus falsa de virgine suspicari, ac secum cogitare de diuortio, non diutius permisit eum in hac suspicione & cogitatione detineri, ne iustus ignorans iniustam rem faceret ex intentione & voluntate iusta, & ne dimissa virgo turpi suspicione obnoxia fieret apud homines, maritiq; sui solatio & cura destitueretur. Itaq; cùm de dimittẽda occultè vxore cogitasset, mox vt ab hac suspicione & cogitatione liberaretur, apparuit ei per somnium angelus. Et frequenter quidẽ in scripturis dicitur Deus plerisque multa reuelasse in somnis. Tunc enim, cùm sit mens hominis libera ab omni circa externas res distractione quam patitur in vigilia per exteriores sensus, aptior est ad recipiendũ diuinas illuminationes maxime de iis rebus, de quibus inter vigilandum sollicitè cogitauit. Vnde Iob 33. dicitur: Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures virorum, & erudiẽs eos instruit disciplina. His tamen non obstat quod Deut. 18. inter cæteras diuinationis species etiam prohibeatur obseruatio somniorum. Ibi enim prohibetur obseruatio somniorum naturalium, quæ ex variis proueniunt accidentibus, eò quòd horum somniorũ non sit certa significatio, sicut nec certa causa. similiter obseruatio somniorum quæ à dæmonibus immittuntur. eò quòd hæc includat pactum quoddã cum dæmonibus: nõ autem prohibetur obseruatio somniorum quæ à Deo immittuntur ad cognoscendũ aliqua vel occulta, vel futura. Porro cùm Deus per somnium aliquid vult reuelare, ita id agit, vt homo etiam intelligat non esse falsum somnium, sed esse rem veram, aut tale esse somnium, quod verè aliquid futurum portendat. Ita enim & Abimelech
Gen. 20. per somnium à Deo admonitus de vxore Abrahæ, mox intellexit non esse falsum somnium, sed rem
Exod. 41 veram. Et Nabuchodonosor ac Pharao somnia illa,
Dan. 4. quæ interpretati sunt Daniel & Ioseph, talia esse intellexerunt, quæ futurum aliquid & rem aliquam veram præsignarent. Vnde Nabuchodonosor dicit somnium perterruisse eum. Ita & Ioseph iste certior factus est apparitionem hanc & instructionem angeli verè à Deo esse, alioquin enim non certam habuisset fidem verbis eius. Atq; à Deo esse eò magis credere debuit, quod de iis doceretur quæ ipse animo secum versabat, quæq; nulli alij dixerat, cum solus Deus secretorum cordis inspector sit & cognitor. Itaq; vt significaretur Ioseph merito credere debuisse apparenti angelo, dicitur ei apparuisse hæc eo cogitante. Per quæ verba notatur etiam Iosephi tum prudentia, quod nihil temerè agredi voluerit, tum mansuetudo & lenitas, quod nulli aperuerit suam suspicionem, ne ei quidem quam suspectam habuit. Verùm per hoc quod dicitur angelus apparuisse hæc illo cogitante, non debet intelligi, quòd inter cogitandũ angelus illi apparuerit, sed quòd postquam interdiu vigil hæc cogitasset, tum deinde in somnis angelus ei apparuit. Est enim Græcis tempus præteritum; ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος hoc est, hæc autem cùm ille cogitasset. Iam ex eo quod dicitur angelus apparuisse Iosepho, & locutus illi in somnis, vel, vt habẽt Græci, κατ' ὄναρ, hoc est per somnium, intelligendum angelum non apparuisse in propria sua persona, neque in assumpta visibili forma, nec locutum sensibili aliqua voce, sed visum & locutum illi per species in fantasia formatas, quę angelum præsentem & colloquentem repræsentarent. Non tamen ob hoc Deus vel angelus, qui hujusmodi nouas species formauit, fefellit Ioseph, eò quod huiusmodi species formatæ non essent ad hoc vt crederet angelum in ea forma in qua repræsentabatur, esse præsentem, aut loquentem eis verbis quę species illæ præ se ferebant: sed tantùm ad hoc, vt crederet vera esse quę apparẽtibus illis verbis significabãtur, & verè illa ab angelo Dei denũciari. Quòd si quęratur, quare in somnis apparuit angelus ipsi Ioseph, virgini autẽ in vigilia manifestè: Dicendũ, virgini quidem manifesta opus fuisse visione, propter rei quæ significabatur nouitatẽ, cui necesse erat ei præbere liberum assensum. Ioseph autem qui iam vteri tumorem viderat, & iam de iis rebus cogitarat de quibus instruendus erat, facile per solam in somnis apparitionem crediturus erat, maximè cùm ob probatissimos vxoris mores facilis proculdubio esset ad credendũ illius puritatẽ & innocentiã.

DICENS, IOSEPH FILI DAVID, NOLI TIMERE ACCIPERE MARIAM CONIVGEM TVAM.] Blandè illum angelus compellat, proprio eum nomine vocans, & filium Dauid, vt magis persuadeat: nec increpat de suspicione falsa, eo quòd rationabilis esset. Filium etiam Dauid appellat, vt sic in memoriam illi reuocaret promissionẽ Dauidi factam de Christo ex semine eius nascituro. Cùm autẽ dicit; noli timere; significat Iosephũ iam timuisse, ne offenderet Deum quasi adulteram fouens. Porro noli, inquit, timere accipere; non quod eam nondum acceperit, sed quod eam iam mente abalienauerat à se. Itaq;, accipere, hic est idem quod intus retinere, & sibi in consuetudinem vitę adiungere, quam dimittere statuerat. Iam enim fuisse acceptam illud satis ostẽdit, quod eam coniugem eius vocat, sicut prius Euangelista Iosephum virum Mariæ bis appellat. Cùm autem Hieronymus contra Heluidium scribẽs dicit: Nullum mouere debet quasi ex eo quòd vxor appelletur, sponsa esse desierit, cùm hanc esse consuetudinem scripturæ nouerimus, vt sponsos viros, spõsas appellet vxores: vult Hieronymus Mariam non dici vxorem à re vxoria, & sponsas esse mulieres, quandiu copula carnalis cum marito nõ intercessit. Iam per hoc quod coniugem tuam dicit, magis Iosephum certiorem facit, quòd à nullo cognita sit alio viro. Reddit autem rationẽ quare metuere nõ debeat. Quod enim (inquit) in ea natum est, de spiritu sancto est. quasi dicat: Tu quidem metuis eam tibi adiungere, quòd cùm concepisse eam, & tamẽ non ex te, scias, ex alio viro per adulterium concepisse putes: verum ego tibi affirmo eius cõceptum sicut non est ex te, ita nec ex alio esse viro, sed de spiritu sancto, qui vt vxoris castitatem non teme-

Biblioteca Facultades Eclesiásticas Pontificia Univ. Comillas

Universidad de Deusto
Biblioteca

rauit, ita longe sanctiorem reddidit, vt merito ob tantam vxoris tuæ dignitatẽ gaudere debeas. Porro quod dicit natum in ea; quidam simpliciter accipiunt pro eo quod formatum est & conceptum in ea. Natum enim dicitur etiam id quod quocunque modo cœpit esse. Alij tamen intelligunt ideo potius dictum, quod natum est in ea quam quod conceptu est in ea, vt significaretur corpus Christi statim à sua conceptione perfectè fuisse formatum & animatum. Id enim propriè natum dicitur, quod formam suam essentialem acquisiuit. Ita Basilius in sermone de natiuitate Domini. Ambrosius autẽ lib. 2. de Spiritu sancto. ca. 5. similiter & Chrysostomus in opere imperfecto, legunt; quod enim ex ea nasceretur. Iam nulla ratio quęrenda est quare potius dictum sit, de Spiritu sancto, quam, ex Spiritu sancto. Nam (inquit Ambrosius eodem libro & capite) licet plærique habeant, de spiritu, Græcus tamen, vnde trãstulerũt Latini ἐκ πνεύματος ἁγίου dixit. hoc est, ex Spiritu sancto. Et subiicit: Quod ergo ex aliquo est, aut ex substãtia est, aut ex potestate eius. Ex substantia, sicut filius qui ait: Ex ore altissimi prodiui. Ex potestate autem, sicut illud est: Vnus Deus pater, ex quo omnia. Quomodo ergo in vtero habuit Maria ex Spiritu sancto? Si quasi ex substantia, ergo spiritus in carnem & ossa conuersus est. Non vtiq; Si quasi ex operatione & potestate eius virgo concepit, quis neget spiritũ creatorẽ? Hactenus ille. Aliqui tamen moti verbis Aug. intelligunt pius significari per hoc quod dicitur Christus de spiritu esse sancto, quàm si diceretur ex spiritu sancto. Aug. enim lib. de natura boni ca. 26 sentit ex aliquo rectè dici quicquid de illo sit, at nõ retrorsum. Ex Deo siquidem omnia sunt, velut ab autore, at non de Deo, quod res conditæ non sint participes substantię diuinæ. Itaq; intelligunt Christum dici esse de spiritu, vt significetur substantiæ diuinæ communicatio in Christo. Verùm, vt ex Ambr. patet, huic distinctioni hic non est locus.

PARIET AVTEM FILIVM, ET VOCABIS NOMEN EIVS IESVM. IPSE ENIM SALVVM FACIET, &c.] Aperuit angelus Ioseph vnde erat quod in virgine iam conceptum erat, deinceps verò qualis sit futurus conceptus ortus, nempe quòd filius, & talis filius qui saluator esset populi Dei, insinuans simul & humanam & diuinã eius naturam. Humanam quidẽ, cum dicit quod natum est in ea & pariet filiũ. Diuinam verò, cum dicit; ipse enim faciet à peccatis. Solus enim Dei est a peccatis redimere & sanum facere. Quis enim (inquit Iob) potest mũdum facere de immundo conceptum semine, nõnne tu qui solus es? Et Isa. 53. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse saluabit nos. Rursum diuinam etiam eius naturam significat, dum dicit populum suum. Is enim populus, qui à prophetis dicitur saluandus & redimendus, vocatur populus Dei ab eis: quare cum hic idem ille populus dicatur populus Iesu, consequitur Iesum Deum esse, cuius & alia ratione speciali rectè dicitur populus esse, nempe quòd eum acquisiturus esset, & redempturus sibi sanguine suo precioso, & in suum regnum vendicaturus. Itaq; simul insinuat quare eum ex spiritu sancto nasci conueniebat. Non dixit autem pariet tibi filium quemadmodum dixerat Zachariæ. Non enim Maria Iosepho peperit quæ ex illo non concepit. Deinde non illi, sed toti orbi peperit eum qui totius mũdi saluator futurus erat. Vnde Isaias inquit: Paruulus natus est nobis, iam per hoc quod dicit, pariet, significat quod non qualitercũq; quod in ea natũ est emittet, sed quod tanquam vera illius mater eum generabit. Ac proinde hoc verbo refellitur Valentini impietas, asserentis Christum per virginem tanquam per canalem transisse. Cùm autem dicit, & vocabis nomen eius Iesum; significat eum etsi pueri pater nõ esset, patris tamen officium & curam erga puerum subire debere: nec existimare debere virginem à se dimittendã, quasi eius consortio indignus esset, sed potius illi in omnibus subministrare. Porro ex ratione impositi nominis, Iesus, constat primùm Iudæos nostræ tempestatis in nomine Christi nostri errare. Ipsi enim nomen eius tribus tantum literis scribunt, Iob, schin, & vau, dicentes semper יהוש Iesehou, quod nomen nullo modo saluti significat neq; ab eo verbo deriuatur quod Hebræis saluare signat. Deinde patet & quorundam nostrorum error, qui putant saluatoris nostri nomen iisdẽ debere scribi literis, quibus nomẽ Dei ineffabile tetragrammaton, interposita tantũ litera schin, qua nomen illud ineffabile factũ sit effabile, postquam inuisibilis olim Deus factus est mortalibus per assumptã humanam naturã conspicuus. Hanc autem sententiam, vt est valde plausibilis, ita multis rationibus eam conetur astruere Osiander quidam Germanus. Et primùm quidẽ id probat ex eo quod Iudæi nomẽ saluatoris scribũt semper, Iesu, trium literis, veluti abbreuiantes nomẽ Dei tetragrammaton, & reiicientes, vt frequenter solent, literam he in medio & in fine, idq; partim causa breuitatis, partim in nonnen Dei prophanis oculis ingestum vilesceret. Non esse enim aliquam rationem quare literã Ain Iudæi ex nomine saluatoris reiecissent, si nomen eius à verbo quod saluare significat deriuatum fuisset. Idem colligit ex eo quod Paulus dicat, Christo datum nomen quod est super omne nomen. Hoc autem nomen nullum aliud esse potest, quàm nomen Dei tetragrammaton. Rursum ex eo quod dicitur postea: & vocabunt nomen eius Emmanuel. Verùm quantumuis persuadeat sibi rationes suas concludere efficaciter quod vult: nobis tamen angeli & Euangelistæ autoritas plurimi esse debet quam omnes humanæ eloquẽtiæ rationes quãtumuis persuasibiles. Cùm enim dicat angelus eum vocandum Iesum, quia saluum faciet, &c. ostendit manifestè eum vocandum a salute. Nam quod Osiãder putat angelum, dum reddit nominis rationem, non indicare radicẽ vnde nomen deriuatũ sit, sed nomine illo Dei vocandũ, propterea quod ei competat id quod Deo soli proprium est, nempe saluare à peccatis, adinuentio est humani ingenii. In scripturis enim quandocunque nominis alicuius impositi ratio explicatur, semper indicatur radix vnde nomen deductum est. Et noui testamenti scripturę frequenter Iesum saluatorem vocant, contingitq; Paulus aliquoties nomen, saluator, cum nomine Iesus, veluti nominis Christi significationem explicãs, vt omittamus quod ab initio Ecclesiæ semper omnes senserunt à salute Christum dictũ Iesum. Itaq; vt ad illius principaliores rationes respondeatur, dicendum, quod ad primum pertinet, ex Iudęorum appellatione non rectè colligi verum saluatoris nostri nomen, quod ipsi oderint, & delere conentur. Verisimile enim est eos saluatorem nostrũ semper tribus literis vocare Iesu, partim quod viderent Latinos fere semper eum vocare hoc modo, nempe in

Isaia 9.

Iudeorum & aliorũ quorundã error asserit nomen Iesu

Iob 14.

in genitiuo, datiuo, vocatiuo, & ablatiuo casibus. partim quòd volentes literã Ain reiecerint, vt omnis significatio iam cessaret qua nobis salutem significat. Inuidebant enim ei tam speciosum nomen. Iam quod ex Paulo affert ridiculum est. Cùm enim Paulus ibi loquitur de nomine dato Christo in ascensione, certum est eum non loqui de nomine, Iesus, cùm hoc ei in circũcisione sit impositum. Quod autem ex nomine Emmanuel nihil etiam tale colligi possit, postea patebit. Vt autem intelligatur quibus literis apud Hebræos scriptũ sit & scribi debeat nomen saluatoris nostri, sciendum tres principaliter inueniri qui in veteri Testamento dicuntur nomine Iesus à salute deriuato. Primus is qui dux post Moysen fuit in populo Israelitico. Hic enim à Septuaginta semper vocatur ἰησοῦς, Iesus. Hieronymus autem vocat eum semper Iosue, scribiturq; nomẽ eius apud Hebrẽos quinque literis Iehosuah, & significat idem quod Domini salus, vel Dominus salus. scilicet est. Sic enim eum vocauit Moyses, cùm prius quatuor literis diceretur Hoseah, hoc est. salua, vt patet Num. 13. Secũdus est Iesus sacerdos, filius Iosedech, qui cum Zorobabel reduxit populum è Babylone. Et huius etiam nomen apud Hebrẽos eodem modo scribitur quo nomen Iosue, vt patet in libro Aggæi & Zachariæ: alij quando tamen scribitur quatuor tãtum literis. Iod cum tsere, schin, Vau cum schurec, & ain cum pathah, יֵשׁוּעַ Ieschouagh, vt 1. Esdr. 2. patet. Eodemq; hoc nomine sic quatuor literis scripto leguntur & alij sacerdotes appellati. Nam de vno legitur 1 Paral. 24. qui princeps fuit familię nonę vicis sacerdotalis, vocaturq; in nostra litera Iesua. De alio item legitur 2. Paral. 31. qui apud nos dicitur Iesue, sacerdos item vel saltem Leuita. Tertius autem qui in scripturis dicitur Iesus, est autor lib. Ecclesiastici, filius Syrach, & nepos (vt putatur) secundi illius Iesu sacerdotis: verum huius nomen non habemus expressum Hebraice. Saluatoris autem nostri nomen non debere scribi quinq; literis, sicut nomen Iosue, quemadmodum putat Munsterus, sed quatuor tantum literis, quibus trium illorum nomina, de quibus secundo loco dictum est, scribuntur in scripturis, patet, quemadmodum testatur Pagninus in interpretatione nominum Hebraicorum, ex titulo crucis Dominicæ, qui est Romę in templo Crucis. Significátque hoc nomen huiusmodi literis & pũctis scriptum idem quod salus, vel Saluator: non autem, vt putat Osiander, idem quod saluatus. Non enim est יְשׁוּעַ Ieschouagh Paul kalc, ùm sub Iod non sit scheua, sed tsere, cumq; & kal istius radicis in scripturis non inueniatur. Itaq; nomen illud, quo voluit Deus incarnatus vocari, etiam est tetragrãmaton: sicut illud quod in veteri Testamento vocari voluit tetragrammaton est, quod in aliud iucundius nobis nomen commutatum est. Nam in veteri quidem Testamento quoniam Deus cognoscebatur tãquam creator mundi, & is qui omnibus dat esse, ipse per se solus existẽs, ab esse nomen accepit. In nouo verò, quoniam cognosci voluit tanquam redemptor & Saluator mundi, à salute nomi natus est. Iam quod nomen saluatoris nostri inueniatur etiam aliis fuisse attributum, non contrariatur illi quod dicitur Isaię 62. Vocabitur tibi nomẽ nouum, quod os Domini nominabit. Nam vt ex præcedentibus patet, non est hoc dictum de Christo, sed de Christi ecclesia. Et ex Hebræo constat pronomen, tibi, esse fœminini generis. Quanquam

Vide Cornel. Latinũ lib. 3. cap. 18.

A nomen Christi dicatur rectè nouum, tum quia nouo modo impositũ, tum quia noua ratione illi conueniẽs. Non enim quisquam hac ratione sic appellatus est, quod saluum fecerit aliquem à peccatis. Notandum enim, quod non solum dicit angelus, Ipse enim saluum faciet, sed adiecit, à peccatis eorum. quasi dicat: saluum faciet, non ab hostibus potissimum visibilibus, sed à peccatis eorum. In quo tamẽ includitur, quod saluum faciet etiam ab omni malo, cùm omne malum ex peccato proueniat, deinde & quod æternã conferet salutem. à qua per peccatum excludebatur. Porro nomen hoc, Iesus, per prophetas olim satis significatum fuit, vt apud B Isaiam cum dicit cap. 45. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet le suah, hoc est, salutem vel saluatorem, Et apud Abacuc 3. cap. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Aperte autem messię nomen istud ponitur, 4. Esdrę 7. cap. Reuelabitur filius meus Iesus cum iis qui cum eo sunt, & iucundabuntur qui relicti sunt in annis quadringentis. Et post hos annos morietur filius meus Iesus, & cõuertetur ad me seculum. Quod testimoniũ citat Ambrosius super Lucã. Rabbinus etiam Haccados qui tempore Consulum Romanorũ fuit, in lib. Gale razeia, Antonium Consulem alloquens, hæc de ipso nomine inter cætera dicit. Quia Messias homines saluabit, vocabitur Iesuah. Gentes autem al- C terius nationis quę fidem eius sectabuntur, vocabunt eum Iesum. Sed & Sibylla Erithrea quę circa tempora Ezechię vaticinata fertur, de Christo carmina Græca composuit, quorum primę literæ constituũt hæc verba: ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς, σωτὴρ, hoc est, Iesus Christus Dei filius, saluator. Testatur istud D. August. lib. 18. de ciuit. Dei, cap. 23.

HOC AVTEM TOTVM FACTVM EST VT ADIMPLERETVR QVOD DICTVM EST A DOMINO PER PROPHETAM.] Theoph. secutus Chrysost. intelligit hęc adhuc esse verba angeli ad Ioseph, verum rectius intelligũtur secundũ alios esse verba euangelistæ, qui, quoniã D Hebręis scripsit, frequenter gesta circa Christum prophetarũ testimoniis cõprobat. Dicit itaque hoc autem totũ factum est, quasi dicat, Nihil istius rei fortuito aut casu factũ est, neq; nunc tantùm hæc Deo placere cœperunt sed longe ante à Deo præordinata fuerunt. Non dixit autem quod dictũ est ab Isaia sed, quod dictũ est à Domino per prophetam vt ostenderet Dei magis quàm propheræ esse sermonem. Verum calumniantur Iudæi quod legamus: Ecce virgo cõcipiet, volentes legendum ecce puella vel adolescentula, eo quod Hebraice non sit בְּתוּלָה Bethula, quod propriè significet virginem, sed est עַלְמָה alma, quod propriè puellã significat. Contra quos dicendũ: dictionẽ, alma, propriè quidem non significare virginem, nunquam tamẽ E in scripturis dici nisi de ea quæ virgo sit. sic enim & Rebecca ante nuptias alma dicitur. Et lingua Punica, quæ de Hebræorum fontibus ducitur, propriè virgo, alma dicitur. Sed & Septuaginta verterunt hoc loco παρθένος, virgo. Isaias autem potius posuit alma quam Bethula, tum vt celaret impius mysterium, tum quod alma plus quid significet quam Bethula. Potest enim esse Bethula hoc est virgo, quæ non sit alma, sed non econtra. Nam alma cum deriuetur à verbo abscondere, significat adolescentulam absconditam, quę virorum non patuerit aspectibus, sed diligenti parentum cura seruata

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta sit, hoc est, virginem in annis puellaribus vel adolescentiæ, adhuc constitutam. Fatendum tamen ex solis his Isaiæ verbis non necessariò conuinci posse, virginem virginitate permanentem concepturam, sed ita intelligendum esse cõstare ex eo, quod pro signo nouo domui Dauid dicitur: Ecce alma vel virgo concipiet: non enim nouum est virginẽ per nuptias concipere. Iam friuolum est quod ad Christum nostrum hanc prophetiam non pertinere arguunt Iudæi, ex eo quod sequitur; & vocabunt nomen eius Emmanuel; eo quòd Christus nõ Emmanuel, sed Iesus dictus sit. Scripturæ enim mos est dicere aliquem vocandum tali vel tali nomine, dum vult significare eum talem & futurum, & ab hominibus agnoscendum, qualis nomine illo significatur. Sic Isaiæ 8. dicitur prophetę de Messia; Voca nomen eius accelera spolia detrahere, festina prædari. Et Isaię 9. Vocabitur nomẽ eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, &c. Et Iere. 23. Et hoc nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster, vel Dominus iustitia nostra. Sic & Isaiæ 62. dicitur de Ecclesia: Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur vltra desolata sed vocaberis, Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata. Porrò quod Euangelista habet vocabunt, cũ Hebraica veritas habeat vocabit vel vocabis in fœminino genere, quod ab Hebræis putatur referendum ad virginem: vt sit sensus: virgo vocabit, vel tu virgo vocabis nomen eius: videri potest secũdum Matthæum verbum illud, vocabit vel vocabis, in Hebraica veritate debere referri non ad virginem, sed ad Hierusalem, Sion, aut domum Dauid quam ibi Propheta alloquitur. Sic enim insensu coincideret quod hic dicit Matthæus: vocabunt nempe fideles, nomen eius Emmanuel; cùm eo quod Propheta diceret: Et tu Sion vel Hierusalem, vocabis nomen eius Emmanuel. Indicat autem hunc sensum Hieronymus in commentariis. Quod si verò in Hebraica veritate verbum, vocare, referatur ad virginem, dicendũ ideo Matthęum mutasse verbum, vocabit vel vocabis, in vocabũt, ad indicandum quod mater pueri non dicitur ibi vocatura filium suũ Emmanuel, quasi illud nomen ab ea inponendum esset illi: sed quod talis esset agnoscendus à matre: qualis cùm etiam ab aliis sit agnitus, rectè dixit sensu non mutto; Et vocabunt nomen eius. Quod autem in Isaia noster textus habeat; & vocabitur nomen eius; mendum apparet, quod à scriptore aliquo irrepserit occasione huius loci, quo videbatur alioqui discrepare locus Isaiæ. Nam Hieronymus in suis comment. satis testatur se vertisse. Et vocabit nomen eius, vel vocabis nomen eius; sicut etiam in illius contextu habetur. Emmanuel autem, vel Immanuel, quod interpretatur, nobiscum Deus, rectè à nobis saluator dicitur, tum quia in eo diuina natura nostrę humanę naturæ counita est, & verbum Dei caro factum, atq; apud nos aliquandiu conuersatum, tum quia in eo Deus suam erga nos benignitatem eximiam declarare cœpit, per ipsum reconcilians sibi mũdum. Scripturę enim phrasi Deus cum aliquo esse dicitur, dum in illum fauorem suum declarat. Itaq; in confirmationem eius quod angelus dixit vocandum eum Iesum, eo quod saluum faceret à peccatis, bene affert Euangelista illud: & vocabunt nomen eius Immanuel. Nam ex eo quod vocabatur Iesus ob id quod saluum faceret à peccatis, necessario consequitur eum simul esse & Deum. Nullus enim homo saluum facere posset à peccatis, qui non idem esset & Deus, cùm illud solius sit Dei.

EXVRGENS AVTEM IOSEPH A SOMNO, &c.] His verbis magna nobis virtus obedientiæ & fidei Ioseph commendatur, qui angelo tantùm per somnium admonẽti, & rem tam incredibilem & nouam affirmanti tam citò credidit & obediuit: Deinde & probitas virginis satis insinuatur, nempe quòd ea tanta fuerit, vt ob eam facilè quod in ea à spiritu sancto factũ dicebatur, Ioseph crederet. Dicit, ergo Ioseph fecisse sicut præcepit ei angelus, quod declarat cum subdit; Et accepit coniugem suam; in indiuulsam scilicet vitæ consuetudinem. Nam alioqui eam prius acceperat. Ne autem ex eo quod dixit; & accepit vxorem suã; intelligatur carnaliter eam cognouisse, sed vt intelligeretur Mariam sicut virgo concepit, ita etiam & virginem peperisse, subiicit; Et non cognoscebat eam (verbo autem cognoscẽdi Hebraico more indubiè significat coitum) donec peperit, &c. Ex quibus verbis impius Heluidius duplex sumpsit argumentum, quo errorem suum confirmaret, videlicet ex aduerbio, donec, & dictione, primogenitum. Verùm illi prolixè, efficaciter & doctè respondet Hieronymus lib. contra ipsum æd. dito. Docet enim variis prolatis testimoniis dictionem, donec, non semper significare certum tempus, quo completo fiat id, quod vsq; ad præscriptum tempus; nõ fiebat: sed tantùm id quod nunquam factum est, vsq; ad certum tempus dici non factum, quo videri poterat illud factum, & quo necesse erat scire illud non esse factum. Vt enim intelligeretur Mariam virginem peperisse, quod omnino scire fideles necessarium erat, dicitur; Non cognoscebat eam Ioseph, donec peperit. Quanquã ex eo satis intelligendũ sit relictum, vt docet idem Hieronymus, nec postea Ioseph eam cognouisse. Si enim abstinuit ab ea, cùm in somno tantùm ab angelo didicit virginis excellentem conceptum, à quo angelo non est prohibitus ei congressus cum vxore, multo magis ab ea abstinuit, cùm post partũ clariora excellẽtię virginis & partus eius testimonia didicisset à pastoribus angelorum voces referẽtibus, à Simeone, Anna, & Magis. Alioqui si quis vrgere hic velit proprietatem dictionis, donec, necesse erit intelligat Ioseph statim à partu cognouisse Mariam, quod impium est, & contra legem atq; naturam ipsam. Cæterùm quod attinet ad dictionem, primogenitum, ostendit primogenitum in scripturis dici, non tantùm post quem alij, sed omnem eum ante quem nullus, vt patet ex lege quæ præcipit primogenita Deo offerenda. Epiphanius & ipse prolixè contra hanc hæresim disputans, quam vocat Antidicomarianorum, lib. 3. hæresi 78. vult notandum esse, non esse dictum primogenitum suum, sed filium suum primogenitum, quod & fit cum articulo apud Grecos, τὸν πρωτότοκον, illum primogenitum. vt intelligatur Christum non vocari primogenitum Marię, sed absolutè primogenitum, quia est primogenitus ille insignis, primogenitus scilicet omnis creaturę, vt habet Paulus. hoc, est, ante creationem omnium genitus. Idem author verbum cognoscendi nõ ad coitum vult referri, sed ad cognitionem excellentiæ virginis, vt significetur Ioseph non sic cognouisse ante partum quantæ esset excellentiæ sponsa sua, sicut post partum, per varia accedentia testimonia nosse cœpit. Sed hanc intelligentiam reiicit cum Heluidio etiam ipse Diuus Hieronymus,

NATVS

NATVS IN BETHLEEM CHRISTVS PASTORIBVS nunciatur, & circunciditur. LVCAE II. CAPVT VIII.

FActũ est autem in diebus illis exiit edictũ à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibãt omnes vt profiterẽtur singuli in suam ciuitatẽ. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam in ciuitatẽ Dauid quæ vocatur Bethleem: eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factũ est autẽ cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eũ in præsepia, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadẽ vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circũfulsit illos, & timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere, ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnum quoderit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutũ & positũ in præsepio. Et subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantiũ Deum, & dicentiũ: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cælũ, pastores loquebãtur ad inuicem: Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbũ quod factum est, quod fecit Dominus & ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantẽ positum in præsepio. Videntes autẽ cognouerunt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autẽ cõseruabat omnia verba hæc, cõferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudãtes Deũ in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos. Et postquam cõsummati sunt dies octo vt circũcideretur puer: vocatum est nomẽ eius Iesus, quod vocatum est ab angelo priusquã in vtero conciperetur.

FACTVM EST AVTEM &c. Decretũ promulgatũ est anno ab vrbe condita 752. ab orbe verò cõdito 3970. anno autem 42. vel circiter, imperii Octauii Cæsaris, qui Augusti nomen prius accepit à populo Romano, cùm occiso Antonio, & Aegypto subacta triũphans Romã rediisset. Hic itaque multis vbiq; prouinciis Romano imperio subiectis, anno 42. imperii sui cùm Romanis, totique orbi ab omnibus bellis tãta esset pax, quanta prius nunquam alicui monarchiæ contigerat, templum Iani tertiò clausit, mãsitq; deinceps clausum duodecim annis, vt iam fores rubigo corripuerat. teste Orosio. Igitur hoc anno altissima ac generali pace orbi præstita, decretũ est vt describeretur vniuersus orbis, quo cognoscerent quam latè pateret Romanũ imperiũ. Errauit autem in tempore quo descriptio hæc facta est Iosephus. Siquidẽ vt patet li. Antiq. 18. c. 1. factã putat postquã Archelaus, qui Herodi patri successerat, priuatus regno Iudæorum in exilium Viennam missus fuerat, & iam Copenius primus factus esset præses Iudeę, anno scilicet imperii Octauii 51. vel circiter. Porrò descriptio hæc orbis, cùm non satis eius modus & qualitas hic exprimatur, dupliciter intelligi potest esse peracta. Nã descriptio aliquando fiebat, vt cognoscerẽtur numerus hominũ qui imperio vel regno subessent: sicque descriptio nihil aliud est quam numeratio & annotatio eorũ qui principi nomen dãt subiectosq; se profitentur, quomodo & militum solet fieri descriptio. Aliquando autem fiebat, vt cũ numeratione hominum etiam sciretur quantum quisque haberet in facultatibus, vt secundum id tributarum proportionem vnusquisque tributũ principi penderet. Vnde qui appretiabantur hominũ facultates, censores dicti sunt, à censendo, hoc est, æstimando, & census, bonorũ æstimatio, aut id quod vnusquisque, pro suis diuitiis pendere cogebatur: & censum agere, idem quod recensere hominũ facultates. Atque hoc secundo modo factam hanc descriptionem testatur Iosephus. Dicit enim lib. antiq. 18. c. 1. Porro Iudæi, licet in ipsis initiis descriptionis nomen dirum haberent, subiiciũtur tamen ne amplius resisterẽt, persuadente illis Pontifice Iezaro. Et illi quidem eiecti ratione pontificis depretiari suas permisere substantias, nihil hæsitantes. Priori tamen modo magis peractam hanc descriptionẽ fine scilicet appretiatione bonorum, apparet partim ex Orosio, partim ex his quæ hic dicit Lucas. Si enim singulorum bona in hac descriptione appretiabantur, non conueniebat vnumquenque ascendere in eam ciuitatem vnde erat oriundus, sed potius ibi describi vbi habitabat, & domum possessionesque habebat. Verùm quoniam capita eorum qui nomen darẽt Cęsari annumeranda erant, necesse erat Iudæis in vnam conuenire ciuitatem vnde erant oriundi. Nam Iudæorum mos erat, vt si quando numerarentur describerentur in sua tribu & familia. Certum tamen est in hac descriptione à singulis, dum nomen suum darent, etiam nummum aliquem in sub iectionis professionem datum, sed qui videri potest omnibus fuisse idem, qui etiam census dictus est, sicut in numeratione populi apud Hebręos debebat vnusquisque recensitus secundum legem Moysi dare dimidium sicli, iuxta mensuram templi. Et quidem de nummo dato in signũ subiectionis in hac actione census patet. Nam, Ipsepho teste, Iudas quidam Gaulonites, Saddocum Phariſæum sibi adiungens, cùm Pontifex prædictus suaderet non repugnare Romanis, recessionem facere festinabat, dicens censum nihil aliud esse quam integram seruitutem, quam populo Dei indignam, & illicitã putabat. Cuius meminit & Lucas in Actis cap. 5. in oratione Gamalielis, dicens: Post hunc exitit Iudas Galilæus in diebus professionis (significat autẽ eam descriptionẽ de qua hic dicitur) & auertit populũ post se. Vetũm vt ad propositum reuertamur, census ille qui in hac descriptione actus est, deinceps, vt apparet, singulis annis exolui debebat. Atq; huius cẽsus & Iudæ Galilæi occasione, videtur deinde nata illa inter Iudæos quæstio, qua Christo aliquãdo proposuerunt; Liceret

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne censum dare Cęsari, an non. Postea verò dicetur qualis fuerit iste nũmus census. Iam quod dicit Euangelista; Vniuersus orbis, hyperbolica locutio est, qua aliquid per excessum dicitur, ad insinuandam rei magnitudinem, quomodo apud Ioannem, Pharisęi dicunt de Christo: Ecce mũdus totus post eum abiit, Non enim vniuersus orbis paruit Augusto, cùm Ambrosio teste, & similiter Suetonio, Gothis, Armeniis, & Indis Augustus non imperaret, quamuis iam illius amicitiam ambiissent. Proinde quod dicit: Vniuersus orbis: per synecdochen intelligi debet, vt intelligatur maxima orbis pars, aut subintelligi debet orbis Romanus, vel Romano imperio subiectus. Putat autem Caietanus ideo à Luca positum: vniuersus orbis: ꝙ Augustus ad gloriam sui imperij scriberet vniuersum orbem describendum, quasi totius mũdi esset dominus. Ambros. verò tradit ad mysterium, nempe vt intelligeremus descriptionem hanc potius pertinere ad eum qui tunc nascebatur, verum totius orbis dominũ Cui mysterio consonat quod refert Orosius, Augustum hoc tempore recusasse nomen, dominus quod plerique ei tribuendum putabant, quasi præsagientem natum iam in terris eum qui verè esset terræ cœlique dominus.

Matth. 18.

HAEC DESCRIPTIO PRIMA FACTA EST. A PRAESIDE SYRIAE CYRINO, &c.] Non est sensus huius loci, quod prędses iste primus hãc descriptionem fecerit, & ab eo generalis ista discriptio cœpta sit primo, vt illud, prima, referatur ad præsidem. Nam quamuis hunc sensum habere possit nostra litera, nõ tamen Grecorũ, quorũ litera non habet, prędside Syrię: sed, ἡγεμονεύοντος τῆς συρίας κυρηνίου, hoc est, presidente Syrię Cyrenio, vt significetur hæc descriptio facta, cũ ille Syrię prędidẽ ageret, quomodo & Ambros. legit & interpretatur. Neque rursum etiam secundùm hanc lectionem sensus est, hanc descriptionem de qua modò loquor, primam esse inter eas quę sub hoc præside facta est, post quam & aliæ sub eodem presidẽ postea factæ sint, quomodo intelligit quidã referens etiam illud, prima, ad præsidem. Sed, vt patet ex Orosio, intelligendum est hanc descriptionem absolutè dici primam, quòd etsi ante eam particulares aliquorum locorum aut regionum præcessissent, nunquam tamen tam generalis fuerit descriptio etiam ab orbe condito, neque similis contigit aut in imperio Babylonico, aut Macedonico. Proinde sic locus iste distinguendus est: Hæc prima descriptio vniuersi orbis, ac deinde distinctiuncula interposita subiũgendũ, facta est prædside Syriæ, hoc est, cum esset prædes Syrię Cyrinus, aut, vt habet nostra litera, facta est à prædide. Ideo enim mentionem facit Lucas prædidis Syrie, vt significaret descriptionem hanc factam in Iudæa ab illo, Romanorum nomine. Sub Syrię enim nomine cõprehenditur Plinio & aliis etiam Iudæa, & hoc temporis necdum Iudæa proprium prædidem habuit, cùm adhuc in Iudæa regnaret Herodes. Voluit autem Christus nasci hoc tempore quo generalis erat & altissima tori orbi pax, & quo fœlicissimè rerum potiebantur Romani, vt per pacẽ hanc temporalem daretur intelligi tempus iam esse quo veniret is de quo dictum erat: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et Isaiæ 2. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium. Nam quamuis hæc de temporali illa pace dicta nonerant, cùm pax ea mox finem habuerit, tamẽ vmbra quædam erat pax illa temporalis, pacis illius spiritualis quæ per Messiam ventura promissa fuit. Deinde vt intelligeretur is iã nasciturus, qui totius orbis verus esset futurus dominus, sicut de eodem in Psal. prædicto subditur: Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Proinde in descriptione orbis nasci voluit, primum quidem vt insinuaretur tũ tempus esse quo veniret promissus liberator populi Israelitici, quando populus ille recensitus fuit sub alieno imperio, & externo principi subiectionẽ profes sus. Deinde vt descriptionis huius occasione, virgo è Nazareth in Bethleem ascendens ibi pareret. sicq; & demõstraretur virgo cũ prole sua fuisse ex semine Dauid, & impleretur prophetia Micheæ, Christum in Bethleem Iudæ nasciturum prędicẽs. Quòd enim virgo descriptionis tempore aliunde in Bethleem veniens peperit ibi, longè certius probat genus virginis ex semine Dauid, quàm si ibi habitans perpetisset, cùm certũ sit multas in Bethleem habitasse, quę ex Dauid originem non traxerunt. Deinde quod sic nouo euentu in Bethleem natus est Iesus, magis arguebat prophetiam Micheæ ad ipsum pertinere quàm ad alium quemuis qui in Bethleem communi eueũ natus erat. Conueniebat & ideo virginem in Nazareth habitantẽ in Bethleem veluti in transitu parere. vt locus natiuitatis Christi ad tempus impiis & infidelibus occultatus esset, furoremq; Herodis & Archelai, filius virginis melius effugere posset. Præterea vt peregrè natus, & in vna ciuitate conceptus, in alia verò genitus, ostender et se in hoc mundo peregrinum esse, suoq; exemplo nos doceret tanq uã peregrinos & aduenas viuere in hoc seculo. Tertiò indescriptione orbis Christum cõueniebat nasci, vt in generali orbis descriptione etiam ipse asscriptus veritatem assumptę naturę humanæ ostenderet, communioremq; sui faceret orbi, & vt cũ reliquis hominibus seruituti sese subiiciẽs se ruitutem nostram aboleret, quemadmodu n sub lege factus est, quo eos qui sub lege erãt redimeret. Postremũ, vt ostenderetur eum iã nasci, cui pleriqne; ex omnibus totius mũdi patibus nomen daturi erant asscribendi per ipsum in regnum æternum. Vnde Ambrosius: Professio ista fidei, census animorũ est, &c. Et Gregorius: Quid est quod nascituro Domino mundus describitur, nisi quia ille apparebat in carne qui electos suos asscriberet in æternitate?

Psal. 71.

ET IBANT OMNES VT PROFITERENTVR SINGVLI IN SVAM CIVITATEM.] Pro, profiterentur, Grœce idem est verbum. nempe ἀπογράφεσθαι quod prius vertit, describeretur: proinde & hic verti potuisset, vt describerẽtur & prius, vt profiterẽtur. Dictio enim Græca vtrunque significat, sicut etiam apud nos in idem coinci dunt, profiteri & describi, cùm quicunque profitebatur, etiam describeretur. Describebatur enim à censoribus qui nomen suum dabat principi, & ei subiectionem profitebatur: proinde professio dicitur, respectu eorum qui censebantur: descriptio, respectu eorum qui censebant. Porrò quod dicit; in suam ciuitatem; oportet per ciuitatem vniuscuiusque intelligere non ciuitatem in qua quisq; natus erat, aut habitabat, sed eam vnde quisq; erat oriundus. Ioseph enim in ciuitatem Bethleem ascendit tanquam in suam ciuitatem, cùm tamen in ea non habitaret, & fortassis nec natus esset. Iam nec mysterio

terio videri potest vacare, quod Bethleem ciuitas Ioseph & Mariæ, ac proinde etiam Christi esse dicitur, & tamẽ in ea Christus tanquam peregrinus & alienus natus sit, nimirum quia in propria veniens tanquam peregrinus hic cõuersatus sit, non habens vbi vel caput suum reclinaret.

ASCENDIT AVTEM ET IOSEPH A GALILAEA, &c.] Euãgelista sicut describẽs locũ vnde Ioseph ascẽderit, prius regionẽ nominat, dicẽs; de Galilæa; ac deinde regionis ciuitatẽ, dicens, de ciuitate Nazareth; ita descripturus locũ quo ascendebat, prius regionẽ nominat; dicens; in Iudęã: ac deinde regionis ciuitatem, dicens: in ciuitatem Dauid. Non enim legendũ; Iudæam ciuitatem Dauid; sed cum duplici præpositione: in Iudæam, in ciuitatẽ Dauid. Porro necessario adiecit: quæ vocatur Bethleem: ad distinctionẽ alterius ciuitatis, quę etiam ciuitas Dauid dicitur in scripturis. Nam & arx Sion, ciuitas Dauid dicitur, quòd eam ædificasset, & in sedem regni delegisset. Bethleem verò, ciuitas Dauid dicitur, quod in ea natus esset. Apparet autem in hac descriptione etiam præceptum fuisse, vt & mulieres profiterentur, quia hic dicitur vt profiteretur cum desponsata sibi vxore. Nam quamuis illud: cum despõsata: referri possit ad verbum, ascendit, vt significatur Ioseph ascendisse cum vxore sua: tamen non videtur verisimile Ioseph cum vxore sua tam vicina partui ascensurum, nisi & mulieres describi necesse fuisset. Dicitur autem Maria adhuc desponsata Ioseph, cùm iam aliquot mensibus cum eo vixisset, ad significandum eam adhuc incognitam fuisse viro, ac virginem periisse, sicut virgo conceperat.

Maria peperit sine dolore nec obstetrici bus opus habuit.

FACTVM EST AVTEM CVM ESSENT IBI, &c.] Rectè impletos esse dies partus dicit, quo declararetur magis verum esse hominem qui nascebatur. In Bethleem autem Christum nasci conueniebat, non solùm vt impleretur prophetia Michæe, & ostenderetur esse ex semine Dauid, sed etiam propter nominis significationem. Bethleem enim sonat domum panis. In Bethleem ergo, hoc est, domo panis, nasci debuit is qui est panis ille verus de cœlo descendens, quẽ qui ederit, non morietur in æternum. In Nazareth tamen Galileæ ciuitate concipi voluit, vt intelligeremus eum ad vtrumq; pertinere populum, gentilẽ scilicet & Iudaicum: Vtriq; autem rei; nempe & conceptui & natiuitati, humilis delecta est ciuitas, quia is concipiebatur & nascebatur qui venerat vt per humilitatis exẽpla superbiã nostrã argueret & reprimeret, & per suam humilitatem apud patrem pro nostra superbia satisfaceret; atq; è vilitate summa ad maximam subueheret nos dignitatem. Quas easdem ob causas & matrem pauperem, & pannos viles quibus inuoluerentur, & præsepe in quo reclinaretur sibi delegit. Iam sicut per hoc quod dicitur virgo peperisse, significatur eã tanquam vera illius mater ædidisse in hunc mundũ per genitalia membra: ita cũ dicitur pannis inuoluisse: & reclinasse in præsepi, significatur satis sine dolore omni & languore peperisse, vt quæ sine libidine cõceperat, nec aliquam ibi adfuisse obstetricem quæ genitũ parnulum exciperet, quẽadmodum apocryphi quidã libri mentiuntur. Neque enim quòd sine languore pareret, obstetricibus aut nutricibus indegebat, sed & ob pietatem eas nolebat, atque ob paupertatem non habebat. Ex his autem iam etiam consequitur, quod filium suum virgo non omnino naturali ter peperit. Naturaliter enim partus non potuisse esse sine apertione claustrorum fœmineorum, quæ sine dolore, & corruptione virginalis signaculi esse non potuisset. Atque ob id Ecclesiastica fides tradit, quod Maria virgo fuerit in partu. Porrò quod in præsepio reclinatus sit Dominus, eo ꝙ nõ esset ei (vel, vt habent Græca, εἰς) locus in diuersorio & hospitio, primùm quidẽ factũ est ob eas causas quas prius diximus, & vt per illius paupertatẽ nos diuites efficeremur, perq; hospitii egestatem nobis pararet multas in cœlo mansiones. Deinde & in mysterio factũ est, vt dęsignaretur mundum hũc, in quem peregrinari pro redemptione nostra venerat, factum prędsepe hominum, qui irrationabilibus assimiles facti erant animalibus, ipsumq; ad hoc venisse, vt cibus hominum factus eos ab irrationabilitate liberaret. Vnde Beda, Qui panis est angelorũ, in prędsepio reclinatur, vt nos quasi sancta animalia carnis suæ frumento reficiat. Pulchrè mysterium explicat D. Grægorius Nyssenus, appli cans ei locũ Isaiæ 1. cap. Præsepe, inquit sermone de natiuitate, rationis atque sermonis expertium animaliũ domicilium est, in quo Sermo nascitur, vt bos agnosceret possessorem suũ, & asinus prædsepe domini sui. Bos subditus legi, asinus oneribus portandis destinatũ animal, quod peccato simulachrorũ cultus oneratũ atq; grauatũ est. At bruris quidẽ conueniens cibus & potus gramẽ est ac fœnum (qui producit enim gramen ac fœnum pecoribus, inquit Prophera) rationale autem animal pane nutritur. Quamobrem idcirco prędsepio, quod est habitaculum brutorum, is qui de cœlo descendit panis vitę proponitur, vt etiam bruta rationali inuicem sumpto cibo rationem adipiscantur. Medius igitur inter bouẽ & asinum in prędsepio, vtriusque dominus est, vt solito interstitio legis, ambos in se creet in vnum nouũ hominem, & ab hoc grane iugum legis auferat, & illũ idololatriæ onere leuet. Nazianzenus item in duobus his animalibus similiter philosophatur, per bouem mundũ animal & sacrificio aptum, intelligens mundos & iustos: per asinum, nec cibo nec sacrificio aptum, immundos. Quòd autem non erat eis locus in diuersorio, magis videtur fuisse propter multitudinẽ hospitũ tunc occasione descriptionis aduentantium, quàm propter paupertatẽ. Nam postea Magi inuenerũt puerũ cum matre in domo, verùm tępore partus non erat in diuersorio locus aptus parienti, quę solitudinem requirit. Paupertas tamẽ virginis etiam his verbis satis insinuatur, vt quę in ea ciuitate vnde erat oriunda, nullam haberet domum propriã, nullos amicos ad quos diuerteret: nec tã diues vt in illa hominum frequentia secretum aliquod in domo cubiculũ consequi posset. Porro pro eo quod habemus; pannis inuoluit, Grœcę est σπαργάνωσεν, quod est, infasciauit, aut fasciis inuoluit, ne quis imaginetur laceros pannos. Verisimile enim est Marię paupertatem fuisse mundam.

Quid per bouem & asinum intelligatur

Psal. 103.

ET PASTORES ERANT IN REGIONE EADEM VIGILANTES, ET CVSTODIENTES VIGILIAS NOCTIS.] Postquã descripsit Lucas quãdo & vbi natus esset Christus, & qua occasione in Bethleẽ natus, fit, & in quãta paupertate & humilitate sit natus: iã describit quibus primũ natiuitas eius sit manifestata, & quomodo quãq; natiuitatis eius humilitas plena fuerit magnificẽtię. Pro dictione autẽ, vigilãtes, Græcis est ἀγραυλοῦντες ideſt, in agro pernoctãtes aut agẽtes, &

stabu

Universidad de Deusto
Biblioteca

stabulentes. Cóponitur enim ab ἄγρες ager, & αὐλη stabulum. Quidam vero dictionem Græcam exponunt τὴν ἀγρῳ αὐλείν, hoc est, in agro tibia vel fistula canere: sed prior interpretatio conuenientior est, quãuis & secundæ meminerit Theophylactus. Iam quod sequitur, custodientes vigilias, vel, vt habent Græca, φυλάσσοντες φυλακὰς, hoc est, custodientes custodias, intelligendum est ipsum loqui de quatuor illis vigiliis & custodiis, in quibus olim nox distributa erat, & de quibus Euãgelia sæpe meminerũt. Itaq; significãtur pastores hi vicissim, vigilias has obseruasse propter incursum luporũ, aliarumq; ferarum. Quoniam autẽ statim vbi descripta est Christi natiuitas, sequitur de pastoribus, quod erant in agro excubantes, per quod satis significatur quod eodem illo tempore quo Christus natus fuit, hæc circa pastores gerebantur, consequitur hinc quem admodum habet Ecclesiastica traditio, Christum nocturno tẽpore natũ esse, quod ipsum euidentius patet ex verbis angeli dicentis: natus est hodie Saluator. Non enim intelligi potest die noctem hanc præcedentẽ natum, cùm dies apud Iudæos initium sumpserit à vespera. Nocte autem nasci Christum cõueniebat tum vt natiuitas eius impiis magis esset occulta, tum ad insinuãdum tenebras huius seculi, quas sol iustitiæ suo ortu venerat fugaturus. Itaque in ipso tunc mysticè adimpletum est illud Sap. 18. Cùm quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotẽs sermo tuus Domine exiliens de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator in mediã exterminii terram prosiliuit. Simili ratione conueniebat Christũ hyemis tempore eo quo iam dies crescere cœperunt, nasci, vt hyemis quidem asperitatem pro nobis susc ipiens, iã in infantili ætate pro nobis satisfacere, suamq; erga nos charitatem declarare auspicaretur: ipsorum verò dierum incremento ostenderetur is nasci qui tenebras esset discussurus, & per quẽ apud homines augenda esset lux diuina. Porro pastoribus non quidẽ dormientibus, sed bono operi intentis, & vigilantibus pro ouibus suis Christi natiuitas primùm annunciata est, nõ autem regibus, pontificibus, Scribis & Pharisæis. Primùm quoniam illi propter simplicitatem & innocẽtiam morum, vitæque similitudinem cum patribus quibus Christi natiuitas promissa & reuelata fuit, digniores erant huiusmodi diuina reuelatione, facilius etiã propter suam humilitatẽ & simplicitatem creditur in Messiam tam humiliter natum. Scribæ verò & Pharisæi propter malitiam & superbiã suã & indigni erant hac manifestatione, & in humilitate nati pueri offendiculum passuri. Secundo, factũ istud est etiam ob id, vt Dei etsi summi & maximi, dignationẽ summam aduertamus, intelligamusq; quàm sint ei etiam vilissimi homines chari, & ostẽderetur in ipso iam Euangelii primordio, qui potissimùm deligendi essent ad percipienda primùm Euangelii noui mysteria, aliis deinde communicanda, simplices scilicet, ignobiles & cõptempti, secundùm illud Pauli: Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt cõfundat sapientes. Tertio, quia cõueniebat vt pastoribus humilibus & vigilantibus pastor ille humillimus primùm annũciaretur, qui relictis nonaginta ouibus in deserto, venit quærere eã quæ perierat, positurus contra luporum rabiem animam suã pro ouibus suis. De quo pastore multa Ezech. 34. Postremùm, in hoc facto mysticè significatum est, necesse esse vt pastoribus rationalium ouium prius diuina mysteria reuelentur, vt qui deinceps ea aliis annunciare debeant, non tamen ipsis pastoribus reuelanda Dei mysteria, nisi in agro huius mundi pro custodia creditarum sibi ouium inuigilent. Putant autem quidam, pastores istos fuisse cùm hæc agerentur, circa turrim quendam vicinam Bethleem, dictã Hebraicæ עֵדֶר AEder, hoc est, gregis, quòd illic ob agros compascuos esset pecoris copia, circa quam Iacob rediẽs è Mesopotamia aliquando moratus est, vt scribitur Genes. 35. vbi sic legitur: Egressus Israel inde (nempe à Bethleem (fixit tabernaculum trans turrẽ gregis. Vbi pro gregis, Hebraicè est AEder. Cuius turris etiam intelligunt facere mentionem Micheam c. 4. dicentem: Et tu turris gregis (vel AEder) nebulosa filia Sió vsq; ad te veniet: & veniet potestas prima regnũ filiæ Ierusalẽ. Verùm ex commentariis Hieron. super Micheam patet per turrem hãc gregis, de qua loquitur Micheas, intelligendam Sion & Hierusalem. Ipsa enim turris gregis vna ex turribus ciuitatis Hierusalem, videtur fuisse constituta in aquilonari ciuitatis muro, ac dicta alio nomine Ophel, pro quo vertit Hieronymus in Michea, nebulosa. In comentariis enim super Isaiæ cap. 32. Hebræi (inquit) duas turres in Hierusalem fuisse arbitrantur, quæ his appellantur nominibus, Ophel & Bachan. Quarum prior interpretatur tenebræ siue nubilum, quod vsque ad nubes exigeret caput: altera probamentum & firmitas, siue, vt Symmachus vertit, inquisitio. eo quod in contemplando culmine eius oculi fallerentur. Hactenus ille. Proinde 2. Paral. 27. Hieronymus nomen dimisiit Hebraicum, turrin quandam ciuitatis Ierusalem vocans Ophel. Et in muro (inquit) Ophel multa constructa. Similiter 2. Paral. 33. & Nehemiæ 3. Et Brocardus monachus in descriptione terræ sanctæ dicit, vbi occidentalis muri pars connectebatur aquilonari, fuisse turrim, dictam Nebulosam (quod secundùm Hieronymum Hebraicè diceretur עֹפֶל Ophel) quæ admodũ alta fuit, in alta rupe constructa, & propugnaculum valde firmum, cuius ruinæ adhuc visuntur, vnde tota Arabia, Iordanis, mare mortuum, & alia plurima loco sereno cœlo videri possunt.

ET ECCE ANGELVS DOMINI STETIT IVXTA ILLOS, &c. Quod nos habemus; stetit iuxta illos, Græcè est ἐπὶς ἀὐτοῖς, quod propter ambiguitatẽ præpositionis ἐπὶ, potest etiã verti; superemineba illis: vt intelligatur angelus non astitisse illis in terra, sed inhæsisse ex alto capitibus eorũ. qui sensus videri potest magis conuenire ex eo quod sequitur: Et subitò facta est cũ angelo multitudo militiæ cœlestis. Hęc enim multitudo videtur potius in aere substitisse. Quod autẽ habemus, claritas Dei Græce est δόξα κυρίε, hoc est, gloria Domini. Nõ enim δόξα significat splendorẽ & claritatẽ, quomodo dicimus splendorẽ solis lunæ & ignis sed maiestatem & gloriam, quæ & ipsa nobis dicitur claritas. Proinde nõ potest claritas Dei hic exponi vt sit lumen diuinum: & tamen in lumine & splendore angelũ apparuisse patet ex verbo, circũfulsit. verùm maiestas quædã diuina præferebatur per lumen illud in quo apparuit angelus, atque ob id dicitur maiestas & gloria Dei circunfulsisse eis: per quod significat non circunfulsisse eis lumẽ sydereum aut igneum, sed lumen à specie quadam glorię Dei protectum. Porrò, vt & annotauit Beda nusquam in tota veteris testamenti serie reperimus

mus angelos qui tam sedulò apparuere pastoribus cum luce apparuisse. Sed hoc priuilegiũ rectè huic tempori est seruatum, quando exortum est in tenebris lumen rectis corde. Cum autẽ Græca habeãt, Domini nõ, Dei δόξα κυρίε, & angelus Christum natum dicat Dominum, videri potest Euangelistam significare voluisse, Dominum Christum qui obscurus iacebat in præsepio obscuro, iam tum pastoribus sua claritate & maiestate circumfulsisse. Non enim dixit, claritas angelh ca, ed claritas & gloria Domini. Dominum autẽ vocat angelus Christum. Iam hic considerare conuenit quàm tota natiuitatis Christi humilitas plena sit magnificentię. Nascitur enim ex paupere matre, sed tamẽ ex virgine. Putatitiũ habet patrem fabrum, Ioseph scilicet, sed idem patrem naturalem habet Deum fabricatorem cœli & terrę. Nascitur in obscuro stabuli loco, sed idem cœlesti lumine fulget, & ab angelis palã prędicatur pastoribus, atq; à stella Magis in oriẽte denunciatur. In præsepi collocatur, non inueniens locũ in diuersorio, sed eidẽ angelici famulantur exercitus, atq; ab eis Dominus omnium prędicatur. Humilibus pastoribus primùm manifestatur, sed ab angelo. Et ompino ita semper permixta sunt admirãda humilibus, vt simul & illius pro nobis susceptæ humilitas, & eiusdẽ diuinitas cõmonstretur. Quamuis autem claritas hæc in qua apparuit angelus, leti esset dominis, tamen ob insolitũ ac subitum prodigium magno timore correpti sunt pastores. Verùm angelus solito suo more mox illum timorem excuti, iubẽque potius gaudere, dicens:

NOLITE TIMERE, ECCE ENIM EVANGELIZO.] Hoc est, annũcio vobis gaudiũ, non qualecunq;, sed magnũ, hoc est, gaudij magni materiã. Dicit autẽ, vobis, cũ emphasi significãs illos præ Pharisæis, Scribisq;, & aliis ad hoc nouũ nunciũ audiendum esse singulariter delectos. Sed addit; quod erit omni populo; quasi dicat: Vobis quidẽ annuncio, sed tamen nõ erit vobis propriũ, verũ cõmune omni populo. Quod intelligi potest vel de omni populo Israelitico, vel potius de omni populo mũdi. Multi enim sunt ex vniuerso populo mundi, qui de natiuitate Messiæ gaudent. Explicat autẽ deinceps quæ sit gaudij istius magni materia: Quia, inquit, natus est vobis hodie Saluator. Bene quidẽ dicit; natus est vobis, hoc est humano generi, ad insinuandũ quòd nõ angelis, sed nobis iam natus erat, cùm illi Saluatore opus non haberent. Potest & hoc quod dicitur; natus est vobis; intelligi significare natiuitatẽ Christi secundùm carnem eũ distinctione natiuitatis eius diuinæ, vt sit sensus: Etsi prius quidẽ natus sit in diuinitate, tamẽ vobis hodie natus est: quãdo humanã ex vobis pro vestra salute naturã assumpsit, Et prius quidem natus erat omnibus creator Deus, nũc vero natus est hominibus Saluator homo. Absolutè autem vocat eum Saluatorem, quod non ab hoc vel illo malo saluaturus esset, sed ab omni malo, vt patebit in resurrectione iustorum. Iã sicut saluatoris huius humanitatem angelus apertè significat, dum dicit: natus est vobis: ita eiusdem diuinitatem, dũ dominũ eum vocat, dicens: qui est Christus Dominus. Adiecit autem; in ciuitate Dauid; tum vt certo loco demonstrato occasio daretur quærendi puerum; tum quia omnes expectabant Messiam ex ciuitate Dauid, vt sic ad credendũ quod annunciabatur faciliores redderentur. Adiecit autẽ & signũ, dicens: Et hoc vobis signum, &c. Circa quod tamen signum dubitari potest quomodo conueniat ad confirmãdum id quod dixit. Nam per hoc quod inueniretur infans pannis inuolutus, & positus in præsepio, non potuit cõprobari natum esse saluatorem qui esset Messias & Deus: sed ex illo potius videri potuisset contrariũ, cùm panni illi & præsepe nõ potentiam Christi & diuinitatem, sed tantùm infirmitatem humanæ naturæ declararent. Sed dicendum, signum hic non accipi pro miraculo aliquo, & re supra naturam adhibita ad confirmationẽ alicuius dicti neq; sensus est: Et hoc est vobis signum quo cognoscere potestis verum esse quod dico, natum esse saluatorẽ vestrũ. Nam pro signo huius dicti confirmatiuo postea accessit multitudo militię cœlestis laudantium Deum. Sed signum hic accipitur pro distinctiuo signo, quo scilicet natus iam infans internosci posset ab aliis. estq; sensus: Hoc sit vobis signum, quo adeuntes ciuitatẽ Bethleem dignosci possit à vobis infans, quem natũ vobis hodie annuncio. Sunt tamen qui pio magis quam vero intellectu intelligunt hic ab angelo signum dari, quo comprobetur quod asseruit, natum scilicet saluatorẽ mundi Messiam, nimirum quia infirmitas à Iesu susceptа, euidens fuit signum quod ipse esset saluator mundi futurus, vt qui per infirmitatẽ hanc nos erat saluaturus. Vnde Bernardus: Panni tui, ò Christe, positi sunt in signum sed in signũ cui quotidie à multis cõtradicitur. Verùm prior intelligentia simplicior est & verior. Iuxta quam tamen considerandum est, quod quemadmodum non puduit filium Dei infirmitatem nostrã susc ipere, & in ea apparere, imò per eam & in ea agnosci voluit: ita nec angelum puduit hoc humilitatis & pauper tatis signo infantem tantùm, quem Saluatorem & Dominum appellauit, demonstrare, per quod insinuatũ est ab angelo humilitatem hãc infanti nato non ad ignominiam, sed ad gloriam cessuram, & Messiæ huius regnũ nõ in opulentia & fastu consistere, sed in infirmitate & humilitate, per quæ triũphaturus esset de hostibus nostris, & redẽpturus nos. Proinde & nos conuenit signum istud ab angelo datũ, quo natus Saluator internosceretur, memori semper mente retinere, vt hoc signo semper dignoscam⁹ quę Christo gratiora sint, & in quibus Christus inueniatur, quęq; illi nos magis cõmendent. Porrò ex eo quod absolutè hic dicitur: Inuenietis positum in præsepio; apparet, præsepium istud fuisse aliquod prę sepe notorium & commune omnibus, quodq; communiter sic diceretur, alioquin enim particularem aliquam cõditionẽ angelus addidisset, dicens: in prę sepio huius vel illius diuersorij. Quibus adstipulãtur quę scribit Brocardus terrę sanctę diligens inspector & descriptor. Hic enim tradit in extremitate orientali ciuitatis Bethleem, sub rupe quadam quę erat iuxta murum ciuitatis, fuisse secundum motẽ illius terrę locum pro stabulo, habentem prę sepe in rupe excisum, vbi mũdi saluator de virgine natus fuit reclinatus, vbi & hodie dicit extructũ sacellum nobilissimum stratum marmore, & marmoreis erectum columnis, vt vix inueniri possit locus sacer illo pulchrior.

Quod fuit & vbi præsepe Domini.

ET SVBITO FACTA EST CVM ANGELO MVLTITVDO MILITIAE COELESTIS, &c.] Ne parua videretur vnius angeli autoritas, & nein paupertate nati pueri offenderẽtur pastores, postquã vnus sacramentũ nouę natiuitatis edocuit, statim multitudo cœlestiũ agminũ

assuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

affuit. Intelligit enim per militiã cœleſtẽ, exercitũ angelorum ,qui frequenter in ſcripturis dicitur apud Hebræos צבאות tſaba (vnde eſt Dominus tſabaoth)hoc eſt, exercitus & militia , ad ſignificandum angelorummultitudinem, eoſq; omnes certo quodã inter ſe ordine vni Deo ,ſubeſſe , & paratos eſſe ac fortes ad exequendum ipſius in omnibus voluntatem,atq; ad debellandum aereas poteſtates humano generi & diuinæ voluntati aduerſas. Bene itaq; hic dicit angelo coniunctam eſſe multitudinem cœleſtis militię,nimirum vt ſignificaretur natum illum puerum quem angelus dixit Dominum,eſſe Dominum illum tſabaoth vel virtutũ, forte in prelio, cui aduerſus principes huius mundi quos expugnare venerat , ſeruiturus eſſet & militaturus exercitus angelorum. Hi itaq; angeli annunciationem non ſolùm approbantes , ſed etiam ob rem hanc nouam & Deum laudantes ,& nobis congratulantes dixerunt.

GLORIA IN ALTISSIMIS DEO, &c. In quo angelorum hymno primum annotandũ, Græca non habere,hominibus bonæ voluntatis , quomodo tamen conſtanter omnes Latini legunt & interpretantur ,ſed in hominibus bona voluntas. Et pro bona voluntate non eſt ἀγαθοῦ θελήματος ſed vna dictio ἐυδοκία quę propriè idem eſt quod bene placitum:& non tribuitur vnquã hominibus reſpectu Dei,ſed frequenter Deo reſpectu hominũ, cùm ſcriptura gratuitam Dei erga homines beneuolentiam vult deſignare.Cùm autem apud Græcos non intercedat coiunctio, &, inter duas has partes ; in terra pax,in hominibus bona volũtas vel beneplacitũ,ſicut intercidit inter illas; Gloria in altiſſimis Deo,& in terra pax: apparet cõueniẽtiſſimè duos illos nominatiuos,pax & bona voluntas coniungi per appoſitionem , vt ſit iſte ſenſus : in terra pax, hoc eſt , bona voluntas Dei erga homines.Nihil enim aliud eſt pax Dei cum hominibus, quàm beneplacitum illius erga eos quibus prius offenſus erat.Itaq; noſtra litera non poteſt intelligi vt ſignificetur pax prom itti hominibus habentibus bonam voluntatem,hoc eſt, bene viuendi propoſitum bonum, ſed vt habeat noſtra litera ſenſum Græcæ lectionis,genetiuus,bonæ voluntatis, conſtrui debet cum nominatiuo, pax, & accipi pro bona Dei erga nos volũtate.vt ſit ſenſus:Et in terra ſit hominibus pax bonę voluntatis Dei, hoc eſt pax & reconciliatio prouenies non ex hominũ meritis,ſed ex gratuita & propẽſa Dei erga eos benignitate:aut intrã ſitiuè pax , quæ eſt bona voluntas Dei erga eos, quemadmodum Pſal. 5. Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ cor onaſti nos, ſcutum bonæ voluntatis exponi debet pro ſcuto , quod eſt bona Dei voluntas.Poteſt tamen textus Græcus etiam ſic accipi, vt hymnus angelicus tres diſtinctas; coutineat partes: vt prima parte gloria Deo tribuatur in cœlis,ſecunda ſignificetur pax hominum inter ſeſe in terra.religionum diuerſitate per quam diſſidebant ſublata:tertia verò Dei erga homines beneplacitũ. Sed prior ſenſus videtur conueniẽtior, ſecundum quem intelligendum eſt angelos loqui de pace Dei cum hominibus , quam tamen ſequitur & alia duplex pax, pax ſcilicet mentis, & cõcordia diſſidentium inter ſeſe populorum. Videndum autẽ quod uerbum ſubintelligi debeat in his nominatiuis, gloria & pax,indicatiui ſcilicet modi verbum an optati ui. Hoc eſt,vt ſit ſenſus : Gloria ſit Deo, & in terra ſit pax,an gloria eſt Deo & in terra facta eſt pax.Caietanus quidẽ intelligẽs in hoc hymno tres diſtinctas cõtineri partes , intelligit hic tres effectus incarnationis Domini deſignari, vt ſit ſenſus: Per nouã hanc natiuitatẽ vobis annunciata erit gloria Deo in cœlis,& pax erit in terra,& in hominibus erit bona Dei voluntas. Verùm cùm his verbis dicat Euangeliſta angelos Deum laudare (Laudãtium enim, inquit,Deum & dicentium)manifeſtum ſatis primæ partis hunc debere eſſe ſenſum: Gloria ſit Deo in excelſis,aut,gloria debetur Deo in cœlis. An autem & ſequens pars ſimiliter intelligenda ſit optatiue,Et in terra ſit pax hominibus, non ſatis conſtat. Beda enim precatiue accipit,Dicit enim:optant etiam pacem hominibus,cum ſubdunt;Et in terra pax hominibus.Verùm ſi conſideretur pacem hanc iam per Chriſti natiuitatẽ præſtitam,aut ſaltem inceptam,vt potius pax hæc prædicanda fuerit quam optanda:ac deinde conſidere tur & illud quod his verbis Euangeliſta angelos laudare Deum inſinuat, non precari, videbitur ſecunda pars potius ſic accipienda;& in terra pax iã facta eſt;vt hac parte iam cauſa reddatur quare gloriam Deo optent,illiq; deberi prædicent,ac coniunctio,&,pro quia accipiatur.In quem ſenſum exponit Theophyl.ſic enarrans:Quid autem hymnus angelorum declarat;Vel omn ino gratiarum actionem ſupernorum exercituum & gaudium,eo quod terreni beneficia tãta conſequamur.gloriatur enim Deo dicunt. Super terram autem pax nũc facta eſt & cùm prius humana natura inimica fuerit Deo, nunc adeo conciliata eſt,vt & Deo adiuncta ſit,& incarnato vnita.Hactenus ille.ex quibus nõ obſcurum eſt quid ſenſerit. Simplicius tamen videtur vtramque partem hymni ſimiliter accipere optatiuè per ſubintellectionem verbi,ſit,non purè tamen optatiuè accepti(non enim purè optaſſe hæc intelligi poſſunt,quæ iam ſaltẽ ex parte adimpleta erant & preſtita) ſed intelligendo angelos quæ iam fieri videbant optaſſe vt amplius fierent in ſignum lætitiæ eorum & congratulationis ob beneficia humano generi impenſa.Ita enim etiam in Apocalypſi ſancti dicuntur dicere:Sedẽti in throno,& agno benedictio , & honor,& gloria,& poteſtas in ſecula ſeculorum,ſcilicet ſit.Quo hymno ita optat perpetuam Dei laudem,vt potius ſignificent ſe gaudere in gloria & laude Dei,quam perpetuã eſſe ſciũt. Itaque gloriam angeli prius Deo dicunt , deinde pacem terrę & hominibus,vt ſignificarent nihil ex hoc negotio glorię deberi vel angelis,vel hominibus,ſed vniuerſam gloriam deberi bonitati diuinę cui ſoli tribuenda eſt pax quæ in terris iam fieri cœpit.Et notandum quam rectè Deo in cœlis gloriam canant,hominibus autem in terris pacẽ. Duo enim hæc vtrobique deerant,Nam nec Deo dabatur quæ ei bedebatur gloria, cum apud gentes Dei gloria,tranſlata eſſet ad idola , & Iudæi in ſuis magis gloriarentur meritis,quam in Dei gratia:& teris deerat pax cum Deo.Chriſtus verò ſua incarnatione & doctrina Deo reddidit ſuam gloriam, hominibus pacem , vt verè dixerit Paulus ipſum reſtauraſſe omnia quæ in cœlis, & quę in terris ſunt

ET FACTVM EST VT DISCESSERVNT AB EIS &c.] Quod dicit angelos in cœlum diſceſſiſſe , declarat angelos fuiſſe bonos.His itaque recedentibus, paſtores admiratione pleni propter ea quæ audierant & viderant , ſine mora relictis ouilibus ſuis , in Betheleem comuni conſilio properant , vt inuento per ſignum illis datum puero,

certiores de nuncio& miraculo redderẽtur.Quòd autem dicunt:*videamus hoc verbũ*,&c. quidam per *verbũ*,intelligunt ipſum Chriſtum verbum Dei patris.Verùm huic interpretationi nõ cõuenit quod ſequitur,*quod factũ eſt,& quod Dominus oſtendit nobis*. Neq; Græcè eſt hoc loco λόγος,ſed ῥῆμα. Proinde Hebraica phraſi,*verbum*,accipi debet pro re geſta, quemadmodum & 2.Regum.1.dicit Dauid:Quod eſt verbum quod factum eſt, indica mihi. Poſtea tamen cùm ſequitur,*cognouerunt de verbo quod dictũ erat illis*,verbum conuenientius accipitur propriè pro ſermone.Vbinotandum,pro verbo , *cognouerunt*, græcè eſſe διεγνώρισαν: quę dictio anceps eſt: ſignificat enim cognoſcere & diuulgare ,quorum ſecundum huic loco potius quadrare ex eo ſatis patet quod ſequitur:*Et omnes qui audierunt mirati ſunt*.Paſtores enim poſtquam oculis teſtibus cõperunt non eſſe vana quę angelus nunciaſſet , nihil offenſi nati pueri paupertate,nõ ſolum crediderunt,ſed etiã Mariæ, Ioſeph,& aliis nota fecerunt quæ ab angelo audierant de puero hoc , nimirum quòd hic ipſe puer,quamuis in ſumma humilitate & paupertate reclinatus in præſepio,dictus ſit ab Angelo ſaluator Chriſtus Dominus.Nec ineffi cax erat paſtorũ prędicatio,etſi perſonarũ humilium & ſimplicium. Sequitur enim.*Et omnes qui audierunt mirati ſunt*.In horum enim ſimplicitatẽ nulla cadebat vanitatis aut fuci ſuſpicio.Non nouerant aliquid ex ſe comminiſci,neſciebãt affingere viſis, ſed quod audierant & viderant,vt audierant & viderant bona fide nunciabãt.Vnde Ambroſius:Nõ mediocre tibi hoc fidei videatur exemplũ,non vilis perſona paſtorum.Certè quo vilior ad prudentiã,eo precioſior ad fidem.Non gymnaſia choris referta ſapientiũ,ſed plebem Dominus ſimplicem requiuit,quæ phalerate audita & fucare neſciret. &c.Itaq;in his primis Euangeliſtis oſtẽſum eſt nõ ſolùm quales delecturus eſſe Dominus ad euãgelizandum,ſed etiam quis fructus ex ſimpliciũ prædicatione ſequeret.Potro quanuis noſtra litera habeat,*mirati ſunt & debis*,&c.Græcè non eſt coniunctio,&,quæ ſẽſui obſtat,ſed nec legitur in Catana D.Thomæ antiquiſſimæ impreſſionis.Gloſſa tamen coniunctionem hanc exponit per,etiam,vt ſit iſte ſenſus:Nõ ſolùm mirati ſunt de incarnationis myſterio,aut de his quę in puero viderant,ſed etiã de tanta paſtorum atteſtatione;qui fingere inaudita neſcirent.Lyra coniunctionem,&,exponit per,id eſt.Notanda autẽ & paſtorum iſtorum etſi humiliũ prudentia.Nõ enim protinus euulgarũt quod audierant,ſed vbi rem certam cognouiſſent , tum confidenter quod audierant aliis prædicauerunt, ſuo exẽplo docẽtes paſtores ſpirituales,omnesq; homines,acceptam de Deo ſalutarem cognitionẽ aliis cõmunicare.Poſtquam autem Euãgeliſta aliorum omnium admirationem ex paſtorũ prædicatione ſecutam deſcripſiſſet,Mariæ ſingulatẽ virtutem commemorat,dicens:

MARIA AVTEM CONSERVABAT,&c.] Quib. verbis virginis prudentia ſimul atque modeſtia mitè cõmendatur. Modeſtia quidẽ,quia à paſtoribus diſcere non dedignetur : deinde & ꝙ ſola taceat,non iactans ſuam fœlicitatem apud alios, nec magnifica de filio ſuo quæ cognoſcebat prędicans.Vnde Ambroſius:Si Maria à paſtorib. diſcit, cur tu declinas diſcere à ſacerdotibus?Si Maria antę præcepta apoſtolica tacet,cur tu poſt apoſtolica præcepta magis cupis docere quàm diſcere?Prudentia verò eius commendatur in eo,quòd nõ obiter ad ſingula dicta factáque animum aduertit, ſed ea conſeruabat in corde ſuo , & adinuicem conferebat.Porro in eo quòd dicitur,*omnia verba*, hæc rurſum verba ſecundùm Theophyl. rectius accipiuntur pro rebus geſtis,vt ſit ſenſus : cõſeruabat omnia hæc, quæ geſta eſſe dico. Non enim dicitur omnia verba angelorum & paſtorum, ſed omnia verba hæc , cũ ante hæc verba nullius perſonæ verba ponãtur,& poteſt pronomen, *hæc*.referri vel ad ea tantùm quæ mox præcedũt,vel potius ad omnia præcedẽtia. Conſeruabat autem hęc apud ſe virgo,relatura Apoſtolis poſt glorificationem Ieſu. Contulit autem in corde ſuo hæc adinuicem , primùm quidem quæ angelus ei dixerat , conparauit cum his quæ dicta erãt ab angelo paſtoribus,inueniens in veriſque eãdem ſententiam,nẽpe quòd filius eius Dominus eſſet , & Meſſias expectatus.Deinde quia viliratem preſepij contulit cum celſitudine angelorum,& verborũ quæ illi de hoc puero dixiſſent , admirãs vbiq; ſummã humilitatẽ cum ſumma miſceri ſublimitate,& ſic in omnib. declarari humanæ infirmitatem naturæ, vt ſimul & diuinitatis eius celſitudo nõ occultetur. Iam ſicut paſtores in fide,pietate, & euangelizandi officio prius commendati ſunt, ita nunc etiam in ipſorum gratiarum actione cõmendantur , cùm ſubditur , *Et reuerſi ſint paſtores glorificantes* , &c.Oportet enim eum qui cœleſti à Deo dignatus eſt illuminatione,nõ ſolùm quædoctus eſt alios fideliter docere,ſed & ob illuminationẽ diuinã Deum laudibus celebrare , ſecundũ illud Pſal. Confitebor tibi Domino in directione cordis,in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuę.Itaq; dicuntur laudaſſe Deum de omnib. quæ prius audierant ab angelis, & poſtea viderant in Bethleẽ, ſicut dictum eſt ad illos.Quę vltima pars tantùm referenda eſt ad verbum,*viderunt*. vt ſignificetur eos vidiſſe rem ſe habere quemadmodũ eis dictũ erat,& obid glorificaſſe Deum,quòd nõ aliud venientes inuenerant quàm dictũ erat ad illos.Subtiliori autem ſenſu intelligi poteſt laudaſſe illos Deum in humilitate & paupertate ſaluatoris ſui quam viderant in præſepio.& non ſolùm in ſublimitate eius quam auditu perceperãt ab angelo, ſed laudaſſe eos Deum , quòd quem tam excelsũ Dominum eſſe auditu didicerant,vidiſſent ſeſe ad tantam humilitatem demiſiſſe,cũ magna vtique omnium pauperũ & vilium hominũ , quales ipſi erãt cõſolatione.Porrò in his quæ ſcripta ſunt de paſtoribus & Maria,exemplum nobis præſcriptũ eſt quod imitemur , vt ſcilicet & nos edocti natũ eſſe nobis Saluatorem,cùm nondum trãſire poſſimus in Hieruſalem,vbi regnantem Dauidẽ noſtrum videamus, tranſeamus ſaltẽ, relictis huius mũdi vanitatibus,in Bethleem,hoc eſt , Eccleſiã, domum panis animæ noſtræ,tranſeamus autẽ feſtinãtes,inuẽturi ibi Chriſti pro nobis paupertatẽ & infirmitatem ſuſceptam , ſed ornatũ caſtitate, integritatéque, & iuſtitia ſumma , inuenturi etiã Chriſtũ nobis ibi propoſitum in cibũ animarum noſtrarũ , & viaticũ peregrinationis noſtrę.Quæ cũ certius didicerimus,& aliis ea diuulgemus , & Deum laudibus efferamus,& cũ Maria quaſi animalia munda & ruminantia ſemper ea in cordib. noſtris conſeruemus , conferentes per contẽplationis deuotionem adinuicem omnia ea quę noſtræ ſalutis cauſa peracta ſũt ſtupẽdo conſilio dei.

Mulieres in ſilentio diſcant & taceant.

Pſa. 118.

Morale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET POSTQVAM CONSVMMATI &c.] Dominus Deus postquam Abrahá ab idololatris Chaldeis segregasset, præcipiés ei vt exiés de terra sua veniret in locum ei demóstrandũ. & obediéti multa de semine eius promisisset, pactũ cũ fideli Abrahá initurus ac cófirmaturus, & nomen eius mutauit, & circuncisionis signũ instituit, quo & distingueretur à reliquis gẽtibus Abrahę posteritas, in qua promissiones Dei adimplendæ erãt, & posteri Abrahæ recordarẽtur eatũ promissionum admonerenturq; eius fidei, per quã Abrahá iustificatus erat, vt & ipsi eã imitarẽtur, propter quod à Paulo circũcisio signaculũ iustitię fidei Abrahæ dicitur. Proinde conuenienter signũ istud in mẽbro generationis institutum fuit. Primùm quidẽ, quia promissiones illæ, quarũ signũ istud erat cõfirmatiuũ, & fides illa Abrahæ signo hoc declarata erãt de semine ipsius. Secundò, quia quãdoquidem per hoc signum inscribebantur homines populo Dei, & proinde participes fiebãt benedictionũ Abrahæ, sequitur eos per hoc signũ quodãmodo cõsequutos remissionẽ originalis peccati quod generatione cõtrahitur. Dicit eñ scriptura, circũcisionẽ fuisse signum fœderis inter Deũ & circuncisos, quòd scilicet esset Deus illorũ. Tertiò, quia circuncisio illa vetus, typus fuit nouæ circuncisionis & spiritualis, qua per Christum secũdùm vaticinium Mosis Deuter. 30. (Circuncidet, inquit, Dominus Deus tuus cor tuum) cor hominum nudandum & circuncidendum erat à vitiis. Membrũ autem generationis similitudinem quandã habet cum corde. Nam vt illud seminariũ est procreandorum hominum, ita istud omnis vitalis actionis, omniúmque cogitationum. Ex quibus etiã cõstat circuncisionem nostri baptismi figuram fuisse. Vtrũque enim signũ est iustificãtis fidei, sed circũcisio aptum signum fidei, Saluatorẽ nasciturũ expectantis, baptismus verò aptum signum salutis iã p Christũ præstitæ. Vtrũq; populo Dei homines asscribit, & ab incredulis gentib. secernit. Et quomodo per circũcisionem superflua corporis amputatur particula, & talis ob quã Iudæorum iudicio immundi, & abominabiles habebantur, in quorũ corpore erat, mẽbrumq; generationis denudatur: ita baptisma superfluum tollit peccatũ, ac spiritualis generationis membrum denudat, vt à vitiis mũdati, nudo iã & simplici corde Deo viuamus, tollitq́ue illud quod nos verè corã Deo facit immundos & abominabiles. Itaque baptismi nostri typum prætulisse circuncisionẽ illã carnalem non obscurè Paulus insinuat Colossensibus scribens, cap. 2. Circũcisi, inquit, estis circũcisione nõ manu facta ĩ expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, cõsepulti ei in baptismo. Porrò circuncisio instituta fuit, vt octaua à natiuitate die fieret, & id quidẽ partim propter periculum, partim propter mysteriũ. Propter mysteriũ quidem, quia in octaua ætate, quæ erit ætas resurgentium, quasi in octauo die perficietur per Christu spiritualis circuncisio. Propter periculũ verò quod antè illum diẽ infantis teneritudo nõ pateretur tantã læsurã carnis. Septimus eñ dies, teste Plutarcho in proble. maximè periculosus est infãtibus si vexentur, nec ante eum terminum vmbilicus resolutur, ante quẽ homo proximior est plãtæ quã animali. Propter qđ & Romani Hebræos imitati diẽ septimum obseruabãt, post quẽ apud eos sequebantur dies lustrici, quib. scilicet infantes lustrabantur, hoc est, expiabantur, & eis nomina imponebantur, maribus quidẽ nono die (vnde Nundina dea apud eos colebatur) fœminis verò octauo, quia in maris cõceptione plus esset tẽporis, teste Polydoro. Vnde & eodem teste apud Italos plurimùm baptizãtur paruuli octauo ab ortu die. Sed ad rẽ. Circuncidi Iudæorũ more octauo die Christus voluit, etsi legi nequaquã subiectus. primũ quidẽ, vt veritas humanæ naturæ assumptę demóstraretur, cõtra Manichæum, Apollinariũ & Valentinianũ. Deinde & ppter causas illas generales, ob quas & reliqua legis seruauit, nẽpe vt approbaret circuncisionem & legem, quam Deus olim instituerat, vt legis onus in se suscipiés, alios ab onere legis liberaret, vt ne propter præputiũ & legis trãsgressionẽ à Iudæis iustè reiectus videretur, & vt virtutem obedientiæ nobis suo exemplo commendaret. Quorum postremum pertractans D. Bernardus sic pulchrè habet: Nec vestigium quidem vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris. Non sic impij, nõ sic, non sic agit peruersitas elationis humanæ. Erubescimus vulnerum ligaturam, qui de vulnerib. interdum etiã gloriamur. Quẽ nemo potest arguere, ipse peccati remedium & verecundum patiter & austerum sine vlla necessitate suscepit. Nos è cõtrà inuerecundi ad obscenitatem culpæ erubescimus agere pœnitentiã, quod extremæ demẽtiæ est, malę pœni in vulnera, peius in remedia verecũdi. Qui peccatum nõ fecit, nõ dedignatus est se peccatorem reputari, nos esse volumus & nolumus æstimari. Hæc ille. Postremũ ob id circuncidi voluit, vt iam natus pro nobis Deo patri satisfacere inciperet, & his sanguinis sui primitiis velut arrabonem effundendi pro nobis sanguinis daret. Vt autem circuncisio humanæ naturæ veritatem & infirmitatem arguebat, ita nomen puero impositũ diuinitatem eius insinuabat. Significat enim Iesus saluatorem, quæ significatio soli Deo conuenit, cũ secundum psalmistã. Dñi sit salus, & vana salus hominis, proinde bene hæc coniuncta sunt ab Euãgelista, vt diceret puerum circuncisum, & vocatum nomen eius Iesus. Vide D. Bernardũ sermone 1. de circũcisione. Et ne fortuitò aut casu puer iste Iesus vocatus putetur, ita vt significatio nominis ei nõ verè cõpetat, quemadmodũ aliis qui eodem nomine vocati sunt, additum, *quod vocatũ est ab angelo priusquam in vtero conciperetur*, videlicet vt intelligeretur nomen illud nõ ab homine primũ impositũ, sed à Deo, ac proinde nominis significationẽ in puerũ verè quadrare. Circa literam autem notandum est, quod cùm dicit cõsummatos fuisse dies octo, non sit intelligendum significati dies octo iã fuisse præterlapsos: sic eñ nono à partu die significaretur Christus fuisse circuncisus, sed cõsummatos dicit octo dies, quòd iam octauus dies aduenisset, quo circuncidendus erat puer secundùm legẽ. Vnde adiungit, *vt circuncideretur puer*, vt sic consummatos octo dies significaret, quomodo requiruntur ad circũcisionẽ, quod nõ est aliud quàm aduenisse diem octauum. Deinde annotãdum, apud Græcos esse cõiunctionẽ, &, quæ deest in nostris libris. Sic enim habent Græca: *postquam consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer, & vocatum est nomen eius Iesus*. Verùm secundum quendam, qui coniunctionem hãc in sua versione omisit, Lucas hanc cõiunctionem sic aliquoties addit, idq́ue ex Hebræa phrasi, vt videatur superesse, vt annotauit ille cap. 5. Lucę. Caietanus autem intelligit orationẽ esse imperfectam, perficiendam hoc modo, *Postquam consummati sunt dies vt circuncideretur, circũcisus est, & vocatum est nomen*, &c. potest autem & sic intelligi, vt coniunctio, &, pro etiam accipiatur, quemadmodum Matth. 10. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Itaque sensus erit, Postquã consummati sunt dies vt circuncideretur, etiã vocatum est nomen eius, hoc est, præterquam quòd secundum legẽ pro puero peragenda erant, diutius mãsisse in Bethleẽ, ac pro nde post purificationem non potuisse à Magis inueniri Christum in Bethleem, quantumuis contradicat Osiander.

Psalm. 3. & 59.

CVM ERGO NATVS ESSET IESVS IN BETHLEEM IVDAE, IN DIEBVS HERODIS, &c.] Locũ simul & tẽpus quo Christus natus est nominat Euangelista, nõ solùm propter historiæ certitudinem, sed locum quidẽ etiã propter prophetiam Micheæ, tempus verò regni Herodis alienigenæ, propter prophetiã Iacob Patriarchæ, nimirum vt ostenderet tempus tũ fuisse vt secundùm illius prophetiam Christus expectatus nasceretur. Locum autem nominaturus adiecit, Iudæ, ad distinctionem alterius Bethleẽ, quæ fuit in Galilæa, in sorte Zabulõ, vt patet Iosue 19. Et quidem Græca hic habẽt Ἰουδαίας, hoc est, Iudææ, quomodo & aliquando lectũ fuisse in Latinis ab incarnatione, angeli ab initio creaturę. Ita sermone 1. de circũcisione. Idẽ sermone 2. notat nõ sine mysterio nomẽ Iesus impositũ puero ĩ circuncisione. Meritò, inquit, dũ circunciditur puer qui natus est nobis, Saluator vocatur, quòd videlicet ex hoc iam cœperit operari salutẽ nostrã, im maculatum illum pro nobis sanguinem fundens. Eodem sermone notat bene dictum esse bis, *vocatum est nomen eius*. Vocatum planè, inquit, non impositum, nẽpe hoc ei nomen ab æterno. A natura propria habet vt sit Saluator, innatum est ei nomẽ hoc, non inditum ab humana vel angelica creatura. Apud eundem licet ex sermone primo discere non iniucundum, neque inutilem moralẽ intellectum, in eo quòd circunciso imponitur nomen salutis ab angelo & hominibus.

MAGI STELLA DVCE INVENTVM CHRISTVM adorant. MATTHÆI 2 CAP. IX.

CVM ergo natus esset Iesus in Bethleẽ Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cũ illo. Et congregãs omnes principes sacerdotũ & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetã: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tẽpus stellæ quæ apparuit eis, & mittens eos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cũ inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eũ. Qui cùm audissent regem, abierunt: & ecce stella quã viderãt in Oriente, antecedebat eos vsque dũ veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrãtes domũ, inuenerũt puerũ cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrhã. Et respõso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliã viã reuersi sunt in regionẽ suã.

POST superiorẽ Lucæ narrationẽ, conueniẽrer & necessariò subsequitur narratio Matthæi de Magis: conuenienter quidẽ, quòd sicut superiori narratione Lucæ ostẽsum est quomodo Christus & in Bethleem natus sit, & pastoribus ostẽsus: ita similiter hac Matthæi narratione ostẽditur, Christũ & in Bethleem natum, & Magis demõstratum. Necessariò verò, quia ãte purificationẽ virginis, quã postea prosequitur Lucas, Magi in Bethleem Christum adorauerunt, secundùm Augustinũ, & Ecclesię communem traditionẽ, qua creditur decima tertia die à natiuitate Dominum à Magis adoratum fuisse. Quæ sentẽtia vel ex hoc satis probatur, quòd cũ Ioseph & Maria peregrini fuerint in Bethleẽ, nõ sit verisimile eos post peracta omnia quæ secundùm legẽ pro puero peragenda erant, diutius mãsisse in Bethleẽ, ac pro nde post purificationem non potuisse à Magis inueniri Christum in Bethleem, quantumuis contradicat Osiander.

ECCE MAGI AB ORIENTE VENERVNT HIEROSOLYMAM DICENTES, &c.] Quoniam rem nouam est narraturus, præmonet lectorem aduerbio, *ecce*. Et notãda quidem locutionis continuatio: *Cum natus esset Iesus, ecce Magi venerũt*, vt intelligas statim post Christi natiuitatem Magos venisse. Non parua autẽ quæstio est, quales fuerint hi Magi. Quidã eñ maleficos fuisse autumãt, alij sapiẽtes, plerique etiã reges. Similis quæstio est, à quo Oriẽtis loco venerint, & qualis fuerit stella ea quæ Christum eis natum demonstranit, & quomodo id ex apparẽte eis stella innotuit. Quę omnia vt certius intelligãtur, de significatio

Qui fuerint Magi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne & vsu nominis, Magus, apud probatos scripto
res altius quædam repetēda sunt. Et in primis an-
notāda ea quæ de Magia & Magis scribit Cælius
libro 3. cap. 42. Qui (inquit) accuratius introspi-
cere ista enixi sunt. Magię species duas deprehen-
derunt. Altera infamis est, ac immundorum spiri-
tuum cōmerciis inauspicata. Reliquam si pensita
tius explores, dispiciásve, nō fere aliud est quàm
naturalis philosophię apex. Priorem illam nō ma-
gnopere magiam, sed goetiam vocant Græci, in-
cantationibus & carminibus nefarię cutiositatis
arte compositis cōcinnatam, quā honestiore vo-
cabulo etiam theurgiam nuncupare audent. Quę
verò propriè Magia nuncupatur, perfecta credi-
tur, & summa scientiæ potestas, quando Persa-
rum lingua est Magus nō ferè alius, quàm diuino
rum interpres & cultor. Goetiam omnium placi-
ta legum exterminant, execranturque. Magiam
festo plausu sapientissimus quisque excipit, vene-
ratur & colit, vt quę altior sit, sanctiorque philoso
phia, ex qua insignis profluat literarū claritas. Py
thagorā, Empedoclem, Democritum, Platonem
quoque hanc equis velisque conquisiuisse, nauti-
gatione suscepta nō longiore modò, sed & perí-
culosa, constans opinio est. Huius veluti parentes
celebrant Zamolxidem, quem postea sit imitatus
Abbatis Hyperboreus, & Zoroastrem, nō quem
vulgaris recipit opinio, sed Oromasi filiū. Plato
certè in Alcibiade apertius testatur non aliud sibi
videri Zoroastis Magiam, quàm diuinorum scię-
tiam atque cultum, qua imbuantur Persarum re-
gum filij, vt ad mundanæ reipub. imaginem, suam
& ipsi rempub. administrare, distribueréque con-
discant. Propterea M. Tullius in lib. de Diuinat.
neminem apud Persas regio potiri fastigio scribit,
qui priùs magicam non imbiberit scientiam. Hęc
naturalium consensum, quē significantissimè Grę
ci συμπαθείαν, vocant, indagine scrupulosa dum ri
matur exploratius, inter sparsas mūdo potestates
rerū, alioqui quasi illatebratas, in naturæq; quo-
dā modo sanctuariis recōditas in apertū itaprodu
cit, vt per illecebras mutuas, quæ Magorū ὕυγγες
nuncupantur, & cognationem quādam miracula
cōsurgāt maximè mira, nō vtique Magia ipsa ar-
tifice, sed natura potius, cui se hæc mutuos copu
lando aptè consensus ministram exhibet. Ecclesia
sticos multos nouimus hāc amplexatos. Hāc de-
nique Albertus Magnus ita approbasse compe-
ritur, vt sequeretur, & periclitando multa se depre-
hendisse nō erubescat nō inficiari. Denique ad in-
uisendum, adorandumque Christū venisse Ma-
gos veritas testatur Euangelica. Eos opinor impiū
fuerit omnium suffragio damnatis illis adiecisse,
quādo & interpres quidam nō maleficos ibi, sed
Chaldæorum sapiētes monuit intelligi oportere.
Hactenus Cęlius, omissis quibusdā in medio quę
posito huic nō conueniebāt. Cæterùm quo-
niam Ciceronis meminit, placet & illius verbaq
bus Magorum meminit, subscribere. Hic em̄ r. li.
de Diuinatio. sic circa finē habet: Omnino apud
veteres, qui rerum potiebantur, iidē auguria tene
bant. Vt enim sapere, sic diuinare regale ducebāt,
vt testis est nostra ciuitas, in qua & reges augures,
& postea priuati eodem sacerdotio prędíti remp.
religionum autoritate rexerunt. Et in Persis augu
rant & diuinant Magi, qui congregantur in fano
commentandi causa, atque inter se colloquendi.
Quod etiam iidem vos quondam facere Nonis

Cic li. de Diuina.

solebatis. Nec quisquam rex Persarum esse potest,
qui non antè Magorum disciplinam scientiamq;
perceperit. Hactenus ille, qui eodē libro āte hunc
locum exprimit qui dicebantur Magi, & quanta
in eis prędicendi futuri fuerit scientia. Quid ergo
(inquit) quæ Magi Cyro illi principi interpretati
sunt ex Persicis libris proferam? Nā quum dormiē
ti ei ad pedes sol visus esset, ter eum scribit frustra
expetiuisse manib. quū se conuoluens sol elabere
tur & abiret: ei Magos dixisse (quod genus sapien-
tum & doctorum habebatur in Persis) ex triplici
apparitione solis 30. annos Cyrum regnaturū
esse portendi. Quod ita contigit, &c. Et post
pauca: Qua nocte templum Ephesię Dianæ defla-
grauit, eadem constat ex Olympiade natum esse
Alexādrum: atque vbi lucere cœpisset, clamitasse
Magos, pestem ac perniciem Asiæ maximam pro-
xima nocte natam. Ex his autem patet, primùm
Magos propriè non dici maleficos & incantato-
res. sed eos qui naturalis philosophiæ culmē asse
cuti sunt. Complectitur enim Magia teste Plinio
libro 20. tres artes, nempe physicam, Metaphysi-
cam, & Astrologiam. Patet deinde nomine Mago-
rum nominatos potissimum sapientes Persarum,
quòd hi in primis magnā disciplinam percalluē-
rint: quemadmodū proprio nomine sapiētes In-
dorum, Gymnosophistæ dicti sunt: & sapientes
Græcorum, Philosophi: Gallorum verò: Dru. dæ
vel Δρυίδαι, à δρυὶς, hoc est, quercu. Vt autē ex Ci-
cerone patet sapiētibus Persarum propriū fuis-
se nomen Magorum, ita etiam ex Plinio lib. 6. cap.
27. vbi in descriptione Persiæ sic ait: Persia habet
in extremis finibus Loadiceam ab Antiocho con
ditam. Inde ad orientem Magi obtinent Passagar-
das castellum, in quo Cyri sepulcrum est, & ho-
rum Ecbata oppidum trasslatum à Dario rege
ad montes. Idem testatur lib. 20. Magiam impera-
re regum regibus in oriente: quamuis eo loco Ma
giam orientalium improbet. Itaque cùm Euāge-
listā viros istos qui ad orandum Christum vene-
rant, Magos absolutè vocet, & ab oriente venisse
dicat, omnino videri potest hic Persicos illos sapiē
tes voluisse significare, quos certè hic significa-
tos intellexisset Cicero & Plinius. Et Chrysosto-
mus existimat Persas fuisse Magos istos, nimirum
quòd illorum sapientibus id nominis propriū es-
set. Verùm his obstare videtur quod priùs dictum
est, Magos ante purificationem virginis in Beth-
leem venisse, imò secundùm communē Ecclesiæ
traditionem, die 13. à nato puero, iuxta quod tē-
pus nō potest videri verisimile ex Perside peruene
re in Hierusalē potuisse Magos, cùm Persia 300.
prope miliaribus ab Hierusalē distare dicatur, ad
quod iter tantillo tempore absoluendū nec dro-
medarij certè sufficerint. Nam quòd dicitur à qui
būsdam miraculo hoc esse factum, vt tam breuis
temporis spacio tantum iter absoluerent, tā faci-
lè reiicitur quàm astruitur. Quod autem quidam
asserunt eos ad iter hoc sese accinxisse vno aut al-
tero anno ante quam Christus nasceretur, & stellā
eis priùs apparuisse quàm Christus natus esset,
quemadmodū sentit is cuius sunt homiliæ super
Matthæum nomine Chrysostom. & Augustinus
in sermone de Epiphania, ex eo satis probatur nō
esse verum quod dixerunt Magi: *Vbi est qui natus
est Iudæorum rex? Vidimus enim stellam eius in ori-
ente.* Quibus verbis significant se ex apparente
eis stella intellexisse natum regem Iudæorum:
quod

Quomodo Magi ad-uenire cō perunt.

quod certè falsum erit, si ante natum hunc regem
multò ante stella ab eis visa fuit. Proindè notan-
dum, nō solùm genus quoddam sapientum quod
apud Persas erat vocatum, quasi proprio eis nomi
ne, Magos, sed & sapientes Chaldæorū, quos Ci-
ceronem & Chrysost. sub nomine Persarum, etiā
cōprehendisse verisimile est, quòd aliquando vnū
fuisset Persarum & Chaldæorū regnum. Chryso-
stomus enim dicit Iudæos paulò āte fuisse libera-
tos captiuitate Persica: vbi proculdubiò per cap-
tiuitatem Persicam itelligit captiuitatem Baby
lonicam. Chaldæos autem Steuchus & veteris
Theologiæ principes merito facit, & priùs Magos
dictos fuisse quàm sapientes Persarū testatur. Sic
enim scribit libro de perenni philosophia 1. cap.
tertio: Magi Persarum & Chaldæorum (nam prio
res sunt Persis Chaldei & regno, & ortu, eoque do
ctrina potius erat Chaldæorum) sapiētes ac sacer
dotes eius nationis fuerunt, qui res regum gestas
scriberent, secretiores quasdam scientias soli co-
gnitas habentes. Hos constat non solùm res diui-
nas plurimum tenuisse, sed etiam dæmonum na-
turas, & euocationes adeo cognouisse, vt mira por
tenta eos euocatos cogerent in conspectu ædere.
Hinc Balaam horum è numero Magorū sua tem
pestate celeberrimus, creditus est posse veneficiis
& incantationibus obesse populo Hebræorū asci
tus rege Moab ob hanc causā. Habitabat autem
is, vt testatur Moses, super fluuium filiorū Amō;
hoc est, Euphratem: quo fit perspicuū, eum fuisse
Aramæum, siue Chaldæum, vnum nempe ex his
Magis. Hactenus ille: qui deinceps ostendit inter
hos Magos fuisse & Sibyllam illam nobilem Ery-
threā, quæ fertur Chaldęa fuisse, filia Berosi Chal
dæi, tū & Sambethen, quæ clara & aperta de diui
nis rebus, & filio Dei æditerunt testimonia: sed &
Magorum horū quædam testimonia de filio Dei,
& ab æterno genita mente recenset, sic scribēs. In
dictis igitur Magorum, à Zoroastre descēdentium
(etsi, quod fieri solet, ad superstitiones, vanissi-
mumq; dæmonum & elementorum cultum non-
nunquam deflexerint) hæc ad alia habentur: πάντα
ἐξετέλεσε πατὴρ, καινῶ παρέλαβε δευτέρῳ δὲ πρῶτον
κλείζεται πᾶν γένος ἀνθρώπων. hoc est: Omnia pfecit
pater, & menti tradidit secundę, quam vocant pri
mam omne hominū genus. Hactenus ille: q deinceps ca. 22. ostēdit quomodo factum sit, vt ex stel
la apparēte intelligerent Magi natū Christum. So-
los (inquit) Chaldęos & Hebręos Apollo testatus
est esse sapientes: μόνοι χαλδαῖοι σοφίαν ἔλαχον, καὶ
ἕβραῖοι. Solis nosse datū Chaldęis atq; Hebręis.
Nec aliunde euenisse putes vt hi potissimum co-
gnouerint ortum illius magnę mentis, diuinęque
prolis, creatricisq; intelligētię, quàm ex ātiqua eo
rum Theologia, quæ prædicabat apertè fore vt fi-
lius ille Dei, omnium rerū creator, venturus esset
aliquādo in mūdum, ostendēdumque ipsis Magis
super hac re signū de cœlo. Itaque in eorū Theo
logia quæ referta esset oraculis de filio Dei, & tē-
pus aduentus declarabatur, & signum quod locū
indicaret ostendendum cœlitus. Propterea vigilan
tissimè obseruabāt, totumque ea fama Orientē re
pleuerāt, vt Suetonius in Vespasiano & Tito testa
tur. præceperatque Sibylla vt in cœlo signum cō-
spicati, ducem stellam sequerentur, regemque ma
gnum adorarent. More autem gentis suę adorarēt.
Nemo autem apud Persas salutabat regē, nisi mu
neribus allatis. Munera erāt quorum regio esset fe

rax. Itaque & illi, quoniam auro propter vicinam
Arabiam, & thure ac myrrha abūdant Chaldęi ac
Persæ, his oblatis regem illum deorum, creatorē
mundi, filium Dei, primam mentem adorauerant.
Hactenus illē. Vt autē magis verisimile fiat Sibyl
læ illius oraculis edoctos fuisse Magos de nascen-
do rege Iudęorum, & stella eius natiuitatem denū
ciante, notandum id quod ex Cicerone idē Steu
chus adducit. Hic enim sic scribit li. 2. de Diuina-
tionibus: Sibyllæ versus obseruamus, quorū inter
pres nuper falsa quædā hominū fama dicturus in
senatu putabatur, eum quem re vera regem habe
bamus, appellandum quoque esse regē, si salui es-
se vellemus. Ex quibus verbis satis manifestū est,
publica tunc temporis fama creditū à Romanis,
libros Sibyllæ continuisse, futurū aliquē circa il-
lud tempus regem Romanorum, quē regem vo-
care deberet, quisquis saluus esse vellet. Hęc autē
falsa Cicero asserit, nimirum quòd propter tyrāni
dē superiorū Regū, Romani abhorrerēt è regis no
mine, imperatorib. eorum, etsi verè regibus, no-
men illud tamē denegantes. Verùm Sibylla ea (cu
ius versus fatetur compositos esse per ἀκροστιχίδα,
quales ostendit etiam Aug. libr. 18. de ciuit. Dei
fuisse versus Sibyllę Erythreæ) non de regevatici-
nabatur, qui per tyrannidē libertatē erat ablatu-
rus, sed per humilitatem asserturus nos in liberta
tem. Itaque simile vaticiniū verisimile est & Ma-
gos accepisse ab hac Sibylla, cuius in Chronicis
Chronicorū hoc dicitur esse vaticiniū. In vltima
ætate humiliabitur Deus, humanabitur proles
diuina, vnietur humanitati diuinitas, iacebit īfœ-
no agnus, & puellari officio educabitur. Accedit
his, q Magos istos verisimile sit, vt testatur Hiero
nymus, Chrysostomus & alij audiuisse & didicis-
se vaticiniū Balaā vt cuius essent successores. Ille
autē de stella quadā oritura, quæ potissimū regē
aliquem Israelitarū significaret, vaticinatus erat,
vt scribitur Numeri 24. hoc modo: Orietur stella
ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet
duces Moab, vastabitque omnes filios Set. Et erit
Idumęa possessio eius, hæreditas Seir cedet inimi
cis suis: Israel verò fortiter aget. De Iacob erit qui
dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Iā verisi-
mile etiā est, Chaldæorū, imò & Persarum Magos
pleraque ab Hebræis maximè tēpore captiuitatis
Babylonicæ de expectato ab eis Messia audiuisse,
vt etiam ob ea ad inquirendū & adorandū ipsum
proniores fuerint, maximè cùm Hebræorū pro-
phetarum vaticinia viderent cōsentire cū vatici-
niis Sibyllæ & Magorum maiorum suorū. Ex his
igitur omnibus constat Magos istos fuisse sapien-
tes Chaldæorum, ex Chaldæa, locis vicinis in Hie
rusalē venisse. Sic autem simul constat etiā quo-
modo ex oriente dicātur venisse, & quomodo fie
ri potuerit vt āte purificationē virginis, imò deci-
ma tertia die Bethleem peruenirent. Non enim
quoniam ex oriente venisse dicūtur, necesse est in
telligere venisse eos ex vltimis terræ finibus, aut
ex Persia. Nam & Balaam Numeri 23. ab oriente
se dicit venisse. De Aram (inquit) adduxit me
Balac rex Moabitarum de mōtibus orientis. Fuis-
se autem Magos hos sapientes Chaldæorum, te-
statur etiam Chalcidius Platonicus in commēta-
riis in Timæū Platonis, sic de eis scribens: Est quo
que alia sāctior & venerabilior historia, quę per-
hibet ortu stellæ cuiusdam nō morbos mortesq;
denūciatas, sed descensum Dei venerabilis ad hu-

Magi vn de fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

manæ conſuetudinis, terumque mortalium gratiã. Quam ſtellam cùm nocturno itinere ſuſpexiſſent Chaldæorum profectò ſapientes viri, & cõſideratione rerum cœleſtium ſatis exercitati, quæſiſſe dicuntur recentẽ ortum Dei, repertáq; illa maieſtate pueruli venerati eſſe, & vota Deo tanto cõuenientia nũcupaſſe. Hæc ille. Itaque vt ad id reuertamur, vnde cœpimus, cùm magia, ſi propriè accipiatur, ſit naturalis philoſophiæ apex, & diuinorũ ſcientia atq; in hac primũ locũ obtinuerint ſapientes Chaldæorum atque Perſarum, factum eſt vt illi proprio nomine dicerentur à Græcis magi: quæ tamen appellatio etiam aliarum gentium ſapientibus legitur attributa, vt cùm Plinius lib. 25. cap. 2. dicit Pythagoram & Democritùm de naturis herbarum ſcripſiſſe, peragratis priùs Perſidis, Arabiæ, Aethyopiæ, Aegyptiq; Magis. ex quo etiã ſatis conſtare videtur, nomen Magi nõ eſſe nomẽ Perſicum, vt quidam putant. ſed nomen Græcum, tributũ ſapientibus, maximè Chaldæorũ & Perſarum, quemadmodum Indorum ſapientibus, nomen Gymnoſophiſtarum. Verùm quoniã, vt fieri ſolet, Magi huiuſmodi dũ nimis eſſent curioſi, ad vanitates & ſuperſtitiones declinauerunt, & illicitis ſe dæmonum pactis immiſcentes noua quędam nouis rationib. facere aggreſſi ſunt, factum videtur vt Magorum nomen pro maleficis in vſu veniret: quomodo Aſtrologia, quę Magiæ pars eſt, cùm priùs idem eſſet quod Aſtronomia, per abuſum eius venit in vituperiũ: quomodo & nomen Sophiſta abiit in inuidiã apud Græcos, & nomen itẽ Tyrannus. In vtraque ſua ſignificatione inuenitur nomen Magus in ſacris literis. Nam Leuitici 19. vbi vertit Hieronymus: Non declinetis ad Magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini. Et rurſus c. 20. Anima quæ declinauerit ad Magos aut ariolos, ponam faciem meam contra eam, magus pro malefico accipitur. Sic & apud Lucam in actis, dũ Simonem quendã & Elymam, magum vocat. At in Daniele, vbi nomen Magorum frequenter ponitur, diſtinguitur à maleficiis. Sic emẽ legitur ca. 2. præcepit autem rex vt conuocarentur arioli & magi, & malefici, & Chaldæi. Vbi Hieronymus in commẽtariis ſic ſcribit: Magi ſunt qui de ſingulis philoſophantur: Malefici, qui ſanguine vtũtur & victimis, & ſæpe cõtingunt corpora mortuorum. Cõſuetudo autem & ſermo cõmunis magos pro maleficis accipit, qui aliter habentur apud ſuam gentem, eo quòd ſint philoſophi Chaldęorum, & ad artis huius ſcientiã reges quoque & principes eius gẽtis omnia faciũt. Vnde & in natiuitate Domini ſaluatoris ipſi primum ortum eius intellexerunt, & venientes in ſanctam Bethleem adorauerunt puerum, ſtella deſuper oſtendẽte. Hæc Hieronymus. Dictio autem Hebraica, quam in Daniele Hieronymus ſemper vertit per nomẽ Magi ſecundum Rabbi Dauid ſignificat aſtrologũ, teſte pagnino. Vtrùm autẽ Magi iſti, de quib. loquitur Matthæus, reges fuerĩt, & an tres numero, vt nũc habet communis opinio, non planè conſtat. Nam Euangeliſta eos reges nõ vocat, vocaturus, vt apparet, ſi tales fuiſſent, cùm id ad gloriã Chriſti nõ parùm pertinuiſſet. Sed nec veterum interpretũ quiſquam hos Magos reges vocat. Nam Chryſoſtomus quidem meminit regis Perſarum, ſcribens de Iudæis his verbis: Oportuerat nanque eos cõtinuò ſentire quãtùm ſibi eſſet additũ dignitatis, de tãti ſcilicet natiuitate regis, qui Perſarum ad ſe regem ortu ſuo trumphante traxiſſet. Verũ apparet Chryſoſtomũ ob id aſſerere Perſarum regem tractum ad Chriſtum, q illius conſenſu aut etiã iuſſu Magi, qui apud Perſarũ reges maximi erãt, veniſſent ad orandum Chriſtum. Theophylactus tamen ſemel hos magos vocat Perſicos reges. Oportebat (inquit) gaudere potius quòd rex ſuus à Perſicis regibus adoraretur. Videtur autem recepta hæc opinio de Magis iſtis primum obtinuiſſe ex his quæ in Epiphaniarũ die in eccleſiaſtico officio canuntur. Tunc enim ex pſalmis decantatur illud, Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et ex Iſaia in epiſtola: Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplẽdore ortus tui. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, &c. Verùm hæc non propriè dicta eſſe de his Magis ex eo manifeſtum, q non venerint ex Saba aut Arabia, cùm hæc loca reſpectu Hieruſalẽ planè ſint in meridie, nõ in oriente. Canit enim hæc Eccleſia in die illo feſto, quòd his prædicta ſit gẽtium vocatio quarũ hi magi primitiæ fuerunt: in quibus etiam pleraque ad literã competunt, quę in prophetis myſticè accipienda ſunt. Rectè tamẽ magi iſti reges dicuntur, quoniam ſcilicet potentes erãt, & quoniã propter ſuam ſapientiã ſoleant ſemper regibus Perſarum aſtare, ſine quorum cõſilio nihil in regno gerebatur, nec ſtatuebatur, imò ex quorũ numero ſemper eſſet Perſarum Rex. Siquidem priùs ex Cicerone patuit, neminem Perſarum regẽ eſſe potuiſſe, qui non Magicam ſcientiam perceperit. Et, vt dictũ eſt ex Plinio, magia in oriente imperabat regum regibus. Et in libro Heſter ſepẽ illi ſapientes, qui ex more regio ſemper aderant regi Perſarum Aſſuero, quorum conſilio cuncta faciſſe dicitur, ſcientes leges ac iura maiorum, duces Perſarum ac Medorũ vocantur, quos & ipſos magos fuiſſe certũ eſt. Et Plinius magos Paſſagardas caſtellum & Ecbatanã oppidum obtinuiſſe teſtatur. Ammianus quoque lib. 23. poſt miranda quædã de magis enarrata ſic ſcribit: Ex hoc magorũ ſemine ſeptem poſt mortem Cambyſis regnũ iniiſſe Perſidos antiqui memorant libri, docẽtes eos Darij factione oppreſſos. His itaque rationib. & Theophylactus videtur eos vocare Perſicos reges. Sic enim & in libro Tobiæ capite 2. & ab Ambroſio libro 1. officiorum. ca. 12. tres amici Iob reges vocantur: qui & ipſi magi videri poſſunt, ſi eorum in diſputando ſcientiam quis aduertat. Tres autem fuiſſe in ſuis ſermonibus ſemper affirmat Leo primus.

Nũ magi reges fuerint.

VBI EST QVI NATVS EST REX IVDAEORVM? VIDIMVS ENIM STELLAM EIVS IN ORIENTE, &c.] Cõueniẽs certè omnino erat Chriſti natiuitatem & paſtoribus. Iudęis perſonis humilibus, & magis gentilibus viris potẽtibus & ſapiẽtibus manifeſtari, vt oſtenderetur omnibus natus ſaluator, & ab vtraque gẽte teſtimoniũ acciperet. Si enim ſoli Iudæi illi teſtimoniũ perhibuiſſent nouo regi, viſi fuiſſent cognationẽ ſuam honorare. Nunc autẽ & alieni à teſtamento Dei teſtimoniũ eidẽ perhibuerunt. Inimicorũ autem teſtimoniũ maioris ſolet eſſe fidei. Vide Baſiliũ in ſermone de natiuitate. Sed priùs quidẽ Iudæis manifeſtari debuit: quoniã & Iudæis primũ prædicari oportebat Euangelium. Deinde in paſtoribus quidem demonſtratum eſt quib. Euãgelij myſteria primùm, & maximè aperienda forẽt, quiq; potiſſimùm ad teſtificãdum de Chriſto deligẽdi eſſent. Verùm quoniam paſtorum teſtimonium leue videri poterat, additum eſt & magorũ, virorum ſcilicet quos mundus admirabatur, & qui videri nõ poterant venturi è longinqua terra in externum regnum ad adorandum regẽ extraneum, niſi perſuaſiſſimum habuiſſent natum eſſe regem quem quærebant, eumq; diſſimilẽ aliis regibus fore. Verùm paſtoribus per angelum Chriſti natiuitas annunciata eſt, Magis autem per ſtellam: quoniam illi multa patribus angelos denunciare ſolitos cognouerũt, & hi cœlorũ aſtrorumq; motum diligenter obſeruabãt, aſtris multum tribuentes. Habet enim hoc diuinæ ſapientiæ diſpoſitio, vt per ea in cognitionem ſui homines ducat quibus aſſueti ſunt. Vtrobiq; tamen cœleſti ſigno Chriſti natiuitas declaratur, vt cœlorum, angelorumq; pariter & aſtrorum dominus demonſtraretur, qui in terris natus fuerat, vt cui & angeli & aſtra ſeruirent. Qui autẽ ſtellæ indicio Chriſtum natũ magis oſtẽderet, poterat & ſine humana inſtructione locũ natiuitatis demõſtrare: ſed magis conueniebat vt Magi ſciſcitãtes in Hieruſalẽ vrbe regia & præcipua Iudæorum, & natũ ipſorum regem neſcientibus denunciarent, & locũ natiuitatis Chriſti ab eis viciſsim diſcerent: tum vt de Chriſto quẽ quærebãt certiores redderentur Magi, diſcentes prophetæ vaticinium cũ ſtella Chriſtum in Bethleem natum demõſtrãte conſentire: tũ vt gloria Chriſti clarius effulgeret, teſtimoniũ illi perhibentibus etiam Magis, & Iudæorũ cæcitas & deſideria cõdemnarentur, dum gentes vnico viſo aſtro crediderunt, ipſi autem neque ex tot prophetis tempus viſitationis ipſorũ agnouerũt: & gentibus regẽ ipſorũ tanto deſiderio ex longinqua regione quærẽtibus, ipſi dominatũ non quæſierunt, imò regem ſuum, quem ex libris prophetarum aliis monſtrauerunt, ipſi videre neglexerunt. Poſtremùm hac ratione demonſtrauit Deus, non omnia omnibus manifeſtari, ſed multa nos in cognoſcendis diuinis rebus egere opera. iamq; in proximo fore eam gentium & Iudæorum conditionem, vt vtrique ab vtriſq; diſcere deberent. Itaque interrogant Magi dicentes: *Vbi eſt qui natus eſt*, &c. Vnũ quærunt, & vnum aſſerunt. Aſſerunt enim natum, ſed quęrunt nati pueri locum. Quęrunt autem de rege Iudæorum, non qualicunque, ſed eo quem iam multis ſæculis ſciebant expectatum à Iudæis, cui ex vaticinio Balaam totum orbem ſubiiciendum non ignorauerũt. Vnde poſtea dicitur Herodes occaſione interrogationis Magorum quæſiiſſe ex Scribis vbi Chriſtus naſceretur, nimirum q de illo rege Iudęorum interrogaſſent, qui Meſſias & Chriſtus communi hominum appellatione dicebatur. Proinde Græci articuli vim cõuenit non diſſimulare, nõ ἐρωτῶσιν ὅτε χθὲς ἐγεννήθη ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων? hoc eſt: Vbi eſt ille natus rex Iudæorũ? Quæ vera dupliciter intelligi poſſunt. Primùm ſimpliciter, vt ſit ſenſus: Vbi eſt ille rex Iudæorũ, qui iam natus eſt? Secundò, vt ſignificetur rex iſte quem quærunt eſſe natus rex, hoc eſt, qui non ab hominibus in regem eligendus eſſet, & vngendus in legitima ætate, ſed qui in ſua natiuitate rex eſſet Iudæorũ, ad diſtinctionẽ aliorũ regum Iudæorum. Porro etſi in Hieruſalem regnaret Herodes, nõ metuerũt tamen alterius regis Iudæorũ mentionem facere, quia non putabant alicui Iudæorum, nec ipſi Herodi incognitũ eſſe natum iã regem, eiuſq; claritatẽ apud eos quoq; cœleſtibus ſignis declaratam, nec in animum inducere potuerunt, non lubenter omnes Iudæos & Proſelytos de eo rege audituros, quem iam multis expectaſſent ſæculis tanquam ſaluatorem ipſorum. Deinde & efficaciæ gratiæ diuinæ id aſſeribi poteſt, quę vt non ſolùm eos inſtruxit de nouo rege nato, ſed ad inquirendum eum, adorandumq; commouit & accendit, ita & effecit ne præſentem metuerẽt regem ob amorem noui regis quem quærebant. Proinde Chryſoſt. in ſecunda expoſitione ſuper Matthæum: O beati (inquit) magi, qui ante cõſpectum crudeliſſimi regis priuſquam Chriſtum cognoſcerent, Chriſti facti ſunt confeſſores. Addunt autem rationem quare quærant de nato rege Iudæorum, & quo indicio eum iam natum eſſe cognoſcant aperiunt, cùm ſequitur:

VIDIMVS ENIM STELLAM EIVS, &c.] Stellã eius, vocãt ſtellã nouam declaratiuam natiuitatis eius. Sicut autem his verbis ſatis ſignificatur magos ex ortu nouæ ſtellæ intellexiſſe ortum Chriſti, ita quoq; colligere hinc licet, nõ his magis primùm reuelatum fuiſſe ſtellam hãc portendere Chriſti natiuitatem, ſed antiquam fuiſſe reuelationem hanc, atq; à patribus magos accepiſſe exorituram nouam ſtellã, quæ regis Iudæorum maximi ortum monſtraret. Non enim dicũt, vidimus ſtellam quandam nouam in aëre, & fuit nobis reuelatũ q demonſtraret natum regem Iudæorum, ſed ſolùm, *vidimus ſtellam eius*, & cum articulo, τὸν ἀστέρα ἐκεῖνον ſatis ſignificantes ſe vidiſſe eã ſtellam quam ex antiqua traditione non dubitauerunt eſſe ipſius. Non enim id noui ſibi contigiſſe ſignificat, vt docerentur quid apparens eis ſtella portenderet, ſed id tantùm, vt viderent ſtellam, iamdiu ſcilicet expectatam & obſeruatã. Deinde ſi non antiqua fuiſſet ſtellæ illius expectatio, ſed ipſi magi de ſeipſis dixiſſent vidiſſe ſe ſtellam, & de ea reuelatum tunc ſibi portendere ipſam natiuitatem Meſsiæ, ex eorum verbis nõ multùm cõmoti fuiſſent Iudæi, & maximè Herodes, ſed tanquam vana ſomnia reiecíſſent. Porro ſtellam hãc non fuiſſe veram ſtellam, vnãq; de numero aſtrorum cœleſtium, ex multis patet. Et primùm quidẽ ex motu. Nã cùm reliqua omnia aſtra moueantur motu diurno ab oriente in occidẽtem, hæc mouebatur à ſeptentrione verſus meridiem. Talis enim eſt ſitus Hieruſalem reſpectu Bethleem. Secundò ex ſplendore eius. Siquidem nulla aſtra in die apparent propter exceſsiuum ſplendorem ſolis. Hãc ſolam in die apparentem ſol occultare non poterat. Tertiò ex tempore apparitionis eius. Prout enim opus erat apparebat, & rurſum occultabatur, neque certo ſtatutóque tempore reliquorũ aſtrorum more ſeſe conſpiciendam exhibuit. Quartò etiam loco ſitus eius. Siquidem non in cœlo ſitã fuiſſe, ſed terræ proximam fuiſſe conſtat. Alioqui enim neque dux viæ eſſe potuiſſet, neq; domum in qua erat cum matre infans demonſtrare. Poſtemùm & ex quiete eius. Stetiſſe enim dicitur ſupra vbi erat puer, cùm omnes cœleſtes ſtellæ cõtinuo moueantur motu. Proinde non habent aſtrologi genethliaci & Priſcillianiſtæ hæretici, q ex hoc loco patrocinium artis ſuæ quærant & proferant. Illi enim ſtellæ huius occaſione attẽ ſuam comprobare adniſi ſunt, vnumquenque ſubiectum ſecundum corpus & animam aſſerentes conſtellationi illi (quam fatum vocant) quæ eſt in

Quod ſtella ſui ſecerit de numero aſtrorũ cœleſtium.

Refutantur aſtrologi genethliaci & legis & geneſiaci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuſcuiuſq; natiuitate, hac ſua aſſertione, præter A alia multa inconuenientia, tollentes ab homine liberam agendorum & omittendorum facultatem. Dubium autem an cùm dicũt ſe vidiſſe ſtellam eius in oriente, intelligẽdum ſit eos in oriente exiſtentes, vidiſſe etiam ſtellam eius exiſtentem in oriente: an potius eos in oriente exiſtentes vidiſſe quidem ſtellam, ſed in terra Iuda exiſtentem. Nõ eſt autem huic dubio locus ſecundùm receptam & cõmuniorem ſententiã, qua creditur ſtella hæc totius viæ dux fuiſſe ab oriente vnde venerunt vſque Hieruſalem: verùm hanc ſententiam non eſſe veriſimilem ex ſequentibus patebit. Sequitur; B

ET VENIMVS ADORARE EVM, vbi, *venimus*, eſſe præteriti tẽporis Græca certiſſimè docent. Eſt enim ἤλθομεν. His autem verbis Magi & excludunt falſam ſuſpicionem, qua videri poterãt veniſſe ad perdendum regem, & certitudinẽ ſuam ac perſuaſionem inſinuant, nempe ꝙ tam perſuaſi eſſent natum eſſe hunc regem, vt non dubitarent eius adorandi gratia venire. Deinde & quãti hunc facerent ſignificant, vt quem ſolum præ omnibus regibus Iudæorum adoraturi venirent, non ignari ſcilicet fœlices eos futuros qui illum ſibi haberẽt propitium. Quamuis autem eſſe poſſit, imò veriſimile ſecundũ prædicta ſit, Magos agnouiſſe nati huius regis diuinitatem, id tamen non conſequitur ex verbo, *adorare*, quemadmodũ plerique C colligunt. Nã in ſcripturis frequenter homo hominem veneratus, adoraſſe illũ dicitur. Hebraica enim dictio correſpõdens ſemper verbo noſtro adorandi, ſimpliciter ſignificat proſternere ſe corã aliquo humi reuerẽtiæ cauſa. Hoc autẽ modo antiquitus veneratio exhiberi ſolebat regibus, quin & priuatus quãdoque priuatum ſic venerabatur.

AVDIENS AVTEM HERODES REX TVRBATVS EST, &c.] Herodes quidem cùm non intelligeret niſi terrenum regnum, iure turbabatur, metuens ne ipſe & filij ſui regno per hũc regem priuarentur. Verùm tota ciuitas cur turbabatur? Oportebat enim gaudere potius, ꝙ is natus eſſet quem iam diu expectaſſent, cuius adorã- D di gratia etiã exteri adueniſſent. Sed turbatio non ſolùm eſt ex timore, ſed etiam ex admiratione, & nouæ rei etſi gratiſſimæ nuntio. Proinde intelligi poteſt Herodem quidem turbatum præ timore, ciuitatis verò ciues quoſdam quidẽ præ timore, alios verò propter rei nouitatem ſolùm fuiſſe turbatos. Aut potius, omnis Hieroſolyma, accipi debet pro maiori parte ciuium Hieroſolymitanorũ. Nã cũ omnes gaudere deberent, tamen quæ fuit eorum carnalis cæcitas, multi eorum partim timore Romanorũ, ne fortè opprimerentur huius noui regis occaſione, partim ꝙ applauderent Herodi, eiq; amici eſſent, ſimili turbatione turbabãtur qua Herodes. Atque huic ſenſui magis conuenit illud additum ab Euangeliſta; *cum ille*; quaſi per eã E partem voluerit ſignificare ſimilem ciuium fuiſſe perturbationem.

ET CONGREGANS OMNES PRINCIPES SACERDOTVM, &c.] Cùm vnus tantùm eſſet apud Iudæos qui propriè erat princeps ſacerdotum, in Euangeliis dum principum plurium fit mentio, oportet intelligere eos qui ſibi mutuò in pontificatu ſuccedebant, & aliquando pontifices fuiſſent. Nã ſub Herode cœpit põtificatus eſſe vænalis, & ante mortẽ ab vno ad alterum transferebatur. Aut potius ij intelligẽdi ſunt vocari principes ſacerdotum, qui principes erant illarũ 24. familiarum ſacerdotalium, de quibus 1. Paralip. 24. Nam & ibi legitur de principibus ſacerdotũ hoc modo: Diuiſit autem eis Dauid, hoc eſt, filiis Eleazar, principes per familias ſedecim, & filiis Ithamar per familias & domos ſuas octo. Porro Scribæ dicuntur, nõ qui ſimpliciter ſcribebãt, ſed erat hominum genus quos Hebræi ſuo quodã nomine vocabant: quorum erat profeſſio, vt quemadmodũ olim apud Romanos in rebus dubiis ex Sibyllæ libris per aruſpices aut interpretes reſpõſa petebãtur: ita & iſti cõſulti, ex propheratũ libris reſponderẽt. Proinde quos Matth. & huius imitator Marcus ſcribas vocat, Lucas appellat legiſperitos. Hebraicè enim dicebantur סֹפְרִים ſpharim, quo nomine ſunt appellati non à ſcribendo, ſed à סֵפֶר ſepher, quod eſt liber aut litera, vt ſint ſopharim quaſi librarij, ab euoluẽdis enarrãdiſq; libris ſacris: aut literati, qualis fuit & Eſdras, de quo legitur 1. Eſdræ 7. Et ipſe ſcriba velox in lege Moyſi, hoc eſt, librarius dexter, ſcit' & expeditus in Moyſe. Aut dicti ſunt ſopharim à verbo סָפַר Saphar, quod eſt recẽſere, narrare & nũciare, ꝙ illorũ eſſet ſcripturas populo annũciare, prælegere & exponere. Vnde apud Græcos pro nomine Scriba, ſemper eſt γραμματεὺς, quod nomẽ ſignificat Scribã publicũ & cãcellariũ, cuius officiũ erat publica ſcripta atq; decreta ſeruare, eadémq; ſi poſcerentur lectitare. Sic & Saraias dicitur Scriba regis Dauid, & Sobna Scriba Ezechiæ. Admiranda autẽ eſt in hoc negotio diuinæ ſapientiæ diſpoſitio, mirabiliter omnia quæ hic gerebantur cedere faciens in gloriã nati humiliter pueri, & confirmationem fidei in illum. Gloria enim pueri erat, ꝙ illi exteri Magi viri & eruditione & fortunæ ſtrepitu nequaquam aſpernandi tã inſigne teſtimoniũ ferrent, quodq; Herodes rex potentiſſimus huius metu pueri cõturbaretur. Deinde ꝙ ipſe Herodes, & principes ſacerdotes cum Scribis, quãuis hoſtes eſſent Chriſti, tamen autores eſſent vt locus natiuitatis Chriſti Magis innoteſceret. Malitioſè enim Herodes inquirebat vbi Chriſtus naſceretur, & tamen neſciens gloriæ Chriſti inſeruiebat. Nõ quæ ſiuit autem Herodes vbi Chriſtus natus eſſet (dixiſſent enim ſe neſcire) ſed vbi naſci deberet ſecũdùm ſcripturam. Hoc enim eſt, *vbi Chriſtus naſceretur*.

ATILLI DIXERVNTEI: IN BETHLEEM IVDAE: SIC ENIM SCRIPTVM EST PER PROPHETAM.] Is qui ſub nomine Chryſoſtomi autor eſt ſecũdi cõmentarij ſuper Matthæum, dupliciter culpat Scribas & põtifices ob eorũ reſponſionẽ ad quæſtionem Herodis. Primùm, ꝙ alienigenę & impio regi prodiderint myſterium prophetarum. Deinde, ꝙ in prophetiæ teſtimonio id omiſerunt: Et egreſſus eius à diebus æternitatis; per quod ab impia ſua cogitatione Herodes reuocari potuiſſet. Verùm non apparet eos hac in re culpandos, cùm regi ſuo cui ſubiecti erant, eidéq; proſelyto, & pietatem ſimulanti nõ potuerint non pro ſuo officio reſpondere, illud in teſtimonio iure omittẽtes, quod propoſitæ quæſtioni non ſeruiebat. Dubium autem hic eſt non paruum, quomodo teſtimoniũ hic ab Euangeliſta aut à Scribis prolatum ex propheta, eõſentiat cũ loco propheræ. Non enim ſolùm eſt in verbis diuerſitas, ſed etiã contrarietas videtur eſſe manifeſta. Hic enim dicitur; Bethleem nequaquã minima in principib' Iuda. In Michea verò, interprete Hierony

Hieronymo, dicitur: Et tu Bethleem Ephrata A paruulus es in milibus Iuda. Proinde Hieronym' ſuper Micheã, aſſcribit hanc diuerſitatem ignorãtiæ & negligẽtiæ Scribarũ, arbitratuſq; Matthæũ volentem arguere Scribarũ negligentiam erga diuinæ ſcripturæ lectionem, ſic ſcripturam poſuiſſe vt ab eis prolata erat. Addit autẽ, quoſdã aſſerere Euangeliſtas per errorem nonnũquã ex veteri teſtamento citare teſtimonia, vt qui non ex libro dum ſcriberent ea carperent, ſed memoriæ crederent, quę nonnunquã fallitur. De quorũ ſententia prolixè diſputat Quidam in Annotationibus. Verùm ea ſententia tãquã enernans veritatem & autoritatem ſcripturæ ſacræ, omnino reiicẽda videtur. Sunt qui putant Scribas & ſacerdotes non imperitè aut infideliter reſpondiſſe, ſed ita addu- B xiſſe teſtimoniũ & Scribas & Matthæũ, quomodo tũc legebatur in æditione Syriaca, qua tũc magis quàm Hebraica veritate paſſim vtebantur. Alij Scribas & Euangeliſtã nõ tam verba quàm ſenſum potius prophetæ voluiſſe reddere aſſerũt, oſtẽdunt, hoc modo in eundem ſenſum coincidere & prophetæ locũ, & iſtud teſtimonium adductũ. Nã Micheæ loci hic eſt ſenſus: Tu Bethleem paruulus quidẽ nũc es vicus in milibus Iuda, ſed ex te egredietur dux, &c. ac proinde ſignificatur à propheta, futurã Bethleẽ non minimam, ſed maximã. Itaq; cùm id intelligerent Scribæ & Euangeliſta ſignificatum à propheta, potius quod ſenſit explicare voluerunt, quàm ad literam obſcurũ C eius teſtimoniũ reddere. Quidã autẽ culpans Hieron. verſionẽ in Michæa, vt oſtendat teſtimonium hic citatũ conuenire cum loco Micheæ, vnde deſumptũ eſt, ſic putat Hebræa in Micheæ verti debere: Et tu Bethleem Ephrata, parũ eſt vt ſis inter Chiliades, ſeu Chiliarchos Iudæ, &c. intelligens ſcilicet nomẽ illud maſculinũ, quod Hieron. vertit, paruulus, & Septuaginta ὀλίγοστος, accipi pro neutro genere, quo cùm careant Hebræi, vtuntur pro eo maſculino aut fœmino. Iam idem vult eſſe, parum eſt vt ſis inter principes Iudæ. &c, nequaquam minima es inter principes Iudæ. Qui enim ſimpliciter dicitur eſſe inter principes, non excellit alios, ſed eſt quaſi è vulgo principum. Verũ cũ D Micheas ſecundũ eum dicat parum eſſe vt numeretur Bethleem inter principes Iudæ, ſatis ſignificatur eam maximam fore inter principes. ac proinde nõ minimã eſſe, vt aſſerit Matthæus, in principibus Iudæ. Sed vt in eo bene quidẽ dicit, ꝙ Hebraicã aſſerit veritatem non habere verbum, es, quod vertit Hieronymus, ſed infinitiuũ, eſſe, vertendum vt ſis: ita contra omnium ſentẽtiã maſculinum nomen pro neutro accipi debere putat, vt omittamus Hebræa nullo modo illum ſenſum habere poſſe. Nã Iſaiæ cap. 49. vbi talis eſt locutio, qualem hic eſſe vult. Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob. Et Iſaiæ 7. Num quid E parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus? longè alia eſt phraſis in Hebræo, quàm hoc loco apud Micheam. Itaque Septuaginta Hebraicam veritatem paulo rectius quàm Hieronymus reddiderunt. Sic enim verterũt: καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος ἐφραθὰ ὀλίγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα, ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τοῦ Ἰσραήλ, hoc eſt, tu Bethleẽ domus Euphrata, minima es vt ſis in milibus, ex te mihi exibit vt ſit in principem Iſraelis. Cõſentit huic verſioni & ſenſui Chaldæus interpres, qui vertit in hũc modũ: Et tu Bethleẽ Ephrata, quodammodo minor fuiſti, quàm vt numerari potueris inter Chiliades domus Iudæ, &c. Quæ verſiones quomodo cum teſtimonio hic adducto, ſaltem ſecundum ſenſum principaliter intentũ à propheta cõueniant, ſuperius ſatis dictum eſt. Poteſt tamẽ & aliter locus hic concordari cum loco Micheæ ſiue eum quis legat ſecundùm Hebraicã veritatẽ, ſiue ſecundum Hieronymi verſionẽ, quæ parum differt in ſenſu ab Hebraica veritate: nempe ſi intelligatur locus Micheæ per interrogationem hoc modo: Tu Bethleẽ Ephrata, num, ſicut haberis, minima es in milibus Iuda, aut minor es quàm vt numerari poſſis in milibus vel principibus Iuda, ac deinde per ſequentia intelligatur negatiuè reſpõdendum eſſe, quaſi dicat; Nequaquã certè minima es, quia ex te mihi exibit, &c. Sic enim manifeſta erit cõſonantia, Euangeliſta id per negationem affirmante quod propheta per interrogationẽ inſinuare voluit. Expendendum autem reliquit quidam num per hyperbolen accipi poſſit: *Nequaquã minima es*: pro eo quod eſt, adeo quidem humilis es, vt ne minima quidem vocari poſſis inter principes Iuda. Verum huic intelligentiæ obſtat ſubiuncta cauſalis: *Ex te enim exiet*. Reliquarum autem diuerſitatum quæ ſunt in hoc teſtimonio à verbis Micheæ, facile eſt cauſam reddere. Nã quod dixit Micheas, Ephrata, hic dicitur, *terra Iuda*. Hoc enim certius & notius erat, ad diſtinguendum Bethleem de qua eſt ſermo, ab altera ciuitate eiuſdem nominis: ob quam diſtinctionem Micheas adiecit, Ephrata. Quod autem hic dicitur; *in principibus Iuda*, & Græcè ἐν χιλιάσιν Ἰούδα, cùm Hieronymus in Michea verterit, in milibus Iuda, & Septuaginta, ἐν χιλιάσιν Ἰούδα, in cauſa eſt æquiuocatio Hebraicę dictionis אֶלֶף Aleph, quæ & mille, & ducem aut principem ſignificat. Senſus tamen ſecundùm vtranq; ſignificationem eodem recidit. Nam ſi intelligatur, *in principibus* vel *inter principes*, ſenſus eſt: nequaquam minima es inter principales & præcipuas vrbes Iuda, quæ multa continent milia hominum. Et ſi intelligatur, *in milibus*, ſenſus eſt: in ciuitatibus aut familiis quæ continent multa milia. Poſſent autem hæc verba, *nequaquam minima es in principibus*, ſic accipi, vt in principibus, nõ accipiatur pro inter principes, ſed ſignificetur Bethleem nequaquam minimam eſſe in producendo principes Iuda, aut nequaquam minimum habere principem Iuda. Nam quæque ciuitates & tribus ſuos habebant principes. Verùm hic ſenſus etſi propoſito optimè conuenit, non tamen poteſt intelligi ſignificari in Hebraica veritate. Iam quare hic additum ſit, *ex te enim exiet*, &c. cùm non ſit apud Micheam, facilè ex prædictis patet. Pronomen autem, *mihi*, quod eſt in Michea, etiam eſt hoc loco in Græcis codicibus, ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται, *ex te enim mihi exibit*. per quod ſignificatur in gloriam Dei Meſſiam naſciturum, & principem futurũ. In ſequentibus quædã pro explicatione ſenſu de ſuo adiecit Matthæus. Nã Hebræa ſecundùm Hieronymum ſic habent: *Ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael*. Aut potius: *Ex te mihi egredietur vt ſit princeps in Iſrael*; quomodo & Septuaginta ferè verterunt. Apparet autem in Hebræo ſubticeri ſuppoſitum verbi, *egredietur*, ac ſignificare voluiſſe prophetam, ex Bethleem illum omnibus expectatum proditurum vt ſit dominator in Iſrael. Vnde Chaldæus interpres addidit nomen Meſſiæ, *ex te mihi exibit*

Universidad de Deusto
Biblioteca

exibit Messiæ: nisi malimus sic accipere: ex te mihi eueniet vt sit aliquis dominator in Israel. Porro pro, *regat*, Græcè est ποιμανῖ, quod potius est, *reget*, & significat nō simpliciter regere, sed pascere, & regere quomodo pastor gregē. Quanquā Græca vox nō omnino respondet Hebraicæ, quæ dominatum magis significat. Dicit autem ducē hunc recturum populum Israel, non ꝙ & gentium non esset futurus pastor & rector, sed nomine Israelis, vt & aliàs omnes electos complectens: videturq; nomen Israelis opponi Iudæ, vt hic sit sensus: Tu Bethleem etsi minima, vilis, & cōtēpta habearis, comparata reliquis ciuitatibus Iudæ, nequaquam tamē verè minima es inter principes vrbes Iudæ. Nā quemadmodum olim ex te mihi prodiit in typo Dauid, vt esset pastor totius Israelis, ita rursum ex te mihi proditurus est & alter Dauid, qui non more regum sequentiū Dauid, & Salomonem, tātùm præsit tribui Iudæ, sed regat & pascat vniuersum populum meum Israel, hoc est, vniuersos ex omnibus gentibus collectos, quorū primitiæ & typus fuerunt duodecim tribus Israel.

TVNC HERODES CLAM VOCATIS MAGIS, DILIGENTER DIDICIT AB EIS, &c.] Postquā ex sacerdotibus didicisset Herodes locum natiuitatis Messiæ, tempus quoque natiuitatis eius per tēpus apparitionis stellæ discere à Magis volut, existimans hac ratione natū hūc nouum regem nō posse effugere suas manus, sed his duobus indiciis facilè posse deprehendi, etiāsi non contingeret Magos redire, & natum puerum demonstrare. Clam autem vocat Magos, ꝙ suspectos haberet Iudæos, metuens ne ex curiosa & diligenti inuestigatione tēporis apparitionis stellæ putaretur insidiari velle nato regi, quem illi iamdiu desideranter expectauerant. Porro in his quæ hic de Herode scribuntur aduertere licet malitiæ quanta sit versutia, quanta quoq; diligētia ad perficiēdum quod cupit. Siquidem veluti piú Magorum studium adiuuare volens, Scribis & pōtificibus cōgregatis: quærebat vbi quem illi quærebant nasci deberet, cùm re vera per hoc pernicié pueri moliretur. Deinde clā vocat Magos, nec discit tātùm tempus apparētis stellæ, sed diligenter discit, omnibus scilicet neruis in hoc incumbens vt exactum tempus sciret, nec tamen proderetur illius impium molimen. Ad hæc quò faciliore negotio puerum quē perditum optabat inueniret, mittens in Bethleem Magos, mādat de puero sibi renunciari, atq; vt id ab eis impetraret, malitiam cordis sui humilitatis colore depingebat, deuotionē, Magorumq; imitationem dolosè promittēs. Nec dicit solùm: *Ite & interrogate de puero*, sed *interrogate diligenter*, aut, vt habent Græca, ἐξετάσατε, hoc est, examinate. Nec dicit, renūciate nobis, sed *mihi*. Sibi enim primū volebat innotescere puerum, vt eū priùs tolleret è medio quàm populus Iudaicus eū planè resciisset natum esse. Verùm vt in his patet quæ sint malitiæ artes, quātū sit eius studium: ita rursum considerare in eis licet Herodis insipientiam, & malitię cæcitatem. Nam cùm natum puerum tantùm esse iam didicisset, vt eius natiuitatē & scripturæ diuinæ lōgè ante prædixissent, & stella iam de cœlo manifestassēt, putauit tamen suis consiliis diuinę se posse resistere voluntati, & perturbandum suo furore diuinum consilium. Deinde non aduertit quàm parum sibi constabāt hæc duo. vt clam vocaret Magos, & pietatem prætexeret præcepto. Si enim verè adoraturus erat, quare hoc elanculò præcipiebat? Magi autē, eo ꝙ nō est suspiciosa pietas, sed ex sese alios semper metitur, dolum Herodis præsentiscere nequibant: proinde nihil illū cælant eorum quæ quærebat, renunciaturi etiā de puero, nisi angeli monitione reuocati fuissent. Iā verò etiam hic aduertas Dei in impiorū cōsiliis moderationē. Diuino enim nutu factū est, vt in Magorū simplicitate cōsideret Herodes, sperans eos ad se reuersuros, vt sic nullū eis adiungeret comitē, vtq; & ipsi incolumes in patriā redirent, annunciaturi suis regionibus Christū. Alioqui enim nisi spes hæc scelerato imposuisset, sæuiturus erat in Magos ipsos, qui nuntium tam inauspicatum ipsi attulissent. Deinde in suā puericq; nati gloriam tam callidis, variisq; cōsiliis permisit Deus Herodem pueri necem cogitare, vt ostēdere tur quàm nihil possint cōsilia hominum quantūuis callida, & quantumuis potentiū, cōtra dispositionē diuinam, & quantus esset puer iste natus, cui prævalere nequiuit callidissimus simul & potētissimus Rex. Notādū autē & illud in verbis Herodis, no dixisse eū; interrogate de rege hoc, sed *de puero hoc*. Neque enim regis nomen ferre poterat, satis insinuans quantum contra illum insaniret.

Quanta malitiæ versutia, quāta ad sua perficiēdū diligentia.

QVI CVM AVDISSENT REGEM, ABIERVNT: ET ECCE STELLA QVAM VIDERANT IN, &c.] Ex his apparet stellam non fuisse reliqui itineris ducē, quemadmodū cōmuniter putatur. Alioqui enim nō tā vehemēter gauisi fuissent hac visa, nec dixisset Euāgelista solùm; *& ecce stella quā viderāt in oriente*, &c. sed, *& quæ comitata eos fuerat*. Et iidem ipsi Magi fatentur se in oriente quidē vidisse illam, sed nō addunt se eam ducem itineris habuisse, quod vt maius fuisset miraculum, ita in primis fuerat cōmemorandum. Vt autem stella Magis egressis Hierusalē, & iā vicinis loco natiuitatis rursum appareret, eósq; præiret, duplex causa erat. Primùm, quia cùm iā plurimū tentata esset Magorū solida fides, eo ꝙ in regia vrbe non solùm non inuenissent quod quærebant, sed ad nomen eius omnes vidissent Iudæos cōturbatos, & quē quærebant planè illis esse incognitū, ita vt meritò potuissent se delusos cogitasse: iā tempus erat vt fidelis ille Dominus qui facit cum tentatione prouentū, quo sustineri possit, probatā illorū fidē corroboraret, & quasi præmio quodam collaudaret, cōprobaretq;. Secundò, id factū est, ne cogerentur de nato in Bethleem puero, sed adhuc Bethleemitis incognito sollicitè inquirere, sicq; per Magorum inquisitionem puero manifestato, quis improbo regi prodere pergeret recognitum regē, & ne in Bethleem venientes Magi offenderētur propter humilitatē & obscuritatem nati pueri. Itaq; eadem illa stella, quæ tempus natiuitatis indicauerat, locū quoq; demonstrat. Quā cū vidissent Magi, meritò gauisi sunt gaudio maximo. Nam sideris quidē spectaculo gauisi erant Magi in oriente, sed multo magis nunc, nimirum ꝙ intelligerent spem suam non esse frustratā, nec frustra tanti itineris se suscepisse laborem, idque post apparentem negotij desperationē. Deinde ꝙ experirentur stellam ad eundem perducere locū quem scriptura demonstrauerat, quódque ducem iam nacti essent nequaquam fallacem.

An stella comitata fuerit per totū iter.

ET INTRANTES DOMVM, INVENERVNT PVERVM CVM MARIA MATRE EIVS, &c.] Verisimile est iam Mariā cum puero fuisse

fuisse in diuersorio, digressa scilicet iam hospitum multitudine, ob quam nō erat ei dum pareret locus in diuersorio, nisi per domum, hic speluncam illam & stabulum quis putet intelligēdum. Cùm autem Magi quærerēt regem Iudæorum, inuenerunt puerum, aut, vt habent Græci, παιδίον, puerulum, nihil scilicet specie à cæteris differentē, & in quo nihil quod admirandum esset aut adorādum apparebat. Comperisse cum puero solam matrem dicuntur. Diuino enim consilio factum est, vt ne multi adessent, quò Herodi puer magis celaretur, & Magorum fides declararetur, qui puerulū omni satellitio destitutum tanquam regem adorauerunt. Deinde & ob id matrem tantùm Euāgelista fortè repertam dicit, quò significaretur, hanc etsi recentē puerperam, non indiguisse obstetricibus, aut nutricibus, vt quę sine dolore peperisset. Atq; ne Ioseph quidem inuentus hic describitur, sicut à pastoribus. Nam diuino fortè nutu factum est vt & is abesset, ne gentibus suspicio esset communi generationis ratione hunc puerulum natū, qui ex Sibyllinis libris aut aliunde discere potuerūt, regem quem quærebant ex virgine nascitnrū. Quāuis autem nihil quàm puerulum viderent, & matrem eius vestitamvt esse poterat vxor fabri peregrè constitūta, tamen (quod fidei maximum erat argumentū) procidentes adorant, qui fortè etiam ipsum Herodem in regali suo residentē solio non adorauerant. Quo constat eos alia quædā de puerulo hoc sensisse quàm vel de eo audierant, vel in eo viderant. Quod quidem in eis effecit, primùm stellę indiciū. Deinde & splendor quidam diuinus qui animas illorum illustrabat. Hinc enim factum est nouū istud, vt nato puerulo nou suo in regno, sed & paucis cognito, & longè distante regione, præterea nō in arce, aut aula, sed humili hospitiolo, hoc honoris tribuendū putarent. Nec hac pietate cōtenti, depromūt è repositoriis suis munera, eaq; optima. Quod quāuis pro more patrię suę facerēt) nam Orientalibus mos est cū muneribus reges suos adorare) eāsq; res offerrent, quarū prouentu regio Persarū aut Chaldæorū præcipuè dines erat, fortasse non intelligentes quid his donis speciatim portēderetur: tamē dubitandū est, quin his donis mysteria quædam spiritus sanctus etiam ipsis ignorantibus significare voluerit. Ideo enim Matthæus tā distinctè videtur munerū numerum & qualitatē explicuisse. Itaq; his muneribus primùm quidē significatum est, puerulum hunc esse eū de quo scripturæ: Omnes de Saba venient, aurum & thus deferētes, &c, & Reges Tharsis & insulæ munera offerent. &, Dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper. Deinde per tria hęc munera iā velut per ænigma significata est ineffabilis in diuinitate trinitas, patris, filij, & spiritus sancti, simulq; vno puerulo comprehendi humanitatem, diuinitatem, & regalem dignitatem ei cōuenientem & humanitatis & diuinitatis ratione. Aurum enim regi competit: Thus Deo: Myrrha homini morituro. Nam Iudæi suos mortuos myrrha sepeliunt, vt corpus maneat incorruptū. Myrrha enim cùm sicca sit, arefacit, & exiccat humiditatem, nec sinit innasci vermes. Itaque, vt & Hieronymus annotauit, pulcherrimè munerum sacramenta Iuuencus vno versiculo cōplexus est: *Aurum, Thus, Myrrham regi q;, hominique, deóque Dona ferunt*. Quidam tamen thure significatum intelligūt Christi sacerdotium. Quid autem his muneribus significatū est à nobis offerri debere, posteà dicetur. Porrò per factum horum Magorum conuellitur satis impius error Lutheri, asserentis Christum etsi in sacramento altaris verè præsentem, non tamen debere nec posse ibi à fidelibus adorari, imò idololatricū esse cultū qui hic Christo exhibetur, eo ꝙ (inquiunt) Eucharistia non ad hoc est instituta vt adoretur, sed vt manducetur à fidelibus. nec legimus in scripturis illic Christū se coli & adorari velle. Etgóne idololatræ fuere Magi illi, qui Christum adorauerunt in cunabulis, & mysticis illis honorauerunt muneribus? Neque enim ad hoc incarnatus & in mundum natus erat, vt hic adoraretur in mortali corpore, sed vt conspueretur, cæderetur, crucifigeretur: nec vllū Dei verbum ex scripturis proferri potest, quo à Magis ille cultus exactus fuerit. Vide Pighium controuersia octaua.

Refellitur error Lutheri de adoratione Eucharistiæ.

ET RESPONSO ACCEPTO IN SOMNIS NE REDIRENT AD HERODEM, &c.] Eo ꝙ dicitur, *responso accepto*, satis significatur Magos iam secum agitasse num redeundum esset ad Herodē, imò quoniā subdubitare incepetūt, desiderasse aliquod signum diuinæ voluntatis. Nā ꝙ quidā dictionem Græcā χρηματισθέντες, vertendā putant potius, *oraculo accepto*, nec sic quod diximus significari, minus significatur. Nā χρήσμος, dicūtur quidē oracula quæ reddūtur à numine aliquo, sed petentibus & consulentibus. Itaque eodem verbo Euangelista & posteà vtitur, cùm Iosephū Aegypto redeuntē, & dubitātem num in Iudæā secedēdum esset, admonitū dicit vt in Galilæam iret: nō vtitur autem hoc verbo cùm admonitum dicit, vt vel in Aegyptum fugeret, vel inde rediret. Eodem vtitur & Lucas, cum Simeonē dicit respōsum accepisse à spiritu sancto, &c. vbi etiam quidā vertit, responsum acceperat. Porro Hieronymus putat χρηματισθέν dici, cùm Deus nō per angelum, sed per se respōdet. Respōnsum (inquit) quod Græcè dicitur χρηματισθὲν, nō per angelū fit, sed per ipsum Dominum, vt meritorum priuilegiū demōstraretur. Iussi autem sunt nō redire ad Herodem, nō solùm ne Herodis impietati subseruirent sua simplicitate, & puer tueretur ab impij regis crudelitate: sed etiam vt frustra se insidiari intelligeret, & ab incepto desisteret. In quo facto demōstratum est, quā essent hi Magi Deo curæ, vt ne quis putet eos solo naturalis sapientiæ ductu intellexisse natū regē Iudæorū, aut admonitos à dæmonibus vel inuitè Christum cōfitentibus, quemadmodum videtur sentire Hieronymus cōment. in Isaiā 7. & D. Aug. lib. de dæmonibus. Discimus autē etiā in his Magis, eorum curā habere Dominū qui ab ipso pendēt, & simplici corde incedunt, ita vt redimat animas seruorū suorum, & nō delinquāt omnes qui sperāt in eo. Nō peccauerunt autem Magi rescindēdes promissionē Herodi factā (promiserāt enim, vt verisimile est, se reuersuros) tum ꝙ Deo iubente id fecerunt, à quo tāquā superiori domino fuerāt à promissionis vinculo absoluti, tum ꝙ etiā sine Dei speciali iussione promissio seruanda nō sit, quā intelligimus in fraudem aut perniciem alicuius extortam. Porro vt paucis attingamus quæ mysticè in historia ista Magorum designata sunt, quod Magi post pastores Christum incognitum Iudæis reliquis agnouerunt, idque partim stellæ, partim scripturarū adminiculo, significabat Gētes, quarum hi Magi primitiæ fuerūt, post paucos quidem

Isaiæ 30. Psal. 71.

Psal 33.

Mystica prædictorum interpretatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem Iudæos ad Christi cognitionem & gratiã vocandas, atque in eadem Iudæis præferẽdas. Nó posse autem nos in Christi cognitionem deuenire, nisi & cœlesti diuinoq; lumine mẽs illustretur, & ab hominibus ex scripturis sanctis doceamur, scripturarumq; instructionem cœlestis gratiæ lumen & præcedere debere & subsequi. Præcedere quidem, vt ad scripturas nos mittat. Subsequi verò, vt eisdem credere & obedire faciat. Iam quod Magi nisi lõgè à patria recessissent, ac relictis Hierosolymitanis cum doloso Herode in Bethleem secessissent, Christum nequaquã vidissent, nobis significat agnosci Christum non posse, nisi lõgè à patrio ritu & terrenis affectibus semoti, relictisq; carnalibus Iudæorum cæremoniis, ac impiorum consortio, mundanóq; tumultu in Ecclesiã, quæ vera est Bethleem, hoc est, domus panis, conceſſerimus. Munera verò Magorum cùm variis modis mysticè accipi possint, rectissimè acceperimus, vt ad tria illa quæ habemus bona referantur, nempe facultates, animam, & corpus, atque ad tres virtutes illas, fidem, spem, & charitatem. Aurum enim Deo offerimus, cùm externa fortunæ bona pauperibus per charitatẽ erogamus. Beneficentiæ enim, inquit Paulus, nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Thus verò offerimus; cũ ex fide feruẽti oratione mẽs nostra fertur in Deũ, illiq; se deuotam exhibet. Dirigatur enim (inquit Dauid) oratio mea sicut incẽsum in cõspectu tuo. Myrrhã autẽ offerimus, cùm spe cœlestium bonorũ carnẽ nostrã mortificamus, & ieiuniis, abstinentia, omniq; asperitate à putredine vitiorum præseruamus. Sacrificium enim Deo, spiritus cõtribulatus. Et Paulus precatur vt offeramus corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Itaq; in auro, thure & myrrha, significata sunt eleemosyna, oratio & ieiunium, quæ tria vniuersa in se cõprehendunt virtutum opera: quorum quidẽ triũ vnum, proximum: alterũ, Deũ: tertium verò nosipsos respicit. Vbi autem in Bethleẽ semel Christum agnouerimus, nequaquam ad turbatam carnalemq; redeundum est ciuitatẽ Hierusalẽ, sed per aliam, nempe virtutis viã, regrediẽdum in cœlestẽ patriam nostram. Cæterùm in hac historia & hoc aduerti potest, q̃ tribus diuersis modis deprehendantur se alij & alij habere erga scripturas. Nam Scribæ in eis versantur, tantùm vt sciant, aliisque veritatem commonstrent, quam ipsi non sectabãtur. Herodes scripturas quærit, vt veritatem quidem cognoscat, sed ad nocendum. Magi verò, vt agnitam veritatem amplexẽtur. Ita & hodie quidam in scripturis occupãtur tantùm vt docti sint, aliósq; docere valeant: alij, vt inde venentur per quæ suas hæreses stabiliant, Christumq; adhuc terrenum in cordibus imbecillium occidant cũ Herode: alij, vt agnitam sectentur veritatem.

Psal. 50.

Rom. 12.

Diuersis modis scriptura à diuersis retinetur.

Hebr. vlt.

Psa. 140.

OBLATVS IN TEMPLO CHRISTVS, A SIMEONE & Anna agnoscitur. LVCAE II. CAPVT X.

VIa cùm receſsissent, & postquàm impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalẽ, vt sisterent eum Domino, sicut scriptũ est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur, & vt darent hostiam, secundùm quod dictum est in lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalẽ, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sanctõ, non visurum se mortem nisi priùs videret Christum Domini. Et venit in spiritu in tẽplum. Et cùm inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secũdum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eũ in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorũ, Lumen ad reuelationem gentiũ, & gloriam plebis tuæ Israel. Et erat pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam, matrẽ eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor: quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.

ET POSTQVAM IMPLETI SVNT DIES PVRGATIONIS EIVS, &c.] Hoc est, cũ impleti essent à partu dies quadraginta. Hi enim præscripti erant à Moyse cùm masculum mulier peperisset, 80. verò dies, cùm pepererat fœmellam. Inter hos autem dies hæc erat diuersitas, quod cùm masculus natus esset, mulier immunda erat septem diebus, iuxta ritus separationis menstruæ, reliquis verò 33. diebus non erat illo modo immunda, sed cogebatur domi permanere in sanguine purificationis, hoc est secundùm Lyram & Hesychium, in sanguine mundo. Secundùm Thostatum autem sensus est per hypallagen, in purificatione sanguinis sui. Sed simplicius accipitur, vt sit sensus: in sanguine quo adhuc assiduè purgabatur. Neque enim fluxus humorum & sanguinis cessat post septimum diem, sed multis etiam pòst diebus purgantur. Hos autem dies statutum fuit mulierem expectare priusquam sanctuarium ingrederetur, & expiaretur, vt interea reformaretur & restauraretur corpus eius eneruatum. Cùm verò fœmella ædita esset, cogebatur mulier dies istos duplicare, idque propter maiorem humorum fluxum & sanguinis corruptionem, & parientis maiorem languorem. Nam secundùm Aristotelem lib. de animalibus 7. capitu. 9. Si mas nascitur, profluit sanies diluta pallidiuscula: sed si fœmina, cruenta. Deinde dierum istorum numerus præscriptus est ad imitationem naturæ,

turç, quòd scilicet in maribus cõceptu circa quadragesimum diem corpus formetur & animetur, in fœmellis verò propter seminis frigiditatem, atque ob eiusdem tardioré decoctionẽ, circa octuagesimũ diem. Quod testatur Aristoteles lib. 7. de animalibus cap. 3. Mares (inquit) fœtus magna ex parte circa quadragesimam diem dextero potius latere mouẽtur, fœminæ sinistro circiter nonagesimum. Distinguitur etiam fœtus hoc eodem tempore, cùm ante caruncula informis cõstaret. Cùm itaque fœtus in vtero formatur, fœmina tardius quàm mas perfectionem quarundam partium accipit, & sæpius in decimum mensem quàm mas protrahitur. Hæc ille. Postremùm, per hanc mulieris immunditiam significare voluit Deus omnes nos in peccato nasci, & quoniã à muliere peccatum magis inuectum est, ideo in fœmellæ partu tempus purgationis duplicabatur. Itaque addit, *secundum legem Moysi*, quòd hi dies non essent ad purgationem necessarij ex natura partus, sed tantum ex lege Moysi. Quidam tamen volunt additam hanc partem à Luca ad insinuandum Mariam secundum veritatem non debuisse expectasse dies purgationis, vt quæ purgatione non indigeret, sed eos tantùm obseruasse secundum præscriptum legis, quod alias tantùm concernebat mulieres, ne videretur legem negligere. Verum prius simplicius est & verius, vt patebit ex sequentibus. Pro pronomine autem *eius*, quod habet nostra litera, quidam Græcorum libri habent αὐτῆς, vt referantur dies purgationis ad Christum, sed hæc lectio omnino videtur deprauata. Alij habent αὐτοῦ, vt referantur ad virginem. Alii verò communiter habent αὐτῶν, vt ad virginem simul & puerum referantur. Quod si legatur αὐτῶν, intelligendum pueros in die purificationis simul cum matrib. purgari solitos, vt qui in sordibus nati fuissent corporalibus, propter quas simul cum matre prohiberẽtur ab ingressu templi. Aut primogenita saltem tunc purgari solita, eo quòd tunc Deo consecrarentur. Portò purgationem hic vocat cæremonias, quib. & mulieres & fœtus secũdum legem lustrabãtur, hoc est, rursum admittebantur ad ingressum templi, à quo prius propter immunditiã corporalem quæ est in partu, prohibebantur. Quamuis enim Deus non abominetur nisi immũditiam spiritualem quæ est peccatum, tamen in veteri lege, cùm nõ nisi carnalia populus saperet, per immũditiam corporalem adumbrare voluit spiritualem, cõstituens vt propter hanc aut illam corporis immunditiam ab ingressu templi & consortio populi excluderetur qs, idémque turſus certis cæremoniis admitteretur, quò ĩtelligeremus nos spirituali immunditia excludi à conspectu Dei, sanctorũmque cõsortio, ab ea tamen sacramentis ab ipso institutis virtute sãguinis Christi emundari posse. Vt autem rectè intelligantur quæ hic dicũtur deinceps, sciendum, Lucam hic mentionem facere duorum veteris legis præceptorum, quæ ambo partũ quidem respiciunt, sed tamen à sese omnino sunt diuersa. Vna enim erat lex, quæ omnem partũ siue maris, siue fœminæ respiciebat, quę traditur Leuitici 12. De illa intelligendum quod dicit Lucas, impletos dies purgationis secundùm legem Moysi: & turſum cùm dicit; *& vt darent hostiam secundùm quod dictum est in lege, par turturum*, &c. Est & alia lex, quæ pertinebat solùm ad partum primogeniti cuiuscunque speciei, quę ponitur Exodi 13. vbi præcipitur vt pro primogenitis Aegyptiorum occisis, Domino offerantur omnia primogenita masculini sexus tam in hominib. quàm in iumentis. De hac lege loquitur Lucas cùm dicit; *tulerunt illum in Hierusalem vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne*, &c. & rursum cùm dicit: *Cùm inducerent puerum Iesum vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.* Itaque quod attinebat ad legem quæ præscribit purificandæ mulieris modum, impertiens erat quòd puerum Iesum parentes tulerunt in Hierusalem, vt sisterent Domino, quamuis verisimile sit eodem die quo mulier purificabatur, etiam masculum, si primogenitus erat, Domino offerti solitum, vt eadem opera vtrique legi satisfieret. Rursum quòd dedisse dicuntur hostiam par turturum, &c. impertinens erat ad eam legem, qua præceptum fuit vt mas primogenitus Domino consecraretur, cùm hæc hostia pro quouis partu esset offerenda. Pro inde quidam non bene discernens has diuersas leges, sed vt simul à Luca narrãtur, etiam easdem confundens, turpiter errauit, (vt nonnunquam bonus dormitat Homerus) sic scribẽs ĩ Paraphrasibus: Exhibitus est veluti legi obnoxius in templo, qui dominus erat omniũ cœlestium ac terrestrium. Redẽptus est exiguo pretio, qui sui sanguinis pretio redempturus erat viuersum mundum. Lex enim præscripserat, vt parentes primo genitum masculum redimerẽt agno anniculo, qui dabatur in holocaustum, deinde adderetur columbus aut turtur pro expiatione peccati, si quid labis in coitu aut post esset contractum. Debet em vndequaque purum esse quod Domino sit offerẽdum. Quòd si rei familiaris angustia nõ patiebatur dari agnum, agni vice dabatur turtur aut pullus columbæ pro redemptione pueri. Altera auis offerebatur pro expiatione peccati. Hactenus ille. In quibus verbis manifestus est error, dum dicitur alterum illorum duorum, quę Leuitici 12. præcipiuntur offerenda, nempe id quod in holocaustũ offerri debuit, datum pro redemptione pueri, cũ semper vtrunque offerendum esset, etiamsi primo genitus nõ esset, neque masculus. Itaque & illud notandum, quod Leuitici 12. vbi nos legimus: Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, siue pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturẽ pro peccato, &c. illud; pro filio, siue pro filia; non debet referri ad verbum, deferet, vt distinguunt communiter Latini, sed referri debet ad præcedẽtia, vt satis patet ex distinctione Hebræorũ. vt sit sensus: cùm expleti fuerint dies quos siue pro filio, siue p filia partu ædita expectare debet vt purificetur, tunc deferet agnum non quidẽ pro prole, sed potissimum pro seipsa. Commodè ergo intelligi debet quod in quadam antiphona canitur in festo purificationis: Obtulerunt pro eo Domino par turturum, &c. vt pro eo dicãtur obtulisse, quia scilicet illum Maria peperit. Humanum aliquid etiam diuus Augustinus passus est, dũ scribens in cap. 12. Leuitici dicit pro Christo oblatũ par turturum, quia hic dicitur vt facerent secundum cõsuetudinem legis pro eo. Nam, vt dictum est, quòd secundum legem faciendum erat pro Christo tanquam primogenito, non erat illa turturum oblatio, sed ipsius pueri oblatio. Cùm autem primogenitum masculini sexus in hominib. Domino offerri deberet, non tamen in conſpectu

Diuersi error.

G

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domini permanere debebat,eo quòd illorum lo
co Dominus ex Israelitis sibi delegisset Leuitas
omnes,vt patet Numeri 3.atque ob id præceptum
vt primogenita filiorum Israel redimerentur,nō
quidem per cōmutationē alterius animalis,quem
admodum primogenitum asini redimebatur oue,
sed pretio,vt dicitur Exodi 13. Quo autē pretio,
ibi nō exprimitur,sed id ipsum satis patet ex cap.
Numer.3.vbi pro pretio ducentorum septuagin-
tarum,qui excedūt numerum Leuitarum de pri-
mogenitis filiorum Israel,præcipitur vt accipian-
tur quinq; sicli per singula capita ad mēsuram san
ctuarij,& det pecunia Aaron & filiis eius. Quod
& in posterum vt fiat pro redemptione primoge-
nitorū qui nascendi erant,præcipitur Numer. 18.
his verbis:Quicquid primùm erumpet è vulua
cunctæ carnis quam offerunt Domino,siue ex ho
minibus,siue de pecoribus,tui iuris,erit:ita dun-
taxat vt pro hominis primogenito pretium accі-
pias,& omne animal quod immūdum est redimi
facias:cuius redemptio erit post vnum mensem
siclis argenti quinque pondere sanctuarij,hoc est,
10.obolis aut 20.Nam,vt sequitur, siclus viginti
obolos habet.Siclus autem sanctuarij duplum cō
tinebat,secundùm Hebræos. Inquirendum autē
deinceps quomodo duæ illæ leges quarum hic fit
mentio,sese habeant ad Christum & Mariam, &
an sub eis Christus & Maria cōprehenderentur.
Itaque quod attinet ad eam legem quę erat de of
ferendo primogenito,quidam dicunt eam legem
ad Christum non pertinuisse,eò quòd non adape
ruerit vuluam matris suæ,sed clauso matris vtero
prodierit in mundum,sicut clauso sepulcro resur
rexit.Alij contra hāc legem propriè ad Christum
pertinuisse asserūt,eò quòd ipse solus aperuit vul
uam matris suę,cùm aliis aperiat vir vterum.quæ
est sententia Theophylacti super hoc loco.Simili-
ter & Ambrosij sic scribētis:Non enim virilis coi
tus vuluę virginalis secreta reseranit,sed immacu
latum semen inuiolabili vtero spiritus sanctus in
fudit.Hic ergo solus aperuit sibi vulaam.Nec mi
rum,quienim dixerat ad prophetam;Priusquā te
formarem in vtero,noui te,& in vulua matris san
ctificaui te:qui ergo vuluam sanctificauerat alie-
nam vt nasceretur propheta,hic est q aperuit ma
tris suæ vuluam vt immaculat⁹ exiret.Similia ha-
bet & Origenes homilia 14.super Lucam:Sacra-
tum(inquit) quippiam sonat.Quemcūque enim
de vtero effusum marem dixeris,nō sic aperit ma
tris suæ vuluam vt Dominus Iesus,quia omnium
mulierum non partus infantis,sed coitus viri vul
uam referat.Iam vt secundum Ambrosium Chri
sto proprium est aperire vterum matris,ita etiam
quod sequitur in lege sāctum vocari Domino.So
lus enim ipse verè sanctus inter primogenitos,
cùm multi alioqui essēt sceleratissimi.Porro inter
duas has sententias inter se in speciem cōtrarias,
medium eligendum videtur,nimirum vt cum iis
patribus qui dicti sunt,non negemus Christum a
peruisse vterum matris suę.Nam omnino videtur
Lucas hanc legem sic adduxisse, quasi etiam ad
Christum pertinentem:& tamen etiā asseramus
clauso virginis vtero natum esse,quia scilicet sic
per naturalis generationis membra nat⁹ est,vt vir
ginalis pudicitię claustra nascendo non conuelle-
ret,nec dolorem parienti adferret: quem necesse
est esse in huiusmodi vteri apertione,quali nascun
tur reliqui.Proinde eleganter quidam Græcus:So
lus(inquit)Christus nondum apertam supernatu
raliter aperuit,& clausam naturaliter seruauit.Et
D.Hieronymus lib.2. contra Pelagianos: Magis
ad specialem natiuitatem saluatoris,quàm ad om
nium hominum referri potest hoc quod dicitur:
Qui aperit vuluam,sanctus Domino vocabitur. Solus
enim Christus clausas portas vuluæ virginalis
aperuit,quæ tamen clausæ iugiter permanserunt.
Hæc est porta orientalis clausa, per quam solus
pontifex ingreditur & egreditur & nihilominus
semper clausa est. Hæc ille. Itaque neque ne-
gandum quin & hęc lex ad Christum pertinuerit,
quamuis quatenus Deus nulli fuerit legi subie-
ctus:neque dicendum propriè ad ipsum pertinuis
se,cùm reliqua primogenita magis adaperiant vte
rum matris suæ quàm fecit Christus,quamuis cō
sideratione eius quod aduerterunt Ambrosius &
reliqui,nō ineleganter ostenditur aperire vterum
Christo fuisse propriū:verùm,vt apparet, præter
intentionem Lucę aut Moysis.Nam simpliciter a-
perire vuluam Hebraica phrasi dicitur is qui pri-
mò ex vtero matris nascitur. Vnde & brutorū pri
mogenitis id attributū est. Iam quòd primogeni
tum masculinum,vocatur sanctum Domino,non
accipitur sanctū,pro eo quod erat ab omni vitio
immune,sed eo quod separatum à rebus prophā-
is consecrabatur Domino,à cuius tamē seruitu
te in templo præstāda,pretio redimebatur primo
genitus hominis.Notādum autem,solùm primo
genita masculini sexus sibi cōsecrari voluisse Do-
minum,nimirum propter sexus perfectionem,do
cens nos mystico typo,eos demum animos esse
sibi gratissimos,suóque conspectu dignos,qui ma
sculo spiritus robore deuincūt effœminatę carnis
cupiditates.Quod verò attinet ad aliam legē,quę
est de purificanda muliere,etiam cōmuniter dici
tur eam legem ad matrem Domini non pertinuis
se:sed ab ea per ipsa legis verba ipsam fuisse exce
ptam,tum quòd propriè mulier dici non debeat,
tum quòd non susceptо virili semine masculū pe
pererit,cū lex dicat:Mulier si susceptо semine pe
pererit masculum,immunda erit septem diebus.
Alioqui enim frustra videtur additum,susceptо se
mine,nisi significare voluisset spiritus sanctus mu
lierem quandam futuram,quæ nō susceptо virili
semine paritura esset,atque eādem ab ea lege im-
munem fore.Verùm sciendum Hebręa non habe
re,si susceptо semine pepererit. Nā pro susceptо
semine,est verbū,hiphil,quod significat seminisi
care,aut semen facere זָרִיעַ Tasriach, vt semen
accipiatur nō pro principio generationis,sed pro
prole.Itaque sensus est:mulier cùm seminificauerit
(vt vertit Pagninus)aut si semen fecerit,vt vertit
Munsterus. Septuaginta tamen verterunt, ἐὰν σπερ
ματισθῇ,hoc est,si semē susceperit,quos ob id secu
tus est Hieronymus(vt frequenter)vertēs;si susce
pto semine,quamuis & huius versionis idem ferè
erit sensus,qui Hebraicæ lectionis, si semen ac-
ceperimus pro prole,vt susceptisse semen,sit prolē
accepisse in vtero.Hebræa enim id quod generale
est priùs ponunt,ac deinde id per partes exequun
tur.Proinde quod attinet ad verba huius legis,nō
fuit ab hac lege virgo immunis: qđ & Lucas ipse
satis significare videtur, dum dicit impletos dies
purgationis Mariæ secundū legem Moysi.Si enim
Moses eam iis verbis à sua lege excepit,quomodo
secundum eius legē dies purgationis impleti sūt?
aliis tamen rationibus ab eadem fuisse immunem

*Maria le
gi non sub
iecta eam
tamē ser-
uauit.*

facilè

facilè probari potest.Primùm, quia cùm virgo eū
pepererit qui solus à suo cōceptu sāctus fuit, imò
à quo est omnis sanctitas,etiam templi,nō potuit
ob illius partum fic immunda fieri, vt quod tan-
geret pollueretur,aut ingressu templi prohiberе-
tur.Idem secundò probatur ex legis huius fine &
legislatoris intentione,secundū quam de lege iu-
dicandū est. Cùm enim lex hæc data esset ob sor-
des eas corporales in quibus mulieres pariūt,pro
pter quod dicuntur in die purgationis mundari à
profluuio sanguinis sui,& verisimile sit,piūq; cre-
dere,Mariā vt sine dolore& virginalis claustri vio
latione, ita etiam sine sordibus peperisse: conse-
quitur eam legis huius vinculo absolutè subiectā
non fuisse.Nā & Aristoteles cap.7. de animal. te-
statur fieri posse etiam naturaliter,vt parientes flu
xum secundarum non patiantur.Postremū, cùm
eum peperisset qui supra omnem legem erat, nō
potuit non & ipsa hac lege superior esse. Verùm
quemedmodum Christus spōte legi subiectus est,
ita & hæc sanctissima virgo, ne quem suo facto
scandalizaret,sed humilitatis & obedientię omni-
bus exemplum præberet.Porro cum lege cautum
esset vt purganda mulier deferret agnum anniculum in holocaustum, & pullum colūbæ siue tur-
turem pro peccato, duos autē turtures aut duos
pullos columbarum,si præ paupertate agnū offer
re nequiret, Lucas absolutè refert legem pauperi
bus præscriptā,significare scilicet volens paupe-
tatem Marię & Ioseph.Nō enim dubium est quin
vberius munus allaturi fuissent, si nō tenuitas ob
stitisset.Duorum autem horum animaliū id quod
in holocaustum offerebatur,in gratiarum actionē
pro accepta prole & pro fœlici partu offerebatur.
Verùm alterum quod pro peccato offerendū dici
tur,dubium pro quo peccato offerri debebat. Nā
quòd quidam Hebræorum dicunt offerendū pro
peccato periurij, quod scilicet mulier in dolore
partus cōstituta iurauit,aut secū cōstituit nō am-
plius obedire marito congrediēdi causa,nimis ri-
diculum est. Quòd autem quidam nostrū dicunt
pro peccato originali paruuli offerri solicitū,pro-
babile nō est,imò planè falsum,cùm sacrificia hęc
pro purgatione mulieris fierent, nō pro purgatio
ne paruuli.Neq; rursum rectè dicitur pro peccato
quod in coitu ferè semper cōmittitur,vt vult Ly-
ra,nā & sine peccato fieri potest coitus, & æquè
in coitu peccat vir atq;mulier. Sciendum autem
quòd idem ritus etiam in aliis purgationib. ad-
hibebatur. Nā & in purgatione leprosi pauperis
duo turtures aut duo pulli columbarū offerebā-
tur, vt patet Leuitici 14. Rursum in purgatione
viri & mulieris post diuturnū fluxum seminis aut
sanguinis mēstrui,vt patet Leuitici cap.15.Proin-
de quidā,inter quos Caietanus, dicunt in his pur
gationibus sacrificium quod pro peccato offere-
batur, nō pro certo aliquo peccato perpetrato ab
eo qui purgabatur offerri solitū,sed ꝓ peccatis in
genere, vt nemo est ab omni peccato immunis.
Verū rectius diceretur, peccatū in his locis accipi
pro immūditia illa corporali, quam ex quibusdā
rebus secundum legis præscriptum homines cō-
trahebant,ita vt per eam prohiberētur ab ingres-
su templi,aut etiam consortio hominum. Nā per
hæc sacrificia & orationē sacerdotis, dicūtur ho-
mines mundari,quod nihil aliud est quàm auferi
ab eis impedimentum ingrediendi templum &
sancta. Carnalia enim illa sacrificia hanc virtutē
purgandi habuisse, nō autem virtutem purgandi
mentem,& auferendi peccatum, propriè dictum
docet ad Hebræos Paulus.Quamuis autē hęc re-
spōsio sufficere posset,ex Hebręo tamē certior so
lidiórq; haberi potest. Ex Hebręo enim patet di-
ctionem,peccatum, non accipi his locis pro vitio
& actu aliquo culpādo,sed pro certo sacrificij ge-
nere,quod nos dicimus sactificiū pro peccato.Eo
enim nomine quo peccatū vocatur, Hebræis etiā
dicitur & certū illud sacrificij genus,vnde & Pau-
lus Christum dicit factum pro nobis peccatū,hoc
est, sacrificium pro peccato. Sic autem his etiam
locis accipi patet manifestissimè ex cap.15. Leui-
tici. Na vbi dicitur de mundato leproso paupere:
Sumet duos turtures,siue duos pullos columbæ:
quorū vnus sit pro peccato, & alter in holocau-
stum:Hebræa habēt,& erit vnus peccatū,& vnus
holocaustum;vbi per peccatum significari sacrifi
cium aliquod quod certo ritu peragebatur,mani
festum est.Hoc autem sacrificij genus etsi dicere-
tur peccatum, non tamen solum offerebatur pro
expiatione alicuius quod verè erat peccatum,sed
etiam pro emūdatione alicuius immunditiei cor
poralis quępeccatum significabat,aut ex peccato
contracta erat.In huiusmodi autem purgationib.
offerebantur duo turtures,aut duo pulli colūba-
rum,quòd huiusmodi animalia propter suā casti-
tatem corporali illi immunditię purgandæ cōue-
nirent,& propter suam mansuetudinē ac simpli-
citatem apta essent ad præfigurandum Christū,
per cuius oblationem auferenda erat omnis spiri
tualis immunditia per corporalem significata.In
eo verò quòd duo offerebantur animalia, & vnū
quidē in holocaustum pro gratiarum actione,al-
terum verò pro peccato,vt per illud is qui per im
mundiciam exclusus fuerat ab ingressu templi, ab
illo impedimento absolueretur, docemur & nos
mystice pro purgatione peccatorū debere nos &
sacrificium gratiarum actionis Deo per Christū
offerre, & per sacramentorum participationem,
Ecclesię rursum reconciliari,Christum pro pecca
tis nostris Deo patri offerendo.

ET ECCE,HOMO ERAT IN HIERV-
SALEM,CVI NOMEN SIMEON,&c.] Osten-
dit in sequentibus Christum testimoniū accepis-
se à senibus vtriusq; sexus,eisq; iustis,& spiritu,p
phetico afflatis, quorū proinde testimonium nō
potest nō esse maximum. Hunc autem Simeonē
quidam putant fuisse sacerdotem,sed nullo argu-
mento idoneo.Nam si sacerdos fuisset,vtiq; mani
festasset id Lucas,tanquam magnam viri dignita-
tem,cùm alias eius conditiones tam distinctè ex-
primat. Itaq; prima cōditio personā viri cōmen-
dās est,quòd iustus fuerit: secunda, q timoratus,
aut,vt habēt,Græca.εὐλαβής, hoc est, pius ac reli-
giosus.Videtur autē iustū eū dicere respectu homi
num cū quibus iustè cōuersabatur:timoratū verò
& piū,respectu Dei, quem piè ac religiosè vene-
rans offendere metuebat. Tertia viri cōditio est,
quòd expectabat consolationem Israel, tanquam
iam scilicet imminentē, quo notatur quāta in eo
publicæ salutis fuerit auiditas.Expectabat autem
non temporalem potissimum consolationē Israe-
lis, sed intelligebat ex hebdomadibus Danielis,
prophetia Iacobi,aliisq; prophetis, tum & ex tē-
porali illa oppressione qua premebatur tunc po-
pulus Israeliticus. adesse tēpus Messiæ,qui ab ea
seruitute liberaturus esset Israelem, quę tēporali

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa significabatur, nempe à dura seruitute peccati & diaboli, à qua tamen quicũque liberãtur, simul etiam & consolationem accipiunt à malis tẽpotalibus quæ hic præmunt. Nam qui sub regno est Christi, nullam sibi seruitutem duram existimat, imò potius verè liber est, nullius propriè dictus seruus. Voluit quidẽ Deus per tẽporalem illã populi Israelitici seruitutẽ in qua adueniens Christus eos inuenit, excitare Israelitarum mentes ad desiderandum promissum illis redemptorem, & credendum illum iam mox adfuturum, eò q; fere putarent eum fore redemptorẽ & regem temporalem: verùm hunc senem, cùm spiritu sancto fuerit plenus, verisimile est intellexisse spiritualẽ fore redemptionẽ per Messiam præstandam, sicut ex cantico ipsius satis patet. Quarta conditio viri est, q; fuerit in eo spiritus sanctus, quod omnino intelligendum videtur de spiritu prophetię dictũ. Alioqui enim quid opus erat dicere spiritũ sanctum fuisse in eo, cùm priùs dixerit eum iustũ & timoratũ, si de inhabitatione spiritus sancti omnibus iustis communi loquitur? Porro Galatinus existimat hunc Simeonem fuisse eum qui ãludęis in Talmud dicitur Simeõ iustus, de reliquiis synagogę magnæ, qui diuinorem illam legis intelligẽtiam, quam Cabalam vocant, accepit à patribus, cuius multæ præclaræ sententię in Talmud continentur, eúmque fuisse filium & discipulum Hillelis: magistrũ verò Gamalielis illius, ad cuius pedes sedit Paulus. Verùm ex libro Pirke Anoth, quem versum nobis Fagius quidam dedit, ex quo tamẽ libro ille suam desumit sententiam, videtur quod dicit falsum esse. Nam Simeon iustus in eo libro diu præcessisse dicitur Hillelem, cuius non ponitur aliquis discipulus nomine Simeõ, sed Gamaliel quidem. Cùm autem iste Simeon expectaret, desiderarétq; omnibus votis consolationẽ Israelis, & spiritum haberet prophetiæ, factũ est vt per oraculum fuerit ei promissum, idq; nõ ab angelo aliquo, sed ab inhabitãte ipsum spiritu sancto (vnde patet per interiorem inspirationẽ id didicisse) non morituram se antequã vidisset oculis corporalibus quẽ expectabat Christum, hoc est, vnctũ Domini Dei. Atq; hæc est quinta cõditio personã viri huius commẽdans. Est autem phrasi Hebraica, videre mortem, idem quod gustare mortẽ, & mori. Sic Psalmista: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, hoc est, sentire corruptionem & corrumpi. Porro etsi alii etiam reges Israelis dicãtur Christi & vncti Dei, propriè tamẽ saluator noster, Christus Domini dicitur, eò quòd non ab homine vnctus esset in regem & sacerdotẽ, sed à solo patre per spiritum sanctum.

Psal. 15.

ET VENIT IN SPIRITV IN TEMPLVM. ET CVM INDVCERENT PVERVM IESVM PARENTES.] Venit, inquit, in spiritu, hoc est, actus à spiritu sancto, nõ excitatus aut admonitus ab homine. Idem autẽ spiritus qui inspirauit vt templum aditet, signũ quoque dedit quo puerum agnosceret. Itaq; & ipse accepit eũ in vlnas suas, cõplexans eum summo pietatis & amoris affectu, quo impellente continere se nõ potuit quin eum amplecteretur, cuius alioqui contactu se indignum nõ dubitauit. In hac autẽ oratione, *& ipse accepit*, rursum videtur Lucas suo Hebræotumq; more cõiunctionem, &, posuisse, ita vt nihil copulet, neq; ad sensum faciat, nisi velimus significari, Simeonem hoc ipsum etiã fecisse quod prius fecisset sacerdos, vt sit sensus: Ipse quoq;, sicut sacerdos, accepit eum in vlnas. Sic enim qui dam in Paraphrasibus: Posteaquam, inquit, sacerdos oblatum puerum amplexus esset, eique bene dixisset, non se continuit pietas senilis, quin ipse quoque desideratum infantulum cõplecteretur. Benedixit autem Deum, hoc est, laudauit, & gratias egit, quòd promissionem suã adimpleuisset, & compotem voti fecisset.

ET AIT: NVNC DIMITTIS SERVVM TVVM DOMINE, &c.] Mox defectura vox senis velut cygneam quandã cantionem his depromit verbis. D. Ambrosius legit: *Nunc dimitte*: & interpretatur Simeonẽ iam mortem optasse. Vide (inquit) iustum velut corporeæ carcere molis inclusum velle dissolui, vt incipiat esse cum Christo. Græca tamen habẽt, quemadmodum Latina, *ἀπολύεις*. Interpretantur autem quidam verbum istud per futurum, dimittes: aut deprecatiuè accipiunt, vt sit sensus: opto vt dimittas. Verùm rectius & simplicius sic intelligitur: Nunc Domine si quando me ex hac vita dimittis, dimittis certè nõ cum dolore, sed cum pace, hoc est, animo omnino quieto, tranquillo, & satiato suis votis. Est enim Hebraica phrasis in eo quod dicit, *dimittis in pace*, quẽ admodum & Gen. 15: dicitur Abrahæ: Tu ibis ad patres tuos in pace. Et Tobias 3. capit. optat in pace recipi spiritum suum. Et Psalmista: In pace, inquit, dormiam & requiescam, hoc est: trãquillo animo, nec passionibus aliquib. aut desideriis distracto. Dictio enim Hebraica שלום Schalon, cui correspondet Latinis nomen, pax, non est tam cõstricta quàm nomen pacis, sed illa Hebræi significant sanitatem, integritatemq;, successus & votorum omnium adeptionem, animiq́ue tranquillitatem & lætitiam. Sic Ioseph fratres suos interrogauit de patre: Estne pax patri vestro? Quod Hieronymꝰ vertit: Sanusne est pater vester? Et Helizeus dixit Naamã Syro, & Christus peccatrici: Vade in pace, hoc est, sis animo trãquillo ac libero. Proinde Simeon dum dicit se dimitti in pace, significat se lubenter moriturum, quẽadmodum Iacob viso Ioseph filio suo. Iam (inquit) lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitẽ te relinquo. Sicut autem verbo; *dimittis*, significat Deum dominum esse vitæ ac mortis, ita etiam se corpus pro vinculo quodam habere, quod Græca dictio, *ἀπολύεις*, apertius significat. Est enim, absoluis: quasi à vinculo scilicet. Dicit autem, *secundum verbum tuum*, propter oraculum quod acceperat, quòd scilicet non esset morturus nisi priùs vidisset Christũ. Itaque sensus est: Sicut pomine promisisti te satisfacturũ votis meis priusquam morerer, ita certè iam cùm voles me tranquillo hinc dimittes animo.

Gen 43

4 Reg. 5.

QVIA VIDERVNT OCVLI MEI SALVTARE TVVM, QVOD PARASTIANTE FACIEM.] Emphasis est in eo quod dicit, *oculi mei*, quasi dicat: Non iam fide solùm & mente vidi salutare tuum, quemadmodũ patres mei, sed hisce etiam corporalibus oculis. Porro Theophylactus intelligens Simeonem his verbis alloqui ipsum puerum, & illum vocare Dominũ, per salutare intelligit incarnationem vnigeniti, ex qua omnis salus electis prouenit. Verùm rectius intelligitur Simeon alloqui patrem Deum, & salutare Dei vocare ipsum Christum saluatorem à Deo destinatum hominibus. Quod autem dicit Deum hunc saluatorem parasse, dupliciter accipi potest: vide

videlicet aut de præparatione qua ab æterno & ante tẽpora, seculariaq; eus hũc mittere disposuit, aut de ea qua in tempore illum parauit nobis, dũ filium suum pro nobis incarnatum misit in hunc mundum. Illud autem, *ante faciem omnium populorum*, Hebraica phrasi accipiẽdum est, vt sit, corã omnibus populis aut pro omnib. populis. Itaq; sensus est: parasti hunc saluatorem nõ solùm pro Israelitico populo, sed ãte faciem omniũ populorũ, & pro omnibus populis, vt scilicet omnes eũ agnoscant & amplectantur, & per eum saluẽtur. Hinc notatur quanta sit Iudæorum cæcitas, qui à regno Christi gentes alienas habendas volunt, cùm vt hic Simeon, ita vates omnes Christo illas accessuras prædixerint.

LVMEN AD REVELATIONEM GENTIVM, ET GLORIAM PLEBIS TVAE ISRAEL, &c.] Accusatiuus, *lumen* potest apposi tiuè construi, cum *salutare*, aut cum verbo, *parasti*, vt sit sensus: parasti vt sit lumẽ. Sic & de accusatiuo *gloriã*, dici posset: verùm is rectius intelligitur cõstrui cum præpositione, *ad*, vt significetur Christus quatenus lumẽ erat, gentib. attulisse reuelationem, hoc est, illustrationem, depulsis errorũ tenebris, Israelitis verò gloriam & claritatẽ. Vocat enim Simeon Christum & saluatorem, & lumẽ: sed saluatorem omnium populorũ ex æquo, lumẽ verò etiam omnium, sed quòd sit ad illuminationem gẽtium obtenebratarum, veriq́ue Dei & veræ salutis cognitione carentium, ad gloriam verò populi Israelitici. Luminis eñ est & illuminare, & claritatem atque decorem afferre. Quanquã autem & populum Israeliticum hoc lumẽ illumina uit, tamen gẽtibus appropriatur illuminatio, q; in densioribus detinerẽtur tenebris. Siquanquã etiam gentium gloria sit Christus, tamen gloria Israeli appropriatur, quòd singularẽ illi ex Christo gloriam cõsequebantur, videlicet quòd ex eis Christus secundùm carnem natus est, quòd eis in lege promissus, quòd apud eos tantùm corporaliter conuersatus, & ab eis lumen eius in omnes gentes diffusum. Pulchrè autem Isaias cap. 49. ostendit Christum fore omnium populorum saluatorem, gentium lucem, Israelis autem gloriam. ita vt ad illum locum respexisse videri possit Simeon. Sic enim ibi dicitur: Et dixit: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israel conuertendas. Ecce te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremũ terrę. Hęc dicit Dominus redemptor Israel sanctus eius, ad cõtemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, & cõsurgent principes, & adorabunt propter Dominũ, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. Quibus vltimis verbis rectè intelligitur vaticinari prophetа gloriã Israelis futuram illi per Christum, ita vt populum illum reges & principes gloriæ eius magnitudine exciti, veneraturi accederent, quemadmodum postea apertius illo capite prosequitur.

ET ERANT PATER EIVS ET MATER EIVS MIRANTES, &c.] Iosephũ, patrẽ Christi vocat, non solùm quoniam ad famam virginis conseruandam pater eius sit ab omnibus ęstimatus, sed etiã quia ratione coniugij legitimus eius pater esset magis quàm si ipsum aliunde gentũ adoptasset. Mirabãtur autẽ parentes in iis quę dicebantur, non quòd hæc omnino eis noua essent, cũ & ab angelis & pastoribus similia audiuissẽt, aut etiã maiora, sed q; etiã alia quædam nõ minus miranda, & superioribus conformia, audirent per afflatũ spiritus dici de eo. Neq; enim iam primũ mirari cœperũt, sed iamdudum cœpta admiratio magis iã etiam aucta est. Admirationis verò parẽ tum meminit Lucas, siue quòd illi magis aduerterent ad dicta Simeonis & Annæ, siue vt insinuaret quanta de puero dicerentur, quãdo ob ea etiã parentes eius, qui iam de eo ab angelis multa audierãt, sunt admirati. EX eo autem quod sequitur:

ET BENEDIXIT ILLIS SIMEON, &c.] Intelligũt quidã hũc virũ fuisse sacerdotẽ, & Euãgelistam hic loqui de ea benedictione sacerdotali, de qua Nu. 6. Verùm inefficax planè est argumẽtũ, cùm simpliciter accipi possit, senẽ illis benedixisse, siue quia fœlicia illis precatus sit, siue quia fœlices eos prædicauerit qui tãti pueri parentes esse meruerint. Videtur enim, *illis*, tantũ referri ad parẽtes pueri, quanquã nullũ sit incõueniens dicere, Simeonem etiã benedixisse Christo, hoc est, optasse ei fœlicẽ successum negotij eius ad quod missus fuit. Huiusmodi eñ benedictio nõ arguit excellentiã maiorẽ benedicẽtis, sed tantũ votũ animi eius. Iam quod dicit Paulus ad Hebræos: Sine vlla cõtradictione minus à maiore benedici, intelligitur nõ de simplici benedictione, sed ea quæ fit ex authoritate diuina. Cũ autẽ Simeõ & patri & matri benedixerit, tamẽ prędicturus quæ circa puerum euentura erãt, sermonẽ suũ tantũ cõuertit ad matrẽ eius, vt ad quã nõ dubitauit puerum magis pertinere. Et quoniã dixerat eum saluatorem paratum corã omnibus populis, ostendit per eum tamen non omnes saluandos, sed quosdam eius occasione proprio vitio magis perdendos.

Heb. 7

ECCE (inquit) POSITVS EST HIC IN RVINAM, &c.] Quib. verbis de Iesu cõtrarios effectus prophetat respectu populi Israelitici. Et quoniã resurrectio proculdubiò hic accipi debet resurrectio spiritualis, qua scilicet à peccatis p Christũ quidam resurrecti erant: cõsequẽs est, quod de ruina dicitur, nõ debere principaliter intelligi de ruina temporali, qua per Romanos perierunt occasione Christi multi Iudęorũ, sed de ruina spirituali, i cęcitatẽ scilicet & interitũ ęternũ. Verũ cũ Deus nolit interitũ hominũ, & priùs dixerit Simeõ hunc in saluatorem & lumen omniũ esse paratũ à Deo, quomodo his dicit positũ ipsum in ruinam multorũ? Huius difficultatis occasione Origenes ad mysticũ cõuersus sensum intelligit de salutari ruina peccatorũ, qua scilicet peccatores cadunt à peccatis suis moriẽtes peccato, & deinde resurgũt ad iustitię opera. Quã iterpretationẽ & Theoph. ponit, adiungens & alterã, secundũ quã genitiuꝰ, *multorũ*, nõ referatur nisi ad resurrectionẽ, & nõ ad ruinã, vt sit sensus: Positus est Dñs in ruinã suiipsius, hoc est, vt cadat in mortẽ, & deinde per eum resurgant multi in Israel. Verùm cùm hæ interpretationes coactiores sint, dicendum Christũ positum fuisse à Deo & in multorum ruinã, & in multorũ resurrectionẽ, quamuis non omnino similiter. Nam in resurrectionẽ positus est à Deo, quia voluit Deus per ipsum quorundã efficere resurrectionẽ. In ruinã verò positus erat, q; voluit Deus occasione eius quosdam sinere labi, tum q; ita quidã mererentur, tum q; ita videbatur gloriæ suæ illustrandę cõducere. Porrò cùm ruina nõ sit nisi stãtium, aut eorũ qui profundius labũtur, & resurrectio iacentium atq; lapsorũ, intelligẽdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod hic dicitur de ruina multorũ: quoſdã occa- A
ſioneChriſti grauius caſuros quàm iã cecideran,
aut potius quoſdam qui ſtare videbantur,& arcẽ
iuſtitiæ obtinere in populo Iſraelitico, prolapſu-
os iam in maximã cæcitatẽ,& exitum æternũ: re
ſurrecturos autẽ, qui per aperta crimina in quib.
viuebant,omnib. iacere videbãtur, ſed credendo
in Chriſtum reuocandi erant ad frugẽ melioré,& ſpem ſalutis æternæ. Itaq; in ruinã fuit infidelib.
Scribis & Phariſæis, in reſurrectionẽ verò publicanis & meretricibus. Idẽ ergo his verbis ſignificat Simeõ quod poſtea Chriſtus ipſe Ioã. 9. aliis
verbis dicens: In iudicium ego in hunc mundum B
veni,vt qui non vident videant,& qui vident cęci
fiant. Videtur autẽ Simeon his verbis alludere vo
luiſſe ad illud Iſaiæ 8. Erit vobis Dominus in ſanctificationẽ. In lapidem autem offenſionis,& petrã ſcandali duabus domib. Iſrael, in laqueũ & in
ruinã habitantibus Hieruſalẽ. Et offendent ex eis
plurimi,& cadẽt,& cõterẽtur, & irretientur,& ca
pientur. Quod de Chriſto etiam Petrus & Paulus
Luc. 2. interpretantur dictum. Nã & ideo videtur dixiſſe
Rom. 9. Simeõ,ecce poſitus eſt hic, vt ſignificaret eũ eſſe
1. Pet. 2. petram illam & lapidẽ,de quo Iſaias illo loco', de
quo etiam alibi:Ecce pono in Sion lapidẽ proba-
tum angularem,&c. Iam quod ſequitur:

ET INSIGNVM CVI CONTRADICE-
TVR, &c.] ex eodẽ Iſaiæ loco deſumptũ videtur. C
Nam mox poſt ſuperiora verba in Iſaia ſequitur:
Ecce ego,& pueri mei,quos dedit mihi dominus
in ſignum & in portentũ Iſrael, quem locũ etiam
de Chriſto citat Paulus ad Hebrẽos 2. Eſt autẽ ſignũ,generaliter quidẽ quicquid alicuius rei eſt ſignificatiuum: ſed ſpeciatim ſignũ frequenter dicitur,quod rei alicuius mirabilis & occultę eſt indicatiuũ, ita vt nõ ab omnibus à quibus videtur
intelligatur,ſed tantũ ab intellectu & ſapiẽtia præ
ditis. Secundùm hãc ergo ſignificationem quidã
hic per ſignũ intelligunt ipſam Chriſti crucẽ aut
crucifixionẽ,quæ ſignum quidem eſt diuinæ recõ
ciliationis cum hominibus, ſed tale ſignũ, cui &
olim à Iudæis,& nũc infidelibus cõtradicitur, tã-
quam rei probroſæ & infirmæ. Itaq; ſenſus erat D
Chriſtũ poſitũ eſſe in ſignum,hoc eſt, poſitũ eſſe
vt crucis ſignum ſubeat, & mũdo exhibeat. Verũ
quoniam videtur eſſe,vt dictũ eſt, alluſio ad locũ
Iſaiæ,rectius per ſignũ intelligitur ipſemet Chriſtus,ſecundum eã ſignificationem,qua res nouas
& inſolitas,& miracula,ſigna dicimus,prodigia& portẽta,quod ferè ſemper nouũ aliquod portendãt & ſignificẽt. Sicq; ſenſus erit:Puer hic poſitus
eſt in ſignũ,hoc eſt,vt ſit ſignũ, quomodo Pſalmi
ſta dicit:Eſto mihi in Deum protectorem, pro eo
quod eſt,Sis mihi Deus protector. Sic & de Ezechiele,qui nouis quibuſdã rebus portẽdebat quid
enenturũ eſſet Iſraelitis,dicit Dñs Ezech. 24. Erit
vobis Ezechiel in portentũ. Zacharię quoq; 3. ca. E
amici Ieſu ſacerdotis magni dicuntur viri porten
dentes,vel,vt habent Hebræa, viri portenti, hoc
eſt, viri portentoſi. Signũ itaq; dicitur Chriſtus,
quòd res eſſet noua & inſolita, qualis non fuerat
ab initio mũdi, vtpote Deus ſimul & homo, qui
per nouã ſuã ex virgine natiuitatem, mirabilium
patrationem,crucis ignominiam,ac deinde glorio
ſam reſurrectionem, & aſcenſionẽ in magnũ ſtu-
porem & admirationẽ homines erat adducturus,
Rom. 15. & noua quædam orbi iã eſſe præſtita ſignificaturus,vt pote promiſſam per Prophetas ſalutẽ. Di-
citur quidem Chriſtus apud Iſaiam cap. 11. etiam
ſignum his verbis: In die illa radix Ieſſe,qui ſtatin
ſignum populorũ,ipſum gentes deprecabũtur. Et
poſt pauca: Et leuabit ſignum in nationes,& con
gregabit ꝓfugos Iſrael,& diſperſos Iuda colliget
à quatuor vẽtis. Verũ hic paulò diuerſa ratione ſignum dicitur Chriſtus. In Hebręis enim hic iã eſt
alia dictio quàm cap. 8. nempe dictio נס Nes,quę
illis vexillum ſignificat,quod etiã Latinis ſignum
dicitur. Itaq; hoc loco ſignũ Chriſtꝰ dicitur, quod
in ligno crucis tanquã in vexillo ſubleuatus ſit,vt
ad eum confluant omnes filij Dei per vniuerſum
orbem diſperſi, militaturi deinceps ſub eo,& illo
duce ſuperaturi. Sicut ipſe de ſe dixit in Euãgelio,
Ego cùm exaltatus fuero à terra,omnia trahã ad
meipſũ. Vnde ꝓ eo quod nos illo loco habemus,
ipſum gentes deprecabũtur, Hebraica habent,ip
ſum gentes quærent. Pro eo autẽ quod nos habemus hoc loco,*cui contradicetur*, Græcè eſt præſens
tempus, ἀντιλεγόμενον, hoc eſt, cui contradicitur: ve
rùm,quoniam præſens tempus hic videbatur acci
pi ꝓ futuro: ſicut ſuprà; ideo,quod naſcetur ex te
ſanctum,vbi Græcè eſt γεννώμενον, interpres ſiue
ſcriptor ſcripſit,*contradicetur*. At *contradicitur*, legit
etiam Auguſtinus & Origenes. Putat au..emCaie
tanus dictũ per præſens tempus,*contradicitur*, eò
quòd iam ab Herode contradictio inchoata eſſet.
Verùm cùm Herodis contradictionem Lucas nõ
ſcripſerit,non videtur ad eã reſpexiſſe,ſed vel præ
ſens pro futuro poſuiſſe,aut potius præſẽs tẽpus
poſuiſſe,vt abſolutè acciperemꝰ, & ἀντιλεγόμενον
σημεῖον ſit ſignum contraditioni obnoxium. Vnde
Tertullianus libro de Carne Chriſti legit ſemel, *ſignum contradicibile*: Agnoſcimus, inquit, ergo ſignum contradicibile,cõceptũ & partum virginis.
Videtur enim adieciſſe Simeõ ἀντιλεγόμενον, ad di
ſtinctionem huius ſigni ab aliis. Nam cùm Iudæi
ſemper ſigna quærant,ſoleántque Dei ſigna lubẽter amplecti,nec illis cõtradicere,iſtud ſignum
tale fuit,vt ob ſuam admirandam nouitatẽ apud
eos eſſet cõtradictioni obnoxium. Itaque per hãc
partem,inſinuat non obſcurè quomodo Chriſtus
eſſet futurus in ruinã multorum. Rectè autẽ intel
ligimus eũ loqui non ſolùm de cõtradictione quę
fit lingua,ſed etiam ea quę fit facto, per perſequu
tionem ſcilicet,quomodo ad Hebręos Paulus ca.
12. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit aduerſum
ſe contradictionem. Quamuis autem Simeon loquatur potiſſimùm de contradictione qua huic ſi
gno cõtradiceretur apud Iudęos, vt ſatis patet ex
iis quæ præcedunt & ſequũtur in ipſius verbis: ta
men vſque hodie huic ſigno contradicitur,nõ ſo
lùm ab infidelib. Iudæis,paganis & hæreticis,ſed
etiam à Chriſtianis pleriſq;, ſaltẽ facto, q ſcilicet
aliã viuendi normã amplectũtur quàm ipſe Chri
ſtus ſuo nobis exẽplo præmonſtrauit,propoſitus
nobis in ſignùm aliquod,in quod ſemper reſpicia
mus,& ad quod omnia noſtra inſtituamus.

ET TVAM IPSIVS ANIMAM PER-
TRANSIBIT GLADIVS, &c.] Nihil dubium eſt quin hęc verba ad virginem pertineant,
nõ ad puerum Ieſum,tum quòd priùs dixerit Lucas: *& dixit ad Mariã matrem eius*, tum quòd prono
men, *ipſius*, ſit Græcis generis fœminini. Proinde
locum etiam non habet illa quorundam interpretatio, *tuam ipſius animam*, hoc eſt, animam filij tui,
quam vt propriam animam diligis,ſed tuã ipſius,
idem eſt quod ſi quis diceret,tuammet animam.

Nec

Nec otioſè additur, *ipſius*, ſed auxeſin notat, ſigni- A
ficátque,præter alios etiam Mariæ animam gladio
feriendam. Ad quod magis ſignificandum multũ
valet coniunctio, δὲ, quæ eſt apud Græcos καὶ σοῦ
δὲ αὐτῆς *& tuam autem ipſius*, Vel, *ſed* (aut quin) *&*
tuam ipſius. Itaq; non conuenit huic loco Ambro-
ſij interpretatio, qua per glaudiũ intelligit prudẽ-
Hebr. 4. tiam Mariæ non ignaram cœleſtis myſterij, ſecun-
dùm illud Pauli: Viuus eſt ſermo Dei, & penetra-
bilior omni gladio ancipiti. Cùm enim ante hæc
verba præcedat, puerum poſitũ in ſignum cõtra-
dictioni obnoxium, non iam ſecundùm illum ſen-
ſum aptè ſubiũgeretur, *ſed & tuã ipſius animam gla-*
dius pertranſibit. Neq; tamen rurſum hoc loco cõ-
uenit accipere gladiũ pro ſcãdalo, & dubitatione
quam cum Apoſtolis & aliis tempore paſſionis B
Chriſti paſſa fuiſſet, quemadmodum exponit Origenes hoc loco,& Aug. lib. de quæſt. nouꝰ & veteris teſtamenti. Nã præterquã ꝙ gladius in ſcripturis ſic nuſquam accipiatur, nec ſit illa ſententia ſatis pia,etiã verbum, *pertranſibit*, huic intelligẽtiæ ſatis repugnat. Non enim poteſt hic, pertranſire, accipi pro præterire, quemadmodum accipit
Auguſtinus, intelligens dubitationẽ non ſediſſe
in animo Mariæ, nec animã eius vulneraſſe, ſed ſicut gladius pertranſiens iuxta hominẽ timorem
facit, non percutit: ita dubitationẽ in anima virginis fuiſſe quidem mœſtitiam, nõ tamen occidiſſe,
ſed quaſi per vmbrã pertranſiiſſe. Non, inquã, ſic
verbũ accipi poteſt, cùm Græcè non ſit, παρελεύσε- C
ται, ſed διελεύσεται, hoc eſt, penetrabit, & ꝑ mediũ
ibit. Iã certè falſum videtur & impiũ, ſi quis dicat
gladiũ ſcandali & ambiguitatis nõ contigiſſe ſolũ,
percuſſiſſe & vulneraſſe animam virginis, ſed etiã
omnino penẽtraſſe,& per medium eius pertranſiiſſe. Id enim fuerit gladium hunc animam eius
occidiſſe. Proinde rectius per gladiũ intelligimus
dolorem quem in paſſione filij pertulit mater acerbiſſimum intima animæ eius penetrantem &
poſſidentem,eritq; ſenſus iſte: Adeo contradicetur ab impijs huic ſigno, vt gladius doloris nõ ſolùm ſit penetraturus animã filij tui aut eorũ qui
credent in eũ,illiusq; nomen prædicabunt, ſed &
tuam quoque animã. Similis eſt locutio in Pſa. 56. D
cùm de Ioſeph dicitur. Ferrum pertranſiit animã
eius, vbi item per ferrum tribulatio intelligitur, vt
annotat D. Aug. Epiſt. 59. Cùm autem eã partem,
in ſignum cui cõtradicetur, vnde hæc verba pendent,
diligenter attendimus, fortaſsè conueniet magis
per gladium hic intelligere gladium cõtradictionis linguarum, de quo gladio in ſcripturis ſæpe.
Pſal. 58. & 56. quale eſt illud: Et gladius in labiis eorum. Et turſum: Et lingua eorum gladius acutus. Et alibi frequenter. Itaq; ſenſus eſſet: Adeo contradicetur filio tuo, vt contradictionis gladius non illius tantùm animã & corpus ſit percuſſurus, ſed & tuam
quoque animam, etſi non corpus. Hæc autẽ præ- E
dici virgini debuerunt, quò animus eius ad futuros caſus magis roboraretur. Iã quod ſequitur, *vt*
reuelentur (vel retegantur) *ex multis cordibus cogita-*
tiones, quod plerique ad mox præcedẽtia referunt,
& variis modis à diuerſis exponitur, rectiſſimè videtur referri ad illud, *& in ſignum cui cõtradicetur*, vt
mox præcedentia quaſi per parentheſim legãtur
interpoſita. & intelligatur ſenſus ille quẽ in Paraphraſi indicat quidam, videlicet puerum hunc poſitum in ſignum cui à multis contradiceretur, vt
multorũ cogitationes quæ priùs occultæ latebant
in corde, retegerentur, & declararentur eſſe impij
& Chriſto cõtrarij, qui priùs arcem iuſtitię obtinere videbantur, & pietatis doctrinã ſibi vindicabant, Meſſiam & legem ſemper in ore habentes.
Eo enim ꝙ ſigno huic contradixerunt Scribæ &
Phariſæi cum aliis, declaratum eſt quales illi de
Chriſto quem expectauerunt, cogitauerũt, quãq;
impiæ,& ab omni vera iuſtitia quam priùs ſimulauerant, alienæ eſſent eorum cogitationes. Neq;
neceſſe eſt ſecundũ hunc ſenſum cõiunctionem,
vt, accipere hoc loco nõ cauſaliter, ſed tantũ conſecutiuè. Poſuit enim Deus hũc puerum in ſignũ
contradicibile, quia ſinere voluit vt ei contradiceretur, idq́ue ob id vt hypocritarum cogitationes
hac ratione detegerentur. Quidam autem cũ immediatè præcedentibus hanc partem coniungentes, & coniunctionem, *vt*, conſecutiuè accipiẽtes,
hunc intelligunt ſenſum: Adeo cõtradicetur huic
ſigno, vt & tu non ſis à gladio paſſionis eius futura immunis, vnde fit vt multorum cogitationes
detegantur, dum apparebit qui Chriſtum verè
ſint amplexi, qui verò non. In paſsione enim
Chriſti multis à Chriſto deficientibus declaratum eſt quales erga Chriſtum fuerunt Ioſeph, &
Nicodemus, & mulieres quæ permanſerunt apud
Chriſtum.

ET ERAT ANNA PROPHETISSA FI-
LIA PHANVEL, &c.] Adiecit teſtimonio Simeonis, & alterius perſonæ, eiſdẽ titulis cõmẽdatæ teſtimoniũ, vt in ore duorũ teſtimoniũ de Domino Ieſu firmius conſiſteret. Adiungitur autem
Simeoni mulier in teſtem, quia vtrumque ſexum
Chriſtus reparaturus venerat. Quod autem dicit
Lucas: *Et erat Anna prophetiſſa*, non ſic eſt ordinãdũ: Et Anna erat prophetiſſa, ſed ſenſus eſt: Et in
illis diebus erat mulier quædã quę dicebatur Anna, propheticũ habens ſpiritũ, filia Phanuel de tribu Aſer. Nã vt teſtimonio huius mulieris plus addat authoritatis, profert illius genealogiam, commemorans patrẽ & tribũ propter hiſtoriæ certitudinẽ, cũ illo tẽpore multi adhuc teſtes huius narrationis eſſe poſſent qui anũ hanc nouerant, & vt
hanc diſtingueret ab aliis eodẽ nomine illo tẽpore vocatis. Deinde & multis eam cõmendat nominibus, nõ parum facientibus ad cõprobandum
teſtimonium: primũ quia prophetiſſa, deinde quia
proceſſerat in diebus multis, hoc eſt, prouectę admodum erat ætatis, præterea ꝙ ſummæ continentiæ & caſtitatis. Id enim ſignificat cùm dicit, *vixerat cum viro annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua*
vſque ad annos octoginta quatuor. Nam his verbis inſinuat caſtitatem eius virginalem ante matrimonium, caſtitatem quoq; coniugalem in matrimonio, & vidualem poſt matrimoniũ iam morte diremptum. Et quidẽ cũ ſeptem tantùm annis primum habuerit maritum, ac proinde (vt veriſimile
eſt) multũ adhuc iuuenis vidua effecta eſſet, nec
tamẽ cõiugium repetierit, manifeſtũ ſatis maximę caſtitatis indiciũ dedit, nec ſe priùs cõiugem fieri
voluiſſe, niſi mores illius tẽporis ita poſtulaſſent.
Quòd autem hæc dicitur vidua vſque ad annos
84. vel, vt habent Græca, circiter annos 84. incertum an intelligi debeat numerus hic pertinere ad
ætatem mulieris. an ad ſpatium viduitatis, niſi ꝙ
priùs ſit veriſimilius, maximè cum Græca ſic potius verti debeant: *Et hæc vidua annorum fermè 84.*
quamuis Ambroſius ſecundo modo intelligat.
Quoniam verò parua laus eſt vidualis cõtinentię

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi adiunctam habeat pietatē & religionē, (Quæ enim, inquit Paulus 1. Timot. 5. verè vidua est, spe rat in Deo, & instat obsecrationibus & orationibus nocte & die) ostendit etiam hac laude præclaram fuisse hāc anum. *Quæ* (inquit) *non discedebat de templo, ieiuniis, & orationibus seruiens die ac nocte.* Itaq; mortuo marito, ipsa quoq; velut mundo mortua, soli se Deo consecrabat. Nō sunt autem hæc verba Lucæ sic intelligenda, quasi in templo habitauerit, & nunquam templum exierit, nihilq; aliud vnquā egerit quàm precati. Non enim vitę necessaria præteriit, cibo necessario & somno proculdubiò vsa: sed intelligēdū hæc fuisse præcipua quę egerit, atq;, vt dici solet, totam in his fuisse. Quomodo & Dauid dicit se requisiturum vt inhabitet in domo Domini, & visitet templū eius omnibus diebus vitæ suæ: & iustus meditari dicitur in lege Domini nocte dieq;. Et eū qui frequentissimus in studiis est, dicimus à libris non discedere, sed sine intermissione noctes diēsq; studere. Legimus autē etiā Exodi 38. & 1. Reg. 2. de mulieribus quibusdā Hebrēis similis pietatis, vbi dicitur de mulieribus quæ excubabāt ad ostium tabernaculi, vel, vt alij vertunt, quæ conuenerant & congregabant se ad orandū ad ostium tabernaculi. Incertum autē, nec multū ad rem facit, an nomina illa, *ieiuniis & obsecrationibus*, sint casus instrumentales, vt sint apud nos ablatiui casus, & sensus sit, eam seruisse Deo per ieiunia & obsecrationes: an casus proprij, quo modo dicimus, seruio Deo, vt sint apud nos datiui casus, & sit sensus: eā deditā & intentā fuisse ieiuniis & precibus. Priori tamen modo sensus est cōnientior, significaturq; quibus Deo maximè seruierit, victimis scilicet non tam legalibus quàm Euāgelicis: quarū vna quidem corpus, altera mētem spectat. Ieiuniis enim crebris corpus immolabat Deo, precationibus verò pro se, populiq; salute effusis animum Deo offerebat & cōsecrabat. Et respōdent hæc duo sacrificiorū Euāgelicorum genera duobus illis legalibus sacrificiorū generibus, quorum alia quidē de animalibus offerebātur foris in atrio super altare holocausti, alia verò de incenso offerebantur intra templū super altare aureū. Et bene quidem prius dixit, *ieiuniis*, & deinde, *orationibus*. Bona est enim, vt dicitur Tobiæ 12. oratio cum ieiunio. Et omnino necesse est vt mēs ad orandum libera sit, carnem ieiuniis & abstinētia macerari, ne menti obstaculo sit. Quòd si autē hæc anus tam multorum annorum ieiuniis vacauit, atq; ob id à Luca laudata sit, cùm habēs iā corpus mortuum, non opus haberet mortificare & macerare ieiuniis carnem, sed eis tantùm vacabat quò expeditius Deo vacare posset, quid dicēdum de his qui rationem ecclesiasticorum ieiuniorum irrident & blasphemant? quomodo nō multò magis ieiuniis debent vacare qui & in iuuenili adhuc constituti ætate, & orationibus laudibusq; diuinis addicti, duplici iam nomine ieiuniorum remedio salubri indigent?

ET HAEC IPSA HORA SVPERVENIENS, &c.] Hæc inquit, tam multis scilicet nominibus cōmendata anus, eadē illa hora qua quæ dixi gerebātur, superueniens, eodē nimirū spiritu quo venerat Simeon in tēplū, confitebatur Domino, aut, vt habent Græca, *ἀνθωμολογεῖτο*, quod verbum nō simpliciter confiteri significat, sed cōfessione respondere, vt referatur ad confessionē Simeonis. Itaque vertunt, *vicissim confitebatur Domino*, hoc est, quemadmodū Simeon Dominū laudauerat & benedixerat, ita & ipsa vicissim respondens cōfessioni illius, Domino gratias egit, laudibus efferens eius benignitatem qua iā respexisset populū suum. Hebraica enim phrasi cōfiteri Domino, positum est pro gratias Deo agere, illumq; laudibus efferre. Nō solùm autē collaudabat Dominum, sed (quem ordinem & Simeon priùs seruauerat) deinde etiā loquebatur de illo aliis. Hic verò Lucas Christi diuinitatē apertè rursum significat. Cùm enim priùs dixisset, *confitebatur Domino*, (vbi per Dominū intelligendum esse Deū cōstat) subiecit, *& loquebatur de illo*, nimirum Domino. Nō enim aliud præcedit antecedens. Loquebatur autē (certū est) de puero. Puer ergo de quo loquebatur, Dominus erat cui confitebatur. Nisi quis velit relatiuum, *illo*, referendum ad antecedēs superius positum, ad puerum scilicet. Loquebatur ergo liberè omnibus tunc in templo præsentibus, sed & postea aliis etiā tunc non præsentibus, sed his qui expectabant redemptionem Israelis tanquam iā imminentem. Loquendū enim verbū Dei eis potissimùm, apud quos spes esse potest fructum facturum verbum Dei. Pro eo autē quod nostra litera habet, *Israel*, Græcè est, *ὁ Ἱερουσαλήμ*, id est Hierusalem, & potest referri vel ad datiuū, *omnibus*, vt significetur omnibus qui erāt in Hierusalē locuta, aut ad redemptionem, vt significetur eos quibus loquebatur expectasse redemptionem perficiendā in Hierusalē. Ibi enim expectabant eam præstandam, & illa præcipua & regia esset Israelitarū ciuitas. Porrò considerandum iam & cùm à tribus hominum generibus testimoniū acceperit Christus primùm natus, à pastoribus scilicet, Magis & istis duobus senibus, nulli horum sine cœlesti illuminatione Christum agnouerunt, sed tamē diuerso modo. Siquidem pastores ab angelis instructi sunt: Magi à stella cœlesti, accedente & hominum ex scripturis demonstratione: senes verò isti à solo spiritu sancto mentem eorum illuminante. Siquidem his tribus modis diuersis cognitionem sui Deus impartit hominibus, quosdam quidem per angelos docens, alios verò miraculis, accedente hominum prædicatione, ad se vocans, alios autem etiam solo spiritus magisterio in sui cognitionem deducens, vt patet de Paulo, qui Euangelium non ab homine se didicisse gloriatur. Consideranda & illud, quàm probè nomina horum duorum testium conueniāt personæ illorum. Simeon enim si interpreteris, est obedientia, vel auditus. Anna, vel potius Hanna, idem quod gratia. Ob quorum etiam nominum significationem *Allegorica præsentiorum interpretatio.* præter alia rectè secundùm anagogen his duobus testibus significari intelligimus duo testamenta, quorum vtrumque Christo testimonium perhibet. Simeon enim figura fuit veteris testamenti: Anna verò noui. Nam lex quidem vbique manda torum suorū obedientiam exigit. Euangelium verò fidem in primis gratiæ Dei hominibus factę. Et quomodo oraculo Simeō didicerat non moriturum se priusquàm Christum vidisset, illo autē viso dimitti se dicit in pace: ita Christus suo aduentu legem quidem absoluit, & mortuam fecit, viduam autem Annam, hoc est, gratiam inuita conseruauit, & iam emortuam penè resuscitauit. Deinde sicut Anna superueniens confessioni & testimonio Simeonis subscripsit, ita Euāgeliū legi succedēs cōprobauit ea quæ de Christo lex testificata fuerat. Et Simeon quidem, quæ de Christo erat prophetaturus, matri tātùm loquitur. Anna verò omnibus qui expectabant redemptionem, quia & lex vetus vni tantū populo ex quo Christus nasciturus erat, Christum prædixit, Euāgelium verò omnibus mūdi nationibus Christū prædicat. Ad hanc eandem allegoriam trahi etiā potest, q̄ Anna filia fuit Phanuel (quod est, facies Dei) q̄ de tribu octaua Aser, hoc est, beati, q̄ septem annis cū viro, reliquis vidua, &c. de quo vide Bedam. Quod verò ad moralem attinet sensum, præterquam q̄ rursum in his duobus senibus docemur, Christū agnosci non posse nisi cœlesti afflatu spiritus, deinde q̄ agnito Christo & laudandus sit Deus, & eius gratia aliis prædicanda, etiā id nobis insinuatur, non posse eundem amoris brachiis comprehendi à puerilibus animis, & adhuc leuibus huius mundi rebus deditis: sed tantùm ab his qui senili sunt animo, & voluptatibus carnis superiores. Iam nec mysterio vacat, q̄ qui primi Christū viderunt pastores, vidisse quidem puernm & cognouisse dicuntur, nō autem adorasse: Magi verò etiam adorasse: Senes autem isti etiā brachiis suis ipsum complexi. Nam id etiam verisimile est Annam fecisse. Is enim & in nobis ordo est, vt primū quidem Christum agnoscamus, deinde agnitum adoremus, postremùm etiam amoris brachiis cōplectamur.

ET VT PERFECERVNT OMNIA SECVNDVM LEGEM, &c.] Incertū an reuersi sint statim postquā perfecissent hæc omnia quæ dicta sunt, an ante reuersionem in Galilæam præcesserit fuga in Aegyptum, de qua Matthæus: vt aduētus in Galilæā, cuius hic meminit Lucas, idem sit cū eo cuius meminit Matthæus in fine c. 2. Sæpe enim dum aliquid post aliud factū narrāt Euangelistæ, ita id narrant, quasi mox post illud factū sit: cùm multa tamen interceserint. Quoniam autem Lucas significare voluisse videtur, nullā aliā causam fuisse quare à partu nō statim redierint in Nazareth, vnde venerāt, quàm obseruatio dierum purificationis: & quoniā dicit reuersos postquā omnia perfecerunt, verisimile videtur in Nazareth reuersos fuisse antequam in Aegyptū fugerent. Rursus ex eo q̄ Ioseph secundum narrationem Matthæi, rediens ex Aegypto cogitauit redire in Iudæam, admonitus autem in somnis, secessit in Galilæam, apparet, e Iudæa, & non è Galilæa ipsum fugisse. Alioqui enim, vt videtur, eò nō dubitasset esse redeundum vnde fugerat, maximè cùm ibi etiam domum haberet propriam. Posteriorem sententiam in Concordia secuti sumus, tum quòd ea magis quàm altera probabilis, tum quòd eam secutus sit D. Augustinus.

ANGELI MONITV FVGIT CVM PVERO IN Aegyptum, & redit Ioseph. MATTHAEI 2. CAP. XI.

Et vt perfecerunt omnia secundū legē Domini, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicēs: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsquedū dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitū Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetā dicentē: Ex Aegypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniā illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictū est per Hieremiā Prophetam dicentē: Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicēs: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri: Qui consurgens, accepit puerū & matrem eius, & venit in terrā Israel. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire, & admonitus in somnis secessit in partes Galilææ: & veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

ECCE ANGELVS DOMINI APPARVIT.] Perpendendum hic ante omnia, post tam multa & præclara Christo perhibita testimonia, quāta humilitas sequuta mox sit, vt intelligeremus nullam huius mundi gloriam stabilē esse, ac proinde nec magni faciendam. Cùm autē multis modis, sine fuga filiū suū Deus à furore Herodis seruare potuisset, imò Herodē cum omni sua potentia facilimè in nihilum redigere, tamē fuga consuli filio voluit, tum vt assumptæ naturæ humanæ veritas declararetur. (Si enim in prima ætate miracula designare cœpisset, creditus fuisset nō verus homo) tū vt indicaretur cuiusmodi vitam patet filio ordinauerat, plenā scilicet periculis & ærumnis, regnumq; eius nō esse de hoc mundo iā in principio ostenderetur. Factū quoq; istud est, vt hac ratione magis accensus furor Herodis amplius seruiret gloriæ diuinæ. Sed & exēplum iustis datum, licere illis tempore persecutionis fugere, quemadmodum postea etiam verbo Christus docuit. postremùm, iā tum hac fuga declaratum est, regnum Dei à Iudæis ad gentes trāsferendum, relicto Iudæis suo Herode, tyranno sæuissimo. Porrò in Aegyptū fugere iussus est cum puero Ioseph. Primùm quidem propter causam quam dixit Euāgelista, scilicet, vt compleretur in puero illud Prophetæ: Ex Aegypto vocaui filium meum. Deinde etiā quia Babylonia & Aegyptus maximæ erāt omnis vitii officinę. Ab illa ergo Magos attraxit, in hanc autem intrauit, vtramq; volens ad rectam viam reduci, & ostendens se fore saluatorem omnium gentium, siue quę orientem, siue quæ occidentē habitabant: de quo vide finē c. 19. Isaiæ. Postremùm, quoniā multa olim Deus Aegyptiis mala intulerat, filiū suum mittit ad eos velut reconciliationis signum, qui omnia illis cōtraria his quæ sub Mose cōtigerāt, adferret: lumen scilicet, pro tenebris: vitam pro morte, baptismū pro demergētib⁹ eos aquis. Et ecce Moses veteris legis auctor, metu Pharaonis fugit ex Aegypto ver

Universidad de Deusto
Biblioteca

versus Palestinã. Christus nouæ legis auctor metu Herodis fugit ex Palestina & Iudæa in Aegyptũ,spiritu Dei satis significãte vicissitudinẽ nouã qua Aegyptus vera futura erat Iudææ:Iudæa verò Aegyptus:quemadmodum & Apocal. 11. Hierusalẽ spiritualiter vocatur Sodoma & Aegyptus. Quidã autẽ etiã veteres, vt patet ex Hieronymo li. 5. in Isaiã, putant hoc ingressu Christi in Aegyptum adimpletum illud Isaiæ 19. Onus Aegypti: ecce Dominus ascendet super nubem leuem,& ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulacra Aegypti à facie eius,& cor Aegypti tabescet in medio eius.Et intelligunt per nubem leuem, corpus humanum Christi nulla corruptione prægrauatũ, atque propter Christi introitum corruisse simulacra Aegypti,præsentiam Domini nõ ferentia. Verùm tum ex Hieronymo,tum ex ipsis Isaiæ verbis satis manifestum est ad literam Dominũ his verbis minatũ esse Aegyptiis,se velocissimè illis adfuturũ vltione sua per Assyrios,atque omnẽ idolorum fiduciam subuersurum,ipsosq; adeo conterritos sine vlla spe auxilij, cõtra seipsos concitaturũ.Secundùm mysticum autẽ sensum docet Hieronymus, per Aegyptum totum debere intelligi mundũ,cuius omnis idololatriæ fraus Christo adueniente in ipsum detecta est,& profligata.Nam quæ dicuntur de simulacris Aegypti collapsis ad corporalem ingressum Christi, aliisque miraculis à Christo in Aegypto æditis, fabulosa planè videtur,ex loci huius malo intellectu desumpta: quãquã non omnino malè hic Isaiæ locus citatur pro introitu Christi in Aegyptũ, quatenꝰ scilicet hoc introitu significabatur eũ à gẽtibus idololatris recipiendum,& idolorum cultum per ipsum excludendũ. Notandum autem in verbis angeli nõ dictum esse, accipe vxorem tuã,quẽadmodũ priùs, sed *matrem eius*. Nam priùs vxorem eius nominauit,ad remouendam suspicionẽ in quã inciderat. Nunc verò quoniã omnis sublata fuit suspicio, & Ioseph certior factus fuit partum esse diuinum, nõ vltra vxorem eius eã nominat,sed nomine dignioris:satis etiã significans non debere se habere illam quasi vxorẽ suam,potius quasi matrem Domini sui.quod ita Iosephum fecisse & Euangelista significat,cũ secundũ iussum angeli dicit accepisse puerũ & matrem eius.Notandum & illud in verbis angeli,Græca non habere,Surge & accipe, sed ἐγερθεὶς παράλαβε hoc est, expertectus accipe, vel, surgens assume.Itaq; secundùm Caietanum non præcipitur vt surgat,sed tantùm vt postquam eui gilauerit & surrexerit,accipiat puerũ & fugiat.Verùm ex facto Ioseph magis apparet intelligendũ præceptum fuisse Ioseph vt etiam surgeret, vnde etiam quidam vertit:*Surge & assume*. Idem accidit in secunda admonitione angeli.

Quid de miraculis quæ à Christo in Aegypto dicuntur edita sit sentiẽdum.

QVI CONSVRGENS ACCEPIT PVERVM, &c.] Attendenda hic Ioseph tũ syncera fides,tũ diligens obedientia.Nã quanquã priùs audisset puerum hunc regem illam esse potissimũ, qui regnaturus esset in domo Iacob in æternum, Saluator futurus Israelis,nullum tamẽ passus est, sed nec Maria offendiculũ,ꝙ iuberentur eum puerũ in exiliũ deportare:sed intelligens angelos esse ministros eorum quæ circa puerum gerebantur simpliciter,parendum esse non dubitauit,nec putauit curiosum esse debere, sed omnia boni cõsulenda,etiã quorũ inire rationẽ non poterant.Neq; paruit tantùm angelico oraculo,sed & nocte omnibus relictis fugit, cum fugere simpliciter iussus fuisset: hac in re diligentiam parendi oraculo præ se ferens,suoq; exemplo nos docens,cùm de volũtate Domini constat,omnem rationis industriam ac vires omnes intendendas esse,vt quod probari Domino cognouimus,cõmodissimè perficiamus, quibus id agentibus spiritus consilij nunquã deerit. Hic iam & paupertas parentum Christi satis notari potest. Non enim ante fugam farcinæ diu colligendæ erãt,aut debitores adeundi, aut facultates disponendæ,sed omnibus,si quę erant,posthabitis,id vnum agebant,vt diuino obedirent mãdato,nihil dubitantes de prouidẽtia Dei qui fugere mandauerat,qui iam pulchrè donariis Magorũ ad hoc exilium filium suum cũ matre & nutritio communierat.Ita enim temperat suis tentationes Dominus,vt ferre possint.Non prætereundum est & illud, in verbis angeli & Euangelistæ puerum semper nominari ante matrem, tum quòd negotium quod hic agebatur,ad puerum magis pertineret, tum ad significandam pueri diuinitatem, qua matre superior erat.

VT ADIMPLERETVR QVOD DICTVM EST A DOMINO PER PROPHETAM DICENTEM: EX AEGYPTO.] Testimoniũ istud dubiũ nõ est desumptũ esse ex Osee ca. 11. secundũ Hebraicã veritatẽ,& non secundũ septuaginta translationem. Nam hi transtulerũt: *Ex Aegypto vocaui filios eius*. Proinde Græci quidam, ꝙ non inuenirẽt testimonium istud in libris suis, dixerunt post publicatum Euangelium à Iudæis fuisse è scripturis sacris reiectum,cùm nõ Iudæis, sed Septuaginta interpretibus id sit imputandũ. Hinc colligit Hieronymus, bene, necessitatẽ suæ *Adaptatio prophetæ Oseæ.* versionis & lectionis Hebraicorum voluminum. Verùm quæstio hic est non parua,quomodo testimonium istud de ChristoMatthæus dictum citet, cùm non solùm secundum Iudæos, sed etiam secundum omnes catholicos,istud dictum sit à propheta de populo Israelitico, vt etiam patet satis ex his,quæ in Propheta præcedunt & sequuntur. Israelem enim non hoc solùm loco, sed etiam in Exodo filium suũ Deus vocat,dicens,Filius meus primogenitus Israel. Itaq; calumniati sunt semper Iudæi hãc Matthæi citationẽ.Et Iulianus quoque apostata, vt docet Hieronymus super Osee tanquam contortam & compositã ad illudendũ simplicitati credentium,aut arguentem Euangelistæ ignorantiã.Cui respondens Hieronymus dicit:Quæ τυπικῶς præcesserunt in aliis, iuxta veritatem & adimpletionem referri ad Christum, quẽadmodum Apostolum fecisse certũ est in duobus montibus Sió & Sina,& in Sara & Agar. Sic & hoc quod scriptum est:Paruulus Israel, & dilexi eum: & ex Aegypto vocaui filium meum, dici quidẽ ad literam de populo Israel,perfectè autem referri ad Christũ.Hęc autẽ Hieronymi responsio non satis apta videtur,eò ꝙ non videatur quomodo populus Israeliticus possit dici typus Christi. Nec allegoria aliqua explicari potest quæ cõsistat inter populum Israeliticum & Christũ.Non enim videtur conueniens,vt populũ, vnius personæ figurã prætulisse dicamus.Proinde Osiander hac ratione motus,nouũ conatus est explicare Prophetæ sensum secundũ quẽ hęc autoritas solũ intelligatur de Christo,& nõ de populo Israelitico. Verũ vt superbè nimis hic gloriatur se inuenisse verum Prophetæ sensum, omnes commentatores in ex

Exo. 4.

Galat. 3.

Refellitur Osiander.

in explicando hoc Osee loco hallucinatos esse asserens.ita certè nimis est contorta quam excogitauit interpretatio. Satis enim,si inspiciamus Prophetã, patet his verbis Dominum exprobare Israelitis hoc beneficiũ, ꝙ illos ex Aegypto vocasset:atque mox minatur,se non remissurum quidẽ eos in Aegyptum,sed traditurum iam Assyrijs ꝙ noluerint conuerti. Itaq; pro quæstionis huius & similiũ solutione cõmodiore, aduotandum duobus modis dici scripturã aliquam adimpleri. Primo modo,cùm id fit quod illa prædicatur aut cõmemoratur secundũ auctoris intentionẽ. Id autẽ rursum dupliciter contingit. Nã cùm multæ scripturæ duplicem habeant sensum, literalẽ scilicet, & mysticũ in literali recõditum, & per literalem significatum,scriptura impleri dicitur, & cũ id fit quod ad literam significatur, & cùm fit quod ex intentione spiritus sancti per literam & historiã mystice significatur.Sic Christo nato in Bethleẽ, impleta est prophetia Micheæ:Et tu Bethleẽ,&c. quia quod per illã prædictũ erat secundùm vnicũ & solum scripturæ sensum, iam factum erat. Sic illud:Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filiũ, impletũ est in Salomone, & rursum in Christo per Salomonẽ præfigurato.Et illud:Os non cõminuetis ex eo; quotannis in Paschate à Iudæis implebatur, & tamen Ioannes in Christo adimpletum dicit,vt pote ꝙ de ipso mysticè dictũ esset tãquã verò Paschali agno.Altero modo impleri etiã quandoque scriptura dicitur,cùm quidẽ fit quod illa cõmemorat,etiamsi id non fuit propriè ab auctore intentum. Sic Christus dicebat Pharisæis Matt. 15. Hypocritæ,rectè de vobis prædixit Esaias dicens:Populus hic labiis me honorat,cor autẽ eorũ lõgè est à me. Quanquã enim propriè aut primò de illis id dicere Propheta non intendebat, sed de hypocritis sui temporis quibus id in os dixit, tamẽ cũ æquè hypocritæ essent quibus Christus tunc loquebatur,eadẽq; agerent cũ his quos Propheta his verbis arguit:non minus & in illis extitit impletum,hoc est,verificatum.Sic habet se & quod infra 13.c.Matth.legitur Dominus dixisse:Et adimpletur in eis prophetia Isaiæ dicẽtis:Auditu audietis,& nõ intelligetis.&c.Certè nõ erat de iis solùm hoc prædictum quibus Christus tũc in parabolis loquebatur,sed primò quidẽ de obstinatis Iudæis qui erant tẽpore Isaiæ,aut in genere de omnibus omnium seculorũ reprobis Iudæis. Vnde idem Paulus obiecit Romanis Iudæis, Act. vlt.Fuit ergo hoc dictum in illis Christi auditoribus completum, quatenus de eis verè dicebatur, & in ipsos quadrabat.Ad hũc modum impletũ in Christo fuit & præsens dictum Osee:Ex Aegypto vocaui filiũ meum,nõ ꝙ peculiare fuerit de Christo ex Aegypto vocando vaticinium, sicut illud Micheæ de nascituro Christo in Bethleẽ,aut illud Isaiæ de nascituro ipso ex virgine: sed ꝙ id quod nominatim fuit scriptũ de populo Israelitico, appositè etiam competat in Christũ, imò verius & perfectius in eo impleatur & verificetur,vt qui verior fit Dei filius,à quo alij habent ꝙ filij Dei cẽsentur.Proinde quod Euãgelista ait; *Seeefsit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis,vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam: Ex Aegypto vocaui filium meum*: perinde est ac si dixisset,vt & de puero Iesu illud Prophetæ verificaretur: Ex Aegypto vocaui filium meum. Vt si quis verba faciens de patre aliquo mirè sollicito pro filio,diceret: Vidisses amore desiderioq; filij non posse consistere,omnia negligere, omnia posthabere,vt filium præsentem videret, vt impleretur in eo illud Maronis: *Omnia in Ascanio chari stat cura parentis*.Huius generis est, & quod infra c. 13. scribit Matthæus,in Christo per parabolas alloquente populum impletum illud Psal. 77.Aperiã in parabolis os meum,eructabo abscondita à cõstitutione mundi.Hoc enim non de Christo dictũ est,sed Asaph de seipso dixit, mirabilia Dei & beneficia Israeli exhibita cantaturus. Nec dissimile est & dictum Ieremiæ,quod paulò infra ab Euangelista adducitur: Vox in Rama audita est, &c. Istud tamen in hac loquendi formula animaduertẽdum est,cũ Christus sit finis legis,& caput sanctorum,ad quem referuetur in scripturis omnia, in eo solo etiam omnia quæ laudi dantur in scripturis,vera esse & solida,hoc est,impleta: quãquã pleraque etiam membris eius competant, atque de eis etiam secundum primum intentum sint dicta.Potest autem prosequendo sententiam Hieronymi aliter quàm iam dictum est dici, populum Israeliticum, quatenus in scripturis nomine filij Dei dilecti & primogeniti vocatur, typum quendam prætulisse Christi, in quem hoc nomen verius competit,ac proinde quę de Israele dicta sunt sub nomine filij Dei,etiã prædicta fuisse de Christo adumbrato per Israelem sub illa appellatione. Et alioqui non patua est inter Christum & populũ Israeliticum ex Aegypto vocatum similitudo. Nam quemadmodum Israel propter mortẽ quæ ex fame timebatur,exulans in Aegypto angelorũ ministerio & vocatus est,& eductus ex Aegypto, ac introductus in Iudæ terram illis olim promissam,fluentem lacte ac melle:ita & Christus metu mortis ab Herode intentatæ fugiens in Aegyptũ, per angelum euocatus in Iudæam venit,vbi prædicatione sua & morte sibi suisq; paraturus erat possessionẽ nouę Iudææ,id est,regni cœlorum per Iudæa præfigurati.Vnde Chrysostomus:Nisi, inquit, aduenisset in Aegyptum Christus, nequaquam prophetia dignum finem habere potuisset. Considera igitur quemadmodum istud ipse Euãgelista designet,dicendo,*vt impleretur*. Ostendit enim quoniam nisi venisset iste, non vtique fuisset impletum. Quinimo & populus & patriarcha cũ descenderent in Aegyptum, & inde rursus ascenderent,istius reuersionis signabant figuram.Nam & illi fugiendo mortem quam comminabatur fames,descenderunt in Aegyptum,& hic mortẽ fugit quæ per insidias imminebat. Hæc ille. Porrò locus ille ad quẽ delatus fuit in Aegyptum Christus, etiamnum apud infideles celebris est. Nam inuenio apud quendam scriptum, hunc locũ quo Christus puer à crudeli regis Herodis infanticidio fuga subductus est, ab incolis Aegyptiis Mataræam vocari, & distare à Cairo decẽ milia passuum,qui etiã eum locum religionis causa inuisit anno 1502.prima die quadragesimæ.Mauros quoque eo in loco vbi fertur virginis fuisse habitatio, perpetuò ardentem lampadem in pueri Iesu illic asseruati memoriã cõseruare.Ibi insuper pretiosas balsami arbusculas Iesu beneficio olim increuisse,quæ sola aqua putei (qua ad obsequia Domini virgo mater vsa fuerat)irrigatæ vegetare,pullulare ac perdurare valebãt,nũc autẽ funditus interiisse.incertũ an custodũ incuria,an fraude dolóve, & inuidia, an religione & pietate læsa. Hortum verò

Multismodis discriptura adimpleri dicitur.

De celebritate loci vbi Christus in Aegypto habitauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò ipsum & puteale fontē adhuc videri, ex quo A non pauci pio affectu peregrini & hauriunt & bibūt aquas nō insalubriter. Ipse enim, quāuis aqua ei interdictum esset à medicis ob qualdam valetudines, post esum piscium ter ad saturitatem vsq; recogitando quisnā in eo lotus esset: ex aqua illa ita plenis faucibus potasse se asserit, vt hydropico similis turgidus effectus cingulū soluere coactus fuerit. Illicoque sensisse summopere sibi profuisse. Nec per totam quadragesimam illā stomacho, quo sępissimè fatigari solebat, laborasse. Vide & Brocardum in fine descriptionis terræ sanctæ.

TVNC HERODES VIDENS QVONIAM ILLVSVS ESSET A MAGIS, IRATVS EST VALDE. Tunc, inquit, hoc est, cùm iam Ioseph cum puero & matre fugisset in Aegyptum. B Nam quamuis ab aduentu Magorum vsq; ad fugam in Aegyptum multi dies interceſſerunt, tamē antea Herodes vel non aduertit se deceptū à Magis, implicitus scilicet & distractus aliis negotiis, vel, quod est verisimilius, cùm nō statim ad ipsum secundùm promissionem redirent Magi, credidit illos spe sua frustratos prę pudore noluisse reuerti: sed cùm ex his quæ quadragesimo die in tęplo dicta factáque erant, rumorem nouū nati Messiæ sparsum audiret, intellexit à Magis sibi illusum, cumq; ob id timere posse debuisset, & cogitare nō nisi per diuinam admonitionē factū esse, vt Magi ei illuderent, (alioqui enim verisimile erat tanto principi in re pia Magos obtemperaturos) ac proinde frustra se diligentiā quāuis adhibere pro necando puero: tamē quæ est insipientia malitiæ, iratus est, & valde iratus, ita vt qui priùs sæuitiam & iram in puerum cōceptam simulata pietate texerat, iam nō vereretur inaudito facinore eandē palam testari, hinc maioris sæuitiæ sumēs occasionē vnde debuerat metum, timoremque concipere, nullum iam iræ suæ modum statuens, nullaq; pietatis iura præ oculis habens. Verùm hic dubiū est non paruū, quare scilicet Herodes occiderit omnes bimulos & minores: idq; secundū tēpus quod exquisierat à Magis. Dicunt quidā, stellā duobus annis aut circiter apparuisse Magis priusquā Christus nascereturs & ad iter sese Magos diu ante na- D tiuitatē accinxisse, atque ob id Herodem omnes à bimatu pueros occidisse, q̄ putaret tū natum puerum, cùm primùm stella eius visa fuisset. Sed hæc sententia priùs satis reprobata est. Nam ex verbis Magorū satis patet stellam signum eis fuisse nati pueri, non nascendi. Alij ergo dicunt, stellam non apparuisse nisi iā nato puero, sed Magos ex extremis partibus Orientis veniētes nō adorasse puerū ante purificationis diē in Bethleem, sed anno primo aut secūdo post natiuitatē. Cui sententiæ quoniam, vt priùs dictum est, contrarium videtur, q̄ non videatur verisimile Mariam cum puero post annū repertā à Magis in Bethleem, vbi peregrina E peperetat, dicunt quidā Mariam cum Ioseph post purificationē secessisse in Nazareth, sed vel primo anno, vt vult Faber, vel etiā secundo anno, vt vult Epiphanus, rediisse religionis gratia in Bethleem, ibiq; tum à Magis inuentā cum puero. Verùm sicut ex narratione Matthæi apparet verisimilius Magos statim nato puero venisse in Bethleem, ita quoque verisimile non est Mariam cum anniculo puero aut bimo rediisse in Bethleem, maximè cū census ille, propter quem venerat in Bethleē, non quotannis ageretur. Proinde tertij dicunt, inter quos Nicolaus, & stellā non nisi nato puero apparuisse, & Magos ante purificationis diē adorasse in Bethleem: Herodem autem grauissimis negotiis, domesticisq; tumultibus impeditū fuisse, ne mox à recessu Magorū infantes perderet. Romā enim ob filiorum suorū causam tractandā ad imperatorē concessisse, vnde rediens secūdo anno à nato Christo iusserit cōceptum priùs facinus in innocentes pueros patrari. Sed vt nullius historiographi testimonio probari potest, eodē illo anno quo Christus natus erat, postquam conceptū faci nus cōpleret opere, Romā petuisse Herodē filiorū suorū causa: ita magis apparet ex narratione Matthæi, statim post discessum Magorum factā ab Herode innocentum interfectionē. Deinde, quemadmodum tres prædictæ opiniones præsupponunt, iam Herodes nihil dubitauit quin Christus natus duorū esset annorum, secundū tēpus stellæ quod indicauerunt Magi, quare etiam eos qui infra bimatum erant pueros occidi iussit: itaque dicendū potius videtur hoc quod dicit Matthæus, Herodē sustulisse pueros à bimatu & infra, secundū tempus quod exquisierit à magis, sic esse intelligendum, vt verba illa; *secundum tempus quod exquisierat*, &c. non referantur ad illud: *a bimatu*: sed tantū ad illud quod dicit, *& infra*. Ideo enim illud ab Euangelista adiectum videtur, vt significaret minores bimulis nō quoslibet, sed qui essent circa & ante, non autem post tempus stellæ æditi, iussos ab Herode occidi. Neq; enim natū hunc puerum regiū post stellæ apparitionem arbitrabatur. Sed quotquot bimatum attigisse viderētur, ideo voluit interfici, ne si fortè Christus, vel ante stellæ ottum natus, vel per miraculum maior quàm pro ætate, elaberetur tanquam ante ortum stellæ natus. Itaque sicuti loco latitudinem adiecit, occidens etiā omnes qui erant in omnibus finibus Bethleem: ita & tempus ampliauit, occidens non tantū eos qui nati erant cùm stella apparuerat, sed & qui antè. Non ergo quod dicitur occidisse pueros qui erant infra bimatum, intelligendum est occidisse eū omnes qui erant minoris ętatis vsque ad pueros vnius diei: multò autem minus intelligendū, vt, quidam volunt, occidisse eum omnes qui erāt vltra bimatum, vsque ad quinquenniura: quo numero terminari volunt pueritiam & infra, hic accipiunt vt denotet ordinem non temporis, sed numeri. Nam præter alia absurdum nimis est, infra, sic exponere. Quòd autem hanc suam sententiam probant ex magnitudine ossium quæ dicuntur esse innocētū, maiore quàm vt videri possint esse solum bimulorum ossa, infirmum nimis est argumentum, cùm & illo tēpore corpora hominum longiora esse potuerint, & certū non sit omnia esse innocentū corpora quæ tanquā illorum ostenduntur. Permisit autem Deus vt occasione filij sui multi occiderentur innocentes, vt ostenderetur & quanta esset Herodis sæuitia, & quā nulla crudelitas quicquam possit contra eum quē seruatū Deus voluerit. Deinde vt & à pueris Christus testimoniū acciperet, pro quorū etiā salute natus erat. Postremum vt in his typus quidā præcederet martyrū, qui pro confessione Christi sanguinem suum erāt effusuri. Nā & Herodis furor quærētis perdere Christū, forma erat omniū tyrannorum, qui beatorū martyrū cæde existimauerūt se posse Christi nomen & fidem adhuc teneram, atque in piorum animis gliscentem extinguere. Verùm vt occisis

Cuius ætatis infantes Herodes occiderit.

occisis pueris Christus euasit, ita occisis martyri A non possint, eò quòd non perhibuerint Christo bus Christi tamen nomē illustre permansit, imò per illorum mortem illustrius redditū est. Itaque his rebus parabatur exemplum, ostendēs & quid essent passuri fideles, & quid profecturi hostes Christiani nominis. Nec iniustè quidē Deus pueros nihil cōmeritos occidi permisit, quāuis iniustè illos occiderit Herodes. Nam cùm omnes Dei simus, nō iniustè facit Deus si pro maiori gloria nominis sui quorundā corpora impiorum permittat potestati. Neq; ab iniustitia solùm libera est hæc permissio cædis infantium, sed magni etiā beneficij loco habenda. Siquidē hæc illis mors cessit ad B obtinēdā palmā martyrij. In æternitatis enim profectū (inquit Hilarius) per martyrij gloriā efferebantur. Vnde & Ecclesia eorū mortem tanquam martyrū festiuam celebrat. Verùm hac occasione quidā (teste Thoma in secūda secūdæ quæst. 124. articulo 1. ad primum) dixerunt in pueris istis acceleratum fuisse vsum liberi arbitrij & rationis, eo quòd martyrium videatur debere esse voluntarium, cùm sit actus virtutis singularis palmæ meritorius. Et videri quidem potest eadem sententia probari per ea quæ in homilia quadam de innocētibus sub nomine Chrysostomi leguntur in festo innocentiū, in hūc modū: Fiunt intereapueri sine magistro diserti, docti sine doctore, periti sine eruditore. Agnoscunt Christū, prædicant Dominum, C non quē persuasio humana docuerat, sed quē diuinitas innocentib. inspirabat. Sed quoniā hæc sententia nimis videtur voluntaria, nec aliqua scripturę auctoritate aut alicui⁹ patris nixa, ideo melius dicendū, secundū Thomam, martyrij gloriam quā in aliis propria voluntas meretur, hos paruulos Dei gratia esse assecutos. Effusio enim sanguinis pro Christo aut gloria Dei vicē obtinet baptismatis. Vnde sicut baptismus in paruulis sola Dei gratia per meritū Christi operatur ad obtinendā gloriam vitæ æternæ: ita effusio sanguinis propter Christū in paruulis sola Dei gratia per meritum Christi proficit ad cōsequēdā coronā martyrii. Vn D de Bernadus in sermone de innocētib. sic inquit: An verò de innocētū coronis qs dubitet? Ille pro Christo trucidatos infātes dubitet inter martyres coronari, qui regeneratos in Christo nō credit inter adoptionis filios numerari? Alioquin quando coæuos sibi pueros puer ille q̄ natus est nobis nō cōtra nos propter se pateretur occidi, qđ vtique solo nutu poterat prohibere: nisi melius aliqd eis prouideret, vt quemadmodū cęteris infātibus tūc quidem circūcisio, nunc verò baptismus fine illo proprię voluntatis vsu sufficit ad salutē, sic nihilo minus pro eo susceptū martyriū illis sufficere ad sanctitatē. Similia habet August. in sermone quodā de Epiphania, sic pueros hos alloquens: Ille de ve E stra corona dubitabit in passione pro Christo, qui etiam paruulis baptismum prodesse non æstimat Christi. Nō habebatis ætatē qua in passurū Christum crederetis, sed habebatis carnem in qua pro Christo passuro passionem sustineretis. Hæc ille. Proinde notandum, secundùm Bernardum, tripli ces esse martyres, volūtate scilicet & opere simul, qualis fuit Stephanus: volūtate solùm martyres, vt Ioānes Euāgelista: opere solùm martyres, vt hi pueri: & omnes Christianorum infātes, qui ab in fidelibus propter Christianismum simul cum parentibus necātur. Nec obstat quòd martyr interpretetur testis, quasi ob id martyres infantes dici non possint, eò quòd non perhibuerint Christo testimonium oris aut cordis. Nam vt canit Ecclesia, innocentes hi præconium Dei non loquendo, sed moriendo confessi sunt. Quod nihil est aliud, quàm mortem illorum gloriam Dei illustrasse, Christumque p quo moriebantur, quantus esset, demonstrasse, tantum scilicet, vt pro eo mortem illi meritò paterentur, & pro eo extinguendo impius hostis non dubitaret illos immerita morte condemnare. Iam quòd dicitur in homilia prædicta pueros agnouisse Christum quem diuinitas illis inspirabat, commodè intelligendū est. Dicuntur enim ideo Christum agnouisse diuinitus, quia diuina dispensatione mors illorum Christum suo modo prædicabat, quomodo dicimus solem & lunam eclipsatia in morte Christi, agnouisse Domini sui passionem, eamque mundo prædicasse. Ad hunc modum & alia similia quæ de infantib. istis dicūtur, intelligenda sunt, secundum quem modum & Ioannes in vtero rectè dicitur Christum agnouisse & predicasse.

TVNC ADIMPLETVM EST QVOD DICTVM EST, &c.] Testimonium illud legitur Ieremiæ 31. & ipsum nequaquam propriè de his infantibus propter Christum à Propheta prædictum est, sed de decem tribubus in captiuitatem cū magno mœrore abductis: vt testatur etiā Hieronymus. Hæ autem trib. illo capite & alibi sæpe nomine Ephraim designātur, quoniā earum princeps erat tribus Ephraim. Itaque à Propheta, Rachel quæ auia erat Ephraim, dicitur deplorare Israelitas tanquā filios suos quo significat populū Israeliticum amarè ploraturum ob captiuitatē & necem suorū. Quoniam autem sub Herode nunc non minor tyrannis & eiulatus factus est in Israelitico populo, quàm olim cùm populus in captiuitatē abduceretur, idq; eo loco vt propriè Rachel dici posset ploasse iā hos interfectos pueros tamquam filios suos, ob id Euangelista hunc Ieremię locum nunc dicit adimpletū, hoc est, nunc verè id D dici potuisse quod olim dixerat Ieremias etsi de aliis, & in sensu nonnihil diuerso. Proinde non videtur dicendum, quemadmodum tamen cōmuniter dicitur, testimonium istud à Matthęo hic adduci, vt ostenderetur hanc infantum cædem non contigisse sine dispēsatione diuini cōsilij, sed Deo itaprouidentē, & per Prophetā prędicente, & sic fieri permittente secundum suam gubernationē vt adimpleretur quod prædixerat. Potius enim dicendum, Matthæum Hebræis scribentē quod gratum illis esse sciebat fecisse, atque ob id scripturā quæ facto huic adaptari commodè potuit, desumpsisse, sicut & alibi. Non enim ad ostendēdam diuinam dispensationem citasse hoc testimonium hinc constare videtur, quòd de his pueris hęc à Ieremia non sint dicta, neq; secundū sensum literalem, neque secūdum sensum mysticum, cùm calamitas illa de qua ad literā loquitur Propheta, nō videatur allegoria apta posse ostendi fuisse figura huius cædis infantum. Dici tamē potest spiritum sanctū illo Ieremię loco sub typo calamitatis populi Israelitici voluisse etiā significare martyrum omnium necem, & Ecclesiæ per Rachelem significare luctum, ac proinde rectè de his martyribus citasse, qui omniū martyrum primitię sunt, & quibus locus iste propriè quodammodo competit. Nam & ea quæ præcedunt ante hæc verba in Ieremia, magis pertinēt ad Christianum populū, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sequitur consolatio subiecta ad calamitatem his verbis descriptam, magis est consolatio Ecclesiæ, ne propter occisos pro Christo fideles nimis doleat. Sequitur enim: Hęc dicit Dominus, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo, dicit Dominus. Et reuertentur de terra inimici (scilicet filij tui ô Rachel) & erit spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertentur filii tui ad terminos suos. Super quo loco sic scribit Hieronymus: Hoc iuxta literam necdum factum est. Neque enim decem tribus, quæ in ciuitatibus Medorum exulant atque Persarum, reuersas in Iudæam terram legimus, sed iuxta spiritum & in passione Domini completum est, & huc usq; completur, quando de toto orbe saluatur Israel, & Racheli dicitur: Quiescat vox tua à ploratu. Proinde melius intelligitur de paruulis istis, quòd mercedē habeant effusi sanguinis pro Christo, & pro terra inimicorum teneant regna cœlorum, & reuersuri sint in sedem pristinam, quando pro corpore humilitatis receperit corp⁹ gloriosū. ista est spes nouissima, quando iusti fulgebunt sicut sol, & infantes quondā paruuli atq; lactantes absq; ætatū incremento, & iniuriis, ac labore corporeo resurgent in virum perfectum, in mensurā ętatis plenitudinis Christi. Hęc ille. Quamuis autem Hieronymus de paruulis rectè intelligi dicat, videtur tamen generaliter de omnibus debere intelligi dictū martyribus: nam alioqui nō satis constat allegoria inter literam & spiritum. Et priùs dicit Hieronym. hanc scripturam hucusq; cōpleri, & Racheli, hoc est, Ecclesiæ dici ne ploret ob mortuos suos filios, qui mūdo quidē videtur extincti, sed è terra ista hostili, atque è regione mortuorū reuertentur in vitam æternā, aut ab idololatria in Ecclesiam. Porrò testimonium istud, teste Hieronymo, nec iuxta Hebraicum, nec iuxta Septuaginta citauit Euangelista. Hebręa enim secundum versionem Hieronymi sic habēt: *Vox in excelso audita est lamētationis, luctus & fletus, Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia nō sunt.* Aut potius sic: *Vox in excelso audita est, plāctus fletus, & amaritudines, Rachel flens super filios suos, noluit cōsolationem accipere super filiis suis, quia nō sunt.* Septuaginta verò, teste & interprete Hieronymo, sic habēt: *Vox in Rhama audita est, lamētatio, & fletus & luctus Rachel plorāntis filios suos & noluit cōquiescere, quia nō sunt.* Ex quo, inquit Hieronym⁹, pspicuū est, Euāgelistas, & Apostolos nequaquam ex Hebræo interpretationē alicuius secutos, sed quasi Hebræos ex Hebræis quod legebant Hebraicè suis sermonibus expressisse, nō curantes tamē easdē omnino voces annumerare, sed cōtēti integritate sentētiarum Christum prędicasse. Græca tamen paulo aliter modò habent, quàm legisse videtur Hieronymus, nec multo dissimiliter à citatione Euāgelistæ, quamuis codices græci variant. Nā Cōplutensis ædition sic habet in Ieremi ἀφωνὴ ὠδύνης ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς, καὶ ὀδυμῶς· ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη τοὺς υἱοὺς αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθέλησε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσίν. Aldina verò ædition sic habet, φωνὴ ὠδύνης ἠκούσθη θρήνου καὶ κλαυθμοῦ, καὶ ὀδυρμῶ, ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη ἐπὶ τῶν υἱῶν αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθέλησε, &c. In Euāgelista verò sic habetur omnino quo modo in Complurensi ædition, nisi quòd pro, ἀποκλαιομένη δὲ υἱοὺς αὐτῆς, habeatur hic, κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, quod idem omnino est. Vnde videri possit interpres Euangelistę respexisse ad translationem Septuaginta maximè cùm præter alia fere omnia eadem, etiam Rama dictionem nō versam reliquerit, sicut Septuaginta, nec ad verbum παρακληθῆναι, id est, cōsolari, adiecerit, sup filiis suis: quod est in Hebræo. Est autem Roma aliquando, loci nomen: verùm hoc loco sic nō debere accipi, quemadmodum tamen quidā putant, patet, quòd Rama dum loci nomen est, significat vrbem quandam quæ erat in sorte Beniamin iuxta Gabaa, vt patet Iosue 18. & Iudic. 16. quā Raman Baasa rex Israel reædificauit contra Hierusalem, vt patet 3. Reg. 15. Itaque vt docet etiam Hieronymus, Rama hic apellatiuè accipi debet, vt sit idē quod excelsum. Itaque sensus secundùm Hieronymum est: *Vox in excelso audita est*, hoc est, longe latéque dispersa. Postquam autem dixit: *Vox in Rama audita est*: subdens declarat quæ vox fuerit, quia ploratus & vlulatus multus. Vbi pro duobus quæ nos legimus, Græci tria habent θρῆνος καὶ κλαυθμὸς: καὶ ὀδυρμὸς, lamentatio, & ploratus, & fletus, sicut & Hebræa & Septuaginta tria habēt. Additur autē *multus*, ad explicandum qđ dictum est, *in excelso audita vox*, cùm non sit hæc dictio apud Septuaginta, aut in Hebręis, nisi fortè hac adiectione explicare voluerit tertiam dictionem quę est in Hebręo, quæ significat, ppriè amaritudines. Porrò per Rachelem hic intelligi iam debet regio Bethleemitica, eo quòd iuxta Bethleē Rachel sepulta fuerit. Hanc itaque dicit ploraſſe filios suos, nec voluisse cōsolationē admittere, quia non sunt. Quod secundùm Hilariū sic debet intelligi: noluit consolari quasi nō essent, qui secundum corpus mortui erāt, sciens eos in æternum viuere. Cuius interpretationis meminit etiam Hieronymus. Verùm simplicius fuerit intelligere, non esse dictos qui perierunt & mortui erant. Siquidem his verbis; *noluit consolari*, &c. Euangelista significare voluit, dolorem Rachelis inconsolabilē, & calamitatis magnitudinem. Videtur autem Hilarium offendisse, quod nō esse dicātur qui pro Christo trucidati erant. Verùm phrasis Hebraica est, nō esse, ponere pro, non supereſſe, & nō viuere amplius in hac vita. Hęc autem crudelitas Herodis etsi notata non sit à Ioseph, qui cùm Herodis gesta exactè scripserit, incertum an volens, an ignorans factum illud prętermierit, inuenitur tamē notata à Macrobio cētili scriptore. Hic enim lib. Saturnalium 1. inter cæteros iocos Augusti sic scribit: Cùm audisset inter pueros quos in Syria Herodes rex Iudæorū intra bimatum iussit interfici, filiū quoq; eius occisum ait: melius est Herodis porcum esse quàm filium. Dicit autē Macrobius in Syria occisos paruulos, quòd Iudæa, vt priùs est dictum, pars sit Syrię. Locus autem in eo cōsistit, quòd Herodes cùm esset proselytus sicut reliq Iudęi, abstinebat ab esu carnis suillę secundum legis præscriptum. Idē tamen Ioſephus non tacuit alia huius Herodis crudelitatis summę facinora, quomodo scilicet præ aliis multis etiam familiaribus occiderit genetrum suū Ioſippum, charissimam & innocētissimā vxorem suam Mariamnem, ac postea etiam duos illius filios, Alexādrum & Aristobulū, deinde quinto ante mortem suam die etiam tertium filium suum Antipatrū. Putatq; Eusebius in Ecclesiast. hist. li. 1. c. 8. has domesticas clades accidisse Herodi post crudelitatem in pueros hos exercitam cùm vsque ad illud tempus omni fœlicitate imperium eius polleret. Iam quam tandem pro omni sua crudelitate in alios exhibita persoluetit pœnam, idem testatur

Herodis crudelitas & à Deo iusta punitio.

A statut historiographus lib. 17. antiquit. cap. 10. sic scribens: Herodem porro amarior indies morbus vrgebat supplicia deo commissi sceleris expetēte. Ignis quippe lentus inerat, non tantum cōflagrationem in superficie corporis agentem prodens, quantum intrinsecus crescens operabatur incendiū. Auiditas quoque inexplebilis semper inerat cibi, nec tamē satietas vnquam rabidis incitatam faucibus valebat implere ingluuiem. Intestina internis visceribus tabida putrescebāt, dolorib. quoque coli sæuissimis cruciabatur, humor liqdus ac lutidus erga pedes tumidos oberrabat. Similis illi quoque & circa pubem erat afflictio. Sed & veréda ipsa putredine corrupta scatebāt vermibus, spiritus quoque incredibilis inflatio, & lentigo obscœna & satis execranda. His autem omnibus doloribus fœtor dirior, vel ex membrorum putredine, vel ex respiratione anhelitus reddebatur. Ita ex omni parte cruciatibus fessæ nullæ sufficere vibus diuinandi inerat peritia, has diuinitus pœnas ab eo ob multa eius impie & crudeliter gesta deposci. Similia idē Iosephus scribit & lib. 2. de bello Iudaico ca. 21. ostendens eum febre, tussi, dysenteria, scabie, podagra, verendorum putredine, generatione vermium, spitādi difficultate atque fœtore malam efflauisse animam, & quòd eandem sibi paulò antequā moreretur eripere conatus fuerit ob doloris ex morbo vehemētiam, quodq; inauditum facinus excogitarit, nēpe collectos ex omni Iudæa nobiles in locum, cui nomen est Hippodromus, custodiri fecit, præcipiens Salomę sorori & Alexæ eiusdem marito, vt simul ac animam efflasset: omnes illos occiderēt, quo sic vel invita omnis Iudæa, omnisque domus in morte eius illacrymaretur. Malè enim sibi conscius persuasus erat, festis gaudiis Iudæos mortem eius celebraturos. Nec ipse Herodes in seipso tantùm pœnas exoluit, sed etiam in sua progenie. Nā, vt testatur Iosephus lib. antiq. 18. ca. 11. intra centum annorū spatium præter paucos (nam admodū multi erāt) cuncta Herodis origo consumpta est, vt in eū rectè quadrent maledictiones illę quę habētur Psal. 108. inter quas est: In generatione vna deleat nomen eius &: Nutantes transferātur filij eius, &c. quod contigisse Archelao & Herodi Antipæ ex Iosepho constat.

B

C

D

E

DEFVNCTO AVTEM HERODE, ECCE ANGELVS DOMINI APPARVIT IN SOMNIS IOSEPH.] Regnauit Herodes 37. annis ab eo tempore quo à Romanis regnum acceperat, 34. autē annis post occisum Antigonū, vt testatur Iosephus li. antiq. 17. cap. 10. Proinde cū 32. anno regni eius natus sit Christus, & verisimile sit Christum primo anno vitæ fugisse in Ægyptum, consequens est eum circiter quinq; annos vixisse in Ægypto, & quinque vel sex annorum fuisse cùm ex Ægypto rediret. Redire autem Christum ex Aegypto adhuc in ipsa puertitia eōueniebat, nec mortuo Herode diutius in ea permanere, vt inter Iudæos adolescens & enutritus, multis ab ipsa pueritia esset cognitus, ne tanquam alienigena à Iudæis postea iure reiiceretur, nec haberet incredula illa gens quod vel probabiliter suæ impietati prætexeret. Conueniebat itē vt mortuo Herode rege Iudæorū puer Iesus rediret in terrā Israel, tanquā scilicet verus rex Iudęorū, pręter quem nullus pro vero rege Iudæorū agnosci deberet. Vnde & Dei providentia factum videtur vt post Herodem nullus cōstitueretur rex Iudæorum à Romanis, quanquam id filij Herodis, & potissimùm Archelaus qui post eum regnauit, summè à Romanis impetrare contenderent. Itaque monetur ab angelo Ioseph, relicta Aegypto redire in terram Israel, hoc est, Palestinam. Non dicit autem in quam ciuitatem ire debeat, vt dubitatione suborta, ad Deum confugere cogeretur, & noua angeli vel Dei allocutione magis consolaretur, magisque semper intelligeret Deum sibi in curando & custodiendo puero non defuturum. Cùm autem dicit angelus:

DEFVNCTI SVNT ENIM QVI QVÆREBANT ANIMAM PVERI, videtur numerus pluralis phrasi Hebraica accipiendus pro singulari. Nam quanquam plures cùm Herode quæ fierint animam pueri, nempe illius satellites & amici, priùs tamen solum dicit Herodem defunctum, eoq; defuncto angelum apparuisse. Sic cùm vnum tantum vitulum in Horeb cōflassent Israelitę, dixerunt tamen; Hi sunt dij tui, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Sic cùm scriptura Exodi 2. dicat solum Pharaonē quæsisse occidere Moysen, tamen cap. 4. dicitur: Vade, & reuertere in Aegyptum: mortui sunt enim omnes qui quęrebant animam tuam. Et bene quidem eisdem iā verbis pręcepit angelus Iosepho reditum quibus olim locutus fuerat Moysi, qa Moyses vt in aliis multis, ita etiam sua fuga typū prætulit huius pueri.

AVDIENS AVTEM QVOD ARCHELAVS REGNARET IN IVDÆA PRO HERODE.] Herodes cùm in principio morbi sui, iuniori filio suo, Herodi scilicet Antipæ, regnū testamento reliquisset, idq;, odio quod circa Archelaum & Philippum ex Antipatri accusatione conceperat, vt testatur Ioseph. lib. 17. antiq. c. 8. iā instante morte testamētū mutans, Archelao regnū contribuit. Herodem verò Antipā, quem priùs sibi in regno successorem designauerat, tetrarchā facit Galileę regionis atque Beręæ. Gaulanitidē autem & Trachonitidem & Bathanēā Philippo filio Tetrarchię iure concessit, volēs tamen testamentum non obtinere robur, nisi intercedēte autoritate Cęsaris. His itaque filiis Romam ad Cæsarem profectis & corā eo de regno certantibus, tandem Cęsar Archelaum quidē nō pronunciat regē, sed dimidię Iudææ regionis quę Herodi tributa pendebat, Toparchā constituit, hoc est, loci principē, spondens ei regiam quoque dignitatē, si laboribus & fauorib. circa semetipsum meritus appareret. Alteram verò dimidiam bifariā distribuit alteris duob. Herodis filiis, nempe Herodi Antipæ & Philippo, quemadmodū id testamento pater cauerat. Vide Ioseph. c. 10. & seq. 17. libri prędicti. Proinde quod hic dicit Archelaus regnasse in Iudæa pro Herode patre, nō sic est accipiendū, quasi rex fuerit sicut Herodes pater, sed simpliciter regnasse itelligēd⁹ est, qp post patrē Iudęę præfuerit, nō regio nomine, sed regia potestate: aut qp à patre destinatus esset rex, & à populo rex ī principio salutatus, deniq; & à Cęsare regiū nomē illi esset promissum. Patet etiā ex his Iudęā hoc loco accipi debere, vt distinguitur, cōtra Galilęā, quem admodum etiam priùs dictum est. Verùm hic duplex occurrit quæstio. Primùm, cur putauit eūdū in Iudæam Ioseph, cùm habitatio eius esset in Nazareth. Deinde, cur nō ita metuebat ire in Ga-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lilæam propter Herodē frattem Archelai, ſicut in Iudæam propter Archelaum. Ad primū dicēdum, Ioſephum exiſtimaſſe puerum in Iudæa educādū, tum quòd in ea natus eſſet, tum quòd in ea ſedes eſſet regni. Aut voluiſſe quidē ire in Iudæam, non ad habitandū ſed vt gratias Deo ſolennes ageret in Hieruſalem: metuiſſe autem, ne quemadmodū tempore præſentationis ab aliquibus agnitus, Archelao manifeſtaretur. Ad ſecundum verò dicendum, magis metuendum fuiſſe ab Archlao, tum q̄ Bethleem, in qua natus erat Chriſtus, in Iudæa erat, in qua ciuitate ſi veniſſet habitaturus Ioſeph, facilè creditū fuiſſet, Chriſtū fuiſſe vnum ex pueris illis quos occiderat Herodes, tum quòd Archelaus aſpiraret ad nomen regis Iudæorū quod habuerat pater. Portò pro eo quod nos legimus, *admonitus*, Græcè eſt χρηματισθὲις, quod non ſimpliciter admonitum ſignificat, ſed admonitū oraculo, &, vt priùs vertit de Magis, accepiſſe reſponſum.

VT ADIMPLEATVR QVOD DICTVM EST PER PROPHETAS: QVONIAM NAZARÆVS VOCABITVR.]Qui dā inter quos Lyra legūt, *per Prophetas*, referuntq; iſtud teſtimonium ad certum ſcripturę locū, nempe ad c. Iſaię 11. Verùm & Greci & Latini codices omnes habent; *per Prophetas*. Putat autem Chryſoſt. teſtimonium hoc à Matthæo deſumptū ex libris aliquib. Propheticis, qui negligentia aut malitia Iudęorū, aut temporū bellorumq; iniuria perierunt. Verùm vt omittamus nō eſſe veriſimile libros illos ratione aliqua tali periiſſe, ne tunc quidē cùm hæc Matthęus ſcriberet, extitiſſe aliquos libros ꝓpheticos, in quibus iſtud apertè ponebatur vt ab ipſo citatur, vel ex eo ſatis patet. Nam ſi extitiſſent, non eſt veriſimile eos primoribus plebis, Scribis & Phariſæis nō fuiſſe notiſſimos. Et tamen nihil tale eis notum fuiſſe ex eo ſatis colligitur, q̄ totus ſenatus Iudæorum Nicodemum qui in Chriſtum ꝓpenſus eſſe, beneq; de eo ſentire videbat his verbis obiurgat: Scrutare, & vide quod à Galilęa Propheta non ſurrexit. Quod vtiq; factum non erant, ſi hoc teſtimonium legiſſent: aut certè à Nicodemo confutandi fuerant qui tam impudēter garriebāt. Proinde cum Hieronymo intelligendum eſt, Euangeliſtam ob id non dixiſſe; per Prophetam, ſed *per Prophetas*, vt nō fixum aliquod & vnum ſcripturæ teſtimonium deſignaret. ſed à pleriſq; id dictum indicaret, etſi non ſecūdum verba, tamen ſecundum ſenſum. Quomodo autē in ſcripturis id ſecundum ſenſum dictum ſit, nō omnes conſentiunt, idq; ob id quòd dubitetur quib. literis Hebraicè ſcribi debeat nomen ciuitatis Nazareth, à qua Chriſtus dicit Nazaræus. Nā in ſcripturis veteris teſtamenti nomē illud ciuitatis ſcriptum non inuenitur, ſiue ꝓpter loci obſcuritatē, ſiue quòd aliud priùs nomē habuerit. Sienim Nazareth & Nazarēus Hebraicè ſcribantur p literā Zain, iam Nazarēus idē eſt quod ſeparatus & ſanctus. Sanctum autem & ab omni immunditia pecati ſeparatum futurum Meſſiā omnis ſcriptura commemorat, & apertiſſimè quidem Danielis 6. Cùm venerit ſanctus ſanctorum, ceſſabit vnctio. Iam ſecundum hanc deriuationē quidā putāt hic ab Euangeliſta notari illud quod de Samſone dixit angelus Iud. 13. Quia Nazaræus (Hebraicè Nezir) Dei erit puer iſte ab vtero. & quod de Samſone ad literam dictum eſt, Euāgeliſtā in Chriſto per Samſonem adumbrato dicere cōpletum eſſe, ideoq; aſſererе dictum id eſſe p Prophetas, quod in vno libro Iudicum dictum eſt, eò quòd liber ille, opus eſſet multorum prophetarum ſibi ſuccedentium. Verùm manifeſtum ſatis eſt, nomē Nazaræi, vt de Chriſto dicitur, nō debere ſcribi Hebraicè per Zain, ſed per literam Tſade. Primùm quidē, quod teſte Pagnino ſic ſcribitur in titulo ſalutiferę crucis Romę aſſeruato, q̄ habet Ieſuah Hānoſeri, Melech, Haiehudim: deinde quòd etiā ſic ſcribatur cognomen Chriſti in veterum Hebręorum commētariis. Et fieri poteſt, ciuitatem Nazareth eam eſſe quæ in libro Ioſue inter ciuitates tribus Nephtali vocat Haſor, vel Enhaſor, literis quibuſdā poſtea mutatis aut ablatis. Nā hęc nomina per Tſade in medio ſcribuntur. Secundum hanc itaq; deriuationē nomē Nazaræi Chriſto apertè tribuitur, Iſaiæ 11. Nam vbi nos legimus: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet; pro dictione, flos. Hebræis eſt Netſer, per Tſade, quod ſignificat florem, aut potius, vt verterunt teſte Hieronymo Symmachus, Theodotion, & Aquila, germen. Eſt enim ſecundùm Rabbi Dauid, Neſer, planta nouella & tenera. vnde & Hieronymus cap. 6. Iſaiæ eādem dictionem vertit per germen. Populus autem tuus omnes iuſti inperpetuum hæreditabunt terrā, germē plantationis meæ, opus manus meæ, &c. Sic ſimiliter Danielis 11. Et ſtabit de germine radicum eius plāſatio. Illud autem Netſer qđ ponitur Iſaiæ 11. de Chriſto debere intelligi, etiam Chaldęus paraphraſtes teſtatur, ſic vertens: Et egredietur rex de filiis Iſai, & Chriſtus de filiis filiorum eius creſcet. Rectè enim Chriſtus, germen vel flos aut tenera plāta dicitur, quod ſine corruptione de Maria virgine natus ſit, quemadmodum germen aut flos de terra, quodq; nullam habens peccati vetuſtatem, omni virtute viruerit & floruerit ſemper. ſuauitatem odoris ſui longè lateq; ſpargens. Itaque hac ſcriptura ſicut ſatis deſignatur Chriſtū in Bethleē naſciturum, cùm dicitur egreſſus de radice Ieſſe: ita rectè etiam deſignatur in Nazareth educandū, cùm Netſer appellatur. Certè Di. Hieronymus ſcribēs in hunc Iſaię locū, teſtatur eruditos Hebræorum putare de hoc loco ſumptum, quod in Euangelio Matthęi omnes quæruntecclеſiaſtici, & non inueniunt vbi ſcriptum ſit; *Quoniam Nazaræus vocabitur*. Quanquam horum ſententiam non videatur ꝓbare, quòd nomen Nazaręi ſemper alibi ſcribatur per Zain, quaſi Chriſtus ſic dictus ſit Nazaręus, ſicut alij hoc nomine appellati. Quāuis autē hoc ſolo Iſaię loco Chriſtꝰ apertè Netſer dicitur, Matthæus tamen dictum dicit per Prophetas ipſum hoc nomine vocandum, eo q̄ alij Prophetæ ipſum hoc nomine idē ſignificante appellauerint. Nam Zacharię 6. vbi nos legimus: Ecce vir Oriēs nomen eius Et c. 3. Ecce ego adducā ſeruū meum Orientem. (quę de Meſſia dicta eſſe dubium non eſt) pro nomine Oriens, Hebraicè eſt צמח Tſemah, quod magis ſignificat Germē, quomodo eā dictionē vertit Hieronymus Ieremię 23. & 33. & Iſa. 4. In quib. omnibus locis Chriſtus dicitur germen, vt annotatum eſt priùs circa illud, In quibus viſitauit nos oriens ex alto. Portò Oſiander noua ab ipſo inuenta ratione ſcrupulum huius loci diſcutiendum putat, volens Mattheū hic non loqui de Prophetis, qui ſua de Chriſto teſtimonia literis tradita reliquerūt, ſed de huiuſmodi prophetis: de quibus & Paulus loquitur ad Corint. qui ſpiritus ſan

Quomodo ſcribē dūſit Nazareth, vndechriſtus Nazaręꝰ pulchra deductio.

ſancti vnctione interna edocti, literas ꝓpheticas recte intelligūt, eaſq; aliis enarrare, & ex eiſdem, pertinentibus recta cōſilia dare, & quæ recta ratiocinatione ex eorūdē dictis neceſſariò cōſequuntur, perſpicere valēt, quos priſca ætas filios Prophetarū, Paulus autē ſimpliciter prophetas appellat. Tria enim ille facit Prophetarum genera. Primū eorū, q̄ quandocunq; res poſtulabat, oracula, viſiones, aut fatidica ſomnia impetrabāt, qualis fuit Moſes, Samuel, & alij, quos priſca ętas vidētes, vulgus autem Iudęorū ꝓphetas priores appellat. Alterū eorum, q̄ quamuis oracula, viſiones aut ſomnia fatidica ꝓ ſuo arbitrio non elicerent, tamen quoties Deo viſum eſſet, per eos populum docere aut admonere, aut obiurgare diuinitus inſpirati prophetauerunt, atq; hos Iudęi poſteriores vocāt. Tertiū verò eorum qui priùs dicti ſunt, de quibus ob id Matthæū loqui ille vult, q̄ non per prophetā, ſed per prophetas, & non ſcriptū, ſed dictū eſſe commemoret, eosq; ex ſcripturis, & potiſſimū ex Iſaię cap. 11. intellexiſſe Chriſtum habitaturū in Nazareth, atque ab ea Nazarenum dicendum. Verùm non eſt veriſimile de hoc tertio prophetarum genere Euangeliſtam loqui, cùm & aliàs ſemper eū quæ à ꝓphetis ſcripta ſunt citat, dicere ſoleat adimpletum eſſe quod ab eis dictum eſt. Deinde ſi iam ab huiuſmodi prophetis palā dictū, & ex ſcripturis demōſtratū fuit, Chriſtum Nazarenum vocandum à ciuitate Nazareth, quare & Phariſæi, & Scribæ, & omnis popul⁹ Chriſtum agnoſcere noluerunt quòd Galilæus eſſet, ita vt ipſe etiam Nathanael admirando diceret: A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Itaq; ſecundùm priorē potius modum dicendum eſt: ſecundùm quem tamē nodus difficultatis nondum omnino diſſolutus videtur. Nā etſi in ſcripturis Chriſtus dicat Neſer & Germen, nō tamen dicitur ſic vocandus, aut ſaltē non dicitur ſic vocandus, à ciuitate in qua nutriendus erat, Nazareth. Matthæus verò dicit habitaſſe ī ciuitate Nazareth, vt adimpleretur illud Prophetiā: Nazaræus vocabitur. Proinde quod dicit Matthæus. in hoc ſenſu videtur accipiēdum, Chriſtum habitaſſe ī ciuitate Nazareth, vt vel ex ipſa ciuitate à qua cognominādus erat, demōſtraretur in ipſum verè competere nomen illud Neſer & Germē, quo prophetę Meſſiam appellarunt: quoniam enim pleroſque Iudæos offendebat quod Ieſus diceretur Nazarenus, oſtendit Euangeliſta quàm id cōueniat ſcripturis quæ paſſim eum vocāt nomine ſignificatiuo Germen, quod nomine Nazaræi etiam ſignificatur. Quare cùm dicit; *vt adimpleretur*, &c. coniunctio, *vt*, potius eſt accipienda conſecutiuè, quàm vt denotet cauſam finalem: quemadmodum etiam priùs, cùm dicit; *Vt implerētur quod dictum eſt: ex Ægypto vocaui filium meum.* Portò quod Chriſtus etſi in Bethleē naſciturus, non tamē in ea nutriēdus, nec ab ea vocādus eſſet Bethleemiticus, ſatis innuit Michæas dum dicit: Ex te mihi exibit dux, &c. Sic etiam quod Hieroſolymitanus vocandus nō eſſet, nō obſcurè ſignificat Zacharias dicens, Regem Sion ſedentem ſuper asinum, tanquam hoſpitem alūde Hieroſolymam venturum. Vt autē in Galilęa ciuitatem Nazareth deligeret habitationē, primū cōueniebat ob cauſam eam quā indicat Matthæus: deinde & *Matt. 21* ob aliam cauſam, nempe quòd hæc ciuitas obſuā obſcuritatem & ignobilitatē opportuna eſſet latebra puero aduerſus ſeuitiā filiorum Herodis, quodq; ſuo exemplo omnem nobis humilitatem, cōtemptumq; mūdanę celſitudinis docere venerat: poſtremùm, vt quanquam impiis hac ratione obtegebatur illius nobilitas, quam ex loco natali Bethleem verè habebat, pii & fideles etiam ex hoc nomine cùm ſcripturis ꝓphetarū concordante magis in fide confirmarentur. Itaque apud hos nomen hoc factū eſt glorioſum, quod apud impios fuit abiectum & ignominioſum: & ꝓpter quod Iudæi minus eum erediderunt eſſe Meſſiā, propter hoc Chriſtiani magis eū eſſe agnoſcunt. Omnia enim ſic in Chriſto temperata fuerūt, vt pii quidem ipſum eſſe ſaluatorē non poſſent non agnoſcere, impii verò atque reprobi nihil minus. Ita & diuinitas eius cruce & humilitate tegitur: Poſitus enim fuit in ruinā & reſurrectionē multorum. Ex his autem omnib. dictis patet Chriſtū alia ſignificatione dictum fuiſſe Nazaræum, vel Nazarenum, quàm accipitur illud nomē Geneſis 49. cùm in benedictionibus Ioſeph dicit Iacob: Fiant benedictiones in capite Ioſeph, in vertice Nazaræi inter fratres ſuos. Et cùm Threno. 4. dicitur: Candidiores Nazaræi eius niue; aut ſi quādo & alibi in ſcripturis occurrit. Nam in illis omnibus locis eſt Hebræis illud Nazer, quod per Zain ſcriptum ſignificat ſeparatū, vel coronatum, aut conſecratum. Sed nec Græcis eodem modo ſcribitur nomē Nazaræus, cùm Chriſto tribuitur, & cū illis legalibus Nazaræis. Nam cùm illis tribuitur, ſcribitur, ναζαραῖος, vt patet Threnorum 4. per literam a ſcilicet in medio. Cùm verò de Chriſto dicitur, ſcribitur per ω in medio ναζωραῖος, vt patet hoc loco Matth. & Ioan. 19. cùm dicitur in titulo crucis ſcriptum: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Rurſum Matthæi 26. cùm dicitur: Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Et Lucæ 18. cùm dicitur: Dixerūt autem ei quòd Ieſus Nazarenus tranſiret. Sic & Ioannis 18. & Actuum 2. Marcus tamē Romæ Euangelium ſcribens, Latinos imitatus Chriſtū vocat ναζαρηνὸν. Docemur autem hic præterea, quòd Chriſto vſu veniſſe videmus, idē omnibus electis euenire, nempe nihil tam minutū eſſe, quod fortuitò, & nō certa Dei prouidētia illis accidat: qđ meritò pios in omnib. rebus mirificè conſolatur & confirmat. Res enim leuicula & nullius momēti carni videtur: quod quis à loco educationis cognomē trahat: ſed Chriſto id adeo temerè non cōtigit, vt etiam à prophetis ſit indicatum.

QVAESITVS A PARENTIBVS IESVS IN uenitur in templo LVCAE 2. CAPVT XII.

Ioan. 1.

Et erant ſi ſunt [ergo] in Galilæā in ciuitatem ſuam Nazareth. Puer autem creſcebat, & confortabatur plenus ſapiētia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant parētes eius per omnes annos in Hieruſalem in die ſolenni Paſchæ. Et cùm factus eſſet Ieſus annorum duodecim, aſcēdentibus illis Hieroſolymam ſecundū conſuetudinē diei feſti conſummatiſque diebus cū redirent, remanſit puer Ieſus in Hieruſalē, & nō cognouerunt parentes eius. Exiſtimātes autem illū eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eū inter cognatos & notos. Et non inuenientes

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum regressi sunt in Hierusalem,requirentes eum.Et factum est ,post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum,audientem illos,& interrogantem eos.Stupebant omnes qui eum audiebant,super prudentia & responsis eius.Et videntes admirati sunt:Et dixit mater eius ad illum: Fili,quid fecisti nobis sic?Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis,quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse?Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.Et descendit cum eis,& venit Nazareth,& erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.Et Iesus proficiebat sapientia & ætate , & gratia apud Deum & homines.

PVERAVTEM CRESCEBAT,&c.] Hactenus cœlestis ille princeps noster, q sese nostra causa vsque ad fascias,cunas, vagitus,& imbecillē corporis infantiam deiecit, alieno testimonio prędicatus est & commendatus. Cæterùm nunc Lucas ostendere incipit quomodo paruulus ille seipsum commendare cœperit,sapientię,omnisque diuinæ gratiæ ostentatione. *Puer* (inquit) *crescebat*, corpore scilicet: & *confortabatur* , spiritu scilicet. Nam dictionem,*spiritu*,Græci codices hic addunt, quemadmodum priùs cùm de Ioanne quoque dixit Lucas:Puer autem crescebat & confortabatur. Apparet autem ab aliquo teiectam hoc loco dictionem,*spiritu*,quòd offenderetur illo quòd Christus diceretur secundum spiritum confortari,cuius spiritus ab initio plenus fuerit omni gratia. Verùm offendi hinc non oportet,cùm & post ea dicatur profecisse sapientia & ætate. Recepta autem est apud omnes pene ea sententia , quòd Christus secundum animam non profecit renera,sed perfectus fuerit ab initio sapientia & omni gratia. Ita enim Hieronymus sētire apertè videtur super eo loco Ieremiæ:Fœmina circūdabit virū:vt prius ostensum est. Sicut fētit manifestè Augustinus libro de peccatorum meritis & remissione capite 29.sic scribens,Quis enim est qui audeat dicere dominū Christū tantum maioribus, non etiā paruulis factum Iesum,qui venit in simi litudine carnis peccati,vt euacuaret corp⁹ peccati,in quo infirmissimo nulli vsui congruis vel idoneis infantilibus membris anima rationalis miserabili ignorantia prægrauatur? Quam planè ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo,in quo verbum caro factum est , vt habitaret in nobis nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo puerulo fuerim suspicatus,quā videmus in paruulis. Hæc ille. Proinde quòd dicitur Christus confortatus spiritu,& profecisse sapientia,sic communiter ītelligitur,quòd in eo paulatim magis emicuit fortitudo spiritus,& sapientia , ita vt tantum creuerit eius sapientia in ostensione & opinione hominum. Quo modo debere intelligi videri potest ex eo quòd postquam dixisset,*confortabatur spiritu*;adiecit,*plenus sapientia*;quasi significare volens eum non vulgarium hominum more profecisse in fortitudine spiritus & sapientia , vt qui semper fuerit plenus sapientia. Verùm ex isto hæc sententia probari non potest. Pro dictione enim, *plenus* , non est Græcis nomē πλήρης, sed participium , πληρούμενον , quod (vt annotauit quidam) indicat illum impleri sapientia accessu ætatis. Non potest autem hoc participium vna dictione bene correspondente exprimi apud nos, cùm sit præsentis tēporis passiuæ significationis, tamē per circumlocutionem sic eius significationis vis exprimi posset:eō confortabatur spiritus accipiens plenitudinem sapiētiæ;ex qua explicatione pater hic à Luca non significari puerum hunc

An Christus verè secundum animam profecerit

A semper fuisse plenum sapientia,quod si etiam dictum fuisset,nō tamē ex eo sequeretur,Christum verè non profeciſſe. Plenitudo enim gratiæ non impedit profectum,cùm ea Ioanni aliisq;tribuatur,quibus gradus & accessionem nihilo secius tribuimus. Itaq;cùm scripturis sacris & fidei syncerităte obstare non videat, si dicatur deitas per gradus quosdā dotes suas impartisse humanæ naturæ assumptæ,& Lucas id aperte hoc loco bis dicat,eisdem verbis nunc loquēs de Christo quib. priùs de Ioanne,putant quidā hæc Lucæ loca simpliciter accipienda,vt verè Christus significetur profecisse sapientia sicut profecit ætate. Nā quòd pleriq;veteres dicunt Christū ab initio fuisse plenum sapiētia,nec potuisse proficere,māgis videntur respexisse ad sapientiam eius diuinam quę cōpetit Christo quatenus Deus, quēadmodū id patet in Hieronymo scribēte super illud Isaiæ:Butyrum & mel comedet,&c. Licet,inquit,post multa secula de eo euangelista testetur; *Puer autem proficiebat sapiētia,& ætate,& gratia apud Deū & homines*;& hoc dicatur vt veritas humani corporis approbetur:tamen adhuc pannis inuolutus,& butyro pastus ac melle , habebit boni malique iudicium,vt reprobans mala,eligat bona. Nō quòd hoc fecerit , aut reprobauerit , vel elegerit,sed q̄ sciret reprobare & eligere, vt per hæc verba noscamus infantiā humani corpotis diuinę non præiudicasse sapientię. Et Ambrosius hoc loco fatetur Christum secundū quod homo erat profecisse. Secundum carnem (inquit) vtique sapientia Dei implebatur & gratia. Et sub nomine Theophili in catena aurea sic legitur: Sicut verbū in carne passum fatemur,quāuis sola caro fuerit passa , quia caro verbi erat quę patiebatur:ita proficere dicitur,ex eo quòd humanitas proficiebat in ipso. Verū hęc à Scholasticis,& bene quidem intelliguntur dicta esse de sapientia Christi ipso vsu & experientia acquisita: cùm prius ab initio cōceptionis fuerit infusa animæ eius omnium rerū cognitio. Sicut eñ ex prædictis authoritatib. Ambrosii & Theophili patet in Christo ponendam sapientiā aliquam tēpore & vsu rerum acquisitam,cōtra magistrum sententiarum,qui eam non videtur agnoscere,distinctio. 14. libri 3. ita ex Augustino,aliorumq;authoritate,ac ipsa deniq;ratione omnino videtur Christo etiam quatenus homini tribuendam perfectā omnium rerum à cōceptione cognitionem ei infusam. Nam præter scientiam beatæ visionis qua secundum animam assiduè fruebatur sua diuinitate,ex qua multò plenius anima eius omnia cognoscebat quàm angeli,qui ex cōspectu & fruitione diuinitatis omnium rerum habēt cognitionem maximè quantum ad se pertinet. Præter hāc, inquam,omnino verisimile est & congenitā quādam in eo omnium rerum fuisse scientiam,quam verbum Dei animæ suæ in ipsa creatione implantauit ad eum modum quo angelis suis ab ini

Isaiæ. 7

tio,naturalium rerum perfecta cognitio cōgenita A est,sicut & ipsi Adam. Neq; enim cōuenit animā Christi his esse inferiorē. Porrò quomodocumq; intelligantur hæc loca Lucæ,illud certum est,his verbis,*Puer crescebat & confortabatur*,& c. ipsum voluisse ita notare veritatē assumptæ ab eo naturæ humanæ, vt tamē etiam significaret in eo aliquid homine maius apparuisse. Si eñ statim ex vtero matris ,pcessisset in staturam viri perfecti,& si ab initio mox suam declarasset sapientiam, creditus fuisset fantasma fuisse,& pdigiosus aliquis homo. Esse tamen in eo aliquid homine maius satis declaratum est,q̄ simul cum ætate augebatur & robur spiritus & sapiētia. Non enim obnoxius erat B iis vitiis quibus ea ætas solet laborare,ineptia,lasciuia,incōstantia,stultitia:sed robur spiritus,cœlestisq; sapiētia indies magis ac magis sese exerebat cultu,incessu,sermone,& factis,in quibus nihil erat quod nō spiraret modestiā,castitatē, suauitatem,pietatem. In eo autem quod sequitur,*& gratia Dei erat in illo*;nomen gratiæ accipitur rectè pro acceptatione Dei,& fauore quo filium suum nosq; per illum sibi gratos habet. Nā pro in illo, Græcè est ἐπ' αὐτὸ,super illū,quod huic sensui bene cōuenit. Nō enim videtur accipi posse pro gratuito Dei dono, cùm nō vna aliqua gratia in ipso fuerit,sed gratiarū omnium plenitudo. Itaq; sensus erit: Dei patris fauorē fuisse super ipsum, do- C nis suis illum ornātis , ac ipsum in omnibus moderātis & cōponentis. Quidā tamen per gratiam Dei hic intelligunt gratiā vnionis,hoc est,gratuitam illam cōiunctionem verbi cum humana natura , quæ humanam naturā omnibus charismatibus spiritus replebat. Potest quoq; rectè & simpliciter per gratiā Dei,ipse spiritus sanctus intelligi, qui cum oībus suis donis animā huius pueri inhabitabat. Nam illud ἐπ' αὐτὸ,rectè intelligitur in ipso quēadmodum priùs cùm de Simeone dictum est, & spiritus sanctus erat in eo. Bene autē dicit ipsum & plenum fuisse sapientia,& habuisse D in se gratiā Dei, vt ostenderet eum & admirabilem fuisse ob sapientiæ augmentū supra ætatem, & amabilem fuisse omnibus ob diuinam gratiam in ipso effulgentem,& oēs in amorem pueri pertrahentem. Neque gratiā solùm dicit in eo fuisse, sed gratia, inquit, Dei, vt ostenderet fauorē pueri nō fuisse vulgatem, aut temporarium,quem sibi nonnunquam puerilis ętas humanis & naturalibus dotibus colligit,puta formæ gratia, aut præcoci docilitate,aut alio denique simili munere.

ET IBANT PARENTES EIVS PER OMNES ANNOS IN HIERVSALEM IN DIE SOLENNI PASCHAE.] Quæ dixit Lucas in cōmēdationem pueri de plenitudine sapientiæ E eius & gratiæ diuinæ,ipso opere vera esse cōprobat in sequētibus. Itaq; ostensurus quomodo adhuc in ipsa pueritia suam Christus sapientiam & gratiam manifestarit,qua occasione id factum sit primò præmittit. *Ibant* (inquit) *parētes eius*,&c. Quibus verbis pietatē & legis Mosaicæ seruandæ studium quod fuit in parētibus Christi,notat. Quāquā enim Nazareth lōgius abesset ab Hierusalē, nempe trium dierum itinere, quotānis tamen se eò religiosi cōferebant. Præceptum enim in lege erat Iudæis, vt nō solùm Pascha certo tēpore celebrarent,sed etiā in certo loco quem sibi Dominus delegisset. Verùm cùm præceptū fuerit vt ter in anno omne masculinū apparetet coràm Domino in loco quē elegisset,vt scribitur Exod. 23. & Deuter. 16. quare Lucas parentes Christi per singulos annos in die Paschæ ascēdisse scribit in Hierusalem. Dicendum videtur istud Lucam dixisse, vel quòd eo solùm festo etiam Maria ascēderet, cùm tamen mulieribus præceptum nō fuerit adire locum in quo Dominus colebatur,secūdùm Lyranum, quòd in aliis duabus solēnitatibus dispēsatum esset cū his qui longè aberāt ab Hierusalem. Nam & parentes Samuelis semel tātùm in anno ascēdisse in Hierusalem magis est verisimile. præ- *1. Reg. 1.* sertim cùm dicatur de Phenenna contristāte Annam: Sicq; faciebant per singulos annos, cùm redeunte tēpore ascenderent ad templum Domini. Erat autem inter omnes festiuitates pręcipua, solennitas Paschæ : ad hanc itaque celebrandam in Hierusalem simul cum marito suo virgo Deipara quotannis pro sua in Deum pietate ascendebat.

ET CVM FACTVS ESSET IESVS ANNORVM DVODECIM,&c.] In eo quòd Christus à parētibus simul ductus est in Hierusalē, & hac in parte parētibus obedierit qui alieno nō indigebat magisterio, paratum est exēplum parētibus castæ educationis,nēpe quòd oporteat parentes ex sese prognatos statim & ab ipsis (vt aiunt) incunabulis arcere ab omni lasciuia,sanctisq; moribus ac pietatis studiis assuefacere : & oībus filiis ostensa forma est quomodo debeant morigeros sese præbere parentibus ad ea quæ honesta sunt hortātibus. Quòd verò Saluator duodenis cōsummatis diebus Paschæ,hoc est,septē diebus, cùm redirēt parētes remāserit in Hierusalē, volens cōmisceri doctoribus, indicium quoddā raræ suæ sapientiæ dare voluit,& velut radiolū aliquē sui splendoris spargere,ad confirmādum fidem tum parentum, tum aliorū qui ab ipso salutē Israelis expectabāt. Deinde & ostendere voluit ad quid à patre in hūc mundū missus esset,quamq; ad peragenda patris sui mādata iam in tenera ætate præstiturus. Duodecimo autem anno id conuenienter factum est, quòd eo tēpore discretionis iudiciū perfectū esse incipiat,& pueritia terminari. Porrò insciis parētibus istud Christus fecit, ne ab eis retraheretur, aut eos contēnere videretur, si retrahentibus nō obediret,præterea quò doceret renunciādum esse parentum cognatorumq; affectibus ei,qui velit cœlestis doctrinæ professionem suscipere:mādataq; Dei amicorum affectibus esse præponenda,& in Euangelico negotio nullā esse carnalium parentum autoritatem spectandam. Proinde rectè Hieronymus ad Heliodorum : Licet (inquit) paruulus ex collo pendeat nepos,licet sparso crine & scissis vestibus vbera quib⁹ te nutrierat mater ostendat : licet in limine iaceat pater, per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillū crucis euola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Itaque laudatur Deuter. 33. tribus Leui,q̄ dixerit patri suo & matri suæ:Nescio vos:& fratribus suis ; Ignoro illos , & nescierunt filios suos. Iam nec parentes Christi enipari possunt negligentiæ,quòd illis nescientibus puer remanserit in Hierusalem. Nam autore Beda,filiis Israel moris fuit , vt temporibus festis vel Hierusalem confluentes , vel ad propria remeantes, seorsum viri & seorsum fœminæ incederent, pueri tamen indifferenter cum altero parentum coniungerentur. atque ita factum,vt Maria puerum cum Iosepho esse, & contrà Ioseph crederet Mariæ adesse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd si autẽ hic mos Israelitis non fuit(nã de eo non cõstat)satis Euangelista parẽtes Christi excusat,eo ꝙ dicit existimasse ipsum esse in comitatu, inter amicos & notos,qbus lubẽter solet ea ætas adhærere.Itaq; securi de puero venerũt è Ierusalem versus Nazareth itinere vnius diei,vesperi illum requirentes inter cognatos & notos.Nam ꝙ dicuntur venisse iter diei,nõ est intelligendum de itinere quo venerunt redeuntes è Nazareth ad quærendum puerum, vt intelligit qdam in Paraphrasi.Vno em die venerũt è Hierusalẽ versus Nazareth.&nõ inuento pueio vesperi inter amicos, altero die regressi sũt in Hierusalẽ:ibi verò tertio deinde die ipsum in templo inuenerunt. Proinde ꝙ dicuntur post triduum inuenisse puerum, non est intelligendum tribus diebus iam finitis puerũ inuentũ,sed post triduũ,hoc est, cùm iam tertius dies aduenisset & tertio iam die:sicut priùs dixit Christum circumcisum, postquã cõsummari fuissent dies octo,hoc est,die octauo.Inuenerũt autẽ in templo nõ ludentem,nec ociosum,sed sedentẽ in medio doctorũ,hoc est inter doctos,inter quos sese non ingesserat tanquã doctor,quanquã vnus esset omnium magister,nec cum fastu & ꝓpracitate(quæ vitia solẽt adesse pueris præcocis ingenii) iactabat eam qua plenus erat sapientiã, sed velut discendi cupidus inter eos sederat,audiẽs scilicet eos,& vicissim interrogãs.Non ꝙ necessitas illi esset sciscitari ab hominibusquod disceret,sed quò omnibus iunioribus exemplũ modestiæ & disciplinæ præberet . Hic est em rectus disciplinæ ordo,primò diligenter audire doctos & senes,deinde ab eis de auditis inquirere , iuxta illud Ecclesiast. 32.Audi tacẽs simul & quærẽs,& pro reuerẽtia accedat tibi gratia bona. Simul etiã hoc suo exemplo Saluator nos ad discendi sacras scripturas studium accẽdere voluit,ac docere nullã ætatem esse præproperã & immaturam ad discẽdum ea quæ sunt pietatis.Interrogabat etiã prudentes Saluator vt interrogãdo doceret eos ꝙ legis scientiam profitebantur . Ex vno enim fonte doctrinæ manat & interrogare & respõdere prudẽter, teste Origene.Non solum tamen eum & audisse & interrogasse doctores , sed etiam ab eis interrogatum respondisse,patet ex eo quod sequitur.

STVPEBANT AVTEM OMNES QVI EVM AVDIEBANT SVPER PRVDENTIA,&c. Et meritò quidẽ stupebant,ꝙ tantillus puer interrogationibus & respõsis suis admirabilem quandã & plusquã senilem declararet sapientiam , in tenera illa & indocta ætate ea promens quę doctores ꝓuectæ ætatis non pigeret discere. Itaq; imbecilli corpotis ætate , ipsaq; interrogatione se hominẽ esse declarabat:ipsa autẽ interrogãdo & respõdendo prudẽtia, supra hominem se esse satis manifestauit. Verisimile autẽ auditores non solùm admiratos eius prudentiam,sed & tam vultus,gestus,linguæq; modestiam, quæ gratiã addebat intelligentiæ,& sine qua explosa fuisset à doctoribꝰ eius in interpellãdo audacia. Proinde nõ obscurè hęc pueri Iesu modestia hic insinuatur,cùm significetur doctores nõ dedignatos & audire illum interrogantẽ,& vicissim illum interrogare . Iam autem non vacat vtili mysterio, quod nõ statim cùm quæritur,inuenitur,quodq; qui quæsitus inter cognatos & notos inueniri nõ potuit,Hierosolymis in templo repertus est. Id em nobis significat Christum instanter quærendum, eumq; humana nec cognatione , nec cognitione cõprehendi.Deinde eundẽ ibi inueniri non posse, vbi res agitur humanis affectibus , aut his rebus visibilibus studetur quæ pereũt cum hoc mũdo, sed in Hierusalem tãtùm,& in tẽplo Dei, hoc est, in ecclesia, idq; tantùm inter eos quibus rerũ diuinarum cura est, quiq; non de iis rebus disputãt quæ citra salutis dispẽdium nesciuntur, sed de cognitione sacrarum literarum . per quas Deus nobis viam ostẽdit,qua possimus æternã assequi salutem. Porrò quòd inter doctores inuenitur Dominus audiens illos, meritò timorẽ inentere debet doctoribus omnibus sanctorũ scripturarum, vtpote in quorũ medio sit Christus attẽdẽs quomodo doceant.Quòd verò post triduum inuẽtus est,rectè secũdùm Ambrosium referimus ad mysterium resurrectionis, quæ tertiò à morte die facta est.Bene autem ratione istius facti quadrat in Christum illud Psalm.118.Super oẽs docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi,quia mandata tua quæsiui.

ET VIDENTES ADMIRATI SVNT,ET DIXIT MATER EIVS AD ILLVM,FILI, QVID,&c.Nõ solùm ij qui Christum interrogantem & respõdentem audierunt ꝺmirabantur,sed & parẽtes eius,videntes puerum sedẽtem in medio doctorum,admirabãtur. Nunquã enim in eo simile viderant, nec satis intelligebant facti huius noui rationem. Porrò modestia parẽtium Christi satis hic notatur,dum viso puero sedente in medio doctorũ,qui omnibus erat admirationi, solùm admirati dicuntur,nõ sibi placuisse,nec de tali sese iactasse filio.Quam modestiã dum consideramus,simul & venerationem parentũ in puerum , verisimilius est quæ scribitur mater dixisse filio,tum primùm illi dixisse,cùm dimissis doctoribus solus esset cum parẽtibus puer. Tacet autẽ Ioseph, quòd sibi cõscius esset nihil se habere iuris in partum spõsæ suæ:mater verò pro peculiari sua in filiũ autoritate loquitur,dicẽs : Fili, cur ad istum modum agis nobiscũ? Cur te clam subduxisti à nobis?Ecce enim pater tuus & ego cum dolore animi te iã aliquot dies quæsiuimus. Hæc autem accipienda sunt non dicti increpãdo & obiurgando, sed tãquam verba eius quæ querulosè affectũ suum & dolorem manifestat . Neq; enim durè illi loqui potuit quem tam vnicè amabat, quemq;,quòd Christum & filium Dei esse ex angelo didicerat , reuerebatur , nec dubitabat nihil reprehensibile admittere posse.Cum dolore autẽ puerum quæsierãt,quòd metuerent ne illorũ aliqua offensus culpa,nollet vltra illis ministris vti, aut ne in grauem & culpabilem negligentiam illis apud Deum imputaretur derelictio pueri,quẽ sciebant suæ curæ commissum esse. Fortasse autẽ & ideo, quòd humano quodã affectu puero omnia metuerent quæ solet parentum pietas amatis liberis metuere.Hic enim naturalis parentum metus non planè repugnat illi fidei , qua credidit Maria hunc esse Christum & filium Dei,eiusq; singularem curam gerere Deum & angelos. Porrò in verbis Mariæ propriam animi eius humilitatem rursus perspicere licet. Nõ enim dedignatur Iosephum patrẽ Christi nominare, quãuis sciret ipsum ex illo non concepisse , sed nec in ipso ordine nominis se præferebat marito , vt diceret : Ego & pater tuus,sed , *pater tuus* , inquit *& ego* , non attendens vteri sui dignitatem , sed ordinem,

Mystica præcedentium interpretatio.

ordinem coniugalem,omnibusq; fœminis exemplum præbens honorandi suos maritos.

ET AIT AD ILLOS:QVID EST QVOD ME QVAEREBATIS?&c.]Et hæc rursum verba accipiẽda sunt dicta à Saluatore non mordaciter aut indignabundè,sed modestè,quãadmodum decet summã ipsius erga oẽs,& maximè erga parentes modestiam, quãuis tamen duriusculũ aliquid sonent.Nam parũ blandè Christus matri respondit,quotiescunq; in Euãgelico aliquo negotio maternã suam autoritatẽ interponere visa est: ac matris iure illum cõpellauit, vt ostẽderet in eo negotio non esse locũ autoritati alicui humanæ. Habet enim parentum autoritas suos limites,cui renunciandũ est,cùm agitur negotium diuinum. Par est enim,vt humana cedãt diuinis, & prior sit ratio Dei,cui debemus & corpus & animam,& à cuius benignitate expectamus hæreditatem vitæ immortalis,quàm horum à quibus iuxta carnem progeniti sumus & educati, successuri in portionem aliquam facultatum terrenarũ.Debemus & his sanè plurimum,sed post Deum,cui longè plus debemus,cùm illi & ipsos debeamus parẽtes. Sic & post parum blãdè respõdit matri,quum in nuptiis interpellaret de vino, & materna quadã autoritate videretur exigere miraculum, quod non nisi in gloriam patris erat ꝓmendum . Sic durius etiam respõdit iis,qui ipsum à cõcione Euangelica quæsi matris & amicorum nomine euocarant. Ita & nunc,quoniã iure materno expostulare videbatur, quãuis modestè,cum filio diuinis rebus intẽto,etiam ipse duriusculè respõdet,seruata tamen modestia ei cõueniente.Neq; enim Ambrosius veritus est dicere Christum arguisse matrem scribens hoc loco his verbis:Duæ sunt in Christo generationes,vna est paterna,materna altera. Paterna diuinior, materna , quæ in nostrum laborẽ vsumq; descendit.Et ideo quę supra naturam,supra ætatem,supra cõsuetudinem fiunt,nõ humanis assignãda virtutibus.sed diuinis referẽda sunt potestatibus. Alibi enim ad ministerium impellit mater,hìc mater arguitur,quia adhuc quæ humana sint exigat.Vide autem quàm apta sit respõsio Christi ad verba matris. Quoniam enim expostulare videbatur cũ illo quasi autor ipsius fuerit doloris, & seipsum purgat,dicẽs oportere enm esse in his quæ patris sui erãt, quoties scilicet ille vocaret ad munus delegatũ,& in ipsos parentes doloris causam potius reijcit,vt qui hoc ipsum cogitasse debuissent,& ꝙ eam cogitationem omnẽ deponere metum & solicitudinem.Quia em sciebãt eum à patre cœlesti missum in hunc mundũ ꝓ salute hominum, cogitare debuissent meritò, eum nulla alia de causa sese subtraxisse , quàm vt quæ patris sui erãt pficeret. Verùm humanus naturalisq; affectus,& pia erga tenerum puerum sollicitudo,quem didicerant cõtradictioni & pfecutioni multorũ expositum , effecit vt illud minus aduerterẽt.Nõ enim Christus assertiuè dicit eos nescisse qa oporteret eum esse in his quæ patris sui erant,sed interrogatiuè dicit: *Nescitbatis*,&c.quasi diceret:Meritò vobis illud in mentem venire debuisset, quod alioq sciebatis. Nec hæc dicens reprehendit eorũ quærẽdi studium,cùm illud oĩno fuerit laudabile,vtpote à pio affectu ꝓfectum:sed tantum ostendit quantum erat ex parte sui, illud esse supfluum:nec sibi parentum dolorẽ imputari posse,Rursum autem in verbis Christi annotandum,ꝙ cùm virgo Deipara Iosephum patrẽ eius vocasset,ipse cõtra patrem suum Deum vocat,significans ꝓinde se illius voluntati per oĩa potiusmorem gerere debere.Vbi etiã notandum, Christum ab ipsa pueritia vocasse Deum patrẽ suum, vt cõfunderet & Iudæos & hæreticos,qui ex verbis matris vocantis Ioseph patrẽ eius scãdalizari potuerũt. Hebionitæ em dixerunt Iesum factum filiũ Dei 30.anno vitæ eius,cùm illaberetur in eũ baptizatũ spiritus sanctus.Verùm ipse annos natus duodecim Deum patrem suũ vocat.Nec dicit patris nostri, sed *patris mei*: ꝙ sibi soli Deus pater esset naturalis.Per ea autẽ quæ patris sui erãt, intelligit ipsum tẽplum,aut potius quæcunq; diuina exercitia:qualia erant,audire doctores,eosdẽque interrogare , & interrogantibus respondere. Hinc verò discamus quàm sit res diuina,Deoq; grata, in scripturis sactis piè versati , cùm ab hoc Christus auspicatus sit ea quæ patris sui erant.

Hebionitæ refelluntur.

ET IPSI NON INTELLEXERVNT VERBVM QVOD LOCVTVS EST,&c.]Quoniam absurdum quibusdã videtur,Mariã nõ intellexisse hũc Domini sermonem, quo nõ obscurè locutus est, maximè apud eam quæ illũ sciuit esse Dei filium,intelligunt istud dictum esse nõ de parentibus Christi,sed de cæteris auditoribus. Aut psynecdochen esse accipiendũ, qa scilicet Ioseph nõ intellexerit verbum, qui de pueri diuinitate non tam pfectè instructus erat. Verum nullum fuerit incõueniens dicere,etiã Mariam non planè intellexisse quod à Domino dicebatur, quãdoquidem id apertè Lucas asserere non est veritus.Nã ad parẽtes istud referendũ esse nimis certum est. Quãuis enim ex his quæ præcesserant,scirent puerum esse Christum , & planè diuinam ꝓlem, imò filiũ Dei, nihilq; mediocre aut vulgare expectarẽt ab eo tamen nõdum ad plenum intelligebant sublimitatem diuinæ virtutis , necdum cognouerunt quàm admirabili cõsilio,quibusve rationibus munus suum obiturus erat ad quod missus fuit à patre,atq; ideo ꝓpetua quadã admiratione circa ipsum & gesta eius tenebãtur,si quãdo Dei spiritus sese clarius in ipso proderet.Audiunt nomen patris,quem sciunt non habere naturalẽ patrem in terris, quẽ sciebãt solitum vocare patrẽ Iosephũ. Audiunt negotia patris in quibus oporteret eum esse, cùm quæ illa essent nihil vnquam meminissent. Nec propterea ꝙ pleraq; eiusmodi ignorarẽt infœliciores erant. Satis enim vnicuiq; & talem de Deo habere cognitionem, vt ipsum vnicè amet, & eius voluntati dextrè sę occõmodet. Ita satis Mariæ & Iosephi erat agnoscere Christum se habere præsentem vt ipsi studiosè inseruirent,essentq; Deo patri ex animo grati,qui orbẽ,præcipuè autem Iudæos,tanta gratia esset dignatus. Reliqua reuelanda eis in futurum differebantur. Hoc pacto & alios sanctos à Deo ductos legimus.Porrò non prætereundum quanta fuerit parentum erga Christum veneratio.Quanquam enim sermonem eius non intelligerent , non tamen vlterius interrogant,sed obticescunt , reuerenturq; non intellectum sermonem.

ET DESCENDIT CVM EIS,ET VENIT NAZARETH,ERATQVE SVBDITVS ILLIS,&c.] Posteaquam Dominus ad horam se parentibus subtraxisset,præludium quoddam futurorum exhibens , seseq; parentibus superiorem ostendens , rursus ad solitam subiectionem

reuer

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obedientia commendatio.

reuertitur,debitam parẽtibus à filiis illius ætatis. A Itaq; qui priùs oſtẽderat ſuo exẽplo,in quibus negotiis parẽtũ poteſtati nõ ſubſimus,rurſum oſtẽdit quãta parẽtibus carnalibus debeatur reuerentia & ſubiectio, quãdo & ipſe q ſe iam parẽtibus ſuperiorẽ oſtẽderat,non dedignatur etiã ſimulato patri deinceps morẽ gerere. Cumq; priùs diuinitatis ſuæ radios quoſdã oſtendit, nunc rurſus ſua ſubiectione humanæ naturæ veritatẽ aſtruere voluit. Ita enim viſum eſt Domino Ieſu oĩa ſua dicta factaq; attẽperare,vt nũc diuinæ virtutis ſuæ veluti ſcintillas quaſdam promeret, nunc rurſus ad humanam vtilitatem ſeſe demitteret. Erubeſcãt B itaq; pueri & adoleſcentes qui negligunt honeſta parentum monita, cùm Ieſus non dedignatus ſit ſubiici ſuis parẽtibus,templum etiã, patrisq; negotium ad tempus relinquens,ne quam ſpeciem præberet filii immorigeri. Erubeſcãt & idiotæ rebelles aduerſus Epiſcopos, ſuos videlicet patres ſpirituales,quũ Ieſus maior obſecundarit minoribus,Deus ſcilicet hominibus. Cum autẽ Euangeliſta cõmendarit nobis virtutem obediẽtiæ in puero Ieſu,matris etiã eius ſingularem tum modeſtiam, tum prudentiam turſum notat, dicens:

ET MATER EIVS CONSERVABAT IN CORDE SVO OMNIA VERBA HAEC.] Hoc eſt, oĩa hęc quæ modò dicta factaq; circa puerum C dixi. Modeſtiæ enim erat,q nihil muliebri loquacitate cõcta non ſatis intellecta effutiret, nihilq; magnificum de ſe ob filii raras dotes iactaret. Prudẽtiæ verò & magnificæ de puero exiſtimationis, quòd non obiter ſingula pueri dicta factaque aduerteret, nihilq; eius inobſeruatum relinqueret, ſed ſimul oĩa reconderet in piiſſimo pectore ſuo, coniectans ex admirãdis initiis rerum exitus, volenſque poſt ſingula hæc enarrare diſcipulis, Ieſu nomen per vniuerſum orbem prædicaturis. Atq; od id videtur Lucas iam ſecundò dixiſſe Mariam omnia in corde ſuo cõſeruaſſe, quò indicaret vnde hæc ad infantiam & pueritiã Chriſti ſpectantia intellexerit. Satis autem ex hac virginis obſeruatione intelligendum relinquitur, quanta cum modeſtia & veneratione parentes huic puero quid præciperent ſi quid ei mandarent.

IESVS AVTEM PROFICIEBAT SAPIENTIA ET AETATE ET GRATIA APVD DEVM, &c. Hactenus Lucas & Matth. Ieſum ferè vocauerũt puerum aut potius puerulũ. Nã Græcè eſt παιδίον, notãtes hoc vocabulo magnã Chriſti pro nobis dignationẽ, & forte etiã alludẽtes ad illud Iſaiæ: Paruulus natus eſt nobis. Nã & *Iſa.9.* ibi Septuaginta verterunt παιδίον. Nunc verò, terminata ſcilicet pueritia, & declarata ſapiẽtia pueri, non amplius puerum, ſed Ieſum vocat Lucas. Itaq; paucis eõplexus totam Chriſti vitã ab anno duodecimo vſq; ad tẽpus prædicationis Ioannis, nihil aliud inſigne de eo prędicat, quàm quod cùm continuo incremento ætatis profecerit etiã ſapientia & gratia, ſignificãs eum nunquã non radios quoſdã diuinitatis ſuæ emiſiſſe. Porrò quod dicitur profeciſſe ſapiẽtia & gratia, ab antiquioribus interpretibus ferè intelligitur, non quòd illi quicquã acceſſerit à tẽpore quo in vtero matris diuinitas humanitati in ipſa cõceptione eſt cõnita, ſed quòd ſapientiam ſuam & gratiã magis ac magis declarauerit, & declarãdo magis ac magis habitus ſit ab hominibus profeciſſe. Quod idem eſt cum eo quòd à recẽtioribus dicitur profeciſſe Chriſtũ non ſecundùm habitũ ſapientiæ aut gratiæ, ſed ſecundũ actus ſapiẽtiæ & gratiæ, eò quod ꝓceſſerit ab actibus ſapientibus ad ſapientiores. Aliter tamen etiam à recẽtioribus explicatur hic locus de habitu ſapiẽtiæ acquiſitæ, q auctus ſit in Chriſto, cùm habitus ſapientiæ illi infuſæ aut ſapientiæ beatæ nõ ſit augmẽtatus. Verùm cùm ſapientiam hãc quæ Chriſto tanquã homini ab initio cõceptionis ſit infuſa, quaq; oĩa ab initio cognouiſſet etiã vt homo, quidã putent nõ poſſe ex ſcripturis ꝓbari, putant, vt ſuperius dictũ eſt, ſimplicius hunc locũ ſic explicãdum, vt dicatur Chriſtum ſecundum ſapientiã diuinã, hoc eſt, eam quę ei cõpetit tanquã Deo, non ꝓfeciſſe: ſecũdum ſapientiam autem humanã, hoc eſt, eam, quæ ei vt homini cõpetit, verè ꝓfeciſſe, hominum quidem more, ſed tamen ſupra modũ humanum. De hac enim ſapientia ſe loquutum Lucas ſignificat, dum Ieſum quem profeciſſe dicit ſapientia, etiã ætate profeciſſe dicit. Nec metuẽda hic videtur Damaſceni ſentẽtia, ſic ſcribentis in 3. libro, poſtquã dixiſſet Chriſtum ꝓfeciſſe ſapiẽtia, eo quòd per incrementum ætatis, ſapientiã quæ ipſi inerat in apertum deprõpſerit. Qui verò, inquit, ꝓficere ipſum dicunt ſapientia & gratia, vt hori acceſſionẽ additionemq; ſubinde ſuſcipientem, nõ extrema carnis experientia vnionem factã aſtruunt, neq; ſecundum hypoſtaſim adotãt vnionem. A Neſtoſtorio vana ſapiẽte perſuaſi, habitudinari vnionem & nudum incolatum falsò prędicãt, non cognoſcentes neq; ea quæ dicũt, neq; de quibus diſſerunt. Nã ſi verè vnita eſt Deo verbo raro extremæ exiſtentiæ, magis ꝓfectò in ipſo exiſtet, & hypoſtaticã ad ipſum habebit idẽtitatem. Quomodo ergo nõ pfectè ditata eſt omni ſapiẽtia & gratia? Non ipſa qdem per gratiã participans vt nos, neq; ſecundum gratiã ea quæ verbi ſunt participans, ſed potius ꝓpter vnionem ſecundum hypoſtaſim, humana & diuina vnius Chriſti facta participat. Sed & quia ipſe erat Deus ſimul & homo, gratiam & ſapientiã, & omnium bonorum plenitudinem mundo irrigat. Hæc ille. Verùm ex hac Damaſceni ratiocinatione tãtũ cõſequitur, Chriſtum nõ abſolutè profeciſſe ſapientia, quaſi ſcilicet nõ fuerit ab initio plenus ſapientia. Probat enim Chriſtũ hominem ratione vnionis hypoſtaticæ ab initio ſemper plenum & perfectũ fuiſſe in ſapiẽtia illa quæ verbo ꝓpria eſt. De qua, vt ratio eius ſolùm cõcludit, ita etiã eum loqui, manifeſtũ ſatis ex eo quòd carnem dicit ſapiẽtiæ plenitudinem participaſſe, nõ per gtiã, ſicut nos, ſed per vnionem hypoſtaticã ea quæ ſunt verbi participaſſe. Proinde habito reſpectu ad hanc Chriſti ſapientiam, nõ poteſt dici Chriſtus ꝓfeciſſe ſapientia, niſi quia maiorem ſemper ſapientiã factis dictisq; demõſtrauit. Verùm cùm præter hãc diuinam ſapientiã neceſſariò oporteat Chriſto quatenus homini humanam etiã tribuere ſapientiam, non cõſequitur ex Damaſceni ſententia impium eſſe & Neſtorianum, aſſerere hanc re vera quibuſdam gtadibus in Chriſto auctam fuiſſe. In vniuerſum tamen Chriſto nullam tribuere humanam ſapientiam, niſi acquiſitam, ſuprà ſatis oſtenſum eſt nõ eſſe verum: proinde locus hic & alter ei ſimilis apud Lucam ſuperius explicãdus eſt catholicè altero ꝓillorum modorum priùs poſitorũ. Porrò cùm dicit Lucas, Chriſtum profeciſſe gratia, dictio, *gratia*, anceps eſt. Poteſt enim accipi quemad

Damaſcenus lib. 3. de orthod. fide.

quemadmodum priùs, cùm dixit, & gratia Dei erat in illo pro dono Dei, quo illi grati efficimur, & bene viuimus, & tunc eodem modo oportet intelligi Chriſtum profeciſſe gratia, quomodo profecit ſapientia. Aut accipitur pro acceptabilitate & fauore, vt ſignificetur eum gratioſiorem factum tum Deo, tum hominibus commendatione virtutum ſeſe in eo profitentium. Quanquam & ſecundùm hanc acceptionem non poteſt intelligi profeciſſe gratia apud Deum, quaſi acceptabiliot & gratior poſtea factus ſit illi. Sicut enim non creuit in eo gratia habitualis, ita nec gratior factus eſt. Sed tantùm quod ſemper magis ac magis fecerit acceptabilia, grata atque meritoria opera. Primùm autem dicit *apud Deum*: deinde, *apud homines*. Primùm enim oportet Deo placere, deinde hominibus. Simile autẽ ſcribitur 1. Reg. 2. de Samuele: Puer autẽ Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Deo quàm hominibus. Porrò non ociosè legẽdum eſt quod dicitur Ieſus cum ætate profeciſſe ſemper ſapientia & gratia. Id em & oſtendit quàm eſſet à vulgi conſuetudine vita eius diuerſa, & qualiter viuendum ſit ei qui Chriſti cognomine & conſortio gloriatur. Vulgò enim præpoſtero modo ferè fieri videmus, vt ſcilicet corpus quidem iuxta naturæ curſum ſemper in melius ꝓficiat, anima verò per ſocordiam in peiora ſemper relabatur. Adoleſcẽtes enim ab infantiæ pueritiæq; puritate ad laſciuiam degenerant, iuuentus rurſum ad lites & ad pugnas proficit, virilis ætas ad ambitionem & auaritiam. Itaq; fit, vt quo quiſque propius acceſſerit ad ætatem, hoc longius recedat ab innocentia. Cæterùm qui Ieſum Chriſtum ſemel induerunt, hos oportet ad illius exemplum ſemper ad meliora conniti, ſtudereq; vt vitæ ſinceritate & ſe ſemper magis commendent Deo, & honeſtiorem ſibi ſemper famam apud homines parẽt, vt qui in eis ſemel natus eſt Chriſtus, in eis etiam ſemper grandeſcat & adoleſcat. Quanquam autẽ ab Euãgeliſtis non exprimatur, quibus rebus vacauerit Chriſtus vſque ad baptiſmum ſuum, omnino tamen veriſimile eſt labore ſuo ſibi parentibuſq; victum parando perduraſſe. Nam Marci 6. faber & fabri filius à gẽtilibus ſuis vocatur. Certè literis vacaſſe eum veriſimiliter dici non poteſt, cùm Ioã. 7. legamus, miratos Iudæos dixiſſe: Quomodo hic ſcit literas, cùm non didicerit? multo autem minus veriſimiliter dici poteſt, indulſiſſe illum ocio. Igitur cùm parentes Chriſti honeſti eſſent & iuſti, egeni autem, & neceſſariorum patientes, manifeſtum eſt quòd labores corporeos continuò frequẽtabant, neceſſaria vitæ ſibi quærentes, Ieſus autem obediens illis, vt Lucas teſtatur, etiam in ſuſtinendo labores ſubiectionẽ perfectam exhibebat. Ideo verò vſq; ad tempus à patre præfixum, nẽpe vſque ad annum circiter trigeſimũ, nihil inſigne geſſiſſe ſcribitur, præterquã quòd continuò profectu ſapientiæ & gratiæ Dei commẽdabat ſe hominibus, vt nos ſuo exemplo admoneret, ne quis ad munus Euangelicum obeundum temerè & importunè ſeſe ingerat, ſed priùs ætatis acceſſu, moribus inculpatis, cæleſtique vocatione docendi ſibi colligat autoritatem.

Finis eorum quæ duodecim capitibus de Chriſti infantia dicta ſunt.

PRÆDICAT ET BAPTIZAT IOANNES.

Matthæi 3. Marci 1. Lucæ 3. CAPVT XIII.

†b. Erat Ioãnes veſtitus pilis camelꝰ & Zona pellicea circa lumbos eius, & mel ſylueſtre edebat. Et egrediebatur ad eũ omnis regio & Hieroſolymitæ vniuerſi.

†b. Iordanis fluminis.

‖c. dicebat ergo.

◁c. o Geminina.

‖a. o demõſtrauit.

◁a. o fructũ digną

†a. vellis

▽a. quæ non facit.

ITEM[b] Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei:[a] *In diebus autem illis,*[c] anno quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris procurãte Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Thraconitidis regionis, & Lyſania Abilenæ Tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha: [b] ſicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius: [c] factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto. Et[f] venit[a] Ioannes Baptiſta[c] in omnem regionem Iordanis [&] [b] fuit Ioannes baptizans[l] & prædicans[c] in deſerto[a] Iudææ [b] baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, [a] & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Hic eſt enim de quo dictum eſt per Iſaiam prophetam dicentem, [c] ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Iſaiæ prophetæ: Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius. [c] Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erũt praua in directa, & aſpera in vias planas, & videbit omnis caro ſalutare Dei. † [c] Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem eius erat locuſtæ, & mel ſylueſtre. Tunc exibat ad eum Hieroſolyma, & omnis Iudæa, [a] & omnis regio circa Iordanem, [c] & baptizabantur ab eo in † Iordane confitentes peccata ſua. [a] Videns autem multos Phariſæorum & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, ‖ [f] dixit [a] eis, [&] [c] ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipſo: ◁ f Progenies vniperarum, quis ‖ oſtendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo ◁ fructus dignos pœnitentiæ, & ne † cœperitis dicere [a] intra vos: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ, iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor ◁ non faciens † fructum bonum, exciditur & in ignem mittitur. [c] Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Reſpõdens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas ſimiliter faciat. Venerunt autem & publicani

Universidad de Deusto
Biblioteca

publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nil amplius quàm quod constitutum est vobis, faciatis. Interrogabant autē eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus, respondit Ioannes[b] & prædicabat[b] dicens[c] omnibus:[d] Ego quidem [b] baptizauī [& f] baptizo[d] vos[a] in[d] aqua[a] in pœnitentiam: † Qui autem post me venturus est, fortior me est,[d] cuius non sum dignus [b] procumbens [b] soluere corrigiam calceamentorum eius [aut][a] calceamenta portare. △[d] Ipse vos baptizabit[f] in[d] Spiritu sancto[f] & igni, cuius ventilabrum in manu ‖ sua, & △ permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. [c] Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

† b venit autē fortior me.
b post me.
△ b ille vero.
d. c. eius.
f c. o. purgabit.

INITIVM EVANGELII IESV CHRISTI FILII DEI.] Videri posset alicui principium istud Euangelij secundùm Marcum, hoc loco non aptè positum in Concordia, sed ponendum potius fuisse in principio totius Cōcordiæ, eo quod videatur poni istud à Marco tāquam titulus historiæ Euāgelicæ. Verùm, vt satis dictum est circa illud Matthæi. Liber generationis, &c. nō tanquam titulum hæc verba posuit Euangelista, sed procœmij cuiusdā vice, quò ostendat vnde auspicaturus sit historiam Euāgelicam, nempe non à generatione & infantia Saluatoris, quēadmodum Matthæus, sed à principio Euangelij, hoc est, prædicationis Iesu Christi, quæ cœpit à prædicatione Ioannis. Proinde notādum quomodo Spiritus sancti dispēsatione factum sit, vt singuli Euangelistæ propriū haberent sui Euangelij exordium. Matthæus enim & Ioannes à Christo incipiunt, sed ille à Christi humana generatione, iste verò ab eius diuina generatione & excellentia. Marcus & Lucas à Ioanne incipiunt. Lucas quidem à Ioannis natiuitate, Marcus verò à Ioannis prædicatione, quam mox sequuta est prædicatio Christi. Porrò posita iam verba Marci dupliciter cum sequentibus apud Marcum leguntur. Quidam enim hæc verba cum sequētibus coniungūt hoc modo: *initium Euāgelij Iesu Christi, sicut scriptum est in Isaia Propheta*, vel *in prophetis*, vt significent prædicationem Euangelicam Christi tale omnino sortitam principium, quale eam habituram prophetæ iam olim prædixerant. Atque hoc modo distinguunt omnes Græci codices & interpretes. Latini verò codices hæc verba, *initium Euangelij Iesu Christi filij Dei*, separant à sequētibus, vt ibi: *sicut scriptum est*, &c. principium fit nouæ sententiæ, & illud, *sicut*, pendeat eum eo quod sequitur, *fuit Ioannes in deserto baptizans*, & sit sensus: Sicut scriptum est in prophetis, ita fuit Ioannes baptizans in deserto. Hæc autem distinctio omnino aptior videtur, tum quod illud, *initium Euangelij Iesu Christi filij Dei*, absolutè videatur posuisse Marcus in exordio suæ historiæ, sicut Matthæus illud absolutè posuit, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahā: tum quod Lucas hic dicat, *Factum est verbum Domini super Ioannem*, &c. *Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismū*, &c. *sicut scriptum est in libro sermonum*, &c. Cui loquutioni omnino consentit hæc apud Marcum distinctio. Proinde hanc in Concordia sequuti sumus. Debet autem in verbis istis aliquid subintelligi hoc modo: initium Euangelij Iesu Christi, tale fuit. Dicit autem, *filij Dei*, cùm Matthæus dixerit, *filij Dauid, filij Abraham*. Nam Matthæus quidem susceperat in principio ostēdere Christi natiuitatem temporalem, quodque secundùm eam ex Dauide natus esset: Marcus verò à prædicatione & miraculis Christi auspicatur, per quæ demonstratur non humanitas, sed diuinitas ipsius. Bene itaque dicit, *initium Euangelij Iesu Christi filij Dei*, vt significet se per Euangelium ostensurum, Iesum & esse Christum à Iudæis expectatum, & esse verè filium Dei. Constat autem ex dictis Euangelium hoc loco non accipi, quomodo dicimus, Euāgelium Matthæi, aut Marci, pro scriptura scilicet historiæ Euangelicæ, sed pro ipsa prædicatione Euangelica, & bona illa annunciatione de Christo & per Christum mundo illata.

ANNO QVINTODECIMO IMPERII TIBERII CAESARIS, PROCVRANTE PONTIO PILATO.] Historiographorum & ꝓphetarū more propter narrationis veritatē confirmādam, distinctè describit Lucas, quo tempore & sub quibus cœpta sit prædicatio Ioannis & Christi, & quidem non sine Spiritus sancti vtili dispēsatione. Nisi enim hoc loco annum imperij Lucas expressisset, ignoraremus, quo anno cœpta fuisset vtriusque prædicatio. Ex quo deinde cognoscimus quoto anno imperii Augusti Christus & Ioannes nati sint, dum designato huic tēpori addimus, id quod postea dicit Lucas, Christum ferè annorum 30. fuisse cùm à Ioāne baptizaretur. Meminit autem Tyberii Cæsaris, ꝙ tum Iudæa Romano subesset imperio, & p annos Imperatorum tunc annum & tempus rei gestæ designari solitum esset. Deinde verò ostēdit qui tunc apud Iudæos præessent, tum in tēporalibus, tum in rebus diuinis. *Procurante* (inquit, vel præsidem agēte) *Pontio Pilato in Iudæa*. Archelao enim postquā 10. annos præfuisset, sublato ab Octauio Augusto, & in exilium relegato Viennam Galliæ ciuitatem, Iudæa tributaria facta dispensationi Syriæ coniuncta est, nec amplius per principem, sed per ꝓcuratorem & præsidem gubernabatur. Primus itaq; Iudæorum præses ab Augusto destinatur Coponius, quo post non multum tēporis Romam reuerso, successor regendæ prouinciæ Marcus efficitur. Huic quoq; successit Annius Rufus, sub quo Augustus imperator mortuus est. Cuius deinde successor Valerius Gratus effeitur, qui Romam reuersus postquam vndecim annis præfuisset Iudæis, successorem à Tiberio accepit Pontium Pilatum, sub quo Christum & Ioānem prædicasse etiā Iosephus testatur, lib. 18. Antiqui. Hic autem Pilatus postquam decimum in Iudæa cōplesset annum, Romam pergit, quo se de quibusdam criminibus in iudicio Cæsaris expurgaret. Verùm priusquam Romam venerat, Tiberius mortuus est, qui regnauerat annis 22. Ex quibus cōsequitur, duodecimo an. Imperii Tiberii Pilatū cœpisse præsidere in Iudæa, & ipsius tertio aut quarto anno cœpisse Ioānis ꝓdicationem. Post Pilatum autem Marcellus à Vitello præses cōstituitur

Ordo ꝓsidum Iudææ.

Tiberij tempora.

tuitur, post hunc verò fuit Maxillus. Deinde mortuo Herode Agrippa à Claudio mittitur Iudææ ꝓfectus, Cuspius Fadus. Huic successor venit Tyberius Alexāder. Et huic successor aduenit Cumanus, quo in exiliū misso, Claudius Felicē prætē in Iudęam misit: quo etiam ob Iudæorū accusationem pulso, præses datus est Iudæis Portius Festus, de quibus duob. Act. 24. Mortuo autē Festo Albinus in Iudæam præses mittitur, qui successorem accepit Gessium Florū, sub quo cœpit Iudæorū per Romanos deuastatio, quemadmodū hęc omnia patent ex Iosepho. Porro tres isti tetrarchæ qui hic à Luca ponūtur, Herodes, Philippus & Lysanias, putātur à plerisque fuisse tres filij Herodis maioris, secundū sententiam Eusebij in Chronicis, ac dicti tetrarchę, quòd quartā partē regni Herodis simul cū quarto filio Archelao, singuli gubernandam accepissent. Diuisisse enim patant Augustū regnū Herodis in quatuor partes, & quatuor illis filiis, singulis vnam partem dedisse, quorū pars ea quæ Archelao obtigerat, illo expulso Pilati procurationi assignata sit. Verùm hęc sententia, quæ occasionem sumpsisse videtur, partim ex nominis Tetrarchę significatione, partim ex enumeratione istorum quatuor, Pilati scilicet, qui Archelai parti præsidebat, Herodis, Philippi & Lysaniæ, duplicem in se manifestè errorem cōtinet. Primùm enim falsum est, Herodis maioris regnum in quatuor partes fuisse diuisum, cùm, vt patet ex Iosepho, in tres tantùm fuerit ab augusto secundùm testamentū patris diuisum, medietate scilicet assignata Archelao, duabus verò reliquis partibus distributis Herodi & Philippo. Non em Lysanias filius fuit Herodis, nec illius aliquā portionē possedit, sed, vt ex eodem patet Iosepho lib. 14. cap. 21. filius fuit ptolomæi Minæi Chalcidis iuxta Libanum montem tyranni, succedens patri in regno etiam priusquam Herodes maior regnum Iudææ à Romanis accepisset. Deinde falsum est, tres istos qui à Luca tetrarchę dicūtur sic esse dictos à quarta parte regni accepta, quam uis nomē tetrarchię à regni quarta portione omnino videatur esse desumptum. Nā Herodes maior & frater eius Phaselus, priusquā Herodes rex à Romanis declararetur, ambo tetrarchę Iudęorū cōstituti sunt ab Antonino, vt scribit Iosephus libro & capite prędictis. Et Plin. lib. 5. c. 23. in Celesyria tradit fuisse tetrarchias 17. Et ī decapolitana regione tetrarchias sex numerat cap. 18. quæ sūt, Trachonitis, Paneas, in qua Cæsarea, Abila, Arca, Ampeloessa, Gabe. Proinde videri potest Syriæ administrationem Græcis quadripartitā fuisse, atque in Tetrarchias ipsas regiones suis limitibus determinatas, & præsides earū Tetrarchas appellatos fuisse. Deinde illis amplius diuisis, & aucto portionū numero, vetus interim & primò data tum nomen permansisse. Esse autem Tetrarchiā principatum ad instar regni, patet ex Plinio lib. & cap. prædictis. Nam cap. 18. dicit: Intercursant cinguntque has vrbes tetrarchiæ regnorum instar singulæ, & in regna cōtribuuntur, &c. Et cap. 21. tetrarchias 17. dicit in Syria in regna descriptas barbaris nominibus. Et Iosephus sępe tetrarchias regna vocat. Et Cicero lib. 1. de diuinatione loquens de rege Deiotaro: Cuius (inquit) hoc præclarissimum est, quod postquam à Cæsare tetrarchiæ regno, pecuniáque mulctatus esset, negat se tamen eorum auspiciorum quæ sibi ad pompe-

Qui dicū tur tetrarchæ.

ium proficiscenti secunda euenerunt, pœnitere. Esse tamen tetrarchæ nomen inferius nomine regis, vel ex eo satis patet, quòd, vt narrat Iosephus, Herodes iste tetrarcha videns Herodem Agrippā à Caio Cæsare regia dignitate donatum, Romam instinctu Herodiadis perrexerit, quò similē dignitatem ab imperatore obineret. Porro tres istas tetrarchias, Herodis, Philippi & Lysanię, postea à Caio, Agrippa obtinuit.

SVB PRINCIPIBVS SACERDOTVM, ANNA ET CAIPHA, &c.] Herodes maior commisso sibi à Romanis regno, pontificatū qui per successionē debebat obtingere alicui per petuo iure, ignobilibus sacerdotibus, qui nō erāt ex genere Asmoneorum tribuit, pro suo voto mutans quoties liberet. Similia quoque gessit in constitutione sacerdotum Archelaus, pariter & Romani postea super Iudæos obtinentes imperium. Nam, vt scribit Iosephus lib. antiquit. 18. capi. 4. Valerius Gratus Ananū quendam remouēs pontificatu Ismaelē filium Iabi pontificem designauit. Sed & hunc non multo pòst abiiciens, Eleazarum filium Annæ pontificis sacerdotio surrogauit. Post annum verò etiam hunc arcet officio, & Simoni cuidā Camithi filio ministerium pontificatus attribuit. Sed nō amplius & ipse quā vnius anni spacio eodem perfunctus officio, Iosephum, cui Caiphas nomen erat, habuit successorē. Vnde verisimile est temporibus Pilati Annā & Caiphā obtinuisse largitionib. vt vicissim pōtificatus munus obirent, atque ob id dixisse Lucā. sub principibus sacerdotū Anna & Caipha. Quod autem Eusebius lib. 1. Ecclesiasticæ historiæ colligit ex illa quæ iā dicta est substitutione pontificum facta per Gratum, annos prædicationis Christi, vanum est, cùm Gratus præcesserit Pilatū, vt patet ex eodem Iosepho. Bene autem notat Lucas hac principū & sacerdotum descriptione, aptū fuisse istud tempus manifestationis Christi, & prædicationis regni cœlorum. Cùm enim terrenum regnum & sacerdotium apud Iudæos tā malè haberet, vt præter sectionem principatuum profanorum, atque ob id multimodam tyrannidē in reb. externis, sacerdotij quoque dignitas scissa esset, Romanorum auaritiæ & sacerdotum ambitioni penitus prostituta, tum sanè aptissimum erat tēpus, vt expectatus ille Iudæorum rex simul & sacerdos manifestaretur, & regno terreno atque sacerdotio legali abolito, succederet regnum cœleste & sacerdotium spirituale. Tum &apta occasio prædicandi regnum cœlorum. Nunquam etenim ad percipiēda cœlestia magis capaces sumus quā vbi terrena omnia aduersa cadunt. Porro Matthæus tempus prædicationis Ioannis indistinctè significauit, dicēs, *in diebus illis*. Vbi tamen intelligendum est, Matthæum per dies illos non voluisse certum illud tempus demonstrare quod in eas explicat. Sed nec illos dies, de quibus antè locutus est in secundo capite: sed totum illum tempus quod fuit à Christi puritia vsque ad Ioannis prædicationem. Mos enim scripturæ est in diebus illis sequentibus, ponere pro quolibet tempore. Proinde hæc verba Matthæi rectius præponuntur verbis Lucæ.

SICVT SCRIPTVM EST IN ISAIA PROPHETA, &c.] Græci codices non habent, *In Isaia propheta*, sed, *in prophetis*. Verùm id apparet mutatum à doctis data opera, ꝙ deprehēderent

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc teſtimonium ex duobus prophetis eſſe cõſta tum. Nam prior pars eſt ex Malachiæ cap. 3. Poſterior verò ex Iſaiæ cap. 40. Hieronymus enim in libro de optimo genere interpretandi proponit tãquam inſolubilem quæſtionẽ, quomodo Marcus ſcripſerit iſtud dictum in Iſaia propheta, cũ ex diuerſis deſumptũ ſit prophetis. Vnde apparet Hieronymi tẽpore etiam Græcos codices habuiſſe, ſicut nunc habent Latini. Et tamen etiã Irenæus legit, *in prophetis*, lib. 3. cap. 11. Porro dum legitur *in Iſaia propheta*, dicendum ideo duo prophetarum teſtimonnia ſub Iſaiæ nomine coniungi, q̃ Iſaias prior idem illud quod vaticinatus eſt Malachias, inſinuauerit. Sciens enim (inquit Auguſtinus) omnia ad autorem referenda, dicta hæc ad Iſaiam reuocauit, qui ſenſum iſtum prior intimauerat. Denique poſt verba Malachiæ, ſtatim ſubiecit dicẽs: *Vox clamantis in deſerto*, &c. vt iungeret verba vtriuſque prophetæ ad vnum ſenſum pertinentia ſub perſona prioris prophetæ. Hæc ille. Cùm enim Euangeliſta principaliter inſtituiſſet afferre Iſaiæ teſtimonium de Ioanne, quemadmodũ fecerat Matthæus, obiter interſeruit & alterum alterius prophetæ de eodem teſtimoniũ, quò prophetarum conſonantiam oſtenderet, & Iſaiæ teſtimonium magis explicaret, oſtenderétque quis eſſet quem Iſaias dixit clamaturum: *Parate viam Domini*, nempe quem dixit alter angelum Dei qui parauit viam eius. Porro citatio Euangeliſtæ nonnihil diſſidet ab Hebraica veritate, & à Septuaginta. Nam Hebræa ſic habent, interprete Hieronymo *Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam*; conſentientibus per omnia Septuaginta, niſi quòd pro præſenti, *mitto*, verterũt futurum, *mittam*. Marcus autem: *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viã tuam ante te*, quomodo & Matthæus hoc teſtimoniũ cap. 11. citat dictum à Domino de Ioanne. Neque enim Euangeliſtis & Chriſto curæ fuit citare ad verbũ prophetarum dicta, ſed contenti fuerunt ſententiarum transferre veritatem. Hæc itaque diuerſitas verborum non præiudicat ſenſuum idẽtitati, imò myſterij cuiuſdam explicationem in ſe cõtinet, & intelligentiam rectam prophetæ demonſtrat. Apud Euangeliſtam enim certũ eſt eſſe verba patris ad filium. Apud prophetam autẽ ſiue intelligãtur eſſe verba Chriſti de ſe loquẽtis, vt vult Hieronymus, ſiue verba patris, ſemper ſignificatur Chriſti æqualitas eũ patre, & diuinitas eadẽ. Nam ſi ipſe ibi loquitur, cùm eundem ibi dicatur mittere quẽ hic dicitur mittere pater, ſatis ſignificatur æqualis vtriuſque autoritas. Si verò & apud Malachiã pater loquitur, vt eſt veriſimile propter ea quæ ſequuntur: Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos quæritis, & angelus teſtamenti quẽ vos vultis, rurſum diuinitas Chriſti ſignificatur, cùm conſequatur eandẽ eſſe facié patris & Chriſti, atque in Chriſto veniſe etiam ad nos Deum patrẽ, aut Chriſtum eſſe faciem patris, vt quod dicitur apud prophetã, ante faciem meam, idem ſit cum eo quod Euangeliſtæ habent, *ante te*. Ideóque etiam neceſſaria fuit huiuſmodi mutatio, vt ne intelligeremus Deum patrẽ qui ibi loquitur, venturum ad nos in propria ſua perſona, ſed in perſona filij ſui: quod & apud prophetam ſatis ſignificatur per hoc quod ſequitur: Et ſtatim veniet dominator, &c. Cæterũ Ioannes angelus dicitur, non natura, ſed ratione officij quod ipſo nomine magis ſignificatur. Eſt eñ angelus Latinè nuncius, quamuis etiã angelus rectè ob id intelligitur nominari, quod angelicã planè vitam in hoc mundo degerit. Altera propheria, quæ ex Iſaia deſumpta eſt, poſtea explicabitur.

A

B

C

D

E

«FACTVM EST VERBVM DOMINI SVPER IOANNEM ZACHARIAE FILIVM IN DESERTO: ET VENIT, &c.] prophetarum more atq; Hebraica phraſi Lucas Ioãnem tanquã verè prophetã miſſum dicit à Deo ad prædicandũ. *Factum eſt* (inquit) *verbũ Domini*, hoc eſt iuſſio ac inſpiratio Domini, *ſuper Ioannem*, hoc eſt, ad Ioãnem: quo ſignificat quòd non ex ſeipſo acceſſerit ad prædicandum & baptizandum, ſed ex diuino mandato, ſiue illud acceperit per interiorem inſpirationem, ſiue per externã & ſenſibilem aliquam vocem. Porro quòd Ioannes tam mirabiliter natus eſt, tã ſanctè vixerit, à prophetis promiſſus ſit, nec niſi à Deo iuſſus ad prædicandũ accẽſerit: hæc, inquam, omnia faciunt ad commendandam nobis Chriſti quem prædicauit, & Euangelij eius maieſtatem. Vt autẽ in deſerto lateret Ioannes ad prædicationis tempus præter cauſas ſuperius dictas in fine capitis 5. etiã ideo cõueniebat, ne ſuſpicio eſſet hominibus, Ioannẽ gratia affinitatis cum Chriſto, aut conſuetudinis à teneris annis, talia de Chriſto teſtatũ fuiſſe, propter quod & poſtea teſtificãs dicit: *Et ego neſciebam illum*. Verùm cùm Lucas dicat factum eſſe verbum Domini ad Ioannem in deſerto, indéque eum veniſſe circa Iordanẽ, & ibi prædicaſſe & baptizaſſe, quomodo Matthæus dicit eum veniſſe & prædicaſſe in deſerto Iudææ, ſicut & Marcus in deſerto eũ baptizaſſe & prædicaſſe teſtatur? Intelligendũ ita que, ex interioti & vaſtiori deſerto in quo multis annis vixerat, veniſſe Ioannem circa Iordanis regionem, eámq; à Matthæo vocari deſertum Iudææ q̃ in ea rari & ſparſim homines habitarent, ſicut in Hercynia ſylua, aliisq; incultis locis videre eſt. In deſerto autẽ, nõ in templo (quod Chriſto deputatum erat ſecundum prophetiam Malachiæ dicentis: Statim veniet ad templum ſanctum ſuũ dominator, &c.) Ioannes prædicabat. primũ quidẽ, vt exordium nouæ legis correſpõderet lationi veteris legis, quæ in deſerto data eſt. Deinde quo ſignificaretur, neceſſe eſſe vt ciuitatum corruptiſſimos mores deſerat, ac carnalium veteris legis cæremoniarum, quarum in Hieruſalem maximè erat obſeruatio, fiduciam deponat, quiſquis ſe ad pœnitentiam, ad baptiſmũ, & Euangelij gratiam, quæ Ioannes prædicabat, parare vellet. Poſtremũ per hoc inſinuatum eſt, Euãgelicam gratiam maximè prædicandam in ſolitudine gẽtium, iámque implẽdum quod per Iſaiã Dominus cap. 41. promiſit dicens: Ponam deſertũ in ſtagna aquarũ, & terrã inuiam in riuos aquarum, &c. De quo deſerto frequẽter idem propheta, vt cap. 32. erit deſertum in Charmel, hoc eſt, agrum bene cultum. Et cap. 35. Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. Germinãs germinabit, & exultabit lætabũda & laudans. pro quo Septuaginta habẽt: Florebunt, & exultabunt deſerta Iordanis. per quod ſecundùm Hieronymũ demõſtratur Ioannis in Iordane baptiſmus pœnitẽtiæ. Et cap. 54. Lætare ſterilis quæ nõ paris, quoniã multi filij deſertæ magis quàm eius quæ habet virum. Vnde Hieron. in Iſaia ſuper illud: Vox clamantis, &c. Animaduertendum, inquit, quòd rectæ

rectæ viæ Domini, & ſemitę Dei noſtri nõ prædicentur in Ieruſalem, ſed in ſolitudine Eccleſiæ, & in deſerta gentiũ multitudine, de qua ſupra legimus: Lætare deſerta ſitiẽs, & exultet ſolitudo, & floreat quaſi liliũ. Iordanis autẽ fluuius (iuxta quẽ conuerſatus eſt Ioannes, quò baptizãdis eſſet aquę copia) effunditur duobus fontib. ex iugo Libani, quod Antilibanum vocãt. Fõtium alter Ior, alter Dan dictus, teſte Ioſepho, qui vt vndis, ſic & nomine coeũt, & Iordanem faciunt, Hebraicè Iardan. Hic autem fluuius non procul à fontibus lacum fundit, quem Samochonitin vocãt, à quo cẽtum viginti ſtadiis delapſus, aliũ efficit priori ma iorem, Tiberiadis cognominatũ, à Tiberiade ſcilicet oppido, quod Herodes Tetrarcha, parentum morẽ ſecutus, extructũ Imperatoris nomine donauit. Vocatur & Geneſar & Geneſaret in ſcriptu ris, & mare Galilææ. Hoc lacu dimiſſo Iordanis multa ſolitudine peregrata demum ſe Aſphaltiti lacui miſcet, aquáſq; laudatas, vt ait Plinius, perdit peſtilẽtibus mixtas. In eo enim lacu, quod & mare mortuũ dicitur, ita abſorbetur Iordanis vt vltra nõ erumpat. Hũc itaq; Iordanis fluuiũ cõueniens erat deligi exordiendo baptiſmo, tum vt ex flunij celebritate, quo nullus alius erat apud Iudęos maior & celebrior, nouo baptizãdi ritui gloria quædam accederet: tum quòd in eo flumine iam præceſſerant aliquot miracula ad baptiſmũ pertinẽtia. Iordanem enim olim ſiccis pedibus trãſiens Iſraeliticus populus intrauit in promiſſam terrã. Et Helias tranſito Iordane ſimili miraculo aſſumptus eſt igneo curru in cœlũ. Sic & per baptiſmũ introitus eſt in regnum cœlorum, ac regionẽ verè viuentiũ ſanctis promiſſam. Deinde & Naamã Syrus iuſſu Eliſei in eo flumine ſepties lotus à lepra mundatus fuit, vt ſcribitur 2. Reg. 5. ac ex idololatra factus Dei cultor. Quo ſignificatum fuit gentiles baptiſmum ſeptiformis ſpiritus à noxia lepra, carnis ſcilicet corruptione, mũdatos, adſcribẽdos vero Dei populo. Iã & otigo huius fluuij, & nominis ſignificatio optimè conuenit baptiſmo pœnitentiæ quem prædicauit Ioãnes. Iordanis em̃ interpretatur ſecundũ multos, fluuius iudicij, vt ſit Iordanis quaſi Ieordanis: Ieor enim Hebræis fluuius, Dan verò iudiciũ. Quid eſt autẽ aliud baptiſmus pœnitentiæ, quã fluuius quidam iudicij, quo ſcilicet quis ſeipſum cõdemnat & iudicat, ne iudicetur à Domino? Sicut autẽ ex duobus fontibus oritur Iordanis, ita & purificator fluuius baptiſmatis ex duobus ſcatet fontibus, nempe agnitione propriæ iniuſtitiæ, & recordatione bonitatis diuinæ.

De Iordane.

A

B

C

D

E

«FVIT IOANNES BAPTIZANS ET PRAEDICANS e IN DESERTO f IVDAE Ae h BAPTISMVM, &c.] Ordo inuerſus. Priùs enim prædicabat pœnitentiã, deinde baptiſmum pœnitentiæ, ac poſtremũ baptizabat. Si quidem ab eis qui agnouerunt peccata ſua, ſeq; pœnitere teſtabãtur, exegit baptiſmi ſuſceptionẽ, in teſtimoniũ deteſtationis veteris vitæ, ac deſidij purgationis peccatorũ ſuorũ. Atq; ob id baptiſmus illius, dicebatur pœnitentię baptiſmus, quòd ſcilicet in teſtimoniũ pœnitẽtiæ ſuſciperetur. Verùm difficultas oſt in verbis ſequentibus, nempè, ret per Ioannis baptiſma collatã fuiſſe peccatorum remiſſionẽ. Et quidẽ fuerunt, & adhuc hodie ſunt, qui id ex his verbis intelligũt, nullam, quod ad ſubſtantiã attinet, differentiam cõſtituentes inter baptiſma Chriſti & Ioannis, vtrobiq; peccatorum remiſſionem & ſpiritum ſanctum afferentes conferri, quamuis nõ æquè perfecto modo. In hac ſententia fuiſſe Prudentiũ apparet, qui in hymno ieiunantium de Ioanne ſic canit: *Hortator ille primus & doctor nouæ Fuit ſalutis, nam ſacrato in flumine Veterum piatas lauit errorum notas. Sed tincta poſtquam membra deſæcauerat, Cælo refulgens influebat ſpiritus. Hoc ex lauacro labe dempta criminum Ibant venati non ſecus quam ſirudis Auri recocta vena pulchrum ſplendeat: Micet metalli ſiue lux argentei Sudum polito præniens purgamine.* Verùm hanc ſententiam falſam eſſe, ex duobus potiſſimum conſtat. Primùm, quod Ioannes ipſe dicat, *Ego quidem baptizo vos aqua in pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, baptizabit vos in ſpiritu ſancto*, ſignificans ſe non baptizare in ſpiritu ſancto, ſine quo non eſt remiſſio peccatorum. Quod & frequenter ſimilibus verbis inculcat, vt patet apud Ioan. cap. 1. *Matt. 3.* Secundò, idem patet ex Actis Apoſtol. cap. 18. ex eo quòd baptizati ſolùm baptiſmo Ioannis, rurſum baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu iuſſu Pauli Apoſtoli. Ita enim ex hoc facto colligit Hieronymus in lib. aduerſus Luciferianos dicens Ioannis baptiſma intantum imperfectum fuit, vt conſtet poſtea Chriſti baptiſmate baptizatos, qui ab eo fuerant baptizati. D. tamen Ambroſius lib. 1. de ſpiritu ſancto cap. 3. videtur ſentire; eos qui in Actis dicuntur rebaptizati, quòd dicerent ſe baptizatos in Ioannis baptiſmate, non fuiſſe rebaptizandos, ſi rectè fuiſſent in Ioannis baptiſmate baptizati, ac Ioannem ipſum baptizaſſe in remiſſionem peccatorum. Sic enim habet: Illi qui negauerunt ſe ſpiritum ſcire, quamuis baptizatos ſe dicerent in Ioannis baptiſmo, baptizati ſunt poſtea, quia Ioãnes in remiſſionem peccatorum, in aduenientis Ieſu, non in ſuo baptizauit nomine. Et ideo ſpiritum neſciebant, quia nec baptiſmum in Chriſti nomine, ſicut Ioãnes baptizare ſolebat, acceperant. Hæc ille. Verùm diuerſum fuiſſe baptiſmum Ioãnis à baptiſmo Chriſti, vt Ioãnis baptiſmo etiam rectè baptizati, rurſũ baptizandi eſſẽt in Chriſto, nimis manifeſtum eſt. Primùm ex verbis Pauli dicentis illo loco: Ioannes quidẽ baptizauit baptiſmo pœnitentię populum, &c. Quibus verbis ſatis ſignificat, Ioãnis baptiſmum dictum eſſe proprio nomine baptiſmũ pœnitẽtię, aliumq; eſſe baptiſmum Chriſti, qui aliud ꝓpriumnomen haberet, nempe baptiſmus fidei vel gratiæ, vel, vt ipſe vocat ad Titum ſcribens, lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti. Idẽ ſecundò paret ex eo quòd capite præcedenti, nẽpe 18. Act. dicitur Apollo tantùm nouiſſe baptiſma Ioãnis, quo ſignificatur fuiſſe & alterum baptiſmum quẽ ille ignorabat, cùm alioqui Chriſtũ edoctus eſſet & doceret. Sed & Ambroſius alibi apertè diſtinguit inter baptiſmum Chriſti & Ioãnis. Sic enim ſcribit in præfatione in enarrationẽ pſalmi 37. Et fortè ſupplicia prędiuidet, qui baptizatur baptiſmo pœnitentiæ. At verò ille gratiã ſpectat, qui baptizatur in Chriſto. Baptiſmus ergo Ioannis, oculus ſuppliciorum eſt: Baptiſmus Chriſti, oculus gratiarum. Rurſum in commentariis in Lucam ſuper illud: *Ego vos aqua baptizo*. Aliud fuit baptiſma pœnitentiæ, aliud verò gratiæ eſt. Iſtud ex vtroque, nempe aqua & ſpiritu: illud ex vno, ſcilicet aqua. Quare falſa etiã eſt ſententia Magiſtri

An Ioannis baptiſma contulerit remiſſionẽ peccatorum. *In remiſſionem peccatorũ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententiam,qui distin.2.4.sententiarum ex verbis Ambrosij motus, existimat nō fuisse rebaptizandos baptismo Ioannis baptizatos,qui spiritū sanctum agnouerunt,nec spem salutis in Ioannisbaptismo posuerunt.Si enim, vt etiam ipse fatetur, Ioannis baptismus non delebat peccata,nec erat in spiritu,ergo necessarius erat etiam illis Christi baptismus,quia nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto,non potest videre regnum Dei.Proinde sciendum, locum hunc quo dicitur Ioannes prædicasse baptismum pœnitentiæ in remissionē peccatorū,dupliciter intelligi inorthodoxo sensu. Quidam,inter quos Gregorius in homilia 20.super Euangelia,& item Beda.intelligunt baptismū pœnitentiæ quem prædicauit Ioannes in remissionem peccatorum,non baptismū, quo Ioannes baptizauit, sed baptismum Christi,quem prædicauerit instare, & per eum tollenda peccata hominum. Secundùm quam sententiā recto ordine dictū esset à Marco:*Fuit Ioannes baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Christi enim baptisma etiam rectè dici potest baptismus pœnitentiæ, quoniā etiam ille pœnitentiam prærequirit. Vnde Actuum 2. dicit Petrus: Pœnitemini, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Domini Iesu Christi.Verū quoniā Paulus baptisma Ioānis vocat quasi proprio nomine baptisma pœnitentiæ,sicut & ipse Ioānes dixit se baptizare aqua in pœnitentiā, verisimile est & hoc loco per baptismū pœnitentiæ, debere intelligi baptismū Ioannis, eundémq; illū prædicasse quo baptizabat. Itaque intelligendū prædicasse eum baptismum suum in remissionē peccatorū,hoc est,vt per pœnitentiā præparati tandem consequerētur per fidem in Christū & baptisma illius remissionem peccatorū,quomodo intelligitur à quibusdā quod dicitur in cantico Zachariæ missus Ioannes ad dandam sciētiam salutis plebi eius in remissionem peccatorū. Quare illud,*in remissionem*, nō debet coniungi cum accusatiuo, *baptismum*,sed vel cum genitiuo.*pœnitentiæ*.vel potius cum participio, *prædicans*. Quamuis autem etiam Christi baptismus prærequirat in adultis pœnitentiam & detestationem veteris vitæ,& Ioannes dum baptizaret,etiam doceret credendum esse in Christū post se venturum, vt patet ex verbis Pauli Act.19.tamē Ioānis baptisma peculiariter dicitur baptisma pœnitentiæ,quòd potissimum ad pœnitentiā inuitaret,& in testimonium pœnitētiæ daretur maximè.Christi verò baptisma, rectè dicitur baptismus fidei,ꝙ hic præcipuè sit signū fidei in Christum.Vterq; enim baptismus ab eo quod in ipso præcipuū est nominatur.Ita ad distinctionē,Ioānis baptisma,dicitur baptisma aquę: Christi verò,baptisma gratiæ vel spiritus. Et illud quidē dicitur Ioānis,quāuis à Deo esset,& nō ex hominibus,tum quia Ioānes primus erat qui eo baptizauit,tū quia nihil ibi gereretur quod non ageret homo.Baptisma verò gratiæ & spiritus,nō dicitur eius qui baptizat, sed Christi, ꝙ ipse sit qui quod est potissimū in ipso, inuisibiliter operatur per visibile hominis ministeriū, quódq; Christus baptismum hunc primus instituerit.Porro an Ioānes baptizauerit cum certa aliqua verborum forma, sicut præscriptis verbis confertur baptismus Christi,incertum est.Ambrosius quidem videtur ex verbis superius positis ex lib.1.de spiritu sancto sensisse,Ioānem baptizasse in nomine aduentūs Iesu,sicut nos baptizamus in nomine trinitatis. Idem & Hieronymum sensisse apparet ex his quę scribit super 2.cap.Iohelis,hoc modo:qui dicit se credere in Christum,nō credens in spiritum sanctum,perfectæ fidei oculos non habebit.Vnde & in Actibus Apostolorū qui baptizati erāt baptismate Ioannis in eum qui venturus est,hoc est, in nomine Domini Iesu,quia respōderunt Paulo interrogāti: Sed ne si sit quidē spiritus sanctus nouimus,iterum baptizantur, imò verū baptisma accipiunt,quia fine spiritu sancto & mysterio trinitatis quicquid in vnā aut alterā personam accipitur, imperfectum est. Hæc ille. Locus tamen ille scripturæ, vnde certum est Ambrosiū & Hieronymum collegisse istud, nō necessariò illud arguit. Ex eo enim quod Paulus dicit Act.19.Ioānes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum,dicēs,in eum qui vēturus esset post ipsum vt crederēt,hoc est,in Iesum,nō sequitur Ioannē baptizasse in nomine venturi Christi, sed tantùm Ioannem prædicasse baptizatis à se fidem in vēturum Christū. Appollo enim qui tātùm sciuit baptisma Ioānis, & tamen docebat diligenter ea quæ sunt Iesu,nō baptizatus fuit.nec baptizabat in nomine vēturi, vt qui sciebat Christum iā venisse. Quāmuis autem baptismus Ioannis,vt ex dictis patet,nō contulerit remissionem peccatorum, multis tamē de causis, conuenienter fuit institutus,& vtilis fuit. Primùm quidē, vt Ioannes suo baptismo hominēs ad pœnitentiam inuitaret, sicque præpararet ad suscipiendum Euangelicā gratiam. Vndē ipse dicit apud Matthæum: *Ego baptizo vos aqua in pœnitentiam.*Secundò, vt occasione baptismatis ipsius manifestaretur Christus, & cognosceretur quis esset qui baptizaret in spiritu. Quam causam etiam ipse Ioannes reddit dicens: *Vt manifestetur in Israel,propterea veni ego in aqua baptizans.* Et rursum: *Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descēdentem,& manentem super eum,hic est qui baptizat in spiritu sancto.* Tertio, vt suo baptismo Ioannes assuefaceret homines ad baptismā Christi.Vnde Gregorius dicit ho.7.in Euangelia: Cur baptizat qui peccata per baptisma non relaxat, nisi vt prædicationis suæ ordinē seruans, qui nascituru nascendo præuenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizando præueniret? Quartò,quia oportebat vt Christus à Ioanne baptizatus,baptismum consecraret, vt dicit Augustinus super Ioannem.

Matt.3. Marci 1. Baptismus Ioannis ad quid valeat Ioan.1.

,POENITENTIAM AGITE: APPROPINQVAVIT ENIM REGNVM CAELORVM.&c.] Breuissima verba, sed quæ summā ferè totius Euangelicæ prædicationis complectuntur, vnde hisce eisdem verbis & Christus & Apostoli eius Euangelū suū auspicati sunt, vt patet Matt. 4.& 10.Porro nomen pœnitentiæ(quod probabilius à pœna dicitur) generaliter quidem Latinis significat omnē displicentiam & dolorem de re aliqua à nobis gesta, quam à nobis mallemus nō fuisse factam: sed vt de pœnitentia frequēs in scripturis est sermo,dum ea laudatur,& à nobis exigitur,accipitur pœnitētia pro displicētia & dolore ob peccatum aliquod contra Deū commissum. Nonnunquam etiā in vsu ecclesiastico apud patres pœnitētiæ nomē pro satisfactione accipitur, & præscripta à sacerdotib.pœna,qua quis admissa peccata veluti cōpēsat, quomodo accipitur ab Augustino in lib.de pœnitēria,& ab Ambrosio in illo

illo Pauli ad Rom.11.Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei.Ne autem pro externa hac satisfactione putetur hic propter verbum,*agite*,nomen pœnitentiæ debere accipi,sciendum pro,*pœnitentiam agite*, Græcis vnam esse dictionem μετανοεῖτε Est autē μετανοεῖν proprie,pòst intelligere,hoc est, resipiscere,&ad mentē redire,ac post lapsum animaduertere erratū suū.Quare illud, *agite pœnitentiā*,simpliciter accipi debet pro pœnitemini,quēadmodū vertitur Act.2.hoc est,ducimini pœnitudine.Ita enim dicitur agere pœnitētiā,quomodo dicitur agere vitam pro viuere.Sed quoniam qui dā antiquæ & asperioris pœnitentiæ osores intelligunt hoc verbo, μετανοεῖτε,nihil hic aliud exigi quàm resipiscentiam,& correctionē admissorum peccatorū:ideo animaduertendū dictiones illas, μετάνοια μετανοεῖν,& pœnitentia,plus qd apud Apostolos & Euāgelistas significare,quàm ex sesesignificent.Quod apertè patet ex Paulo sic scribente Corinthiis in Epist. 2. cap.7.Gaudeo qa cōtristati estis ad pœnitentiā.Cōtristati enim estis secundùm Deum,ita vt in nullo detrimentū patiamini ex nobis.Quæ enim secūdùm Deum est tristitia, pœnitentiā in salutem stabilē operatur.Seculi autem tristitia mortē operatur.Hinc manifestum,pœnitentiæ nomen nō significare solùm displicentiam & dolorem de admisso peccato.Sic enim ineptus erit sensus:Tristitia secundùm Deū operatur pœnitētiam.Nec quod est in Græcis nomen μετάνοια,accipi potest simpliciter pro resipiscentia, aut agnitione erroris, cū tristitia nō operetur hāc μετάνοιαν,sed contrà ipsa resipiscentia& erroris agnitio operētur tristitiā secundùm Deū. Quid autē Paulo significetur nomine μετάνοιας patet ex his quæ sequūtur,dū exemplo ostensurus quomodo tristitia secūdùm Deum operatur μετάνοιαν,vel pœnitentiā,subiicit;Ecce enim hoc ipsū secundùm Deum contristari vos quantam in vobis operatur solicitudinem,sed defensionem(vel, vt vertit quidam,satisfactionē)sed indignationē, sed timorem,sed desiderium,sed æmulationē,sed vindictam.Vnde satis patet quę illi comprehēdāt nomine μετάνοιας vel pœnitentiæ,nō solùm scilicet resipiscētia aut tristitia de eo quod admissum est,sed etiam solicitudo corrigendi errata,purgatio ac satisfactio,indignatio contra peccatum,eiusdémque vltio.Ita Ioānes & Christus dum prædicabant dicentes μετανοεῖτε, plus exigere voluerunt quàm erroris agnitionem,aut quàm significat apud nos agere pœnitētiam,hoc est,duci pœnitudine admissorum delictorum.Nā cùm dixisset Ioannes,μετανοεῖτε,qui obedire prędicanti voluerunt,susceperūt ab eo baptisma pœnitētię,cōfitebātur peccata sua,dictumque est eis:*Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Hæc ergo omnia includebantur eo quod dixit μετανοεῖτε.Sic & Basilius in sermone habito i fame & siccitate,μετάνοιαν& pœnitentiam vocat Niniuitarum,eam qua ieiunauerunt & plorauerunt, paruulósque & bestias secū coegerunt ieiunare,spargentes cinere caput,&c. Proinde frustra quidā cōtendunt,Theologos præter scripturę morem tres constituere pœnitentiæ partes,contritionem,confessionem,& satisfactionē.Nam in eo quod dixit Ioannes,μετανοεῖτε. vel pœnitentiā agite,primùm includebatur,vt peccata sua agnoscerent tāquam offēsiua Dei,& excludentia ab introitu regni cœlestis,deinde,quòd eadem vt talia detestarentur,atq;de eisdē ex animo dolerent: præterea vt nihil non facerent quò sibi Deū recōciliarent, quod quidem fecerunt confitendo peccata sua,susciendo baptisma Ioannis, ac discēdo ab eo quis esset à quo peccatorum expectarēt remissionem quiq;baptizaret in spiritu. Ex his autē patet dictionem Græcam, μετανοεῖτε, quāuis propriè significet respicere,& ad mentem redire, rectius tamen verti per pœnitentiā agere, hoc est pœnitētia duci, cùm hac versione magis explicetur id quod intēdebatur à Ioāne & Christo.Deinde & Hebræa dictio,qua satis certum est vsum Ioānem & Christum,nempe Hinnaehamu, magis significat affici pœnitudine, quàm resipiscere,quamuis hæc ab inuicem non separētur.Poro causa ob quam meritò sit ab hominibus pœnitētia agenda,adiicitur cùm dicitur: *Appropinquauit enim*(sic enim legēdum esse per præteritum, & nō per futurum.constat ex Greca dictione ἤγγικε, & emēdatis Latinis exemplarib.)*regnum cœlorum.* Et est sensus:Iam in proximo est, & instat regnū cœleste, fœlicissimū quidem illud & exoptabile, sedin quod nō patet introitus,nisi puris à sordib. terrenis.Quare pœnitētia vitæ prioris præparate vos, quò ad regnum illud admitti possitis. Hic autem annotandum, Euangelicam prædicationē exordium sumpsisse à prædicatione pœnitentiæ, quæ ab omnibus indiscriminatim exigebatur, quo ostensum est omnes eguisse pœnitētiæ remedio,& proinde etiam gratia Dei.Deinde declaratū quantum sit inter veterem & nouam legē discriminis.Illam enim suscepturi olim Israelitæ præciebantur sanctificare se lauando vestimenta sua, & segregando se ab vxoribus suis.Euangelij verò lucem & gratiam susceputi iubētur animas suas pœnitentiæ nitro purgare. Et illic quidem omnia minis plena sunt,omniaque terribilia.Omnis em (inquit)qui tetigerit mōtem,morte moriatur. Et totus mons fumabat ob præsentiam Domini,sonitusq; buccinæ paulatī crescebat in maius. Hic verò promissione rei optatissimæ, idque non terrenæ alicuius,sed cœlestis,ad pœnitentiā,vitęque synceritatē alliciuntur. Et bene quidē primus ioānes regnū cœlorū annunciat, quod nullus adhuc promiserat Prophetarum,vt vel hac ratione ostenderetur verum esse quod dixit Dominus,eū plusquàm Prophetā esse. Hac autem regni cœlorum prædicatione significatum est regnum illud Messiæ,quod vnū tunc expectabāt Iudæi,non futurū regnū quoddam terrenum,sicut illorū plerique sōniabant, sed cœleste planè: ac proinde tāto præstantius omni regno terreno, quāto præstat cælū terræ,tantóque solidius & optabilius, quāto solidiora sunt & magis optanda cœlestia terrenis.Cę terùm cùm regnum cœlorū variis modis accipiatur in scripturis Euangelicis, vt postea ostēdetur, hoc loco duobus potissimùm modis accipi potest. primò quidem,vt significet, quemadmodū sæpe, fœlicitatem vitæ futuræ, qua in cœlis electi cum Deo regnāt in æternum, eritque tū sensus:in proximo est vt fœlicitas illa, à qua hactenus omnes per peccatū excluſi fuerāt ab exordio mundi, per Christi mortē iam omnibus in proptu sit,vt post mortē hāc corporalē,eam mox cōsequi liceat.Secundò regnum cœlorum hic rectè accipitur pro eo regno quo Deus per Euangelicam doctrinam, & spiritū suum cordibus fideliū infusum, regnaturus erat in electis,fracta diaboli potestate,& electi simul eū Deo regnaturi in hoc mūdo p fidem,

Pœnitentiæ nomine quid significetur

Regnum cœlorū dupliciter ac capi potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

spem,& charitatẽ,dominantes iam huic mundo, A diabolo,& carni. Tenuit quidem spiritus Christi, & elegit etiã eos qui ante aduẽtum eius in carnẽ Deo fide & charitate adhæserunt, sed non tã potenter,nec tam apertè ac latè se in homines diffudit,cùm in sola Iudæa notus esset Deus,tota verò dispersio gentium versaretur in tenebris multiplicis erroris & impietatis. Nunc autem omnis caro visura erat salutare Dei,eiusq; imperiũ susceptura,& implendum qd prædixit Psalmista: Regnauit Deus super gentes. Et principes populorũ congregati sunt cum Deo Abraham. Hoc autẽ regnũ, rectè cælorum regnum dicitur,qa regnum cœleB ste,quomodo regnum terræ dicitur regnum terrenum,eò quòd omnia quæ ad regnũ istud pertinẽt cœlestia sint. Cœlestis enim q in eo regnat Deus, cœlestis lex & spiritus p quem regnat,cœlestes secundum conuersationẽ qui regni huius sunt consortes. Aut secũdum quosdã,cælorũ regnũ dicitur p̃ sit in cœlis non quidẽ visibilibus,sed spiritualibus,cordibus scilicet fidelium, quorum cõuersatio ĩ cœlis est. Atq; hoc secũdo modo potius debere accipi hoc loco videri potest ex eo quòd pro eo quod Matthæus 10.c. Apostolis dictũ scribit,vt prædicarent appropinquasse regnum cœlorum,Lucas 10.c. scribit discipulis dictum,vt dicerent recipientib. Euangelium : a p̃ppinquauit in vos regnum Dei. Nisi fortè cõuenientius fuerit vtranque hanc acceptionem simul cõprehendere C appellatione regni cælorũ. Nam vt vna est sanctorum Ecclesia,partim in hoc mundo militans,partim in cælo triumphans:ita vnum est regnum Dei, quo regnat in electis in terra adhuc corpore constitutis,& quo regnat cum sanctis in cælo,nec cõsequitur tantùm hic secũdus regni status priorẽ: sed & in priore posterior iam saltẽ in certa spe obtinetur, sicut & vita æterna hic in electis incipit.

ꝟHIC EST ENIM DE QVO DICTVM EST PER ISAIAM PROPHETAM DICENTEM: VOX, &c.] Rectè hic in Cõcordia testimonium illud Isaiæ,quod ex Marco priùs semel positum est,iam secundò ponitur. Nam cùm à Marco dictum sit,baptizasse & prædicasse Ioãnem secun D dùm Isaiæ vaticinium,aptè iã subiungitur veluti vice probationis: Hic est enim &c. Nondum enim à Marco expressè dictum fuit de Ioanne istud vaticinatum fuisse Isaiam. Porrò testimonij huius prima pars,à trib. Euãgelistis Matthæo,Marco & Luca, citatur eisdẽ omnino verbis,idq; secundùm Septuaginta interpretes,nõ secundũ Hebraicam veritatem. Nã Hebræa ad verbum sic habẽt: Vox clamantis,aut,vox clamans in deserto,parate viã Domino,rectam facite in solitudine semitã Deo nostro. Et iungitur in Hebræo illud, in deserto, cum sequentibus,nempe sic: Vox clamãtis vel clamans in deserto,parate viã Domini,vel Domino: vt respondeat sequẽti particulæ,rectam facite in solitudine semitã Deo nostro. Septuaginta verò E illud,in deserto,præcedentibus coniunxerunt,& omiserunt illud,in solitudine. Deinde quod Euangelistę habent,semitas eius, p̃ quo in Hebræo est semitam Deo nostro,etiam Septuaginta consentiunt cum Euangelistis,secundum ẽditionem Cõplutensem,secundùm æditionem autẽ Aldinam apud Septuaginta est Ἰσβασ τον θεὸν ἡμῶν, hoc est,semitas Dei nostri,quomodo etiã Hieronymus Septuaginta adducit. Videntur enim Euangelistæ illud,Dei nostri,data opera mutasse in pnomẽ,eius, ne quem offenderẽt vocando apertè Iesum,Deũ, qua appellatione rarius Christum Euangelistę & Apostoli vocant,satis tamen significantes cum vere Deum esse. Iã & quæ deinceps solus Lucas citat longius prosecutus Isaiæ testimonium,secundùm Septuaginta,vulgatam & Græcam æditionẽ adduxit. Nam eadem omnino sunt apud Lucam verba quæ apud Septuaginta, nisi quòd pro eo quod hic habet Lucas, καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας; hoc est & erũt obliqua in rectam,scilicet viam,& asperæ in vias planas. Septuaginta in editione Cõplutensi habẽt, εἰς εὐθείας. καὶ τραχεῖα εἰς πεδία λεῖα, hoc est,in recta,& aspera in campos planos. Aldina tamen ẽditio eodem habet modo quo hic habẽt Græci codices. Ante autem vltima verba hæc, *& videbit omnis caro salutare Dei*, omittitur à Luca quod est apud Septuaginta, καὶ ὀφθήσεται πᾶσα σὰρξ τὸ, & reuelabitur gloria Domini. Cæterùm totum hunc locum Hebræa habent ad verbum hoc modo: Omnis vallis exaltabitur,& omnis mons & collis humiliabuntur, & erit prauum in rectum,& quę aggeribus tument,in planiciem. Et reuelabitur gloria Domini,& videbit omnis caro pariter quod os Domini loquutũ sit. Hieronymus verò in sua versione in qbusdam Septuaginta imitatus est,quòd sensus omnino esset idem. Porrò quò melius Isaiæ p̃phetia de Ioãne intelligatur, videnda diligenter quæ præcedunt. Itaque Isaias cùm multis & claris p̃phetiis prædixisset Iudęorum captiuitatẽ in Babylonem, & imperij Babylonici suo tempore p Cyrum cessationem à principio cap. 40. vsque ad finem incipit prędicere liberationem per Cyrum futuram à Babylonica captiuitate, & maximè sub illius typo liberationem electorum futuram per Christum in Cyro adumbratam. Cõsolamini,inquit, consolamini,id est,consolationem suscipite, populi mi, dicit Deus vester. Aut potius actiuè, sicut alij vertunt,& sequentibus magis conuenit, Consolamini,consolamini populum meum, vos scilicet Prophetę & doctores. Loqmini ipsi Hierusalem ad cor,hoc est,blandè & benignè (est enim Hebraica phrasis,loqui ad cor) & aduocate eam, hoc est, vt habent apertius Hebræa, clamate ad eam,quòd cõpleta sit militia eius,sic enim legendum esse,& non malitia,constat ex Hebræo,nam est eadem dictio quę apud Iob: Militia est vita hominis super terram. Completam autem dicit militiam hoc est,tempus captiuitatis eius, quo cum multis malis infœliciter illi semper fuit confligendum. Ideoq; hanc militiam,Christo scilicet pro nobis hostes nostros superante,completam dicit, quia dimissa est iniquitas ipsius Hierusalẽ. Cuius remissionis causam subiicit: quoniam suscepit de manu Domini duplicia pro omnib. peccatis suis: hoc est,secundùm Hieronymum,abundè sæuã castigationem. Secundùm quosdam tamen significatur pro omnibus peccatis nostris cõtigisse ex gratuita Dei bonitate,nullis nostris meritis,duplicia bona,nempe peccatorũ remissionem cum liberatione à malis,& adoptionem filiorum cum bonorum omnium cælestium plenitudine. Quoniã autem huius cõsolatoriæ prædicationis primus præco missus est Ioannes,mox de eo subiungit,dicẽs: *Vox clamantis in deserto*, supple, erit vel audietur. Intelligi autem potest significari ipsum Ioannem esse vocem Dei clamantis per ipsum, quandoquidem ipse de se apud Ioãnem Euangelistã dicit

interrogatus

interrogatus quis esset. *Ego vox clamantis in deserto.* A Aut potius intelligendum ipsum Ioannem esse eũ qui dicitur clamare sua voce, vt sit sensus: Vox viri clamantis in deserto audietur. Nam quod dicit de se Ioannes: *Ego vox clamantis in deserto*, &c. sic potius secundùm interpretes accipiendum est: Ego sum de quo scriptũ est, *Vox clamantis*, &c. Hebræa tamen etiã verti possunt, *Vox clamans*, secundũ quam versionem rectè intellexerimus ipsum Ioãnem vocari vocem, iamq; locus magis erit distinctioni antiquorum etiam patrum, annotantiũ Ioannem vocari vocem, Christum verò verbum, eò p̃ vox præcedit, verbum autem sequitur, voxq; ipsa verbo inferior sit, vt pote inarticulata. Vnde Ambrosius: Bene Ioannes vox dicitur verbi præ-nuncius, quia vox præcedit inferior, verbũ sequi- B tur quod præcellit. Idem Greg. & Theophyl. Clamare autem dicitur Ioannes propter publicam & lætam ipsius prædicationem. Quid verò clamaturus esset subiicit, dicens: *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.* Hic autem diuersi diuersimodè accipiunt viam & semitas Dei, quidam etiam intelligentes aliud per viam, & aliud per semitas. Nã Theophyl. in Lucã, per viam intelligit vitã Christianam: per semitas, mandata legalia. Aut per viã, animam: per semitas, operationes. Verùm simplicius est accipere vtramq; partẽ pro eodem, cùm non sit Hebraicè semitas, sed semitam. Deinde accipere vtramq; orationem tropicè, vt dictũ est in C cantico Zachariæ, vt parate viam Domini, & rectã facere semitam eius, nihil aliud sit quàm auferre omnia quæcunq; aduenientem Dominũ remorari aut offendere possent, afficereq; vt expeditè recipiatur ac cupidè. Cùm enim reges cupidè excipiuntur, via illis magno studio præparatur, amouẽdo primùm quæcunq; in via occurrere possent, & deinde obliquiores vias ad rectitudinem redigẽdo. Quæ autẽ apud Lucam ex Isaia sequuntur, dupliciter intelligi possunt. Primũ enim, quoniã eis ponuntur verba futuri tẽporis, sic accipi possunt vt per ea significetur prædici quę per Domini aduentũ erant euentura, & secundùm hunc sensum cõiungit Theoph. hæc cũ præcedentibus in hunc modũ: Quoniã interrogate, quis posset, quomodo parabimus viam Domini, & rectas faciemus semi- D tas eius? Virtꝰ enim ardua est & difficilis, multòsque habet anfractus & obliquitates, tum propter aduersarias potestates, tum propter affectiones in nobis habitantes. Ob id respõdet, docens nõ fore istud operosum, sed omnino facile, eo quòd valles sint implendæ, hoc est, naturales nostræ inclinationes ad res infirmas propensæ, per Euãgelicã gratiã sint perficiendæ, adiecto eis quod deerat, nẽpe pietate & virtute: montes verò ac colles humiliãdi ac deprimẽdi, hoc est, aduersariæ potestates quę per superbiã sese erigebant. Christi virtute deiicitur. Quidam verò intelligit exprimi ob id innouationem per Christi aduentum futuram, vt significaretur meritò parandam viam ei qui tantã rerũ mutationẽ erat inuecturus. Secundũ quẽ sensum, E per valles etiã rectè acceperit quis idiotas ac peccatores contemptos apud homines, qui implendi erant gratia Euangelica, & erigendi ad consortiũ regni cœlorum: per mõtes verò & colles, eos qui sublimes erant apud homines opinione sapientiæ ac iustitiæ, qui humiliandi erant, siue p̃ eorũ falsa præsumptio per Euangelij prædicationem erat propalanda & redarguenda, siue p̃ superciliũ suũ sponte posituri essent, quò capaces fierent diuinæ iustitiæ ac sapientiæ. Alij verò etiam aliter vallem & montem accipiunt: quomodocunq; autem accipiatur, *omnis* non potest accipi, vt significet vniuersum, sed tantùm vt significet multitudinem, secundùm phrasim scripturæ. Iam quomodo secundùm hos sensus quæ sequuntur intelligi debent, satis manifestum est. Praua enim, hoc est, obliqua facta sunt per Christum in directa vel recta, & aspera in vias planas, cùm vitiorum ac cupiditatum obliquitates & asperitates reductæ sunt ad rectitudinem & planiciem veteris legis immutata est in rectitudinem & lætitiam Euangelij. Secundò, quæ hic per futurum indicatiui dicũtur, quatuor primis membris accipi melius possunt dicta adhortando, quemadmodum id quod præcedit: *Parate viam domini*, &c. Hebræis enim frequẽs est futurum indicatiui ponere pro imperatiuo, maximè in tertia persona, eò p̃ apud eos imperatiuus careat tertia persona, pro qua proinde necessariò abutuntur tertiis personis futuri. Itaq; sensus erit cõtinuus & vnus: Parate viã Domini, omnis vallis adimpleatur, omnis mons & collis deprimatur, & sint praua in recta, & aspera fiant in vias planas. Sic enim futurũ est vt omnis caro videat salutare Dei. Atq; in hunc modũ intellexisse Hieronymum hunc locum satis apparet, ex eo quod scribit in cõmentariis super Isaiam: Non solũ, inquit, illo tẽpore clamabat Ioannes, qui sermonis Dei præcursor & præuius, rectè vox appellatur, sed vsq; hodie in deserto gẽtiũ, Ecclesiarũ clamãt magistri, vt rectas faciamus vias, semitas in cordibus nostris Deo, impleamurq; virtutibus, & inclinemur humilitate, praua mutemus in recta, aspera vertamus in mollia, & sic glotiã Domini & salutare Dei nostri videre mereamur. Secundũ hunc autem sensum lõgè probabiliorẽ, his verbis: *omnis vallis implebitur*, &c. ostẽditur quomodo quod priꝰ dicitur peragi possit, nẽpe quomodo possint homines parare viã Domini, persistituriq; pulchrè in metaphora à qua cœptum est. Cum enim principi alicui aduenturo via paratur quò sit expedita, valles implentur terra, mõtes cõplanantur, obliquiores viæ ad rectitudinẽ redigũtur, & asperitas omnis aufertur, quò recta simul & plana sit via principis. Ita ergo & modò dicitur, *omnis vallis adimpleatur*, &c. Per quas metaphoras significatur tollẽda omnis vitiorum difformitas, pusillanimitas scilicet, superbia, iniustitia, & asperitas morũ. Nec est secundũ hunc sensum necesse curiosius exprimere quid per vallẽ, quid per mõtẽ aut collẽ significetur, cùm, vt satis patet, metaphoricæ sint locutiones, significãtes simpliciter semouendũ esse quicquid aduentum Domini ad nos inexpeditũ facere posset, nihilq; omittẽdũ quò declarem⁹ eũ nobis gratũ esse & acceptũ: quãquã non malè metaphoras has quis explicauerit apertius secundũ modũ in priori sensu indicatũ, vt valles dicat impleri & eleuari, cùm pusillanimes & desperati sese erigũt ad spem gratiæ Dei, cumq; humilibus huius mũdi rebus addicti ad cœlestiũ subleuãtur bonorũ desideriũ montes verò humiliari, cũ qui priùs præsumptione sapiẽtiæ aut iustitiæ turgebãt & eleuabantur, sese p humilitatẽ deprimunt, sicq; in reliquis. Videndũ autẽ quũ hæc prophetia Isaiæ, qua dicitur quid clamaturus sit Ioannes, coincidat cũ ea à quo Matthæus dicit Ioannem auspicatũ suã

Universidad de Deusto. Biblioteca

prædicationem. Nam quod dicitur apud Isaiam: Parate viam Domini, & omnis mons humilietur, vallis autē impleatur, &c. nihil est aliud quā, *pœnitentiā agite*, quodq; dicitur in Isaia: Videbit omnis caro salutare Dei nostri, idē est cum eo, *appropinquauit enim regnum cœlorum*. Porrò emphasim habet quod dicit, *omnis caro videbit*, hoc est, nō Iudęus tantùm aut proselytus videbit, sed omnium omni no gentium nationes. Carnem verò synecdochicè pro toto posuit homine, vt alibi frequenter, nomen tamen carnis potius quā hominis ideo videtur posuisse, quò significaretur Dei salutare vidēdum, non iam vt priùs oculis solùm mentis & fidei, sed etiā oculis corporalibus, Deo scilicet salutore hominum iam incarnato. Nam per salutare Dei rectissimè hic intelligitur ipse Christus per quem salutē nobis Deus pater attulit: quemadmodū in cantico Simeonis, salutare istud dicitur paratum ante faciem omnium populorum. Quamuis autem ad significandum istud rectè dixerimus hic dictum, *caro videbit*, certum tamen Prophetam potissimùm loqui de visione, qua per fidem mens hominis agnoscit Christum secundùm nomen suum verè esse salutare Dei, &, saluatorem in Prophetis promissum.

ℓIPSE AVTEM IOANNES HABEBAT VESTIMENTVM DE PILIS CAMELORVM, &c.] Ostenditur hic à Matthæo & Marco quomodo loco & prædicationi Ioannis respondeat amicus & victus ipsius. Quoniam enim pœnitentiam prædicabat, & in deserto viuebat, congruum erat, vt austero viliq; ac facilè parabili cibo & vestitu vteretur, quod & ob id cōueniebat, vt Heliā, in cui⁹ spiritu & virtute venerat, expressius referret. Quod autē dicit Marcus Ioannē vestitum fuisse pilis cameli; quomodo sit intelligēdū apertius ex Matthæo fit, qui dicit eum habuisse vestimentū, &, vt habent Græca, suum vestimentū de vel ex pilis camelorum. Vnde satis constat habuisse illum vestimentum ex cameli pilis contextū, nō autem pro vestimento illi fuisse pellem cameli, sicut Paulus ad Hebræos dicit quosdā circūiisse in melotis & pellibus caprinis, notans vt apparet Heliā Itaq; quoniā huiusmodi ex pilis camelorū cōtexta vestis, vilis erat & facilè parabilis (abundat enim ea regio camelis) deinde & austeritati pœnitentiæ quam prædicabat cōueniēs, eo vtebatur Ioannes. Zonę autē Ioannis tā speciatim fit mentio, q̄ gentibus illis in more erat, vt & nūc plerilq; est, pretiosas gestare zonas. Quem luxum zonarum fuisse illi genti vel ex prouerb. vlt. notes, vbi de muliere proba canitur: Sindonē fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo, id est, mercatori. Deinde quò vel sic ostenderetur Heliæ fuisse Ioannem similem. Nā & de Helia scribitur, q̄ vir pilosus fuerit, & zona pellicea circa lumbos eius. Notādum autem cùm in Marco dicitur: *Et erat Ioānes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lūbos eius*, illud, *zona pellicea*, esse ablatiui casus, vt repetatur participiū, vestitus. Est enim Græcè, ἀνδεδυμένος τρίχας καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. proinde latinius fuisset; circa lūbos suos. In eo autem quod sequitur: *Esca autem eius erat locusta, & mel syluestre*, aduertendum dictionem Græcam ἀκρίδες, pro qua apud nos est, *locustæ*, duo significare. Nam & significat insecti genus, quod nos locustam dicimus, & herbarum summitates. proinde perottus putat hic potius intelligendum Ioannem victitasse herbarum summitatibus quā locustis, animali scilicet venenoso & noxio. Et Theophylactus asserit quosdam hic per ἀκρίδας, intelligere genus quoddam herbarum, alios etiā intelligere fructus agrestes. Et Thostatus asserit Brocardum in descriptione terræ sanctæ affirmare se fuisse in multis monachorū monasteriis, qui iuxta Iordanem habitantes vescerentur quibusdā herbis, eásque dicerent esse eas locustas quibus Ioannes vescebatur. Verùm in Brocardo hoc nōdum inueni. Quòd si autem solis herbis vixerit Ioannes, planè certè sic vixit, quomodo ante diluuium omneshomines, cùm adhuc carnium esus permissus non erat. Non est tamen cur putetur Ioanne indignum fuisse vt locustis animalibus vesceretur. Hæ enim inter munda animalia numerantur his verbis: Quicquid ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, vt est bruchus in genere suo, & attacus & ophiomachus ac locusta, singula iuxta genus suum. plinius testatur locustas parthis etiā in deliciis fuisse. Idem refert quosdam Aethiopiæ populos non alio cibo viuere quàm locustarum, quas durarent fumo & sale, in annua alimenta. Et Hieronymus lib. contra Iouinianum 2. Orientales (inquit) & Libyæ populos, quia per desertum, & calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est. Hoc verum esse Ioannes quoque Baptista probat, proinde verisimilius est, Ioannem locustas animalia edisse, non q̄ hunc cibum sibi curiosè proprium fecerit, sed q̄ hic vilis esset, miniméq; sumptuosus, ac in deserto in quo viuebat facilè parabilis, quem & alij eiusdem deserti inhabitatores ederint, quāuis præ aliis omnibus eximiam quandam abstinentiam, & luxus omnis contemptum Ioannes præ se ferret. porrò mel syluestre, quod etiam esca Ioannis fuisse dicitur, Suidas putat fuisse rorē cœlestem, qui ab arboribus collectus, manna à multis nominatur. Faber autē putat esse illud mel syluestre, quod inter genera mellis plinius tertium facit, vocatiq; dicit ericeū, quod ab erica frutice colligatur autumnali tempore, viliusq; esse ac insuauius melle verno aut æstiuo. Verū simplicius fuerit intelligere mel syluestre hoc loco illud quod à feris & incultis apibus in arboribus & petrarum cauernis cōficiebatur eo loci abūdè, quemadmodū testatur satis mel illud quod in saltu inuenit & gustauit Ionathas. De potu autē nulla fit ab Euangelistis mentio, q̄ ex tanta ciborum abstinentia satis constet eum sola aqua vsum, quod & ex verbis angeli apud Lucā loquentis Zachariæ manifestū est. Iam quanquam descriptione hac asperitatis victus & amictus Ioannis, Euangelistæ generaliter nobis præter vitæ eius commendationē, exemplum sobrietatis, & contemptus rerū huius seculi commendent, tamen sigillatim in his tribus, amictu ex pilis cameli, cinctura zonæ pelliceæ, cibóq; locustarum, &c. tria nobis imitanda proponi rectè intelligimus: & in vestitu quidem illo vili, superbiæ fugā, quæ in preciosis ferè relucet vestibus. In cinctura verò zonæ pelliceæ circa lumbos, libidinis refrænationē, iuxta illud: Sint lūbi vestri præcincti. In cibo verò, temperantiam in nutriendo corpus. Quod autem attinet ad allegoriā, in locustis quibus vescebatur Ioannes typus Israeliticī populi, secundùm Hieronymum super Io-

Leuit. 11.

Plin. l. 6. ca. 29. & lib. 11.

1. Reg. 14.

Allegorica expositio præcedentis textus.

nam, rectè intelligimus etiam indicatam escā intelligibilem, qua populus ille tumvescebatur, nōdum alta sapiens, sed tamē in altum saliens, & iterū sese deprimens, quomodo locusta animal paruum, infirmas habens alas, de terra quidem consurgit, sed altius subuolare nō potest. Sic & melle quidem vescebatur populus quod erat ex apibus collectum, nēpe ex Prophetis: nō tamen satis cultum, sed cōparatione ad mel Euāgelicæ doctrinæ syluestre, & necdū depuratum à cera. Induebatur autē populus pilis asperis cameli animalis ad onera ferenda nati, propter legem illā asperam & onerosam, cui adimplendæ nunquam sufficerūt. Qui verò ad nouam pertinent legem, non locustis aut mellē syluestri pascuntur, sed cibo solidissimo, suauissimo ac purissimo, scilicet Euangelistæ doctrinæ, ac corporis sanguinisq; Domini cibo, induti candidissimo vestitu, de lana agni immaculati, qui tollit peccata mundi, contexto. Perfectorum enim est solidus cibus. Et quicunque in Christo baptizati sumus, Christum induimus.

Hebr. 5. Galat. 3.

TVNC EXIBAT AD EVM HIEROSOLYMA, ET OMNIS IVDAEA &c.] Ostendūt Euangelistæ quàm efficax fuerit tum prædicatio Ioannis, tum exemplum pœnitentiæ, quod aspero suo victu & amictu præbuit. Cùm enim apud omnes celebrati inciperet vitæ eius sanctitas, prædicationisq; eius ac promissionis nouitas, deinde & natiuitatis eius miracula admiranda in memoriā reuocarentur, factum statim, vt omnis Iudæa, id est, maxima pars hominum totam Iudæā inhabitantium, & regionem vniuersam quæ erat circa Iordanem, & vniuersi, hoc est, plerique Hierosolymitæ, ex omni ætate, cōditione & sexu ad eū conuenirent, baptismumq; ab eo susciperent in detestationem veteris vitæ, & protestationē mundioris vitæ postea semper agendæ. Hierosolymitārū autem speciatim fit mentio, ad maiorem cōmēdationem Ioannis, vt cuius fama excitati sunt ciues celeberrimæ ciuitatis, sanctitatis ac sapientiæ titulis præ aliis insignes. Neq; mirum debet videri q̄ baptismum rem tam nouam populus ille tam citò susciperet in signum pœnitentiæ & desiderij remissionis peccatorum. Nam ad hunc baptismū satis præparati erāt, partim per baptismata Pharisæorū, partim per lotiones veteris legis, quæ tā frequenter præcipitur vt immundus lauet vestimenta sua & corpus, aspergaturq; aqua expiationis. Quòd autem dicuntur hi qui baptizabantur confessi peccata sua, pleriq; non sic putant accipiendū quasi explicauerint & apertè detexerint Ioanni peccata sua quæ fecissent, sed q̄ in genere ea cōfiterentur, agnoscentes scilicet se esse peccatores. Verùm cū non sit idem agnoscere se peccatorē, & cōfiteri peccata sua, rectè intelligimus eos sua peccata saltem maiora indicasse, & confessos esse apertè Ioanni, sicut & Act. 19. multi credētiū dicuntur venisse ad Paulum, confitentes & annūciantes actus suos. Neque mirum videri debet, q̄ cōfessionem fecerint peccatorum suorum, cùm ea tamen à Ioanne nō exigeretur. Quem enim verè pœnitet suorū peccatorum, quiq; tenetur desiderio remissionis eorundem, nihil cunctatur, nihil veretur ea exponere ei per quē sperat se optatam cōsequi posse vel cōsolationem, vel remissionē, nō minùs quàm ægrotus morbum suum detegere quò se sperat obtinere posse desideratam salutē. Deinde vt sic facerent, cōsuetæ etiam veteris legis cæremoniæ effecerunt. Secundùm legem enim præter confessionem Deo factam, quæ semper necessaria fuit, etiam cōfessio quædam publica fiebat in publica pœnitentia. Hæc autem erat duplex. Vna, quæ pro totius populi delictis agebatur, vt ea quæ quotannis agebatur in die expiationis, hoc est, decima die mensis septimi. In hac ergo, vt scribitur Leuitici 16. sacerdos super hircū emissarium cōfitebatur omnes iniquitates filiorū Israel, vniuersaq; delicta & peccata eorum, præcipua scilicet, & quæ ad totā pertinerent cōmunitatem. Alia autem erat publica pœnitentia, quā priuata persona pro proprio aliquo peccato debebat, etiam cum cōfessione peccati sacerdoti facta, agere, quæ præcipitur Leuitici 5. his verbis: Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis suis, vt vel malè quid faceret, vel bene, & non fecerit, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaque postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiā pro peccato, &c. Vbi pro eo quod nos habemus; Agat pœnitentiā pro peccato; litera Cyrilli sic habet; pronunciet peccatum quod peccauit. Cui cōsonat Hebræa veritas, quæ sic habet: Et confiteatur quod peccauit. Huic confine est quod Num. 5. legitur in hunc modum: Vir sine mulier, cùm fecerint ex omnibus peccatis quę solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atq; deliquerint, cōfitebuntur peccatū suū. Nec dubium videtur esse posse quin id sacerdoti facere præcipiantur, cùm de ipso totum caput loquatur, eiq; Deus iubeat offerre pro peccato. De qua cōfessione sacerdoti aut homini bono, qui sua oratione possit opē ferre, omnino videtur loqui Ecclesiast. c. 4. dicens: Nō confundaris cōfiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato. A cōfessione enim Deo facienda non reuocat pudor, sed ab ea quæ homini fit. Hæc autem confessio, siue quę fiebat secundùm legem sacerdoti, siue quæ fiebat à pœnitētibus Ioanni, non fuit sacramentalis, sicut nostræ confessionis ritus, sed eius quidam typus, & præparatio ad eam, sicut veteris legis & Ioannis lotiones, præparatoriæ erant ad verum & efficacem Christi baptismum.

VIDENS AVTEM MVLTOS SADDVCAEORVM ET PHARISAEORVM VENIENTES, &c.] Quatuor sectas apud Iudæos hoc tēporis fuisse meminit Iosephus, Pharisæorū, Sadducæorū, Essenorū, & eorū qui authore Iuda Galilonite exorti sunt tēpore census. Horum dogmata pariter & mores latis describit belli Iudaici libr. 2. c. 7. & lib. antiq. 13. c. 8. & lib. 18. c. 8. Pharisæi legis studiosiores fatum cum libertate tamen nostræ voluntatis agnoscebant, quædam dicentes à fato gubernari, alia verò quæ accidunt per se cōsistere, animam credentes immortalem, & corporis resurrectionem futuram. Sadducæi verò farum quidem nihil esse existimabant. neq; ab eo humana gubernari, sed omnia nostræ subiecerunt potestati, nosq; solos nobis ipsis bonorum vel malorum esse causas: animas hominum asserentes cum corporibus interire, nec esse aliquos angelos bonos vel malos. Genus autem Essenorū omnia sub fato esse cōfirmat, & nihil esse quod hominibus non illius decreto proueniat: animam quidem fatentes esse immortalem, sed, vt apparet, negantes corporis resurrectionem, vtentes conuersatione quā apud Græcos tradit Phythagoras, vt autor est Iose-

Sectæ Iudæorum quæ & quot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iosephus lib.antiq.15.c.13. Postremi illi cum Pharisæis conueniebant in vestitu,habitu,cæterisq; aliis,sed in hoc solo ab eis discrepabant ꝙ nefas assererent populo Dei præter Deū, alium etiā principem agnoscere,& cēsum ad quem agendū Cyrenius missus fuerat,affirmarent meram esse seruitutem,indignam & illicitā populo Dei.Vnde nata illa questio Christo aliquando proposita: Licerétne censum dare Cæsari,an nō?Inter has autē quatuor sectas duæ,nempe Pharisæorū & Sadducęorum,præcipuæ erāt in populo,quare tātùm de his duabus Euangelistę meminerunt:quę quidē sectę quamuis inter se plurimū dissiderent,tamen concorditer semper restiterūt Christo, & verbo Dei. Et illi quidem Pharisæi dicti sunt secundū Hieronymum(qui in li.quæstionum super Genesim putat Pharisæorū nomen scriptū Hebraicè per Tsade,sicut nomen Phares) ꝙ diuisi essent à reliquo populo,à quo se quasi iustiores separauerunt per quasdā obseruationes superfluas,vt sentit idē Hieronymus lib.cōtra Luciferianos. Verùm ex libris Thalmudicis cōstat nomē Pharisæi scribi Hebraicè per Schin. Ita enim scribitur in eo libro Thalmudico,qui Sotah inscribitur,vbi septē Pharisęorum sectæ enumerantur,nempe Pharisæus Sichimita,Pharisæus impingens,Pharisæus sanguinem effundēs,Pharisæus mortariarius,Pharisæus quid debeo facere,& faciam illud,Pharisæus ex amore, & Pharisæus ex timore.Secundū hāc autē nominis scriptionem etsi secundū quosdam etiā dicantur Pharisæi,quia diuisi à cæteris hominibus,quorum victū & amictum reputabant immundū,(Nā & pharas per Schin scriptū significat separare Hebræis)magis tamen secundùm aliorum sententiā apparet sic dictos,quasi expositores,& legis interpretes. ברש Pharas enim significat etiā Hebræis exponere & declarare: à qua significatione etiam dictos pharisæos satis significat Iosephus li.2.belli Iudaici,de pharisæis sic scribens:pharisæi dicuntur,qui certiorem legaliū rituum notitiam profitentur. Hos autem Pharisæos simul cum Scribis Nazaræi,qui sic Christū receperunt vt legis obseruationes non amitterent, teste Hieronymo super Isaię c.8.originē suam traxisse dicūt ex Sammai & Hillel,qui nō multò priùs quàm Dominus nasceretur orti sunt in Iudæa,horūq; duas familias esse duas illas domus,in quarū laqueum & ruinam Christus ibi ab Isaia dicitur esse positus.Verùm si Iosepho creditur,etiā tēpore Machabæorum tres priores illæ sectæ fuerunt in populo Iudaico. Qui verò Sadducæi vocabantur,sic dicti sunt quasi iusti,ꝙ seipsos iustos cognominarent.צדיק Sadic enim Hebræis iustus,vel ab hæresiarcha fortè qui Sadoe dictus sit.Traxerūt autem hi (teste Hieronymo cōtra Luciferianos)suā originē à Dositheo quodā Samaritanorū principe, qui prophetas repudiauit,vnde & ipsi solū quinq; libros Moysi receperunt,quemadmodū & Samaritani. Vide etiā Tertullianū de præscript.vnde verisimile est Hieronymū illud de Sadducæis hausisse. Ex his itaq; duabus sectis cùm quamplurimos Ioannes videret venientes ad baptismum suum,durè eos alloquitur,siue ꝙ simulata mente ad accipiendū cum aliis,Ioannis baptisma venirent, siue ꝙ falsa sanctitatis suæ persuasione & fiducia sanctitatis parentum suorum arrogāter inflati essent,homines superciliosi,& veritatis semper cōtēptores, inuidentes his qui apud populū prę eis sanctitatis nomine celebrarentur.Tales enim tam seuera salutatione cōueniebat cōpellari,vt audientes maiorem sua opinione libertatē, deponerēt superciliū atq; maiorem etiam quàm appareret suspicerent obiurgantis authoritatem,eiusq; in dicēdo libertate excitarentur ad audiendū cætera attētissimè.Quā quidem in arguendo seueritatē, qua & Prophetæ sæpissimè,& Apostoli,& Christus ipse est vsus,doctoribus & prædicatoribus imitari licebit: sed videndum vt eodem spiritu & animo id faciant,hoc est,ex impulsu spiritus sancti & zelo iustitiæ, nō autē ex affectu aliquo carnis aut vindictæ cupiditate.Deinde in quos, quáve oportunitate & loco id fieri cōueniat.Postremum,vt cū decenti id fiat grauitate,vt intelligi possit ex odio potius vitiorū quàm personarum profectā huiusmodi dicēdi inclementiā.Pleriq; enim dū prætexunt se hanc imitari redarguēdi libertatē,omnia sua tum dicta,tū scripta in aduersarios replent sannis & scōmatibus,nullam charitatis & honestatis rationem habentes:sed eo se magis Euangelicos existimantes, quo liberius in quemuis quiduis dicere ausi fuerint.Porrò quòd Lucas dicit Ioannē excepisse turbas tā duro sermone,sic intelligēdū videtur,ꝙ audiente turba hæc dixerit,notans potiſſimū Pharisæos & Sadducæos turbæ pmixtos,quos ipso habitu ac vestitu facilè dignoscebat.Ipso enim Luca teste, etiam publicanos & milites mitius excepit absq; conuitio, respondens ad id quod rogabant.

Pharisæi vnde dicti.

Sadducæi vnde.

Viperæ scripturæ proprietatum ius explicatio plenissima.

fPROGENIES VIPERARVM, QVIS DEMONSTRAVIT VOBIS FVGERE.&c.] Vipera,serpentis genus est nocentissimū,nō multùm dissimile à dipsade, & quod & Tirus dicitur & Tirion & Marassus, ex cuius carnibus fit Theriace, contra omnia venena remediū præstantissimū,vt testatur etiā Hieronymus lib.2. contra Iouinianum:& Cælius lib.3.qui inde dictum putat Theriace, ꝙ Arabes Græco vocabulo viperā vocarent.θηρίον,quasi feram maximè noxiam. Cæterùm de viperæ proprietate nō omnes eadem tradunt.Basilius enim Homil. 7. lib. Hexameron de vipera sic scribit:Vipera sęuissimum omniū reptilium,ad matinæ murenæ nuptias accurrit, & vbi sibilo præsentiam suam indicauit,euocat ipsam ex alto,ad nuptialem cōplexum,hæc verò obedit, & cum venenum iaculante bestia vnitur. Hūc secutus Ambrosius eadem omnia eisdem penèverbis, sed latius tradit in 5.Hexa.c.7.Vipera(inquit)nequissimum genus bestiæ,& super omne quod serpentini est generis astutior,vbi coëundi cupiditatē assumpserit,murænę maritimę notā sibi requirit copulam,vel nouam præparat: progressaq; ad litus,sibilo testificata præsentiam sui,ad coniugalem amplexum illam euocat.Murena autē inuitata nō deest,& venenatæ serpēti expetitos vsus suę impartit coniunctionis.Secundū has itaq; viperarū conditiones, rectè intelligeremus viperarum progeniem vocari hic à Ioanne Pharisæos, similiter & à saluatore Matth. 12. & 23. ꝙ malitiosum simul & astutum maximè esset hominum genus, qui scirent summam impietatem maximæ pietatis specie obtegere.Verū hanc non esse viperæ cōditionem satis ex eo videtur ꝙ vterq; sexus inueniatur in genere viperæ. Nam fœmella Græcis ἔχιδνα dicitur,mas autem ἔχις. Plin. quidem libr. 32. capit. 2. tradit, Licinium Macrum mutarias tantùm fœminini sexus esse asseruisse, & concipere ex serpentibus sibilo eas euocantibus, verùm viperarum nō facit mentionem.Et lib.9.c.23. A dicit vulgū putare murænas coitu serpētium cōcipere. Aristotelē tamē vocare marem qui generat, Myrinum.Cæterùm Plinius lib.10.c.62. secus ex magna parte Aristotelem,lōgè aliam viperæ naturā explicat his verbis: Viperæ mas caput inserit in os,quod illa abrodit voluptatis dulcedine.Terrestrium eadē sola intra se parit oua vnius cōloris,& mollia vt pisces.Tertia die intra vterū catulos excludit. Deinde singulos diebus singulis parit,viginti fērè numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes perrumpunt latera, occisa parente. Idem de vipera scribitur in epistola quadam,quæ B sub nomine Hieronymi legitur ad Præsidium in Tom.4.Atq; huic sententiæ,cui tamē à multis cōtradicitur, subscribunt multi graues auctores, vt docet Cælius lib.3.c.37.vbi & ratione huiusmodi proprietatis viperæ quorundam coniectationem esse dicit,antiquarum legum scito parricidis id irrogari supplicium,vt culeo insuti cū vipera præfocentur.Suppetere item grammaticorum astipulationem astruētiū ἐχίδναν dici,παρὰ τὸ ἔχειν ὠὰ ἀτιτῶν γόνιμα ἀχρὶ θάνατου,hoc est,ꝙ habeat in seipsa fœtum vsq; ad mortem.Sicut & Latini viperam dici volūt,ꝙ vi pariat,vel potius ꝙ vi pereat. Idem tamen Cælius etiā testatur Apollonium apud Philostratum viperā esse visam referre,serpētes quos peperisset lambentem,quasiq; expolientem.Non C enim assentiri eum eorum sermoni, qui viperarū partum absq; matre autumant prodire.Id naturā non pati,nec recipere experientiam.Proinde magis credendum his quæ de vipera scribit Aristoteles,quē etsi secutus videatur Plinius,nō tamen satis illum assecutum ostendit Leonicenus.Nā Aristotelis narratio cōstare potest cum Aristophanis experientia.Sic enim scribit lib.6.historiæ anima. c.84.Vipera è serpentibus vna animal ædit,cū intra se oua primum pepererit. Quū hoc vnius coloris & molle vt piscium est, fœtus supernè cōsistit,nec cortice cōtinetur,sicut nec piscium quidē parit catulos obuolutos mēbranis, quæ tertia die rumpantur: euenit interdū vt qui in vtero adhuc D sunt,prorumpant, singulos diebus singulis parit, plures quàm viginti. Ex quibus intelligere licet, nō quidem semper,sed quandoq; viperarum catulos nasci cum morte parentis. Secundùm quam viperarum cōditionem pleriq; intelligunt Pharisæos vocari progeniem viperarum, ꝙ sicut illæ parricidæ essent,matres suas dum nascuntur deuorātes:ita & isti patres suos spirituales, hoc est, magistros & doctores occiderent, & matrem suā synagogam fœdè dilaniarēt. Secundùm narrationem autem Plinij amplius significaretur, nempe ꝙ homicidæ essent homicidarum filij.Porrò Aug. serm.1.dominicæ tertiæ in quadrag. progeniē viperarum inuidos vocat, ꝙ sicut viperæ matrum suarum viscera exedant,ita & inuidus suam ipsius E animam consumat,&vitam perdat.Qua etiā consideratione rectè dixerimus Pharisæos progeniē viperarum vocari, vt qui inuidiæ stimulis quàm maximè cruciarētur,cōspectis aliis se melioribus. Verùm simplicius fuerit intelligere eum Hieronymo super Isaię c.30.& Matt.c.23.ideo dici Pharisęos progeniem viperarum, ꝙ pessimorum parentum pessimi essent filij,ac planè venenati, veneno linguę suę optimos quosq; lethaliter lædere studentes,summaq; calliditate prępediti,vt illud;*progenies viperarum*,idem sit cum eo quod habet ada-

gium,Mali corni malum ouū.Sic & Greg.hom.20. Euan.Notandum,inquit,ꝙ malæ soboles malorū parentum actionem imitantes,genimina viperarū vocantur. Quòd autem in Luca legimus genimina,in Matthæo verò progenies,Græcis vtrobique eadē est dictio,nempe γεννήματα,cuius sonum imitatus aliquando interpres vertit genimina ab antiquo verbo,geno,nomine deriuato.

fQVIS DEMONSTRAVIT VOBIS FVGERE,&c.[Quidā legunt per futurum:*Quis demonstrabit*,& apud Lucā,quis ostendet, intelliguntq; Ioannem significare voluisse,neminem illis,vt pote obstinatis persuadere posse vt effugiant venturam iram, vt quod dicit Ioannes sit idem cum eo quod apud Matthæ.c.23.de eisdem dicit Christus; Serpentes genimina viperarū, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?Verùm ex Græca dictione,quę eadem est apud Matthæum & Lucam,nempe ὑπέδειξεν,cōstat debere legi per præteritum, quomodo & habent codices Latini emendatiores & vetustiores. Hanc itaq; Ioannis interrogationē per præteritum prolatam dupliciter intelligere licet. Quidam enim sic eam accipiunt,vt ad eam respōdendum sit,Nónne solus Deus vobis demonstrauit fugere?quasi dicat:Ne putetis ex vobis ipsis id vos habere ꝙ fugitis à ventura ira.sed à solo Deo. Quomodo enim ex vobis id esse posset cùm sitis generationes viperarum? Quem sensum indicare videtur Ambrosius sic scribens:Ostēditur his Dei misericordia infusam prudentiā vt gerant suorum pœnitentiam delictorum, futuri terrorem iudicij pronida denotione metuentes. Melius tamen secundùm alios hæc interrogatio sic accipitur,vt sit sermo admirantis. Quū enim quis insperatò nobis aduenit,dicere solemus: quis te huc misit? & quum videmus quosdam iam diu prauis assuetos moribus,ac pertinaciter suæ prauitati semper adhærentes,subitò ad pœnitentiā cōmutari, admirā tes dicimus:Quis hos ad virtutē induxit?significare volentes,summè esse mirandum potuisse ipsos ad eā induci, ac summum fuisse oratorem qui id persuadere potuit.Ita & hoc loco Ioānes perpendens eos qui pœnitentiā præ se ferebant,esse progenies viperarū,ac in malitia iam inueteratos,miratur quomodo & à quo factū sit, vt deposita sua serpentina malitia,quā velut à patribus suis naturā traxissent,meliora sequerentur.Proinde sensus est:cùm sitis progenies viperarū, malorumq; parentū pessimi filij, iustorum rectaq; docētiū persecutores,& interfectores,venturam iram aut nō credentes, aut non metuentes ob falsam iustitiæ persuasionem.quid vobis accidit noui,vt credētes instare ineuitabile peccatoribus supplicium,eoq; & vos esse obnoxios,putaretis etiam vobis vnà cum reliquis peccatoribus laborandū,vt venturā iram effugiatis,ideoq; vos immiscueritis gregi pœnitētium,qui imminentis iræ metu in pœnitentiæ signum accurrunt ad baptismum meum cōfitentes peccata sua?Mirū sanè est,potuisse quenquā mētibus vestris & in malitia tam inueteratis,& de iustitia sibi placētib⁹ id insinuare & persuadere esse faciendū.Et sanè mirum,quia neutri timebāt pœnas alterius vitæ.Sadducæi quidem,quia non credebāt illas:Pharisæi verò,quia iustos se existimabant.Potest autem simul cum hoc sensu etiam intelligi Ioannem admirari Dei bonitatem, qua sola sciebat factum esse,vt præter expectationem etiam Pharisęi & Sadducęi se agnoscerent peccato

Universidad de Deusto
Biblioteca

catores,quasi dicat vlterius: Scio quidem solius Dei gratuito dono factum esse,vt & vos putaretis vobis esse fugiẽdũ,verũ mitari satis nequeo eũ in vos tam potuisse esse benignum,vt & vobis obsti natè semper veritati resistentibus suggereret fugiendũ imminens periculũ. Porrò per ventura itã quamuis aliqui intelligant excidium Iudæorum quod per Romanos posteafactum est,magis tamẽ debere intelligi æternã post hanc vitam condemnationem,satis patet ex verbis Saluatoris dicentis Phatisæis:Quomodo fugietis à iudicio gehennæ?
Mat. 23. Siquidem Ioannes nõ solũ prædicabat regnũ cœlorum,sed & gehennę cõdemnationem.In Euangelio enim Dei secundũ Paulum ad Rom.reuelatur & iustitia Dei,& ira Dei vẽtura de cœlo super
Rom. 1. omnẽ impietatem & iniustitiã.Sicut autem Ioannes primũ cœpit prædicare regnũ cœlorũ,ita etiã & itã hoc est, vindictam hanc Dei apertè primus cœpit annunciare, eamq; tanquam iamiam venturam.Antè enim temporales erant & promissiones,& minæ.A Ioanne autẽ cœperunt manifestari bona & mala æterna,idq; tanquam iã ventura, quia ab eo cœpit nouissima hora, in qua præter Christi postremum aduentum nihil expectamus.

FACITE ERGO FRVCTVS DIGNOS POENITENTIAE.] Quamuis apud nos in Luca quidem sit pluraliter,*fructus dignos*, in Matthæo verò singulariter,*fructum dignum*, vtrobique tamẽ apud Græcos est pluraliter, καρπους ἀξίους.Regitur autẽ genitiuus *pœnitentiæ* nõ à nomine, *fructus*,sed ab hoc adiectiuo,*dignos*, suntq; fructus digni pœnitentiæ vel pœnitentia, fructus qui decent verã pœnitentiam, eamq; declarant. Hos autem fructus simpliciter quidem Theophylactꝰ intelligit, opera virtutum.Vides (inquit) φ dicat,quoniam non oportet solũ fugere malitiam, sed etiam facere fructum virtutis.Declina enim(inquit scriptu-
Psal. 16. ra)à malo,& fac bonum.Diuus tamen Gregorius amplius quid per dignos pœnitentiæ fructus exigi intelligit,sic scribens in homilia Euang.20.Notandum φ amicus sponsi nõ solùm fructus pœnitentiæ, sed dignos fructus pœnitentiæ faciendos admonet.Aliud namq; est fructũ facere, aliud dignum pœnitentiæ fructũ facere. Vt enim de pœnitentiæ dignis fructibus loquamur,sciẽdũ est, φ quisquis illicita nõ cõmisit:huic iure cõceditur vt licitis vtatur,sicq; pietatis opera faciat,vt tamen, si noluerit ea quæ sunt mundi,nõ relinquat. At si quis in fornicationis culpã,vel fortasis in adulterium,quod grauius est,lapsus est,tãtò à felicita debet abscindere,quãto se meminit & illicita perpetrasse. Neq; enim par fructus boni operis esse debet,eius qui minus, & eius qui amplius deliquit, aut eius qui nullis,& eius qui in quibusdã facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur:Facite dignos fructus pœnitentiæ,vniuscuiusq; cõscientia cõuenitur,vt tãto maiora acquirat bonorũ operũ lucra per pœnitentiã,quãto grauiora sibi intulit dãna per culpã. Ex hac autẽ Gregorij enarratione, etsi satis cõstet eũ genitiuum,*pœnitẽtiæ*, cõiunxisse eũ substãtiuo, *fructus*,tamen simile huius loci intelligentiam indicat quodã loco Chrysost.cõiungens indubiè genitiuum illum cum adiectiuo,*dignos*. Nã & sic eũdem habere sensum potest. Sic enim scribit, hæc verba præcursoris explicãs:*Facite dignos fructus pœnitentiæ*. Quomodo dignè fructificare poterimus? Si vtiq; peccatis aduersa faciamus? Aliena rapui-

A stis?incipe donare iam propria.Longo tempore es fornicatus? legitimo quoq; vsu suspendere cõiugij,ac perpetuam cõtinẽriam sæpius paucorũ dierum castitate meditare. Iniuria quemquã affecisti vel opere vel verbo?refer benedictionis verba,cõnitiis te percutientes,nũc officiis, nunc beneficiis placare cõtende,&c.Porrò quanquam secundum hanc istorũ enarrationẽ rectè ostendatur fructus dignos pœnitẽtia,esse ea virtutum opera quæ cõmissis correspõdent & satisfaciunt peccatis, eaq; veluti cõpensant, atq; in hunc sensum conueniat hanc sententiã explicari cùm ad pœnitẽtiam post
B baptismum agendũ sit adhortatio,tamen prior ille & simplicior intellectus huic loco & proposito Ioannis est cõuenientior,maximè cùm ad pœnitẽtiam adhortetur quæ baptismum Christi præcedebat. Est autem sensus verborum Ioannis iste: Quandoquidem vos exhibetis pœnitentes ac soliciros vt fugiatis ab ira ventura,videte ne simulata,falsa & sterilis sit vestra quã præfertis pœnitẽtia,vt omnia ferè vestra simulata sunt, & fucata: sed facite huiusmodi fructus qui deceãt pœnitentiã,ac declarent vos verè resipuisse,atq; ex animo detestari anteactam vitam.Facite,inquam,ipsi, &
C solùm alios docete, & monstrate fructus pœnitentiæ. Non dico vt carnalium sacrificiorum victimas offeratis,in quibus nimium spem iustitiæ & salutis hactenus collocastis, quæq; ad tempus solùm imposita, pœnitentem per sele meliorem, Deoq; commendatiorem facere nequeunt,sed ea posthac facite,quæ veram pœnitentiam producere dignum est, hoc est.corrigite deprauatos rum effectus, tum mores, omniaq; contraria his facite quæ modò detestamini, & curate ne quando ea committatis quorum modò præfertis pœnitentiam, sed perfistite hæc deplangere, atque in vobis ipsis punire. Hac enim tantùm ratione solùm futurum est vt imminentem super impios iram effugiatis.

D ET NE COEPERITIS DICERE, INTRA VOS, PATREM HABEMVS ABRAHAM,&c.Quod in Luca dicitur:μὴ ἀρξησθε λέγειν,in Matthæo dicitur,μὴ δόξητε λέγειν,hoc est, *ne videamini dicere*,vel,*ne decreueritis dicere*,hoc est, vt vertit noster interpres, *ne velitis dicere*. Quanquã autẽ in solo Matthęo sit,apud nos,*intra vos*,tamẽ & in Luca,sicut in Matthæo,Græcis est ἐν ἑαυτοῖς.hoc est,in vobisipsis.Iã cũ dicitur,*filios Abrahæ*,vtrobiq; additur Græcis articulus τῶ,significans nomen Abrahæ esse datiui casus,vt cõstruatur cũ verbo,*suscitare*.Itaq; quoniam Pharisæi & Sadducæi fidebãt in
E sanctitate patris sui Abrahã, atq; in promissionibus Dei Abrahæ factis de benedictione & cõseruatione seminis eius, ac ob hanc fiduciam securi erant,quasi à ventura ira essent immunes, ideoq; & in impietate sua persistentes,à dignis pœnitentia operibus cessaturi erant, propterea hanc illis stultã fiduciã præscindere voluit Ioannes, dicens: Ne cœperitis dicere in cordibus vestris, hoc est, cogitare,quemadmodũ cogitare apud vos soletis: Pater noster Abrahã est,proinde cùm semini eius facta sit promissio salutis & hæreditatis, non poterit super nos venire ira Dei,quæ semen Abrahę deserat,succidat,& æternum perire sinat. Non enim abscindere poterit Deus promissa sua, tum propter suã iustitiam,tum propter Abrahę patris nostri sanctitatem illi acceptissimam.Ne,inquam, huiusmodi cogitatione, solita vobis imponatis.

Hoc

Hoc enim confirmo vobis,posse Deum omnibus A etiam vobis perditis, adimplere promissiones Abrahæ de semine ipsius factas. Nam qui olim ex lapidea & sterili vulua Sarę excitauit Abrahę filiũ, cuius deinde posteritas arenę maris coęquata est, is modò vel ex istis quos cernitis lapidibus, eidẽ suscitare poterit semen, in quo præstet quę illi promissa sunt.In quibus verbis Ioannis primũ aduertendum,ipsum cùm dicit;*Ne cœperitis dicere,Patrẽ habemus Abraham*,non prohibere, ne dicant se ex illo esse, sed ne in eo quòd filij secundùm carnem sunt Abrahæ confidentes, resupini sint & securi. Deinde notandum, cùm dicit, *ex lapidibus istis*, & B cæt.demonstrasse quidem lapides aliquos coram positos,quos quidam eos fuisse existimant qui de medio Iordanis alueo trãslati dicũtur Iosue 4. Ad literam enim intelligẽdum Ioannẽ id significare, quod verum est, Deũ qui ex nihilo omnia fecit, potuisse etiam ex lapidibus filios Abrahæ suscitare.Hac tamẽ locutione amplius quid significare voluit,nimirũ Deum simili olim modo Abrahæ filios dedisse, & aliquando daturum. Dedisse quidem,cùm Saræ vuluam(quæ sanè lapis quidã erat,ratione sterilitatis) & emortuum corpus Abrahæ generare fecit.Vnde & Isaiæ 51.dicitur: Attẽdite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernã laci,de qua præcisi estis.Attendite ad Abrahã patrẽ vestrum,& ad Saram quæ peperit vos. Quare C videri potest Ioannes hac sua locutione voluisse ipsos illius Prophetiæ memores reddere. Daturũ quoque Deũ similiter filios significat cùm ex gentilibus saxa pro diis colentibus, eisque secundũ Dauidem assimilatis, & in vitiis suis iã obduratis plerosque per fidei imitationẽ facturos esset filios Abrahæ,quemadmodum iã adimpletũ videmus. Præterea notandum quòd dicit, ex lapidib. posse dari Abrahæ filios. Illo enim apertè significat, posse aliquos fieri filios Abrahæ, etiãsi ex illo nõ sint carnaliter prognati,imò ab eo sint quã alienissimi,secũdùm carnalem generationẽ.Quid enim à carne Abrahæ magis diuersum quàm lapides? D Proinde significat quoq; nullius apud Deum esse momenti carnalẽ cognationẽ,nec originis diuersitatem quicquam apud Deũ posse officere. Tanto enim maior est cognatio virtutis & fidei, quã sanguinis,quanto anima præstantior est corpore. Postremùm & illud nõ prętereundũ, prius quidem Ioannem significasse, parentum malitiã nihil obesse filiis ad meliora resipiscentibus, cùm scilicet Iudæos vocans progenies viperarũ,ostenditamẽ quomodo venturã irã possint effugere. Nunc autem cùm dicit;*Ne velitis dicere*,&c.demonstrat nihil prodesse filiis progenitorum sanctitatẽ, si ipsi in malitia sua perstiterint.

ETIAM ENIM SECVRIS AD RADICEM E ARBORVM POSITA EST: OMNIS ERGO.] In Matthæo legimus,*arborum*:In Luca plerique libri habent,*arboris*. Græcis tamen vtrobique est plurale δένδρεων, quomodo etiã in Luca habẽt vetustissimi Latini codices, & Ambrosius. Sed & quæ sequũtur omnino eã lectionẽ requirũt, quia sequitur : *Omnis ergo arbor*. Sic & pro eo quod in Matthęo legimus,*quod facit*:in Luca verò, *non faciens*,Græcis vtrobique est μὴ ποιοῦν,quamuis id ad sensum nihil faciat. Legendum autem esse per præsens tempus,*exciditur,& mittitur*,etiam ex Græcis vtrobique apertum est. Quamuis enim præsens pro futuro sit accipiẽdum, tamen præsens potius

posuerunt Euãgelistæ, vt sententia magis esset generalis,& cum maiori emphasi significaretur imminere periculum.Quod etiam significat cum epitasi cõiunctio,ἤδη,quæ est apud Græcos:*Iam etenim & securis*, &c. Cùm itaque dicitur: *Iam enim*, &c.coniunctio,*enim*,referri potest vel ad illud, *Facite dignum fructum*; vt obiter excluſa vana illorum fiducia redeat ad prosequendum metaphoram à fructibus arborum desumptam. Aut ad illud:*Ne velitis dicere*, *patrem habemus Abraham*, vt duas ab hac fiducia auocãtes intelligatur adferre rationes, quarum priore succidat falsam eorum de filiis Abrahæ seruandis opinionem: posteriore verò imminens omnibus perditionis periculũ proponat. Itaque sensus erit: Tãtùm abest vt fiducia Abrahætuti sitis,vt etiam securis iam appositasit radici, &c. Variè autem à diuersis hic accipitur, *securis*.Nam Hieronymus Euangelij prædicationẽ intelligit,φ & Hiere. 23. verbum Domini comparetur securi cædenti petrã: & Gregorius ipsum Christum,vt qui constet ex humanitate & diuinitate,velut ex manubrio& ferro incidente. Sic diuersi explicant variè quid sit radix arborum. Verùm cùm metaphoricus sit totus iste sermo, potius videndũ quid tota oratio significet, quàm φ quo singulæ dictiones sigillatim accipiantur. Itaque per securim non trunco aut ramis appositã, sed radici,tropicè significatur imminẽs excidiũ & vindicta Dei, qua funditus sit perdẽdus quisquis in bonis operibus sterilis fuerit. Porrò locus hic de imminẽte excidio dupliciter intelligitur. Quidã enim intelligi istud nõ posse putant de excidio & perditione singulorũ hominũ improborũ,quoniã ab initio semper fuit securis posita ad radicẽ arboris secundũ hunc modum, & nõ solùm tũc cœpit poni:Ioannes verò dicit; *nunc securis posita est*. Nec rursum posse intelligi de perditione impiorũ omnium in nouissimo die, cò quòd illa post tam multa secula à tempore quo hæc dixit Ioãnes futura sit.Proinde intelligũt hęc dicta esse de immi
D nẽti excidio Iudæorũ, facto postea per Romanos sensibiliter,per Christũ verò intelligibiliter,qui à gratia Euangelij eos abscidit,translato regno Dei ad gentes.Secundùm quem intellectum,notandũ φ dicitur securis ad radicẽ posita. Prius enim securis diuina ramos illorũ aliquãdo amputauerat sed truncum,hoc est,gentem ipsam adhuc semper conseruauit.Iam verò aderat tempus quo Iudęos simul cum tota penè eorũ gẽte, sine restitutionis in terrã suam spe, esset perditurus. Itaque sensus erit:Iãdiu tolerati estis, hactenus expectauit vos deus,quomodo rusticus tolerat infructuosam arborem,expectans vt aliquando fructum ferat:verùm quoniam perstitistis hucusq;steriles,prędico vobis proximum esse vt penitus ac sine spe reparationis excidamini,ni maturè resipueritis, sterilitatẽ fertilitate cõmutantes.Similis ergo erit hæc allegoria Ioannis,parabolæ saluatoris quę habetur Luę 13.de ficu sterili plantata in vinea.Verùm vt superius per ventura irã rectius intelligitur condemnatio gehennę, quæ singulis peccatoribus à morte cõtingit, & omnes simul secũdùm corpus & animam in nouissimo die inuoluet: ita & hoc loco idẽ rectius accipitur per securim ad radicem arborum positam. Nam planè idem videtur Ioannes vtrobique significare voluisse. Deinde ex eo quòd sequitur: *Omnis ergo arbor quæ nõ facit fructum bonũ excidetur*, satis patet ipsum loqui non de

K

Universidad de Deusto
Biblioteca

excidio vniuersæ gentis, singulorum peccato- A
rum. Et cùm subiicit *& in ignem mittitur*; loqui ipsum de igne infernali satis ex eo cõstat quod post ea dicit paleas comburendas igne inextinguibili. Nec obstat huic intelligentiæ aliorum prædictum argumentum. Nam quanquam ab exordio mũdi peccatores inciderint i iudiciũ gehẽnę,& iudiciũ nouissimę diei post tam multa secula à Ioannis tẽpore venturum esset, tamen iam dicit secutim positam ad radicem arborum, quòd cùm priùs Deus dissimulare visus esset hominũ peccata, tunc primum suppliciũ æternũ peccatoribus paratum cœpetit palam lõgè latéq; prædicari,& tanquã mox B
venturum prædicari, futurum deinceps longè gravius in eis qui audita huius prædicatione nihilominus persisterẽt in suis peccatis. Nã antea error & ignorãtia nõnihil veniæ merebãtur. Verũ sicut per Euangelij prædicationem Dei erga credẽtes bonitas priùs ignorata, manifestata est: ita & eiusdem seueritas in infideles & impios reuelata est, cùm priùs lateret homines. Huic autem intelligẽtiæ etiã omnino conuenit, quod dicit per præsẽs; *excidutur & in ignem mittitur*; significans hoc non solùm futurũ esse, sed & modò fieri. Quemadmodum enim infrugiferis solet arboribus fieri, vt, quia nulli vsui sũt quàm vt locum foueant, excidantur & comburantur: ita & homo sterilis in bonis operibus, ne frustra terram occupet, exciditur, dũ per C
mortẽ sine omni spe reparationis è terra tollitur, & mittitur in ignem gehennæ, in nullum alium idoneus vsum, quàm vt in eius punitione potentiam & iustitiam suam Deus claram faciat, vt dicitur ad Rom. 9. Itaq; duplici eum vltione afficiendum significat, temporali scilicet & ęterna. Iustus autem dum per mortem è vita hac tollitur, nõ exciditur, sed potius vt frugiferis arboribus fieri solet, transplantatur ex sterili loco in terrã fluẽtem vbertate omnis generis fructuum. Porro notandum quòd dicit sine discretione; *omnis ergo arbor*; quasi dicat, etiã arbor quæ ex semine est Abrahę. Deinde quòd dicit; *non faciens fructum*, & non, quæ non facit fructum; significans oportere semper fa D
cere fructum bonum. Ex eo autem quòd dicit, *bonum fructum*, satis patet quos priùs vocauerit fructus dignos pœnitẽtia. Similitudo autẽ arboris non in Euãgeliis tantùm, vt infra 7. & 12. & Luc. 13. sed in omni quoque scriptura, præcipuè autẽ in Psalmis, frequẽs est, vt Psal. 1. 38. 51 92. Quę verò deinceps à Matthæo contiuuè narrantur dicta à Ioanne, ex Luca patet non dicta fuisse ab ipso continuè, quáve occasione ab eo dicta sint.

ET INTERROGABANT EVM TVRBÆ DICENTES: QVID ERGO FACIEMVS? RESPONDENS AVTEM.] Nõ inefficax fuit Ioãnis exhortatio. Mox enim hac oratiõe eius audita, territus populus rogabat dicẽs: Vt ergo effugiamus vẽturã irã, & faciamus fructus dignos E
pœnitentia. quid censes nobis faciẽdum? Dixerat enim in genere Ioannes, fructus pœnitẽtiæ & fructus bonos faciẽdos, & ideo turba rogabat in specie, *quid faciemus?* Ioannes autem non ad victimas legales eos mittit, vt quæ Deo parum commendabãt homines: neque ieiunia exigit, quemadmodũ à suis discipulis, nec graues carnis afflictiones, vt quæ non omnibus cõueniant, nec ab omnib. facilè suscipi possẽt, sed ad charitatis omnia perficiẽtis officia vocat, tum quòd sic decebat Euangelij prædicatorem, cuius proprium præceptũ est charitas, tũ q cõmune istud omnibus esset remedium efficax vbiq; & ad omnia delẽda peccata, deo nos quàm maximè commendatos reddens. *Qui*, inq, *habet duas tunicas* (notans quemuis superfluum necessitati propriæ vestitum,) *det alteram*, scilicet illarum *non habenti*. Vnde Græce est μεταδότω, hoc est, impartiatur: *Et qui habet escas* (notãs etiam numero plurali superfluum nobis cibũ) *similiter impartiatur de eo quod supereſt, non habenti*. His autem duobus exemplis (quorum alterum ad vestitum alterum pertinet ad nutrimentum, in quib. duobus externa egestas potissimum consistit) crassam adhuc multitudinẽ docere voluit, efficacissimam esse rationem placandi Deum offensum, si modis omnib. benefici simus in proximum cuiuscunq; rei inopia laborãtem. siue vestis, siue cibi, siue potus, siue hospitij, siue subsidij, siue solatij, siue doctrinę, siue exhortationis. Similiter & saluator docuit Phariseos placãdũ Deũ, dicẽs: Quod superest date eleemosynã, & ecce omnia mũda sũt vobis. *Luca 11.*

VENERVNT AVTEM ET PVBLICANI VT BAPTIZARENTVR, ET DIXERVNT AD ILLVM: MAGISTER &c.] Publicani antiquitus dicebantur, qui vectigalia, aliosque populi *Publicani unde dicti.*
Romani redditus exigendos certo constituto pretio redimebãt. sic dicti à publico, quo nomine bona Populi Romani significabantur. Horum ordinem & numero amplissimũ, & personarũ dignitate potentissimum fuisse constat. Sic enim de eis Cicero pro plãcio: Flos equitũ romanorum, ornamentũ ciuitatis, firmamẽtũ reipublicę, Publicanorum nomine cõtinetur. Verùm quoniã huiusmodi hominib. in procliui fuit, vi & rapina peccare, vt propterea eorum auaritia peculiarib. legibus septa sit & notata. (Scribit enim Vlpianus in Pandectis, Titulo de publicanis & vectigalib. Quãtę audacię, quãtæq; temeritatis sint publicanorũ factiones, nemo est qui nesciat) ob id infame fuit a *Publicanos quare infames.*
pud Iudęos horum nomen. Neque solùm ob illorũ auaritiã, & iniustã extorsionẽ infame erat apud eos ob quam etiam apud alias nationes male audiebat, sed peculiariter etiam q cùm Romanorũ vectigalia apud eos exigerẽt, inferuirent tyranni di, qua cõtra legẽ Dei se premi putabant. cùmque alienigenis plus cõmunicarent quàm cõcederet superciliũ Phariseorum. Atque easdẽ ob rationes & militũ nomen apud eos infame erat. Nõ solum ergo pharisęi, & Sadducęi, ac simplicis turbę plerique Ioãnis autoritate & prędicatione cõmoti fuit ad pœnitẽtiã, sed & publicani ac milites quoque, hominũ genera rapinis dedita. suaque cõmoda ex publicis cõparãtia incommodis, religionis rationem nõ habentia, magisque iussis principũ obsequentia, quàm præceptis Dei: Ioannes autem nequaquã Phariseorũ more eos à se quasi indignos repulit, sed, vt decebat præcursorẽ eius q nullum, quantumuis coinquinatum granib. peccatis reiecturus erat, placidius etiam eis respõdit, & lenius quàm Phariseos excepit. Ab his autẽ neque exegit vt instituto decederent. q vtrorumque institutum vt est reipub. necessarium, ita sine peccato cõsistere possit. Neque rursum beneficentiam in proximum quàm à turba exegerat: sed tãtum vt à malis abstinerent, & aliena non raperent, si nondum sua largiri possent. Satis magnum enim profectus gradũ in ipsis esse duxit, si temperarent à malefaciendo. Itaque vtrosque admonet ab his abstinere malis, quibus verè solẽt esse obnoxij, attemperãs suam

suam admonitionem singulorum necessitati & ca A
pacitati. Nam quoniam sæpe publicani suprà quã constitutum est exigere solent, inquit: *Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis a principibus, exigatis a populo.* Sic enim vertendum potius fuisse, quàm verbum, *faciatis*, sensus exposcit. Nam alioqui dictio Græca πράσσετε vtramque habeat significationem. Proinde quod nos tertio vertit, *faciatis*, intelligendum est, nihil faciatis exigendo, ac velut officium vestrum exequendo. Militum autem genus tribus potissimum vitiis solet esse obnoxiũ, violentia, calumnia, & rapinis. Frequẽter enim arma, quæ princeps dedit ad defensionem publicæ tranquillitatis aduersus hostes, vertunt in ipsos ciues, & eos quibus defensio debebatur. Itaque fre- B
quenter vim inferunt, incendunt, vi cõstuprãt fœminas, perrumpunt fores, exigũt ac pulsant hospitem: proinde monet vt neminem cõcutiant. Rursũ alij falsò deferũt apud principes, innoxios, quo pars facultatum confiscatarum ad ipsos redeat, calumniæ scilicet præmium. Itaque dicit: *Neque calumniam faciatis*, falsum scilicet alicui imponendo crimen. Multi autem, quod à principe nomine salarij datur, sortis, alea, temulentiaque prodigẽtes, rapto furtisque rei iacturam sarciunt, non solùm non soluentes quod debent, sed extorquentes ab agricolis quod non debetur, atque ex publica calamitate diuitias sibi parare studẽtes. Propter quod dicit: *Contenti estote stipendiis vestris*, ostendens eis quid facere soleant, & quid posthac vitare debeant, si velint effugere Dei vindictam. D. August. C
epistola ad Marcellinũ, quæ est in lib. episto. 5. docet ex hoc loco, non esse Christianis prohibitum militare. Nã, inquit, si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius consilium salutis petentibus in euangelio diceretur vt abiicerẽt arma, séque militię omnino subtraherẽt. Dictum est autẽ eis: *Neminem concusseritis*, &c. Quibus proprium stipendiũ sufficere debere præcepit, militare vtiq; non prohibuit. *Christianis licat militare.*

EXISTIMANTE AVTEM POPVLO, ET COGITANTIBVS OMNIBVS IN CORDIBVS SVIS, &c.] Hactenus ex Euangelistis ea posita sunt quæ de agenda pœnitentia, & D
vitæ correctione à Ioanne prędicata sunt. Iam verò sequitur ex tribus Euãgelistis quale de Christo testimoniũ perhibuerit. Ad hæc enim duo missus fuit Ioannes, vt & ad pœnitentiam & ad fidem in Christum homines adduceret. Hoc autẽ testimonium eius de Christo quod Lucas dicit datum à Ioanne, cùm populus cogitaret ne fortè ipse esset Christus, videri potest tunc Ioãnem dedisse, cũ, vt scribit Ioannes Euãgelista, misissent Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, qui interrogarẽt eũ num esset Christus, & quare baptizaret si nõ esset Christus. Siquidem eis verbis tunc scribitur E
illis respõdisse, quæ hic à tribus ponuntur Euãgelistis. Si autem eodem tempore testimoniũ illud datũ est quod est apud tres primos Euãgelistas, & quod est apud Ioãnẽ, fateamur necesse est, tres illos narrasse illud Ioãnis testimoniũ per anticipationem, cùm illud quod est apud Ioannẽ, datũ sit post baptisma Christi à Ioanne susceptum. Vt autem intelligamus vnum idémque esse testimoniũ inuitat nonnihil quod dicit Lucas, Ioannem, cùm cogitarent turbæ ipsum esse Christum, respõdisse, his videlicet, vt apparet, qui Iudæorum nomine ipsum interrogauerunt, vt scribit vltimus Ioãnes, qui ab aliis omissa supplere solet. Quòd si diuersum sit secundùm tẽpus testimoniũ apud Ioannẽ & apud tres reliquos, (vt videri pbabilius potest ex eo quod hic promittit venturum post se fortiorem, illic verò: *Medius*, inquit, *vestrum steterit quem vos neſcitis. Hic est qui post me venturus est*: quasi demonstrare volens quẽ priùs promiserat post se venturum) iam quod dicit Lucas, Ioannem respondisse omnibus, cùm turbæ tantum de eo cogitarẽt nũ esset Christus, nec illum de eo interrogarent, intelligendũ est eum respondisse hominum cogitationibus, quas afflatu spiritus aut indiciis cognouerit. Porrò diuina dispensatione factum aut permissum est, vt Ioãnes crederetur à populo Christus, nec priùs ille de Christo testimonium ferret, quàm eam de ipso opinionẽ populus cõcepisset, tũ vt summa animi Ioannis modestia hac ratione declararetur, qui adeò nõ sibi alienam laudem vsurpauit, vt etiam spõtè oblatam fortiter reiecerit: tũ vt sic testimonium de Christo redditũ ab ipso maioris esset autoritatis & ponderis. Dũ enim is qui Christus haberi poterat, se Christũ esse negauit, imò longè se illo inferiorem prædicauit, quãtumuis magnus à populo haberetur, effectum est testimonium eius acceptius, dignitasque Christi celebrior reddita per occasionem erroris populi. Notandum autem, Græca non habere, existimãte autem populo, sed προσδοκῶντος, expectante, seu sperante, vt intelligi possit populũ id desiderasse. Interpres verò legisse videtur δοκοῦντος.

EGO QVIDEM b BAPTIZAVI (ET) f BAPTIZO l VOS a IN AQVA, &c.] Testimonium perhibiturus de Christo Ioannes, comparat tum baptismum suum, tum suã ipsius personam cum baptismo Christi & illius persona, ostendẽs & se & suum baptismum infinitò inferiorem esse Christo & baptismate eius. Quoniã enim propter nouum baptizandi ritum à se institutum credebatur esse Christus, eò q ex prophetis Iudæi intellexerãt instituendum à Messia baptismũ in ablutionẽ peccatorum, ob id baptismum suum in comparatione ad baptismum propriũ Christo vilem ostendit & inefficacem. Idque duabus conditionibus. Primùm quidẽ quòd in aqua sola sit ipsius baptismus, quo significat se tanquam purũ hominem corpora tantùm suo baptismo abluere, nec penetrare baptismũ suum, vt pote corporalẽ, vsque ad animas. Deinde verò, quòd sit nõ in remissionẽ aut ablutionẽ peccatorum, sed tãtum in pœnitentiam, hoc est, ad hoc vt qui agnoscentes se peccatores, & ablutione indigere, baptismũ suscipiunt, pœnitentiam pręteritorum agãt peccatorum. Qua adiectione prterquam quòd distinguit suum baptismum à baptismo Christi, etiã eundẽ separat à vulgari, aut etiã à legali corporũ ablutione in aquis. Huic itaque parti, qua explicat baptismi sui rationem, illud ex oppolito correspondet, *ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni*. Porrò maximã quæ est inter ipsum & Christũ, differentiã aperit, cùm dicit: *Venit fortior me post me*, &c. Vbi *venit*, nõ præteriti est temporis, sed præsentis. Est enim Græcis apud Marcũ & Lucã ἐρχεται, quod tamẽ verbum etsi sit præsentis temporis, secundũ vocem, tamen etiam accipitur apud eos in futura significatione, vt verti possit, *veniet*, quemadmodũ habent aliqui libri apud Lucam. Vnde & apud Matthæum est futurum: *Qui autem post me venturus est*: cùm etiam per præsens verti potuerit: Qui au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem post mẽ venit. Est enim ἐρχόμενος, participiũ vtriusq; significationis & tẽporis. Est autẽ sensus verborũ hic: Post me iamiã venturus est alius, qui etsi ætate minor, ac prædicationis ordine posterior me erit, tamẽ potentia & fortitudine lõgè me superior futurus est. Fortiorem autem se Christũ meritò vocat. Nam Ioannes quidem sua prædicatione ac baptismo valebat ad præparandum Domino viam & commutãdum hominum corda ad pœnitentiam: verùm impotens erat ad debellandas aëreas potestates, & auferẽdũ hominũ peccata, mentésque eorum sanandas, quæ solùm per Christum præstita sunt. Ne autem quia dixit illũ B se fortiorem, existimetur excessus in certa consistere mensura, ostẽdit per sequentia adeo illum se fortiorem & præstantiorem esse, vt ad illũ neutiquam comparari meritò possit. *Cuius* (inquit) *non sum dignus*, &c. quo secundum simpliciorẽ & propriũ sensum nihil aliud significat quã indignum se esse & inidoneũ qui inter omnes seruos ipsius vilissimum obtineat locum, & infimum illi seruitutis impendat obsequium. Itaque idẽ omnino significatur per id quod dicit Matthæus, *portare calceamenta*, & quod dicunt alij, *soluere corrigiam calceamentorum*. Et fieri quidẽ potest, vt vtrumq; Ioannes dixerit, aut vno tempore, aut temporibus diuersis. Si verò etiam alterum illorum solum dixerit, non tamen ob id aliquis Euangelistarũ mẽtitus est, aut errauit. Nõ enim necesse est ei qui alterius dicta narrat eodem ordine, eisdemq; verbis narrare, quo ordine & quib. verbis dicta sunt, vt docet August. lib. 2. de cõsensu Euãgelistarum, sed satis est quibuslibet verbis rem ab alio dictam explicare. Nec conueniebat Euangelistis potentia spiritus id concedi, vt nec in genere verborum, nec in ordine, nec in numero discreparent. Primũ quidem ne viderentur in vnum conuenisse, & habito cõsilio mutuo scripsisse, sicq; eorum authoritas suspecta haberetur. Deinde, vt per authoritatem Euangelistarum firmaretur cæterorum hominum vera loquẽtium securitas, vt pluribus eandẽ rem fortè narrantibus, nullo modo quisquam eorum de mẽdacio rectè arguatur, si ab altero in vet D bis tantùm discrepauerit: simulq; intelligeremus, non tam verbotũ quàm rerum quærendã vel amplectendam esse veritatem. Postremùm, hęc locutionum diuersitas ad hoc etiã vtilis est, vt ne vno modo dictum minus intelligatur, & aliter quã se res habet accipiatur. Vtilis igitur (inquit Augustinus) modus, & memorię maximè cõmẽdãdus, cũ de conuenientia dicimus Euangelistarum, nõ esse mendacium, cùm quisque etiã dicens aliquid aliud, quod etiam ille non dixit de quo aliquid narrat, voluntatem tamen eius hanc explicat, quã etiam ille qui eius verba commemorat. Ita enim salubriter discimus nihil aliud esse quærendum, quã quid velit ille qui loquitur. Hæc Augustinus.

Mysticus sensus. Porrò quòd dicit se Ioannes indignũ ad soluendũ calceamẽtorum corrigiã, in mystico sensu variè accipitur. Quoniam enim calceaméta in extrema corpotis parte sunt, atque ex mortuis fiunt animalibus, ideo secundùm Gregoriũ & Hieronymum super Marcum, rectè per calceamenta incarnatio dominica intelligitur, cuius mysterio explicando se agnoscit Ioannes non esse sufficiẽtem & dignum. Secundùm Theophylactum verò super Matthæum, & Lucam intelligi possunt per calceamẽta Christi duo eius descensus à cœlis in terrã, & è terra ad inferos. Secũdum eundẽ verò in Marcũ intelligitur, Ioãnem, qui omniũ aliorum soluebat per pœnitentiã corrigiã calceamentorũ, hoc est, vinculum peccatorum, Iesu corrigam non volluisse soluere, quia in eo nõ inuenit peccatũ. Hieronymus verò super Matthæum, & Gregorius rursum in homiliis etiam aliter intelligunt, nimirum Ioannẽ nõ fuisse dignum qui Christi sponsi corrigiam solueret, ita vt vocaretur domus eius, iuxta legem Moysi, & exemplum Ruth, domus discalceati, & Ioannes sponsam Christo deputatam sibi vendicaret. Mos enim apud veteres fuit, vt si quis eam quæ sibi cõpeteret vxorẽ accipere nollet, ille ei calceamentum solueret: qui ad hanc iure propinquitatis veniret. Quod autẽ Matthæus dicit *calceamenta portare*, Ambrosius mystice intelligit Ioannem agnoscere se indignum qui Christi gesta & opera (quæ gressus sæpe dicuntur & calceamenta) per vniuersum orbem prædicando deferat, quemadmodum postea fecerunt Apostoli. Pro eo autem quod nos legimus; *non sum dignus*, Græcè est, ἄξιος, hoc est idoneus aut sufficiens. Apud Ioannem tamen est ἄξιος, hoc est, dignus. Notãda autem tum summa Ioannis humilitas, tũ incomparabilis Christi excellentia, quæ his verbis significatur. Ioannes enim vir tam sanctę cõuersationis, in matris vtero sanctificatus, qui se ad munus præcursoris obeundum sciuit esse à Deo destinatum, maximus à populo habitus, atque ab ipso Christo maximus inter natos mulierũ prædicatus, à quo Christus etiam baptizari dignatus est: indignũ se tamen reputat, qui vilissimũ seruitutis obsequiũ Christo impẽdat, significãs nõ obscurè eũ plusquam hominem esse, imò Deum, atque ad summam de Christo habendã opinionem homines prouocans, quando se tanti ab illis habitũ, infinito inferiorẽ ipso agnoscit. Iã & apertius Christi diuinitatem insinuat, cùm dicit: *ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne*. Quis enim in spiritu sancto baptizare, & spiritum sanctũ dare posset, nisi qui simul Deus esset? Opponit autẽ Ioãnes spiritum sanctum & ignem, aquæ in qua baptizabat significans Christi baptismum tanto esse excellẽtiorẽ, puriorẽ, & efficaciorẽ suo baptismo, quãto spiritus sanctus excellẽtior est & purior aqua sẽsibili, quantoq; ignis aqua efficacior est. Porro ex eo quod apud Lucam & Matthæum additur, & *igni*, (quamuis quidam Græci codices apud Matthæum nõ habeant) quidam hæretici, qui ab hęresiarchis Galatis, Seleuco & Hermia, Seleuciani & Hermiani dicti sunt, errorẽ desumpserũt, vt baptizarent suos nõ in aqua, sed in igne. Atque in detestationẽ huius erroris verisimile est in quibusdã Græcorũ libris illud, *in igne*, fuisse omissum, quod tamen præter Hieronymũ & Hilariũ etiã Chrysostomus in Matthæo legit, & Cyrillus item libro de recta fide ad reginas. Per ignẽ autem hic intelligitur ipse spiritus sãctus, de quo & saluator: Igne veni mittere in terrã, & quid volo, nisi vt accendatur? Ignis enim rectè dicitur propter vim & efficaciam ipsius. Totum nãque hominem immutat, sordes peccatorũ exurit, tenebras fugat, & ad virtutis opera, & promouendum Dei gloriã ardentes prorsus homines reddit & inuictos, quemadmodum in Apostolis declaratum est. Dicitur quidem in scripturis spiritus sanctus etiã frequenter aqua, vt Ioan. 7. qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et

Ioan. 4. Quisquis biberit ex aqua illius ego dabo ei, A fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Et Isaię. 44. Effundam aquas super sitientẽ, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et rursus aliis multis locis aquę comparatur, idq́ue ad significandum, vel quòd ab ipso est bonorum operum fœcunditas, vel q́ in æstu tẽtationis solus recreat, vel quòd sitim bonorum solus restinguit, vel deniq; quòd à peccatis vnus repurgat, quarũ scilicet rerum omnium similitudo in aqua est. Hoc autẽ loco potius ignis dictus est tum propter oppositionem ad aquam in qua B erat Ioãnis baptismus, & ad significandũ spiritus efficaciam: tum quòd spiritus in quo Christus baptizaturus erat, igne erat apparituru in die Pentecostes. Quamuis enim Christus in spiritu baptizauerit etiã eos quos baptizauit aqua, sicut & nũc quotidie in spiritu baptizat eos qui in nomine ipsius aquã tinguntur, tamen Ioannẽ potissimum locutũ de eo baptismo spiritus, quo per visibilẽ missionem spiritꝰ primùm Apostolos, deinde & alios plerosq; credẽtes Christus baptizauit, apparet ex eo quòd Christus promittẽs Apostolis spiritũ sanctum, verba Ioãnis de baptismo spiritus repetierit Actuũ 1. dicens. Ioãnes quidem baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini spiritu sancto nõ post multos hos dies. Etsi tamen de hoc baptismate solẽni C Ioãnes videatur potissimum locutꝰ, simul tamẽ etiam intelligendum cum locutum de eo quo per inuisibilẽ spiritus missionem purgat animas eorum qui in nomine trinitatis in aqua baptizãtur. Siquidem ad hoc visibiliter spiritus sãctus super credẽtes missus est, vt de inuisibili ipsius super baptizatos effusione in posterum semper certiores essemus. Itaque notandum multiplicẽ esse baptismum, de quo in scripturis fit mẽtio. Primò enim est baptisma typicũ, quo scilicet Paulus Israelitas à Moyse baptizatos dicit in nube & mari. 1. Cor. 10. Secundò, est baptisma secundùm morẽ Iudæorum, quo Iudith se ante orationem baptizasse legitur in fonte aquæ, Iudith 12. De quo etiam plerique intelligunt illud Nehemiæ 4. Vnusquisque tãtùm nudabatur ad baptismum, quem tamen baptismum alij intelligunt vulgarem ablutionem fuisse corporalium sordium ex labore & sudore contractarum. De baptismatib. autem Iudaicis etiam loquitur Paulus ad Heb. 6. In variis, inqt, baptismatib. & iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Et Ecclesiastici 34. Quibaptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuũ, quid profecit lauatio illius? Tertiò, est baptisma Pharisaicũ, baptisma scilicet calicum & vrceorum, de quibꝰ Marci 7. Quartò, baptisma Ioannis in sola aqua præparatorium ad pœnitentiã. Quintò, baptisma E Christi in solo spiritu, quo sũt baptizati Apostoli in die pentecostes, de quo & hoc loco & Actuum 1. qđ à Theologis baptisma flaminis dicitur. Sextò, baptisma Christi i spiritu & aqua. De quo Matthæi vlt. Docete omnes gentes, baptizãtes eos in, &c. Dicitur autem à Theologis baptisma flaminis. Postremum, est baptismus martyrij & sanguinis, de quo Saluator: baptismo (inquit) habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiã illud? Addunt quidam & baptisma lacrymarum, de quo Dauid: Lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. verùm sub nomine baptismatis in scripturis nõ continetur. Porro per ignem quo Christus baptizat, intelligũt quidã hic aliter tribulationes, quibus singulariter electos suos Christus in hoc mũdo probat & purgat. de quo igne, & illud Pauli quidã intelligunt: Vniuscuiusq; opus, quale sit ignis probabit. Alijverò etiã per ignẽ intelligũt ignẽ purgatoriũ, quo tãquã baptismate quodãmodo per hanc vitã à leuib. quibusdã peccatis mundãtur electi. Cuius intelligentiæ etiam Hieronymus super Matthæũ meminit dicẽs: In pręsẽti spiritu baptizamur, in futuro igne, Apostolo huic congruente sensui: Vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Hilarius simili fere modo intelligit ignẽ iudicij, hoc est, vt apparet intelligendum, exactam probationem & examinationẽ iudicij diuini. Salutis igitur (inquit) nostræ & iudicij tẽpus designat in Domino, dicens: *Baptizabit vos in spiritu sancto & igni*, quia baptizatis in spiritu sancto, reliquum sit consummari igne iudicij. De igne autem purgatorio etiam Origenes intelligit, sic scribens hoc loco super Lucam: Quomodo Ioannes iuxta Iordanẽ fluuium veniẽtes ad baptismum præstolabatur, & alios abigebat dicẽs: *Generatio viperarum*, & reliqua: porro eos qui cõfitebantur vitia atque peccata suscipiebat: sic stabit i igneo flumine Dominus Iesus iuxta flammeam romphæam, vt quemcunq; post exitum vitæ huius q ad paradysum transire desiderat, & purgatione indiget, hoc eum amne baptizet, & ad cupita transmittat: eum verò qui non habet signum priorum baptismatum, lauacro igneo non baptizet, &c. Itaque præter superiora baptismatũ genera, essent secundùm intellectus hos & alia duo genera. Notandum autem, aliter nos dici baptizari in spiritu sancto, aliter in Christo, & rursum aliter in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. In spiritu sancto enim dicitur baptizari, quomodo in aqua, nimirũ quia spiritus aquæ locum supplet, id efficiens in spiritu nostro, quod aqua in corporibus: atq; ea locutione qua dicitur à Ioãne Christus baptizare in spiritu, præterquã quòd significatur abundantia gratiæ spiritus sancti, alluditur ad illud Iohelis 2. Effundã de D spiritu meo super omnẽ carnẽ, &c. In Christo autẽ baptizari dicimur, quia in fide eiꝰ baptizamur, & quia per meritũ passionis eius baptismus in illius fide susceptus in nobis efficax est. In nomine autem trinitatis, quia per inuocationem trinitatis super nos, & quia ipsa trinitas in baptismate operatur mentis puritatẽ. Porro quoniam hic occurrit nomen spiritus sancti, vt illud bene intelligatur & ratio nominis huius, sciendum q́ & apud Latinos nomen spiritus, & apud Græcos πνεῦμα, & apud Hebræos רוח Ruach, propriè dicitur ventus, aër, aut spiratio illa quæ ab animaliũ ore procedit. Cæterùm quoniam hæ res, etsi sensibiles, à crassitie tamẽ reliquorum corporũ multùm sunt semotæ, factũ est vt omnis res nõ corporalis, spiritus diceretur. Itaq; spiritus nomine vocãtur, deꝰ, angeli boni simul & mali, anima hominis & animalium quorumuis, voluntas itẽ hominis ac mens, dona quoq; Dei gratuita & spiritualia. Quãuis aũt hæc cõmuni ratione & pater & filiꝰ dici possit spiritus sanctus, nã & pater spiritus est & filius, & vterq; sanctus: tamẽ tertię personę in diuinitate appropriatũ est vt dicatur spiritus, sanctus, tũ qa, vt vult August. 15. de Trinitate, qui cõmunis est ambobus, id vocatur ipse proprię quod ambo communitet, tũ, qa per modum spirationis à patre & filio procedit, eique appropriatum est vt dicatur

Quotuplex baptismus.

De nomine spiritus sancti.

Luc. 12.

Spiritus sanctus dicitur ignis.

Psal. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

per eũ pater & filius homines afflare & aspirare, dum per scientiam à patre simul & filio procedẽtem, mentes hominum diuinitus innouantur, illustratæ scilicet vt iam diuina queant percipere, ad quæ natura alioqui stupent: & accensæ, vt ad eadẽ ardeant, quæ natura alioqui fastidiunt. Quam nominis rationem satis insinuat Petrus 2. Epistolæ suæ cap. 2. dicens: Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.

fCVIVS VENTILABRVM IN MANV EIVS, ET PERMVNDABIT AREAM SVAM, &c.] Hactenus prædicauit Ioannes Christum esse saluatorem, testatus ipsum esse spiritus iustificantis donatorem, quod ad primum Christi aduentum pertinet: his modò sequentibus annũciat & iudicem, quod ad secundum eius aduentũ spectat. Et bene istud præcedentibus subinfert, vtqui promissione salutaris spiritus non prouocẽtur ad recipiendum & amplectendum Christum, metu seueri iudicis sint soliciti vt huic sese conserent, & vt ne qui baptizati sunt à Christo in spiritu sancto, torpeant audiẽtes ipsum postquã baptizauit in spiritu sancto, adhuc expurgare aream suam. Ventilabrũ itaque quod est in manu Christi, iustũ est ipsius iudiciũ, quod in illius potestate pater tradidit. Omne enim iudiciũ dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem, Ioan. 5. Atea ipsius, aut specialiter est populus Iudæorũ (cùm eũ hæc dicta sunt Iudæis, videri potest de ipsis hęc peculiatiter dicta. sicut illud, in propria venit) aut generaliter vniuersa totius orbis Ecclesia, in qua paleæ cũ tritico, hoc est, mali cũ bonis pexmixti latent. Paleæ eũ sunt impij quòd infructosi, inanes, omniq; iniquitatis, & cupiditatum suarum vento huc illucq; agitẽtur, latentes tamen plerunque ob permixtionem eorũ cum bonis, qui ratione contraria triticũ vocãtur scilicet quia fructuosi, pleni grauésque virtutibus. Horreum autẽ, est regnum cœlorum. Porro quod hic dicitur de purgatione areæ dominicæ, duplicitet potissimũ intelligitur. Origenes enim, & post eum quidam in Lucam, de ea intelligunt purgatione qua in hac vita Christus eos qui sunt in ecclesia probat, & ab inuicem nonnunquã separat, qualésque sint ostendit per tribulationem motã contra Ecclesiam, vt ventus quo separantur paleę à tritico, (sine vento enim non sit in ventilatione huiusmodi separatio) sit tribulatio, quęcõfuso credentium acetuo, alios paleas, alios triticũ esse demonstrat. Non enim tentatio paleam facit aut triticum, sed qualis quisque ante tentationem latẽter erat prodit. Rectius tamen secundũ Ambrosiũ & alios intelligitur hic locus de ea purgatione, qua in nouissimo die iudicio suo discernẽte singulorũ merita, Christus separabit bonos & malos iã inter sese confusos. Secundum quẽ intellectũ notandũ, quòd nõ dicit Ioãnes, mundabit aream suã sed *permundabit*, διακαθαριεῖ: sic enim est apud græcos in vtroque Euangelista, quamuis, nos in Luca legamus, *purgabit*. Per hoc enim significatur perfecta purgatio, & separatio malorum à bonis, cũ in hac vita frequenter aream suam purget Christus, nunquam autem perpurget. Messoresautem qui triticum simul cum palea demetentes colligunt ea in aream Domini, sunt Apostoli, cęteriq; doctores, qui ex agro huius mundi præcidentes omnes gentes in Ecclesiã congregant. Extra quã quicunque sunt, non necesse habent ventilabro Domini perpurgari. Nõ eñ sunt tritico permixti, sed ab eo manifeste sepemti. Vnde Saluator: Qui non credit, iam iudicatus est. Prouide, solùm aream suam Dominus permundaturus hic dicitur: Hæc autem locutio; *cuius ventilabrum in manu eius*; videtur esse phrasis Hebraica, pro eo quod est: In cuius manu est ventilabrũ, nisi potius intelligamus significari, fuisse quidem ab initio ipsi Christo iudiciatiam potestatem, tanquam ventilabrum, verùm id ventilabrum iam accepisse illum in manũ, videlicet quia iam paratus est ad diiudicandum, quomodo priùs dixit: *Iam enim securis ad radicẽ arborum posita est*. Iam cùm dicit, *paleas cõburet igni inextinguibili*, per hoc quod addit, *inextinguibili*, significat ignem inferni (de quo manifestè loquitur) etsi verè sit ignis corporeus, tamen multum differre ab igne huius mundi, quod scilicet non nutriatur per cõgesta fomẽta, nec sic immissos reprobos cõburat, vt penitus consumat, & in nihilum redigat, quemadmodum bene notauit Greg. 15. moraliũ cap 14. Alludit autẽ Ioannes ad illud Isaiæ vltimo dictum de impiis: Ignis eorũ non extinguetur. De quo igne & Iob 20. dicitur: Deuorabit eũ ignis qui non succenditur. Proinde ex hoc Ioãnis loco, similiter & ex loco Isaiæ refellitur error ille qui Origeni asscribitur, quo putauerunt quidam inferni pœnam non fore perpetuam. Cõtra quos etiam aperte est illud Iudith. 16. Dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternũ. Et rursum illud Iob 20. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit. Paleis autem impij etiam assimilatur Iob 21. Erunt sicut paleę ante faciem venti, & sicut sa uilla quam turbo dispergit. Tritico assimilantur iusti in parabola zizaniorum, Matth. 13. De quo tritico etiam intelligi potest illud Isaiæ 62. Iuranit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ. Si dedero triticum tuum vltra cibũ inimicis tuis: & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti. Quia qui cõgregabunt, illud comedent, &c. quamuis hic per triticũ & vinum videntur potius debere intelligi iustorũ bona opera. Si cut & Ierem. 13 Dominus per metaphorã paleæ & tritici, significat differentiam inter falsam prophetiam & verã. Propheta, inquit, qui habet somnium, narrat somniũ: & qui habet sermonẽ meũ, loquatur, sermonem meum verè. Quid paleis ad triticum? dicit Dominus.

gMVLTA QVIDEM ET ALIA EXHORTANS EVANGELIZABAT POPVLO.] Duo dicit, euangelizasse scilicet, & exhortatũ esse. Euangelizabat enim, cùm quæ de Christo erant, & quæ bona bonos iam manerẽt annuntiabat, vt cùm dixit: *Appropinquauit regnum cœlorum*. &c: *Venit fortior me post me. Ipse vos baptizabit*, &c. Exhortabatur autem, cùm ad pœnitentiam eos prouocaret & bona opera, cumque vt ad venientem post se Christum accurrerent, & in eum crederent moneret, vt cùm dixit: *Pœnitentiam agite. Facite fructus pœnitentiæ*. &: *Qui habet duas tunicas, det non habenti*. Itaque significat ipsum inter exhortandum ad pœnitentiam, charitatem, bona opera, & fidem, simul etiam quæ Christi erant & cœlestium bonorum euangelizasse. Qui sanè prædicationis modus ab omnibus seruandus est prædicatoribus, videlicet, vt ita diuinas promissiones annuncient, vt simul exhortentur populũ ad eam vitam qua illis promissionibus digni fiant. Et rursum dum exhortantur, simul etiã cœlestia bona tam præstita quàm præstanda euangelizent, quò promptiores sint auditores ad obsequendum exhortationi. Et quoniam non omnes promissionibus trahuntur, immiscendæ nonnũquam & graues futuri iudicii comminationes, quemadmodum Ioannem fecisse superiora testantur.

BAPTIZATVR A IOANNE CHRISTVS, EIVS QVE A LVCA genealogia in Deum reducitur, Matthæi 3. Marci 1. Lucæ 3. CAP. XIIII.

†a. Galilææ. ‖a. factũ est autem †‖ aperti sũt cœli. Dei †a sicut. ‖a decœlo. ‖a Hic tum †sanctum tanquam columbam descendentem, [a] & venientem superipsum, [b] & manentem in ipso: [c] Et [a] eccè vox [b] facta est [c] de cœlis [a] dicens: [c] Tu es filius meus dilectus † in te complacui f mihi. e Et †a in quo.

ET [b] factum est [a] tunc [b] in diebus illis [c], venit Iesus à †Nazareth Galilææ [a] in Iordanem ad Ioannem vt baptizaretur ab illo. Ioannes autem prohibebat eum dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit ei: Sine modò, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum, [b] & baptizatus est à Ioanne in Iordane. [a] Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, f ‖ & [a] ecce e factum est cùm baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, †f aperti sunt ei cœli', [c] & descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum e. Et [b] statim ascendens de aqua [a] vidit [b] cœlos apertos, & [c] Spiritum † sanctum tanquam columbam descendentem, [a] & venientem superipsum, [b] & manentem in ipso: [c] Et [a] eccè vox [b] facta est [c] de cœlis [a] dicens: [c] Tu es filius meus dilectus † in te complacui f mihi. e Et ipse Iesus erat incipiẽs quasi annorũ 30, vt putabatur filius Ioseph, q fuit Heli, q fuit Mattah, q fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Iannæ, qui fuit Ioseph, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naũ, qui fuit Hesli, qui fuit Naggæ, qui fuit Maath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helmadã, q fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Helizer, qui fuit Iorim, qui fuit Mattha, qui fuit Leui, qui fuit Symeõ, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Menã, qui fuit Matthata, qui fuit Natham, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salm, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachol, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Haber, qui fuit Sali, qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malaleel: qui fuit Cainam, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

ET [b] FACTVM EST TVNC [b] IN DIEBVS ILLIS, [c] VENIT IESVS A NAZARETH, &c.] Cùm Ioannes populũ sua prædicatione & baptismo ad pœnitentiam præparasset, & venturum post se Christũ promisisset, reliquũ erat vt Christus partim à Ioanne, partim à patre cœlesti demonstraretur, sicq; demonstratus suum mox negotium ad quod à patre missus fuit auspicaretur. Itaq; tunc, inquit Matthæus, hoc est, cùm Ioannis testimonio fuit annunciatus, Iesus relicta Nazareth Galilææ materno loco, vbi hactenꝰ delituerat tanquam purus homo, parentibus morẽ gerens, ac labore manuum victum eum eis parans, venit in Iudæam, patris sui cœlestis peculiare habitaculũ, vbi auspicanda erat Euangelij prædicatio. Patris enim negotium auspicaturus maternam deserit Nazareth, atq; è Galilæa gentium in Iudæam properat, significans Euangelium, primùm quidem Iudæis, deinde gentibus prædicandum. Venit autem ad Iordanem, vbi confertissimã turbam è diuersis Iudææ regionibus conflatam, testem haberet eorum quæ dicerentur ac gererẽtur. Quodq; maximum est humilitatis & modestiæ exemplum, is qui solus omnium nulla peccati labe contactus fuerat; imò qui solus tollit omnia peccata mundi, in mediis peccatorum turbis, velut peccator pœnitens adit Ioannem, flagitans ab illo pœnitentiæ baptismum, quo baptizabantur publicani, meretrices, & milites. Antequam enim regnum Dei euangelizare inciperet, munusq; sunm aggrederetur, baptizari eum conueniẽs erat ob varias rationes. Et primum quidem, quoniam sicut olim circuncisio instituta fuit vt esset signum & tessera populi Dei, ad quem pertinerent promissiones Abrahæ factæ, ita cùm nouum sibi populum noua ratione Deus paraturus erat, nouumq; fœdus cũ eo per filium suum initurus, nouum etiam symbolum, nempe baptismũ, per Ioannem instituere cœpit: quò inscriberetur qui ei populo, ad quem noui fœderis promissiones pertinerent. Vnde Ioseph. 18. antiq. c. 10. dicit Ioannem præcepisse populo vt per baptisma in vnum coirent. Quemadmodum itaq; circumcisus fuerat, coq; signo Iudæorum asscriptus populo: ita & modò communem Christianorum tesseram gestare, ac per eam sanctorum suorum corpori inseri voluit, quemadmodum decebat eũ qui caput huius noui populi, & imperator noui exercitus futurus erat. Ita enim hac in re egit, quomodo si rex quispiam cuperet se ciuium suorum publico testimonio comprobari, ciuitatéq; eum donari, atq; cõmuni ciuitatis insigni insigniri. Quare voluit & in hoc fratribus assimilari: quibus in nullo, nisi in solo peccato, debebat esse dissimilis, vt dicitur ad Hebræos 2. Nec obstat, ꝙ Ioannis baptisma erat pœnitentiæ baptisma, quódque eo in signum pœnitentiæ baptizabat, quasi ob id indignum fuerit Christo baptisma istud, vt cui non competebat pœnitentia, quòd omnis peccati expers esset. Nam quemadmodũ venerat, non quidé in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati: ita & conueniebat eum simile cum peccatoribus signum susçipere. Atq; hinc patet & altera ratio, ob quam cõgruum erat Christum baptizari, idq; à Ioanne, baptismo scilicet pœnitentium: videlicet vt factus ceu vnus ex ægrotis, eo gratior illis, quo similior atq; familiarior medicus admitteretur. Præterea vt suo baptismo nostra peccata

Christus cur baptizatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliæ rationes baptismi Christi.

quæ in se susceperat ablueret,& vt tanquam pec- A
cator baptizatus diabolum falleret.Præter has &
aliæ sunt rationes, quibus sancti patres ostendũt
cõuenienter Christũ à Ioanne baptismum susce-
pisse,videlicet vt Ioannis baptisma cõprobaret,vt
nobis fluenta mundaret,sanctificataſq; aquas re-
linqueret postea baptizandis , quod est contactu
corporis Christi omnes aquas accepisse vim rege
neratiuam, & factas efficaces in ablutionem pec-
catorum.Deinde vt secundùm Hieronymum per
descensionem columbæ,spiritus sancti in lauacro
credentium monstraret aduẽtum,& vt quod om-
nibus faciendum imperaturus esset, ipse prior fa- B
ceret: vtq; suæ humilitatis exemplo demonstra-
ret quanta cum alacritate omnes occurrere de-
beant ad baptisma Domini,quoniam ipse non est
dedignatus accipere baptisma serui.Proinde hoc
Christi exemplum mirè condemnat omnes eos,
qui sacrum Ecclesiæ ministerium & societatẽ fa-
stidiunt,elementis,signisq; gratiæ à Christo insti-
tutis subdi nolentes,& tanquam res viles ac ege-
nas contemnentes.

a IOANNES AVTEM PROHIBEBAT EVM DICENS: EGO A TE DEBEO BAPTIZARI, ET TV VENIS.] Ex his omnino apparet,Ioannem priusquam Christum baptiza-
ret agnouisse eum esse Messiam, cuius tamen cõ-
trarium apparet ex eo quod Io.1.legimus eum di- C
xisse:*ego nescieba eũ,sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentẽ, & manentem super eũ,hic est qui baptizat in spiritu sancto.* Cũ enim Ioannes dicat se non agnouisse Chri
stum,datum autem sibi à Deo signum agnitionis
illius,spiritum sanctum descendẽtem super eum,
spiritus verò non nisi post baptizationem super
Christum descenderit,vt patet ex Matthæo,Mar-
co & Luca, quomodo potuit ante baptismum il-
lum agnoscere,adeo vt prohiberet, & diceret ei:
Ego à te debeo baptizari? Hanc difficultatem diuersi
variis soluunt modis. Quidam enim , inter quos
quidam & Faber, dicunt, Dominum à Ioanne cũ
ad baptismum venisset,non summum illum Mes- D
siam filium Dei agnitum,sed aliàs insigniter piũ,
quod ipsis oculis, totoq; vultu & incessu admira-
bilis eius probitas sese exereret:atq; ob id Ioannẽ
nullo certo elogio dignitatem Domini honoras-
se. Verùm hæc solutio non satis firma est. Nam
quãlibet pius homo visus fuisset Ioanni,non po-
tuisset tamen ei dixisse:*Ego à te debeo baptizari*, nisi
certò sibi persuasisset ipsum esse Christum , cùm
sciret neminem præter se & Christum ad bapti-
zandi ritum instituendum missum à Deo fuisse.
Simili ratione non probabiliter ab aliis dicitur,
Ioannem ante baptismum cognouisse quidẽ Ie-
sum esse Christum , ignorasse autẽ ipsum esse qui
baptizaret in spiritu sancto,atq; id de eo didicisse
per descensum spiritus sancti super eum. quam E
sententiam refert Thephylactus super Ioannem.
Cùm enim suo baptismo præpararet homines ad
baptisma Christi,vt per illud cõsequerentur pec-
catorum remissionẽ,cumq; priùs dixerit de Chri-
sto,*ipse vos baptizabit in spiritu sancto*, constat id ne-
quaquã ignorasse eum , si agnouit esse Christum.
Probabilius autem August. hunc nodum soluere
conatus est super Ioannem, dicens Ioannem sci-
uisse quidem,Iesum esse Christum,quodq; bapti-
zaret in spiritu sancto : ignorasse autem ꝙ solus
ipse in spiritu sancto baptizaret,hoc est, ꝙ aucto-
ritatiuã potestatem baptizandi,quã potuit fideli-
bus cõmunicare, sibi retinuit.Consistit autem ill a
propria Christo potestas in eo, ꝙ baptismus ex
ipsius institutione & merito habet efficaciam,
quódq; sine sacramento effectum baptismi con-
ferre possit. Verùm hæc solutio vt subtiliter ab
Augustino inuenta est in odium Donatistarũ, as-
serentium baptismum à malo ministro collatum
nihil operari: ita sanè coactior videtur quã vt ge-
nuinæ intelligẽtiæ cõueniat. Proinde probabilior
est cõciliatio Chrysostomi,intelligentis Ioannem
nõ agnouisse Christum priusquã ad baptismum
veniret,vt quem de facie prius nõ viderat, agno-
uisse autem tum cùm ad baptismum petendũ ve-
nisset,idq; afflatu spiritus sancti, quo plenus erat
ex vtero matris suæ : sicut & Elizabeth ex afflatu
spiritus nouerat Mariam ad se venientẽ, esse ma-
trem Domini & Messiæ.Nec obstat ꝙ signum illi
datum erat descendentis spiritus, quod tum ne-
dum viderat.Hoc enim signum ei datum fuit, nõ
quòd Dominum primùm agnosceret,sed quòd con-
firmaretur de eo antea cognito ex reuelatione
Dei,quoq; certius aliis Christũ demonstrare pos-
set.Sic enim & Moysi legimus dixisse Dominum,
cùm ipsum suo populo educendo præiret,Exo-
di 3.Hoc,inquit,habebis signum ꝙ miserim:Cùm
eduxeris populum meum ex Aegypto,immolabis
Deo super montem istum.Porro Moyses longè an-
te quàm hoc fieret, certꝰ euasit se diuinitus mis-
sum. Ita Ioannes ab eo qui signum descendentis
spiritus sancti dederat,monitus fuit,Christum il-
lum esse qui tum baptismum ab ipso petebat, an-
tequam signum datum ei appareret. Vtq; Moysi
illud ad fidei confirmationem,non tam sibi quàm
toti populo,cui signum id præstitum prædicabat,
seruiuit : ita & Ioanni vtile fuit hoc de Christo
signum,& promitti , & postea reddi, vt non tam
ipsi quàm omnibus credentibus fides in Christũ
per illud confirmaretur, qua causa Ioannes etiã
illud signum prædicauit. Maluit enim eam Chri-
sti agnitionem populo testari , quàm simul & ex
Dei indicatione,& signi exhibitione, tanquã ple-
niorem acceperat , quàm eam quæ ex sola illi re-
uelatione interna cõtigerat, vt quæ inefficax fuis-
set ad faciendam fidem.Cæterum cum dicit Ioan-
nes:*Ego à te debeo baptizari*, ne intelligatur signifi-
care voluisse se præcepto aliquo astrictum ad susci
piendum,à Christo baptismum,aduertendũ Græ-
ca non habere,*debeo*,sed χρέαν ἔχω, hoc est, indi-
gentiam habeo , vel indigeo. Proinde apud nos
verbum,*debeo*,accipi debet vt significet non debi-
tum præcepti,sed indigentiæ,hoc est , vt sit idem
quod indigeo. Indigebat autem Ioãnes à Christo
baptizari,quia opus ei erat vt purgaretur à Chri-
sto à venialibꝰ & lenibus peccatis,& spiritu Chri-
sti perficeretur.Videtur enim potissimum debere
intelligi dictum Ioannis de baptismo spiritus quo
Iesus Christus baptizat. Nam etiamsi conceda-
tur Ioannem eguisse vt baptizaretur baptismo a-
quæ à Christo instituto , quia generaliter dictum
est:Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu san- Ioan.3.
cto , non potest introire in regnum Dei , tamen
de eo non intelligendum esse quod dicit , *Ego à te
debeo baptizari*, ex eo patet, quòd illum bapti-
smum ab Apostolis Christi Ioannes æquè effica-
cem susc ipere potuisset. Iam verò dicit , *à te debeo
baptizari*,significãs se loqui de baptizatione Chri-
sto propria. Sunt tamen qui ex hoc loco intelli-
gunt

gunt Ioannem debuisse baptismũ aquæ susceipere A
à Christo,& aut suscepisse,aut præuentum morte
baptismo sanguinis sui baptismum aquæ cõpen-
sare. Alii rursum verba Ioannis sic accipiunt: A-
deo te sum inferior,vt necesse potius mihi esset,&
magis decens,baptismum à te susceipere, quamo-
do siditiori alicui mutuum petenti is qui tenuio-
ris esset fortunæ respõderet: Ego debeo vel opus
habeo abs te mutuum petere. Verùm hic sensus
videtur coactior,& à proprtia verborum significa-
tione nimis recedens , quibus apertè Ioannes fa-
tetur suam indigentiam.Porro vt Ioannes prohi-
beret Christum,hoc est, baptizare renueret,con-
ueniebat, ne populus assistens existimaret pœni-
tentiæ baptismo Christum eguisse.

RESPONDENS AVTEM IESVS DIXIT EI: SINE MODO. SIC ENIM DECET NOS IMPLERE, &c.] A Ioanne, inquit Hila-
rius , prohibetur Christus baptizari vt Deus , ita
autem in se fieri oportere vt homo , edocet.Per-
mitte,inquit,nunc vt à te baptizer. Pulchrè dixit,
modo,significans tẽpus illud secundùm Dei dispen
sationem ita postulasse, vt tecta diuinitate humi-
liratem præse ferret,futurumq; aliquando vt suo
tempore eius excellentia demonstraretur.Bene e-
tiam dixit:Sine,nõ reprehendens quidem rationẽ
ob quam modò Ioanni videbatur indecens vt bap-
tizaret eum,sed potius approbãs, ostendens ta-
men ob eam nõ omittendum baptismum.Et cau- C
sam addit,ob quã sinere deberet. *Sic enim*(inquit)
*decet nos implere omnem iustitiã.*Quoniam enim Ioã-
nes recusabat baptizare Christum, velut id inde-
cens esset, Christus cõtrà ostendit id decens esse.
Notãdum autem Christum nõ dixisse: Decet me
1.Cor.10. implere omnem iustitiam,sed *nos*,cõplectens se &
Ioannem, quamuis quidã intelligant de se Chri-
stum pluraliter locutum. Nec dicit solùm , Decet
enim nos, sed , *Sic enim decet nos*. Accipitur autem
iustitia hic pro eo quod iustum est, & Deo gratũ.
Itaq; sensus est:Secundùm hanc rationem, qua à
te per humilem submissionem baptizari volo,de- D
cet vt nos quia à Deo patre missi sumus , quò ab
omni iniustitia homines auocemus , populumq;
doceamus,adimpleamus,& opere præstemus qc-
quid iustum est,nihil quamlibet minutum aut le
uiculum prætereuntes,quod diuinæ voluntati ꝓ-
bari agnouerimus. Proinde non significat, ꝙ per
baptismi susceptionem adimpleat omnem iusti-
tiam,sed ꝙ secundùm hunc modum quicquid in-
stitiæ speciem habet,nõ sit omittendum ab eis, ꝙ
scilicet ipsis tanquam omnis iustitiæ magistris &
doctoribus , nihil sit prætermittendum quod iu-
stum sit,etiam si ad illud non sint necessitate astri
cti , aut res illa ex sese leuicula videatur. Hæc est
ergo præcipua & generalis causa,ob quã Christus
baptizari voluit , nimirum quò impleret per hu-
militatem suam,iustitiam illam quæ erat in susce- E
ptione baptismi Ioannis à Deo instituti.Hæc autẽ
generalis ratio includit in se aliquot particulares
rationes priùs positas: nempe vt humilitatis ex-
emplum nobis cõmendaret,vt ad baptismi susce-
ptionem nos inuitaret, vt Ioannis baptisma ap-
probaret:ne postea cùm redarguturus esset Pha-
risæos,ꝙ Ioannis baptismati nõ credidissent,reto
querent in ipsum ꝙ nec ipse illius baptismatis re-
didisset.Porro cùm non dixerit, decet nos facere,
sed,*implere omnẽ iustitiã*, videtur & sic posse intelli-
gi,vt implere iustitiam sit id quod iustum est exẽ-
plo & opere declarare iustum esse, vt sit sensus:
Decet nos, qui aliis docendis missi sumus,secun-
dum hanc rationem qua ego nunc tuum bapti-
sma susceipiendo , bonum & iustum esse ostendo,
comprobare & perficere nostro exemplo opere
quicquid iustum est. Hac enim ratione maximè
cõprobatur aliquid esse iustum, si qui in aliorum
præpositus est exemplum, illud ipse faciat. Certè
Hilarius attẽdit diligenter dictum esse,*implere*. E-
rat(inquit)per eum implenda omnis iustitia , per
quem solùm lex poterat impleri.

a BAPTIZATVS AVTEM IESVS, CONFESTIM ASCENDIT DE AQVA, &c.] Du-
bium hic cur dictũ sit,*cõfestim ascẽdit de aqua*.Quid
B enim adeo festinauit ex aqua sese recipere Iesus
baptizatus,vt id Euangelista nominatim memo-
rare duxerit operæ pretium?Dicunt ergo aliqui,ꝙ
vnumquenq; baptizatorum in aquam ad collum
vsq; immissum Ioannes detinebat,quousq; pecca
ta sua cõfessus esset,& post confessionem ascende
bat de aqua , Christum verò quoniam peccatum
non habebat,non fuisse detentum in aqua: atque
ob eam causam dixisse Euangelistas ꝙ statim ascẽ
derit de aqua. Alij verò ad mysterium istud refe-
runt , dicentes ideo Christum subitò & alacriter
ex aqua ascedisse , quò suo facto ostenderet,quid
nobis faciendum esset à baptismo,videlicet vt de-
posita peccatorum sarcina,ac sepultis in baptismo
commissis vitæ ptioris,ad spiritualis vitæ munia
festinemus. Sic quidam , & Chrysostomus in se-
cunda expositione in Matthæum. Verùm simpli-
cius videtur ad literam illud *cõfestim* , etsi positum
sit ad verbum *ascendit* , referendum tamen magis
ad subsecutam mox à baptismate cœlorum aper-
tionem.Videtur enim hoc voluisse significasse, ꝙ
Iesu baptizato,mox factum sit vt ascenderet , &
aperirentur ei cœli. Quod apertius verba Marci
significant, quæ sic habent : *Et statim ascendens de
aqua vidit cœlos apertos.* Porro ex narratione tum
Matthæi,tum Marci,nihil aliud videtur posse in-
telligi , quàm Christũ ipsum vidisse cælos aper-
tos,vel,vt habet Marcus,σχιζομένους,hoc,est,disci-
sos , & spititum descendentem. Verùm narratio
Ioannis palàm explicantis Ioannem Baptistam
vidisse , deinde & ipsa res magis postulat, vt in-
telligatur significari Ioannem hæc vidisse. Non
enim referebat vt Christus hæc videret , quæ fie-
bant propter Ioannem cui hoc signum erat da-
tum,& propter Iudæos,quò euidenti signo intel-
ligerent eum esse Messiam. Cui etiam intelligen-
tiæ illud omnino patrocinari videtur , quòd apud
vtrumque Euãgelistam dictum sit per relatiuum
non reciprocum , ἐπ' αὐτὸν, hoc est,super ipsum,
vel,super eum. Si enim dicere voluissent Chri-
stum vidisse , dicendum erat per relatiuum reci-
procum,ἐφ' ἑαυτὸν,hoc est,super se. Proinde secun-
dum hanc intelligentiam apud Matthæum cùm
dicitur: *Aperti sunt ei cœli. Et vidit*, &c.relatiuum,*ei*,
referendum esset ad Ioannem , quamuis priùs de
Iesu statim sit facta mentio. Apud Marcum autem
cùm dicitur : *Et statim ascendens de aqua vidit cœlos
apertos*,participium,*ascendens*,accipi deberet absolutè positum,vt sit sensus:Et statim cùm ascendis-
set de aqua Iesus,Ioannes vidit , &c. Verùm cùm
hęc coactiora videãtur,rectius intelligimus signi-
ficari id quod nimis apertè Euangelistæ duo signi
ficant,Christum vidisse cœlos apertos , & spiritũ
descendentem. Non enim obstat illud , ἐπ' αὐτὸν.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam aliquando apud Græcos Atticorũ more relatiuum nõ reciprocũ pro reciproco accipitur, vt apud Greg. δεῦρο οὖν τὸν τῦ δήμυ νίκησον ἐπάνω, hoc est, videns igitur in se motum populi. Vnde & interpres nostri in Matthæo vertit, *super se*, quãuis id iam ob annotationem cuiusdã mutatũ sit in *super ipsum*. Cùm autem dicant Iesum hęc vidisse, nõ negant quin & alij, & potissimum Ioannes Baptista hæc viderit. Iesum autem hæc vidisse singulariter meminerunt, vt apparet, propter mysterium quod ad Christianorum pertinet baptisma, significãdum, quod alioqui nõ ita significaretur, si Ioannem hæc vidisse dictũ fuisset. Significãdũ enim erat, cũ qui in Christo baptizatur videre oculis fidei cœlos sibi apertos, & spiritum in se descendentem, idq; debere illũ iã firmiter sperare. De apertione autem cœlorum primùm quidem sciendũ, certum satis esse nõ fuisse cœlos verè apertos & diuisos, non φ hoc propter cœlorum soliditatem nõ fuerit possibile, cùm Deo nihil sit impossibile, sed vera cœlorum diuisio & apertio superfluè facta fuisset. Sũt ergo qui visionem apertionis cœlorũ intelligunt hic de visione imaginatiua, quali Ezechiel vidit cœlos apertos, & similiter vt est verisimile, Stephanus, cùm ipse solus viderit cœlos apertos. Atq; in hac sententia videtur planè esse D. Hieron. super Matth. sic scribens: Cœli aperti sunt Christo baptizato, nõ reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis, sicut & Ezechiel in principio voluminis sui cœlos apertos esse cõmemorat. Idem quoq; sentire videtur Chrysost. in secunda expositione in Matth. dicens, φ si ipsa cataractæ cælorum rupta fuissent, nõ dixisset, *aperti sunt ei cœli*, quia quod corporaliter aperitur, omnibus est apertum. Sed cùm visio spiritus descendentis in corporali specie columbæ nõ fuerit imaginatiua, sed corporalis, & similiter auditio vocis paternæ fuerit sensibilis, verisimilius est corporalem etiam fuisse visionem cœlorum apertorum. Videbantur itaq; oculis corporalibus cœli aperti, quia in suprema aëris parte formata fuit species seu similitudo quædã aperturæ & hiatus sensibilis. Quæ quidem ad hoc facta est secundũ literalem rationem, vt columba spiritum sanctũ referens, & vox patris non aliunde quã è cœlis prosiciscì viderentur. Vide ergo quàm variis modis dicãtur cœli aperiri. Nã in Genesi cataractæ cœli apertæ dicuntur, & Ezechiel vidit cœlos apertos: & rursum alio modo Christo cœli aperti sunt, rursum alio nobis dicuntur aperti per mortẽ Christi. Iam de columba illa, in cuius specie apparuit descendens spiritus sanctus, etiã dubium est, verúmne fuerit animal, an non. Aug. enim omnino vult fuisse verũ animal, non quidem ex communi columbarum grege acceptum, sed de nouo à Deo creatum, & post officium suum esse desinens. Sic enim scribit in libro de agone Christiano, cap. 22. Neq; hoc ita dicimus, vt Dominũ Iesum Christũ dicamus solùm verum corpus habuisse, spiritum autem sanctũ fallaciter apparuisse in oculis hominũ, sed ambo illa corpora, vera esse credimus. Sicut enim non oportebat vt homines falleret filius Dei, sic etiam non oportebat vt falleret spiritus sanctus: sed omnipotenti Deo qui vniuersam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile verum corpus columbæ sine aliorum columborũ ministerio figurare. Sicut eriã non fuit ei difficile verũ corpus in vtero Mariæ sine vitili semine fabricare, cũ creatura corporea & in visceribus fœminæ ad formandum hominem, & in ipso mũdo ad formandũ columbam, imperio Domini volũtatiq; seruiret. Verùm sicut argumentũ Aug. efficaciter non cõcludit, ita quoq; & scripturæ, & ipsi rei magis cõgruit intelligere non fuisse veram columbam, sed tantùm similitudinẽ eius, ad hoc factam vt per eam proprietas columbæ spiritũ sanctum designarẽt. Scripturæ quidem, eo φ dicatur spiritus descendisse in corporali specie, hoc est, similitudine. Deinde φ tanquam vel sicut columba dicitur descendisse, vbi similitudo potius designatur colũbæ quàm columbę veritas. Rei verò, quia cùm hoc ipsum fieri potuerit per colũbæ similitudinẽ quod per veram columbam, nec Deus quicquam faciat fruſtra, sicut nec natura, fruſtra fuisset hic de nouo creata vera columba. Columba enim hæc non aduenit, nisi vt signaret, & mox præteriret, vt etiã Aug. testatur lib. 2. de Trin. neq; argumenta Aug. cõcludunt. Nã primùm non est simile de corpore in quo Christus apparuit, & colũba in qua apparuit spiritus sanctus. Filius enim Dei sic in corpore humano apparuit, vt verè dicatur & sit homo. Spiritus verò non dictus est nec fuit colũba. Neq; per hoc spiritus veritatis aliquẽ fefellit, φ in apparenti & non in vera columba apparuit, quæ tamen à pleriſq; vera columba sit putata. Nõ enim fallit qui sine intentione fallendi aliquid dicit, aut facit, ad quod aliquis sequitur in alio errorẽ nõ pernicioſus. Iam columbæ huius apparitio nõ ad hoc inducta est, quò homines crederẽt esse veram columbam, sed quò per eam spiritus præsentiam & proprietates cognoscerent. Sicut ergo in die Pentecostes spiritus sanctus dicitur descẽdisse super Apostolos tanquã ignis, cùm tamen secũdum omnes non esset verus ignis, sed ignis similitudo, nec ob id fallacia aut fictione aliqua vsus est spiritus Dei: ita & nũc veluti columba descendisse dicitur, φ non in vera columba, sed in similitudine eius apparuit, nullã tamen falsitatem admittẽs. Est enim vtrobiq; similis loquẽdi modus per ὡσεὶ, tanquã, vel veluti. Certè Aug. epist. 102. in hanc magis inclinatur sententiã, docens nõ necesse esse vt columba hæc dicatur habuisse animã à qua moueretur, imò nec verũ fuisse corp⁹ quod apparuit. Dicitur autẽ spiritus super Christũ descendisse corporali specie veluti columba, non φ re vera descenderit qui vbiq; existens moueri nõ potest, neq; rursum φ per descẽsum speciei colũbæ cœperit Christũ per gratiã inhabitare, qui ab initio semper fuit plenus spiritu sancto, vt in quo inhabitabat diuinitas corporaliter, sed quia per descẽsum illius colũbę manentis super Christũ, & spiritũ repræsentãtis, declarata est præsentia spiritus in eo in quo priùs nõ declarabatur. Hæc autẽ declaratio spiritus sancti statim à baptismo ob id facta est, φ ad Christũ quidem attinet, vt per eam ostenderetur Christus baptizare in spiritu sancto: & secũdò, vt per eã discerneretur Christus à Ioãne, ne quis putaret vocem patris ad Ioannem factã, nõ ad Dominũ. Sic enim voce paterna & apparitione spiritus, Christus tunc demonstrari & cõmendari debuit, quia ab eo tẽpore iã auspicaturus erat suum negotium ad quod missus fuit. In colũbæ autẽ specie apparuit spiritus sanctus, primùm quidem ad designandum in Christo columbinã nõ solùm innocentiam, mundiciam & simplicitatem, de qua ipse præcepit suis infra, 10. ca. Matth. sed

An cœli corporali ter aperti fuerint.

Ezech. 1. Act. 7.

Gen. 7.

Colũba in qua spiritus sanctus (descendit an fuerit verum animal.

sed summam etiam erga suos mansuetudinẽ, solicitudinem & curam. Mãsuetissimum enim animal est columba, vtpote felle carẽs, flagrãtissimæ quoq; erga pullos suos affectionis, quos omnibus reb⁹ posthabitis summo studio fouet. Ita & Christus tãta mãsuetudine præditus, vtvnicè à se discere nos velit φ mitis sit & humilis corde, in omni vita ardentissimum erga nos amorẽ exhibens, vt & mortẽ pro nobis oppetierit. Deinde & id ideo factum est, vt veritas figuræ respõderet. Quoniam enim in diluuio hoc animal apparuit ramũ ferens oliuæ, & cõmunem orbis terrarum trãquillitatẽ annuncians, ideo & nunc etiam columbã apparere conueniebat, quæ liberationem & liberatorem nobis in salutari baptismatis diluuio demonstraret, & gratiã patris per Christũ orbi oblatã annũciaret. Ipse enim Christ⁹ ille erat, de quo Isaiæ 60. Spiritus Domini super me, eo φ vnxerit me, &c. vt prædicarem annũ placabilẽ Domino. Vtrobiq; autem ad annunciandum orbis tranquillitatẽ columba assumpta est, propter illius animalis mãsuetudinẽ, & charitatẽ: quæ animalis proprietates, simul cum aliis quoniam optimè exprimunt nobis proprietates spiritus sancti, ob id etiã tertiò conueniebat ipsum in hui⁹ animalis specie apparere.

ET ECCE VOX FACTA EST DE COELIS DICENS: TV ES FILIVS MEVS DILECTVS, &c.] Vnde venerat columba oculis conspicua, inde venit & vox paterna auribus omnium insonans. Neq; enim aut solius colũbæ descensus, aut sola vox patris satis Christum demonstrasset: sed vox quidẽ patris quid portẽderet columbæ descensus significauit: columba autem ad quẽ vox illa pertineret ostẽdit. Itaq; & vterq; sensuum nostrorum, per quos maxime in cognitionem rerum deuenimus, testimonium de Christo accepit, & mysterium trinitatis iã apetiri cœpit, vtpote quoddeineeps Christi prædicatione aperiendum erat. Et bene quidẽ voce ædita patris persona declarata est, quia ipse est qui de se genuit verbũ illud diuinum per quod manifestãdus erat. Porro φ Marcus & Lucas dicunt dictum esse, *Tu es filius meus dilectus*, Matthæus verò: *Hic est filius meus*, nihil in se includit contrarietatis. Nam quãuis alterum solùm dictum sit, vtrumq; tamen in altero includitur. Cumq; verisimilius sit dictum fuisse: *Tu es filius*, tum φ duo ita dictum narrent, tũ φ Christus dicitur vidisse cœlos apertos, & spiritum descendentem: Matthæus tamen dixit: *Hic est filius meus*, siue φ ita dictum fuerat in trãsfiguratione, siue vt indicaret hanc vocem ad hoc factã, vt his qui audiebant indicaretur hunc esse filium Dei. Additur autem apud Græcos articulus duplex, emphasi non carens, σὺ εἶ ὁ υἱός μυ ὁ ἀγαπητός, Tu es ille filius meus ille dilectus, nimirum vnicus filius meus per naturam, non per adoptionẽ. Iam quod sequitur, *in te complacui mihi*, quamuis hunc videatur debere habere sensum: in te oblector, & ipse mihi placeo, tamen si consideremus vsum verbi εὐδόκησα, quod hoc loco ponitur hic potius erit sensus: In te est mihi beneplacitũ, hoc est, tu singulariter mihi places & gratus es, adeo vt præter te nemo placeat nisi per te; per quem etiam in hominibus iam erit beneplacitum meum quibus hactenus offensus fui. Est enim εὐδόκησα verbũ peculiare diuinis literis, quo propensum animũ ac præcipuum quendam erga alios affectũ significant, construiturq; cum ablatiuo & præpositione, in, idq; phrasi Hebraica. Nã verbum Ratsa, huic correspõdens apud Hebræos sic frequenter cõstruitur, vt Psal. 149. vbi nos habemus: Bene placitũ est Domino in populo suo, Hebræa ad verbum habent: Cõplacet Dominus in populo suo: Græca similiter, εὐδοκεῖ κύριος ἐν λαῷ αὐτῦ, hoc est, Cõplacet Dominus in populo suo. Videtur autẽ in hac voce paterna allusum ad illud Isaiæ 42. vbi verbũ istud, Ratsa, ponitur in hac constructione: Ecce seruus meus, suscipiam illum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Quoniam autem pronomen, *mihi*, quod apud nos est in Matthæo & Luca, in Græcis non est, sunt apud Græcos qui hanc partem sic exponunt: Hic est filius meus, per quem complacui, bona volui hominibus. Cyprianus autem & Tertu. legunt, in quem bene sensi. hoc est, de quo bonam habeo opinionem (nam εὐδοκία id etiam Græcis significat) vel cui bene affectus sum. Sic enim erit idem sensus cum superiore. Porro præter rationes ad Christum pertinentes, ob quas cœlum apertum est ei baptizato, spiritus descendit super eum, idq; in specie columbæ, & vox patris de cælis audita est, oportet & alias horũ assignare causas ad nos pertinentes. Ea enim quæ in Christi baptismo facta sunt, designabant ea quæ per baptismum à Christo institutũ consequuntur fideles. Itaq; per tria illa significatũ est, baptizatis in Christo aperti cœlũ eis priùs clausum, spiritũ sanctum eis dari, & in adoptiuos Dei filios ipsos recipi. Quod autẽ in colũbæ specie spiritus demõstratus est, significabat & quales requirat baptismũ suscipientes, omni scilicet fictione carentes (Spiritus enim sanct⁹ disciplinæ effugiet fictũ) & quales efficiat baptizatos, innocentes scilicet ac simplices in malo, mansuetos ac mũdos, charitateq; mutua flagrantes. Quòd trinitas in Christi baptismo manifestata est, significabat in fide & nomine trinitatis baptismũ suscipiendũ. Quòd verò Lucas scribit, Domino baptizato & orãte apertũ esse cœlũ, & significat diuina hæc dona nõ nisi fidẽtibus donari ac planè esse gratuita. Deinde φ à baptismo statim ad orationẽ se cõtulit Iesus, nos monet, vt restituta p baptismũ innocẽtia, protinus vertamus nos ad ea studia quæ sunt spiritus, inter quæ primum locũ habet deprecatio, p quã recepta innocentia est custodiẽda. Vt autẽ cũ Christo hæc bona quæ dicta sunt quis cõsequatur, necesse est vt & ipse è Galilæa gẽtiũ veniat in Iudæã, hoc est, è gẽtilitate in Ecclesiã, in eaq; nõ dedignetur à seruo Dei baptizari ĩ Iordane, hoc est, ecclesiastico flumine baptismatis, ꝑter quod null⁹ baptismus purgare põt.

Ioan. 6.

cET IPSE IESVS ERAT INCIPIENS QVASI ANNORVM TRIGINTA. &c.] Quasi pro fere positum est, quemadmodum ibi: Discubuerũt viri numero quasi quinque milia. vnde & Amb. hic legit, *fere*. Subaudiendus quoq; infinitiuus, esse, pro quo apud Græcos est participiũ ὤν, quanquã hoc participium rectius referatur ad sequentia, vt sit sensus: existens vt putabatur filius Ioseph. Nostræ ergo lectionis sensus est, Iesus erat incipiens, hoc est, incipiebat esse fere triginta annorum. Quibus verbis apertè nimis significatur, Christũ cum baptizaretur nõdũ perfecisse trigesimũ annũ, ab eo tamen nõ multũ abfuisse. Quomodo hunc locum etiam Irenæus intellexit, scribens hoc modo lib. 2. c. 39. Ad baptismũ venit nõdũ (ætatis)

Quando Christus fuit baptizatus.

triginta

Universidad de Deusto
Biblioteca

triginta annos suppleuerat, sed qui inciperet esse tanquam triginta annorum. Ita enim qui eius annos significauit Lucas posuit: *Iesu autē erat quasi incipiens 30. annorum cū veniret ad baptismū.* Hæc ille. Ex quibus consequitur nō posse esse verum quod à plerisq; astruitur, Christum eadem die baptizatū qua fuit Magis priùs demonstratus, & qua anno sequēte ex aqua faceret vinum. Nam, sicut hic Lucas dicit, cùm baptizaretur, non multū abfuit à trigesimo anno, abfuit tamen, ergo aliquot diebus præcedentibus natalem eius diem baptizatus est. Non ergo ea die qua Magis demonstratus, cùm illa credatur fuisse 13. post diem natiuitatis. Cōsentit huic quod Epiphanius Christum baptizatum dicit 7. idus Nouemb. Sic enim habet lib. 2. cōtra hæresim 50. Baptizato ipso mensis Athyr secundū Aegyptios, id est, Nouembris, duodecima ante sextum Iduum Nouembrium, velut habet testimonium Euangelii secundùm Lucam, *Erat autē Iesus incipiens esse annorum fere trigintā; filius existens vt putabatur Ioseph.* Erat enim reuera annorum vigintinouem & mensium decem quādo ad baptismum venit, &c. Nec obstat ꝙ inofficio ecclesiastico in die Epiphaniæ cantetur: Hodie à Ioanne in Iordane Christus baptizari voluit. Nam hodie dicitur ꝙ baptismū Christi tunc Ecclesia celebret, sicut in die Paschæ canit Ecclesia ea die Christum surrexisse, cùm tamen dies Paschæ rarissimè incidat in anniuersariū resurrectionis dominicæ diē. Pleriq; tamen moti communi ac recepta sententia, ac autoritate Maximi Episcopi in sermone de Epiphania, intelligunt illud *quasi* vel *ferè*, nō significare tempus paululum infra annum 30. sed parum vltra, vt *quasi*, accipiatur pro circiter. Verùm obstare nimis videtur participiū, *incipiens*, vt alia omittā. Asseruat tamen pro confirmatione Chrysost. autoritatē, qui homilia 10. super Matth. Quare (inquit) post 30. annos ad baptismum Christus venit? Sed dici potest, ita Chrysost. dicere Christū venisse post 30. annos, quomodo post cōsummatos octo dies Lucas dicit Christum circuncisum, & post octo dies transfiguratum, quia scilicet trigesimo anno non quidem perfecto, sed bene cōpleto. Qui verò dicunt Christum cū baptizaretur compleuisse solùm 29. annum, tredecim verò diebus ingressum annum trigesimum, magis cōtortè debent exponere hac verba Lucæ, obstat enim eis aduerbium ὡσὰ, quasi. Nec patrocinatur his qui alterā duarū posteriorum opinionum sequuntur autoritas Maximi, vt ipsi volunt, imò si diligenter legatur, potius refragatur. Sic enim habet per cōiunctionem disiunctiuam: In hac dilectissimi celebritate, sicut relatu paternæ traditionis instruimur, multiplici nobis est festiuitate lætandū. Ferunt enim hodie Christum Dominum nostrū vel stella duce à gentibus adoratum, vel inuitatum ad nuptias, aquas in vina vertisse, vel susceptо à Ioāne baptismo cōsecrasse fluenta Iordanis. Sed quid potissimū præsenti hoc factum sit die, nouit ipse qui fecit. Hæc ille. Vnde constat eum sensisse non tria hæc simul, sed aliquod istorum hoc die factū fuisse. Porrò omnium sententia qui putant eadē die Christum baptizatū, qua sequenti anno aquā in vinum conuertit, præterquam ꝙ hoc loco satis videtur refelli, etiam satis ex eo videtur improbati, quod Act. 1. Petrus dicat Christum incepisse suā prædicationem & discipulorum collectionem à baptismo Ioannis, hoc est, eo ꝙ à Ioanne baptizatus fuit. propter quod, vt priùs dictum est, eo tempore ipsius autoritas diuinitus declarata est. Cùm autem ex Euangelio Ioannis cōstat Christum incepisse suum negotium cùm in Cana vinum fecit ex aqua, consequens esset totum annum à baptismo Christum transegisse sine prædicatione, & signis, & discipulis. Sciendum tamen quosdam Græcorum codices, vt notauit quidam, nō habere, ὡσὰ, hoc est, quasi vel fere, sed tantùm: *Et erat Iesus annorū 30. incipiens esse.* Cuius lectionis duplex vel triplex potest esse sensus: Primùm, vt significetur idem quod primò dictum est, Iesum tum accessisse ad completionem anni trigesimi. Secūdò, vt significetur id quod alij volunt, nempe vel cœpisse agere trigesimum annum, vel iam fuisse 30. annorum, sed sic vt inceperit esse tricenarius. Secundùm quos duplices posteriores sensus cōstaret recepta sententia, quod quidem ad hunc locū attinet. Certè Nicolaus Lyra videtur non legisse particulam, *quasi*, cum eius nullam faciat mentionem. Euthymius etiā Græcus nō legit ἀρχόμενος, hoc est incipiens, sed ἐρχόμενος, hoc est incedens. *Erat Iesus fere 30. annorū incedens.* &c. Videtur is offensus noua hac locutione, *incipiens esse quasi 30. annorum*; cum alterum videatur superesse, nempe vel *incipiens*, vel *quasi*. Notandum & illud, Origenem videri sic distinxisse hunc locum, vt post participium, *incipiens*, sit punctus, & deinde seorsum legatur, *quasi 30. annorum*. Et sanè omnibus tandem perpēsis videri omnino potest Lucam quod dicit, *incipiens*, non ad annos retulisse, sed ad prædicationis & ostensionis suæ exordium, vt quod hic dicit correspondeat ei quod dicit Act. 1. & 10. vbi eodem verbo vtitur. Græca enim ad verbum hoc habent ordine: *Et ipse erat Iesus quasi annorum triginta incipiens, existens vt putabatur filius Ioseph.* Itaque sensus erit: Et ipse Iesus erat ferè tringinta annorum, cùm iam suscepto baptismo auspicaretur deinceps suū munus. Si enim participium, *incipiens*, ad annos pertinuisset, satis erat dicere: *Et ipse erat incipiens esse 30. annorum*, & omnino superesse videtur dictio, *quasi*, imò absurda videtur esse locutio. Ideo autem Lucas tempus designauit quo Christus baptizatus est, vt quoniam ab hoc tempore cœpit Euangelicam prædicationem, ostendat quàm conuenienti tempore cœperit, in matura scilicet & perfecta ætate, non ꝙ ætas æstimetur apud Deum, sed ꝙ conueniret in eo qui omnes esset ad se pertracturus, nihil esse quod quisquam probabiliter posset calumniari, aut quod aliquis traheret in malam imitationem. Fuit autem hæc ætas Christi in qua cœpit suam prædicationem præfigurata in Ioseph & Dauide, quorum vterq; Christi figuram gerens, 30. vitę anno regni gubernacula suscepit: ille quidem Aegyptum, hic verò super Israelē. Sic & Ezechiel propheta trigesimo anno prophetare cœpit. Mysticè verò, ꝙ 30. anno Christus baptizatur, significat baptismum parere viros perfectos in Deo.

Vide hæc mox ad 26. Lucæ.

VT PVTABATVR FILIVS IOSEPH, QVI FVIT HELI, QVI FVIT MATTHAT. &c.] Duplex hic occurrit scrupulus, dum genealogia Christi per Lucam descripta cōfertur cū ea quæ à Matthæo descripta est. Prior est, ꝙ Ioseph Matiæ maritus, quē Matthæus ex Iacob natum affirmat, hic videatur cēseri filius Heli, cùm vnius non possint esse duo patres: posterior est, quòd Salathiel & Zorobabel, quos Matthæus in posteritate

posteritate Salomonis recēsuit, hic inter nepotes ipsi⁹ Nathā, qui fuit Salomonis frater germanus, numerantur. Porrò his duob. scrupulis eximēdis adhiberi solet lex, quæ de suscitādo semine fratri scripta est Deut. 25. in hunc modum: Quādo habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defunctinō nubet alteri: sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israele. Ex hac enim lege communiter ab omnibus intelligitur, primogenitum talem dnos habere patres, vnum naturalem, & alium legalē. Itaq; quod ad priorem attinet scrupulum, plerique Ioseph dicunt fuisse filium naturalem vnius: legalem verò alterius, ipsumq; Iacob & Heli fuisse vterinos fratres, ex eadem scilicet matre progenitos, diuersis tamen patribus. Modus autem quo istud factum sit, nō idem narratur ab omnibus. Euseb. enim lib. 1. historiæ Euang. capit. 6. ex Aphricano (qui hæc à Christi cōsanguineis tradita asserit) hunc narrat modum: Mathan & Melchi diuersis tēporibus de vna eademq; vxore Estha nomine singulos filios procrearunt, qa Mathan, qui per Salomonem descendit, vxorem eam primus acceperat, & relicto vno filio nomine Iacob, defunctus est. Post cuius obitum, Melchi, qui per Nathan genus ducit, cùm esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere, relictam Mathæ accepit vxorem, ex qua & ipse suscepit filium nomine Heli, p quod ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob & Heli vterini fratres: quorum alter, id est, Iacob, fratris Heli sine liberis defuncti vxorem ex mādato legis accipiens genuit Ioseph, natura quidē generationis filium suum, secundùm verò legis præceptum, Heli filiū. In hac autem narratione apertissimus est error, cùm Melchi dicatur genuisse Heli. Nam apud Lucam inter Melchi & Heli duo ponuntur interme dij, nempe Matthat & Leui pater eius qui fuit filius Melchi. Proinde apud Eusebium incertum an scriptorum incuria nomē Melchi positum sit pro Matthat. D. Hier. in catal. script. Ecclesiast. testatur Aphricani huius, ex quo hęc Eusebius desumpsit, extitisse suo seculo epistolam ad Aristidem, in qua planissimè scripsit de diaphonia, quę ī genealogia saluatoris videtur esse inter Matthæū & Lucam. Damascen. verò lib. 4. c. 15. simili narratione, sed nonnihil diuersa, ostēdit Ioseph fuisse naturalem filium Iacob, legalē verò ipsius Heli, dicens Leui genuisse Melchi & Panther: Panther autem genuisse Barpanther, & hunc genuisse Ioacim patrem virginis. Melchi autem fratrem Pantheris ex eadem vxore, ex qua Matthan priùs genuerat Iacob, postea generasse Heli: quo sine liberis defuncto, Iacob ex ipsius vxore genuisse Ioseph suū quidem filium natura, fratris verò filium lege. Sed & in hac narratione apertus similiter est error, cùm Melchi dicatur filius Leui. Nam apud Lucam cōtrà Leui fili⁹ Melchi dicitur, nisi & hic nomē Melchi positum sit pro Matthat. Ambt. autē super Lucam narrat Ioseph fuisse filium naturalē Heli, legalē verò ipsius Iacob. Traditur enim, inquit, Mathā qa à Salomone genus duxit, Iacob generasse filium, & vxore superstite decessisse, quam postea Melchi accepit vxorē, ex qua generatus est Heli. Rursus Heli, fratre sine liberis decedente, copulatus est fratris vxori, & genauit filiū Ioseph. Et in hac narratione, Melchi pro Matthat positum est.

Omnes tamē hæ narrationes in hoc conueniunt, vt ostendant Ioseph duos habuisse patres, vnū naturalem, & alterum legalem, eósq; fratres quidem fuisse, sed vterinos tantùm, quorum patres descenderūt ex diuersis familiis quarum vnā reducit ad Rhesam filiū Zorobabel Lucas, alterā verò Matthęus ab Abiud, alterum filium eiusdem Zorobabel. Secundū autē scrupulū similiter soluunt quidam dicentes. Salathiel patrem Zorobabel, quam Matthæus filium nominat Iechoniæ, fuisse eius filium naturalē, legalem autē filiū ipsius Neri, quē ex Nathan descendērem ponit Lucas. Secundum quem modū etiā oportet dicere. Neri & Iechoniā fuisse fratres, sed vterinos tantùm. Verùm hāc rationem soluēdi hos nodos nō esse probabilē nec sufficientem, facile fuerit ostendere. Nam legalem filium ex vxore defuncti nemo potest suscitare, ni si frater defuncti germanus: id quod apud Iudæos sine controuersia est, & ex verbis Moysis euidenter satis probatur. Inquit enim: Quādo habitauerint fratres simul, quod quidem non cōtingit, nisi ex eodē patre natis. Nam qui diuersos habent patres, diuersas etiam capiunt hæreditates, in quib. cùm habitant, nō habitāt simul. Deinde sequitur, vxor defuncti non nubet alteri, vel. vt habent Hebræa ad verbum, Nō erit vxor defuncti foris viro alieno. Nubit autem foris viro alieno, cùm traditur marito qui non sit è domo soceri sui prioris. Postremò iubet, vt accipiat eā frater eius. Pro, frater autem in Hebræo est יבם Iabā, quod nomē in vniuersa scriptura non significat nisi fratrem germanum, aut cognatum germanū. Itaq; rectius secūdùm alios pro dissolutione prioris difficultatis dicitur, Eli, quem ponit Lucas fuisse patrem naturalem Mariæ virginis, qui proprio nomine dictus est Iehoiachim, pro quo vulgò dicitur Ioachim. Si cut autē rex Ioachim, qui fuit in trāsmigratione Babylonis, dictus est etiam Eliacim, (nam hæc nomina idem Hebræis significāt) ita fieri potest vt & pater virginis diceretur etiam Eliacim, & causa breuitatis Heli. Hic ergo quoniam socer erat Ioseph, ob id Ioseph eius esse dicitur filius velgener, cùm naturalis esset Iacobi filius. Quare Lucas naturalem seriem genealogiæ secutus est, si Christū respicias, legalem verò, si Ioseph respicias. Cōtrà Matthæus per naturæ lineam deuenit ad Ioseph, quæ ad Christum tendenti legalis est. Cùm enim Lucas statim ī ipso limine genealogiæ admoneat Iesum non fuisse filium Iosephi, sed tantùm putatum, nō videtur verisimile eū voluisse naturalem Iosephi genealogiā cōtexere. poterat enim aliqs non ineptè ita quærere: Quid agis Luca? cùm iam illustri narratione nobis persuaseris, Iesum āgelo nunciāte, & spiritu sancto obumbrante cōceptū, & ex Maria virgine natum esse, & iam idem commodè repetas Ioseph putatum quidem vulgò, sed re vera tamen nequaquam fuisse illius patrē, cur nobis Iosephi genealogiā inculcas? ostēde potius genealogiā virginis matris, vt certum sit eū verum esse semen Dauidis. Porrò Ioannes Annius, qui hoc modo priorē scrupulum dissoluit, eos, qui à Luca recensentur à Melchi vsq; ad Resā filium Zorobabelis, ostēdit ex Philone Israelitico sūctos imperio, atq; apud Philonem aliis designari nominibus. Ac deinde pro solutione secūdi scrupuli dicit, Rhesam, quē filium Zorobabel facit Lucas, dictum alio nomine Mosollam, Abiud autē, quem filium Zorobabel facit Matth. dictum alio nomine

Verisimilior opinio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hananiam,de quib. legitur 1.Paral.3.Zorobabel genuit Mosellam & Hananiam.Ipsum autem Zorobabel vocatũ etiam Barachiam,& ipsum Salathiel,dictum quoq;Mezesebel,de quibus legitur Nehe.3.in hũc modũ:Iuxta eos ædificauit Mosollã filius Barachiæ,filii Mezesebel,qui verò à Neri patre Salathiel ponuntur à Luca vsque ad Simeonem inclusiuè,eosdem dicit fuisse cum his quos aliis nominib. nominat Matth. Neri enim dictum Iechoniã,Melchi verò ipsum Ioakim. Addi Iohanam,& sic deinceps vsq;ad Simeonẽ,q & Ioas dictus sit.Iam verò ipsum Ioas secundum Philonẽ vult ex Dauide ortũ esse,non per Solomonẽ, sed per Nathã.Cùm enim Ochoziæ soboles ab Athalia extincta esset,ipsum Ioas dici in regnũ successisse,& filium Ochoziæ dictũ secundum legẽ Dauidicã,qua cautum erat vt si cõtingeret deficere stirpem Salomonis,surrogaretur in regnũ stirps Nathan.Verùm sicut libet ille Philonis,vnde hæc conciliatio plausibilis desumpta est,apud autores graues suspect' est,ita quoq;hæc cõciliatio nimis videtur esse cõtra scripturas.Primùm enim Zorobabel ille,qui 1.Paral 3 dicitur genuisse Mosollã & Hananiam,non potest dici idem cum eo Zorobabel,cuius meminit Matth.aut Lucas,cũ ibi ille dicatur filius Phadaia fratris Salathiel. Hic verò dicitur apud vtrumque Euangelistã filius Salathiel. Deinde figmentum esse quòd dicitur Ioas non descendisse ex Salomone,sed ex Nathã,nimis manifestum est ex 4.Reg.& 1.Paral.1.& 2.Nam primũ cùm in lib.Paral.1.c.3.recensetur posteritas Salomonis,verbis nihil obscuris traditur Ioas fuisse filius Ochoziæ.Deinde li.Reg.4.c.11.ita legitur:Athalia mater Ochoziæ vidẽs mortuũ filium suum, surrexit,& interfecit omne semen regiũ.Tollẽs autem Iosaba filia regis Ioră,soror Ochoziæ.Iohas filium Ochoziæ,furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur.Et aliàs frequẽter Ioas dicitur filius Ochoziæ.Proinde omnibus istis intricatis perplexitatib. & nouis adinuentionibus nullum pondus habentib. reiectis, simplicius fuerit & probabilius dicere,Zorobabel & Zalathiel, quos ponit Matthæus,alios esse ab illis quos ponit Lucas. Vsitatissimũ enim eadẽ nomina pluribus imponi,imprimis autem insignium & laudatorum virorum.Atq;in hac sentẽtia fuisse omnes antiquiores satis ex eo patet,ꝙ Aphricanus,Damascenus,Ambr.& reliqui qui in priore scrupulo soluendo multum laborauerunt,secundi scrupuli non meminerunt,sed constanter omnes affirmarunt,Iacob ex Salomone descendisse,Heli verò ex Nathan.Confẽtit huic sententiæ quòd Hiero.22.

A dicitur de Iechonia,non futurus aliquis de semine eius qui sedeat super solium Dauid. Nõ enim Christus fuit de semine eius,sed Ioseph. itaque Matthæus continuam generationem narrat Ioseph ex posteritate Salomonis,Lucas verò generationem virginis ex posteritate Nathã,suntq;inter se omnes diuersæ personæ,quæ à Dauide numerãtur per Lucã vsque ad Ioseph,& quos Matthæus narrat à Dauide vsq; ad Ioseph.Et Matthæus quidem rudæis scribens,eisq;ostẽsurus Iesum descendisse ex Abraham & Dauid,vnde Christum expectabant,ab Abraham descẽdit ad Christum,regalem Dauidis progeniem contexens,quòd Iudæis gratius id esset,si ex legali progenie Messias rex descendisse ostenderent.Lucas verò omnib. gen-
B tib. per Theophilum scribens Euãgelium suum, veram Christi prosapiam cõtexit,ideóq;non à principio sui Euãgelii,sed post baptismum Christi,neque,vt Matthæus, descendendo, sed ascendendo vsque ad primum Adam,& ipsum Deum,vt ostenderet quod generationib. nouus Adam distaret à veteri,quodq;per nouum Adam reducerẽtur omnes baptizati & renati in Christo in Deum,sicut per veterẽ omnes à Deo fuerant alienati.Nec mysterio caret quòd in hac genealogia personę 77.inueniantur.Hic enim numerus & expressus est in punitione Lamech.& in Euangelio in remissione
C peccatorum,cùm dicit Dominus:Non dico tibi *Matt.18.* vsque septies,sed vsque septuagies septies.

QVI FVIT CAINAM. In huius generationis narratione secutus est Lucas Septuaginta interpretes.Nã in vulgata nostra editione & Hebraica veritate hæc generatio nõ ponitur, sed Arphaxad dicitur pater Sale,qui genuit Heber.Quãuis autẽ hęc generatio abundet,excusatur tamen Lucas,quia recentiùt genealogias vt inuenit eas descriptas à Septuaginta,quorum illo tempore apud omnes summa erat authoritas.

QVI FVIT ADAM, QVI FVIT DEI.] Adam dicit fuisse Dei,ꝙà Deo factus esset,nullum habẽs generationis suę autorẽ prẽter solũ Deum, qui illum ex limo terræ tãquam ex matre formauit.Bene autẽ respõdet finis hui⁹ genealogię principio,quoniam sicut Adam dicitur Dei esse,quamuis non illius propriè filius:ita & Ioseph dicitur fuisse Heli,quãuis non propriè illius filius,sed gener.Bene etiã ob id Adam dicit fuisse Dei,vt credibilius faciat nouũ Adam,quẽ dixit putatiuum solum fuisse filium Ioseph,natũ esse sine semine & patre terreno,quasi dicat:Si non credis nouũ Adã sine semine factum esse,ascende ad priorẽ Adam, inuenies & illum à Deo sine semine factum.

†c.ageba*tur in spiritu.*
◁ c.*diabolo.*
‖ c.*dixit autem illi diabolus*
†c.*lapidi huic vt panis fiat*
▷ a.*qui respõdens dixit.*
†c.*Opinam.*
▷ c.*dixit.*
‖c.*Quod*
†c.*Omãdauit*

IEIVNAT ET TENTATVR IN DESERTO CHRISTVS.

Matth.4.Marci 1. Lucæ 4. CAPVT XV.

IEsus[c] autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane,& [e]tũc Iesus† [f] ductus est à spiritu[b] & statim spiritus expulit eum[i] in desertum[a] vt tẽtaretur à diabolo.[b] Et erat in deserto[b] quadraginta diebus[b] & quadraginta noctibus,[b] & tentabatur à ◁ Satana',[b] eratq; cũ bestiis,[c] & nihil manducauit in diebus illis.[f] Et[e] consummatis illis,[a] cum ieiunasset quadraginta dieb. & quadraginta noctibus,postea esuriit.[a] Et accedens tẽtator‖[c] diabolus[f] dixit illi:[c] Si filius Dei es,dic† vt lapides isti panes fiant'. ◁ Et respondit ad illum Iesus:Scriptum est,[c] quia[f] non in solo pane viuet homo,sed in omni verbo[a] quod procedit de ore[f] Dei.[a] Tunc assumpsit eũ diabolus in sanctam ciuitatem,[c] & duxit illum in Hierusalem,[f] & statuit eum super† pinnaculum templi,& ◁ dicit ei:Si filius Dei es mitte te[c] hinc[f] deorsum.Scriptum est enim,‖ quia[c] angelis suis † mandabit' de te,[c] vt conseruent te[f] & [c] quia[f] in manibus tollent te,ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.[c] Et respondens

†c.*dictũ est.*
▷ c.*or historia.*
†‖c.*aut ei*
‖a.*hæc omnia.*
† *addit ei Iesus.*
▷ a.*relinquit eum diabolus.*

respondens[f] Iesus ait illi:[a] Rursum† [f] scriptum est:Non tentabis Dominum Deum tuum.[a] Iterum assumpsit[f] & duxit[f] eũ diabolus in montẽ excelsum[a] valdè,[f] & ostẽdit ei omnia regna ◁ mundi',[a] & gloriam eorum[c] in momento temporis[f] & † dicit ei:Tibi dabo‖ potestatem hanc vniuersam & gloriã illorum[c] quia mihi tradita sunt,& cui volo do illa.Tu ergo[c] prosternens[f] si[a] cadens[f] adoraueris[c] coram[f] me,[c] erunt tua omnia.Et[a] tunc[c] respondens† [f] Iesus dixit illi':[a] Vade retro Satana,[f] scriptum est[a] enim:[f] Dominum Deum tuum adorabis,& illi soli seruies.[c] Et[b] tunc[c] consummata omni tentatione ◁ [f] diabolus recessit ab illo[c] vsque ad tempus.[a] Et[a] ecce[c] angeli[a] accesserunt,& [c] ministrabant ei.

IEsvs[c] AVTEM PLENVS SPIRITV SANCTO REGRESSVS EST A IORDANE,[b] ET[a] TVNC[b] STATIM, &c.] Posteaquam spiritus sanctus in specie columbæ super Christũ descendisset,dicitur à Luca iam plenus spiritu facto. Regressus autẽ dicitur à Iordane,quò eius exemplo disceremus non esse baptizato persistendum circa baptismata & lotiones,sed conuitendum esse ad sublimiora studia pietatis.Porrò quòd statim à baptismo sese à turba subduxit saluator,atq; in desertum secessit,primùm quidem fecit vt declinando turbam apud quam cœlestib. signis commẽdatus erat,humilitatis nobis exemplum reliqueret,deinde docere voluit eum qui iã baptizatus est,& spiritu Dei donatus,sese subducere debere à tumultu vitæ carnalis ac turbæ conuictu, qui frequenter inquinat,precibusque ac contemplationi rerũ diuinarum insistẽdum. potissimum autem id faciendum ei q alios est docturus,quem necesse est à vulgi cõmercio ad tempus alienum esse,ne morib. illius coinquinetur, ne authoritas ipsius eleuetur,ac in solitudine contemplationi deditus robur spiritus sibi colligat. Subductionẽ autẽ Christi à turba Matthæus in Græcis pulchrè notat.Nam pro eo quod nos habemus, *ductus est a spiritu*, Græcè est ἀνήχθη, quod quodam tecte magis est,sub ductus est,& è medio ablatus,pro quo tamen simpliciter dicit Lucas, *agebatur*, hoc est ducebatur.Est enim ἄγεσθαι, quamuis etiam possit accipi pro,impellebatur.Nã Marcus dicit spiritum, (non dubium quin sanctum, quo plenum eum dixit Lucas)expulisse vel eiecisse illum in desertum. Actus autem & expulsus à spiritu sancto dicitur, non quòd contra voluntatem suam eò adigeretur,quomodo aguntur bruta:sed quò efficacia spiritus quæ erat in Christo,quæq;est ĩ his quos possidet spiritus sanctus,significaretur.Nõ enim tantùm ducit spiritus ostendendo quid sequendũ sit & faciendum,sed etiam ipse in factis facit vt illud faciant.idque cum omni alacritate sine cunctatione,ad quod significandum non solùm ductus dicitur à spiritu,sed & actus & expulsus.Sic & Paulus ad Romanos 8.Quicunque spiritu Dei aguntur,hi sunt filii Dei.Et bene quidem hoc loco à spiritu act⁹ & ductus dicitur,ne suo humano spiritu aut homine aliquo impulsore mirãdum ieiunii furẽplum,quod irrationabile videri posset, & omnia quæ deinceps vel facturus esset,vel docturus, facere videretur,sed solo diuini spiritus impulsu: vt doceremur,postquam per baptismum in filios Dei renati sumus,nihil iam nostro spiritu tentandum,& secundum carnem non amplius viuẽdũ, sed vt decet filios Dei oportere nos eius spiritu agi in omnibus.Desertum autẽ in quod Christus secessit,solitudo fuit nullis habitata hominibus. Vnde Marcus dicit eũ egisse cum bestiis.Causam autem ob quam in desertũ secesserit Christus, solus Matthæus reddit, dicens, *vt tentaretur a diabolo*, non quòd hæc sola fuerit causa. Nam & superius aliæ dictæ sunt.sed quòd hæc fuerit præcipua inter multas.Ex hoc autem nõ est intelligendum licitum esse & bonũ exponere nosipsos tẽtationibus diaboli,& velle ab eo tẽtari.Nõ enim hic dicitur Christus voluisse ab eo tentari,sed ductus à spiritu vt tẽtaretur,quo significatur spiritum Dei id intendisse,qui & plerosque iustos alios impellit,vt ibi in bonum suum & Dei gloriã tententur à diabolo.Et tamẽ etiam verũ est Christum voluisse à diabolo tentari,ad quem superandum venerat.Velle enim id poterat,vt qui sciret se ad illo superari nõ posse.Tentari autem voluit à baptismo.Primùm quidem,quò ostenderet baptizatos postquam mũdo ac vitiis omnibus male dixerint,non debere esse securos,sed tunc maximè tentationes diaboli instare,vt cuius iam facti sint hostes:ac proinde tunc maxime vigilandum, ac arma contra eum sumenda,ne illi succumbant, nec turbari eos debere,si eum qui omnẽ odit virtutem,quemq;sibi iam capitalem hostẽ reddiderunt,oppugnãtem sentiant.Vnde Eccl.2.dicitur: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore,& præpara animam tuã ad tentationem.Deinde, vt sicut morte sua mortem nostram superauit,ita & suis tentationibus nostras vinceret,atq; in seipso nobis demonstraret deinceps vinci posse à nobis per ipsum,eum qui hactenus hominum genus vicerat. Tertiò,vt & rationem qua illum superaremus nobis suo exemplo commonstraret,ieiunio scilicet,oratione,ac scripturarũ meditatione, verboque Dei.Præterea vt per tentationes suas verum se hominem comprobaret,ac in tentationibus maiorem fiduciam nobis largiretur adiutorii & miserationis infirmitatũ nostratũ. Vnde Heb. 4.dicitur:Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatib. nostris, tẽtatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Postremum,quod attinet ad eos qui aliis docẽdis destinantur,tentari voluit priusquàm Euangelicum munus aggrederetur,quò doceret tum demũ hoc negotium rectè obiri posse,cùm quis priùs probatus variis tentationibus,superior omni concupiscentia voluptatis,honoris & diuitiarũ fuerit. Desertum autem tentationi electũ est,vt ostenderetur diabolũ solitariis maximè insidiari,vt quibus cũ solo diabolo pugna restat,subacto scilicet mũdo & carne.Notandũ quoque bene dictum esse, vt tentaretur à diabolo.Non enim sicut nos à concupiscentia sua tentari potuit,sed tãtùm à diabolo & ministris eius.

an bonũ sit ex ponetentatiõis demonis

ET ERAT IN DESERTO, QVADRAGINTA DIEBVS ET QVADRAGINTA NOCTIBVS, ET TENTABATVR.] Moyses legem à Domino accepturus,eamque populo traditurus,quadraginta dies ieiunauit, semel & iterum,ab omni humano tum consortio,tũ cibo abstinens,idq;quò sic apertè ostẽderetur legẽ illam planè diuinam fuisse.Totidẽ dies ieiunauit & Helias,priusquam Dominum videret in Horeb,& ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo mitteretur ad vngedum regē Syris, Israelitis A regem & Prophetam, per quos tota ferè in regnis illis rerū facies fuit mutata. Christus ergo quem illi adumbrarunt, priusquam nouā legem, Euāgelium scilicet orbi inuulgaret, atq; omnia innouaret, totidē dies à cōsortio hominū secedere & humano abstinere cibo voluit, quò significaret sē istis nō minorē, & ad similia, sed maiora destinatū, ac Euangelium consentire cū lege ac Prophetis, vt vult Augustinus ad Ianuariū. Cæterùm quadra genarius numerus multis Dei operib. celebris fa ctus est. Nam ter quadraginta annos dedit Dominus spatium resipiscenti mundo, priusquā tempo re Noe diluuio humanū genus disperderet: quadraginta postea dies inundauit diluuium: decies quadraginta annos peregrinatus fuit & seruiuit B Israel in Aegypto. Quadraginta diebus duodecim exploratores circuierūt terram Chanaan. Tot an nis in eremo circūducti patres, cœlestis alimoniæ gratiam consecuti fuerūt, nec antequā mystici numeri tempus explerent, terrā promissionis intrare meruerunt: Moses quadraginta dies apud Dominum bis pro lege recipiēda absq; cibo mānit. Elias quadraginta dies ambulauit vsque ad montē Dei Oreb. Tot diebus purificabatur mulier quæ pepe rit masculum. Quadraginta diebus dormiuit Ezechiel in visione super lat⁹ dextrū, assumpta iniquitate Iudā, vt est Ezech. 4. Post totidē dies euertendam Ninivē prædicabat Ionas. Totidē diebus approbauit Christus discipulis suis resurrectionem C suam. Quadragesimo anno post passionē Domini apprehēdit Iudæos vltio per Romanos autore Hegesippo. Ex his apparet, numerū quadragenarium sacrum ferè habitum in præparationib. & peccatorū expurgationibus, atq; designare nobis tempus vitæ præsentis, quod pœnitentia, abstinentia, & lucta cum aduersitatib. & malis est transigendum, sicut numero quinquagenario tēpus vitæ futuræ, omnisq; fœlicitatis designatur. Voluit ergo Dominus hunc quadragenariū numerum in hoc suo secessu complere, qa ad hoc præparabatur, vt regno cœlorum prę pararet genus mortalū, salutemque ęternā orbi annunciaret & adferret. Deinde quò suo exemplo nobis ostenderet toto vitę huius nostræ tēpore vacandum esse castigationi D carnis, atque à vulgi opinionib. quàm maximè licet secedendum esse. Porrò ex Marco & Luca apparet Christum non solùm fuisse tentatum à diabolo post dies 40. quamuis eæ solùm tentationes expressè narrentur à Matthæo & Luca. Nā Marcus quidem dicit: *Et erat in deserto quadraginta diebus, & tentabatur a satana*, nisi sic intelligatur, & post hos dies tentabatur à satana, sicut intelligendum est quod sequitur, *Et angeli ministrabant ei*. Ex Luca verò manifestius videtur etiam tempore dierum 40. Christum tentatum. Nam quòd nos legimus in Luca, *agebatur in spiritu in deserto diebus quadraginta, & tentabatur a diabolo*, Græcè non est, *& tentabatur*, sed tātùm participium, πειραζόμενος, tentatus, vel tentationem patiens. Illudq;, *diebus quadraginta* (pro quo Græcè est ἡμέρας τεσσεράκοντα, hoc est per accusatiuū, dies 40.) ita positum E est, vt possit vel ad superiora, vel ad inferiora referri. Verùm melius est vt ad inferiora pertineant, non quòd toto hoc tempore tētatus sit, sed quòd frequenter. Certè Origenes ita legit, vt sentiat eum quadraginta diebus tentatum fuisse. Si enim ad superiora referatur, nō satis aptus erit sermo, *agebatur in deserto 40. dies*, vel *diebus*. Non enim tot diebus ad desertum agebatur, vnde multi legunt, *in deserto*, verùm obstant Græca & Latina emendata. Quare si cum superioribus illud iungendum est, aliquid subintelligendum erit, agebatur in desertum, existēs ibi quadraginta diebus.

Luc. 19

Numerus quadragenarius celebris.

ᵃET CVM IEIVNASSET QVADRAGINTA DIEBVS ET QVADRAGINTA NOCTIBVS, &c.] Non excessit Christus numerum quadragenarium ieiunādo, tum q; hic numerus sit pœnitētiæ & afflictionis, tum ne si diutius ieiunasset quam Moses & Helias, nō videretur verus fuisse homo. Noctium autem etiam fit mētio, quemadmodum & in ieiunio Mosis, ad distinctionē ieiunij Christi à ieiuniis Iudæorum, qui toto die ieiunantes, in vespera & nocte cibum sumpserunt. Lucas verò noctes non ponens, loquitur de diebus naturalibus noctem complectentibus. Cū autē post quadraginta dies esurisse dicatur, satis significatur tēpore quadraginta dierū non esurisse, diuinitate scilicet corpus sine esurie cōseruāte. At expleto mystico numero, humanā naturā sibi relinquēs Dominus, esurire voluit, tum vt se verū hominē comprobaret, tum vt diabolum occasione esurieī ad dubitādum & tentādum lacesseret, ac lacessitum arte quadā diuina & pia fraude vinceret, qui priūs suis dolis vicerat genus humanū. Quanquam autem nō ad hoc potissimū ieiunauit Christus quadraginta diebus, vt nos ad illius exemplum eodem dierum numero ieiunaremus (quis enim Christum tot dieb. sine omni cibo atq; esurie ieiunātem imitari posset:) sed ideo potissimum ieiunauit, vt tanto tempore quāto Moses, cōtemplationi ac precib. vacans, atq; ab omni humana actione segregatus, atq; tētationibus probatus, sic demum procederet ad prædicandū diuinum Euāgelium: tamē quò aliquatenus Christiani omnes hoc Christi factū imitarentur, statutum ab Ecclesia vt singulis ānis omnes quadragesimæ ieiuniū obseruarent ante Pascha. In qua quidem obseruatione Christum imitamur, tū quòd sicut ille 40. diebus ieiunauit, ita & nos modo nobis possibili, tū quòd sicut ille tūc ab omni cibo abstinuit, quò assiduis vacans precibus & contemplationib. veluti paratior prodiret ad Euangelicum negotium, ita & nos à solito edendi more abstinētes, ac ieiunij occasione plus temporis orationi & piæ meditationi impēdentes, paratiores & aptiores simus ad dignius celebrandū dominicū Pascha. Ob hanc enim causam quadragesimale ieiuniū ante Pascha institutum fuit, quanquā præter hanc & aliæ coincidant, videlicet vt quoniam eo tempore Domini passio attērius celebratur, & nos ieiuniis nosipsos affligentes, carnemq; crucifigentes cum illo patiamur. Deinde quoniam eo tēpore omnia velut repubescentia acrius ad mollitiem sollicitāt, & medullarum calor efferuescens, carnem magis spiritui rebellē ac contumacem efficit, nullo alio tempore magis è publica fuit salutevt ieiunium istud instituēret, quò multæ peccādi occasiones hominī quantū liceret præciderētur. Porrò obseruatio ista ex ipsa traditione Apostolorum manasse videtur, quæ etsi fortè nō à principio omnes expressō præcepto astringebat, tamen omnib. seculis, atq; in omnib. orbis partibus obseruata, robur & vim legis obtinuit. Vnde Hieron. in epist. ad Marcellā aduersus Montanū: Nos, inquit, vnam quadragesimam secūdum traditionē Apostolorum toto anno,

Quadragesima in seruanda ex imitatione Christi.

Statutum Apostolicum.

no, tēpore nobis cōgruo, ieiunamus. Illi tres in anno faciunt quadragesimas quasi tres passi sint saluatores. Non quòd & per totum annum, excepta Pētecoste, ieiunare nō licet, sed quòd aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre. In quib. verbis notandū quod dicit obseruare nos quadragesimā secundum traditionem Apostolorum, idque necessitate. De quadragesima autem Augustinus ad Ianuarium Epist. 119 hoc modo: Quadragesima sanè ieiuniorum habet autoritatem in veterib. libris ex ieiunio Mosi & Heliæ, & ex Euangelio, quia totidem dieb. Dominus ieiunauit, demonstrās Euangeliū non dissentire à lege & Prophetis. In qua ergo parte anni congruētius obseruatio quadragesimę cōstitueret, nisi cōsinis atq; contigua dominicę passionis? Quia in ea significatur hæc vita laboriosa, cui opus est cōtinētia, &c. Et post quædam: Vt quadraginta illi dies ante Pascha obseruentur, Ecclesiæ consensio roborauit. Ambrosius quoq; in sermonib. de quadragesima asserit, ab Apostolis atq; ipso Deo traditam obseruationē quadragesimæ, & potissimum sermone 39. vbi quadragenarium ieiunij numerū dicit non esse ab hominib. constitutum, sed diuinitus consecratū, nec terrena cogitatione inuētum, sed cœlesti maiestate præceptum. Et post pauca: Hæc autem non tam sacerdotum præcepta quàm Dei sunt. Idem sermone 34. Quisquis Christianus cōsecratam ieiunando non impleuerit quadragesimam, præuaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quòd legē diuinitus pro salute sua datā prandendo ipse rescindit. Et post pauca: Sicut reliquo anno ieiunare præmium est, ita in quadragesima non ieiunare peccatum est. De quadragesima sic Ignatius epist. 5. Dies festos nolite inhonorare, quadragesimā verò nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei conuersationis. Hebdomadam etiam passionis nolite despicere. Vide & Chrysost. super Genesim homil. 30. Proīde nō est verum quod quidam asserunt; Telesphorum primum instituisse ieiuniū quadragesimæ, sed, vt satis patet ex Platina, illi ieiunio adiecit aliquot dies, statuēs clericis esse ieiunandum septem hebdomadibus ante Pascha, vnde quinquagesimę Dominica nomen accepit. Idem videre licet in decreto distin. 4. cap. Statuimus. Idem & Gregorius Augustino Angelorū antistiti scripsit, vt habetur dist. 4. cap. Deniq; vt sacerdotes & diaconi à quinquagesima ieiunare inciperent, quò aliqd ad sanctæ institutionis pensum adiiciant. A quo Gregorio aut circa eius tempora videtur statutū, vt patet in Homil. quadragesimę, vt ieiunium omnium inciperet à quarta feria septimę hebdomadę ante Pascha, cùm priùs, vt satis apparet ex Ambrosio, sex tantùm hebdomadibus ieiunaretur. Fuisse autem antiquissimis etiam motem abstinendi à carnibus in his ieiuniis, satis patet ex his quæ in historia Tripartita scribuntur cap. 10. lib. 1. de Spiri dione episcopo Cypriorum.

A

B

C

D

E

ᵃET ACCEDENS TENTATOR DIABOLVS DIXIT ILLI: SI FILIVS DEI ES, DICVT, &c.] Cùm dicitur accessisse diabolus, significatur in visibili & humana forma diabolum apparuisse & aduenisse. Accedere em est progressiuus motus. Ex quo & illud satis cōuincitur, vniuersam hanc, quæ scribitur, tentationem foris fuisse, nō intus: quemadmodū & tentatio ea quæ primos parētes ad peccatū sollicitauit. Sicut enim hominem in statu innocentiæ diabolus tētare nō potuit, nisi per externam suggestionem: ita etiam perfectionem Christi dedecuisset à diabolo tētari per interiores cogitationes phantasiæ contra spiritum, audire autē exteriores ad malum sollicitationes non dedecuit, vt illas vinceret. Porrò nequā spiritus trib. hic ab Euangelistis nominibus appellatur, scilicet tentator, diabolus, & satan, vel satanas. Est autem tentare proprię, rem incertā & incognitam explorare, experiri, & diligēter inquirere. Secundùm quam significationē in scripturis Deus dicitur homines præceptis & afflictionibus immissis tentare, quia scilicet quales sint probat, nō quidē vt ipse cognoscat, sed vt quales sint ipsi met & alij cognoscāt. Sic & homo dicitur Deum tentare, cùm de diuina vel bonitate, vel potentia diffisus experiri vult quid possit, aut qd facturus sit, quomodo tentauerunt Deū Israelitæ, dicētes: Nunquid poterit Deus parare mēsam in deserto? Hinc in scripturis tētationes dicūtur persæpe afflictiones, qa his homo probatur, sibiq; & aliis innotescit. Quoniam autem tentationes dicūtur afflictiones, ob id & tētari pro affligi ponitur, & tentare aliquē pro affligere, molestare, irritare, & ad iracundiam prouocare: secūdum quam etiā significationem nōnunquam in scripturis dicūtur homines Deum tētare, hoc est, prouocare & exasperare, vt in Psal. Et tentauerunt & exacerbauerunt Deū excelsum, & testimonia eius nō custodierūt. Et in Actis: Quid tētatis Deum imponere iugum super cerulces discipulorum? Tentare autē prout significat explorare & experiri, duob. modis contingit. Aut enim qs aliquid tentat solùm vt illud sciat, quomodo dicimur tētare alicuius scientiam aut amicitiam. Aut qui tentare aliquid dicitur, ita illud quod nescit cupit explorare, vt etiam aliqd conetur efficere: quomodo dicimur tētare aliquā rem quam aggredimur: & tentare aliquē de pudicitia, cùm conamur ipsum ad impudicitiā pertrahere. Atq; secundùm hunc modū diabolus nos tētare dicitur, quia scilicet suis suggestionib. & oppugnationibus conatur experiri quales simus, & simul ad malū nos pertrahere studet. Itaq; & tentatio pro sollicitatione ad malum, & tentare pro sollicitare ad malum ponitur. quomodo apud Iacobū Deus neminem tentare dicitur. Hoc ergo respectu in scripturis diabolus appropriatè dicitur tentator, vt hoc loco, & rursum 1. Thes. 3. Ne fortè tentauerit vos is qui tētat, vbi Græcis est ea dictio quæ hoc loco ὁ πειράζων. Satā autē Hebraica dictio est, quę idē significat qđ aduersarius & inimicus. Vnde 2. Reg. 19. Dauid dicebat: Quid mihi & vobis filij Sarniæ? cur efficimini mihi hodie in satā? Ita & reuocāti à cruce Petro Christus dicebat: Vade retro me satana. At qa veterator ille spiritus nusquā non aduersatur nobis, ac pessima vbiq; suadet, tū & ad vltionē postulat, peculiariter & p antonomasiam satan vocatur, vt 1. Paral. 21. Consurrexit autem satan cōtra Israel, & incitauit Dauidvt numeraret Israel. Nomē autem, diabolus, dictio Græca est, quæ propriè calumniatorē & criminatorē significat, ac ferè nomē hocà Septuaginta interpretib. ponitur vbi in Hebręo est satā, vt loco Paral. iam dicto, & in Psal. 108. Et diabolus ſtet à dextris eius. Vnde quem Hebræi vocant satan, Græci cœperunt vocare diabolum: quare Petrus Græco nomine dæmonem appellans, sed Hebrææ dictionis significationem explicans, Aduersarius, inquit, ve

Tentare quid sit.

Satā quid significet.

Diabolus quid significet.

1. Petr. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ster diabolus circuit,&c. In Apocal. autem cap. 12. explicatur ratio nominis, Diabolus, cùm dicitur: Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Theophylactus tamen diabolum etiam dici vult, quòd accusauerit & infamauerit Deum apud Adam, quódq; & nunc virtutem, & quæ Dei sunt apud nos columnietur.

SI FILIVS DEI ES, DIC VT LAPIDES ISTI, &c.] Hinc patet quare Christus esurire voluerit, nimirũ vt diabolo occasio aggrediẽdi & tentãdi daretur, obiecta ei infirmitate humanę naturæ, veluti esca quadã, sub qua veluti hamus latẽs diuina virtus dæmonẽ superaret. & caperet. Quoniã enim audierat diabolus ex patris cęlestis oraculo & Ioannis testimonio Christũ dictum filium Dei, & cõtra iam eũ videbat fame discruciari, quòd eum nihil aliud quàm infirmũ hominem arguebat, ob id dubitare de ipso cœpit. Quare callida astutia aggressus est explorare verusne esset Dei filius, an nõ, vt si cognouisset eum esse Dei filiũ, omnes artes suas explicaret ad impediendum salutem hominum per ipsum afferẽdam. Ita autẽ istud explorare conatus est, vt & simulin peccatũ aliquod ipsũ pertraheret si fieri posset, quare duplici nomine Christum tẽtasse dicendus est. Nam quod ad primam hanc pertinet tentationẽ, ita secum cogitabat: Si solo iussu lapides hos in panem conuerterit, cùm id solius sit Dei opus certũ erit ipsum esse filiũ Dei. Si autẽ renuerit id facere, aut etiã dixerit sibi id impossibile, certum rursum nõ esse verum ac naturalem Dei filiũ. Neq; enim dubiũ quin si id facere possit, iam facturus sit cogente eum ad hoc fame. Rursũ tamen hac tentatione ad peccatũ sollicitabat, & partim quidẽ ad gulæ vitiũ, partim verò & magis ad inanẽ gloriã, & vanam sui ipsius ostentationem aut etiã ad diffidentiam diuini oraculi. Quamuis enim non fuisset veracitatis, Christũ cùm esuriebat comedisse panes ex lapidibus factos, tamen occasione famis obedire aliqua in re diabolo, gulæ vitio asscribẽdum esset. Magis tamen hac in re peccatum fuisset ob vanam sui ostẽtationem. Nunquam enim proferendum est miraculũ, nisi Deus id postulat gloria Dei, aut fraterna charitas, non hominum libido. Vnde nec Herodẽ dignatus est Saluator aliquo miraculo. Magorum enim & pręstigiatorũ est ad inanem ostentationem, & ad spectatorum curiosam voluptatẽ vel ædere vel fingere miracula: vnde nec illustratur gloria Dei, nec vtilitas vlla redit ad proximũ. Itaq; in hęc vitia præcipitandũ credebat Iesum, si obedisset. Sin ob impotentiã nõ obedisset, sperabat eũ diffisurum voci patris, qua filius Dei denunciatus erat. Itaq; tantum Christo inuidens honorem, sicut & veteri Adã, misus est hũc, sicut & illum, ab illo honore deiicere. Et quidem pulchrè respõdet hæc tentatio ei qua primos parentes aggressus est. Sicut enim tũc occasione prohibiti cibi, & illicibilitate arboris scientię boni & mali, & ad gulositatẽ & vanam excellentię appetentiam prouocauit: ita nunc per cibi oceasionem ad gulæ vitium & inanem excellentiæ declarationẽ adducere conatus est. Et quomodo tũc dubitationem de æquitate diuini mandati immisit mentib. eorum, quæ rẽdo: Cur præcepit vobis Deus vt nõ comederetis de ligno paradysi? ita modò ad diffidentiã diuini oraculi pertrahere studuit: quare nõ dicit: Cùm sis Dei filius dic, &c. sed per cõditionẽ dubitatiuè pronunciat: *Si filius Dei es.* Qua locutione etiam adulatur & pũgit, vt si vere esset Dei filius, id modò necessario demonstraret, tãquã rubore suffundẽdus si non credere t' esse Dei filius. Est itaq; sensus verborũ iste: Auditũ est cœlesti voce, accedente etiam Ioannis testimonio, te denunciatum esse Dei filiũ. Id si verum est, cur sic fame discruciatis, qui vel solo verbo tuæ fami succurrere potes? Fac potius tuo iussu vt lapides hi in panem cõuertãtur, habeásq; quo esurienté impleas ventrem. Id si facere recusas, frustra sanè vel tibi psuades te esse quod dicens, vel alios id de te credituros expectas. Exhis patet emphasis quæ est in verbo, dic. Nõ enim dicit, ora patrẽ cælestem. nec dicit, fac, sed *dic*, significans solo iussu id ab eo fieri posse. Notandum rursum quod dicit, *panes fiant*. Non enim lapides in delicatum cibũ conuerti postulat, sed in cibum frugalem & necessarium, quò magis impetret quod postulat. Porrò cũ Lucas dicat singulariter: *lapidi huic vt panis fiat*; apparet apud Matthæũ pluralẽ numerũ pro singulari positum, vt & aliàs aliquoties, ac proinde superfluam esse annotationẽ Theophylacti, qui vult dæmonẽ instigasse Christum ad superflua, quòd cùm panis vnus sufficeret, postularet lapides i panes cõuerti.

ET RESPONDIT AD ILLVM IESVS: SCRIPTVM EST; QVIA NON IN SOLO PANE VIVET, &c. Christus à diabolo tentatus neq; est indignatus, sed per mansuetudinẽ patienter toleranit eius improbum insultum: exemplum præbens tolerãtiæ in oppugnationibus impiorum hominũ: neq; cùm posset diuinitatis suæ potẽtia eum superauit & repulit. Propositũ enim ei erat, vt non tanquã Deus potentia vinceret, sed vt homo per humilitatẽ, idq; testimoniis scripturæ: quò nos doceret nulla contra diabolum efficaciora esse arma, quàm scripturarum meditationẽ, & verbum Dei, quod est gladius spiritus, omnes facile resecãs cupiditates carnis, suggestionesque diaboli. Deinde quò & hominẽ plus honoraret, & diabolum plus puniret, cùm hostis humani generis non quasi à Deo, sed quasi ab homine vinci videretur. Itaq; Dñs vt potentior diabolo, ita & prudentior, astutias diaboli scripturæ authoritate eucit. neq; negans quod erat, neq; prodens, sed tantùm absurdam esse ipsius suggestionem ostendens scripturæ inuincibili autoritate, quæ quàm pulchrè respondeat illius suggestioni, eumq; suo seruet intento, videndum. Ille enim cupiebat explorare num Dei esset filius: Christus verò nihil se quàm hominem esse respondit, dicens: *Nõ in solo pane viuet homo*; cæteris se connumerans hominibus, per quod etiã absurdiorem demonstrat esse dęmonis suggestionẽ. Si enim quiuis homo nõ in solo pane victurus est, sed in omni verbo Dei, multo magis necesse nõ est filio Dei, vt pro fame pellenda lapides in panem conuertat. Itaq; neque quia filius Dei erat, lapis in panem conuertẽdus erat: neque qa non conuertit, colligi potuit eum non esse filium Dei. Rursus ille cibi oblectamẽto esurientis patientiam illudere voluit, aut in diffidentię vitium adducere. Christus contra, suam de diuina potentia & bonitate patientẽ confidẽtiam declarat, significans se certò confidere & expectare, vt etiam sine pane ex lapide facto diuinitus alatur & sustentetur. Quod autẽ dicit hominẽ victurum in omni verbo quod procedit ex ore Dei, dupliciter intelligitur. Quidam enim intelligunt de vita animæ, quæ cõsistit in auditu & meditatione diuinorum verborum, ac Christũ autoritate scripturæ demõstrare esse vitã animi, quæ pluris sit faciendam, quàm vita corporis: esse cibũ spirituale, qui magis expetendus sit quàm cibus iste qui vitam corporis aliquãto post morituri ad breue tẽpus progat. ac proinde famem corporis negligẽdam, ac alimentum verbi cœlestis acquirendũ potius. In hunc sensum locum hunc inrelligit Ambrosius super Lucã, & post eum quidã etiã super Lucam. Verùm hunc non esse præcipuũ istorum verborũ sensum, & præsens locus, & is vnde desumpta est hæc scriptura, satis cõuincit. Nã quod attinet ad præsentem locũ, impertinens satis huic loco esset sermo introductus de vita animæ, cùm hic iam ostendẽdum esset quibus rebus sustẽtari posset vita corporis, & huius sustẽtationi non esse omnino necessariũ panẽ. Et Deut. 8. vnde istud sumptum est, dictũ est hoc testimoniũ occasione mannæ, quo pauit Dominus Israelitas in deserto. Dedit (inquit Moyses) tibi Dominus mãna quod ignorabas tu & patres tui, vt ostẽderet tibi quòd non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Domini. Quare per omne verbũ Dei, aut verbum, quod procedit de ore, hoc est, imperio Domini, oportet hic intelligere omne id quod Deus vult, ordinat; & iubet vt vita hoĩs sustẽtetur: quomodo mãna, quod non erat panis, nutriuit Israelitas in deserto, & Heliæũ cum sociis suis herbis agrestibus pauit. & Mosen; Heliã, atque Christum 40. diebus sine omni cibo sustentauit. Notandũ autem in Hebræo non esse dictionem, verbũ, sed ea addita est ex æditione Septuaginta interpretum vulgata, ex qua addita etiã est in vulgata nostra æditione in Deuteronomio.

TVNC ASSVMPSIT EVM DIABOLVS IN SANCTAM CIVITATEM, ET DVXIT ILLVM IN HIERVSALEM. Hanc tẽtationem quam Lucas tertio loco ponit secundã fuisse, sicut eam Matthæus ponit, satis patet ex Matthæo, qui defectipturus etiam tentationem, dicit; *Iterum assumpsit eum diabolus*; significans eum tunc secundò assumpsisse Christũ. Deinde cùm à Christo diabolo dictum fuisset, *Vade retro Satana*; subiecit Matthæus: *tunc reliquit eum diabolus*. Lucas verò ordinem tẽtationum non obseruans, huiusmodi dictionibus ordinem indicantibus non est vsus. ET Faber antiquos quosdam codices dicit in D. Luca eundẽ habere ordinẽ tentationũ quem habet D. Matthæus, vt ordinis mutatio quæ est in D. Luca, videri possit accidisse ex scriptorum vitio, maximè cùm in ea tẽtatione quæ in Luca secundo loco ponitur, Græci codices plerique etiã habeant, *Vade post me Satana*. Certè Ambrosius in Luca secundam ponit tentationem eam quæ in Hierusalem facta est. Itaque diabolus ancipiti respõso elusus, ex quo discere nõ potuit, si filius Dei esset, an non, non quidem à tentatione abstinet, (ne semel victores tradamus nos securitati, sed animum semper ad nouos assultus paratũ habeamus) verùm quoniam scripturæ autoritate superatus fuerat, conatur & ipse scripturarum abusu vincere: cumq; priùs occasione famis vincere nõ potuerit, experitur num per inanem gloriã superare valeat; per quã nõnunquam vincũtur sancti, qui omnẽ iam carnis necessitatem vicerũt. Quanquam enim & in superiori tentatione Christum tẽtabat ad vanã suiipsius ostẽtationem, hic tamẽ apertius, præterquã quod explorare studet num sit Dei filius, etiã solicitabat eũ inanis gloriæ appetitu in vanã sui ostẽsionẽ adducere, ac præterea in tentationẽ Dei; & suuipsius perditionẽ per præcipitiũ, si obediſſet. Si verò obedire recusaret, tum & demõstraret se non esse Dei filium, & diffideret cœlesti voci asserẽti ipsum esse filiũ Dei. Vide autem quàm astutè hanc tentationẽ subiecit superiori. Quoniã enim Christus suæ resp̃sione indicauit suã in Deo confidentiam, per præsumptuosam & vanam confidentiã tentat superare, adducens scripturã quæ efficax videretur, vt quæ pertineret ad cõfidentes in Deum, sicut principium Psalmi indicat. Itaq; quoniam per confidentiã ex scriptura desumptam superatus fuerat, occasione hinc accepta, per cõfidentiam quam etiã scriptura suggerit, conatur secundò superare. Assumpsit ergo eum in sanctam ciuitatẽ, hoc est, in Hierusalem, vt patet ex Luca. Hęc enim sancta ciuitas dicebatur, propter sanctum Dei tẽplum quod erat in ea. Et statuit eum supra pinnaculũ tẽpli, hoc est, supra supremam tẽpli extremitatẽ. Nã pinnaculum dicitur fastigiũ siue summitas ædificij in acumen tendẽtis, quia veteres pinnam dixerũt quod acutum est, aut quia pinnaculis addi solet pinna, quæ facili motu, vẽtorum indicet flatum. Vnde & Græcè dicitur πτερύγιον, quod est diminutiuum à πτερόν, ala, quod in morem alarũ mouetur. Cùm autẽ verisimile sit tẽplum non habuisse fastigium acuminatũ, eò q; in Palęstina domus tectũ habeãt planum, & debet hic pinnaculũ & πτερύγιον accipi pro superiori parietis & tecti parte, aut angulo aliquo. Correspõdent enim hæ dictiones Hebrææ dictioni כָּנָף Canaph, quæ cùm propriè alam significet, etiã significat omnem rei extremitatẽ, & angulũ: vnde quatuor orbis anguli dicũtur eis Cenaphim, vel Cenaphet, Eze. 7. In sancta ergo ciuitate Hierusalẽ supra pinnaculũ tẽpli, vbi multos haberet spectatores sui miraculi, Christũ diabolus cõstituit, vt spectãtiũ multitudine celebri magis pu- oueret ad ostendendũ se quis esset eo loco, quo maxime ipsum conueniebat demõstrari. An autẽ diabolus Christũ corporaliter assumpserit, & in Hierusalẽ duxerit, an solùm in visione hæc facta sint, in quæstionem vertitur. Quidã enim in visione hæc facta putãt, de quorũ sentẽtia postea dicetur. Alij verò corporaliter hæc & vere facta existimãt. Nihil em mirũ esse, si se Christus à diabolo permisit in Hierusalem & in montem duci, qui se permisit à membris illius crucifigi, vt dicit Gregorius. Et quanquã diabolus sic Christũ assumebat vt ab omnibus videretur, ipsum tamẽ diabolo nesciente sic egisse inuisibiliter vt à nemine videretur, vt dicit Chrysostomus super Mat. Portò bene aduertẽda sunt diaboli verba, dicẽtis: *Si filius Dei es, mitte te deorsum*. Vox enim hæc verè diaboli est; *Mitte te deorsum*, vt annotauit Ambrosius & Hieronymus. Nã cùm ipse seipsum per superbiam ex altitudine cœlorum præcipitauerit, semper etiam quò homines sibi similes reddat, de altiore gradu meritorũ eos cadere desiderat. Verũ vt id suadere non potest, ita ipsos præcipitare nõ potest. Vt autem diabolus impetret quod suggessit, addit ex Psal. 90. scripturæ testimoniũ, quò ostendere vult Christũ, si filius Dei sit, sine oĩ periculo sese missurum deorsum. Quam scripturã admodum malignè, impiè, & deprauatè adducit. Primùm, quòd eam scripturam quæ de quouis pio homine dicta

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,interpretatur ad Christum propriè pertinere A ad quem tamen nõ pertinere,vel ipsius dæmonis verba satis significare poterãt.Si enim erat Dei filius, ergo angelorũ ministerio opus nõ habebat, per quos custoditetur ab omni nocumẽto & læsione.Deinde,ꝙ ea scriptura,qua promittitur cõfidentibus in Deum securitas ob oĩ malo, abutitur ad persuadẽdum impietatem,tentationẽ scilicet Dei, & spõtaneam malorum aduocationem.

cET RESPONDENS fIESVS AIT ILLI, aRVRSVM fsCRIPTVM EST: NON TENTABIS DOMINVM, &c.] Rursum Christus dissimulãs se esse Dei filium, id tãtùm respondit, quod à quouis pio homine respõderi poterat, & scripturã malè citatã,alia scriptura rectè adducta, B ceu clauum clauo retudit: docens scripturã scripturæ cõferendam,si ex scripturæ sectione errare nolumus.Quod bene notãdum cõtra hæreticos, qui ad exẽplum sui magistri frequẽter scripturas quasdã deprauatè citãt,ad sensum aliquem stabiliẽdum qui cum aliis pugnat locis. Sed è diuerso, inquit,scriptum est: *Non tẽtabis Dominũ Deum tuũ.* Est autẽ scriptum istud Deut.6.citatur tamẽ magis secundum Septuaginta trãslationem quã Hebræam veritatem,sicut & in nostra lectione Hienymus Septuaginta trãslationem posuit.Hebræa enim pluraliter habẽt: *Non tẽtabitis Dominũ Deum vestrũ,sicut tẽtastis in loco tẽtationis.* Septuaginta verò ἐκ τοῦ παραπέρας, quomodo hic Euãgelistæ. Cùm au- C tem tẽtare Deum in scripturis dupliciter accipiatur,vt superi⁹ patuit, hîc in priori acceptione debet accipi,vt tẽtare Deũ,sit experimentũ sumere de Deo,& potissimũ de omnipotẽtia eius,bonitate & fidelitate in seruãdis ꝓmissis. Id autẽ dupliciter contingit.Primùm quidẽ,ex præsumptuosa quadã de Deo cõfidentia, vt cùm quis se citra vllam necessitatẽ inijcit in aliquod manifestũ periculum,præsumens sibi ad futurũ Dominum.Vt si quis sese ex alto præcipitet, cõfidens se seruãdum à Deo:& quisquis præterita humana ratione qua aliquid cõsequi posset,sese Deo cõmittit,expectãs illud ab eo, vt qui neglecto labore manuum, aut alia humana via acquirẽdo victui necessaria se o- D tiosum & sedentem expectaret pascẽdum à Deo, quia præcepit Christus cõsiderare volucres cœli, quas pater citra laborẽ aut solicitudinem ipsarũ pascit.Kursum si qui ad docendũ alios destinatus est, neglecto scripturarum studio expectaret sibi otiosum suggerẽdum à Domino quid docere debeat, eò ꝙ dixerit Apostolis; Cùm steteritis ante reges,nolite cogitare qũo aut quid respondeatis, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Tales ẽm nihil aliud quàm experiri volunt,quàm sit potẽs, bonus & verax Dominus. Quẽadmodũ enim qui equi cursu vtitur,solùm vt cognoscat equi virtutem,tentare equum dicitur: non tentat autẽ equum, qui cursu eius vtitur ad trãsuectionem,etiamsi inter vtẽdum equi virtutem cognoscat magis;ita Deum tentãt,qui nõ ea ratione expectant Dei opem qua debet expectari, non tentant autem qui in necessitate aliqua cõstituti necessariam sibi Dei opem expectant. Secundò,etiã Deum tentare cõtingit ex diffidentia de Deo,aut incredulitate eius quod de Deo credere deberet, vt cùm quis in necessitate aliqua constitutus non securè confidit de Dei potentia & bonitate,sed animo murmurante cum diffidentia quadã optat Deum declarare suam potẽtiam & auxiliũ, quo- modo tentasse Deum dicuntur Israelitæ, cùm in inopia cibi potúsve constituti murmurauerũt dicentes: Estne Deus in nobis, an non? & nunquid poterit Deus parare mẽsam in deserto? Sicut ẽm diuinæ opis & potentiæ declaratio optanda non est,nisi cùm id nostra postulat necessitas, aut Dei gloria:ita in necessitate ab eo simplici animo nos pendere oportet, certò confidẽtes eum liberaturum si iudicauerit expedire saluti nostræ.Posse enim illud, & omnino idem velle,si bonum nobis sit.Sic etiã Deum tentat,qui declarari sibi postulat Dei voluntatẽ in his rebus in quibus Dei voluntas ex scripturis aut aliũde certò cognosci possit. Porrò his modis Deum tentare,graue peccatum est, siue quòd per diffidentiam nõ ita de Dei sentiatur potentia & bonitate,sicut oportet, siue quòd non ea deferatur ipsi reuerentia quæ debetur summæ ipsius autoritati & dignitati. Neglectus enim quidã Dei est, in rebus leuibus & non necessariis illius opem exposcere,quasi ad omnia quæ libuerit nobis paratus esse debeat.

Multis modis Deum tentari contingit.

Mat. 10.

Mat.6.

Tentare Deũ grauissimum peccatum.

aITERVM ASSVMPSIT, cET DVXIT fEVM DIABOLVS IN MONTEM EXCELSVM aVALDE,&c.] Cùm iam Christũ diabolus nec per cõcupiscentiam carnis,nec per superbiam & inanem sui ostentationem superare possit,aggreditur eum oppugnare per illud qđ inter omnia quibus homines tentat tertium est, nempe per concupiscentiam oculorum & auaritiam, simul tamen ipsum etiam tẽtans de superbia per honores promissos.Omne enim quod est in mundo,aut est concupiscentia carnis,aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Sicut autem in prima tentatione non solùm in gulæ vitium, sed per illud in vanam sui ostẽtationem, & in secunda per inanem gloriam etiam in Dei tentationem pertrahere voluit:ita in hac tertia per auaritiã & ambitionem in idololatriam conatus est adducere, per id semper pergens tentare quod mentem hominis magis natum est, & solet à constãtia sua & virtute dimouere, semperque in grauiora crimina deiicere adlaborans. Hoc enim ordine diabolus tentare solet,vt à leuioribus incipiens paulatim pducat ad grauiora, semper ea ordine proponens quæ magis ac magis mouent. Iam plerumq; fit vt qui famem contẽnere possunt & vanam gloriã, stabiles honores & multarum rerum gloriosam possessionem non possint cõtemnere. Porrò tertia hęc tẽtatio non parùm differt à duabus superioribus.In eis enim dixit; *Si filius Dei es,* eò quòd ea quæ suggerebat videbantur Dei filio cõpetere.In hac verò id adiicere non potuit,eo ꝙ id suggessit, quod nulla ratione Dei filio conuenire potuit. In illis apertius expiscari quærebat quis esset Christus,in hac verò apertius ad peccatum eum solicitat, quasi iam certior eum nõ esse Dei filium. Cùm enim videret eum semel & iterum detrectãtem vt ostenderet se Dei filium,tanquam purum hominẽ ipsum tentat,ea illi proponens quæ adeo mouent homines,vt inuisibilibus bonis futuris ea præponãt.Et tamen quẽadmodũ in illis tentationibus etiam intelligitur ad peccatũ solicitasse,ita & in hac rectè intelligitur simul voluisse explorare num Dei esset filius. Sperabat enim eum si non esset Dei filius, magnificis illis promissionibus superãdum. Si verò esset, irritatũ tanta tentatoris improbitate,dicturum se potius ab illo adorari debere,suaque esse oĩa ea quæ ille tanquam

Quomodo ostẽdens omnia regna mundi.

tanquam sua pollicebatur.Quẽadmodum autem priùs in altum tẽpli pinnaculũ Christum assumpserat,& casum suggesserat:ita & nunc in excelsum montẽ ducit, casumq; rursum suadet, dicẽs, *si cadens adoraueris me.* Sẽper enim diabolus ad alta hominem per mẽtis superbiam deducere studet, semperq; ad casum solicitat. Quomodo autẽ omnia regna mundi & gloriã eorum è mõte quouis ostendere potuerit, idq; in momẽto temporis, in quæstionem vertitur.Neq; enim aliquis est mons tam altus, vnde liceat omnia regna mundi videre: neque si esset,oculus humanus posset ad omnium conspectum pertingere.Proinde quidã (inter quos Origenes homil.30.in Lucã)intelligendum istud putãt non de regnis corporalibus huius mundi, sed spiritualibus, quibus scilicet diabolus per varia vitia regnat in hominibus, vt vnum sit regnum gulæ,alterum luxuriæ, aliud superbiæ, & sic de reliquis peccatorum signis quæ Christo ostenderit, veluti dicere volens:Si vis regnare omnibus affectionibus istis,& in hoc venisti vt eos qui sub me sunt rapias, procide & adora me, & absq; omni certaminis molestia accipe omnes qui gubernãtur à me. Verùm hæc allegorica interpretatio literæ omnino nõ videtur conuenire.Nam præter alia,ad hanc ostẽsionem non fuisset necessarium Christum in montem duci à diabolo.Itaq; alij(inter quos Chrysost. in secũda expositione in Matthæum) intelligunt diabolum demonstrasse Christo omnia regna & gloriã eorum, non quòd singula regna & ciuitates oculis eius vidẽda exhibuerit, sed quòd partes terræ in quibus vnumquodq; regnum vel ciuitas posita erat,digito demõstrarit,dicens: Versus illam partem est Roma,aut Hispania,aut Alexandria:& in illo regno tales sunt diuitiæ & honores, in alio verò alia gloria.Verùm nec hæc interpretatio videtur conuenire,maximè quia addidit Lucas(*in momento temporis,* per quod satis significatur ostensionem hanc fuisse talem quæ potestati diaboli fuit propria. Quare sunt qui hanc ostensionẽ putant fuisse factam à diabolo in phantasia Christi, vt nõ fuerit sensibilis regnorum visio sed imaginaria,quomodo & D.Benedictum totum mundũ in lumine diuino intellectualiter vidisse refertur Gregorius lib.dialog.2.cap.35.Sed cùm non satis pium sit dicere,diabolũ interiores Christi sensus cõmouisse nouis apparentium rerum speciebus: cumq; certum satis sit insensibili & externa specie diabolũ Christo apparuisse,verisimilius videtur, vt dicatur diabolum Christo ostẽdisse omnia regna mundi sensibiliter,quia omnium imagines nouo quodam modo repræsentauit humanis eius obtutibus,faciens per eas imagines omnia apparere oculis eius.Qua ratione neq; fuit aliqua illusio in oculis Christi, neq; Christus deceptus est. cùm sciret Christus obiectas imagines esse falsas. E Atque in hunc modum intelligit Theophyl.istud contigisse.Cæterùm cùm hoc modo verisimile sit intelligendũ esse illud, *ostendit ei omnia regna mundi,* atq; ad huiusmodi ostensionem non fuerit necessaria corporalis transuectio in montẽ aliquem excelsum, apparet etiam probabilius secundum prædictum modum intelligendum esse quod dicitur diabolus Christum assumpsisse in montem, & proinde etiam illud quod dicitur assumpsisse in Hierusalem, & statuisse super pinnaculum tẽpli, vt scilicet hæc facta sint non reipsa, sed per visionem, quemadmodum absẽsio lumbaris ad Euphratem à Ieremia, quæ scribitur cap.13.& dormitio Ezechielis super latus sinistrum, & postea super latus dextrum,de qua Ezech.4. Neq; enim minus aperte illic scribitur Ieremiam iisse ad Euphratem, atque illic lumbare suum absconditisse, secundoque rediisse, & reperisse illud iam corruptum: deinde Ezechielem supra latus suum sinistrum dies trecẽtos nonaginta, & super dextrum 40.dormiuisse, quàm hic Dominum à diabolo in pinnaculum templi,ac postea in montem assumptum. Et tamẽ Hieronymo & aliis non est dubiũ per visionem illa contigisse. Vt autem sic intelligãtur etiam quæ hîc dicuntur, satis insinuant Euangelistæ,qui videntur significare has tentationes in deserto cõtigisse in quod Christus secesserat. Nam Matthæus ob id in desertũ iisse dicit vt tentaretur à diabolo, videlicet in ipso deserto. Et Lucas post tẽtationes dicit Christum regressum in virtute spiritus in Galilæam,videlicet in deserto in quod secesserat. Certè Christum non fuisse corporaliter trãslatum super tẽplum & montem sentit Cyprianus, aut quisquis fuit autor, in sermone de ieiunio & tẽtatione Christi,vbi sic scribit:A multis ambigitur vtrũ fuerit hæc translatio corporalis,& si de loco ad locũ se Christus transferri permiserit, eo modo quo Abacuc de Iudæa in Chaldæam ductus est, & Philippus de Azoto in occursum Eunuchi. Sed ꝙ corporaliter eum diabolus tulerit,videtur inconueniens, quòd humeris eius Saluator insederit, & pro vehiculo vsus sit quem præcipitatorem sciebat: vel ei ferendum se cõmiserit,cuius insidias agnoscebat. Suo itaque spiritu eum credendum est ductum & in desertum,& super tẽplum,vt vtrobique eum diabolus assumeret ad tentandum. Et localiter quidem prima tentatio fuit in deserto,sed cæteras eo modo circumduxit tẽtatoris astutia, vel circumduci passa est patiẽtia Saluatoris, quomodo Ezechiel cùm super fluuium Chobar sederet,Hierosolymam raptus in spiritu ciuitatem ædificat & metitur,& muros & templum instaurat.Hoc itaque modo super culmen templi Christus erat in spiritu,sciẽs quid ante spiritus affectarit, & hosti se de vana gloria pulsaturo oportunitatem parabat.Hæc ille.In quibus etsi recte sentit Christum nõ trãslatum corporaliter,tamẽ quod dicit Christum suo spiritu trãslatum sicut Ezechiel spiritu diuino,nõ cõuenit satis Euãgelistis,qui dicũt diabolum assumpsisse Christum.Proinde secundùm prędicta dicendum esset,trãslationem Ezechielis & Ieremiæ factam per visionẽ imaginariam aut intellectualem:Christi verò per visionem sensibilem & corporalẽ, ita scilicet vt diabolus per nouas rerum imagines fecit Christo videri sensibiliter se esse supra templum & montem.

Dan.14.

Actuũ 6.

Exec.40

cTIBI DABO POTESTATEM HANC VNIVERSAM, ET GLORIAM EORVM, QVIA MIHI TRADITA SVNT. Aduertẽdum in his verbis, quam sit & mẽdax,& arrogãs nequam spiritus. Mendaciter enim & arroganter sibi arrogat, & ꝙ omnia sibi sint tradita, & quòd det cui voluerit.Domini enim est terra,& plenitudo eius, & in manu eius sunt oẽs fines & regna terræ,omnisque potestas secundũ Paulum à Deo est. Dicitur quidem & ipse diabolus in scripturis princeps huius mũdi,& deus huius seculi: sed id solum propterea quia dominatur in hominibus mundana

Psal.23. Psal.94. Rom.13

Universidad de Deusto
Biblioteca

mundana sapientibus & sectãtibus,& quia autor A
est oĩs abusus creaturarum quæ sunt in hoc mun
do,nihil habens iuris in cœlestibus.Verùm quoq;
est diabolum Deo permittẽte dare quibusdã pos
sessiones & honores huius mundi,his scilicet qui
per nefas illa consequuntur,sed apertum menda
cium est dare ipsum hæc cuicunq; velit,cùm nul
li dare possit nisi cui Deus velit dari, multosq;
certum sit non à diabolo,sed à Deo accepisse. Si
milis arrogãtia est & falsitas in eo q promittit se
hæc omnia daturũ illi,cùm id non sit in ipsius po
testate. Iam & antiquæ superbiæ eius erat,quod
diuinum sibi postulat deferri honorẽ, idq; ab eo
quẽ Dei filium cœlitus denunciatũ didicerat.Qua B
diaboli suggestione significatum est quàm efficax
malum sit cupiditas & ambitio,vtpote q sæpe eò
perducat hominẽ vt diabolo se prosternat,eumq;
adoret. Et omnino quisquis cupiditate rerum hu
ius mundi victus negligit Dei præcepta, fraudat,
rapit,peierat, occidit, fasq; nefasq; miscet, is iam
adorauit huius mundi principem, Deumq; abne
gauit,imitο fœdere cum aduersario Dei.Cui con
uenit quod Paulus aliquoties auaritiam vocat
idololatriam,& auarum,idolorum cultorem.

a TVNC c RESPONDENS f IESVS, DIXIT
ILLI: a VADE RETRO SATANA. f SCRI-
PTVM EST,&c.] Christus cùm hactenus man-
sueto animo pertulerit diaboli tẽtationes,postea C
quam ipsum diuinũ patris sui honorem vsurpare
audiuit,exasperatus est,& increpans repulit eum,
dicens: *Abi post me Satana*,vt nos illius exẽplo dis
camus nostras quidẽ iniurias magnanimiter to
lerare, Dei autem iniurias nec vlquã ad auditum
sufferre. Bis autem legimus Christum hac vsum
increpatione,*Vade retro Satana*. Semel scilicet hoc
loco increpando diabolum,& secundò reprehen
dendo Petrum, vt patet Matth.16. Huius itaque
orationis non est sensus: sequere me à tergo, sed
quia satan significat Hebræis aduersantem, non
qualitercunq;,sed velut obsistendo coram & an-
te faciem:ideo alludẽdo ad vocabulum,eiicitur à D
facie,iubeturq; secedere post tergum,in quo non
possit obsistẽdo aduersarium agere.Quare sensus
est: secede omnino à me,nec diutius mihi aduer-
seris. Est enim locutio methaphorica,desumpta à
similitudine corporalis situs eius qui aduersatur
alicui. Quidã autem Græcorum codices non ha-
bent,*retro*,sed tãtùm,*Vade Satana*. Vnde Origenes
annotauit diabolo dictum: *Vade* (vel abi) *Satana*:
Petro verò, Abi post me satana,quia hic ad seque
lam vocatus est,non autẽ ille. Poterat autem Do-
min⁹ Iesus improbitati dæmonis respõdere:quid
mihi polliceris quæ mea sunt? quid mihi vẽdicas
quæ tua non sunt?qua frõte postulas vt tibi ad ge E
nua accidam,cùm sim Deus, qui te cõdidi, qui re
superbientem cœlo depuli, deiecturus in tartara,
simulatq; mihi videbitur?Verùm id tẽporis fallẽ-
dus erat diabolus, non docendus. Nec admoneri
debuit,qui corrigi non potuit.Proinde solũ patris
sui honorem à diabolo vsurpatũ scripturæ auto-
ritate vindicat,rursus ex Deut.sicut superius, bis
testimonium desumẽs,quò inquit Hierony. secun
dæ legis sacramẽta mõstraret:putatur autẽ desum
pta hæc scriptura ex Deut.6.& 10.capitibus. Ve-
rùm illic nõ,adorabis,scriptũ est,sed timebis. Nã
& Hebræa illis locis habẽt verbum quod non si-
gnificat adorare,sed timere, & Græca habent φο-
βηθήσῃ,timebis. Quare in citatione huius scripturę
videtur Christus non ad hæc tantùm loca respe-
xisse, sed simul etiã ad ea quæ in sexto & quinto
capite præcedũt ante hæc verba. Nam in quinto
capite dicitur:Nõ habebis Deos alienos in cõspe
ctu meo. Non adorabis ea, neq; coles. Ego enim
sum Dominus Deus tuus, quo satis significatur
solum Dominum Deum tuum adorãdum. Quã- *Deut.6.*
quam nõ malè quis dixerit solùm respectũ fuisse
ad illud quod legitur Deut.6. Nam cùm ante hæc
verba, Dominũ Deum tuum timebis, præcedat:
Cùm saturatus fueris,caue diligẽter ne obliuisca
ris Domini,qui eduxit te de terra Ægypti,de do-
mo seruitutis, eiq; verbis indubiè ꝓhibeatur a-
liorum deorũ cultus, ac deinde subiiciatur, Do-
minum Deum tuũ timebis,satis patet per verbũ,
timere, significari omnem cultum & reuerẽtiam
Deo debitam,ac maximè adorationem. Qui enim
timet aliquem & reueretur, eundem etiam ador
rat.Nam adoratio,timoris & reuerentiæ externũ
signum est.Verbum ergo timebis,Dominus mu-
tauit in *adorabis*, quòd ita respõsio postularet, eò
quòd diabolus ad prostrationem & adorationem
sui inuitat. Quod autẽ additum est, μόνῳ,soli, etsi
in Hebræo expresse non habeatur, inꝛluditur ta-
mẽ in articulo,illi, qui cùm debeat intelligi cum
emphasi,significat soli Deo seruiendũ. Vnde & in
prima parte intelligi debet, Dominũ Deum tuũ
solum adorabis. Ad quem intellectũ significandũ
subditur in Deut.post hæc verba: Non ibitis post
deos alienos,&c. Porrò,vt priùs etiã dictum est in
capitulo de Magis,verbum Hebraicum correspõ
dens in scripturis verbo,adorare, propriè signifi-
cat se corã aliquo venerationis causa humi pro-
sternere aut inclinare: vnde frequenter etiã aliis à
Deo tribuitur, secundũ generalem hanc suam si-
gnificationem. Cùm autẽ huiusmodi veneratio-
nẽ Deus sibi soli exhiberi postulat, plus quid eo
significatur,nẽpe talis veneratio exterior,quę ex
corde pio & religioso procedat, & qua ipse cola-
tur tanquam solus autor vitæ,& omnis boni lar-
gitor,Sicq; intelligẽdum quod hic dicitur, *Solum
Dominum Deum adorabis*. Quanquã & alioqui cùm
homo hominẽ vel sanctos Dei adorat & venera-
tur, in eis magis Deum quàm illos adorat. Nam
cùm honor Deo sit proprius,nulli honos deferen
dus est,nisi propter Deum,quare maximè iis de-
fertur qui diuina quadã virtute aut potestate in-
hoĩbus præeminẽt, qui & ipsi dij quidam in scri-
pturis dicũtur. Huic autẽ Hebraico verbo respõ-
det apud Græcos verbũ προσκυνῶ,qđ & ipsum si-
gnificat exteriorẽ venerationẽ cum incuruatiõe
corporis:sonat enim idẽ qđ admoneo. Solẽt autẽ
regẽ veneraturi sese inclinare,& manũ deoscula-
ri,subiectionẽ protestãtes. Huic ergo & apud La-
tinos bene respõdet verbũ,adoro,qđ est quasi ad
aliquem oro,hoc est capite inclinato aut corpore
inclinato ad aliquem orare. De quo verbo doctè
Valla lib.5.cap.11.Adorare,inqt,ab oro,qđ est ore
precor,cõponitur. Supplicare à plico,q genu,po-
plitemq; aut ceruicẽ plicamus,cùm à potentiore *adorare quid proprie significet.*
aliquo magnũ qd p̃camur. Et tamẽ adorare, sine
ore,hoc est,sine voce fit,nõ sine plicatione genuũ
ac gestu corporis. Supplicare,sine plicatione genu
nuũ ac gestu corporis,non sine ore ac voce. Hinc
est, quare suppliare tãtũ homini datur, adorare
etiã mutis,vnde elephas & phœnix,& alia quędã
irrationalia solẽ adorare dicũtur. Nósq; rebus mu
tis & sensu carẽtibus non supplicamus, sed ador-
rationis

rationis honorem exhibemus, vt regum statuis, A
signis,vestibus,literis,aliisq; similibus,& præci-
pue picturis,imaginibusq; tum Dei,tum sanctο-
rum,tum ipsius etiam crucis,quę sapientes ado-
rant,stulti etiam orant. Quod de cruce,idem etiã
de sudario dico,cæterisq; similibus:idem de re-
liquiis sanctorum, quorum corpora præsentia a-
doramus,animas verò absentes oramus. Hæc il-
le. Ex quibus patet verbum hoc bene respondere
Hebrææ & Græcæ dictionibus, nec id ꝓpriè esse
Latinis Adorare, quod Germanis est *Aenbidden*.
Illo enim vtuntur ad significandum, animo in a-
liquem fixo orare,precariq; quid ab aliquo,tan
quam boni illius primo autore. Pro verbo autem
hoc,*seruies*,quod in secũda patte ponitur, Græcis B
est λατρεύσεις. Est autẽ Græcis λατρεύω, idem quod
δϰλεύω, & λατρέια, idem quod δϰλεία, vt ostendit
Valla in Annotationibus super D.Matthæum. Et
patet ex Suyda, qui λατρεύω exponit per δϰλεύω,
& λατρέιαν, δϰλείαν, δουλευσθῶ, hoc est, seruitutem
Leui. 23. mercenariam. Nam & in Leuitico cùm dicitur:
Omne opus seruile non facietis in eo, Græcis est
λατρευτὸν. Tamen quoniã Septuaginta semper aut
ferè semper verbum hoc posuerunt vbi de cultu
diuino est sermo, similiter & Paulus in suis epi-
stolis,factum est vt λατρέια accipiatur à sanctis pa
tribus pro ea singulariter seruitute qua colitur
Deus, & annotauit prolixè Augu.lib. 10.de ciuit.
Dei cap.1.quãuis ea seruitus, Græcis magis pro- C
priè dicatur θεοσεβία, vel θεοσέβεια. Hinc deinceps
facta est à Theologis triplex illa distinctio vene
rationis, latria, dulia, & hyperdulia. Porrò in He-
bræo hoc loco est verbum commune seruiẽti di-
uinæ & humanæ: quod tamen cùm de seruitute
diuina est sermo,rectius Latinis redditur per ver-
bum,colere. In huiusmodi autẽ seruitute & cultu
non tãtum includitur externa veneratio quæ ex-
hibetur per adorationem & sacrificium, sed etiã
interna, qua de Deo piè quis sentit, coleus eum
fide,spe,& charitate: deinde & ea quoque vene-
ratio,qua obediendo mandatis ipsius reuerem ur
illum, facientes quæ ab eo præcepta sunt nobis.
Hic enim est perfectus Dei cultus, qui hoc præ- D
cepto à nobis exigitur.

c ET a TVNC c CONSVMMATA OMNI
TENTATIONE f DIABOLVS RECESSIT
AB ILLO c VSQVE AD TEMPVS.] *Tunc* (in-
quit Matthæus) hoc est, cùm dixisset Dominus:
Vade post me Satana, cumq;ue,vt habet Lucas,omnis iam consummata esset tentatio. Omnem au-
tem tentationem dicit consummatam, siue sim-
pliciter,quia iam peracta erat omnis tẽtatio qua
voluit tentare Christum diabolus: siue quia hæ
tres tentationes descriptæ, capita sunt omnium
tentationum. Aut enim tentamur de illicita car-
nis voluptate,aut de inani gloria, aut de auaritia
& ambitione:quia,vt priùs dictũ est,omne quod E
1. Ioan. 2. est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut
concupiscentia oculorum aut superbia vitæ. Do-
cemur itaque Christi exemplo,non obediendum
diabolo vel carni, suggerenti cupiditatem alicu-
ius horum trium, & per horum cupiditatem in
vitia quæuis præcipitare conanti. Possumus autẽ
etiam aliter has tres tentationes & respõsiones
Christi in exemplum nostrum & documentum
accommodare. Aliquando enim cùm in inopia a-
liqua aut necessitate constituti sumus, tentamur
ad diffidentiam diuinæ opis, & ad requirendum
illicitas rationes succurrẽdi nostræ inopiæ. Quod
quando fit, cum Christo dicendum, Non in solo
pane viuere hominem, &c. hoc est, confirmanda
spes nostra in Deo, nec diffidendum est quin ille,
si ita iudicauerit expedire,ratione aliqua etsi no-
bis incognita, opem ferat. Contrà verò cùm per
præsumptuosam confidentiam tentamur, expe-
ctare id à solo Deo,quod in nostra aliquatenus si-
tum est potestate,cogitandum id quod Christus
dixit,Non tentãdum esse Dominum Deum. Iam
cùm per superfluam concupiscentiã rerum istius
seculi tẽtamur, vt impietatem aliquam commit-
tamus, quò cupita assequamur, cogitãdum quòd
terriò dixit Dominus, Adorãdum esse solum Do-
minũ Deum, &c. Ita fiet vt memores trium ista-
rum responsionum Christi, neque superemur à
diabolo per diffidentiam,aut desperationem, ne-
que per præsumptionem,neque per concupiscen-
tiam, in quibus tribus omnis tentatio consistit.
Porrò vsque ad tẽpus dicitur recessisse diabolus,
quia rediturus erat postea vel ad tẽtationem, vel
ad oppugnationem,alia accepta occasione. Vnde
postea dixit Dominus: Venit princeps mũdi hu- *Ioan.14.*
ius, & in me non inuenit quicquam. Nam quem
nulla rerum specie corrũpere potuit, hunc post-
ea per suos satellites conatus est perdere & occi-
dere. Cùm autẽ iam recessisset diabolus,ecce (in-
quit Matthęus)rem nouam,angeli in visibili spe-
cie accesserunt ad eum,& ministrabant ei,cibum
scilicet adferentes,aliaq; ministerij officia ei exhi
bentes. Qua in re iam significatur Christi diuini-
tas,sicut priùs per tentationem diaboli declarata
est eiusdem vera humanitas. Quãuis enim non lo
quatur hic Euangelista de eo ministerio angelo-
rum,quo Christi diuinitati semper assistũt,& mi-
nistrant angeli:tamen ad testificandam excellen-
tiam Christi supra angelos, nõ angelus vnus qui
sufficeret ad cibandum vnum hominem,sed plu-
res angeli describuntur, non quidem prouidẽtes
ei, & necessaria suggerentes, sed ministrantes ei.
Scripta sunt autẽ hæc omnia & propter nos,quo
scilicet intelligeremus diabolum necessariò fugi-
turum à nobis, si in resistendo illi iterũ & iterum
perstiterimus,secundũ illud Iacobi: Resistite dia- *Iacob. 4.*
bolo,& fugiet à vobis. Ac tum quidẽ angelos qui
in tentatione videbantur nos deseruisse,susceptu
ros nos ac stipaturos,& lętiora rebus tristibus &
molestis successura. Quemadmodum enim in hu
mana militia vices rerũ sunt,& labores otio, dura
iucundis recreantur,& post diros conflictus e-
pinicia celebrantur: ita in Christi militia semper
aspera lætiorum vicissitudine mitigãtur. Nam sic
Dei bonitas moderatur omnia, vt vicissim tenta-
tionibus,rebusq; asperis exerceat,probetque mi-
litum suorũ fortitudinem, & rursus solatio quo-
piam inuitet ad gratulationẽ & gratiarum actio-
nem. Verùm ne semel iam liberi ab oppugnatio-
ne diaboli, deinceps securi degamus, sed ad no-
uos potius illius insultus nos præparemus, ob id
bene vsque ad tẽpus recessisse dicitur à Christo.
Dũ enim in mundo sumus,vbi satan princeps est,
tentationibus eius sumus obnoxii. Docemur ita-
que hoc capite, qui maximè diaboli tẽtationibus
sint obnoxii,nẽpe solitarii, & per baptismum as-
scripti regno Dei,cùm quàm potẽte & callido ho
ste nobis res sit, quibus in rebus non tentet, qua
ratione illum superare possimus, quodque post
triumphum cœlestia solatia simus experturi.

IOAN

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNES TESTIFICATVR DE CHRISTO.

IOAN. I. CAPVT XVI.

IOannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerũt ei: Quid ergo baptizas, si non es Christus, neque Elias, neque propheta? Respondit eis Ioannes dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamẽti. Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum: sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

IOANNES TESTIMONIVM PERHIBET DE IPSO, ET CLAMAT, &c.] Superioribus conuenienti ordine subiunguntur testimonia Ioãnis Baptistæ perhibita de Christo post baptismum ipsius ab eo susceptum, quæ quidem solus Ioannes recenset, cùm reliqui Euangelistæ ea Ioannis testimonia narrauerint quæ de Christo perhibuit ante baptismum, promittens post se venturum alium se fortiorem qui in spiritu baptizaret. Idem solus narrat quæ à baptismo Christi gesta sunt ab ipso in Iudæa, antequam Ioannes in carcerem traderetur, cùm reliqui his omnibus omissis, narrationem prædicationis & factorum Christi auspicentur ab his quæ tradito Ioanne in carcerem cœpit in Galilæa docere & facere. Itaq; vt ad Ioannem redeamus, cùm in superioribus sui Euangelij verbis magnifica de Christo prædicasset, nempe quòd vidissent Apostoli gloriam eius quasi vnigeniti, qui plenus erat gratia, &c. obiter introducit testimonium Baptistæ, quo ostendat quàm illud conforme fuerit suo testimonio. Ioannis enim testimonium frequẽter assumit Euangelista, tum quòd priùs eum dixerit ad hoc missum quò testimonium de Christo perhiberet, tum quòd Ioannes apud populum summæ esset autoritatis. Dicit ergo, *Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat*, hoc est, perhibuit & clamauit. Vtrumq; enim per præteritum exponi debet, cùm Græcis prius quidẽ verbum sit præsens μαρτυρῶ, testificatur: secundum verò præteritum, κέκραγε, clamauit. Verbo autem, *clamauit*, significat Ioannem non in secreto, nec discipulis tãtùm suis, sed publicè omni populo audiẽte, ac summa cum libertate prædicasse de Christo. *Hic*, inquit, *erat quẽ dixi*, hoc est, de quo dicebam vobis olim quod sequitur. Quibus verbis apertè significatur, hanc Ioãnis testificationem factam Domino iam præsente, aut saltem declarato, ac priùs Ioannem de ipso dixisse quæ sequuntur, nẽpe: *Qui post me venturus est*, &c. Pro quorũ (quæ frequenter hic repetuntur) intelligẽtia, ante omnia certum est Ioannem dicere Christum post se venturum, ratione prædicationis, quia scilicet post ipsum venturus erat ad prædicandum, baptizãdum, & rel. qua ad quæ à patre missus fuit. Deinde quod dicit, Christum ante se factum, certum quoq; est non posse intelligi Christum Ioanne priùs tempore factum esse, vt hoc intellexerunt Arriani, qui ex hoc loco intellexerunt, Christum quatenus Deus erat & verbum, factum esse à patre in principio mundi. Quoniã enim non potuit intelligi Christus quatenus homo antè factus, reliquũ videbatur vt secundùm diuinitatem suam antè factus diceretur, ac proinde creatura & patre minor. Sed hunc nõ esse sensum patet, quia secundũ eum ineptè subijceretur, *quia prior me erat*. Non enim aptè dicitur: Hic est creat⁹ à Deo ante me, quia prior me erat, cùm id quod creatur, non sit antequam creetur. Intelligendum ergo quod dicit, *ante me factus est*, hoc est, anterior me effectus est, & superior me, mihiq; prælatus, vt, *ante*, non ad tempus, sed ad dignitatem pertineat. Non enim est Græcis πρὸ, sed ἔμπροσθεν, quod magis significat præcedentem & excellentem. Neque Græcis est πεποίηται, aut κτίσις, quæ creationẽ manifestius significarent, sed γέγονεν, quod verbum quamuis anceps sit Græcis ad fieri & esse, hic tamen non rectè trãsfertur per fuit, vt vertunt quidam, *Ante me fuit*. Nam nec sic satis aptè subderetur, *quia prior me erat*. Vertẽdum itaque, *factus est*, sed intelligendũ est non absolutè Christum dici factum, sed factum ante Ioannem, hoc est, factũ Ioanne superiorem. Verùm hic iam occurrit quæstio, cùm eo tempore quo his Christum vẽturum promitteret, Ioannes notior esset hominibus, & maioris apud eos autoritatis, quomodo tunc dicit illum se factum superiorẽ? Chrysost. putat prophetarum more præteritum positum loco futuri, hoc est, *Factus est*, pro, futurus est. Verùm non est necesse omnino huc confugere. Nam etsi tum nondum apud homines tãtam obtinuerit autoritatem Christus, quantam Ioannes, tamen à patre factus erat superior, hoc est, ei prælatus, vt qui ad maiora erat destinatus, quique ampliora gratiarum dona consequutus erat, pleni

plenitudinem scilicet eam, vnde, sicut postea dicitur, omnes accepimus, ac vnionem personalẽ diuinitatis cum humanitate. Secũdum quem sẽsum quod sequitur, *quia prior me erat*, intelligendum est de prioritate secũdum tempus, vt ideo dicat prior rem se fuisse, quia secundùm diuinitatem in principio erat verbum apud Deum, quomodo intelligit D. Aug. Ideo enim Christus Ioanni à patre prælatus est, quia etiam tempore prior erat Ioãne, vtpote verus existẽs Deus. Nam quoniam secundũ diuinitatem suam æternus fuit, ideo enim ĩ assumpta humanitate nõ solùm Ioãni, sed & omni creaturæ prælatus est. Quidam tamen illud, *ante me factus est*, sic intelligunt, vt sit sensus: iam cœpit declarari me esse superior, venerabilior & gloriosior, per miracula scilicet quę circa ipsum acciderũt in partu, in adoratione magorum, & testimonia quæ de ipso perhibita fuerunt à diuersis. Iam quod sequitur, *quia prior me erat*, referunt ad dignitatem Christi, quia etiã vt homo prior erat, hoc est, maior & superior Ioãne. Itaq; sensus erit: is qui post me vẽturus est: iam multis modis declaratus est, me esse superior, idq́ue merito, quum re vera me omnib. dotibus prior sit. Ita quidam, & Cyrillus quoque ferè ad eum modum. Quoniam ergo periculum erat, ne Ioãnes, qui apud Iudæos summam consecutus fuit autoritatem, maior Christo haberetur, vel ob id q̃ prior cœperit prædicare pœnitentiam & regnum cœlorũ, (nam qui in negotio aliquo primus est, ferè solet subsequẽtes præcellere, quemadmodum patuit ĩ Mose:) ideo clamabat Ioannes frequẽter idem repetendo, eum qui post se venturus esset, sibi prælatum, séque longè esse priorẽ. Atque hoc illud est quod apud tres alios Euãgelistas dicitur ante baptizatum Christum de eo prædixisse: *Qui post me venturus est, fortior me est.* &, *Venit fortior me post me*, &c.

ET DE PLENITVDINE EIVS NOS OMNES ACCEPIMVS, ET GRATIAM PRO GRATIA: QVIA LEX PER, &c.] Quidã, inter quos Origenes & Theopylactus, intelligunt & hæc quæ sequuntur adhuc esse verba Baptistę, vt sit sensus: Nos omnes Prophetę qui hactenus fuimus, accepim⁹ de plenitudine eius. Verùm huic sensui multa obstant. Primùm enim illud, *Deũ nemo vidit vnquã*, &c. planè videtur esse Euãgelistæ. Deinde cùm ad declarandum id q̃d dicitur, *accepimus de plenitudine eius*, subiiciatur, *& gratiam pro gratia*, eamq́ue gratiam per Iesum Christum contigisse, cùm priùs per Mosen lex data fuerit, manifestũ est significari fideles Christo iã manifestato accepisse de plenitudine eius, non autem id dici de his qui fuerũt ante Christũ. Proinde rectius secundùm Cyrillum & Chrysost. intelliguntur hęc esse verba Euangelistæ, qui cùm obiter inseruisset Baptistæ testimonium suis dictis consonans, redit ad declarandum & continuandum inceptum sermonem. Sicut ergo de Apostolis & fidelibus loquens, dixit: *Vidimus gloriam eius, & plenum gratia & veritate*: ita nunc sub eorundem persona pergit dicere: *De plenitudine eius omnes nos accepimus*, declarãs scilicet quàm fuerat verbum caro factum plenum gratia & veritate, nimirum adeo, vt de plenitudine eius omnes acceperit Apostoli, accipiãtq́ue omnes fideles. Per quod significat aliter à se dici Christum plenũ fuisse gratia, quàm dicuntur aliquando in scripturis sancti quiuis. Nam & Stephanus dicitur fuisse plenus gratia & fortitudine & Apostoli repleti spiritu sancto & de Ioanne dicitur ab angelo: Replebitur spiritu sancto ex vtero matris suæ. Verùm hi tantùm pleni dicuntur gratia, quòd sufficientem gratiam consecuti fuerant ad id ad quod à Deo deputati erant, aut potiùs quod abundantiorem præ aliis gratiam nacti essent. Vnde illis competit plenitudo quædam sufficientiæ & abundantiæ: Christo verò propria est plenitudo redundantiæ & effluentiæ in alios, quia lis est plenitudo fontis indesinenter fluentis, & tamen plenitudinem suam semper cõseruãtis. Hæc autẽ plenitudo Christi de qua omnes accepimus, potest ĩtelligi secundum eius diuinitatem, quem admodum accipit Cyrillus: secundum hãc enim tanta est eius plenitudo, vt omne bonũ ab eo manet & profluat tãquam à primo auctore, & causa efficiente prima. Potest tamen etiam secundum alios intelligi de plenitudine Christi secundum humanam naturam. Nam secundùm humanitatem quoque ita fuit plenus gratia omni, vt nõ nisi merito gratiæ ipsius fideles à Deo accipiant gratiam. Sed rectius apparet vt ĩtelligatur de vtraque plenitudine simul, & ea scilicet quę ei secũdum diuinam naturam competit, & quę secundum humanam. Nam hęc ex illa profluxit propter vnionem personalem, & illa redundat in fideles p plenitudinem humanitatis Christi. Cũq́ue in vnã personam counita sit diuinitas humanitati, frequenter scriptura simul cõplectitur quę sunt vtriusq;. Notãdum autẽ, quòd cùm dicat omnes accepisse de plenitudine, significet quãdam partialitatem, nos scilicet accipere per partes & ad mensuram, quod in ipso est plenissimè & perfectissimè. Nõ em plenitudinẽ eius, sed de plenitudine eius accipimus. Cùm verò dicit, *nos omnes accepimus*, significat neminem omnino esse qui aliquid acceperit quod non ab eo acceperit: ad quod magis significandũ videri potest nõ expressisse quod acceptũ sit. Postquam autẽ declarauit quãta sit plenitudo Christi, declarat consequẽter eum fuisse plenum gratia & veritate, cum subiicit, *& accepimus gratiam pro gratia*, &c. Quę pars variè exponitur. Augustinus enim gratiã pro gratia, intelligit vitã æternam quę redditur fidelibus pro fide & vita bene gesta, quæ & ipsa est Dei gratia, atque hanc partem cum superiori in hoc sensu connectit, Omnes nos de plenitudine eius accepimus gratiã, & præterea accipiemus, imò iam in spe accepimus gratiã vitæ æternæ, pro gratia fidei & bonæ conuersationis. Zacharias autem Constantinopolitanus duplicẽ alium adfert sensum. Priorem hũc: Accepimus gratiam pro gratia, hoc est, propter illam singularem donorum gratiam Christo collatam, etiã nobis, tãquam huius capitis mẽbris gratia qua saluemur collata est. Alter hic est: Accepimus gratiã ab eo pro gratia, hoc est, fidem & dilectionem pro vita ęterna promerẽda. Sed his quæ sequuntur magis cõuenit Cyrilli & Chrysostomi interpretatio, qui gratiã pro gratia intelligunt legem Euãgelicã datam per Christũ pro lege Mosaica, quã etiã fuisse gratiam bene ostendit Psalmista, dicens: Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nõ manifestauit eis. Et Paulus ad Rom. 3. cùm quęsisset: Quid amplius esset Iudæo quàm Gentili: Multum, inquit, per omnem modum. Primùm quidem, quòd credita sunt illis eloquia Dei. Sic ergo dictum est, *gratiam pro gratia*, sicut Iob. 1. di- *Act. 6* *Psal. 147*

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur,Pellem pro pelle,hoc est,aliam pro sua:quo modo & dicimus,Clauum clauo pellere,aliũ scilicet alio.Ita enim & hic dicitur ,*gratiam pro gratia*, hoc est,alhã pro alia. Hunc itaque sensum declaraturus subdit , *quia lex per Moysen data est* , vbi per hoc quòd dicit legem datam,à Deo scilicet,significat legem fuisse Dei donum,&proinde gratiam. Cùm verò subdit , *gratia & veritas per Iesum Christũ facta est*, significat gratiã legis fuisse gratiã quandã vmbratilem,& proinde non perfectam:gratiã verò Christi,quæ pro gratia legis data est, fuisse perfectam, vt quæ veritatem ipsam coniunctã habuerit.Proinde cùm hic lex Euangelica dicitur,ad distinctionẽ à lege veteri.gratia & veritas , nõ accipitur veritas vt opponatur falsitati , sed vt opponatur vmbræ & figuræ. Dicitur enim lex Euãgelica veritas,quòd res eas exhibeat , quas obscuris typis lex Mosaica figurabat. Neque sic dicitur lex noua,gratia,quasi vetus nõ sit gratia,sed q̃ maior & perfectior sit gratia quã illa, ꝓpter quod significandũ adiecit,& veritas.Lex enim noua non solùm sicut illa cõmonstrat quid agendum, sed etiã confert peccatorum remissionem , filiorum adoptionem,regnum cœlorum , ac vitam illo dignã, perfectiorem quoque & veriorem Dei ac salutis veræ cognitiorem. Considerandum autẽ,quòd legem veterem dicit datam per Mosen, gratiã autẽ & veritatem nõ datam,sed factam esse,hoc est,cõ C tigisse per Iesum Christum,significans Mosen tantum fuisse seruum in legislatione,non dominum: Christum verò in exhibendo nobis gratiã & veritatem non se habuisse vt seruum, sed vt dominũ. Factum enim aliquid esse per aliquem,autoritatẽ quandam sonat:datum verò per aliquem,ministeriũ indicat. Comparat ergo pulchrè his verbis & legem nouam veteri,& Christum Moysi, significans quanta sit inter illos differentia & leges illorum,quanta scilicet est inter vmbram & veritatẽ legem præcipientem,& gratiã remittentem ac adiuuantem, dominum & seruum. Cùm autẽ priùs Baptistæ testimonio significatum sit Christũ Ioã- D ne maiorẽ fuisse,quo tamen(teste saluatore)inter natos mulierum maior non surregit, & nunc etiã ostendatur Christum superiorem fuisse Mose. cui dictum fuit , Inuenisti gratiam coram me , & teipsum noui ex nomine , satis etiam significatum est Christum maiorẽ fuisse omnibus qui tunc vel ante ipsum fuerunt iustis.

DEVM NEMO VIDIT VNQVAM. VNIGENITVS FILIVS QVI EST IN SINV PATRIS,IPSE ENARRAVIT,&c.]Cõiungũtur hæc cũ superiorib. dupliciter. Quidã enim hæc pertinere putant ad omnia ea quæ hactenus dicta sunt de diuinitate verbi,eisq; istud subintulisse , ne quis arbitraretur ea quæ hactenus acutè E disseruit de diuinitate , ab vllo homine tradi potuisse , quasi mens humana ad tã sublimiũ rerum contemplationem ex se assurgere potuisset,tãquã dicat:Nemo mortaliũ hæc quę dixi de diuinitate, tradere potuisset ex seipso , quia Deũ nemo vidit vnquã,sed vnigenitus ipse filius nobis hęc enarrauit. Aliter tamẽ secundum omnes pene interpretes,istud refertur ad id quod immediatè præcedit. Quoniam enim dixit veritatem factã esse per Iesum Christum,non per Mosen, multo minus per quemuis alium , ostẽdit quare necessarium fuerit vt veritas per Iesũ mõstraretur. Et est sensus iste: Nihil mirum si dixi per Mosen quidem datã esse A legem,per Iesum verò pro lege illa cõtigisse veritatem.Nam cùm Moses Deum non viderit, sicut nec alius quispiam homo,nec ipse,nec alius quispiam potuit nobis manifestam de Deo & liquidã narrationem dicere , nec nudam nobis veritatem Dei.salutis atque iustitiæ referre.Christus autẽ,q & filius est & vnigenitus , & in sinu est paterno, intimusque consiliis illius,hic vnus nobis enarrauit apertè omnem veritatem. Porro sententia illa: *Deum nemo vidit vnquam* , quam idem Euangelista repetit,alia tamen occasione , epistola sua prima cap.4.ne cõtrarietur illis scripturis quibus multi dicuntur Deũ vidisse, in primis intelligi debet de diuina natura in seipsa.Nam qui dicuntur Deũ vidisse,non eum viderunt in propria sua natura sicuti est , sed in aliqua similitudine proposita siue oculis corporalibus, siue imaginationi. Nã si ipsũ secundum suam naturam vidissent,nõ vtique variis modis vidissent,cùm simplex & vnica sit eius natura. Nec obstat quòd facie ad faciem quidã dicantur Deum vidisse,vt Iacob Genes.cap.32.Vidi, inquit,Deum facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea.Et de Mose dicitur Exod. capite 33. Loquebatur dominus ad Mosen facie ad faciem.Ideo enim facie ad faciẽ, quia in obiecta aliqua sensibili specie humana.Cùm enim eodem capite postea petisset sibi ostendi faciẽ Dei,hoc est , videre Deũ sicuti est,responsum est ei :Nõ poteris videre faciem meam.Non enim videbit ne homo,& viuet, hoc est , quandiu vixerit vitam hanc mortalem. Deinde sciendum,verbum,videre,hoc loco nõ solum includere visionem corporalẽ,de qua loquẽs Paulus 1.ad Timot.6 quem(inquit)nullus hominũ vidit,sed nec videre potest,vnde & prius cap.1. Deum vocauit inuisibilem:sed etiam quamcũque aliam visionem siue imaginatiuæ potẽtię,siue intellectus.Significatur enim hic à Ioanne,vnigenitum filium,Deũ quẽ nobis enarrauit vidisse , quẽ vtique corporalibus oculis nõ vidit.Deum autem vt est in sua natura , nullus hominũ vnquã vidit, neq; oculis corporis,neq; oculis mẽtis, quamuis his post hanc vitam & in nouissimo die iusti Deũ videbunt,vt testatur saluator dicens, Beati mũdo corde,quoniã ipsi Deum videbunt.Et Ioannes ca. 3.epistolæ.1.Videbimus,inquit,eũ sicut est.Augustinus tamen & Paulum intelligit in raptu vidisse Deum per essentiam,quia dicit se raptum in tertium cœlum,& audisse arcana verba,quæ nõ licet homini loqui.Et Mosen quoque, quia dicit Dominus de eo Num.12. Ore ad eos loquor ei,palam, & nõ p ænigmata & figuras:Dominum videt.Atque hoc iam putat Moysi concessum,quod Exod. 33.ei negabatur,quando dictum est ei: nõ poteris videre faciẽ meam. Nec obstare,quod dicitur ibi: nõ videbit me homo,& viuet, eo quòd cùm paulus & Moyses viderent Deum per essentiam, abstracta fuerit eorum mẽs planè à sensibilib. corporis.Itaq; sensum esse: Nõ videbit me homo quandiu nõ fuerit anima eius separata à corpore vel p mortem,vel per abstractionem à sensibilibus corporis.Et quod dicitur, *Deum nemo vidit vnquam*,debere sic itelligi:Nemonõ separatus àcorpore aliquo illorum modorum vnquam vidit Deum.Verùm cùm & hoc loco directè propter Mosen dictum sit: *Deũ nemo vidit vnquã* : & in Exodo dicatur,nõ poteris videre faciẽ meam,simplicius videtur & verisimilius , neque Mosen vnquam in hac vita vidisse Dei essẽtiam,neq; paulum,neq; alium quem

Quomodo aliqui dicuntur vidisse Deum.

quemuis.Neq;enim locus ille Pauli hoc cõuincit A neque illud Num 12.dictũ de Moyse.Nã ibi nihil aliud videtur Dominꝰ de Mose dicere velle quàm de eo dictũ est Exodi 33.Loquebatur Dominus ad Mosen facie ad faciem,sicut solet homo loqui ad amicum suum,Vt omittam Hebręa aliter habere quàm habet nostra litera.Habẽt enim sic:Ore ad os loquar ei,&in visione,nõ in ænigmatibus,& figurã Domini videbit.Nõ enim secundũ Hebræos negatur videre Dominum per figuras,sed asseritur ipsum ad oculũ videre figurã Domini.Notãdũ tertiò pro intellectu huius sententiæ: *Deum nemo vidit vnquã*,posse eam intelligi vel de solis hominibus in hac vita existentibus,& sic eius veritas ex prædictis patet.Vel etiã de angelis. Nã Græcè nõ est,nemo,sed οὐδεὶς,id est nullus,vt videãtur etiam B ãgeli copræhẽdi,sicut intelligit Ambrosius super Luc.lib.& cap1.Qui si intelligãtur comprehendi. iam verbũ,videre,accipidebebit vt significet visionẽ perfectam,qua scilicet id quod videtur totum cõprehẽditur,ita vt eius quod videtur nihil lateat videntẽ,sed eius natura tota quãtaquanta est perspiciatur.Sic enim Deus qui infinitę est naturę & perfectionis,non solàm nunquam visus est ab homine,vel Angelo,sed nec videri potest. Secundùm hũc autẽ sensum dicitur Ioan.6.Nõ quia patrem vidit quisquã,nisi is qui est à Deo,hic vidit patrẽ. Et Matt. 11.Nemo nouit filiũ nisi pater,neque patrẽ q̃s nouit nisi filius.Caietanus autẽ omnes has scripturas intelligit de visione & notitia Dei ex C propriis naturæ virib. accepta.Nemo enim Deum in essẽtia vidit aut nouit ex propriis naturę sueꝝ viribus.Atque his duob. modis etiam intelligi potest quod dicit Paulus,Deũ inuisibilẽ,& nullũ hominẽ eum vidisse,nec videre posse.Notandũ autẽ, quòd postquam dixisset Euangelista; *Deum nemo vidit vnquã*,significans nullum satis idoneũ fuisse qui Deum & ipsam veritatem nobis annũciaret, pulchrè admodum & doctè ita personam Christi notat,vt ostẽdat eum solum Deũ nouisse,ac proinde per eum solum veritatem cõtingere potuisse. Neq;enim solum filium nominat,sed vnigenitũ filiũ,significans eum esse filium connaturalẽ & cõ substantialem patri.nec his contentus adiecit,*qui est in sinu patris*:quo significat eũ & vnicè à patre D diligi,& illi esse intimum,proximéque præsẽtem, ac proinde eũ perfectè videre,omniaque eius exactè nosse.Quid enim patris latere posset filiũ,eũque vnigenitum , ac deinde talẽ qui semper sit in sinu patris?Proinde rectè addidit:*Ipse enarrauit*.Ipse,scilicet qui talis est,ac proinde solus veritatem omnem perfectè nouit,enarrauit.Quo verbo explicationẽ quandam veritatis manifestationem in sinuauit quàm fuit annunciatio prophetarum.

ET HOC EST TESTIMONIVM IOANNIS, QVANDO MISERVNT IVDÆI,&c. Quoniam superius suis dictis Euangelista inseruerat Ioãnis testimonium,ob id iam explicatius illud describit,ostendens qua occasione,&quãdo accoram quibus de Christo testificatus sit, non E scilicet corã credulo vulgo tantùm & humilibus arbitris,sed apud grauem & verendam legationem eorum qui apud Iudæos erant primi,nempe Hierosolymitarum:quæ legatio cõstabat ex Leuitis & sacerdotibus,iisque ex laudatissima ĩter Iudæos secta Pharisæorum.Proinde sicut excellẽtia & mittentiũ & missorum ostendit in quanta autoritate fuerit apud Iudæos Ioannes:ita testimonium Ioannis coram talibus legatis à populo Iudaico missis redditum de Christo,factum est celebrius Domino negotium hoc ita dispensante, partim in gloriam filij sui,partim ne haberent Iudæi quod prætexerent suæ incredulitati,& impietati in Christum commissę.Putat autẽ Chrysost. legatos hos missos à Iudæis ex odio quodã & inuidia cõtra Christum,quem vt humiliorem Ioan ne præ ipso contempserint,cupientes ob id Ioannem sibi vindicare nomen Christi,quò Iesu fama extingueretur.Sed cùm hoc tẽpore Iesus ad huc obscurus esset & incognitus,verisimiltus est non hoc animo missos esse hos ad Ioannẽ,sed simplici animo,quòd scilicet,vt testatur Lucas,omnes de Ioanne iam cogitare inciperent ne fortè ipse esset Christus.Quandoquidem ergo de ipso vulgi variabat suspicio,quò in re dubia certiores essẽt,mittunt qui interrogarent eum:*Tu quis es?*Et quidem sciebant eum esse filium Zachariæ sacerdotis,idcóque nõ venerunt interrogaturi nomẽ eius aut originem,sed personę qualitatem & dignitatem.

ET CONFESSVS EST,ET NON NEGAVIT,ET CONFESSVS EST:QVIA NON SVM EGO CHRISTVS:] Illa:*& confessus est & non negauit,& confessus est*:quidam ad diuersa referunt,intelligentes, Confessus est quid non esset:& non negauit quid esset. Sed rectius idem hæ partes accipiuntur significare.Consueta est enim hæc verborũ cõgeries huic Euangelistæ,nec hoc loco otiosa.Nam illa significare voluit constãtiam & libertatem Ioannis in asserenda veritate, qui cùm tãtus haberetur,vt,si voluisset, Christus credi potuisset,cupiditate falsæ glorię superari nõ potuit,vt aliud quàm sciret responderet. Sensus ergo est.Et confessus est veritatem,& nõ negauit eam. Quæ autem sit hæc veritas, quã nõ negauit sed confessus est,explicat dicens:*Confessus est se nõ esse Christum*. Verùm cùm non interrogaretur an esset Christus,sed *tu quis es*,quare respondit se nõ esse Christum?Dicunt quidam,Ioannem sentientem quorsum id interrogarent , nimirum vt scirent num esset Christus, qui illis temporib. venturus expectabatur,respõdere potius voluisse eorum suspicioni & præcipuę intentioni,quàm propositæ quæstioni.Sed rectiꝰ cũ Caietano dicetur, legatos prima iterrogatione quęsisse nũ ipse esset Christus:hac autẽ interrogatione Euangelistã in sinuasse per responsionẽ Ioãnis,quæ talẽ iterrogationẽ præsupponit. Cùm enim priùs dixit missos legatos vt interrogarent eum:*Tu quis es?* non voluit eam fuisse primã quęstionem qua Ioannẽ aggressi erant, sed tantùm materiam legationis descripsit.verba autẽ interrogatoria quib. legati primò vsi sunt,omisit,satis tamen Ioannis responsione & subsequentibus quæstionibus insinuans.

ET INTERROGAVERVNT EVM:QVID ERGO ? ELIAS ES TV? ET DIXIT: NON SVM.]Quoniã cõfessus erat se nõ posse esse Christum,suspicabantur eum esse Eliam : tum quòd Malachiæ vltimo promittitur Elias vẽturus ante Christum,cuius aduẽtum tunc saltem instare nõ dubitabant,tum quòd vita vestitusq; Ioãnis , morib. Eliæ assimilarentur. Verùm cùm hi verisimiliter scierint Ioannem esse Zachariæ filium,quomodo putare potuerunt eum esse Eliam:q viuus trãslatus fuit,sine natiuitate rursus ĩter homines appariturus?Ad quod dici primò potest , hos vel dubitasse , vel ignorasse ortũ Ioãnis ex Zacharia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut dubitasse quo modo implenda esset illa pro- A
phetia Malachiæ Heliam promittētis. Sed rectius
dicetur creditā olim Iudæis, sicut & nunc, παλιγγενεσίαν, hoc est, iteratā generationē, quā & Pythagoras docuit. Ex qua opinione Herodes putabat, Ioannē quem decollauerat in vitam rediisse, & Iesum iam vocari. Ex quo eodē errore & vulgi pars Dominum Heliam, pars Ieremiam, aut aliū quēpiam ex prophetis esse putabat. Sic & nunc eadē ducti opinione interrogant num Ioannes sit Helias. Ipse verò respondet se non esse Heliam, quāuis fuerit Helias in spiritu & virtute propter qđ à Domino dictus fuit Helias Matth. 11. Nō enim erat, vt ipsi putabant, Helias in persona, & ille ipse Helias qui vivus raptus fuit i cœlum. Atque B
ex eodem errore rectissimè intelligetur eos tertiò interrogasse, *Propheta es tu?* aliquis scilicet ex prioribus prophetis, quemadmodum Christus à vulgi parte habitus est. Obtinuerat enim apud Iudæos olim error; nō esse sanctos aut prophetas nisi seculi superioris. Ideoq; negauit Ioannes se esse prophetam, talem scilicet de quo quæsierāt: cùm alioqui secundùm testimonium Zachariæ & Christi verè esset propheta. Simplicius & rectius Augustinus, qui intelligens Ioannem simpliciter interrogatum num esset ꝓpheta, sentit eū negare se esse ꝓphetā secundùm eum modū quo propriè dicitur propheta, qui futura prædicit, & quales fue- C
runt alij ꝓphetę, qui à longè vēturum Christum prædixerunt, cùm Ioannes præsentem Christum digito demōstrauerit, ac ob id plusquam prophetā sit dictus. Chrysostomus verò & Cyrillus intelligunt propter articulum qui est in Græco ὁ προφήτης, nō interrogatum Ioānem in genere num esset Propheta, sed an esset ille propheta, de quo Deut. 18. Prophetam de gēte tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominꝰ Deus tuus, ipsum audies. Sicque dicēdum, Iudæos tum nō intellexisse eundum fore Christum & prophetā ibi promissum, sicut non intellexerunt Heliā nō quidem ante primum Christi aduentum, sed ante secundum vēturum. At hæc intelligentia parum est ꝓbabilis, tum q̄ si Iudæi de certo aliquo vate interrogassent alio à Messia, aliā vlterius subiecissent D
interrogationē, videlicet si nō ille vates, ésne alius vates? id quod non faciunt, sed quasi non habentes quod nominent amplius, concludunt, *Quid ergo baptizas, si tu non es neque Helias, neque propheta?* tum q̄ hic iam articulus in multis libris nō addatur, vt magis dicendum sit eum etiā priùs superuacaneum fuisse, vt sæpe est apud Græcos. Itaque simplicior est Augustini sententia, quam & comprobat Ioannis responsio, qua declarat se præcursorem esse Christi iam præsentis, quem prophetę omnes predixerunt venturum. Quæ sequuntur cùm dicitur: *Ego vox clamantis in deserto, dirigite* (hoc E
est, rectam facite) *viam Domini*, supērius sunt explicata. Bene autem Ioannes explicaturus quis esset, his maximè quibus scripturæ notæ erāt, Isaiæ testimonium depromit, ne sibi videretur, quod erat, humana temeritate arrogare, simul etiam docens se nihil aliud esse quàm præcursorem Christi, & ipsum iam Dominū adesse; quem oporteret purgatis cordibus suscipere.

ET QVI MISSI FVERANT, ERANT EX PHARISÆIS. ET INTERROGAVERVNT EVM, ET DIXERVNT.] Ex Pharisæis dicit fuisse qui missi fuerant, vt insinuaret arrogātiā eorum & inuidiā in subsequētibus: Pharisæi enim propter religiositatē suæ sectæ multū sibi auctoritatis arrogabāt, nec quēquam præ se honorari patiebantur, atq; ob id posteaquam Ioānes dixit, neque Christum esse, neque aliquem ex prioribus prophetis, tantùm proprię scientiæ & autoritati tribuebant, vt ausi essent Ioānem de baptismo eius reprehendere, ac decernere nō licere ei baptizare populū, non iam amplius loquentes ex nomine eorum qui miserunt eos, sed ex propria autoritate, negligētes ex insita eis arrogātia Baptistæ dignitatem, quam ex prolato Isaiæ testimonio meritò intelligere debuissent. Itaq; quoniā ex scripturis intellexerant baptisma quoddam in remissionem peccatorū instituendum tempore Messię, ac tale videretur esse baptisma Ioānis, culpāt eum q̄ baptizādi nouum ritum sibi vsurparet, cùm neque esset Christus, neque Helias, neque quisquā antiquorum prophetarū. Et est sensus: Quid baptizas; hoc est, Vnde tibi sumis authoritatē, vt baptismo, re noua & inusitata, homines ad pœnitētiam anteactę vitæ prouoces, cùm id nō videatur posse competere nisi ei qui vel sit Christus, vel quispiā priscorum prophetarum? Verùm horum arrogantiæ modestè simul & appositè respondet Ioannes, indicans & baptismum suum nō esse se indignum, & qui imperfectus esset, i aqua scilicet solùm consistens, & præparationem esse ad efficacē Messię baptismum: quod significat cùm post se venturum dicit eum qui adeo sit ipso superior, vt indignus sit minimi serui locum apud ipsum obtinere. Ego, inquit, baptizo vos tantùm aqua, ac ꝓinde nihil facio quod nō possit non competere ei qui neque sit Christus, neque quisquam antiquorum propheratum. Verùm alius quispiā à me nō iā procul abest, imò inter vos iā aliquandiu cōuersatus est, & conuersatur tanquam vnus ex vobis, quem ego quidem quantus sit, satis noui, vosautem propterea quòd earum rerum pōpa sese nō venditat, ex quibus homines ęstimāt hominis excellentiam, nō cognoscitis quantæ sit dignitatis & præminētiæ. At ego vobis dico, ipse est ille de quo dixi aliquando q̄ post me venturus sit, dignitate tamen adeo me prior, vt agnoscam me indignum qui infimum seruitutis officium illi impendam. Vt igitur secundum Isaiæ de me vaticinium mea prædicatione populum præparo ad suscipiēdum illius prædicationem: ita ob id baptizo in aqua, vt meo qualiquali baptismo vos præparē ad illius baptismum efficacissimum. Ipse enim vos baptizabit, nō in aqua tantùm, sed etiā in spiritu sancto. Hæc Ioannes. Verisimile enim est, eum postquam dixisset: *Ego baptizo in aqua*: adiecisse in fine: *ipse vos baptizabit in spiritu*. Alioqui enim non satis ostendisset quod quærebatur, videlicet cur baptizaret. Hanc tamen partem Euangelista Ioannes omisit quòd ab aliis Euangelistis omnibus satis esset explicata.

HAEC IN BETHABARA FACTA SVNT TRANS IORDANEM, VBI ERAT IOANNES BAPTIZANS.] Bethabara legendum esse & nō Bethania, admonēt Chrysost. Theophylactꝰ, & Origenes, q̄ Bethania citra Iordanē esset prope Ierusalē, nisi quis fateatur duas fuisse Bethanias. Porro locum i quo hoc celebre de seipso & Christo Ioannes perhibuit testimonium, Euangelista descripsit, partim ꝓpter historię certitudinem, partim vt ostēderet multis præsentibus hæc Ioan

Ioannem prædicasse, ideóque adiecit: *vbi erat Ioannes baptizans*. Quibusdam videtur locum hunc Bethabara sic dictū, quòd in eo esset traiectus Iordanis. Nomen enim hoc significat locum vel domum transitus. Ideoq; in hoc loco Ioānem baptizare cœpisse, & quod ob loci frequētiam multa illic ſmper esset hominum multitudo. Huc confugit Christus declinans Iudæorum furorem, vt scribitur Ioan. 10. Bethabaræ etiam fit mētio Iosue 18 inter ciuitates tribus Beniamin. Animaduertēdū autē in his omnibus, idque in exemplum nostrū, quanta fuerit Ioannis in prædicanda veritate constantia & libertas, quanta humilitas, quanta denique in respondendo non solùm prudentia, sed etiam mansuetudo. Nihil enim asperū his legatis B
respondit, quamuis insolentes essent, & increpare videretur eius baptismum, cuius rationē ex Isaiæ testimonio intellexisse oportuit: sed veritatē ipsā modestè non dedignatur aperire etiā his qui non simplici animo rogauerunt, idq; tum nomine eorum à quib. missi erant, tum eorum causa qui ex populi multitudine tunè aderāt auditores, docēs etiam impiis aliquādo veritatem aperiendā, cùm ita aliorum astantium postulat vtilitas.

ALTERA DIE VIDIT IOANNES IESVM VENIENTEM AD SE, ET AIT: ECCE AGNVS DEI.] Superius quidem descripsit Euangelista testimonium quod Ioānes perhibuit de Christo interrogatus, quem tamē nondū quis esset demonstrauerat: hic autē iam describit testi monium quod spontaneus perhibuit, idq; demon C
strando ipsum de quo prius dixerat. Quoniā enim populus iam summo tenebatur studio cognoscendi eum, cuius dignitati in tātum cedebat Ioānes, ne eā dignitatem per errorem alicui alteri tribuerent, conueniēs fuit vt altera die hoc est, postridie (est enim Græcis ἐπαύριον) demōstraretur digito is quem tantopere Ioannes commendauerat. Venit itaque Iesus ad Ioannem vel ea de causa maximè, vt occasionem præberet clarius testificādi de se, & ne baptismū quem olim susceperat, putaretur in ablutionē suorum peccatorum suscepisse, quem admodum alij. Ioannes autem cùm videret Iesum D
ad se venientem, admonitus spiritu quid esset agēdum, versus q; ad populum digito commōstrat eum, vt iam de facie quoque agnitum mirari & amare consuescerēt, vt illum potius quā se sequerentur, & illius potius baptisma ambirent quàm suum. Ecce, inquit agnus Dei. Vocans autē Christum agnum qui tollit peccata, respexit ad agnos legales, qui pro peccatis hominū offerebantur: cū q̄ alia etiam animalia in veteri lege in typum Christi offerrentur, vt boues, capræ, hirci, agnū tamē peculiariter vocat, quod inter omnia agni proprietates maximè Christum delineiarent, propter quod agnus immaculatus in quotidianum sacrifi E
cium vespere & mane offerebatur, & Isaias agno singulariter Christum comparat, c. 53. dicēs: Sicut ouis ad occisionem ducetur. & quasi agnus corā tondente se obmutescet. Similiter & Ieremias cap. 11. Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Ad quæ, & maximè ad locū Isaię, videtur Baptista respexisse, ideóque additū esse apud Græcos articulum ὁ ἀμνὸς, ille agnus, de quo scilicet vaticinatus est Isaias propheta. Nam, & quod sequitur: qui tollit peccata mūdi: ex eodē desumptum videtur. Dicit enim eodē cap. Et Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Et rursū: ipse peccata multorū tulit. Dicitur ergo Christus agnus propter summam suam māsuetudinē & innocentiam, ac voluntariam ad mortem obedientiam. Dei verò agnus, siue quia à Deo patre traditus in oblationē pro peccatis nostris, siue quia agnus diuinus propter eius diuinitatem, aut quia Deo deputatus in oblationē, vt distingueretur ab agnis prophanis. Quod verò dicit, qui tollit peccata mūdi; dupliciter intelligi potest. Primò, vt intelligatur peccata tollere, quia in se recipit, secūdū illud 1. Pet. 2. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo. Et Isaię 52. Lāgores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit. Tollere enim dicimur onera, quæ nobis ipsis imponimus. Secūdò, intelligi potest tollere peccata, quia aūfert ea. Nisi vtramque acceptionem simul comprehendamus, vt ideo dicatur tollere peccata, quia illa in se suscipiens à nobis aufert & abolet. Dicit autē potius, tollit, quā remittit, eo q̄ de Christo loquatur tanquam de sacrificio expiatiuo, nō tanquam de Deo remittente sua gratia. Et per præsens potius dicit, tollit, quàm tollet, quo magis significaret ab eo proficisci omnē criminum purgationem. veluti si dicas: Elleborus purgat cerebrum, significans illi perpetuam & natiuam inesse vim purgandi cerebrum. Itaque his verbis separare voluit agnū hunc ab agnis legalibus, qui & ipsi dicabantur agni Dei & sacri agni. Illi enim non solùm totius mundi peccata auferre non potuerunt, sed ne Iudæorum quidem. Iste verò non Iudæorū tantum sed totius mundi tollit peccata. Porrò Græca non habent pluraliter, peccata, sed singulariter peccatum mūdi, quomodo & Augustinus aliquoties legit, & Cyprianus in libro de duplici martyrio. Peccatum enim singulariter dixit, siue intelligens vniuersum corpus peccati, hoc est, omnium vitiorū mundi colluuiem: siue intelligens peccatum originis toti mundo commune, ac omnia reliqua vitia in se tanquā fonte quodā cōcludens, ad cuius abolitionē simul cum omnibus ex eo defluxis Christus passus est. Verùm quomodo peccata vel peccatum mundi tollit, cùm in multis hominū milibus peccatū adhuc dominetur? Ex prædictis sanè quæstio ista dissoluitur. Non enim tollere dicitur peccata vel peccatū totius mūdi, ab actu, sed quomodo herba aliqua dicitur mederi huic vel illi morbo; videlicet quia per ea quæ nostri causa pertulit, obediens patri vsque ad mortem, solus idoneus est vniuersa nostra peccata abolere. Sed quomodo herba nō medetur nisi ægro applicata: ita nec expiatiue virtutis Christi particeps quisquā esse potest, nisi fide & dilectione aut sacramento illi vniatur.

HIC EST DE QVO DIXI: POST ME VENIT VIR, &c.] Notādus ordo, quo in Christi cognitionem Ioannes populum adduxit. Primò enim promisit post se vēturum aliquem qui fortior se esset. Secundò, eundem dixit in medio populi conuersari: ac tertio iam eundem quē promiserat digito cōmonstrat. Sic enim ordine quodam ad perfectiorem Christi cognitionem ascenditur. Virum autem Christum vocat, nō solum ratione ętatis, sed multo magis ratione perfectionis omnium virtutum quæ in eo fuerunt, ob quā etiā in vtero adhuc existens dictus est vir à Ieremia: Fœmina, inquit, circundabit virum. Deinde & ratione sponsæ Ecclesiæ iam Christo desponsatæ, *Ieremiæ 31.* qua ratione Paulus Corinthiis: Despondi (inquit) *2 Cor. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Et Osæ. 2. Vocabit me vir meus, & non vocabis me vltra Baalim.

ET EGO NESCIEBAM EVM. SED VT MANIFESTETVR IN ISRAEL, PROPTEREA VENI.] Nescisse se eũ dicit, ne testimonium ipsius de ipso suspectũ haberetur, & vel propter cognitionẽ; vel familiaritatem, aut ex alio quopiam humano affectu redditum. Quanquã autem inquit, nescirem eum, tamen vt mihi demonstratur per me deinceps manifestaretur populo Israelitico, ideo missus sum ad baptizandũ, i aqua. Quibus verbis postea à se apertius explicandis significat, baptismum i aqua institutũ fuisse, tũ vt ipse incognitum sibi Christum baptisatorẽ in spiritu certius cognosceret, tum vt deinde per ipsum aliis innotesceret. Ideo enim baptizauit in aqua, vt aliquãdo inter alios ad baptismũ veniens Iesus cœlestibus signis demonstraretur esse baptizator in spiritu, & vt populo per nouũ baptizãdi ritum congregato promitteretur ac demõstraretur à Ioanne omnibus præsentibus Christus. Itaq; baptismus Ioãnis ad manifestationem Christi duplici nomine rectè ordinatus fuit, nẽpe & quia eius occasione, maxima hominum multitudo cõfluebat, corã qua Ioannes de Christo testificaretur: & quia in baptismo aquę maximè cõueniebat demõstrari eum qui autor esset baptismi spiritus, ad quẽ ille præparabat. Deinceps autẽ Euangelista narrat quo signo Ioannes incognitum Christum cognouisse se testatus sit, signumque illud cognoscendi Christi accepisse à patre, post reuelatum tum demum aliis se eum demonstrasse. Qua narratione suam cognitionem ad Deum patrẽ referẽs, suum testimonium ab omni suspicione liberum reddit: Quanquam autem secundùm probabiliorẽ Chrysostomi sententiam, vt priùs dictũ est, Ioannes ante colũbæ descensum interiori spiritus reuelatione Christum venientem ad baptismum suum cognouerit, id tamẽ non pugnat cum præsenti loco. Nam non dicit hic Ioãnes sibi ignotum fuisse donec columbæ indicio illum agnouerit, sed tantùm hoc signum se diuinitus aliquando accepisse quo illum agnosceret, certius vtique, & sic vt per illud certò ipsũ aliis manifestare posset. Quò enim suũ elogiũ certum esse persuaderet, memorat quàm euidẽti & infallibili signo ipse de Domino certus euaserit, tacẽs sacratiorem reuelationẽ, quę haudquaquam fidem tantopere testimonio suo apud populum fecisset. Signum namque illud non tam fuit Ioãni datũ vt ipse Christũ cognosceret, quàm vt per illud sine omni suspicione ipsum aliis posset demonstrare. Admiranda certè hic Dei sapientia, qua per eũ qui baptizauit in aqua, demõstrari voluit baptizatorem in spiritu, idq; per spiritus descensum columbæ specie, isque sic demonstratus deinde institueret baptismum ex baptismo aquæ Ioãnis proprio, & baptismo spiritus sibi proprio, vt per visibilẽ externum baptismum intelligeretur & cõciperetur inuisibilis interior baptismus.

DEMONSTRATVM A IOANNE CHRISTVM QVINque discipuli agnoscere & sequi incipiunt. IOANNIS I. CAP XVII.

ALtera die iterum stabat Ioãnes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantẽ dicit: Ecce agnus Dei. Et audierũt eũ duo discipuli loquentẽ, & sequuti sunt Iesum. Conuersus autẽ Iesus, & vidẽs eos sequẽtes se dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatũ, magister) vbi habitas? dicit eis: venite & videte. Venerũt & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo, hora autem erat quasi decima. Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierãt à Ioanne, & secuti fuerant eũ. Inuenit hic primùm fratrem suum Simonẽ, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eũ ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit: Tu es Simõ filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus: In crastinũ voluit exire in Galilæã, & inuenit Philippũ. Et dicit ei Iesus: sequere me. Erat autẽ Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & vide. Vidit Iesus Nathanael venientẽ ad se, & dicit de eo, Ecce verè Israelita, in quo dolus nõ est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? respõdit Iesus, & dixit ei: Priusquàm te Philippus vocaret cũ esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael & ait: Rabbi tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respõdit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidite sub ficu, credis, maius his v' debis. Et dicit ei: Amen amẽ dico vobis, videbitis cælũ apertũ, & angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis.

ALTERA DIE ITERVM STABAT IOANNES, ET EX DISCIPVLIS, &c. Quò magis eluceret Ioãnis ĩtegritas & cõstantia, narrat Euangelista quomodo nõ sat habuerit demõstrãdo Christum, populi studiũ à se diuertisse in ipsum. sed & discipulos suos quos habebat peculiares, à se alienatos Christo tradere studuerit, trãsitq; Euãgelista, à testimoniis Ioãnis, ad testimonia quæ Domino ipsa eius dicta factaq; perhibuerunt. Porrò quòd Ioannem stetisse dicit, Christũ verò inambulantẽ, nõ sine mystica rei significatione factum est. Legis enim Mosaicæ typũ gerebat Ioannes, Christus Euangelicæ professionis erat author. Lex igitur quæ ad summã lineã perueniebat, stabat veluti non progressura longius & mox cessatura, Christóq; venienti cessura, & suos illi discipulos traditura, sed interim cõstanter testificans de Christo, ac synagogam veluti tradens vero sponso, vt sit illi Ecclesia, Christus verò obãbulat, veluti semper in maius progressurus, & vndiq; cœlestis doctrinæ discipulos colligẽs. Pro eo autem quod nos habemus; *respiciens Iesum*, &c. Græcè est ἐμβλέψας, hoc est intuitus: vt postea vertit interpres. Id autẽ plº quid significat quã respicere. nẽpe quòd Ioannes corporalibus oculis fixè in Christũ intẽtus fuerit, nõ sine gaudio animi & admiratione. Ioannes itaque stans, cùm intuitus esset Iesum ambulantem, nec ignarus illum sitire salutem

salutem humani generis, ac iã captare discipulos idoneos sublimi doctrinæ, versus ad suos discipulos, qui præceptori adstabant vt eos meliori se magistro traderet: digito demonstrans ambulantem, *Ecce*, inquit, *agnus ille Dei*, de quo iã fere testificatus sum vobis frequenter. In quo Ioannis facto, præter imitandam veritatis asserendæ constantiã, etiã discendum, boni doctoris officium esse nõ grauatim repetere ea quæ nondum satis auditores intellexerunt, propter quod Paul. ad Philip. 3. Eadẽ inquit, scribere vobis mihi quidem nõ pigrũ, vobis autem necessarium. Porrò vt hac in parte cõmendata est Ioannis in prædicando integritas, cõstantia & diligentia: ita in sequentibus ostenditur tum fructus prædicationis eius, tũ simplex discipulorum credulitas. Hi enim mox vt audierunt Ioannẽ loquentẽ, intelligentes quid vellet, nimirũ vt se relicto ad Iesum properarent, simpliciterq; credentes illius sermoni, secuti sunt Iesum ambulantem. Sequebantur autẽ taciti flagrantes amore sublimioris doctrinæ, cuius spẽ ex Ioãnis testimonio cõceperant: sed interpellare nõ audent eũ quicum nulla eis intercesserat familiaritas, & cuius summam dignitatẽ ex Ioannis verbis intellexerant. Iesus itaq; intelligens quo animo sequerẽtur, non expectata interpellatione, vltrò subleuat & inuitat illorum verecundiã, acversus ad illos, & cõspicatus eos sequentes se, quærit quid quærerent: nõn q; ignoraret quem quo animo sequerentur: sed vt sua interrogatione ad colloquiũ & familiaritatem inuitaret, & per exortam illorũ responsionem aliis ostenderet illorum affectum Euangelio dignum, ac sic horum nota cupiditas etiam aliorum animos accenderet. In quo Christi facto demonstratũ, primùm quã sit pius Dominus obuius iis qui sinceris animis sitiunt Euãgelicam doctrinã. Deinde quàm debeãt tum doctores tum omnes qui quauis in re prodesse cuiquã possunt, esse cunctis expositi, nõ expectantes semper donec interpellentur, sed aliquando etiam antecertentes aliorum petitionem. Iam in respõsione discipulorum venerationem simul & desiderium eorum spectare licet. Dum enim Rabbi vocant, profitentur se illius velle esse discipulos. Est enim Rabbi, Hebraica dictio, plus quid significãs quàm magister. Nam est idem quod magister mi. Rab enim Hebræis, magister dicitur & doctor ob scientiæ multitudinẽ. Nã deriuatur à verbo quod multiplicare significat. Similiter q; interrogati quid quærerent, nõ respõderunt se velle ab eo doceri, sed percontati sunt vbi illius esset domicilio, ostendit eorum & venerationem erga Christum, & discendi desiderium. Verebantur enim illi molesti esse ea hora, quæ, vt testatur postea Euangelista, satis tarda erat, & tamen doceri ab eo cupiẽtes, vt frequenter ad eum discendi causa cõuenire possent, locum vbi maneret scire quærebant: simulq; declarabant se familiarius secretiora quædam ab eo discere velle, quæ fortassis nõ esset docturus in publico. Itaq; Dominus Iesus delectatº illorum pio discendi ardore, nõ indicat signis domum suam, si quando per oportunitatem se vellent inuisere, nec excusans instantẽ noctem, iubet eos postridie redire, sed comitet ac blandè ad domesticum colloquium inuitat dicens: *Venite ac videte*. Qua quidem comitate nõ tantùm eos allexit ad amandum & sequendũ se, sed etiã explorauit eorum desiderium. Nam si frigidi mente accessissent, nequaquã ad domum secuti fuissent ipsum. Simul etiam docuit secundum Cyrillum, nullam esse in quærendis bonis moram laudandam, quũ rerardatio vtilitatis detrimentũ afferat semper. Mysticè quoq; instruimur, nõ sufficere si quis vbi Christi domus, hoc est, Ecclesia fundata sit didicerit, sed necesse vt in eam per fidem veniat, & quæ in ipsa peraguntur feruenti animo videat. Discipuli autem læti tam optato responso venerũt, & nõ solùm viderunt domicilium vbi manebat Iesus, sed & eo die commorati sunt apud eum, sacro illius colloquio inflammati, & à benigno Domino humaniter detenti. Porrò q; ex hoc loco videatur Christus habuisse domum vbi manebat, non est contrarium ei quod alibi dicit, Filiũ hominis non habere vbi caput suum reclinet. Hoc enim cũ dixit, demonstrare voluit se nullam habere domum propriam, cui non obstat, quin in diuersorio alioquo & hospitio alicuius manere potuerit. Proinde cũ dicitur, *vbi habitas*: pro verbo *habitas*, Græcis est μένεις, quod verti potest, *vbi manes*, sicuti postea noster interpres vertit idem verbum per maneo, cũ subiicit: *Et manserunt apud illum*. Quòd autẽ Euangelista explicet horam qua discipuli à Christo inuitati adierunt eius domicilium, dicẽs: *Hora autem erat fernè decima*, ab exortu scilicet solis, indicare voluit & in discipulis discendi cupiditatem, & in Christo suscipiendi omnes humanitatẽ, quod neq; illi propter tempus, quòd iam scilicet sol ad occasum vergeret, auersi sunt à sequela, neque Christus quicquam prætexerit, sed cum etiã tempus docendi inopportunum videretur, paratum & expositum se obtulerit. Qua in re & discipuli docentur, omne tempus aptum esse doctrinæ, nec quicquam prætexendũ esse cùm quæ salutis sunt discere oportet: & doctor instruitur, vt paratũ se semper exhibeat his qui auidi sunt doctrinæ. Luce 9.

ERAT AVTEM ANDREAS FRATER SIMONIS PETRI, VNVS EX DVOBVS, QVI.] Pergit narrare quomodo sensim diuinæ benignitatis lumen sese explicauerit, & paulatim Christus innotuerit, dum alius alium ad eius cognitionẽ perduxit, ostendens & quã efficax statim fuerit Christi doctrina in duobus discipulis Ioannis, qui paucis horis Christum docentẽ audierãt, & quod sit Euãgelicæ pietatis studiũ. Habet enim Euãgelica pietas & vera Christi cognitio illud lõgè diuersum ab ingenio humano, vt bonũ qđ nacta est, aliis non inuideat, sed gestiat omnibus esse commune, cùm contra multi se non possidere putent quod cum multis possident. Dicit ergo: *Erat Andreas*, &c. Solum Andreã ex duobus nominat: siue q; ipse Euangelista alter duorum esset, qui nomen suum frequenter supprimit: siue quia hic nominandus necessariò erat propter Petrum fratrẽ per ipsum adductum ad Iesum. Hic ergo tanta fœlicitate gestiẽs, q; ex indicio Ioãnis, sed multo magis ex domestico Iesu colloquio comperisset iamdiu exoptatum Messiam, cùm prior inuenisset fratrem suum Simonem, magna animi sui gesticulatione dixit ei *Inuenimus Messiam*. Quasi dicat: Gaude mecum frater, quem enim tam anxiè expectamus saluatorem, iam certò inuenimus. Porrò q; Andreas frattem suum in Iudæa inuenit, siue à se quæsitum, siue fortè occurrentem, argumentum est etiã illum religionis causa Ioãnis baptisma adiisse. Quòd verò dicit Andreas, *Inuenimus Messiam*, innuit etiam Simonem mirè flagrasse desiderio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi,atq; ob id tãquam tem lætam Christi aduentum ei renunciasse.Est autem nomen,*Messias*, Hebraica dictio,vel Chaldaica, quæ tamen apud Græcos pro natura linguæ eorũ nonnihil mutata est.Nã Hebraicè dicitur Maschiach,Chaldaicè verò Meschih,quod potius quàm Hebræum secutus Euãgelista,*Messias*,dixit.Nam si ex Chaldaico nomine aspirationẽ duriorem vel demas, vel lenius, vt quidam, proferas, literam verò Schin per duplex ss.exprimas,vt multi faciunt,resultabit Messia,cui Græco more addendo s. fit Messias, quod Latinè vnctum significat. Cæterùm cùm multi apud Hebræos hoc nomine dicti sint,additur huic nomini apud Græcos articulus τὸν,vt intelligatur de illo vnico Messia,quem tunc omnes solum expectabant, quemq; prophetæ promiserant vnctũ non oleo visibili,sed inuisibili,neque in regem solùm,aut in sacerdotem,sed in vtrunque simul,atque etiam in prophetam & doctorem.Vngebatur enim olim apud Iudæos sacerdotes,reges,& prophetæ. Non satis autem fuit Andreæ renunciasse fratri Messiam inuentum,sed cupiens etiam illum fieri eius discipulum, ac de Domini comitate & benignitate experta bene confisus, adduxit fratrem ad Iesum, cupidum nimirum etiam videndi & audiendi Iesum.

A tris tui ad me vocantis.Gratulare autẽ tibi, q̃ ad me veneris,faciã enim te rupẽ quandã pietatis & salutis, ideoq; posthac Petri cognomẽtum habebis.Cæterùm Cephas Chaldaicũ magis est quàm Hebraicum,sicut & aliàs frequẽter libris noui testamẽti multa leguntur nomina inspersa, quę magis Chaldæa sunt & Syra quã Hebræa,eo q̃ Chaldæa magis lingua vsos Hebræos tempore Christi verisimile sit:quę hoc distat à pura lingua Hebręa: quæ Bibliaca est, quod Italica distat à purè Latina. Bibliaca enim Hebræorum lingua Ceph dicitur petra,Chaldaica verò Cepha,cui à Græcis adiecta eorũ more litera s.cõstituitur Cephas,quod Græca lingua interpretatur Petrus.Nam Atticis ὁ πέτρος,idẽ est quod ἡ πέτρα. Itaq; Petrus nõ sonat Latinis idẽ quod saxeus,sed potius idem quod saxũ. Porrò quidã intelligũt hoc nomẽ Simoni iam nõ fuisse impositũ,sed promitti imponendũ:impositum autẽ fuisse aut cùm Matth.16.dicitur:Tu es Petrus. &c. aut cùm duodecim Apostoli eligerẽtur,tũc enim dicitur Marci 3.Et imposuit Simoni nomen Petrus.Alii verò,& rectius,cũ Aug. intelligunt hoc loco nomen Simoni impositũ à Christo,vt sit sensus;tu posthac vocaberis Cephas:sed Matth. 16. causam huius nominis prius fuisse explicatam.Nõ est autem hoc nouo nomine,primum eius nomen vel mutatũ,vel sublatum,quẽadmodum nomen Abrahæ,cui dictũ est.Non vocabitur nomen tuum Abram,sed appellaberis Abraham,& sicut nomen Saræ,de qua dicitur: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Non enim dicitur Petro: Non vocaberis vltra Simon,sed priori nomini aliud,tanquam principale additũ est,vnde & ipse seipsum vocat in epistolis suis Simonem Petrũ. Sic & patriarchæ Iacob dũ dictum est ei:Nõ vocaberis vltra Iacob,sed Israel erit nomen tuum,non primũ nomẽ penitus sublatum est,cùm postea frequẽter Iacob dicatur:sed significatur præcipuum nomen eius futurũ Israel, à quo scilicet posteri eius dicti Israelitæ & Israel. Itaq; in scripturis aliquando leguntur quorundã nomina à Deo mutata, aliquando noua nomina prioribus addita,aliquando ab ipsa natiuitate imposita.Semper autem huiusmodi nominis impositio diuinitus facta significat eos quibus imponitur ad peculiarem aliquã inter homines excellentiam deligi. Porrò q̃ Simon filius Iona vel Ianna vocatus est Petrus,mystice significat eum qui habet obedientiam, quæ filia est mansuetudinis columbinæ ac gratiæ diuinæ,etiã forePetrum,vt per obedientiam proficiens firmetur in bono.

Gene 17.

Gene 37.

INTVITVS AVTEM EVM IESVS DIXIT: TV ES SIMON FILIVS IONA, TV,&c.] Dicit Iesum non solùm respexisse,sed intuitum fuisse Petrum,ac tũ dixisse ei: *Tu es Simon*, &c. vt intelligeremus eum sine indicio cuiusquã, Simoni ignoto indicasse nomen proprium & patris.Itaq; per hoc q̃ intuitum Iesum dicit, significat solùm inspectione Iesum cognouisse Simonem, ac non solùm faciem illius contemplatum, sed & animum,simulq; significat delectatũ ipsum sincero illius affectu quẽ in ipso intuebatur. Ideo autem patris propriumq; nomen illi edicit,ac cõmutati nominis ænigmate futuram ipsius dignitatem,stabilitatem & officium prophetauit, vt per occultorum reuelationem,& futurorũ prędicationem ad diuinitatis suæ fidem illum adduceret, ostenderetq; se eum esse,qui cuncta antequam vel fiant vel innotescãt nouit.De nomine autẽ patris Simonis diuersitas est. Sunt enim qui putant eũ dictũ esse Iona,quod sonat columbã,quia Matth. 16.dicitur Simon Bar Iona, & corruptè vel hic vel Ioannis vltimo legi Ioanna vel Ioannis. Alij verò putant eum dictũ Hebraicè Iochanna, Chaldaicè verò Iohanna,vnde extrita aspiratione, & in fine adiecto s.factũ sit Græcis Ioannes, quod idẽ postea cõtrahentes dixerint Ionas vel Iona.Significat autem Iochanna vel Iohanna, quod nos dicimus Ioannes,gratiosum,quia à verbo Hannan deriuatur,quod misereri & gratiosum esse significat.Nequaquã autẽ absurda videtur eorum obseruatio, qui istud;*Tu es Simon filius Iona*,nõ solùm dictũ putant à Domino,vt per occultorũ reuelationẽ eueheretur Simon ad fidem diuinitatis, sed etiã emphaticãs ad collaudandum piã Simonis obedientiam,simplicitatem aut gratiositatem apud Deũ, ex indicio proprij & paterni nominis,in hũc scilicet sensum:Noui te q̃ fis,quo & gratior mihi aduenisti. Simon non tam vocaris,quàm es,audiens scilicet & obediens,id quod Hebræis hæc vox sonat,& filius Iona,hoc est,colũbæ,aut Ioanna, hoc est,gratiosi,cui scilicet Deus fauet.Verè enim tibi aspirauit fauor Dei,qui te audire fecit vocem fratris tui ad me vocantis.Gratulare autẽ tibi, q̃ ad me veneris,faciã enim te rupẽ quandã pietatis & salutis, ideoq; posthac Petri cognomẽtum habebis.Cæterùm Cephas Chaldaicũ magis est quàm Hebraicum,sicut & aliàs frequẽter libris noui testamẽti multa leguntur nomina inspersa, quę magis Chaldæa sunt & Syra quã Hebræa,eo q̃ Chaldæa magis lingua vsos Hebræos tempore Christi verisimile sit:quę hoc distat à pura lingua Hebręa: quæ Bibliaca est, quod Italica distat à purè Latina. Bibliaca enim Hebræorum lingua Ceph dicitur petra,Chaldaica verò Cepha,cui à Græcis adiecta eorũ more litera s.cõstituitur Cephas,quod Græca lingua interpretatur Petrus.Nam Atticis ὁ πέτρος,idẽ est quod ἡ πέτρα. Itaq; Petrus nõ sonat Latinis idẽ quod saxeus,sed potius idem quod saxũ. Porrò quidã intelligũt hoc nomẽ Simoni iam nõ fuisse impositũ,sed promitti imponendũ:impositum autẽ fuisse aut cùm Matth.16.dicitur:Tu es Petrus. &c. aut cùm duodecim Apostoli eligerẽtur,tũc enim dicitur Marci 3.Et imposuit Simoni nomen Petrus.Alii verò,& rectius,cũ Aug. intelligunt hoc loco nomen Simoni impositũ à Christo,vt sit sensus;tu posthac vocaberis Cephas:sed Matth. 16. causam huius nominis prius fuisse explicatam.Nõ est autem hoc nouo nomine,primum eius nomen vel mutatũ,vel sublatum,quẽadmodum nomen Abrahæ,cui dictũ est.Non vocabitur nomen tuum Abram,sed appellaberis Abraham,& sicut nomen Saræ,de qua dicitur: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Non enim dicitur Petro: Non vocaberis vltra Simon,sed priori nomini aliud,tanquam principale additũ est,vnde & ipse seipsum vocat in epistolis suis Simonem Petrũ. Sic & patriarchæ Iacob dũ dictum est ei:Nõ vocaberis vltra Iacob,sed Israel erit nomen tuum,non primũ nomẽ penitus sublatum est,cùm postea frequẽter Iacob dicatur:sed significatur præcipuum nomen eius futurũ Israel, à quo scilicet posteri eius dicti Israelitæ & Israel. Itaq; in scripturis aliquando leguntur quorundã nomina à Deo mutata, aliquando noua nomina prioribus addita,aliquando ab ipsa natiuitate imposita.Semper autem huiusmodi nominis impositio diuinitus facta significat eos quibus imponitur ad peculiarem aliquã inter homines excellentiam deligi. Porrò q̃ Simon filius Iona vel Ianna vocatus est Petrus,mystice significat eum qui habet obedientiam, quæ filia est mansuetudinis columbinæ ac gratiæ diuinæ,etiã forePetrum,vt per obedientiam proficiens firmetur in bono.

IN CRAST INVM VOLVIT EXIRE IN GALILAEAM, ET INVENIT PHILIPPVM, ET DICIT.] Dies iste crastinus non videtur posse intelligi fuisse crastinus respectu eius diei quo Andreas cũ altero discipulo secuti sunt Iesum à Ioãne demõstratũ. Illo enim die Andreas mãsit apud Iesum,ac proinde post illũ diem inuenit Simonẽ fratrẽ,& inuẽtũ adduxit ad Iesum.Iste autẽ dicitur crastinus, respectu eius diei quo Simoni dictum est:*Tu vocaberis Cephas*, vt ipse literæ contextus exigit:quare non secutus est immediatè diem illum quo Andreas secutus est Christum. Quot autem dies interceſſerint, scriptum nõ est: Epiphanius tamen libro contra hæreses in hæresi 51. eadem die putat Petrum adductũ ab Andrea ad Dominum, qua ipse Dominum secutus fuit. Contigit,inquit,ipsa die vt incideret ipse in fratrẽ suum

suum Simonẽ,& diceret prædicta,&c.Pergit itaq; narrare Euangelista quomodo per hos discipulos quos iam collegerat,etiã alios sibi duos adiunxerit.Postridie,inquit, visum est ei exire è Iudæa in Galilæam, ibiq; obuium inueniens Philippum ad sequelam vocat.Bene autem dicit *voluit exire*, hoc est,visum est ei, quòd significaret libera electione disposuisse eò cõcedere, ne fortuitò ac præter expectationem videretur obuium sibi Philippũ adiunxisse.Ideo autem exiuit Christus in Galilæam, vt ex subsequenti Ioannis narratione licet colligere,vt ex contempta illa præ Iudæa regione,humiles sibi, viles ac rudes in discipulos asciscęret, ne qui virtutis Euangelicæ mundo tribueretur, vtq; in ea secundum vaticiniũ Isaiæ auspicaretur Christus suum Euangelium, & suipsius manifestationem.Porrò q̃ Philippus ad vnã Christi vocem secutus est Dominum, quem nondũ docentem audierat,nec miracula facientem viderat,lenitati nõ est asscribendum,sed efficaciæ vocis Christi.Quãquã verisimile sit Philippum priùs ab Andrea & Petro multa de Christo didicisse. Id enim videtur insinuare Euangelista,cùm Philippum dicit fuisse ciuitatis Andreæ & Petri: per cuius ciuitatis descriptionẽ etiam rectè intelligitur notare voluisse Euãgelista è quàm humili ciuitate Dominus præcipuos sibi delegerit discipulos.Est enim Bethsaida parua admodum ciuitatula, sita iuxta lacũ Genesareth, cuius nomen etiã optimè mysterio conuenit.Nã Bethsaida interpretatur domus venationis. Quemadmodũ autem Andreas Petrum fratrem attraxit ad Christũ,ita & Philippus inuento Messia nõ retinet bonum hoc apud se,sed & Nathanaeli cõmunicat,eumq; Christo adducere studet,qui & ipse ex humili erat Galilææ vico, nẽpe è Cana Galileæ,vt dicitur Ioãnis vltimo:Animadueretẽdum sanè quàm fœlix fuerit nascentis Ecclesiæ auspicium.Fater enim fratrem traxit ad Christum,cuius cõciuem,amicus deniq; amicum:quę certè omnia omen quoddam habuerunt Christianæ cõcordiæ, qua augenda erat Ecclesia Christi. Itaq; Philippus lætus de inuento thesauro,cũ reperisset Nathanaelem,quẽ & ipsum sciebat incredibili Messiæ desiderio teneri,cùm animi gesticulatione dixit:Inuenimus expectatum illum,quem scripsit & Moyses in lege sua,& prophetæ itẽ omnes promiserunt,nẽpe Iesum filium Ioseph Nazarenum.Ex quibus verbis coniectura est & Philippũ & Nathanaelem scripturarum studiosos fuisse, atq; in eis de aduentu & regno Christi diligenter inuestigasse.vnde Philippi renunciatio hunc videtur habere sensum:Legem & prophetas ô Nathanael diligenter excutis,vt de Christi aduentu certior fias.En modò inuenimus eum quem scriptura promittit, & tu tam anxiè quæris. Nathanael autem Philippum audiens fauebat quidem lætissimo nuncio,sed offendebat scrupulus quidã quẽ illi mouebat prophetia Micheæ,promittens Messiam exoriturum ex Bethleem Iudeæ, non tamen planè diffidens,discendi animo,non calumniandi, interrogabat dicens: Num à Nazareth potest aliquid eximium exoriri,cùm eius non meminerint prophetæ?Interrogatiuè enim debere istud legi:*A Nazareth potest aliquid boni esse?*& non assertiuè, vt quidam volunt, aperte satis patet ex subiecta responsione Philippi:*Veni,& vide*.Cùm enim Philippus nondũ hunc sibi propositũ soluere non posset, inuitat eum ad fontem ipsum,non dubitans quin

A viso & audito Iesu,statim sit crediturus.

VIDIT IESVS NATHANAEL VENIENTEM AD SE, ET DIXIT DE EO: ECCE VERE ISRAELITA.] Nathanaelem ad se per Philippũ venientem per occultorũ reuelationem ad fidem trahere studet Dominus,quomodo priùs Simonẽ adductũ per Andreã, ideoq; secreta cordis de eo reuelat, asserens in eo nõ esse dolũ,quod vtiq; cognoscere solius est diuinæ virtutis.Homines enim vident quæ apparent, Deus autẽ intuetur cor,1.Reg.16.Quod autem dicit,*verè Israelita*,ita tum dictum est,ac si quis modò dicat verè Christianus, de eo qui nomini suo, vita moribúsq; respondet. Quare autẽ verè Israelitam vocat,indicant subiuncta verba,quia scilicet in eo nullus erat dolus, hoc est, simplex erat & rectus, simpliciq; ac sincero animo Deũ colens,quemadmodum Iacob,cuius nomen præferebat. Qua cõmendatione nõ tantùm Nathanaelem voluit Dominus prouehere ad magnificã de se existimationem,sed & siniſtrã quæ esse poterat de Nathanaele,in circũstantibus aut in nobis suspicionem tollere,ne scilicet qa dubitando dixerat,*A Nazareth potest aliquid boni esse?*putaretur calumniandi animo accessisse Christum, & non solo discendi studio. Admiratus autem Nathanael vnde tam perfectã etiam cordis sui haberet Dominus cognitionem: *Vnde*,inquit,*me nosti?* Iesus verò euidentius etiam declarare volens diuinam suam virtutẽ,nec quicquam illum latere quamuis occultum: *Priusquam* (inquit)*Philippus te vocaret ad me,cum solus esset sub ficu,ego te vidi*.Quibus verbis optimè saluator respõdet interrogationi Nathanaelis. Interrogatus enim vnde nosceret eum,non respondet se nouisse eum cùm adhuc esset sub ficu:sed vidi,inquit, te, oculis nimirũ diuinitatis, ac proinde mirum non est si te nouerim intimè, etiamsi nec mecum sis conuersatus,nec mihi quisquã de te dixerit. Inde enim te noui, vnde te longè à me semotum vidi. Cæterùm duo occulta his verbis Dominus reuelat, nempe q̃ Philippus illum vocarit,& q̃ priusquam vocaret,sub ficu fuisset, quorum neutrum ne ab aliquo didicisse putaretur,vidisse se cũ asserit.Hæc autẽ simul atq; Nathanael audisset,cui p suasum erat soli Deo perspicua esse cordiũ secreta,& homine maius esse quod audiret,nihil iã offensus scrupulo de loci natalis vocabulo, plena fide testimoniũ reddidit Christo,magistrũ filiumq; Dei,atq; expectatum illum regem Israel,Messiam professus declarans certè quàm non vulgarem de expectato Messia haberet opinionem,q̃ ex scripturarum cognitione didicisset illum & doctorẽ fore, & regem populi Israelitici,& filium Dei,quemadmodum in Psalmis frequenter nunc apertè,nunc sub typo Salomonis aut Dauidis promittitur Messias fore Dei filius.Quamuis autem Iudæi ex scripturis intelligerent Messiam suũ singulari & propria quadam ratione fore Dei filium (vnde & hic Græcis additur articulus ὁ υἱὸς,)incertum tamẽ an Nathanael & reliqui Iudæi putauerint eum fore filium Dei naturalem,& verum Deum,an solũ filium Dei per singularem quandam præ omnibus gratiæ prærogatiuam: & tamen q̃ Iesum aliquid supra hominẽ fuisse crediderit Nathanael,dicens: *Tu es ille filius Dei*,ex eo manifestum satis quòd per occultorum reuelationem, quam Deo propriam non dubitauit, in hanc fidei suæ confessionem proruperit. Iesus autem tam promptam & alacrem

Universidad de Deusto
Biblioteca

alacrem viri fidem,ac professionem tam Euange- A
licam libenter amplectens, confirmat etiam Na-
thanaelis & aliorum de se opinionem,apertius iã
indicans suam naturam diuinam,dum visuros eos
dicit cœlos sibi aperiendos, & angelos ascenden-
tes & descendentes, quod apertum futurum erat
signum,eum esse non solùm regem Israel.sed etiã
regem angelorum,ac verum & naturalem Dei fi-
lium, vt cui angeli obsequium essent exhibituri.
Porrò dubium quando id viderint Apostoli,quod
visuros Apostolos Christus testatus est. Dicunt
quidam tunc istud adimpletum,quando in agone
sudanti angelus animum addebat: dum itẽ in re-
surrectione frequenter apparuerunt: dum deniq; B
Christo ascendente nunciabant sic rediturũ quo-
modo abiisset. Verũ quoniam in istis factis angeli
non descenderint super filiũ hominis,nisi, super,
accipiatur pro propter: alij rectius dicunt ab Euã
gelistis,quos certũ est multa prætermisisse, etiam
prætermissum esse quãdo istud viderint discipuli,
quod tamẽ ex his Christi verbis certũ est aliquã-
do vidisse. Rupertus verò mysticè hæc intelligit,
vidisse scilicet discipulos cœlũ apertũ, quando fi-
de cõspexerunt cœlũ per mortẽ Christi fuisse no-
bis apertum,angelos autẽ ascendentes & descen-
dentes super ipsum vidisse,quando intellexerunt C
angelos & ascendere ad contemplandum Christi
diuinitatem,& rursum sese dimittere ad conside-
randũ humilitatem passionis ipsius, ita vt in vno
Deũ simul venerẽtur & hominẽ. Cæterũ quoniã
Nathanaelem Dominus vocauit verè Israelitã,be
ne ei similis visio repromittitur, qualẽ aliquando
Gene.18. Iacob,qui primus Israel dictus est, viderat. Nã &
hic quondam in somno vidit cœlum apertum, &
Deum innixum scalæ,quæ à cœlo protendebatur
in terrã, angelósq; per eã ascendentes & descen-
dentes. Notandum & illud,ꝙ Christus appellatus D
à Nathanaele filius Dei,suamq; diuinitatem ei cõ
probans,se tamen non vocat nisi filium hominis,
vt aliàs fere semper, hac appellatione humilitatẽ
suam,ac veram humanæ naturæ susceptionẽ no-
bis commendans. Est autem filius hominis, He-
braica phrasi idem quod homo,quãquam appro-
priatè etiam Christo potest intelligi competere,
vt dicatur filius hominis, eò ꝙ in terris matrem
tantùm habuerit, non etiam patrem. Verùm ad
istud non videtur Christus respexisse, cùm geni-
tiuus,*hominis*,sit masculinus. Est enim τὸ ἀνθρώπου.
Quæri autem hic solet, cur Nathanaelẽ Christus
non etiam inter Apostolos elegerit, qui idem de
Christo perhibuit testimoniũ, ob quod postea Pe
trus consecutus est primum inter Apostolos locũ
& autoritatem. Et quidem dicunt plerique post
Augustinum factum istud, quoniam Nathanael
peritus fuerit in lege,ne mundi cõuersio facta per
Apostolos ascriberetur humanæ sapiẽtiæ. Rupe-
rtus verò putat, & certè valde probabiliter, hunc
Nathanaelem fuisse eum quem reliqui Euangeli-
stæ vocant Bartholomæum,eò ꝙ apud eos semper
coniungatur Philippo Bartholomæus,cũ recẽsen-
tur Apostolorum nomina:quemadmodum Petro
Andreas copulatur,Iacobo Ioannes. Idem efficaciter satis videtur ex vltimo c.Ioannis,in quo Na-
thanael numeratur inter discipulos Christi,&, vt
videtur,non alios,quàm qui Apostoli dicebantur.
Nam dicitur tertiò tunc apparuisse discipulis, eis-
dem ergo quibus priùs dicebatur apparuisse. Iam
certum est priores apparitiones ab eo scriptas nõ
factas nisi discipulis illis qui Apostoli dicebantur.
Accedit his quod Bartholomæus non videatur
esse nomen proprium Apostoli,non magis quam
Bar Iona proprium fuit Petri nomen,vt ob id ve-
risimile sit Ioannem solum eius proprium nomen
voluisse explicare.

MVTATVR AQVA IN VINVM IN NVPTIIS.

Ioan. 2. capvt xviii.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: Et erat mater Iesu ibi: Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorũ Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

ET DIE TERTIA NVPTIAE FACTAE E
SVNT IN CANA GALILAEAE, ET E-
RAT MATER.] Cũ iã sibi aliquot Christus di-
scipulos collegisset, ac occultorum reuelationib⁹
suã illis diuinitatẽ insinuasset,tẽpus erat vt nouis
miraculis suã excellẽtiã testificaretur: quod quo-
modo aut qua occasione factũ sit,iã narrare per-
git Euãgelista.Porrò dies tertia qua nuptiæ factæ
sunt variè accipitur.Rupertus enim diẽ hãc intel-
ligit esse tertiã à testimonio nouissimo Ioãnis,hoc
est ab ea die qua primi discipuli Christũ sunt se-
cuti.Verùm istud non est probabile,maximè cùm
priùs dictũ sit,illud,In crastinũ, nõ posse intelligi
de crastino eius diei quo dixit Ioãnes:Ecce agnus
Dei. Deinde si hæc tertia dies immediatè secuta
est eũ diẽ quo Iesus exiens in Galilæã inuenit Phi
lippum,cui nõ iam etiã dixit,vt superius, Altera
die,vel in crastinum? Itaq; secundùm alios melius
dies hæc intelligitur dici tertia ab adita Galilæa,
vel ab eo tẽpore quo venit ad Iesum Nathanael.Ita
intelligit Epiphani⁹,q etiã putat miraculũ istud
cõtigisse eadem die qua Dominus natus est, cùm
iam scilicet complesset 30.annos,cùm communis
iam sentẽtia habeat illud factum decimatertia die
post natiuitatis diẽ: sed errauit Epiphanius in eo
ꝙ putauerit Christi natiuitatẽ incidisse in quintã
Ianuarij.In cõfirmationem autem eius quod hac
quinta Ianuarij aquam conuerterit in vinũ,refert
etiam

etiam suo tempore hac die fontes quosdã in vinũ A
conuerti solitos.Quoniam autem duæ erant Ca-
næ(teste Hieronymo) vna maior iuxta Sydonem,
altera minor in tribu Aser,ob id ad distinctionem
alterius hic additum est,*Galilææ*.

VOCATVS EST AVTEM ET IESVS,
ET DISCIPVLI EIVS AD NVPTIAS.]
Vocatus est ad nuptias Dominus, non ꝙ magnũ
aliquid de eo iam ob visa miracula suspicarentur:
sed simpliciter, tanquam notus & amicus, quod
significans Euãgelista dixit matrem Iesu ibi fuis-
se.Notat autem Epiphanius in hæresi 78.iam tum
Ioseph fuisse mortuum,ꝙ nec hic,nec alibi posiea
coniungatur Mariæ,aut fratribus Iesu.Itaq; sicut
illa vocata fuit tanquã nota,ita & Dominus.Non B
dedignatur autem Dominus etiã sic vocatus nu-
ptiis interesse, vt humilitatis nobis exẽplum suo
facto commendaret, docerétq; amicorum & co-
gnatorum necessitudinem non negligendã,quan-
do non obstat vitæ quæ secundum Deum est.De-
inde quò sua præsentia nuptias honorans, & nu-
ptiale conuiuium miraculo insigni cohonestans,
ostenderet contra futuros hæreticos & matrimo-
nium esse sanctum,& nuptialia conuiuia non esse
tanquam illicita reprobanda. Quis enim sanctus
non reprehenderet huiusmodi cõuiuia,nisi Chri-
sti exemplo reprimeretur? Aut quomodo effica-
cius hæresis Tatiani, Marcionisque refelli potest,
quàm hoc Christi exemplo? C

ET DEFICIENTE VINO, DICIT MA-
TER IESV AD EVM: VINVM NON HA-
BENT.] His verbis multiplex certè matris Domi
ni virtus nobis commendatur. Et primùm quidẽ
ipsius sollicita pietas & misericordia, qua aliorũ
defectus subleuare studebat,idq; adeo sollicitè,vt
vsq; ad extremam necessitatem nõ distulerit, sed
deficiente vino,id est,dum iam inciperet deficere,
& nondum defecisset.Nam quod dicit, *Vinum non habent*,intelligendum videtur, sufficiens & quan-
tum est satis.Græcè tamen nõ est participiũ præ-
sentis temporis,sed aoristus,ὑστερήσαντος οἴνου, hoc D
est,cùm defecisset vinum. Secũdò,insinuatur no-
bis ipsius eximia de Christo opinio & fides.Nam
cùm nõdum Christus miracula operatus fuisset,
non dubitat tamen eum posse: imò cùm iam disci
pulos sibi adinuxisse videret,credidit tempus esse
vt per miraculorum patrationem mũdo sese ma-
nifestaret.Postremò,& virginis modestia, reuerẽ-
tia ad Christũ,ac multa spes indicatur,eò ꝙ pau-
cis verbis defectum vini filio insinuauerit, non ꝙ
ignorare putaret,sed quò ad subleuandũ inopiam
amicorum prouocaret. Nouerat siquidem mater
nihil minus ferre posse filium quàm suorum in-
opiam etiam corporalem: quare satis habuit tan-
tùm verbo inopiæ conuiuarum admouisse. Sic se
habet & omnis animus fide orans,qui satis habet
suos defectus Deo exponere, nihil dubitans quin
pro sua potẽtia & bonitate possit & velit succur- E
rere,sed tempus & modum quo subuenturus sit,
in illius voluntate & prouidentia relinquens.

ET DICIT EI IESVS: QVID MIHI
ET TIBI EST MVLIER? NONDVM VE-
NIT HORA MEA.] Quod dicit saluator: *Quid mihi & tibi est mulier*,quidam intelligunt vt sit sen-
sus: Quid mea & tua interest ꝙ non habeant vi-
num? Tu enim es mulier,& proinde non imputa-
bitur tibi vini defectus, sed architriclino tantùm
& sponso. Verùm rectius hæc oratio intelligitur
cundũ phrasim Græcã aut Hebræam.Nam Græci
per duos datiuos mediante cõiũctione καὶ ea pro-
ferunt, quæ Latini per vnũ datiuum cũ aduerbio
congregandi,sine cũ ablatiuo,præcedente præpo-
sitione,cum.Sic Matth. 8. vociferabantur dæmo-
nes; Quid nobis & tibi Iesu fili Dauid? hoc est,
quid rei est nobis tecũ? Et c. 27. Nihil tibi & iusto
illi, hoc est, ne quid rei tibi sit cũ iusto illo. Sic &
hoc loco sensus est: Quid mihi rei est tecũ, quidve
mihi tecum cõmune? Similis phrasis est apud He-
bræos,à quibus Græci eam mutuati videntur.Sic
enim dicitur 2.Reg.16.Quid mihi & vobis filij Sar
uiæ? Et 4.Reg.9.Quid tibi & pacifid est, quid tibi
cum pace? Et alias sæpe hæc loquendi ratio occur
rit.Porrò durius matrem Christus alloquitur, nõ
ꝙ illa in syncero affectu miraculũ expetisset,quasi
scilicet per miraculum filij cupiuerit gloriam suã
demonstrari, neq; ꝙ illam non vnicè diligeret,&
piissimè veneraretur,sed vt miraculorum autho-
ritatem ab humanis affectibus asseretur, ac diui-
næ virtuti tutam gloriam vendicaret, hoc est,ne
potissimùm videretur in gratiam amicorum face-
re quæ fecit,& nõ potius in gloriã patris sui,& do
cerer omnes non à matre se accepisse potestatem
miracula operandi, atque in Euangelico negotio
nullũ esse ius authoritatis parentũ, neq; secundũ
eam regi debere eũ qui ad id negotij à patre mis-
sus est.Itaq; sensus est:In negotio edendorũ mira
culorum nihil mihi tecum rei est, sed es mihi ve-
lut aliena mulier,nõ vt mater.Neq; enim à te ac-
cepi vnde miracula operari possum,ac proinde ne
que tui iuris est præscribere patrãdorũ miraculo-
rum tempus & locum.Quod autẽ sequitur, *Nondum venit hora mea*, Aug.intelligit,de eadẽ illa hora
de qua c.7.Nemo misit in eum manus,quia non-
dũ venerat hora eius,nempe de hora passionis,vt
sit sensus: Nondum venit hora passionis mihi à
patre præscripta, quãdo ostendam quid à te acce-
perim,& tanquã matrem recognoscam.Verũ me-
lius secundùm alios intelligitur de tempore ope-
randi miracula,& per ea seipsum manifestãdi. Cũ
itaque prioribus verbis ostenderit propter audi-
tores, matrem non habere in ipsum aliquid iuris
in negotio Euangelico, his iam verbis indicat se
in omnibus obseruare debere oportunitatem &
tẽpus decretum à patre. Sed cũ hac hora & tẽpo-
re fecerit miraculum, quomodo dicit nondũ ve-
nisse horam ædendi miracula? Dicit beatus Chry-
sostomus matrem petiisse miraculum,priusquam
omnibus manifesta esset vini deficientis inopia,
atq; ob id dixisse Christum, *nondum venit hora mea*, quia scilicet oportunum tempus ædendi miracu-
lum quod petebatur,non erat, nisi cùm iã de vini
inopia omnibus cõstaret. Tunc enim futurum e-
rat gratius,credibilius, magisq; liberum ab omni
sinistra suspicione,cùm alioqui videri posset ad o-
stentationem sui, & amicorum gloriam miraculũ
operatus Dominus. Aliter tamen etiã dici potest,
nondum tunc venisse tempus passim & publicè
ædendi miracula, quod tempus cœpit primùm
ab incarceratione Ioannis, vnde ab eo tempore
reliqui Euangelistæ cœperunt eius prædicationẽ
& miracula prosequi: tamen quò matrem ob re-
pulsam filij non deficientem in fide & spe hono-
raret, præuenit illud tempus miracula faciendi, o-
stendens simul se temporibus non subiici, sed do-
minari eis. Mater enim etsi repulsam passa vide-
retur à filio,tamen tum quòd diuina prudentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

scopum & rationem verbi intelligeret, videlicet q̃ nõ impotentiæ excusatio, neq; matris cõtemptus erat, sed ne videretur sese miraculis ingerere, & spectaculo exponere: tum q̃ spei, fideiq; firmitate optimè cõfideret de filij sui & potẽtia & benignitate erga omnes, & maximè erga se matrẽ, mensæ ministros admonet vt facerent quicquid iussi essent, pia sollicitudine procurans ne famulorũ inobedientia, aut nõ paratum obsequium obstaret, quo minus cõuiuio subueniretur: cæterùm tẽporis ac rei gerendæ arbitriũ filio tacita relinquens. Itaq; & hic rursum præclaræ virginis dotes relucent, mansuetudo scilicet & reuerentia filij, cuius duriore responso nõ offendebatur, nec ei vicissim responsabat. Item fidei fiduciæq; cõstantia, deinde & in intelligendo verba filij, & in prospiciendo futuris prudentia, in subueniendo inopibus indefessa sollicitudo. Greg. Nyssenus interrogatiuè legit illud, *nondum venit hora mea*? Sic enim interpretatur in ser. super illud: Tunc & ipse filius subiectus, quasi diceret. Quid mihi tecum est mulier? Nunquid etiam hanc meam ętatem regere vis? an nondum venit hora mea, quæ liberum arbitriũ & suum ius ac libertatem ætati præbeat?

ERANT AVTEM IBI LAPIDEAE HYDRIAE SEX POSITAE SECVNDVM PVRIFICATIONEM IVDAEORVM, &c.] Purificatio Iudæorum, de qua hîc loquitur, non ea intelligenda est, qua Iudæi secũdùm legem Moysi purificabantur à quibusdam immũditiis per legis constitutionem introductis, vt à cõtactu morticini, vel leprosi, aut à pollutione seminis. Ab his enim immundi erãt vsq; ad vesperum, nec potuerũt ab his emundari in cõuiuiis. Quare ea intelligẽda est purificatio, quæ secundũ traditionem seniorũ introducta fuit & recepta apud Iudæos, de
Marci 7. qua Marcus. Pharisæi, inquit, & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionẽ seniorum: & à foro nisi baptizentur nõ comedũt, & alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicũ, & vrceorum, & ęramẽtorum, & lectorum. In hunc ergo vsum aderãt sex istæ hydriæ, hoc est aquales. (Dicitur enim hydria ab hydor, aqua) capientes duas aut tres metretas. Est autem metreta & cadus eadem mensura, cõtinens decem congios, vt ostẽdit Budæus lib. 5. de Asse, ex Dioscoride lib. 5. Congius verò sex continet sextarios. Nam & ob id sextarium dictum volunt, q̃ sexta pars sit congij. Sextarius autem duas continet heminas vel cotylas: hemina autem appendit libram vnam, hoc est, sex cyathos. Nã cyathus liquoris vncias duas cõtinet. Ex quibus colligere licet quàm capaces fuerint sex istæ hydriæ, continentes metretas binas aut ternas. Vnde etiã intelligimus quàm largum fuerit Domini beneficium, & supposititias esse quasdã amphoras portatiles, quæ in locis quibusdam tanquã ex his sex hydriis ostenduntur, quæ absunt à mensura vnius metretæ aut cadi. Iuxta Robertum Senalem, qui post Budæum accuratius de ponderibus & mẽsuris scripsisse videtur, Metreta & cadus idem capit quod Batus, seu Ephi, quas mensuras ex Iosepho ostendit continere 72. sextarios Atticos, & proinde libras mensurales 108. cùm sextarius Atticus selibram capiat, idemq; sit cũ Log Hebraico, quæ mensura Hebræis capax dicitur sex ouorũ. Ac iuxta collectionem ipsius Roberti, Metreta seu Batus continet quattarios Parisinos duodecim cum A cheopina & dimidio eius cum duabus drachmis. Quartarij autẽ Parisinus, qui capit quatuor cheopinas, aut duas pintas, minor est congio Romano hemina vna, minor item Choe Attico, quadrante heminæ vnius, paulò item minor Gomor, mẽsura Hebraica. Vnde colligitur aliquanto minorẽ esse nostro quartario, quem nos barbarè pottum dicimus. Proinde hydria quæ duas metretas capiebat iuxta hanc collectionem viginti quatuor nostros quartarios aut circiter capiebat. Vnde reliqua colligi possunt. Certè non amphoras vulgares fuisse has hydrias, sed vasa aperta & ampla, patet ex eo quòd Dominus non iubet effundi liquorem, sed
B hauriri. *Haurite*, inquit, &c.

DICIT EIS IESVS, IMPLETE HYDRIAS AQVA: ET IMPLEVERVNT EAS VSQVE AD SVMMVM.] Consultò Dominus miraculũ distulit, quò magis omnibus innotesceret vini defectus, ac sic non ostentationi, sed necessitati datum videretur. Igitur cùm iam tempus esset vt matris petitioni condescendens, amicorum inopiæ subueniret, seque in gloriã patris sui manifestaret, mandat ministris vt sex illas hydrias implerent aqua. Non mandat vt vasa vinaria impleant, sed aquales illas pro purificatione Iudæorum sitas, quas omnes didicerant præter aquas nihil continuisse, vt miraculum esset apertius, & ab omni calumnia liberius. Cumque solo
C verbo & vinum creare potuisset ex nihilo, & hydrias replete aqua quam in vinum conuerteret, ministris iussit replere hydrias aqua, vt euidentius esset miraculum, ipsósq; mensæ ministros faceret etiam ministros ac testes miraculi. Sicut enim ita omnia sua miracula gessit Dominus, vt nõ ad laudem humanam affectata, sed subleuandis hominum malis impensa viderentur: sic & rerum ordinem ita temperauit, vt maiore certioríque fide geri non possent, quò per ea videntium fides magis excitaretur & cresceret. Itaque & hac de causa iubet ministros haurire, & ferre architriclino, hoc est, conuiuij præfecto, vt & per hunc miraculi fides & magnitudo plutibus certius innotesceret. Hic enim partim quia sobrius erat, (nam cui cura mandata est curandi conuiuium, is cæteris bibentibus abstemius esse consueuit) partim quia saporum peritus, maiore fide pronunciare poterat de vino, quàm cæteri conuiuę, quorum palata iam multo vino videri poterant obsorduisse. Ministri ergo testes fuerunt aquam in vinum cõuersam, Architriclinus autem testis fuit vinum illud optimum fuisse, qui cùm suspicaretur errore ministrorum, aut dispositione sponsi factũ vt vinum illud optimum vltimo loco apponeretur, spõsum vocat, disputans cum eo de vino tam bono, Deo ita ordinante propter miraculi maiorem fidem & claritatem astruendam. Portò subintelligendum quod ex sua narratione Euangelista reliquit nostræ intelligentiæ, postea re ex famulis inquisita,
E & reperto vino eiusdẽ generositatis in hydriis, miraculi veritatem & architriclino, & spõso, & per hos omnibus innotuisse. Sicut autem ad insinuãdã vini Christi liberalitate exhibiti quantitatẽ, Euangelista expressit hydriarum & numerũ & capacitatem: ita ad significandum eiusdem vini excellẽtiam & bonitatem, narrat tam accuratè verba architriclini, quibus eius bonitas comprobatur, vt sic declaret Christum & copiosum & optimum vinum exhibuisse.

Hoc

HOC FECIT INITIVM SIGNORVM IESVS IN CANA GALILEAE, ET MANIFESTAVIT.] Hinc patet falsum esse librum de infantia saluatoris, qui & reprobatur in decreto Gelasij Papę, tanquam ab hæreticis confictus. Atq; hac de causa videri potest ex proposito illud Ioannes addidisse, vt reiicienda demõstraret miracula quæ de Iesu iactabantur antea facta. Non enim intelligendum est Ioannem noluisse significare istud miraculum non fecisse simpliciter primum, sed primum inter ea quæ fecit in Cana Galilææ. Nã nulla videri potest ratione, quare potius diceret Euangelista primum miraculum quod in Cana factum est, quàm primum miraculũ quod
B in Capharnaum aut in Hierusalem factum est. Deinde cùm additur; *& manifestauit gloriam suam*; hoc est, gloriam & claritatem potentiæ suæ diuinæ, apertè satis significatur priùs tali ratione non manifestasse gloriam suam. Et bene quidem dicitur manifestasse gloriam suam. Aperte enim ostendit se eum esse, qui quotannis in vite aquam in vinum conuertit, ac creaturarum omnium dominum. Quod autem dicitur, *& crediderunt in eum discipuli eius*; intelligendum quòd fidẽ ampliorem & firmioremacceperint. Quia & priùs quidem crediderant, sed non tam firmiter. Porrò
C præterquam quòd hoc miraculo & matrem honorauit & nuptias, amicorumque honori & inopiæ prouidit, etiam mysticam habet rationem & intelligentiam omnis hæc Christi actio & historia, cuius mysterij ratione omnino conueniebat hoc miraculum aquę conuersæ in vinum in nuptiis, fuisse primum omnium quæ fecit miraculorum. Hoc enim miraculo Christus veluti typo quodam nobis adumbrauit id quod aggrediebatur. Iam enim tempus erat vt pro insipida ac di-
Sensus allegoricus luta legis Mosaicæ litera, biberemus generosum illud vinum Euangelicę doctrinæ, Christo videlicet id quod erat inutile nobis & inefficax vertente in melius. Secundùm cuius mysterij hic significati exigentiam licebit & totam hanc historiam
D mysticè interpretari. Spirituales itaque quædam sunt nuptiæ, quibus scilicet humana nãtura diuinæ reconciliata est & coniuncta, & ad hoc coniuncta, vt deinceps spirituales Deo filios pareret.
Oseæ 6 Hæ autem nuptiæ tertia die sunt factæ. Prima em̃ dies, fuit tempus ante legem: secunda, tempus sub lege: tertia verò, tempus Euangelicæ doctrinæ. De quibus tribus diebus illud Oseæ nõ incommodè potest intelligi. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Non autem in Iudæa aut in Ierusalem, sed in Cana Galilææ gentium factæ sunt hæ nuptiæ, quia ad gentes magis hæ pertinent nuptiæ, ad quas maior Iudæorum pars vocata venire recusauit & contempsit. Astipulantur & ipsę vocabulorũ localium significationes. Ca-
na enim Galileę sonat possessionem transmigrationis. In eo ergo populo hæ nuptiæ celebrantur, qui pretio sanguinis Christi emptus trãsmigrat à litera legis ad spiritũ Euangelicum, atque à mundo ad cœlum. Interest nis nuptiis castitas virginalis, adest & discipulorum Christi simplicitas, venit & ipse Iesus è cœlo tanquã ex vera Iudæa descendens. Inuitatus certè multorum retro sanctorum vocibus. Ipso autem veniente ad nos, iam deficere cœpit in vtribus omnium vinũ. Nam & insita hominibus naturalis ratio variis erroribus prope modum extincta erat & cœlestis gratia, qua etiam olim mentes fidelium irrigabantur & potabantur, hominum negligentia defecit in eis, abundante in omnibus iniquitate. Mater Iesu Synagoga, cuius authoritas per Christum diminuitur, admonet quidẽ de vino, sed idem ipsa præstrare nequit. Itaque cùm iam de vini ac gratiæ diuinæ defectu constaret, Christus non ferãs humanã naturam bonorum carentia deprimi, melius nobis quàm prius erat, vinum protulit, frigidas legis cæremonias in efficacissima, atq; salubertima sacramenta, ac insipidam & quæ recreare nõ potuit legem, in Euangelicam doctrinam commutans, quę mentẽ hominis & lætificat, & inebriat. Miratur autem tam bonum vinũ architriclinus, quia pontificum quisque, quibus cura harum nuptiarum committitur; huius mysterij ratione stupescit, cui primum vinum afferri Christus imperauit, quod per eum conuiuis omnibus sit dispẽsandum. Cæ- *Sẽsus moralis.*
terùm orandum & nobis, vt hæc in nobis, etiam impleantur nunc, nempe vt fiant nuptiæ, hoc est, coniunctio Dei cum anima nostra, quamdiu sumus in Cana Galileæ, hoc est, in possessione istius mundi, vnde nobis trãsmigrandum est. Verùm hę nuptiæ fieri nõ possunt sine præsentia matris Domini, discipulorumq; eius, & ipsius Christi. Castitas enim mentis adsit necesse est, atque simplicitas, & fides in Christum, qui per fidem habitãs in cordibus nostris, cùm agnouerimus vinum nobis deficere, conuertet aquam, quæ est in sex hydriis nostris, hoc est, dissolutionem ac molliciem omnium virium animæ nostræ, in vinum sapidũ, omnes nostras vires lætificans cœlesti sua gratia, vt qui prius verbo & facto nihil præteraquam frigidam proferebamus, iam redoleamus fragran- *Sẽsus anagogicus.*
tissimum diuinæ sapientiæ & gratiæ vinum, quo & alios recreemus & inebriemus: atque incalescere faciamus. Orandum quoque: vt ad eas nuptias agni, de quibus Apocal. 19. perueniamus, à quibus stultæ virgines excluduntur: in quo simul cum Christo & Apostolis eius pro contemptis huius mundi bonis (quę velut aqua frigida satiare non possunt) bibamus vinum illud nouum: de quo Christus in vltima cœna: vinum, inquam vindemiæ defecatæ. De quo Isaiæ 25.

IN PASCHATE EIICIT DOMINVS VENDENTES & ementes in templo: mortem & resurrectionem suam Iudæis insinuans.

IOAN. 2. CAP. XIX.

POST hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat pascha Iudæorũ, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo vendentes oues & boues, & columbas, & nũmularios sedẽtes. Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, oẽs eiecit de tẽplo, oues quoque & boues, & nũmulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domũ negotiationis. Recordati sunt verò discipuli eius quia scriptũ est: Zelus domus tuæ comedit me. Responderunt ergo Iudæi, & dixerũt ei: Quod signũ Psal. 78.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autē dicebat de templo corporis sui. Cùm ergo resurrexisset à mortuis recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni quē dixit Iesus. Cùm autē esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei nō erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

POST HÆC DESCENDIT CAPHARNAVM, IPSE ET MATER EIVS, ET FRATRES EIVS, ET DISCIPVLI EIVS.] Hunc descensum in Capharnaum non esse eundem cum eo de quo Matt. 4. sicut nec exitū in Galilæam cum eo de quo ibi Matthæus, patet, quòd ibi dicatur secessisse in Galilæam, & relicta Nazareth, venisse & habitasse Capharnaum, postquam iam Ioānes traditus esset in carcerem; cùm id quod hic narratur manifestè factum sit ante incarcerationem. Porrò quare in Caphatnaum simul cum matre & fratribus descēderit, Ioannes non explicat. Verisimile tamen ipsum, quoniam iam Euangelicum erat negotium incepturus, noluisse deinceps habitare in Nazareth, in qua hactenus enutritus erat, quòd, vt postea dicit, sciret B se ibi non futurum in honore. Itaque hanc relinquens, aliò matrem simul & cognatos transtulit, secedens potissimum in Capharnaum celeberrimum totius Galilææ oppidum. Erat enim memoratissimum emporiū situm iuxta Genesareth. Hic itaque propter loci celebritatem, ac corruptissimos mores, qui in celebrioribus ferè locis & maximè emporiis multùm obtinēt, habitare, & doctrinam suam auspicari voluit, vt sic doctrina eius latius spargeretur, & ibi potissimum Dei virtus declararetur ad saluandum, vbi præcipuè viguisset vis Satanæ ad perdendum. Ne autem putaretur Christus tunc primùm cum matre relicta Nazareth, descendisse Capharnaum cùm Ioānes traditus esset, quemadmodum ex aliis Euangelistis videri posset, ideo necessarium putabat Ioannes istud narrare. Quanquam nōdum hoc primo descensu miracula fecerit in hac ciuitate, neque palam adhuc in synagogis prædicauerit, neq; tam fixam sibi matriq; habitationem delegerit, quam ab incarceratione Ioannis. Ideoq; non multis ibi diebus māsisse eos dicit, nulla prædicationis facta

Quā dicē di sint fratres Iesu.

mētione, quāuis verisimile sit eum priuatim multos docuisse, ac plures sibi adiunxisse discipulos. Fratres autē Iesu, de quibus hic & alibi frequenter fit mentio, primùm certum est nō posse intelligi veros & naturales fratres ex Maria scilicet & Ioseph post Christū progenitos, vt ipius asserunt D Heluidius. Nec rursum probabilis est eorum sentētia, qui putant hos dictos fratres Domini fuisse filios Ioseph ex alia aliqua priore vxore. Nam ex c. Marci 6. patet q fuerint fratres Domini, vbi sic dicitur: Nonne hic est faber filius Mariæ frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? Hi ergo quatuor dicuntur fratres Domini: verùm hi neq; filij fuerunt matris Domini, neque ipsius Ioseph sed Alphæi cuiusdam ex altera Maria. Nam Iacob⁹ ille qui inter quatuor illos numeratur, Matth. 10. & Marc. 3. dicitur Iacob⁹ Alphęi. Et mater harum dicitur Maria Iacobi minoris & Ioseph mater. Matth. 27. & Marc. 15. Quæ eadem Maria dicitur apud Ioannem cap. 16. Maria Cleophæ, filia scilicet, soror Mariæ matris Domini. Itaque manifestum est fratres Domini dici cognatos eius, quomodo in Genesi Abraham se vocat fratrē ipsius Lot, qui fatris erat filius.

ET PROPE ERAT PASCHA IVDAEORVM ET ASCENDIT IESVS HIEROSOLYMAM, &c.] Ostendit per quid factum sit vt nō multis dieb. manerent in Capharnaum, videlicet quòd ob solennitatem paschalem ascendum esset in Hierusalem. Bene autem dicit *pascha Iudæorum*; propter distinctionem à paschate Christianorū, quòd tum passim à Christianis quotānis celebrabatur, cùm Euangelium istud Ioannes scriberet in Asia. Porrò eiectio ista facta circa pascha, non est eadem cum ea cuius meminerunt Matth. c. 21. Marc. c. 11. & Luc. 19. Nā illa in fine prædicationis circa mortem, hæc verò in primo prædicationis Christi anno facta est. Necessatiò autem istud factum à Ioāne narratum est, nō solùm quia ab aliis omissum, sed magis quia sine ista narratione nō satis intelligi potuit quòd alii Euangelistæ dicūt, quosdam testificatos de Christo coram Caypha, dixisse illum aliquando: Possum destruere templum Dei, & in tribus diebus reædificare illud. Et rursum quosdam exprobrasse Christo in cruce pendenti: Vah qui destruis templum Dei. &c. Id enim quando videri potuit dictum à Christo fuisse, hic enarrat Ioānes, cùm alij omnes prætermiserint. Cùm autem dicitur tum hoc loco, tum apud alios Euangelistas, inuenisse Christum in templo vendentes oues, &c. nomine templi videntur etiam debere intelligi ipsa atria, C in quibus sacrificia offerebantur, & orationi vacabatur, ac porticum ipsam templi, in qua etiam orabat populus & docebatur. Nō enim verisimile est in eo quod propriè templū dicebatur, oues & boues venditos, cùm ibi non offerrentur. Porrò hunc mercatū in tēplo Iudæi instituerunt prætextu aliquo ex lege desumpto. Nā Deut. 14. legimus mandatū, vt qui longius à templo habitarent, sua dona domi venderent, alia empturi ea pecunia in loco Domini. His ergo inseruire volebant videri illi quos Dominus eiecit: quò cōmodius exteri inuenirent quod offerrent, cùm re vera prophano quęstui studerēt. Putat autē Beda sacerdotes cum venditoribus pepigisse, vt animalia accepta ab his qui obtulerant, rursum ipsi vēditores à sacerdotibus emerent, sed minoris, vt iterū cum lucro aliis hospitibus vēdere possent. Ita & quidam. Verùm istud ex litera haberi non potest: nec multū est verisimile: cum oblata animalia mactari mox debuerint, nec Christus aliud culpauerit: quàm quòd in loco sacris actib. deputato prophanos actus exercerent, turpi lucro intēti: hoc est ei lucro quod in loco illicito quærebatur. Quò autē paratior esset negotiatio, id quod in prophano mercatu fieri consueuit, aderāt & nūmularii: qui minutiore moneta mutarēt magnam: aut autū argēto, aut peregrinam pecuniā eius loci moneta verterent, quales & hodie dicuntur esse Romæ in gradibus D. Petri

Mat 29.

Mat. 27

Petri. Hi verò dicuntur hic à Ioāne significātius A terna super caput eorū: quod expressius dicitur: Multi enim, ait, venient ab oriente & occidente, *Matt. 8.* & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Iudæos verò incredulos à sanctorum cōuersatione retruder, ac supplicijs, peccatorum suorū catenis deuinctos tradet, nullo modo iniquè factis sacrificiis suis placatus. Auferte namque, inquit, ista hinc. Hæc Isaias mihi prædixisse videtur. Holocausta arietum, & adipē pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui, &c. Hæc ille. Secundò, hoc facto etiam saluator præmpuit Iudæis iustæ accusationis occasionem. Nā quia sabbatho curaturus erat, multaq; similia facturus quæ Iudæis legis transgressio videbantur, ne hæc tanquam Deo contrarius facere videretur, hinc primùm aufert huiusmodi suspicionem. Nam qui tantum zelum erga domum Dei demōstrauit, tantaq; vehementia ac indignatione propter hanc vlus est, vt nulli omnino parceret, sed seipsum in periculum conijceret, & tum cauponēs illos, tum Iudæos id ipsis permittentes in se exacuit: omnia sustinere paratus pro honore templi, nequaquam posset templi Domino esse contrarius. Sic ferè Theophylactus post Chrysostomum. Porrò cùm dicit: *Nolite facere domum patris mei domum negotiationis*, vel, vt habent Græca, ἐμπορίου, & significat se naturalem Dei, cuius erat templum, esse filium. (nō enim dicit, patris nostri sed *mei*) & rationem quoque sui facti indicat, videlicet quòd filij sit pro patris sui gloria & honore zelare. Et quidem nunc tantùm dixit eos facere domū Dei, domū mercatus. Circa autē mortē suā dicit eos fecisse speluncam latronum. Initiū enim prædicationis & signorū adhuc erat, atque ob id iam mitius cum eis agit. Nam & tunc etiam vendentes & emētes eiecisse dicitur, & cathedras vēdentium columbas euertisse, iam verò nihil horū fecisse dicitur.

RECORDATI SVNT VERO DISCIPVLI EIVS, QVIA SCRIPTVM EST, ZELVS DOMVS TVAE COMEDIT ME.] Incertum an discipuli huius scripturæ meminerint eo tempore quo hæc gerebantur, an post resurrectionem, quando Christo scripturarum eis aperiente sensum scripturas intellexerunt. Verisimilius tamen eo tempore hanc scripturam eis in mentem venisse, quo hæc agebantur. Alioquin & hic addidisset: Cùm resurrexisset Christus à mortuis, quemadmodū postea adiecit. Videtur enim voluisse hic significare Euangelista, quòd cæteris admitātibus rationem facti, imò offensis ipso facto discipulis in mentem venit ea scriptura, qua facti rationem intellexerunt. Neq; enim adeò rudes erāt discipuli: vt scripturarū planè essent inexperti, quas singulis sabbathis in synagogis legi audierant, quanquam illo tempore nōdum intellexerant hanc scripturam: & totum Psalmum vnde desumpta est, pertinuisse ad Christū. Est autem sensus authoritatis iste: Ardentissimum studium gloriæ domus tuæ: tanquā ignis quidā intra præcordia cōclusus vsit: torsit & consumpsit animū meum, ferentem molestissimè neglectū & inhonorationē domus tuæ. Estq; similis huius orationis sensus ei quod dicit Psal. 118. Dauid: Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legē tuam. Et rursus: Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Rupertus verò verbū, *comedit*, sic interpretatur: Zelus domus *Psal. 68.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuæ totũ me corripuit, vt velut oblitus humanæ A
infirmitatis quam susceperam, solam diuinitatem
ostenderim. Quod enim comeditur, totum trans-
formatur, & in nihilum redigitur.

RESPONDERVNT ERGO IVDÆI, ET DIXERVNT EI: QVOD SIGNVM MOSTENDIS NOBIS QVIA HÆC FACIS? Videntes Iudęi Christũ & zelũ magnũ & authoritatem summã præ se ferentẽ, zelum quidẽ eius improbare non potuerunt, nec negare, nõ decere domũ Dei fieri domum negotiationis, sed signum authoritatis exhiberi postulãt. quasi dicat: Id qđ
B agis declarat te vendicare tibi magnam aliquã authoritatẽ, cùm ita sæuis, & imperiũ exerces in eos qui videntur iuuare negotiũ religionis, quorũ factum æquo hactenus animo pertulerunt sacerdotes & pharisæi. Quòd si autẽ hæc facis tua authoritate, temeritas est: si diuina, profer signũ aliquod vt credamus tibi. Itaq; signũ petunt, tũ quòd moris sit Iudæis signa petere, vt dicitur 1. Corin. 1. tũ quod Moses populũ ex Aegypto eductus signũ suę authoritatis exhibuerit, vt patet Exod. 4. Existimant autẽ Chrysostom⁹ & Cyrillus hos interrogatores maligno animo signũ postulasse, videlicet vt si miraculũ exhibere nõ posset, cessare cogerẽ ab his quæ faciebat, ipsiq; suis moribus, vti, ac solitum quæstũ facere possent. Et quidem stupendũ planè, & authoritatis diuinæ satis declaratiuũ signum erat, quòd tã humilis in oculis eorũ, tan
C quam adhuc incognitus, tantã exerceret potestatem: vt nemo ei quãlibet comtempto auderet aut posset obsistere ne ipsa quidẽ omnium vendentiũ multitudo, verùm id miseri nõ viderunt, nec aduertere voluerunt. Nondũ autẽ eos malè habebat quòd Deũ patrem suũ vocabat, siue quòd existimarent eũ sic Deũ vocare patrẽ suum, quomodo omnium Israelitarũ erat pater, omniũq; factorũ, siue quòd ad id nõ aduerterent sola facti nouitate cõmoti, quod ideo magis eos perculuit, quod & vtilitati eorũ & authoritati sacerdotũ & scribarũ derogaret. Porrò quod Iudæi dicuntur respondisse, cùm nullus præcedat sermo ad quem responsio referatur, quidã intelligunt Iudæos respõdisse nõ D
tam verbis quàm facto Christi. Verùm notãdum, Euangelistas responsionẽ vocare, quemlibet ab aliis factum sermonẽ, etiam si nullus ab illis præcedat, ad quem referatur. Sic Luc. 14. cùm Dominus viso hydropico legisperitos & pharisęos rogaret: Nũ liceret sabbatho curare; Euãgelista premisit: Et respõdens Iesus dixit, &c. Sic & in præsenti scribit Ioannes Iudæos respõdisse, cùm nihil adhuc verborũ ad eos feciſſet Dominus: Vnde videntur Euangelistæ verbo respõdendi abusi pro Hebręo Anah, quod fere respõdere significat, accipitur tamen plerumque simpliciter pro loqui, fermonémque ordiri ad aliquem. Sic Isaiæ 14. Vniuersi respondebunt tibi, & dicent; pro quo etiam Græci verterunt verbũ ἀποκρινᾶσθαι, dicentes, πάντες E
ἀποκρίσονται, cùm sensus sit: omnes incipiẽt loqui & dicent. Istud obseruatum liberabit à frustrancis quęstionib. quibus torquentur quidam, dum apud Euangelistas verbum, respondere, reperitur, cùm nihil tamẽ præcedat cui responsio reddatur. Phrasis eñ Hebręa est. respõderunt & dixerunt, pro eo quod est, dixerunt, sicut & illa locutio; Dixit dicens, vel locutus est dicens. Hebraismus est.

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EIS: SOLVITE TEMPLVM HOC, ET IN TRIBVS DIEBVS, &c.] Iesus sciens maligno animo eos signum postulare, & calũniaturos etiam si signum ædidisset: deinde nolens vnquam ad solam ostentationem miraculum operari, sed tãtum ad sublenandũ aliorum necessitatẽ, vt quod esset diuinæ virtutis argumẽtum, idem esset & humanæ necessitatis beneficium, signum quidẽ nullũ tunc ostendit, sed promisit sub ænigmate: quòd si tum fuisset palã elocutus, non credidissent, quãdo nec tunc crediderũt cùm fuit exhibitum. Hoc autem signum quod promisit, signum erat mortis & resurrectionis, signum scilicet Ionæ, quod solum etiam postea petentibus signum, dandũ respondit. dicẽs: Generatio mala & adultera signũ quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę Prophetę, &c. Sed tunc quidem apertius, nunc autem obscurius idẽ respondit; sermonis occasionẽ à templo in quo versabatur, & de quo erat quæstio, accipiens. Soluite, inquit, templũ hoc; corpus suum intelligens, quãuis sciret illos itellecturos de templo illo in quo erat. Indigni enim erãt quibus veritas apertius annunciaretur, cùm non tam vt discerent, quàm vt calumniarẽtur. signum postulassent. Porrò bene hoc signũ ostẽdit qua autoritate è templo ejecerat omnes. Hoc enim signũ diuinã eius virtutẽ manifestè arguit. Nã seipsum à morte excitare, diuinæ solùm est vittutis: ac Deũ plane esse cõuincit. Pulchrè autem Christi responsio
C intelligi potest respondere facto illi, cuius occasione quęstio Iudęorũ nata erat: in hunc modum vt indicauit Beda: Mitamini qua autoritate tẽplũ Dei inanimatum: vestris commerciis cõtaminatis excipio, & suæ sãctitati restaurare studeo: ego autem dico vobis, eadẽ id me facere potestate, quasi solueritis templũ hoc (corporis scilicet mei: quod verius est Dei templum) & cuius templum materiale, tantùm est figura: ego in tribus diebus illud rursum excitabo. Quod itaque dicit, *soluite*: non adhortantis est ad cædem: sed partim prædicentis, partim permittentis. quomodo & Iudę dictũ est: Quod facis, fac citius: Templum vocat corpus suum: propter habitãtem in ipso diuinitatẽ, non solùm per gratiam: sed etiam per vnionem personalem. In ipso eñ, inquit Paulus, inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: Coloſ. 2. Quoniam autem de templo corporis sui loquebatur sub metaphora templi materialis, vtitur verbis vtrique cõmunibus: *soluite*, &, *excitabo*. Soluitur eñ templum, cùm dissoluuntur lapidum lignorumq; coniunctiones: soluitur & corpus, cùm ab anima separatur. Sic & excitare dicimus ædificium hoc est. extruere: & excitare dormientẽ vel mortuum. Vtramque significationem etiam habet dictio Græca hic posita, ἐγερῶ.

DIXERVNT ERGO IVDÆI: QVADRAGINTA ET SEX ANNIS ÆDIFICATVM EST templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Iudæi nihil præter suum carnale templum, de quo summè gloriabãtur, cogitãtes, absurdã simul & præsumptuosam indicabant Christi responsionẽ. *Quadraginta*, inquiunt, *& sex annis*: &c. Primũ eñ templum à Salomone cõstructum, cõsummatum fuit intra 7. annos: secundum verò sub Zerobabel 46. annis: nõ quòd tot ãnis cõtinuè Iudęi hoc templum ædificauerint, sed puta à tẽpore quo cœperunt, vsq; ad templi consummationẽ. tot anni fluxerunt. Nã intermedio tempore aliquandiu ab incepta ædificatione cessatum est propter impedimenta gentium vicinarum, & regis

regis prohibitionem, & tamẽ 1. Esd. 5. dicitur, Sasabasar venit, & posuit fundamẽta templi Dei in Hierusalem, & ex eo tempore vsq; nunc ædificatur, & necdum completum est. Cœpta est autem templi ædificatio, anno primo Cyri, cõsummata verò sexto anno Darij Longimani, vt dicitur 1. Esd. 6. Porrò à primo anno Cyri vsq; ad sextum annum huius Darij, anni sunt 46. & paulò ãplius. Nam Cyrus 20. annis imperauit, & paulò ãplius. post hunc Assuerus etiã 20. annis. Ac deinde Darius Lõgimanus, cuius sexto anno templum fuit consummatum. Ad hanc autem Iudæorum obiectionem nihil respondit Dominus Iesus, sciens se nihil profecturum, si sermonis inuolucrum explicuisset, quãdo nec postea tot editis signis & præ- B
dicationibns discipuli instructi potuerunt ferre meutionem mortis, nec credere mysterium resurrectionis. Hęsit tamẽ hoc dictũ veluti semẽ quod dam in animis auditorum, sed in aliis alium fructum protulit. Siquidem Iudæi memores, hunc sermonẽ veluti capitale crimẽ obiecerũt illi apud sacerdotes impios. Discipuli quod assequi nõ poterant, tamẽ recõdentes in pectore quid sibi vellet admirabãtur, donec per resurrectionẽ re ipsa, quæ profitebatur, præstita, ac scripturis explanatis per Christum spiritus sanctus doceret eos Christum per templũ corp⁹ suũ significasse. Qua in re notandum, quomodo omnia certius rẽpori C
bus Dominus dispenset, qui post resurrectionem primùm discipulos pfectiore spiritu donatos intelligere fecit & scripturas, & sermonem Christi. Quòd autem dicuntur discipuli tunc credidisse scripturæ & sermoni Christi, nõ sic intelligẽdum quasi priùs non credidissent scripturam & sermonem fuisse verum, sed quòd tum demum scripturas, quæ sunt de Christi resurrectione, & sermonẽ istum intellexerint, & in Domino verè agnouerint esse cõpleta. Vnde sensus est; crediderunt scripturæ iam intellectæ, & in Christo completæ.

CVM AVTEM ESSENT HIEROSOLYMIS IN PASCHA IN DIE FESTO MVLTI CREDIDERVNT, &c.] Quod dicit, *in Paſcha in die festo*, idẽ est quod in die festo Paschę: D
vocatq; Pascha ac diẽ festum, totam illam solennitatem quæ tẽpore septem dierum celebrabatur. Sic enim & postea frequenter accipit Ioãnes diem festum, vt cùm c. 6. dicit: Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum. Et c. 7. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, scenopegia. Quod verò dicit: *crediderunt in nomine eius*: vel vt habẽt Græca, *in nomen eius*, phrasis est Hebraica, idem significans quod crediderunt in eum, vel in in eo. Nam & hæc eadem sunt, credere in Iesum, & credere in Iesu. Quemadmodum enim apud Euangelistas verbũ, credere, cõstruitur cum præpositione ἐπί, hoc est, in, sequitur accusatiuus, E
quem Latinus interpres nũc per accusatiuũ, nũc per ablatiuum reddidit. Vnde paret nullam faciẽdam differentiam inter credere in Deum, & credere in Deo. Quod autem hæc tria, credere in nomine, vel nomen Christi, credere in Christum, & credere in Christo, idem significẽt, apertissimum est ex capite Ioannis sequenti, vbi indifferenter hæc tria pro eodẽ ponuntur, dum sic dicitur: Exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit
Ioan 3. in ipso non pereat, sed habeat vitam æternam. Ac mox sequitur: Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non

A credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Porrò inter credere Deo, & credere in Deo vel Deum (quæ locutio scripturis propria est) multam vult Augustinus esse differentiam. Credere enim Deo, esse fidem habere verbis eius, & quod & dæmonibus conuenit. Credere verò in eum, esse credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Sic enim habet Augustinus tum alibi, tum hom. 29. super Ioannẽ. Verùm nõ perpetuò cũ in scripturis dicuntur quidã credere in Christum, significatur fides per dilectionem operans. Nam. Ioan. 12. dicitur: Multi ex principibus crediderunt in eũ. sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga nõ eiicerentur. Dilexerunt enim gloriã hominum magis quàm gloriam Dei. Deinde etiam Euangelistæ indifferenter pro eodem ponunt, credere Christo vel Deo, & credere in Christum vel in Deum. Nã Ioã. 6. cùm dixisset Christus: Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille: subiungitur, Dixerũt ergo ei: Quod ergo tu facis signũ vt videamus & credamus tibi? Idem est ergo credere in Christum, & credere Christo. Et cap. 5. Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi: ꝓ eo quod est, crederetis in me. Et rursum eodem cap. Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me habet vitam æternã: vbi credere ei qui misit. nõ est aliud quàm quod alibi dicitur, credere ĩ eum qui misit. Sic & 1. Ioan. 5. cùm sic dicitur, Qui credit in filiũ Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de filio suo: patet idem esse credere in filium & credere filio. Patet & illud quod non solum dicimur credere in Deum, sed etiã ĩ testimonium, quod nihil aliud est quàm credere testimonium Dei. Vnde videtur esse manifestum, hanc loquendi formam, credere in aliquem, quæ Latinis, Græcisq; scriptorib. est inusitata. phrasim esse Hebræã. Nã pro eo quod Latini Græciq; cum dativo dicunt, credere alicui, Hebræi semp dicunt, vt alia multa similiter, cum præpositione, in, credere in aliquo. Sic eñ 2. Paral. 20. vbi legimus: Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite Prophetis eius & cuncta eueniẽt prospera; vtrobique verbum, credite, cõstruitur cum præpositione, in, credite ĩ prophetis eius, sicut prius credite in Domino. Vnde & septuaginta verterunt: ἐμπιστεύσατε ἐν τοῖς προφήταις. Qua phrasi etiam dicitur in psal. 77. In omnib. his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilib. eius. Sic Exod. 14. vbi nos habemus, Crediderũt Domino: & Moysi seruo eius: Hebræa habẽt: Crediderunt in Domino, & in Moyse seruo eius. Scien dum tamen quòd aliter intelligendum sit, dum dicimur credere Christo & in Christo, & cùm dicimur credere Moysi & in Moyse. Moysi enim aut in Moyse, similiter Petro aut paulo credimus, tanquam vera prædicantibus de Deo & Christo. Christo autem & in Christo credere dicimur, quia scilicet credimus eum esse illum quem seipsum prædicauit, & ab alijs prædicatus est, Dei scilicet filium promissum & expectatum hominib. mundi saluatorem: qualẽ fidem consequitur fere fiducia in Christum, eiusdemq; super omnia dilectio. Quæ duo quoniam consequuntur fidẽ nostrã quatenus Deum & Christum respicit, atque secundùm nostrum loquẽdi morem videntur includi in præpositione, in, ob id apud nos ex sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tēta Augustini & aliorum patrum obtinuit, vt credere in aliquem, solum tribuamus Deo patri, filio, & spiritui sancto. Quòd em secundùm scripturas nihil aliud sit, credere ī Christum, quàm quod dictum est, patet ex eo quod Actuum 8. cùm Philippus Eunucho baptismum postulāti dixisset: Si credis ex toto corde (videlicet in Deum & in Iesum Christum) licet, respondens Eunuchus ait: Credo filium Dei esse Iesum Christū. Hoc ergo erat credere in filium Dei & in Iesum Christum. Porro p quid hi, de quibus hic loquitur Ioannes, ad fidem adducti sint, ostendit cùm subdit: *videntes signa quæ fecit*, hoc est, quia videbat signa. Significat ergo miraculis magis commotos quàm verbis. Nam Iudæi non tam commouentur ratione quàm visis prodigiis.

IPSE AVTEM IESVS NON CREDEBAT SEMETIPSVM EIS, EO QVOD IPSE &c.] Quid est quod Dominus non credidit seipsum his qui crediderunt ipsum; & quid est hoc; *non credidit semetipsum eis*? Non enim dici potest, vt quidam volunt, istos de quibus loquitur Euangelista, non veram, sed fucatam habuisse fidem, quia sic non dixisset, *multi crediderunt in nomine eius*. Fictè enim credere, non est credere. Proinde Augustinus, Cyrillus, & Chrysostomus intelligunt hos habuisse adhuc fidem imperfectam, & non satis stabilem, atq; ob id Christum non credidisse se eis, hoc est, vt ipsi exponunt, non credidisse eis altiora mysteria suæ doctrinæ, vtpote ad huc rudibus & inidoneis. Atq; hoc exēplo Christum docuisse eos quibus mysteria saluatoris cōredita sunt, non statim omnia mysteria doctrinæ sublimis rudium animis cōmittere, necantequam firmiores catechumeni sint, Christum eis, priusquam oporteat; in baptismo ac mensa diuina cōmēdare. Secundùm quem sensum quod sequitur, *eo quòd ipse nosset omnes*; intelligendum consequenter est, eo quòd ipse nosset omnes an idonei essēt, an non, & capaces suorum mysteriorum. Euthymius autem sic locum hunc intelligit: Iesus non confidebat in eis tanquam legitimis & constantibus discipulis, nec se eis cōcredidit, eo quòd ipse nosset omnes homines an cōstantes essent, an inconstantes. Caietanus verò rectius, vt apparet, intelligit pronomen, *eis*, non demonstrare eos qui crediderunt in nomine eius, sed in genere illos, qui in solennitate Paschali Hierosolymis erant. Dixerat enim; cùm esset Hierosolymis, & multos quæ fisse ab eo signū suæ authoritatis, & multos credidisse in nomine eius: nunc verò in genere dicit Christum non credidisse se eis, hoc est, non ita propter credentium multitudinem, de bono animo Iudæorum erga se fuisse securum, vt se tutò illis committeret, & de vira propria in eis bene cō fideret. Significat ergo Christum ipsis Iudæis in Hierusalem non exhibuisse diu sui præsentiam, sed sese mox ab illis subduxisse, non quidem timorem Christi his verbis notare volens, sed excludere potius falsam in eis confidentiam. Quoniam enim nondum erat tempus mortis, nec sine periculo apud illos Iudæos Christus se sciret agere posse, humana scilicet via, non credidit se eis, sed se illis subduxit. Hoc autem periculum quomodo Christus intellexerit, cùm nulli adhuc odiū suum contra ipsum declarassent, imò multi bonum suum erga ipsum animum ostendissent, explicat Ioānes cùm subdit; *eo quod ipse nosset omnes*; rationem non credendi seipsum assignans, non timorem, sed notitiam omnium. Apertius autem explicans quomodo omnes nouerit, subiicit; *& quia opus ei non erat ad cognoscendum hominem, vt quis testimonium perhiberet de homine quouis*. Ipse enim nouit intimos quosque recessus humanæ mentis, ac proinde nouit quid de se plerique cogitarent, quomodo scilicet iam multi pharisæorum & sacerdotum inuidiam quandam & maleuolentiam in corde contra ipsum conceperant, etsi eam nōdum prodidissent. Huc enim tendunt hæc Euangelistæ verba, vt significaret ex hoc tēpore quosdam contra Christum concepisse odiū quoddam, cùm viderent eum scilicet suis moribus contrarium, & dignitati suæ ac quæstui officere quæ ille faciebat. Apertè autē hic Ioānes significat Christi veram & humanitatem, & diuinitatem. Humanitatem quidem, cùm dicit; *non credebat se eis*. Nisi enim in eo fuisset vera humanitas, quam illi lædere potuissent & occidere, non opus fuisset se illis subducere. Diuinitatem verò cum cordium cognitionem soli Deo propriam ei competere asserit. Iam ex eo quod dicit, *non credebat se eis*, intelligendum significari ipsum relicta Hierusalem & Iudæa: rursum rediisse in Galilæam. Nusquam em alibi id dicit Ioannes, cùm tamen postea dicat: post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram; quæ narratio præsupponit prius dictum esse, Christum reliquisse Iudæam post aduentum in Hierusalem paschæ tempore.

NICODEMVS DOCETVR MYSTERIA FIDEI.

IOAN. 3. CAPVT XX.

ERAT autem homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorū. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respōdit Iesus, & dixit ei: Amē amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuò, nō potest videre regnū Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cùm sit senex? nunquid potest in ventrē matris suæ iterato introire & renasci? Respondit Iesus: Amē amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sāctō, nō potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natū est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuò. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat, sic est ōnis qui natus est ex spiritu. Respōdit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possūt hæc fieri? Respōdit Iesus, & dixit ei: Tu es magister ī Israel, & hæc ignoras? Amē amē dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod videmus testamur, testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quō si dixero vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælū, nisi qui descēdit de cælo, filius hominis q est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpētē in deserto, sta exaltari oportet filium

tet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternā. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam: Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia nō credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius, qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

ERAT AVTEM HOMO EX PHARISAEIS NICODEMVS NOMINE, &c. Quoniam superius dixerat multos ex conspectis à Christo factis miraculis credidisse in Christū, iā ex omnibus de vno quodam præcipuo recensēt, quomodo discendi gratia Christum adierit. Erat, inquit, homo quidam nomine Nicodemus, qui & erat secta Pharisaicæ, & princeps Iudæorum, hoc est, vnus ex principibus & primoribus Iudæorū. Quæ duo apposita sunt, eo p alioqui totus fere Pharisæorū atq; principum ordo Christo semper fuerit cōtrarius. Vnde Ioan. 7. dicunt: Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Hic itaq; venit ad Iesum nocte, partim p puderet eum qui inter Iudaicæ gentis principes dignitate præeminebat, humilis Iesu discipulum videri: partim & magis, p timeret ne eius gratia in Pharisæorum & sacerdotū inuidiam pertraheretur. Sciebat enim permultos sui ordinis & sectæ, Iesu insidiari & inuidere, quod hic significare rursum volunt Euangelista. Quāuis autem nocturnus ille accessus satis declararet humanū quendā tum pudorē animi nō satis humilis, tum timorē animi nō satis amantis Iesum, vt cuius gratia suæ existimationis & glorię iacturā facere nollet: Dominus tamen doctor māsuetissimus, qui calamū quassatum non cōminuit, & linū fumigās nō extinguit, nō repulit timidū atq; intēpestiuū salutatorē, sed comiter accepit, imbecillū quidē adhuc, sed malitiæ expertē, & ob hoc dignū qui paulatim ad sublimiora proueheretur. Is itaq; primùm aperiens quantum ex cōspectis illius miraculis profecerit hac præfatione captare cœpit benenolentiā Iesu Rabbi, inquit, iā persuasi sumus, ac certo credim⁹ te non ex teipso docendi munus suscepisse: sed à Deo te missum esse in hoc vt via salutis mortalib⁹ perdoceas. Id, inquā, certò de te credimus: ppterea p nemo possit hæc signa facere quæ tu ædis, nisi Deus illi adsit, faueat, & cooperetur. Bene autē dicit, *hæc signa quæ tu facis*. Nā & diabolus cū suis ministris facere potest quæ videntur esse miracula, & signandò; partim per ludificationem sensuum, partim per cōiunctionē occultarū causarum naturalium. Vnde Paulus 2. ad Thessal. 2. dicit aduentū Antichristi futurū secundū operationem satanæ in signis & prodigiis mendacibus. Et Apocal. 13. dicitur de bestia secunda: Et fecit signa magna: vt etiam ignem faceret descendere de cœlo in terrā in cōspectu hominum. Verùm talia signa qualia Christus fecit, nō ad ostētationē, sed ad vtilitatem hominū, facere nemo potest nisi diuina virtute: qualia sunt cōuertere aquam in vinū verum, cæcis præbere visum, claudis gressum, & in vniuersum facere vera signa & miracula: hoc est, quæ excedunt omnē potestatem rerū naturaliū. Nec obstat huic dicto Nicodemi, quod Deus aliquādo miracula huiusmodi vera facit per malos: vnde Matth. 7. dicit Dominus in die illa multos dicturos: Domine nónne in nomine tuo dęmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? quibus tamen dicturus est: Non noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. His enim etsi Domin⁹ nō adsit per gratiā suā: nec sit eum eis in omnibus quæ faciunt, adest tamen eis in miraculorum patratione: quæ cùm nō fiant ab eis in nomine ipsorum, non probāt eos esse bonos & sanctos. sed sanctū esse nomē illud in quo facta sunt: ac verè esse doctrinā quam prædicant: sunt enim miracula vera, teste Gersone, veluti sigillū quoddam Dei quo vtitur in testimonium & confirmationem veritatis: sicut in attestationem veritatis reges & alii sigillo quodā appositō vtuntur. Bene itaq; ex signis quę non nisi diuina virtute fieri potuerunt intulit Nicodemus cœlestem & diuinam fuisse Christi doctrinā. Sic & 3. Reg. 17. dixit mulier Sarepthana ad Eliam: Nunc in isto cognoui p vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verū est. Et Marci vltimo dicuntur Apostoli prædicasse vbique Domino cooperante, & sermonem cōfirmante sequentibus signis. Porrò Nicodemus hāc suam de Iesu opinionem proposuit vt magnificā ac prælaram, quum tamen longè esset infra eius dignitatem. His enim verbis satis significabat se nihil aliud eum fuisse suspicatum, quam Prophetam aliquē aut doctorem veracem, cui Deus faueret, & adesset in ædendis miraculis, quasi ea non æderet suaptè virtute. Nondum enim intellexit Deum sic fuisse cum Iesu quomodo nos intelligimus: quia scilicet in eo diuinitas humanitati coniuncta fuit in vnitate personæ, quanquam & hic singularis modus quo Deus fuit cum Iesu, intelligi potuisset ex singulari illo modo quo fecit miracula. Fecit enim non in nomine alterius, sed quasi propria authoritate, & in confirmationem eius quòd Deum pattem suum asseruit.

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EI: AMEN AMEN DICO TIBI, NISI, &c. Quē admodum Dominus pro sua mansuetudine non dedignatus est admittere ad colloquiū eum quem sciebat pudore quodam ac timore accedere ad se nocturno tempore: ita pro sua humilitate non indignatus est ei qui imperfectam adhuc de se opinionem habuit, nec statim se iactabat qualis esset, sed blanda comitate docilem paulatim prouehit ad Euangelicæ doctrinæ penitiora mysteria, incipiens à regeneratione baptismali, quæ principiū est Christianismi. Porrò cùm respōsio saluatoris impertinenter se habere videatur ad verba Nicodemi, Theophylactus ad hūc modū eam respōdere facit verbis Nicodemi. Quandoquidē Nicodemus humilem de Christo habebat opinionem, nempe p magister esset & Deus esset cum illo dicit ei Dominus: Meritò ita de me sentis. Nondū enim natus es supernè vel denuò, sed adhuc carnalis es, ac ob id & tua de me opinio, carnalis & humana. Ego autem dico tibi, p nisi tu aut quis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis alius fuerit, supernè & denuò nati fueritis, non poteritis dignam de me habere opinionem, nec videre regnum Dei, hoc est, cognoscere me vnigenitum Dei filium. Intelligit enim Theophylactus regnum Dei hic vocari ipsum Christum. Cyrillus autem sic verba Christi intelligit subiuncta verbis Nicodemi, vt quoniã ille satis ad salutẽ esse putauit, si tantummodo admiratione digna admiraretur, propterea ꝙ nihil à Domino quæsiuit, sed tantùm confirmauit eum à Deo missum magistrum, ideo Dominum voluisse his verbis docere, nõ nudis verbis adipisci posse iustitiam. Nec omnem qui dicit: Domine, Domine, intraturum regnum cœlorum, sed qui fecerit volũtatem patris: eam autem esse, vt spiritum sanctum homo suscipiat. Verùm simplicius fuerit intelligere, Nicodemum, postquã dixisset Dominũ se credere à Deo missum in præceptorem hominum: deinde etiam interrogasse qua ratione posset cõsequi vitam æternam & regnũ cœlorum, quod Ioánes & Christus iam prædicauerant. Atq; hanc interrogationem insinuasse Ioannẽ responsione Christi: quẽadmodum superius interrogationem Phariseorũ indicauit responsione Ioannis dicentis. Non sum ego Christus. Aut certè intelligendum saluatorẽ: quoniã ex verbis Nicodemi satis intellexit quorsum spectaret, & propter quid ipsum adierit, videlicet vt sciret viam & rationem salutis, mox incepisse eum instruere, exordiens ab eo quod in ordine salutis primũ est, quasi dicat: Scio Nicodeme percupidum te esse, vt à me, quem à Deo missum magistrum credis, audias rationẽ cõsequendæ salutis. Quare illud habeto ꝓ indubitato, ante omnia requiri ad cõsequendam salutem, vt quis denuo nascatur. Sciendũ autem dictionem Græcam ἄνωθεν, quã noster interpres vertit, denuo, esse ambiguam. Significat enim quandoque supernè vel è supernis, quomodo accipitur postea hoc eodem capite, cùm dicitur: *Qui de sursum est, super omnes est.* Atq; in hac significatione accipiunt hoc loco ferè omnes Græci, nominatim autem Theophylactus & Cyrillus, intelligentes significari debere hominem nasci è supernis, hoc est cœlesti generatione. Chrysostomus autem & huius significationis meminit & alterius, qua significat hæc dictio idẽ quod πάλιν, hoc est, iterũ, vel ab integro, & à principio. In qua significatione debere hîc accipi patet ex responsione Nicodemi. Si enim Iesus dixisset, oportet nasci è supernis, nõ obiecisset Nicodemus ea quæ sunt generationis carnalis. Deinde cũ dicit Nicodemus: Nunquid potest in ventrẽ matris iteratò, vel vt habent Græca, δεύτερον, secũdò, introire, manifestè satis patet Christum dixisse oportere nasci denuò. Nam quod dicit Theophylactus, Nicodemum postquam audiuit illud ἄνωθεν, intellexisse ab initio & iterum, cum Dominꝰ voluerit significare, è supernis, locũ habere possent: si Christus Nicodemo Græcè locutus fuerit, in Hebræa autem lingua nõ est æquiuocatio: respõdens æquiuocationi huius Græcæ dictionis. Vnde & in Syriaco Euang. est denuo. Porrò Amẽ, dictio Hebraica est habens apud Hebræos eũ vsum, vt per eã aliquid cõfirment, idem valens quod apud nos aduerbiũ, verè. Venit enim à verbo Heæmin, quod est, credidit, firmauit, asseruit. Et aliquando quidem hac voce, Amen, optatur perfectio eorum quæ dicta sunt, quomodo lex cogebat mulierem adulterij infamatã respondere, Amen Amen, post A lectam imprecationem: vt est Num. 5. Sic quũ recitabãtur deuotiones & maledictiones cõtra trãsgressores legis Dei, respõdebat populus Amen, vt legitur Leui. 17. Sic & Psal. 40, 71. 88. & 105. illud, Benedictus in seculum, clauditur per Amẽ Amen, pro quo Septuaginta bene verterunt, γένοιτο, γένοιτο, fiat, fiat, nõ ꝙ Amen hoc propriè significet. Nõ enim, vt quidam putant, verbum est, sed nomẽ vel aduerbium confirmandi. Tamen sic vertendam eã dictionem putauerunt Septuaginta, ꝙ quando sic ponitur, per eam optetur perfectio eorũ quę dicta sunt, cũ ei⁹ vis apud nos melius exprimi nequeat. Aliquando autem hac voce confirmantur quę dicenda sunt: vt cùm ea saluator vtitur in Euangeliis: & tũc rectè explicatur per verè aut certè. Vnde pro eo quod Lucæ 21. dicitur: Verè dico vobis quia vidua hæc pauper plus quàm omnes misit, Marci 12. dicitur. Amen dico vobis, &c. Cæterùm geminatio huius dictionis, quæ semper inuenitur apud Ioannem, similiter & in fine Psalmorum, & Numeti 5. confirmationem intendit quare quãuis pro more Hebræorum Ioannes hanc dictionem geminauerit, tamẽ hæc geminatio ei potius competebat, quàm reliquis Euangelistis, ꝙ ea quæ à Ioanne differũtur, magis sint cœlestia & sublimiora, ideoq; attentiorẽ auditoris animũ flagitantia, proinde maiori assertione cõfirmanda, vt annotauit etiam Rupertus hoc loco. Aliquãdo verò hæc dictio, Amen, in scripturis accipitur vt sit nomen significans idem quod verus, vel veritas, vt Isaiæ 65. Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen, hoc est fideli & veraci. Illa autẽ oratio, *nõ potest videre regnũ Dei*, quam sic multi intelligunt, vt per regnum Dei accipiatur Christus: alij, vt intelligatur doctrina Euangelica, & *videre* pro intelligere, rectius intelligitur esse Hebraismus, idẽ pollens quod, non potest esse particeps regni Dei, qd est vita æterna. Sic enim in Psal. dicitur, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: pro eo quod est, sentire & subire corruptionẽ. Sic dicitur & videre mortem, Lucæ 2. & Ioan. 8. Nam ꝙ hoc loco videre regnum Dei sic accipi debeat, patet ex eo quòd postea pro videre regnum Dei, dicatur introire in regnum Dei.

Psal. 15.

DICIT AD EVM NICODEMVS: QVOMODO POTEST HOMO NASCI CVM SIT SENEX, &c.] Cũ potuisset Dominus adeo apertè quod dicendũ erat explicare, vt à Nicodemo facilè intelligeretur, tamẽ obscurius locutus est, tum vt Pharisaicam superbiã cõprimeret, tum vt hominis ruditatẽ eliceret, ac sic paulatim erudiret, & ab affectu carnali trãsferret ad intelligentiam spiritualẽ. Itaq; cùm Nicodemus non intelligeret natiuitatem aliquã nisi carnalem, quæ iterari nõ posset, miratur quomodo Saluator denuo nascendum esse dicat. Quamuis autem omni ętati sit impossibile denuò nasci corporaliter, tamen meminit specialiter senectutis, tũvt ab ætate omnino contraria nascenti obiectio esset euidẽtior: tum ꝙ ipsemet senex esset, ac ob id de se exemplũ prompserit, ac si diceret. Ego sum senex, & meam quæro salutem, quomodo ergo fieri poterit vt renascar? Porrò quemadmodum bene intellexit Nicodemus corporalem natiuitatem repeti non posse, ita quoque intelligendum spiritualem non posse iterari. Quomodo enim, inquit Augustinus, vterus repeti non potest: ita nec baptismus.

Respon

Amen quid significet.

RESPONDIT IESVS: AMEN AMEN DICO TIBI, NISI QVIS RENATVS, &c.] Rursum dominus nõ est offensus tã crasso hominis respõso & interrogatione incrudelitatẽ quãdã præ se ferẽte, sed sciens eum animo discendi cupido interrogasse, non grauatur interpretari quod obscurius dictũ erat, & ostendere quomodo quis denuò nasci possit & debeat, non scilicet ex vtero matris, sed ex aqua & spiritu sancto. Significat ergo secundã hanc natiuitatem quã exigit, non esse carnalem, sed spiritualẽ. Sicut enim necesse est hominem carnaliter nasci ex matre & patre, priusq; ingrediatur in vitã hãc temporalem, & regnũ possessionemq; huius mundi carnalẽ: ita vt quis introeat in vitã illã æternã & regnum Dei spirituale, necesse est priùs spiritualiter renasci, idq; ex aqua & spiritu. Et sanè vt regeneratio, omni tempore necessaria ad cõsequendum regnum cœlorũ fieret ex spiritu semper fuit necessarium: verũ vt etiã ex aqua fieri deberet, à Christo primùm institutum est, qui baptismum Ioanni proprium, in aqua scilicet, cõiũgens baptismo sibi proprio, nępe in spiritu, Christianum cõstituit baptisma in aqua & spiritu, per quod regeneraretur homo ad nouã vitã, & cõsequendum regnum Dei. Vt autem in aqua simul & spiritu regeneratio fieret, sapienter & cõuenienter institutum est. Primùm, vt quoniã homo ex duabus cõstat partibus, altera visibili, altera inuisibili, etiã regeneratio quę ad totum spectat hominem in duobus illis cõsisteret: quorum vnum visibile, corpus hominis visibile cõtingeret: alterum verò inuisibile, mentem hominis inuisibilem inuisibiliter renouaret. Secundò, vt quoniam pro statu huius vitæ adhuc crassi sumus, spiritualia nõ intelligentes nisi per corporalia, externa aquæ ablutione perciperemus interiorem spiritus purificationem & renouationem quæ nullo alio symbolo sensibili cõuenientius quàm aqua significari potuit, tum ꝙ suis proprietatibus & spiritũ nos lauantẽ regenerantémq;, & sanguinem Christi in quo lauamur appositè significet: tum ꝙ per immersionem in ipsa factã, & mysteria mortis ac resurrectionis Christi quibus renouamur repræsententur, & ꝙ nobis ad imitationẽ Christi fiat, videlicet ꝙ cum Christo cõmorimur, & cõsepelimur mundo atq; peccato, & rursum cum illo resurgimus ad nouitatẽ vitæ, vt docet ad Romanos Paul⁹. Tertiò, vt regeneratio fieret per vnum sensibile, & alterum insensibile, etiam ob id cõueniebat, quoniã qui regenerantur, ex Ecclesia & Deo regenerãtur, filij scilicet matris Ecclesiæ & Dei patris: quorum illa per aquæ ministerium visibile regenerat, hic per spiritum suũ inuisibiliter. Vt autẽ regeneratio nunc per aquã fieret & spiritum, cùm priùs solùm fieret per spiritum, conueniebat. Primùm, eo ꝙ sicut sub Christo primùm cœpit prædicari apertè regnum cœlorum & hæc spiritualis regeneratio: ita & ab ipso primùm instituendũ erat huius ad cõsequendum regnum cœlorum regenerationis symbolum, quo tamẽ nõ solùm intelligeremus spiritualem hãc innouationem, sed eandẽ etiam efficaciter cõsequeremur, ac de cõsecuta certiores redderemur. Secundò, quoniam iã ex omnibus gentibus plerique regenerandi erant ad vitam æternam, ob id iã cõueniens erat signũ quoddam institui quo à se mutuò dignoscerentur quicunque ad eam essent regenerati, & asscripti nouo illi populo ad quẽ pertineret promissio regni cœlorum: quẽadmodum olim circuncisionis signo dignoscebantur qui ad eum pertinerẽt populum, cui promissiones terræ Chanaan aliæq; veteris legis, factę erant. Atq; ob hanc duplicem eam sam omnia sacramenta nouæ legis instituta sunt, videlicet vt posteaquam per Christum exhibetur omnibus gratia Dei, per visibilia quædam signa gratia hæc & significaretur, & efficaciter cõmuni caretur. Deinde, vt per huiusmodi signa nouus Christianorum populus in vnum coadunaretur, quemadmodum docet Aug. 1. c. lib. 1. ad inquisitiones Ianuarii dicens: Deus sacramentis numero paucissimis, ob seruationę facillimis, vsu saluberrimis, societatem noui populi inter se colligauit. Quam ob rem hæc sacramenta Græcis appositò vocabulo dicuntur σύμβολα, & vel etiã, συνθήματα. Dicuntur enim Græcis σύμβολα & συνθήματα, quæ Latinis dicuntur tesseræ, signa scilicet professiua cõmunionis & societatis. Antiqui enim habebant tesseras, hoc est, signa quædam vel ex plumbo, vel corio, vel panno, vel simili re, quibus in bello milites significabant cuius erant exercitus, quę dicebantur tesserę militares: aut quib⁹ vtebãtur alterutrum inter se cõfœderatę ciuitates, quæ dicebãtur tesseræ hospitales. Sic & per nostra sacramẽta profitemur nos esse de exercitu Christi, & esse ciuitatis ac societatis in Christo collectæ, hoc est Ecclesiæ Dei: cuius professionis respectu etiam à Latinis scriptoribus, videntur hæc signa dicta in primis sacramẽta. Nam sacramentũ propriè dicitur apud probatos autores iusiurandũ, quo se milites astringunt suis ducibus fidelitatẽ promittẽtes, quod ob id sacramẽtum dicebatur, quia sacrũ habetur & inuiolabile. Ita enim & nos sacramentis nostris obligamus nos ad cultum diuinum & Dei seruitutẽ, sicut de circuncisione dicit Paulus: Testificor omni homini circumcidenti se, quoniã debitor est vniuersæ legis faciẽdæ. Porrò hæc nostra sacramenta & symbola, non sunt gratiæ Dei signa nuda, quẽadmodum veteris legis, sed signa efficacia, vt quæ gratiã quam significant etiã efficaciter exhibeant. Cùm enim in veteri lege gratia Dei per Christum nõdum esset exhibita, sacramẽta illorum gratiã venturã adumbrarunt quidẽ & promiserunt, sed nõ cõtulerunt. Verùm quoniam iam hæc gratia exhibita est per Christũ, signa talia sunt instituta quæ nõ solùm gratiam hãc significarent, sed etiã conferrent; cooperante scilicet in eis spiritu Dei. Vt autẽ sic sint efficacia signa, cùm non habeant ex sua natura, habent ex beneplacito instituentis Christi, quemadmodum more solenni annulus aut purpura missa à principe, signũ est efficax inaugurandi aliquem alicui magistratui aut authoritati, non quidem ex aliqua vi quæ hæreat in ipsis symbolis ex illorũ natura, sed ex voluntate principis, qui ea ad hoc instituit. Esse enim nostra sacramẽta, efficacia signa, præter alios scripturæ locos etiam ex hoc loco constat, cùm regenerationem non solùm spiritui sancto, sed simul etiam aquæ tribuat Dominus. Aduertendum autem, saluatorem, dum dicit: *Nisi quis renatus*, &c. necessitatem imponere omnibus: ac proinde etiam paruulos debere renasci ex aqua & spiritu. Nam eos posse intrare regnum cœlorum nemo facilè negauerit, cùm talium dicat Christus esse regnum cœlorum. Nec obstat quod quidam sine baptismo aquæ saluentur, vt qui catechumeni morte occupantur, aut qui in

Rom. 6.

Galat. 3.

sanguine

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanguine martyrij baptizãtur. Hi enim omnes renati sunt ex aqua, saltẽ in voto, etsi necdũ re ipsa.

QVOD NATVM EST EX CARNE, CARO EST: ET QVOD NATVM EST EX SPIRITV, SPIRITVS EST.] Postquã ostẽdit secundã generationẽ à prima longè esse diuersam, vtpote quæ ex aqua est & spiritu, ostendit iã quãta sit differentia inter id quod priori, & quod secunda nascitur generatione: ex qua differentia etiã satis indicat rationẽ ob quã necesse sit dennò nasci, idq; ex aqua & spiritu ad cõsequendũ regnũ Dei. Cùm enim spirituale & cœleste regnum Dei, caro & sanguis possidere nequeat, vt habet D. Paulus, necesse est vt id quod ex carne tantũ caro natũ est, deinde etiã ex spiritu nascatur spiritus, vt sic regnum Dei ingredi possit. Cùm autẽ hîc dicitur, *caro est, & spiritus est*, caro accipi debet pro re vel homine carnali, quem Paulus vocat hominẽ animalem, qui nõ percipit ea quæ sunt cœlestia & spiritualia, sed tãtum ea quæ sunt carnis. Spiritus verò pro homine spirituali, vt dicit Paulus, Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Ac sic facilè soluitur difficultas quæ ex his verbis oriri potest de Christo, qui cũ secundũ carnis generationẽ natus sit ex carne, videtur dicendus caro: cumq; secũdũ eãdẽ generationem natus sit ex spiritu, dicẽdus erit spiritus. Dicendũ enim, totũ Christũ propterea q̃ ex spiritu natus sit, esse spiritũ, nõ carnẽ, quomodo hîc eæ dictiones accipiuntur. Nõ enim hic substantiam denotãt, sed qualitatẽ. Nec obstat quod Christ⁹ etiã natus sit ex carne: nã istud, *quod natum est ex carne*, intelligi debet cũ exclusione spiritus, hoc modo quod natũ est ex carne & non ex spiritu: aut quod natũ est ex carne, hoc est, carnali generatione, id ipsum est carnale quatenus ex ea est: aut qđ natũ est ex carne, tãquã principali principio productiuo. Itaq; natiuitas ex spiritu est duplex. Quædã corporalis, ea scilicet qua Christ⁹ natus est homo ex spiritu sancto. Alia spiritualis, qua nos ad illius similitudinem nascimur inuisibiliter filij Dei, atq; de hac potissimũ hic est sermo, quãquam & priorem illã natiuitatẽ ex spiritu debere cõprehendi sub secundo mẽbro, satis patet ex his quæ scribit Paul. Cor. 15. vbi Christũ cõparatũ ad primũ Adã vocat hominem cœlestẽ & habentem corpus spirituale. Cyrillus tamen hæc nomina, caro & spiritus, videtur accipere vt significent substãtiã, carnẽ scilicet pro altera hominis parte quæ à carne seminatur: spiritũ verò pro anima rationali, quã ex spiritu natã intelligit: tũ q̃ ab ipso ex nihilo ad esse ꝓducta sit, tũ q̃ per ipsum sit reformata, & diuinæ naturæ particeps effecta. Verũ hic sensus vt non satis videtur proposito conuenire, ita relinquit magnã difficultatem de carne Christi, & præterea Christus nõ vnã hominis partẽ ex carne natam vult dicere, alteram verò ex spiritu, sed totum hominem natum esse ex carne, & totũ natum esse ex spiritu, vt patet ex eo quod sequitur: *Sic est omnis qui natus est ex spiritu.*

I. Cor. 2.

1. Cor. 6.

NON MIRERIS QVIA DIXI TIBI, OPORTET VOS NASCI, &c.] Hæc pars dupliciter accipi potest. Primò, vt ex superioribus inferatur in hunc sensum: Cũ iã Nicodeme intellexeris secundã natiuitatem nõ esse talẽ qualẽ opinaberis, videlicet ex carne, sed ex spiritu, atq; id qđ ex spiritu gignitur, lõgè diuersum esse ab eo quod ex carne, ne igitur mireris q̃ dixerim necesse esse vt denuo nascamini. Secũdò accipi potest, & melius, vt ad sequentia referatur, eo q̃ inducto exemplo videatur Domin⁹ voluisse Nicodemum reuocare ab admiratione. Quæ tamen sequentia dupliciter quoque intelliguntur. Chrysostomus enim, Cyrillus, cæteriq; Græci cùm dicitur: spiritus vbi vult spirat: intelligunt per spiritum, ventum, & aerẽ, qui spirare dicitur vbi vult, quia nõ coercit⁹ arbitrio hominum, naturali impetu fertur quouis, quasi libertatem quandã habens voluntatis. Vocẽ autem eius audimus, hoc est sonum & stridorem. quomodo & tonitrui sonus frequenter in Psalmis vox dicitur. Nescimus verò vnde spiritus veniat, aut quò vadat, quia non videmus, nec sub sensum cadit vnde veniat, aut quò vadat, quãuis sciamus per aliqua externa signa vnde veniat. Aut q̃ quãuis sciamus in generali ventorũ principiũ, non tamen in speciali, hoc est, ignoramus certũ & determinatum locũ vnde incipiãt, & vbi desistãt. Itaq; iuxta hãc intelligentiam simile istud sic est accõmodãdum proposito: Miraris Nicodeme, q̃ dixi denno nascendum esse, eo q̃ secundã natiuitatem nullo sensu cõprehendas: verùm cùm iã dixerim secundã generationem esse ex spiritu, non debet te id perturbare. Nam sicut aereus iste spiritus nullo obstãte fertur quouis, & cum strepitũ eius audias, nescis tamen eius originem aut finẽ quò rendat: ita quoq; se habet omnis qui natus est ex spiritu, ac tale quiddam in eo accidit. Spiritus enim sanctus ex quo renati sunt, quos tacit afflat, & aspirat arcanis suis afflatibus, cumq; vis & efficacia huiusmodi afflatus sentiatur, tum ab eo qui renatus est: qui se alium sentit effectum: tum ab aliis hominibus, qui quasi nouos iã suspiciunt & admirãtur homines sic renatos: tamen vnde eis vis illa noua adsit, aut quò eos agat, neq; percipitur aliquo sensu ab iis qui sic sunt renati: neq; intellectu etiã cõprehenditur ab iis qui eodem spiritu nondum sunt afflati. Intellige ergo q̃ quomodo nõ est subiecta aliquib⁹ legibus humanis, nec perceptibilis est via huius spiritus aerei, nec eum nisi ex effectu suo cognoscis: ita quoq; natiuitas hæc quã dixi ex spiritu, neq; naturæ legibus subiicitur, nec humana ratione aut sensu percipi potest: percipitur autem ex efficacia spiritus agẽtis & regentis eos quos regenerauit suo afflatu. Porrò alij, inter quos Aug. ne nomẽ spiritus equinocè hîc accipiatur: & quia ventus impropriè dicitur velle, ac deinde non videtur verum de vento q̃ nescîatur vnde veniat, aut quò vadat: intelligunt hic per spiritum, spiritum Dei, ac saluatorem isto simili voluisse ostẽdere, aut in quo sensu dixerit eũ qui natus est ex spiritu, esse spiritum, vt intelligit Cajetanus, aut potius eũ qui natus est ex spiritu, quod attinet ad eã natiuitatem, non posse sensibiliter cognosci: sicut nec ipse spiritus ex quo natus est. Spirat vtiq; ille vbi vult, nulloq; creaturæ arbitrio moderari potest, nihil illum prohibere. Electos suos afflat, nouósq; reddit, cùm ipsi visum fuerit. Huius vocẽ homines audiũt: nã in sanctis loquitur: verùm vnde ille sanctis adueniat, quóq; eos agat, ignorãt. Prophetas vtiq; audiebat populus diuina differentes: in quo vocem spiritus clarè percipiebat: at vnde ille spiritus eis adueniret, aut quò abiret ignorabant. Saul regem antea spiritu vacuum Prophetiæ spiritus inuaserat, & vox prophetica ex eo audiebatur: verùm vnde veniret illi spiritus, & quò abiret, vulgò nesciebatur. Sicut ergo spiritus ille non nisi effectu cognoscitur, ita & spiritualis natiuitas nõ nisi effectu comprehenditur. Verùm prior intelligentia omnibus perpensis multo videtur accommodatior. Nam interpretatio Caietani, qui vult in tribus conditionibus natũ ex spiritu assimilari spiritui, coacta nimis & dura est. Secundùm aliorum autem intelligentiam, non videtur esse diuersitas aliqua, aut non magna inter secundam partem similitudinis & primam.

RESPONDIT NICODEMVS ET DIXIT EI: QVOMODO POSSVNT HÆC FIERI?] Nicodemus crassior, in Iudaica adhuc imperfectione subsistit, propterea iterũ rogat, *quomodo possunt hæc fieri?* non repugnans quidẽ Iesu, sed nõ intellectum sermonem planius cupiens sibi explanari. Nõ dicit autẽ, quomodo potest istud fieri: sed pluraliter, *quomodo possunt hæc fieri?* Tria enim dixerat Dominus quæ nõ assequebatur Nicodemus, videlicet q̃ oporteat renasci ex aqua & spiritu, q̃ sic natus efficeretur spiritus, quodq; hæc regeneratio imperceptibiliter fieret. De his ergo omnibus modum quo fieri possint inquirit. Iesus antè primùm quidem ei monstrat suam imperfectionem, & tarditatem minus quàm in aliis tolerandã, non quidem volens illi insultare, & exprobrare, sed potius vt depositò pharisaico supercilio sese humiliet, dum intelligere eum facit quàm sit in his rudis ipse qui alios docere se posse profitebatur. Tu, inquit, doctoris nomẽ & officiũ obtines in populo Israelitico, & hæc ignoras? Verùm videri posset hæc saluatoris obiectio absurda, quẽadmodũ absurdè diceretur iurisperito: Tu es doctor legum, & ignoras quæ sunt Theologiæ? Hæc enim quæ modò dixit saluator, sunt nouæ legis dogmata, nõ veteris, cuius Nicodem⁹ erat professor. Itaq; Theophylactus intelligit Nicodemum doctorem legis veteris, ideo non debuisse hæc ignorasse, & necdũ credidisse, quia ex miraculis maximis quæ in veteri testamento cõtinentur, debuisset intelligere hæc eo modo fieri posse quo illa facta sunt, vt sit sensus iste: Si in memoriã redigeres miracula veteris testamẽti, quomodo scilicet Eua ex costa Adæ formata sit, quæ prodigia facta in Aegypto, quomodo sterilis peperierit: & id genus alia, facilè deprehẽderes id posse fieri quod dico. Quẽadmodum enim illa fuere mirãda, & supra intellectũ, & tamẽ credis ea sic facta: ita quantumuis hæc sint mirabilia & supra captum, credas tamen necesse est. Secundùm quẽ sensum quod dicitur, *& hæc ignoras*, accipiendũ erit pro eo quod est, & hæc nõ credis, vel nõ assequeris quomodo possint fieri. Alij verò melius intelligunt, Nicodemũ, eo q̃ doctor esset Israelis, non debuisse hæc ignorasse, tum quia in scripturis veteris testamẽti variæ continentur figuræ regenerationis quæ fieri debebat per aquã & spiritũ, vt transitus per mare rubrũ, diluuiũ mundi, ac purgatio Naamã in Iordane: tum quia scripturæ prophetarum apertè satis loquantur de spiritu Dei renouante & regenerãte, atq; de aqua quæ in diebus Messiæ peccata hominũ ablueret. Dauid enim dicit: Renouabitur vt aquilę iuuentus tua. Et rursus precatur, Cor mũdum crea in me Deus, & spiritũ rectum innoua in visceribus meis. Sic & Ezech. 11. promittitur cordis innouatio quæ futura sit per spiritũ dei: Dabo ait, eis cor nouũ, & spiritũ nouũ tribuã in visceribus eorũ, & auferã cor lapideũ de carne eorum, & dãbo eis cor carneũ. Similia habentur & c. 36. Iã & de aqua baptismali multi loquũtur Prophetæ, vt Zacha. 13. & Ezechiel. 36. vbi promittitur pro innouatione aqua munda & spiritus Dei.

Psa. 102.
Psal. 50.

AMEN AMEN DICO VOBIS, QVIA QVOD SCIMVS LOQVIMVR, ET QVOD VIDIMVS TESTAMVR.] Posteaquã Dominus reprehendit crassam & culpabilem tarditatẽ Nicodemi, propter vindicatã legis intelligentiã, iam reprehendit ipsius & aliorum Iudæorũ tarditatem in credendo propter testimonij certitudinem, ostẽdere quoq; volens ea quæ sunt suæ, hoc est, cœlestis doctrinæ, non percipi rationibus humanis, quibus ille ea percipere quærebat, sed fide ad intelligendũ ea opus esse: sibi autẽ huiusmodi prædicanti meritò omnibus modis credendũ esse, vt qui non testetur nisi de exploratis & visis, hoc est, certò cognitis. Quòd autẽ dicitur hîc pluraliter, *quod scimus loquimur*, &c. intelligũt quidã Christum de se loqui & Ioanne, alii verò etiam de omnibus Prophetis qui ante fuerant: verùm quoniã vidisse cœlestia mox soli Christo tribuitur, cũ dicitur: *Nemo ascendit in cælum*, &c. rectius alii intelligunt Christũ de se loqui pluraliter. Aut potius simul cõprehendi cum Christo patrẽ & spiritum sanctum. Patrem enim secum testificantem facit c. 8. dicens: Non sum ego solus, sed ego, & qui misit me, pater. Et i lege vestra scriptũ est. Quia duorum hominum testimoniũ verum est. Itaq; vt annotauit Rupertus, pluraliter hic locutus est Dominus, idq; in solo hoc versu: eo q̃ testari se profiteretur, & sermonẽ suum testimonii appellet, testimoniũ autem vnius legitimũ & ratum non sit, quare patrem & spiritum simul secum testificantes facit. Porrò cùm testimonium dicit, significat fide, quæ dicebantur ab ipso percipienda esse, nõ ratione & scientia. Testimonium enim nõ ad scientiam, sed ad fidẽ faciendã pertinet. Sensus ergo est: Verè dico vobis, q̃ non, quemadmodum Prophetæ, quæ afflatu spiritus didici, & audiui à Deo, hęc loquor vobis, sed certa compertaq; loquor. Nec ego solus, sed & qui in me loquitur pater, ea vobis testificantes in terris, quæ certò perspeximus in cœlis. Cumq; duorum testimoniũ sit ratum, ac receptissimum sit testimonium testium oculatorum, vos tamẽ Iudæi testimonium nostrum tam probatum & certũ non accipitis, hoc est, non approbatis, humanis scilicet rationibus id quærentes percipere, quod sola fide comprehendendum est. Loquitur autem ad Nicodemum pluraliter: siue q̃ cum Nicodemo quidam Iudæi vnà venerint ad Christum (vt intelligit Caietanus, eò q̃ dixerit Nicodemus, Scimus quia à Deo venisti magister) siue quia Nicodemus princeps erat Iudæorum ad quẽ tanquam ad omnes Iudęos & Pharisæos maximè sit locutus. Postquam autem arguit eorũ in credendo tarditatem propter testimonij certitudinem, eãdẽ rursum arguit propter eorũ credibiliũ quæ dicta erant & testata facilitatẽ: *Si*, inquit, *terrena dixi vobis*, &c. Quæ sententia cùm variè tractetur, dupliciter potissimum exponi potest. primò vt per terrena intelligantur ea quæ superius dicta sunt de regeneratione spirituali: quæ etsi minꝰ sit quã res terrena, vt & omnia cœlestis magistri nostri cælestia erant, non terrena: tamen hic terrenũ dicitur, siue q̃ in terris peragatur, siue potius per cõparationem ad alia fidei nostrę sublimiora mysteria: de natiuitate scilicet æterna filij ex parte, de processione spiritus: &c. & ad ea bona quæ post

hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc vitam reuelâda sunt filiis Dei. Itaq; terrena A
hic dicuntur, quæ ad alia collata crassa sunt. Iongeque inferiora ipsis, vt sit sensus: Si non creditis mihi in his quę modò dixi crassioribus mysteriis, quæ doctrinæ euangelicæ sunt rudimenta, quomodo crediturí estis, si alia longè sublimiora, quę ab his quæ modò dixi tantùm distant, quantum cœlestia à terrenis, vobis aperite cœpero, illa scilicet regni Dei arcana planè cœlestia? Cùm em̃ nemo non sentiat, omnes sensus & cogitationes humani cordis propendere ad malum, nemo quoq; ignoret cœli municipatum non posse contingere nisi iustis & sanctis, nec tales posse fieri homines nisi spiritu Dei sancto, nõ adeo abstrusum & cœ- B
leste erat quod de renascẽtia ex spiritu dictũ fuit, sed quasi terrenum quid & crassum. In hunc sensum fere Chrysostomus, Theophyl. & Cyrillus. Secundò, contratio modo secũdùm Augustinum & Rupertũ, intelliguntur hic per cœlestia, ea quæ priùs de regeneratione spirituali dicta sunt: per terrena verò, ea quæ dixerat de ædificando tẽplo in triduo. Aut secundùm Fabrum, parabolæ & similitudines à rebus terrenis, desumptæ: quibus docuerat forte populum in solennitate Paschali. Itaque secundùm hanc intelligentiam Dominus hac sententia significat non esse mirum, quod nõ crederet Nicodemus superioribus verbis: quando ne his etiam crediditsent Iudæi quæ priùs di- C
xisset in templo, longè inferiora his de regeneratione mysteriis. Hæc expositio multum conuenit ei lectioni quæ est in aliquibus Græcorum libris, ὃ πεπιστεύκατε, id est, non credidistis.

ET NEMO ASCENDIT IN COELVM NISI QVI DESCENDIT DE COELO, FILIVS HOMINIS, &c.] Theophyl. hæc putat sic cum superioribus coniungenda: vt quoniã priùs Nicodemus significauit se Christum habere tanquam Prophetam aliquẽ. Dominus iam corrigat illius de se sententiã, ostendens se non esse de numero Prophetarum, qui de terra existentes à Deo missi fuerunt, sed è supernis esse, Prophetis omnibus superiorẽ: vt quorũ nullus in cœlum ascenderit. Alij verò sic coniungunt cum superioribus, D
vt quoniam dixit Christus de credendis cœlestibus, iam quædã eorum quæ planè necesse est credere explicat, videlicet se Deum esse & hominẽ, ac mysterium passionis ipsius. Melius autem secũdùm Cyrillum intelligitur Christus his verbis voluisse indicare rationẽ, quare meritò sit habenda fides ipsi cœlestia prædicãti, etiãsi primus ipse hæc apertè cœperit prædicare, vt sit hæc cum superioribus connexio: Meritò mihi cœlestia vobis prædicãti credere debetis, etsi nemo ante me hęc sic apertè prædicauerit, nec multos mecum in testes deposcere. Nemo enim cœlestia ita nouit atque ego, quia nemo ascendit in cœlum, nisi, &c. Porrò illud, *nemo ascendit in cœlum*, cùm videatur falsum propter iustos qui iam ex hominibus in cœlum migrãt, dupliciter solet intelligi. Primùm, E
vt solus Christus dicatur ascendisse in cœlum, qui solus propria virtute, iure ac merito ascendit. Reliqui verò velut rapiuntur in cœlum, nec nisi iure ac merito Christi. Secundò, vt per hoc quòd solus ipse dicitur ascendisse, non intelligãtur excludi iusti, vt qui sunt membra ipsius: quẽadmodum cùm dicitur solus homo aliquis esse in domo, non excludũtur ipsius hominis membra, sed potius includuntur. Neuter autem horum sen-

suum conuenit proposito. Non enim hic, *ascẽdit*, est præsentis temporis, vt præsupponũt prædictæ interpretationes, sed, vt patet ex Græcis, quæ habent ἀναβέβηκε, est præteriti temporis, ita vt de ascensione corporali, quæ tunc adhuc futura erat, non posset intelligi. Verùm iam remanet dubium, quomodo Christus iam tum ascenderat in cœlũ. Neq; enim ascenderat secundũ humanam naturam, sed neque secundũ diuinam, quia illi nõ cõpetebat ascendere. Itaq; Caietanus intelligit Christum iam ascendisse in cœlũ secundùm animam, quia scilicet illa iam ab initio conceptionis consecuta erat beatificã Dei fruitionem, ad quam nullus adhuc inter homines tum temporis peruenerat. Rectius tamen intelligitur Christus secundũ diuinam naturam ascendisse tùm in cœlum. Non enim hic, ascendere, motum aliquem denotat, sed ascendisse in cælũ nihil aliud hîc est, quàm contẽplatum esse omnia cœlestia, & quæcumque Dei sunt perfectè collustrasse & perdidicisse. Sic enim hoc loco hæc locutio est accipienda, quomodo in Psal. similis locus, dum dicitur: Existimabã vt cognoscerem hoc: labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, id est donec à rebus terrenis abstractus cœpero diuinę dispensatiõnis rationes expendere. Idem ergo his verbis dicitur hoc loco quod superius, cùm dixit: *Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.* Descendisse autem è cœlo dicitur Christus ꝓhon ꝙ cœlum reliquerit, (nam ne hoc putaretur, adiectum est, *qui est in cœlo*: neque propterea ꝙ, vt intellexit Valentinus, corpus cœleste attulerit è cœlo) sed tum quia diuinitas in cœlo existens, in terris naturam humanam assumpsit, tum quia & ipsum corpus quod assumpsit, conceptum sit ex spiritu sancto. Itaque & secũdùm diuinam naturam, & secundùm humanam descendit è cœlo, quamuis potissimum hic sit habitus respectus ad diuinam naturam assumentem humanam. Notandum autem contra Nestorianos, hîc dici filium hominis esse in cœlo, & descendisse è cœlo, atque ascendisse in illud, cùm tamen hæc non competant ei tãquam filio hominis, sed tanquã filio Dei, & Deo: per quod manifestè significatur vnã esse filii Dei & filii hominis hypostasim & personam, ita vt propter hanc vnitatem quæcunque dicuntur de filio Dei, etiam verè dicantur de filio hominis, & contrà. Hac ergo sententia paucorum verborum tria hæc credenda Christus astruit, naturæ scilicet humanæ assumptæ veritatem: cùm se dixit filium hominis, hoc est, hominem: diuinæ naturæ veritatem, dum se è cœlo descendisse & in cœlo esse asserit: ac harum naturarum in vnitatem personæ coniunctionem, dum filium hominis dicit esse in cœlo.

Psal. 72

Quomodo Christus è cœlo descendisse dicitur.

ET SICVT MOYSES EXALTAVIT SERPENTEM IN DESERTO: ITA EXALTARI OPORTET FILIVM.] Secundũ quosdam istud sic cõiungitur superioribus, vt quoniam priùs dixit filium hominis descendisse è cœlo, hîc causam huius descensus indicet. Secundùm quam connexionem coniunctio &, hic causaliter accipi posset, quomodo sæpe accipitur etiam apud probatissimos autores. Alij verò aliter hanc partem superioribus connectunt. Verùm si consideretur processus Christi, hic videtur esse ordo, vt postquam superius Nicodemo quærenti quomodo possunt hæc fieri Christus respondit fi-

de hæc esse percipienda, ac meritò sibi fidem ha- A
bẽdam etiãsi solus hæc noua prædicaret: iam doceat non solùm credendum sibi tanquã vera prædicanti, sed etiam tanquam autori saluti per crucem, fideiq; huius esse maximum fructum, simul indicãs etiam per fidem hominum posse regenerationis ex aqua & spiritu fieri participem, atque regenerationẽ hanc pendere ex merito passionis suæ. Si enim per fidem in exaltatum filium hominis fit vt quis non pereat, sed habeat vitã æternam, ergo regeneratio quæ fieri debet ex aqua & spiritu, vt quia habet vitam æternam, à passionis Christi efficacia & merito pendeat necesse est. Bene autẽ saluator Nicodemo mysterium suæ passionis, quod illo tempore nõdum apertè erat prædicandum insinuauit nomine exaltationis, cõpa- B
rando eam cũ exaltatione serpentis, vt quę nudè dicta intelligere non potuisset, ex figura legis in qua versatus erat melius assequeretur. Est autem hæc figura iter omnes figuras crucis & passionis maximè aperta & apposita. Indicat enim Christi occisi, quasi seductor fuisset & populi corruptor, innocentiã, mortisq; eius genus ac virtutem, nostros à veris serpẽtib. lethales morsus, ac modum quo ab eis per Christum curari possimus, ita vt in hac figura totũ adumbratæ passionis & incarnationis mysteriũ delinietur. Sicut enim olim cùm in deserto oberrans Israeliticus populus, à veris serpentibus lethalia vulnera accepisset, à quibus C
non nisi diuino beneficio curari potuerunt qui percussi fuerant, Moyses non verum, sed æneum serpẽtem ex præcepto Dei erexit in ligno, vt qui percussi fuerãt, solo aspectu ab imminẽte eis certo interitu liberarẽtur: ita pro curandis nostris lethalibus vulneribus quæ ex suggestione illius serpẽtis qui primos momordit parentes, omnes contraximus in deserto huius mundi, Christus à peccato quidẽ omni & veneno alienus, sed tamen in similitudinẽ carnis peccati veniens, ac tanquã serpẽtinæ malitiæ à Iudæis reiectus & habitus, in ligno crucis exaltatus est, vt solo aspectu oculorũ fidei curati, ab imminente morteæ terna liberaremur, ac vitã æternã consequeremur. Hinc ad hãc figuram alludens postea aliquoties saluator suam crucifixionẽ, exaltationẽ vocat. Cùm, inquit, exal- D
tatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Ioan 12. & 8. cap. Cùm exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Non caret autem mysterio & ratione, quòd Moses non ligneũ aut lapideum, sed æneum serpentẽ fecerit. Aeneus em̃ serpens magis Christũ exprimebat, tum propter suam soliditatẽ, tum quòd ex igne cõflatus esset. Sic enim significabatur soliditas corporis Christi, quod morte ipsa destrui nõ potuerit, sed ĩæternum efficax perseuerat, ac eundem charitatis igne excoctum, suspensum fuisse in cruce. Et quidem Moysi præceptum non fuit vt faceret serpentem æneum. Nam quamuis nos legamus Num. 21. dictum Moysi: Fac tibi serpentem æneum, pro, serpentem æneum, Hebræis est vnica dictio Saraph, E
quam priùs nostet interpres vertit, serpentes ignitos, hoc est vrentes. Id enim propriè significat ea dictio, cùm deriuetur à verbo quod accendere significat. Aeneum ergo fecit Moyses serpentẽ, ex igne conflatum, qua fic melius figuram expressit serpentum ignitorũ à quib. percussus erat populus, ac vmbrã Christi, qui & ipse ignitus fuit, sed alio igne quam quo igniti sunt veri illi serpentes,

à quib. vulneratũ fuit lethaliter genus humanum. Dicit autem Rabbi Ioseph medicos asserere eum quem momorderit serpens, statim mori si inspexerit æs, ac propterea ex præcepto Domini Mosẽ æneum serpentem fecisse, vt miraculum magnificaretur. dum contra communem naturæ cursum æs factũ est salutare percussis à serpẽtibus. Quod & ipsum si verum est, rectè mysterio crucis cõuenit, eò ꝙ ipsa crux, de qua priùs dictum erat: Maledictus omnis qui pẽdet in ligno; nobis iam conuersa sit in benedictionẽ: & quod prius erat malefactoribus mors, factum est omnibus vitæ occasio & causa. Porrò ex eo quòd serpens æneus, qui ex sua natura nõ habuit curãdi infirmitatem, solo conspectu sanabat, idq; ex institutione diuina, discẽdum quomodo symbola sacramẽtorum instrumenta sint salutis & gratię Dei, vt quomodo baptismus aquæ regeneret. Quemadmodum em̃ serpens ille quod per aspectum sanabat, ex Dei erat institutione, qui credẽtibus verbo eius per huiusmodi serpentẽ læsos curabat: ita quoq; aquæ tinctio, quæ ex sua natura nõ habet virtutẽ mundandi mentẽ, ex Dei tamen institutione habet, vt per eam fidelibus mentis innouatio cõferatur à Deo.

SIC ENIM DEVS DILEXIT MVNDVM, VT FILIVM SVVM.] Redditur hic ratio quare filius Dei descẽderit è cœlo, & quare oporteat eum exaltari in cruce, & ostenditur quòd illud non fuerit necessarium absoluta necessitate, neq; quòd merita nostra ita fieri exegerint, sed propter diligentis nos Dei patris beneplacitũ & præordinationẽ, cuius quanta fuerit dilectio pulchrè hac sentẽtia nobis explicatur. Et in primis quidẽ magnitudiné amoris hic explicare significat aduerbium, *sic*, quę magnitudo ex trib. hic insinuatur. Primùm, ex cõparatione amãtis ad amatum, cùm dicit: *Deus dilexit mũdum*. Deus scilicet immensus & infinitus, nullius egens, nullius debitor, dilexit homines ĩstius perituri & caduci mundi, hominẽsque mundo huic deditos. Secundò ex muneris magnitudine. Cùm enim probatio dilectionis exhibitio sit operis, mgnitudo doni testatur immensitatem amoris. Itaque dicit; *vt filium suũ vnigenitum daret*; hoc est, adeo dilexit, vt non solùm non vlcisceretur admissa scelera, sed pro salute mundi gratuita sua benignitate daret non angelũ aliquẽ suũ, aut Prophetam, sed filiũ suum, eumq; quem vnicũ habuit. Angelum si quidẽ dedisset, nõ erat res parua: nũc autẽ dato filio, excellentiorem ostẽdit charitatẽ. Itẽ si multos habẽs filios vnum dedisset, & hoc maximum fuisset, nunc verò vnigenitũ dedit. Summa igitur fuit hæc dilectio, quæ tunc magis apparebit, si etiã addatur ad quid dederit Deus filium suũ mũdo, videlicet vt mortem, eámq; amarissimã simul & ignominiosissimã pro nobis pateretur adhuc impiis & peccatoribus. Tertioverò cõmendatur magnitudo diuini amoris fructus magnitudine, & simul facilitate consequendi maximũ hunc fructum, cùm dicitur, vt omnis qui credit in eum nõ pereat, sed habeat vitam æternã. Ad magnitudinẽ fructus primùm pertinet quod sine exceptione & diseretione omnis, siue scilicet Iudęus, siue Græcus, siue Barbarus, siue seruus, siue liber huius fructus particeps esse possit. Deinde quòd credens in eũ & à perditione liberatur, & consequitur vitã non temporalẽ, sed æternã. Quod verò dicitur, *qui credit in eũ*; ostendit quanta facilitate fructum hunc maximũ con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequamur,dū sola fides,res scilicet facillima, exigitur,vt Christo incorporemur,& meritorū eius reddamur cōsortes.Hæc est enim summa Dei benignitas,vt tali medio dignetur nos suagratia participes facere. At quidē vetus lex innumerabilium præceptorū suorū obseruationib. pro omni ipsorum labore vitā promisit,sed tēporalē tātummodo saltē expresse. Euangelium verò credenti, vitam,eámq; æternā quamuis id intelligatur de fide operante. Notandum autem, quòd ab hoc loco; *Sic enim Deus dilexit*,&c.vsque in finem,omnia hęc accipi possint,vt sint verba saluatoris continuantis suū sermonē ad Nicodemū,& loquentis de se ipso in tertia persona. Aut vt sint verba Euangelistæ prosequētis & explanātis sermenē quem cœperat Iesus cum Nicodemo,vt intelligunt quidā.

NON ENIM MISIT DEVS FILIVM SVVM IN MVNDVM VT IVDICET,&c.] Declaratut hac sententia quod priùs dictum est de dilectione Dei patris.Deum autem misisse filium suum in mundū,nihil aliud est quàm ipsum voluisse filium humanā in mundo assūmere naturam.Verbū autem,iudicare, hic semper positum est pro condemnare,quomodo sæpe in scripturis accipitur.Sic enim acceptū opponitur verbo saluandi quod sequitur. Sensus itaque est: Non ob id hoc tēpore Deus voluit filium suum venire in mundum, vt pro commissis sceleribus illum iam condemnaret, quemadmodū iustè facere potuisset:sed pro sua benignitate ideo misit,vt perditioni obnoxius mundus per ipsum salutē consequeretur. Verùm quid necesse erat hāc remouere dubitationem, quòd videlicet Deus non miserit filium suum in mundi condemnationem? Dicendum primò hoc ideo factum,quia in veteri testamento promittitur frequēter Dominus venturus ad iudicium,vnde dubitare poterit Nicodemus quomodo se dixerit datum, vt omnis qui crederet haberet vitam æternam.Dicit ergo se iam non esse missum ad iudicandum,sed ad saluandum,significans alium fore aduentum ipsius quo impiis nō misericordia & dilectio patris, sed potius iustitia declarabitur. Aut quoniā hoc aduentu Christi in carnē futurum erat vt pleriq; Iudæi ob infidelitatē suam essent abiiciendi,quibus tamen seruandis Christus venerat,& res contra esset casura,quàm ab omnibus expectabatur: ideo præueniens Dominus admonet, Deum quidem ob solam benignitatem suā,& ob seruandos homines misisse in hunc mundum filium suum, quamuis hominū vitio futurū sit,vt condemnationi maiori fiant quidam occasione huius aduentus obnoxij. Idem dicitur Ioan.12. Si quis audierit verba mea,& non custodierit,ego non iudico eum. Nō enim veni in mundū vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundū.Non contrariatur autē his locis quod in primo hoc Christi aduentu princeps huius mūdi iudicatus est,de quo iudicio frequenter apud Prophetas.Non enim negat se Christus venisse in iudicium,hoc est,cōdemnationem diaboli, sed mundi, hoc est hominum istius seculi, quamquam in iudicio illo quo condemnatus est diabolus, non tam Christus iudicis officium obtinuit quàm Deus pater,qui ad Roman.8.dicitur damnasse peccatum de peccato in carne.Christus enim in hoc iudicio aduocati potius & vadis officium obiuit.Quomodo autem non cōtrarietur his locis quod postea dicitur Ioan.6.In iudicium ego veni in hunc mundum,&c.illo loco dicitur.

QVI CREDIT IN EVM, NON IVDICATVR: QVI AVTEM NON CREDIT, IAM IVDICATVS EST,&c.] Quoniā dixit filium missum vt saluetur mundus per ipsum,ne putentur omnes per ipsum saluandi,ostendit qui per ipsum salutē consequantur.qui verò non *Qui* inquit, *credit in eū* fide scilicet quæ p dilectionem operatur,*non iudicatur*, hoc est, non est obnoxius condemnationi,sed supple à condemnatione cui ex natiuitate prima erat obnoxius, absoluitur. Plus enim vult dicere quàm exprimitur.Qui autem non credit,hunc non ego condemno modò, sed neque opus est vt à quoquam iudicetur,cùm à seipso iam etiam ante iudicij tempus condemnatus sit, quia non credidit in eum qui vnigenitus est filius Dei,cui proinde non minor fides debetur quàm Deo ipsi,adeo vt qui illum spernit, spernat Deum qui misit illum. Vult ergo quòd ipsa infidelitas condemnet ipsum,hoc est,æternæ pœnæ reddat obnoxium, eò quòd hoc à se repulerit,per quod licebat assequi vitam æternam. Et quidē omnis peccator quouis peccato iudicat & & condemnat seipsum, hoc est, condemnationi facit obnoxium:veruntamen proprio quodā modo infidelis dicitur iam iudicatus,eò quòd manifestam habeat in se cōdemnationis causam, adeo vt in futuro iudicio nō sit opus aliqua discussione,& quòd id repellat per quod solùm salus obtineri potest.Sic & hæreticū hominem post vnam & alteram corruptionem adhuc perseuerantem, proprio iudicio condemnatum testatur Paulus.

HOC EST AVTEM IVDICIVM,QVIA LVX VENIT IN MVNDVM,&c.] Quod dicit;*hoc est iudicium*, dupliciter intelligi potest. Primò,vt sit sensus:hæc est causa iudicij & condemnationis.Secundò, vt simpliciter accipiatur ipsa luminis & Christi reiectio esse condemnatio non credentium,quia scilicet manifestè arguit illorum impietatem.Qui sensus magis conuenit superioribus,vbi dicitur infidelis iam iudicatus & cōdemnatus.Pulchrè autem exaggerat non credentium impietatem condemnantem eos. Primùm per hoc quod dicit:Lux venit in mundum, hoc est non ipsi homines lucem ipsam quæsiuerunt, aut per sese inuenerunt, sed cùm mundus plenus esset tenebris,lux illa vera,quæ est Christus, vltro venit ad eos,& tamen nec sic ipsi ad eum accesserunt.Secundò per hoc quod dicit; *Dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Cùm enim lux omnibus modis melior,gratior, & iucundior sit tenebris,&naturale sit homini creaturę rationali quæ meliora sunt præferre,imò nihil ęquè amare soleat homo quàm lucem,nihil magis abhorrere quàm tenebras,dilexerunt tamē homines magis tenebras quàm lucem.Vnde notādum,quòd cùm priùs dixerit: *Lux venit in mundum*; nunc non dicat,vt videbatur exigere narrationis ordo, & dilexit mūdus tenebras.Facit enim ad exaggerationem;quòd homines dicat dilexisse tenebras,sicut ad exaggerationem facit quòd tenebras luci eom parat.Tenebræ autem hic vocantur,ignoratio veri,rerumque terrenarum illicitus amor.Quas tenebras quare plus dilexerint, causam reddit dicens:*Erāt enim eorum mala opera.*Cuius causæ conuenientiam ostendit, subiiciens: *Omnis enim qui male agit*: &c. Est autem in hac & sequenti sententia metaphorica locutio, desumpta ab his qui cùm

cùm mala agunt,tenebras quærunt,& lucem fugiunt,,vt sit sensus iste:Quēadmodū qui dedecorosam rem patrat,noctem amat,ac solē fugit, ne prodātur eius facta:ita qui deditus est malis operibus,quamdiu talis est,odit lucē veritatis,quatenus affectui eius contraria est,& iniustitiam eius prodit,& ideo non accedit lucem,sed fugit eā,vt non arguantur,hoc est,manifestantur & reprobētur opera eius mala. Eiusmodi eñ mali homines fugiunt doctrinam Christi: mallent omnes homines stipites esse,quàm veritatis scientia multos pollere:imò sibiipsis inuidēt recti scientiam,graueque est,vbi vltrò sese illis insinuat,quòd eos, si illam admittant,tanto plus torqueat mali conscientia. Cæterùm quemadmodum is qui honesta facit, amat solem,vt ex rectè factis laudem apud homines inueniat:ita qui iustitiæ deditus est & æquitatis vltro ac gaudens venit ad lucem Euangelicæ doctrinæ,vt huic luci exposita opera eius declarētur quòd facta sunt in Deo,id est,per Deū & Dei instinctu,(est enim Hebraismus)ac proinde quòd bona sint.Bonum enim fit necesse est quod à Deo proficiscitur, & Deo sit impulsore. Declarentur, inquam,tum sibi pro gaudio suę conscientiæ,tum hominib. aliis in exemplum,tum ipsi Deo, cui se commendare studet,vt pro rectè factis præmium vitæ æternæ ab eo consequatur.Porrò notandum, q̄ malè agere vel mala agere dicitur scripturę more non omnisqui peccat,sed qui totum se iniquitati dedidit,quales Psalmista vocat operarios iniquitatis.Veritatē autem facere dicitur, qui iustitiæ dat operam.Nā Hebræorū more veritas sæpe accipit in scripturis pro æquitate & iustitia,quomodo accipitur in oratione Ezechiæ dicētis:Obsecro Domine,memento quęso quomodo ambulauerim corā te in veritate & corde perfecto. His autem verbis saluator in primis Scribas & Phari sæos notare voluit,vt qui odirent lucem Christū, quod notarius esset operib. eorum malis, eaque proderet & argueret.Vniuersalis autem illa:*Omnis qui male agit odit lucem*,formaliter(vt diei solet) est intelligenda,hoc est quatenus malè agit.Multi enim mala agendo appetunt lucem,atque in manifesto volunt mala agere: non tamen quatenus mala agunt,sed quatenus vindictam exercēt,quatenus potentiam,gloriam aut excellentiam suam manifestare sic vel sic quærunt. Quatenus verò malèagunt, omnino vellent occulti esse. 4. Re. 20

BAPTIZAT PER DISCIPVLOS CHRISTVS in Iudæa. IOAN. III. CAP. XXI.

POst hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram,& illic morabatur cū eis, & baptizabat.Erat autē & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim,quia aquæ multæ erant illic,& veniebant & baptizabantur.Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cū Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Ioannem,& dixerunt ei:Rabbi,qui erat tecum trans Iordanē,cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat,& omnes veniunt ad eum.Respondit Ioannes & dixit,Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cælo.Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quòd dixerim:Nō sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est:amicus autem sponsi.qui stat & audit eum,gaudio gaudet propter vocem sponsi.Hocergo gaudium meum impletum est.Illum oportet crescere,me autem minui.Qui de sursum venit,super omnes est.Qui est de terra,de terra est & de terra loquitur:qui de cælo venit,super omnes est.Et quod vidit & audiuit,hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit.Qui autem accepit eius testimoniū,signauit quia Deus verax est.Quē enim misit Deus, verba Dei loquitur,non enim ad mensuram dat Deus spiritum.Pater diligit filiū, & omnia dedit in manu eius.Qui credit in filium,habet vitam æternam:qui autem incredulus est filio, non videbit vitam,sed ira Dei manet super eum.

POST HÆC VENIT IESVS ET DISCIPVLI EIVS IN IVDÆAM TERRAM, &c.] Hoc capite rursum vult Euangelista proferre aliud testimonium Ioannis de Christo,redditum occasione quæstionis discipulorum eius propter baptismum Christi. Itaque postquam Dominus docuisset Nicodemum(idque,vt verisimile est,in Hierusalē) necessarium esse baptismum aquæ,ac rursum in Galileam rediisset,derelicta Galilęa venit habitaturus in Iudæam terram,ibi auspicaturus baptismum,vbi & Ioānes auspicatus erat. Ita enim conueniebat, vt sic apertius ostenderetur ipsum esse illum quem Ioānes post se venturum dixit, & cui viam parabat. Quòd tamen dicitur Christus baptizasse,intelligendum non est ipsum per se baptizasse,cùm capite sequenti cōtrarium Ioannes asserat,sed quia baptizarit per discipulos suos,qui eius iussu baptizauerunt.Baptizante autem Christo non desiit quidem baptizare Ioānes, tum ne inuidia aut ira quadā commotus cessasse videretur,tum quòd adhuc eius baptismus vtilis esset. Huius enim occasione per pœnitentiam & prędicationem suam homines ad recipiendū Christum,& credendum illi adhuc præparabat.Baptizabat tamen non iā in Iordane, vt priùs facerat, sed Christo cedens,ac celebriori loco illi relicto, in obscuriore loco baptizare cœpit, nempe in Aenon iuxta Salim. Sunt autem hæc duo nomina,ciuitatum nomina.Et Aenon quidem secūdum Brocardum à Sichem ciuitate distat quatuor miliaribus,procedendo versus orientem ad Iordanem, asseritque oppidum esse bene munitum,atque optimis abundans terræ nascentibus. Salim autem Hieronymus in epistola quadam ad Euagrium,quæ incipit: Misisti volumen,in tomo tertio,putat fuisse eam ciuitatem cuius sit mētio Genes.33.cùm dicitur Iacob transiuisse in Salem vrbem Sichimorum,quæ est in terra Chanaan. & Genes.14.cùm dicitur Melchisedech fuisse rex Salem.Non enim hanc Salem,in qua regnauit Melchisedech,putat fuisse Ierusalēm,eo quòd Abrahæ à cæde hostium redeunti Ierusalem non fuerit in itinere. Nec refert(inquit)vtrum Salem an Salim nominetur.cùm vocalibus in medio literis perrarò vtantur Hebræi,& pro voluntate lectorum,atque varietate regionū eadem verba diuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fis sonis & accentibus proferantur. Cæterùm videtur illud, iuxta Salim, additum ab Euangelista, ad distinctionem alterius loci qui eodem nomine sit dictus. Nam Ezech. 47. fit mentio alterius Enon, qui terminus fuit Damasci. Cùm autem dixisset Euangelista, Ioannem quoque baptizasse cùm Christus baptizaret, adiecit causam dicens: *Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem*, significans illum debuisse baptizare quamdiu non fuisset à baptizando inhibitus: significans etiam se scribere ea Christi gesta quæ contigerant ante Ioannis incarcerationem, cùm reliqui auspicati sint narrationem prædicationis Christi ab incarceratione illius.

FACTA EST AVTEM QVAESTIO EX DISCIPVLIS IOANNIS CVM IVDAEIS DE PVRIFICATIONE, &c.] Græca non habẽt ἡ, autem, sed ἔν, igitur, significat enim ortam hanc quæstionẽ ex præcedentibus, nempe quia etiam Dominus in Iudæa cœpit baptizare. Iudæi apud quos Christus baptizabat, partim propter testimonia Ioannis de Christo, partim propter miracula quæ fecit Christus, cùm Ioannes nullum æderet signum, præterito Ioanne, cœperunt adhærere Christo, illius baptismum præferentes baptismo Ioannis. Itaque cùm id conspicerent discipuli Ioannis, inuidia quadam contra Christum commoti, ex zelo gloriæ magistri sui quam videbant per Christum obscurati, primùm quidem cum ipsis Iudæis præferentib. Christum Ioanni, disputationem inierunt de purificatione, hoc est, baptismo, conantes persuadere Ioānis baptismum efficaciorem esse peccatis abluendis, quàm baptismum Iesu, cùm Iesus etiam à Ioanne baptizari voluerit. Deinde cùm id populo non persuaderent, venerunt ad Ioannem, querelam apud illum deferentes, & existimantes illum indignè laturum, & aliquomodo cohibiturum hanc Iesu æmulationem. Itaque dixerunt ei: *Rabbi qui erat tecũ*, &c. Quibus verbis quò commouerent Ioannem, & rei indignitatem quam putabant explicarent, quatuor proponunt. Primum enim commemorant humilitatem status præteriti ipsius Iesu; cùm dicitur, *qui erat tecum trãs Iordanem*, hoc est, qui aliquando velut vnus ex discipulis te ad ibat, aç tecum conuersabatur, baptismum à te postulans. Nõ enim tu cum illo tanquã cum magistro, sed ipse tecum. Ideoq; & locum nominant, notantes baptismum à Ioanne susceptum. Secundò commemorant beneficium à Ioãne impensum Iesu, cùm dicunt, *cui tu testimonium perhibuisti*, hoc est, quem tuo testimonio clarum effecisti, cùm antea esset obscurus & incognitus. Dicunt autem *cui tu perhibuisti testimonium*, notantes Ioannem maiorem illo, eo quòd qui alteri perhibet testimonium, maior illo esse soleat. Tertiò, commemorant vsurpatum à Iesu officium Ioannis. *Ecce*, inquiunt, *hic baptizat*, hoc est, cùm prius à te baptizatus se veluti pro discipulo gesserit, omnemque suam claritatẽ à te acceperit, nunc se tibi æquat, idem officiũ sibi vsurpando quod tu hactenus exercuisti. Quartò verò, quod maximè mouere poterat, commemorant detrimentum quod ex baptismo Iesu prouenire Ioanni videbatur, cùm dicunt, *omnes veniunt ad eum*, te scilicet derelicto, quasi dicat: non solùm se tibi æquat, sed præfert, teque ac tuum Baptismum obscurat, ingratus certè pro acceptis à te beneficijs. Porrò in hunc zelũ ex humano proA deuntem affectu contra Iesum diuina dispensatione permissi sunt incidere isti discipuli, in profectũ gloriæ Christi. Elicuit enim hic zelus euidẽtius & cumulatius Ioannis de Christo testimonium. Animaduertendum autem hic quàm etiã in iustis nimius erga homines affectus, sectatum sit causa & origo. Adeo enim proni sumus, vt homines pluris æquo faciamus, proq́ue eis contra veritatẽ æmulemur. Solet namque Satanas non minus conari, vt omnia sanctis malo sint, etiam quæ per se sunt optima, quàm Christus suis faciat bono esse quæ per se mala sunt. Aemulatio discipulorũ pro magistro suo contra Christum mala erat, vertit tamẽ eam in bonum illorum Dominus, dum occasionẽ fecit vt veritatem plenius edocerẽtur. Sic optima res erat, quòd hi discipuli Ioannem colerent, verba enim Dei docebat: hoc autem studii satan conatus fuit in rem pessimam vertere, vt quem propter Deum cœperant colere, colerent cõtra Deũ, dum eius præpostero studio Christo ineiperẽt inuidere, atque contra eum incitare cuperẽt & magistrum suum. Cauẽdum igitur ne plus æquo homines admirẽntur, neve in quoquam mortalium gloriemur. Omnia enim nostra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas. 1. Cor. 3.

RESPONDIT IOANNES ET DIXIT: NON POTEST HOMO ACCIPERE QVICQVAM, &c.] Intelligens Ioannes immodicum discipulorum suorum pro se zelum & studium, ita praua affectui illorum mederi studuit, vt ostenderet sese non solùm nõ ęgrè ferre quòd gloria Iesu suam obscuraret, sed etiam vehementer gaudere. Quod autem dicit: *Non potest homo*, &c. dupliciter accipi potest. Primùm secundùm Chrysostomum & Theophylactũ, vt referatur ad Christum, in hunc sẽsum: Cùm nullus possit aliquid boni & perfectionis accipere, nisi fuerit ei datum è cœlo, credere debetis à Deo hũc accepisse vt baptizet, & supra me crescat: nõ autẽ ei inuidere, nisi Deo velitis esse contrarii. Secundò, secundùm Augustinum & Cyrillũ, & rectius istud accipitur dictum à Ioanne propter seip sum, vt sit hic sensus: Immo dicè pro me zelatis, cupientes vt maiorem meipsum faciam quàm sim. Non enim possum nec volo quicquam mihi vsurpare, præter id quod datũ est mihi cœlitus. Atque istud Ioannem potius voluisse patet ex eo quod sequitur, in quo illos testes facit, quod dixerit se non esse Christum, cùm talis à multis crederetur, sed missum se ante illum. Quibus verbis apertè satis significat Iesum esse Christum, cùm ante illũ missus fuerit, eumq́ue dixerit esse qui post se venturus erat. Bene autem antiquum suum de Christo testimonium in memoriam reuocat, tũ vt ostẽdat quàm semper fuerit ab alienæ laudis appetẽtia alienus: tũ vt ostendat eadem illa authoritate sua, ob quã ad æmulationem discipuli contra Christum commouebãtur, zelum illorum iam debuisse deponi. Si enim tanta illis erat autoritas Ioannis, vt non paterentur eam obscurari, meritò etiam tantùm apud eos valere eadem debuisset, vt dictis eius fidem haberent.

QVI HABET SPONSAM, SPONSVS EST: AMICVS AVTEM SPONSI QVI STAT ET AVDIT EVM.] Parabola est hic sermo, qua per similitudinem quandam rerum terrenarum ostendit & quanta sit inter se ac Christum differentia, illum enim esse spõsum, se verò amicum

amicum sponsi: & quàm sit alienus ab ea inuidia quæ vrebat discipulos. Et est sensus: Quemadmodum is solus sponsus est cui sponsa in matrimonium destinata est, cæterùm qui ipse sponsus non est, sed tantùm amicus sponsi, nõ inuidet sponso suam fœlicitatem, neque præripere illi sponsam suam cupit, sed pro amicitię affectu gratulatur ei, ac honoris causa astans sponso, vt sua præsentia illum ornet, in omne ministeriũ eius paratus, tacitus audit eum cũ sponsa sua colloquentem, idq́ue cummagno animi gaudio: ita sane res se habet, & in hoc negotio nostro. Is enim cuius gloriæ inuidetis, solus sponsus est, vt cui à patre cœlesti sanctorũ multitudo in sponsa duputata est: ego verò nõ sponsus, sed tantùm amicus sponsi: quare tantum abest vt vobiscum ac cum Pharisæis inuideã eius gloriæ, vt summo gaudio perfundar propter vocẽ eius iucundissimam simul & salubertimam, qua iam cœpit alloqui sponsam suam. Cumq́; iam diu summo desiderio optauerim hoc gaudio perfrui, iam certè impletum est ac re ipsa exhibitum, non sine singulari Dei in me beneficio, cùm priscis patrib. negatum fuerit hoc gaudio perfundi, summa licet auiditate cupientibus videre & audire sponsũ cum sponsa sua colloquentem. Cùm enim dicit: *Hoc ergo gaudium meum impletum est*, significat hoc gaudium à se priùs semper desideratum, & sibi præstitum, quod aliis hactenus patriarchis & prophetis negatum fuit. Aptissima autem & mysteriis fœcundissima est ea metaphora, qua Christus dicitur spõsus humani generis. Nulla enim alia magis totum mysterium incarnationis Dominicæ significatur. Et quidẽ in veteri lege Deus dicebatur veteris populi spõsus & maritus, quo significabatur charitas Dei summa erga eum populum, ac pacta fidelitatis cum eo populo inita. Deinde soli Deo adhærendum esse, atque ex ea coniunctione fructus bonorum operum producendos, quamq́ue graue scelus sit Deo desertо alteri adhærere. Verùm cùm hæc coniunctio Dei cum eo populo nimis esset sterilis, arctius & intimius sese humano generi coniungere voluit Dei filius, qui quoniam in sua veniens maiestate sciebat se humano generi terrori fore, exinaniuit seipsum, formam serui accipiens, vt seruam Ecclesiam sibicopularet. Cumq́; hanc alterius seruitute depressam inueniret, pretio sui sãguinis eam sibi redemit, & acquisiuit, per fidem & dilectionem eam sibi copulans, vt ex ea spirituales Deo filios procrearet. Vt autem eiusdem erga se fidelitatem cõprobaret, atque in amore suo magis accẽderet, ac magis magisq́; purgatã suis cõplexib. dignam faceret, ea in terris derelicta, peregrè in cœlum profectus est, rediturus suo tempore, quando illã in cœlestibus suis thalamis recipiens, cupitis suis amplexibus perfrui in æternum concederet. Interim tamen spiritus sui arrabonem reliquit, ac mnemosynon corporis ac sanguinis sui, quo eam semper pascens nõ sinit sui memoriã animo eius excidere. Vnde intelligere licet quare Ecclesia sponsa potius dicat quàm vxor, & Christus sponsus potius quam vir, nimirum quia primo suo aduentu Ecclesiam veluti sibi desponsauit, consummaturus cum ea nuptias secundo suo aduentu: quamquam & ideo sponsus dicatur, vt intelligatur coniunctio ista fieri citra corruptionem virginitatis sponsæ.

ILLVM OPORTET CRESCERE, ME AVTEMMINVI.] Oportet, ex decreto patris pro hominum salute. Crescere dicit, nõ quòd seipso maior futurus erat, sicut nec Ioãnes in seipso imminuebatur: sed quòd maior esset futura eius autoritas. & contrà Ioannis minor. Quare autem illum oporteat crescere, ostendit cùm subdit: *Qui de sursum venit, super omnes est*; quasi dicat: Non solùm me superat, sed omnes omnino homines, omnésque creaturas. Pro dictione enim *omnes*, Græca dictio πάντων ambigua est. Potest enim esse masculini generis vel neutri, vt sit super omnes, vel super omnia, hoc est super omnes res, quomodo accipit Cyrillus. Significat ergo satis eum esse Deum, cùm nihil sit superomnia nisi solus Deus. Quanta autem sit inter eum qui de sursum venit differentia & omnes alios, declarat cum subiicit: *Qui de terra est*, hoc est, qui de terra natus est, in terra suam habens originem, *is de terra est*, hoc est, terrenus est, nihilq́; aliud quàm mortalis homo, atque ob id terrena, humiliaq́ue loquitur. Contrà qui de cœlo venit, ita omnes excellit qui de terra sunt, quomodo superat cœlum ipsum terram: & quoniam è cœlo venit, non terrena loquitur, sed ea testatur, inuulgat & prædicat quæ in cælo vidit & audiuit, hoc est, quæ certissimè & exactissimè cognouit, veluti si visu & auditu certissimis sensibus ea percepisset, & tamen cùm tam certũ sit testimonium eius hoc est prędicatio & doctrina, pauci admodum illud recipiunt credendo illi.

Quod ergo bis dicitur; *de terra est, de terra est*; non est negatio, sed cõfirmatio humilitatis omnium. Quod verò dicit eum qui de terra est, loqui de terra, non sic accipiendum quasi Ioannes cęteriq́; prophetæ nõ locuti sint diuina, sed quòd humilia locuti sunt, si comparentur cum his quæ docuit Christus, quomodo superius & dixit Christus: Si terrena dixi vobis, &c. De terra enim loquebatur Ioannes, quoniam ad baptismũ in aqua sola constitutũ inuitabat, cũ Christus prædicaret & conferret baptismum spiritus. Aut intelligendũ est, eum qui est è terra, non nisi terrena loqui ex seipso atque ex sua origine, quamuis ex supremo influxu loquatur quandoque cælestia: Christum verò ex sua origine, hypostasi atq; natura habere, vt loquatur cœlestia. Porrò naturalis notitia diuinorum quam habuit Christus, explicatur per visum & auditum. Per visum quidem ad explicandum euidentiam: per auditum verò, ad explicandum ordinem originis, nempe quòd omnem suam cognitionem à patre accepit, à quo accepit & esse. Quod enim audiuimus, ab alio ad nos derivatur.

QVI AVTEM ACCEPIT EIVS TESTIMONIVM, SIGNAVIT QVIA DEVS VERAX EST.] Posteaquam excellentiam Iesu manifestauit Ioannes, ostendit etiam fructum & necessitatem fidei in illum. Qui inquit, acceperit eius testimonium, hoc est, crediderit ei, hic sigillauit & obsignauit, hoc est, fide sua certo demonstrauit, perinde ac si sigillo addito rem certam effeciſſe: Deum patrem esse veracem, quia, vt subdit, filius à patre missus loqtur verba Dei, proinde qui filio credit, cõfirmat Deũ patrẽ, qui in filio loquitur, esse veracem. Contrà ergo significat eũ qui non acceperit eius testimonium, sua incredulitate commonstrare Deum nõ esse veracem, quo nihil potest esse magis impium. Sic 1. Ioan. 5. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

non credidit in testimonium quod testificatos est A Deus de filio suo. Ne autem verbum, *signauit*, hic accipiatur simpliciter pro significauit, aut indicauit, vt aliqui exponunt, notandum est Græca habere verbũ ἐσφράγισεν, quod à sigillo deriuatur. σφραγὶς enim sigillum dicitur & signaculum. Christum autẽ singulariter dicitur misisse Deus, quãuis & alij prophetæ missi dicantur à Deo; quia solus Christus missus fuit è cœlo in terras, cùm alij dicti sint missi à Deo solùm, ideo quia ex autoritate Dei prædicationis munus sibi desumpserint.

NON ENIM AD MENSVRAM DAT DEVS SPIRITVM.] Dupliciter istud intelligitur: primò, vt subintelligatur pronomen, ipsi, & intelligatur Deus pater filio non dedisse spiritum B ad mensuram. Quod tamen rursum dupliciter accipi potest, nempe vel secundum diuinam naturam, vel secundum humanam. Secundum diuinam enim naturam non dedit Deus filio spiritum ad mẽsuram, quia dedit ei integrũ spiritum suum substantialiter. Secundum humanam verò naturam non dedit ei ad mensuram, hoc est, non dedit ei parcè & mediocriter, sed largissimè, secundum omnes scilicet spiritus dotes, & omnem spiritus capacitatem quæ conuenire potest humanæ naturę, cum reliquis omnibus ad certum modum datus sit spiritus. Secundum quem sensum, da- C re ad mensuram, prouerbialis est sermo, pro eo quod est: parcè dare. Qui enim parcè dat, metitur aut numerat: qui verò effusè, absque mensura dat. Alioqui gratia spiritus qui fuit in Christo, cùm fuerit finita, mensurata dici posset. Si autem altero horum modorũ accipiatur hæc sententia, cõiungetur secundùm Theophylactum cum illo quod dictum est; *qui acceperit eius testimonium*; hoc modo: meritò quidem accipiendũ est eius testimonium, quia ei non ad mensuram, &c. Secundùm Cyrillum verò ad id quod immediatè præcedit; *verba Dei loquitur*; quòd sic debet accipi, nihil loquitur nisi verba Dei, vt discernatur à reliquis Prophetis, qui & ipsi verba Dei loquebantur. A quibus quàm fuerit diuersus deinceps ostenditur, cùm subditur: *Non enim huic dat spiritum ad mẽ-* D *suram*, sicut scilicet mihi & aliis. Secundò hæc sententia accipi potest, vt idem sit ac si dixisset: Non solet certa aliqua & definita mensura Deus spiritum largiri, vt si cui multum de illo sit largitus, non possit alteri largiri amplius, aut vt omnibus æqualiter eum dispenset: sed pro arbitrio suo vni cuique eum tribuit, nec vlli tantum contulit, quin multo plus queat impendere aliis. Infinita est enim hæc spiritus opulentia. Nolite igitur existimare Deũ propterea quòd mihi plurimum E sui spiritus impertiuerit, nõ posse huic longè plus donare. Qui posterior sensus germanior videtur, tum quia non est adiectum pronomen, ipsi, tum quia non dicitur, dedit, sed *dat*.

PATER DILIGIT FILIVM, ET OMNIA DEDIT IN MANV EIVS.] Potest istud accipi ita coniunctum superiori sententiæ, vt declaret filio non datum spiritum ad mensurã, cùm omnia sint data in manu eius. Aut potius quoniã superius dixit: eũ qui missus est è cœlo, super omnes esse, eiúque tanquam verba Dei loquenti credendum esse: pergit ipsius excellẽtiam prędicare, docẽs iam non solùm illum esse super omnes, sed omnia etiã à patre illi commissa, credendumque illi non solùm tãquam vera ex Dei nomine prædicanti, sed etiam tanquam salutis & vitæ æternæ autori. Pater, inquit, vnicè diligit vnicum filium, quare quemadmodũ solet dilecto filio facere pater, omnia dedit in manu eius, hoc est omnia cõmisit potestati eius. Est enim ea locutio Hebraismus. Porrò & dicitur omnia filio dedisse pater, quamuis possit intelligi de Christo secundùm diuinã naturã (secundùm eam enim omnia pater ei dedit generando illum, & dando illi essentiam, ac cum ea omnia quæ sua erãt) tamẽ potius intelligi debet de Christo secundùm humanã naturã, cui per gratiam Deus pater omnium rerum potestatem dedit, quã priùs filij diuinitas habuit per naturam. Illud enim: *pater diligit filium*; videtur præmitti, tanquã causa quare omnia dederit filio pater. Dilectio autẽ patris erga filium nõ potest dici causa, ob quam omnia dederit filio secundùm diuinitatem. Sic enim dedisse omnia filio, nihil est aliud quàm illũ genuisse. Generationis autem filij causa & principiũ nõ potest dici esse dilectio. Nam cùm dilectio sit actus volũtaris, sequeretur patrẽ genuisse filiũ voluntate, non natura, quod est hæresis Arianæ. Si tamen de diuina natura accipere placet id quod dicitur, *pater diligit filium*; non accipietur tanquam causa secundę partis, sed tantùm vt signum eius. Dilectio enim perfecta qua pater diligit filium, est signum quòd omnia illi patet tradiderit. Aut sic intelligendũ, quomodo indicat Cyrillus: Pater diligit filium & nõ solùm diligit, sed etiam omnia cõmisit potestati eius, & omnia ei dedit quę sibi inessent. Cæterùm cùm dicit patrem diligere filiũ, significat eos qui filio resistũt, patri resistere, gaudereq; patrẽ si filio honore maximo afficiatur ab hominibus. Sic & cùm dicit omnia data filio in manus, significat æqualẽ honorem filio defetti voluisse patrẽ, cũ ob potestatẽ honor alicui debetur, & omnia quoque bona ab eo expectanda, cui credere quàm sit salutare, quãmque contrà damnosum non credere, deinceps docet, dicens. *Qui credit in filium, habet vitam* D *æternã*, &c. Priùs quidem fructum fidei enarrauit pertinentem ad ipsum Deum, nũc verò fructum pertinentem ad eum qui credit. Quod autẽ dicit, *habet vitam æternam*; variè exponi potest. Primò enim intelligi potest credens habere vitam æternam, quia Christum habet per fidẽ habitantẽ in corde suo, qui est vita nostra, sicut ipse dicit, Ego sum via, veritas & vita. Et Paulus, Cũ apparuerit *Colos. 3* Christus vita vestra, tũc & vos apparebitis cũ illo in gloria. Secundò, si vita æterna accipiatur pro ea ratione fœliciter viuẽdi quã expectamus post hanc vitam, quę consistit in diuina fruitione cum E exclusione omnis mali, & adeptione omnis boni, intelligendũ est credentẽ habere vitam æternam, quia habet in radice, in semine & certa spe. Spe enim, inquit Paulus, salui facti sumus. Cùm autẽ *Rom. 8.* vita illa beata quã expectamus, hic in spiritu inchoetur, dum per fidẽ Christus habitans in nobis spiritũ viuificat, absolutè etiam accipi potest credentẽ habere iam in se vitam æternam, inchoatã scilicet & occultam, nõdum tamen perfectam & manifestam. Cùm enim postea cæpit dicatur, hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum, certè qui iam fide viua Deum cognouit, æternam vitã in se habet, sed inchoatam tantum, & necdũ perfectam, sicut & gaudium & pax pro fidei portione sunt in creatũris inchoata, & necdum perfecta. Vbi autem plena

plena erit Dei & Christi cognitio, tũc & ista per- A fecta erunt, consummataq; vita æterna, & oĩbus modis beata. Sicut enim fœtũ hominis iam animatũ dicimus habere vitam humanã, & verè habet, quanquã admodum imperfectam: sic quibus certa Dei cõtigit cognitio etiã imperfecta, modo tanta vt amorẽ Dei accendat, vitam vtique æternam & beatã habent, quæ cùm nunc in spiritu tãtùm sit, non enim in corpore hoc mortali diffusa, neq; in ipso spiritu sit adhuc imperfecta, expectamus eiusdem in spiritu & corpore perfectionem: quam & ipsam iam per spem habemus, ari abone nobis spiritus dato à Deo, quò nihil ambigamus quòd ex parte Dei est. Cùm autem subditur: *Qui incredulus est filio, non videbit vitam*. Hebraica phrasi dictum est, *non videbit vitam*, pro eo quod est, non erit particeps vitæ, beatæ scilicet, quæ sola vera vita est. *Sed ira Dei manet super eum*, hoc est, vltioni diuinæ manet in æternum obnoxius. Et quidem omnes nascimur filij iræ, secũdum Paulum: Qui autem non credit filio qui missus est ad reconciliandum nos patri, hic iræ diuinæ sub qua natus est, manet in perpetuum subiectus. Duplicem autem significat non credentium pœnam, videlicet prinationem vitæ æternæ, quam vocat pœnam damni, cùm dicit; *Non videbit vitam*, & vltionis diuinæ seueritatem, quam vocant pœnam sensus. cùm dicit; *Sed ira Dei manet super eum*.

IOANNES AB HERODE OB REPREHENSVM adulterium recluditur in carcerem. Matth. 14. Marc. 6. Lucæ 3. CAPVT XXII.

† a Herodes enim. ◁ b vinxit, ſla posuit. † a illi. ◁ a eam

ERodes autem Tetrarcha cùm corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes: adiecit & hoc super omnia.† c Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & ◁ alligauit eum, & ‖ inclusit c Ioannem d in carcerem e propter Herodiadem vxorem b Philippi e fratris sui: b quia duxerat eam. e Dicebat enim Ioannes † Herodi: Non licet tibi habere ◁ vxorem fratris tui: b Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum: nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter audiebat. a Et volens eum occidere timuit populum, quia sicut propheram eum habebat.

QVandoquidem secundus aut tertius potius B aduentus Domini è Iudæa in Galilæã, cuius mentionem facit Ioan. cap. 4. sequenti, is est cuius reliqui Euãgelistæ meminerunt, omissis aliis, vt satis patet conferendo, & Matthæus cum Marco testatur hunc reditum è Iudæa in Galilæã factum post traditionem Ioãnis: necessarium fuit hìc inserere Ioannis incarcerationem, quam tres quidem Euãgelistæ scripserunt, sed nullus suo loco. Lucas enim per præoccupationem cap. 3. postquam enarrasset variam Ioannis ad populum ex- C hortationem, simul enarrandum duxit quanta libertate etiã Herodem corripuerit, quantaq; Herodis fuerit impietas, qui cùm videret ad prædicationem Ioannis multos confluere, milites credere, publicanos pœnitere, ipse econtrà Ioãnem non solùm contẽpserit, sed vinxit, & occidit. Matthæus verò cap. 14. & Marcus cap. 6. per recapitulationem, dum alia occasione & mortem Ioannis & captiuitatem describendam putauerunt.

HERODES AVTEM TETRARCHA D CVM CORRIPERETVR AB EO DE HERODIADE VXORE FRATRIS.] Omnes quidem tres Euãgelistæ Ioannem narrant ab Herode carceri inclusum ob reprehensum illicitum cum Herodiade matrimonium: solus verò Lucas etiã de aliis malis quæ fecit reprehensum narrat Herodem. Quæ verò hæc fuerint mala, etsi nõ narretur ab eo, tamẽ quædam eorum ex Iosepho colligere licet, videlicet reiectio legitimę suæ vxoris quã priùs habuit, & tyrannis in populũ. Cùm E enim Iosephus lib. antiq. 18. cap. 9. Philippũ huius Herodis fratrẽ collaudet ob rectitudinem, æquitatem, mãsuetudinem & moderationem, satis significat fratrem Herodem cõtratij fuisse ingenij. Certè malum fuisse virum satis patet ex eo, quòd postea eum Saluator vulpem appellet, atq; ex prioratione tetrarchiæ suæ, & exilio suo quo condẽnatus fuit postea à Caio. Idem autẽ Iosephus eiusdem lib. cap. 10. cùm & ipse recenset Ioannem ab Herode incarceratũ, & interfectũ in castro Machærunta, quod in limite esse dicit Aretæ, Herodisq; regionis, quod & Plinio est secũda arx Iudææ ab Hierosolymis, aliã affert causam huius incarcerationis & interfectionis, videlicet quòd suspicionẽ rerum nouãdatum de eo cõcepisset, ac vereretur ne fortè doctrinæ eius psuasione à suo regno discederẽt; cùm videret populũ illi adeo addictũ, ab ore eius tãtopere pendere. Fieri autẽ potest, vt vtraq; causa ad necem Ioãnis sit lestum tyrãnum impulerit, & vel ex eo maximè suspicionẽ eam de Ioanne cõceperit, q; se liberè adeò adulterij, aliorumq; criminum arguerat, eamq; suspicionẽ suæ impietati prætexuisse, atq; ob id eam vt notiorẽ causam à Iosepho traditam. Porrò Herodias quæ fuerit, non ab omnibus eodẽ modo dicitur. Iosephus enim filiã dicit fuisse filij Herodis maioris. Hieronymus verò filiã Aretæ regis. Ita enim scribit super Matt. 14. Vetus narrat historia Philippũ Herodis maioris filium, sub quo Dominus fugit in Ægyptũ, fratrẽ huius Herodis, sub quo passus est Christus, duxisse vxorem Herodiadem filiam Aretæ regis: postea verò socrũ eius, exortis quibusdam cõtra generũ simultatibus, tulisse filiam suam, & in dolorẽ prioris mariti, Herodis inimici eius nuptiis copulasse. Verùm cùm hæc vetus historia sit incerta, Iosephi autẽ certior, verisimilius est quod dicit cum aliis probatis historiographis Iosephus, fuisse hanc Herodiadẽ aliam Aristobuli filij Herodis maioris, ac sororẽ Agrippæ maioris. Quod cùm ita apertè & frequẽter dicat Iosephus, manifestũ potest esse in Eusebij historia Eccleiast. cap. 15. lib. 1. mendũ, cùm ibi dicatur Iosephus scripsisse Herodiadẽ hanc fuisse filiã Aretæ regis. Sic enim ibi legitur: Cõcordi verò testimonio etiam Iosephus de hoc scribit, nominatim etiã de Herodiade, cõmemorans velat de cõiugio fratris Philippi viuẽtis violẽter abstractæ, & suis, ab Herode incestis nuptiis sociatæ, propria & legitima vxore depulsa. Quam Herodiadẽ filiam dicit fuisse Are-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ regis Arabiæ, propter quam etiã Ioannem Baptistam ab eo cõmemorat interemptum. Bellum quoq; exortum inter Aretam dicit & Herodem, tanquam ob ignominiam filiæ vindicandã, &c. In quo testimonio præter alia falsa, etiã illud falsum est, quòd Iosephus dicitur dixisse Herodiadẽ filiã fuisse Aretæ regis. Non enim hoc dicit, sed ꝓpriã illam & legitimã vxorem depulsam, fuisse filiam Aretæ. Quare lectio nostra sic restituẽda videtur, vt deleto nomine, Herodiadẽ, póst illud, propria & legitima vxore depulsa legatur; Quam filiam dicit, &c. Videriq; potest & Hieronymi error ex mendoso loco Eusebij ortus, cùm Eusebii historiam libenter sequi soleat. Verùm idem Iosephus asserit frequenter: vt cap. 9. lib. 18. & 11. cap. aliisq; locis, id quod enarrationi Euãgelistarum videtur contrariũ, videlicet quòd Herodias hæc nón fuerit priùs vxor Philippi tetrarchæ Trachonitidis, germani fratris Herodis huius tetrarchæ Galilææ, sed fuisse vxorẽ alterius Herodis, qui & ipse fuerit filius Herodis maioris, ex alia matre progenitus quàm Herodes & Philippus tetrarchæ. Hos enim ex Cleopatra quadã natos. Illũ verò ex Mamme Simonis põtificis filia, ex quo Herodis filiam Salomen susceperit, eamq; filiam fuisse vxorem Philippi tetrarchæ, quem sine filiis decessisse dicit, idq; antequam Ioãnes ob reprehẽsum adulterij vinciretur & decollaretur. Quæ si vera sunt, oportet fateri illum Herodẽ, cuius Herodias hæc priùs fuit vxor, etiam dictum fuisse Philippum, eumque Philippũ, cuius apud Marcum fit mẽtio, non esse illum qui fuit tetrarcha Thraconitidis. Aut certè in Marco nomen Philippi ab aliquo adiectum, sicut & in Matthæo & in Luca adiectum est in quibusdam Græcis codicibus.

DICEBAT ENIM IOANNES HERODI: NON LICET TIBI HABERE VXOREM FRATRIS TVI.] Herodes iste, sicut & pater eius, quamuis Iudæus non esset, tamen quia proselytus, obligatus erat ad observationẽ legis Mosaicæ. Hac autem vetitum erat habere vxorẽ fratris. Nam Leuit. 18. sic legitur: Turpitudinẽ vxoris fratris tui nõ reuelabis, quia turpitudo fratris tui est. Et rursum Leuit. 20. Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam: turpitudinem enim fratris sui reuelauit, absque liberis erunt. Cuius præcepti vltima pars, etsi à quibusdam sic intelligatur, vt significetur ex tali matrimonio nullos nascituros, aut natos non habẽdos pro legitimis, ita vt nõ successuri sint in hereditate parentũ: rectius tamẽ sic intelligitur, vt significetur eos qui sic sunt cõiugati occidendos, nec permittẽdum vt ex talibus nuptiis filios procreent. Videtur enim Deus in hoc & præcedẽti præcepto voluisse constituere pœnã mortis hominibus inferendã. sicut in aliis omnibus præceptis præceptis. Potrò ex dictis illis duobus capitulis colligere licet, quę personæ propter affinitatem à coniugio excludebantur; & quæ propter cõsanguinitatem. Propter consanguinitatem enim excludebãtur, mater, soror, neptis, matertera & amita. Propter affinitatem verò, nouerca, vxor patrui, nurus, vxor fratris, filia vxoris, aut prolium eius, soror vxoris ea viuente, mater vxoris. Scribæ verò etiã alias personas signarunt prohibitas, vt sunt mater patris aut matris, mater & vxor aui, nurus filij, & nutus nepotis, &c. quæ ex præcepto legis satis consequuntur. Cæterùm ea lex quæ prohibuit ducere vxorem fratris, vnicam habuit exceptionẽ, nempe cùm frater decessisset absq; liberis. Tunc enim non solùm licitum erat, sed etiam præceptum Deut. 25. vt frater fratris mortui dueens vxorem, semen illi suscitaret. Cùm itaque Herodis huius frater, cui priùs nupserat Herodias, adhuc superesset, atque ex eo Herodias puellã genuisset, nulla ratione licuit Herodi huic ducere eam, sed accipiens eam duplex simul commisit peccatum, adulterium scilicet & incestum: quorum vtrumq; notat Ioannes, cùm dicit, *vxorem fratris tui.* Quoniam enim vxor erat alterius, adulterium erat. quoniam verò fratris vxor, incestus erat. Portò hîc animaduertendum, quàm nihil principale fastidium Ioannes fuerit veritus, sed liberè & adulterij & aliorum quæ faciebat malorum Herodem monuerit, Eliam certè, in cuius spiritu venerat, imitatus, qui simili zelo & authoritate arguerat Achab & Iezabet, impios cõiuges. Verisimile tamen est ipsum Ioannem oportunè monuisse, & citra procacitatem, nec denique sine spe fructus ne quis credat eum sanctũ dedisse canibus, quod vel ex eo colligitur, quod de Herodis erga Ioannem reuerentia Marcus narrat.

ꝺHERODIAS AVTEM INSIDIABATVR EI, ET VOLEBAT OCCIDERE EVM, NEC POTERAT. HERODES, &c.] Herodias velut altera Iezabel Herode peior, metuẽs ne aliquãdo Herodes Ioannis, quem lubenter audiebat admonitioniacquiesceret, ipsaque ab illo reijceretur, cùm non posset ab Herode impetrare Ioannis occisionem, insidiis quærebat illum perdere, verùm nõ succedebat. Quorũ causam addit Marcus: cùm subiecit, *Herodes enim metuebat Ioannem*, &c. Nam coniunctionem, *enim*, habent Græca & antiqua quoque exẽplaria Latina, pro quo plerique Latini legunt, *autem*. Non redditur autem hîc tantùm ratio, quare non potuit Herodias occidere Ioannem, sed etiam quare insidiaretur, ei cuperetq; occidere. Quoniam enim aduertebat Herodem bene existimare de Ioãne, ob id magis sibi metuens per insidias illum tollere quærebat. Non poterat autem, quoniam Herodes etsi Ioãnem ex animo non amaret, tamen reueritus eum ac metuẽs, eo quòd sciret virũ esse iustum, custodiebat eum ne ab Herodiade interficeretur. Aut custodiebat eum, hoc est, obseruabat eum ac coluit, in honore eum habẽs. Qui sensus sequẽtibus magis conuenire videtur. Subditur enim: *Et audito eo etsi nondum omnia, tamen multa faciebat, & lubenter eum audiebat.* Vbi notãdum, quanta sit virtutis vis, vt qua efficiatur quis etiã regibus & principibus formidabilis, quaq; fit vt etiã ab impiis multa quæ virtutis sunt impetrẽtur, etiamsi necdum omnia. Notandum rursus, quanta libidinosarum mulierum pertinacitas inflexibilis, vt rectè dixerit Sapiẽs. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Breuis omnis malitia super malitiã mulieris. Quãuis enim sanctitatis opinione cõmoueretur Herodes, Herodias tamẽ obstinatè machinabatur sanctissimi viri mortem, neq; Dei consideratione, neq; metu populi à studio suo impio reuocata. Verùm quomodo dicitur Herodes lubenter audiisse Ioãnem quem propter adulterij admonitionẽ carceri incluserit; quomodo etiam lubẽter audiuit, metuebat & custodiebat, cùm Matthæus dicat eum voluisse Ioannem occidere: *Et volens*, iuquit, *eum occidere, timuit populum, quia sicut prophetã eum habebant.* Hæc dubitatio variè soluitur. Quidã enim, inter quos Caietanus, intelligunt ea quæ Marcus in Herode prædicat, intelligenda non verè ita in ipso fuisse, sed apparenter tantùm, ita vt propter timorem populi simularet se metuere Ioãnem, & lubenter eum audire ac obseruare, iuxta verbum Domini appellantis Herodẽ vulpem. Verùm hæc sententia non videtur satis conuenire narrationi Marci, qui absolutè asserit eum metuisse Ioãnem, &c. Itaq; alij dicunt, ea quæ Marcus dicit, primũ facta fuisse: quæ verò Matthæus, postea cõtigisse. Primùm enim, inquiunt, Herodias negotium faciebat Ioanni, volebatq; illum occidere: Herodes verò non permittebat, sciẽs eum virum iustũ & sanctum, ideo quoque audito eo multa faciebat, & lubenter eum audiebat. Quum autẽ vehementer illum vrgeret, arguens ac increpans, eum tãdem Herodes, hinc quidem deuictus molestia, hinc autem quodãmodo vim ab Herodiade perpessus, iam pudorẽ in iram cõmutauit, & omnino illi acquiescere nolẽs, volebat eum occidere, propter metum autẽ populi ab eo quod volebat abstinuit. Alij verò, vt apparet, rectius dicunt, Herodem partim quidem voluisse occidere Ioannem, partim noluisse, ita vt fuerit in eo voluntariũ permixtum inuoluntario, sicut de pigro dicit Sapiẽs, quòd vult & non vult. Cupiuisset enim eum occidere, ac Herodiadi obsequi, quatenus cõtrarius erat suæ libidini, & ab eo sibi malè timebat: verùm ne quod hac ratione volebat faceret, timor populi retraxit, vt dicit Matthæus, ac sanctitatis eius consideratio & veneratio, vt dicit Marcus. Duæ enim erãt causæ, quæ ab occidẽdo reuocabant Herodem, quãuis id satis cuperet, quarum alteram diuiniorem recensẽt Marcus, volens cõparare Herodiadis impietatem cum Herode: alteram carnalem Matthæus reddit, significãs sanctitatis venerationem non tãtum habuisse apud eum põdus, vt ob eam necem viri sancti incermisisset, si non magis populi in se incursum metuisset. Hinc autem discendũ, quàm pugnans ac portentosa res sit, impius à Deo reiectus, sibiq; relictus, dum partim conscientiæ suæ, partim mundo, partim libidini suę satisfacere studet. Huius enim exemplum in Herode isto manifestè relucet.

IOANNE TRADITO CHRISTVS REDIENS IN GALILÆAM per Samariam, mulieri Samaritanæ innotescit. Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. Ioan. 4. CAPVT XXIII.

Postquam[b] autem traditus est Ioannes, [a] cùm audisset Iesus quòd Ioãnes traditus esset, [&] d vt* cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi quod Iesus plures discipulos facit & baptizat quàm Ioannes (quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudæã, &† m abiit[d] iterum, [e] & regressus est Iesus in virtute spiritus[f] in Galilæam. [g] Oportebat autem eum transire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? nõ enim cõiuntur Iudei Samaritanis. Respondit Iesus & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi aquam hanc vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir, hoc verè dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia venit hora quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit qui dicitur Christus: cùm ergo venerit, ille annunciabit nobis omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum. Et continuò venerunt discipuli eius, & mirabantur quòd cum muliere loquebatur, nemo tamen dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci, nunquid ipse est Christus? Interrogabãt eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare? Ille autem dixit eis: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Nónne vos dicitis quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit: & congregat fructum in vitam æternam, & vt qui seminat simul gaudeat,*

a sit. *b* venit Iesus. *c* autem *d* ergo *e* secessit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gaudeat,& qui metit. In hoc enim verbum verum est, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Cùm venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multò plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi. Post duos autē dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet. Cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidissent ea quæ fecerat Hierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum.

POSTQVAM [b] AVTEM TRADITVS EST A IOANNES, ET [d] VT COGNOVIT IESVS QVIA AVDIERVNT.] Reditum istum in Galilæam, quem Matthæus quidē & Marcus factum dicunt post traditum Ioannem: Ioannes verò Euangelista, postquam intellexisset Christus Pharisæos audiuisse de multitudine discipulorum suorum, eundem esse, quamuis diuersa videatur occasione à diuersis narrari factus, vel ex eo satis patet, quòd sicut Matthæus in hoc reditu dicit Christum in Galilæam venientem reliquisse ciuitatem Nazareth: ita & Ioānes idem in suo quē B describit reditu factum indicet, cùm dicit Iesum testimoniū perhibuisse, quia propheta in sua patria honorem non haberet. Verùm obstare videtur quod dicit Ioannes, Pharisæos audiisse Iesum plures facere discipulos, & baptizare plures quā Ioannē, vnde videtur significari Iesu iam parante abitum adhuc Ioannem baptizasse. Itaque illud non sic est intelligendum, quasi Iesus plures baptizaret, sibiq́ue adiungeret quàm Ioannes tunc faceret, sed quàm Ioannes olim fecisset. Quidam tamen intelligunt Christo è Iudæa abeunti non- C dum fuisse traditum Ioannem, intellexisse autem eius traditionem cùm in via esset. Verùm istud non conuenit narrationi Matthæi & Marci, qui cùm Christi descripserint è Galilæa in Iudæam aduentum, deinde dicunt post traditum Ioānem secessisse in Galilæam, nimirum è Iudea. Eundem quoq; esse reditum in Galilæam, cuius meminit Luc. cap. 4. post tētationem Christi, quamuis reditus nullam occasionem exprimat, patet ex eo quòd addit, *& fama exiit per vniuersam regionem de illo.* Non enim id primo in Galilæam reditu con- D tigit, quando adhuc satis latebat Christus, sed secundo, quando apertè cœpit prædicare ac miracula ædere. Dubium autem hic est circa occasionem recessus è Iudæa in Galilæam, quam describunt Matthæus & Marcus, quomodo scilicet in seipsa conueniens fuerit, quomodo etiam conueniens cum occasione recessus quā reddit Ioannes. Cùm enim Herodes qui Ioannem vinxerat in carcere, tetrarcha esset non Iudææ, sed Galilææ, quid est quòd Christus audita traditione Ioannis è Iudea secedit in Galileam, cùm tunc E magis videretur in Iudea permanendum fuisse? Deinde quomodo propter Phariseos secessit, vt dicit Ioannes, cùm alij duo propter Herodem secessisse videantur significare? Sanè cùm hæc quæ dicit Ioannes iunxerimus cum dictis Matthæi & Marci, perpendemus Ioānem eundem hîc quem illi describentem reditum, voluisse insinuare à quibus Ioannes fuerit traditus, & propter quid, quod alij tacuerunt, videlicet quòd à Pharisæis fuerit traditus Herodi, idque propterea, quòd per gloriam Ioannis suam gloriam viderent obfuscari, & per nouam sectam profitentium per baptisma pœnitentiam, suam Pharisaicam sectam contemptibiliorem fieri. Non enim causa inuidiæ Pharisæorum contra Christum, postquā audissent eum plures facere discipulos quàm Ioannem, fuit, quòd pro Ioanne zelarent, eumque cupe:ent maioris esse authoritatis, quemadmodum zelauerūt pro eo discipuli eius, cùm non receperint Pharisæi baptismum Ioannis: sed pro gloria sectæ propriæ & sui nominis inuidebant Iesu, metuentes ne per Iesum magis offuscaretur authoritas eorum, quàm per Ioannem. Insinuat ergo Euangelista Ioannes, quòd Ioanne tradito Herodi ab inuidia Pharisæorum, postquam cognouit Iesus occasionem maioris inuidiæ Pharisaicæ contra se ob maiorem discipulorum multitudinem, reliquisse Iudæam, vt inuidiæ illorum locum daret. Verisimile enim est Herodem neq; potuisse, neque ausum fuisse capere Ioānem, nisi consentientibus & cooperātibus Pharisæis, quorum tunc summa erat authoritas, vt ex Iosepho patet, quos verisimile item est suggessisse Herodi metū innouationis rerum, ob quam captum Ioānem Iosephus tradidit. Sed & verba Saluatoris Matthæi 17. satis testantur à Pharisæis Ioannem traditum, cùm dicit: Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt: sic & filius hominis passurus est ab eis. Hæc enim verba significant eos à quibus filius hominis passurus erat, fecisse in Ioanne quæ voluerunt. Constat autem Iesum inuidia [p] Pharisæorum traditum, vexatum, & tandem occisum. Ex his liquet etiam quæ sit in huius reditus narratione inter Euangelistas concordia, ac quomodo ex illorum inter se collatione sese mutuò dilucidet, adeo vt sine huiusmodi collatione intelligi nec hic nec ille rectè possit. Liquet etiam quòd dicitur Ioannes traditus, non sic intelligendum quomodo multi accipiunt, q traditus fuerit ab Herode in carcerem, quamuis & hoc verum sit, sed quòd traditus fuerit Herodi à Pharisæis, vt satis indicat Ioannes, qui post alios scribens ea supplere voluit quæ desiderari poterant.

[d] QVANQVAM IESVS NON BAPTIZARET, SED DISCIPVLI EIVS.] Hic iam Ioannes seipsum exponit, quomodo accipiēdum sit quod priùs dixit: Ioanne baptizante etiā Christum baptizasse in Iudæa, videlicet quòd baptizarit per discipulos suos, qui eius nomine & iussu hoc fecerunt. Vt autem intelligatur ratio quare Dominus per se non baptizauerit, sciendum priùs de hoc discipulorum baptismo duplicē esse opinionem. Chrysosto. enim & post eum Theophylactus putant hunc baptismū non fuisse eum quo post resurrectionem suam Dominus præcepit eis baptizare omnes gentes in nomine Trinitatis,

tatis, sed eundem omnino cum baptismo Ioannis A consistente in sola aqua. Dicunt enim non alia de causa baptizasse discipulos quàm qua baptizauit Ioannes, nempe in pœnitentiam, vt per eam populum Christo præpararent. Necdum enim spiritum sanctum datum in baptismo, eo quòd hic post ascensionem Dominicam primùm esset mittendus, secundum quod dicitur Ioan. 7. Necdum spiritus erat datus, quia Iesus nōdum erat glorificatus. Itaq; hac de causa dicunt Christum non baptizasse per sese, eo quòd ei proprium esset baptizare in spiritu, quod & Ioānes de eo prædixerat, & ipsemet Dominus se post ascensionem impleturum dicit. Nec est hæc sentētia multum vero dissimilis. Augustamē cum aliis dicit discipu- B los iam baptizasse baptismo qui cōsistit in aqua & spiritu, cuius necessitatē Christus priùs expressit, atq; hominum peccata iam abluisse. Probatq́; hanc opinionem Lyranus, ex eo quòd de baptismo Ioānis & discipulorum Christi orta sit quæstio à discipulis Ioānis, cuius nulla fuisset occasio, si idem fuisset eorum baptismus, nec habuissent occasionem inuidiæ contra Christum cùm id cessisset in honorem Ioānis, quòd eius baptismo discipuli Christi vterentur. Dicitque contrarium non posse probari ex loco Ioan. 7. cui altera sententia innititur, eò quòd ea autoritas sit intelligenda de visibili spiritus missione, quæ à glorificatione Christi primum facta est. Secūdum hanc C ergo sententiam dicēdum, quòd Christus passim non baptizauerit vulgum (quāuis secundum Augustamē verisimile sit eū baptizasse suos discipulos) eadem de causa qua Apost. Paulus de se dicit: Nō misit me Christus baptizare, sed euāgelizare, videlicet, vt quæ sunt inferiora, & p ministros fieri possunt, eis agenda committerentur: ipse verò superioribus intenderet, prædicationi scilicet, orationi & contēplationi. Sicut autem primæ sententiæ rationes non sunt efficaces, ita nec secūdæ, vt vtramuis sequi liceat, quāuis posterior sit apud nos receptior, prior verò magis apud Græcos.

RELIQVIT IVDAEAM, ET ABIIT ITERVM IN GALILÆAM.] Reliquit Iudæā Sal- D uator secedens in Galilæā duabus de causis. Primum, vt Pharisæorū declinaret furorē, etiā fugiēdi humilitatē nostri causa nō aspernatus. Nondū enim tēpus erat, vt vel periclitaretur, vel miraculo ab hostibus seruaretur. Docuit autem hac sua fuga Saluator præter assumptæ naturæ humanæ veritatē, licitè instātia pericula fugere Christianū posse, atq; exacerbatis inimicis nostris cedēdum, ne illorum vel inuidiam, vel iram magis magisq; prouocemus. Secundò, vt iam tradito Ioanne Euāgelij negotiū palam aggrederetur, idq́; in Galilæa, quòd sic prædixissent prophetæ, vt testatur Matthæus, quodq́; sic ostēderetur humilia primo loco haberi apud Deum, atq; futurum aliquādo E vt Euangelij gratia à Iudæis repulsa ad profanos populos deferretur. Lucas autem regressum dicit in virtute spiritus, hoc est, per virtutem spiritus, aut cum virtute spiritus, vt intelligamus eum afflatu non humano, sed diuino impulsu rediisse, & omnia sequentia fecisse, aut rediisse non cum ea infirmitatis ostensione, quam præ se tulit vsque ad baptismum Ioannis, sed cum magna potestate spiritus, quam ersi semper habuerit, iam primùm erat ostensurus prædicando, & miracula operando. Et quidē post spiritum sanctum delapsum in Christum baptizatum, & superatum à Christo spiritum malignum, in virtute spiritus regressum dicit: quo doceamur è tentationum victoria robur spiritus colligi, ac diuino spiritu confirmari eum, qui iam diabolum superarit.

OPORTEBAT AVTEM EVM TRANSIRE PER MEDIAM SAMARIAM. Ex Galilæa petētibus Iudæā, transeūdam Samariæ regionem indicāt & alia Euāgeliorū loca, vt Luc. 5. vbi narratur Samaritas noluisse Iesum cum suis admittere, eò q; peteret Hierosolyma. Hac autē adiectione Euāgelista dissoluit obiectionē quæ fieri potuit, videlicet cur Dominus, qui dixit postea discipulis suis: In ciuitate Samaritanorū ne intraueritis, & Tyriam illam mulierem cum salute filiæ supplex peteret, reiecit dicēs: Non est bonum sumere panē filiorum, & mittere canibus, iam ipse Samaritanos adierit & docuerit. Itaque dicit non huius gratia in Samariam abiisse; vt Samaritanos doceret, sed quoniam illac transeundum erat, sapiētiæ opus etiam ibi necessarium obiter fecisse. Sic Cyrillus. Nomen autē Samariæ, pro quo Hebraicè dicitur שמרון Schomeron, primùm quidem dicebatur de monte quod in sorte Ephraim, qui nomen illud acceperat, vt apparet, à suo quodam possessore, cui nomē Semer. A quo cùm mōtem hunc emisset Amri rex Israel, vt scribitur 3. Reg. 16. ædificauit in eo ciuitatē eiusdem nominis, quam deinceps reges Israelitarum pro regia vsi sunt, cùm priùs regia eorū esset Sichem à Hieroboam ædificata. Vnde est illud Isaiæ: Caput Ephraim Samaria. Hæc ciuitas, mox post Hircani pontificis expugnationem ab Herode rege iterū ædificata in honorem Augusti Græco nomine σεβάστη, id est, Augusta est appellata. In hac, teste Hieronymo in epitaphio Paulæ, sepulti sunt Ioānes Baptista, Helisæus, & Abdias prophetæ. Aliquando verò & maximè in nouo testamēto, nomen Samariæ totam illam regionem significat, quæ à tribu Ephraim & dimidia tribu Manasse olim habitabatur, metropolim habens ciuitatem Samariam, atque in hac significatione etiam hoc loco accipitur. Hanc autem regionem pulcherrimo & vberrimo loco sitam esse Hieronymus super Michæam tradit, atque ob id dictum de ea Michææ 1. cap. Transite vobis habitatio pulchra. Nō fuit tamen hæc regio aut Iudææ, aut Galilææ conferenda magnitudine. In prophetis autem, teste eodem Hieronymo, sicut nomine Ephraim, & nomine Ioseph, decem tribus nonnunquam significantur, ita & nomine Samariæ.

VENIT ERGO IN CIVITATEM SAMARIÆ, QVÆ DICITVR SICHAR, &c.] *Venit in ciuitatem.* hoc est, ad ciuitatem. Nondum enim eam intrauerat. Portò hæc Sichar illa ciuitas est, quæ in Genesi & alibi dicitur Sichem? patet enim Hierony. corruptè legi Sichar pro Sichem. Certè esse eandem ciuitatem vel ex eo satis patet, quòd prædium illud quod dicitur hic Ioseph datum, fuerit iuxta Sichem, vbi quondā habitauit Iacob, è Mesopotamia rediens, vt legitur Genes. 33. Accedit & hæc coniectura, quòd Samaritis mulierculæ denuo dixerit: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt*; quasi montē demonstrans, id quod arguit montem illum fuisse vicinū ciuitati Sichar. Mons autē in quo adorauerūt Samaritæ, fuit mons Garizim, vt postea dicetur; at hic adeo fuit vicinus ciuitati Sichem, vt qui in vertice eius stans alta

voce

Universidad de Deusto
Biblioteca

voce loqueretur, intelligeretur ab his qui erãt in A ciuitate, vt patet ex his quæ scribuntur Iudic. 9. Hæc Sichem, quæ nomen suum videtur accepisse à filio Emor, qui dicebatur Sichem. Genes. 34. destructa aliquãdo à filio Abimelech, ita vt sal in ea dispergeretur ab ipso, postea reædificata est à Hieroboam, atq; delecta in regiam regni Israelitici, quæ rursum quoque tẽpore Alexãdri magni matropolis fuit Samaritanorũ, vt scribit Iosephus. Hæc, teste Hieronymo, hodie dicitur Neapolis, sita in via quæ ducit Galilæos in Hierusalem, inter mõtes in valle fertilissima & amœnissima, cui adiacet prædium de quo hîc fit mentio, quod Iacob emit à filiis Emor centum agnis, quod & tradidit filio suo Ioseph, Genes. 48. his verbis: Do tibi par B tem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Quamuis enim prædium illud emisset centum agnis, tamen quoniam gladio & arcu filiorum suorum ac iure belli obtinuisset ciuitatem Sichem, cui prædium istud suberat, totum id quod filio suo Ioseph dedit, gladio & arcu se obtinuisse dicit. In huius ergo prædij parte sepulta fuerunt ossa Ioseph, vt scribitur Iosue vlti. cap. his verbis: Ossa quoq; Ioseph quæ tulerant filij Israel de Ægypto sepelierunt in Sichem, in parte agri quẽ emerat Iacob à filiis Hemor patris Sichem centum nouellis ouibus: & fuit in possessionem filiorum Ioseph. Erat autem & in eodem loco fons, quem Iacob effoderat, cuius hîc fit mentio, qui secundùm Brocardum non longè fuit à porta ciuitatis australi, in via quæ du C cit Hierusalem, vbi ob factum istud quod hîc describitur, Ecclesiam fuisse fundatam suo tẽpore, testatur Hieronymus in libro de locis Hebraicis. Porrò loci & fontis meminit tam distinctè Ioannes, tum quòd huius fontis occasione colloquiũ cœptum fuit inter Christum & Samaritidẽ, tum quòd loci sanctitas & celebritas conueniret facto Christi, vt vbi olim stuprata erat virgo Dina, ibi iam lubrica Samaritis ab immunditia sua ad sanctimoniam conuerteretur.

IESVS AVTEM FATIGATVS EX ITINERE, SEDEBAT SIC SVPRA FONTEM. D HORA AVTEM ERAT QVASI SEXTA.] Mira Domini benignitas & humilitas. Non enim in tam longinquo itinere equis vtitur aut vehiculis, sed pedes tantum iter conficit, & fatigari non est dedignatus, assumptę humanitatis declarationem exhibens, & simul exemplum præbens qualem oporteat esse Euãgelij præconem. Fatigatus autem sedebat, corpus fessum refocillans, atq; discipulos è ciuitate expectans, & iuxta vel super fontem sedebat, veluti ex aura fontis refocillationem captãs, ac fontis occasione Samaritanæ mulieris venãs conuersionẽ. Ipse enim sciebat quid esset futurum. Quod autem dicit Euangelista, *sedebat sic*, secundùm Chrysostomum intelligi- E tur, sedebat simpliciter, vt scilicet sese locus offerebat. Secundùm Caietanum verò sensus est: sedebat tanquam fatigatus; & eo modo quo solent sedere lassi, ipso corporis habitu fatigationem præ se ferens. Porrò quòd etiam tẽpus more suo diligenter Euangelista adscripserit, dicens: *Hora erat quasi sexta*, ob id factum est vt indicaret mirum non esse si Dominus fatigatus ex itinere sederet suprà fontem, ac pro cibo discipulos misserit in ciuitatem. Iam enim sexta erat ferè hora diei, secundùm Iudæorum supputationem, hoc est, circa meridiem, quãdo iam sol æstu suo laboris molestiam cõduplicat, tẽpusque est vt corpus & quiete & cibo reficiatur. Considerandũ autem secundùm Cyrillum non dixisse Euangelistam: hora erat sexta, sed *quasi sexta*, vt discamus vel in minimis non paruam veritatis curam habere.

VENIT MVLIER DE SAMARIA HAVRIRE AQVAM. DICIT EI IESVS: DA MIHI, &c.] Illud, *de Samaria*, non est coniungendum cum verbo, *venit*, sed cũ nomine *mulier*, quæ erat è Samaria, hoc est, Samaritana. Nõ enim venerat de Samaria, cùm adhuc esset in Samaria. Ab hac ergo non dedignatur Dominus potũ sibi poscere, idque veluti propter sedandã sitim, & alleuiandam fatigationem quam præ se ferebat, sed multo magis per dispẽsationem quandam, vt aquæ sitisq; occasione, colloquij præberet argumentũ: & ex eo q̃ partim ipsa, partim ipse corporaliter agebat, spiritualem illius venaretur salutem. Quòd enim magis hac dispẽsatione quam sitis causa potũ petierit, ex eo patet, q̃ extorta collocutione, aquæ desideriũ reliquerit. Sicut enim in ficu quæ exaruit, ficus requirebat, non propter esuriem, sed dispẽsatoriè agens, vt accepta occasione ad mysticum illud perueniret miraculũ, ita & modò. Quòd autem adiecit Euãgelista; *Discipuli enim*, &c. causam reddere voluit, cur à muliere Dominus potũ petierit, nimirum quòd oẽs abessent illius discipuli, qui parãdorum ciborum gratia in ciuitatem concesserant. Qua in re primùm quidem obseruãda Domini humilitas, quamque fuerit ab omni alienus fastu, vt qui sol° iuxta fontem sederit. Deinde aduertẽda prudẽtissima Domini dispẽsatio, qua factum est vt abessent discipuli, quãdo arcana quædam dicturus erat mulieri, quæ apud alios dicta petulãtiæ cuiusdam videri poterant, & in mulieris confusionem vergẽtia. Itaque ciuilitatis & mansuetudinis exẽplum exhibuit Dominus Euãgelicis doctoribus, cùm peccatricem non solùm nõ dedignatur alloquio suo, vt etiam pudori impudicæ, solitudine consuluerit. Notandum in isto præterea, quàm fuerint discipuli Christi à cura ventris & sollicitudine alieni, vt qui viaticum secum nõ detulerint, sed tunc solùm ventris curam egerint, cùm ad hoc cogeret natura. Postremo ex isto discendum, Christum non ex mendicato vixisse, sed precio cibum emisse, ac proinde cum discipulis suis proprium saltem in communi, vt dicitur, habuisse, quanquam nec prædia cum eis possederit, nec certos reditus sed loculos tantùm habuerit, in quibus ea quæ inferebantur & mittebantur, portabantur.

QVOMODO TV IVDAEVS CVM SIS, BIBERE A ME POSCIS, QVAE SVM MVLIER SAMARITANA.] Mulier hæc ex cultu ac lingua agnoscens Iesum esse Iudæum, admiratur quòd vltrò eam cõpelleret, & potum ab ipsa peteret, quòd scilicet tãtopere Iudæi soleant abhorrere à commercio Samaritanorum. Cuius causa vt intelligatur, sciendum Samariæ regionem priùs habitatam ab Israelitis, cœptam habitari à Chaldæis sub rege Assyriorum Salmanasar, qui eùm rapta Samaria decem tribus Israel trãstulisset in Assyrios, adduxit multos de Babylone, & de Cutha, & de Ana, & de Emat, & de Sepharnaim, quos pro filiis Israel collocauit in vrbibus Samariæ. Qui cùm in terram alienam ingressi pro ritu suo viuerent, colẽtes idola patria, variis

variis afflictionib. attriti sunt, & præcipuè à leo- A nibus diuinitus immissis deuorabãtur, quo audito, rex misit sacerdotes gentis Israeliticæ, qui religionem Iudaicam docentes, plagam à ceruicibus eorum detorquerẽt. Vnde factum est, vt aliqua ex parte Iudaicam religionem amplecterentur, non tamen purè. Sic enim colebãt Deum verum, vt simul etiam colerent deos suos patrios, vt scribitur fusius lib. 4. Reg. c. 17. & apud Iosephum lib. 9. antiquit. circa fin. Hi ergo Chaldæi, quod Iosephus Chutæos vocat, sunt isti Samaritæ, de quibus hic & in Esdra fit mentio. Quoniam ergo idololatræ erant, ob id Iudæi eo loco eos habebant, quo reliquas prophanas gentes, quarum cõsuetudo eis interdicta erat, Auxit autem odium Iudęorum in hos Samaritas, quòd exteros viderent regionem B eis & patribus eorũ promissam possidere, quodq; & ipsi sibi legis possessionem vendicarent, ac templi secũdi ædificationem, & ciuitatis Hierusalem restaurationem post reditum è Babylone semper conati essent impedire, vt patet in libris Esdræ. Iã & illud multo magis auxit dissidiũ inter Iudæos & hos Samaritanos, quod factum à Sanabalath scribit Iosephus lib. antiq. 11. ca. 7. & 8. Hic enim à Dario reg° Persarum præfectus cõstitutus Samariæ, regionem administrabat. Dederat is vxorẽ filiam suam Ischam, Manasseę fratris Iudæi summi sacerdotis, ob quam ille à fratre & populo sacerdotio deiectus fuit. Quod cũ is plurimũ doleret, C & cogitaret vxorẽ ethnicã repudiare, Sanabalath promisit templum se ei instar Hierosolymitani ædificaturũ in mõte Garizim, qui super alios montes Samariæ eminebat, in quo posset sacerdotio fungi, adiecitq; se illi omnẽ ditionẽ & potestatem suam cessurum, senio enim grauabatur. His ergo adductus Manasses, vxorem filiã Sanabalath reti nuit. cui socer paulo post cùm à Dario ad Alexandrum defecisset, atq; condendi templi facultatem ab eo impetrasset, iuxta quod promiserat, tẽplum in prædicto mõte cõstruxit. Qua occasione multi quoq; alij Iudæi, qui ob ethnicas vxores, & alias legis transgressiones non poterant Hierosolymis cõmodè agere, ad Manassen cõfugiebant, quibus Sanabalath pecuniã ministrabat, & terram colendam deputabat, omnia hæc concedens gratię generi. Hinc factum est, vt mons & templũ hoc Sa- D maritanorũ, vocarentur mons & templum transgressorum, cuius occasione grauius iã cœpit esse dissidiũ inter Iudæos & Samaritanos, his quidem dicentibus immolationes secundùm legẽ faciendas in monte Garizim, illis verò suum tẽplum in Ierusalem sanctũ existere, & immolationes illuc oportere transmitti. Vnde exorta est aliquando in Alexandria disceptatio Iudæorum & Samaritanorum sub Ptolomæo Philometore, vtrisq; contentẽtibus de religionis summa & tẽpli sui autoritate, rege quidẽ tum pro Iudæis pronunciãte, vt est videre in Iosepho, lib. antiq. 13. c. 4. de hoc templo in Garizim fit mentio 2. Machab. 6. vbi dicitur ab Antiocho præceptum, vt contaminaretur & tem- E plũ quod erat in Hierosolymis, & templum in Garizim, & vtrunq; Ioui consecraretur. Tradit idem Iosephus lib 9. cap. vltimo, hoc ingenio fuisse Samaritas, vt quoties aduersis rebus Iudæa premeretur, Iudæos se esse pernegarent, nec genere eis communicari, sed transmigratos esse & alienigenas. Quando verò videbãt fœlices esse Iudæos, cognatos eos appellabãt, quasi de Ioseph nati videã

tur, & ex illo habeant cum eis societatis initium.

SI SCIRES DONVM DEI, QVIS EST QVI DICIT TIBI: DA MIHI BIBERE. &c.] Hinc manifestum euadit quòd non tam sitis causa, quàm propter salutẽ mulieris, potum petierit, declaraturq́ue quàm ardens fuerit in Christo desiderium salutis omnium peccatorum. Et si enim fatigatus, etsi sitibundus & famelicus, tamen velut oblitus suæ fatigationis & sitis, non cessabat vacare prædicationi & doctrinæ, postponens certè suas necessitates aliorũ saluti. Itaq; ab aqua corporali occasionẽ sumens, respõdet per ænigma, quo magis accẽderet in muliere discendi studium. Et est sensus iste: Tu mihi quòd Iudæum putas, negas aquę hui° potũ, verùm si scires quàm eximiũ sit donum quod nunc vobis offert Deus, & quis sit is qui nunc aquę potum abs te petit, tu vtiq; non solùm nõ negasses ei aquæ huius potũ, sed ipsa ab eo potius petisses aquã viuam, nec eã tibi negasset, quemadmodũ tu negasti, sed certè mox tibi eam dedisset. Porrò donũ Dei plerique hic accipiunt pro ipsomet Christo, vt quod sit donum Dei de quo loquitur, p sequentẽ particulã exprimatur cùm subditur; *& quis est qui dicit tibi*, &c. vbi de se in tertia persona loquitur modestiæ causa. Theophyl. autem duas partes accipit tanquam diuersas, vt per donum Dei itelligãtur æterna & incõmutabilia Dei dona, inter quę est aqua viua, vt sit iste sensus: Si primũ nosses quale sit donũ Dei, quãq; diuersa sint quæ donat Deus, ab his quæ donat homo, ac secũdò nosses quis sim ego, nempe quòd Deus sim potens dona illa Dei conferre, tu petisses, &c. Potest etiam donum Dei, intelligi hic donũ illud quo datum fuit mulieri videre Christum, & cum eo colloqui. Aqua autem viua, dicitur quidem aqua semper profluens, nec vnquam quiescens, quemadmodum in lacunis & cisternis. Aquę enim vita fluere est & moueri, verùm huius nomine saluator mysticam aquã intelligere voluit, quam quidam hic intelligunt Euangelicam doctrinam, quòd hæc sordes curet, refrigeret, sitimq́; sedet. At rectius secũdùm alios intelligitur per aquam viuã, gratia spiritus sancti. Nam de ea dicitur Ioan. 7. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuę. Itaq; gratia spiritus, aqua dicitur, quòd purget animũ à sordibus peccatorũ, quòd refrigeret æstum noxiarum cupiditatum: ac mentẽ fœcundet, sed ad propositum maximè quòd sitim carnalũ rerũ tollat. Viua autem dicitur, tum quòd in modum aquæ semper profluentis nunquàm quiescat, sed assiduè procedat, ad vlteriorẽ virtutum progressum prouocãs & extimulans, tum quòd viuificet nũc mentem hominis, atq; ad æternam tandem vitam perducat. Nam & hac ratione Christum vocasse aquã viuam apparet ex eo quod sequitur: *fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternã*. Cyprianus verò per aquam hanc intelligit baptismum, cumq́; qui biberit hãc aquam, non sitire in æternum, quia baptismus semel susceptus, rursus non iteratur, epistola 3. lib. 2.

DICIT EI MVLIER: DOMINE, NEQVE IN QVO HAVRIAS HABES, ET PVTEVS ALTVS EST.] Magnificam orationem & hospitis & Iudæi non irritsit mulier, sed audiens illum dicentem; si scires quis esset qui dicit. &c. & pollicentem aquã quandam viuam, eximiam quandam de eo concepit opinionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendi ſtudio inquirens quid eſſet hoc, quod ceu nouum & præclarum oſtẽdebat. Domine, inquit, neque habes in quo haurias aquã ex hoc puteo, & puteus altior eſt quàm vt poſſis ex eo manuaquã capere, vnde ergo ſuppetere tibi poſſet aqua viua quam promittis? Neq; enim circa hũc locum alia eſt aqua viua quàm huius putei. An fortè tu maior es patre noſtro Iacob, quem etiam vos ob eius magnitudinem veneramini, vt poſſis aliam nobis dare aquam, & meliorem iſta quàm ille nobis dedit? adeoq; fuit hac cùm vineret contentus, vt & ipſe ex ea biberet, & filij eius, & vniuerſa pecorum multitudo. Eò ſiquidem ſpectat, quod adiecit; *Et ipſe ex eo bibit*, &c. vt inſinuatet aquæ huius tum bonitatem, tum abundantiam.

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EI, OMNIS QVI BIBIT EX AQVA HAC SITIET ITERVM, &c.] Cùm mulier quæſi uerit, nũ maior eſſe Iacob patriarcha, non reſpondit, Maior ſum, ne videretur gloriari: ſed per ea quæ reſpondet, ſignificat ſe maiorem eſſe: quod aquam meliorem, quàm ille, dare poſſit. Quare ſponſione ſaluatoris præterquam quòd humilitatem docemur, etiam inſtruimur in colloquiis & diſputationibus de veritate, omnia miſſa facere, præſertim quibus nos impetimur, tantum omnẽ quærere occaſionem docendi proximum, quemadmodum hic iam bis feciſſe Dominũ vidimus, qui non directè reſpõdet ad ea quæ ab eo quærebantur, ſed ea reſpondet quæ quæſtionis occaſione maximè conducebant inſtructioni quærentis. Porrò circa id quod dicit Dominus, eum qui biberit ex aqua ſua, non ſitire in æternum, duplex occurrit dubium. Primum enim videtur id cõtrariari illi quod dicit Sapiens Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc eſuriẽt, & qui bibũt me, adhuc ſitient. Sed dicendum, aliter illo loco accipi ſitim quàm hic. Nam hoc loco ſitis eſt deſiderium rei nõdum adeptæ, aut rei neceſſariæ ad vitam carentia. Ibi verò eſt ſermo de ſiti, hoc eſt, deſiderio, quo id quod habetur imperfectè, perfectius deſideratur, aut quo id quod habetur pfectè, deſideratur ſine omni faſtidio ſemper adeſſe, quomodo etiam ſancti Deum ſemper ſitiunt in patria. Vult ergo hoc loco per comparationem oſtẽdere ſaluator aquę ſuæ excellentiam, quod aqua quam dedit Iacob, ſitim ob quam pellendam ſumitur, tollit quidem, ſed ad tempus ſolum, aqua verò quam ipſe daturus erat, tollit ſitim animę in perpetuum. quia ſcilicet ea nunquam deſtituitur, ſed per eam ſemper mẽs eius reficitur, & ab ariditate ſpiritus liberatur. Verùm iam ſecũdò occurrit dubiũ de eo qui acceptam gratiam ſpiritus poſtea per peccatum perdit. Hic enim etſi biberit ex aqua Chriſti, iterũ tamen ſitit. Non enim verum eſt, quod ex his aliisq; locis ſcripturæ quidã poſt Iouinianũ malè colligunt etiam hodie, eum cui ſemel Dei ſpiritus contigerit, nunquam poſſe Dei gratia excidere. Nam cùm certum ſit ſpiritum nõ habitare in corpore ſubdito peccatis mortiferis, & rurſum certum ſit quoſdam poſt acceptum ſpiritum mortaliter peccaſſe, vt patet de Dauide. qui etiã optauit ſpiritum rectum innouari in viſceribus ſuis, & cor mundum creari in ſe, manifeſtum etiam ſpiritum ſemel acceptum amitti poſſe. Itaq; dicendũ, differentiam inter aquas ſpiritualem & corporalem intelligendã; quantum eſt ex parte aquarum. Aqua enim ſpiritualis, quantũ eſt ex ſe, tollit ſitĩ in perpetuum, quamuis ex parte liberi arbitrij euacuantis ſe gratia Dei, proueniat nonnunquam noua ſitis, aqua verò corporalis tantùm ad tempus tollit ſitim, quia ex ſua natura deficit & conſumitur, vt alia iam opus ſit. Sũt autem qui illud; *non ſitiet in æternum*; ſic intelligunt, etſi ſitiet hic ad tempus, non tamen ſitiet in æternum, quia ſaturabitur in futura vita. Verùm hunc nõ eſſe ſenſum, patet ex eo quod ſequitur; *ſed fiet in eo fons aquæ*, &c. His enim verbis ſignificatur, aquam etiam in hac vita tollere ſitim, eò quòd fiat in bibente fons inde ſinenter profluens. Sicut namque is ſitite nunquam poſſet, qui fontem in viſcerib. haberet continuò ſcaturientem atque potantem, ita ſaturum eſſe oportet bonorum omnium cui adeſt ſpiritus ſanctus. Hic enim fit in eo fons ſaliens in vitam æternam, hoc eſt, ſemper augeſcẽs, & ad bona opera profluens, vſque dum perducat hominem in vitam æternam.

DICIT AD EVM MVLIER: DOMINE, DA MIHI AQVAM HANC, VT NON SITIAM, &c.] Quanquã iam Chriſtus aquam ſuam præferens aquæ Iacob, ſe ſatis ſignificauerit maiorem Iacob patriarcha, mulier tamen quæ magnificiebat tum Iacob, tum puteum eius, non indignatur, ſed credula verbis Chriſti, quãuis nõdum intellectis vt oportebat, cõtempta aqua Iacob, aquam quam Dominus pollicebatur petere cœpit, id iam faciẽs Domino nondũ ſatis cognito, quod priùs Dominus dixerat eã facturam vbi ſe cognouiſſet: Si, inquit, *ſcires, petiſſes ab eo*, &c. Proinde hęc mulieris petitio quamuis arguat eius craſſitiem, & verborum Chriſti nõ aſſecutã intelligentiam, ſimul tamen declarat eius in credendo ſimplicitatem, quæ mox nõ dubitauit aquam tam excellẽtem petere, idq; ab eo quem non agnouit. Non enim ironicè eam hæc petiſſe, vt quidã volunt, ſatis oſtendit illud quòd Dominũ eum vocat. Itaq; longe hæc Iudæorũ ingenium ſuperauit, qui mox blaſphemum clamauerunt Dominum. cuius iam multa viderant miracula, cùm ſe Abrahæ præferret, & ſcandalum paſſi ſunt, cùm diceret: *Qui venit ad me, non eſuriet in æternum, & qui credit in me, non ſitiet in æternum.* Cùm ergo mulier declaraſſet ſe de Domino magnã concepiſſe opinionem & credulam ſe exhiberet, Dominus quò eam manifeſtioribus argumẽtis ſuæ diuinitatis ad altiorem de ſe exiſtimationem perduceret: *Vade*, inquit, *voca virum tuum, & veni huc.* Quoniam enim moralis honeſtas hoc habet, vt nihil donetur mulieri nuptæ, niſi conſcio viro, ob id mulieri quærenti aquam viuam ſibi donari, conſequenter reſpondet, vt virum ſuum accerſat, veluti ſignificare volens non conuenire vt rem tantam marito abſente ei cõmunicaret. Verùm cũ ſciret non habere ipſam virũ alio magis fine quàm quo dicere id videbatur, iubet virum aduocari, nimirum vt per occultorũ reuelationem ſe aliquid ſupra hominem eſſe oſtẽderet. Mulier autẽ non intelligẽs quo fine id Chriſtus dixiſſet, & exiſtimans ſe apud hominem tantùm loqui, muliebri pudore diſſimulans ſuam turpitudinem, reſpondit ſe non habere virum, matrimonium quidem inficians, ſed diſſimulãs ſtuprũ. Hic Ieſus & ſuam declarans diuinitatem, & mulieris vitam comiter arguẽs, totámq; breuiter cõplexus: Rectè, inquit, dixiſti, tibi non eſſe virum. Nam quinq; viros legitimos ſucceſſiuè habuiſti, at is cum quo iam copularis, non eſt tibi legitimè coniunctus, ſed illicito illi cõiungeris congreſſu. Bene autem Dominus per occultorum reuelationem ſeſe prodere volens, mulieris vitam qualis fuiſſet & eſſet detexit, potius quàm quoduis aliud occultam, non ſolùm q cõmoda occaſio ſeſe obtuliſſet, ſed etiã ne videretur ob id colloquiũ huius mulieris non ſpreuiſſe, q impudicam ignoraret, vtq; vitæ eius impudicę reuelatio, fieret ei occaſio vitæ mundioris, & deteſtatio vitæ præteritæ, ſine qua non potuit eſſe digna quæ audiret à Chriſto quis eſſet. Notat autem eius libidinem, tũ q multis viris fuerit copulata, tum quòd poſt tam multos viros necdum libidini eius ſatisfactũ fuerit, ſed illicitos etiam ambierit coitus, cùm fortè vel non liceret tunc poſt quintum maritum alium ſuperinducere, vel nemo illius maritus poſt tot viros fieri voluerit.

DICIT EI MVLIER: DOMINE, VIDEO QVIA PROPHETA ES TV. PATRES NOSTRI IN.] Non indignè tulit ſe manifeſtè argui, nec irritata regerit contumeliam, nec reſilit ab illo pudefacta: ſed cùm intelligeret vitæ ſuæ domeſtica & occulta probra nõ latere Ieſum hoſpitem & Iudæum, qui quod narrabat, ex hominũ narratione ſcire non poterat, & ob id diuino ſpiritu afflatum non dubitaret, omni iam terrena re neglecta, cõuertitur ad religionis quæſtionẽ, quæ tunc paſſim inter Iudæos & Samaritanos diſputabatur, quæq; animum eius, vt apparet, multũ torquebat, arbitrans ſe iam oportunam occaſionem
Deut. 12. nactam, vti à ſcrupulo animi ſui liberaretur. Cùm enim in lege Moſaica præceptum eſſet, vt non in loco quouis Deus adoraretur cum cæremoniis illis à lege præſcriptis, ſed in vno tantùm loco quẽ Dominus elegiſſet, Samaritani contendebãt Deũ ſecundùm legem colendum in templo cõſtructo ſuper montem Garizim. Hunc enim eſſe locum à Deo electum, tum q in eo lectæ eſſent benedictiones ad eos pertinentes qui legem ſeruarent, vt præcipitur Deut. c. 27. tum q in monte hoc Iacob cum ſuis filiis erecto altari Deum inuocaſſet, poſt quam reuerſus fuiſſet è Meſopotamia Syriæ, vt ſcribitur Geneſ. 33. Nam quamuis ibi non ſcribatur altare erectũ fuiſſe in monte hoc, tamen quoniam ferè patres in mõtibus adorare ſoliti eſſent, & mons ille Garizim fuit in parte illa agri quam emit Iacob à filiis Emor, veriſimile eſt in eo mõte Iacob cum ſuis adoraſſe Deum. Hunc ergo Iacob & filios eius Samaritani patres ſuos vocabant, nõ ſolùm quod eum locum inhabitarent quem illi olim, ſed etiam quia, vt patet ex Ioſepho, dicebant ſe à Iacob & filiis eius prognatos, quoties id ſibi prodeſſe poſſe viderunt. Fortaſſe autem dixerunt etiam montem hunc fuiſſe illum à Deo oſtenſum, montem in quo Abraham offerre paratus erat filium ſuum, vt non ſolùm de Iacob & filiis eius dixerit hæc mulier: *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt*, ſed etiam de Abraham & Iſaac. Et his quidem rationibus ſuum tuebantur Samaritani templũ: Iudæi verò Dauidis & Salomonis, omniumq; Prophetarum ſeſe tuebantur authoritate, quorum nulla erat apud Samaritanos authoritas, vt qui ſolùm libros Moſaicos recepiſſe dicãtur, quemadmodum & Sadducæi. Vide autem huius mulieris in proponẽdo quæſtionẽ, quæ in dubium vocabatur, prudentiam & calliditatem. Non enim dicit: Nos dicimus in monte hoc adorandum, vos autem Hieroſolymis, ſed *patres*, in quit, *noſtri in monte hoc adorauerunt*; cauſam probabilem quidem ſuæ ſententiæ aſſerẽs, nullã autem cauſam ſententiæ Iudæorũ, ſed indicãs potius Iudæos patribus cõtrarios. Porrò adorationis noũe, totus Dei cultus intelligẽdus eſt. Quoniã eñ incuruatio vel proſtratio corporis in teſtimoniũ animi reuerẽtis (quã ſolùm ,ppriè ſignificat verbũ adorare, vt priùs dictũ eſt) in publicis locis & precationibus fieri ſolet, hinc totus Dei cultus adoratio dici cœpit. Vnde cùm dicit, Iudæos dicere in Hieroſolymis adorandũ Deum, nõ vult eos aſſerere nullo alio loco licere p̃cari Deũ, aut, in reuerentiam eius ſe incuruare: (nõ enim veriſimile eſt tã ſtupidos fuiſſe Iudæos) ſed nullo alio loco colendum Deũ ſecundùm modũ cultus præſcriptũ à Moſe, in externis conſiſtentẽ ſacrificiis & ceremoniis. Sic & cùm poſtea dicit Dominus: *Venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrem*; ſignificare voluit, omnem illum externũ cultum Dei, certum locum requirentem, ac ſitum in externis illis ſacrificiis, abolendũ. Senſus itaq; verborum Samaritanæ hic eſt: Domine, intelligo & aduerto ex eo quòd occultorũ ſis cognitor te eſſe Prophetã; diuino afflatum ſpiritu. Proinde ex te audire geſtio quid de eo ſentias, q inter nos & vos longa contentione cõtrouerſum eſt, quodq; animum meum non finit eſſe quietũ. Nos enim Samaritani in tẽplo montis huius Garizim colendũ Deum ſecundùm præſcriptum legis Moyſi contẽdimus, eo q in eo maiores noſtri Deũ ſacrificiis oblatis coluerint: vos verò Iudæi contrarij, vt apparet, patribus, in Hieruſalem colendum Deum contenditis. Quid ergo hac de re tu iudicas? Notandũ autem, in mõtibus non ſolùm patres, ſed & Chriſtũ orare ſolitũ. Patres præterea rem ſacram in montibus fecerunt. Chriſtus quoque in monte Hieroſolymitano ſeipſum obtulit patri. Extructo autem templo vetitũ fuit in montibus rem ſacram facere, quare excelſa reprehenduntur. Orare verò in montibus ſancti cum Chriſto ſoliti fuerunt, cauſa ſeceſſus, & excitandi ſe in Deum cõtemplatione cælorum, & omnium operum Dei in montibus præclarius apparentium, tum vt declararetur mentem orantis ſubla tam eſſe debere à terrenarum rerum cogitatione ad cœleſtium rerum contemplationem.

DICIT EI IESVS: MVLIER, CREDE MIHI, QVIA VENIT HORA, &c.] Reſpon ſurus Chriſtus mulieri de loco orationis quærenti, & Samaritanorũ religionem præferenti religioni Iudæorũ primùm quidẽ vtriuſq; loci dignitatẽ eleuat, oſtendens vtriuſq; loci religionẽ iam abolendam, ac proinde ſuperfluè de præeminentia loci quẽquã contendere ac ſolicitum eſſe: ſecundò verò Iudæos in religione & adoratione præferendos oſtendit, ac poſtremùm diuini cultus rationẽ veram & perfectam quę tum propalanda erat, manifeſtat. Verùm hæc Euangelicæ doctrinę myſteria aperturus, priùs fidẽ exigit quòd ſine ea nemo ſit idoneus auditor Euãgelicę doctrinę nec ſine ea mulier hæc intelligere potuerit. Eſt itaque ſenſus verborũ Chriſti, Mulier ſi me verè Prophetam exiſtimas, crede mihi iã inſtare & adeſſe tempus, quo omnis qui Deũ verè adorare volet, neq; in hoc veſtro monte, neque in Hieruſalem adorabit, edoctus ſcilicet alia ratione Deum colẽdum, quàm qua in altero horum colitur, locorum, tempłis itẽ horum locorum per Romanos vaſtatis &

Universidad de Deusto
Biblioteca

destructis, ac proinde superfluum modò est solici A
tum multùm esse vter locus altero pro cultu Dei
præstet. Quanquã autem, quod attinet ad aboli-
tionem religionis vtriusq; loci, non Iudęi vobiscũ
pares simus, tamẽ interi in hoc vobis pręstamus,
quòd vos quidẽ colatis id quod non satis cogno-
scitis, non rectè scilicet sentientes de Deo quem
colitis, cùm putetis eũ solùm huius terræ Deum
esse, ac talem qui etiã in diuino cultu dæmonum
admittat consortium: nos verò colimus id quod
probè & rectè cognoscimus, cùm Deum quẽ co-
limus agnoscamus vniuersorum esse Dominum,
vt re vera est, eiq; soli diuinos deferendos hono- B
res. Quæ vtiq; veri Dei vera cognitio nobis vnicè
à Deo data est, quod statuerit salutem veram quæ
in Dei consistit cognitione à Iudæis prouenire ad
omnes, ex quibus & saluatorem mundi nasci vo
luit. Sed quanquam eum colamus de quo rectè
sentimus, tamen quoniam & noster cultus adhuc
imperfectus est, nec verus ille est quẽ Deus requi
rit & amat, ob id iam appropinquat tempus, imò
iam adest, quando veri synceriq; cultus colent
Deum, non, vt hactenus in corporalibus potissi-
mum locis & cęremoniis legalibus, sed in spiritu:
neq; vt hactenus in vmbris & figuris, sed in veri-
tate. Siquidem Deus pater tales cultores requirit,
etsi ad tempus propter hominũ imperfectionẽ to
lerarit potius quàm quæfierit cultum sui in pecu C
dibus & vmbris. Deus enim res est nõ corporea,
sed planè spiritualis, atq; ob id quò cultus ei qui
colitur respõdeat, necesse est eos qui adorant cũ,
si modò velint eum colere vt colendus est, colere
eum potissimũ in spiritu, quod cũ fit, in veritate
quoq; adoratur & colitur, verissimis scilicet re-
bus quæ illi placeant, quęq; per corporales figu-
ras adũbratæ sint. Ex his patet quomodo singula
in verbis Domini sint intelligẽda. Et primùm qui
dem notandum, quòd quãuis dictio Greca, ἐρχέται
quæ hic ponitur futuri temporis etiam habeat si
gnificationem, melius tamen vtroq; loco accipi-
tur in tempore præsenti. Vult enim Dominus di-
cere tẽpus iam aduenire, hoc est, appropinquare.
Tempus autem, quo neque in monte illo, neq; in D
Hierosolymis adorandus esset pater, intelligunt
aliqui illud quo postea per Romanos templa illa
sunt deuastata, vnde tunc conuenit legere, *veniet
hora*. Verùm rectius intelligitur Christus loqui de
eodem tempore, de quo postea, cũ dicit; *venit hora
quando veri adoratores*, &c. Tempus ergo quo ne-
que in monte, neq; in Hierusalem adoraretur pa
ter, tempus est Euangelicæ doctrinæ, per quam in
vniuersum orbem dispersam docendũ erat, rituin
colendi Deum secundum præscriptum legis esse
abolitum, ac pro eo alium priorẽ, veriorẽ, Deóq;
conuenientiorem modum colendi Deum in om-
ni loco desiderari. Quod autem dicit mulieri; *ve-
nit hora quando non adorabitis*; non id de Samaritanis
propriè dictum voluit, sed de omnibus qui Deum E
rectè vellẽt colere, vt mulieri loquatur tanquam
ad vniuersos homines, & sensus sit: Venit tempus,
quo is qui Deum adorare volet, non requiret hũc
vel illum locũ, sciens scilicet in omni loco rectè
coli posse Deum. Quòd autem probaturus Do-
minus quod dixit: *Nos adoramus quod scimus* sub-
iecit: *quia salus ex Iudaeis est*, dupliciter accipi po-
test. Primum secundum modum priùs indica-
tum, videlicet vt intelligatur reddi causa quare
Iudæi vera Dei cognitione donati sunt. Secundò

vt ex effectu intelligatur probare Iudæos colere
quod sciunt. Si enim salus quæ sine Dei cognitio
ne esse non potest, est ex Iudæis, necesse est apud
Iudæos esse veram Dei cognitionem. Sic Caieta-
nus. Ex Iudæis autem dicitur esse salus, nõ solùm
quòd Euangelij prædicatio ab eis dimanauit ad
omnes gentes, secundũ illud Isaiæ: De Sion exibit *Isaiæ 2.*
lex, & verbum Domini de Hierusalem; sed etiam
quod ante Euangelium, in nulla alia gẽte publi-
citus doctrina Dei purè viguit, sed omnis vera
Dei cognitio ab illis ortum habuit: adeo vt veri-
simile sit, quicquid sani de Deo sapientes gentium
vnquam docuerunt, id à Iudæis fuisse mutuatos:
deinde quod & saluator humani generis ex eis
natus sit. Veros adoratores appellat, qui verã co-
lendi Deum rationem perdocti illum colũt. quo-
modo verè cõuenit eum venerari. Porro illud; in
spiritu & veritate; quod varij variè accipiũt, con-
nenientissimè sic accipitur, vt prius indicatũ est,
videlicet vt spiritus opponatur corpori, veritas
verò vmbris. Itaq; in idem recidũt, adorare in spiri
tu, & adorare in veritate. Adorat autẽ spiritu, qui
animo & his quæ animi sunt Deum colit, qui sci-
licet curat puram illi exhibere mẽtem, quiq; fide
syncera de illo optimè sentit, spem omnẽ suam in
illum collocat, charitate fertur in illum, piè erga
illũ afficitur, atq; ob hæc de commissis peccatis
intra se ex animo compungitur, corpus suum ca-
stigans, & in seruitutem spiritus redigens, de ac-
ceptis bonis ex corde Deo gratias agit, necessaria
adhuc bona fidenti animo postulat, nihilq; præ-
termittit quod Deo nouit beneplacitum, aut sal-
tem ab eo præceptum. Non ergo per cultum hũc
spiritualem excluditur omnis corporalis seruitus
quin potius multiplex includitur, nẽpe vt carnẽ
nostram crucifigamus cũ vitiis, vt corpora nostra
exhibeamus Deo hostiam viuentem & sanctã, vt *Hebr. 13.*
beneficentiæ & communionis nõ obliuiscamur,
quibus hostiis promeretur Deus, vt illum ore &
laudemus & inuocemus. Hæc enim, quatenus ex
spiritu & animo procedunt, ad cultum pertinent
spiritualem. Sic & externæ quædam cæremoniæ,
quatenus faciunt ad promouendum spiritum in
Deum, per cultum spiritualem non sunt exclusę,
sed tantum hic à Christo excludũtur huiusmodi
cæremoniæ, quæ veritati repugnant, & secundò
demonstratum est exteriorem quemuis cultũ ex
se non esse Deo gratum. Sed dicet aliquis: Si cul-
tus Christianorũ, quos hic veros vocat Dominus
adoratores, qui adorare debent in spiritu & veri-
tate, non excludit corporales cęremonias, & loca
certa in quibus Deus colendus est, quomodo cul-
tus horum differt à cultu Iudæorũ? Nõ enim diei
potest, vt apparet, Iudæorũ cultum vel solum, vel
potissimum situ fuisse in corporalibus rebus, cũ
& tunc præcipuè requireret Dominus cultum in
spiritu, toties apud Prophetas detestatus cultum
illum corporalem absente pietate & veritate spi- *Christia-
nismus à
Iudaismo
differt.*
ritus. Dicendum ergo, Christianismum à Iudai-
smo, quod attinet ad cæremonias, sic differre, quo
modo lex vetus & Euangelium. Nam quoniam
lex vetus, etsi nonnunquam ea quæ spiritus sunt
exigat, tamen diligentius, frequentius & apertius
exigit ea quæ corporalia sunt: ob id Iudaismus,
cultus Dei est, in his rebus maximè cõsistens, quę
maximè & apertius lex exigit. Contrà cũ Euan-
gelium ea quę spiritus sunt, vel solum, vel præci-
puè exposcat, ideo Christianismus cultus Dei est,
in spir

in spiritu potissimùm situs, quamuis nec Iudai- A
smus absente spiritu Deo gratus fuerit, nec Chri-
stianismus sine cæremoniis constare possit. Dein
de & in eo est differentia, quòd Iudæorũ cæremo
nię pleræq; aut ad hoc institutæ fuerũt, vt vmbræ
essent veritatis tunc nondũ intellectæ, sed postea
reuelãdæ, aut per eas à cultu idolorũ homines a-
uocarẽtur: Christianorũ verò cæremoniæ ad hoc
solùm institutæ, vt quoniã p corporalia spiritus
noster hic interim indiget cõmoneri, per eas cul-
tus spiritus excitẽtur, foueatur, atq; augeatur. Vt
omittã quòd illorũ cæremoniæ operosæ admodũ
erant, & simul numerosæ, parum tamẽ fructuosę:
nostrę verò pręter summã vtilitatẽ & necessitatẽ,
etiam faciles, & paucæ. Quarum quędã, sed pau-
cissimæ, etiam à Christo institutæ sunt, qui quod B
erat præcipuum Christianismi, præcipuè docens
reliqua Apostolis & Apostolorum successoribus
disponenda commisit, quæ pro cõuersatione cul-
tus spiritualis essent necessaria. Quæ vt ab homi-
nibus essẽt instituta, ita pro diuersitate tẽporis &
loci mutari possent, quãdo ita ratio & vtilitas spi-
ritus exposceret, cùm Iudæorum cæremonię lega
les vsq; ad Christum semper deberent esse fixæ &
inuariabiles. Non ergo quoniam Christianum in
spiritu & veritate adorare oportet, ideo omnesę
remonias externas negligere & eõtemnere debet:
imò quoniã in spiritu adorare debet, ob id & cæ
remoniarum curã habere debet, eo quòd, vt dictũ C
prius est, nobis in hoc mortali corpore existenti-
bus, spiritꝰ pendeat à corpore, quo dq; corporales
sint homines, inter quos est societas ĩ cultu spiri-
tuali. Vnde cõsequitur cæremonias non tãtùm
vtiles esse & necessarias pusillis & imperfectiori-
bus, sed etiã perfectis, idq; tum pro proprij spiri-
tus prouocatione in Deũ, tum vt in illa societate,
qua inter se Christiani in cultu Dei spirituali con
iuncti sunt, cum aliis foueantur atq; cõfirmẽtur. Tan
tùm curandũ vt ne alio fine cæremoniæ vel insti-
tuantur, vel suscipiantur, quàm quatenus conduc
cunt promouẽdo in Deũ spiritui nostro, aut alia
dę societati eorum qui cultu spirituali consociati
sunt, & vt ne credãtur illę per sese Deo gratę esse,
sed quatenus seruiũt spiritui & charitati. Ita fiet, D
vt nec onerosę nimis, nec numerosę sint cęremo-
nię, nec illis ita affixi simus, vt quod pręcipuum
est posteriori habeamus loco. Erit autẽ vbi Deum
colemus longè purius in spiritu & veritate quàm
hic interim licet, nẽpe in futura vita, quando mor
tali hãc corpore exuti, & toti spirituales facti: veri
tatem ipsã nudè & apertè contẽplabimur. Cuius
cultus purissimi comparatione, noster cultus quo
Deum hic colimus veluti Iudaismus est, vt iam e-
tiam liceat distinguere triplicem cultum viri Dei,
quemadmodum Christus suo tempore distinxit
hoc loco. Sunt enim qui, quemadmodũ olim Sa-
maritani, Deũ quem ignorant, malè colũt in mon
te, nimirũ hęretici, Iudęi, & Turcę, qui in super-
bis suis conciliabulis Deum malè cognitũ malè e
tiam adorant. Sunt qui, quemadmodum Iudæi ad E
huc in Hierusalem Deũ adorant, vtpote Christia-
ni catholici, qui in Ecclesia hic militãte Deum co
lunt, in spiritu quidẽ & veritate, si eorum cultus
comparetur cum veteri Iudaismo, adhuc tamẽ in
vmbris & ænigmatibus, si cõparetur cum purissi-
mo illo angelorũ & beatorum spiritũ cultu, qui
Samaritanorum & Iudæorũ cultum perfectissimè
abolet, omnibus tum erroribus, tũ vmbris depul-

sis. Notandum autem saluatorem dicere, adorabi
tis patrem, non autẽ adorabitis Deum vel Domi-
num, sine vt indicaret Deum quem adorabãt Iu-
dæi & Samaritani, suum esse parrem, siue vt signi
ficaret in lege noua Deum non iam adorandũ vt
Dominum, sed tanquã patrem. Vnde in oratione
dicimus, Pater noster. Et clamamus iam, Abba pa
ter. Porrò Deum in spiritu adorandũ etiam à gen *Roma. 8*
tilibus Poetis decantatum est. Cato enim, *Si Deus*,
inquit, *est animus, nobis vt carmina dicunt, Hic tibi præ
cipuè sit pura mente colendus.* Et Persius, *Quem damus
superis, de magna quod dare lance Non possit magnis
Messalæ lippa propago: Compositum ius, fasque animi,
sanctosque recessus Mentis, & incœptum generoso pe-
ctus honesto. Hoc cedo vt admoueant templis & farre
litabo.*

DICIT EI MVLIER: SCIO QVIA MESSIAS VENIT QVI DICITVR CHRISTVS, &c.] Quia quod dicebat saluator nec satis intelligebatur à muliere, nec admodum gratũ illi fuit, resecat quæstionem, eámq; ab expectato tũc Messia soluendam reliquit. Hunc enim etiam Sa-
maritani expectauerunt tãquam doctorẽ omniũ
quæ ad salutem essent necessaria, vt qui à Moyse
talis promissus erat, idq; Deut. 18. vbi dicitur, Pro
phetam suscitabit vobis Dominus de fratribus ve
stris, sicut meipsum audietis. Eundem ex prophe-
tia Iacob, ac rumore qui erat inter Iudæos de im-
pleto tempore quo nasciturus erat secundum pro
phetiam Danielis, intellexit aut iam venisse, aut
mox venturum, & hoc est quod dicit, *Scio quod
Messias venit*, hoc est, quòd iamiã venturus est. Est
enim præsentis temporis, *venit*, non pręteriti. Cũ
itaq; mulier iam declarasset suam docilem credu
litatem, & ardens discẽdę veritatis studium, qua-
le nõ repertum erat in Iudæis, dignatus est Do-
minus tandem aperire quis esset, cùm Iudæis in-
stantibus & petentibus: Quousq; animã nostram
tollis, si tues Christus, dic nobis palàm; id apertè
noluerit respõdere, eo quòd quærerent non discẽ
di animo, sed reprehendẽdi. Hic autẽ videre licet *Ioan. 10.*
prudentem Domini dispensationem. Siquidem in
prĩcipio qualis esset & quis aperire noluit, ne per
elationem aliquã & venitatẽ se attollere videre-
tur. Verùm cùm iam doctrinę grauitate, & occul-
torum reuelatione sibi authoritatẽ aliquam apud
mulierem collegisset, eáq; declarasset, tũ studium
discendi, tum fidem, tunc oportunè seipsum reue
lauit. Quòd autem discipuli admirati sint collo-
quium Christi cum muliere, non erat ob id quod
ministerius aliquid de magistro suspicarentur, sed
admirabantur partim propter tantã illius huma-
nitatẽ, qua vir tantus cũ paupercula loqui digna-
batur, eáq; Gẽtili & Samaritana, partim propter
ea quòd nunquã nisi grauia & de regno Dei scie
bant Dominum loqui solitum, ad quæ videbatur
discipulis hęc mulier minimè esse idonea. Quãuis
autem miratentur qualia essent quę cum muliere
tractaret, tamen ob summã eorum erga Dominũ
reuerentiam nemo eum interrogare ausus est.

RELIQVIT ERGO HYDRIAM SVAM MVLIER, ET ABIIT IN CIVITATEM, &c.] Mulier stupefacta sermone Domini,
nec dubitans esse veracem, nihil quidem respon-
dit, sed relicta apud puteum hydria (tã enim aquæ
corporalis sitis exciderat, gustata aqua spirituali)
properans in ciuitatem populum omnem ad Do
minum pertrahere conata est, ex Samaritana pec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

catrice subitò effecta apostola. Qua in re Euangelista pulchrè duplicem veræ fidei fructum explicuit, nempe neglectum rerum temporalium, & studium impartiendi aliis inuentam veritatē. Quod autem dixit: *Nunquid ipse est Christus*; nō dubitātis erat, sed ex indicato miraculo inferentis Iesum esse Christum, & prudenter proponentis id iudicio omnium examinandum, quod Dominus dixerat, & ipsa crediderat. Non itaq; dixit: Venite & videte hominem qui dicit se esse Christum, vel quem ego puto & credo esse Christum: sed prudentius dicit: *Num ipse est Christus*; nolens se iudicem tantæ rei constituere, sed alios, experientia potius id cognoscere volēs. Vtq; eos magis attraheret, offert eis veluti quandam escam, detectionem scilicet suorum secretorum. Circa id autem quod hæc mulier, licet libidini planè seruisse videatur, tam præclarè Euangelij cognitione & gratia donata fuit, obseruādū ita fieri solere, vt quos destinauit Deus donare sua gratia, eos crassioribus quidem in peccatis ante sui illuminationem viuere sinat, eiusmodi tamen, quæ vt suntfœdiora & notiora, ita facilius agnita pudorem incutiunt. Nam tectiora peccata; quæq; vulgi non ita fœda sunt iudicio, qualia sunt arrogantia, hypocrisis, aliāq; similia, magis obsunt vt ne quis suum vitiū agnoscat, ac ipsum sui pudeat & pœniteat.

EGO CIBVM HABEO MANDVCARE QVEM VOS NESCITIS.] Non negat Dominus quin esuriat, & cibum corporalem appetat, sed subindicat quid magis esuriat, cibum scilicet spiritualem. Ego, inquit, habeo cibū quendā manducandum vobis incognitum. Qua in re primùm quidem annotandum, quantus in Christo fuerit ardor euangelizandi & promouendi salutem hominum: cùm ob oblatam aut speratam docendi occasionē, noluerit corpori indulgere cibū, etsi multū defatigatus. Notādum secundò, quòd Dominus vndiq; captans occasionem ingerendi sermonē de rebus spiritualibus, hominesq; à corporalium rerum cura euehendi ad studium spiritualium, quemadmodum priùs mulierem ex mentione aquæ pellexerat ad cognitionē Euangelicæ fidei, ita & nunc commodè discipulos adhuc rudes ex occasione cibi prouocauit ad studiū Euangelicum. Et quemadmodū tunc etsi sitiebat aquā putei, magis tamen sitiebat hominum salutē, ob quā promouendā ex occasione suæ sitis, & aquæ quā quærebat mulier, captauit sacri sermonis initium, ita tametsi nunc esuriret secūdùm carnis naturam, tamen maior illū habebat fames generis humani. Cùm autē discipuli dictū Domini de cibo sensibili intelligerent, & ob id inter sese hæsitarent (nam interrogare illū verebātur) dignatus est id quod obscurius dixerat, apertius facere, dicens: cibū suum quē maximè esuriebat esse vt impleret patris voluntatē, quæ in eo sita erat, vt per Euangelicam prædicationē quā plurimi lucrifierēt Deo. Cibus ergo eius erat, insistere doctrinæ, & prædicationi. Hoc enim & summè desiderabat propter profectum gloriæ paternæ ac salutem hominum. & eodē illo opere tāquam cibo quodam in animo reficiebatur, pascebatur, & delectatione perfundebatur. Sic & noster scibus esse debet quoduis virtutis opus bonū, & adimpletio māda torum Dei, ita vt & eam auidè desideremus, & in ea conquiescamus ac oblectemur, secūdum illud Psalmi in mystico sensu, Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius. labores manuum tuarū quia māducabis. Portò facere voluntatem Dei, non tantùm dicitur ea ratione noster cibus, qua dicebat cibū suum esse Christū. Nā & ideo cibus noster dicitur, quòd per illud vita animæ nostræ cōseruatur & crescit, quodq; per illud fames spiritus, quæ est inopia gratiæ Dei, tollitur, ac tandē reficimur & pascimur eo in vita æterna, nullam vnquā passuri inopiā. Vnde postea de hoc cibo loquēs saluator dicit, Operemini nō cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Et operare iustitiam ante obitum tuum, quia nō est apud inferos inuenire cibum. Proinde notandum scripturam præter panē corporalē loqui de cibo ac pane multiplici, nempe de pane beatorū regnantiū in cœlis, qui est ipsa diuinitas: aut eius fruitio, qua dulcissimè reficiuntur, & in indeficiente vita atq; vigore conseruantur. De quo pane Saluator apud Lucā: Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater, vt edatis & bibatis super mēsam meam in regno. Secundò, de cibo corporis Domini, vt cùm dicitur, Caro meo verè est cibus. Tertio, de cibo internæ cōpūctionis & deuotionis, vt cū dicitur: Fuerūt mihi lacrymę meæ panes die ac nocte. Quartò, de pane bonæ & meritoriæ operationis, de quo superius. Quintò, de pane verbi diuini & sapientiæ cœlestis, vt cùm dicitur, Cibauit illum pane vitæ & intellectus. Sextò, panis afflictionis, de quo Psalmista, Cibabis nos pane lacrymarum, &c. Bene autem dicit Dominus, *Meus cibus est*, &c. Nam quicquid diuinum est, illius propriè est: quicquid autem humanum, nostrum propriè est: quicquid verò impium & malum, diaboli est. Itaque cibus diuinus, Domini cibus est, & sanè mirabilis cibus, quo scilicet ipse pascebatur dum alios eodem pascebat. Noster autem cibus est, corporalis cibus. Diabolicus autem cibus, delectati in rebus pessimis. Notandum & illud, quòd dicit cibum suū esse vt faciat, hoc est, non vt sciat tātùm aut cogitet mente, sed vt opere voluntatē patris expleat. Quod autem sequitur; *vt perficiam opus eius*; quamuis quidam intelligant vt sit diuersum à præcedenti parte, sitq; sensus, vt perfectū reddam hominem qui est opus Dei, rectius tamen accipitur vt idē significet cum eo quod præcedit, & sit illius declaratio. Quod enim priùs Dei vocauit voluntatē, hoc iam opus illius appellat, hoc est, opus ab illo sibi iniūctum, de quo opere postea: Opus, inquit, consummaui, quod dedisti mihi vt faciam.

NONNE VOS DICITIS QVOD ADHVC QVATVOR MENSES SVNT, &c.] Postquam Dominus significauit suum pro euranda hominum conuersione desiderium, studet iam & discipulos ad idem studium extimulare, idq; vt impetret, ostendit & promptitudinem hominum ad recipiendum veritatem, & mercedem quæ manet in hoc studio intentos, & laboris quoq; facilitatem. Et rursum quidem vtitur anagogica allegoria, vt à rebus corporalibus ad spiritualia semper subduceret mentē eorum: deinde vt res spirituales, quæ per sese cognosci non possunt, sub simili tudinibus quibusdā propositæ reddantur manifestiores, atq; vt narrationis iucūditate, quę inest huiusmodi metaphoris, profūdius cordi imprimātur quæ dicuntur. Id verò quod hic dicit tale est, Vos qui adhuc reb. corporis studetis, dicitis post quatuor menses venturā messem, ego autem dico vobis, iamiam instare messem Euangelicam. Si enim oculos

oculos & corporis & mentis sustuleritis, & diligēter aduerteritis, intelligeretis iam vniuersas regiones albescere ad messem, hoc est paratas esse omnes gentes ad recipiendū Euāgeliū, per quod colligantur in horreū Domini, in sanctorū scilicet numerū & cōgregationem. Proinde quemadmodū ipsa seges & iam flauescens falcem & messorum operam quasi flagitat, ita certè & promptitudinē humanarum mentium existimare operam & studiū nostrū efflagitare. Atq; quò alacriores sitis ad hanc messem patri colligendam, scitote ꝙ quemadmodū qui metit messem corporalē, accipit mercedem sui laboris, ita & in hac messe contingit. Qui enim & hic metit, amplissimū à patre in cœlis præmiū reportat, congregatq; fructum demessum non in horreum terrenum, vbi aliquando cōsumatur, sed in horreum regni cœlorum, vbi æterna vita perfruatur: vnde futurū est vt propter collectum fructum patiter gaudeant & qui messuerunt, & qui seminauerunt, hoc est, qui vnquā salutaris aliquid doctrinæ populis impertiuerunt, & per eam Euāgelio eos præparauerunt. Gaudebūt enim & hi nō frustra se laborasse, sed fructum aliquando prouenisse ex suo semine & labore. Dico autem gaudiū eros & messores & satores. Nā quod vulgò dici solet, & euenire nonnunquam, vt alius seminet, & alius metat, id est, alius laboret, alius fructum percipiat, id in hac Euāgelica messe maximè verum apparet. Ego enim misi vos ad metēdū segetem, in qua nō subistis labores sationis, sed alij ante vos laborauerunt, nimirū Prophetæ omnesq; populorum doctores, qui satorum & arantium functi officio, graniores pro futura hac messe labores perpessi sunt, dum rudes hominū animos & à veritate longè alienos, multis laboribus veluti stercorando, & arando, serēdo, atq; zizania euellendo, parauerunt recipiendo Euangelio: vos autē in labores eorum successistis, missi scilicet vt quæ ab eis inchoata sunt & laborata absoluatis & perficiatis. Quare quo minus sudoris & laboris vobis supereſt, & amplior tamen parationq; fructus, quā illis, (Nō enim magno negotio demetitur matura seges, & alioqui paratus ipse fructus lenit laboris tædium) eo promptius ac cōsiderati quod restat operæ subeundū est vobis. Ex his satis patet sensus verborū Christi. Circa quæ primùm quidem notandū, ꝙ cùm dicat Christus quatuor menses fuisse à messe cùm hæc diceret, patet satis hæc à Christo dicta circa Decēbrē & Nouembrē. Nā inter Pascha & Pētecosten apud Iudæos fuisse messem satis constat ex Leuitico & Deuteronomio. Vnde cū aduentus ille secundus in Iudæā, de quo scribit Ioan. ca. 3. statim fuerit à Paschate illo primo de quo Ioan. 2. cōsequitur Christum in Iudęa multos egisse menses, nempe octo vel nouem, vt mirum nō sit quod hic dicit se misisse discipulos ad metendū. Intelligendū enim hoc feciſſe spatio horum mensium. Notandum secundò, ꝙ alibi, nempe Matth. 13. aliter vtatur metaphora messis, quàm hoc loco. Ibi enim messem dicit cōsummationē seculi, cuius messis messores sunt angeli, qui collectum ex vniuerso huius mūdi agro dominicum triticum colligēt in horreū regni cœlorum. Hic verò messem vocat collectionē fidelium in Ecclesiam Dei, cuius messores sunt Christus & Apostoli, qui falce Euāgelicæ prędicationis promptos Populos refecantes minimo sæpe negotio in horreum Dei congreganerunt. Sic & Matth. 9. eadem vtitur metaphora, dicens, Messis quidem multa, operarij autē pauci. Et rectè quidem tēpus vtriusquæ aduentus Christi, tempus messis vocatur. Tēpus enim messis, tempus est consummationis fructuū. Sicut autem in nouissimo aduentu erit cōsummatio seculi, ita in primo aduentu fuit plenitudo temporis à patre definiti, vt parati iamdudū homines doctrina imperfectiore, per Euāgelicam veritatē vndiquaq; colligerētur in horreū Domini. Et quomodo messis tēpus fit per præsentiā solis feruidè calefaciētis, ita messis spiritualis vterq; clarę lucidęq; præsentiæ solis iustitiæ cōueniebat, vt non priùs sol hic lucere ac feruere inciperet, quàm ad messem faciēdam satis essent omnes parati. Notandū tertiò, quòd cùm dicit saluator: *Leuate oculos, & videte regiones*, &c. non loquitur solū aut principaliter de oculis corporalibus: neque sub nomine regionum vult solum insinuare Samaritanos, qui iam è ciuitate egrediebantur. Sic enim dixisset: Videte regionē. Sed occasione prōptitudinis Samaritanorū illorum, voluit eos oculis mentis aduertere, omnes iam illarum regionū gentes paratas esse ad recipiendum Euangelium, in quibus iacta erant per Moysen, aliosq; Prophetas semina quædā Euāgelicæ veritatis. Imò & vniuersorum populorum gētes licet intelligere hic designari, dū dicūtur regiones albæ fuisse ad messem. Sciebat enim vniuersarum gētium promptitudinem & maturitatem Dominus, quæ tamē in eis non tam est consideranda secundum dispositionem quæ erat in eis, quàm secundum dispositionem diuinæ prædestinationis, à qua iam & in aliis omnibus gentibus ordinati fuerāt aliqui, qui sua doctrina paratiores redderent homines ad recipiēdam veritatem ipsam. Philosophorum enim pleræque de veritate & iustitia traditiones multos præparauerunt in Gētibus Euāgelio. Saluator tamen, dū hic loquitur de satoribus in quorū laboribus Apostoli introierunt, potissimum vel solū videtur locutus de Prophetis, eo quòd dicit; *vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit.* Quòd autem dicit: *congregat fructum in vitam æternam*: duplicitèr intelligitur. Primum vt sit sensus: Congregat fructum ad vitam æternam, hoc est, fructum vnde vitam æternam percipiat, vt indicetur differentia inter fructum huius messis & fructum messis tēporalis. Hic enim nō est ad vitam perpetuam, sed temporalem & momentaneam. Secundò, vt vita æterna referatur non ad congregantem, sed ad ipsum fructum, & significetur locus in quem congregetur fructus, nempe regnum cælorum, vbi collectos fructus vitā consequatur æternā. Sic alibi: Posui vos vt eatis, & fructū afferatis, & fructus vester maneat. Significat autē secundùm posterior sensum saluator triplicem vtilitatem laboris mentis. Primùm enim qui metit, mercedem sibi accipit: secundò fructum congregat, idque in vitā æternam, tertiò parit gaudium semināti, dum vider laborem suum non fuisse infrugiferum. *Ioan. 15.*

EX CIVITATE AVTEM ILLA MVLTI CREDIDERVNT IN EVM SAMARITANORVM, &c.] Hac narratione declarat Euāgelista, quàm res ipsa comprobauerit verum esse quod dixerat Dominus de messe albescente, cùm ad vocem vnius mulierculæ, & eius nō satis probæ, multi statim nondum audito nec viso Christo crediderunt, idque Samaritani. Efficax enim erat mulieris de ipso testimonium, eo quod supra ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minem esse scirent occulta posse aperire,nec dubitabant de veritate testimonij, quòd contra honorem proprium auditent ex zelo veritatis occulta vitæ suæ dedecora mulierem detegẽtẽ.Porro hæc subita Samaritanorum conuersio, præludium fuit & primitiæ quædam vocationis gentium, ideo eam tam magnificam esse voluit Dominus,vti re veraplanè fuit. Itaque quia mulieris testimonium non irriserunt, sed fidem illi adhibuerunt,præoccurrerũt multi è ciuitate vt oculis cernerent,quem tanto affectu mulier prædicauerat,vtque ab eo plenius edocerẽtur vt erant veræ doctrinæ auidi.Nec minuit præsentia opinionem, nec offendũtur humili cultu,taroque actenuium discipulorum comitatu, sed obsecrabant eum vt apud ipsos hospitari dignaretur, vt qui magnam iam de illo concẽpissent opinionem, & ob id plenius doceri ab eo percuperent.Qua in re ostenditur quàm cupidi doctrinæ salutaris reddãtur, qui vel tenuiter eam gustarint,sicut & in facto mulieris tam cupidè ciues suos aduocantis,& quò permoueret eos etiam confitẽtis Dominum indicasse sua peccata,exemplum est, quomodo animus iusta Dei cognitione donatus,etiam sua errata lubenter confitetur,modò id videat cedere in gloriã Dei &Christi.Sic certè & Paulus multis locis ingenuè confessus est suam ignorantiam, atque etiam blasphemiam & Christianorum persecutionem,vt Dei erga se misericordiam magnificentius prædicaret.

ET MANSIT IBI DVOS DIES:ET MVLTO PLVRES CREDIDERVNT PROPTER SERMONEM,&c.]Quanquam postea suis discipulis præceperit ne ingrederẽtur ciuitates Samaritanorũ,causa prædicationis scilicet, eo quod primùm solis Iudæis esset prædicandum regnum Dei,gentibus autem & Samaritanis post glorificationem Christi,& Iudeorum obstinatam incredulitatem,tamen quoniam ab iis quiveritatis auidi erãt rogabatur vt apud ipsos diuerteret, nõ potuit non pro humanitate sua & cupiditate salutis ommũ piæ eorum acquiescere petitioni, volens etiam hac ratione ædere specimen vocationis Samaritanorum, quemadmodum vocationi gentium præluſit in magis, in Centurione, & aliis,volens etiam nobis,vt frequenter,humanitatis relinquere exemplum, & facilitatis ad docendum doceri cupientes. Ita tamen temperauit negotium istud Dominus,vt non haberent quod calumniari possent iustè Iudæi, quasi Samaritanorum consortio gauderet, spretis Iudæis quibus Messias promissus erat,dum non nisi rogatus nõ adit, nec nisi biduo apud eos permanet. Porro quæ fuerit Domini occupatio hoc biduo, ex sequentibus ostendit Euangelista,triplicem indicãs fidei fructum ex prædicatione eius cõsequutum. primò quidem credentium multitudinẽ. Multi enim crediderunt propter sermonem mulieris: sed modò multò plures crediderunt,non propter visa miracula,sed propter solũ sermonẽ Domini. Secundò,fidei indicat certitudinẽ. Nam & hi qui priùs crediderunt mulieri,dicebant,iam non propter tuum sermonem potissimum credimus.Nos ipsi enim audiuimus ab eo quod à te prius audiuimus, & scimus hoc est, certò persuasi sumus, nihil amplius dubitantes, φ hic est verè saluator non Iudæorum tantùm aut Samaritanorum, sed totius mundi. Per quam partẽ tertiò significatur fidei horum perfectio & plenitudo. Condemnat sanè hæc Samaritanorum in discendo auiditas,in credendo facilitas Iudæorum malitiam. Illi enim exiuerunt ad eum vnius mulieris voce excitι: & orabant illum vt veniret ad se, quumq; nullũ vidissent signum, crediderunt in eum. Iudæi verò ad se venientem persequebantur, & apud se manere volentem grauiter ferebant, cumq; & Ioannis audissent testimonia, & multa Christi vidissent signa,non tamen credebant. Cùm autem dicitur,*hic est verè saluator mundi*,illud *verè*,accipi potest vt opponatur falso. Nam fuerunt qui se Messiam & saluatorẽ mũdi falsò iactarent, inter quos Theudas quidã. Aut accipitur vt opponatur vmbratili & imperfecto.Fuerũt enim & alij quidam apud Iudæos saluatores,sed hi ad Christum comparati nõ erant veri saluatores:Christus verò solus verus saluator, quia veram & perfectã attulit salutem. *Sesus my fiscus.*

Vt autem mysticus huius historiæ sensus paucis attingatur,vt nobis reiecta omni incredulitatis pertinacia,imitanda est horum Samaritanorum facilitas in credendo veritati: ita non tam propter prædicationem hominum & Ecclesię credere debemus,quàm propter vocẽ Christi,& spiritus loquẽtis nobis per scripturam & Ecclesiam suam.Hęc enim Samaritis mulier rectè typum gerere intelligitur humanæ naturæ,vel Ecclesię,potissimum primitiuæ,quæ ex Iudæis & Gentibus collecta erat, quemadmodũ Samaritani medium quoddam genus erant inter Ethnicos & Iudæos. Gentes itaque simul & Iudæi aduenientе in hunc mundum Christo quærebant aquam Iacob,vnde sitim sedarent.Gentiles quidẽ bibentes ex humana philosophorum doctrina,Iudæi verò habẽtes ex insipida legis litera,sed vtraque hæc aqua non potuit in æternũ sitim auferre,vt quę humana esset & carnalis.Iacob enim eam dederat, hoc est, homo & carnalis intellectus.Veniẽs itaque Christus,ac iuxta fontem hunc considẽs, ex eius comparatione ad perfectiorem aquam inuitauit.Euãgelicã scilicet doctrinam ac gratiã spiritus, quam tamen hominibus darẽ nisi aduocato priùs viro voluit.Quinq;enim viros humana natura habuerat,nempe Adam,Noe,Abraham,Moysen,ac demum prophetarũ ordinem,aut leges quinq; Dei, quas per illos viros acceperat.Nam ad Ro.7. marito lex comparatur. Verùm aduenientе Christo sine viro inueniebatur, dedita scilicet per adulteriũ & fornicationẽ carni & idolorũ cultui. Iubetur itaq; à Chtisto aduocare virum suum hoc est, & Deum verum pro vero suo marito agnoscere ac inuocare,& rationẽ quæ in homine mariti locum obtinet,adhibere & abducere,qua capax fieret & doctrinæ & gratiæ cœlestis. Cùm autẽ errorẽ suũ non diffiteretur,sed agnoscеret, verum Dei cultũ atque seipsum Christus illi aperire cœpit:qua cognitione gustata,neglecta iam aqua illa qua priùs sitim extinguere quærebat,etiã alios quam plurimos Christo suo testimonio adducere studuit.

POST DVOS AVTEM DIES EXIIT INDE ET ABIIT IN GALILÆAM. IPSE ENIM.]Ex subiuncta ratione ista,*Ipse enim*,&c.patet illud,*abiit in Galilæam* , intelligendum per antithesim,vt nomen regionis explicatũ sit cõtra nomen patriæ,& sit sensus , abiit non in Nazareth, quãuis ea & patria esset, & obuia occurreret , sed relicta ciuitate Nazareth,vt dicit Matthęus;in reliquam cõcessit Galilæam. Putant autem quidam istud

istud testimoniũ Christi esse illud quod scribitur Luc.4. atq; eã Lucæ historiam quæ in Nazareth contigit,accidisse mox isto ingressu in Galilæam, atq; ob id Ioannẽ dixisse : *Ipse enim testimonium perhibuit , Prophetam in sua patria non habere honorem.* Verùm cùm in ea Lucæ historia scribantur dixisse Nazareni:quæ audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua, constat eã historiam non cõtigisse in principio ingressus in Galilæã , in quo verisimilius est Christum in Nazareth non diuertisse,sed postquam aliquandiu in aliis ciuitatibus prædicasset , ita vt ea Lucæ historia sit eadẽ cũ ea quę scribitur de prędicatione Christi in Nazareth Matt.13.& Mar.6.Proinde aut dicendum,testimonium istud,cuius hic meminit Ioannes,esse diuersum ab eo cuius meminerunt reliqui tres Euangelistæ , vt scilicet Christus interrogatus iam cur nõ diuerteret in Nazareth,respõderit id quod dicit Ioannes , quod postea etiã ciuibus respondit. Aut si idẽ est istud testimoniũ, dicendũ Ioannem per anticipationem illud posuisse,& voluisse ideo in ingressu in Galilæã non secessisse in Nazareth, quia sciebat se ibi nõ fore in pretio,quod & postea testatus est, cùm scilicet aliquando eò cõcedẽs à ciuibus reijceretur.Cùm autẽ ratio quã Ioannes subiũgit,dicens : *Ipse enim Iesus* , &c. valde parum congruere videtur proposito , videndum est anne istud Ioãnes dixerit ad insinuandũ cur Dominus relicta Iudæa abierit iam in Galilæã. Quia Iudæa verè erat eius patria ratione Bethleẽ, & in Iudea primũ cœperat,vbi à Ioanne baptizatus fuerat, & ieiunauerat. Nõ est incõuenіens Ioannẽ euãgelistã testimoniũ Domini , citasse ad aliud propositũ quàm alios euãgelistas.Ratio autẽ quare Prophetа vt plurimũ(sic enim oportet intelligere) nõ est acceptus in patria sua,duplexest.primùm quidem propter ingenitam quandam inuidiam inter cõciues,qua fit vt ęqualis ęqualẽ nõ ferat prę se honorari,& multò minus senior iuniorẽ,à quo aliquãdo priùs honoratus fuit.Secũdò propter familiaritatẽ,quę contẽptum & vilipẽsionẽ parit duplici nomine,videlicet φ per eã obseruantur & cognoscuntur humanæ imperfectiones,aut quæ pro hominũ iudicio habentur imperfecta,quodq;eo sumus ingenio vt extranea semper præ domesticis admiremur,adeo vt pleraq;vel obid solùm sint in pretio,quòd è lõginquo veniant.Vnde est illud in Eunucho apud Comicũ de fidicina:Ex Æthiopia est vsq;hæc;per quod eam voluit cõmẽdare,quòd ex longinqua esset regione adducta.Quoniã ergo sciebat Christus se nõ habiturũ honorẽ in Nazareth,reliquit eã,nõ quòd honorẽ suum quæreret (Ego enim,inquit,gloriã meã nõ quæro)sed quia dum despicitur doctor,prædicatio quoq;eius despiciatur,atq;ob id nullũ ibi fructũ prædicationis expectaret.Qua in re etiã patriæ suæ bene voluit dũ cauit ne prædicatio contẽpta pœnã incredulitatis cõduplicaret.Docemur autem in Nazarenis quidẽ,quàm nocens res sit,externa tantùm & ea quæ carnis sunt oculis carnis cõsiderare.Nã quod Nazareni Dominum putabant fabrum,fabriq;filiũ,& filiũ Ioseph,impedimento fuit ne illũ agnoscere possent , aut prædicationẽ eius recipere. In Christo verò docemur,ibi non esse annũciandum verbum Dei vbi propter nos contemnendum scimus ; ne per nos vilescat eius autoritas,ac incredulis & contẽnentibus diuina vltio cõduplicetur.

CVM ERGO VENISSET IN GALILÆAM,EXCEPERVNT EVM GALILÆI, &c.]Demonstrãtur his verbis Iudæis Galilæi meliores,Samaritanis tamen inferiores.Iudæis quidem meliores , quòd exceperint eũ cũ honore & reuerentia,quam illi persequebantur:Samaritanis tamen inferiores,quòd per miracula ad aliquam de Christo existimationem adducti essent , cùm Samaritani nullo viso signo credereẽt in eum.Itaque demonstratum,vt quò quæque gens clarior esset apud mundum,ac Deo gratior,veritatisque magis tenax,hoc longius abfuit à pietate Euãgelica.Inferiores enim erant Galilei Iudæis , sed his tamen reperti sunt capaciores Euangelicæ doctrinæ.Vtrisque autem inferiores habebantur Samaritani;qui tamẽ fidẽ vtrorumq; superauerunt , & Euangelicam doctrinam citius receperunt.

SANATVR A FEBRI FILIVS REGVLI.

Ioan.4. CAPVT XXIIII.

VEnit ergo iterum in Cana Galilææ vbi fecit aquam vinũ.Et erat quidã Regulus cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Hic cùm audisset quia Iesus aduenit à Iudæa in Galilæã, abiit ad eũ,& rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius,incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum,Nisi signa & prodigia videritis,non creditis. Dicit ad eum Regulus.Domine,descende priusquã moriatur filius meus. Dicit ei Iesus.Vade ,filius tuus viuit.Credidit homo sermoni quẽ dixit ei Iesus,& ibat.Iã autem eo descendente,serui occurrerũt ei, & nuntiauerunt ei dicentes, quia filius eius viueret.Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat.Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris.Cognouit ergo pater,quia illa hora erat,in qua dixit ei Iesus,filius tuus viuit,& credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus,cùm veniſſet à Iudæa in Galilæam.

VENIT ERGO ITERVM IN CANA GALILÆÆ, VBI FECIT AQVAM VINVM ETERAT,&c.]Ergo hoc est,quoniam ingressus erat in Galilæam,contigit eum repetere Canam quam repetiuit , non vt ex miraculo illic ædito laudem aucuparetur , sed vt ex semine quod ibi iecerat frugem aliquam vberiorem colligeret,& quos prius non adduxit facto miraculo ad fidem(quandoquidem de solis discipulis dicitur;quòd tũc crediderint in eum)non cessaret ad fidem pertrahere. Portò Regulus iste, de quo hic mẽtio,non est intelligendus fuisse paruus rex: non enim est Græcè βασιλίσκος , quemadmodum tamen videri potest legisse interpres, sed βασιλικὸς , hoc est, regius vel regalis. Quo dictum nomine istũ volunt,vel quòd esset ex regio genere Herodis , vel φ esset vnus ex ministris regis vel Tetrarchæ Herodis,vel φ dignitatẽ aliquam Regis aut imperatoris nomine gereret apud Iudęos. Quidam putãt profanũ aliquem magistratum nomine Cæsaris gessisse,& nec Iudæum fuisse , nec Samaritanum,sed Ethnicũ,& ab omni religione Iudæorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæorũ alienum. Quod tamen ob id non est verisimile, quod Dominus ei fidei infirmitatem exprobrãs dixit: *Nisi signa*, &c. Nullis enim Ethnicis in opprobrij obiectum legimus, sed Iudæis, qui semper pro more signa petebant. Hieronymus tamen Ethnicum fuisse putat, scribens super Isa. ca. 65. quod Græcè dicitur βασιλικὸς, nos rectius interpretari posse palatinũ, id est, de aula regia. Similiter accipi potest dictus βασιλικὸς, ꝙ potens esset & clarus. Hoc enim nomine Græci appellant quicquid magnificum est ac splendidũ. Et videri potest Euangelista ob id viri huius potentiam insinuasse, vt indicaret causam quare ausus fuerit petere, vt Christus secum in Capharnaum per tã longum iter descenderet, nimirum ꝙ diuitibus & potentibus propter suas diuitias nihil videatur denegandũ. Notatur ergo per hoc ꝙ rogabat Iesum vt descenderet, viri huius & confidentia in diuitiis suis, & fidei imperfectio. Fidei enim erat, ꝙ è Capharnaum ad Iesum venerit, quodq; rogauerit: sed imperfectio fidei erat, ꝙ putauerit nõ posse Christum aut absentem curare, aut mortuum resuscitare. Dicebat enim, *Descende priusquam moriatur*. Iesus autem notare volens imperfectionẽ non solùm huius viri, sed & omnium Galilæorum deprimẽdo eos Samaritanis collatos q sine signo crediderunt, & docere volens se non ad ostentationem, sed coactum propter fidem hominũ promouendam ædere miracula: *Nisi*, inquit, *signa & prodigia videritis, non creditis*, me scilicet esse eũ qui sum, nempe Messiam. Credidit enim priùs Regulus eum esse virum sanctum, qui posset id quod petebat præstare, sed nondum credidit, aut non firmiter credidit esse Messiam. Vbi notandũ Christum priùs operam dedisse, vt curaret morbũ patris quàm filij, vt qui grauior esset & periculosior, & ad officium Christi magis pertinens. Magis enim venerat ad sanandum animas quàm corpora. Porrò Regulus vt erat totus intentus periculo filij morientis, ad hunc sermonem Domini nihil respondit, ꝙ existimaret huiusmodi colloquio tẽpus eximi cùm morbus posceret præsens remedium. Vrget itaq; vt properet venire Capharnaũ priusquam moreretur filius. Iesus autem non obiurgans, nec contemnens fidem Reguli etsi adhuc imperfectam, te ipsa ostendit se plus posse quàm ille confideret. Vnde respondit: &c. *Vade* quasi dicat: Nihil opus est vt procurando filio me conferam Capharnaum, sed vade, ecce enim filius tuus quem morientem reliquisti, viuit ac valet, curatus à mortifero suo morbo. Accipitur enim hic, viuere, secundum Hebraicam phrasim, pro sanum & incolumen esse, quemadmodum in Psalm. frequenter viuificare accipitur pro restituere à malis & periculis mortis. Hic autem notandũ, Dominum cùm non rogaretur à Centurione vt descenderet curaturus seruũ eius, vltrò voluisse venire: rogatus autem secundò à regulo vt descenderet, acquiescere noluit. Et id quidem secundùm Chrysostomum, quoniam in negotio Cẽturionis fides erat cõfirmata, ideoq; promisit se iturum, vt per prohibitionem Centurionis, fides eius & deuotio manifestaretur. Hic autem regulus adhuc imperfectus erat, & necdum nouerat ꝙ absens curare posset, vnde id addiscere debuit per id ꝙ non accedit Dominus. Et quidem mox Christi verbis aucta est viri huius fides. Credidit enim sermoni Christi, & qui priùs credidit quidem ipsum curare posse filium si præsens esset, credidit iam etiam absentem curare posse: quamuis videri possit non firmiter satis credidisse, ex eoꝙ seruis occurrentibus, & restitutam sanitatem annunciantibus, scisciatus est qua hora melius habuisset, veluti experiri volens, casúne an virtute Iesu conualuisset. Cùm autem certior iam factus esset de miraculo, rursum magis eius fides est aucta, tunc enim absolutè credidit in Iesum, esse scilicet eum Messiam expectatum, ac aliquid supra hominem. Nec ipse tantum credidit, sed per eum & tota eius familia, quam frequentem & numerosam esse oportuit, vtpote hominis diuitis. Hic enim fuit fructus miraculorum Christi. 6.

HOC ITERVM SECVNDVM SIGNVM FECIT IESVS.] Nempe in Galilæa. Nam priùs aliqua fecerat in Hierusalem. Ne autem ex his accipiatur Iesus bis fecisse secundum signum (quod non est satis intelligibile, & tamen prima facie videtur significari) oportet sic intelligere. *Hoc signum iterum fecit Iesus*, nempe secundum, vt illud, *iterum*, non cohæreat cum, *secundum*, sed cum *fecit*, solum. Et dixit istud Euangelista, vt intelligeremus etiam hoc miraculum factum à Domino ante ea miracula quæ scribuntur facta in Galilæa ab aliis Euãgelistis. Sicq; significat hic finiri suppletionẽ gestorum Christi quæ gessit ante gesta narrata ab aliis Euangelistis. Quod autem ad moralem attinet sensum, regulus, cuius filius febriuisq; ad mortem laborat, est quisquis iam regno Christi per fidem asscriptus, animũ veluti filium habet igne illicitarum voluptatum & concupiscentiis ardentem, quę gustum omnem rerum spiritualium adimunt, quemadmodum febris gustum carnalem intercipit. Vt ergo quisquis talis est, filio salutem procuret, Christum per fidem adeat, rogetque, vt descendat, hoc est, commisereatur priusquã mens voluptatum morbo in Capharnaum, hoc est, in fruitione rerum temporalium huius mundi laborans (est enim Capharnaum idem quod villa iucunda, fuitque emporium celeberrimum) moriatur. Postulet autem in fide, quæ quantum pro sanitate recuperanda valere nobis possit, si modò firma sit, hic satis demonstratum est, dum patris etiam imperfecta fides filio salutem impetrauit.

PRÆDICAT IN GALILÆA CHRISTVS, ET FAMA EIVS vbique spargitur. Matth. 4. Marci. 1. Lucæ 4. CAP. XXV.

[a] Relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Nephtali, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetã, Terra Zabulon & terra Nephtali, via maris trans Iordanem, Galilæa gentium, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus † [e] prædicare [b] Euangelium regni Dei, [c] & ▷ dicere, [b] Quoniam appropinquauit regnum Dei, pœnitemini [b] & credite Euangelio. [c] Et fama

† b prædicans. ▷ b dicẽs ‖ pœnitẽtiã agite. appropinquauit enim regnũ cælorum.

fama exiit per vniuersam regionem de illo. f Et [a] circuibat [c] ipse [a] ‖ Iesus totam Galilæam, † [f] docens in synagogis eorum, [a] & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. [c] & magnificabatur ab omnibus. [a] Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerũt ei omnes male habentes, variis languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli, & Hierosolymis, & de Iudæa trans Iordanem.

† e docebat.

[a] RELICTA CIVITATE NAZARETH, VENIT ET HABITAVIT IN CIVITATE CAPHARNAVM.] Quamuis Lucas in principio statim prædicationis Christi, priusquam scribat eum venisse in Capharnaum, scribat gesta quædam in Nazareth, ac Dominum patriam suam propter eorum infidelitatem reliquisse, non tamen potest de ea derelictione intelligi quod dicit hic Matthæus, vt satis patet ex prædictis. Lucas enim per anticipationem eam scripsit historiam, idq; ideo vt appareat vt ex eo quod postea contigit ostenderet Christum meritò in principio suæ prædicationis reliquisse Nazareth, & habitationem sibi alibi delegisse, quemadmodum scripsit Matthæus. Vide Aug. lib. 2. de cõsensu Euan. c. 42. Vnde quod dicitur hic, *relicta*, intelligendum est præterita, non enim tunc ingressus est Nazareth, vt est probabile. Porrò quare Capharnaum habitationi delegerit, priùs dictũ est. Dicitur autem Capharnaum fuisse in finibus Zabulon & Nephtali, non ꝙ pro diuersis partibus fuerit in duabus istis sortibus, vt quidam putant, quemadmodũ Hierusalem fuit in sorte Beniamin & Iuda, sed quia circa Capharnaũ terminarentur hæ sortes, & quia ab illis sortibus Capharnaũ nõ longè abesset. Meminit autẽ Zabulon & Nephtali, propter prophetiã Isaiæ, vt ostenderet eam magis huic loco conuenire. Circa quam prophetiam
Isaiæ 9. notandum, Euangelistã in citatione omisisse quædam proposito suo impertinentia, nec adduxisse in primo sensu à Propheta intento, sed in sensu mystico, æquè tamen intento etiam à Propheta. Habet enim Isaiæ locus secundũ Hieronymi versionem in hunc modum. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtali, & nouissimo aggranata est via maris trans Iordanem Galilææ gentiũ. Populus, &c. Omisit ergo Matthæus: Primo tẽpore alleuiata est, & illud, & nouissimo aggranata est. Hæ enim partes proposito suo non seruiebant. Intelligendum autem est istud vaticinium secundùm historiam de liberatione Hieru-
4. Reg. 19. salem tempore Ezechiæ regis de manu Sennacherib, vt sit iste sensus: Nõ enim permittetur Assyrio in Hierusalem, quod permissum ei est in decem tribus, quas deuictas in terram suam trãsuexit. Primùm enim ab Assyrio leniore malo afflicta est terra Zabulon & terra Nephtalim, cùm scilicet Tegletphalasar duas has tribus in captiuitatẽ abduxisset, vt scribitur 4. Reg. 15. posteriore verò tempore grauiore malo oppressa est vniuersa maritima regio, quæ est trans Iordanem Galilææ gẽtium, cùm scilicet Salmanasar reliquum vniuersum Israelem captiuũ adduxit, vt scribitur 4. Reg. 17. & 18 Sed populus Hierusalem agens in extremo periculo, ac ideo quasi in ipsis tenebris mortis ac regione vmbræ mortis, hoc est, apud inferos (quibus significatur grauissima obsidio, qua fuerunt à Sennacherib presli Hierosolymitani) vidit lucem magnam, admirandam illam sui liberationẽ, cùm Dominus in vna nocte percussit in exercitu Assyriorum centum & octoginta quinq; milia. Quoniam autem salus hæc populo Iudaico facta, typus fuit redemptionis factæ per Christũ, commodè præsens vaticiniũ de Christi luce mortalibus perditis illata adductum est. Nam & de ea luce non dubium est etiam tunc sub typo vaticinatum Prophetam qui mox postea omisso typo, nudè de Christo adumbratæ salutis auctore vaticinari incipit. dũ dicit: Paruul[us] enim natus est nobis, & filius datus est nobis, &c. Cùm autem hæc Euangelica lux primùm spargi cœperit apud Galilæos, visum est Euãgelistę sic oraculum hoc adducere, vt præsenti loco conueniret, intelligens à spiritu sancto hoc significatum, vt quemadmodũ tribus Zabulon & Nephtali, totaq; Galilæa primùm senserunt exterminium ab Assyriis: ita illis quoq; primùm resplenderet lux vera orbis, Christus Dominus, & Euãgelica eius prędicatio. Christum enim aut prædicationem eius, secundũ Hieronymum, vocat hic non lucem solùm, sed magnã lucem, ad differẽtiam legis & Prophetarum. Notandum autem Græca non habere nominatiuum, ὁδὸς, id est, via, sed accusatiuum ὁδὸν, viam, vt subintelligatur præposito κατὰ, & sit sensus: Terra Zabulon & Nephtali, quæ est iuxta viam maris, hoc est, iuxta eum locum in quo fluit mare, Tiberiadis scilicet. Secundùm Hebræa tamen, vnde hæc originaliter sunt desumpta, rectius legitur nominatiuus, via: qui, si locum spectem[s] vnde hæc sunt desumpta, & propositi loci exigentiã, non est per appositionẽ iungendus cum, *terra Zabulon & terra Nephtali*, sed subintelligenda coniunctio, &, vt per viã maris intelligentur hic significari ea loca quæ erãt mariuma, in quibus erant Capharnaũ, Bethsaida, Tiberias. Quidam autem terrã Zabulõ, &c. dicunt' vocari viam maris, ꝙ in ea esset via publica ad mare mediterraneũ, ad Tyrum. Verùm altera interpretatio ob id melior videtur, ꝙ istã partẽ posuisse videatur Euangelista propter Capharnaum, quam dixit maritimam. Quòd autem dicitur trans Iordanem, intelligendum respectu eorũ qui Orientem habitabant, respectu scilicet Assyriorum, de quibus ad literam est sermo apud Prophetam. Nam respectu Iudæorum, loca quæ hic designantur erant citra Iordanem. Additur autẽ, trans Iordanem, quia Galilæa se etiam extẽdebat latè ab altera Iordanis parte, in qua rarius Christus prædicauit. Cęterùm ꝑpro genitiuo, *Galilææ*, rectius legitur secundùm Græcos nominatiuus *Galilæa*. Nõ enim est cum quo iungatur genitiuus *Galilææ*. Nam neq; aptè dicitur Iordanis Galilææ gentium, neque mare Galilææ gentium. Duplex est enim Galilæa, superior scilicet & inferior. Et superior quidem vicina Tyriis, tribum Zabulõ & Nephtali complectens, dicitur Galilæa gentium, siue ꝙ in ea Salomon 20. ciuitates dederit Hiram regi Tyri, vt scribitur 3. Reg. 9. siue quòd extima esset Palestinæ in confinio vndique habens gentes. Inferior verò dicitur, quæ circa Tiberiadem est & Lacum Genezareth, quæ terminatur Samaria

Universidad de Deusto
Biblioteca

maria. Cùm igitur mare Tiberiadis non sit in Galilæa gentium, nõ potest genitiuus, *Galilææ*, cõiungi cum, *mari*, aut cum, *via maris*, quare legendum *Galilææ*, vt per hoc, via maris trans Iordanem designetur pars Galilææ inferioris: per Galilæam autem gentium, Galilæa superior, aut saltem pars eius. Nisi velimus genitiuum *Galilææ*, referre ad illud, *Terra Zabulon & terra Nepthali*. Nã ad sequentia nõ posse referri vel genitiuum *gentium*, vel totã hanc orationem, *Galilææ gentium*, vt quidam tamẽ voluit, est ex Hebræis manifestissimum. Videndũ autẽ quàm conuenienter hanc scripturam accõmodet. Euangelista ad ciuitatem Capharnaum. Erat enim ea vicina terræ Zabulon & Nephtali, B hoc est, Galilæa gentium erat, vt & via maris, quia maritima: erat demum & trans Iordanem, vt in nullam aliã ciuitatem hæc omnia ita competere potuissent. Porrò pro eo quod nos legimus, *Populus qui ambulabat in tenebris*: Græcè non est, ambulabat, sed καθήμενος, hoc est, qui sedebat. Nostra tamen lectio Hebræis magis conuenit. Nam apud eos est verbum ambulandi, non sedendi, vnde videtur ex Hieronymi in Isaiam versione huc deriuatum verbum ambulandi. Nec absurdum videri debet populum qui dicitur ambulare in tenebris, postea dici sedere. Primùm enim dictio Hebraica, pro quo vertitur, *sedentibus*, etiam potest verti, *habitantibus*, quemadmodum vertit Hieronymus in C Isaia. Deinde verbum ambulandi hic positum est secundùm Hebraicam phrasim pro agere & vi-
Psal. 12. uere, quemadmodum in illo Psalmi: Si ambulauero in medio vmbræ mortis, hoc est, si vixero & conuersatus fuero.

a EX INDE COEPIT IESVS PRÆDICARE & EVANGELIVM REGNI DEI, ET DICERE.] Quoniam Ioannes tanquam lucifer præcessit Christum solem iustitiæ, conueniebat vt Ioanne iã tradito sese suumq; lumen palam hominibus ingereret. Dicit ergo, ex eo tempore quo Ioanne tradito venisset Christus in Galilęam, cœpisse eum prædicare, manifestè scilicet & vbique. Nam & priùs prædicauerat etiam regnũ Dei. Dicitur autem Euangelium regni Dei, bonum illud D nuntium, quo prædicabatur adesse iam tempus, quo Deus humano generi reconciliatus regnare inciperet in hominibus, & homines simul cum eo tum hic, tum in futura vitæ æternitate regnaturi essent in cœlis. Ab eodem autẽ exorditur Dominus suam prædicationem, vnde Ioannes, vt illius prædicationem cõfirmaret, seque idem sua prædicatione conari ostenderet quod ille conabatur. Porrò initium prędicationis Christi Marcus quatuor partibus complexus est, quarũ duabus prioribus bona Euangelij nũtiantur: duabus verò posterioribus duo ad participationem illorũ bonorum necessaria exiguntur. Impletum, inquit, est tempus à patre scilicet ab æterno prædefinitum, à lege atq; Prophetis olim prædictum, atq; à vobis iam diu expectatum, tempus gratiæ, tempus salutis, tẽpus reuelandæ & exhibẽdæ veritatis. Declarans autẽ quid velit, subiecit, *& appropinquauit regnum Dei*, pro quo Matthæus habet, *regnum cœlorũ*, quod quomodo intelligendum sit, prius dictũ est in prædicatione Ioannis. Quoniam ergo, inquit, iã regnum Dei adest, pœniteat vos vitæ prioris, & simul credite fœlicissimo huic nuntio quod iam prædicatur. Hæc enim duo ita requirũtur ad participationem bonorum Euangelicorũ, vt neutrũ sine altero sufficere possit: ita verò sufficiunt, vt si sint seria, omnia alia quæ requiruntur in se includant, aut secum afferant. Quẽ enim seriò pœnitet pristinæ vitæ malæ quæ cum Euangelio pugnat, eandem non iterabit: & qui seriò credit Euangelio, nihil faecre detrectabit quod Euangelium exigit. Theophylactus autem super Marcum horum verborum Christi alium adfert sensum, intelligẽs tempus quod impletum dicitur, tempus obligationis legis: & illud μετανοεῖτε, nõ esse hoc loco, pœnitemini, sed resipiscite, à lege scilicet ad Euangelium, vt Christi prædicatio non fuerit eadem cum prædicatione Ioannis, sed Ioannes intelligatur exegisse resipiscentiam à peccatis, Christus verò resipiscentiam à legis carnali intelligentia & observatione. Verùm cùm Matthæus eisdem omnino verbis vsus sit in prędicatione Christi & Ioannis, magis prior intelligentia amplexanda est. Notandum autem quã diuersa à Prophetis ratione Ioannes & Christus ad pœnitentiã inuitauerunt. Prophetæ enim cõmitatione malorũ, aut promissione bonorum, sed temporalium, à vitiis populũ abducere studuerũt: Ioãnes verò & Christus pollicitatione bonorũ spiritualiũ, idq; tanquam iam præsentiũ, à vitiis ad virtutes adducere. Sed Ioannes quidem tanquam confinium legis & Euangelij in sua prædicatione terribiles minas æterni supplicii miscet: Christus verò in principio nihil nisi benigna & iucunda annunciat. C

ET FAMA EXIIT PER VNIVERSAM REGIONEM, &c.] Græca amplius quid habent & significant, καθ' ὅλης τῆς περιχώρου, hoc est per vniuersam finitimã regionem, quo significatur nõ tantùm fama eius peruagasse vniuersam regionẽ illã in qua prædicauerat, sed & eã quæ circumiacebat vndiq;. Quod apertius & cum maiori exaggeratione Matthæus sic dicit: *Et abiit opimio eius in totam Syriam*. Est enim Syria, regio multo maxima, quę ab occidente terminatur mari mediterraneo: ab oriente verò flumine Euphrate, quanquam & Mesopotamia quæ vltra Euphraten est, & Chaldæa quoq; cum Assyria, nonnunquam etiam in scriptutis Syrię nomine includatur & appelletur. Tripliciter enim accipitur nomen Syriæ. Quãdoq; enim valde generaliter, vt etiã Mesopotamiã includat: quandoq; vt terminetur Euphrate, & includat in se Palęsthinã, Phœnicem, Damascenam, Cœlen, Decapolitanam, Antiochenam, Comagenam, & Apamenã regiones. Propriè autẽ & strictè dicitur Syria, quicquid est harum regionum præter Palæsthinã & Phœniciã, quod scilicet à Damasco incipit, & Euphrate terminatur. Apud Matthæum autem videtur secundo loco accipi, vt Iudæam, Samariam, Galilæam, Phœniciam, reliquásque omnes adiacentes complectatur regiones.

a CIRCVIBAT IESVS TOTAM GALILAEAM, DOCENS, &c.] Quamuis hæc Matthæus narret post 4. Apostolorũ vocationẽ, commodum tamen erat & necessariũ hæc præponere. Commodum quidem, vt hic in principio prædicationis Christi modus & fructus summatim semel simulq; comprehenderetur. Necessarium autem quoniam vocationem illam Apostolorum nõ esse factam nisi turbis iam confluentibus ad Christũ constat ex Luca, quare necesse erat præmittere quomodo ac qua ratione turbæ vndiq; ad eum cõfluere cœperint. *Circuibat*, inquit, *Iesus totam Galilæam*. Non enim, vt Ioannes vno aut altero in loco

loco hærebat, neque expectabat vt fama nominis A eius excita cõueniret ad eum quoquot salutis essent auidi, sed velut decebat eum qui venit quærere & saluum facere quod perierat, quicq; sine acceptione personarum omnes cupiuit saluti adducere, circumit totã Galilæã, nullum quantũuis humilem aspernatus locũ, quanquã pro præcipuo mansionis loco Capharnaum præcipuã loci vrbem sibi delegisset. Tria autem Christi opera in Galilææ circuitione facta scribũtur. Docuit enim, idq; in synagogis, non in angulis, aut in deserto, sed in iis locis vbi discendi gratia populus cõueniebat, vt plures lucrifaceret, ac doctrinã suã minus suspicioni obnoxiã faceret, imò cum lege & Prophetis cõsen B tire ostẽderet. Legebantur enim in synagogis per sabbatha Moyses & Prophetæ. Docuit autẽ, tradẽdo quæ faciẽda omittendáve essent, atq; aperiẽdo quæ legis esset intelligentia. Non solùm tamen docuit, quod etiã Phariſæi & Scribæ in synagogis fecerunt, sed etiã prædicauit Euangelium, regni cœlorum scilicet. Hæc enim sunt duo officia prædicatoris Euangelici, quorũ neutrũ abesse potest. Docere enim quæ virtutis sunt, aut quæ ad scripturarum pertinẽt intelligentiã sine annunciatione regni cœlestis, inutile est & inefficax ad salutẽ æternam. Et rursum annunciare regnũ cœlorũ sine doctrina, velut fabulosum habetur. Nec fieri potest vt quis nõ edoctus nec exequẽs quæ iustitiæ sunt, cõ- C sequatur regnũ cœlorũ, aut vt quis constanter fructuosè ac debitè virtuti insistat, nisi fide ac spe cœlestium bonorũ in officio cõtineatur. Tertium autem Christi opus, quo etiã à Ioanne Baptista, qui & ipse docuit & euãgelizauit, distinguitur, est, q̃ sanauit omnem languorem, omnémq; infirmitatem. Et bene tertio istud ponitur loco, vt quod aliis duobus prædictis inserviebat. Sicut enim prædicatio Euangelii regni cœlorũ doctrinã eius cõmendabat ac acceptiorem reddidit: ita signorum operatio nouam eius tum doctrinã, tum prędicationẽ comprobabat. Atque hæc est vna ac prima ratio, ob quam Christus miracula operatus est, nimirũ vt sequẽtibus signis cõfirmaret veritatem nouæ suę prædica D tionis. Secunda verò causa est, vt diuinitatem suam insinuaret. Cùm autẽ miraculis pro doctrinæ confirmatione opus esset, nequaquã ea qdere vnquam voluit, quæ præter admirationem & ostẽtationem nihil haberent fructus, qualia sunt quæ magica ac diabolica perficiũtur arte, sed quæ humanæ miseriæ subleuandæ cõducebant. Sic enim cõueniebat ei qui omnia semper facit ad salutẽ hominum. Sic etiã efficacius ad fidẽ suæ prædicationis homines adduxit. Deinde etiã ob id miracula operatus est, idq; talia quæ curãdis hominũ morbis corporalib. cõsistebant, quo ostẽderet se venisse vt ab hominibus vniuersa peccata tolleret: tẽpusq; iã aduenisse quo restitueretur genus humanũ, quo aperirentur E oculi cæcorũ, & aures surdorũ, saliret sicut ceruus claudus, laudaretq; lingua mutorũ, sicut Isaias vaticinatus est, c. 35. Nã morbi corporales vt ex peccato ferè proueniunt, ita peccatorũ, hoc est, morborum animi quædam sunt figuræ & imagines. Vnde
Esa. 53. Matth. 8. illud Isaiæ: Verè lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, quod potissimum dictũ est de languoribus animi per Christum curatis, adducit de curatione morborũ corporaliũ nimirum q̃ horũ curatio indicaret curatorem spiritus & animi ægroti. Quare cùm dicit Euãgelista Dominũ sanasse omnem languorẽ, hoc est, quemuis ac cuiuscunq; generis morbũ, præterquã quod diuinitatẽ eius satis insinuauit, eo q̃ nullus morbus ei erat incurabilis, simul etiã ostendit nullum esse peccatum, imò nullum esse malũ quod non curari possit per ipsum. Porro pro dictionibus, lãguorem & infirmitatem, Græcè est νόσον & μαλακίαν. Est autẽ νόσος, diuturna peruersio habitudinis corporis, vnde rectè per morbum vertitur: μαλακία verò, principium est laxationis corporis, prænuncians morbum, rectéque vertitur per languorem.

ET OBTVLERVNT EI OMNES MALE HABENTES, &c.] Caro certè carnalia beneficia quæ sentit, spiritualibus quæ necdum agnoscit præfert, vnde turmatim hic Christum corporibus medentem adibant, cùm ratissimus esset qui spiritalem ab eo curam, ob quam potissimùm venerat, sibi peteret. Nihilominus tamen Dominus populi imperfectionem mansuetè tolerans, ac eius imperfectioni cõdescendens, quos necdum spiritualiter curare poterat, corporaliter sanat, sciens quantum id conduceret ad fidem in se excitãdam, & cognitionem ac desideriũ salutis spiritualis, docens certe potissimum quidem operam dandam, vt spiritualibus beneficiis proximos afficiamus: tamen si qui illorum nondum sunt capaces, corporalia eis non negãda beneficia, maximè vt per illa corporalia reddantur aptiores capiẽdis spiritualibus. Cùm autem generaliter omnis generis morbos complexus esset Euangelista, dicens: omnes malè habentes variis languoribus & tormentis comprehẽsos: deinde species quasdam morborũ recenset, easque grauiores, ac fere incurabiles, quæ contra medicorum artem ferè perstant inuictæ, quo sic diuinitatẽ & omnipotentiam Christi magis declararet. Porro qui sint Lunatici, de quibus hic fit mentio, variæ sunt sententiæ. Secundum Perottum enim Lunatici dicuntur, morbo comitiali, hoc est, caduco laborantes, sic dicti, quod eos qui interlunio nati sunt, hunc morbum ferè pati compertum sit, citatque Serenum de hoc morbo sic canentem:

Et subiit species morbi, cui nomen ab illo
Quod fieri nobis suffragia iusta recuset,
Sæpe etenim membris atro languore caducis
Concilium populi labes horrenda diremit,
Ipse Deus memorat dubiæ per tempora Lunæ
Conceptum, talis quem sæpe ruina profudit.

Huiusmodi ergo fuisse & hos qui hic dicuntur Lunatici, quidã intelligũt, ita vt fuerit morbus naturalis quo laborauerũt. Alii verò etiã intelligẽtes morbum horum Lunaticorũ fuisse naturalẽ, putãt Lunaticos dictos: quosdam qui pro augmento aut decremento Lunę quæ humoribus dominatur, affligebantur in cerebro, propter nimiã humorũ vel abundantiã, vel renuitatem & defectũ. Verũ quo- *Mat. 17.*
niam dicitur cuiusdam filius fuisse Lunaticus; qui etiã dicitur habuisse dæmoniũ, idq; surdum & mutum, aliis post Hieronymũ videtur hos Lunaticos fuisse verè dæmoniacos, non naturali scilicet morbo, sed à diabolo afflictos, non quidem omni tempore, sed certis tẽporibus augmenti aut decrementi ipsius Lunæ. Cuius per certa tẽpora afflictionis diuersæ à diuersis afferũtur causæ. Hieronymus enim super hoc loco in Matthæum de his Lunaticis scribẽs: Nõ verè, inquit, Lunaticos, sed qui putãtur Lunatici ob dæmonũ fallaciã, qui obseruantes lunaria tempora, creaturam infamare cupiebãt, vt in creatorem blasphemiæ redundarent. Idem de his Lunaticis sentit & Theophylactus. Alii autẽ etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliam afferunt rationem huic similem, videlicet vt homines à Luna credentes fieri huiusmodi mala, Lunam inciperent reuereri & colere pro Deo. Additur & tertia ratio, scilicet quia propter mollicie cerebri in nouilunio, quando abundant humida, super quæ Luna habet dominiũ, cerebrum est aptius vt in ipso dæmõ aliquid operetur. Verùm de Lunaticis amplius in Matth. cap. 17.

SECVTÆ SVNT EVM TVRBÆ MVLTAE. Quidã quidé secuti sunt ex curiositate, cupientes A nouis spectaculis oculos pascere: quidã verò vt curarẽtur, aut suis sanitatẽ impetrarent: alii autẽ, &, vt verisimile est, maior pars dulcedine verborũ ac veritatis cognoscendæ studio allecti. Quidam fortè etiam, vt ex sermonibus factisq; eius caperẽt aliquid quod carpere possent. Porro Decapolis regio, sic dicta à decẽ ciuitatibus, has secũdũ Brocardum cõplectitur ciuitates principales, Tiberiadẽ Sephet, Cedes Nephtalin, Assor, Cęsareã Philippi, Capharnaum, Iouitera, Bethsaida, Corozaim, & Bethsan.

VOCATI E NAVI QVATVOR DISCIPVLI sequuntur. Matthæi 4. Marci 1. Lucæ 5. CAPVT XXVI.

† bo Et prætericb bo secus ‖ b retia ‖ b dixit † bo Et protinus ▷ bo progressus ‖ b o componentes. † autem

†c Mbulans autem[a] Iesus ▷ c iuxta[a] mare Galilææ vidit[a] duos fratres[c] Simonẽ[a] qui vocatur Petrus,[c] & Andream fratrẽ eius, mittentes ‖ rete[c] in mare (erant enim piscatores) & ‖ ait[c] illis [b] Iesus: [c] Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominũ. † At illi continuò[c] relictis retibus secuti sunt eũ. Et ▷ procedens inde[b] pusillũ[c] vidit[a] alios duos fratres[c] Iacobũ Zebedæi & Ioannẽ fratrem eius,[b] & ipsi,[c] in naui[a] cum Zebedæo patre eorũ ‖ [c] reficientes[c] retia[a] sua,[c] & [b] statim[c] vocauit eos.[a] Illi autem statim relictis retibus[c] & [b] relicto[c] patre[b] suo Zebedæo in naui cum mercenariis[c] secuti sunt eum. [c] Factum est † [enim] cùm turbæ irruerent in eum vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de naucula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonẽ: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturã. Et respondens Simon dixit illi: Præceptor, per totã noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et cùm hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerũt ambas nauiculas, ita vt penè mergerentur. Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eum, & eos qui cum ipso erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

AMBVLANS AVTEM IESVS IVXTA B MARE GALILAEAE, &c.] Hanc Petri & Andreæ vocationem non esse eandem cũ ea cuius meminit Ioannes c. 1. sed illa longè posteriorem, manifestissimũ est, cùm hęc in Galilæa cõtigerit Ioãne Baptista tradito: illa verò in Iudæa Ioãne adhuc baptizãte in Bethabara, vt alia multa omittãtur, quæ manifestũ discrimẽ arguunt. Proinde intelligendũ hos factos quidem discipulos Christi post eã vocationem quæ describitur à Ioãne, nondũ tamen relictis omnibus illum perpetuo cœpisse comitari, nec se illius sequelæ totos addixisse, sed relicto illo rediisse ad artem qua soliti essent ũbi parare cibũ. Verùm difficultas nõ parua est, num ea vocatio, quam C similiter describũt Matthæus & Marcus, sit eadem cum ea quã c. 5. scribit Lucas. Et quidẽ pleriq; post Augustinũ intelligunt non fuisse eandem. Nã apud Matthæum & Marcũ dicitur binos vocasse, primo Petrũ & Andreã, deinde progressus pusillum alios duos fratres: & illos quidẽ dicitur inuenisse piscantes, hos autẽ resarcientes retia sua. Apud Lucã verò dicitur inuenisse omnes hos piscatores, lauãtes retia sua, subductis ad terrã nauibus, eósq; postea simul mirãtes tantã multitudinem piscium quæ capta erat, cũ Petro tantùm dictũ esset: Noli timere, &c. D simul secutos fuisse Christum, subductis ad terram nauibus. Intelligũt ergo cum Augustino, ꝙ Lucas scripsit, primo esse factum, nec tunc eos à Domino fuisse vocatos ad discipulatũ, sed tantũ fuisse Petro prædictum ꝙ vocandus esset. Nec sic dictum Petro ex hoc iam eris homines capiẽs, quasi iã pisces nũquã esset capturus. Nã & post resurrectionẽ Domini legũtur piscati, ita & modo ad capturã piscium ex more remeasse intelligunt, vt postea fieret quod Matthęus & Marcus narrãt, quãdo eos binos vocauit Dominus, iubens vt se sequerẽtur. Itaq; secũdũ horum intellectum triplex fuit Petri & Andreæ vocatio: prima ad notitiã, secunda ad familiaritatem, tertia ad discipulatum & sequelam. Verum cũ Lucas dicat, post miraculum discipulos hos, subductis ad terram nauibus, ac relictis omnibus secutos esse Christum, non potest non videri probabilius eandem fuisse vocationem. Si enim tunc relictis omnibus Christũ secuti sunt, quomodo mox postea ad piscationem redierũt derelicto Domino, vt deinde ad sequendum se derelictis omnibus vocandi essent tursus à Domino, vt narrãt Matthæus & Marcus. Nemo enim, inquit postea Dominus, mittens manũ suam ad aratrum & respiciẽs retro, aptus est regno Dei. Nam quod quidã intelligũt apud Lucã Luc. 9 subduxisse istos naues ad terram veluti animo redeundi, ac reliquisse omnia sed ad tẽpus, secutósque eos tunc Dominũ, tantummodo causa reuerẽtiæ eum aliquousq; deducendo nimis videtur coactum, cũ ita dicat Lucas relictis omnibus secutos Dominum, quomodo id dicunt Matthæus & Marcus. Proinde sciendum, Lucæ narrationẽ eum aliis duobus posse dupliciter conciliari. Primò, vt intelligatur Dominus ambulans iuxta mare Galilææ, vidisse primũ Petrum & Andream adhuc piscationi vacantes, ac deinde progressus vidisse Ioannem & Iacobum resarcientes retia, postea vero stetisse iuxta illud mare, cùm audiendi illum desiderio turbæ irrueret in eum, ac interea nauibus illis duabus ad terram adductis, piscatores descendisse, ac lauasse retia sua, tum ingressum Dominũ in nauiculam Petri docuisse turbas, ac miraculum illud æditam

disse, quo attonitus cum aliis Petrus, omniũ nomine precabatur Christi à se discessum. Tunc Dominum, postquã dixisset Petro: Noli timere, &c. omnes simul vocasse, eósq; simul omnibus relictis secutos esse Dominũ. Nã quãuis Matthæus & Marcus, postquã dixissent Iesum ambulãtẽ iuxta mare, subiecerunt, & ait illis: Venite post me, &c. non sic tamen intelligẽdum est, quasi euestigio vbi vidisset illos iacientes rete in mare, euocaret ad sequelam, sed post æditum miraculum, quod breuitati studẽtes Matthæus & Marcus omiserunt: Lucas verò post eos scribẽs suppleuit, ea omittẽs quæ ab aliis B in hac vocatione scripta erãt. Similiter quãuis Matthæus & Marcus seorsum scribãt vocationẽ Petri & Andreæ, & vocationem Iacobi & Ioãnis, intelligi tamẽ potest simul eos vocatos. Nõ enim dicunt, Dominũ vocasse eos tunc cum videret resarcientes retia sua, sed intelligi potest quemadmodum de Simone & Andrea, ante miraculum vidisse eos resarcientes retia, post miraculum autẽ vocasse, quãdo vocauit & alios duos fratres. Secundò, quod dicunt Matthæus & Marcus, Dominum ambulãtem iuxta mare Galilææ vidisse Simonẽ & Andreã, mittentes rete in mare, intelligi potest nõ ꝙ cum adhuc iuxta mare Dominus ambularet, viderit eos piscantes, (nam secundum Lucã Christo stante iuxta C mare, piscatores qui nocte piscati erant descenderant,) sed quod postea eos piscãtes viderit, cũ eius iussu laxassent rete, vt quæ non eodem facta sunt tempore, Matthæus & Marcus breuitatis causa simul narrasse intelligãtur. Deinde intelligatur facto miraculo, postquã dixisset Dominus Petro attonito: Noli timere, &c. in suam stationem filios Zebedæi sese recepisse, tumq; primum ad sequelam vocasse Petrum & Andreã, ac deinde cũ Petri nauim terræ adductam exiisset, illiq; duo sequerẽtur, progressum paululum inuenisse filios Zebedæi cũ patre in naui reficientes retia sua, quæ ex nimia illa piscium multitudine erãt rupta, & tunc demum vt & ipsi se sequerentur euocasse. Et hactenus quidem D quod ad concordiam attinet, quam quoniam non licuit in ipso concordiæ Euangelicæ cõrextu insinuare, necessarium fuit Lucæ narrationẽ seorsum ponere post narrationem Matthęi & Marci, veluti quæ per narrationẽ Lucę fusius explicatur, quemadmodum fecit & Zacharias Constantinopolitanus. Porro mare Galilææ, cuius meminerunt Matthæus & Marcus, illud est quod Lucas vocat stagnum vel locum Genezareth. Varia enim hic lacus sortitur in scripturis nomina. A regione enim dicitur Galilęæ mare. Et mare quidem dicitur secundũ Hebraicam phrasim, qua magnæ aquarũ collectiones dicuntur eis maria, quomodo & lacus Asphaltitis, mare desertum & salis dicitur in scripturis. Di- E citur quoq; & istud mare Galilææ, ab insigni quadam quæ in eius ripa est ciuitate, mare Tiberiadis. Propriore verò vocabulo dicitur Hebræis Cinnereth vel Cinneroth, pro quo ex Hieronymi versione nos habemus Cenereth vel Ceneroth, vt licet videre Nu. 34. Deut. 3 Iosue. 11. 12. Quo item nomine vocatum hunc lacum à regione adiacẽte eo nomine appellata, patet ex Iosepho lib. 3. de bello Iud. c. 18. Nam & Iol. 19. in ciuitate Nephtali, quæ huic lacui adiacebat, recensetur ciuitas hoc nomine dicta. Hanc ciuitatem putant cũ Brocardo multi esse eam, quæ postea dicta est ab Herode Tiberias, à qua & mare Tiberiadis lacus dicitur. In qua sentẽtia etiã est Hieronymus, vt patet super c. Ezec. 48. Hoc autem nomen etiam tempore Christi, quo Syriacè magis quã Hebraicè Iudæi loquebãtur, nonnihil deluxatum est & mutatum, ita, vt pro Cinnereth, diceretur Genesar vel Genesareth. Vnde patet errare Hegesippum, qui lib. 3. de excidio Hierosolymitano cap. 26 scribit lacũ hunc Græco vocabulo dictum Genesar, quasi generantem aurã aquę dulcis, cum sit potius Hebræum vocabulum nonnihil demutatum. Nam & Chaldæus interpres semper pro Cinereth ponit Ginosar. De hoc lacu sic scribit Plin. Ergo vbi prima cõuallium fuit occasio, in lacũ se fundit, quem plures Genesarã vocant, sexdecim millium passuum longitudinis, sex mille latitudinis, amœnis circumseptũ oppidis, ab oriente 15. Iuliade & Hippo: à meridie Tarichea, quo nomine aliqui etiã lacum appellant: ab occidẽte Tiberiade, aquis calidis salubri. Iosephus lib. 3. de bello Iudaico cap. 18. sic de hoc lacu scribit: Lacus autem Genesar quidẽ à terra continente appellatur, quadraginta verò stadiis in latitudine patens, cẽtumq; in longitudine, aquæ dulcis est atq; potabilis. Palustri enim crassitudine tenuiores habet latices, & vndique in littora & arenas desinẽs purus est, ac præter hoc temperatus ad hauriendũ, & fluuio quidẽ siue fonte leuior est, semper autẽ frigidior quàm lacus C diffusio patitur, manet, æstiuisque noctibus eius aquæ sub diuo perflatæ nequaquã æstibus cedũt: id enim facere indigenis moris est. Varia autẽ sunt in eo piscium genera, ab alterius loci piscibus tã sapore quàm specie discreta, mediúsq; fluuio Iordane secatur. Hæc ille. Habuit hic lacus ab occidẽtali parte, in superiori littore ciuitatẽ Capharnaũ, sic dictam, vt apparet, à fluuio quodam eius nominis, de quo apud Iosephum loco prædicto. A Capharnaum autẽ secũdo lapide fuit teste Hieronymo Corozaim, ciuitas etiã Christi miraculis clara. Infrà vero Capharnaum fuit Bethsaida patria Petri & Andreæ, quam Philippus Herodis frater ædificatã & exornatam, Iuliã cognominem Iuliæ Cæsaris filiæ vocauit: sicut & Herodes aliam ciuitatem Betharanta dictam, Iuliam ex nomine Iuliæ vxoris Cæsaris nominauit, vt ait Iosephus cap. 3. lib. antiquit. 18. Nõ longè autem à Bethsaida, ciuitas Magdalum. Post Tiberias inferius littus huius stagni addecorat. De quibus omnibus ciuitatibus in Euãgeliis fit mẽtio.

VIDIT DVOS FRATRES, &c.] Notandum quales sint quos hic vocasse Dominus scribitur, vi delicet ꝙ rudes & crassi, ꝙ fratres ac fraterna inter sese dilectione cõsentientes, mutuoque studio se iuuantes, ꝙ operi intentos, idque innoxio, quo scilicet è publico lacu tenuem sibi victum quærebant, deinde ꝙ piscatores, ac circa piscationem occupatos. Rudes enim & crassos vocare voluit, quo significaret maximè delectari se humilibus, eosque Euangelio esse capaciores, & digniores præ his qui ob humanã sibi placent sapientiam. Deinde vt per ineruditos mundum ad fidem conuertens, sapientes huius mundi confunderet, atque Euangelicæ veritatis vim magis cõprobaret, dum humanæ vel potentiæ, vel sapientiæ mundi cõuersio asscribi nõ posset. Verùm hoc Christi facto hodie stultè nimis abutuntur. Sunt enim qui hoc Domini exemplum suæ socordiæ strenuè prætexant, dumq; pigritiæ arguuntur quòd non incumbant scripturis, negligãt discere linguas, quo possint in scripturis verlari inoffensius, perpetuo in ore habẽt. Nõ vocauit Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

multos sapientes secundum carnem,sed quę stulta sunt mundi elegit Deus,&c.Sunt secundo, qui rudes & laicos potius quā in scripturis exercitatos malunt prędicationi Euāgelii præficere,iactātes & Christum rudes laicos delegisse. Quibus omnibus dicendum,rudes quidem delegisse,sed quos nō reliquerit rudes, sed quos priusquam Ecclesiæ ministros designaret, paulatim suis doctrinis & exemplis formauit, suo spiritu docuit omnem veritatē, ac linguarum donum impertiuit. Quæ vt tūc citra humanā eruditionem & operā semel illis donari & cōueniebat & necesse erat:ita per illos Euangelica doctrina scriptis tradita, vt nō est necesse sciētiam vitæ ac Euangelii simili rat.one omnibus docturis largiri:ita nec cōuenit, sed ea potius amplectanda media,per quæ adiuuante spiritu diuino cognitio scripturarum ac veritatis prædicandæ aliis habeatur.Hæc autē sunt,exercitatio in scripturis ac patrum lectione,eruditio linguarū peritia parta, &c. Quēadmodum enim Dominus semel Israelitas in deserto annis quadraginta pauit sine humano cibo vt ostēderet à se solo cibū & omnia donari,nec indigere se ad pascēdū hominis ac naturæ solita opera:sic semel citra humanā eruditionē sciētiam vitæ piscatoribus donauit per suum spiritū, quo declararet à se solo omnē esse veram sapientiam, nec illum nostra eruditione opus habere, vt citra illam docere homines possit,quoties id necessariū fuerit pro gloria Dei.Nihilominus tamen sicut tentasset Deū,& iure optimo fame interiisset,qui ex Hebreis vbi ventū fuisset in terrā promissam,excrcere illam & serere agros neglexisset : ita rectē omnis diuinioris cognitionis expers manet, quisquis nō diuendi tis omnibus, hoc est, cunctis aliis negotiis posthabitis,qui huc saltem vocatus est,margaritū scripturarum sibi comparare studuerit,totisq; viribus in hoc incubuerit vt scripturam sinceriter intelligat, eaq; de causa nihil omnino omittere curauerit q ad istud adiumēto esse possit. Certe Paulus Timotheum suum,licet à puero doctū sacras literas,hortatur tamē lectioni vsq; incumbere,ac vult Episcopum esse amplectētem eū qui secundum doctrinā est fidelem sermonem,vt potens sit exhortari doctrina sua, & eos qui contradicunt arguere. Porro q fratres Dominus vocauit,symbolū fuit concordiæ ac charitatis Ecclesiasticæ : q artis innoxiæ operi vacantes, denotabat innocentiam & diligentiam requirere Dominum ab his qui se digni esse vellent:q piscatores delegit,admonebat nouæ piscationis ad quam deligebātur,quę nō lineis textis captaret pisces in cibum ventris,sed reti sermonis Euāgelici captaret homines immersos terrenis curis ad desiderium vitæ cœlestis.Quod autem primi misisse in mari rete,secūdi verò retecisse retia scribuntur,præter rationē literalē, ob quam hæc scripta videntur,videlicet ad insinuandum omnes inuētos fuisse operi eiq; innoxio vacātes, rectè mystice significari intelligitur.Primum quidē fuisse, vt Euāgelicum rete in mari huius mundi mitteretur, sed quoniam multorum malorum piscium improbitate grauatum istud rete,ruptum postea fuit, ne cessarios fuisse alios qui illud resarcirent, hoc est, Euangelicam doctrinam per hæreticos & malos Christianorū mores depraua tam restituerent. Vnde bene spiritu sancto futura prædemonstrāte, Petro quidem cum Andrea fratre tribuitur proiectio retis in mare,quod primus ipse post Christū Euangelium annunciare cœperit : Ioann verò cum Iacobo fratre tribuitur restitutio retis, quod Ioānes scripto à se Euangelio labefactatā ab hæreticis Euāgelicæ prædicationis sinceritatē recuperauerit.

VENITE POST ME, &c.] Hoc est, relictis his quæ modo sectami ni,me sequamini,& docebo vos artem meliorem certè quàm à patre didicistis: quam tamē nō omnino deseretis;sed in melius potius cōmutabitis.Siquidē efficiam posthac, vt pro piscatoribus piscium,efficiamini piscatores hominum,vtq; qui nunc piscículis insidiamini in illorū perniciem, homines capiatis in salutem æternam. Hic autem primum notandum, quomodo semper Dominus à rebus corporalibus quas tempus & locus exhibeat,sermonem venatus sit de rebus spiritualibus ,à terrenis semper ad spiritualia mentes hominum subducens,vt prius etiam paruit in Samaritana.Hac autem piscationis metaphora etiam alibi vsus est Dominus,Matthæi 13.vbi regnū cœlorum simile esse dicit sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, &c.Et quidem apta est metaphora. Mundus enim hic veluti mare est procellosum, in quo animalia pusilla cū paruis permixta sunt,in quo mundani homines velut pisces in mari circumuoluuntur & delitiantur,potētioribus infirmiores deuorātibus.Rete autē,quo è mari isto homines capiuntur, Euangelica est prædicatio,è sacrorum voluminum præceptis, ac Christi dictis factisq; ita contexta, vt quāplurimos inuoluat,nec finat elabi inuolutos.Quemadmodum autem rete iactum in mare varios capit pisces,ita & Euangelium prædicatū in mundo varios ex omnibus gentibus adducit Ecclesię Dei homines,inter quos non pauci mali sunt,suo tempore rursum eiiciendi sicut sæpe cum probis & putres pisces capi solent.Porro de piscatoribus istis Euāgelicis intelligendum vult Hierony.illud Hierem.Ecce ego mittam piscatores multos,dicit Dominus, & piscabuntur eos.Et post hæc mittam eis multos venatores ,& venabuntur eos de omni colle, & de cauernis petrarum. Cæterùm hac piscationis allegoria commendatur nobis diligens & indefessum lucrādi quamplurimos studium. Pigere enim & pudere nos debet nostræ ignauiæ, qui oscitanter adeo lucrari Deo homines studemus, cū qui perituro ventri pisces item perituros venantur, omnes partes, flexus & recessus fluminum & lacuum habeāt exploratos, cœlum diligentissimè obseruent , frigus horridum perferant,magna pericula adeant, mille artes tentent,totas noctes,vbi alii indulgent somnio,operentur & algeant. Notandū quoq; secūdo quod ait,Faciam vos fieri piscatores hominū:contra eos quibus ruditas tātopere probatur. Vocauit quidem eos cùm essent adhuc rudes & crassi:at q plurimum spiritalis prudentiæ & industriæ adhoc requirebatur ad quod vocabātur, adiunxit eos ma ture sibi,quo per tempus fingeret formaretque ad munus hoc tam eximium, vt piscatores hominum esse possent,& cùm iam homines venari & capere deberent, nihil minus essent quàm rudes & crassi.

Hier. 16.

FACTVM EST AVTEM CVM TVRBAE IRRVERENT,&c.] Hanc historiam non suo loco Lucam narrare, vel ex ipso Luca patet. Dixerat enim superiori capite Dominum ingressum in domum Simonis, quod Marcus dicit factum comitantibus Dominum Simone, Andrea, Iacobo, & Ioanne.Igitur post illorum vocationem id factum esse constat.Proinde videtur Lucas per recapitulationem,cùm de domo Simonis prius fecisset mentionem,

tionem , iam voluisse Petri aliorumq; vocationem describere,cuius occasione cōtigit Dominum ingredi domū Petri & Andreæ.Porro in hac Lucę locutione:Factum est autē, &c. rursum Hebraica est phrasis illi satis vsitata.Abundat enim coniunctio, &,aut ponitur pro tum,vt sit sensus:contigit autē, vt cum turbę irruerent in eum,tum ipse staret, &c. Notat autem Euangelista maximum turbarum desiderium audiendi verbū Dei cùm dicit turbas irruisse in Christum. Ipsius verò Christi benignitatem,& ad docēdum cupidos promptitudinem nobis cōmendat,dum eum testatur nihil offensum improbitate vrgentis turbæ,sed illorum desiderio satisfacere volentem,nauim conscendisse,è qua à tumultu & cōpressione populi liber tranquillius docere & melius audiri posset. Vbi & illud notandū, nullum locum Christo visum ineptum & indignū sua prædicatione. Modò enim in synagoga , modo in monte,modò in campo,modò in naui prædicat. Iam & Christi mansuetudo in eo relucet, quod dicitur rogasse,vel ,vt habent Græca obsecrasse Petrū reducere nauim à terra,cùm posset præcipere.

ET CESSAVIT AVTEM LOQVI, DIXIT AD SIMONEM, &c.] Miraculum hoc variis de causis Dominus fecit. Et primùm quidē, vt doctrinā suā miraculo cōmendaret Deinde,vt Dominum nauis remuneraret, vt habet Theophyl. In quo admirāda est summa Dei munificētia , qui Petro pro modico labore & nauis vsu tantā retribuit piscium copiam.Prēterea hoc miraculo adumbrare voluit,quid per Petrū aliosque futurum esset. Omnia enim hic à Domino gesta mysterij alicui⁹ postea exhibendi fuerunt quædā prædemonstrationes. Nam quod in Petri nauim potius , quàm alterā ingreditur Dominus , quod illi dixerit peculiariter, Duc in altum,id est,profundum maris,nauim scilicet:deinde quod illi quoq; vnicè dixerit:Noli timere,ex hoc iam, &c. Petri in ecclesia prærogatiuā & primatum à Domino dandum indicant:quodq; primùm ab eo iaciendum esset rete Euangelicum in mundo,& in ecclesia, cuius Petrus caput esset deberet esse quicunque iussu Domini rete esset iactarus. Iam quod qui prius tota nocte laborātes nihil ceperant,in verbo Domini , id est, propter iussum eius laxantes rete,concluserunt copiosam piscium multitudinē:significat eos qui sine iussu & virtute Domini in docendo populos sudauerūt,atq; in nocte ignorantiarum existentes laborauerunt, frustra sudasse:eos verò innumeros cōprehensuros, qui in luce quæ Christus est versantes,ipsius iussu Euangelicum rete mūdo immitterent , quemadmodum res ipsa postea in Petro declarauit,qui vnico sermone tria milia hominum cepit.Quòd rete rumpebatur,significabat malorum qui simul cum bonis per euangelicam prædicationem in ecclesia cōgregantur culpa, rete euangelicum lacerandum , & quod in eis est rumpendum , hæreticis scilicet cōātibus scindere doctrinam euangelicam, ac improbis quibusque Christianis suis cupiditatibus & peruersis moribus euangelicam doctrinam labefactantibus, quod etiam significatur per id quod pene mergerentur nauiculæ piscium copia repletæ. Quod Petrus & Andreas annuerunt sociis qui erant in alia naui.(nam prę nimia admiratione nō potuerūt voce eos aduocare) significabat Apostolos colligēdis in Ecclesiam Domini hominibus non posse sufficere,sed opus illis fore sociorum implorare & aduocare auxilium,vti postea factum est, cùm segregati-

A sunt Paulus & Barnabas ad prędicandum gētibus. Quod autem ambas impleuerunt nauiculas,significabat synagogam Iudæorum,quorum Apostolus erat Petrus, non posse comprehendere omnes qui colligendi essent & capiendi:sed & gentium ecclesiam fidelibus replendam , adiuuantibus Paulo & Barnaba, aliisq; doctoribus. Quamuis enim vnica sit per vniuersum orbem terrarum ecclesia , tamen ideo typus duas habet naues , vt significaretur ecclesiam ex duobus populis colligendam.Itaquene Petrus cum suis diffideret se posse capere homines , quod illi postea promissurus erat Dominus, hoc miraculo præmunit eum, ostēdens virtute sua facilè futurum,vt innumeri homines per eos euan
B gelico reti caperentur, quantumuis id videretur esse supra eorum facultatem,quemadmodum præter spem factū est, vt qui tota nocte laborātes nihil ceperāt,Christi verbo obedientes,multitudinē pisciū comprehenderēt.Postremùm hoc miraculo voluit Dominus hos animare ad sequendum se pauperē, vt ne metuerent inopiam , quòd relictis omnibus pauperē sequerentur,quādo eum talem esse cognoscerent,qui suo iussu omnia posset. Hic autē admiranda est Domini dispensatio , vnūquenq; trahētis
C ad se per propria & familiaria sua. Sicut enim Magos attraxit per stellas , ita & piscatores per pisces.

QVOD CVM VIDERET SIMON PETRVS,&c] Petrus , qui prius secundùm suum nomen (Simon enim obedientem sonat) obedientem se Christo semel & iterum exhibuerat , magnā iam animi sui ostendit humilitatem , dum ex vilo miraculo Christi dignitatem cognoscens,& suæ contrā memor indignitatis , Domini à se discessum deprecatur , agnoscens se indignū eius cōsortio & præsentia , ac metuens ne ob commercium indignitatis suæ cum sanctitate Domini, vindicta sumeretur iniquitatum eius à Deo , quemadmodū mulier Sarepthana sibi accidisse putauit , ob ingressum Eliæ
D in domum suam. Quid mihi,inquit,& tibi vir Dei? ingressus es ad me , vt rememorarentur iniquitates meæ , & interficeres filium meum? Huiusmodi enim aliquid metuisse Petrum,patet ex verbis Domini dicentis:Noli timere.Porrò hic considerandа primùm Petri, aliorumque in cedendo simplicitas, dum factum quod Pharisęi casu accidisse calumniati fuissent,non nisi diuina virtute contigisse simpliciter firmiterque crediderūt. Deinde & animi eius summa modestia , non solùm in eo demonstrata, quòd peccatorem se agnouit,ac indignum Domini consortio, sed etiam quod nihil ex hoc facto laudis sibi arrogaret , quamuis & nauis in qua contigisset,sua esset,& rete ipse iecisset in mare, ac ipsemet præcipuus attraxisset:quin potius ex magnitudine successus,qui plerosque elationes reddidisset, factus est modestior,totam facti huius gloriā Christo transcribens,se verò nihil agnoscens quàm peccatorem. Quo sane suo facto docuit,quid apostolico doctori sit faciendum,si quando fœliciter succedit opera prædicationis. Tametsi enim ea peragatur humanæ vocis & industriæ ministerio , tamen summa laudis totius vni Christo tribuenda est, cuius auspiciis soluitur ad dicēdum lingua,cuius spiritus afflat dicentis pectus,cuiusque occulta vis attrahit animos auditorum.

3. Reg. 17.

STVPOR ENIM CIRCVNDEDERAT EVM, ET EOS QVI CVM IPSO,&c.] Ostenditur hac parte Petrum dixisse superiora, nō quod cupiditas inesset ei discedendi à Domino, quę vni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eè diligebat & reuerebatur, sed propter admirationem quandam vehementem virtutis humanæ maioris. Ostenditur item & socios Simonis non aliter fuisse affectos quam Simon ipse. Porro hic stupor typus quidam fuit stuporis consecuturi postea ex successu prædicationis & piscationis euangelicæ. Quis enim non obstupesceret, cõsiderans prædicatione paucorum humilium & idiotarum hominum, tot milibus hominum ex vniuersis orbis nationibus intra paucos annos fuisse persuasum, vt contemptis affectibus cognatorum, contempto dispendio rei familiaris, spreto ritu paterno, contemptis minis principum, cõtemptis suppliciis ac morte ipsa, simplicem Christi doctrinam sequerentur, credentes ea quæ humanis rationibus probari non possunt, sperantes ea quæ iuxta naturæ vires planè sunt desperanda?

ET AIT AD SIMONEM IESVS: NOLI TIMERE, &c.] Sensus est: Pone inanem hũc metum, quo tuæ conscius infirmitatis, ac meam viso miraculo expertus virtutem, totus perculsus es. Non enim exerni illam vt vos à me absterrerem, sed potius vt quid postea per vos futurũ est præsignificaré. In præsentia enim satis est istius piscationis. Posthac meo beneficio, Petre, ita homines eris capiens, quomodo iam cepisti pisces. Tantumque abest, vt quia peccatorem te esse agnoscis, metuere debeas ne à me condemneris, aut mali quid patiaris, vt etiam ex piscatore piscium, sim cõstituturus captorem hominum, quos peccatis exemptos iustitiæ conseceres, ac in vitam æternam colligas. Itaque dum dicit Dominus: Ex hoc iam homines eris capiens, duplici nomine Petro aufert metũ. Primùm exponendo illi quid miraculum portendat. Deinde aperiendo ad quid vocaretur etsi peccator. Porrò pro, capiens, Græcè est ζωγρῶν. Est autẽ ζωγρεῖν propriè viuum capere, dictione composita ex ζῶν, viuo, & ἀγρέω venor, siue venatu capio. Proinde rectè intelligitur significari, Petrum capturum homines, non quomodo hostis in bello hostes suos capere studet, quos aut mortuos cupit capere, aut ad mortem & seruitutẽ, sed quomodo aliquis redimere studens captiuos de manu hostium qui ceperunt eos. Is enim viuum capere studet, ac vitæ libertatiq; restituere. Obseruanda autẽ in hac responsione benignitas Domini, metum mox excutientis ab eo qui se peccatorem humiliter agnoscebat, ac pro malo quod metuebatur, insignem dignitatem pollicentis. Vnde Ambro. Dic & tu, exi à me Domine, quia homo peccator sum, vt respondeat tibi Dominus: Noli timere indulgenti Domino peccatum fateri. Vides quam bonus Dominus, qui tantum tribuit hominibus vt viuificandi habeant potestatem.

ET SVBDVCTIS AD TERRAM NAVIBVS, &c.] Hinc patet vocationis Christi efficacia, ac discipulorum horũ simplex obedientia & fides, qui nihil cunctati mox vocantem secuti sunt, nihil diffidentes de adimpletione promissionis quantũuis sublimis, nihil soliciti qua ratione sustentari possent, sed se totos vocantis prouidentiæ & potestati committentes: Relictis, inquit, omnibus secuti sunt eum. Omnia ergo Christo posthabuerunt, parentes, vxores, ac quæcunque in hoc mundo possederunt. Et mox secuti sunt, non scilicet prius de rebus suis disponentes, sed subductis ad terram nauibus. Porro quomodo omnia isti relinquerunt, & an licuerit his omnia relinquere, pòst magis dicetur.

SANATVR IN SYNAGOGA DÆMONIACVS.

Marci 1. Lucæ 4. CAPVT XXVII.

†e descendi in ▷ b & li c.o. in lib in spiritu immundo.

†bo quod ▷ b o cõmmatus est ei sic ab eo

†c dimulb agatur fama de illo in omnem locũ regionis.

[b]T †ingrediuntur Capharnaum[c] ciuitatem Galilææ, ▷ [b]vbique[b] statim[b] sabbathis[b] ingressus in synagogam[b] docebat eos: Et stupebant ‖ super[c] doctrina eius, [c] quia in potestate erat sermo eius. [b] erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. [b] Et erat in synagoga[b] eorum[b] homo ‖ habens spiritũ immundum', & exclamauit[c] voce magna[b] dicens, [b] Sine, [b] quid nobis & tibi Iesu Nazarene? [c] venisti perdere nos? Scio † te quia sis sanctus Dei. Et ▷ increpauit illum' Iesus dicens: Obmutesce, & exi ‖ ab homine'. [c] Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, [b] & discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, [b] exijt ab eo, [c] nihilque eum nocuit. Et factus est pauor in omnibus, [b] & mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se, [c] & colloquebantur adinuicem: [b] dicẽtes: [b] Quidnam est hoc? [c] quod est hoc verbum? [b] Quenam doctrina hæc nouа? [b] quia in potestate [c] & virtute [b] imperat spiritibus immundis, [b] & obediunt ei, [c] & exeunt? [b] Et †processit rumor eius statim in omnem regionem [b] Galilææ.

ET [a] INGREDIVNTVR CAPHARNAVM [c] VITATEM GALILAEAE, ▷ HIBIQVE [b] STATIM, &c.] Frequenter Christus [a] in Capharnaũ descendisse & venisse scribitur ab Euangelistis. Et primò quidem à Ioãne, post miraculum aquæ in vinum conuersæ. Secundò à Matthæo, quando Dominus veniẽs in Galilæã, relicta ciuitate Nazareth, venit Capharnaum, habitationem suam in ea deligens. Vnde pòst ex hac ciuitate loca Galilææ perambulans frequẽter eò rediit. Et primùm quidem, vt hic describunt Marcus & Lucas, quãdo post prædicationem in variis locis Galilææ, & vocationem quatuor discipulorũ, cum eis ingressus est Capharnaum, docens in synagogis, quemadmodum prius eum fecisse apparet ex Luca & Matthæo. Nõ enim quod dicit Marcus ibiq; statim ingressus in synagogã docebat eos; sic intelligendum quasi tum primùm ibi in synagoga docere cœperit. Porrò qualis fuerit doctrina Christi, & quàm diuersa à doctrina Scribarũ, ostẽdunt Euangelistæ, cùm dicũt auditores obstupuisse in vel super doctrina, hoc est, propter doctrinã eius, quia sermo eius erat in potestate, hoc est, cũ potestate, ac potestatẽ autoritatemq; magnã præ se ferebat. Quod Marcus apertius sic dicit: Erat enim docẽs eos quasi potestatẽ habens, & non sicut Scribæ. Quod & Matthæus dicit per sermonem habitum in monte, cap. 7. Variis autem de causis dicitur docuisse cum potestate vel quasi potestatem habens. Primùm quia non, sicut Scribæ & Pharisæi, tantum ea docebat, quæ lex dicebat, nec interpretis loco solùm fungebatur, sed etiam noua præcepta & promissa ingerebat, idque velut nõ ex alieno, sed ex suo nomine, dicens: Ego dico vobis, &c. Secundò, quia raram quandam energiam & efficaciã habebat eius sermo, spiritu sancto per eum mira ratione corda auditorum permouẽte ad fidem & pœnitentiam, cùm doctrina scribarum frigida esset, & ad commouendum parum efficax. Tertiò, quia sine omni metu docebat, magna libertate ac fiducia hominum vitia redarguens. Postremùm quia doctrinam suam miraculis confirmabat, quod nequiuerunt Scribæ & Pharisæi. Quanquam autem ob hanc solam vltimam causam quibusdam videatur dictum de Domino, quòd docuerit quasi potestatem habens: tamen ob præcedentes tres alias magis id dictũ videtur, eò quòd plane videãtur Euangelistæ dicere voluisse ipsum inter docendum potestatem & autoritatem præ se tulisse. Cæterùm hanc potestatem, etsi Christo longe inferiorem, mirificam tamen habuerunt etiam Apostoli, habentque etiã nunc plerique, qui spiritu Dei pollentes ad docendum alios diuinitus delegantur. De hac enĩ potestate & virtute ait Paulus 1. ad Cor. 2. Sermo, inquit, meus non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. Et 2. ad Cor. 10. gloriatur de potestate sibi data in ædificationem ecclesiæ, non in destructionem: instructumque se spiritualibus armis, potẽtibus Deo, quibus demoliri possit omnem celsitudinem extollentem se aduersus cognitionem Dei, in promptu habens vlcisci omnem inobedientiam.

hET ERAT IN SYNAGOGA EORVM HOMO HABENS SPIRITVM IMMVNDVM, &c.] Homo iste erat in synagoga, vel fortè eò veniens, vel potius ab aliis eò adductus, vt à Christo curaretur. Deo certe ita prouidente, vt prædicatione ipsius miraculo cõfirmaretur. Dicitur autem spiritus aliquis immundus, ad differentiam spiritus sancti & spirituum bonorum, eo quòd immundis rebus delectetur, & ad eas hominem sollicitet. Verùm pro spiritu immundo Lucas apud Græcos habet spiritum dæmonij immundi, quod proculdubio intelligendum in transitiuè, vt sit sensus, spiritum, qui erat dæmonium immundum. Proinde sciendum nomen, dæmon & dæmonium, Græcum esse, & propriè nihil malum significare, sed omnem rationalem mentem. Dicitur enim Græcis δαίμων, quasi δαήμων, hoc est, peritus & sciens, vt Augustinus. li. 9 de Ciuit. Dei. Et Plato in Thimæo. Et Lactantius lib. 2. Vnde & hoc nomine vniuersi moderatorem Plato appellabat. Et Budæo teste cũ δαιμόνιον dicebant Græci Deum supremum, mundique moderatricem diuinitatem significabant. Hinc & εὐδαίμονες, hoc est, boni angeli, & κακοδαίμονες, hoc est, mali angeli. Hinc etiam hominis spiritum δαίμονα dicebant, & cuiusque hominis genium, fortunæ vel bonæ vel aduersæ consiliatorem. In scripturis autem sacris, vt eodem libro docet Aug. nomina hæc solis malignis spiritibus appropriantur, idq; ob id, vt appareat, quia gentes dæmones appellabant deos suos, quos omnes constat malignos fuisse spiritus. Hi autem ex inuidia irreconciliabiles humani generis hostes, nõ tantùm externa impugnatione homines adoriuntur, quærentes suis suggestionibus ad peccatũ pertrahere, ac quomodocunque in externis eorum bonis nocere, sed etiam interius quandoque Deo permittente hominis possident, varia & miranda in eis & per eos operantes, perturbando scilicet eorum sensus interiores & exteriores, appetitum illorum in hæc aut illa impellentes, ac omnibus eorum membris pro sua voluntate vtentes, vt vel loquelam eis & auditum adimant, vel quæ velint per eos loquantur. Hec enim fieri ab inhabitante in hominibus dæmone, & non extra homines cõstituto, patet ex eo quod in euangelio toties in curatione dæmoniacorum saluator præcepit dæmonibus exire ab hominibus. Deinde quod pleraque in dæmoniacis fiunt, quæ non possunt fieri à dæmone, nisi inexistente. Non tamen ita est spiritus immundus in hominibus, quomodo spiritus sanctus. Hic enim non solùm corpori illabitur, sed & animæ ac spiritui nostro. Ille verò corpus tantùm hominis ingredi potest, non autem mẽti hominis illabi, quod soli Deo proprium est. Nec ita tamen corpus hominis ingreditur, vt illi tanquam forma vniatur, quemadmodum in corpore est anima, aut vt in illo sit quomodo in corpore Deus est, qui in illo essentialiter est & intimè, essentiam suam illi cõmunicans, sed in eo solum est vt in loco, & vt motor in suo mobili. Qui autẽ sic à diabolo possidentur, Latinis quidẽ dicuntur arreptitij; Græcis verò dicũtur propriè ἐνεργούμενοι, quasi acti ab aliquo inexistẽte. Porro non solum ob dictam causam dæmones homines possidere & ingredi quærunt, videlicet vt prouocato & inimicitia sua contra homines illis nocumẽto sint, sed etiã vt per eos quos obsidẽt alios ad sui venerationem, timorem & fidem alliciant, auertantq; à veneratione ac fide soli Deo debita, dũ per eos & varia operantur, & occulta futuraq; quædam prædicunt. Itaque partim nocendi cupiditate, partim honoris diuini ambitione homines obsidere quærunt. Permittit autem Deus quandoque dæmonibus hanc obsessionem. Primùm quidem propter hominum peccata, iustitia scilicet exigente, vt qui propria voluntate sese ab optimo Domino subtrahentes, impio tyranno se subiicerunt, illius etiam tyrannidem perferant & sentiant. Nam fere ob peccata huiusmodi obsessio contigit. Secundò, vt hac ratione apertissimè declaretur dæmonum cum humano genere inimicitia & odium. Nam reliqua mala quæ à dæmonibus homines patiuntur, à quibusdã tribuuntur aliis causis. Tertiò, vt etiam ostendatur esse substantias quasdã insensibiles, ex quibus melius credere ac intelligere possimus animas nostras esse immortales: esse proinde vitam aliquam post hanc vitam, ob quam in hac vita bene sit viuendum, quæ Christianæ doctrinæ prima quædã sunt fundamenta. Postremùm, vt ex sensibili illa dæmonum in eis quos secundùm corpus obsident, tyrannica operatione intelligeremus eorundem potestatem & vim in eos qui secundùm spiritum per peccatum illis sunt subiecti, & cõtrà suauissimum ac liberrimum ductum & impulsum spiritus sancti in his qui illum habẽt cordis sui hospitem. Cæterum ex multitudine dæmoniacorũ, de quibus in euangelio fit mentio, apparet in Iudæa tempore Christi plures fuisse hoc malo afflictos, quàm vel tẽporibus præcedentibus; vel hisce temporibus. Quod ob id contigisse videtur, vt cõtẽderetur & tum inualuisse per peccatorum abundãtiã dæmonum imperiũ & tum venisse eum qui diaboli potestatem frangeret, & ab ea homines liberaret. Nam & ob eam causam videtur Christus tam multos curasse à dæmonio, atque Euangelistæ id tã accuratè & frequenter inculcare, vt declararetur Iesum esse eum qui diaboli superaturus esset potentiã, eumq; mundo eiecturus, vt postea saluator ipse parabola quadam significat. Sic & in primitiuę ecclesiæ tẽporibus multi etiam inter Christianos reperiebantur obsessi à diabolo, cui à Deo relinque-

Dæmon quid propriè significet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bantur ob admissa peccata vexandi ad tempus, ad correptionē ipsorum, & terrorem aliorum, quādo disciplina ecclesiastica, & speccantiū punitio seuerior erat in Ecclesia, & esse cōueniebat quā modò sit. Tales enim putantur fuisse ij quos Paulus tradidit satanæ in interium carnis, 1. ad Cor. 5. & 1. ad Timot. 1. De talibus quoque loquitur Dionysius in lib. de cœlesti Hierarchia. Item & Cyprianus sermone de lapsis, dicēs multos tūc fuisse energumenos ob indignam corporis Dominici sumptionem.

[h]EXCLAMAVIT [c]VOCE MAGNA [h]DICENS: [c]SINE [h]QVID NOBIS ET TIBI IESV.] Cùm in synagoga præsens esset homo iste arreptitius, vis diuinitatis Christi sese proferre cœpit in ipso dæmone, ita vt sentiret se pellendum ab homine: quare eius præsentiam & vim non ferens, præ nimia tortura & pœna obsessum exclamare fecit. Obsessus enim exclamauit, non tamen suas, sed dæmonis voces per eum loquentis. Sic ergo exclamare illum Christus permisit, quamuis postea diceret: Obmutesce; vt vim & potestatem suam dæmonibus quantumuis potentibus non tolerandā ostenderet, atque vt ipsius cum illis inimicitias manifestè comprobaretur, idque in condēnationem Iudæorum, qui dicturi erant in principe dæmoniorum eiicere illū dæmonia. Porrò pro verbo, Sine, quod est in Luca, Græcis est nō solùm in Luca, sed etiā in Marco, α, quę dictio ambigua est, cum possit esse imperatiuus ab ἀω, id est sino, quo modo eccepit noster interpres; aut aduerbium exclamantis, respondens nostræ interiectioni, eia, vel ah, quomodo alij accipiunt, &, vt apparet, rectius. Quod si legatur, sine, iam sensus est: Dimitte nos, vel omitte nos torquere. Vtroq; enim modo accipi potest. Quod autem sequitur: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene; hoc est, vt prius dictū est, quid tibi nobiscū rei est, non sic intelligendum est quasi dicere voluerit dæmon, nihil sibi cum Christo fuisse commune, vt quod hic dicitur idē sic cū eo quod dicit Paulus: Quæ participatio iustitiæ cum iniqui-
2. cor. 6. tate; Aut quæ societas luci ad tenebras. Quæ autem conuentio Christi ad Belial; Hic enim sensus proposito non conuenit, vt facile est intelligere. Igitur istud intelligendum est dictum per expostulationē
2. Reg. 16. 19. cum Christo, quomodo similis oratio frequenter in scripturis accipitur. Sic enim dicit Dauid expostulans cū Abisai: Quid mihi & vobis fili Saruiæ; hoc est, quid est v. bis in me causæ vt me interpelletis, aut cur præsumitis vobis me interpellare, & cōtra hostē meū concitare? Sic & illud intelligi po-
Ioan. 2. test Saluatoris ad Mariā matrem, Quid mihi & tibi est mulier; Itaque in præsenti loco & aliis similibus sensus est: Quid tibi causæ est in nos, vt tua præsentia adeo nobis sis molestus, ideoq; nos torqueas; Huic intelligentiæ optimè conuenit quod sequitur: Venisti perdere nos Quod etsi à plerisq; legatur assertiuè, melius tamen præcedenti quæstioni cōuenit, vt & ipsum quæstiuè & in hoc & in alijs locis legatur, vt sit sensus: Quid tibi nobiscū est negotij; An venisti ad perdendum nos? quasi dicat: Quoniam ex præsentia tua nos torqueri sentimus & vrgeri ad exitum, quale nihil sensimus vnquam ex aliorum prophetarum præsentia, apparet te venisse ad perdendum nos, cùm tamen nondum sit tēpus, perditionis nostræ quam scimus nos manere in extremo die. Quanquā enim pleriq; perditionē intelligunt dæmonem intelligere amissionem regni sui in hominibus, & potestatis suæ cohibitionē, aut coactionem ad exeundum ab hominibus quos obsidebat, tamen magis videtur intelligendum de perditione illa perfecta, quando mittentur omnes in abyssū inferni, tum quia Lucæ 8. dicūtur rogasse dæmones ne imperaretur illis vt in abyssū irēt: tum quia Matthæi 8. dicuntur clamasse; venisti ante tempus perdere nos; quæ verba, scilicet, ante tempus etiā hic in Marco leguntur in libris quibusdā: verùm cùm nec Græca, nec Latina emendatiora eam partem habeant hoc loco, videtur ex Matthęo huc translata. Porro quod sequitur: Sciote quia sis sanctus Dei, vel, vt habent Græca: Scio te qui sis, sanctus Dei; accipi potest dictum partim ad expiscandum num vere esset Christus, si scilicet vēdicaret sibi honorificū illum titulum: partim & potius per adulationem, vt per commendationem & laudem Christus à contrarietate desisteret. Non enim putandum dæmones verè sciuisse quod se scire dicebant. Si enim, inquit Paulus, cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, sed quod cō iecturis quibusdam suspicabantur, id ob causas dictas se scire mendaciter asserebāt, Deo ita volente vt etiam à contraria potestate veritas testimonium acciperet. Non simpliciter autem Iesum dæmon dixit sanctum Dei sed cum articulo, quo ab aliis prophetis eum separaret, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ, ille sanctus Dei, de quo scilicet Prophetæ sunt vaticinati, & singulariter Daniel Propheta, qui cap. 9. aduētus Christi tempus designans vocat eum sanctum sanctorū.

[h]ET INCREPAVIT ILLVM IESVS, DICENS: OBMVTESCE, &c.] Idem est verbum, quod in Marco versum est, comminatus est, & in Luca, increpauit, nempe ἐπετίμησεν, quod potius est, increpauit. Deo autem dæmoni Christus suā potestatem declarans præcepit, tacere scilicet & exire. Et exire quidem præcepit ob causas prius dictas: Silere verò, tum quòd nollet videri eius testimonio gaudere, quod non ex syncero affectu, sed malicioſa ac subdola voluntate profectum fuit: tùm vt magis quis esset dæmonibus occultaret: ac postremùm, vt nos doceret ne dæmonibus etiam sponte vera dicentibus credamus, multoque minus veritatem ab eis requiramus. Quum enim ament mendacium, sintque nobis inimicissimi, nunquam vera loquuntur, nisi vt ad fallendum veritate quasi quadam esca vtantur.

[c]ET CVM PROIECISSET ILLVM DAEMONIVM IN MEDIVM, [h]ET DISCERPENS EVM.] Præterita sunt apud Græcos duo hæc participia, discerpens & exclamans, σπαράξαν & κράξαν, sicut pro illo, cū proiecisset, illis est ῥίψαν. Sensus ergo est, cū discerpsisset, & clamasset. Porro discerptio hæc non potest intelligi scissio membrorum corporalium, cùm Lucas dicat dæmonem nihil nocuisse obsesso, sed scissio virium aut distractio eius huc & illuc. Clamauit autem non voces aliquas ædens significatiuas, cùm præceptum illi esset à Christo vt taceret, sed voces nihil significantes proferens, quibus dolorem suum testabatur. Permisit autem Dominus hominem proiici & discerpi, vt pateſceret dæmonis malitia, eiusdēmque indignatio ob expulsionem, ac miraculi magnitudo, quo à tanto malo homo liberabatur. Cęterum etsi proiiceretur & discerperetur, nihil tamen, quod mirum erat, nocumenti ex eo pertulit, vt expellentis potentia agnoſceretur, dęmonēmque nihil plus in homines posse quàm à Deo illi permissum fuerit.

ET

[c]ET FACTVS EST PAVOR IN OMNIBVS, [h]ET MIRATI SVNT OMNES.] Pro dictione, pauor, Græcè est θάμβος, quod etiam & magis stuporē significat & admirationē, quā timorē: à qua dictione deriuatū est verbū illud quod est in Marco, ἐθαμβοῦντο δὲ πάντες, pro quo nos habemus, mirati sunt, quāuis rectius verti potuisset, obstupuerunt. Significat enim plus aliqd quàm timorē vel admirationem. Proinde etiam in Luca pro pauore rectius versum fuisset, stupor, quemadmodū alibi vertitur. Hoc enim loco videtur magis esse admirantiū quā timentium. Nam verba quæ sequuntur, admirantium sunt verba. Quare pauor, de quo fit mētio in nostro textu, intelligendus est pauor stuporis, qui scilicet ex stupore nascitur, eiq; semper coniunctus est. Porro quod habet Lucas. Quod est hoc verbū, variè intelligitur. Quidam enim Hebraica accipiūt phrasi, vt sit sensus: Quale est hoc factum, aut quid est istud rei, vt sit idem cū eo quod habet Marcus: Quid est hoc? Alii, inter quos Theophylactus, verbum accipiunt pro eo sermone, quo Christus imperauit dæmoni vt exiret, vt sit sensus: qualis & quàm potēs est iste sermo, quod imperat dæmonibus & obediunt ei? Sunt & qui verbum, vel, vt est Græcè, λογὸς, id est, sermo, accipunt pro doctrina Christi, vt quod habet Lucas, quod est hoc verbū, idem sit cū eo quod habet Marcus, quæ nā doctrina hæc noua. Eo magis enim admirabātur nouam Christi doctrinam, quæ regnum cœlorum annunciabat, & tanta virtus eā comitaretur, ac tanta potestate docentis comprobaretur, quasi dicerent: Oportet huius doctrinam, quamuis noua sit & inaudita, plane esse diuinam & cœlestem, quòd is qui eam tradit, tanta cum authoritate & virtute imperat dæmonibus, & obediunt ei. Vt enim potestas hęc non nisi diuina est, ita & doctrinam diuinā esse necesse est. Dicunt autem, in, hoc est, cū potestate, vel potius autoritate & virtute Dominum imperare dæmonibus, ad distinctionem eorum qui magicis quibusdam artibus, aut precibus certis, aut inuocatione nominis diuini dæmonia expellebant; cùm Saluator solo verbo & iussu, idque non inuocato nomine alterius, dæmonia eiiceret, & ita eiiceret, vt nihil nocumenti relinqueretur in afflictis.

CVRATVR AFEBRIS OCRVS SIMONIS, ET ÆGROTI multi. MATTH. 8. MARC. 1. LVC. 4. CAP. XXVIII.

† c Surgens autē Iesus. ▷ c introiuit. ‖ c surgēs hic autem †b offert hāt ad eū omnes male habentes. ▷ a Eiiciebat spiritus. * At ▷ c Fabula autē die ‖ c ibat †c Galilea

[h]ET PROTINVS EGREDIENTES DE SYNAGOGA, &c.] Cùm miraculū istud curationis socrus Petri ex Marco & Luca constet contigisse mox post præcedens miraculum, imo eadem die, ac illud ex Marco constet factum in principio vocationis Petri & Andreæ, &c. manifestum est Matthæum, qui hoc miraculum describit capite 8. post sermonem Domini in monte, & post leprosum seruumque Centurionis senatum, nō seruasse hic ordinem, sed recapitulasse ab hoc loco vsq; ad finem cap. 9. quæ prius omiserat: vnde & tali vsus est locutione, quæ non exigit necessario intelligen
D tiam consequentiæ eorum quæ narrantur. Nā post commemoratam curationem serui Centurionis, subiicit: Et cùm venisset in domum Petri, &c. nec dicit: Post hęc cùm venisset, &c. Iam & ex ipso Matthæo satis colligi potest quæ ab eo narrantur ab hoc loco vsque ad finem c. 9. (quæ inter se ordine quodam hærent) debere intelligi contigisse ante sermonem illum in monte. Nam ex ipso sermone satis constat eū potissimum pertinuisse & habitum ad discipulos aut Apostolos, quod ex Luca fit euidentius, qui etiam post vocationē & electionē duo
C decim Apostolorum sermonem habitum testatur. Iam cap. 9. in principio fit primùm mētio vocationis Matthæi, qui fuit vnus ex duodecim. Eum autem sermonem videri potest Matthæus ob id præposuisse, vt in principio prædicationis Christi, summam doctrinæ Christi semel complecteretur. Nam quæ à Luca sparsim ex verbis Christi ponuntur, ab ipso Matthæo hic simul collecta sunt. Porro circa narrationem istius miraculi imprimis obseruandū, quòd post æditum prius miraculum, protinus dicitur cum suis Christus egressus à Synagoga. Hic e-
D nim fuit mos Domini, vt ferè semper cùm miraculo aliquo inclaruisset, turbis sese subduceret, contentus nimirum benefecisse, nec gloriæ humanæ cupidus: docens nos, vt bene mereri potius quàm laudem venari studeamus, imo fugiendam, quod in nobis est, humanam laudem ne vel ea efferamur, vel de ea gaudentes gloriam quæ à solo Deo est amittamus. Ingreditur autem in domum Simonis, fortè ab eo ad conuiuium vocatus. Nam iam hora erat sumendi cibum. Vbi obseruanda Domini

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum frugalitas,tum humilitas,qui non sit dedigna A tus eibi gratia humilis piscatoris recipi hospitio. Apparet autem Simonem & Andream fratres, etsi essent ex Bethsaida ciuitate, vt dicitur Ioā.1.tamen habitasse in Capharnaum, nisi fortè domus Simonis & Andreæ hic dicatur ea in qua hospitio in Capharnaum recipi solerent. Nec quod hic dicuntur ingressi in domum Simonis, obstat ei quod prius dictum est,hos discipulos omnia reliquisse.Domū enim Simonis vocat quam hactenus possederat, non quam modo possidebat:nec sic omnia hi discipuli reliquerant,vt nullā amplius cū suis haberent B consuetudinem, sed q̄ nulla eis amplius esset rerū suarum cura,nullaque possessio,omnibus quæ habebant relictis potestati propinquorum.Quomodo eos omnia reliquisse satis patet ex eo quod post *Matt.19.* ea cum Dominus dixisset diuiti adolescenti:Vade, & vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& veni,sequere me,dixit Petrus: Ecce nos reliquimus omnia,& secuti sumus te.Vnde constat satis Petrū cum aliis omnia à se alienasse,quemadmodum Dominus voluit omnia alienari ab adolescente illo. Miraculi autem, q̄ ab Euangelistis hic narratur, magnitudo,quatenus ex omnibus colligere licet, in eo consistit, quod cùm socrus Simonis, vetula scilicet,cui à febri grauius erat periculum, & quæ ægrius curari potuit per naturam, comprehēsa esset febri,non leui,sed magna,adeo vt decumberet febricitans,Dominus solum verbo,vt dicit Lucas, & contactu, vt habent reliqui duo, ita eam curauit,vt non solum febris eā relinqueret,idq̄ue continuo,sed nec vestigiū morbi remaneret,adeo perfectè mulierē sanitati restituta,vt surgens eis ministraret,cùm in his qui medicorum ope vel naturæ vi subleuantur à febribus, paulatim soleat redire corporis vigor.Notandum autem, aliorū precibus Dominum excitatum ad curandam hanc mulierē. Etsi enim ex se promptissimus esset ad benefacien dum omnibus, tamen quandoque aliorum vel pre cibus vel fide excitari voluit,vt ne vbique se miraculis ingerens videretur captare humanam gloriā, D vtque locum daret quorundam charitati pro aliorum salute gerendi solicitudinem, ac postremum ostenderet quantum apud Deum valeant aliorum maximè iustorum preces pro impetranda peccatorum salute.Quod dicitur in Luca, stans super illā, non sic intelligendum quasi pede calcauerit mulierē,sed quod illi astiterit,& inflexo capite incubuerit supra illam,velut appellans eam.Est enim Græcè,ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς,hoc est,astans supra illā.Quod nos habemus,imperauit febri, Græcè est idem verbum quod prius vertit interpres,increpauit,ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ,increpauit febrem.Tamen, vt anno tauit quidam Græcus, increpare hic positū est pro E imperare,eo q̄ Christum increpasse febrem, nihil aliud erat quàm eum autoritate & comminatione præcepisse ei vt discederet. Quomodo verbum increpandi frequenter in Psalmis Deo tribuitur respectu creaturarū insensibilium, vt cum Psal.105.dicitur increpuisse mare rubrum, & Psalm.103.dicitur de aquis:Ab increpatione tua fugient,à voce tonitrui tui formidabunt.Proinde non malè interpres verbū,increpauit, mutauit in id quod mol lius videbatur, imperauit, & hoc loco, & aliis aliquot locis,vt cū mox postea dicitur in Matthæo, imperasse vento & mari, cum Græcè sit verbum increpandi.Nec putandum est scriptorū vitio pro increpauit scriptum imperauit, quamuis inter ea verba satis magna sit similitudo. Quod autem febrem increpauit,vel ei imperauit,similiter & increpauit ventos & mare,etsi res insensibiles,diuinam naturam & virtutem significare voluit,dū id fecit quod frequenter in scripturis Deus fecisse dicitur, quodq; soli Deo propriè cōuenit, vt qui omnium creaturarū verus sit dominus,cuius voluntati omnino promptissimè inseruiūt, cuius vox efficax est in omnia,cùm nostra vox tantùm sit efficax ad cōmouendum eos qui intellectu sunt prædi ti. Quod verò non solo verbo,sed etiā contactu manus curauerit, significare voluit carnis suæ sanctificatiuā & curatiuam virtutem propter inhabitantem diuinitatem:quodq̄ue non solo verbo iam esset hominem spiritualiter reformaturus & saluaturus, sicut prius totum mundum & hominem verbo creauerat,sed quod præter salutarem eius doctrinā opus esset carnis eius pro nobis in cruce oblatæ contactu.Nam qui fide eam non manducat,non habebit vitam in se manentē.Porrò vt omnia Domini miracula in curatione corporum consistentia mysteriū aliquod habent, & typi sunt spiritualium Dei beneficiorum quæ menti præstantur:ita & miraculorum ordo quandoque rectè accipitur non vacare mysterio.Itaque quod à synagoga venit in domum Simonis significabat derelicta synagoga Iudæorū C transiturum Christum ad Ecclesiam gentiū.Quod *Mystica interpretatio.* autem vna eademque die prius quidem virum curat,postea verò mulierem,secundum Ambr.significat Dominum aduenisse ad curandum vtrumque sexum, atque ob id prius virum curatum, q̄ prior vir creatus esset. Quod tamen secundum eundem & aliter accipi potest, videlicet vt per virum a dæmonio vexatum animus hominis diabolo per peccatum subiectus,ac erroribus variis ab eo detētus accipiatur:per mulierem autem febricitantem,caro variis obnoxia concupiscentiæ æstibus. Itaque per duorum istorum curationem, animi debemus & corporis intelligere sanitatem, & prius quidem necesse esse,vt anima à diabolicæ potestatis vinculis atq; erroribus quibus occupatur, verbo Dei liberetur,ac deinde & carnem à suis morbis,hoc est, cōcupiscentiæ caloribus(nā hi propriè carnis morbi sunt)posse curari,sicque fit vt & Adam & Eua curetur.In eo autem quòd curata socrus Simonis, surgens ministrabat illis, exemplum est, eū qui iam Christi beneficio sanitatem recepit, debere surgere ad opera virtutis, & ministrare sanctis, ac ipsi Christo, curando scilicet pauperes. Quicquid enim;inquit,vni ex minimis meis feceritis, mihi feci- *Mat 25.* stis.In eo verò quòd Christus socrum non solum sanauit,sed, vt habet Marcus, etiam eleuauit eam apprehensa manu eius, significatum est Christum non tantum per gratiam suam dare nobis spiritualem sanitatem,qua deinceps surgere possimus,sed etiam sua gratia semper adiuuante & concomitante nos erigere.

c VESPERE AVTEM FACTO h CVM OCCIDISSET SOL,&c.] Ideo vespere facto & cum sol occidisset, videntur hi suos infirmos attulisse, quia sabbathū fuerat,quo putabant non licere afferre ægros,quod licitū sciebāt post occasum solis, quando iam operari fas erat. Atq; ideo videtur Marcus iam distinctè tēpus indicasse, nō cōtentus dicere,Vespere facto,sed etiā addens, cū sol occidisset. Huius autē tēporis explicatione,Euāgelistæ & turbæ desiderium non à tēpore impeditum significāt, & Christi expositam benignitatem, cum neq; excusaret priuatum quod debebatur otium, neq; nocte intempestiuam rebus gerendis. Iam quòd omnes allatos, siue dæmoniacos,siue naturali aliquo morbo laborātes Dominus curauit, illos quidem solo verbo,istos verò solo contactu:primùm quidem diuinam eius potentiam comprobat, dum cuiusuis generis mala etiam medicorum arte insuperabilia tam facili negotio immo nullo depellit. Deinde verò eiusdem erga omnes sine discrimine expositam misericordiam demōstrat, cum nullum curandorum delectum fecit, non gratiam alicuius aut premium quærens,nec vllam fœditatem auersans,sed contactu suo etiā singulos dignatus, quātumuis fœdo laborantes morbo:quo cōtactu prēter demonstrationem & saluificæ potentiæ carnis suæ,& dignationis misericordiæ suæ,etiam demō- B strata est puritas ipsius,non metuentis ne ab alicuius morbi contagio cōtaminari posset. Sunt enim in corporum morbis quidam adeo fœdi,vt nec amici sustineant adesse:quidam adeò contagiosi, vt non sit tutum adesse:quidā rursum adeo vehementes,vt medicorum opem & artem superent.Sed maior est nostri medici vis,quàm vt vllius morbi magnitudine sit inferior: maior est puritas, quàm vt vllis hominum malis possit inquinari:maior est misericordia,quam vt vllam fœditatem auersetur.Admittit ergo omnes optimus, contingit omnes ipse purissimus,sanat omnes potentissimus.Hac autem C ratione & declarauit Dominus quàm paratus sit ac potens sanare morbos animorum, si modo veniant ad iunuam domus Petri, hoc est, ad Ecclesiam,& Exemplum exhibuit episcopis maximè ac pastoribus in Christi locum succedentibus, quanta cum mansuetudine recipere debeāt peccatores à vitiis suis resipiscere conantes. Notandum autē, illud Marci,Multos qui vexabantur variis languoribus curauit,non sic intelligendum quasi nō omnes allatos curauerit. Omnes enim curatos Matthæus testatur,sed id à Marco dictum est,quia omnes curati,multi erant.

Isaiæ 53. a VT ADIMPLERETVR QVOD DICTVM EST PER ISAIAM PROPHETAM.] Testimonium istud in Isaia sic vertit Hieron.Vere D langores nostros ipse tulit & dolores nostros portauit.Quod testimonium etsi ab Isaia potissimum dictū sit de infirmitatibus animorū, hoc est,peccatis & pœnis quas pro his merebantur,vt satis patet ex iis quæ apud ipsum sequuntur, atq; ex Petri in- *1. Petri 2.* terpretatione,qui secutus Septuaginta prædictam autoritatem sic interpretatur. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū:Matthæus tamen,qui Iudæis scribens frequenter veteris testa mēti scripturas factis circa Christum adaptat, hoc testimonium citat de infirmitatibus & morbis corporum.idq; appositè, non solum quod verba prophetę etiam quadrant in Christum ratione curatio nis corporalium morborum, sed & ob id q̄ morbi corporales & peccatorum sunt effectus,& morbo E rum animi typi quidam ac figuræ: quare dum illis tollendis à quolibet se Dominus tam facilem prębuit,ostendere voluit se multo faciliorem esse vt sanet morbos animę eorū qui ab ipso petunt.Quò itaque Euangelista insinuaret curatione corporali demonstratum esse curatorem mentis, quod de morbis animi præcipuè dictum fuit,adaptat morbis corporis.Secundum tamen hanc authoritatem non eodem modo intelligi posse de morbis animi, & de morbis corporis. Nostras enim infirmitates

A spirituales,hoc est,peccata Christus tulit,quia in se ea suscepit,pro eis Deo in eruce nostro nomine satisfaciēs.Sic & dolores nostros ipse portauit, quia quæ nos merebamur supplicia ipse pro nobis pertulit,& perferēdo persoluit.Vnde sensum hūc propheta in sequētibus elucidaturus:Et nos,inquit,reputauimus eū quasi leprosum,& percussū à Deo, & humiliatū.Ipse autē vulneratus est ,ppter iniquitates nostras,attritus est ,ppter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ sup eū,& liuore eius sanati sumus, &c. Cū verò de morbis corporis intelligitur secundū Matthæi citationē hæc authoritas,intelligendū Christū accepisse nostras infirmitates, non quia eas in se susceperit. Nam etsi quaedā infirmitates dignitati suæ non indecentes,quales sunt fames,fatigatio,mors & similes,in se susceperit,non tamē eas de quibus hic est mentio,nempe morbos & langores,vt quæ dedecuissent eius dignitatem. Sed accepisse dicitur nostras infirmitates, quia eas à populo abstulit,curando eas.Sic & ægrotationes nostras portasse dicitur, quomodo Paulus Galatis scribens dicit:Alter alterius onera portate, videlicet quia cōdolens ægrotātibus,eos subleuauit sub latis morbis.Quidā autē Græcus intelligit Christū infirmitates corporales & morbos in se accepisse & portasse,eo q̄ eū multos lāgores curauit,in se eorū reatū transtulit,laborēs multos ac tandē mortē pro eis perpessus.Verùm præterquam quòd sensus C hic nō videatur vsque adeo verus, proposito saltē nō cōuenit.Caietanus verò cōtendit sensum testimonij huius,vt à Matthæo citatur, esse sensum literarū Isaiæ ,pphetæ.Idē in verbo, portauit,vult notari facilitatē qua curauit hominū langores Dominus, nimirum quia tā facilē abstulit hominū morbos,ac si rē aliquā portatilem tolleret,veheretq; in alium locum.In illo quod sequitur:Increpans non sinebat ea loqui,quia sciebant eum esse Christum, dictio,quia,non est causaliter accipienda,sed indefinitè pro quòd.Vt sit sensus:Non sinebat ea loqui, q̄ scirent ipsum esse Christum. Dicebant enim, vt patuit capite superiori,Scio quòd sis sanctus Dei.

h ET DILVCVLO VALDE b SVRGENS h EGRESSVS ABIIT IN DESERTVM LOCVM, b IBIQVE.] Ex his quæ post præcedētia narrantur apud Marcum & Lucam, patet ea quæ à Matthęo narrantur post dictam authoritatem, non statim eadem die contigisse,quasi propter eas turbas quæ cōgregatæ erant ante ianuam domus Petri,iusserit Dominus discipulos ire trans fretum,vt quidā intelligunt.Nō est autē contrariū quod dicit Marcus,diluculò valde,aue, vt habent Græca, mane multa adhuc nocte, ei quod dicit Lucas: facta die egressum Dominum.Nam crepusculum, & valde mane est,& diei principium.Aut intelligi potest Christū summo mane,imo multa adhuc nocte surrexisse,vt dicit Marcus: facta autē die egressum, vt dicit Lucas. Nisi quòd rectius intelligitur Dominus etiam ante exortam diem, sed imminentem, è ciuitate discessisse, idque solum, vt satis patet ex Marco.Rursum non est contrarietas aliqua, quòd Marcus dicit Simonem & qui cum eo erant prosequentes Christum inuenisse eum:Lucas verò turbas requisisse eum & inuenisse.Vtrumque enim factum est. Nam primùm discipuli eius abitum percipientes, eum prosecuti sunt, dicentes de turbis: Omnes quærunt te.Deinde verò & turbæ quærētes eunde inuenerunt. Itaq; summo mane Dominus relicta ciuitate solus abit in desertum locum,

partim

Universidad de Deusto
Biblioteca

partim vt fugeret suspicionem humanæ laudis, vel
præmii pro præstitis beneficiis expectati, partim vt
à turbæ tumultibus liber, in secreto loco patrē ora
ret, gratias agēs pro beneficiis quæ per ipsum hu-
mano generi iam largiri incepisset, & amplius dare
decreuisset, ac deprecās, vt doctrina eius fructū fa-
ceret tū in his qui audierant, tū in his qui audituri
erant. Secedit etiā ob id, vt sua absentia desiderium
doctrinæ in turba accēderet, exēplū nō simplex ex
hibēs nobis, & maximè prędicatoribus nimirū post
collatā in alios beneficentiā oportere secedere, ne
præmiū aut laudē ab his quibus benefeceremus vi
deamur expectare. Deinde post doctrinā secessu &
oratione opus esse tū vt fructus prædicationis in
auditoribus obtineatur à Deo, tū vt cōtemplatio-
ne ac mentis in Deū eleuatione, ad docendum &
iuuandum quouis modo proximos, spiritus redda
tur alacrior. Postremò nonnunquam ad tēpus in-
termittendam salutiferam doctrinam, quò magis
irritetur in auditoribus appetentia verbi Dei.

EAMVS IN PROXIMOS VICOS ET CI-
VITATES.] Pro hac oratione, vicos & ciuitates,
Græcis est vna dictio cōposita, κωμόπολεις, quā qui-
dā interpretātur, municipia: significat autē propriè
oppida rusticana, quæ scilicet & vici & oppida vi-
deri possint. Interpres autē videtur duas legisse dic-
tiones, κώμας καὶ πόλεις. Porro ne leuitatis videri
posset aut instabilitatis, quod vagari voluit Domi-
nus, bene adiecit: Ad hoc enim veni, in hunc mun-
dum scilicet, vt prædicē non vni solū ciuitati, sed
omnibus. Turbis verò dixit, ideo missus sum, à pa-
tre scilicet: verbo quidē missionis, significās pater-
nam autoritatē: verbo autē veni, suā authoritatem,
humilius de se loquēs apud turbas quàm apud di-
scipulos. Obseruandū verò rursum, nihil Dominū
indignatum turbæ detinere illum volentis impro-
bitate, quamuis etiam sciret eos magis spectare &
quærere eius miracula quam doctrinam, sed detu-
nētibus ipsum placidè respondit: Etiam aliis ciui-
tatibus. &c. quasi dicat: Quod gratis in vos collatū
est beneficii, boni consulite. Non aspernor vestrum
hospitium, vestrumque desiderium, sed pro officio
mihi à patre delegato oportet etiam aliis ciuitati-
bus annunciare appropinquans regnum Dei. Mis-
sus enim sum ab illo, nō tam ad faciendū miracula
quæ admiramini, quàm ad prædicandum nouū re-
gni Dei euangeliū, idq; non vni aut alteri ciuitati,
sed omnibus etiam humilibus locis. Cæterū & in
turba hac, ac discipulis Christum quærentibus, ex-
emplum est nobis quærendi Christū, precibusque
illum reuocandi, dum è domicilio cordis nostri pa-
rat abire: & in Christo exemplum est pastoribus q̄
semper debeāt obambulare soliciti pro grege con-
credito, vt quod aberrauit reuocent, & quod est
morbidum sanent, &c. nō vni tantùm familiæ, sed
omnibus etiam humilibus vigilantes.

REPREHENDVNTVR A CHRISTO TRES VO-
lentes ipsum sequi. MATTH. 8. LVC. 9. CAP. XXIX.

† e dixit quidā ad illum.

[a] *Idens autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum.* [c] *Factum est autē, ambulantibus illis in via,* [a] *& accedēs vnus scriba* † *fait illi:* [a] *Magister, sequar te quocunque ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autē homi nis non habet vbi caput suū reclinet.* [c] *Ait autē ad alterū: Sequere me. Ille autē* [a] *alius de discipulis eius* ▷ *fait illi: Domine permitte* ‖ *mihi primùm ire & sepelire patrē meum.* † *Iesus autem ait illi:* [a] *Sequere me, & ▷ f dimitte mortuos sepelire mortuos suos,* [c] *tu autem vade & annuntia regnum Dei. Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi primùm renuntiare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.*

▷ c dixit ‖ a o me † c dixitque ei Iesus

▷ c sine vt mortui sepeliant.

FACTVM EST AVTEM IN VNA DIE-
RVM, AVIDENS IESVS TVRBAS MVL-
TAS, &c.] Hic primum cōstituendus est ordo rerū
quæ ab Euāgelistis narratæ maximè videtur super-
ioribus esse subiiciēdæ. Itaq; sciendū nō potuisse
superioribus mox cōnecti quod sequitur in Mar-
co de curato leproso, q̄ & in Luca sequitur post
vocationē quatuor discipulorū, p recapitulationē
superioribus subiunctā. Nā huius leprosi curatio-
nē cōtigisse post sermonē illū in monte, constat ex
Matthæi c. 8. Rursum quæ apud duos hos Euange
listas Marcū & Lucā sequūtur (nā hi duo per mul-
ta capita eundem ferè in omnibus rerū ab eis nar-
ratarum ordinē seruant) de curato paralytico per
tectū demisso, & vocatione Matthæi, ac disputatio
ne de ieiunio, superioribus immediatè cōiungi nō
possunt, cùm hæc omnia ex c. 9. Matthei cōstet cō
tigisse, postquam Christus è regione Gerasenorū,
in qua dæmones permiserat porcos ingredi, eosq;
precipitare in mare, rediisset in Capharnaū. Itaque
ex Matthęo manifestū euadit, per recapitulationē
scripta esse quæ de traiectu ac sedata tēpestate, dę-
monibusq; porcos ingressis scribunt, Marcus qui-
dē in c. 4. & 5. Lucas verò c. 8. ac postea subiūgēda
quæ de curato paralytico, ac vocatione Matthæi,
cū disputatione illa de ieiunio scribūt Marcus 2. c.
& Lucas c. 5. Deinde verò cōnectēda post hæc, quę
sequebantur post prędicta in c. 5. Marci, & 8. Lucæ
de curata Æmorrhoissa, & suscitata filia archisy-
nagogi. Quæ enim Marcus & Lucas scribunt de
traiectu, ac sedata tempestate, & dęmoniaco cura-
to in regione Gerasenorū, ac rursum de muliere à
profluuio sanguinis liberata, filiaq; archisynagogi
resuscitata, cadē esse cū his quę Matthęus scribit in
c. 8. & 9. (interposita tamē curati paralytici, suæq;
vocationis narratione) prēterquam quod ab omni
bus semper creditū sit, etiā res ipsa, rerumq; narra-
tarū similitudo apertē clamat, quātūuis id fortiter
neget Osiāder, sed rationibus nimis friuolis, ob id
excogitatis, q̄ semel animo suo induxisset Euāgeli
stas in historię descriptione rerū narratarū ordinē
vt gestę sunt obseruasse, cū ex ipsa Euangelistarum
locutione satis liceat deprehendere in his quę dic-
ta sunt ordinē ab eis neglectū. Sic enim Lucas de-
scripturus miraculū curati paralytici: Et tactū est,
inquit, in vna dierū, &c. Et rursum c. 8. descripturus
traiectū Christi per fretū in regionē Gerasenorum:
Factū est autem, inquit, in vna dierū, & ipse ascēdit
in nauiculā, &c. Quę locutiones satis arguūt, eum
res tantū, nō autē ordinē ac tēpus rerū gestarū vo
luisse describere, nimirū q̄ sciret ex obseruato or-
dine parum aut nihil prouenturum vtilitatis, ac ob

ob id res ipsas simplicitēr vt memorię occurrebāt
recēsens: secutus etiā, vt apparet, Marci ordinem
qui ante ipsū scripserat, sed sic vt ordinē rerū à se
narratarū nō semper requireret in sua narratione.
Porrò etsi quæ Matthæus de traiectu Christi cū
sequentibus iam dictis Christi factis scribit, non
omnino immediatè cōtigerūt post ea quę præscri
bit de curatis multis ægris vesperi oblatis, (nā, vt
priùs patuit ex Marco & Luca, post illos curatos
abiit sequenti die Dominus, aliis etiam ciuitatib.
euāgelizaturus) tamē quoniā nihil est aliud ab ali
quo Euāgelista narratū quod ante hūc traiectū vi
deri possit cōtigisse, rectè hęc narratio superiorib.
subiungēda iudicari debet, maximè cū mox sequa
tur vocatio Matthæi, quam in principio prædica-
tionis Christi factā verisimile est, factamque con
stat ante sermonem illum in monte solennem.

[a] ET FACTVM EST AMBVLANTIBVS
ILLIS IN VIA, [a] ACCEDENS, &c.] Quæ Mat-
thęus hic scribit, postquam Dominus præcepit
discipulis transfretare, de duobus Christum se-
qui volentibus, Lucas 9. cap. scribit adiungens e-
tiam de tertio postquam dixisset Dominum, im-
pletis diebus assumptionis suæ, firmasse faciem
suam versus Hierusalē, eoq; perrexisse. Vnde vi-
deri posset ex Luca, illa contigisse in ea via qua
Christus è Galilęa per Samariam proficiscebatur
in Hierusalem. Verūm cùm Matthæus priùs dicat
Dominum præcepisse discipulis vt tranfretarēt,
ac deinde scribam hunc accessisse qui dixit: *Sequar te quocūque ieris*, satis significauit scribam hunc oc
casione secessus quem videbat Dominū parare,
accessisse Dominum, & illi suam sequelā obtulis-
se. Quare cùm iidem planè videantur esse hi quo-
rum meminit Lucas, intelligendū est illud quòd
dicit factum istud ambulantib. illis in via, nō de
via cuius priùs fecit mentionē, sed absolutè am-
bulantib. illis in via quadam. Quæ autem fuerit
hæc via ex Matthæo paret, nimirum ea qua Chri
stus postquam discipulis præcepisset traicere, ac
cessit mare ad transnauigandum, vt docet etiam
Augustē. cōcordans Lucam cum Matthæo. Porrò
obseruandum, hic proponi tres volentes quidem
Christum sequi, sed in quib. singulis aliquid desi
derabatur, vt hinc intelligeremus qualē esse opor
teat eum qui Christū perfectè sequi volet. Et im
primis proponitur quidam scribarum, qui nō vo-
catus speciatim à Christo ad perpetuum comita-
tum, vltrò se ad illū obtulit. Verùm hunc nō syn
cero affectu sequi Dominū voluisse, sed spectasse
commodum aliquod temporale, omnino apparet
ex responsione Domini. Qui cùm aliàs quadraret
eius responsio affirmātis nihil sibi loci esse, nec a
liquod domicilium vbi vel caput reclinare posset?
Videtur ergo cupiditatis & lucri gratia Domino
voluisse coniungi. Quoniā enim videbat Christū
miraculis suis gratiam magnam apud populū cō
sequi, putabat Christum diuitias multas collectu
rum, sicque, sperabat & sibi ex sequela Christi lu
crum aliquod accessurum. Aut putabat Dominū
tandem regnum secundùm carnem inuasurū, cla
rum iam tot miraculis turbisque tā admirabilē,
ac ob id cupiebat regni huius cōfors fieri. Quam
cogitationem obrepsisse scribæ huic mirum non
fuit; cùm ea discipulis post tot apertas de morteae
suppliciis prædictiones euelli nō potuerit. Atque
ad hunc hominis istius auaritiam & cupiditatē si
ue lucri siue gloriæ indicandā, videri potest Mat-
thæus eum nominasse expressè scribam. Siquidem
auaritiæ & cupiditatis glorię passim ī Euāgelistis
notātur scribę. Commodè autē eleganter & pru-
denter hanc carnis spem & cupiditatem Dns hoc
responso; *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos*,
&c. retudit, quasi diceret: Scio quo animo me se-
qui desideres, verùm tantum abest, vt apud me
regnū aut opes expectes, vt bestiis terræ ac volu-
crib. cœli pauperior sim, nō habens nimirum vel
exiguum hospitiolum, prium, in quo etiā caput
reclinē, cū vulpes foueas suas habeāt, & volucres
nidos. Bene autē vulpium meminit ac volucrum,
fortè notare volens hominis huius astutiā simul
& cupiditatem gloriæ. Quidā verò intelligunt Do
minum per vulpes ac volucres tropicè voluisse si
gnificare dęmones mentem huius occupātes, pro
pter ipsorum dolum & superbiam, quodque semi
nibus & fructibus virtutum insidiētur. Itaq; sen-
sum esse, Dęmones quidem foueas ac nidos in te
habēt, ego autem ne minimam quidem requiē in
animo tuo inuenio. Porrò Hilarius hęc verba scri
bæ, *Sequar te quocunque ieris*, intelligit per inter-
rogationē, vt accipiatur hic scriba dubitasse an v-
tile esset sequi ipsum, & an esset verè Christus: ac
deinde Dominum p vulpes ītellexisse pseudopro
phetas: per volucres cœli, dæmones. Itaq; ītelligit
Dominum contuentem paucitatē se sequētium,
exprobrantem legisperito diffidēti an sequi debe
ret, subdolis pseudo, pphetis esse foueas, & immū
dis spiritibus nidos quiescendi: se verò, cui caput
Deus sit, non inuenire in quos collocata Dei co-
gnitione requiescat. Cęterùm ī hac Domini respō
sione obseruāda ipsius prudētia & modestia. Ita e-
nim manifestat se cordis illius arcana nosse, vt eū
dem tamen nō manifestè argueret, sed ipsi soli re
prehensionem aperiret, vt & pudorē effugeret &
si vellet corrigeretur. Nec vetuit se sequi, quāuis
insyncerum eius animum cognosceret, sed tantùm
docuit quòd sequens nō inuēturus esset qđ quæ
rebat. Obseruandum rursum in Domini verbis,
quāta fuerit ipsius in hoc mundo susceptа pro no
bis paupertas. Cùm em̄ prima apud homines cu-
ra sit, vt domicilium aliquod possideāt ī quo deli
tescāt, ad hæc apud Iudæos persanctè hæreditates
custodire solitum esset, adeo vt Naboth religione
quadam commotus, ne regi quidē suum hortum
quē hæreditate acceperat, vendere auderet, tamē
tanta fuit Christi tenuitas, tantáq; demissio, vt ni
hil omnino ī hoc mūdo possideret. quod certè va
riis de causis sic fieri cōueniebat. Et primùm qui-
dem ob id quòd regnum cælorum, cœlestiaq; bo
na sibi quodā modo propria annunciare venerat
atque horum spe & expectatione hominis ad cō
ptum huius mundi bonorum inuitabat, quòd
efficacius sanè fecit nihil hic possidendo. Deinde
hac rationedemōstrabat, se, vt aliquoties testatur,
nō esse de hoc mūdo, sed aliunde huc velut in pe-
regrinum locum venisse, atq; illic vnde venerat,
habere se sua propriáq; bona, quæ & suis daturus
esset. Decebat enim eum qui generationis iure hę
res erat cœlestium bonorum, nullam in hoc mu n
do possidere hęreditatem humanoiure acquisitā.
Præterea hoc ita cōgruebat officio prędicationis
propter quod se supra venisse dicit. Oportet enim
prædicatores verbi Dei, vt tori vacent prædicatio
ni, omnino esse liberos à seculariū rerū cura, qua
carere nō possunt qui possident huius mundi fa-
cultates. Postremùm, sicut mortem corporalem af

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumpsit,vt nobis vitam largiretur spiritualē, ita A corporalē paupertātē elegit, vt nobis spirituales suas diuitias participaret. Vnde 2. Cor. 8. inqt Paulus: Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam ꝓpter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essem⁹. Porrò hoc Christi exēplū quamuis non sit eatenus ab omnib. Christianis necessariò imitādū, quin illis liceat domos, & alia bono iure parta possidere: tamen hacten⁹ meritò imitādum est, vt non addicamur animo rebus præsentibus, quas Domin⁹ dedit possidēdas, ita vt iuxta Pauli
2. Cor. 7. monitionē vtentes hoc mundo sint tanquā nō vtentes: & qui emunt, sint tanquā nō possidentes. Vt autem hoc Christi facto refellitur hęresis eorū qui dānant voluntariam paupertatē eorū qui pro B pter Christum omnib. renunciantes, sola eleemosyna contenti viuunt, intrantes religionē mendicantium, (cuius hæresis autor fuit quidā Desiderius Longobardus tēpore Alexandri 4. & alius eo dē tempore Guilielmus de S. Amore) ita duo fuerunt in Ecclesia errores huic Christi facto inuixi. Primus eorum q docuerunt neminē posse peruenire ad vitā æternā, qui aliq̄d possideret propriū. Cuius erroris autores (teste Aug. lib. de hær. c. 40.) vocati sunt Apostolici, quod nomen sibi arrogātissimè vendicauerunt, ꝙ dicerent se Christi & A-
1. Tim. 6. postolorum vitam sequi. Quem errorem præter alia multa illud Pauli satis refellit, quo Timotheo scribens dicit diuitibus præcipiendum, vt ne sublime saperent, ac facilè tribuerent pauperibus: non autē dicit præcipiendū vt omnia à se alienarēt. Se C cūdus error eorū est, qui docuerūt Ecclesiasticos viros nō posse vllas possidere diuitias, nec agros, nec possessiones vllas, ꝙ talis fuerit vita Christi & Apostolorum. Cuius hæresis primi inuentores (vt refert Aug. lib. de hær. ca. 50.) fuerunt Vadiani siue Anthropomorphitæ, qui hac occasione se ab Ecclesia separauerūt, ꝙ dicerēt episcopis nō licere possidere diuitias. Post istos multo tempore secuti sunt Vvaldēses, qui & pauperes de Lugduno dicti sunt, qui teste ænea Syluio lib. de orig. Bohe. c. 35. dixerunt sacerdotes sola debere cōtentos esse eleemosyna. Quem errorem Marsylius quoque paduanus docuit, & Ioannes Vviclef, Vvaldensiū in omnib. pene imitator. Verūm hic error multis D cōciliis ac decretis etiā antiquissimis est reprobatus, vt licet videre 12. q. 1. & seq. 2. 3. 4. & 5.

cAIT AVTEM AD ALTERVM: SEQVERE ME. ILLE AVTEM AD DISCIPVLI SE IVS dixit.] Proponitur hic ab Euāgelista alius, qui nō vltro se ad sequendum ingerens, vt præcedēs, sed à Domino ad sequelam perpetuā & inseparabilem comitatum vocatus, vt patet ex Luca, paratus quidem sequi fuit, sed dilationem aliquam postulauit, idque pietatis in patrem exhibēdæ intuitu. Qui quanquam dicatur à Matthæo fuisse vnus E ex discipulis Christi, tamen ad sequendū, hoc est, ad adhærendū perpetuò Christo omnib. relictis inuitatur. Non enim omnes q discipuli Christi dicuntur ī euāgeliis, perpetui erāt comites Christi. Nā & Ioseph ab Arimathea discipulus Christi dicitur, occultus tamē ꝓpter metū Iudęorum, ob familiaritatē scilicet singularem quam habuit eū Christo. Sic & de isto discipulo credendū. Nisi velimus intelligere eum dici discipulum, qa postea talis erat. Porrò ꝙ precatur permitti sibi sepelire patrem dupliciter intelligitur. Quidā enim, inter quos Ambrosius, intelligūt patrē huius iā fuisse mortuum. Christū autem non permisisse huic etiam tanti tēporis dilationē quātam poscebat se pultura, ne vel per dispositionē paterni testamēti aut bonorum eius, vel amicorum colloquio in totum à se sequendo auocaretur. Alij verò putantes Dominū omnino permissurū ei patris sepulturā, si iam fuisset mortuus, ꝙ res hæc paruum tēpus desideraret, intelligunt per sepelire patrē, gerere curā patris vsq; ad sepulturā, sicut Eutichia Luciæ mater dicens filię: Tege primùm oculos meos, ab officio tegendi oculos petit inducias totius temporis vitæ suæ. Secundùm quem ītellectum quod sequitur in verbis Saluatoris: *Sine mortuos sepelire mortuos suos*; hunc habet sensum: Sine vt mortui curā habeant mortuorū suorū, ītāq; vtrobiq; mortui dicūtur homines mundo & secūdùm mūdū viuentes, sed ꝓpter fidei carentiam mortui. His autē verbis Saluator noluit īprobare officium sepulturæ mortuis exhibendum, aut curā patris filiis debitā: sed tātùm docere voluit humana posthabēda diuinis, maximè cū illa humana officia ab aliis commodè satis præstari possunt, atq; cùm ad diuiniora aliqua officia quisquā diuinitus vocatur, quemadmodū hic iā vocabatur. Nō enim Deus ad cœlestius & diuinius vnquā munus quē quā vocat, quādo id impediret eum ab officio alicuius aliis præstādo necessario. Itaq; quò significaret Dominus, quare sepulturam paternam ab ipso posthabendam vellet, adiecit: *Tu autem vade, & annuncia regnū Dei*, annunciationem regni Dei, hoc est, vitæ æternę, opponens sepulturę mortuorum quasi dicat: Etsi pium sit quod prætendis opus, tamen nō conuenit vt mortuorum causa discedas à sequēdo me qui vita sum, iis magis cōuenit mortuorū cura, q & ipsi mortui sunt: tibi verò, qui me vitam sequi, & per me viuere cœpisti, conuenit vt eorū curam habeas quæ ad regnū Dei, ac vitam illam beatā & sempiternā pertinent, vt scilicet vadas, & annuncies omnib. regnū Dei. Notant autē Chrys. Ambr. & Hilarius diligenter pronomē *suos*, quasi dicere voluerit Saluator, mortuis Deo relinquendā sepulturam eorum qui & ipsi mortui sunt Deo: Christianos verò viuentes Deo debere sepelire suos mortuos, nempe q in Domino moriuntur: & nō simpliciter eos debere sepelire, sed pro eorum salute Dominū deprecari, & oblationem corporis Domini facere, vt intelligūt Hilarius & Ambrosius. Dicendo, inquit Hilarius, dimitte, &c. admonuit non admiscēti memoriis sanctorum mortuos infideles. Et Ambro. Et propria quædam sepultura iustorum, de qua dictū est: Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Est & illa prophetica, vt supra sepulcra maiorum quædam ponamus, quæ lector agnoscit, infidelis intelligere nō debet, non quò cibus imperetur aut potus, sed sacræ oblationis veneranda cōmunio reueletur. Alludit autem Ambro. ad illud Tobiæ 4. Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti cōstitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.

ET AIT ALTER: SEQVARTE DOMINE, SED PERMITTE MIHI, &c.] Proponitur à Luca etiā tertius, qui & ipse, vt verisimile est, à Domino ad sequelam vocatus paratum quidē se exhibuit, sed dilationem honestatis prætextu postulauit, & talem dilationē, quæ nō multum temporis. quemadmodū superioris postulata dilatio, reqrebat, ob quod sibi putabat meritò con

cedendum quod petebat. Illud autem; *renunciare his qui domi sunt*, in Græco ambiguum est. Potest enim illud pro quo nos habemus; *his qui domi sunt*; videlicet τοῖς ἀπὸ τοῦ οἴκου μου, accipi in genere masculino, quomodo nos legimus: vel etiam in genere neutro, vt sit, τὰ ἀπὸ τοῦ οἴκου μου *quæ domi meæ sunt*, quomodo etiam quidam Latini libri habent. Quod si accipiatur in masculino, quemadmodum videtur maximè accipiendum, iam, *renunciare*, accipi hic debet pro valedicere. Nam hoc etsi verbum, *renūciare*, non propriè significet, dictio tamen Græca ἀποτάσσω frequenter significat, vt in Actis cap. 18. fratrib. vale faciens nauigauit in Syriam, ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος. Si verò accipiatur in neutro genere, A & accommoda est ad redarguēdū omnes qui susceptо quouis sancto vitæ instituto, ad earū rerum curā animo defiectūtur quas relictas oportebat. Quoniā enim iste, cui Dominus loquebatur, sese adixit sequelę Christi, quę exigit vt iā omnia sint relicta, omnibusq; sit valedictū, respiciebat sanè retro, dū renunciare postea domesticis voluit. Sic & monasteriū ingressus respicit retro, dū ad mundana negotia animū conuertit, desiderans ad ea redire, aut eis se implicare. Et Christianā religionē ac pœnitētiæ viā susciens, retro respicit, cùm ad vitia quæ reliqt, animo ac desiderio delabitur. Bene autē aratro hic metaphoricè significatur vitę melioris īstitutū & studiū, ad significandū labores virtutis, quib. mens hominis excolitur vt fructum faciat Deo vnde aliquando messis multa aranti colligatur. Cæterùm Paul⁹ simili metaphora, quāuis nō eadē, docet, omnibus quib. semel valefecimus posthabitis & neglectis, procedēdum in suscepto vitæ studio, scribens Philip. c. 3. quæ, inquit, retro sunt obliuiscēs, ad ea verò quæ priora sunt extendēs meipsum, ad destinatum persequor, ad brauiū supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Porrò hic meritò quęri potest cur reprehēsus sit iste qui voluit renunciare & valedicere suis, cùm non sit reprehensus Helizeus, q secuturus Eliam orauit sibi permitti vt iret & oscularetur patrem suum & matrē suā. 3. Reg. 19. Permisit enim id ei Elias, dicens: Vade & reuertere. Dicendum verò, primùm iure Christū maiorem perfectionem requisisse à suis discipulis, quàm potuit à suis reqrere Elias tēpore veteris testamenti, quòd à maiori & ad maiora vocarentur. Deinde Elizeū ad sequendū prompti ssimum nihil impulit nisi pietas quædā naturalis erga parentes. Hic verò satis notatur tum ex suis verbis, tum ex verbis Christi de solicitudine quadam mundana, promptitudinem sequendi nonnunquam nōnihil corrumpente & laxante. Ea enim solicitudo satis significatur dum voluit renunciare, & nō simpliciter valedicere domesticis omnibus suis, & nō solùm parentibus vel filiis: & cùm Christus significat eū respicere retrò, satis notat illum nō fuisse satis promptum, sed affectum eius fuisse diuisum. Non scribuntauté Euāgelistę quid de istis tribus factū sit, quandoquidem inde nulla nobis vtilitas. Satis enim eis fuit tres istas Christi responsiones, ac veluti apopthegmata plena gratię & prudentiæ recensere, & in his trib. significare nobis qualem oporteat esse eum qui Christū est secuturus. Primùm enim docemur, non debere sequenquam ingerere euangelizandi officio, commodi temporalis consequēdi gratia. Deinde eum qui vocatur diuinitus, nullam dilationē quærere debere, vel pietatis, vel honestatis prætextu, sed mox vocantem sequi debere, cura parētum ac domesticorum quorumcunque, & omnium bonorū aliis relicta. Quòd si verò hi q̄ parati erant sequi, sed dilationē aliquā postulantes, reprehensi sunt, qua reprehēsione digni, qui vocati seq planè renuūt, aut dilationem inhonestam prætēdunt: aut postquam sequi cœperunt, nō tantùm respiciunt retrò, sed & relicto aratro resiliunt, imò & recurrunt retrò, velut canes ad vomitū reuertētes? Eūdum enim post vocantem Dominū, simpliciq; animo eūdum, atque sine cunctatione. Nec inqt scriptura Ecclesiastici 5.) tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò em veniet ira illius, & in tempore vindictę disperdet te.

B Et propriā quæ dam sepultura iustorum, de qua dictū est: Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Est & illa prophetica, vt supra sepulcra maiorum quædam ponamus, quæ lector agnoscit, infidelis intelligere nō debet, non quò cibus imperetur aut potus, sed sacræ oblationis veneranda cōmunio reueletur. Alludit autem Ambro. ad illud Tobiæ 4. Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti cōstitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.

B AIT ADILLVM IESVS: NEMO MITTENS MANVM SVAM AD ARATRVM, &c.] Rursum hic notandum quemadmodū in priori respōsione, Dominū vsum translationib. Similitudinib. enim & metaphoris delectabatur Dominus, ꝙ ex efficaciores essent gratia sua & lepore ad persuadēdū animis vulgi quod dicebatur. Portò hæc D Domini respōsio dupliciter intelligitur. Primò, vt ad aratrū mississe manū intelligatur q euāgelizādi officio sese addixerunt, ad quod vocabant, & addicebantur quotquot ad sequelā Christi vocabātur. Sic itaque per aratrum intelligetur metaphoricè significati Euangelica prædicatio, qua in agro Dominico corda hominū præparantur & excoluntur ad fructificandū Deo, eritq; sensus: Quemadmodū ineptus est ad arandum, quisquis missa manu ad aratrū respicit retro, eo quòd araturus vt oportet E semper debeat in anteriora respicere: ita quisquis sese iam addixit euangelizandi officio, & respicit ad mundana negotia, quæ iam neglecta esse oportuit, ineptus est ad euangelizandum regnum Dei. Ita enim tūc illud *aptus est regno Dei*, ītelligendum est, videlicet vt illud prędicet, sicut priùs dictū est. *Vade, & annuncia regnum Dei.* Verùm rectius respōsio hæc saluatoris generaliter accipitur, vt manum ad aratrum misisse ītelligatur, quisquis se iā meliori vitę, ac iustitię virtutisq; laborib. cōsecrare decreuit. Hic itaq; ineptus est regno Dei etiam consequendo, si respiciat retro, hoc est, animū suū deflectat ad ea quæ relicta esse oportet, vt vitā iā cui se addixit prosequatur. Sic enim sententia hęc generaliter accepta & proposito optime cōuenit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARIS TEMPESTAS IVSSV CHRISTI SEDATVR.

MATTH. 8. MARCI 4. LVCAE 8. CAP. XXX.

†b.illis ◁b.o Transeamus. a b.factus est b.implerentur nauis †c.accedentes autem ◁b.excitant eum & dicunt †b Et †c.At ◁b.o. imperauit ventis ◁a.o.cõminatus est vento c.& mari †c.Qui ◁f.dicentes c.o.inuicẽ †a.Quis ◁b.rem uit.

FActum est autem in vna dierum & ipse ascendit in nauiculam, f & a ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum f discipuli eius. b *Et ait*† *ad illos* b *in illa die cùm serò esset factũ:* b ◁ *Transfretemus* b *contra,* c *trans stagnum. Et ascenderũt* b. *Et dimittentes turbam, assumunt eum ita vt erat in naui, & aliæ naues erãt cum illo.* c *Et nauigantibus illis obdormiuit.* a *Et ecce motus magnus factus est in mari,* b *&* ▷ *descendit procella* b *magna* b *venti* c *in stagnũ* b *& fluctus mittebat in nauim:* c *ita vt nauicula operiretur fluctibus'.* c *Et cõplebantur, & periclitabantur.* a *Ipse verò dormiebat,* b *& erat ipse in puppi super ceruical dormiens f. Et* † *accesserunt* a *ad eũ discipuli eius.* f *Et* ◁ *suscitauerunt eum dicentes' illi:* b *Magister* b *non ad te pertinet quia perimus?* a *Domine saluã nos, f perimus.* f *Et dicit eis* a *Iesus:* c *Quid timidi estis,* a *modicæ fidei?* c *Vbi est fides vestra?* b *Necdum habetis fidem?*† f *Tunc* c *ille* f *surgens* ◁ *increpauit ventum f & tempestatem aquæ',* b *& dixit mari: Tace & obmutesce.* b *Et cessauit* b *ventus,* f *& facta est tranquillitas* c *magna.*† f *Porrò homines* c *timentes f mirati sunt* b *& timuerũt timore magno,* ▷ f *& dicebant* b *ad alterutrum':*† f *Quisputas' hic est, quia* c *& ventis & mari imperat, &* ◁ c *venti & mare* f *obediunt ei?*

ET IPSE ASCENDIT IN NAVICVLAM, f ET a ASCENDENTE EO, &c.] Discipulos secutos Christum dicit, ad distinctionem turbę quam Christus reliquerat. Verùm ex Marci narratione collata cum aliis Euangelistis, & maximè cum Matthęo, duplex hic oritur difficultas ad cõcordiam pertinens Euangelistarum. Marcus enim transfretationem hanc videtur significare facta in vespera eius diei qua Christus è naui locutus est eas parabolas quæ habentur Matth. 13. Nam cùm eas parabolas etiam Marcus cõmemorasset cap. 4. postea subiungit: *Et ait illis in illo die cum serò esset factum: Transeamus contra.* Eam tamen transfretationem nõ eadem illa die contigisse est manifestissimum, non quidem ex eo quòd Matthęus longè ante eas parabolas describat hanc transfretationem (nam intelligi posset per præoccupationem hæc Matthæum scripsisse) sed primùm ex eo quòd ex Matthęo satis cõstet ea die qua eas parabolas è naui Dominus fuit locutus, non illum transfretasse. Nam dimissis turbis dicit eum venisse in domum, ac tunc discipulos interrogasse intellectum parabolæ zizaniorum. Deinde ex eodẽ Matthæo satis cõstat ante suam vocationem contigisse hanc transfretationem: parabolas autem illas Dominum è naui dixisse, non solùm post Matthæi vocationem, sed etiã post duodecim Apostolorum cõstitutionem, etiam ex Marco euidẽs est. Dicit enim Marcus, eos qui cum Domino erant duodecim, interrogasse eum cùm esset singularis, quæ esset parabola seminantis. Postremùm nõ eadem die contigisse transfretationem qua parabolas illas è naui Dominus dixerat, ex Luca etiã satis patet. Is enim cùm etiam cap. 8. parabolas illas commemorasset, subiecit: *Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam*, &c. Si verò eadem die qua superiora gesta fuissent quę sequuntur certè dicturus fuerat: Factum est in hac die; nõ autem, *factum est in vna dierum*, quomodo videri potest locutus Lucas studio, vt insinuaretur quomodo Marcus post quem ille scripsit, esset intelligendus. Itaq; cùm dicit Marcus, *factũ est in illa die, cum serò esset factum*, intelligendum est diem positum esse pro tempore, vt sit sensus: factum est in illo tẽpore, quo scilicet Christus prædicabat ĩ ea lilęa. Aut sensus est: Factũ est in tali aliqua die, qua scilicet è naui Christus docuerat turbas. Alteradifficultas est, quòd Matthæus significet Christum præcepisse discipulis suis transfretari antequam esset in naui: Lucas verò & magis adhuc Marcus significat id præcepisse illis cùm iam esset in naui. Lucas enim sic habet: *Ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius. Et ait ad illos: Transfretemus trans stagnũ.* Quod verò sequitur; *& ascenderunt*; non sic accipiẽdum vt sit sensus. & ascenderunt nauim, eùm priùs dixerint eos ascẽdisse. Et Græce est ἀνήχθησαν, quod est, soluerunt à littore, aut potius, subducti sunt', videlicet in altum à littore soluentes. Vnde illud, *& ascenderunt*, accipiendũ, & ascẽderũt in pfundũ maris. Marcus verò sic habet, *Et ait illis in illa die cùm serò esset factũ, Transfretemus contra'.* *Et dimittentes turbam assumunt eum ita vt erat in naui*, &c. Ex quibus satis cõstat, Christum cùm in naui esset præcepisse discipulis vt transfretarent. Proinde quòd constet omnium Euangelistarum narratio, sic se videtur habere res gesta. Primò Christus in terra aut ciuitate aliqua existens, iussit discipulos parare nauim ad transnauigandum, ex quo loco cùm proficisceretur ad mare in via, accesserunt ij de quibus prius dictum est, Dominum sequi volentes. Deinde cùm nauim cum suis discipulis cõscendisset, atque è naui turbam quæ sequebatur quędam docuisset, vesperа imminẽte iam rursum suis vt transfretarẽt præcepit: ac tũc, vt habet Marcus discipuli dimittentes turbam, hoc est separantes se à turba, solutẽdo scilicet à littore, assumpserũt eum, in altum scilicet & profundum maris. sic vt erat in naui docens populum. Nõ enim illud, *in naui*, coniungendum est cum verbo, *assumpserunt*, quasi prius non fuisset in naui. Nam sic dicendum fuisset in nauim: sed significare voluit Euangelista discipulos iussos transfretare Christum, ita vt sederet in naui docẽs populum, antequã situm illũ mutaret quẽ posteà mutauit, assumpsisse ĩ altum, significans hoc modo promptam ac celerem executionẽ discipulorum, & neglectum mollicięi aut curæ suiipsius in Christo. Quod autem sequitur; *& aliæ naues erant cum illo*, vel cum illa, nam apud græcos relatiuum ὧν τῷ referri potest vel ad Christum, vel ad datiuum πλοίῳ id est, nauĩ. Caietanus intelligit naues illas fuisse cum naui in qua erat Christus: cùm iã discipuli Dominum in mare assumerent verũ eas ibi derelictas, nec simul cũ naui illa profectas. Verùm rectius secũdum alios intelligitur & has simul cũ Christo profectas, imò & idẽ periculũ passas. Nã Matthęus posteà dicit homines miratos dixisse: *Qualis est hic?* Non dixisset autem *homines*, si soli discipuli hoc miraculum vidissent & admirati fuissẽt, & nõ etiã turbæ, quas per homines eum significasse intelligit Chrysost. Illos ergo homines significat, qui in illis erant nauibus quasi cum naui Christi dicit fuisse Marcus.

ET NAVIGANTIBVS ILLIS OBDORMIVIT. ET ECCE MOTVS, &c.] Obdormiuit Dominus, partim quidẽ vt ostenderet naturæ humanæ susceptæ veritatem, dum corpus diurnis fessum laboribus vespertino tempore somno refecit: partim verò & potissimum, vt exorta tempestate, ipso dormiente, maior esset timoris & inuocandi opem eius occasio. Si enim ipso vigilante tempestas hæc oborta fuisset, aut non timuissent, discipuli, aut credidissent illo inuito eã contigisse. Dispensatorie autem per immissam tempestatem discipuli in hũc timorem permissi sunt incidere, per quem ad inuocandam Domini opem coacti sunt confugere, tum vt imperfectionem fidei suę agnoscerent, tum vt à magno illo timore Domini potẽtia subitò ac mirabiliter liberati, maiorẽ de eo fidem & existimationem conciperent. Itaq; voluit Dominus & ipsos discipulos sibiipsis, & se illis magis innotescere. Quod verò ad mysticum attinet sensum, hæc tempestas typus quidem erat tentationum futurarum, ad quas suos discipulos athletas orbis futuros exercere iam Dns voluit. Futurum enim erat, vt cùm discipuli Christũ in mari huius mundi essent transuecturi, (quod facerunt cùm prouehebant sermonem euãgelicum) multi grauesque tumultus excitarentur contra eos. Aduersus quos tumultus ac tẽpestatẽ suos dominus cõfirmabat, docens nullã tẽpestatẽ aut oppugnationem quantumuis atrocẽ, metuẽdam iis q toto pectore fiduciã haberent in ipsum: simulq; ostendens omnes eos qui se cõsecrarent illi, nõ fore ab omni tentatione & periculo liberos, quin potius pericula illos manere quãdiu in pelago huius mũdi cũ ipso in naui, quæ est Ecclesia, nauigãt, & nec dum in littus regni cœlorũ peruenerũt. Operępretium est autem hic videre quo pacto Deus suos soleat tentare aut tentari permittere. Nam tentationis, quę hic factos manet, natura hoc loco graphicè est depicta. Tempestatem enim immisit sęuam, neq; hoc cõtentus, operiri etiã fluctibus nauim ac impleri aqua sinit, ad hæc summè periclitantes visus est prorsus negligere. Illis enim iam extrema expectãtibus, sęeurus ipse dormit strat° in puppi. Sic sane probãtur facti, vt nõ solùm supra quàm videantur sibi ferre posse affligantur, (nam Paulus Corint. scribẽs: Nolo, inquit, vos ignorare fratres, quoniam grauati sumus supra virtutẽ) sed simul ita se Deus erga illos exhibet, etiam cùm actũ de eis iam videtur, vt nullam eorum rationẽ habere existimetur. At non sinit tamẽ spiritus sanctos despondere animum, vtcunque omnia videantur deplorata. Sicut enim hic discipuli, etsi nihil certius morte expectarent, nequaquam tamẽ omnẽ spẽ prorsus abiecerunt, sed dominum excitarunt, imploraueruntq; opem, quo facto, mox tempestas mirabiliter sedata est: ita & omnib. sanctis vsuenit, nobisq; sic faciendum est, vt quoties periclitamur, & Christus nobis dormire videtur, vellicemus eum piis precibus, ac expergefaciamus eum assidua interpellatione, & illico tẽpestas vertetur in tranquillitatẽ. Contingit autem nos periclitari, Christumq; nobis dormire, siue cùm prauis cupiditatis concupiscentiis aut diaboli suggestionibus ad peccatum sollicitamur, Christo per fidem in cordibus nostris habitante, nõ statim eas suggestiones expellente, sed sinente aliquandiu nos illis oppugnari: siue cũ externis malis ita affligimur, vt nulla salutis spes videat, nec diuini adiutorij cõsolatio sentiatur. Cæterùm vt hic discipuli tentati sũt ad hoc vt & seipsos & Dominum melius agnoscerent, ita in hoc sancti tentantur & tentari permittuntur à Deo, vt Deus & ipsimet sibi melius innotescerent, vt & de seipsis sentiant modestius, & de Dei erga se declarata bonitate augustius.

ET DICIT EIS a IESVS: c QVID TIMIDI ESTIS, MODICAE FIDEI? & VBI EST.] Increpauit Dominus & discipulos suos, & ipsam maris tempestatem, sed incertum ex Euangelistis vtra increpatio fuerit ptior, nisi qđ ex Matthæo magis apparet, atq; exipsis verbis saluatoris, priorẽ fuisse discipulorũ increpationẽ, quanquã eã Marcus & Lucas posteriori loco ponant. Matthęus enim magis ordinem videtur obseruasse, dũ dicit: *Tũc surgẽs*, &c. & illud, *quid timidi estis*, significat discipulos adhuc timore periculi pręsentis correptos. Et priùs certè cõueniebat vt tolleretanimi eorum turbationem quàm turbationem maris, quòd fidei imperfectio obesse posset faciendo miraculo. Semper enim ferè fidem Dns antequã miraculũ operetur, exigit. Sic & in cõsolatione sanctorũ, in tentationib. ipsorum, priùs Dominus animos eorũ suo afflatu & inspiratione erigit, deinde à malis si expedit, liberat. Increpat autem D ns discipulos, nõ quòd illum excitauerunt, opemq; eius implorauerunt, id enim erat fidei, atq; fiduciæ cuiusdam argumentum: sed quòd tam anxij trepidarunt, cõsternatiq; penitus, ceu actũ deeis fuisset, clamauerũt. Diffidẽtiæ enim erat quod dixerũt, *perimus*: nimiã cõsternationem indicabat, qđ cũ geminatione clamauerunt: *Præceptor præceptor*, vt est apud Lucam Græcis. Vnde dicit, *quid timidi estis?* & additur in Græcis apud Marcũ εὕτως hoc est, sic vel adeo, vt intelligatur nõ simpliciter redarguisse omnem illorum timorẽ, (cùm fieri facilè nõ posset quinin talirerũ statu naturalis aliqs timor animũ hominis, etiã in fide perfecti, inuadat) sed timorẽ illum magnũ quo cõsternati erant. Hoc em erat argumẽtũ infirmitatis fidei eorum, nempe quòd nõ crederent eũ Deum esse, qui etiãsi dormiret, curam illorũ haberet: aut quòd nõ satis cõfiderent, se per illũ ab omnibus periculis & malis fore liberos: quemadmodum tamẽ iam cõfidere debuissent propter illius promissiones, & cõspectam in ædibus miraculis potentiã. Dico autẽ quòd nõ crederent, &c. aut quòd nõ confiderent. Fides enim hoc loco dupliciter accipi potest. Nã à quibusdã accipitur pro credulitate, vt ideo intelligatur accusasse Dominus discipulos imperfectionis fidei, quia nõ credidissent eũ Deum esse qui etiam dormiẽs posset eos periculo liberare. Ab aliis verò cõmuniter hic & in similib. locis accipitur pro fiducia, vt intelligãtur discipuli ideo vocati ὀλιγόπιστοι, hoc est, parũ fidentes, & modicę fidei, quia nõ satis cõfidebãt se esse tutos Christo dormiente, nec habuerũt perfectã illã in Dominũ fiduciã quã debuissent. Porrò cũ fidẽ habuerint etsi imperfectã; illud marci: *Nec dũ habetis fidẽ*: sic debet intelligi: Necdum habetis fidẽ illam perfectam in me, quã iam meritò de me concepisse debuisseti: Sic & illud Lucæ: *Vbi est fides vestra?* perfecta scilicet illa quam toties inculcaui quamque præ vobis tulistis, omnibus relictis me sequẽtes. Id enim rectè accipitur significare articulus apud Græcos appositus, πεῦ ἡ πίστις ὑμῶν; vbi est illa fides vestra? Vnde Augusti. in 2. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

consensu Euangelist.c. 42.exponendo illud; *Nec-dū habetis fidē?* id est, inquit, illam perfectam velut granum sinapis.

TVNC SVRGENS INCREPAVIT VENTVM ET TEMPESTATEM AQVAE, b ET DIXIT MARI.] Pro eo qđ in Luca est *increpauit*; in Marco *cōminatus est*, in Matthęo *imperauit*, Græcis vnū idemq; verbū est, de quo prius est dictū, nempe ἐπετίμησε, quod cū propriè significet increpare, hic tamē aliisq; multis scripturæ locis accipitur pro præcipere veluti cum cōminatione & ira. Vnde Marcus declarās quomodo increpauerit mare, dicit Dominum dixisse: *Tace & obmutesce*: quę verba præcipientis potius sunt quàm increpantis. Et Lucas postea dicit, discipulos admiratos dixisse, *ventis & mari imperat*, vbi Græcis non est verbū ἐπιτιμᾷ, sed ἐπιτάσσει, hoc est propriè, imperat & præcipit. Creaturis autem his Dominus imperauit, nō quòd sēsibiles essent, quemadmodū quidā hæreticorū crediderunt omnia esse quædā animantia, sed ad ostēdendū vocē suam etiā esse efficacē in has creaturas, easq; se suæ volūtati & imperio habere subiectas, qđ solius est creatoris & Dei. Bene Hieronymus super hoc loco: Et ex hoc, inquit, loco intelligim⁹ quod omnes creaturæ sentiāt creatorē. Quas enim increpauit, & quib. imperauit, sentiunt imperantem, nō errore hæretico rum, qui omnia putāt animantia, sed maiestate cō ditoris, quæ apud nos sunt insensibilia, illi sunt sensibilia. Sentire autem creatorem has creaturas dicit quòd vox eius in eas esset efficax. Porrò quod Dominus non solùm dicit: *Tace*, sed addit etiam, *obmutesce*, augmentum illud etiam celeritatem indicat, veluti dicas: Mox obmutesce. Et mox quidē cessauit ventus, nec solùm facta est tranquillitas: sed magna etiam tranquillitas. Vbi duo notanda occurrunt. Et primùm, quòd omnis cōfestim tempestas soluta est, & ne vestigiū quidem turbationis remanserit, cùm naturale sit vt fluctibus & tempestate cessantibus, vsque ad multū tempus aquę cōcutiantur. Secundò, q, cùm priùs dictum sit, facta est procella magna venti, nunc dicitur, facta est trāquillitas magna. Nā pro modo afflictionis solet esse & cōsolationis modus, vt est Psal. 93. & 2. Cor. 1. Dauid enim sic habet: Secūdùm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Paulus verò sic: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christū abundat cōsolatio nostra. Hic autē iam impletū est in Christo qđ de Deo priùs dixerat Psalmista Psalm. 106. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aqs multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit, & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius, & reliqua quæ sequuntur.

PORRO HOMINES MIRATI SVNT, h ET TIMVERVNT i TIMORE MAGNO, k ET DICEBANT.] Marcus & Lucas discipulos timuisse & admiratos dicunt. Nam postquā dixisset Lucas Dominum discipulis dixisse: *Vbi est fides vestra?* subiicit. *Qui timentes mirati sunt, adinuicem dicentes.* Matthæus verò homines miratos dicit, intelligens per homines, secundum Chrysostomum, Hieronymum, & Hilarium, turbas. Nam, vt dictum est, prēter discipulos etiam alij aderant in aliis nauibus, quamuis rectè accipiatur Matthæus per homines discipulos simul cum reliquis comprehendisse. Neque enim discipuli perfectam adhuc de Christo habebant fidem & existimationem. Videbant enim eum vti nauigio ad transfretationē ac dormire, quæ verum hominem arguebant; videbant rursum cum potestate imperantem his rebus quæ nullū cedunt, easq; mox obsequentes habere, vnde pluspuam hominem esse colligebant, proinde & magno timore continebantur, metuētes scilicet ne quem pro homine coluerūt, non satis dignè de eo sentirent, nec satis dignè venerarentur, & admirantes dixerunt: *Qualis est hic?* quasi dicant, oportet esse longè alium, longeque maiorem esse quàm eum hactenus habuimus, quia non solùm morbis & demonibus, sed etiam ventis & mari, rebus scilicet quib. nemo efficaciter imperare valet, quarumque vim nemo cohibere potest, imperat, & ad solum eius imperium obediunt, oblitæ suæ naturæ. Et meritò sanè hoc miraculum in maiorem eos extulit timorē simul & admirationem quàm præcedentia. primùm, qa nullus vnquā tale quid operatus fuerat. Neque enim virgam extendit, sicut Moyses: neque se aquis admouit, aut preces ad Deū fudit vt alij: sed cum potestate imperabat, sicut dominus seruis, & creator creaturis. Deinde quia in scripturis ꝓ voluntate cōmouere & rursum compescere mare, Deo quasi proprium & summę potestatis eius declaratiū tribuitur, & à Deo sibi vsurpatur. Nā Isaię 51. Ego, inquit, sum Dominus Deus tuus, q cōturbo mare, & intumescunt fluctus eius. Et Psal. 64. Qui conturbas profundū maris sonū fluctuū eius; vel, vt habent Hebræa, qui cōpescis fremitum maris, & fremitum fluctuum eius. Hic autē animaduertendum, quis fuerit fructus miraculorum Christi. per ea enim ad potentiæ eius admirationē pro mouentur homines, vt videant quàm tutò se illi cōmittant qui omnium habet potentiam, quātóque timore & reuerentia, vt Deum ipsum, suscipere & adorare debeant. Porro vt quemadmodum priùs dictum est, quod attinet ad mysticū sensum huius tempestas immissio & sedatio, typus quidā erat tentationum, quæ discipulis Christum prędicaturis euenturæ erant, imò & earū quæ singulis iustis accidunt in hac vita: ita & earum quæ Ecclesiæ Christianæ quouis tēpore obuēturæ erant. Hæc enim illa navis est, in qua vehitur in huius mundi pelago cū suis Christus, quæ olim hæresibus ac persecutionib. agitata nonunquam etiam vsque ad desperationem, nunc certè rursū miserè fluctuat, hinc cōcussa Turcarum impugnatione, hinc hærcsum diuersarū iniquietata ventis, hinc Christianorū inter sese belligerātium distracta discordiis. Atque ī hac misera fluctuatione dormit Christus, nō solùm qa oblitus videtur suæ Ecclesiæ, sed in puppi, vbi rector nauis vigilare debet, dormit super ceruical, quia in episcopis & pastoribus, aliisq; populi sui rectoribus, quib. commissa est nauis huius gubernatio, dormit, dū voluptatibus dediti, commissi sibi gregis curam nō gerunt, neque cōmuni Ecclesiæ periculo adeo cōmouentur, vt experrecti cogitent quæ sint officij eorum. Proīde cùm istud fieri videmus nostrū fuerit piis precibus inclamare Christum, nec cessandū si nō statim audit inclamatus, sed stimulādus & vellicādus, donec expergefiat, vt dicamus cū psalmista: *Psal. 43* Exurge, quare obdormis Domine: exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis, obliuiscēris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ?

Mysticus sensus.

Exurge

Exurge Dñe, adiuua nos, & redime nos propter A nomē tuum. Nec dubium quin si nostro non defuerimus officio, naui Christi quæ periclitari potest, mergi non potest, mox restituetur tranquillitas magna, Christo nostris precibus excitato, & solo suo iussu motus omnes compescente.

SANATIS IN REGIONE GERASENORVM DVOBVS dæmoniacis, dæmones porcos ingressi præcipitantur in mare. Matthæi 8. Marci 5. Lucæ 8. CAPVT XXXI.

†b, o. exeunti de naui. ◁ h. homo in spiritu immundo. ‖c o. Ita vidit. †c. procidit ante⁹. ◁ c Exclamauit. †b Et interrogabat eum. ◁ c at ille dixit. ‖c rogauerunt illū. †c multorum pascentium. ▾c o regebant. c o permisit. †c abiit præcipit in stagnum. ▾c & suffocatus est. b* autem ‖c o villas †c exierunt autē videre quod factum est. ▾b o sanæ mētis. ‖c nunciauerunt autem illis & c Et rogare cœperunt c Et rogauerūt. ◁ b discederet. ‖c ab ipsis †a Et ascendēs in naviculā ◁ c. Et rogauit eum vir à quo dæmonia exierant. ‖c eo autē †h aut. ▾c narra. c fecit.

ET cùm nauigauerūt ad regionē Gerasenorū quæ est cōtra Galilæam. b Et venerūt trans fretum maris in regionem Gerasenorū. b Et cùm †de naui egressus esset ad terrā, b statim b occurrit b de monumētis b ◁ vir quidā qui habebat dæmoniū, c iam tēporibus multis, & vestimēto non induebatur, neque in domo manebat: sed b qui domicilū habebat b in monumētis. b Et neq; catenis iā quisquā poterat eū ligare, quoniā sæpe cōpedibus & catenis vinctus dirupisset catenas, & cōpedes cōminuisset: & nemo poterat eū domare, & semp die ac nocte in monumētis & in mōtibus erat clamās, & cōcidens se lapidibus. b ‖ videns autē Iesum b à lōgè, cucurrit & b †adorauit eum, & ◁ clamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi est b fili Dei altissimi? Obsecro te, b adiuro te per Deū b ne me torqueas. c Præcipiebat enim spiritui immūdo vt exiret ab homine. b Diu enim illū: Exi spiritus immūde ab hoīe isto. c Multis enim tēporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & cōpedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. †b Interrogauit aūt illū Iesus, dicēs: b Quod tibi nomen est? ◁ Et dicit ei: Legio b mihi nomen est, quia multi sumus: c quia intrauerāt multa dæmonia in eum. b Et ‖ deprecabātur eum multū, ne se expelleret extra regionē, [&] ne imperaret illis vt in abyssum irent. b Erat autem ibi b circa montē b grex porcorū † magnus pascens s in agris [&] c in mōte. b Et ◁ deprecabātur eum b spiritus, c vt permitteret eis in illos ingredi, b dicētes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. b Et ‖ concessit eis statim Iesus. c Exierunt ergo dæmonia ab homine, b & b exeuntes spiritus immundi b intrauerūt in porcos: & b ecce impetu grex † præcipitatus est in mare b ad duo milia, b ◁ & suffocati sunt in mari. c Quod vt viderunt factum b qui b pascebant eos fugerunt: & nuntiauerūt in ciuitatem & in ‖ agros: † egressi sunt videre quid esset factum, & venerunt ad Iesum, c & inuenerunt hominem à quo dæmonia exierant, b & vident illum qui à dæmonio vexabatur b sedētem, vestitum, ac ◁ sana mente c ad pedes eius, b & timuerunt. ‖ Et narrauerunt illis qui viderant b qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat, c quomodo sanus factus fuisset à legione: b & de porcis.

QVÆ MARCVS ET LVCAS DE VNO NARRANT, Matthæus de duobus scribit hoc modo:

ET cùm venisset Iesus trans fretum in regionē Gerasenorum, occurrerūt ei duo habētes dæmonia, de monumētis exeuntes sæui nimis, ita vt nemo posset trāsire per viam illam. Et ecce clamauerūt, dicentes: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tēpus torquere nos? Erat autem non lōgè ab eis grex multorum porcorū pascens. Dæmones autem rogabant eum dicētes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce magno impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nuntiauerūt hæc omnia, & de iis qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiā Iesu. Et viso eo † rogabāt eum c omnis c multitudo regionis Gerasenorum ◁ vt trāsiret ‖ à finibus eorū, c quia magno timore tenebantur. †f Ipse autem transcēdens nauim c reuersus est [&] a transfretauit. b Cumque ascenderet nauim ◁ b cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat vt esset cum illo, b & non admisit eum: sed c dimisit * eū Iesus, b † dicens b illi, Vade, c redi in domum tuam b ad tuos, b & ◁ annuntia illis quanta tibi Dominus ‖ fecerit, b & misertus est tui. b Et abiit c per vniuersam ciuitatem prædicans, b & cœpit prædicare in Decapoli b quanta sibi fecisset Iesus, b & omnes mirabantur.

ET NAVIGAVERVNT AD REGIONEM GERASENORVM, QVÆ EST CONTRA GALILÆAM.] ET, &c. Pro *Gerasenorum*, apud Matthæum in Græco est γεργεσηνῶν, id est Gergesinorum. Apud Marcum verò & Lucam est γαδαρηνῶν, hoc est, Gadarenorum. Porrò Hierony. in libro de locis Hebraicis, Gargasi dicit esse ciuitatem trans Iordanem iunctam mōti Galaad, quam tenuit tribus Manasse. Et hæc, inquit, nūc dicitur Gerasa vrbs insignis Arabię. Vnde patet idem esse siue dicatur Gergesinorum, siue Gerasenorum. Addit autem Hierony. Quidam autē ipsā esse Gadarā existimāt. Ex quibus verbis multi intelligunt vnam eandemq; ciuitatem tria hæc habuisse nomina Gargasi, vnde est Gergesinorū Gerasa, vnde est Gerasenorū: & Gadara, vnde est Gadarenorū. Sed ex Iosepho manifestū est diuersas fuisse ciuitates, quarum altera dicta sit Gadara, altera Gerasa, ambas tamē trans Iordanem sitas non longè, vt apparet, ab inuicem, in regione Galilææ oppositas, quam ipse vocat regionē Trasamnianam, cuius metropolim validissimā dicit fuisse Gadarā lib. 5. de bello Iud. cap. 3. Itaq; fieri potest vt eadem hæc regio ab vtraq; ciuitate nomen acceperit, & vt diceretur regio Gerasenorū, & regio Gadarenorum. Interpres autem ideo videtur nomen Gerasenorum, posuisse in Matthęo, Marco & Luca pro Gergesinorum & Gadarenorum, quia illud suo tempore notius esset & cōmunius. Nam Hierony. in Abdiā scribit eam Arabiæ partem, quæ priùs Galaad dicebatur, suo tempore dictam Gerasam. Præter auctē Gadaram quæ erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

trās Iordanem, erat altera citra Iordanem, vt apparet ex Iosepho lib. 3. cap. 6. belli Iudaici. Et Ios. 15. fit mentio cuiusdam Gadaræ in tribu Iuda. A

[b]ET CVM DE NAVI EGRESSVS ESSET [c]AD TERRAM, [b]STATIM OCCVRRIT DE, &c.] Quāuis Matthæus duos occurrisse Christo dæmoniacos scribat, quorū dæmones ingressi porcos præcipitauerūt eos in mare. Marcus tamē & Lucas vnius solius faciunt mētionem, nō asserētes tamē vnū solum fuisse, & ob id non cōtraria Matthęo scribētes. Vnius autē tātùm faciūt mentionem, siue ꝙ hic inter duos illos clarior esset & famosior, per cuius curationē fama Christi latius clariusq; fragrauerat, vt vult August. siue, vt vult Chrysostomus, ꝙ hic sæuior esset, vnde eius sęuitia latā descriptionē à Matthæo prætermissam hi duo Euāgelistæ prosequūtur. Potest & ob id videri vnius tātùm ab eis factam mētionem, ꝙ fortè hic solus fuerit, qui curatus Christū sequi voluerit, & à Christo missus lōgè lateq; ipsum prędicauerit. Nā de suis duob⁹ nihil tale narrat Matthęus. Porrò apud Græcos in Luca duo addūtur verba quæ desunt apud nos. Habent enim, *occurrit ei vir quidam è ciuitate*; quod tamen nō sic est intelligēdū quasi è ciuitate occurrerit Christo, dicitur enim à Marco è monumentis occurrisse, & in desertis ac mōtibus habitasse, sed quia vir ille fuerit ex illa ciuitate oriūdus. Diligēter aūt Marcus & Lucas dęmoniaci huius statum & miseriam explanāt, vt & dæmonū malitiam, & Christi potētiam magis exprimerent. Itaq; dicūt eum multis tēporibus hoc malo afflictum fuisse, nudū incessisse, in domibus non mānsisse, nullis catenis vinciri, nec vlla ratione domari potuisse, in deserta actū, in monumētis habitasse, ibiq; lapidibus sese cōcidisse, ac, vt habet Matthæus, oibus trānseuntibus timori & horroti fuisse. Quæ oia summā eius qui sic à dæmonio agitabatur miseriam, Christi misericordia dignam, ac dæmonū insuperabilem malitiā & sæuitiam in homines, sola Christi potētia superabilē significant. Vt autē intelligatur melius quomodo hi dæmoniaci habitauerint in monumentis; idq; in desertis & mōtibus, sciendū quòd Iudæi suos non sepelierūt in ciuitatibus, ne cōtaminarētur, sed extra ciuitatē, in agris, & maximè in mōtibus & desertis locis, vbi vnaquæq; ferè familia suum habebat sepulcrū, in aliqua rupe excisum, aut in aliqua spelūca delectū, aut ex lapidibus & ex fossione extructum, tantā habens altitudinē & latitudinem, vt multi erecti illud ingredi possent, & multi in eo simul sepeliri. Patet istud ex variis scripturæ locis, videlicet ex sepulcro Dñi, sepulcro Abrahæ, & sepulcris de quibus legitur 4. Reg. 23. vbi dicitur Ioas vidisse sepulcra quę erāt in mōte, misisseq; & tulisse ossa de sepulcris, & per ea poluisse altare in Bethel. Hinc etiā est quòd toties in scripturis dicantur quidam illati vel non illati in sepulcris patrum suorum. Itaq; mirum videri nō debet, si dæmoniaci isti in sepulcris habitarēt, idque in mōtibus & desertis. Vt autē hic manerēt, diabolus eos adegit. Primùm quidē, quoniā summè gaudēt crudelitate & sæuitia, in eis & per eos omnem quam permittebātur sæuitiam exercere volebant. Iam magnę cuiusdam crudelitatis erat, sepulcra ingredi, atq; in eis, inter mortuorū ossa, quæ omnes religioso quodam metu, aut naturali aliquo horrore attingere abstinent, versari: maioris etiam crudelitatis erat, ex eisdem occurrere & inuadere viatores, qui sanè hac ratione magis percellebātur metu & horrore. Deinde secundùm Chrysost. & Theophy. hac ratione dęmones pernicioſum dogma persuadere hominibus volebāt, videlicet quòd animæ morientiū dæmones fiant: vnde, inquit Chrysostomus, aruspices occidunt pueros, vt animam eorum cooperantem habeāt, propter quod & dęmoniaci clamant, anima illius ego sum. Certè August. lib. de hæres. cap. 86. Tertulliano eum tribuit errorē, quòd senserit animas hominum pessimas, post mortem cōuerti in dæmones. Postremū hac ratione declaratū est quibus rebus maximè dęmones delectētur, videlicet hominum morte: ac vbi sit illorum pars, videlicet nō inter viuos, nec in terra viuētiū, sed inter mortuos. Verū hìc quæri potest cur dæmones dæmoniacos hos adegerūt ad occurrēdū Christo, cùm potius fugiendum eis fuisset ab ipso. Dicunt quidam, dæmoniacos hos strepitu appellētiū hospitum excitatos, ꝓcurrisse in occursum Domini, vt quēadmodum consueuerāt impetum facerent in eum cū suis. sed postea dæmones sentiētes illius in seipsis vim, agnouisse illū, ac prostratis istis dęmoniacis illū rogasse ne eos torqueret. Verū cùm Marcus de altero istorū dicat, quòd videns Iesum à longè cucurrit, & adorauit eum, &c. quo vtique satis significatur non occurrisse in principio animo inferendi nocumētum, rectius dicitur dæmones istos occurrisse Christo, & ad occurrendū dęmoniacos adegisse, partim ꝙ Christi virtute cogerētur aduenire & occurrere, partim quòd sentiētes dæmones præsentiam alicuius qui eos torqueret, sperarent se humili supplicatione aliquid quod vellent posse impetrare. Quoniam enim isti dæmoniaci adeo sæui erāt vt nemo eos ad Dominum adducere posset, ipsemet ad eos curādos venit in hanc regionē, atq; in ea existens occurrere eos sibi. Neq; em cōueniebat vt vsq; ad eos iret, eosque requireret, ne gloriæ cupidus videretur. B C D E

[b]QVID MIHI ET TIBI EST [b]FILI DEI ALTISSIMI; [c]OBSECRO TE, [b]ADIVRO TE.] Non volūtatis, ait Hierony. ista cōfessio est, quam præmium sequitur cōfitētis, sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos: velut si serui fugitiui post multum tēporis dominū suum videant, nihil aliud nisi de verberibus deprecentur. Sic & dæmones cernentes Dominum in terris repentè versari, ad iudicādos se venisse credebāt. Hæc ille. Porrò dæmon inter audaciam & metum hęrens per timorem veneratur, filiumq; Dei prædicat, ac ne expellatur aut torqueatur obsecrat: per audaciā verò cum Domino expostulat, dicēs: *quid mihi & tibi*; ac etiā adiurare præsumit, id pro se sibi vsurpans, quod contra ipsum vsurpari solitum est. Nā per adiurationes dæmonia expellūtur. Vt autē intelligatur quid hìc & in aliis locis scripturæ sit adiurare, sciendū verbum adiurare apud Latinos scriptores idem esse quod simplex iurare, aut idem quod valde iurare. Nam, adauctiuā particulam hìc esse volunt. vnde Terētius in Hecyra, *Sanctè adiurat nō posse apud nos Pamphilum se absente perdurare*, hoc est, iurat. In scripturis verò sæpe hoc verbum aliam habet significationem. Correspondet enim Hebrææ dictioni הִשְׁבִּיעַ, quæ cùm sit verbum coniugationis hiphil, significat propriè idem quod facio iurare. Sicq; accipitur cùm dicit Abraham seruo suo: Pone manum tuā subter femur meum, vt adiurem te per Dominum Deum cœli Gen. 24.

cœli & terræ, &c. hoc est, vt iurare te faciā, quemadmodum etiā quidam vertunt. Sic & Genes. 50. cùm dicit Ioseph se adiuratū à patre vt sepeliret ipsum in terra Chanaā. Quomodo em̄ fuerit adiuratus, patet ex fine cap. 47. videlicet posita manu subter femur (qui iurātium mos erat) iurauit patri se sepulturū illum in terra Chanaā. Et Ios. 2. dixerūt exploratores ipsi Rachel post prędictū iuramentū ab ea exactum, Innoxij erimus à iuramēto hoc quo adiurasti nos, id est, qđ iurare nos fecisti. Itaq; *adiuro*, his locis est ad iurādum adigo, quomodo & hoc loco quidā interpretātur, vt sit sensus: peto à te vt iures mihi per Deum ne me torqueas. Sciendū tamen, in scripturis quosdam dici adiurari, etiā à quibus nullum exigitur iusiurādum, vt cùm dicitur 1. Reg. 14. Ionathas nō audierat cùm adiuraret pater eius populū. Quo aūt adiurauerit priùs dicitur. Adiurauit autē Saul populum dicens: Maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. Hic enim populus adiuratus nō iurauit, sed Saul tātùm. Sic in lege zelotypiæ dicitur: Adiurabit eam sacerdos, & dicet: Si declinasti à viro tuo, atq; polluta es, & cōcubuisti cum altero viro, his maledictionibus subiacebis: Det te Dominus in maledictionem exēplumq; cūctorum in populo suo, &c. Quibus locis nihil aliud videtur esse adiurare aliquē, quàm iuramēto execratorio & maledictioni diuinæ aliquem subijcere. Vnde pro eo qđ nos legimus, his maledictionibus subiacebis; in Hebræo est, & adiurabit eam sacerdos adiuratione maledictionis. dicetq; ad eam, quod per parēthesin insertū est, verbis sacerdotis adiurātis. Iā nónunquā occurrit in scripturis verbū adiurādi, vbi neq; cōmodè exponi possit per exigere iramentum, neq; per subijcere execrationi, vt cùm dicit ad Micheam Prophetā rex Achab: Iterū atq; iterū adiuro te, vt nō loquaris mihi nisi quod verum est in noīe Domini. Et cùm in Cāticis dicitur: Adiuro vos filiæ Hierusalem. Rursum cùm dicit Caiphas Christo: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus. Et in Actis: Adiuro te per Iesum quē Paulus prędicat. Hic enim neq; iuramētum aliquod exigitur, neq; maledictio aliqua explicatur, nihilq; aliud videtur esse his locis adiurare, quàm religione aliqua obstringere, hoc est, metu religionis & pietatis temeratæ aut vltionis diuinæ adigere ad aliquid faciēdum, quod pulchrè significat dictio Græca huic correspōdēs, ἐξορκίζω vel ἐξορκίζω. Quoniā enim iuramēto præstito, aut maledictiōe interminata aliquē sic obstringimus, vt metu religionis cōtrà quàm velimus facere non audeat, hinc generaliter adiurare ponitur pro intuitu obediētiæ & timoris Deo debitæ quēquam ostringere. Itaq; hæc oratio: *adiuro te per Deum*; sic hoc & alijs locis est explicāda: Per gloriam & obediētiā Deo debitā te obstringo, quasi scilicet te iureiurādo ad hoc abstrixisses, ita vt temeratæ religionis & inobediētiæ in Deum crimē incidas, nisi parueris. Hinc iā intelligi etiā potest, qūo secundum Ecclesiasticum vsum insensibiles quædā creaturæ dicātur admirari, vt cùm in consecratiōe aquæ bndictæ dicitur: Exorcizo te creatura salis, &c. Exorcizo te creatura aquæ, &c. Nā, exorcizo, Græcū verbū, nō est aliud quàm adiuro, secūdùm vsum quem habet hoc verbum in scripturis. Vt autē etiā intelligatur quomodo dęmon primùm quidē vt apparet, rogauerit, deinde etiā adiurauerit Christum per Deum (nam cùm suis precibus nihil sciret meritò tribuendū, diuini nominis authoritate interposita, quam grauissimā esse Christo sciebat, sperabat se posse consequi qđ volebat) ne ipsum torqueret, aduertendū dæmonem hunc iam quidem tortum fuisse & afflictum à Christo, idq; & generali illa afflictione, quæ oībus à dānatione dæmonibus semper fuit cōmunis, & specialis, qua scilicet ille affligebatur metu ex præsentia Christi: verùm neutram harum afflictionum hic deprecatur; cùm sciret fieri nō posse vt ab illis liber esset & immunis, sed duplicem adhuc aliam metuebat afflictionem, quam intelligi potest hic deprecatus. Metuebat enim expelli ex homine quē possidebat, quæ expulsio magna illi futura erat afflictio, eo quòd pro summa eius superbia pœnosum sit alterius imperio debere cedere, proq; maxima eius malitia & in hoīes inuidia, volupe illi sit homines affligere: quo certè affectu multi etiā sunt hominum impiorum qui iam ad extremum malitiæ deuenerunt, quibus voluptati est aliis vel suo malo malefacere: & si coerceātur à licentia facinorum, vehementer animo discruciantur. De hac itaq; afflictione pleriq; intelligūt, cùm dicitur: *obsecro te ne me torqueas*; quia sequitur apud Lucam: *Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine*. Et apud Marcum: *Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine isto*. Quibus orationibus causalibus omnino videtur significari hoc afflixisse dæmonē, quòd exire cogeretur ab hoīe. Metuebat autem etiā expelli extra regionem, & mitti in abyssum inferni, torquendus ibi ea condemnatione quam sciunt manere ipsos in nouissimo iudicij die, & hanc torturā magis videri potest deprecatus dæmon, quia dicitur apud Matthæū: *venisti ante tempus torquere nos?* Et postea dicitur in Marco, quòd rogabat eum ne se expelleret extra regionem: & in Luca, ne imperaret illis vt in abyssum irent. De hac igitur tortura si intelligatur quod dicit dæmon: *obsecro te ne me torqueas*: quod sequitur: *præcipiebat enim spiritui immūdo*, &c. sic est accipiendum, vt reddatur ratio quare precabatur, ne torqueretur: videlicet quia metuebat, ne eo quòd imperabatur illi vt discederet ab homine, simul etiā imperaretur illi vt discederet extra regionem in abyssum inferni. Porrò ex Luca & Marco constat priùs Dominum præcepisse dęmoni vt exiret ab homine, quàm ille diceret: *obsecro te ne me torqueas*. Nec tamen mirū videri debet, si non oīno statim exierit ad Christi præceptum. Nō enim ei Christus præcepit vt omnino statim exiret, nec adhuc eius præceptum planè vrgebat, sed quemadmodum supra cùm dixisset dæmoni cuidā. *Obmutesce, & exi ab homine*; permisit illi Christus priusquam egrederetur, proijcere dæmonia cum in medium, & discerpere illum: ita vt modo permisit ante egressum adhuc quædā orare & respondere, quoniā ita vtile erat propter auditores. Neq; ineffıcacia præcepti Christi ex eo inferri potest, sed potius è cōtrario efficacia præcepti Christi declaratur, dum Christo præcipiente adeo trepidè, & multum precabatur ne torqueretur, non refugiens quidem obediētiam, sed maius malum deprecans. Cùm autem subiungit Lucas: *Multis enim tēporibus arripiebat illū*, &c. causam reddit, qua te Dominus, etsi à nemine rogatus, præceperat dæmoni exire, nimirū quòd ob mali diuturnitatem & magnitudinē Dominus illius misereretur.

INTER

Universidad de Deusto
Biblioteca

INTERROGAVIT AVTEM ILLVM IESVS DICENS: bQVOD TIBI NOMEN EST, &c.] Interrogat Dominus nō quasi ignorans, sed vt ex diaboli responsione patesceret præsentibus dæmonū inhabitātiū multitudo, vt hinc illis etiā cōstaret, & causa raræ illius crudelitatis ac sęuitię quæ descripta est, & miraculi magnitudo, quo à tāta dæmonū potestate Christi potētia hō postea liberatus est, sicq; cognosceretur Christi potētiā non solùm superiorē esse singulorū dæmonū potētia & malitia, sed etiā omnium quantūuis multorū, ac simul coadunatorū & cōspirantium. Prętera & ad nostrā instructionem voluit Dominus multitudinem dæmonū vnum hominē possidentium innotescere, vt agnosceremus nō esse nobis singulis negotium cum singulis dæmonibus, sed multos simul dæmones frequētet vnius saluti insidiari, quò cum maiori metu cōuersemur in solo Domino confidentes, cuius vnius potestas longè superat omniū aduersatiorū nostrorū vim & potentiam. Maior est enim, inquit Ioānes, qui est in nobis, quàm q est in mūdo. Interrogat autē Dominus de noīe, non quòd singuli dæmonum speciale habeāt nomē sibi ꝓprium, sed interrogatione noīs exigēs notificationē eius dæmonij quod loquebatur. Noīe enim tem notioré facimus. Locutus autē hactenus fuerat dæmō veluti vnus aliquis, dicēs: *Quid mihi & tibi*, &, *obsecro te ne me torqueas*. Proinde vt notum facēret Dominus cuius fuisset vox hactenus audita, videlicet ꝙ nō vnius alicui⁹, sed totius cuiusdā multitudinis. *Quod* (inquit) *tibi nomen est?* hoc est, indica nobis quis sis tu qui in homine loqueris. Et dicit ei: *Legio mihi nomen est*; addens & causam vsurpati noīs; *quia* (inquit) *multi sumus*. Non enim putādum nomen hoc vsurpatum ꝙ verè ibi esset plenæ legionis numerus qui est 12250. militum, non autē, vt multi putant, 6666. Nā legio in decem diuiditur cohortes, cohors verò in 50. manipulos, manipulus in 25. milites. Vsurpāt igitur nomē militare, bonis angelis magis cōueniēs, quo insinuatur & dæmonum superbia, imperiū acassimilationē cum angelis bonis sibi vendicantium, & eorundem in nos hostile bellum, quodq; in pernicię nostrā spurca colluuies cōiurata sit. Cùm itaq; priùs dixerunt Euāgelistæ hominem occurrisse qui habebat dæmonium & spiritum immundum, nomē dæmonium & spiritus, collectiuè debet aceipi pro tota hac cōgregatione dæmonum, de quibus iam posthac ferè semper loquuntur hīe Euāgelistæ pluraliter.

Legio quantum numerum in se comprehēdat.

ET DEPRECABANTVR EVM bMVLTVM NE SE EXPELLERET EXTRA REGIONEM, ET cNE, &c.] Quòd dicit Marcus dæmones rogasse ne expellerētur extra regionē, quidā intelligunt extra regionē, hoc est, extra mundum habitatū, sed rectius intelligitur extra regionem illam. Quemadmodū enim diuersi dæmones aliis & aliis vitiis magis delectantur, ita diuersi dæmones ad diuersas magis afficiuntur regiones, & ad eas maximè, in quibus mores hominum propter longam cōsuetudinem perspectos habent, ac vbi eis maior nocēdi spes est & occasio. Itaq; duo intelligendum est petiisse dęmones: vnum ne expellerentur extra regionem: alterum, ne mitterentur in abyssum, hoc est, in infernū, locum scilicet dānatorum, ad quem se saltem in nouissimo iudicij die sciunt mittēdos. Propriè em abyssus, pro quo Hebraicè est תהום significat aquarum profunditatem: accipitur tamē quādoq;, maximè in nouo Testamento, pro inferno, ꝓpterea ꝙ sub terra sit, mortuos dānatos penitus ita absorbens, vt emergere illinc nō possint. Sic enim aceipitur frequenter in Apocaly. sic & ad Rom. 10. & præsenti loco. Sunt autemq; intelligūt dęmones (qui, vt patet ex Paulo, in aēre hoc caliginoso detinentur vsq; in iudicij diē) certis etiā locis sic diuino iudicio addici, vt eum nō sint exituri nisi ꝑcipitētur in abyssum, atq; ob id dæmones modò ꝑcatos ne expellerētur extra regionē. Secūdum quem intellectū, eadē erit illorū petitio quæ est apud Lucā, & quæ apud Marcum. Porrò ad hās dæmonū petitiones nihil respōdit Dominus, neq; illorū petitioni ver bis aliquibus annuēs, neq; reluctās, quod tātùm venisset ad saluādum & liberādum homines à potestate diaboli, nōdum autē ad cōdēnandum dæmones extrema sua condēnatione, quæ ad secundum eius pertinet aduentū. Dispēsatoriè autē fiebat vt dæmones metu perculsi ea rogarēt, vt præsentes oēs intelligerēt tātam fuisse Domini potestatē, vt illos nō solùm ex hominibus eiicere posset, sed tota etiā pellere regione, ac in abyssū præcipitare solo suo iussu, quod vtique iudiciariam eius ac diuinam potestatem planè dēmonstrabat.

ERAT AVTEM IBI bCIRCA MONTEM bGREX PORCORVM MAGNVS PASCENS IN AGRIS, &c.] Quòd Marc⁹ dicit circa mōtem fuisse hunc gregem, pascentemq; in agris, nō est cōtrarium ei quod dicit Lucas gregem hunc fuisse in monte. Nam, vt inquit August. grex porcorū tam magnus fuit; vt aliquid eius esset iuxta mōtem in agris, aliquid in monte. Aut totus etiā grex circa montem fuisse dicitur, & tamen etiam in monte, quia in inferiori fuit montis parte, quæ in agros & cāpos diffundi cœperat. Dęmones ergo, quoniā exeundū illis erat ab hoībus, nec permittebatur eis nocere amplius pro illorū volūtate hoībus, cupiuerūt sibi cōcedi vt malitiā suam permitterētur exercere in ea quæ hominū erant, re ipsa declarātes scilicet quāto odio & furore cōtra homines insaniāt: occasionemq; sumpserūt à præsente ibi tum grege porcorū, quos quia sciebāt esse Iudæis abominabiles, sperabāt Dominū, vtpote Iudæum, & legis Mosaicæ obseruatorē, facilè eorum petitioni cōsensurum. Videri autē potest, dæmones & alia de causa cupiuisse nocumētum istud hominibus illius loci inferre, nimirum vt perditis porcis, domini gregis aliiq; homines horum damno cōsternati Iesum non susciperent, sicq; fructu prædicationis priuarētur, quēadmodum pòst ex parte euenit. Rursum autē dispensatoriè factum est vt dæmones ingressum in porcos peterent, vt constaret nihil omnino eos posse nisi ipsius permissione. Sed mirum videri posset, cur Christus qui hoc quod dicēbatur, hoc est Saluatorem, sese in oībus gessit, pmiserit dæmones porcos inuadere & perdere, quanquā nullum sit dubium quin iure id cōcedere potuit, cùm esset Dominus omnium. Verùm dicendum, variis de causis id Dominum pmisisse admodū conueniēret, non quidē vt dæmonibus cōplaceret, sed dispēsatoriè alia intendēs hominum instructioni & erūditioni vtilia. Primùm itaq; id cōcessit, vt re ipsa constaret quod priùs dixerunt dæmones, multitudinem dæmonum inhabitasse hunc hominem, ac iam eādem expulsam esse. Deinde vt refelleretur & cōuinceretur pertinacia eorum, qui negantes dæmonum

Quare dæmones cupierūt mitti in porcos.

dæmonum naturā, quales erāt Sadducæi, & ob id etiā negātes dæmonē vexare hominē, attribuunt vexationem ægritudini naturali. Fingi enim non potest, ægritudinē eius hominis statim migrasse in gregem porcorum, vt præceps se submergeret. Prætera demōstrare voluit Dominus, dæmones atrociora cōmissuros in hoībus quàm in porcis, nisi in eo qd tyrānicè agunt à Deo impedirētur, nō permissi facere quę volunt. Manifestum enim eos magis odire homines quàm irrationalia, quū hęc propter homines perdere studeāt, & per illorum perditionē his inferre tristitiā, vt patet in his quæ circa Iob. Quartò, verisimile est hos Gadarenos fuisse Israelitas. tum quòd alioqui ad prędicandum eis non sit probabile Dominum accessu rum, cùm dicat se missum tātùm ad oues quæ perierunt domus Israel, tum ꝙ hæc regio iure pertineret ad Israelitas, inhabitata enim olim erat à dimidia tribu Manasse & à tribu Gad, à quo noīe putant quidā ciuitati nomē Gadara datum. Et ex Iosepho omnino satis cōstat Gadarenos fuisse Iudæos. Quoniā itaq; his nō licebat vesci carne porcina, cuius esum lex Mosaica interdixit, permisit dæmones porcos ingredi & pdere, vt pœnas contēptæ vel neglectæ legis darent, amittēdo porcos quos cōtra verbum Dei aluerant. Addi & hoc potest, Dominum hac ratione demōstrare voluisse se ad saluādum homines venisse, non autem illi curæ esse porcorum aut quarumcūq; rerum temporaliū salutem, atq; vel ob vnius hominis salutem cæterarū rerum quāuis grauem iacturā esse negligendā. Postremùm, quod ad mysticū attinet sensum, permissum illud à Domino vt ostenderetur dæmones permitti possidere, atq; optare possidere eos qui in vitiorū cœno volutātur porcorum more, qui furia quadā dæmoniaca in oīa vitia prolabentes tādem cum dæmonibus præcipitabuntur ac suffocabūtur in abysso inferni. Porrò stagnū illud, in qd Lucas dicit præcipitatos porcos, Zieglerus qbusdā cōiecturis cōmotus putat nō fuisse stagnū Genesareth, sed aliam quendā lacum lōgè minorem, nō procul à Gadara ciuitate existentem, cuius meminit Strabo, dicens eum æ- quæ esse adeo noxiæ, vt potū in eo pecus, & vngues & pilos amittat. Hunc itaq; putat ille fuisse in quē porci sunt prēcipitati: vt quēadmodū Christus pro ostēsione expulsę multitudinis dęmonū, & cōfutatione eorum qui spirituum negāt naturam, porcos delegit, animal scilicet immundū, & lege Mosaica vetitum: ita & stagnū delegerit, ꝙ ex cōditione rerum erat inutile humanis vsibus. Nō enim cōuenisse vt in stagnum Genesareth, quod aquæ erat saluberrimæ, teste Iosepho, & hominibus valde cōmodum, porci bis iam immundi simul cū dæmonib⁹ mitterentur, ꝙ hinc aquas pol luendas putaret, & hoībus eis vtentibus abominabiles. Suspicaturq; lacum hūc nō diu pòst hoc factum à vicinis terra obstructū, timentibus scilicet ne ex fœtore cadauerū pestis aliqua oriretur, ac eundem ob præsentiā horridorum dæmonum magis iam abominantibus, atq; ob id factum vt huius lacus non meminerint historiographi qui pòst Strabonem & Christum contēporaneos scripserunt, Iosephus scilicet, Plinius; Ptolomeus, Hierony. Eusebius. Verùm vt hæ cōiecturæ non satis firmæ sunt, ita non cōcordāt hæc sententia cum Euāgeliis. Nam quod Lucas stagnum dixit, Matthæus & Marcus mare vocauerūt. Hi autem lacum Genezareth, mare appellare solent, quem Lucas stagnum ferè vocat. Accedit his qd Hieronymus in lib. de locis Hebraicis pòst descriptionem ciuitatis Gadaræ scribit: Hodie, inquit, supra montem viculus demōstratur iuxta stagnum Genesareth, in quod porci præcipitati sunt.

ROGABANT EVM cOMNIS MVLTITVDO REGIONIS GERASENORVM, dVT TRANSIRET A, &c.] Nō ex cōtemptu & superbia, vt annotauit Hierony. Gerasēni Dominū volunt à se discedere, sed ex humilitate, &, vt dicunt Euangelistæ, ex timore, videlicet quia cōscij suæ fragilitatis agnoscebāt se eius præsentia indignos, ac metuebāt ne qui transgressionē legis in porcis punire visus fuit, etiam in aliis eorū animalibus ipsorum peccata vindicaret. Itaq; minus fuit horum peccatū quàm Nazarenorū. Hi enim etsi damno affecti, rogant tamen Christū humiliter, vt discedat. Nazareni verò nullum dānum passi eiecerūt, & prēcipitare voluerūt. In eo tamē graviter peccauerūt hi Gadareni, ꝙ magis timebant Dñi potentiā in expulsione dęmonū & perditione porcorum declaratā, quàm amarēt eius dē bonitatē in restitutis reluctētem dæmoniacis: quodque magis soliciti erāt de perditione animalium, quàm de salute animarum suarū, & veritatis cognitione. Siquidē videntes Dñm eos curasse dæmoniacos, qui toti etiā regioni erāt infesti, existimare meritò debuissent venisse illū ad saluādum, non ad perdendū, ac ꝓinde amandū magis quàm metuendum. Quare cùm malo hoc timore indignos se facerēt Christi præstātia & doctrina, facilè eorū annuit precibus Dominus, nolens scilicet cuiquā esse molestus, ac docēs re ipsa margaritas ac tosas Euāgelici sermonis non esse spargendas ante porcos, nec discipulos prædicare debere vbi nō essēt recepti, quēadmodū pòst cap. 10. Matthęi docuit. Et quidē priùs Petro simili timore correpto, ac dicēte: Exi à me Domine, qa homo peccator ego sum, nō discessit ab eo Dominus, sed metu depulso etiā summæ dignitatis addit ꝓmissionem: Gadarenis verò timētibus & precantibus vt discedat, acquieuit eorū petitioni, nimirum quia timor ille Petri reprehēsione carebat, eo quòd ex sola animi humilitate natus fuisset: horum verò timor non ex simplici synceraq; humilitate nascebatur, sed partim etiam & magis ex nimio amore rerum temporalium quibus malè timebāt.

bCVMQVE ASCENDISSET NAVIM, COEPIT ILLVM DEPRECARI, &c.] Ostēditur hinc pfecta sanati huius viri sanitas. Nō solùm em corpore sanatus est, sed & corde adeo sanatus est, vt Iesum pfectè agnosceret, orās vt cum illo sibi esse liceret, eo ꝙ expertus esset eius in se bonitatē ac potentiā, ac verborū eius quæ ad pedes eius sedēs audiuit suauitatē. Itaq; illi quidem Christū precātur vt discedat, hic precatur vt cum ipso sibi semp esse liceat. Verùm nō permisit Dominus, idq; tum ob id, vt vult Theophyl. vt indicaret ei Dominus ꝙ licet non sit secum, gratia tamen eius ꝓtectus à dæmoniacis insultibus liber futur⁹ esset: timebat enim fortè ne elōgatus à Iesu iterū inuaderetur à dæmonibus: tum vt hi qui humano quodā timore Christi præsentiā adhuc ferre nō poterāt, haberēt sui ac gloriæ diuinæ aliquem præconē eis gratiorē. Vbi notāda mira Domini in ipsos Gerasenos quālibet ingratos benignitas, dū eis relinquit eum per quē ad sui cognitionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionē & admirationē,ac veritatis à se discēdæ desideriū ,puocari possent:monemurq; hoc Domini exēplo,ne mox desperemus, si qui Euāgelium non illico recipiant,sed tētanda potius oīa, & per alios,& per nos,vt vel quoīdā saltē lucremur,experturi indubiē fructū aliquē hinc tandē obuēturum,quēadmodū ex huius prædicatione ,puenisse verisimile est.Dicitur em;*& mirabantur*.Obseruandū rursum,non dixisse Dominū: Narra quāta ego tibi fecerim, verūm, *quāta tibi fecerit Deus*, humilitatis certè formā nobis tribuēs, vt oīa nostra bona opera Deo tribuamus. Ille autē tāquā gratus, narrabat quæcūq; illi fecisset Iesus. Sic certè oportet & nos,quādo cuipiā benefacimus, nolle hoc prædicari,sed Dei solū gloriā quærere: at ille q beneficio affectus est,etiā nolētibus nobis prędicare debet.Quomodo autē huic Dominus pręceperit acceptū beneficium prædicare, aliis autē multis à se curatis pręceperit silere,post dicetur: Porrò qđ ad mysticū attinet sensum, in hoīe isto dæmoniaco, exēplum est hoīs sceleratissimi, qui multo tēpore vitiis assuetus,nō ab vno solùm possidetur dæmone,sed multis,dum oī malitiæ genere scatet,luxu perditus,in scorta furens,in aleā insaniens,temulentia vesanus,tixosus, prædator, violentus in oēs, qui miserabili & horrendo sub oculis Dei & sanctorū spectaculo,incorruptionis stolam exutus,omniq; virtutū ornatu nudus,neq; in domo,neq; in ciuitate,quæ est Ecclesia,manet,nullis iam nec Dei,nec hominū legibus coercendus,nec amore,nec pudore,nec reuerētia,nec metu cohibēdus, sed in agros & deserta vagatur, inter eos scilicet degens qui agrestem & sterilem vitā agunt,habitatq;in monumētis,hoc est,mortuorum operū receptaculis,vt in ,pstibulis,aliisq; scelerū officinis,atque adeo in sui corporis sepulcro nihil quàm fœtidum halitum, & pestiferum per guttur eructantis.Verùm neq; de huiusmodi quidē desperandum est.Curabitur enim,si modò & Christus ad eum venire dignetur,& ipse vicissim Christo trahente accurrat ad eum , priùs à se fidei oculis cōspectum : & sic quidē curabitur,vt proijciātur in profundum maris oīa peccata eius, vt dicitur Micheæ 7.Is autē vbi à legione dæmonum & vitiorū curatus fuerit,ac sanæ mentis factus fuerit, priùs quidē ad pedes Iesu sedere aliquādiu debet,discēs scilicet qua ratione vitā deinceps viuat Deo acceptā, deinde prædicare Dei in se misericordiam,idq; maximè apud suos.Non enim ita pudere debet vitæ prioris, vt nō ea palam qualis fuerit prædicetur,quantum ad id illustrandam Dei misericordiam profuerit,cui soli & non meritis aliquibus metuendum est quòd quis subitò alius tedditur,ex peccatore factus iustus.

Mysticus sensus.

C.8.B.5. B.2 C.1.

† a offerebant. † b a offerentes. a paralyticum in lectulo. c ens. ◁ b cùm non possent offerre eum illi † b grabatum in quo paralyticus iacebat.

SANATVR PARALYTICVS PER TEGVLAS DEMISSVS.

Matthæi 9. Marci 2. Lucæ 5. CAPVT XXXII.

ᶜ Actum est autem cùm rediisset Iesus,ᵇ & cum transcendisset in nauirursum trans fretum, conuenit turba multa ad eum,& erat circa mare, [*&*]*ᶜ excepit eum turba:erant autē omnes expectantes eum.ᵃ Et venit,& intrauit iterumᵃ in ciuitatem suamᵇ Capharnaum post dies aliquot.ᶜ Et factum est in vna dierum,ᵇ & auditū est quòd in domo esset, & confestim conuenerunt multi,ita vt non caperēt neque ad ianuā.ᶜ & ipse cedebat docēs,ᵇ & loquebatur eis verbū.ᶜ Et erant Pharisæi sedētes, & legis doctores qui venerāt ex omni castello Galilææ,& Iudææ & Hierusalē: & virtus Domini erat ad sanādum eos.ᶠ Et ecceᵇ venerunt ad eum viri† ᶠportātes ᵃ eiᵉ in lecto hominemᶠ qui erat paralyticus,ᵇ qui à quatuor portabatur.ᵇ Et△ non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba,ᶜ ascenderunt supra tectū,& ᵇ nudauerunt tectū vbi erat,& patefacientes,ᶜ per tegulasᵇ submiserunt† eum cum lectoᶜ in medium ante Iesum. △ᶠ Cùm autem vidisset Iesus fidem illorū, ait ᶠ paralytico:ᵈ Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.ᵃ Et eccoᵇ erant illicᶜ quidā de scribis ᵇ sedentes,ᵇ & † cœperunt cogitare ᶜ Scribæ & Pharisæi△ᵈ dicentesᵉ in cordibus suis:ᵇ Quid hic sic loquitur?ᵃ hic blasphemat.ᶜ Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? † ᶜ Quo statim cognito Iesus ,spiritu suo,quia sic cogitarent intra se,ᶜ respondensᶠ dixitᵇ ad illos:ᵃ Vtᶠ quid cogitatis ᵇ istaᵈ malaᶠ in cordibus vestris? Quid est facilius,dicere ᵈ paralytico:ᶠ Dimittuntur tibi peccata tua,an dicere:Surge,ᵇ tolle grabatum tuum,ᶠ & ambula?Vt autē sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata(ᵃ tunc ᶠ ait paralytico:)ᵇ tibi dico,ᶠ surge,tolle△ lectum tuū,& vade in domum tuam.Et ᵇ confestim† ᶠ cōsurgens ᵇ ille coram illis tulit lectum in quo iacebat,& ᶠ abiitᵇ inde coram omnibus ᶠ in domum suam,ᶜ magnificans Deum.ᵃ Videntes autem turbæ timuerunt.ᵇ Et stupor apprehendit omnes,& magnificabant ᶠ Deumᶜ qui dedit talem potestatem hominibus.ᶜ Et repleti sunt timoreᵇ dicentes: Quiaᶜ vidimus mirabilia hodie.Nunquam sic vidimus.*

a Et videns Iesus fidem illorum, dixit. ◁ a quorum fidem vt vidit, dixit. ◁ b homo. b cogitante. ◁ a dixerunt. a intra se. † a Et cùm Iesus cogitationes eorum. † c Vt autem cognouit Iesus cogitationes eorū. ◁ b grabatum b statim. † c surrexit. b sublato grabato. b ita vt mirarentur omnes & honorificaret. ◁ Et glorificauerunt.

FACTVM EST AVTEM CVM REDIIS-SET IESVS, ET CVM TRANSCENDISSET IN NAVI.] Relictis his qui discessum ipsius præ timore pcabātur,ad eos redit Dominus quibus se gratum fore nō dubitauit,quiq; illum auidè expectabāt. Ita em videas Dominum nunquam ab Euāgelico negotio vacasse,vt à quibusdā repulsus nauseabundis,mox ad sitientes & esuriētes cōuerteretur, vt eos vitæ cibo paseeret. Porrò de ordine rerum gestarum hīc nōnulla est difficultas.Nā post reditum Christi Marcus simul & Lucas commemorant miraculum de filia archisynagogi resuscitata , & curata Hæmorrhoissa,& ita narrāt,vt videātur hæc gesta statim à reditu,postquam adhuc in domum suam aut in ciuitatem descenderet.Nam Lucas quidem sic habet: *Factum est autem,cùm redūsset Iesus, excepit illum turba,erant autem omnes expectantes eum. Et ecce venit vir,cui nomen Iairus*, &c. Vbi propter aduerbium, *ecce*,videtur satis significari miraculum hoc cōtigisse statim cùm nauim Dominus egressus esset. Quod ex Marco magis apparet . Is enim sic habet: *Et cùm transcendisset in nauirursus trans fretum, cōuenit turba multa ad eum,& erat circa mare.Et venit quidam de Archisynagogis nomine Iairus*.&c. Vbi etiā Græcis est aduerbiū,*ecce*,*Et ecce venit quidam*,vnde planè significari videtur, Iairū hunc accessisse Dominum,cùm adhuc circa mare cōsisteret rediēs à Gerasenis,

Gerasenis.Non posse tamen intelligi hunc rerum gestarū ordinem ex Matthæo nimis manifestum est:nō quidē quia post trāsfretationem cōmemorat eum venisse in suam ciuitatem,ac sanasse paralyticum(intelligi enim posset hęc facta post trāsfretationem,sed quibusdā in medio gestis)verùm quia Matthæus principem illum qui pro filia sua precabatur(quem eūdem esse cū eo cuius meminerūt Marcus & Lucas,nemo facilè negabit, quā tumuis id neget solus Osiander) Dicit Christum accessisse cū loqueretur & disputaret de ieiunio cū discipulis Ioānis & pharisęorū.quā disputationem habitam post vocationem Matthæi, & hanc factā esse pōst curationem paralytici, nō ex Matthęo solùm,sed etiā ex Marco & Luca cōstat,quorum vterq; tria illa,videlicet curationē paralytici,vocationem Matthæi:& disputationem de ieiunio eodē ordine cū Matthæo describunt , quāuis alio loco,sed sic vt eorum narratio nō requirat rerū narratarū immediatum cum superioribus ordinem.Siquidem Marcus tria illa descripturus sic incipit cap.2.*Et iterum intrauit Capharnaum*, post dies,scilicet aliquot.Non enim legendū est , post dies octo,vt habent quidam libri.Dieb. ergo illis intermediis,post quos venit iterum Capharnaū, ab illo discessu cuius facta fuit mentio supra 28. capite Cōcordiæ , facta sunt hæc quæ narrata sūt cap.seq.29.30.& 31. Lucas verò eadem illa describpturus sic auspicatur:*Et factum est in vna dierum,& ipse sedebat docens.* Quæ narratio non solùm non requirit immediatā ad superiora sequelam ; sed ne sequelam quidem.Itaq; quantumuis videātur Marcus & Lucas significare Iairum accessisse ad Christum statim post transfretationem,intelligēdum tamen quibusdā in medio gestis tum primū accessisse : quæ quoniam à duobus his Euangelistis priùs narrata fuerunt,ita Iairi accessum superioribus cōnexuerūt,quasi nullo intermedio hoc gestum fuisset.Videri potest ideo post transfretationē eos descripsisse Iairi accessum,eo q Iairus accessent ad Christum circa mare existentem, nō quidem eo die quo post reditū à Gadarenis circa mare erat,sed alio quodam. Nam & Marcus iam dicturus est,Dominū cùm Matthæum intereundum vocaret, rursum accessisse ad mare. Iairum enim accessisse Christum circa mare existentem omnino videtur ex Marco,cùm dicit; *& erat circa mare.Et ecce venit* , &c. Frustra enim videbitur ibi positum;*& erat circa mare*; nisi intelligatur significare eum voluisse Christum ab Iairo circa mare inuentum.Igitur quoniā post reditum à Gerasenis Iairus Christum circa mare adierit, quamuis non eadem illa die qua venerat à Gerasenis,historiam quæ est de Iairo duo Euangelistæ post reditum describunt , omissis his quæ in medio gesta sunt,quòd illa priùs descripsissent.

Ciuitas Christi quæ dicitur. Lib.2. de consensu Euangelistarum.

ᵃ ET VENIT,ᵇ ET INTRAVIT ITERVM ᵃ IN CIVITATEM SVAMᵇ CAPHARNAVM,&c.]Diligenter inquirit D.Augustus.quam vocet hic ciuitatem Domini Matthæus.Nō enim posse intelligi Nazareth patriam Christi manifestum videtur ex Marco, qui miraculū hoc curati paralytici factū testatur in Capharnaum.proinde putat per ciuitatem suam posse intelligi totā Galilæam,in qua erat Nazareth:sicut,inquit,vniuersum regnum Romanum in tot ciuitatib. cōstitutum dicitur modò Romana ciuitas,vt ideo dicatur Dominus venisse i ciuitatē suā, quia venit in Galilæā, in quodcūque oppidū Galilææ venerit, Hierony.verò in cōment.Ciuitatem,ait,eius non aliā itelligimus quā Nazareth: vnde & Nazaręus appellatus est.Quòd si quis hanc Hierony.sequatur sententiā,necesse erit intelligere,vt docet eodē loco quo supra August.prętermisisse Matthęū quę gesta sunt posteaquam venit in ciuitatē suā Nazareth,donec veniret Capharnaum,& huic adiūxisse de sanato paralytico,sicut in multis, inqt, faciunt Euangel.stæ,prætermittentes media,tanquā hoc cōtinuò sequatur quod sine vlla prætermissionis significatione subiungunt.Nānō in nazareth,sed in Capharnaū,quod sequitur miraculum contigisse ex Marco constat,vt priùs dictum est. Cùm autē Matthæus scribens veniisse in ciuitatem suam,& deinde subiiciens:*Et ecce offerebant ei paralyticum*, &c.perspicuè satis significet paralyticum hunc oblatum in ciuitate eā in quam Dominum venisse dixit,in quam ideo solùm venisse eum videri potest dixisse,vt indicaret vbi miraculum hoc factū sit.rectius secundùm Chrysost.per ciuitatem Domini hic intelligitur Capharnaum. Quoniam enim suprà Matthæus dixit Dominū relicta ciuitate Nazareth venisse & habitasse in ciuitate Capharnaum,iam deinceps ciuitatē Domini vocat Capharnaum,eo quòd in ea principalem iam sibi delegisset habitationē, quamnis neq; in ea vel tantum proprii habuerit,vt esset in quo caput suum reclinaret.Parum autē habet ponderis quòd dicit Lyra , Capharnaum ideo dici ciuitatē Christi,qa erat ciuitas pręcipua Galilęæ,respectu cuius Nazareth paruum fuit oppidū illi subiectū quemadmodum,inquit,Parisiis dicitur ciuitas alicuius nati in aliquo oppido iuxta Parisios.

ᵇ ET AVDITVM EST QVOD IN DOMO ESSET, ET CONFESTIM, &c.]Cùm dicit; *auditum est quod in domo esset*;satis significatur Dominum latenter ingressū fuisse in domū,priusquā ipsum abdidisse se in domū,quàm aduētus ipsius innotesceret vulgo.Verū vt nō potest latere sol,ita nec Dominus Iesus.Rumor enim , vt sit à paucis exortus,iā per omnē ciuitatē sparserat,Iesū esse i ædibus.Vnde sine mora tāta vis hominū eo cōfluxit,vt nō solū tota domus impleretur,sed etiā nō caperēt multitudinē ea loca quę sunt circa ianuā. Ita enim intelligendum quod nos habemus,*vt nō caperēt*,neq;ad ianuā , quod Græcis est dilucidius propter articulum τὰ, sic em habēt ὥςτε μηκέτι χωρεῖν, μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν,hoc est ,vt neq quaquā caperent eos,neq;ea quæ erant circa ianuam.Obseruādum autē,Dominum rursum neminē reuicientem à domo,neq;offensū improbitate irruentiū, expositum se illis,vt aliàs semper,præbuisse,ac in hac multitudine duo illa sibi propria officia exhibuisse,nempe doctrinā & curationem. Siquidem Lucas dicit;*& virtus Domini erat ad sananāū eos*? in qua locutione Hebraismus est pro eo qđ est , Vir tutem suam exercebat Dñs ad sanandum eos, nempe quotquot aderant egentes eius ope.Quanquam autem propter miracula maior pars potissimum cōflueret,priùs doctrinæ tamen Domin⁹ vacauit,deinde &ęgrotos sanauit,docēs scilicet vbique primam rationem animorum habendā,posteriorem corporum:ac insinuans se nō tam venisse ad ædendum miracula,quàm ad docendum, cùm illa propter doctrinę ęderet confirmationem.

ᶜ ET ECCE ᵃ VENERVNT AD EVM VIR IPORTANTES ᵃEI ᶠIN LECTO, &c.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

nolchrē Euāgelistæ hic insinuāt primū quidē magnitudinē morbi in hoc paralytico. Nā pręterquā quòd paralysis morbus sit incurabilis, erat hic nō in quibusdā solū membris paralyticus, sed in omnib. suis mēbris ita morbo solutus, vt lecto affix⁹ à quatuor baiulis portaretur. Deinde verò & fidei magnitudinē, quā in Christo habuerūt hi q portabāt paralyticum, & ardēs ac indefessum inuādi proximū desiderii ac studiū, nobis meritò imitādum, & ægri huius patientia simul cū fide, dū hęc omnia quæ hic narrātur patiēter tulit. Portò sequitur: *Videns autē Iesus fidē illorū*, quidā intelligunt B relatiuum, *illorū*, tantùm referri ad portātes. Vnde Hieron. Vidēs autē Iesus nō eius fidem qui offerebatur, sed eorum qui offerebāt. Verùm rectius cū Chrysost. intelligitur simul referri & ad portātes, & ad eū q portabat, aut saltē ita referri ad portātes, vt nō excludatur fides ægri. Neq; em, inquit Chrysost. se portari & p tectum dimitti sustinuisset, nisi salutē sperasset. Adde, q maximè mouere debet, q nequaquā dixisset illi Christus: *Dimittuntur tibi peccata tua*; nisi & ipse fidem habuisset. Nā quanquā sanitas corporalis cōferri alicui possit à Deo, & collata sit aliquādo à Christo, solo intuitu fidei alienæ: spiritualis tamen sanitas, quæ in peccatorum cōsistit remissione; in adultis accipi nō potest sine ꝓpria fide. Quòd ergo dicitur à q- C busdā fidē alienā saluare aliquē, liquidē intelligatur de salute corporali, nullā habet difficultatē, qa fides aliena alicui ipetrat à Deo sanitatē etiam sine eius q sanatur fide. Si verò de salute mētis accipiatur, maximè i adultis rationis vsum habētib. nō potest intelligi fidē alienā saluare aliquē, nisi vel qa ipetrat ei à Deo fidē qua saluatur, quomodo multi cū Augustino putant Stephanū ipetrasse Paulo, vt ex psecutore fieret Apostolus, vel qa cō tēplatione fidei alienæ Deus credēti eā cōferr gratiā quā eidē aliàs nō erat collaturus ob fidei eius imperfectionē, aut vitæ demeritū. Ex quib. patet quomodo sanè ītelligi debeat autoritates quędā sanctorū, qualis est ea quæ in Catena Thomæ tribuitur Ioāni episc. dicēti, Quantū valet apud deū D fides ꝓpria, apud quem sic valuit aliena, vt intus & extra sanaret hominem? Similiter sentētia Ambrosij super Lucā, Magnus, ait, Dns, qui aliorum merito ignoscit aliis, & dum alios ꝓbat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega nō valeat, cùm apud Deū seruus & interueniendi meritum, & ius habeat impetrādi? Intelligēdum em hos patres ita loq de fide aliena peccatorum remissionē impetrāte, vt nō excludāt fidē eius q salutē cōsequitur. Quod ex Ambrosio est perspicuum, subdit em: Discę qui æger es ipetrare. Si granium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Ecclesiā q ꝓ te precetur, cui⁹ cōtemplatione, qd tibi Dns negare posset, ignoscit. Atq; in hunc modū intelligendū est quod hic dicitur, Dns ꝓpter fidē portātium remisisse peccata paralytico. Queri E autem potest, cur dicatur: *videns fidem illorū*; potius quàm videns hominis huius patientiā aut miseriā, aut videns idefessum studium eorum ad iuuādum ꝓximum, eorumq; in ꝓximum dilectionē. Et dicendum, nō dubium quī gratissima Christo fuerit offerētium charitas & ægri patiētia, cui⁹ etiā miseria ad misericordiam misericordē Dns mouit: fi. dei tamē tribuit sanitas mētis & corporis collata huic ægro, nō solùm ad cōmendationē fidei in Christū, sed etiam ob id q fidei propria merces

Quomodo de fide aliena saluari dicatur.

sit cōsequi id qd credit & sperat. Vnde postea frequēter dicit, Fides tua te saluū vel saluā fecit. Cū autē in Euāgeliis Saluator toties fidē cōmendat, nō debet nomen fides, qd varium habet vsum & significationē accipi simpliciter ꝓ credulitate, hr moq; assensu eorum q de Deo & Christo credēda sunt, qualem fidem etiā dæmones habēt. Neq; tur sum accipi debet vt idem sit qd fiducia, quę spe aut nihil differt, aut ꝑparum, quō multi in multis locis exponunt, & quomodo videtur accipi cùm dicit Saluator. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis mōti huic: Transi, &c. Et, Si fœnum agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quāto magis vos modicæ fidei? nā cùm dicitur de Centurione: Nō inueni tantā fidem in Israel, fides Centurioni tribuitur nō tā ꝓpter fiduciam quam habuit, quàm ꝓpter opinionē & existimationem quam habuit de Christo, credens illū tantæ esse virtutis, vt absens ęgrū sanare posset. Sic & postea 9. isto cap. Matth. cùm duob. cæcis dixisset. Creditis q̄a hoc possum facere vobis? & deinde illis dicentibus, Vtiq; Dne, respōderet, Secundum fidē vestram fiat vobis; manifestū est nomine fidei credulitatem & firmā persuasionē potētiæ Christi significari. Nō em fiducia q̄ ad voluntatē pertinet, est, credere q Christus posset cæcos illuminare, sed credulitas q̄ ad rationē & intellectū ptinet. Proinde rectissimè, vt apparet, dicetur nomine fidei in Euāgeliis, cùm ei tribuitur salus aut cōsecutio omnium q̄ volumus, cōpleri vtrunq; nępe & assensum illum firmum i credendis de Deo ac Christo, & fiduciā ex illius ōipotente bonitate cōceptam, quamuis in qbusdam locis magis videatur haberi respectus ad credulitatē & assensum illum mētis, in qbusdam verò ad ipsam fiduciā. Ita em duo hæc adinuicem cohærent, vt nec fiducia esse possit sine credulitate, nec credulitas sine fiducia quicquā ipetret à Deo, vtq; fiduciæ magnitudo ex credulitatis perfectione nascatur. Certè dum dicimus, cōfido huic verbo Dei dicto sacerdotib. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; in verbo, cōfido, duo illa simul cōprehendi videntur. Est em sensus, adeo persuasus sum illud esse verum, vt inde etiā mihi certò sperem p sacerdotes peccatorū remissionē. Nō em idem videtur esse. Credo huic verbo Dei, si verbum, credo ꝓprię accipiatur, & cōfido huic verbo Dei. Sic ergo & hoc loco fides accipitur, cū dicitur Dns videsse eorum fidē. Magnam em de Christi potentia simul & bonitate cōceperant opinionem, atq; ex hac opinione: fit máq; credulitate magnam etiam fiduciā atq; spē cōsequendæ salutis quā desidera bant, quā de Christo opinionē & fiduciā declarabant, dum tantum laboris & molestiæ nō dubitarent subire, omni postposito pudore, vt ęgrū Christo præsentarent. Dubitari tamē hic ē vlterius potest quomodo remissio peccatorum hic tribuat̄ fidei illorum, cùm, vt est verisimile, de ipetrada peccatorum remissione nihil cogitauerint, nihilq; soliciti fuerit. Et primùm qdem dici potest Euangelistas noluisse significare Dnm remisisse huic peccata ꝓpter fidem illorum; sed quòd cùm vellet ꝓpter illorum fidem sanitatem corporis quā illi iperabant cōferre, priùs illi remiserit peccata qui b⁹ dimissis desideratam sanitatem ordine cōgruēti cōsequeretur. Secundò dici potest, & rectius, in hoc ægro & offerentib. ipsum fuisse etiam ſpliciter fidem cōsequēdæ remissionis peccatorū, etiā de

de ea fortè nihil actu cogitarēt, eò quòd crederēt A Dominum posse cuncta sanitatis corporalis impedimēta tollere, inter quę erāt & peccata, quodq; crederent eū esse Christū, qui promissus erat fore Saluator à peccatis hominū. Obseruāda verò hic rursum Domini benignitas. Nō enim factum horum offerentiū calumniatur, velut improbitatem quandam perfringentiū alienā domum, ac sermonem interrumpentiū, aut velut declarationē imperfectæ in se fidei, quasi absentem absens curare nō posset, sed velut fiducię erga se declarationē pię illud & benignè susćipit, quāuis illorum fides nō dū maxima esset, nec talis qualis erat Cētūrionis.

a CONFIDE FILI, REMITTVNTVR TIBI, &c.] *Confide*, inquit, hoc est, bono animo esto, certò sperans te cōsecuturū desideratam corporis sanitatē. Nā remittūtur tibi peccata tua ob quę in morbū hunc incidisti. Dicit ergo; *cōfide*, nō quia non habebat fiduciā, sed vt ea fiducia non remitteretur, imò potius augeretur. Pro, *remittuntur* autem Græcis est ἀφίωνται, quod verbum quidam vertendum putant per, remittantur, vel remissa sint: ita tamen vt non tam optantis quàm remittentis efficaciter, verba ītelligantur. vt sit sensus: Volo vt peccata tua sint tibi remissa. Alioq enim nō fuisset occasio Pharisæis insimulandi Christū blasphemiæ. Verùm mirari satis nequeo hui⁹ versionis rationem, cùm pugnet & cum grāmatices C Græcæ ratione, & cum sensus verborū congruentia. Nam ἀφέωνται, Græcis dicitur esse Atticum præteritum perfectum pro ἀφῆνται, vnde magis vertēdū fuerat, remissa sunt tibi peccata, quomodo qdā vertunt. Et cohærentia apta in his verbis nulla est: *Confide, remittantur*; cùm videatur reddi ratio quare fidere debeat; sicut cùm postea dicitur mulieri hæmorrhoissæ: *Confide filia, fides tuate saluam fecit.* Vbi cùm fit mentio de remissione peccatorum mulieris peccatricis, idem verbum ponitur, non est aptus sensus si legatur, *remittantur*. Non enim aptè postquam dictum est quæ fuerint mulieris in Christum pia officia, infertur: Propter D qd dico tibi, remittātur ei peccata multa, sed vel remittuntur, vel remissa sunt. Et videri meritò potest verbo pręteriti temporis & hoc & illo loco abusos Euangelistas pro præsēti, quemadmodū accepit noster interpres, quia postquam illo loco dictum esset, remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multum, subiicitur, Cui autē minus dimittitur, minus diligit; vbi pro dimittitur, Græcis est verbum præsentis temporis ἀφίεται. Porrò duplici de causa Dominus priusquā hunc paralyticū corporaliter sanaret, eidem dixit; *remittuntur tibi peccata tua*. Primùm quidem, vt significaret eum propter peccata in morbū hunc incidisse, ac priùs animæ quàm corporis sanitatem quærēdam. Passim E enim scriptura idicat plerisq. morbos ob peccata immitti. Vnde & Christus illi quem in probatica pisćina sanauerat, dixit, Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi cōtingat. Et Paulus ob indignam corporis Dominici sumptionem multos apud Corinthios laborasse, ac quosdam fuisse mortuos testatur. 1. Corīt. 11. Secūdò his verbis Dominus paralytico remissionem peccatorum polliceri voluit, vt occasione obmurmurationis Pharisæorum, de sua potestate & diuinitate apertius differeret, nec iā simplex æderet curationis miraculum, sed quòd multipliciter attestaretur diuinitati eius. Nam obmurmurantib. in corde suo ꝓharisæis, ttibus modis factum est vt diuinitatem suam & potestatem declararet, videlicet demonstrando se videre cogitationes eorum, & sanitatem corporalem subitò solo iussu largiendo & per ēollatam sanitatem cōprobando se habere potestatem dimittendi peccata.

b ETERANT ILLIC QVI DAM DE SCRIBIS b SEDENTES ET COGITANTES: IN CORDIBVS SVIS.] Vulgus etsi Iesum nihil aliud quàm hominē esse suspicaretur, tamen occasione illorum verborū nihil sinistrū de ipso cogitauit. Simplicitas enim id adfert, B vt ad calumniandū quis minus sit propensus. Cō trà verò scientia cum superbia coniuncta facilem reddit hominē ad calumniādū. Vnde scribę & ꝓharisæi legis scientia sibi placentes, & suam gloriā obscurari fama Iesu dolentes, mox in verbis Domini inuenerunt quod culparent. Ex prophetarū enim & Moysi libris didicerāt solius esse Dei condonare peccata. Dicitur enim Isaiæ 43. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me. Itaq; quoniā Iesum nō nisi hominem scribæ putabant, arguunt eum blasphemiæ. Et sanè ita tē perauit suum sermonem Dns, vt si æquo fuissent in ipsum animo, meritò nō accepturi fuissent criminandi occasionem. Non enim dixerat Dns: Remitto tibi peccata tua, sed quò minorē occasionē impiarū cogitationum præberet, ac arrogantiæ notam effugeret; *remittuntur* (inquit) *peccata*; quæ etiam prophetę & sancti cuinsliber ex spiritu Dei loquēris verba esse poterant. Deinde sicut in scripturis remittere peccata soli Deo tribuitur, ita & facere miracula. Frequenter enim in Psal. occurrit de Deo, q facit mirabilia magna solus. Quare sicut intelligebant nō obstantibus scripturis homines etiam miracula facere. Deo solicet potestatem suam eis communicante, aut p eos operāte, ita quoq; intelligere debuissent Deum huic cōmunicasse potestatem absoluendi peccata, qui propriam sibi potestatem miracula operandi cōmunicauerat ei. Accedit q scripturæ veteris testamenti passim per Christum promittunt peccatorum remissionem, quódq; & Ioannes Baptista palā & frequēter inclamauerit Iesum esse agnum Dei, qui tolleret peccata. Malitiæ ergo Pharisaicæ fuit, ex scripturis calumniādi quærere occasionē, ex quibus inuenire potuissent quod malis cogitationibus obiicerent, idq; in peiorem interpretationibus obiicerent, quod sic dictum erat vt apud æquū auditorem. Quod tē omni facilè esset criminatione liberū. Porro quoniam blasphemiæ Dominum insimulabāt, dicentes absolute: *Hic blasphemat*; notandus hoc loco vsus verbi, blasphemare, in scripturis. Sicut enim in propria significatione vocis, blasphemia non solùm in Deū est, ita quoq; in scripturis nō solùm blasphemia ad Deū refertur. Est enim βλασφημία, hoc est blasphemare: generaliter idē quod maledicere, nō solùm superiori, quamuis illi maxime, sed tamen etiam æquali, & conuitiis aliquē incessere. Vnde non solùm homo dicitur blasphemare Deum, sed etiā homo hominem. Sic 1. Cor. 4. Paulus dicit. Blasphemamur & obsecramus. Et Christum in cruce pendentē scribæ dicūtur blasphemasse: Blasphemabāt, inquit, mouētes capita sua. Sic ad Ephes. 4. blasphemia pro maledicentia ponitur: omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollat̄ à vobis. De blasphemia autē in Deum scriptura dupliciter loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vno modo, dum quis de Deo male loquitur, tribuēdo illi quod eius dignitati derogat, aut negando de eo quod ei competit. Atq; dum huiusmodi blasphemia quę directe in Deum est significatur, verbum blasphemandi construitur, vt ābas solet, cum accusatiuo, ita vt dicatur quis blasphemare
4 Reg. 19 Deum. Sic Leuit. 24. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, Isaiæ cap. 1. Blasphemauerunt sanctum Israel. Et dicitur Ezechiæ: Noli timere à facie sermonum quos audisti, quib. blasphemauerūt pueri regis Assyriorū me. Altero modo de blasphemia in deum loquitur scriptura, dum quis derogat honori diuino, tribuendo sibi vel alteri quod deo proprium est. Atq; dum de huiusmodi blasphemia est sermo, verbum blasphemare absolutè ponitur, vt hoc loco, & Matthæ 26. cum princeps sacerdotum scissis vestimentis suis exclamauit dicens, blasphemauit. Aut cū accusatiuo & præpositione, in vel cōtra, cōstruitur, vt Marci 3. Qui blasphemauerit in Spiritum sanctum, nō habebit remissionem in æternū. Dicitur enim ibi blasphemare in vel contra spiritum, qui derogat potentiæ & operationi spiritus sancti, tribuendo eā dæmonibus, quæ manifestè Spiritus sancti operatio erat. Proīde hoc loco dum dicitur apud Matthæū: *Hic blasphemat*; sic est intelligendum, Hic blasphemat in deum, tribuēdo scilicet sibi quod Deo soli competit, & ob id derogando diuinæ dignitati.

[QVO STATIM COGNITO IESVS SPIRITV SVO QVIA SIC COGITARENT INTRA SE, RESPONDENS.] Quoniam scribę & Pharisæi Dominum tanquam blasphemum apud se cōdemnabāt, eo quòd videretur sibi arrogare quod Deo proprium esset, mox ostendit sibi cōperere quod etiam scripturæ Deo propriū esse passim docent, dum declarat se cordium esse inspectorem, qd similiter Deo proprium
4 Par. 6. est, sicut remittere peccata, Scriptum, est enim, Tu solus nosti corda filiorum hominum. Et in psal. 7. Scrutans corda & renes deus. Et 1. Reg. 16. homo videt ea quæ parent, deus autē intuetur cor. proinde bene Lucas Christi diuinitatem insinuauit dicens, *Vt autem cognouit Iesus cogitationes illorum*: perfectius verò eadem significauit Matthæus, dicens, *Cum vidisset Iesus cogitationes eorum*. Plus est enim videre cogitationes quàm cognoscere, cùm cognoscamus etiam cogitationes aliquorum ipsis nobis reuelantibus. Perfectissimè verò eādem significauit Marcus, dicens Dominum cognouisse cogitationes eorū statim, & suo spiritu, hoc est, nō alieno spiritu; quemadmodum prophetæ spiritu nō suo, sed diuino quorundam cogitationes cognoscere & videre potuerunt. Quanquam ante solā cogitationum reuelatione satis Dominus cōfutauerat eorum de se malā cogitationem: quódq; nō immeritò sibi vēdicauerit potestatem relaxandi peccata, non dedignatur tamen & alia ratione idem ostendere manifestius, sanitatem ægro subitò solo iussu conferens in cōfirmationem potestatis dimittendi peccata. Et sanè non apertè sibi vēdicauerat Dominus hanc potestatem tamen quoniam eā sibi vēdicasse Pharisæi intellexerāt, ostendit euidenter eandē verè sibi cōuenire. Vbi obseruandum quomodo semper Dominus aliorum malitia in bonum aliquod vtitur. Quod enim imprimis apertè dicere non cōueniebat, id iam occasione cogitationum talium, cōmodum erat ostendere & euidens facere. porrò hæc saluatoris quæstio:

Quid est facilius dicere, &c. dupliciter distingui potest ex parte verbi, *dicere*. Primo modo communiter distinguitur sic: *quid est facilius dicere*, vt infinitiuus, *dicere*, construatur cum, *facilius*. Secundo sic, vt coniungatur cum sequentibus; *Quid est facilius, dicere, Dimittuntur*, &c. Atque hæc distinctio aptior videtur, imò ea coniungitur ex Marco, qui addit, *Dicere paralytico*, ac sensum videtur habere paulò diuersum à sensu prioris distinctionis, quā uis in idem cōcidere possit. Intelligitur autē hæc quæstio dupliciter. Theoph. enim ita eam intelligit, quasi Christus putauerit difficilius videri pharisæis, dicere *surge & ambula*, quàm dicere, *dimittuntur tibi peccata tua*, eò quòd horum verborum
B effectus obscurus esset & incognit⁹, atq; ob id Dominum voluisse per id quod difficilius videretur ipsis, probare quod facilius eis videret, quamuis re vera esset difficilius. Nam secūdum eum dimittere peccata difficilius est re vera, quàm sanare paralyticum. Itaq; secundùm eum, illud, *dicere*, videtur sic debere accipi, dicere sine reprehēsione, hoc est, ita aliquid dicere, vt de efficacia verborum redargui non possis. eritq; sensus: Vtiq; dicetis mihi facilius esse, dicere alicui, Remittuntur tibi peccata, quàm dicere, Surge & ambula, &c. q illorum
C verborū veritas & efficacia obscura sit. Ergo quod difficilius vobis videtur faciam, vt quod facilius apparet & magis obscurum est, cognoscatis etiam esse verum. Verùm hæc interpretatio nō videtur conueniens. Non enim apparet Phariseos apud se cogitasse, facilius esse dicere, *dimittuntur tibi peccata*, quàm dicere *surge & ambula*, cùm illud tam difficile existimarent, vt Deo proprium esse putarent, & ob id Dominū blasphemiæ insimularent. Proinde rectius ītelligitur Dominū voluisse vtrū que horum esse æquè difficile, eiusdemq; virtutis esse, vt habet Hieron. & corporis & animæ vitia dimittere. Verbum autem, *dicere*, accipi tunc debet pro seriò & efficaciter dicere. Quo verbo hic necessariò saluator vsus est, nec dicere potuit: Vtrum est facilius remittere alicui peccata, an conferre solo iussu paralytico sanitatem, eo quòd de
D blasphemia arguebatur quæ in dicendo consistit: quare vt ad illorum calumniam directè respondere ret dicendum erat, quid est facilius dicere, & nō, quid est facilius facere. Est ergo hic sensus: Vos me arbitramini blasphemum, quòd dicendo, *remittuntur tibi peccata*, iudicetis me vendicare potestatem Deo propriam. Sed vestrum requiro iudicium, vtrum horum duorum maioris est potestatis, seriò & cum efficacia dicere, *remittuntur tibi peccata* an dicere, *surge & ambula*? Non dubitem quin
E vtrunq; sit æqualis, imò eiusdem potestatis, idq; diuinæ, cùm solius Dei sit verbo præstare quicquid voluerit. Itaq; eandem sibi potestatē arrogat qui hoc seriò dicere præsumit, quā sibi vendicat qui dicit, *remittuntur tibi peccata*, vt æquè blasphemus sit qui illud dicit, atq; qui hoc dicit. Hoc tantùm interest, quòd ex cōspecto ipso effectu secuto manifestè deprehendi potest, non falsò & arroganter potestatem vendicatam, si quis dicat, *Surge & ambula*: non autem ita deprehendi potest, q si qs dicendo *remittuntur tibi peccata*, eandem potestatem sibi vendicet. Quare vt certissimò cognoscatis me nō arrogāter vsurpare potestatem remittendi peccata, sed eam verè habere quam antehac nullus hominum in terra habuit, etsi & ego homo sim in terra conuersans vobiscum, ecce efficaciam horū

verbo

verborùm, surge & ambula vobis exhibeo, verbo A hunc paralyticum sanum adeo reddēs, vt ipse suū lectum auferens, integra valetudine sit à nobis abiturus in domum. Itaq; si non potestis me ob id blasphemum iudicare, q dicere præsumam huic: *Surge & ambula*; ipsa videlicet re declarante me habere eam potestatem quam verba præ se ferunt: nec ideo blasphemum condemnare debetis q dicam, *remittuntur tibi peccata*, sed potius ex externo signo probare verum esse spirituale & oculis nō patens remissionis peccatorum signum. Ex qua explanatione patet, quàm conuenienter Christus illorum calumniæ respōderit, & quàm apte eorū crassum cęcumq; iudiciū notauerit, eo q ea verba nō calumniarentur tanquam blasphema, quibus solo iussu ægris frequenter sanitatem cōtulisset, B cùm eandem potestatem præ se ferrent, idq; apertius quam verba illa quibus promisit remissionem peccatorum. Aduertenda autem hic prudentia saluatoris. Cum em̄ scribę cogitarent apud se: *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Nō respōdet: Vt autem sciatis me esse Deum, & ob id posse dimittere peccata, sed, *vt sciatis quia filius hominis habet potestatē*, &c. efficaciter probans ex ipsa cogitatione scrūtatum, se verum esse Deum, nec tamē id ob humilitatis exemplum, ac inuidiam declinandam exprimens, & simul se verum hominem cōprobans, potestatemq; dimittendi peccata cōpeter̄ sibi etiam quatenus homo est, & nō solùm
Christus quatenus homo quo modo peccata dimittit. C quatenus Deus. Remittit autem Christus quatenus homo aliter peccata quā sacerdotes. Sacerdotes em̄ solùm remittūt tanquam ministri Christi, Christus verò remittit autoritatiuè & meritoriè sua morte expians hominum peccata. Illud autem; *in terra*; auxesin facit, significat em̄ filium hominis non solū habiturum potestatem cùm in cœlo esset regnatur⁹, sed etiā habuisse cùm adhuc in terris versaretur in forma serui. Ostendit enim Pharisæos, q p is q homo erat, & in terris versaretur, sibi vendicaret potestatem remittēdi peccata, quod solius Dei est, q in cœlis est. Vnde ostendit filium hominis habere potestatem hanc, idq; in terra. Porrò hæc verba; *Vt autē sciatis quia filius hominis*, &c. quidam accipiunt vt sint verba Euangelistæ; quasi diceret: Ipsi dubitabant eum posse di- D mittere peccata, sed vt vos lectores sciatis ipsum habuisse hanc potestatem, tunc ait paralytico. Verùm rectius accipiuntur vt sint verba Christi ad scribas, quę cōtinuata fuerunt eum verbis q subiunxit, cōuertendo sermonem ad paralyticum, dicens, *Surge & ambula*; sed Euangelistę interposuerūt illa verba; *tunc ait paralytico*; p parenthesin legenda. vt demōstrarēt Dominum cōuertisse se ad paralyticum, dirigēdo sermonem ad ipsum, postquam priorem sermonis partem direxit ad scribas. Itaq; Christi locutio imperfecta fuit, efficaciá maiorem habens quàm si perfecta fuisset. Habet em̄ aliquid vehementiæ oratio in qua subitò fit transitus à persona in personā. Supplenda est autē oratio hoc vel simili modo; respicite & aduer- E tite. Cæterū hic duplex occurrit difficultas. Primò, quomodo efficaciter Dns probat se habere potestatem remittendi peccata, ex potestate curandi aliquem verbo, cùm multi sanctorum hanc habuerint potestatem, illam verò nō habuerit. Secundo, quomodo Dns significat æquè difficile esse dicere, Surge & ambula, & dicere, remittuntur tibi peccata, cū Theophyl. post Chrysost. dicat, re-

vera difficiliorem esse animę quàm corporis curationem? & August. super illud Io. 14. Maiora horū faciet; maius esse opus asserat vt ex ipso quis fiat iustus, quàm creare cœlum & terrā. Ad primum dicendum, Christum nō simpliciter ex potestate curandi paralyticum probare se habere etiam potestatem remittendi peccata, sed ex eo q̄ sine nominis alicuius inuocatione, solo iussu, & cū autoritate præcipiendo curaret: quam potestatem nō habuerunt aliqui sanctorum, sed nec habere possunt, cùm sit solius Dei. Deinde cùm miraculū curationis paralytici ædiderit Dns in cōfirmationē potestatis remittendi peccata, efficaciter cōseque batur eandem ipsum habere, cùm miracula vera efficaciter cōprobent id in cuius attestationem fiunt. Sunt em̄ quasi sigillum quoddam Dei, quo aliquid Deus verum esse cōprobat. Ad secundum dicendum, maius quoddam opus ex sese esse iustificare ipium quàm sanare ægrotum, cùm illud ad spiritum, hoc verò ad corpus ptineat, ac ob id etiamsi hæc duo in seipsis tantùm cōsiderentur, facilius esse sanare ægrotum paralyticum, cùm id aut simile naturali aliqua virtute fieri possit. Verùm sanare paralyticum hoc modo, nempe solo iussu, remittere peccata; si referantur ad eam causam à qua sola hæc fieri possunt, æquè sunt & facilia & difficilia. Diuinæ enim potentiæ vtrumq; æquè est facile, à qua sola hæc fieri possunt.

[SVRGE, TOLLE LECTVM TVVM, ET VADE IN DOMVM TVAM. ET CONFESTIM, &c.] Nō solū surgere præcipit, sed etiā tollere lectum, vt quod fuit testimonium infirmitatis, fieret probatio perfectę sanitatis. In domum quoq; abire præcepit, vt ne gloriā suam quęrere videret, si illum apud se retineret: vtq; nō solum præsentes, sed etiā omnes obuij miraculi euidentiā p̄barent, & sanitate sua domesticos lætificans fidei eis fieret occasio. Porrò æditū sermonē mox manifesta præsentaneáq; vis cōsecuta est. Nō em̄ paralyticus paulatī ac tandē, egreq; cœpit se mouere, sed ad Iesu vocē statī erexit sese, quasi nullā vnquam sensisset paralysim, ac sublato in humeros lecto per cōfertam hominum multitudinem egressus est, nouū & antehac inuisum omnib. spectaculum exhibens, vt q paulò ante velut exanime cadauer à quatuor baiulis lecto affixus portabat, nunc gestiens & alacer tantę etiā sarcinæ gestādę sol⁹ sufficeret. Cumq; negatus fuisset locus aduenienti, datus est exeunti. Sic em̄ dispensatione quadam diuina vtrumq; expediebat, vt veniēti obsistens turba, fidei magnitudinem omnib. faceret manifestam, & datus p mediā multitudinem exeunti loc⁹, miraculi spectaculum omniū oculis subiiceret. Quid autē his visis scribæ vel cogitauerint, vel dixerit, Euangelistæ nō cōmemorant, nisi eos intelligamus etiam cōprehensos à Marco & Luca, q dicunt omnes obstupefactos. Cæterum Matthæus turbarum solum meminit, nimirū, q vulg⁹ hoc miraculo cōspecto magis obstupefactū sit, ac simplici animo Deum glorificauerit, eū scribas fortè & Pharisæos inuidentiæ q dam zel⁹ occultæ torqueret. Tria autem in præsentib. turbis cōsecuta cōmemorant, nempe stuporē & admirationem summā, quam Lucas ἔκστασιν vocat, timorem magnum ex stupore rei nouæ prodeuntē ad glorificationem Dei. vtro eo tamen quod habet Matthæus, *timuerunt*, græcè est, ἐφοβήθησαν, hoc est, admirati sunt, vnde videtur interpres legisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐθάμβησαν. Porrò timoris apertè mentionē fecit in A cas dicens: *Et repleti sunt timore.* In huius autē paralytici curatione sensum aliquem spiritualē requirēdum, præterquā quod superius generaliter est ostensum, etiā præsens locus satis indicat. Docet enim hic Dñs se voluisse per corporalem curationem morborum cōfirmare potestatem suam ad remittēdum peccata. Itaque sicut est paralysis quędā corporū, q̄ humore noxio nervos corporis, qui motus sunt organa, occupat ac torpefacit sic vt qui laborat hoc malo, vivum cadauer esse videatur, cùm ad nullum vsum habeat membrorum poris suis: ita quędam est paralysis animę, cū scilicet voluptates ac frigidissimæ rerum fluxarū cu- B rę sic occupāt omnes animæ vires, vt tota torpeat ad oīa pietatis officia, ita affixa infœlici grabato cupiditatum carnis, in quibus eō quiescit, vt viuēs mortua sit, atq; ex sese nullum habeat robur eriendi se à rebus terrenis ad cœlestia, aut adeundi medicum animarum. Talis igitur anima, si agnito morbo suo humana arte immedicabili, cupida fuerit sanitatis, seipsam curet cū summa fiducia C prędicatorum, pastorum, & iustorum hominū institutione & oratione deferri ante Christū, eique cōmendari: & quoniā turba carnalium hominū, & carnaliū cogitationum impedimētum præstat accedendi, curet se subuehi à carnalium commercio, sicq; humiliter demitti ante Iesum, morbū suū omni deposito noxio pudore illi planè & palā detegens. Qui nō dubium omnipotente sua bonitate, nō solū peccata remittet, vnde paralysis illa & dissolutio virium nata est; sed & vires largietur tātas, vt nō tantùm surgat, sed etiā lectum, hoc est, corpus in quo requiescebat languescēs ad omnē boni operationem, tollat veluti in humeros suos, dominans iam illi cui priùs seruiebat, nō iam vt priùs baiulis opus habens, sed suis pedibus ambulans quocunq; agit illā spiritus Christi, nec aliò ambulās quā quò iussa est. Ambulat autē, idq; coram omnibus, atq; in domum suam vadit, dum virtutem profectib. semper ad meliora aliis etiam videntibus progreditur, ingrediens in requiem cō scientiæ, secundum illud Psalmistæ: Cōuertere anima mea in requiem tuam, quia Dñs benefecit tibi; expendens apud se beneficij accepti & bonitatis diuinæ magnitudinem, ac ob eam & priuatī & publicè Deum glorificans. Porrò nostrum fuerit, nō scribarū, sed simplicis turbæ sequi exemplum, vt & ipsi glorificemus Deum, non solùm quando nobis sua clementia adimit morbos animi, verumetiam cùm alios videmus eiusdem bonitate à pristinis vitiis resipiscere, adq; irandū q̄ue & nobis, quòd talē potestatem dedit hominibus, vt & ipsi possint remittere peccata.

VOCATVR MATTHÆVS, ET DE IEIVNIO DISPVTATVR cum discipulis Ioannis & Pharisæorum. Matt. 9. Marc. 2. Luc. 5. CAP. XXXIII.

hTe post hæc † exiit b rursus ad mare, omnis q̄ turba veniebat, & docebat eos. i Et Δa e cùm trāsiret a inde Iesus, i vidit a hominē publicanū nomine b Leui b Alphæi i sedētem ‖ ad telonium, a Matthæum nomine. i Et ait illi: Sequere me. Et e relictis omnibus i surgēs secutus est eū. c Et fecit ei conuiuiū magnū Leui in domo sua. i Et e factū est † cū accūberet in domo b illius, a ecce Δ multi publicani & peccatores f a veniētes b simul ‖ i discūbebant cum Iesu & discipulis eius. b Erāt enim multi qui & sequebantur eum. i Et e videntes i Pharisæi b & scribæ c eorum b quia manducaret cū publicanis & peccatoribus c māducatis & bibitis, c manducat b & bibit c magister vester? c Et † c hoc audito Iesus ce sponsi Δ ait b illis: ‖ i Non necesse habent sani medico, sed qui malè habent. Euntes autem discite quid sit: Misericordiam volo, & non sacrificium. i Non c enim i venit vocare iustos, sed peccatores c ad pœnitētiā. a Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis: b & erant discipuli Ioannis & Pharisæorū ieiunātes: & veniunt, & Δ i dicunt ei, Quare discipuli Ioannis ieiunant f frequēter, & obsecrationes faciunt, similiter i & Pharisæorum: tui autē c discipuli non ieiunant, [sed] c edunt & bibunt ‖ i Et ait illis Iesus: Nunquid Δ possunt † filij sponsi a lugere [&] b ieiunare quamdiu cum illis est sponsus? b quanto tēpore habent secum sponsum nō possunt ieiunare. Venient autem dies c cùm auferetur ab eis sponsus, i & c cum ablatus fuerit ab eis spōsus, i tunc ieiunabūt in illis diebus. c Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia ne mo ‖ immittit commissurā e panni rudis, c [aut] c à vestimento nouo † in vestimentū vetus, b alioquin & nouū rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo, [&] Δ c aufert supplementū a eius b nouum c à a vestimento b veteri, c & ‖ peior scissura fit. i Et † nemo mittit vinū nouū in vtres veteres, alioqui † dirumpet vinum nouum vtres, & vinum Δ effundetur, & vtres ‖ peribūt: sed vinū nouū in vtres nouos Δ mitti debet, f & ‖ ābo cōseruāturę. Et nemo bibēs vetus, statī vult nouū. Dicit enim, c vetus melius est.

ET c POST HAEC b EXIIT b RVRSVS AD MARE, &c.] Quoniam superius narrauerūt Euangelistæ quomodo Christi verba & factū calūniati sint scribæ & Pharisæi, iam & aliā eorum cālumniam occasione conuiuii à Matthæo parati natam subtexunt. Vnde & Matthei vocationē q̄ę huius calumniæ occasio fuit interserunt, quam nō contigisse ante paralytici curationem, vt quidam putant, sed post eam ex Luca est manifestissimū, q̄ habet: *Et post hæc exiit, & vidit publicanū*, &c. Quòd autem exierit, solus Marcus narrat, nimirum ad mare rursum, vt scilicet doceret in eo loco ad quē hominum multa confluere solebat multitudo. Verisimile autem est Christū iam circa mare existentem, & ibi in littore trāseuntem, inuenisse ibi Matthæum sedentem ad telonium. Solent enim esse telonia circa maria, vbi à præternauigantibus aut applicantib. vectigalia exiguntur. Certè circa mare cōtigisse Matthæi vocationem Marcus satis innuit. Nam quorsum alioquī præmisisset Dominū ad mare cōcessisse? Et terræ sanctæ scrutatores dicūt extra Capharnaū circa mare demōstrari locum vnde vocatus sit Matthæus. Est autē telonium Græca dictio, deriuata à τέλος, quod est vectigal, vel mensa ipsa vectigalis, quomodo accepit noster interpres in Marco & Luca, dū vertit, *sedentem ad*

ad telonium: vel ipse locus & domus in qua sedēt publicani, hoc est, publicorum vectigalium redēptores & exactores. Et sic videtur interpres accepisse in Matth. dum vertit, *sedentē in telonio*, quamuis hic Græcè eodem modo habeatur quomodo in Marco & Luca, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, sedentem ad telonium. Porrò quod Matt. proprium suum nomē ponit, Lucas verò & Marcus nomen Leui: intelligēdum est ipsum fuisse binominem, & Lucā quidem ac Marcum, vt habet Hieronymus, propter honorem Matthæi noluisse eū nominare nomine vulgato: Matthæū verò vulgatū suū nomē expressisse, vt Dei in se benignitatē declararet, ac legentibus ostenderet nullū debere salutem desperare, cū ipse de publicano repētè factus sit Apostolus: vnde & cùm Apostolorū catalogum recenseret, nomē publicani adiecit, dicēs: *Matthæus publicanus.* Verisimilius autem videri pōt. Matthæū priùs q̄dem dictum Leui, ac deinde à Christo mutatum ei nomen, vt diceret Matthęus. Neq; enim facile est inuenire quosdā binomines in scripturis, nisi ferè per mutationem nominis primi, ac per expressionem eiusdem nominis per alterius linguę nomen idem significans, quomodo Cephas, Petrus dicitur. Atque ideo videtur potius Marcus & Lucas Matthæum Leui vocasse, quòd eo vocaretur nomine cùm à Domino vocaretur.

IET AIT ILLI: SEQVERE ME. ET c RELICTIS C OMNIBVS, i SVRGENS SECVTVS EST.] In hac vocatione, primū quidem relucet Domini clementia & bonitas: qui sicut priùs non dedignatus est viles ac rudes piscatores in discipulorum numerū aduocare, ita nec iā dedignatur veluti publicū peccatorem à Iudæis cōtemptū vocare, ostendens se nullum aspernari hominum genus, quātumuis mūdo cōtemptum. Deinde verò eiusdem patescit diuina virtus & efficacia ad cōmouenda hominū corda solo verbo. Nā q̄ mox, postquam dixit dominus publicano quæstui penitus addicto, *sequere me*, omnibus relictis Dominū secutus sit, etsi minus homines mirarentur, tamen erat multo prodigiosius illo quod paulò ante demirati erant in sanato paralytico. Grauissima enim paralysi animi laborat, cuius mens tota affixa est pecunię studio, nec aliquid difficilius quàm auarum ad contemptum lucri terreni pertrahere. Vnde Dominus dixit, difficilius esse intrare diuitem in regnum cœlorum, quàm camelum, &c. Iam & obedientia magna vocati Matthęi hic cōmendatur, q̄ ad vnā vocē Domini, omnibus statim relictis, nō dubitauerit Dominū sequi. Quo virtutis quoq; leuitati non potest tribui, sicut calūniabantur Porphyrius & Iulianus, cùm iā fama Christi celebris esset, & tanta esset Christi potentia cum maiestate quadam in vultu relucens, vt sicut magnes ferrum, ita & ipse quos vellet etiam primo aspectu attrahere posset. vt habet Hieronymus.

c ET FECIT EI CONVIVIVM MAGNVM LEVI E IN DOMO SVA. c ET FACTVM EST.] Matthæus q̄dē modestiæ causa non dicit à se paratū Domino cōuiuium, aut in domo sua Dominum discubuisse, dicens tantùm *factū est discumbente eo in domo*, virtutem quidē suam tacens, vitium autem suum apertius quàm reliqui Euangelistæ manifestans. Vnde nō rectè quidam in Matt. vertit: *in illius ædibus*, cū Græcè tantùm sit ἐν τῇ οἰκίᾳ. Marcus autem Dominum in domo Leui recubuisse dicit, & Lucas à Leui conuiuium, idq; magnum paratū Domino cōmemorat. Porrò conuiuium istud nō dicitur ob id potissimū magnum, q̄ in eo multi fuerint cōuiuæ, sed potius q̄ opulentum esset & pretiosum. Est enim Græcis præ conuiuio ἀγοραῖος, hoc est, exceptionem. Itaq; fecisse magnum cōuiuium hic est quod Latinè dicitur, splendidè excepisse Dominum. Cōuiuium autem hoc Matth. Domino fecit, tum vulgarem sequens modum quo discedentes ab amicis & familiaribus per cōuiuiū eos solent relinquere & valedicere, quale exemplum est in Helisæo: tum vt Dominū honoraret, à quo se propter vocationem honoratum & beneficio B affectum iudicauit. Vetū dubium hic est quomodo Matthæus iam dicatur fecisse Dño conuiuium, idq; in domo sua, cùm priùs dictum sit q̄ post vocationem relictis omnibus secutus sit Dominum. Nam ex hoc loco hæretici colligunt, Apostolos & discipulos Christi non sic omnia reliquisse, vt quę possidebant planè à se alienarent, sed ad eorum vsum & curam quoties per euangelicum negotiū licuerit, redire. Sed hæc sententia superius satis reiecta est, & in sequētib. apertius refellet. Quidā ergo intelligunt, Matthæū mox post vocationem secutum quidem Dominum, ita vt adhæserit ei multa coniunctus familiaritate, nondum tamen factum eius individuum comitem: sed hoc tunc factum, cùm in mōte ex omni discipulorum multitudine factus est vnus Apostolorum. Verùm adhuc obstat q̄ Lucas nō solùm secutum dicit, sed etiam relictis omnibus secutum. Itaq; Caietanus intelligit, relictis omnibus, negotiis scilicet, nō autē omnib. adhuc rebus & possessionibus, vt significetur post vocationē Matthæū ꝑtumuis perplexæ essent negotiorum eius rationes, omnibus tamen illis relictis mox Dominum secutum. Verùm nō videtur huc esse sensus Euāgelistæ, cū videatur hic velle significare id fecisse Matthæū q̄d postea Dominus requirit ab omnib. discipulis suis: Nisi, ait, quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. Proinde vel intelligēdum est per anticipationem dictum esse, q̄ relictis D omnibus secutus sit Dominum, quodq; mox vt vocatus fuerit cœperit parare Dño conuiuiū, quo peracto, & rebus suis vtcumq; dispositis, secutus sit Dominum. Vel intelligendum, omnia illū negotia publicanorum, quę tum cùm vocaretur tractabat, mox reliquisse, omnes itē possessiones animo saltem promptissimè reliquisse, postea tamen permissum à Domino, vt de rationibus suis & rebus disponeret, ac tum parasse Domino conuiuiū in domo sua. De Publicanis autem & peccatoribus, qui dicuntur simul cum Christo venisse & discubuisse in domo Matt. incertum an à Matt. fuerint inuitati propter familiaritatem. Marcus enim veluti rationem redditurus ob quam hi aderant in conuiuio, subiicit: *Erāt enim multi qui sequebātur eū.* E Quod sic videtur accipiendum, multos videntes Christi in vocando Matthęum benignitatem, ac videntes Matthæum sequentē, siue exemplo eius, siue etiā voce eius prouocatos, simul cum ipso secutos esse Dominum. Vnde quidam libri legunt; *qui & sequebātur eū.* Porrò peccatores, qui hic & alibi publicanis cōparantur, videntur fuisse homines vitæ apertè malæ, qui forsan ob aliqua crimina electi erant extra synagogam, habiti à scribis & Pharisæis velut excommunicati.

ET VIDENTES i PHARISÆI ET SCRIBAE EORVM b QVIA MANDVCAT, &c.] Memorabile

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanè,Phariſeos & ſcribas,quorum hi de ſcripturarũ ſcientia,illi de vitæ religione gloriabãtur, eoq; nomine populo inſigniores erant, Domino præ omnibus aliis obtrectaſſe magis,& optima quęq; eius dicta factaq; dãnaſſe. Sed eſt hæc natura humanę ſiue iuſtitiæ,ſiue ſcięntiæ,q̃ charitate & humilitate deſtituta eſt,vt cũ ſit imperfecta,& tamẽ perfectã ſe iudicet,omnia q̃ à ſuo inſtituto ſunt aliena,quantũuis pfecta & bona,præ ſe contemnet & cõdẽnet,vtq; ſupercilioſa ſit,omnia facilè in peiorẽ partem rapiens,& lenia quęq; grauiter exaggerans.Scribæ ergo & Phariſæi de ſciẽtia & ſanctitate ſibi placentes, illicitũ iudicabant cum publicanis & peccatoribus cõuerſari,& potiſſimum mẽſam habere cõmunem:quæ ſummum eſt familiaritatis indiciũ. Primùm enim putabant hinc hominem iuſtum pollui,quemadmodum ſecundum legis præſcriptum polluebatur homo ex cõtactu animalis immundi,aut hominis ſecundũ legis ordinationem immundi. Nullã enim maiorem eſſe immunditiam quàm peccatum.Deinde metuebãt ne ex cõuerſatione cum peccatoribus ſimiles eis efficerentur.Nam,vt dicitur Prouer.13. Qui cum ſapientibus graditur,ſapiens erit,amicus ſtultorũ ſimilis efficietur.Et Eccleſiaſt.13.Qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo,induet ſuperbiam.Poſtremò,metuebant ne cõſuetudine cũ peccatoribus adderent animos ipſis qui vitati fortè reſipiſcerẽt. Verùm inter has cauſas primam veriſimile eſt eos maximè mouiſſe, pro ingenio præpoſteræ & humanæ ſapientiæ & iuſtitiæ eorum.Vt autem in obmurmuratione ſcribarum & Phariſæorum perſpicuè apparet ſupercilioſa & præpoſtera eorum religio,ita rurſum hic obſeruandũ quàm meticuloſa fuerit & ſubdola. Dominum enim corã monere miſeri nõ audebant,ſiue q̃ conſcij eſſent propriæ maleuolentiæ, ſiue q̃ illius in refellẽdis calumniis experti eſſent prudentiam, metuentes ne audirent ab eo quod nollẽt.Diſcipulos adeunt rudes adhuc,qui & maleuolentiam minus perſentiſcerent, & rationem facti quã quærebant reddere nõ poſſent. Hos captant venenato ſuſurro,ſperantes ſe eos poſſe abducere à præceptore quẽ ſequebantur. Quod autem à Luca dicuntur dixiſſe: *Quare cũ publicanis & peccatoribus editis & bibitis*, à Marco verò & Matth. *quare cũ publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter veſter*,nihil habet cõtrarietatis.Intelligi enim poteſt vtrumq;dixiſſe,& tamẽ ſi alterum ſolùm dixerint,vtrumuis dixiſſe cenſendi ſunt.Cõmunis enim erat & diſcipulorum & Domini culpa ſi quæ erat,Dominum tamen calumniari volebant vt culpæ huius authorem. Vnde ſi vero innocentiæ zelo moti fuiſſent,Dominũ ipſum monuiſſent. Non eſt autem intelligendum diſcipulis adhuc in cõuiuio exiſtentibus hæc dicta à Phariſæis:nõ enim interfuerũt Phariſæi cõuiuio quod adeo deteſtabantur: ſed poſt cõuiuium hæc dicta ſunt, cùm alicubi eos cõmodo aliquo loco cum Chriſto reperiſſent. Nõ enim quod habent Matt. & Marcus,*vidẽtes docebãt diſcipulis eius*: ſic eſt intelligendũ quaſi & ipſi cõuiuio interfuerint, & tum cùm hæc viderent,diſcipulos iſtud interrogarent, ſed videntes dicebant,hoc eſt,poſtquam vidiſſent & intellexiſſent.Eſt enim Græcis non participium præſentis temporis,ſed aoriſtus ἰδόντες, qui nullũ participium habet apud nos ſibi correſpondens, ſpinde coactus eſt ſæpe interpres præſenti tẽpore abuti pro præterito.

ᶜET HOC AVDITO IESVS ᶜ RESPONDENS IAIT ᵇILLIS: NON NECESSE,&c.]Cũ ad Phariſæorũ interrogationem diſcipulis adhuc rudibus nõ eſſet in promptu quod reſponderent, qui tantùm ſimplici fiducia pendebant à Domino,Dominus ſiue ex diſcipulorũ relatu intelligẽs Phariſæorũ ſubdolã & maleuolã interrogationem,ſiue potius per ſe illa audiens, cùm etiam voces clãculariæ illum latere nõ poſſent,ſicut nec cogitationes occultæ,ᵖ diſcipulis reſpondit. Et primũ quidem à cõmuni exemplo & officio medici eos cõfutat, acculationem eorum ad virtutis opus cõuertens, atq; oſtendens irreprehẽſibile eſſe, imò potiꝰ laudę dignum qđ ab eo agebatur.Eſſe enim ſe medicum,atq; ob id pro officio adeſſe peccatoribus,& cũ eis conuerſari,nõ vt eos in peccatis foueat,ſed vt à peccatis ſanet:nõ ſic autem ſcribarum & rhaſiæorum requirere conſortium,q̃ ſe ſanos exiſtimarent, & ob id medico opus non haberent. potrò quod dicit;*Nõ opus eſt valẽtibus medico*, intelligẽdum,vt curentur & ſani ſint.Indigẽt enim medico vt ſanitatem cõſeruent. Aut intelligendum quatenus ſani ſunt.Quatenus enim male habere poſſunt,quod infirmitatis eſt,aut quatenus aliqua in parte malè habent,medico opus habent.Sic quatumuis ſani ſunt iuſti in hac vita, medico tamen Chriſto opus habent, qui & acceptam ſeruet ſanitatẽ,& quotidianas imperfectiones ac infirmitates curet.Deinde verò ſcripturæ teſtimonio eos cõfutat,oſtendens ex ſcriptura ſe quidem rẽ facere Deo gratiſſimam, dum infirmis & medici cura egentibus miſeretur,& ſubuenire ſtudet:illos verò notans & de ſcripturarũ ignoratione prauaq; intelligentia, quantumuis de ſcientia ſcripturarũ gloriarentur,& de neglectu eius,qđ eſt præcipuũ, ac præpoſtera religione, quam ſcilicet ſibi potiſſimum putabant in ſacrificiis, aliisq; legis ceremoniis(quæ ſub ſacrificio tanquam principaliori cõtinentur) ita vt miſericordiæ & pietatis in proximos nulla ab eis aut iuſta cura haberetur.Eſt autem teſtimonium deſumptum ex Oſeæ 6. capite, idq; magis ſecundùm Septuaginta quã Hebraicã veritatem.Siquidem Hebræa habent præteritum, *volui*, quemadmodum etiam vertit Hieronymus, Septuaginta verò, ἠλέησα θελητὴν ἢ θυσίαν. Cæterũ hoc intelligendum eſſe in hoc ſenſu.Miſericordiã volo pluſquã ſacrificium,patet ex eo quod ſequitur;& ſcientiam Dei pluſquam holocauſtũ, q̃uis poſſit etiam intelligi miſericordiam per ſeſe Deo gratã eſſe, ſacrificia autem legis ex ſeſe Deo non placere,nec vnquam placuiſſe, ſed tantùm ex deuotione offerentiũ & ſignificatione Chriſti. Tertiò verò eos confutat ex proprio ſuo officio.Nam priùs quidem ex cõmuni officio medici oſtendit ſe rectè facere q̃ ipſis relictis, cum peccatoribus cõuerſaretur:nunc autem idem docet ex proprio officio,quod erat, annunciare verbum Dei,& ad Deũ homines cõuertere.Porrò ſententia illa, *Nõ veni vocare iuſtos,ſed peccatores*: quæ videtur ſignificare quoſdam fuiſſe quibus Chriſtus nõ venerit, qui tamen omnibus venit,variè intelligitur. Quidam enim ſic intelligunt:Non veni vocare iuſtos, quia tales nullos inuenio,cùm omnes ſint peccatores, & egeant gloria Dei. Alij poſt Chryſoſtomum intelligunt Dominum ironice locutum, & per iuſtos intellexiſſe Phariſæos,eo quòd ſeipſos iuſtificarent, & iuſtos reputarent, vt ſit ſenſus: Non

Non veni vocare tales iuſtos quales vos eſtis.Verùm neutra harum interpretationum cõueniens videtur.Nõ prima,quia præſupponit Chriſtũ voluiſſe ſignificare nullum tũc inuentum qui iuſtus dici poſſet,qđ nõ eſt veriſimile,cùm de Nathanael dixit,ecce verè Iſraelita,in quo dolus non eſt,& de Ioanne:Inter natos mulierũ,&c.Nec dubiũ qn verè tunc eſſent multi alij iuſti ſecundùm eũ modum quo in ſcripturis dicuntur quidã iuſti. Neq; *Ioan 1. Matt. 11.* ſecunda,quia etiam ad vocandum Phariſæos venerat Dominus, cùm tam frequenter illis eorum vitia aperiret, ſi fortè cõuerti vellent. Proinde rectius intelligitur ſimpliciter Dominum etſi venerit ad docendum perfectius iuſtos eoſq;,ſaluandũ, & in iuſtitia cõfirmandum, non tamen veniſſe ad vocandum eos,hoc eſt, cõuertendũ eos.Eſt enim hic,*vocare*,ad Deum inuitare. Aut illud,*in pœnitentiam*,quod à Luca adiectũ eſt, & ponitur etiam apud Græcos in Matt.& Marco,nõ ſolùm referatur ad peccatores,ſed ad iuſtos etiã,vt ſit iſte ſenſus: Ad hoc veni,vt prędicem pœnitentiam,à qua auſpicatus ſum cũ Ioanne prædicationẽ. dicens: Pœnitentiam agite.Ad hoc autem non veni vt vocarem iuſtos, vt qui nõ indigent pœnitentia, ſed peccatores:ꝓinde mirum vobis eſſe nõ debet q̃ vobis deſertis,qui iuſti eſſe videmini, peccatorib⁹ adhæreo,& cum illis conuerſor. Non enim ob id cũ eis conſuetudinem habeo vt illorũ malitia abutar,aut in malo eos foueam.ſed tantùm ob id, vt ad pœnitentiam adducam.Nõ obſtat ergo veritati ſententiæ Chriſti q̃ Nathanaelem iuſtum vocauerit Dominus. Non enim loquitur hic de vocatione ad ſequelam, ſed de vocatione ad Deum & ad pœnitentiam. Porrò quemadmodum in eo q̃ Dominus dignabatur manducare cum publicanis & peccatoribus, obſeruanda eſt ipſius erga peccatores benignitas & humanitas: ita in hac eius reſponſione,diſcenda primùm ipſius manſuetudo,qua tãblãdè reſpõdet maleuolis obtrectatoribus:deinde quatenus cũ peccatoribus ſit cõgrediendum,nimirũ quatenus congreſſu noſtro poſſit morbis eorum mederi. Ideo nanq; ſcopus pio eſſe debet,& cum peccatoribus cõgrediẽdi,& eos vitandi,nempe vt peccatores & mali eſſe deſinãt. Si ad hoc congreſſus conducit,vitandi planè non ſunt:ſi vitatio ad hoc cõferẽt,diligẽter vitãdi. Iraq; *1.Cor.5.* non contrariatur iſtud factum Domini doctrinæ Pauli dicẽtis:Si is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator,aut auarus,aut idolis ſeruiens, aut maledicus,aut ebrioſus,aut rapax,cum eiuſmodi nec cibũ ſumatis.Videndum enim & de q̃bus loquatur,& qua de cauſa illud præcipiat.Et quidem quod ad primum pertinet, nõ ad præceptores illud præceptum pertinet,ſed ad eos qui fratres inter ſe erant.Præterea de fratre hoc dicit ille,hi autẽ publicani & peccatores nõdũ facti erãt fratres. Deinde de illis hoc dictum eſt, q in peccatis ſuis perſeuerabant:hi verò publicani & peccatores ſanabiles ſe præbuerunt.Quod verò ad præcepti illius cauſam pertinet,duplex eſt cauſa, quare vel Paulus illo arq; aliis locis,vel alij in ſcripturis vetent cõuerſationem cũ peccatoribus,his maximè q pertinaciter in peccatis perſiſtunt. Primùm ne *1.Cor.5.* cõtagio ſuo peccatores alios inficiant, vnde Paulus inceſtũ illũ eiici ex eccleſia præcipiens: Neſcitis,inquit,quia modicũ fermentum totã maſſam corrumpit? Altera cauſa eſt,ne approbari ſua peccata putẽt,ſed potius vitati ab omnibus, & ob id A cõfuſi,reſipiſcant. Ob quã etiam cauſam inceſtuoſum Corinthium Paulus tradidit ſatanæ, & 2. ad Theſſ.3.vetat cũ immorigero haberi cõmerciũ,vt inquit,cõfundatur.Cùm ergo,Dominus non ſolũ nullo modo peccatorũ cõtagio corrũpi potuerit, ſed etiã alios ſeruare potuerit:eumq; hoc propriũ ipſius eſſet officiũ,vt mederetur animis,& hi peccatores deſperati non eſſent,cũ ſanandos ſe offerrent,nec ſic cũ eis cõuerſatus ſit Dominus, vt ex ea cõuerſatione ĩ peccatis ſuis cõfirmari poſſent, ſed potius ſic vt ab eis liberarentur,nihil eſt quod in hoc facto Domini reprehendi poſſit, & nõ potius ſummè laudari, tanq̃ opus propriũ officii & miſericordiæ. Mirè verò conſolari meritò debet, B q̃ ſe medicum vocat ac vocatorem peccatorum.

ᵇET ERANT DISCIPVLI IOANNIS ET PHARISÆORVM IEIVNANTES, &c.]Poſt ſuperiores duas calumnias Domino à Phariſæis illatas,tertiã iam cõſecutam deſcribunt Euangeliſtæ, quã Lucas quidem tribuit Phariſæis,Matt. verò diſcipulis Ioannis,Marcus autem & diſcipulis Ioannis & diſcipulis phariſæorum. Intelligẽdũ enim vtroſq; ſimul conueniſſe,Lucam tamen tantùm phariſæorum meminiſſe, q̃ huius expoſtulationis eſſent autores:Matt. verò diſcipulis Ioãnis tribuiſſe hãc expoſtulationem,q̃ forte hi ſoli verbum nomine etiam Phariſæorum facerent. Phariſæi enim non ſe aut ſuos diſcipulos tantùm Domino obiicere volunt,ſed & Ioannis diſcipulos ſecum adduxerunt,per quos & loquerentur, quò cauſam Chriſti vel Ioannis authoritate,quæ Chriſto & populo grauis erat,deprimerent, dum nõ ſolùm ſuam, ſed & Ioannis ſanctiſſimi viri inſtitutionem demonſtrarent cum Chriſti inſtitutione nõ conuenire.Vide autem hic Phariſæorũ verſutiã, nõ ſolũ in eo q̃ diſcipulos Ioannis ſibi adiunxerũt, & per eos loquebantur, quodq; calumniam ſuam in diſcipulos Chriſti mouent, cùm tamen Dominum notare potius vellent:ſed etiam in eo q̃ ſperabãt ſe hac quæſtione poſſe cõuincere Chriſtum,quaſi cum peccatoribus non ederet ea de cauſa quam illis explicauerat, ſed potius vt gulæ ſuæ ſatisfaceret, vnde poſtea exprobrando dixerunt: Ecce homo vorator,amicus publicanorum.Sperabant ergo Dominum vel condemnaturũ Ioannis inſtitutionẽ,quod populo ſciebant fore ingratum:vel *Luca. 7.* ſi illã approbaret,ſeipſum manifeſtè condẽnaturum.Et quidẽ diſcipuli Ioãnis facilè adducti ſunt vt cũ Phariſæis Chriſtũ accederent. Nam & illos linor quidam humanus ac zelꝰ malus arripuerat, q̃ Ioannis famam Dominus videretur obſcurare per miracula,doctrinã ſublimiorem,ac diſcipulorũ multitudinem maiorem.Peccauerunt autẽ hac in parte multis nominibus.primùm quidẽ,q̃ phariſæis eorumq; diſcipulis ſeſe cõiunxerunt ad calumniandum Chriſti inſtitutionẽ, cùm tam grauiter culpaſſet phariſæos magiſter eorũ Ioannes, C ob falſam ſanctitatem. Deinde q̃ Chriſti inſtitutionẽ calumniari auſi ſint,quodq; zelo malo pro magiſtro ſuo contra Chriſtum mouerẽtur,quem audierant à ſuo magiſtro tantopere ſibi prælatũ. poſtremò,quod in ſuis ieiuniis & precibus tantopere ſibi placerent,& de eis ſeſe iactarent arrogãter dicentes: Quare nos & phariſæi ieiunamus? Duabus enim rebus hiſce externis eximiorem ſanctitatem contineri putabant ieiuniis & precationibus prolixis quæ ieiunia commendant, hiſque duobus phariſæi potiſſimum opinionẽ ſanD

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctimoniæ captabant apud populum. Est autē scopus calumnioſæ q̄ſtionis iſte: Singularem præ te
fers ſanctimoniam, & vitæ pfectioris doctrinam
videris ferere: q̄ fit igitur, vt cùm Ioannes & Phari
ſæi ſuos diſcipulos ieiuniis & precib⁹ incumbere
inſtituūt, tu cōtrà tuos ſinas indulgētius viuere, &
quouis tēpore edere & bibere? Nā vt demus te re
cte cū peccatoribus & publicanis edere & bibere,
videlicet vt eos, quemadmodū dicis, ſanes, & ad
pœnitentiam adducas, quomodo nō tamen diſci
pulos tuos, quos ad pfectiorem vitā inſtituere ſu
ſcepiſti, certis temporibus more noſtro abſtinere
doces? Apparet ſanè, q̄ q̄ cibum & potū nimis in- B
dulges tuis, etiam tibi indulgeas communionem
menſę cum peccatoribus, non tam ea cauſa quam
prætexis, quàm vt gulam tuam expleas.

[ET AIT ILLIS IESVS, NVNQVID POSSVNT FILII SPONSI LVGERE, ET IEIVNARE.] Quā
uis arrogantiam manifeſtā & iactantiam præ ſe
ferret calumnioſa hæc interrogatio, eam tamen
Dominus illis nō exprobrat, ſed quoniam ſciebat
ſe potius impeti q̄ diſcipulos ſuos, reſponſo ad
modū vrbano humaniſſimè reſpondit, ſic vt nec
taxaret Ioannis inſtitutionem, nec aliorum ieiu
nia damnaret, ſed tantū oſtenderet indulgentiam
qua in ſuos vteretur, nō eſſe negligentię, ſed & eſ
ſe tempori preſenti debitam, & eſſe artificij cuiuſ
dam quo paulatim illos ad meliora formaret. Du- C
plici enim ratione ſatisfacit propoſitæ quæſtioni,
quarum prior deſumpta eſt à ſua pſona, aut à cō
ditione temporis ptæſentis, quia ſcilicet tempus
præſens nō cōgruit ieiunio diſcipulorum, quod
oſtendit ex ſimilitudine ad tempus gaudij vacātiū
lętitię nuptiali. In qua ſimilitudine reuocat in me
moriam diſcipulorum Ioannis, teſtimonium Ioā
nis de ſe, quo priūs teſtificatus erat, Ieſum eſſe ſpō
ſum, cui à patre cœleſti ſpōſa eſſet deputata, vt vel
ob hunc locum vtiliter & neceſſariò Euangeliſta
Ioannis teſtimonium illud Baptiſtæ ab aliis præ
teritum narrauerit. Mirę autem in hoc parabolico
ſermone relucet Chriſti indicendo ſuauitas, & fe
rendis calumniis māſuetudo, dū iam hilariter & D
vrbanè calumniatoribus reſpondet. Portrò pro eo
qđ in Matt. & Luca eſt, *filij ſponſi*, in Marco verò, *fi
lij nuptiarū*, Græcè apud oēs eſt, υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, hoc
eſt poti⁹, filij thalami nuptialis. Significat enim *νύμ
φων*, teſte Suida, magis thalamum nuptialem, eū
ſponſus dicatur hic & alibi *νυμφιος*, & nuptiæ, *γά
μους*. Filij autem nuptialis thalami Hebraica phraſi
dicuntur, ad quos pertinet verſari cum nouo ma
ritō in nuptiali thalamo. Hebræa enim phraſi id
filius cuiuſq; rei dicitur, quod vlla ratione ad illā
attinet. Sic filij iræ & maledictionis dicūtur, q̄ iræ
Dei & maledictioni ſunt obnoxij. Sic Iſa. 5. locus
pinguis dicitur filius olei. Et c. 21. vocatur Babel
filius areæ Dei, q̄ ita vt frumētum in area, eā vel
let cōterere. Sic dicūtur filij lucis & tenebrarum, E
& filij regni. Sic ergo & ī noſtra lectione filij ſpōſi
& nuptiarum non debent intelligi, qui ex ſponſo
in nuptiis geniti ſunt, ſed ad quos pertinet ſpōſo
adeſſe, & nuptialibus gaudiis perfrui. Eſt ergo ſen
ſus: Vos qui ſedulò audiſtis Ioannem, meminiſſe
debetis, q̄ ille me prædicarit eſſe ſponſum. Itaque
quemadmodū non cōuenit vt lugeant & ieiunent
qui à ſponſo ad nuptias vocati ſunt: ita rem planè
abſurdā requirit, qui ab his qui mihi ſponſo ad
hærent, & nouis noſtris nuptiis interſunt, ieiu
nium, quod lugentibus cōpetit, exigi quamdiu cū
illis ſum. Futurum eſt autem vt aliquando ab eis
corporaliter & viſibiliter auferar per mortem &
aſcenſionem, & tunc deſtituti voluptate quam ex
corporali mea preſentia capiunt, deſtituti ité meo
præſidio, quo aſſiduè iam illis ꝓuideo ne quid de
ſit neceſſarium, & ſpōte ieiunia aliaq; luctus in
dicia ſuſcipient, & nō ſolùm cibi inopiam, verùm
& grauiora mala perferre cogentur. Quemadmo
dum enim apud Matt. ſub verbo, *lugere*, compre
henditur ieiunare, eo q̄ ieiunium luctus quidam
ſit: ita cùm dicitur, *& tunc ieiunabunt*, ſed verbo, ieiu
nare, omnis luctus, afflictio & inopia cōprehen- B
ditur. Portrò quod Lucas dicit Dominum dixiſſe,
Nunquid poteſtis filios ſponſi facere ieiunare, &c. notare
voluit interrogatores illos rē planè abſurdā req
rere. Aut ſecundum Aug. ſignificatur, q̄ illi ipſi fa
cturi eſſent aliquando vt lugentes ieiunarent diſ
cipuli, quoniam ipſi eſſent ſponſum occiſuri. Be
ne autem non dicit, abibit ab eis ſponſus, quod
ſignificaſſet amoris in ſpōſo imperfectionem, ſed,
auferetur ab eis, ſiue per mortem à vobis inferen
dam, ſiue per aſcenſionem à patre. Cæterùm prę
terquam q̄ hoc reſponſo Dominus oſtendit ſuis
diſcipulis nō conueniſſe ieiunium, ita etiam ſatis
ex oppoſito oſtendit quare ieiunium conueniret
diſcipulis Ioannis & Phariſæorum, nimirū q̄ non
eſſent filij ſponſi & thalami nuptialis, ſed filij ſer
uorum, nempe Ioannis, auſteram & triſtem vitā
degentis, & Moſi, oneroſam legem ſuis imponen
tis. Ex huius autem occaſione reſponſi, teſte Hie
ronymo, Montanus, Priſca, & Maximilla, qui tres
in anno faciunt quadrageſimas, ſecundā poſt Pē
tecoſten faciunt quadrageſimam, q̄ ablato ſpō
ſo, filij ſponſi debeant ieiunare. Verùm ſecundum
horum intellectum ſequeretur, q̄ nō ſolùm qua
drageſimam, ſed & omnem diem ieiunare opor
tet. Iuxta tropologiam verò ait Hierony. ſciēdum, *Sēſus Tro
pologicus.*
q̄ quamdiu ſponſus nobiſcum eſt, & in lætitia ſu
mus, nec ieiunare debemus, nec lugere. Cùm au
tem ille propter peccata à nobis diſceſſerit, tunc
indicendum ieiunium eſt, tunc luctus ſuſcipien
dus. Secundum Hilarium verò & Ambroſiū ſigni D
ficatur, eos qui iā regenerati ſunt per baptiſmū,
& ſponſum iam præſentem habent, non ieiunare,
ſed aſſiduè paſci corpore & ſanguine Domini. Eos
vero quibus ſponſus non eſt præſens, ieiunare &
eſurire, quòd cibo vitæ careant.

[DICEBAT AVTEM ET SIMILITVDINEM AD ILLOS, QVIA NEMO IMMITTIT.] Alteram iā addit rationē ad q̄ſtionē reſpō
ſinam, qua per duas ſimilitudines oſtendit ſe arte
& ſapientia quadā abſtinere ne ieiuniū à diſcipu
lis ſuis exigeret, ſcilicet pp imperfectionē diſcipu
lorū. Prior enim ratio deſumpta erat à cōgruētia
tēporis, ſecunda ab imperfectione diſcipulorū, q̄
ratio vt bene intelligatur, aduertēdum imprimis
q̄ prior ſimilitudo nō eodē omnino modo narrat
à Luca, atq; narratur à Matt. & Marco. Nā Matth.
qdem & Marcus habent de cōmiſſura panni ru
dis, hoc eſt, panni adhuc impoliti & impexi, q̄ ſci
licet nōdum à fullonibus apparatus eſt, veluti cū
pann⁹ à textore venit. Hoc enim ſignificat dictio
Græca ἄγναφος, componitur enim ex priuatiua
particula, α & γναφεὺς, quod fullonē ſignificat. Lu
cas verò habet, *de cōmiſſura veſtimēti noui*, ſic enim
habent Græca pro eo quod nos habemus, *cōmiſ
ſurā à nouo veſtimēto*, ſcilicet acceptam. Fieri enim
poteſt vt vtrumq; Dominus diſiunctiuè dixerit,
quam

quānis ſi alterum ſolùm dixerit, alterius ſenſus e- A
tiā in illo includatur. Illud autem Matthæi, *tollit e
nim plenitudinē eius à veſtimēto*, nōnihil habet obſcu
ritatis, & ab omnibus penè malè intelligitur. Qui
dam enim ſic intelligunt: Cōmiſſura ſiue aſſumē
tum illud tollit plenitudinē, hoc eſt pfectionē, &
integritatē à veſtimēto veteri, quia ſcilicet ſua fir
mitate illud diſcindit. aut ſic: Is q̄ immittit huiuſ
modi cōmiſſuram, hoc eſt, particulam panni vel
veſtimenti noui, tollit plenitudinem à veſtimento
veteri, qa ſcilicet deformat illud. Verùm his ſenſi
b⁹ obſtat ꝓnomē, *eius*, cùm dicitur, *plenitudinē eius*,
nō enim habet ad qđ referatur cōmodè. Ita q; aliq
legunt ꝑ nominatiuum, *plenitudo eius*, vt ſit ſenſus: B
plenitudo & ſupplementū panni noui tollit aliqd
à veteri veſtimento, & ſic fit peior ſciſſura. Nā di
ctio Græca πλήρωμα, cùm ſit neutri generis, indiſ
ferens eſt ad nominatiuū & accuſatiuū caſus. Ve
rùm iam oportet fateri orationem eſſe imperfe
ctam, & ſubaudiendum illud aliquid. Vnde quidā
vertit, *Auferret id eius ſupplementū, partem veſtis*. At id
eſt de ſuo quod videtur addere. Abſurdi⁹ verò in
telligunt qui ſic accipiunt: Is qui ſic immittit cō
miſſuram, tollit plenitudinem à veſtimento nouo,
& fit in panno nouo peior ſciſſura q̄ fuerat in ve
ſtimento veteri. Nam Marcus apertè habet, *auſert
plenitudinē à veſtimēto veteri*. Si autem Lucas cōfra
tur cū reliquis qui hoc dicunt qđ ab eo eſt omiſ- C
ſum, ſic ꝫ ipſe ea dicit q̄ illi ꝓmiſerunt, deprehen
detur hic eſſe ſenſus: Is qui immittit huiuſmodi
cōmiſſuram, poſtea, quia (vt dicit Lucas) nō cōue
nit cōmiſſura à nouo, offenſus diſſimilitudine no
ui pānī, aufert plenitudinem ſuam, hoc eſt, ſupplē
mentum ſuum quod aſſuerat, à veteri veſtimento,
& ſic fit maior & peior ſciſſura in veteri veſte. A
pertior autem eſſet ſenſus, ſi ꝓ *eius*, vertiſſet ſter
pres reciprocum relatiuum, ſuā. Referrur enim ad
eum q̄ immittit cōmiſſuram, qđ tñ nec à quodam
animaduerſum eſt: niſi velimus ꝓnomē, *eius*, referi
ri ad pannum rudem. Itaq; omnes Euangeliſtę, ſi
mul collati ſignificant ex cōmiſſura noui pānī vel
noui veſtimenti cum veteri veſte, duplex ſeq incō
modum: quemadmodum & in ſequenti ſimilitu- D
dine ſignificatur duplex incōmodum ſeq, ſi vinū
nouum mittatur in vtres veteres. Primum noui
panni ruptura cum pditione illius partis q̄ aſſue
batur: ſecundū, maior ſciſſura in veſtimento vete
ri, ex abratione aſſutæ partis nouæ, ꝓpterea q̄ nō
cōueniat veteri cōmiſſura à nouo panno accepta.
Prius incōmodum aperti⁹ expreſſit Lucas, ſecū
dum apertius reliqui, quāuis & ille & iſti vtrūq;
ſatis inſinuent. Portrò duæ iſtæ parabolæ nō eodē
modo ab omnibus applicantur ad ꝓpoſitū. Quidā
enim ipſos Phariſæos & diſcipulos Ioannis intel
ligunt hic cōparari à Chriſto veſtimento veteri &
vtrib⁹ veteribus, vt intelligatur hic Chriſtus ſigni
ficare, quare Phariſæis qui in cæremoniis veteris
legis inueterati erant, nō cōmiſerit, aut tradiderit
noua Euangelicæ legis ſuæ ꝓcepta: ſed ad ea capiē E
da delegerit ſibi rudes, ꝓſimplices ac nouos homi
nes, qui hominum traditionibus nō eſſent depra
uati aut aſſueti. Quem ſenſum ſequitur quidam,
nimirū ſecutus Hierony. qui ſic ſcribit in cōment.
ſup Matt. Veteres vtres debemus intelligere Scri
bas & Phariſæos, plagula veſtimenti noui, & vinū
nouum præcepta Euangelica ſentienda, quæ non
poſſunt Iudæi ſuſtinere, ne maior ſciſſura fiat. Sic
& Hilarius in Matt. Certè hūc ſenſum videri poſ-
ſet exigere id qđ additur in fine apud Lucā: *Et ne
mo bibens vetus ſtatim vult nouū. Dicit enim: Vetus melius
eſt*, quo videri poſſet Dominus ſignificare eos qui
Iudaiſmo cōſenuerunt Phariſæos non deſiderare
guſtū doctrinæ nouæ Euangelicæ, ſed reqrere po
ti⁹ vetera quib⁹ aſſueuerunt. Verùm hæc applica
tio parabolarū nullo mō eſt ad ꝓpoſitum ſaluato
ris, qđ exigit vt oſtendat quare ieiunij ꝑcepta nec
dum tradiderit ſuis, nō autem quare Euangelica
præcepta Phariſæis nō tradiderat, de quo nō ꝗre
batur. Proinde rectius ſecundum alios intelligitur
Chriſtus diſcipulos ſuos voluiſſe cōparare vtrib⁹
veteribus & veſtimento veteri, pp eorum imperfe- B
ctionem & infirmitatem. Sed iā noua eſt difficul
tas. Si enim Chriſtus veluti cōmiſſurā panni no
ui immiſiſſet veſtimento veteri, & nouū vinū mi
ſiſſet in vtres veteres, exigēdo à diſcipulis ſuis ie
iunia & alia auſterioris vitæ opera, quemadmodū
hic ſignificat, ergo & Phariſæi & Ioānes ipſe cul
pandi in eo erant, q̄ ieiunia ſuis imponerent, cùm
& eorum diſcipuli vtres eſſent veteres. Ad qđ pri
mùm quidē dici poteſt, Dñm his parabolis nihil
aliud voluiſſe quàm ſe veluti aſſaturum nouum
pānum veteri, & vinum nouum immiſſurum vtri
bus veteribus: ſi noua ieiuniorū præcepta ſuis in
dixiſſet, eo q̄ illa ſuis pp illorū vetuſtatē, hoc eſt,
infirmitatem nō cōgruerent: ſed futurū eſſet vt &
nouæ doctrinæ, q̄ etiā noua ieiuniorū ꝑcepta cō
tineret, vtilitas omnis periret, & ipſi ſimul deter
riti auſteritate nouorum ꝑceptorum, reſiliret pe-
nit⁹ à virtutis pfectioris via, quā ſectari cœpiſſent,
amittentes etiā id boni qđ habebant. Sic, inquam,
ſimpliciter intelligi poteſt applicatio harum para
bolarum, ita vt nō intelligatur Dominus voluiſſe
ſignificare Ioannem & Phariſæos cōtrà fecille, no
ua ſcilicet veterib⁹ cōmiſiſſe, Ioānē ea tantū pre
cepiſſe ſuis q̄ putaret & ſciret illos prēſtare prō
ptos & potentes: ſe verò cōſcium infirmitatis di
ſcipulorū ſuorū quos vndiq; rudes ſibi deligeret,
quā infirmitatem hic vocat vetuſtatem eorum. Se
cundò, intelligi poteſt. Chriſtum etiam ſignificare
voluiſſe Ioannem & Phariſęos ſuis indicēres ieiu
nia, neq; noua veterib⁹, neq; noua nouis cōmiſiſ
ſe, ſed vetera veterib⁹: Phariſæorum enim, imò &
diſcipulorū Ioannis ieiunia, erat adhuc aliqd ve
tus, qa nō præſtabantur p libertatem ſpiritus, ſed
tantùm ex præſcripto aut metu quodam, aut de
niq; ob cōſequendam maioris ſanctitatis opinio
nem apud homines. Et talia certè ieiunia cōuenie
bant illis adhuc veterib⁹, ac veteris legis ceremo
niis multum addictis, qb⁹ à malo ſaltem cohiberē
tur, etſi p ea nōdum pficerētur: & à Ioanne q̄dem
etiam ſuis talia ieiunia præſcribi cōueniebat, vt q
cōſimum eſſet legis, quiq; ſpiritum nouitatis non
poſſet ſuis dare, ſed tantùm ad eum ſuſcipiendū
hiſce inſtitutis pparare. Perfecta autem Euange
licæ legis doctrina, noua quædam exigit ieiunia, q̄
ſcilicet ſpōte, & nō velut ex coactione per liberta
tem ſpiritus ſuſcipiantur, quoties ita vel cōmune
præceptum, vel carnis caſtigandæ ratio, vel quæ
uis neceſſitas exigit. Talia autem ieiunia ad pfectā
Chriſti doctrinam pertinentia nō potuit Chriſt⁹
in principio ſuis indicere, vt quia adhuc eſſent ve
teres, infirmi, & necdum ſpiritu ſancto renouati,
cùm talia ieiunia requirant homines fortes, & ve
tuſtate prioris conuerſationis depoſita, renouatos
ſpiritu Chriſti. Eſt ergo ſenſus à Chriſto ꝓtentus
iſte: Tantum abeſt vt indulgentis ſit negligen-

tiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ ꝙ discipulos meos non onerē ieiuniis, quēad- A modum vos calumniamini, vt idipsum maximæ sit prudentiæ & artificij. Sicut enim nemo prudenter partem panno nouo aut vesti nouæ ablatam, assuit vestimēto veteri, alioqui enim fit vt duplex incōmodum reportet, dum offensus inconcinna cōiunctione dissimilium, aufert assutā partem, per dēs simul partem nouo panno ablatam, & scissuram veterem amplioré faciens. Et sicut nemo prudenter vinum nouū, & ob id adhuc feruescens & forte, immittit veteribus vtrib⁹, ne effractis vi vini vtribus, & effuso vino duplex ferat dispēdiū: ita nec ego prudenter facturus essem, si nouā ieiunādi rationē, quā noua mea doctrina exigit, discipu- B lis meis adhuc infirmis & incapacibus indicarē. Sic enim vsu veniret, vt & doctrinæ meæ fructus periret, & ipsi à virtutis perfectiore via quam sectari cœperunt alienarentur. Expectandū proinde quousq; innouentur spiritu cœlesti, vetustate ac infirmitate deposita quādo nouis noua cōgruent. Portò Ambros. has parabolas videtur sic intellexisse quasi significare eis Dominus voluerit, non cōmiscenda præcepta nouæ legis cū veteris legis & Pharisæorum traditionibus, inter quæ erant ieiunia illa tristia & coacta. Sunt qui duabus de veste & vino similitudinibus nihil aliud significatū velint à Domino, quàm quod ante docuerat de filiis sponsi, scilicet tam ineptum esse discipulos ipso adhuc præsente ieiunare (quæ tristitię res est, cū magis lætari debeant) quàm si quis ita vestem resarciat, vt dicit, aut vinum nouum in vtres veteres recondat, vt fit, quemadmodū prouerbio dicim⁹, In lente vnguentum, quo rem significemus absurdam. Sed quod sequitur apud Lucam de potu vini noui & veteris, satis indicat Dominum in præ- C dictis parabolis plus voluisse.

ET NĒMO BIBENS VETVS STATIM VULT NOVVM. DICIT ENIM: VETVS.] Hæc est tertia ratio qua respondetur q̄stioni, reddita à solo Luca, & est desumpta ab indispositiōe discipulorum propter consuetudinem. Est autem perinde ac si diceret, Quēadmodū is qui assuetus est gustui veteris vini, recusat mox bibere nouū, eo ꝙ illud in principio sit austerum, quodq; propter cōsuetudinem vetus nouo præferat, paulatim autem assuefactus nouo, incipit sapere suauitatē noui, & illud veteri præponere: ita & discipuli mei assueti veteri legi nō possunt statim gustare suauitatē nouæ legis, & perfectioris meæ doctrinæ, sed paulatim assuefacti incipient suauitate eius percepta delectari, ac præponere eā legi veteri. Hac ergo similitudine Dominus cōparat legis suæ pfectionē vino nouo, veterem autem legē vino veteri. Et bene quidem. Nā vt vinum nouū in primis quidem austerius est, postea tamen & suauius est veteri & efficacius, ita vt magis delectet & inebriet: ita & noua lex primo qdē intuitu carni grauior videtur, sed vbi q̄s assueuerit paululū, pea magis inebriatur diuino amore, ac maiori dulcedine fruitur, alacer factus ad omissa pietatis officia. Vnde de Apostolis spiritu sancto repletis dictū quidem per iocum est, sed tamen præter intētionem loquentium verè dictū: Musto pleni sunt. Porrò his parabolis docemur veteri cōsuetudini aliquando aliquid donandū, ac peccatoribus conuersis non statim sublimia quæque perfectioris doctrinæ tradenda, nec ieiunia grauiora precésq; lōgiores quàm eorum vires ferant, eis iniungenda, ferendam fouendamq; eorum imperfectionem, vt ad perfectiora adolescant.

SVSCITATVR FILIA ARCHISYNAGOGI, ET CVRATVR hæmorrhoissa. MATTH. 9. MARCI 5. LVCÆ 8. CAP. XXXIIII.

*b & ▷ h venit b quidam de archisynagogis, nomine Iairus. ‖a adorabat eum ‖c. cecidit ad pedes Iesu. †a, & vi uit. ▷ b, & e but illo. ‖b cōprimebāteū, †b. erat in profluuio sanguinis. †e erat in fluxu sanguinis ab †e qua im medicos erogauerat omnē substātiā suam, nec ab vllo potuit curari ▷ f. ecce sit retro. ‖b. vestimentum

[H]a Aec illo loquente ad eos, *f ecce[a] princeps vnus ▷ [i] acceßit[b] vir, cui nomē Iairus, & ipse princeps synagogæ erat'. [i] Et[b] videns eū ‖[i] procidit ad pedes eius', [c] rogans eū vt intraret in domū eius: quia vnica filia erat ei ferè annorū duodecim, & hæc moriebatur. [b] Et deprecabatur eū multum[c] dicens: [b] Quoniā[a] Domine[c] filia mea[b] in extremis est, [aut] [a] modò defuncta est: sed veni, impone manum tuā super eam, † vt salua sit & viuat'. Et[a] surgens Iesus ▷ [c] sequebatur eum', [a] & [c] discipuli eius, [b] & sequebatur eum turba multa. [b] Et[c] contigit dum iret, à turbis ‖[b] comprimebatur[i]. Et[a] ecce[i] mulier[c] quædam[c] quæ † [i] fluxum sanguinis patiebatur duodecim annis, [b] & fuerat multa perpessa à compluribus medicis, † [b] & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat', [b] sed magis deterius habebat: cū audisset de Iesu', ▷ venit in turba retrò', & tetigit ‖ fimbriam vestimēti' eius. [c] Dicebat enim: [b] Quia[a] si[b] vel[c] vestimentum eius[a] tātum[c] tetigero, salua ero. [b] Et confestim † siccatus est fons' sanguinis eius, [b] & sensit corpore quia sanata esset à plaga, ▷ [c] Et statim Iesus[b] in semetipso cognoscens virtutem quæ exierat de illo, conuersus[b] ad turbā ‖[b] aiebat': Quis[c] est qui[b] tetigit † vestimenta mea'? [c] Negantibus autē omnibus ▷ [b] dixit Petrus, & qui cum illo erant': [a] præceptor, ‖[b] turbæ te comprimunt & affligunt': & dicis, quis me tetigit? [c] Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis, nā & ego noui virtutem de me exisse. [b] Et circunspiciebat videre eā quæ hoc fecerat. [c] Videns autē[b] mulier* [c] quia non latuit, timens, ac[b] tremens[b] sciens quod factum esset in se, [b] venit & procedit ante † pedes eius', [c] & ob quā causam tetigerat eum, indicauit corā omni populo, & quēadmodum confestim sanata est, [b] & dixit ei omnē veritatē. ▷ [i] Illē autem[a] videns eam[i] dixit[b] ei: Confide[i] filia, fides tua te saluā fecit. [b] vade in pace, [a] Et esto sana à plaga tua. [a] Et salua facta est mulier ex illa hora. [b] Adhuc illo loquente † veniunt nuntij ab archisynagogo, dicentes': Quia filia tua mortua est, [b] quid vltra vexas magistrū? [c] Noli vexare magistrum. [b] Iesus audito verbo[c] hoc[b] quod dicebatur, ▷ [b] ait' [b] archisynagogi[c] patri puellæ, [b] Nolitimere, ‖ tantummodo crede[c] & salua erit. Et veniunt in domum archisynagogi. [i] Et f cùm venisset[a] Iesus in[f] domum[a] principis, † [b] non permisit intrare secum quenquam' nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem[b] fratrem Iacobi, & patrem, & matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plāgebant eam, [c] & ▷ vidit[a] ibi cines & ‖ [c] turbam tumultuantem, [b] & flentes & eiulantes multum. Et ingressus † [i] ait illis: [b] Quid turbamini & ploratis? [c] Nolite flere. [a] Recedite, [i] non est[a] enim[i] mortua puella, sed dormit. Et † deridebant

ridebant' eum' scientes quòd mortua esset. ▷ [c] Ipse vero eiectis omnibus[b] assumit patrē & matrē puellæ, & qui cum eo erant, & ‖ [c] ingreditur[b] vbi puella erat iacēs. † [i] Ipse autem tenens manum puellæ, clamauit[i] dicēs[b]: Talitha cumi, quod est interpretatū: Puella[b] tibi dico, surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit puella ‖[b] continuò, [b] & ambulabat: erat autē annorū duodecim. [b] Et obstupuerunt [b] stupore magno[c] parentes eius. † [b] [c] Præcepit illis[b] vehementer vt nemo id sciret [c] & ne alicui diceret quod factum erat. [b] Et iussit † dari illi manducare. [a] Et exiit fama hæc in vniuersam terram.

mentum † c. stetit fluxus ▷ a At ‖c. Et ait Iesus †c. me ▷ b Et dicebāt ei discipuli sui ‖ b. vides turbā cōprimētē te *b. vero †b. eum ▷ a Et c. Atipse †c. venit quidam e ad principem synagogæ. dicens ei. ▷ c. respondens ‖c. o credе tantum †b nō ad misit quē quā se sequi ▷ a. videbat ‖b. tumul tum † a. dicit illis † c. At ille dixit † b o irridebant ▷ a. Et cū eiecta esset turba ‖a intrauit † a. & to nus b Et tenēt ◁ a, & dixit. b. aut illi ‖b confestim † iussit præcepit † c. o. illi dara.

HAEC LOQVENTE AD EOS[f] ECCE[a] PRINCEPS VNVS ACCESSIT[b] VIR, &c.] Post descriptas tres diuersas Pharisæorum calumnias, marcus quidem & Lucas pergunt commemorare alias duas eorundem calumnias, quibus sabbathū violatum primùm à discipulis, deinde à Christo calumniabantur: Matthæus verò id subiungit quod præcedentia mox subsecutum est, quemadmodum significat dum dicit: Hæc illo loquente ad eos; vbi etiam Græcis est participium præsentis temporis λαλοῦντος, vt ne quis putet præsens hic, vt frequenter in nostra versione, positum pro præterito, & sensum esse. Hæc cùm locutus essed ad eos. Porro duo hæc miracula Matthæus qui B dem breuitati fere in recensendis miraculis Christi studens, Christi vero verba & sermones accuratius descripsit ēs, paucis cōplexus: Marcus & Lucas latius prosecuti sunt, vt sunt ferè in explicandis miraculis Christi prolixiores & diligentiores. Itaque quæ à Matthæo breuitatis causa omissa sunt, ab eis diligenti studio explicata sunt. Diligenter autē explicant hunc qui pro filia rogaturus venerat, fuisse principem synagogæ, significantes in cōdemnationem Pharisæorum & Scribarum quanta iam esset fama & opinio nominis Christi, quando non solùm simplex turba, sed etiam principes Iudæorum tanti Christum facerent, vt desperatam suorū salutem non dubitarent ab eo petere, etiam adorando ipsum, hoc est, vt habent Marcus & Lucas, procidēdo suppliciter ante eum, quanquā ferè om C nes Pharisæi & Scribæ Christo cōtrarii essent, eūque calumniarētur. Indicat autem Lucas tria principem hunc de filia dixisse quæ dolorem eius augebant, salutisque desideriū, quę putabat ad misericordiam posse flectere benignum alioqui Dominum, nimirum vnicam fuisse sibi filiam, eāque annorum ferè duodecim quando incipit flos ætatis, & hanc iam agere animam, ac de vita extremè periclitari. Natura enim luctuosior est mors adultę virginis, quæ iam marito nubilis esse incipit, ita vt Iuuenalis Satira 15. cecinerit: Naturę imperio gemimus cum funus adultæ Virginis occurrit. Verùm difficultas nōnulla est, quomodo Marcus qui D dē & Lucas dicant eū dixisse filiā eius in extremis fuisse, Matthæus verò: Domine filia mea modò defuncta est. Intelligūt ergo quidam vtrumque eum simul dixisse sub disiunctione hoc modo. Domine filia mea in extremis est, aut etiam modò verè mortua est, sed veni, &c. Quoniā enim cùm domo discederet, agebat animam, metuebat ne interea temporis mortua fuisset: Chrysostomus autem intelligit eum dixisse defunctam fuisse filiam, non quòd hoc ex stimaret, sed vt augeret calamitatem suam, sicq; magis ad misericordiam prouocaret Dominū. Est enim rogantibus consuetudo extollere sermone propria mala, & amplius aliquid eo quod est E dicere, vt magis attrahant eos quibus supplicant. Itaque secundum eum, sensus verborum Matthæi: esset: filia mea adeo periculosè laborat, vt nihil inter eam & mortem intersit. Augustinus verò intelligit Matthæum breuitati studentem non posuisse ea verba quibus Dominum princeps iste rogauit, sed ea potius quæ voluntatem patris significarent. Ita enim desperasse eum de filiæ vita, vt potius vellet eam resuscitari à Domino, non credens viuā posse inueniri quam morientem reliqueret. Nam si voluisset dicere quod dixerit Domino Iairus, debuisset vlterius narrare, quemadmodum alij fecerunt, quomodo factū est vt ad mortuam resuscitandam Dominus pergeret. Nulla autē harū respōsionum videtur satisfacere difficultati, cùm parū sit verisimile principem hunc id primo aggressu sperasse à Domino vt filiam mortuā resuscitaret, cùm accepto mortis nuntio à Domino confirmari debuerit, dicente: Noli timere, tantummodo crede. Proinde verisimilius, vt apparet, dicetur Matthęū breuitati studentē posuisse non tam eā petitionē qua primo aggressu Dominū precatus est, quā eā qua postea nūtiata filię morte Dominū precabatur, idque nō verbis, sed fide potius & desiderio animi, quod ostendebat credendo verbis Domini salutem filiæ pollicentis. eumq; deducendo & sequendo in domū. Qui enim breuiter aliquid narrare gaudet, cogitur nonnunquā ꝉob narrationis conuenientiam aliter aliquid narrare quàm quomodo gestum est, quod tamen facit sine fallitatis & mēdacij nota, si modus ab ipso narratus in rei gestæ ordine saltem cōprehendatur. Ergo quoniam paucis narrare voluit Matthęus, rogatum esse Dominū vt faceret ꝙ eū postea fecisse manifestū est, secundam principis huius petitionem signo magis quàm verbis, expressam eū prima eius petitione cōiunxit. Qua in re se C eundùm Augustinum doceamur, non mentiri quenquā si aliis verbis quid dixerit quod aliquis voluerit euius verba nō dicit: neq; veluti miseros aucupes vocū putare nos debere apicibus quodāmodo literarum ligandam esse veritatem, cùm vtiq; non in verbis tantum, sed etiam in cæteris omnibus signis animorum nō sit nisi ipse animus inquirēdus.

ET SVRGENS IESVS[a] SEQVEBATVR EVM ET DISCIPVLI EIVS,[b] ET SEQVEBATVR, &c.] Quanquam bis imperfecta esset fides huius archysynagogi, (nam & putauit Dominum ægtam filiam non posse sanare, nisi & præsens adesset, & manum ei imponeret. Dixit enim; sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet: hoc est, sana erit, liberaque à morte imminēti) tamen quia pro tempore illo satis magna illa erat de Domino fides, non reiicit eam Dominus, sed obsequi volēs sequebatur eum. Hæc autē Domini facilitas docet, & nihil frustra ab eo orari posse quod quidem orantibus bonum sit, & imperfectiones nostras illum benignè tolerare, ac decere item nos, qui Christi esse volumus, vt pari facilitate omnibus simus exorabiles. Quod si quęratur quare Dominus paratum se exhibet ad sequendum hunc E principem, cum regulo simile quid petenti, ac simile de Domino habenti fidem, hac in parte nō acquieuerit. Dicendum primò, Dominum in ædendis miraculis, & precibus aliquorum exaudiendis non semper eandem debuisse sequi rationem, sed nunc hanc, nunc illam, prout vel temporis, vel loci, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

personarũ conditionem illius prudẽtia inexplicabilis expetere iudicauit. Hinc aliquãdo, absens sanat, aliquando præsens, & nunc verbo solo, nunc tactu solo, nũc verbo & tactu simul, nunc fidem respicit, nunc citra cuiusquã fidẽ sola misericordia motus curat. Secũdò, ideo potius iam ad sequendũ se prõptũ exhibuit, quia sciebat fore mortuã puellã, priusquã in domũ principis perueniret: vt autem mortuã absens resuscitaret non conueniebat, ne miraculũ hoc, quod maximũ apud homines habetur, & quale adhuc non ædiderat, vt est verisimile, nõ sibi ascriberetur aut diuinæ virtuti, sed putaretur à profundo quodã somno puella tandẽ naturaliter excitata ad se rediisse. Nemo enim ob miraculi magnitudinẽ crediturus erat absentem Dominũ potuisse mortuũ excitare. Sequebatur autẽ Christũ eum discipulis etiã turba multa, cupida scilicet pro maiori parte euentũ rei spectare. Vbi rursum mira Domini relucet elementia, mãsuetudo & humilitas, qui cùm tantus esset, & multos haberet discipulos qui à turbarũ compressione eum possent liberare, patitur se à turbis comprimi, tã humaniter scilicet cũ eis conuersans sine omni fastus indicio, vt turbæ non vererentur eum comprimere.

ET AB CCCIMVLIERE QVAE DAMCQVAE FLVXVM SANGVINIS, &c.] Adeo semper & vbiq; vtilitatem aliquã de se proferre hominibus voluit Dominus, vt neque inter eundũ otiosus esse voluerit, quin fructũ aliquẽ faceret. Porro diuina dispensatione factum est, vt iam hæc mulier in via curaretur, quò per hoc miraculum fides archisynagogi creseceret & confirmaretur. Bene autẽ pro maiori miraculi cõmendatione, Euangelistæ, maximè Marcus & Lucas, morbi magnitudinẽ & mulieris miseriam describunt, dum primò significant morbum valde fuisse diuturnum & secundò tã incurabilem, vt arte medica non solùm non potuerit curari, quanquam & complures id tentassent medici, & ab eis multa perpessa esset mulier, idq; cum facultatum omniũ dispendio, sed etiam in peius semper proficeret, vt iam mulier hæc multis nominibus fuerit misera & miseranda: Primùm quòd morbum adeo abominabilem apud Iudæos pateretur: secundò, quòd tã diu eundem passa esset: tertiò, q à compluribus medicis multa perpessa esset: quarto, quòd omnia sua erogasset, nouum malũ veteri adiicens, videlicet profluuio sanguinis paupertatem: postremò, quod etsi multa perpessa, & omnia erogata essent, non solùm nihil proficeret, sed magis deterius haberet, à medicis suis triplex malũ reportans, nempe multas pœnas, paupertatẽ, & morbi incrementum. Quæ omnia clariorem reddunt Christi tum potentiam, tũ bonitatem. Ostendunt enim ipsum solùm esse qui iuuare & possit & velit, vbi cessauerit omnis creaturarum vis. Colligunt autem quidam, videlicet Anabaptistæ, ex hoc loco, damnandũ esse vsum medicinæ ad quod etiã comprobandũ adducũt locum 2. Paral. 16. de Asa, quẽ scriptura, vt iactant, propter vsum medicinæ reprehendit. Verùm non sanius illi agũt, quàm si etiam vtu cibi interdicerẽt. Cibus enim magni morbi, nẽpe famis, remediũ est. Certè si inuisa Deo res esset vti medicis, si modò id rectè fiat, non omniũ plantarũ & animaliũ cognitionẽ, quæ medicæ artis præcipua portio est, tanquam eximiũ donũ Salomoni regi cõtulisset, quẽadmodũ scribitur 3. Reg. 4. cõtulisse. Proinde recte scripsit Ecclesiast. cap. 38. Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit altissimus. & postea: Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens nõ abhorrebit illam. Nec Asa ob medicinę vsum in scripturis culpatur, verùm q Dominũ non quæsierit, sed medicos. Sic enim scribitur: Nec in infirmitate sua quęsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. Itaq; q Domino medicos prętulerit culpatur, nunquã culpandus, si seipsum Domino reconciliãs & spẽ in illũ in primis collocans, medicorũ postea opera tanquam quodã beneficio Dei per medicos tanantis, fuisset vsus. Pius enim morbo correptus, sicut agnoscere debet se à Domino corripi ne cũ hoc mundo damnetur, ita & ad percutientẽ patrẽ in primis se conuertere, illiq; peccata sua cõfiteri, ac veniam orare, sicq; sanitatem ab eo precari, quatenus ad illius gloriam facit, & suam salutẽ vel proximorum vtilitatem. Tum in nomine ipsius quæ ad medelam corporũ condidit, cum gratiarũ actione vtetur: omni tamẽ fiducia collocata in bonitatem Dei, à quo, vt eodẽ loco dicit Ecclesiast. est omnis medela: Hunc sanè ordinem docet Decretalis illa; Cum infirmitas, de pœnitentia & remissione. Neq; hoc loco Euangelistarũ intentio fuit medicinæ vsum improbarè, sed tantùm indicare morbi ineurabilitatem, quæ diuina quadam contingit dispensatione, videlicet tum in gloriam Dei, tũ vt ne in medicorum ope nimis confidamus. Obseruãdum autem hic quantum frequenter profit desperatio salutis ab hominibus consequendæ. Posteaquam enim cœpit diffidere medicis, cœpit mulier hæc saluti vicinior esse, & facta est illi salus, eo q non sperauerit salutem. Deus enim nulli lubentius opitulatur, quàm qui se agnoscit humanis destitutũ præsidiis. Sic & in salute animæ, quo quis minus de se fidit, hoc est salute vicinior.

CVM AVDISSET DE IESV! VENIT INTVRBA, &c.] Cũ audisset, inquit, de Iesu, quæ scilicet & quanta fecisset miracula, curando hominum infirmitates, quòdq; circa illa loca esset. Quo significatur subita & facilis fides huius mulieris, Nõ enim viderat adhuc Christi in curãdis morbis potentiam & benignitatẽ, sed tantùm audierat de Iesu, & mox admirabilem fidẽ de illo concipiens, miscet sese confertæ multitudini, accedens Dominũ, sed retro & latenter. Vt enim nõ fateret quod fecerat archisynagogus, obstabat tum pudor, tum metus. Quoniam enim fœdo morbo laborabat, & tali qui iuxta legem excludebat laborantes è ciuitatibus, quique secundùm legem polluebat eos qui tali morbo laborantem contingebant, puduit eam huiusmodi morbũ palam apud Christũ detegere. simulq; metuebat ne à turba ob immũditiam suã repellieretur & redargueretur, veluti suo congressu totã turbam contaminans. Et sanè mirabilis admodum fuit mulieris huius fides. Cùm eum morbi sui malitiam iamdiu experta esset nulla humana arte potuisse superari, nec Christi in sanando facilitatem oculis conspexisset: tamen tanta in ex solo auditu de Domino cõcepit fiduciam, vt speraret se solo contactu vestium fore saluam à tam diuturno & incurabili malo, quamuis adhuc hac ratione neminem audisset à Christo sanatum. Dicebat enim, intra se scilicet: Si vel tantùm vestimentum eius tetigero, sana ero à plaga mea. quasi dicat: Alios passim sanat, vt audio, solùm contingens eos manu sua: ego vero cùm non ausim optare vt me immundam manu sua saluifica contingat; tantã tamẽ eius credo esse & potentiam & sanctitatẽ, vt si illum

ego contigero, idque non solùm in nuda carne ipsius, sed in vestimẽto, nihil addubitẽ, sed firmiter confidã me consecuturam desideratam salutẽ. Porro fimbria, quã tetigisse hãc mulierẽ scribunt Matthæus & Lucas, ea erat, quã Dominus, sicut õnes Iudæi, gerebat in inferiori parte vestis, in quatuor angelis ipsius secundùm præceptũ Moysi, quod habetur Num. 15. & Deut. 22. Quẽadmodũ enim per circũcisionis signũ Dominus suũ populũ distinxit in carne ab aliis gentibus: ita & externa quadam nota investitu voluit esse separatũ, vt ea nota admoniti Israelitę suę ab aliis separationis, memores etiã essent mãdatorũ Dei quæ illis singulariter tradita erãt, quomodo & hodie religiosis certum vestitus genus deputatũ est à religionũ authoribus. Verùm de fimbria Iudęorũ postea latius, cũ agetur de fimbriis ampliatis ab ipsis Pharisæis. Quòd autẽ mulier hæc cùm constituisset vestimentũ tangere, fimbriã vestimenti tetigerit, quæ cùm circa pedes Domini esset, difficilius ab ea in turba cõtingi potuit pleriq; causam dicunt, q indignã se iudicarit quæ vestimentũ ipsum contingeret, voluisseq; ob id cõtingere quod in vestimento minimũ erat. Sed meo iudicio videtur magis ob id fimbriã voluisse cõtingere quàm aliã quamuis vestis partẽ, q ea insigne esset Iudæorũ sanctitatis, ac distinctionis illius populi à reliquis gẽtibus indicium: vnde Pharisęi tãti fimbrias has à lege præscriptas fecerũt, vt quo sanctiores cæteris viderentur, fimbrias suas magnificarent. Certè de fimbria Iudaica veluti sanctitatis nota, mentionẽ facit Zacharias, cũ in diebus Messiæ decẽ homines ex vniuersis linguis gentiũ dicit apprehensuros fimbriam viri Iudæi, dicentis. Ibimus vobiscum, audiuimus enim quoniã Deus vobiscum est. Vbi per virũ Iudæum Hieronymus intelligit Christum, ita vt quod ibi dicitur de apprehensione fimbriæ viri Iudæi, hic iam ab hac muliere sit etiã ad literam impletũ. Cuius exẽplo postea pleriq; offerentes Christo ægros suos, orabãt vt liceret vel fimbriam vestis eius tangere, vt scribitur Matth. 14. Et videri potest mulierẽ hãc ad huiusmodi fidẽ cõmotam per miraculosam illam resuscitationem mortui cuiusdam ex cõtactu ossium Heliseĭ; de quo scribitur 4. Reg. 13. Nõ est autem putãdum mulierem hanc existimasse fimbriæ aut vestis virtutẽ aliquam sanandi inesse, hoc enim vt falsum erat, ita superstitiosum fuisset credere, ac proinde nõ fuisset ipsius fides tãtopere à Domino laudata: sed Christũ credidit tam sanctũ, támq; per omnia saluificũ, vt vel hactenus illi appropinquans consideret se ab ipso, aut à Deo per ipsum consecuturã salutẽ: quẽadmodum ossa Heliseĭ in sese nõ habuerunt eã virtutẽ, vt solo contactu resuscitarent mortuum, sed ad declarationem sanctitatis Prophetæ, Deus cadauer contingens Prophetæ ossa, resuscitauit. Porro his iam exemplis manifestè refellitur impia hæresis Vigilantij, & eorum qui eius errorẽ hodie velut ab inferis resuscitarunt, clamantes superstitiosum esse venerari sanctorum reliquias, atque eorum contactu sperare salutem aliquam desiderata. Quẽ errorẽ prętèrquàm quod hęc scripturarũ exẽpla & alia similia, nempe quibus dicitur vmbra Petri & semicincta Pauli sanasse, apertè refellunt, etiam varia miracula ædita ad martyrũ memorias condemnat, vt docet Hieronym. scribens contra Vigilantiũ, & August. li. de Ciuit. Dei 22. vbi varia & admiranda signa partim à se, partim ab aliis fide dignis conspecta recensẽt.

Act. 5 & 19.

ET STATIM IESVS IN SEMETIPSO COGNOSCENS, &c.] Virtus dicitur exisse è Domino non corporaliter, & localiter, quasi scilicet illum reliquerit, sed ratione effectus, videlicet quia virtus sanãdi quæ erat in Christo, extra ipsum operabatur in muliere: aut quia effectus ille miraculosus causatus sit à Christo. Dupliciter enim explanari potest quod dicitur virtus exisse à Christo, quia virtus accipi potest aut pro ipso effectu, aut p virtute actiua quæ erat in Christo. Loquitur autẽ Euangelista, similiter & Christus dicens apud Lucã, ego noui virtutem de me exisse, materialius iuxta captum simplicium, quiintelligebant Christi corpus esse veluti vas quoddam plenũ virtute & efficacia sanandi, ex cuius plenitudine aliquid diffflueret ad eos qui curabantur: quemadmodũ à calore intenso calor diffunditur. Dicit autẽ Euangelista Christum in semetipso cognouisse virtutem de se exisse, & idem Dominus de se dicit, nõ quod hic cognouerit ex corporis sui sensibili aliqua mutatione, sed quod hoc cognouerit spiritu suo diuino, quẽ nihil latere potuit: Quanquam hic rursus Euangelista & Christus locutus sit iuxta captum simpliciũ, quasi in seipso ex aliqua mutatione senserit efficaciam. Porro quanquam aliàs fere Dominus voluerit ædita à se miracula non prædicari, istud tamen latere noluit, idq; variis de causis. Primũ, propter gloriam Dei, quæ ex hoc miraculo omnino abscondito nulla aut pauca fuisset. Deinde, pro confirmatione & incremẽto fidei archisynagogi. Tertio, pro cõmendatione fidei mulieris huius, cuius exemplo & alij excitarentur ad similem fidem. Quartò, ad perficiendum fidem mulieris. Quanquã enim magna esset illius fides, tamen eam habebat imperfectionẽ, vt putaret se Christo nesciẽte posse sanitatẽ cõsequi, quemadmodum satis significat Lucas dicens: Videns autem mulier quia non latuit, putabat ergo se posse latere. Quam imperfectam de se existimationem Dominus in muliere correxit, maiorẽ se declarans hoc ipso quòd nihil ipsum latere posset, quàm curãdo fimbriæ contactu. Postremò, voluit Dominus, secundùm Theophy. mulierẽ liberare à timore & conscientiæ scrupulo, quo postea potuisset metuere Deiram ob sanitatẽ furtim & sine gloria Dei acceptam, eandémq; securam facere de consecutæ sanatis conseruatione. Noluit autem Dominus ipse indicare quis se tetigisset, nec miraculi modum, sed ipsam mulierem voluit aperire omnem veritatem, vt sic miraculum esset commendatius, præclariusq; & verius esse crederetur. Itaq; quo confessionem miraculi extorqueret, primùm quidẽ cõuersus dixit, quis me tetigit; loquẽs non de vulgari tactu, de quo intellexit Petrus & alij, sed de tactu, cum fide, quo tactu, cùm turba omnis Christum premeret, sola hæc mulier Christum tetigit. Deindè verò etiã circumspiciebat videre eã quæ hoc fecerat. His autem signis mulier intellexit statim, Dominũ etsi interrogantem & circũspiẽtem, nõ ignorare eam quæ tetigisset, sed, tãtum requirere confessionem, ac Dominũ perinde fecisse ac solet præceptor, veritatis à se cognitę spõtaneã confessionem à discipulis extorquens huiusmodi interrogationibus: proinde timens animo, ac tremens corpore, nimirum quod metuebat ob furtim acceptam sanitatem Dominum offensum, malum morbi reuocaturum, aut etiam peius inflicturum aut saltem acriter obiurgaturum eã, procidit ante eum omnem veritatem ei aperiens. Itaq; quod di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit Matthæus breuitati studens: At Iesus cõuersus & videns eam dixit, &c. non sic esse intelligendũ quasi Dominus tunc eam viderit & allocutus sit mox cum se conuertisset, sed postquã conuersus est, & ea cõtigissent quæ postea narrant Marcus & Lucas, & illa tandẽ se prostrasset ante Dominũ, tũc demum Dominus eam videns dixit: Confide filia, hoc est, bono esto animo, nec metuas tibi à me sanitatẽ eripiendam, adeo enim non displicet tua in me ista fides, vt hæc ipsa re tibi salutis causa fuerit, impetrando scilicet, & promerendo eam. Sic enim solùm dicitur fides saluum facere, & non effectiuè. Fidei autem hic Dominus sanitatem tribuit, cum ipse eius esset principalis causa tum in cõmendationẽ fidei in se, tum in humilitatis exemplum, tum etiã vt doceret fimbriã contactam ex se non sanasse, sed sanitatem potius ex contactu consecutã propter simplicem tangentis fidem. Quòd verò sequitur: Vade in pace, &c. hunc habet sensum: Abi animo existens post hac tranquillo, quæ ob morbi malitiam ac metu furatæ sanitatis intranquillo fuisti animo, volo tibi acceptam sanitatem ratam esse & perpetuam. Cùm enim dicit: esto sana à plaga tua, nõ sanitatem confert quam iam acceperat, sed acceptam se ratam habere declarat, eamq; cõfirmat. Quare cùm subiicit Matthæus: Et salua facta est mulier ex illa hora; nõ sic est accipiendũ, quasi ab eo tẽpore quo Christus eã allocutus fuit, sanitatẽ receperit, sed salua facta est ex illa hora, qua scilicet hæc gesta sunt. Obseruãda autẽ hic quædã mysteria. Et primũ quidẽ, vt annotauit Theophy. eos qui turbulento sunt animo cum turbis non tangere quidem Christũ, sed premere eum, eũ vero qui cum fide, animoq; trãquillo accedit illum, tangere eum, non premere. Secũdò, si tam salutaris fuit tactus fimbriæ cum fide, salutare etiã esse valde contactum & perceptum eum fide totum corpus Dominicum in eucharistia. Postremò, doceamur eos qui per fidem & contritionem apud sese in occulto cordis sui consecuti sunt peccatorũ remissionẽ & mentis salutem, debere tamen in conspectu Ecclesiæ sese manifestare coram Christo & vicariis eius sacerdotibus, & humili confessione morborũ & peccatorum, expectare ratificationem & confirmationem adeptę salutis & remissionis peccatorum. Excutiendũ pudorem quem postea excussum gaudebũt, postea quã senserint ex cõfessione maiorem animi tranquillitatem. Porro hanc mulierẽ D. Ambros. videtur sentire fuisse Martham sororem Mariæ & Lazari. Sic enim scribit de Salomone ca. 5. Dum largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dum dæmones pellit ex Maria, dũ corpus rediuiui spiritus calore constringit, & quod mors sibi vendicauerat ad pœnam, lux denuo recepit ad vitam. Notans scilicet tria miracula in tribus. Sed de muliere ista, quæ qualisq; fuerit, certiora scribit Euseb. digna certè quæ legantur. Sic enim habet: Quia vrbis huius (loquitur autem de Cęsarea Philippi) fecimus mentionem, iustum videtur commorare etiam illud in ea quod historia dignum duximus. Mulierem quam sanguinis profluuio laborantem, à saluatore curatam Euangelia tradiderũt, huius vrbis ciuem constat fuisse, domusq; eius in ea etiam nunc ostenditur. Pro foribus verò domus ipsius basis quædam in loco ædditiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus prouolutæ, palmasq; suppliciter tendentis imago ære videtur expressa. Adstat verò alia ære nihilominus fusa statua, habitu viri, stola compta circundati, & dextram mulieri porrigentis. Huius ad pedem statuæ, è basi herba quædam noua specie nascitur. Quæ cùm exorta fuerit, excrescere vsq; ad stolæ illius ærei indumenti fimbriam solet. Quam cùm summo vertice crescens herba contigerit; vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque acquirit, ita vt quæcunq; illa fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino gerens vitium, si antequam æreæ fimbriæ summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant, quæ permansit ad nostra vsque tẽpora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus. Hæc ille. Qui & subiunxit quædẽ de imaginibus Petri, Pauli, & aliorũ. Hanc autem imaginem à Iuliano apostata sublatam scribitur à Socrate in Tripartita hostoria lib. 6. c. 41. vbi sic legitur: Cũ Iulianus cognouisset in Cęsarea Philippi ciuitate Phœniciæ, quam Paneada vocabant, insigne Christi esse simulachrum, quod mulier illa sanguinis profluuio liberata cõstituerat, eo deposito suam ibi statuam collocauit. Quæ violẽto igne de cœlo cadẽte circa eius pectus diuisa est, & caput cum ceruice vna parte deiectum, atq; in terra fixũ: reliqua verò pars hactenus superfuit, & fulminis indicium reseruauit. Statuam verò Christi tũc quidem pagani trahentes confregerunt. Postea verò Christiani colligentes in Ecclesiam reconderũt, vbi hactenus reseruatur, &c.

lib. 7. Eccles. hist. c. 14.

[b] ADHVC ILLO LOQVENTE VENIVNT NVNTII, &c.] Constanter quidẽ Græci codices habent nõ solùm in Marco, sed etiã in Luca; ab archisynagogo, hoc est, ab archisynagogi domo, quomodo Terentius dixit: exit à nobis, id est, à nostra domo. Vnde verisimile est & interpretẽ in Marco vertisse, ab archisynagogo, quomodo etiã Latinorum codices quidam antiqui habent: & in Luca vertisse, à principe synagogæ, verùm scripto rem aliquem offensum absurditate quã prima frõte præ se fert sermo (videtur enim significari nuntios hos missos ab archisynagogo cũ ille Christo iam adesset) mutasse in, ad archisynagogum, quomodo multi libri habent, &, ad principẽ synagogę quomodo omnes Latini codices cõstanter habẽt. Porro dispensatione quadam factum est, vt nuntii isti filiæ mortem non nunciarent ante miraculũ sanationis mulieris, sed tum cùm adhuc cũ muliere Christus loquebatur, quando scilicet iam ex retenti memoria aut potius præsenti cõtemplatione inauditi miraculi, princeps iste magis posset à Domino confirmari in fide alterius etiã inauditi miraculi. Itaq; eũ ad desperandum prouocaretur à nuntiis, non credentibus Dominum mortuam posse suscitare, quod eum nondũ fecisse audierant, à Domino ad fidẽ animatur: Noli, inquit timere, tãtùm crede, & salua erit: quasi dicat: Vidisti quã efficax fuerit mulieris huius fides, audisti dictum ei; fides tua te saluam fecit: & tu ergo etiam tantùm crede, & propter fidã tuam salua erit. Nõ enim difficilius mortuã resuscitare, quam incurabili morbo laborentem sanare. Est autem imago quædã proposita tẽtationis: qua suos Dominus subinde probat. Afflictos enim qui Domino fidere, & eius cõsolationẽ sentire cœperunt: nonnunquã Dominus in probationẽ fidei eorum priusquã penitus liberet: sinit tristibus quibusdam pulsari, mox tamen sua cõsolatione adest, omnem metum & diffidentiam pellẽs

Ita

Ita enim videre est hunc principem, simul atq; afflictus erat, Christum adiisse, remedium orasse, & pro Domini facilitate extemplo impetrasse. Sed vt fides eius amplius probaretur, tristi adeo nũtio rursus mẽtem eius pulsari Dominus voluit, noluit tamen illum deiici, quare mox illum sua cõsolatione erigebat, hortatus vt misso timore tãtum crederet.

[c] ET VENIVNT IN DOMVM ARCHISYNAGOGI. [d] ET CVM VENISSET a IESVS, &c.] Marcus prius quã Dominum dicat venisse in domũ, dicit, & non permisit quenquã se sequi nisi Petrum & Ioãnem, &c. Lucas verò postquã Dominum dixit venisse in domũ; dicit non permisisse eum quenquã sequi se nisi Petrũ, &c. Quæ tamen nihil in se habent repugnãtiæ. Non enim Marcus vult Dominũ à se & turbam & reliquos discipulos dimisisse, cùm adhuc lõge esset à domo principis, sed eum iam ingressurus esset Dominus domum, non permisisse quenquã se sequi, in domũ scilicet, hoc est, quemadmodũ dicit Lucas, non permisisse quenquã intrare secum. Noluit autem Dominus multos tanto miraculo interesse, sed & prius omnem turbam cum discipulis dimisit, & ingressus domũ eiecit omnem turbam tumultuantem & plãgentem, non solùm in humilitatis exemplum, & vt ostẽtationis notam effugeret, sed etiã vt Pharisæorum inuidiã declinaret, à quibus nondum tempus erat vt pateretur, atq; ne in se turbę fauorem nimis accenderet, raperentq; illum ad creandũ sibi in regem. Nondũ enim erat tempus suæ glorificationis & agnitionis perfectæ, quæ ordine quodam & temporis successu erat hominum mẽtibus instillanda. Iam videre eum esse Dominum mortis, erat præcipuum quod de illo sciri poterat, vnde tanquã insignius mysterium noluit id multis simul in principio reuelari. Cùm autẽ successu temporis sese magis ac magis reuelare deberet, cũq; morti vicinior fieret, tum præsente turba ad vitã reuocauit filium viduæ, & Lazarum palam euocauit ex sepulchro. Paucos tamen quoidã interesse huic miraculo voluit, qui scilicet suo tempore certi essent, & fide digni patrati miraculi testes. Itaq; ex sua quidẽ parte in futuros testes delegit tres discipulos præcipuos, quos sic aliis prætulerat, vt statueret illis ad maiora vti, apertiorem sui cognitionem insinuare, & secretiora quęq; illis committere, cõmunicanda suo tempore etiam aliis: ex parte autem puellæ eos delegit, qui ad eam maxime attinerent, nimirum parentes. Neq; certè fideliores testes adhibuisse potuisset. Porro tibicines, quos Dominus dicitur inuenisse in domo, erant qui conduci solebant vt suis modis excitarẽt luctũ in vicinis & amicis, ad quorum modos, vt testatur Lucianus in dialogo de luctu, gentes, à quibus Iudæi hunc ritũ videntur mutuati, solebant eiulatus emittere & pectus pulsare. Hos ergo simul cũ omnibus plangẽtibus eam eiecit Dominus dicens: Recedite. Nõ est enim mortua, &c. quasi dicat: Lugetis hãc, & ad lugendũ cõmouetis veluti mortuã, at nõ est mortua; mittite igitur luctum vestrum & tumultum. Et quidem verè mortuam esse sciebat, dicit tamen non esse mortuã quod sibi nõ esset mortua, quódq; mox esset velut somno excitanda, nec ita esset mortua sicut illi existimarũt. Quanquã autem peculiariter huius puellæ mors, somnus hic dicatur quod mox esset resuscitanda, tamen in scripturis frequenter omnium non solum sanctorum, sed etiã impiorũ mors somnus vocatur. Qua translatione vtitur scriptura, partim vt molliore metaphora quod horrori est hominibus, minus illis fiat terribile, sicut in omnibus linguis duce natura videmus ea quæ sunt horrori aut pudori, periphrasi aut alio non suo nomine nominari, partim & principaliter ad significandã futuram mortuorũ resurrectionem. Nam ob priorẽ rationem etiam à gentilibus resurrectionẽ non credentibus mors somnus vocatur. Sic enim cecinit quidam, Stulte, quid est somnus, gelidę nisi mortis imago: Longa quiescendi tempora sata dabunt. Secunda vero ratio scripturis propria est. In quibus quandoq; mors sanctorũ peculiariter somnus dicitur, eo quòd illi ad vitã resurgãt, vt cum dicit Paulus: Nolo vos ignorare de dormientibus, vt nõ contristemini, &c. Aliquãdo etiam dicitur de impiorũ morte, quod & ipsi resurrecturi sint, sed ad iudiciũ. Aequè enim de impiis regibus scriptum legimus; dormiuit cum patribus suis; atq; de piis: Multi de his qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobriũ. Sicut ergo hoc loco Dominus flere mortẽ puellę prohibuit, quod non esset tam dicenda mortua quam dormire: ita etiam hic docemur mortẽ maximè iustorũ & Christianorum non immoderatè saltẽ deflere, quod illorum mors re vera somnus quidã sit. Nam omnino amicorum mortem deflere peccatũ non est, sed immoderatè deflere. Duplici enim nomine iustè ob amicorum mortẽ dolemus, dupluci rursum nomine dolor iste moderandus est. Nam vt doleamus, naturæ & charitatis effectus exigit. Naturæ quidẽ, quia naturalis affectus est condolere malo amici, & dolere ob desiderium eorum quos amauimus. Nõ enim Deus à suis ἀπαθείαν requirit, de qua Stoici disputarunt, sed nunquam præstiterunt. Charitatis verò, quia non potest non esse molestum desiderium eorum quos pietatis habuimus socios & adiutores, quosve Ecclesiæ Dei cognouimus esse vtiles. Sic Paulus scribens, fatetur si mortuus fuisset Epaphroditus, dolorem super dolorem id sibi allaturum fuisse. Amabat enim illũ in Domino, & Ecclesiæ vtilem esse agnouerat. Rursum tamẽ duplici nomine dolor moderãdus est, videlicet & spe futurę resurrectionis ac vitæ beatioris, quæ à vita hac sanctos excipit, & cõtemplatione diuinę dispositionis, cui omnes nostri affectus sunt subiiciendi, ac cogitandũ optimè Deum omnia disponere, etiamsi secus nobis videatur. Sicut autẽ dispensatorie factum vt iam tibicines essent in domo, & vt domus iam plena esset luctu: ita quoq; factum, vt Dominũ asserentem puellam non esse mortuam turbę riderent, nimirũ quo miraculum clarius fieret, dum his rationibus mors puellæ certò comprobata fuit.

Dan. 12.

Philip. 2.

[e] IPSE AVTEM TENENS MANVM PVELLAE [f] CLAMAVIT [g] DICENS: [h] TALITHA CVMI.] Quod clamauit, sicut & cum Lazarum excitabat, significabat se non præsentem vocare animam: sed absentem, itemq; mortis potentiam omnium quidem creaturarum viribus maiorem, sed verbo & iussu suo inferiorem. Sicut enim quis alium à somno excitaturus, manum eius apprehendit vt erigat, & eidem vt excitetur in clamat: ita & Dominus declarare volens verè se dixisse quod dormiret, sibi scilicet, & manum puellæ apprehendit, & clamore veluti excitauit, clamore suo tamẽ etiam, vt dictum est, & animæ absentiam & mortis potentiam significans. Marcus autem ipsa verba Domini recenset, Talitha cumi, quorum alterum germanè Hebræum est, nempe cumi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod surge significat: Alterũ vero, nempe Talitha, A Chaldæum est aut Syriacum, & puellam significat qua voce vsus est Thargũ, hoc est, Chaldaica paraphrasis lib. Hester c. 2. Hinc & ex aliis plerisq; locis Euangeliorũ colligitur, Dominũ plebeis hominibus locutũ fuisse nõ pure Hebraicè, sed Syra lingua, quá tum in Iudæa vernaculã fuisse certissimũ est. Quod autẽ quidam codices deprauate pro Talitha habẽt Tabitha, desumptum videtur ex Act. 9. cap. vbi Petrus suscitaturus etiam puellam nomine Tabithã, dicitur illi dixisse: Tabitha surge. Porro videtur Marcus peculiariter delectatus fuisse, in sua lingua verba Domini quibus miraculum aliquod operatus est, referre. Nam & 7. cap. scribit Dominũ B sanaturũ mutũ & surdum, dixisse Hephphata, quod est adaperire, non quod significare voluerit verbis Hebraicè prolatis peculiarem inesse virtutẽ, sed potius quod voces humiles & è medio vulgi sermone desumptæ, à Christo autẽ dictæ, tantã virtutem habuerũt. Cùm autẽ Marcus expositurus Hebraica illa vocabula dicit; quod est interpretatũ, Puella, tibi dico, surge; non est putandũ etiam illa verba; tibi dico; ineludi in duabus illis dictionibus, sed Marcus illa de suo adiecit, quo sensum vocãtis & imperantis exprimeret; vt docet Hierony. in lib. de optimo genere interpretandi. Bene autẽ Lucas subiunxit: Et reuersus est spiritus eius; significãs nõ aliam illi infusam animã, sed eandẽ illam quæ corpus dimiserat, in corpus rediisse. In signum autẽ veræ vitæ & perfectæ sanitatis, & ambulare puellã voluit, & eibum illi dari à parẽtibus. Quod vero præcepit C parẽtibus & discipulis ne cui dicerent quod factũ erat, quamuis sciret factum nõ posse occultum esse eisdem de causis fecit quibus turbã omnem eiecit, nec nisi paucos voluit esse comites, videlicet vt effugeret tum apud eos qui aderant, tum apud eos quibus illi narraturi erant, notã captatæ & quæsitę gloriæ humanæ, docerétq; nihil nos debere facere ad ostentationem. Deinde vt & Pharisæorum inuidiam declinaret, & populi fauorem non nimis in se accenderet, qui diuerticne nonnunquam & ordine carens seditionum author est. Quantumuis autẽ Dominus quantum in se erat occultum hoc miraculum esse voluit, exiit tamen miraculi fama D in vniuersam terram illam. Sequitur enim gloria & laus maximè fugientes. Iam quod ad mysticũ duorum horum miraculorum attinet intellectũ, sciendum hęc duo miracula dupliciter posse mystice intelligi, videlicet allegoricè & moraliter. Allegoricè enim tractantur ab Hilario, Ambrosio, Hieronymo, & Beda, qui per duas has mulieres, quarum altera duodecim annis laborauit profluuio sanguinis, altera duodecim annis existens mortua est, intelligunt Ecclesiam ex gentibus collectam, & synagogam Iudæorum. Per mulierẽ enim Aemorrhoissam, quæ secundum Eusebium fuit Gentilis rectè gentium populus significatur, in quo sanguinis fluxus secundùm Bedam dupliciter potest accipi, scilicet vel super idolatriæ prostitutione, vel super his quæ carnis & sanguinis oblectatione patrantur. Per filiam autem archisynagogi, rectè Iudæorum populum significari nemo nõ videt. Ergo quo tempore filia archisynagogi nata est in mundum, mulier illa ęgrotare cœpit, quia scilicet ex quo populus Iudæorum à gentibus separatus fuit, gentes amplius & manifestius idololatriæ seruire & voluptatibus omnibus cœperunt, ac tandiu earum languor perseuerauit, quam diu viguit synagoga, Et quidem gentium populus à multis medicis frustra curari quęsiuit, dum multorum Philosophorũ dogmatibus ac falsorum Deorum ritibus deditus, & naturæ ingeniijq; dotes in eis consumens, morbũ etiã suum auxit, à nullo curabilem quàm à solo Christo. Cùm ergo Christus ipsius legis & Patriarcharum intercessione in mundum hunc veniret ad eurandum synagogã adhuc puellam, & in annis pubertatis existentem (nihil enim ad perfectũ adduxit lex, quæ synagogam velut à pueritia educauerat, præparaueratq; Christo in sponsam) veluti in via Ecclesia gentiũ curatur contactu fimbriæ, quia paratam Iudæis sanitatem fide incarnationis Dominicę Act. 13. prępripuit. Vnde dicunt & apost. de Iudæis: Vobis oportebat prædicari verbũ Dei, sed quia indignos vos iudicastis salute, transgredimur ad gẽtes. Cum autem curatur Aemorrhoissa, moritur filia archisynagogi: quia cum credere cœpit gentiũ populus, synagoga Iudæorum vigorẽ suũ perdidit, lege ipsius per Christum antiquata & mortificata, atq; per infidelitatem à vita gratiæ excidit, suscitãda tamen à Christo postquã intrauerit plenitudo gentiũ, idq; per imitationẽ fidei gentiũ, quemadmodũ hic à Dosensus moralis. mino princeps synagogæ ad emulationẽ fidei mulieris prouocatus est. Secũdùm moralem autẽ sensum rectè per mulierem profluuio sanguinis laborantẽ, &c. intelligitur anima quæuis, quæ concupiscentiis variis multo tempore diffluxit, ita vt iam euirata sit, eisq; turpiter maculata, quæ si morbi sui curationem ab aliis quàm à Christo quæsierit, nihil aliud quàm morbi augmẽtum & paupertatẽ lucrifaciet. Non enim leuis est paupertas, ętatis & ingenij iactura. Non potest sanare lex Mosaica, nõ Philosophorũ dogmata, non falsorũ deorũ cultura, nõ deniq; temporalium rerum copia & fruitio. Quod si autem fide Christi fimbriam, hoc est, incarnationem cõtigerit, idq; à tergo, nimirũ parata sequi vestigia Christi mox curabitur, ac sistetur fluxus ille immundus quo diffluebat, hoc est, insatiabilis illa cõcupiscentia cessabit in opera sanguinaria animũ turpiter coinquinãtia diffluere. Verùm quo sanitas illius sit certior, & secutior sit conscientia, necesse vt etiam post acceptam aliquatenus sanitatem pudore omni posito, morbus ac Dei beneficiũ palam agnoscatur, vt prius dictum est. Per puellam autem quę 12. annos nata ac vixdũ pubescẽs mortua est, sed tamẽ antequã efferretur aut sepeliretur, à Christo in domo resuscitata est, significatur anima quæ in principio vitæ spiritualis per imbecillitatẽ prolapsa est in crimen aliquod occultum: quę quoniã nondum perfricuit frontem, & necdum assuetudine collegit habitum, facile sanari & resuscitari potest, maximè si pro eius salute & vita sollicitus sit princeps, hoc est, pastor ecclesiæ, animæ huius spiritualis pater, qui certè de eius salute desperare non debet, etiamsi plerique clament nullam esse salutis E spem ac planè desperatum esse. Tria enim sunt peccatorũ genera per tres à Domino resuscitatos designata. Quidam enim sunt qui per imbecillitatem occulto aliquo peccato aut latẽte cogitatione peccati sibi mortem conscisc unt, quales vt Dominus resuscitare posse significaret, resuscitabat filiam hãc adhuc in domo iacentem. Alij vero ipsum malum quo delectatur publicè agendo, mortuum snũ quasi extra portas efferũt, & hos quoq; se suscitare demonstrans, suscitat adolescentem filiũ viduæ extra portas ciuitatis. Quidam vero per peccandi consuetudinẽ iã velut in vitiis suis sepulti sũt, corrupti & abo

Sensus allegoricus.

& abominabiles facti in iniquitatibus suis, quos A mortuus, sed, dormit. Deinde cõtacto loculo sistũ-
Psal. 15. etiã se velle & posse suscitare ostẽdens resuscitauit tur baiuli, mox inclamatur adolescens. Ille primum
Lazarũ tres dies in monumento habentem. Quo- erigit sese, ac resi det in loculo, post incipit loqui,
niam autem primus lapsus, qui per imbecillitatem tandem exiliens redditur matri. Cæterùm in resu- Ioan. 11.
accidit, facillimè corrigitur, difficilior verò est cu- scitatione Lazari, semel atq; iterum Dominus turratio eius cuius malitia iam in publicum emanauit, difficillima eius qui longa peccandi consuetudine callum obduxit. ideo Dominus puellam facili negotio erigit, solo scilicet verbo & manus contactu: adolescens autem qui per baiulos efferebatur, maiusculo negotio reuocatur ad vitã. Primùm enim audit mater: Noli fiere, nec additur, non est B batus infremit spiritu: soluitur in lachrymas, iubetur tolli lapis, validaque voce euocatur. Notandũ & illud, publica crimina publico egere remedio: leuia peccata & occulta debere occulta pœnitentia deleri. Vnde puellam Dominus in priuatis ędibus paucis arbitris suscitat, adolescentem verò & Lazarum palam multis circunstantibus populis.

DVO CÆCI CVRANTVR ET VNVS DÆMONIACVS MATTHÆI 9. CAPVT XXXV.

ET trãseunte inde Iesus secuti sunt eũ duo cæci clamantes & dicẽtes: Miserere nostri fili Dauid. Cum autẽ venisset domũ, accesserũt ad eum cæci. Et dicit eis Iesus: Creditis quia hoc posũ facere vobis? Dicunt ei, Vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorũ, dicens. Secundum fidem vestrã fiat vobis. Et aperti sũt oculi eorũ, & comminatus est illis Iesus dicẽs: Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egressis autẽ illis, ecce obtulerunt ei hominem mutũ, dæmoniũ habentẽ. Et eiecto dæmonio locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ dicentes: Nũquã sic apparuit in Israel. Pharisæi autẽ dicebãt: In principe dæmoniorũ eiicit dæmones.

ET TRANSEVNTE INDE IESV SECVTI SVNT EVM, &c.] Cùm è domo princi C pis Dominus transiret in domũ suam, duo cęci qui rumorem miraculorum acceperant, atq; ex eo conceperant spem adipiscẽdæ sanitatis, præsertim cùm audissent illius beneficentiam nulli non expositam quamtumuis humili, sequũtur Dominũ, appellantes eum procul ingenti clamore, quo desiderii sanitatis & ardorem fiducię exprimebãt. Porro quod filium Dauid vocant, non est intelligendũ eos simpliciter significare voluisse illum esse natum ex regio semine Dauid, vt fuerit hæc appellatio Christo eum multis aliis eo tempore communis, sed illa periphrasi significare voluerunt ipsum esse Messiam. Quoniã enim celebre erat apud Iudæos Messiam nasciturum ex semine Dauid, ipsum propria periphrasi vocabant filium Dauid. Sic & alij duo cæci D de quibus Matt. 20. Marc. 10. & Luc. 18. Christum vocabant filium Dauid. Sic & mulier Cananæa, de qua Matth. 15. Vnde non parua hic Pharisæorum est accusatio, cùm cæcis ex solo auditu fidem percipientibus, ipsi Christum agnoscere noluerunt, post tot etiam oculis conspecta miracula. Dicunt autem tantùm, miserere, nimirum quod crederent sola misericordia opus esse, vt à Christo visum reciperent: tantam enim esse eius potentiam, vt si accedat gratuita misericordia, mox consecuturi sint q quærebant. Dominus autem patitur cæcos istud post se clamare, donec venisset in domum, differẽs aliquandiu miraculum, non quod difficilem se prę- E bere illis voluit, sed vt desiderium & fidem eorum probatiorem omnibus redderet, vt ostentationis notam effugeret, & effugiẽdam doceret suo exemplo, & vt ne miracula nimis vilescerent, si semper subito desiderata salus collata fuisset, vtq; nos doceret instanter orandum esse, nec mox desistendũ ab oratione, aut desperandum, si non statim quæ volumus à Deo consequamur.

ET DICIT EIS IESVS: CREDITIS QVIA HOC, &c. Sciuit Dominus eos credere, & illi satis declarauerunt suam fidem, dum, etsi nõ statim exaudirentur, Dominum indesinenter sequuntur clamantes, & tamen Dominus rogat nũ credant, tum vt fidem eorum aliis notiorem faceret, quam & ipsi imitarẽtur: tum vt ostẽderet fidẽ omnia perficere, nec se tam misericordem eorum quàm fide permoueri ad sanandum. Et vide quàm perfectam & magnam declaret fuisse illorum fidẽ. Non enim dicit, creditis quia hoc possum impetrare vobis: aut creditis quia istud potest fieri per me, sed quia hoc possum facere vobis, significans penes se esse authoritatiuam sanãdi potestatem, quod & credere se cæci professi sunt. Notandum rursum non dicere Dominũ, creditis quia hoc faciã vobis sed quia hoc possum facere. Hinc enim patet primùm, quemadmodũ & prius dictũ est, verbum credere, & nomen fides, non significare in Euangeliis simpliciter fiduciã, sed assensum intellectus, quo firmiter alicui tanquam vero assentimur. Secũdo etiã patet fide iustificante non debere peccatorem credere se D consecuturũ peccatorum remissionẽ, aut consecutum esse, sed credere, posse se consequi à Deo eam, ex quali potentiæ credulitate nascitur fiducia, & spes cõsequendę vel consecutæ remissionis peccatorum. Credimus enim posse nos iustificari, speramus autẽ & cõfidimus nos iustificandos vel iustificatos. Hæc tamẽ duo, nempe credulitas & fiducia, simul videntur includi in nomine, fides, cum subdi tur dixisse Dominum: Secundum fidem vestrã fiat vobis; vt sit sensus, Sicut creditis me posse vos sanare, & ob hoc cõfiditis me curaturum vos, ita fiat vobis. Non enim efficax est fides sine fiducia.

ET COMMINATVS EST ILLIS, &c.] Pro verbo, cõminatus, nõ est hic ἐπιτιμήσας, quod interpres alibi vertit per increpare, aliquãdo per cõminari, sed est hic ἐνεβριμήσατο, quod propriè significat acriter & velut iracũdè cõminari, ac cũ austeritate. Vox est enim à fremitu dicta. Quare autẽ Dominus acriter hoc illis imũxerit, prius dictum est. Verùm dubiũ est an isti & alij quibus etiã Christus silentiũ indixit, peccauerunt diffamãdo, hoc est, diuulgãdo eum, & famã eius vbiq; spargendo: Nam aut fecerunt contra voluntatem Domini, & manifestè videtur esse peccatum, aut si etiam voluit Dominus & approbauit quod fecerunt, ergo alia dixit quàm voluit, quod ludentiũ est & fictorũ. deinde aut bonum fuit vt Christus ab eis predicaretur, & nõ debuit à Domino prohiberi; cum non potuerit Chri-

stus

Universidad de Deusto
Biblioteca

stus quæ verè sunt bona vetare, aut non fuit bonũ, & rursum consequitur eos peccasse. Itaq; quidã his moti argumẽtis intelligũt, istos & alios quibus silentiũ Dominus præcepit peccásse, quamuis illorũ malo in suum bonũ abusus sit. Certè Hilarius videtur eos notasse de peccato. Dicit enim: Silentiũ imperat eis Dominus, quia Apostolorũ erat propriũ prædicare. Videntur ergo peccasse vsurpando sibi quod Apostolis proprium esse voluit Dominus. Hierony. tamen & Theophyl. & alii nõ putant hos peccasse quemadmodũ certe lõgè est probabilius. Sic enim habet Hierony. Dominus propter humilitatem fugiens iactantię gloriã, hoc præceperat, & illi propter memoriã gratię non possunt tacere beneficium. Et Theophyl. Vides, inquit, quomodo fastum fugerit, illi verò non vt inobedientes, sed vt grati diuulgauerũt. Proinde dicendũ, Christũ cum silentiũ patrati miraculi quibusdã præcepit, nõ præcepisse hoc tanquã habẽtem potestatem & autoritatem obligandi aliquẽ, sed solùm ex humilitate, ita vt ostendere tantùm voluerit se suam non quærere gloriam ex factis miraculis, & instruere sanctos, vt quantũ in se est declinent humanã gloriam. Quare cum omnes hoc præceptum intelligerent esse humilitatis desideriũ, non male fecerunt prędicãtes Dominum, cum ad id tum ex naturali gratitudinis debito, tum ex debita virtutis laude tenerẽtur. Iã quod dicitur Christũ non potuisse vetare quę bona erãt, verum quidẽ est eum non absolute quæ bona erant prohibuisse: sed tamen quædã bona prohibuit ea ratione qua considerabantur tanquã mala. Sic enim suorũ miraculorum prędicationem vetuit nonnunquam, quatenus scilicet considerabatur ab eo prædicationem illorum cedere in propriam gloriam, aut in captatã à se gloriam hominum. Quatenus verò cõsiderabatur ab eo illorũ prædicatio cedere in Dei patris gloriam & hominum vtilitatem, volebat eam prædicationem: atq; hoc intuitu præcepit dæmoniaco vt iret ad suos, & prædicaret quãta illi fecisset Deus, & miraculũ mulieris Æmorrhoissæ noluit esse occultũ. Docemur ergo ex factis Christi quandoq; quidem bona nostra opera occultare debere, quandoq; verò palam facienda: semper tamen vnicam Dei gloriam quærere, nostram negligere.

EGRESSIS AVTEM ILLIS, ECCE OBTVLERVNT EI, &c.] Fides fidẽ prouocat, nec benefaciendo defatigatur Dominus. Quo discere debemus, quę sit vita Deo digna, & quid liceat à tã benefico Domino sperare. Itaq; mox egressis è domo cæcis, offertur Domino miserrimus homo, qui obnoxius dæmonio, quod illi linguæ vsum adimebat, nec mẽtis erat compos vt salutem optare posset: nec linguę, vt postularet. Quare dominus nullã fidem ab eo requirens, sed ad offerentium fidẽ respiciens, nihil cunctatus, nec interrogãs quicquam eiecit dęmonium, & protinus locutus est mutus. Non enim erat natura mutus, sed dęmon linguam eius ligauerat. Pro dictione autẽ, mutus, Græcè est κώφος, quod nomẽ, vt annotauit Hierony. magis tritum est sermone communi vt surdum significet, quam mutum. Sed moris, inquit, est scripturarum, κώφος, indifferenter vel surdum vel mutum significare. Porro cum dicitur, obtulerunt ei hominem mutum, dęmonium habẽtem, non potest accusatiuus, mutum, indifferenter construi vel cum accusatiuo hominem, vel cum accusatiuo, dęmonium, vt vult Caietanus. Nam Græcè pro, dæmonium habentem, vnica est dictio δαιμονιζόμενον, hoc est, dęmoniacum. Notandum & illud, hunc mutum dæmoniacum non esse eundem cum illo cuius fit mentio cum dicitur: Et erat eiiciens dęmonium, & illud erat mutum. Nam de illo agit Matthęus cap. 12. *Luc 11.*

ET MIRATAE SVNT TVRBAE DICENTES: NVNQVAM APPARVIT SIC IN ISRAEL. PHARISAEI, &c.] Ratio istius admirationis in turbis, vt dicerẽt: Núquã apparuit sic in Israel, nõ erat vnicum illud curati demoniaci miraculum, sed quia videbãt eum tam multa tamq; magna cũ tãta celeritate, & facilitate & autoritate patrare miracula, cum reliqui propherę pauciora fecerint miracula, & non nisi per inuocationẽ nominis diuini & preces. Videtur autẽ verbũ, apparuit, hic poni impersonaliter, vt sit sensus: nunquã visa sunt huiusmodi mirabilia in gẽte Israelitica, quã solam præ omnibus gentibus variis magnisq; illustrauit miraculis. Aut in verbo, apparuit, oportet subintelligere nomẽ, aliquis, vt sit sensus: Nunquã in gente Israelitica, in qua insignes orti sunt plerũq; viri miraculis clari, exortus est aliquis huic cõparandus, qui scilicet tam multa prodigia tam facile patraret. Cęterũ turbis præferẽtibus Christũ omnibus prophetis, Pharisæi inuidiæ stimulis cõcitati ecõtra detrahebãt, calumniãtes eum eiicere dęmonia nõ virtute diuina, sed ope Beelzebub principis dęmoniorum, notãtes eũ arte magica dęmones eiicere. Atq; hæc est quarta Phariscorũ calumnia à Matthæo capite suo nono cõprehensa. Primo enim calumniati sunt quod peccata dimitteret: secũdò, quòd cũ peccatoribus ederet: tertiò, quod ieiunia non indiceret discipulis suis: nũc verò quartò inuidiã suã & malitiam cæcã planè ostendẽtes nõ verebãtur opus sanctissimũ dæmoniacæ virtuti asscribere, malitiã quã corde gerebant semper augentes. Nam primæ calumniæ speciem aliquã sanctitatis præ se ferebant, hæc verò cùm nullam habeat vel apparentem rationem, inueteratæ inuidiæ est manifestũ argumentum. Nihil enim veretur quantumuis absurdũ effutire inuidus, quo calumniari possit eum cuius inuidet laudibus. Proinde calumniæ huius & absurditatem & irremissibilem malitiã pulchrè postea Dominus & prolixè ostendit. Nam quod modo non confutarit Dominus hanc calumniam, in causa esse potest, quòd in absentia Domini dicta sit à Pharisæis. In istis autẽ miraculis, quę hoc cap. continentur, adimpletum est etiam ad literam illud vaticinium Isaiæ: Tunc aperientur oculi cælorum, & aures surdorum patebũt, & aperta erit lingua mutorũ. Quod & spiritualiter Christus in nobis implet, cum lumen cœlestis sapientiæ cæcis nostris mentibus infundit: ac linguam nostram, quę à diabolo prius tenebatur ligata, promptã reddit ad prædicãdas Dei laudes: quod eum posse spiritualiter in nobis præstare, corporalium istorũ morborum curatione significatũ est. Et bene quidem ob mysteriũ prius cæci illuminantur, deinde muti lingua laxatur, quia prius necesse est vt apertis oculis mentis fide Christum conspiciamus & cognoscamus, deinde in laudes eius lingua nostra soluenda est. *Isaiæ 35*

Finis Primæ partis, quæ continet explanationem capitum Concordiæ triginta quinque, hoc est præter pueritiam Christi, acta eius à baptismo vsque ad secundum Pascha, acta scilicet vnius anni & aliquot mensium.

CORNELII

IANSENII EPISCOPI GANDAVENSIS COMMENTARIORVM IN SVAM Concordiam, ac totam Historiam Euangelicam

PARS SECVNDA.

Continens Acta CHRISTI, à secundo Paschate vsque ad tertium, hoc est, Acta secundi anni prædicationis eius.

SANATO IN SABBATHO HOMINE QVI LABORAuerat XXXVIII. annos, disputat cum Iudæis Dominus. Ioan. v.

CAPVT XXXVI.

POST hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis in Probatica, piscina quæ cognominatur Hebraicè Bethesda, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua. Et qui prius descẽdisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cùm vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbathum in die illa. Dicebãt ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbathum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus effectus fuerat, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis quia Iesus esset qui fecit eum sanũ: Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in Sabbatho. Iesus autem respondit eis: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat Sabbathum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Iesus, Et dixit eis: Amen, amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: quæcunque enim ille facit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & filius, quos vult viuificat. Neque enim pater iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificãt patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudiciũ non venit, sed transiit à morte in vitam. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: & procedent qui bona fecerũt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Non possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatẽ meam: sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimoniũ accipio, sed hæc dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autẽ voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me, & qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me, neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis, & verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognoui vos quia dilectionem Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo vos potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis? & gloriam quæ à solo Deo est non quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem, est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

POST HAEC ERAT DIES FESTVS IVDAEORVM, &c.] Imprimis hic constituendus est ordo sequentium cum præcedentibus. Pro quo sciendum non posse præcedentibus subiungi quæ sequuntur apud Matthæum. Apud hunc enim sequitur, quomodo Dominus circumierit omnes ciuitates & castella, ac videns turbas non habentes pastorem, dixerit messem quidem multam esse, operarios verò paucos, atque ob hoc conuocatis duodecim Discipulis, miserit eos ad prædicãdum. Certum autem est missionem hanc Apostolorum esse factã post sermonem illum solemnem, qui dicitur sermo Domini in mõte, quem habet Matth. cap. 5. 6. & 7. quandoquidem paulo antè illum sermonem Dominus in mõte ex omnibus Discipulis, duodecim illos elegit, & ordinauit Apostolos, vt patet & ex Marco capit. 3. & ex Luca cap. 6. quos postea misit ad prædicandũ. Igitur necesse est ante missionem Apostolorum interserere & præmittere sermonem illũ & ordinationem Apostolorum. Sed hanc ordinationem constat ex Marco & Luca consecutam post duas illas reprehensiones, quibus Pharisæi primũ Discipulos Christi carpebãt, quòd vellerent spicas in sabbatho: & deinde ipsum Christum, quòd in sabbatho curasset hominem habentem manum aridã. Igitur & hæc duo facta oportet ex Matth. 12. desumere, & præmittere sermoni illi in monte. Sicut enim iam ex Matthæi narratione didicimus, Marcum & Lucã non suo loco narrare traiectionem in regionem Gerasenorum, curationem hæmorrhoissæ, & resuscitationẽ filiæ Archisynagogi: ita ex illis duobus Euangelistis iam intelligimus, Matthæum duo illa quæ narrat in principio cap. 12. non suo loco posuisse: sed etiam illa intelligenda esse facta ante sermonem in principio positum, sicut ex eisdem duobus Euangelistis didicimus quæ hactenus narrata sunt à Matthæo post illum sermonem, cõtigisse ante sermonem. Porrò ante factum discipulorum euellentium spicas die sabbathi & comedentium, inferendum esse totum caput Ioannis quintum, manifestè satis probari potest. Nam quòd Discipuli sabbatho spicas vellebãt, necesse est contigisse inter pascha & pentecosten, imò statim post pascha. Nã ante pascha nullo modo licuit Iudæis vellere spicas, aut quicquam edere ex noua segete, cùm priusquam id liceret, manipulus spicarum in primitias messis offerẽdus esset Domino, quod fiebat altera die paschæ, vt scribitur Leuitic. 23. Post pentecosten autem non facilè inueniebantur in agris euellendæ spicæ, cùm iam messis esset perfecta, & panes primitiui Deo in festo pentecostes oblati. Quòd si negetur tunc messem fuisse perfectam, illud saltem quod dicit Lucas discipulos spicas euulsisse in sabbatho secundo primo, conuincit statim à paschate illud contigisse, vt patebit ex explicatione sabbathi secundoprimi. Iam admodum verisimile est, vt non dicam certum, festum Iudæorũ, cuius quinto suo capite meminit Ioãnes, sed non exprimit quale fuerit, fuisse iam alterum paschæ festum, quod scilicet proximè secutum est illud paschæ festum, cuius meminit cap. 2. Cyrillus quidem & Chrysostom. putant hoc festum fuisse festum pentecostes, moti scilicet hac ratione, quòd hoc festum proximè sequatur paschæ festum, ac proinde cùm cap. 2. Ioannes meminerit paschæ, & iam subiungat: *Post hæc erat dies festus Iudæorum*, debere intelligi de festo proximè sequente paschalem solennitatem. Sed ex verbis Christi, Ioan. 4. perspicuum est, (vt etiam colligit Rupertus, asserens fuisse Paschæ festum, de quo hic agitur) non posse festum hoc accipi festum pentecostes, saltem illud quod proximè secutum est illud paschæ festum, cuius fit mentio Ioan. 2. cap. Nam ibi Dominus dicit discipulis suis, quatuor menses adhuc fuisse à messe cum è Iudæa per Samariam irent in Galilæam. Erat ergo tempus Nouembris aut circiter, cùm messis apud Iudæos inciperet post pascha in Aprili nostro: ac proinde iam festum pentecostes, imò & festum tabernaculorum illius anni iam transactum erat priusquam in Galilæam rediret Dominus. Proximum autem à reditu erat festum paschæ, inter ea saltem festa quæ iuxta legem celebrãda erant. De eo ergo omnino verisimile est locutum hoc capite Ioannem, quod certè intelligit Irenæus, qui lib. 2. cap. 10. sic scribit: Post hæc iterum secunda vice ascendit in diem festum paschæ in Ierusalem, quando paralyticum qui iuxta natatoriam iacebat triginta octo annos curauit, iubens vt surgeret, & auferret grabatum suum. Certè nisi fateamur istud festum fuisse pascha, non poterimus ex Euangeliis colligere Christum tres annos cum aliquot mensibus prædicasse, quod tamen à Daniele vaticinatum fuisse intelligitur, cùm dicit cap. 9. Christum confirmaturum pactum multis hebdomada vna, & in dimidio illius hebdomadæ defecturam hostiam & sacrificium, per mortem scilicet Christi antiquantem omnia legis sacrificia. Et tamen ad designandum annos & tẽpus prædicationis Christi (quod ab aliis fuit prætermissum) viderur Ioannes tam accuratè paschata annumerasse quæ inciderunt in tempus prædicationis Christi. Quæ ergo hactenus contigerunt, acta sunt primo integro anno & aliquot diebus vel mensibus manifestationis & prædicationis Christi: quæque ex Matthæo, Marco & Luca iam legimus facta in Galilæa, contigerunt tribus vel quatuor illis mensibus qui intercesserunt inter reditum Christi in Galilæam, & festum paschæ reditum illum proximè subsequens, ac proinde duorum reliquorum integrorum annorum acta sequuntur.

EST AVTEM HIEROSOLYMIS IN PROBATICA, PISCINA, &c.] Apud Græcos dictio, *probatica*, est datiui casus, cui additur præpositio ἐπὶ, hoc est, in probatica, vel super probatica, quomodo, quodam reste, antiqui quidam codices Latini habent. Vnde & iam emendatiores codices Latini habent, *in Probatica*. Sonat autem, probatica dictio Græca, idem quòd ouilla vel pecualis. Nam πρόβατον Græcè, dicitur ouis. Hoc ergo nomine secundum hanc lectionem intelligitur significari locus aliquis in Hierusalem, in quo fuit forum ouium, vel potius in quo colligebantur & asseruabantur oues offerendæ à sacerdotibus

tibus in templo. Nam singulis diebus pro sacrificio matutino & vespertino offerebantur duo agni. Vnde oportebat in ciuitate esse locum aliquem ad conseruandos agnos, saltem pro iugi hoc sacrificio. In hoc autem loco iam oportet intelligere fuisse piscinam quandam, quæ Hebraicè dicebatur Bethesda, non autem ipsam piscinam dictam probaticã. Diuus tamen Hieronymus planè ostendit se legisse dictionem, *probatica* sine præpositione in nominatiuo casu, vt sit adiectiuum substantiui, *piscina*. Sic enim scribit libro de locis Hebraicis: Bethesda, piscinam in Hierusalem, quæ vocabatur προβατικὴ, & à nobis interpretari potest, pecualis. Hæc quinque quondam porticus habuit, ostenduntúrque gemini lacus, quorum vnus hybernis pluuiis adimpleri solet: alter mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis, antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in eo lauari à sacerdotibus solitas ferunt, vnde & nomen accipit. Hæc ille. Ex quibus perspicuum est eum dictionem, *probatica*, coniunxisse cum substantiuo, *piscina*, quomodo & Theophylactum ex cõmentario suo legisse apparet. Sic enim habet: Probatica autem dicebatur piscina, eò quòd oues illic ad sacrificium congregabantur, & intestina eorum abluebantur. Porrò locus iste non vocatur hic piscina, eò quòd in eo pisces viui asseruarentur. Est enim Græcè hic κολυμβήθρα, quæ dictio propriè significat natatoriam aut natatulum: deducitur enim à κολυμβάω, quod est, natare: vnde & cap. 9. Ioannis eandem dictionem noster interpres vertit per natatoriam: Vade, laua in natatoria Siloë. Nec tamen hic malè vertit. Nam quanquam initio piscinæ dictæ sunt à piscibus qui viui in eis seruabantur, tamen generaliter postea Latini piscinam pro natatoria acceperunt, imò & vasa lignea ampliora à Plinio piscinæ vocatæ sunt. Hebraicum autem huius piscinæ nomen, nempe Bethesda, (Sic enim legendum est, & non Bethsaida, quæ fuit patria ciuitas Andreæ & Petri) si vt est omnino verisimile, compositum sit ex בית & חסדא significat domum effusionis, hoc est, locum effusionis. Nam idiotismus Chaldaicæ linguæ, est loca ferè domus vocare. Sic agrum vocant, domum feminis. Bethesda ergo dicebatur hæc piscina, quòd è tectis & aliis editioribus locis aqua effunderetur in eam, siue quòd ex altero illo lacu quem hybernis aquis adimpleri solitum scribit Hieronymus, aqua inundaret non nunquam, & effunderetur in hanc piscinam. Quidam dictionem, *piscina*, vult coniungendam cum *probatica*, vt sit apud Græcos datiui casus, & sit sensus: Apud probaticam piscinam fuisse domum quandam quæ dicta sit Bethesda, vt relatiuum, quæ, non referatur ad piscinam, sed subaudiatur, illa vel ea. Alioqui enim adiectiuum; *probatica*, non habebit substantiuum. Et piscina ipsa non videtur dicta Bethesda, cùm hæc sit domus quinque porticus habens. Vult autem Bethesda dictam à Beth בית & חסר Hhsed, vt sit domus benignitis, in qua benignè fit pauperibus, quæ dicitur, בית גמילות חסדים. Huic concordat quod habet Syriacum Euangelium: Est autem in Ierusalem locus quidam baptisterij, qui vocatur Hebraicè Beth-Ghesdo, hoc est domus misericordiæ. De piscina hac sic scribit Brocardus: Ab area templi contra Aquilonem quantus scilicet est iactus lapidis, est porta vallis, quæ ducit in vallem Iosaphat, & hæc etiam vocatur porta gregis, quòd per eam introducebantur greges immolandi in templo. Proinde intrantibus portam vallis siue gregis, ad sinistram occurrit piscina probatica, in qua Nathinæi lauabant hostias, quas tradebant sacerdotibus in templo offerendas, & hæc porticus habuisse ostenditur, in quibus secundum Ioannem iacebant infirmi, aquæ motum expectantes. Ad dextram verò ostenditur alia piscina grandis, quæ dicebatur piscina inferior, facta ab Ezechia, &c. Variæ enim sunt piscinæ Hierosolymitanæ, de quibus fit in scripturis mentio, videlicet piscina superior, quæ erat extra ciuitatem in via agri Fullonis, de qua Isaiæ 7. & 4. Reg. 18. Piscina inferior, de qua Isaiæ 22. quã construxisse Ezechiam scribitur 4. Regũ. 20. & 2. Paralip. 32. & Ecclesiast. cap. 48. Piscina vetus, quæ Isaiæ 22. scribitur fuisse inter duos muros. Piscina Bethesda, de qua hoc loco, quæ à Salomone constructa dicitur pro ministerio templi, ita vt fortè ea sit quam Iosephus in descriptione Hierusalem vocat stagnum Salomonis. Piscina denique Siloe, de qua Ioan. 9. & 2. Esdræ 3. vbi & mentio fit piscinæ, quæ grandi opere constructa fuit. Quinq; autem istæ porticus, hoc est, vacuæ domus, quæ erant veluti ambulacra, in circuitu laci videntur extructæ fuisse, vt in illis ægroti demorarentur, vt apparet ex sequentibus. Dicitur enim: In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, hoc est, contractorum, aut, qui aliquam partem corporis habuerunt aridam, quomodo Matthæi 12. dicitur homo quidam habuisse manum aridam, & quomodo arida fuit manus Hieroboam, vt scribitur 3. Reg. 13. Quidam in Paraphrasibus pro aridorum ponit mancorum, & Græcè ξηρὸς, significat etiam mancum, hoc est, eum qui manum habet eneruatam, & veluti manu caret. Est enim mancus, quasi manu carens.

ANGELVS AVTEM DOMINI DESCENDEBAT SECVNDVM TEMPVS IN PISCINAM, &c.] Græcè non est, *autem*, sed *enim*. Nam redditur ratio quare ibi aderat languentium multitudo. Nec est, *Domini*, sed tãtùm, *Angelus enim*. Porrò qua occasione, & quando primùm istud cœptum est fieri vt aqua hanc haberet virtutem, non scitur. Nam quod dicitur de ligno crucis Dominicæ natante in hac piscina, parum aut nihil habet autoritatis. Probabile autem est quòd habet Theophylactus, diuina dispensatione in hac aqua istud factum, partim in commendationem sacrificiorum legalium, quæ in hac aqua abluebantur, partim & principalius ad astruendam fidem instituendi à Christo baptismi. Quemadmodũ enim priùs in lege imaginem quandam huius baptismi instituerat, cùm ordinaret eis aquam expurgantem corporales sordes, quæ quidem non veræ erant sordes, sed, opinatè solùm, vt quæ ex lepra vel contactu funeris, & aliis similibus contrahebantur: ita postea propinquius volens Iudæos ad baptismi fidem adducere, per aquam cœpit non inquinamenta solùm mundare, sed etiam ægritudines sanare, vt quemadmodum ad præsens videbant vi quadam arcana diuinitus assistente aquam hanc cuiusuis generis morbos depellere, licet eam vim ex se non haberet (alioqui enim perpetuò sanasset) ita postea quoque exorta lege Euangelica non absurdum iudicarent, si aqua baptismi à Christo instituti vi quadam cœlesti morbos animi profligaret, licet ex se eam vim non haberet. Proinde obseruanda hic figuræ istius ad baptismum simi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

litudo.Non in quauis aqua ægri curabantur,sed in ea in qua abluebantur legis sacrificia, quæque vt patet ex Hieronymo,à sanguine sacrificiorum rubea erat, quasi ab illis virtutem quandam diuiniorem accepisset. Nec in ea curabantur,nisi Angelo mouente aquã. Sic & aqua baptismi omnem suam habet virtutem à sanguine veri sacrificij in cruce oblati, nec alioqui sanat, nisi accesserit gratia spiritus sancti aquam mouens, & efficacem reddens. Sed ibi corpora sanabantur, hîc verò animi: illic Angelus,in cuius etiam dispositione lex vetus data est, aquis virtutẽ donat, hîc verò ipse spiritus sanctus legis nouæ auctor: illic vnus tantùm sanabatur,hîc verò etiamsi totus confluat orbis, non minuitur gratia. Quòd autẽ dicitur Angelus descendisse secũdùm tempus,hoc est,certo tempore,non sic videtur accipiẽdum,quasi certum aliquod tempus in anno hominibus cognitũ, obseruatum fuerit ab Angelo. Nam si tẽpus illud hominibus fuisset cognitum, non adfuissent illic ægri, nisi certo illo die, & omnino curasset iste æger illo die sibi aliquem qui ipsum in aquam misisset, aut non accessisset. Itaque illud; *secundum tempus*; sic est accipiendum,vt significetur non semper quidem Angelum mouisse aquam; sed certis quibusdam temporibus, quæ tamen hominibus erant incognita, idq; non solum semel in anno, sed frequenter, vt est verisimile. Ideo enim in porticibus decumbebat multitudo magna languentium. Vnde quod Græcis κατὰ καιρὸν,& noster vertit,*secundum tempus*, Syriacum Euang.vertit,*aliquando*.

ERAT AVTEM QVIDAM HOMO IBI TRIGINTA ET OCTO ANNOS HABENS IN INFIRMITATE SVA.] Hunc ex omnibus languentibus hîc iacentibus, quò miraculum esset insignius, vnum delegit dominus, qui & erat maximè deploratus,& maximè miserandus,vt qui & immedicabili, & vetustissimo morbo tenebatur, & humano subsidio destitutus erat, quò tempestiuè deferretur in aquam. Hunc ergo Dominus sanans illustriorem reddidit suam tum potentiam, tum bonitatem,& misericordiam, ostenditque se eorum maximè curam habere,quos hominum inhumanitas negligit,ac nullum esse morbum animi tam capitalem, tãmque inueteratum, quem non tollere & possit & velit. Sicut autem Euangelista Domini notat benignitatem & misericordiã;dum bis miserum hominem sanasse commemorat, ita satis notat Pharisæorum, sacerdotum,& omnium vicinorum summã inhumanitatẽ,qui huic tamdiu ægroto non aliquando prouiderint aliquem qui ipsum maturè deferret in aquã. Interrogat autem Dominus ægrum num velit sanus fieri,quamuis id notissimum esset.Primùm quidem,vt ægri patientia omnibus manifesta fieret. Deinde, vt ex eius verbis morbi vis ac humani subsidij inopia conspicua fieret:ita enim cõueniebat ad miraculi commendationem. Postremùm, vt illum excitaret ad petendum aliqualiter opem à se, sicq; disponeret ad perceptionem beneficij,ac ostẽderet neminem ab animi vitiis sanari posse, nisi & morbum suum agnoscat,& salutis desiderio teneatur,ac suæ sanationi cooperetur. Non dixit autem Dominus, Vis te sanem,tum, quia erat ab omni arrogantia alienus,tum,quia ægri ipsum nequaquam agnoscerat, quare nec fidem ab eo requisiuit. Itaque æger etsi Iesum non cognosceret,(nam Dominum eum vocat tantùm honoris causa Hebræo more) tamen aliquid bonæ spei concipiens ex tam alacri & benigna interrogatione, indicat sibi non deesse voluntatem &desiderium salutis,deesse autem opem baiuli, per quem maturè deportaretur in aquam: huiusmodi responsione verecundè à Domino petens: vt ipse qui validus esset, ac, vt videbatur ex compellatione,misericors, sese deferret,quum esset tempus,in piscinam,non ausus tamen id à Domino explicite &apertè petere.In qua ægri responsione eluescit ipsius & verecunda paupertas, digna misericordia diuina,& patientissima tolerantia. Idque tum in eo quòd adeò mansuetè Christo respondit, neque arguens eum velut stultam interrogãtem quæstionem, neque maledicens dieinatiuitatis suæ quemadmodum pusillanimes facere solent: tum in eo quòd tot annis frustratus, ad huc tamen perseuerabat,nec desperabat,quin aliquando per aliquem iuuari posset.

DICIT EI IESVS: SVRGE, TOLLE GRABATVM TVVM, ET AMBVLA.] Et statim quemadmodum alteri paralytico præcepit Dominus tollere lectum suum in testimoniũ perfectæ sanitatis,ita & huic ægro.Et quanquam esset sabbathum, in quo secundùm legem alicui non licuisset alioqui lectum tollere, voluit tamen in sabbatho istud Dominus fieri, tum quia in hoc facto licebat,cùm esset ob gloriam Dei,sicut ob eam licebat sabbatho cædere victimas: tum quia per istud factum, quod Iudæi putabant sabbathis esse illicitum, voluit se demonstrare esse Dominum sabbathi. Id quod fecit,& cum ipso facto demonstrauit se esse Dominum naturæ,ac proinde etiam legit, & cum occasione huius facti disseruit de æqualitate sua cum patre. Nec metuit hic scandalum Iudæorum quorundam, cùm esset acceptum, non datum,& scandalum Pharisaicum,non infirmorum scandalum. Si enim æquo animo expendissent miraculum factum, & æquis auribus Christi sermonem excepissent, facilè intellexissent factum illud & opus non repugnasse præcepto legis. Porrò Iudæis sanatum languidum reprehendentibus, quòd grabatum suum tolleret in sabbatho, pulchrè ille respondit, *Qui me sanum fecit*, &c. Emphaticè enim dicit, *qui me sanum fecit*; notare volens illius autoritatem quasi dicat: Qui tantum ædere miraculum potuit,vt sanitativerbo restituerit me,hominẽ desperatæ valetudinis, morbo grauissimo iam 38. annos implicitum, is certè tantæ auctoritatis homo,mihi quod ago,præcepit:quare cùm illius potentiam & autoritatẽ in meipso maximam esse expertus sim,meritò illi pareo,persuasus scilicet eum qui tantæ est auctoritatis, etiam necessitate seruandi sabbathi absoluere posse, nec posse aliquid contra Deum præcipere, qui tantam Dei in me virtutem declararit. Itaque emphasis est in pronominibus, *me* & *ille*. Cùm autem hoc audito responso Iudæi ob tantum miraculum debuissent Deum glorificare,sanato gratulari,& miraculi auctorem suspicere,contrà,eò quòd peruersè essent religiosi, salutis auctorem requirunt ad nocendum ipsi.Et vide hîc Iudæorum istorum malignitatẽ. Cùm enim sanatus dixisset duo, nempe, *qui me sanum fecit*; & *ille mihi dixit*,&c.hi non nominant Christum ab eo quòd in eo commendari poterat, vt dicerent: Quis est qui te sanum fecit; sed describunt eum ab eo quod videbatur calumniæ esse obnoxium, dicentes: *Quis est homo ille qui dixit tibi: tolle*, &c. Is autem qui factus fuerat sanus, etsi iam ide facie Iesum nosse poterat, non tamen nouerat eum de nomine, vt ipsis eum nominare posset.Cuius causa redditur,cùm subditur: *Iesus enim declinauit à turba*, &c. Quoniam enim Iesus mox seipsum subtraxit,non potuit languidus,qui videtur priùs Dominum nunquam vidisse,vel à Domino,vel ab aliis intelligere quis esset.Sciendum autẽ Græca non habere præpositionem *à*,*declinauit à turba*, sed ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ, hoc est potius, declinauit cum turba, vel eo quòd turba esset in illo loco, quanquam genitiuus ὄχλου,regi posset à verbo ratione præpositionis, sed tunc additus fuisset articulus. Et est perfectior sensus,si intelligatur genitiuus absolutus. Si enim declinauit è turba,ergo turba miraculum vidit,vt non esset opus à languido scisciatari quis esset qui eum sanũ fecisset.Ergo vt nostra lectio habeat sensum Græcæ lectionis, præpositio, *à*, exponatur,per propter,vt sit sensus:Iesus declinauit ab ægro sanato propter turbam in loco existẽtem vicino.Notandum secundò,dictionem Græcã ἐξένευσεν,esse ambiguam.Potest enim esse à verbo ἐκνεύω, & significat declinare, aut à verbo ξενεύω, & significat peregrinum esse.Quomodo si hîc accipiatur, sensus erit: ideo nesciebat lãguidus quis esset,quia Iesus fecerat se veluti alienum & peregrinum, vt neque à languido, neque à turba agnosceretur. Qui certè sensus ob id videri potest conuenientior, quòd postea languidus iste mox Iesum quis esset agnouerit, cùm ei locutus fuisset in templo. Quomodo enim alioqui Iesum loquentem secum in templo agnouit quis esset,non cognouit autem loquentem secum priùs in porticu? Dominus autem sic declinauit, aut peregrinum se fecit,partim vt laudem humanam se fugere declararet, partim vt Iudæorum in se inuidiã amputaret, quæ ex præsentia acui solet. Deinde vt ipso absente testimonium sanitatis maiori cum fide reciperetur, dum non videretur is qui sanatus fuerat, in gratiam præsentis aut cogniti à se testificari, sed solius veritatis amore. Insuper vt priùs beneficium innotesceret quàm ipsemet, sicque diuinum opus non grauaretur ea inuidia qua ipse laborabat.

POSTEA INVENIT EVM IESVS IN TEMPLO, ET DIXIT ILLI: ECCE SANVS FACTVS ES.] Cognito iam ac diuulgato miraculo, Iesus volens etiam autorem esse cognitum, & quem secundùm corpus sanauerat, eius quoque animã meliorem reddere, occurrit ei qui sanatus fuerat.Reperit autem eum in templo,orantem videlicet,vt est probabile,& Deo pro accepta sanitate gratias agentem, & dicit ei: *Ecce sanus factus es*, &c. significans scilicet propter peccatum ipsum incidisse in morbum, sibique occulta etiam hominum peccata præterita nota esse, docẽs item eos qui post dimissum & punitum semel peccatum rursus delinquunt, magis postea puniendos, tanquam insensatos & contemptores. Quòd autem homo iste abiẽs nuntiauerit Iesum fuisse qui se sanasset,non videtur ex maleuolentia fecisse,vt quidam putant, sed potius pio affectu, volens Iesum tanquam diuinũ hominem,& omnibus colendum Prophetam cõmendare. Vnde non respõdit quod Iudæi interrogauerant,quis scilicet dixisset ei, *tolle grabatum*, &c.sed quis se sanũ fecisset,beneficium nominans non factum, quod calumniari posse videbatur. Iudæi autem cognito iam miraculi huius auctore, partim quòd inuidia gloriæ Iesu succensi essent,partim quòd caput veræ religionis non tenerent, nec intelligerent,sed speciem solùm religionis externam amplecterentur, non iam solùm calumniabãtur factum & facti autorem,sed etiam persequebantur eum, & quærebant eum occidere (vt habetur in Græcis codicibus) non ob aliud quàm quia hęc fecisset & faceret in sabbatho,cùm meritò intelligere debuissent, eum qui hæc facere potuit,legibus sabbathi teneri non posse,&deinde ea quæ fecit, talia esse quæ lege sabbathi nõ essent prohibita, vt quæ cedebant in gloriam Dei, & salutem hominum promouebant.Cùm enim sabbathum cõstitutum fuerit in gloriam Dei.& propter hominem,non autẽ homo propter sabbathũ conditus sit,perspicuum hæc tam sancta,tamque salutaria hominibus opera,lege sabbathi nõ fuisse interdicta, aut illis legẽ debere cedere, cùm sanctioribus officiis cedere debeant officia minus sancta, Porrò cùm historia hęc variè tractetur allegoricè, simplicius fuerit eam accipere allegoricè secũdùm eum ferè modum quem indicant Theophylact. & Ambrosius lib.2. de sacramen. vt scilicet per piscinam hãc accipiatur baptisma Christi sanguine rubicundum, à quo multitudo magna languentium ex omnibus gẽtibus expectatura & quæsitura erat suam sanitatem,sed vt intelligeretur,omnem salutem quæ per baptismum expectabatur; à Christo expectandã,nec potuisse humanæ naturæ iam multo tẽpore laboranti salutarem esse baptismum,nisi per aduentũ Christi in carnem, ob hoc vnũ Dominus circa hanc piscinam sanat,qui &multos annos decubuerat,quærens ab hac aqua sanitatem,& hominem non habebat qui eum in piscinã deferret, cui & præcipitur vt surgat, tollat lectum suum, & ambulet, quia scilicet qui à Christo iam sanatus est,à vitiis exurgere debet,atque corpus suum leue & expeditum facere,sustollereque à terra ne grauetur terrenis curis,& in virtutis via semper ambulare, proficiendò scilicet de virtute in virtutem.

Allegorica expositio.

IESVS AVTEM RESPONDIT EIS: PATER MEVS VSQVE MODO OPERATVR, &c.] Aliàs frequenter Dominus accusatus quasi sabbathum violasset, defendit se per gesta à Dauide; à sacerdotibus, ab ipsismet Iudæis extrahentibus ouem aut asinũ die sabbathi, aut ducentibus ad aquam. Has autem defensiones, quoniam humanæ erant,nec Christum nisi hominem arguebant, reliqui tres Euangelistæ perscripserunt, qui simpliciora Christi verba factaque prosecuti sunt. Ioannes verò, cuius intentio fuit diuinam Christi ostendere naturã, eam solus Christi defensionem perscripsit,qua seipsum defendit ex operatione patris etiam in sabbathis, per quam Christus ostenderat se patri æqualem. Est autem in hac Domini responsione occupatio eius quod Iudei fuerãt Domino obiecturi,& simul retorsio calũniæ in Deum, cuius autoritate putabant se Iudæi Christum rectè calumniari.Nam Exodi 20.cùm in sabbatho interdicitur omne opus,adiicitur pro causa, quòd Deus post opera sex dierum, requieuerit die septimo: vnde colligere poterant Iesum non esse ex Deo, quòd non cessauerit operari in sabbatho, in quo etiam Deus requieuerit, & ob hoc etiam requiescere homines voluerit. Contrà ergo Dominus se defendit, eò quòd etiam Deus operatur in sabbathis, ostendens verum intellectum scripturæ asserentis Deum requieuisse die septimo. Non enim sic dicitur requieuisse, quasi nihil omnino opere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, sed quia non operatur noua genera & species creatura ũ. Et propterea non absolutè dixit Moyses, requieuit die septimo: sed apposuit ab vniuerso opere quod patrarat. Præter autè hanc Dei operationem, qua ab initio nouas creaturarum species condidit, est alia eius operatio, gubernatio scilicet & prouidẽtia creaturarum, & conseruatio earum, ob quam alia ex aliis progenerat, collapsa restaurat, cœlestia in continuo suo motu & influentia continet, &c. atque hæc est operatio, quam dicit patrem vsque modò operari. Est ergo scopus verborum Christi iste: Dicetis vtique, non esse mihi operandum in sabbatho, quia scriptura memorat etiam Deum septimo die requieuisse ab omnibus operibus, eóque diem illum sanctificasse, ac præcepisse ne quid operis eo die populus suus faceret. Sed noueritis patrem meum non ita cessasse ab omni opere, vt non ab initio mundi vsque ad istud temporis semper operetur, conseruando creata, gubernando, restaurãdo, ac alia ex aliis progignendo: quare cùm non possim non imitari patrẽ filius, etiam ego operor quouis die etiam sabbathi quæ ille operatur. Nam quod modò in sanatione huius languidi feci, ex iis est operibus quæ pater etiam in sabbatho operatur. Tunc enim bene facit rebus à se conditis, ac potissimum hominibus gloriam suam & bonitatem nunquã non declarans. Quare si me facientem quæ ad salutem pertinent humani generis, & ad gloriam patris faciunt, damnatis tanquam sabbathi violatorẽ, eadem opera damnatis & patrem meum, qui mihi exemplum est, & auctor hæc agendi. Quòd si illum absoluitis & glorificatis ob salutem homini deplorato restitutam, cur mihi idem quod ille agenti sabbathi violati crimen impingitis, & non potius agnoscitis virtutem sabbathi religione maiorem? Notandum autem illud, *& ego operor*, dupliciter posse accipi. Primò illatiuè, vt sit sensus iam datus: Quia pater operatur etiam in sabbatho, propterea & ego operor. Secundò, vt sit sensus: pater meus vsque modò operatur, & ego vsque modò simul cum eo operor, quia quæcunque operatur, per me operatur. Quare quandoquidem mihi semper operandum est cum illo, non debui iam ab hoc opere cessare quod calumniamini, cùm sit vnũ ex his quæ pater mecum semper & quouis die operatur.

Genes. 2.

PROPTEREA ERGO MAGIS QVAEREBANT EVM IVDAEI INTERFICERE, &c.] Non solùm soluebat sabbathum, secundùm ipsorum scilicet sententiam. Nam re vera non soluebat. Sicut vera etiam non faciebat se æqualem Deo, sed secundùm illorum sententiam. Nam ab initio erat natus Deo æqualis. Iudæi Domini responsione non solùm non sunt mitigati, sed multò magis exacerbati, duo iam in verbis eius culpantes. Primùm, quòd ipsum Deum faceret patrem suum, vel, vt habent Græci significantius, ἴδιον, hoc est proprium. Intellexerant enim Iesum non vocare Deum patrem suum, quomodo omnium Iudæorum erat pater, sed patrẽ sibi veluti proprium. Ad quod magis significandum vult Cyrillus in verbis Christi additum articulum, ὁ πατήρ μου. Secundò, culpabant quòd æqualem se Deo faceret. Id autem secundùm quosdam ex eo intellexerunt, quòd Deum vocabat patrem suum & proprium. Nam, vt habet Cyrillus, cuius verè ac propriè Deus pater est, is secundùm naturam Deo æqualis est. Sed simplicius fuerit intelligere, Iudæos ideo intellexisse Christũ se fecisse æqualem Deo, quia seipsum æquabat Deo in operibus & autoritate faciendi quæ vellet quouis tempore, eò quòd dixit se operari quæ ille operabatur, aut ideo operari in sabbatho, quia ille operabatur. Certè rectius Iudæi in verbis Christi intellexerunt significari ab eo æqualitatem cum Deo, quàm postea Arriani, qui imparem patri filium faciebant, quos oportebat vel Iudæos istos in magistros assumere. Nam si fuisset in Iudæis error opinionis, correxisset illum vtique Ioannes, nec passus fuisset nos in re tanta falli. Nunc verò per sequentia id quod sentiebant verum esse approbat, velle scilicet Christum intelligi se æqualem esse Deo.

A

B

C

D

RESPONDIT ITAQVE IESVS, ET DIXIT EIS: AMEN, AMEN DICO VOBIS, NON POTEST FILIVS.] Cùm Iudæi non iam solùm Dominum factum, sed etiam facti defensionem calumniarentur, Dominus nihil veritus illorum furorem, liberius & explicatius iam pergit demonstrare defensionis suæ à patris operatione petitæ conuenientiam, & ex consequenti etiam liciram fuisse suę in sabbatho curationis operationem. Atque hoc est quod dicit Euangelista: *Respondit itaque Iesus*, &c. respondisse enim dicit Iudæis impugnantibus ipsum de illis duobus, videlicet ipso facto, & facti defensione. In qua Christi responsione imprimis annotandum, quòd quoniam hi quibus loquebatur veritatem ipsam apertè explicatam intelligere non potuissent, condescendit imbecillitati eorum, loquens quandoque de se humilia dispensatiuè, vt sic quæ dicebantur facilius susciperentur. Rursum tamen mox ad sublimia se monem reducit, ac denuo hunc ad humilia demittit, ite úmq, ad id quod sublimius est, ac rursum ad id quod humilius, & ita per sublimia simul & humilia verba, quæ & æqualitatem demonstrabant, & minoritatem demõstrare videbantur, suum texit sermonem, atque hunc iudicio dispensat, vt & qui mente sunt acutiores & benigni, sumant à sublimibus intellectũ conuenientem: metiam de humilibus, & qui obtusiores sunt, aut animo iniquiores, ab humilibus cõsolationem accipiant, & quasi de homine hæc intelligentes non turbentur. Veruntamen quanquam quandoq; videantur humilia esse verba, sub his tamen occultæ latent res summæ, ita vt verbis quidem videatur tradi hæreticis quibusdam argumentum sui erroris, sensibus verò nequaquam. Notanda & altera causa, ob quam quandoque Dominus videatur de se humilius loqui, videlicet quia explicaturus conditionem quæ est inter ipsum & patrem, vti debuerit verbis humanis, quæ cùm creaturis propriè conueniant, earúmq; imperfectam naturam, cõditionem vel qualitatem aliquam significent, non possunt omnino propriè quadrare in rebus diuinis. Proinde cùm de rebus diuinis per verba humana est sermo, si quæ occurrat dictio imperfectionem aliquam insinuans, id quod imperfectionis est excludentes, tantùm quod est perfectionis retinere debemus. His in genere præmissis, ad singulorum explanationem descendendum. Itaque quod dicitur, *Non potest filius à se facere quicquam*; dupliciter accipitur. Nam secundùm Hilarium & Augustinum sensus est, filium non habere ex se potentiam faciendi aliquid, sed eam potentiam habere illum à patre, à quo habet & subsistãtiam suam atq; naturam. Ergo secundùm hunc intellectum, illud, *ex se*, debet coniungi cum verbo, *potest*, vt sit: ex se non potest quod potest. Verùm huic intelligentiæ & constructioni obstat quod sequitur, *nisi quod viderit patrem facientẽ*. Cùm enim hîc exceptiuè dicatur quid possit filius facere, consequitur priori parte significari quid non possit facere, & proinde illud, *ex se*, coniũgi debet cum verbo *facere*, vt sit sensus: Filius non potest aliquid facere ex se, sed tantùm (debet enim, *nisi*, hîc accipi pro, sed tantùm) id potest facere quod viderit patrem facientem: quem sensum & constructionem sequitur Chrysostomus & alij. Iuxta hunc autem sensum notandum non dictum esse, Non licet filio aliquid facere ex se, sed, *non potest filius*, &c. Non enim intelligi potest ideo dictum, non posse filiũ facere aliquid ex seipso, quia non potest licitè, vt sit idem, non potest, & non licet. Nam si hîc intelligeretur, nihil singulare diceret de se Dominus, cùm hoc de omnibus hominibus & Angelis dici posset: nam nec illi possunt licitè facere quicquam ex se. Possunt tamen absolutè facere aliquid ex se, etiamsi nunquam ex se quicquam faciant, vt Angeli boni, cùm absolutè possint peccare, quod si faciunt, ex se faciunt. Ex se enim facere dicũtur aliquid, qui illius non habent sibi aliũm quàm se autorem. Sic & filius faceret aliquid ex se, si aliquid faceret, cuius illi autor non esset pater: qui cùm illi autor sit, eiusdem secum naturæ, & proinde etiam omnium quæ cum ipso inseparabiliter operatur, bene dicitur, *non potest filius à se facere quicquam*. Itaque illud, *non potest*, non solùm non arguit potentiæ defectum, quomodo nec cùm dicitur Deum non posse peccare, sed etiam summam filij perfectionem declarat: Nam præterquam quòd hac oratione; *non potest filius à se facere quicquam*, significatur filium non posse Deo esse contrarium, quod summæ est perfectionis, & primò est à saluatore his verbis intentum, significatur etiam satis identitas naturæ patris & filij. Nam quòd non potest filius facere aliquid ex seipso, hoc ipsum est propter identitatem naturæ quam à patre accepit. Sicut econtra omnis rationalis creatura ideo potest aliquid ex se, quia habet aliã à Deo naturam. Cùm verò sequitur; *nisi quod viderit patrem facientem*; non sic illud intelligẽdum est, quasi filius ad opus patris velut ad archetypũ respiciens, imitetur illud, quomodo intellexerunt hæretici, qui ex hoc loco acceperunt occasionem derogandi dignitati filij, tanquam inferioris, & patris instructione egentis. Nam si hic esset sensus, consequens erit, & filium mundum aliquem nouum distinctum à mundo quem pater fecit, vel creasse vel creaturum. Deinde quo exemplo Christus purgauit à lepra, à dæmonijs & morbis liberauit, super mare ambulauit, & alia multa similia fecit; num hæc pater aliquando antea est operatus? Proinde filius facit quod videt patrem facientem, quia id facit, quod scit patrem etiã secum & per se facientem. Notandum enim, quòd non dicit, nisi quod viderit patrem fecisse, sed *facientem*: nec dicit, nisi quale viderit, &c. sed *nisi quod*, vt intelligamus filiũ vnum & idem facere cum patre. Dicit tamen, *nisi quod viderit*, & non, nisi quod pater facit, ne catu euenire putetur quòd in operatione coincidit filius cum patre, aut ne non liberè, sed naturaliter putetur facere filius. Nam & de naturalibus agentibus rectè dicitur, quòd non possunt facere aliquid ex se, sed tantũ quod Deus facit. Rursum non dicitur, nisi quod sciuerit patrem facientem: sed potius

E

A verbo vidẽdi vsus est, vt sic significaret patrem primum operis auctorem, & ipsi filio esse auctorem vt etiam operetur. Quoniam enim discipulus magistri sui diligẽs sectator, id dicitur facere quod videt magistrum facientẽ, ideo quò significaret Dominus patrem operum suorum auctorem esse, dicit, *nisi quod viderit patrem facientem*, tanquam eius quod facit auctorem. Sic enim declarare debuit se nihil ex se facere posse. Nam ad hoc vt in agentibus liberis, non dicatur agens agere ex se, non satis est eius quod facit habere ipsum aliquem auctorem, sed etiam requiritur vt hoc ipsum cognoscat & videat. Alioqui enim quasi ex se ceneetur operari. Quasi enim ex se operatur etiam bonum, qui quod facit bene, non ex Dei vel præcepto vel consilio faciat, sed propria tantùm electione.

B

QVAECVNQVE ENIM ILLE FACIT, HAEC ET FILIVS SIMILITER FACIT.] Superiorem sententiam his verbis Dominus apertiorem facit, transiens ab humilieri sermone ad sublimiora, & omnem prauam intelligentiam quæ esse posset in sententia superiori, iam planè resecans. Debet autem hæc sententia, vt bene probet & explicet superiorẽ, sic intelligi: Quæcunq; enim pater facit, hæc eadem omnia & sola etiam filius similiter facit. Sic enim ex hac sententia consequitur, filiũ nihil facere ex se, sed tantùm id quod pater facit: plus tamen dicitur, videlicet quòd omnia illa faciat quæ facit pater. Notandum autem, quòd non dicitur, quæcunque enim ille fecit, hæc & filius, &c. Nec: Quæcunque ille facit, talia & filius facit: sed, *quæcunq; ille facit*, hæc eadẽ scilicet etiam filius facit, vt intelligeremus vnam omnino patris & filij esse operationem, nec filium patrem imitari, sed vnum idemq; cum eo in omnibus operari. Et ne rursum intelligeretur patrem & filium in omni opere quod cõmunitet faciunt concurrere, sicut causam superiorem & inferiorem, aut sicut causas duas partiales, aut sicut agens & instrumentum, adiectum etiam est aduerbium, similiter, quo significatur filium non solùm eadem facere quæ facit pater, sed etiam simili modo. Similitudo autem modi faciendi non consistit in eo quòd quocunq; modo dicitur pater facere, etiam dici potest filius facere. Non enim filius dicitur facere ex se, sicut pater ex se facit: neq; filius per patrem operatur, sicut pater per filium. Sed similitudo consistit in qualitatibus agentis ad ipsum opus. Quanquam enim pater & filius non similiter se habent ad inuicem, similiter tamen se habent ad communia ipsorum opera. Similiter ergo facit filius, quia cum æquali libertate, scientia, dominio, & potestate. Non ergo illud, *similiter*, aut, vt est Græcè, ὁμοίως, hîc simpliciter ac vulgari modo accipi debet positum, videlicet vt sit idem quod, quoque, & sit sensus: hæc & filius quoq; facit. quomodo videtur accepisse quidam, dum vertit, *hæc itidem & filius facit*. & dum in Paraphrasibus suis sic explicat: Quicquid igitur fecerit pater, hæc eadem pariter operatur & filius. Ex hac ergo sententia consequitur filij potestatem patris potẽtiæ non solùm esse æqualem, sed etiam planè eandem. Sicut enim ex adæquatione faciendorum cognoscitur æqualitas potẽtiæ, ita ex identitate operum, si adsit idem omnino faciendi modus, à posteriori consequitur potentiæ identitas. Vbi autem potentiæ est identitas, necesse est & naturæ esse identitatem.

C

D

E

PATER ENIM DILIGIT FILIVM,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET OMNIA DEMONSTRAT EI.] Declarat modò vtramque supradictam sententiam, ostendens vnde fiat vt omnia faciat & videat filius quæ Pater facit, nimirum quia Pater diligẽs filium, demonstrat ei omnia quæ facit. Quæ ratio desumpta est ab his quæ videmus fieri inter patrem & filium apud homines. Quia enim pater carnalis filium diligit, ideo non patitur aliquid suorum illi esse occultum: & quo magis illum diligit, eo minus patitur illud: ita & hîc significat Dominus, quòd quoniam Pater cœlestis vnicè diligit filium suum sibi simillimum, & in nullo contrarium, demonstrat etiam ei omnia quæ facit. Sed difficultas hîc est, quid sit demonstrare patrem filio quæ facit. Non enim intelligi potest patrem demonstrare filio, quomodo præceptor demonstrat quædam discipulo, aut quomodo alicui demonstramus depicta in tabulis. Hoc enim argueret magnam in filio imperfectionem. Itaque Augustinus intelligit patrem demonstrare filio, nihil aliud esse quàm patrem generare filium, vt ideo dicatur demonstrare filio quæ facit, quia gignendo eum dedit ei cum natura etiam cognitionem omniũ quæ facit. Quomodo & Cyrillus intellexit, qui sic explicat: Pater, inquit, filio demonstrat quæ facit, totum seipsum in natura filij sic pingens, vt quæcunq; in se habeat, in filio demonstret. Verùm huic intelligentiæ primùm videtur obstare, quod illud, *pater diligit filiũ*, videatur hîc positum tanquam causa, ob quam pater filio omnia demonstrat. Iam dilectio filij, sicut non est causa generationis filij, ita nec causa ob quam demonstrat omnia filio pater, si demonstrare sit generare filium. Deinde si propter æternam generationem dicitur pater filio demonstrare omnia, quomodo ergo dicitur mox in sequentibus *& maiora demonstrabit*; quasi nondum illa ei demonstrauerit? Et quidem ad primum horum dicit D. Thomas illud; *pater diligit filium*; non debere accipi vt causam, ob quam pater filio omnia demonstrat, sed tantùm vt signum, ex quo à posteriori colligitur, & constat patrem omnia filio demonstrare. Quòd enim omnia illi demonstrarit, & ipsi suam naturam & potestatem communicauerit, signum est singularis illa erga filium dilectio. Ad secundum dicit D. Augustinus quòd cùm hactenus Dominus de se locutus sit secundùm suam diuinitatem, ab hoc loco; *Et maiora ei demonstrabit*; incipit loqui de se quatenus homo est, quomodo certè in tempore quædam filio demõstrat pater, quæ priùs non demonstrauerat. Addit D. Thomas posse istud sic accipi, quomodo in scripturis dicũtur quædam fieri cùm innotescunt, vt sit sensus: Maiora his se demonstrare vel demonstrasse ei, ostendet in futurum. Verùm simplicius fuerit, demonstrare, cùm de patre dicitur respectu filij, sic accipere, vt sit idem, quod facere aliquid, filio illud cognoscente, ea cognitione quam à patre accepit. Additur autem, ea cognitione, &c. quia non rectè diceretur filius demonstrare patri quæ facit, quia pater ab illo non habet suam cognitionem. Itaque verbum, *demonstrabit*, non significat actum illum æternum: qui est communicare filio suam naturam, & cum ea omnem cognitionem: nec significat actionem aliquam quæ sit monstratio, sed tantùm modum quo pater omnia facit. Ideo enim omnia pater dicitur demonstrare filio quæ ipse facit, quia quæcunque facit, non facit sic vt filio sint vel esse velit occulta: sed sic facit vt filius per cognitionem sibi communicatam ab æterno, omnia cognoscat. Verum ergo est, quòd quia pater diligit filiũ, ideo sic facit omnia, vt sint filio manifesta, non quòd vnum alterius propriè sit causa, cùm hæc ambo, videlicet, diligere filium, & facere omnia filio cognoscente, sint in Deo naturalia. Inter naturalia autem diuina, vnum propriè non est alterius causa, cùm sint vnum & idem cum essentia diuina, sed tamen ex naturalibus quæ sunt in creaturis declarantur, velut vnum causetur ex altero, velut voluntas ex intellectu, intellectus ex essentia, & similia: quia si ista causarentur, hoc modo causarentur, quomodo etiam dicimus Deum æternum, quia immutabilem, non quia in Deo æternitas causatur ex immutabilitate, sed quia causaretur ex ea, si causaretur. Verum etiam est, quòd pater demonstrabit filio maiora, quia faciet maiora, eo modo vt filius ea cognoscat per cognitionem ab illo acceptam. Sunt autem qui intelligunt patrem ideo filio omnia dici demonstrare, quia eadem filio facere donat, secundùm eum scilicet modum loquendi scripturis familiarem, quo videre accipitur pro habere aut accipere: & demonstrare vel ostendere pro dare, quomodo Exod. 33. dicit Moysi Dominus: Ostendam tibi omne bonum; hoc est, dabo. Et Psal. 4. Quis ostendet nobis bona? pro eo quod est, quis dabit frui bonis? Et suprà Ioan. 3. Dominus negauit visurum regnum Dei eum qui non est renatus, significare volens, non ingressurum aut accepturum. Et certè videri posset probabilis huiusmodi explanatio, eo quòd Dominus postquam dixit, maiora patrem demonstraturum filio, id declaraturus subiungit: *Sicut enim pater suscitat mortuos*, &c. quæ declaratio exigere videtur, vt in eo quòd pater dicitur demonstrare quædam filio, intelligatur etiã significari patrem dare filio eadem facere quæ ipse facit. Sed si hanc interpretationem sequamur, iam redeunt eædem difficultates, quæ sequebantur ex Augustini interpretatione. Et tamen propter declarationẽ sequentem videtur amplius aliquid includi in eo quòd dicitur pater demonstrare filio quæ facit, videlicet, quòd sic facit ea quæ facit, vt filius per ipsum eadem cognoscat, & in faciendo cooperetur. Loquitur enim Dominus ita de patre suo cœlesti, quomodo si pater aliquis apud homines filium suum vnicè à se dilectum, vellet omnium suorum operum esse & cognitorem & cooperatorem, volens illum etiam hac ratione eiusdem secum gloriæ esse consortem.

ET MAIORA HIS DEMONSTRABIT EI OPERA VT VOS MIREMINI.] Hactenus in communi ostendit Dominus, opera filij eadem esse quæ patris demonstrantis filio quæcunq; facit: ac proinde in curatione languidi, non fecisse se contra Deum, nec æqualitatem cum patre se sibi arroganter vsurpasse. Nam duo hæc criminabantur in Domino Iudæi. Nunc verò vt hæc magis confirmaret ostendit in speciali illa opera quæ omnium iudicio solius sunt Dei patris, etiam filij esse opera, sic rursum ostẽdens & concordiam & æqualitatem cum patre. Maiora ergo opera quæ pater filio est demonstraturus, vt ex sequentibus patet, sunt resuscitatio mortuorum, & iudicium omnium viuorum & mortuorũ, quæ sunt maiora opera quàm fuerant quæ hactenus apud Iudæos Christus fecit, sanãdo paralyticũ, aut quosuis alios morbos curando, & eiiciendo è templo ementes & vendentes. Resuscitationis autem opus pater demon

demonstraturus erat in resuscitatione Lazari, vnde consecutura erat in Iudæis admiratio maxima. Et rursum in generali corporum resurrectione, ac animarum per gratiam suam viuificatione. Nam cùm sequitur; *Sicut enim pater suscitat*, &c. videtur propter sequentia triplicem simul hanc Deo propriam resuscitationem complexus. Circa hanc autem sententiam primò notandum, in veteri testamento Dei virtutem ab eo maximè commendari, quòd sit auctor & restitutor vitæ. Nam 1. Reg. 2. dicitur: Dominus mortificat & viuificat. Et Deuter. 32. Ego, inquit Dominus, occidam, & ego viuere faciam. Et Psal. 67. Deus noster Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. Ad quod respiciens Dominus: *Sicut*, inquit, *pater suscitat mortuos secundum scripturas*, &c. Notandum secundò, quòd dicit filium sic viuificare sicut pater viuificat, & viuificare quos vult: per primum quidem, significans potentiæ æqualitatem: per secundum, libertatem potẽtiæ in agendo, vt non possit intelligi patri filium in his quæ agit subiectum, vt ad eius imperium faciat quæ facit, quemadmodum filius inter homines. Miro ergo modo hac sententia significatur ita filium quam habet potentiam, à patre accipere, vt tamen patre in potentia non sit inferior. Quia enim filius est, necesse est à patre habeat quod potest, à quo habet & naturam. Quia verò sic viuificat sicut pater, & æquè liberè, necesse est potentiam eius non esse inferiorem. Non est autem sensus, patrem quosdam seorsum viuificare, ac filium item simili modo alios seorsum quos vult viuificare, sed sicut pater mortuos viuificat, idque ei proprium est secundùm scripturas, ita & filius cum eo quos vult viuificat.

NEQVE ENIM PATER IVDICAT QVENQVAM, SED OMNE IVDICIVM DEDIT FILIO, &c.] Caietanus intelligit hîc coniunctionem, *enim*, non probare immediatè præcedens, videlicet filium quosvult viuificare, sed referri eam ad explicandum maiora opera, & accumulare opus iudicij operi viuificationis. vt sit sensus: Sed neque etiam pater iudicat. Quomodo etiam Cyrillus accepisse videtur sic scribens: Aliud quoddam diuinum & præcipuum affert argumentum, quo se natura & verè Deum ostendit. Potest tamen rectè accipi hæc sententia, vt per eam superior probetur. Nam ex eo quòd omne iudiciũ filio sit commissum, quæ summa est potestas non nisi Deo conueniẽs, consequitur eum etiam viuificare posse quos velit. Iudiciariã enim potestatem etiam Deo propriam faciunt scripturæ. Nam in Psalmis dicitur, Exurge Deus, iudica terrã. Et rursus, Deus iudex est, hunc humiliat, & hunc exaltat. Illud autem; *omne iudicium dedit filio*; Hilarius, Chrysost. & Theophyl. intelligunt sic, vt pater dicatur filio dedisse iudicandi potestatem, gignendo eum, & dando ei naturam, quomodo etiam secundum Augustinum postea dicitur pater filio dedisse vitam habere in semetipso. Secundum quem sensum quærendum non est quando pater filio iudicium dederit, cùm non in tempore aliquo, sed ab æterno illi dederit, ante omnia quæ fuerunt vel cogitari possunt secula. Hunc tamen sensum hoc loco non conuenire ostendit Augu. sic scribens lib. 1. de Trinit. Quòd dicitur, *omne iudicium dedit filio*, non secundùm illam locutionem dictum est qua dicitur: *Sic dedit & filio habere vitam in semetipso*; vt significaret quia sic filium genuit. Si enim sic diceretur, non vtique diceretur: *Pater non iudicat quenquam*. Secundum hoc enim quòd pater æqualem genuit filium, iudicat cum filio. Secundùm hoc ergo dictum est quòd in iudicio non in forma Dei, sed forma filij hominis apparebit. Quomodo & Cyrillus intelligit: Datum, inquit, sibi à patre ait iudicium, non quia potestatẽ hanc ipse natura non habeat, sed per dispensationem, vt homo. Itaq; intelligere oportet datum filio iudicium in incarnatione ipsius, quando assumpta forma in qua ab omnibus videri posset, dedit ei potestatẽ iudicandi homines sensibiliter. & illud: *Pater non iudicat quenquam*; sic intelligẽdum, Pater non iudicabit quenquam sensibiliter, cùm non sit homo qui videri ab impiis iudicandis possit & sensibili sententia iudicare. De illo enim iudicio est sermo, quo mundus in nouissimo die est iudicandus. Proinde ex his verbis neque sequitur, patrẽ seipsum euacuasse iudicandi potestate, cùm simul cum filio mundũ sit iudicaturus, quãuis solus filius erit iudex sensibilis: neque sequitur, filio aliquam potestatem quam ab æterno non habuit accessisse, sed eam quam ab æterno habuit tanquam Deus, accepisse quatenus homo erat singulari modo exercẽdam. Omne autem iudicium vocat vniuersale iudiciũ, vel omnes tam bonos quàm malos iudicandi potestatem. Quod verò sequitur; *vt omnes honorificent filium*, Cyrillus ad omnia præcedentia refert, vt iam hîc causa reddatur omniũ quæ dicta sunt, vt sit sensus: Hæc omnia de æqualitate patris & filij ideo dicta sunt, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Rectius tamen secundum Theophyl. & alios refertur tantùm ad immediatè præcedens, vt sit sensus: Ideo pater dedit filio omne iudicium, vt omnes ob iudiciariã potestatem filium reuerentes honorificarent illum. Iudici enim honor debetur. Huiusmodi autem iudici cui omne iudicium traditum est, debetur honor diuinus, cùm necessariò oporteat eum qui talis sit iudex, præter hominem etiam Deũ esse. Proinde bene dicit, *sicut honorificant patrem*; hoc est honore diuino & cultu quem vocant latriam. Aduerbium enim, *sicut*, hîc & superius non similitudinem, sed æqualitatem potius, imò & identitatem significat, hoc est, similitudinem omnimodam. Quandoque enim similitudinem imperfectã denotat, vt cùm dicitur: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Et, cùm ad patrem dicit de discipulis suis: Et dilexisti eos sicut dilexisti me. Pro quo notanda regula Cyrilli: Quando, inquit, aduerbium, *sicut*, de rebus dicitur diuersis & natura differentibus, tunc non æqualitatem, sed similitudinem significat. Quando verò de his dicitur quæ eiusdem naturæ sunt, tunc vltimam similitudinem, imò identitatem & æqualitatẽ ostendit. Nam si quis candorem argenti miratus, sicut solem splendere argentum dixerit, quoniam diuersa hæc natura sunt, non æqualiter soli splẽdere argentum intelligemus, sed similitudinem quandam splendoris concedemus. Sin verò de Petro & Paulo natura hominibus & discipulis Christi aliquis dixerit oportere honorari Paulum, sicuti & Petrum, nemo ambiget quin æqualem velit vtrique honorem contribui. Hæc ille. Ei autem quòd dicitur filius honorandus sicut pater, non obstat quòd non possumus filium honorare tanquam patrem in diuinitate, ita vt eum appellemus patrem sicut personam patris. Non enim similitudo consistit in eadem

appel

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellatione,sed in honore,& in honoris qualitate ac magnitudine, quamuis & filium patrem vocare possimus,sicut & totam diuinitatem,ob opus creationis & adoptionis omnibus commune.

QVI NON HONORIFICAT FILIVM, NON HONORIF. PAT.&c.] Postquam dixit patrem velle filiũ honorari sicut seipsum, iam etiam amplius dicit, significans primùm quidem non solum decere vt filius honoretur sicut pater, sed etiã necessarium esse debitum. Si enim non honorare filium,est non honorare patrẽ, ergo sicut debitum est honorare patrem,debitum etiam est honorare filium. Secundò his verbis significatur, non solùm æqualem debere esse filij & patris honorem,quod superiori sententia significabatur,sed etiã eundem & indiuisum esse vtriusq; honorẽ.Si enim qui non honorat filium, non honorat patrem, ergo à contrario qui honorat patrem,etiã honorat filium, & proinde vnus est vtriusq; honor,vna ergo etiã substantia. Non dicit,qui dehonorat filiũ, dehonorat patrem,sed,*qui non honorat*,vt intelligamus,non solùm iniuriã dehonorationis, sed etiã negationem honoris esse culpabilẽ. Significatur autem hac sententia etiam Deum non dare gloriam suam alteri, cùm vult filium suum honorari sicut seipsum, eò quòd vnus idemq; sit vtriusq; honor,sicut ipsi vnũ sunt.Additur,*qui misit illum*,in mundũ scilicet,hominem eum faciẽs: vt indicet rationem eius quod dixit. Qui enim non honorat legatũ alicuius, hoc ipso etiam non honorat, sed dehonorat mittentem. Additur, *& patrem*. Nam hæc est altera ratio honorationis filij.Honorandus enim est filius,tum quia filius patris honorandi,tum quia legatus eius qui ab omnibus colendus est.

AMEN, AMEN DICO VOBIS, QVIA QVI VERBVM MEVM AVDIT, ET CREDIT EI, &c.] Dixit priùs filium quos vult viuificare,dixit illum etiam accepisse iudicandi potestatem: hic ergo hæc latius prosequitur, ostendens quod ad primũ attinet, quomodo filius viuificet, & astruens eum quosdam viuificaturum. Et primùm quidem agit de viuificatione animæ. Secundò de viuificatione corporis. Ostendit ergo modum quo viuificari potest anima per filium,si scilicet audiat verbum, hoc est,doctrinam filij, & credat.Duo enim hæc ad animæ viuificationem concurrere debent. Nam ex parte filij, requiritur primò prædicatio doctrinæ Euãgelicæ:ex parte autem viuificandi,requiritur fides quæ est ex auditu.Dicit autem; *credit ei qui misit me*; potius quàm credit mihi,fidem scilicet referens ad personã patris,quò per humilitatem sermonẽ suum faceret susceptibiliorem Iudæis,nec illi tanquã iactabundũ ipsum reijcerent, significans præterea eum qui crederet verbis eius, non tam sibi credere, quàm patri qui misit eum, ac sic ad fidem verborũ suorum magis auditores attrahens. Deinde dicendo; *credit ei qui misit me*, totum ferè fidei mysterium complexus est apertius, quàm si dixisset, credit mihi vel patri meo. Nam qui credit patri mittenti filium, credit & in patrem & in filium, credit etiam patrem misisse filium,& filiũ & missum à patre: in quibus & mysterium trinitatis & mysterium incarnationis includitur. Cùm autem subditur; *habet vitam æternam*;& non dicit,habebit manifestum est eum loqui de vita animæ, quam per fidẽ iustificatus consequitur in præsenti vita fidelis. Habet enim is inchoatiuè vitam æternam in se manentem, quæ in Dei cognitione & adeptione consistit,quæq; perficietur deposito mortali isto corpore, atq; eodem resumpto etiam in illud diffundetur, ab omni miseria & malo illud liberans. In eoverò quod sequitur: *Et in iudicium non venit, sed transijt à morte in vitam*, sciendum apud Græcos pro, *venit*, esse verbum ἔρχεται,quod cùm sit præsentis temporis, accipitur nonnunquam pro futuro, vnde vertit quidam hic & bis postea, *veniet*, quamuis rectè verterit noster interpres. Pro *transijt* autẽ,pro quo plerique legunt *transiet*,aut *transit*,Græcis indubiè est præteritum tẽpus μετάβεβηκε,quod tamen etiam à quibusdam Græcis exponitur per futurũ, vt prophetico more præteritũ accipiatur pro futuro positum. Itaque hic duplex consurgit sensus. Nam si præteritum, *transijt* (sic enim constat esse legendum) accipiatur præteritiuè,sensus est:Non venit, hoc est,non est venturus in iudicium,hoc est,condemnationem mortis æternæ, sed iam etiam ante iudicij tempus transiuit à morte animæ,atq; à mortis æternæ obligatione, in quam per peccatum inciderat,ad vitam æternam.Itaque secundùm hunc sensum hæc adiuncta sunt,vt quoniam Deus priùs omne iudicium sibi datũ dixit, à iudicij metu fidelem absolueret. Si verò præteritum pro futuro accipiatur, sensus est: Non veniet in condemnationem, hoc est, non condemnabitur, morte scilicet æterna,quã peccatis suis promeruerat,sed transibit à morte corporis ad vitam æternam, vt intelligatur hæc verba adiecisse Dominum, ad explicandum quod dixit, credentem habere vitam æternam, ne putaretur ob id non moriturus.quasi dicat, Morietur quidem secundùm corpus, sed tamen propter vitam in se manentem non veniet in iudicium,sed à morte corporis migrabit in vitam. Verùm prior sensus, quem & Augustinus sequitur,videtur verisimilior,maximè cùm Ioan.3.cap.1. epist. dicat: Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Vbi notandum dilectioni tribui vitam, quæ hic tribuitur fidei: quia nec dilectio sine fide esse potest, nec fides vitam adfert, nisi quæ dilectionem habet adiunctam,& per eam operatur Notandum autem non dici, & ad iudicium non veniet; (hoc enim manifestè esset scripturis contrarium. Omnes enim, inquit Paulus, nos manifestari oportet ante tribunal Christi.) sed, *in iudicium non veniet*. Venire autẽ in iudicium, est incidere in iudicium & condemnationem mortis commeritæ. 2.Cor.5.

AMEN AMEN DICO VOBIS, QVIA VENIT HORA ET NVNC EST, &c.] Postquam declarauit modum quo filius viuificat animas, astruit etiam filium viuificaturum corpora,& modum viuificandi ostendit. Videtur autem omnino probabiliter hic nondum loqui de generali corporum resurrectione, de qua postea apertè loquitur, sed de resurrectione quorundam ad vitam hanc mortalem facta à Christo in Lazaro, & aliis per Christum aut alios sanctos reuocatis ad vitam: qua resurrectione Dominus hic confirmare voluit quod dixit de inuisibili animarum viuificatione, quodq; dicturus est de generali corporum resurrectione, cuius specimen quoddam fuit resuscitatio quorundam ad vitam mortalem. De qua eum hic loqui videtur ex eo quod dicit hic, non solùm venire horã,sed etiam nunc esse, quod non addidit,cùm de generali resurrectione loquitur. Deinde quia non dicit hic, omnes mortui, sed

sed indefinite, *mortui audient*. Et debere id accipi non de omnibus, sed de quibusdam solùm, apparet quia sequitur, *& qui audierint viuent*, quo significatur satis, quosdam mortuos non audituros. Dicuntur autem mortui corpore audire vocẽ filij Dei, quia sentiunt vim vocis eius:aut quia velati si audirent, ita voci eius obediunt, quemadmodum patuit in resuscitatione filiæ archisynagogi,filij viduæ, & Lazari, quos Dominus allocutus est tanquam auditum habentes,& dormientes,quia omnia ei viuunt, & ipse vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt.

SICVT ENIM PATER HABET VITAM IN SEMETIPSO, SIC DEDIT ET FILIO,&c.] Ostẽdit modò vnde possit filius mortuos viuificare,post quam dixit eum aliquando viuificaturum mortuos: & potest ista ratio referri vel solùm ad immediatè præcedens, vbi agitur de viuificatione corporum mortuorum: vel etiam simul ad alteram partem, in qua agitur de viuificatione animarum per fidem. Videndum autem quàm hæc ratio differat ab eo quod priùs dixit: *Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat*, &c. Hic enim significatur ratio ob quam pater potest mortuos viuificare,nimirum quia habet vitam in semetipso, & ostenditur vnde filius habeat, vt & ipse possit mortuos viuificare, idq;eo modo quo pater, nimirum quia pater dedit ei etiam habere vitam in semetipso.Habere autem vitam in semet ipso in præsenti loco est,habere eam in sua potestate constitutã, ita vt & ab aliena non dependeat potestate,& eam impartiri possit quibus velit,tanquam fons & author omnis vitæ, quomodo fons aliquis dicitur habere aquã in semetipso, quia habet eam in sua origine.Paulus enim vitam se habere significat,non autem in semetipso, sed in Christo,cùm dicit:Viuo autem iam non ego,viuit verò in me Christus. Et superius Ioan.de filio Dei dixit: In ipso vita erat.Hac ergo sententia apertè significatur diuersitas personarum patris & filij simul cũ origine huius ab illo, eo quòd dicitur pater dedisse filio, & simul significatur vnitas naturæ vtriusque. Nam si vterque habet vitam in semetipso, necesse est vtriusq; vnam esse naturam.Si enim filius esset alterius à patre naturæ,vitam suam haberet in alio,nempe in patre qui vitam illi dedit.Deinde vitam in semetipso habere in præsenti loco, nihil aliud est,quàm esse ipsam vitã per essentiam, & non per participationem habere vitam. Si ergo per participationem filius non habet vitam,est ergo ipsamet vita per essentiã suam, ac proinde eiusdem cum patre naturæ, cùm non possint duæ esse vitæ per essentiam. Sic enim sequeretur duo esse principia vitę in omnibus viuentibus,cùm in vnoquoque genere id quod est per essentiam,causa sit omnium quæ sunt aliqualia per participationem, vt ignis causa est omnium ignitorum. Quod autem pater dicitur dedisse filio habere vitam, Cyrillus hic rursus intelligit,quomodo cùm superius diceretur patrem dedisse filio omne iudiciũ, & cùm mox subditur patrem dedisse filio potestatem faciendi iudicium,videlicet quia dedit ei in tempore secundum humanitatem eius.Quando enim homini Christo dedit esse Deum,quod fecit quando diuinitatem humanitati coniunxit,tunc dedit filio homini vitam habere in semetipso. Verùm secundum Augustinum, Chrysostomum, & alios, intelligitur pater dedisse non gratuito, sed naturali dono,habere vitam in seipso,gignèndo scilicet eum per omnia sibi similem. Ioan.1.

ET POTESTATEM DEDIT EI IVDICIVM FACERE, QVIA FILIVS HOMINIS EST] Locus iste dupliciter distinguitur.Secũdum Chrysostomum enim & multos ipsum sequentes, illud, *quia filius hominis est*, coniungitur cum sequentibus: *Nolite mirari hoc*, vt sit sensus: Nolite mirari quòd dixi ob id quòd me hominem esse videtis.Nam etsi sim filius hominis,sum tamẽ etiam filius Dei, quod declaratur satis ex sequentibus. Hanc autem distinctionem Chrysostomus ob id elegit, quia Paulus Samosatenus, qui purum hominem fuisse Christum asseruit, coniungens illud: *quia filius hominis est*, cum præcedenti, intellexit ex hoc loco hunc sensum:Ideo pater dedit filio potestatem iudicãdi,quia filius est homo,& ob id potestatem illã ex se non potuit habere,sed debuit illi ab alio dari. Itaque Chrysosto.hãc distinctionem improbat hoc argumento:Si pater dedit filio potestatem iudicandi ob id quia homo est,ergo cum eadẽ sit ratio in omnibus hominibus,omnibus fuerat danda potestas iudiciaria. Et tamen illa distinctio videtur esse omnino verisimilior, nõ solùm quia hæc altera videatur à Chrysost.inuenta solùm propter falsum Pauli intellectũ, cùm illa possit etiã catholicum habere sensum: sed etiã quia alioqui hic planè idem diceret, quod semel priùs dictum est, nempe quòd dedit filio pater potestatem faciẽdi iudicium. Priùs enim dictum est, *omne iudicium dedit filio*. Itaque August. aliam sequitur distinctionem, vt illud: *quia filius hominis est*,cõiungatur cum præcedenti, & intelligit hunc catholicum sensum:Pater filio potestatem iudicãdi, quã ab æterno habuit quatenus Deus, dedit in tempore,quia filius hominis est,hoc est,quatenus est homo. Sed & Cyrillũ hãc distinctionẽ & eundem sensum secutum patet ex eius commẽtariis, quamuis contrarium putet quidam.Sic enim scribit:Causam quare hęc sibi data à patre dixerit,illico subiecit dicens, *quia filius hominis est*, vt intelligamus omnia sibi data fuisse, vt homini, qui quũ creatura sit,nihil habet à seipso.Potest & alius dari huic distinctioni sensus à sẽsu Aug. paululum diuersus,& proposito magis cõueniens, iste scilicet, dedit ei potestatem iudicandi omnes sensibiliter in nouissimo die,idq; propterea, quia ipse est homo, qui ob id sensibiliter solus potest iudicare. Quoniam enim priùs dixerat patrẽ neminem iudicare,sed omne iudicium dedisse filio,hic iam illius assignat rationẽ, Patrẽ scilicet ob id neminẽ iudicare,quia nõ est filius hominis,ac proinde videri eum nõ posse à iudicãdis hominibus:Filium autem cõstituũ iudicem mundi,quia scilicet iudicium sensibiliter exequatur,propterea quòd cum eo quòd est filius Dei,etiam est filius hominis. Atque hic videtur loci huius verus esse intellectus, indicatus à Caietano. Sunt & qui sic intelligunt: Dedit ei potestatẽ iudicandi,propterea quòd seipsum adeò humiliauerit, vt filius hominis hominũ causa fieri dignaretur, vt hic id significetur quod ad Philip.2.nempe potestatem iudiciariam filium accepisse,in præmium suæ humiliationis.Quomodocunq; autem locus hic vel distinguatur; vel intelligatur,semper illud, *filius hominis*, non potest hic accipi quomodo fere semper in euangeliis, vt sit scilicet appropriatum Christo: sed simpliciter accipi debet, vt sit secũdum phrasim Hebraicam

idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem quod homo,atq; ob id etiam hoc loco apud Græcos neque dictioni *filius*,neque dictioni *hominis*,additur articulus,quomodo tamen aliàs solet, cùm certum filium hominis significare vult Dominus,nempe seipsum.Notandum autem, ꝙ cùm hîc pater dicitur dedisse aliquid filio, quod ter hîc dicitur, Chrysostomus semper intelligit patrẽ dedisse filio secundum eius diuinitatem,propter eius scilicet à patre originem.Contrà Cyrillus semper intelligit patrem dedisse filio quatenus homo est, ob vnitam scilicet humanitati diuinitatem. Augustinus verò primo & tertio loco intelligit filio patrem dedisse quatenus homini:secundò verò loco, quatenus Deo,propter originem.

NOLITE MIRARI HOC, QVIA VENIT HORA IN QVA OMNES QVI,&c.] Quoniam magna erant & stupenda quæ sibi arrogauerat,videlicet mortuos qui audituri essent vocem ipsius, victuros,datam sibi à patre potestatem viuificandi & iudicandi, ideo vt admirationem imminueret, fidemque eorum faceret, adfirmauit se facturum quod longè maius esset & plus stupẽdum, & opere ipso aliquando declaraturũ se eam habere potestatem,quam sibi vẽdicauit, cùm voce sua olim in nouissimo die non solùm iam quosdã, sed omnes mortuos in vitã sit reuocaturus, reddens vnicuiq; pro meritis.Itaq; illud, *hoc*,cùm dicitur;*Nolite mirari hoc*, non solùm refertur ad probandum ipsum habere potestatẽ iudicandi,sed& alia superiora,& *mirari*, hîc positũ est pro discredere aut minus credere. Caietanus autem nõ intelligit Christum hîc probare per maius,habere se potestatem viuificandi vel iudicandi, sed reddere rationem eius quod dixit,sibi, propterea quòd filius hominis sit,datam potestatem iudicandi,idque ex modo iudicij futuri, videlicet ꝙ quia cõgregatio iudicandorum erit sensibilis,& iudicium erit sensibile,ideo pater dedit filio iudicium, quia filius hominis est. Itaque quod dicitur, *nolite mirari hoc*,secundum eum habet hunc sensum:Nolite mirari quòd filius est constitutus iudex, quia filius hominis est,vt enim non miremini propter rationis ignorationem, dicam vobis huius causam, &c. Cyrillus verò, qui etiam superius cùm diceretur : *Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui*, &c. intellexit Dominũ loqui de generali resurrectione, pronomen, *hoc* refert ad curationem languidi, vt sit sensus : Cùm hæc quæ dixi sic se habeant,nolite ergo mirari quòd vnus longo morbo dissolutus, verbo corroboratus grabatum tulit, & abiit, cùm mortem omnino sim destructurus,& orbẽ terrarum iudicaturus. Porrò per eos qui in monumentis sunt,intelliguntur omnes mortui. Ab his enim qui sunt in monumẽtis,& naturaliter sepulti sunt, etiam eos significauit qui non sunt naturaliter sepulti.Vox autem filij Dei, quam audituri dicuntur omnes qui sunt in monumentis,à quibusdam simpliciter accipitur virtus eius, vt audire vocem filij,non sit aliud quàm sentire vim filij volẽtis mortuos viuere.Sed rectius intelligitur vox ista esse ea, de qua dicit Apostolus 1. Thess. 4. Ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo. Et 1. ad Cor. 15. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. De qua voce etiam apud Matth. capit. 25. Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit,exite obuiam ei. Et rursum Matth. cap. 24. Mittet filius hominis Angelos suos cum tuba & voce magna.Ex quibus satis patet vocem aliquam sensibilem Angelorum, aut vnius Michaëlis Archãgeli ministerio formatam,quæ etiam tuba dicitur,tunc futurã qua mortui excitabuntur,quæ hic vox filij Dei dicitur, eo quòd eius iussu facta,& ab eo habens suam efficaciam. Quod autem sequitur,& procedent qui bona egerũt,&c. sic debet distingui,vt post verbum, procedent, sit distinctiuncula,& intelligãtur processuri quotquot sunt in monumẽtis. Deinde subnectũtur duę partes,altera bonorum,altera malorum & est sensus:Et procedent,hoc est, prodibunt omnes è monumentis, qui quidem bona egerunt, prodibunt in resurrectionem vitæ, hoc est, prodibunt ad hoc vt resurgant ad vitam æternam scilicet & beatam,quę sola verè vita est:qui verò mala egerunt,prodibunt in resurrectionem iudicij, hoc est,vt resurgant ad iudicium,hoc est,cõdemnationem à Domino contra eos mox ferendam. Idem dicitur & Daniel.12. Multi de his qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt,alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant semper,vel,vt habent Hebræa, in contemptum sempiternum.

NON POSSVM EGO A MEIPSO FACERE QVICQVAM SICVT AVDIO IVDICO,&c.] Hæc eo spectant,vt,quoniam dixit iudicandi potestatem sibi datam,quia filius hominis est,nemo putet aut metuat iudicium eius fore iniquũ,eo quòd omnis homo sit mendax & falli possit.Ad quod excludendũ asserit idem quod prius, se non solùm nihil facere à seipso,hoc est,cuius pater in seipso non sit auctor,aut præter voluntatem patris,sed nec posse facere,ac proinde nec iudicaturum à seipso,sed omnes iudicaturum secundum patris voluntatem & testimonium, ac ob id iudicium suum fore iustum. Duo enim sunt quæ iudicium peruertunt,nempe causæ iudicandæ ignoratio,quam vt excludat dicit *Sicut audio*(hoc est, à patre accipio iudicandum esse, qui falli non potest) *sic iudico*;& voluntatis humanæ corruptio ac iniustitia,quam vt excludat,adiecit, *quia non quæro voluntatem meam,sed voluntatem patris mei*,quæ certum est, non potest esse iniusta. Porrò totus iste locus declarari potest de Christo, tam ratione naturæ diuinæ, quàm ratione naturæ humanæ.Nam secundum diuinam naturam nihil potest facere Christus à se,quia illam non habet à se, sed à patre,idque eandem cum patre. Secundùm item humanam naturam nihil potuit facere à se, propter confirmationem animæ in bono cõsecutam ex vnione diuinitatis cum humanitate. Secundum vtramque etiam iudicaturus est,sicut à patre audit.Audit enim etiam secundum diuinitatem à patre,quia à patre habet ab æterno omniũ cognitionem.Vt autem intelligatur quod dicit,*non quæro voluntatem meam*, &c. sciendum Dominum istud & similia de se dicere per imitationem. Imitatus est enim Iudæos quibus loquebatur, qui aliũ natura eum putabãt à patre, & proinde aliam etiam habentem voluntatem,cùm secundùm diuinitatem omnino eiusdem esset cum patre voluntatis,& secundum humanitatem ita voluntati diuinæ humana sua voluntate consentiens, vt nihil vellet contra Deũ.Intelligendũ ergo non voluisse Christum significare,priuatam sibi esse voluntatem à patris volũtate diuersam, quam tamen non voluerit quærere & implere:sed potius ideo dictũ esse:non quæro voluntatem meam, quòd nõ sit ei voluntas propria diuersa à patris volũtate. Sensus ergo est:*non quæro voluntatem meam*,hoc est,voluntatem mihi soli propriam, & non communem cum patre, quia talem voluntatẽ non habeo, cùm secundùm diuinitatẽ vna mihi sit cum illo voluntas, sicut & vna natura: secundùm humanitatem verò voluntas cum eius voluntate per omnia consentiens.Idem dicendi modus est & in eo quod dicit Dominus de se in Psalmis : neq; iniquitas mea, neque peccatum meũ. Non enim hoc dicit quasi adsit ei peccatum, sed quia non adest. Simile est illud : Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. Non enim fecimus,sed multa in hunc modum dicuntur, non quòd aliquid ponant, sed quòd auferant. Proinde non oportet hîc confugere ad voluntatem humanam, quæ etsi sit potentia diuersa numero à voluntate diuina,non est tamen in actibus suis & desideriis à voluntate diuina diuersa & dissona.Hic autẽ magis est sermo de actibus & desidenis voluntatis, quàm de ipsa potentia qua volumus. Illud autem : *Sicut audio iudico*,etiam aliter sicà quibusdam intelligitur:iuxta conditionem & cognitionem causæ iudico,ita vt probem probanda,condemnem damnanda : quomodo dicitur iudex proferre sententiam iuxta audita & allegata.

SI EGO TESTIMONIVM PERHIBEO DE MEIPSO, TESTIMONIVM,&c.] Postquam de seipso mira & stupenda dixit, vocando se filium Dei, & quanta sit sua potestas prædicando, hîc iam consequenti ordine confirmat quæ dicta sunt testimoniis irrefragabilibus,& simul redarguit eorum in recipiendo huiusmodi testimonia tarditatem. Sed difficultas occurrit circa hanc sententiam : Si ego testimonium perhibeo, &c. Primùm etiam frequenter Dominus de seipso testimonium perhibuit,Sicut Samaritanæ dixit:Ego sum Messias;& tamen certum est huiusmodi testimonia esse vera. Quomodo enim testimoniũ eius non erit verum,qui de seipso dicit : Ego sum veritas?Deinde infra cap.8.de se Dominus planè contrariam profert sententiam : Etsi,inquit,ego testimonium perhibeo de meipso, testimoniũ meum verum est. Proinde quidam præsentem locum sic intelligunt,vt repetatur illud quod præcedit à meipso,vel subintelligatur,solus, & sit sensus : Si ego à meipso,vel,si egò solus perhibeo de me testimonium,&c. vt sit hæc sententia conditionalis, cuius & antecedens & consequens est impossibile, quæ ob id necessariò est vera,similis huic : Si leo volat, habet alas. Impossibile enim est filium Dei à seipso aut solum testificari de se, hoc est sine patre testificari. Verùm rectius secundùm Cyrillum & Chrysostomum intelligetur Christus istud dicere non ex propria sententia, sed ex sententia,& opinione eorũ quibus loquebatur.Quoniam enim cognouit Iudæos iam apud se cogitasse & dicere potuisse:Tu de teipso testimonium perhibes,& ideo testimonium tuũ non est verum. Nemo enim qui de seipso testificatur, fide est dignus apud homines, propter suspicionem proprij amoris:ideo aduertens illos, quod illi dicturi erant, dixit ex eorum sententia.Itaque sensus est:Scio vos dicturos; tu de teipso perhibes testimonium, ac ideo testimonium tuũ non est verũ, nec vllius est momenti. Nec libet hac in parte iam vobiscum contendere, sed condescendens vestræ imbecillitati & opinioni,non requiro vt propter meum testimoniũ mihi fidem habeatis. Alius est autem qui testimonium perhibet de me, &c. Potest & sic intelligi, quamuis eodem ferè recidat: Si ego solus testificor de me, patiar meum testimonium vobis pro non vero haberi,vt illud;*testimonium meum non est verum*; non intelligatur affirmando dictum vel illatum, sed concedendo. Sic quidam.

ALIVS EST QVI TESTIMONIVM PERHIBET DE ME, &c.] Alius iste accipi potest vel ipse pater, quomodo accipit Cyrillus, vel potius ipse Ioannes Baptista, secundùm Chrysostomum.Nam de illo mox sequitur. Dicit autem, *scio quia verum est testimonium eius*; & eorum incredulitatem norans, & rationem subindicans, ob quam ausus est hæc tam magnifica de se superius prædicare, nimirum quòd certò sciret vera esse quæ de ipso perhibita sunt testimonia. Est ergo sensus:Quanquã vos non velitis illius recipere testimonium de me,ego tamen certissimè cognoui verum esse ipsius de me testimonium, atque ob id non dubitaui hæc quæ hactenus dixi de me prædicare. Testes autem de seipso productus Dominus,primùm adducit Ioannis testimonium,vtpote debilius;deindeverò alios tres maiores Ioanne,nempe patrem,patrem,& scripturas. De Ioanne ergo apertè locuturus dicit : *Vos misistis ad Ioannem*, significans autoritatem magnã apud Iudæos Ioannem habuisse, ita vt etiam iudicio eorum testimonium eius non possit refelli. Est ergo sensus: Non potestis tergiuersari, leue pondus habere apud vos testimonium Ioannis. Nam quòd illum fide dignum haberetis, vos ipsi graues viros misistis ad illum, non ille vltrò aut me procurante accessit ad vos,vt à certissimo teste per certos homines cognosceretis,num ipse esset Messias. Ille autẽ à nuntiis vestris interrogatus, cùm haberi potuisset tanquam Messias, non vendicauit sibi falsam laudem, sed palàm professus est veritatem, testificans se non esse qui putabatur:me verò esse filium Dei & expectatum Messiam, qui tolleret peccata mundi. Huius ergo testimonium vel solum apud vos pondus habere deberet meritò. Cùm autem dicitur ; *testimonium perhibuit veritati* ; sensus esse potest : testimonium perhibuit mihi qui sum veritas, quomodo intelligit Cyrillus. Aut potius simpliciter intelligendum est: Ingenuè testificatus est veritatem, & id quod re vera testandum erat. Et quidem potius dicit;*testimonium perhibuit veritati*, quàm mihi;tum quod sic magis cõmendetur Ioannis testimonium, tum quòd Ioãnes non solùm de Iesu testificatus est veritatem,sed etiam de seipso, dicens se non esse Messiam, sed eum de quo dicit Isaias : Vox clamantis in deserto.

EGO AVTEM NON AB HOMINE TESTIMONIVM ACCIPIO, SED HAEC DICO, &c.] Verba hæc, *Ego non ab homine*, &c. Obscura sunt primo aspectu, & pugnantia cum scripturis.Quomodo enim non ab homine accipit testimonium, qui Ioannem misit vt testimonium perhiberet de se lumine,qui & Apostolis suis dixit: Vos eritis mihi testes in Hierusalem, & Samaria, *Actorum.* &vsq; ad vltimũ terræ? Verùm sensus satis apparet ex subiuncta aduersatiua;sed hæc dico vt vos salui sitis. Cùm enim ibi dicat se vti & adducere testimonium humanum, propter eorum salutem, satis patet præcedenti sententia voluisse significare se non accipere ab homine testimoniũ necessarium sibi,aut ex parte sua.Et verè sic est.Nam cùm Christus verus sit Deus,ac veritas infallibilis,ac proinde omni humano testimonio superior ac certior, in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignum est, quantum est ex parte sua, ipsum vti testimonio humano, quod constat esse fallibile. Propter hominum autem salutem, qui pro ipsorum intellectu non nisi per humana testimonia, diuina capere possunt, vtitur hominum testimoniis. Est ergo sensus huius loci: Ioannis testimonium non ob id vobis profero, quòd, quantum ad me pertinet, ego opus habeam commendari Ioannis testimonio. Ego enim à nullo homine ex parte mea necessariò accipio testimonium, cùm nihil mihi claritatis accedat ex illorum testimonio, omnique illorum testimonio sim superior, claritatē habens apud patrem priusquam mundus fieret. Nec, quod ad me attinet, cupio commendari ab hominibus, cùm nihil morer humanā gloriam. Sed ideo Ioannis de me testimonium vobis ingero, & recipio, vt vos qui illi magis quàm mihi attendistis, & tanti fecistis vt illius requireretis testimonium, salui fiatis, credentes illius testimonio, cùm nolueritis fidem adhibendo mihi condemnationem effugere. Hac ergo sententia Dominus duplicem excludit sinistram de se opinionem. Suspicari enim poterant, Ioannis testimonium à Christo inductum, quasi ab illo omnino penderet eius claritas & authoritas: suspicari item poterant ob id inductum, quod per illud gloriā sibi apud Iudæos venaretur. Itaque ob solam illorū salutem inductum asserit.

ILLE ERAT LVCERNA ARDENS ET LVCENS, VOS AVTEM VOLVISTIS, &c.] Commendationem Ioannis subiicit, tum ne parui fieri à se Ioannes putaretur, quia dixit se non accipere testimonium ab homine (sic enim coniungit Cyrillus hæc superioribus) tum vt significaret meritò illius testimoniū à Iudæis fuisse recipiendum, & eorum incredulitatem per oppositionem magis notaret. Lucernam autē vocat primùm: quoniam non suo, sed alieno lumine præfulsit apud eos qui in caligine versabantur & tenebris. Lucerna enim quæ adhibetur pro tenebris noctis, non propriam, sed adiectā & forinsecus aduenientem lucem possidet. Secundò, quia adueniente & lucente sole iustitiæ, Ioannis erat cessatura lux. Et putat hīc Cyrillus saluatorem ad illud Psalm. 131. alludisse, vbi secundùm mysticum sensum de Ioanne est vaticinium: Paraui lucernā Christo meo. Atque ob hanc causam potest videri additus apud Græcos articulus ὁ λύχνος illa lucerna. Dicitur autem lucerna ardens & lucens, ardens quidem per internam charitatem, qua in Deum flagrabat, qua & alios accendere studuit; lucens verò, per exteriorem doctrinam & vitæ exempla. Sunt enim quædam lucernæ neque ardentes, neque lucentes, sed extinctæ: sunt etiam ardentes, sed non lucentes, vt quæ sunt positæ sub modio: sunt rursum lucentes, sed non ardētes, videlicet prædicatores, bene quidem docentes, sed igne charitatis in seipsis nequaquam succensi. Quod autem sequitur: *Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius*; hunc habet sensum: Quamuis Ioannes esset lucerna tam insignis, vos tamen non nisi ad breue tempus voluistis exultare in luce doctrinæ ipsius. Nam etsi imprimis exultantes quòd vir tantus vobis cœlitus contigisset à Deo, illius doctrinam probaretis, mox tamen per inconstantiam veluti fastidio affecti eum contempsistis, ipsius de me testimonia nihili facientes, eiúsque conuersationem improbantes, adeò vt diceretis dæmonium habere. Quidam autem in Paraph. hunc locum aliter intelligit in hunc modum: Cùm Ioannes solùm in hoc præluxerit, vt ad veram lucem suscipiendam præpararemini, vos tamen maluistis ad breue tempus in illius luce gloriari, quàm veram amplecti lucem, quæ gloriam largitur parennem, nec vnquam obscuratur, occidítve. Sed prior sensus videtur proposito magis conuenire, & aliis locis, vbi saluator Iudæos redarguit de non recepto Ioanne.

EGO AVTEM TESTIMONIVM HABEO MAIVS IOANNE. OPERA ENIM, &c.] Interpres illud; maius Ioanne; reddidit bona fide, vt habent ad verbum Græca. Nam illa habent, μείζω τοῦ Ἰωάννου. Verùm videtur in Græcis debere subintelligi alius articulus fœmininus, scilicet μείζω τὴν τοῦ Ἰωάννου, vt sit sensus; maius testimonio Ioannis. Non enim confertur testimonium cum Ioanne, sed cum testimonio Ioannis. Est autem sensus: Magnum quidem fuit Ioannis testimonium, ac meritò à vobis qui illum tanti fecistis suscipiendum: verùm quandoquidem illum cœpistis contemnere, & testimonium eius tanquam hominis qui falli possit non recipitis, deinde vt sciaris me non pendere à testimonio humano, ecce profero vobis testimonium maius Ioannis testimonio, quod & meam magis decet personam, & minus est contradictioni vestræ obnoxium. Imprimis enim ipsa opera miraculorum quæ ego tanta cum potestate facio, quæq; constat à patre mihi data, qui solus facit mirabilia, manifestè testificantur & declarant de me quòd pater miserit me, & proinde vera esse omnia quæ illius nomine vos doceo. Idem etiam postea dixit Dominus, Opera, inquit, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Et postea eodem cap. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite. Et Nicodemus superius ostēdit manifestè quàm efficax fuerit operum testimonium. Scimus, inquit, quia à Deo venisti, magister. Nemo enim potest hæc signa facere, nisi fuerit Deus cum eo. Porrò pater filio dicitur dedisse opera, secundùm diuinitatem quidem, quia ei dedit cum natura etiam potestatem operandi: secundùm humanitatem verò, quia ei iniunxit, & facere dedit. Non ociosè autem repetitur; ipsa opera quæ ego facio; facit enim ad maiorem asseuerationē huiusmodi repetitio, & pronomen, *ipsa*, emphasim auget. Est enim sensus: etiam si nullus hominum testetur, tamen ipsa opera per seipsa & vltrò testantur de me.

ET QVI MISIT ME PATER, IPSE TESTIMONIVM PERHIBVIT DE ME.] Adducit secundum testimonium maius, nempe testimonium patris. Est autem triplex testimonium patris de filio, præter testimonium operū, & testimonium scripturarū, quæ etiā patris sunt testimonia. Primum est, quod sensibili voce redditum est primùm in baptismo, deinde in transfiguratione, quando audita est vox patris de cœlo, dicens: Hic est filius meus dilectus, &c. Secundum est, quod per internam reuelationem & inspirationem redditur à patre de filio omnibus credētibus, de quo dictum est Petro: Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. De quo etiam Ioan. 1. suę epist. c. 5. Qui credit, inquit, in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Tertiū est, quo testificatur per ipsa filij à se missi verba. De quo supra c. 3. Qui accepit eius testimoniū, signauit quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Et quanquam hoc loco videatur potissimum loqui de testimonio patris in baptismo perhibito, propter verbum præteriti temporis, *perhibuit*, rectè tamen etiā alia duo testimonij genera hīc simul comprehenduntur, vt ex sequentibus patebit. Quæ cùm à diuersis aliò & aliò referantur, videtur ex collatione huius loci cum aliis similibus locis in Ioanne potissimum eò spectare, vt significet Christus Iudæos patrem suū non cognoscere, quāuis de eius cognitione gloriarentur, & testimonium quoque eius non recipere. Sic enim dicit cap. 7. Est verus qui misit me quem vos nescitis: Ego autē scio eum, & si dixero quia nescio eū, ero similis vobis mendax: sed scio eum, quia ab ipso sum, & quia me misit. Sic ca. 8. Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus noster est, & non cognouistis eum, ego autem noui eum, &c. Est ergo sensus huius loci: Pater qui misit me, ipse quoq; testimonium perhibuit de me. Hunc autē quantumuis vos cognoscere putetis, & de eius cognitione gloriemini, dicentes eum esse Deū vestrum, non tamen re vera cognoscitis. Neq; enim vnquā vel vocem eius audistis, vel speciem eius vidistis. Nam cùm sit spiritus, nec habet vocem quæ audiri possit humanis auribus, nec speciem, quæ cerni possit oculis corporeis. Moysi enim non talis visus est & auditus, qualis est suapte natura, sic enim soli filio visus est & auditus, præter quem Deum nemo vidit vnquam aut nouit. Accedit hīc, quod magis declarat vestram gloriationem esse vanam, nimirum quòd verbum & sermonem eius quo testificatur de me, non recipitis, nec sinitis hærere & locum habere in animis vestris. quod hinc patet, quia non creditis huic quem ille misit, de quo palam voce cœlesti testificatus est esse filium suum, & per quem assiduè vobis loquitur & testificatur, quem & multis interna sua inspiratione ostendit esse suum filium. Ex his patet quomodo intelligendum sit quod dicitur: *vocem eius nunquam audistis*, & quomodo non sit contrarium scripturis asserentibus vocem Dei auditā à Iudęis, qualis est quæ habetur Deut. 4. Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. Et postea eodem cap. Si facta est aliquando huiusmodi res, vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti & vidisti. Non est autem intelligendum, dictum ideo vocem Dei patris Iudæos non audisse, quòd vocem illam in baptismo factam è cœlo Iudæi non audiuerint, quòd scilicet absentes essent. Dicitur enim nunquam eos audiuisse, & non solùm tunc cùm pater testimoniū perhiberet voce quadam sensibili: sed, vt satis patet ex prædictis, intelligendum Christū loqui de voce quæ propriè vox patris esset, quomodo est vox aliqua animalis vox, facta scilicet corporis proprij naturalibus instrumentis: sicut quod de specie patris dicit, intelligendum est de specie quæ patris naturam in seipsa repræsentaret. Voluit enim Dominus his verbis significare quod alibi dicitur: Deum nemo vidit vnquam. &: Nemo nouit patrem nisi filius. Patet etiam ex superiori paraphrasi quid sit: *Verbum eius non habetis in vobis manens.* Videtur enim simile illi quod dicitur cap. 8. Sermo meus non capit in vobis, hoc est; non habet locum in vobis. Habebant enim Iudæi verbum Dei in se, quia in eis pater testificabatur: sed non habebant in se manens, quia illud non habebat locum in eis, hoc est, non recipiebatur ab eis, nec fixum fuit in cordibus eorum. Intelligitur autem rectè per Dei patris verbum, triplex illud, de quo priùs dictum est, patris testimonium.

SCRVTAMINI SCRIPTVRAS: QVIA VOS PVTATIS IN IPSIS, &c.] Tertium iam adfert de se testimoniū maius testimonio Ioannis, Iudæis satis apertum, magnæq; authoritatis, & quod tergiuersari omnino nequeāt, nimirum scripturarum authoritatem. Porro & nobis & Græcis dubium est an verbum, *scrutamini*, sit indicatiui modi, an imperatiui. Est enim Græcis verbum, ἐρευνᾶτε. Et communiter quidem accipitur vt sit imperatiui modi, & intelligitur Dominus Iudęos remittere ad scripturarum scrutationē. Secundùm quam acceptionem notandum, quòd non dicat; legite scripturas, sed *scrutamini*. Multa enim sunt in scripturis obscurè dicta de Messia, multa mysteria sub litera latentia, quæ non simplici lectione, sed deligenti perscrutatione sunt capienda. Et Iudæi quidem semper legebant scripturas, at non satis eas scrutabantur, quemadmodum nec modò, nimirum quòd in litera semper hæreant, thesauros altè defossos non potentes inuenire. Notandum etiam, secundum hunc sensum absolutè dictum esse, *scripturas*, non has, aut illas, sed omnes, scilicet legales & prophetricas. Nullam enim scripturarum refutauit Dominus, nullam suspectam aut falsam asseruit, quemadmodum faciunt hæretici. Cyrillus verò vult verbum, *scrutamini*, non debere hoc loco accipi imperatiuè, sed indicatiuè, propter sequentia, quibus certè magis conuenit modus indicatiuus. Si enim imperatiuè dictum fuisset, dicendum fuerat; Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Bene autem dicitur; vos putatis in ipsis habere vitam æternam; non quòd Dominus velit eorum existimationem & expectationem reprehendere, sed quòd vellet notare inane esse studiū legis in ipsis, neque eos hoc consequi in eis quod expectabant, eo quòd spiritu fidei destituti tantùm literæ inhærerent, nec ad verum scripturarum intellectum, per quem vitam æternam assequerentur, peruenirent. Dicitur autem eos putare habere vitam æternam in scripturis, hoc est, per scripturas, scilicet per earum intelligentiam, fidem, & obseruationem. Sicut 2. ad Timoth. 3. dicitur: Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem. Est ergo sensus huius loci, accipiendo verbum scrutamini, secundùm Cyrillum indicatiuè, quomodo magis cōuenit huic loco: quamuis idem penè sit sensus, si etiam imperatiuè accipiatur: Vos diligenter versamini in scripturis, assiduáque lectione earum intellectum exquiritis, eò quòd putetis per earum instructionē consequi vitam æternam: id quod rectè putaretis; si eas rectè intelligeretis. Iam illæ ipsæ scripturæ, quas putatis factis meis esse contrarias, sunt quæ testificantur de me, quòd ego sum autor illius vitæ quam in scripturis quæritis. Et tamen non vultis venire ad me per fidem (fide enim acceditur ad me) vt habeatis per me vitam eam, quam in scripturis vobis videmini quærere. Ex qua explicatione patet quare dixerit; *non vultis venire ad me vt vitam habeatis*; nimirum quòd priùs dixisset eos in scripturis quærere vitam, significans eos ibiipsis esse contrarios, qui cùm vitam in scripturis quærerent, authorem tamen vitæ à scripturis demonstratum nollent recipere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CLARITATEM AB HOMINIBVS NON ACCIPIO SED COGNOVI VOS, &c.] Postquam Dominus protulit ea quæ sunt de se testimonia, pergit Iudæorũ redarguere incredulitatem: & quoniam zelo Dei ac legis Mosaicæ se putabant contra Dominũ sanantem in sabbatho commoueri, Dominus contra ostendit eos & Deo & Moysi esse contrarios. Porrò illud; *Claritatem ab hominibus non accipio*; dupliciter potest connecti cum superioribus. Primò enim accipi potest, vt ex superioribus inferatur: vt sit iste sensus: Videtis ex his quæ modò dixi, me non accipere gloriam ab hominibus, sed à Deo patre meo qui glorificat me operum ac suo ipsius, scripturarúmque testimoniis: verum cognoui vos destitutos dilectione Dei: & ob id hæc quantumuis efficacia Dei de me testimonia, non habitura suam apud vos authoritatem, nec fidem nobis factura. Secundò, accipi potest illud dictũ per præoccupationem, videlicet vt quoniam Iudæi suspicari poterant ob id adducta hæc à Domino testimonia, quò sibi gloriam aliquam apud illos pararet, hanc de se excludat suspicionem. Itaque sensus erit: Nequaquam ob id quæ sunt de me adduxi testimonia, quòd cupiam apud vos in pretio haberi, & laudẽ aliquam humanam mihi conciliare velim. Ego enim non accipio gloriam aliquam ab hominibus, cùm sim ex meipso plenus gloria quam à patre accepi, sed hæc solo amore vestræ salutis adduxi, videlicet vt ad Dei dilectionem peruenire tis, quam cognoui vos non habere, quantumuis id opinemini. Aut potius sic: Non ob id vobis contemptum mei in scripturis tam apertè commendati exprobraui, dicens nolle vos venire ad me, quòd vener laudem humanam: sed quòd exploratum habeam destitutos vos esse dilectione Dei: quam si haberetis, obuiis vlnis me excipere tis, & simul cum Deo ex quo processi diligeretis. Si, inquit capite octauo, Deus pater vester esset, diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo processi, &cætera. Sic ferè Cyrillus. Patet autem illud; *Claritatem vel gloriam ab hominibus non accipio*; variè intelligi. Primò, vt sit sensus: Non indigeo accipere aliquam gloriã ab hominibus, quomodo intelligit Theophylactus. Secundo absolutè, vt intelligatur nullam gloriam ab hominibus vnquam accipere, quemadmodum nec pater accipit, nec accipere potest. Sicut enim nox quidem accipit aliquam claritatem ab accensis lucernis, dies verò non accipit ab eis, quia clarus est claritate maiore solis: ita Dominus cùm esset clarus diuina gloria, non accipit aliquam claritatem gloriæ à laudibus hominum: à quibus homines suam accipiunt claritatem, & gloriã. Tertiò sic, non requiro gloriam ab hominibus, vel gloriam quæ est ab hominibus, non accipio, hoc est, non magnifacio. Atque hoc tertio modo videtur potissimùm debere accipi, quia postea accipere gloriam humanam, opponitur ei quod est, quærere gloriam à Deo.

EGO VENI IN NOMINE PATRIS MEI, ET NON ACCEPISTIS ME] Ostendit per ista non habere eos dilectionem Dei in seipsis, hoc est in cordibus ipsorum, quantumuis eam haberent in ore. Venire autem in nomine alicuius est ab illo missum esse, & omnia quæ quis facit, illius nomine facere hoc est, illius authoritate, & ad illius gloriam & commodum. Est ergo sensus: Quòd non habeatis dei dilectionẽ hinc manifestum est, quia cùm ego venerim missus à patre meo, omniáque ex illius authoritate, & ad illius gloriam faciam: non tamẽ recepistis me. Si alius venerit sua authoritate, nullum habẽs à Deo mandatũ, sed in omnibus suam quærens gloriam, hunc recipietis. Istud frequenter impletũ est. Nam non multo post Christum, fuit apud Iudæos Ægyptius quidam magus, quem vocarunt Ben Chuziba, qui triginta hominum milia sibi cõgregarat, Christũ se esse mentitus, de quo Iosephus lib. de bello Iudaic. 2. cap. 12. Fuit postea & alter Ben Chuziba sub Adriano Imperatore, qui innumerabilem turbam seduxit, vt ipsi Iudæi scribunt. De quibus duobus prolixè mira scribit ex libris Thalmudicis Petrus Galatinus lib. 4. cap. 21. Nouissimè autem istud saluatoris dictum implebitur in nouissimo Antichristo, qui extollet sese supra omne quod dicitur Deus. De Iudæis enim potissimum dictum esse vult Cyrillus illud Paul. 2. Thessal. 2. Eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.

QVOMODO VOS POTESTIS CREDERE QVI GLORIAM AB INVICEM ACCIPITIS, &c.] Ostendit causam incredulitatis eorum, retorquens in eos id quod de se ne suspicarentur priùs, præoccupans à se excluſit, nempe appetitum laudis humanæ, quo quantum tenebantur Pharisæi; contra quos hæc maximè dicta videntur, ostendit illud saluatoris: Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. &: Amant autem salutationem in foro, primos recubitus in cœnis: & primas cathedras in synagogis. Quod autem huiusmodi gloriæ apertius obstiterit fidei multorum, declarat bene postea Ioan. cap. 12. dicens: Et ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non eiicerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriã Dei. Itaq, gloriæ humanæ appetitus fidem multorum impediuit: Multi enim ob id Christo credere aut illum confiteri noluerunt, qui nolebant videri humilis Iesu cum humilibus discipulis discipuli, nec ob eius sequelam & susceptionem, infidelium irrisionẽ, persecutionem aut contumeliam, perferre. Et speciatim Pharisæi obsurdescebant ad Christi verba, quòd nollent illum præ se honorari à multitudine. Est ergo sententiæ huius cum superioribus ista connexio. Non mirum certè si me etsi venientem in nomine patris non recipiatis. Qui enim possetis credere mihi vos, qui, postposita gloria illa vera & solida quæ à Deo est, venamini vanam & futilem laudem apud homines, & ob id dedignamini humilis hominis esse discipuli, cupientes potius ipsi magistri dici, & hominibus placere? Si enim, quemadmodum ego, contempta humana laude vnicè quæreretis gloriam illam verã quæ est à solo Deo, à quo solo qui commendatur, is demum verè probatus est, facilè mihi crederetis, tum quòd sublata esset incredulitatis vestræ causa, tum quòd aliud non doceam quàm qua ratione possit homo ad gloriã illam quę à Deo est peruenire, quodq; ex multis quæ dixi testimoniis mox intelligeretis me à Deo esse missum & proinde recipiendũ ab his qui Deo vellent esse commendati. Hic autem obseruandum: quantum malum sit vanæ gloriæ appetitus, cùm non solùm affectum deprauet, sed etiam intellectum excæcet, vt non possit quod verum est cernere: non solùm pugnans cum charitate, sed etiam fidem impediens, sine qua nulla potest esse vera virtus.

NOLITE

NOLITE PVTARE QVIA EGO ACCVSATVRVS SVM VOS APVD PATREM: EST QVI.] Quoniam iam de carentia dilectionis diuinæ, & appetitu laudis humanæ atque incredulitate Iudæos reprehẽdit, excludit à se suspicionem quæ venire in animum Iudæorum poterat, & retorquet in eos contemptum Moysi, quem illi in Christo reprehendebant, dicentes eum soluisse sabbathum, & simul punitionem infidelitatis eorum significat per accusationem Moysi. Nam accusatio ad punitionem ordinatur. Nolite, inquit, putare quòd ego cupiens vlcisci contemptum mei, sum vos accusaturus apud patrem: Nihil enim opus erit me delatore, nec accusatio vestri mihi reseruatur. Nam etiam nunc accusat vos ipse Moyses, in quo tamen salutis vestræ spem collocatis, quia per illius scripturas & per intercessionem speratis consequi salutem. Accusat, inquam, propter iniuriam sibi illatam per vestram incredulitatem. Si enim ex animo & rectè crederetis Moysi, crederetis vtique etiam mihi, cùm ille de me scripserit. Dicitur autem Moyses accusare Iudæos, quia declarat eos suis scriptis esse puniendos. Se verò Dominus dicit non accusaturum, non quòd nulla ratione eos accusabit, sed vsitato loquendi more significare voluit non opus fore sua accusatione, aut se non primum accusaturum Iudæos. Deinde significare voluit, sibi non competere accusationem, cùm sit à patre omnium iudex constitutus. Quòd si quæratur, quomodo Iudæi dicuntur sperare in Moyse, & tamen non credere illi: respondendum, credidisse illos Moysi in genere, non credidisse autem in singulari, hoc est, credidisse vera esse quæ Moyses scripsit, non credidisse autem ipsius vaticinia in isto singulari homine Christo impleri, quod tamen tenebantur credere ex tam apertis & multis testimoniis. Scripsit autem Moyses de Domino dupliciter. Primùm, figuris quibusdam & vmbris illum depingendo, quod fecit primum, de quo Lucas, certum haberi non potest: propterea q̃ huiusmodi sabbathi nusquã alibi fiat mẽtio. Itaque fit vt plerique de hoc nihil omnino scribant, plerique etiam variè de hoc sentiant. Ambrosius enim super Lucam nihil explicat præter allegoriam, dicens hac dictione significari sabbathum Euangelicum, quod est spirituale: secundum quidem, quia præcessit legale: primum verò, quia dignius. Et Hieronymus ad Nepotianum, narrat se cùm versaretur apud Nazianzenum, hãc

Sabbathũ secundoprimũ quid.

PHARISÆOS OB CONFRICATAS A DISCIPVLIS SPICAS in sabbatho offensos confutat Dominus. Matth. 12. Marci 2. Lucæ 6.

CAPVT XXXVII.

E†[b] T *factum est*[b] *iterum*[a] *in illo tempore abiit Iesus per sata*[a] *in*[f] *sabbatho*[e] *secundoprimo*, [&][b] *cùm*[b] *sabbathis* ▷[b] *ambularet per sata*,[f] *discipuli eius*[a] *esurientes*,[e] *cœperunt progredi &* ‖[f] *vellere spicas* f *&*†*manducare*[e] *confricantes manibus.* ▷[f] *Quidam autem Pharisæorum*[a] *videntes*[c] *dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbathis?* [Et] ‖[c] *dicebant ei: Ecce*† *discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbathis*[c]. ▷[f] *Et respondens Iesus ad eos dixit:* ‖ *Nunquam*[a] *legistis quod fecerit*[c] *Dauid, quando*[b] *necessitatẽ habuit, &*†[c] *esuriit ipse & qui cum eo erant, quando* ▷ *intrauit*[c] *in domum Dei*[b] *sub Abiathar principe sacerdotũ,*[f] *& panes propositionis*[c] *sumpsit, &* ‖[f] *manducauit,*[b] *& dedit his & qui cum ipso erant,*[f] *quos non licebat* †*manducare*[a] *ei, neque his qui cum eo erant,*[f] *nisi* ▷ *solis*[f] *sacerdotibus?*[a] *Aut non legistis in lege quia sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maior est hîc. Si autem sciretis quid est: Misericordiam volo & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes.*[b] *Et dicebat eis:*[b] *Sabbathum propter hominem factum est, & non homo propter sabbathum.* ‖[f] *Itaque dominus*[a] *est filius hominis etiam sabbathi.*

E[b]T FACTVM EST[b] ITERVM[a] IN ILLO TEMPORE ABIIT IESVS PER SATA IN SABBATO, &c.] Illud, *iterum* quod est in Marco apud nos, cũ non sit apud Græcos, non est accipiendum vt significet secunda vice Dominum per sata transisse, sed referri debet ad calumniam Pharisæorũ. Cùm enim apud Marcum præcedant aliquot Pharisæorum calumniæ significatur iam alteram sequi, alia occasione Domino obiectam. Porrò quod sit sabbathũ secundo

† c. Factũ est autem ▷ c. trẽsiret. ‖ c. vellebant †. mãducabant ▷ c. pharisæi antẽ ‖ a dixerunt † b. quid discipuli tui faciũt sabbathis quod non licet ▷ a. At ille dixit eis b. Et ait illis ‖ a. Non c. Nec hoc legistis quod fecit † c. o. cum esuriisset ▷ b. o. introiuit ‖ a. o. commodit † a. o. legere ▷ c. o. tãtum ‖ a. Dominus enim, c. Quia Dominus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi proposuisse quæstionem, quid sibi vellet apud Lucam sabbathum secundoprimum. At illū cùm, vt verisimile est, non haberet in promptu quod responderet, elusisse ioco. Docebo, inquit, te apud populum; vbi acclamantibus & applaudentibus cunctis, velis nolis cogeris nobis assentiri. Vt autem intelligantur eorum opiniones qui videntur aliquid probabiliter disserere de sabbatho secundoprimo, primùm dicendum de significatione vocabuli, Sabbathum. Sciendum ergo Hebræam esse dictionem, qua significatur propriè quies. Dicunt autem Hebræi שבת & שבתא hoc est, Sabbath vel sabbathon, differtq; hoc Sabbath à sabbathon, quod Sabbath vt primitiuum propriè significat requiem: Sabbathon autem, vt deriuatiuum & denominatiuum propriè significat festū in quo requiescendum erat ab operibus: sed hæc differentia non seruatur vbique, nam Sabbath frequenter ponitur pro ipso festo. Ab istis duobus nominibus videtur ortum, quòd apud Græcos nomē σάββατον aliquando declinetur in tertia declinatione, & aliquando in quinta. Nam in Euangeliis frequenter inuenitur datiuus σαββάσι, qui videtur deriuatus nō à σάββατον, υ, sed à σαββᾶτ, σαββᾶτος, per quintā. Errauit itaque in hoc nomine Plutarchus, qui, vt testatur Cœlius lib. 4. cap. 15. putauit nomen istud tanquam natura Græcum deriuari à verbo Græco, σαβάζειν, quod significat bacchari, & more bacchantium tripudiare: vnde & Bacchus Græcis dicitur σαβάζιος, eo quòd Iudæi, secundum eum, die sabbathi solebant sese inuitare ad largius bibendum. Sciendum secundò nomen sabbathi non solùm dici de septimo hebdomadæ die Iudæis celebri, qui propriè tamen dicitur sabbathum, sed etiam de aliorum festorum celebribus diebus, vt de prima die mensis septimi, festo propitiationis, prima & septima die festi azymorum, prima & octaua die festi tabernaculorum, ac die Pentecostes. Nam etiam in his diebus ab operibus erat requiescendum. Sed hoc erat differentiæ, quòd in vulgaribus sabbathis, quæ septimo quoque die recurrebant, adeò nihil operis erat licitum, vt nec cibum parare liceret, vt patet Exod. 35. vbi dicitur: Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbathi. In aliis verò licebat ea parare quæ ad cibum pertinebant, vt patet Exod. 12. vbi dicitur de festo azymorum: Dies prima erit sancta atque solennis, & dies septima, eadem festiuitate venerabilis, nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. Vocari autem huiusmodi festa etiam sabbatha, patet Leuit. 23. c. Ibi enim prima dies azymorum vocatur sabbathum, cùm dies sequens, in quo offerendus erat manipulus spicarum, vocetur alter dies sabbathi, vel vt habent Hebræa, crastinum sabbathi. Eodémq; capite de die expiationis dicitur: Sabbathum requietionis est, & affligetis animas vestras. Et sequitur: Die nono mensis à vespere vsque ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra. Et sequitur de festo tabernaculorum: Die primo & die octauo erit sabbathum. Reliqui autem dies qui sunt inter primum & vltimum diem alicuius festi constātis ex plurimis diebus, non dicūtur in scripturis neq; à Iudæis sabbatha, quoniam in illis non erat requies ab operibus. Præterea per κατάχρησιν nomen sabbathi accipitur nonnunquam pro eo tēpore quod est inter sabbathum & sabbathū, hoc est, tota hebdomada, & pro singulis etiam hebdomadæ diebus. Hieronymus enim frequenter nomen Sabbath Hebraicum vertit per hebdomadam, vt Leuit. 23. vbi sic vertit: Numerabitis ab altero die sabbathi in quo obtulistis manipulum primitiarū, septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ. Hìc enim pro nomine, hebdomada, semper est Sabbath. Vnde Hebræi dicūt prima sabbathi, secūda sabbathi, &c. Et Paulus 1. Corinth. vlt. vult collectas fieri in vna sabbathi, hoc est, prima hebdomadæ, quanquam illo loco Græcè sit, σαββάτων, hoc est, sabbathorū, sicut & Matthæi vltimo, & Lucæ vltimo, & Ioan. penult. vbi nos habemus, vna vel prima sabbathi, Græcè est σαββάτων, hoc est, sabbathorum, quomodo etiam nos habemus in Marco: Et valde mane vna sabbathorum. Ex quibus locis patet, nomen sabbathi, etiam singulos hebdomadæ dies significare. Ad hæc in scripturis fit mentio de sabbatho terræ, quo terra scilicet debuit quiescere apud Iudæos septimo quoque anno, vt scribitur Leuit. 25. Deinde de sabbatho Christianorum, de quo Isaiæ vlti. & in epist. ad Hebr. 4. cùm dicitur: Relinquitur sabbathismus populo Dei. Et hactenus quidem de vsu vocabuli, Sabbathum, in scripturis. Vt autem iam præcipuas sententias de sabbatho secundoprimo afferamus & expendamus, imprimis sciendum quosdam sabbathum secundoprimum asserere fuisse primā diem azymorum, sic dictam quòd prima quidem esset ab azymis, secunda verò dies esset paschæ, quia pascha incepit decimaquarta luna: prima dies verò azymorum decimaquinta luna. Sed præter multa alia absurda quę complectitur ista sententia, etiam hinc constat non posse hunc diem intelligi, quia prima die azymorum nondum licebat spicas carpere & comedere, vt priùs dictum est. Theophylactus autem putat sabbathum secundoprimum dici septimam aliquam hebdomadæ diem, quam in parasceue, id est, sexta hebdomadæ die festum aliquod præcesserit: Iudæi, inquit, omne festum sabbathum nominabant. Sabbathum enim quies dicitur. Sæpe igitur occurrebat festum in parasceue, & vocabant parasceuen sabbathum propter festum. Deinde quod propriè est sabbathum, nominabant secundoprimum, eo quòd sequatur festum & sabbathum quod præcesserat. Verùm quo minus probari hæc Theophylacti sententia possit, fortiter obstat, quòd Iudæi à tempore finitæ captiuitatis Babylonicæ nominatim cauerunt vt annum sic temperarent, ne sabbatha magnorum festorum vulgaribus sabbathis coniungerentur immediatè, vt postea latius ostendetur, cùm tractabitur de paschate illo vltimo in quo Christus mortuus est. Itaque Tullius quidam Crispoldus ex quibusdam glossis Iudæorum colligit sabbathum secundoprimum fuisse diem qui primum diem azymorum propriè sequeretur, hoc est, decimam sextam lucam, quo die Leuit. 23. præcipitur offerri manipulus. Osiander verò & Caietanus putant sic appellari dies qui ea festa concludunt, quæ pluribus diebus aguntur, vt sunt septimus dies azymorum, & octauus dies festi tabernaculorum. Rectè enim hos dies vocari sabbatha secundoprima, eo quòd pari honore obseruandi essent cum primo, & primo per omnia similes, primumque sic referentes, vt videri possent sabbathum primum secundariò repetitum, atque ob id secundoprimum. Secundùm omnes autem sententias constat hanc historiam rectè subiun

Sabbathum secundoprimum explicatur.

subiunctā superiori facto, & sermoni Christi quem descripsit Ioannes. Nā illa probata sunt contigisse in festo Paschæ. Iam secundū omnes prędictas sententias sabbathum istud secundoprimum statim fuit à Paschæ primo die. Nam secundùm vltimam sententiam tantùm duo fuerunt sabbatha secundoprima, nempe vltimus dies festi azymorum, & octauus dies festi tabernaculorum. Certum est autem hìc non significari octauum illum diem festi tabernaculorū, cùm tunc omnes segetes essent ex agris collectæ. Significatur ergo secundū eam sententiam septimus dies azymorū, vt intelligi possit hæc de spicis confricatis contigisse in eo itinere quo Christus à festo paschatis, cuius Ioannes proximè meminit, è Iudæa in Galilæam rediit. Sed his duabus posterioribus sententiis præter alia quæ obiici possent, illud videtur maximè obstare, quòd secundùm eas sabbathū secundoprimum non necessariò fuerit sabbathum propriè dictum, hoc est, septima hebdomadæ dies. Iam, vt ex prædictis patet, nullis aliis sabbathis interdictū fuit parare ea quæ ad vescendum pertinebant, præterquā in sabbathis propriè dictis: quale sabbathū si non fuisset sabbathū de quo hìc fit mentio, verisimile non est Pharisæos culpaturos discipulorū factum, vtpotè pertinens ad vescendum. Quidam volunt sabbathum secundoprimum, esse sabbathū aliquod non primum, hoc est, principale, quale erat septima hebdomadæ dies, sed minus principale, solennitatem scilicet aliquam nouilunij, vel similem, vt intelligatur Lucas dixisse in sabbatho secundoprimo istud contigisse ad significādum non contigisse in sabbatho celeberrimo, sed tali in quo factū minus fuerat calumniandum. Verùm vt non est verisimile Pharisæos id criminaturos, quod omnes sciebant in lege apertè permitti: ita non videtur Lucas illud adiecisse, secundoprimo, quòd sabbathi istius celebritatem minueret, sed potius vt augerer, ostenderetq; scandali Pharisæorū occasionē etsi non omnino iustam, tamen quæ iusta videretur secundùm legem esse. Proinde cùm nihil planè certū adferri possit, probabilissima videtur Chryso. sententia, qui Homil. 40. super Matthæum dicit, sabbathū secundoprimum dictum, quando quies & otium duplex erat, tam videlicet sabbathi propriè dicti, quàm solennitatis alicuius incidētis, vt sabbathū secundoprimum tale fuerit, quale fuit illud de quo dicit Ioannes: Erat enim magnus ille dies sabbathi. Et ob id videri potest dictum in Marco, & similiter in Matthæo apud Græcos, Dominū transisse in sabbathis per fata, videlicet quòd dies illa bis esset sabbathum, nisi velimus potius phrasi Hebraica intelligere pluralem numerū pro singulari positū, vt, in sabbathis, sit, in aliquo sabbathorū. Secūdùm hanc autem sententiā sabbathum istud, fuit sabbathum aliquod propriè dictū, cui incidit vel festū nouilunij, vel festum Pentecostes, neq; necesse erit sabbathum istud accipere fuisse tamvicinū paschatiquomodo alij accipiunt, quando non est multū verisimile, inueniri facilè potuisse passim in agris spicas maturas quas vellere potuissent discipuli, & comedere. Quid autem sibi velit quidam in Paraph. explicans hunc locū, omnino non intelligo, cùm sic scribit super Lucā: Accidit itaq; sabbatho quodam, quod Iudæi δευτεροπρῶτον, hoc est, secundoprimum vocant, propterea quòd incidens inter duo sabbatha, videatur geminam habere religionē, quòd & finis sit sabbathi pręcedentis, & initium sequentis.

A [1]DISCIPVLI EIVS [a]ESVRIENTES [c]COEPERVNT [b]PROGREDI ET [1]VELLERE SPICAS, &c.] Quod dicit Marcus, *cœperunt progredi & vellere spicas*, sic est intelligendum, cœperunt progrediendo vellere spicas, vel vt habent Græca, cœperunt iter facere vellendo spicas. Non enim significatur, quòd cùm Christus transiret per sata, discipuli cœperunt progredi, quasi tunc primùm cœperint ambulare: sed quòd inter ambulandum vellebant spicas, vt intelligeretur citra magnū studium & occupationem, obitérq; discipulos spicas vulsisse. Vbi & hoc notandū, quomodo in discipulis auidis doctrinæ Christi, corporaliū ciborū non fuerit cura, vt aut priùs sumptis epulis se contra famem munirent, aut sibi de cibo secum in via ferendo prouiderent, aut exquisitos cibos requirerent esurientes, contenti scilicet populari leuandæ famis solatio, nec præparatos cibos, sed simplices cibos quærentes, præ se ferentes satis vitam austeriorem, vt annotauit Hieronymus. Notandum & illud, Dominum, etsi sciret ex hoc facto discipulorum scandalizandos Pharisæos, permisisse tamen, imò eius dispensatione factum vt esurirent discipuli, & esurientes per sata transirent, vt haberet occasionem superstitiosam Pharisæorum sententiam de sabbathi obseruatione refutādi, & demonstrandi se Dominū esse sabbathi, qui cum suis sabbathi lege non planè teneretur. Hæc enim duo sunt quæ postea docet Dominus. Non carpunt autē Pharisęi quòd Christus cum discipulis in sabbatho ambulabat. Licebat enim aliquanto spatio ambulare in sabbatho, vnde Act. 1. dicitur mons Oliueti distare à Hierusalem, habens iter sabbathi. Nec carpunt quòd alienas spicas decerperēt. Nam & id licitum fuit secūdùm legem. Sic enim præcipitur Deut. 23. Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum. Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes. Sed quòd in sabbatho id faciebāt, quod alioqui erat licitum, carpebant, circa minutissima nimis superstitiosi, commiserationis affectu destituti, atque etiam ex minimis vndequaq; contra Dominū occasionem criminandi quærētes. Hæc est enim natura eorum, qui quærentes videri sancti apud homines, vera Dei & proximi dilectione carent. Quòd autem apud Lucam dicantur Pharisæi locuti discipulis, apud Matthæum & Marcum ipsi Domino, nihil habet repugnantiæ. Rectè enim intelligitur priùs quidem locutos discipulis, deinde mox etiam Domino, volētes in eum torquere discipulorum eius crimen, & in discipulis ipsum calumniari. Nam quemadmodum discipulorum probitas commendat præceptorem, ita malefacta eorum solent imputari his qui instituerent.

ET RESPONDENS IESVS AD EOS DIXIT NVNQVAM LEGISTIS QVID FECERIT DAVID.] Dominus suo more sic patrocinatus est suis discipulis ab ipso omnino pendentibus, vt legis Mosaicæ peritos ex ipsa lege & scripturis refelleret, docēs qui potius reprehendi meterentur. Quoniam enim Pharisæi de scripturarum intelligentia gloriabantur, hìc frequenter dominus eos notat de scripturarū ignorantia & non recto intellectu. Id enim notat cùm dicit: *Nunquam legistis*. Aut, *non legistis*. Et, *si sciretis quid est*, &c. Duobus autem exemplis discipulorum factum hìc defendit, quæ deinde sententiis apertis

Universidad de Deusto
Biblioteca

& scripturis confirmat & comprobat. Et primum A quidem exemplum desumptum à facto Dauidis, ostendit discipulorum factum licitum esse propter vrgentem necessitatem. In quo exemplo duo sunt notanda. Alterum, quod exemplũ affertur non solum ex facto Dauidis, sed etiã eorum qui cum ipso erant, ad excludendum singularitatem Dauidis, ne scilicet dicerentur Pharisæi Dauidi id licuisse tanquam Regi & Prophetæ Domini. Hoc enim non potuerunt dicere de his qui cum ipso erant. Alterum est, quòd exemplũ sumptũ est à facto maiori. Nam longè maius est laicos vesci panibus propositionis, quos soli sacerdotes poterãt edere, vt scribitur Lenit. 24. quam operari in sabbatho, vt patet ex eo quòd multis de causis excusari potest operatio in sabbatho, & sæpe accidit: semel verò tantùm accidit vt laici vescerentur panibus sanctis, quando etiam esurientiom mundicitiam sacerdos exquisiuit, vt patet 1. Reg. 21. Est ergo sensus: Qua fronte me meosq; discipulos defertis, quòd coacti fame spicas aliquot fortè obuias in sabbatho decerpant quò famem subleuẽt, cùm scriptura, cuius vos scientia gloriamini, commemoret Dauidem in simili necessitate deprehẽsum feciss̃e quiddam, in quo etiam magis videtur temerata religio, nec tamen eius factũ vel à scriptura, vel à quoquam vestrum reprehenditur? Is enim cùm necessitate famis vrgente confugisset in domũ Dei, nec haberet sacerdos laicos panes, non veritus est accipere non solùm pro se, sed etiam pro his qui cum ipso erant panes sanctos, quos propositionis vocant, quos secundum legem solis sacerdotibus licitũ erat edere, idque in loco sancto. In quo factum Dauid ipsum etiam summum sacerdotem, legis vriq; non ignarum, habuit consentientẽ & cooperantem. Hoc si nescitis, aut non meministis, qua fronte profitemini scripturarũ scientiã? Si scitis ac meministis, cur in simili causa Dauid & sacerdotẽ qui panes dedit D absoluitis, me autem meosq; tanquam nefarij criminis reos culpatis? Ex qua explicatione patet præter duo illa quæ in hoc exemplo dicta sunt annotanda, etiam illud obseruandum, hoc exemplo Dominum non tantùm discipulos, sed etiam se directè defendere. Porrò circa hoc exemplum duo occurrunt dubia, de concordia narrationis historiæ huius in hoc loco, & in eo loco vnde est desumpta, scilicet 1. Reg. 21. Primũ enim ibi dicitur istud Dauidis factũ contigisse sub Achimelech, pro quo malè legitur in Græcorum libris, Abimelech: hic verò à Marco dicitur cõtigisse sub Abiathar principe sacerdotũ, qui fuit filius Achimelech. Secundò hic dicuntur fuisse quidam cum Dauide, quibus etiam dederit Dauid edẽdos panes propositionis, cùm in historia Regũ apertè dicatur Dauidem fuisse solum. Ideo enim obstupefactus Achimelech sacerdos dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecum? Et ad primũ quidem horũ dicunt quidã, vt indicat Theophylactus, cùm istud factũ Dauidis contigit, Achimelech quidẽ fuisse sacerdotẽ, qui tunc in domo Dei ministrabat: Abiathar verò, non eum qui filius fuit Achimelech, sed aliũ aliquem, fuisse summum sacerdotẽ. Verùm satis constat, Achimelech fuisse summum sacerdotẽ, ex historia Regũ. Aliter ergo dici potest filium positũ hic potius quàm patrem, eo quòd patre mox post factum illud à Saule occiso, filius diu, imò omnibus diebus Dauidis fuerit princeps sacerdotum. Itaque quòd dicitur hic istud cõtigisse sub Abiathar principe sacerdotum, non sic erit intelligendũ, quasi Abiathar tunc fuisset princeps sacerdotum cùm hæc cõtingerent, sed quòd sub Abiathar & eius tẽpore hæc contigerũt, qui postea fuit princeps sacerdotũ. Verùm cũ secundum Hebræam phrasim illud *sub Abiathar principe sacerdotum*, videatur omnino debere sic intelligi: Cùm Abiathar esset princeps sacerdotum, rectius dicetur Achimelech sacerdotẽ fuisse binominem, & dictum etiam nomine filij sui Abiathar. Videntur enim hæc duo nomina, Achimelech & Abiathar, patri & filio simul fuisse cõmunia. Nam 2 Reg. 8. & 1. Paralip. 18. dicuntur in diebus Dauid fuisse B principes sacerdotum Sadoch filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar: vbi per Achimelech non videtur posse accipi nepos ipsius Achimelech qui occisus fuit à Saul. Nam huius Achimelech filius, Abiathar scilicet, fuit cũ Sadoch omnibus diebus Dauid summus sacerdos etiam vsq; ad regnum Salomonis, à quo Abiathar reiectus fuit à sacerdotio, vt iam solus Sadoch esset sacerdos primus, vt scribitur 3 Reg. 2. Vnde qui 2. Reg. 8. & 1. Paralip. 18. dicitur Achimelech, is est qui in 1. Reg dicitur Abiathar: & qui dicitur Abiathar, is est qui dicitur in 1. Reg. Achimelech. nam & 1. Paralip. 15. Sadoch & Abiathar dicuntur fuisse sacerdotes primi C tempore Dauidis, cùm alibi dicatur Sadoch, & Achimelech filius Abiathar. Ad secundam difficultatem Nicolaus intelligens quosdã fuisse cum Dauide, tum ex hoc loco, tum ex eo quòd in historia Regum quęrat Achimelech an mũdi essent pueri à mulieribus, dicit illud, Quare tu solus, & nullus est tecum? intelligendum non quòd nulli fuerint cum ipso, sed quòd admodũ pauci, quodq; non esset comitatus pro dignitate & more suo. Verùm nimis apertè ibi dicitur Dauidem fuisse solum, cùm non solùm dicatur: Quare tu solus, sed etiam addatur, & nullus est tecum? Nam quòd Achimelech quærit si mundi essent pueri, non quærit de pueris tunc cum Dauide præsentibus, sed de quibus Dauid dixerat se condixisse in illum vel illum locum. Itaque Thostatus intelligit Dauidẽ quidẽ omnino solum venisse ad Achimelech, sed eos hîc dici fuisse cum eo, qui in statuto aliquo loco latebant, expectãtes Dauidis ad eos reditũ, ac his Dauidem participasse etiam de panibus sanctis. Sed nec ex præcedẽtibus, nec ex sequentibus videtur aliquos habuisse Dauidem comites fugæ suæ, sed potius cõtrarium. Nam & solus venerat ad Ionatham, vnde fugit ad Achimelech, & ab Achimelech solus venit ad Achis regem Geth. Quòd autẽ Dauid dicit de pueris quibus E condixerit in hunc vel illum locum, videtur dixisse mendacio quodã sibi officioso, quò magis fugę suę rationem celaret ipsum Achimelech, quomodo intelligunt omnes Hebræi, & textus ipse satis significat. Hoc ergo sic recipimus, quod hîc dicitur de his qui erant cum Dauide, oportet intelligere non de his qui re vera illi aderant, sed de his quos Dauid finxit se habere comites in certo loco constitutos, quibus & finxit se daturum postulatos panes, quos non solũ pro Dauide ipso, sed etiã pro sociis eius, quos se finxit habere, non dubitauit dare sacerdos. Id enim ad propositũ saluatoris sufficit, quod & Dauid non dubitauit postulare etiam pro seruis suis, & sacerdos illi non dubitauit dare. Porrò panes propositionis Hebraicè dicũtur panes facierũ, hoc est, panes qui ponebantur ante faciem domini, ante scilicet sanctum sanctorum & propitiatorium, in quo Deus velut præsentiã suam specialem exhibe

exhibebat. Dicuntur autem panes propositionis Hebraica phrasi, pro eo quod est, panes propositi, videlicet ante faciem Domini, & propitiatorium.

AVT NON LEGISTIS IN LEGE, QVIA SABBATHIS SACERDOTES IN TEMPLO, &c.] Alterum hic affertur exemplũ desumptum ex facto sacerdotũ legis authoritati innitente. Quo quidẽ exemplo iam certius ostenditur factum discipulorũ vacare crimine, quàm superiori exẽplo, quod tanquam debilius præmittitur, idq; ratione seruitij diuini. Sacerdotes enim in sabbathis occidunt in templo, hoc est, atrio templi, animalia, detrahunt pelles, ligna cõponunt, ignemq; B accendunt, & alia multa similia opera seruilia faciũt, idq; legis autoritate, quæ in multis locis præcipit sabbathis offerri sacrificia huiusmodi, & nominatim Nume. 28. Huiusmodi autẽ operationem sacerdotum vocat violare vel prophanare sabbathum, quia re vera huiusmodi opera sunt seruilia ex suo genere & proinde per ea ex se prophanatur sanctitas sabbathi. Quòd autẽ hoc exemplũ sacerdotum faciat ad excusationem facti discipulorum, ostendit cùm subdit; *Dico autem vobis, quia templo maior est hic*, hoc est, in hoc loco. Est enim, hîc, aduerbiũ, non pronomen. Intendit ergo, q̃ quemadmodũ sacerdotes sine crimine sunt dum in sab- C bathis violant sabbathum, eo quòd eorum opera templi excuset sanctitas, cui per huiusmodi opera seruiunt, ita & discipuli sunt innocentes, eo quòd præsentes, & permittente eo, & ad seruitiũ eius facerent quę fecerunt, qui maior est templo, vtpote templi Dominus. Si enim tẽpli sanctitas non excusat modò, sed exigit opus à sacerdotibus in sabbatho, magis debuit discipulos excusare comitatus eius qui tẽplo sanctior erat, ac eius causa plus meritò licere q̃ causa tẽpli. Probè autẽ notandũ, Dominum hic cõparare factum discipulorũ, facto sacerdotũ in tẽplo. Datur enim intelligi eos qui cibũ corpori parant, vt Christo, & Euãgelio seruiãt: D quomodo fecerunt discipuli, qui vrgẽte fame obuium cibũ sumpserũt, quò cõmodius Christũ comitarẽtur, facere rem nõ minus Deo gratã: quàm erant grata sacrificia legis. Hactenus ergo duplici nomine suos defendit Dominus discipulos, videlicet tũ ratione necessitatis, quæ ab omni lege liberat, maximè cæremoniali, tũ ratione seruitij diuinioris, quàm erat seruitiũ sacerdotũ in templo.

SI AVTEM SCIRETIS QVID EST, MISERICORDIAM VOLO, &c.] Testimoniũ istud Oseæ, quod etiã supra obiecit Pharisæis, notans eos, & hîc, & ibi de falsa gloriatione peritiæ scripturarũ, ac de præpostera religione, bene adductum est post duo superiora exẽpla. Nam in primo fit mentio de statu eorum qui misericordia E sunt digni, in secũdo verò de sacrificiis legis. Adducit ergo testimoniũ Dominus, quod ad vtrumque exemplum pertineat. Cùm enim Deus ab hominibus magis exigat misericordiã proximis exhibendam, quàm sacrificium sibi offerendum, aut quemuis alium cæremonialẽ cultum, qui nomine sacrificij hîc cõprehenditur, debuissent Pharisæi potius misericordiæ affectu absoluisse discipulos, miseria famis vrgente, leue opus facientes, quàm zelo sabbathi seruãdi eos condẽnare, cùm eodem zelo tamen non condẽnarent sacerdotes in templo sacrificia offerẽtes. Hoc ergo Oseæ testimonio & redditur generalis ratio eius quod primũ exemplum intendit, videlicet quare necessitate aliqua A constrictis permittendum sit potius aliquid, quod alioqui est cõtra legis cæremonias, quàm exigenda ab eis exacta legis obseruatio, & etiam ostenditur quàm rectè in secundo exemplo per factum sacerdotũ excusetur discipulorũ factum. Si enim propter sacrificium sinenda sacerdotibus est sabbathi violatio, multo magis sinenda est miseris propter misericordiam proximis debitam, quia gratior est Deo misericordia quàm sacrificium.

bET DICEBAT EIS: SABBATHVM PROPTER HOMINEM FACTVM, &c.] Duabus iam sententiis omnem suam explicat intẽtionem quarum prior prius respicit exemplum, posterior verò secundum. Priori enim sententia quæ est apud solum Marcum, reddit rationem eius quod prius exemplum intendebat, nempe quòd ob necessitatem non esset seruanda lex sabbathi, eò quòd non homo propter sabbathum factus sit, sed cõtra, sabbathum propter hominẽ, ob cuius proinde necessitatem vel magnã vilitatem lex sabbathi cessare deberet. Et quidem poterãt discipuli hoc die sine magno periculo abstinere à cibo maxime isto: sed cùm sabbathũ propter hominẽ erat, ne leui quidem incõmodo debebant eius causa affici, maximè cùm paruulo labore incommodũ illud vitare possent. Temerè quidem in illo operatos esse, impietas fuisset ac Dei contemptus: verùm dum ita res ferebat, fames vrgebat, & ad manum erat, vnde paruulo labore necessarium sibi cibum pararẽt, quo cõmodius Christum comitarentur, iure optimo tãtillum laboris sibi in sabbatho indulserunt. Vt autem melius intelligatur quod dicitur sabbathum propter hominẽ factum, hoc est, institutum, annotãdum in scripturis quatuor indicari literales rationes institutionis sabbathi. Primò, in commemorationem eius quod Deus postquã sex diebus omnes condidisset creaturas, septimo quieuerit à condendis nouis creaturis. Sic enim scribitur Exod. 20. Memento vt diem sabbathi sanctifices. Sex enim diebus fecit Deus cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die septimo, idcirco benedixit dominus diei septimo & sanctificauit eum. Per hoc autem quod dicitur Deus benedixisse diei septimo, & sanctificasse, nihil aliud significatur quàm quòd Deus illum suo cultui deputauerit. Hoc enim est sanctificare aliquid, diuino cultui illud deputare. Tunc ergo eum die sanctificauit, cùm populo Israëlitico per Moysen præcepit, vt eum diem sanctũ haberent. Nam quod Genes. 1. dicitur Dominus benedixisse diei septimo, & sanctificasse illum, per anticipationem dictum est. Non enim significare voluit Moyses Deum sanctificasse illũ diem statim post opera sex dierũ, sed tunc sanctificasse, cùm illa ipse Moyses scriberet. In principio enim sanctificatione diei alicuius certè opus non erat, cùm homines parum aut nihil distracti curis rerum tẽporalium quæ facili negotio omnibus abundè satis prouenerũt in prima terræ fertilitate, & hominum raritate, satis per sese in consideratione diuinæ bonitatis, & potentiæ in conditis creaturis relucentis exercebantur. Cùm verò in mundo veri Dei cognitio cœpit extingui, & homines rebus istis temporalibus cœperũt toti esse addicti populo Israëlitico, quem ex omnibus gentibus sibi delegerat in populum quem sui cognitione, suisque præceptis imbueret, statuit obseruare religiosè diem septimum, vt qui aliis diebus curis huius vitæ distractiores essent,

illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo Dei potẽtiam,& bonitatem in creaturis,quas hominũ causa condidit, relucentẽ considerarent, ac sic ad pietatem venerationemq; Dei formarentur. Hoc enim fine in cõmemorationẽ suæ quietis,indixit Iudæis quietem ab omni opere, videlicet vt quiescentes vacarent contẽplationi diuinæ potentiæ, sapientiæ, & bonitatis. Non solùm autem pro recordatione beneficiorum in creatione hominibus exhibitorũ sabbathum institutũ fuit, sed secũdo etiam in cõmemorationem eius quòd à seruitute Ægyptiaca ipsos Iudæos liberasset. Sic enim scribitur Deutero. 5. Memento quòd,& ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extẽto. Idcirco præcepit tibi Dominus vt obseruares diẽ sabbathi. Quo loco etiam tertia redditur ratio institutionis sabbathi, ex superiori ratione consequens, videlicet vt æquè atq; herus quietè frueretur serui & ancillæ. Non facies, inquit, in eo quicquã operis,tu & filius tuus,& filia,seruus,& ancilla,bos & asinus,& omne iumẽtum tuum, vt requiescat seruus tuus,& ancilla tua sicut, & tu. Porrò Exod. 31. etiam quarta ponitur ratio institutionis sabbathi, cùm dicitur: Videte vt sabbathũ meum custodiatis, quia signum est inter me, & vos in generationibus vestris,vt sciatis quia ego dominus,qui sanctifico vos,&c. Per sabbathi enim obseruationem dignoscebantur Iudæi à reliquis gentibus, & ipsi quidẽ demonstrabant se esse cultores eius Dei qui post creata omnia in sex diebus,septimo die quiẽuit: Deus verò qui diẽ illũ sibi sanctificauerat, demonstrabat se illius populi esse sanctificatorẽ. Ex his manifestum est,quomodo sabbathum propter hominem sit factum,& institutum, videlicet tum vt secũdum corpus quiesceret,nec perpetuis laboribus frãgeretur,aut auaritiæ totus deseruiret: tum vt mente Dei beneficia siue in creatione, siue in redemptione exhibita commemorans, in pietate erga Deũ institueretur, & ab ipso sanctificaretur.

ITAQVE DOMINVS EST FILIVS HOMINIS ETIAM SABBATHI.] Hæc est secunda sententia, qua declaratur secundum exemplum, videlicet cur rectè discipulis se sequẽtibus permiserit dominus sabbathi violationem, quẽadmodum sacerdotibus permittitur ob sanctitatem templi cui seruiunt. Aduertendũ autem,quòd hæc sententia cùm à tribus Euãgelistis ponatur, à singulis tamẽ diuersimodè ponitur. Lucas enim eam absolutè ponit, hoc est, vt nec inferatur ex superioribus,nec superiora probet. Nam postquã posuisset exemplum de Dauide, subiicit, *Et dicebat illis, Quia dominus est filius hominis etiam sabbathi.* Vbi coniunctio,*quia*, pro quòd posita, ad sensum supereſt,addita ex phrasi Græca. Matthæus verò eam ponit tanquam causam probatiuam alicuius præcedentis. Nam postquam posuit duo illa exempla, & deinde subiecisset scripturam Oseæ, addidit, *Dominus enim est filius hominis etiam sabbathi.* Vbi coniunctio, *enim*, reddit rationem quare discipulos suos dixerit innocentes, respiciendo ad exemplum secũdum. Marcus verò hanc sententiam ponit inferendo eam ex superiori sententia. Ex eo enim quòd sabbathum propter hominem factum est,bene consequitur filium hominis,hoc est,ipsum Christum esse dominum etiam sabbathi, præsuppositò quòd sit Dominus omniũ hominum, & quòd propter hominis vtilitatem promouendam in hunc mundum venerit. Ex eo enim quòd filius hominis est dominus omnium quæ ordinantur ad humanam salutem, consequitur eum etiam esse dominũ sabbathi ordinati propter hominum vtilitatem,ac proinde ipsum rectè posse violationem sabbathi, quãdo ità hominum exigit vtilitas. Nec ob hanc diuersam huius sententiæ positionem aliqua est inter Euangelistas discordia. Quoniã enim Matthæus omisit illud ex quo hanc sententiam Marcus infert, ideò non posse eam inferendo, sed cum causali cõiunctione, nimirum indicans ad quid probandum dominus hanc sententiam, & conclusionem adduxerit, videlicet ad probandum innocẽtiam discipulorum, ad quam etiam probandam Marcus eam intulit ex superiori sententia. Aduertẽdum secundò omnes Euangelistas, etsi non omnia eadem afferant, duas tamẽ rationes adducere quibus Christus suos excusauit, nempe ratione necessitatis, & ratione suæ autoritatis, omnes etiam vltimo loco adferre eam sententiam, *Dominus est filius hominis etiam sabbathi*; quod ea præcipuam contineret rationẽ excusantẽ discipulos, & ob quam dominus, & nunc permisit hoc factum suis, & aliàs frequenter in sabbatho operatus est, aliósq; quædã operari iussit, videlicet vt Iudæi intelligerent ipsum esse sabbathi ac totius legis & authorem & dominum, qui venerat sabbathum commutare in spirituale sabbathum. Sic enim temperauit Dominus ea quæ in sabbatho operatus est, vel operari alios fecit, vt meritò non possent ea calumniari Iudæi, cùm seruirent gloriæ Dei, & vtilitati hominum, propter quæ sabbathum fuit institutũ, & simul ex ipsis intelligere possent ipsum esse dominum sabbathi ac totius Mosaicæ legis. Porrò factum istud discipulorum, vt alia omnia, etiam antiquissimi patres mysticè interpretantur, idq; dupliciter, videlicet & allegoricè, & moraliter. Et allegoricè quidẽ D. Hilarius, Ambrosius, & Beda intelligunt significatum huiusmodi facto, discipulos, Apostolos, & doctores Euangelicos in sabbatho, hoc est in otio legis, & sabbatho secundo primo, hoc est, in sabbatho Euangelico cum Christo ituros, in agro huius mũdi cœlestis doctrinæ semine seminato, atq; segetes ex hoc semine natas ac maturescentes ad messem ipsos esurientes vellicaturos, & manibus confricaturos, quia scilicet doctores Euangelici hominum salutem esurientes ex agro huius mũdi decerpturi erãt eos qui præordinati erant, & prædestinati horreo regni cœlorũ, quiq; iacto semine verbi Dei in hunc mundũ facti sunt seges bona, quæ digna esset horreo cœlesti, quos etiã sua institutione, & exemplis satagerent à terreno cõtagio mundare, eorumq; salute sese pascere, ac sanctorũ se alere profectu ipsos curaturos. Quod videntes Pharisæi, & Iudæi reprehẽsuri erãt, existimãtes illicitũ in sabbatho legis, Apostolos per totius mundi agrũ discurrentes sese pascere gentiũ profectu. Moraliter autem hoc factum pulchrè Beda sic tractat: Per sata ambulant cum Domino, qui eloquia sacra meditari delectãtur. Esuriũt, cùm in eis panẽ vitæ inuenire desiderant, & hoc in sabbathis, cùm sopita mẽte à turbulẽtis cogitationibus vacare gaudent. Vellunt spicas, & contritas purgãt, donec ad escam perueniãt, cùm testimonia scripturarum ad quę legentes perueniunt, meditando assamunt, & tamdiu discutiunt, donec in his medullam dilectionis inueniant: verùm hæc mentiũ refectio stultis displicet, sed à Domino approbatur. Hæc ille.

Sensus allegoricus.

Sensus moralis.

PHARISÆOS OB SANATAM IN SABBATHO MANVM ARIdam offensos, rursum confutat Dominus. Matth. 12. Marc. 3. Luc. 6.

CAPVT XXXVIII.

ET cùm inde transisset, factum est * & in alio sabbatho †vt intraret b iterum in synagogam eorum, & doceret. Et ecce, erat ibi homo ▷ & manus eius dextera erat arida', b Et obseruabant b eum Scribæ & Pharisæi, b si in sabbatho curaret', vt inuenirent vnde accusarent eum. a Et interrogabant eũ dicentes: Si licet sabbathis curare? vt accusarent eum. Ipse verò sciebat cogitationes eorum, b & ait homini ▷ qui habebat manum aridam: Surge, c & sta b in medium. a Et surgens stetit. b Ait autem ad illos a Iesus, Interrogo vos si licet sabbathis benefacere, an malè? animam saluam facere, an perdere? b At illi tacebant. a Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quãto magis melior est homo oue? Itaque licet sabbathis benefacere. b Et circumspiciens eos b cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, a tunc dicit' homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est b manus ▷ eius a sanitati sicut altera. Ipsi autẽ repleti sunt insipientia. a Exeuntes autẽ Pharisæi b statim cum Herodianis a concilium faciebant aduersum eum quomodo perderẽt eũ, c & colloquebantur adinuicem quidnam facerent Iesu. Iesus autem a sciens b cum discipulis suis c secessit inde b ad mare, & multa turba secuta est eum b à Galilæa & Iudæa, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem multitudo magna, audientes quæ faciebat venerunt ad eum. Et dixit Iesus discipulis suis, vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerẽt eum. Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent quotquot habebant plagas. a Et curauit eos omnes, & præcepit eis ne manifestum eum facerent. b Et spiritus immundi cùm illum videbant, procidebant ei, & clamabant dicẽtes, Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum, a vt impleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicẽtem: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiciat ad victoriam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt.

*autem
†a venit
b. & intrauit.
▷ c. manũ habẽs aridam.
c. obseruabant autẽ
†b. sabbathis.
▷ bo. habenti.
b. Et dixit eis.
†c. circũspectis omnibus
a. ait
c. dixit.
▷ 6. illi
a. sicuti sant eum multi.*

ET CVM INDE TRANSISSET,[c] FACTVM EST ET IN ALIO SABBATHO [†]VT INTRARET [b] ITERVM, &c.] Superiori Pharisæorum calumniæ aliam iam longè iniquiorem, & absurdiorem eorundem calumniam occasione sabbathi etiam natam subiungũt Euangelistæ, quò apertè constaret, & maxima eorum in diiudicando cæcitas, & implacabilis factorum Christi inuidia, cui nullis rationibus, quantumuis efficacibus satisfieri potuit, sed potius semper in peius profecit. Et quidem ex Matthæo intelligi potuisset eadem die istud contigisse qua superius factum. Sic enim narrat quasi sine aliquo medio mox istud consecutum sit superius, sed ex Luca, qui in alio sabbatho factum narrat, constat alio die rem hanc gestam. Nihil autem est repugnantiæ, quòd apud Matthæũ dicuntur Iudæi rogasse Dominum, si liceret sabbathis curare: apud Marcum verò, & Lucam legitur Dominus interrogasse eos. Intelligendum enim secundùm Augustinum in lib. de consensu Euang. 2. quemadmodum indicat Concordia, quòd illi priùs interrogauerint Dominum, *Si licet sabbathis curare?* deinde intelligẽs cogitationes eorum, aditum accusandi quærentium, cõstituit in medio illum quem erat sanaturus, & interrogauit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant, & tunc illis tacentibus proposuit similitudinem, quam habet Matthæus, de oue, concludens alterum eorũ quæ interrogauerat, nempe quod liceret sabbathis benefacere. Cùm enim illi interrogassent, si liceret curare sabbathis: Dominus cõtrà talem proposuit quæstionem, qua manifestum erat quid ad ipsorum respõdendum esset quæstionem, quæstionem scilicet altera quæstione soluens. Aut intelligi potest Matthæum Euangelistam Pharisæis tribuisse illam quæstionem, si liceret Sabbathis curare; eò quòd ipsi obseruantes Dominum si sanaret in sabbatho, huiusmodi quæstionem animo voluebant. Notandum autem, & Marcum cum Luca dicere, obseruasse Pharisæos Dominum si in sabbatho curaret, non vt inde eius potentiam, & bonitatem agnoscerent, & admirarẽtur, sed vt accusarẽt eum. Et Matthæũ similiter dicere, interrogasse eos Dominum si in sabbatho liceret curare, non vt discerent, sed vt accusarent eum. Non enim aut meliores aut doctiores esse quærebant, sed toti in hoc vno erant, vt occasionem aliquam calumniandi Dominum etiam ex re optima inuenirent. Et quidem hac sua quæstione putabant Dominum capiendum vtrumuis responderet. Si enim diceret curare licere, quod eum omnino dicturum putãbant, tanquam contrarium Moysi, & legi erant accusaturi: si verò diceret non licere curare, accusaturi erant eum crudelitatis, aut impotentiæ: aut obiecturi erant, multo ergo minus licuisse discipulis in sabbatho vellere spicas, nec filium hominis esse Dominum sabbathi. Verùm Dominus spiritu diuinitatis suæ sciens cogitationes eorum pulchrè ipsorum versutiam confutauit. Et primùm hominẽ habentem manum aridam & mancam, surgere & in mediũ stare præcepit, idq; tum vt omnes attentos faceret ædẽdo miraculo, tum vt miserabilis hominis calamitas ad misericordiã Pharisæos prouocaret, & à tam iniquo, & sæuo iudicio reuocaret. Ille autem surgens dicitur steriſſe, quod certè illius demonstrabat in Dominum fidem. Deinde cùm sciret eos non moueri affectu pietatis, vincere studet interrogatione duas cõtrarias partes inter se contrarias, vt ex contrariorum inter se comparatione veritas eluceſceret. Non enim quærit solùm si liceat sabbathis benefacere, sed si liceat sabbathis benefacere an malefacere, hoc est, prodesse alicui an nocere: hoc enim significant Græcę dictiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictiones, ἀγαθοποιῆσαι, & κακοποιῆσαι. Et augendo quæstionem adiecit, *animam saluam facere aut perdere*, hoc est, vitam alicuius conseruare an occidere? Nam anima hic pro vita posita est. Ex oppositione enim contrarij quod absurdum erat admittere, insinuat necessariò concedendum esse alterum quod voluit asserere, & tam conuenire sabbatho benefacere quàm non conueniebat malefacere. Cùm enim nullo die liceret malefacere, multo minus licebat illud die sabbathi ob diei sanctitatem: ac proinde contrà cùm omni liceret die benefacere, multò magis die sabbathi licebat, & decebat ob diei sanctitatem. Sic aliquo reprehendente bonum aliquod opus quod facimus, dicere solemus: An nõ licet mihi hoc facere? aut, oportebit me facere quod malum est? Potest, & aliter intelligi in quæstione à Domino appositum esse, an malefacere, & an perdere liceret, videlicet vt significaret non benefacere alicui misero cùm quis possit, esse malefacere: & non seruare vitã alicuius cùm quis possit, esse perdere ipsum, vt sit huiusmodi quæstio planè cornuta interrogatio, hunc habẽs sensum: Libens à vobis didicerim, qui professitemini legis scientiam, vtrum liceat sabbatho beneficio iuuare proximum, an potius deserere proximum in calamitate, cui possis subuenire? Et vtrũ fas est, seruare vitam hominis in sabbatho, an perdere, hoc est, sinere cum perire cùm possis seruare? Perdit enim vitam alterius, qui cùm possit seruare non seruat. Sic quidam. Secundum autem vtramuis intelligentiam patet, quomodo non potuerint respondere Pharisæi, nec licere in sabbathis prodesse, nec licere nocere, sed ad alterũ concedendũ astrictos fuisse. Cùm autem nec respondere auderent licere sabbathis malefacere, aut sinere perire proximũ: nec rursum respondere vellent licere prodesse proximo, ne suis ipsi verbis sibi calumniandi præriperent occasionem, tacere elegerunt. Vbi obseruãda malitiosa Pharisæorum versutia, qui prouocati interrogatione nec respondere potuerunt, nec tamen etiã calumniandi animum deponere. Verùm Domini interea mira bonitas illuxit, qui quamlibet obstinatis rationem etiam præterea quòd sanandus iste sibi esset, summa cum mansuetudine reddidit. Sicque quæstionem tum ab illis, tũ a se propositam, adducto exẽplo quodam ab ipsis petito, soluit vt illos, & auaritiæ condemnet, & immisericordiæ ac cæcitatis extremæ, dum id non permiserunt fieri in homine, quod sibi permiserunt in oue. Et est sensus à Domino intentus iste: Cùm ne vnus quidem vestrum sit, qui etiamsi vnicã tantùm habeat ouem tamen eam cadentẽ sabbatho in foueam, eo quòd aliena ope indigeat, non sit sua manu subleuaturus è fouea, idq; non tam animali quàm suæ auaritiæ, & commodo consulere volens, tanto magis licebit in sabbatho pietatis affectu succurrere homini misero, quanto homo melior est oue. Notandum ergo, argumentum à minori, hoc est, ab eo quod minus videtur licitum in sabbatho, quo argumẽto hic Dominus vtitur, suã vim & efficaciam habere in duobus, videlicet, & in comparatione ouis ad hominem, & in eo quod in subleuatione ouis concurrit affectus proprij lucri, in curatione autem hominis, affectus misericordiæ. Et auaritiæ quidẽ aut proprij lucri affectum notat satis saluator, cùm dicit dominum ouis subleuaturum suam ouem, etiamsi vnicam eam habeat, ex cuius amissione paruũ damnũ incurreret. Videri tamen posset exemplum hoc à Domino adductum non esse proposito conueniens, eo quòd in casu quo ouis aliqua in foueã prolapsa esset, concurrat conditio necessitatis talis, vt peritura sit ouis, si non ea die ei succurratur, qualis necessitas non erat in præsenti ægro, cuius curatio potuisset differri in diem sequentem sine aliquo periculo. Sed dicẽdum, ob id conuenienter adductum hoc exemplum, quòd in subleuatione ouis non spectabatur à subleuantibus necessitas animalis morituri, sed necessitas damni non secuturi. Iam maius damnum, maiusq; malum est hominem vno aliquo die miserum esse & malo aliquo affligi, quã ouem aliquam perire: ergo si ad effugiendum damnũ ouis licuit eam in sabbatho subleuare, multo magis licuit eadem die homini misero subuenire, ad pellẽdũ ab eo maius malũ. Vnde satis intelligere licet quando & quomodo liceat medicis, & chirurgis Iudæorũ subuenire ægris, & vulneratis. Idem dicendũ est de duobus exemplis similibus, quæ simili de causa affert Dominus postea Lucæ 13. & 14. cùm curasset mulierem contractam, & hominem hydropicum.

ET CIRCVMSPICIENS EOS CVM IRA, CONTRISTATVS SVPER CAECITATE. &c. Circumspexit omnes Dominus, si sciret aliquis esset qui quicquam vellet respondere. Circumspexit cum ira, & indignationis declaratione: vt eos hac ratione ad erubescentiam & resipiscentiam permoueret. Fuit autem in Christo quatenus homo erat, vera ira, sicut & vera tristitia: quibus à se assumptis passionibus docemur, virtutem bonũ non debere ab omni passione esse alienum, vt voluerunt Stoici. Fuit tamen in Christo ira, passio non turbans rationem, sed potius propassio non redundans in alias vires, & nec impediens, nec turbans alias animæ actiones, quemadmodum turbat ferè in aliis. Bene autem additur, *constristatus*, vel potius condolens (est enim Græcè συλλυπούμενος) *super cæcitate cordis eorum*, vt intelligatur non iratus fuisse in ipsos homines, sed potius vitio ipsorũ, ipsis autẽ hominibus condoluisse. Hoc est enim perfectæ virtutis, vt ita quidem quis peccanti ex zelo Dei, & virtutis irascatur, vt simul, & affectu charitatis, & misericordiæ condoleat, ira scilicet commota contra vitium, condolentia verò erga homines. Cõdolebat ergo de cæcitate cordis eorum, quòd scilicet qui se professebantur duces cæcorum, ipsi haberent cor inuidia & odio adeò excæcatum, vt clarissimã veritatem etiam postquã ob oculos posita esset, & explicata eis, non cernerent. Porrò Græcè pro ablatiuo, *cæcitate*, est πωρώσει, quæ dictio etiam significat duritiam, idque propriè. Potest ergo sensus esse extensior, Dominum scilicet contristatũ de duritia cordis eorum, nimirum quòd nec aspectu miserabili placarentur, nec sermonem, & rationem cui contradicere non possent, reciperent. Itaque cùm iam Dominus nihil prætermisisset, quo potuisset Pharisæorum malignos animos placare, iamque satis constaret eos nõ tam ignoratione veri quàm obstinata malitia volentes errare, quo nos doceret ob deploratam quorundam malitiam nõ esse abstinendum à iuuandis proximis, aut à quibuslibet bonis operibus, maximè cùm ratio nostri facti illis est exposita, cõuertit se ad hominem, & populo ad rei euentum inhiante dixit homini: *Extende manum tuam*. Vixque ea vox audita est, & homo

extendit manũ subitò sic mutatã, vt suis omnibus officiis fungeretur, sicut altera quæ nunquã manca fuerat. Vbi & hoc notandũ, quòd solo verbo hunc sanauit, non admota manu, aut alia re, quemadmodum aliàs solet. Sed nec homini sanato præcipiens facere aliquid operis, quemadmodum priùs præceperat paralytico, vt Pharisæi iam minus haberent causam insaniendi contra ipsum. Quomodo enim sabbathũ violasset verbo? An verò extensio manus sabbathum potuit violare, cùm quisque Iudæorum in sabbatho frequenter extendat manus, portans etiam cibos, calicemq; porrigens, & cætera quæ erant victui necessaria? Eo sanè nos docuit, non satis habere quòd benefaciamus, sed omnẽ etiam lapidem mouendũ, quòd id fiat cum gratia quorumlibet. Sic enim videmus hîc Christum egisse. Nam primùm malè habentẽ in mediũ statuit, vt vel eius conspecta miseria illi moti agnoscerent pium esse eum etiã sabbatho curare. Tum interrogatione cõmoda monuit, vt nunquã non liceret benefacere, ita multò magis sabbatho. Postremò & ab ipsorũ exemplo idẽ cõprobauit. Cumq; hæc omnia illos non possent mouere vt rectè sentirent, & ferrent misero benefieri, neq; liceat ob illorũ peruersitatem indigẽti beneficiũ negare, ita rem attemperauit, vt iuuaret quidẽ laborantẽ, & illis tamen quàm minimũ daret occasionis succensendi, curans mor bidum solo verbo. Verùm hæc omnia non solùm nihil profecerũt in obstinatis Pharisæis, sed etiam his omnibus sceleratiores facti sunt. Qui enim priùs nec miseria hominis, nec rationibus efficacibus placari potuerunt, iam quoque nec miraculi magnitudine, quod diuinã planè testabatur virtutem, & ipsum curatorem dominũ esse legis & sabbathi, nec eiusdem miraculi modestia quæ adhibita erat, flecti nequiuerunt, sed potius inuidia iam crescente efferati sunt, adeo vt etiam de perdendo ipso consiliũ captarent, idq; cum Herodianis, quibus, vtpotè fauentibus Romanorum parti, nihil magis odibãt aliàs. Vnde bene scripsit Lucas ipsos repletos esse insipiẽtia, aut potius (quod peius est) amentia. Est enim Græcè ἄνοια. quod propriè amentiam significat. Nam quid amẽtia fuerit si hæc non erat, post facti rationem tanta cum modestia redditam, ob beneficium planè diuinũ, tanta etiã cum moderatione præstitum, tanto potuisse odio Dominum prosequi? Hîc obseruãdum, quantum malum sit inuidia, quod nõ potest beneficiis superari vt alia mala, sed potius irritatur, de quo pulchrè Basilius in sermone de inuidia. Et Marcus quidem dicit Pharisæos exeũtes statim captasse consilium cum Herodianis de perdendo Iesu, vt intelligere liceat sabbatho hoc consilium ab eis captatũ, quo iam præpostera eorum religio & amentia magis eluceſcit. Ipsi enim cùm religionis essent proceres, licitum sibi putabant in sabbatho de nece innocentis tractare, cùm illicitum putarent homini miserabili conferre verbo salutẽ sabbatho. Certè ipso iam opere demonstrauerunt se aliter respondere ad quæstionẽ propositã à Domino, quàm dominus ostẽderat esse respondendũ, videlicet quòd liceret sabbathis malefacere & perdere animam. Porrò de Herodianis, de quibus solùm hoc loco fit mentio, & in eo loco vbi proponitur Christo quæstio de soluendo tributo Matt 22. & Marci 12. variè sentitur. Quidam enim putant Herodianos dictos, qui Herodem regem putabant esse Christum. Sic enim sentit etiã Tertul. lib. de præscript.

Herodiani qui sint

A Sed horum sententiam tanquam ridiculam reiicit Hierony. in cõment. supra Matth. ca. 22. Vbi Herodianos esse dicit, milites Herodis, siue quos illudentes Pharisæi, quia Romanis tributa soluebant, Herodianos vocabãt, eo quòd Herodes præfectus esset à Romanis, ipsis tributis recipiendis. Sed harum duarũ sententiarũ prior est verisimilior, quòd scilicet Herodiani dicti sint Herodis milites & serui, non quidem Herodis regis, qui iam mortuus erat, sed Herodis tetrarchæ Galilææ. Cum his ergo consilium captant, eo quòd Dominus esset Galilæus, ac proinde sub potestate Herodis præfecti Galilææ, vbi verisimile est hæc contigisse. Nam tres primi Euangelistæ tantùm describunt gesta in Galilæa, vsque ad tempus passionis proximum. Cæterùm de hoc homine qui hîc sanatus scribitur, sic scribit D. Hieron. In Euangelio quo vtuntur Nazareni & Hebionitæ, quod nuper in Græcum de Hebræo sermone transtulimus, & quod vocatur à plerisque Matthæi authẽticum, homo iste qui aridam habet manum, cementarius scribitur, istiusmodi vocibus auxilium petens: Cementarius eram manibus victum quæritans, precor te Iesu, vt mihi restituas sanitatem, ne turpiter mẽdicem cibos. Hæc ille. Quæ si vera sunt, magis certè hominis miseria cõmoueri debuissent, minus etiam vel hac ratione indignari Domino, quòd precanti opem tulisset. Quòd si autem illa vera non sunt, vt videri potest ex eo quòd verisimile non sit hunc mancum ausum fuisse tale quid in sabbatho præsentibus Pharisæis postulare, obseruanda Domini misericordia & pietas, qui etiam non rogatus miserο opem tulerit. Satis enim ad cõmouendam Dei misericordiam est vel miseriam suam illi proponere. Quod autem ad mysticum attinet huius facti intellectum, allegoricè quidem, secundum Hieronymum, significatum est, quòd vsq; ad aduentum saluatoris arida manus, eaque dextera, fuerit in synagoga Iudæorum, & Dei opera non fiebant in ea: postquam autem ille venit in terras, reddita est in

Mistice interpretatio.

D Apostolis credentibus dextera, & operi pristino restituta. Quem sensum etiã indicat Hilarius adiiciens Dominum docere, Pharisæos non oportere ægrè ferre operationem humanæ salutis in Apostolis, cùm ipsis ad officij eiusdem mysterium manus sit reformanda, si credant. Secundùm Bedam autem & Rabanũ secutos sensum quem indicat Ambrosius, allegoria generalis accipitur, vt scilicet homo iste indicet genus humanum in fœcunditate boni operis arefactum, sed Domini misericordia curatum, cuius dextera in primo parente dum vetitæ arboris poma decerpserat, aruerat, quia à bonis operibus faciẽdis homo torpebat: sinistra verò sana erat, quia suæ vtilitati intendebat, & ad mala operanda facilis erat & expeditus, sed per gratiam redemptoris, reddito bonorũ operum loco restituta est etiam dextera sanitati, vt iam per gratiam Christi curati non segniores sint ad bonum quàm priùs erant ad malum. Moraliter autẽ aridam habet manum dextram, quisquis non operatur quæ sunt dextræ partis, hoc est, quæ sunt virtutis, aut peculiariter quisquis per auaritiam contractã habet manum, & ab omni misericordiæ sensu vacuã, ita vt egenti auxiliarem non porrigas manum. Quisquis autem manus dextræ ariditate laboret: si sanari cupit, veniat in conspectũ Iesu, qui suo illum afflans spiritu, quod mancum erit animabit. Audi (inquit Ambrosius) vocẽ dicentis: *Extende manum*

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuam. Communis ista generalisque medicina est, & tu qui putas manum te habere sanam, vide ne auaritia vel sacrilegio contrahatur. Extende sæpius eam, vt proximum iuues, vt viduæ præsidium feras, eripias iniuriæ quem vides contumeliæ iniustè subiacere, extende ad pauperem qui te obsecrat, extende ad Dominũ pro peccatis tuis. Sic manus extenditur, sic sanatur. Sic Hieroboam manũ cùm idolis sacrificaret contraxit, & rursum cùm Deum rogaret, extendit. Hæc ille.

[c]IESVS AVTEM[a] SCIENS[b] CVM DISCIPVLIS SVIS, [c] SECESSIT[a] INDE[b] AD MARE, &c.] Iesus non ignarus quid molirentur Pharisæi (quid enim eũ latere posset?) rursum sese subduxit, eo quòd nondũ esset tempus quo seipsum traderet voluntati ipsorum. Qua sua subductione veritatem & infirmitatem humanæ naturæ à se assumptæ demonstrare voluit, ac exẽplo docere licitum esse persecutiones impiorũ declinare. Rursum hoc suo recessu nõ tam sibi quàm impiis Pharisæis consulere voluit, videlicet vt eis occasionẽ impij facinoris subtraheret, ac illorum furori cedens, sedationis & resipiscẽtiæ occasionem præberet; docens suo exemplo, nonnunquam ad tẽpus cedendum esse immedicabili malorũ peruicacię, ne prouocati reddantur sceleratiores, sed potius mitigentur & resipiscãt. Hac eadẽ de causa sanatis à se præcepit, &, vt habent Græca, interminatus est, ne manifestum facerẽt eum. Præterquam enim quòd hac ratione demonstrare voluit se à gloriæ cupiditate alienum esse: idem præcepit ne latius increbrescente rumore, Pharisæi magis ac magis accẽderentur. Quòd verò Marcus postquã de expulsis dæmonibus dixit, subiecit: *Et vehementer cõminabatur eis ne manifestarent illum*; si relatiuum, *eis*, ad dæmones referatur, intelligenda est præcepti ratio illa quæ superius est dicta, videlicet quòd nollet se à dæmonibus prædicari, quibus etiã cùm vera dicunt, credendum non est. Potest tamen, & fortasse melius, relatiuum, *eis*, referri ad omnes quos sanabat, vt quod dicit Marcus, idẽ sit cum eo quod dicit Matthæus. Obseruandum autem Domini recessum factum non solũ citra Euangelij dispendiũ, sed etiam cum magno Euãgelici profectus incremẽto. Secedentem enim Dominũ secutæ sunt turbæ à quinq, regionibus collectæ, nempe à Galilæa, à Iudæa, ab Idumæa, à regione trans Iordanem, & regione quæ est circa Tyrum & Sidonem: quo tanquã typo quodam significatum est, Euangelium gentibus prædicandum & recipiendũ, postquam illud reiicerent. Ideo enim omnino videtur Marcus etiam earum regionum feciſſe mentionem quæ habitabantur à gentibus. Obseruãdum secundò, quanta fuerit accurrentium turbarum fides, cùm quotquot habebant plagas, vel solo contactu Christi confiderent se sanandos: quãta rursum Christi benignitas, qui etsi videret eos magis sanitatis corporalis cupidos, quàm doctrinæ spiritualis, ob quam potissimũ venerat, tamen eorum in se fiduciam non reiecit: sed omnes etiam languidos eorum sine discrimine sanare dignatus est. De quo amplius superius cap. 28.

VT IMPLERETVR QVOD DICTVM EST PER ISAIAM PROPHETAM DICENTEM: ECCE PVER MEVS.] Testimonium istud Isaiæ, quod habetur cap. 42. à Matthæo potissimum adductum est, ad testificãdam Domini mansuetudinem in superioribus demõstratam, tum in eo quòd illorum furori cessit, quos potuit multis apertisq; verbis obtrudere, quosq; potuit etiam perdere: tum in eo quòd manifestũ se nollet fieri ab his quos sanabat, ne Pharisæorum animi magis irritarentur: ostendens hac ratione, Euangelicam philosophiam non terroribus, non contiis aut contentionibus esse defendẽdam aduersus rebelles, sed mansuetudine scripturarum. Id enim est quod aperè satis hoc Isaiæ testimoniũ prædicit. Potest tamen etiã videri adductum hoc à Matthæo testimonium, ad ostendendum Euangelium Iudæis repellentibus deferendum ad gentes, per turbas multas sequentes dominum significatas, vt satis insinuat Marcus. Porro testimonium hoc neque omnino secundùm Septuaginta, neque omnino secundùm Hebraicam veritatem adduxit Matthæus, sed in quibusdam magis consentit cum Hebraica veritate, in quibusdam magis cum Septuaginta: quædam etiam omisit in medio, quædam rursum mutauit, quibusdam ad sensus explicationem additis. In principio enim magis cum Hebraica consentit veritate. Nam Septuaginta habent: Ecce Iacob puer meus, assumam eum, Israel electus meus, suscepit illum anima mea. Quasi testimonium hoc pertineret non ad Messiam, sed ad populum Israeliticum, cùm in Hebræo non sint illa nomina, Iacob & Israel. Certè etiam Chaldæus paraphrastes (sicut & omnes Iudæi) de Christo hunc locum intellexit, vertit enim: Ecce seruus meus Messchia, &c. In vltima verò testimonij parte cum Septuaginta magis consentit. Nam & illi habent; in nomine eius gentes sperabunt; cùm Hebræa habeant; & legem eius insulæ expectabunt; quomodo etiam vertit Hieronymus, vel, & in lege eius insulæ sperabunt. Aduertendum deinde, quòd quanquam totum testimonium possit intelligi de Christo, quatenus homine, quædam tamen esse quæ ei magis competunt secundum diuinitatem ipsius, vt illud; *dilectus meus in quo complacuit animæ meæ.* Porrò cùm dictio, *puer*, ambigua sit, vt quæ dicatur & de seruo, & de filio, quemadmodum & Græca dictio hoc loco posita, παῖς, quibusdam placet hîc puerũ accipi pro filio, quòd nomen filij potius quadret in Dominum quàm nomen serui. Verùm obstat Hebraica dictio עבר hoc loco posita, quæ eam non habet ambiguitatem, quamuis id putet quidam, sed tantùm seruum & ministrum significat, nunquam verò filium. Vnde Hyeronym. vertit: *Ecce seruus meus.* Et seruus quidem rectè Christus dicitur, tũ propter assumptam humanitatem, ratione cuius Paulus, Exinaniuit, inquit, semetipsum, formam serui accipiens; tum propter ministerium illud, ad quod in assumpta humanitate nobis exhibendum missus fuit à patre. Sensus ergo est: Ecce seruus meus quem elegi, præ omnibus scilicet creaturis rationalibus, (pro quo Hebraicè est, innitar in eo: Hieronymus verò vertit, suscipiam eum) ecce dilectus meus in quo vnicè & singulariter bene animæ meæ (hoc est, mihi) complacuit, sine scilicet admixtione alicuius displicentiæ, & sic vt per eum solum in multis hominibus complacitum sit mihi. Dicit autem, *animæ meæ*, metaphoricè sibi animam tribuens, vt significaret sibi ex intimo affectu optimè complacitum in filio. Sequitur. *Ponam* (pro quo Septuaginta & Hebræa habent præteritum, posui) *spiritum meum super eum*, secundum illud Isaiæ 11. Et requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, &c. Quod etiam visibiliter impletum

impletum est, cùm in Iordanis super Christum in specie columbæ descendit spiritus sanctus, patre dicente quæ hic præcedunt in Isaia: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Per hunc autem spiritũ meum proferet, & annunciabit, non solùm populo Israëlitico, sed etiam omnibus gentibus, quæ anteà in vanitate sensus sui ambulauerũt, iudicium, hoc est, id quod iustũ est & æquum, per legem scilicet suam Euãgelicam eos instruens de iustitia solida quam priùs ignorauerunt. Quoniam autem istud futurum erat summa cum mansuetudine, placiditate, & suauitate, & non per vim aut tumultum, sicut Zacha. 9. prædictum est: Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus &c. ob id vates subiicit: *Non contendet* (hoc est, non litigabit, neque clamabit aduersus contentiosos) *neque vocem eius tumultuosam aut iactabundam quisquam audiet in plateis*, quemadmodum solent facere qui lingua belligerantur, aut seipsos iactant: sed audietur vox doctrinæ ipsius in synagogis, circa mare, in deserto, aliisq; locis doctrinæ accommodis. Hanc partem sic ex Hebræo vertit Hieronymus: *Non clamabit: neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris.* In Hebræo tamen non est, *neque accipiet personam*, sed tantùm verbum ישׂא quod significat vel accipiet, vt subintelligatur personam, vel tollet, vt subintelligatur vocem suam, quemadmodum in cõmentariis indicat etiam posse accipi Hieronymus, & quomodo vt accipiatur locus iste postulat. Et quod Hieronymus vertit foris, Hebraicè est בחוץ quod potius est, vt hic habet Matthæus, *in platea.* Hæc ergo est potissima huius testimonij pars, ob quam testimonium hoc Matthæus adduxit, quam etiam per sequẽtia confirmat dicens: *Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet*; quæ cùm valde variè exponantur à diuersis, rectè sic accipiuntur simpliciter, secundùm Chrysostomum, & Theophylactum, vt significetur Dominũ noluisse hostes suos perdere, quos tamẽ tam facile ei perdere fuisset, quàm est facile arundinem quassatam confringere, & conterere, aut linum tantùm fumigans extinguere, vt ad significandum infirmitatem Pharisæorum, & omnium hostium Christi cõparatam ad potẽtiam diuinitatis Christi, hostes Domini arundini, eique quassatæ hîc comparari intelligitur, & lino fumiganti. Et bene quidem lino fumiganti, ad designandum etiam furorem eorum, quo accensi erant contra Dominum: sed quorum furorem tam facile fuisset Christo extinguere, quàm facile est linum non ardens, sed fumigans tantùm extinguere. Vel secundùm Hieronymum, & Hilarium, significatur dominum infirmos & imbecilles, in quibus adhuc est aliquid bonæ spei reliquum, ac scintilla aliqua fidei vel cognitionis ac charitatis diuinæ, non oppressurum contentione, clamore & indignatione, sed contrà potius mansuetudine sua ipsum eos foturũ, vt fitmiores fiant, & in Dei cognitione atque amore magis illuminati & accẽsi. Iam verò in his quæ sequũtur quædã omissa sunt, quædam mutata. Nam Hebræa veritas secundùm Hiero. versionẽ sic habet: In veritate educet iudicium. Non erit tristis, neq; turbulentus (pro quo rectius Hebræa sic vertuntur: Non caligabit, nec frangetur viribus, vel non festinabit, hoc est, non præcipitanter proferet sententiam) donec ponat in terra iudicium, & legem eius insulæ expectabũt. Septuaginta verò sic: In veritate reducet iudicium. Splendebit, & non cõteretur, donec ponat super terram iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt: D. Hierony. existimans illam partem; *donec eiiciat ad victoriam iudicium*; positam hic pro eo quod est in Hebræo, in veritate educet iudicium, vt in veritate educere iudicium, sit efficere vt iudicium verum appareat omnibus, quod est facere vt iudicium, & cognitio veritatis vincat; putat super Isaiam, & in quæstionibus ad Algariam omnia hæc: Non erit tristis neq; turbulentus, donec ponat in terra iudiciũ; omissa vitio primi scriptoris, qui (quod sæpenumero fit) quæ interceſſerũt inter iudicium & iudicium, oblitus omiserit. Verùm cùm propter aduerbium, *donec*, hæc pars; *donec eiiciat ad victoriam iudicium*; videatur potius respondere illi parti, donec ponat in terra iudicium, non videtur scriptoris vitio tribuendam illorum omissionem, sed potius Euãgelistam de industria illa omisisse, quòd suo proposito non seruirẽt, sicut etiam illud, donec ponat in terra iudiciũ, mutauit prout magis proposito suo conueniebat, non tamen à sensu originalis loci recedens. Quid est enim aliud facere vt iudicium in terra vincat, & vbique obtineat quàm ponere in terra iudicium, nisi quòd illud est efficacius? Porrò pars hæc, *donec eiiciat ad victoriam iudiciũ*, à Chrysostomo & Theophylacto sic intelligitur, cõueniẽter ad sensum quem intelligunt in verbis præcedentibus, Tamdiu tolerabit mansuetè & patienter Iudæos hostes suos, donec produxerit iustum suum iudicium ad victoriam, hoc est donec manifestũ fecerit iustè se abiecisse Iudæos, nec illos habere aliquam iustam contradicẽdi suo iudicio occasionem, vesania scilicet ipsorum eò prorumpẽte, vt omnes intelligant eos meritò repulsos. Tamdiu, inquam, tolerabit eos, quia postea de eis sumet vltionem, conterendo arundinẽ, & extinguendo linum fumigans, quemadmodum fecit in Iudæis per Romanos sub Vespasiano & Tito. Secundùm Hieronymum autem & Hilarium consequenter ad sensum quem intelligũt in verbis superioribus, sic intelligitur: Tamdiu Dominus infirmos & imbecilles in tẽpore isto pœnitentię fouebit, inuitans eos ad maius robur, ac lumẽ, charitatemque perfectiorem, donec sublata mortis potestate redeat ad iudicandũ orbem, quando eius iudiciũ deducetur ad victoriam: cùm interea temporis videatur iam suppressum esse. Verùm & si locus Isaiæ diligenter spectetur: & scopus item Euangelistæ, videtur rectius aduerbium, *donec*, hîc non accipiendum, vt significet certum temporis spatium: post quod futurum sit quod vsque ad illud tempus dicebatur non factum esse: sed quomodo frequenter accipitur in scripturis: vt tantùm significet rei alicuius euẽtum & consecutionem, vt sit sensus: Infirmos, & imbecilles sua mansuetudine fouebit, & tolerabit: ita vt hac ratione tandem futurum sit, vt iudicium eius quod gentibus annunciare venerat: ad victoriam perducatur, veritate scilicet vbiq; obtinente, & in toto orbe recepta. Vnde bene subiicitur. *Et in nomine eius gentes sperabunt*, tunc scilicet postquam ad victoriam iudicium deductum est. Quod idem est cum eo quod habent Hebræa: legem eius insulæ expectabunt: hoc est, desideranter susscipient. Qui enim legem eius susscipit, & in ea sperat saluari; sperat etiam salutem consequi per nomen eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELECTIS DVODECIM APOSTOLIS, DISSERIT DOMINVS
in quibus sita sit beatitudo. Matth. 5. Marci 3. Lucæ 6.

CAPVT XXXIX

[a] autem
[b] ascendens
▷ venerunt
‖ Et imposuit Simoni nomen Petrum. Marcus nō pauca recēset Apostolos, sed post tres primos Petrum, Iacobum, & Ioannem, sic continuat: Et Andreā, & Philippū & Bartholomæū & Matthæum & Thomam, & Iacobi Alphæi, & Thaddæum, & Simonē Cananæū & Iudā Iacobi qui & tradidit illum
† c. dicebat
▷ c. quia vestrum. ‖ c. Deū
† c. qui nunciastis quia videbitis.
▷ c. ulc esuritis, quia saturabimini.
† o. eritis
▷ a o. maledixerint sic quoniā † c. o. multa.
▷ c. o. cæteris
‖ e. secundū hæc enim faciebant prophetis.
B. 9. 71. C. 14. 92. B. 4. 51. C. 8. 51. C. 11. 94

[a] FACTVM EST AUTEM IN ILLIS DIEBVS [a] VIDENS IESVS TVRBAS, [c] ASCENDIT.] Vt constituatur ordo sequentium cum superioribus, imprimis sciendum non posse superioribus statim subnecti quæ apud Matthæum sequūtur, quanquam vtatur Matthæus dictione, quæ continuam ad superiorē sequelam significare videatur, cùm dicat: *Tunc obtulerunt ei dæmonium habens*, &c. Nam huius dæmoniaci curationē nō in secessu superiori factam, sed in domo, ac Pharisæorum & Scribarum præsentia, patet satis ex his quæ sequūtur in Matthæo, & multo magis ex Marco, qui etsi non faciat mentionem istius dæmoniaci, tamen cùm non tacuerit calumniam Pharisæorū natā dæmoniaci huius occasione, & responsionē Christi, satis ex eo etiam patet, ante dæmoniaci huius curationem factam esse in more Apostolorum duodecim electionem, quam superioribus subiungit Marcus, sicut, & Lucas: quorum vterque satis significat in secessu illo de quo superius, factam esse in monte, (quò Dominus ascēderat, turbas vitare volens) illam Apostolorum electionem. Proinde quemadmodū cùm Matthæus dicit, *in illo tempore*, non debet accipi certum illud tempus, quo quæ apud ipsum præcedunt, gesta sunt frequenter, generaliter totum tempus prædicationis Christi demōstratur: ita & hic dicendum est de aduerbio, *tunc*, quod idem est quod, *in illo tempore*. Cùm autem ex Marco simul, & Luca multum sit verisimile, in secessu illo superiori contigisse Apostolorum electionē, atque

[c] Actum est autem in illis diebus, exiit, [b] & [a] videns † Iesus turbas, † ascendit [c] montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cū dies factus esset, [b] vocauit [b] ad se quos voluit ipse [c] discipulos suos, † cū sedisset, ▷ [c] accesserunt ad eū [a] discipuli eius. [c] Et elegit duodecim ex ipsis, [a] & fecit vt essent duodecim cū illo, vt mitteret eos prædicare. Et dedit eis potestatē curādi infirmitates, & eiiciendi dæmonia, [c] quos & Apostolos nominauit. ‖ [b] Simonē quē cognominauit Petrum & Andreā fratrē eius, Iacobum [b] Zebedæi, [b] & Ioannem [a] fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges quod est filij tonitrui. [b] Philippū & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonem, qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, [b] Thadæū, & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor. [c] Et descēdens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorū eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalē, & maritima Tyri & Sidonis, qui venerāt vt audirent eum, & sanarentur à lāguoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabātur. Et omnis turba quærebat eū tāgere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. † Et [c] ipse eleuatis oculis in discipulos suos, [a] aperiens os suum, docebat eos, † † dicēs: Beati pauperes [a] spiritu, ▷ † quoniam ipsorum est regnum ‖ cœlorum. [a] Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrā. † Beati † qui lugent, quoniā ipsi consolabūtur. Beati qui ▷ esuriunt [a] & sitiunt iustitiam, † quoniam ipsi saturabuntur. [a] Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū videbūt. Beati pacifici, quoniā filij Dei vocabūtur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniā ipsorum est regnū cœlorū. † Beati † estis cùm vos oderint homines, & cùm separauerint vos, & ▷ exprobrauerint vobis homines, [c] & eiecerint nomen vestrū tanquam malum, [a] & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malū aduersum vos mentiētes, † propter me filium hominis. † Gaudete in illa die, † & exultate, [c] ecce ‖ † enim merces vestra † copiosa est in △ cœlis: ‖ Sic enim persecuti sunt prophetas [b] qui fuerūt ante vos, [c] patres eorū. Veruntamen væ vobis diuitibus, qui habetis consolationē vestrā. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cùm benedixerint vos omnes homines. Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. [a] Vos estis sal terræ: ‖ Quod si sal euanuerit, quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, ‖ neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.

A mox post eam electionē Lucas describat habitum sermonem à beatitudinibus incipiētem, similem prolixo sermoni quem persequitur Matthæus cap. 5. 6. & 7. videndū num sermo quem habet Lucas, idem sit cum sermone Matthæi, vt hinc cōstet an hoc loco inserēda sint illa Matthæi capita, necne. Et quidem plerique diuersum putant, eo quòd Lucas omnino videatur significare, Dominū suū sermonem habuisse nō in monte, sed in loco campestri, idque stando: Matthæus verò sermonem à se descriptum videtur significare habitū in monte, idéque à Domino sedente. Meritò tamen videtur non debere esse dubium quin vnus idémque sit sermo, eodem & tempore & loco habitus, cùm vtriusque idem sit & principium & finis, & quæcunque in medio habet Lucas, eadē & Matthæus habeat, quamuis latius & plura cōplectens. Vterque enim à beatitudinibus incipit, vterque desinit concludendo suum sermonē de homine prudente qui ædificauit supra petram, vterque etiam post suum sermonem seruū Centurionis sanatum describit. Quæ adeò mouerunt D. Augustinum, vt dum libr. 2. de cōsensu Euangelist. disputat de hoc argumento, omnino putet, si modò diuersi sint sermones à Matthæo & Luca descripti (quod tamen ibi non asserit, sed & modum ostendit quo intelligi potest sine Euangelistarum repugnantia, eundem esse sermonem) habitos tamen vno eodemq; die, & Matthæi quidem sermonem priùs habitum in monte præsentibus tantū discipulis. Lucæ verò sermonē deinde habitum in loco campestri post descensum

descensum è monte, audientibus omnibus turbis. Sed hanc sententiam non esse verisimilem, ex eo satis probatur, quòd post sermonē à Matthæo descriptum subiungatur: *Et factum est, cùm consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius.* Vnde constat illum sermonem turbis audientibus habitum. Itaque quo dissoluatur dissonantia illa, quæ videtur esse inter Matthæum & Lucam, dum quis asserere vult eundē vtriusq; esse sermonem, sciendum ea quæ à Matthæo breuitati ferè studente in recensendis factis Christi, verba verò Christi prolixius referente, omissa sunt, à Luca, vt & aliàs, fusius esse explicata. Nam quod Matthæus dixit: *Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem*; latius exposuit Lucas, indicans ad quid ascenderit, quidue in monte egerit, dicens. *Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Quod verò Matthæus subiicit; *& cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius*; latius explicat Lucas, exponens quando & qua ratione factum est vt ad Christum accederent discipuli. *Et cùm* (inquit) *dies factus esset, vocauit discipulos suos.* Quod & Marcus sic habet: *Et ascendens in montem, vocauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum.* Postea describunt hi duo electionem duodecim Apostolorum, quam Matthæus omisit, vt & descensum de monte cum suis discipulis in locum campestrem tacuit, quem Lucas describit. Quod autem Matthæus subiungit; *Et aperiens os suum docebat eos dicens*; id Lucas post descriptum descensum sic extulit: *Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat.* Sic nihil erit pugnantiæ, aut de loco in quo sermo sequens est habitus, aut de corporis statu & dispositione in qua sermonem habuit Dominus, videlicet an stando, an sedendo. Matthæus enim in montem conscendisse Dominum scribit, quemadmodum & Lucas, & sedisse cùm accederent ad eum discipuli; non asserit autem ipsum aut in monte aut sedendo habuisse hunc sermonem, sed tantùm dicit; *aperiens os suum docebat eos dicens*; quod vbi fecerit, & quo corporis habitu, omnino videtur explicuisse Lucas, videlicet stans in loco campestri. Et sanè ex ipso Matthæo satis colligere licet, non habitum sermonem à Domino sedente in monte. Nam cùm dicit: *Videns turbas ascendit in montem*: significat eum declinasse turbas: cúmque subiicit, *& cùm sedisset accesserunt ad eum discipuli eius*: significat vtique turbas non accessisse ad Dominum sedentem in monte, & tamen in fine significat etiam turbas audisse hunc sermonem: non ergo in monte, quò non accesserunt turbæ, habitus est sermo, sed in loco cāpestri, quò ad eas Dominus accessit. Quod si quæratur, quorsum ergo Matthæus scribit Dominum in montem ascendisse, & sedisse in eo, si non voluit significare, in eo habitum sermonem à Domino sedente? Nihil enim alioqui significabitur ab ipso factum in monte, nihilque significabitur propter quid sederit: dicendum, Matthæum volentem in principio prædicationis Christi ponere summam Euangelicæ prædicationis & perfectionis, non potuisse electionē Apostolorum in monte factam præponere, eò quòd nondum suam vocationem ad sequelam Christi descripsisset. Montis tamen & accessus discipulorum ad Christum fecisse mentionem, vt significaret legem Euangelicam, quæ sermone hoc continetur, è monte profectam, sicut & veterem legē, & potissimum hunc

A sermonem dictum esse discipulis & Apostolis quibus quædam partes propriæ sunt. Quod & Lucas significare volens dixit: *Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat.* Aut dicendum aliter, secundùm Augustinum, in aliqua excelsiore parte montis, primò cùm solis discipulis Dominum fuisse, quando ex eis duodecim elegit: deinde cum illis descendisse non de mōte penitus, sed de ipsa montis celsitudine in campestrem locum, id est, in aliquam æqualitatem quæ in latere montis erat, & multas turbas capere poterat, atque ibi stetisse, donec ad eum turbæ congregarentur, ac postea cùm
B sedisset, accessisse propinquius discipulos eius, atque ita illis cæterisq; præsentibus vnum habuisse sermonem, quem Matthæus & Lucas narrauerunt. Secundùm priorem modum illud Matthæi: *Et cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius*, in Concordia collocandum est ante illud quod in Luca & Marco dicitur de electione Apostolorum. Secundùm posteriorem verò modū, illud collocandum esset post electionem & descensum è monte, ante illud Lucæ: *& ipse eleuatis oculis*, &c. Iam ad singula enarranda descendamus.

C [c] FACTVM EST AVTEM IN ILLIS DIEBVS, EXIIT, [b] ET [a] VIDENS IESVS TVRBAS. [c] ASCENDIT.] Quod dicit Lucas Dominum exiisse, videtur intelligendum de illo secessu quem superius latius explicauerunt Matthæus & Marcus: proinde quod dicit Lucas: *Exiit in montem orare*: non sic accipiendum, quasi sine omni intermedio oratio exitū secuta sit, cùm Marcus cum superius è nauicula dixerit post exitum è ciuitate & synagoga docuisse turbas, & sanasse languidos: sed intelligendū post sermonem è nauicula habitum, vespere aduenientе Dominum ascendisse in montem, ibiq; orasse. Obseruandum autem, Dominum cùm orare veller, turbas deseruisse, in
D montem ascendisse, & noctem orationi delegisse. Sic enim docuit orantem debere quærere secretum, tumultum fugere, mentem à terrenis ad sublimia subleuare, ac nōctem orationi esse accommodam: sicut dies docendis aliis, ac quouis modo iuuandis proximis est accommoda. Nocturno enim tempore ipsa quies corporis à suis officiis mentem distrahentibus, ipsæq; tenebræ, ac denique silentium ipsum, apriorem faciunt animam ad orationem, & spiritus in Deum eleuationem, ac contemplationem rerum diuinarum, & expensionem nostrorum operum, ac voluntatis diuinæ. Quòd autem nunc Dominus orauerit, atque in oratione
E etiam pernoctauerit, præter generalem illam rationem ob quam frequenter solitus fuit orare, nimirum propter electorum salutem, & Euangelij profectum, nunc speciali etiam ratione ideo orabat, idéque tam instanter, quoniam è discipulis suis multis, duodecim iam electurus erat, quos Euangelicæ prædicationis haberet cooperatores, & docturus iam erat Euangelicæ prædicationis & perfectionis summam. Cùm enim iam cooperariis sibi opus esset, tantis hominum turbis accurrentibus, & futuro cœlorum regno fœliciter præludentibus, agnoscens patris donum esse, extrudere in messem suam idoneos operarios, ad ipsum secessit, precatus vt instantem Apostolorum electionem dirigere, & prosperam reddere dignaretur. Qua sua oratione dispensatorie propter nos suscepta, primùm declarauit quàm fuerit sibi cordi nostra salus, qui tam anxiè & instanter patrem

Universidad de Deusto
Biblioteca

orauit, vt nascentis nouæ Ecclesiæ idoneos ministros & duces sibi designaret, vtque illos suo spiritu donaret, vt quamplurimi per prædicationem ipsorum regno Dei adducerentur. Si autem nostra salus tam fuit cordi Christo, quàm eadem nobis cordi esse debet? Quid enim (inquit Ambrosius) te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Secundò, docuit quanta cura & circumspectione ecclesiarum ministri sint deligendi, quantáve religione Deo sit supplicandum, vt ostendat quos delegerit. Quod ab Apostolis studiosè factum legimus Act. 1. cùm in locum Iudæ alium subrogare vellent. Et in genere quidem docuit, obnixè orandum Deum quotiescunque pietatis aliquod officium est aggrediendum: & si quid voluerimus auspicari quod fœlix faustúmque esse volumus, à deprecatione auspicandum, vt Deus nostris cœptis dexter ac fauens aspiret.

cET CVM DIES FACTVS ESSET, hVOCAVIT bAD SE QVOS VOLVIT IPSE cDISCIPVLOS.] Hinc patet, quare Dominus conspectis turbis in montem conscenderit, ibique per noctem orauerit, nimirũ pro deligendis Apostolis in salutem turbarum. Quod autem ex multis adeò discipulis suis, quorum, vt Lucas postea dicit, turbam habuit, duodecim selegit, quos Apostolos nominauit & constituit, quos & voluit peculiariter secum esse, hoc est, indiuiduos habere comites, & deinde emittere primùm ad prædicandum Euangelium regni, cum potestate curandi infirmos, & eiiciendi dæmones, præcipua causa esse videtur, vt sicut duodecim erant tribus populi Dei, ad quem suos mittere voluit: sic & essent duodecim qui mitterentur, veluti principes duodecim tribuum Israel. Quamuis autem ad prædicandum tribubus Israel primùm missi sint, sunt tamen etiam ad prædicandum postea gentibus ordinati, idque in numero duodenario, ideo conuenienter, quia duodecim tribus Israel, typus quidam erant totius populi Dei ex omnibus gentibus colligendi. Sicut ergo per duodecim tribus designatus est vniuersus Dei populus, ita duodecim esse conueniebat, qui primi essent authores congregandi verum Israel, hoc est, quicquid vbique erat filiorum Dei. Sunt qui dicant, morem Iudæis fuisse, in rebus grauioribus contestandis duodecim testes adducere. Sic ergo & Dominum ad contestandum Euangelium suum, hos duodecim testes deputasse. Verùm prior ratio satis subindicata est à Domino, cùm dicit Apostolos suos veluti duodecim principes populi Dei sessuros super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Hic autem duodenarius Apostolorum numerus per multas figuras in veteri testamento præsignatus est, videlicet per duodecim filios Iacob, per duodecim principes Israel, per duodecim fontes inuentos in Helim, per duodecim adolescentes offerentes hostias pacificas, & holocausta post lectam legem Domini, per duodecim lapides in rationali Aaron, per duodecim panes propositionis, per duodecim exploratores missos à Moyse, per duodecim lapides. Vnde 3. Reg. 18. factum est altare ab Elia, per duodecim lapides sublatos de Iordane, per duodecim boues qui sustinebant mare æneum, per duodecim iudices quorum meminit liber Iudicum, qui præfuerunt populo Israelitico post Iesum Naue. Similes enim sunt duodecim Apostoli adolescentibus illis duodecim, de quibus Exodi 24. Nam prædicando Iesum Christum, & hunc crucifixum, factumq́, holocaustum & hostiam pacificam pro electis, quo gratiæ fœdus inter Deum & illos confirmatur, qui recipiunt se, victores secundum legẽ Dei, electi nostri sacerdotes ac ceu præsules fuere. Sunt & sicut gemmæ quas in pectore suoverus Aaron noster summus sacerdos, gestauit, in ipsis & per ipsos declarans, verè se in pectore gestare omnem populum Israel, charitate ineffabili, qua & pro eodem mori voluit. In nouo etiam testamento numerus hic duodecim Apostolorum designatus est, per duodecim stellas in corona sponsæ, per duodecim fundamenta, pérque duodecim portas nouæ Hierusalem, quæ in spiritu vidit Ioannes. Notandum autem quòd dicit Marcus elegisse Dominum eos quos voluit ipse. Id enim significat & Christi in deligendo diuinam autoritatem, & non fuisse eorum qui vocati sunt meriti & studij vt vocarentur, sed diuinæ tantùm dignationis. Videdum autem quales diuina dignatio deligere voluerit, humiles scilicet, tenues ac idiotas: non potentes, sapientes, aut nobiles, ne intuitu diuitiarum, vel nobilitatis aliquos ad suam gratiam traxisse videretur, neq; Euãgelij victoria humanæ prudentiæ vel potentiæ tribueretur, sed tantum prædicationis veritati, & crucis suæ efficaciæ, & vt per stulta & infirma mundi, sapientes & fortes confunderet. In montem autem vocat quos ordinaturus erat Apostolos, atque in monte eos Apostolos constituit, eo quòd eos euocabat ad sublimitatem Euangelicæ perfectionis, quam & mox erat traditurus; quodq́; eos iam constitueret velut ciuitatem in monte ædificatam, quæ abscõdi non potest, sed omnium semper oculis exposita, vt in sequenti sermone dicitur. Non veniunt autem in montem nisi vocati à Christo. Nemo enim ad sublimitatẽ Euangelicæ perfectionis ascendere potest, nisi vocante Domino. Quòd si quæratur cur etiam Iudam proditorem in numerum Apostolorum delegerit, maximè cùm orationem præmiserit: qua, vt dictum est, precabatur electionem suam dirigi à patre vt idonei essent qui deligerentur: dicendum, singulari id Dei dispensatione factum esse. Et secundùm Theophylactum id factum est, eo quòd pro illo tempore Iudas bonus esset, & Apostolatu non indignus, vt discamus quòd non propter futuram malitiam Deus quenquam aspernetur mala operaturum, sed propter præsentem virtutẽ etiam honorat quem scit futurũ malum. Verùm incertum an tempore electionis Iudas fuerit bonus, an potius ab ipso principio malus, cùm multò antequam de tradendo Domino Iudas cogitaret, dixerit de ipso Dominus: Ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est. Proinde omissa illa ratione, quæ tamen latius expendetur circa illum Ioannis locum, dicendum primò ideo à Domino factũ, quia patri visum fuit, & in scripturis prædictum, vt ab intimo suo discipulo in mortem traderetur. Secundò, vt ostenderet fieri non posse quin in Ecclesia bonis mali sint permixti, nec ita nos cautos esse posse in deligendis ad sacra munia ministris, quin & eos aliquando deligamus qui vel sunt mali, vel futuri sunt mali: ferẽdos tamen esse, donec ipsi se perdãt, aut prodãt, nec eos quorũ interest in Ecclesiam aliquos recipere, aut ad sacra ministeria aliquẽ deligere culpandos esse, si post expensionẽ eorum quæ humanitus illis patere possunt, & preces ad Deum

Electio duodecim discipulorum.

Iudas electus in Apostolatum.

Iesus.6.

fusas, quidam deligẽtur fucati, aut postea mali futuri. Has duas rationes paucis cõplexus est Aug. li. 18. de ciuit. Dei, sic scribens. Habuit inter Apostolos vnum, quò malo vtens bene, & suæ passionis impleret dispositum; & Ecclesiæ suæ tolerãdorum malorum præberet exemplum. Indicat & Ambrosius alias duas rationes electionis Iudæ, videlicet in commendationem veritatis Euangelicæ, & in commendationem charitatis Christi ergà nos, ac pietatis erga malos, & hostes suos, dum illum sibi tam familiarem fecit, à quo sciebat se morti tradendum pro salute nostra. Sic enim Ambrosius super Lucam, Eligitur, & Iudas, non per imprudentiam, sed per prouidentiam. Quanta est veritas, quam nec aduersarius minister infirmat! Quanta moralitas Domini, qui periclitari magis apud nos iudicium suum quàm affectum maluit! Susceperat enim hominis fragilitatem, & ideo nec has partes recusauit infirmitatis humanæ. Voluit deseri, voluit prodi, voluit ab Apostolo tradi, vt tu, si à socio desertus, si à socio proditus fueris, moderatè feras tuum erasse iudicium, periisse beneficium. Hæc ille. Porrò Marcus duodecim Apostolos electos explicat propter duo, videlicet vt essent cum illo, hoc est, vt familiarissimè illi adhærerent, & velut fidei satellites magni principis, & regis, nunquam à latere eius discederent: & vt cùm posceret res Euangelica, mitteret eos, veluti legatos à latere prædicaturos quæ à rege suo didicissent. Quorum duorũm primum quidem pertinet ad proprium Apostolorum profectum, quem consecuturi erant ex familiari conuersione cum Christo, per quam familiarius mysteria regni cælorum discere, & sanctos Domini mores conspicere dabatur: secundum verò ad profectum, & vtilitatem populorum pertinet, quòd necessariò præsupponit primum. Quoniam autem quos delegerat Dominus, erant ignobiles, tenues, & idiotæ, nihil regale præ se ferentes, quum promissuri tamen essent regnum Dei, ne contemneretur eorum authoritas, addidit eis potestatem sibi alioqui propriã, quomodo legatis suis principes contradere solent suam potestatem, quatenus ad legationem eorum est necessarium. Addidit enim potestatem, quam nulli huius mundi monarchæ suis legatis dare possunt, nimirum vt in nomine Iesu, & curarent omnẽ infirmitatem, & eiicerent dæmonia. Vnde dicit Marcus, *Et dedit eis potestatem*, &c. Sciendum tamen Græca non habere, *Et dedit*, sed καὶ ἔδωκεν hoc est, habere, vel vt haberent. Pendet enim à superioribus, *vt essent secum*; &, *vt mitteret*; &, *vt daret eis potestatem*, &c. ita vt tria significentur ad quæ delecti sunt isti duodecim, sed quorum tertium pertinet ad secundum, eiq́; annexum est. Non enim videtur intelligendum, in hac electione datam Apostolis potestatem curandi infirmitates, quemadmodũ nostra litera significat, sed electos hos esse vt suo tempore daret eis hanc potestatem, nimirum cùm eos esset missurus. Tunc enim, vt habet Matth. cap. 10. & Marc. cap. 6. & Lucas cap. 9. dedit eis hanc potestatem, non ergo eandem priùs ipsis dederat. Obseruandum autem, Dominũ nouo horum delectorum ministerio nouum etiam indidisse nomen, & id quidem conuenientissimum, nimirum quòd non tam esset dignitatis nomen quàm officij, quódq; & ipsos electos sui commonebat officij, & ipsis populis quibus erant prædicaturi, ipsos commendatiores reddidit, tanquam non suam, sed Dei, & Christi à quo missi erant, gloriam quærentes, neque à seipsis prædicandi officium vendicãtes. Apostolus enim Græca dictio, Latinis sonat idem quod, missus nuntius. Non tamen omnis nuntius ab aliquo missus, Græcis dicitur Apostolus, vt non tabellio, sed qui ore negotium agit quod accepit in mandatis, quiq; ore aliquid nũtiat, qualem Latini legatum vel oratorem vocant. Vnde Paulus & Petrus se vocant Apostolos Iesu Christi, quia scilicet in mãdatis habebant à Iesu Christo prædicare de ipso. Sicut autem nomen, episcopus, factum est ex vsu Ecclesiastico nomen dignitatis: ita, & nomen Apostoli, ex hac Domini impositione factum est in scripturarum vsu dignitatis nomen: sicut & apud Athenienses aliquando nomen hoc fuit nomen principatus, cuius officium erat rectè atq; ordine curare instrueréq; classem. Nam & verbum ἀποστέλλω, vnde deriuatur ἀπόστολος, significat cursum nauis dirigere, & de dirigendis nauibus disponere, & constituere. Ponitur autem à Marco simul & Luca catalogus Apostolorum, vt extra hos qui pseudoapostoli futuri erant, excludantur, & qui veri sunt dignoscantur: sed à Luca quidem per paria recensentur Apostoli, quemadmodum, & postea à Matthæo cap. 10. quo significata videtur iugalis Apostolorum inter se societas & charitas, aut quomodo coniuncti essent Apostoli cùm mitterentur. Nam binos eos fuisse missos testatur Marcus cap. 6. Ab ipso verò Marco hoc loco non recẽsentur per paria. Voluit enim tres illos Apostolos præcipuos primo loco ponere, quibus Dominus noua imposuit nomina, scilicet Petrum, Iacobum, & Ioannem: quibus tribus potissimum noua indidit nomina Dominus, eo quòd eos ex omnibus duodecim singularius sibi delegerat, quorum opera ad Euangelium prædicandũ præcipuè erat vsurus, vnde & eos peculiariter prę aliis familiares habuit. Et quidẽ quamuis hoc loco Marcus dicat: *Et imposuit Simoni nomen Petrus*, & Lucas, *Simonem quem cognominauit Petrum*; non est tamen intelligendum necessariò iam in hac electione impositum hoc nomen quemadmodũ multi intelligunt, cùm possit intelligi Euangelista aut per recapitulationem, aut per præoccupationem istud scripsisse, vel impositum ei nomen Cephæ, hoc est, Petri, quando suprà dictum est ei Ioã. 1. Tu vocaberis Cephas, aut postea cùm dicitur Matth. 16. Tu es Petrus. &c. Ex quo loco patet quare dictus sit hoc nomine, videlicet tũ ob firmitatem fidei ipsius, tum quòd super eum, tanquam super firmum fundamentum fidei, ędificanda erat peculiariter Christiana ecclesia. Cognomen autem filiorum Zebedæi Græcè Βοανηργές habetur, & videtur potius Syriacum esse quàm Hebraicũ. Nam Hebraicè diceretur בני רגש Beneregesch, at Syriaca lingua, qua constat Dominum magis vsum, vt pote vulgari, dicitur בניא רגש Bẽ iiaregesch, quod propius ad Boanerges accedit, quãuis videatur dictio Græca corrupta esse, præpositis scilicet vocalibus quæ postponi deberẽt; Boanerges scilicet pro Bonareges. Sive autem Hebraicè dicatur, sive Syriacè, non significat ea dictio propriè filios tonitrui, sed filios tumultus, & strepitus: ideoq́; D. Hieronymus in commentariis super primum caput Danielis, putat legendum non Boanerges, sed Benereem, quod significaret filios tonitrui. Sed non est verisimile tantam potuisse huius nominis esse corruptionem. Nec obstat

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod רגש regesch,nõ propriè significat tonitruũ sed tumultum,& strepitũ. Tonitru enim cùm fiat cũ magno tumultu,& strepitu,rectè dicitur,reges. Vnde.& Homerus Iouẽ ὀψιβρεμέτην vocat, hoc est ex alto frementem,idq; ob tonitrua.Itaque Euangelista Marcus aduertẽs eos non à quouis tumultu vel sonitu dici Boanerges,sed à tumultu vel sonitu simili tonitruo,interpretatus est nomen Hebraicum per υἱοὶ βροντῆς,hoc est,filij tonitrui, quanquam Græcis βροντὴ nonnunquam simpliciter accipiatur pro tumultu, & magno strepitu, vt illud υἱοὶ βροντῆς accipi possit, filij strepitus. Est autem in hac ratione, filij tonitrui, vel strepitus, Hebraica phrasis. Sicut enim filius iniquitatis, dicitur qui iniquus est: & filius perditionis, qui perditus est: & filius pacis, pacificus:ita quoque filij tonitrui, qui tonant. Si ergo dicti sunt filij Zebedæi, eo quòd diuina dogmata mundo intonauerunt velut tonitruum quoddam de cœlo auditũ, id à Iacobo factũ esse,argumento est quòd eum Herodes ante omnes alios neci dedit, eo gratificaturus Iudæis, indubiè quod post Petrum præ aliis Apostolis infestior Iudæis esset Euangelij prædicatione. De multo maximo tonitru quod edidit Ioãnes huius frater, abundè præter ipsius prædicetionem testatur historia Euangelica,in qua veluti è cœlo intonans,omnésque sua voce percellẽs hæreticos, inclamat dicens,In principio erat verbum, &c. Dicendum autem & de aliorum quorundam Apostolorum hominibus.Itaque ad distinctionem Iacobi fratris Ioannis alter Iacobus dicitur,Iacobus Alphei,scilicet filius, non alius tamen Alphei, cuius filius fuit Matthæus. Nam & ille dicitur Leui Alphei,scilicet filius, sed alterius Alphei, qui fuit maritus Mariæ Cleophæ, sororis matris Domini. Hic ergo Iacobus est, qui dicitur Marci 15. Iacobus minor, qui & frater Domini dicitur à Paulo, & scripsit epistolam Catholicam primam. Huius frater fuit alter Iudas:qui ad distinctionem ab Iuda proditore dicitur Iudas Iacobi,scilicet frater. Qui Iudas & Thaddæus & Lebeus quoque dicitur, ita vt trinomium ipsum fuisse credat Hieronymus. Sed huius diuersæ nomenclaturæ quidam hanc assignant rationem admodum verisimilem: institutum fuisse apud Iudæos, quod,& hodie apud eos obseruatur, ob reuerentiam nominis tetragrammati,vt si quis in suo nomine proprio tres vel quatuor literas eius nominis possideat,non temere eorum nomine à quoquã nominaretur,præsertim in familiaribus, & quotidianis colloquiis, sed alio quodã factitio, quod vel idem cum proprio significet, vel certè proprium insigni aliqua notatione insinuet. Hinc quisquis apud eos nomẽ Iehuda, pro quo nos dicimus Iudas, fortitus est, vulgò appellari solet Leo, quia Genesis quadragesimonono scriptũ est: Catulus leonis Iuda.Et eum qui dicitur Iohaiacim, pro quo nos dicimus Ioacim,quod nomen significat extollendũ,vulgo vocant Eli,id est,altum. Itaq; & sic factum putant in isto Iuda,vt etiam diceretur Lebeus,& Thaddæus. Lebeus quidẽ,quia לביא Labi, vnde hoc nomen deriuatur,leonẽ significat: Thaddæus autem,quia תודה Tota fere idem significat quod יהודה Iehouda, nisi quòd sanctum,& ineffabile nomen in eo nusquam apparet. Hinc,& pro Iehouda,cõtrahendo dicere & scribere solẽt יודה Iouda,scilicet pro Iehuda. Alter autem Iudas ad distinctionem huius,dictus est Iudas Iscariotes.Et secundum Hieronymum vel à vico, vel ab vrbe in qua ortus est, vel à tribu Isachar hoc cognomen sumpsit,non sine vaticinio facinoris ab eo perpetrandi. Isachar enim interpretatur merces, ita vt hîc significetur merces proditoris,propter quod tam seriò videntur Euangelistæ nomen illud expressisse. Dicitur autem iste Iudas Ioan.6. cap.etiam Iudas Simonis, scilicet filius.Cæterùm alter Simon, qui ad distinctionem Petri dicitur Cananæus, dicitur etiã Zelotes,nõ quòd diuersa hæc sint nomina, sed quòd Zelotes dicebatur Græco nomine, cùm Hebraico nomine diceretur Cananęus:sicut alter Simon Hebraicè quidem Cephas, Græcè autem Petrus dicitur.Zelotes enim Græca dictio, expositio est Hebræi nominis,Cananęus.Nã קנא Cana interpretatur Zelus. Non ergo idem est huius cognomen cum cognomine populi qui dictus est Chananęus à Chanaan filio Cham.Illius enim populi nomen scribitur in principio per Caph, huius verò Apostoli per Coph, præter alias differentias.Putat autem Hieronymus hûc dictum Cananæum à Cana vico Galilææ, vbi Dominus conuertit aquam in vinum. Fuit autem frater Iacobi minoris, & Iudæ Thaddæi,vt patet Mar.6. atq; ob id coniungi videntur apud Lucam tres isti simul. Dicit enim, Iacobum Alphei & Simonẽ qui vocatur Zelotes,& Iudam Iacobi, cùm aliàs inter duos tantùm coniunctionem ponat.Itaq; inter Apostolos duo fuere Iacobi,duo Iudę,& duo Simones.Quemadmodum autẽ accidit in nomine Cephas, & in nomine Cananæus,vt scilicet pro eis nominibus Græcè diceretur Petrus & Zelotes,ita quoque accidit in nomine Thomas, vt pro nomine illo Hebraico, diceretur Græco nomine Didymus, vt est apud Ioannem. Nã Græca dictio, Didymus,quæ geminũ significat; explicatio est nominis Hebræi Thomas, quod etiam geminum significat. Deriuatur enim à radice תאם Thaam,quod significat duplicare & geminare.Cęterùm Bartholomęum qui & apud Matth. 10. cap.& his locis apud Marcum,& Lucam cõiungitur Philippo, esse eum qui à Ioanne dicitur Nathanael supra ostẽsum est. Itaq; obseruari potest in catalogo Apostolorũ, illos septẽ primò recenseri; de quorum vocatione memorabili Euangelica meminerunt. Item,& illud,cognatos etiam quosdam Dominum inter Apostolos suos delegisse, docens episcopum sine personarum acceptione ad sacra mysteria rectè assumere carne sibi propinquos, modò illi æque atque alij ad ea idonei sint: non tamen inter primos Apostolos cognatos suos constituisse, ne videretur carnalis consanguinitatis habuisse rationem,& respectum.

ᶜET DESCENDENS CVM ILLIS, STETIT IN LOCO CAMPESTRI,&c.] Quemadmodum Moyses acceptam in monte veterem legem, descendens de monte attulit promiscuæ multitudini in pede montis constitutæ, quæ in montem cum Moysi ascendere non potuit: ita,& nunc Dominus nouam legem è monte expectanti populo adfert. Et quanquam discipulos & Apostolos potissimum erat docturus, tamen tum quòd ad omnes electos pertinebant quę docturus erat, tum vt satisfaceret desiderio turbæ præsentiam eius expectantis, & audire ipsum cupientis,descendit cum Apostolis ad turbas, etsi maxima eius pars consequendæ potius sanitatis quàm doctrinæ desiderio teneretur. Tam bonus enim

enim & expositus omnibus est Dominus, vt non possit diu fraudare præsentia & ope sua qui expectant eũ, vtq; ad eos ipse veniat qui adhuc per infirmitatem humanã ipsum accedere nequeunt,quod expensum fidem nostram in bonitatem eius sufficiet, atq; ad inseruiendũ similiter proximis,& captandam occasionem lucrãdi quos poterimus accendet.Porrò turba hæc,cuius hîc meminit Lucas, eadem omnino videtur esse cum ea quã supra descripsit Marcus circa mare apud Dominũ congregatam,quamuis verisimile sit,nouos semper accessisse,& continuis augmẽtis increuisse, vt mirũ non sit si etiã iam aliquos dicatur sanasse, cùm priùs dicatur omnes sanasse ægros. Dicit autem,maritima Tyri & Sidonis.scilicet regione,significans tantam iam Domini fuisse famã, vt externas quoq; ciuitates ad sanitatem doctrinámq; capessendam accerseret. Erant enim Tyrus & Sidon ciuitates gentiũ, sitæ iuxta mare non Galilææ,sed iuxta mare mediterraneum, quod scriptura mare magnum vocat. Etsi enim Tyrus olim fuerit insula,totaq; mari circundata, septingẽtorum passuũ interuallo à littore remota: tamen eam Alexãder aggere immisso adiunxit continenti, ita vt facta sit peninsula & maritima ciuitas.Notandum autem quod dicit Lucas, *virtus de illo exibat*. Illo enim significare voluit, non aliena virtute Dominum sanasse, sed propria, quam habuit quatenus Deus erat. Neque enim de aliis ita diceretur virtutẽ exisse ab eis. Aduertendũ & illud,in monte peracta esse quæ perfectissimam puritatem desiderant, inter quæ primũ locum obtinet deprecatio,proximũ, delectus eorum quibus committẽda est dispensatio sermonis Euangelici. In pede autẽ montis & loco campestri ea peracta sunt quæ imperfectis competunt, videlicet infirmorum curatio,& indoctiorũ institutio. Cùm descendisset enim Dominus,inuenit infirmos. Nam in excelsis infirmi esse non possunt.Vnde in Euangeliis neq; reperiũtur turbæ Dominũ sequentes in excelsa,neq; quenquam debilem aut dęmoniacum in monte curatum. Obseruandum illud quoque, Dominum quamplurimos sanasse,priusquã sublimem hunc sermonem auspicaretur, vt signa quæ viderant,auditoribus fidem facerent dicendorum: quorum pleraque planè sunt paradoxa, & à communi sensu aliena: vtq; auditores non dubitarent quin verbis idem ageret, quod opere ipsum agere videbant,nimirum saluatorem hominum.

ᶠET ᶜIPSE ELEVATIS OCVLIS IN DISCIPVLOS SVOS, ᵃAPERIENS OS SVVM DOCEBAT.] Eleuauit in discipulos suos oculos, quòd ad eos multa singulariter pertinerent quæ dicenda erant. Quod autem dicitur, *aperiens os suum docebat*; vbi videtur superfluum esse illud; *aperiens os suum*; quidam intelligunt significari, Dominum, qui priùs docuerat per os prophetarum, iam cœpisse docere proprio ore. Chrysostomus verò & Theophylactus intelligunt ideo adiectũ, *aperiens os suum*,quia Dominus etiam docuit non aperiẽdo os suum,videlicet vita sua & miraculis. Sed simplicius fuerit accipere illud ab Euangelista additum pro more scripturæ,ad significandum grandia & prolixa iam Dominum locuturum esse. Sic enim & de Iob dicitur: Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est. Et Daniel.10. Aperiens os meum locutus sum, & dixi, &c. Est enim huiusmodi locutio Hebraica phrasis, quemadmodum & hæc, locutus est dicens, aut, respondens dixit. Hîc tamen rectè accipitur significare voluisse Matthæum magna quædam prolixè dicturum Dominum, cuius priùs nisi pauca tantùm verba recẽsuerat,nempè: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Hoc enim sermone, secundũ Augustinum, comprehenditur quicquid pertinet ad perfectum Christianæ vitæ statum,& summã Euangelicæ doctrinæ,quantum quidem pertinet ad mores. Nihil autem in hoc sermone deprehenditur quod sit iuris posituri, quod scilicet antequã hîc statueretur fuerit indifferens, sed omnia quæ hîc statuuntur, per se sunt bona, ac proinde nullo vnquam tempore immutanda, quod legis Christianæ ostendit perfectionẽ, in quam illud singulariter competit, fidelia omnia mãdata eius,confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate & æquitate. Porrò scopus huius sermonis est, auocare homines ab his quæ mundus magni facit.& sedulò sectatur,ac docere, veram iustitiam quæ Christianorum est, non esse sitam in externis cæremoniis,nec ad eam satis esse Pharisæorum more, exterius tantùm vitam ad legis præscriptum composuisse:sed sitam esse in affectu potissimum, in sincero Dei cultu, & secura in illum fiducia,in vera proximi dilectione,quæ etiã ad inimicos se extendat, & expositũ hominem faciat ad inferuiendum & subueniendum quibusuis: deniq; in humilitate,mansuetudine,misericordia, patientia,contemptu rerum perituraru̇m,atq; id genus animi virtutibus. Quoniã autem beatitudinem expetunt omnes cuiuscunq; status aut cõditionis, propter quã agimus & patimur quicquid volũtariè agimus & patimur,(est enim finis omnium actionum & passionum) eamq; omnes pollicentur qui se sapientiæ profitentur doctores,sed de ea multa est inter philosophos controuersia, multus in vita mortalium error,ideo rectè Dominus docturus de actionibus & passionibus, exorditur suum sermonem & legem Euangelicam à beatitudine, quemadmodum & Dauid librum Psalmorum: docetq; in rebus longè diuersis sitam beatitudinem, quàm vel vulgus autumat, vel philosophi docent. Quibus etiam sententiis suis de beatitudine propositis,carni quidã paradoxis, sed summa cum authoritate traditis,reddebat turbas & attentos & benevolos auditores.Mira enim dicebat,sed pollicebatur fœlicitatem,rationẽ semper promissę fœlicitatis inopinabilis adiiciẽs. Quid enim æquè insolẽs, atq; beatũ dicere,qui pauper sit,lugens,& afflictus? Rursus quid optabilius quàm audire eum, qui tam certo ostendit quibus rebus quis euadat beatus?

ᶠBEATI PAVPERES ᵃSPIRITV, ᶠQVONIAM IPSORVM EST REGNVM COELORVM.] Tripliciter à diuersis accipitur hæc oratio, pauperes spiritu, iuxta quod in scripturis tripliciter accipitur dictio, pauper. Aliquãdo enim pauperes dicuntur,qui laborant rerum necessariarum penuria,vt nomen,pauper,opponatur diuiti. Aliquando pauperes dicuntur,quouis modo afflicti,& destituti ope aliena,quomodo accipitur frequentissimè in Psalmis. Aliquando pauper dicitur, qui de se humiliter sentit, nec est inflatus,quomodo videtur accipi Isaiæ vltim. cap. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Itaque non desunt qui secundùm acceptionem secundam hîc intelligunt pauperes spiritu, qui animo sunt afflicto,quos scriptura frequenter vocat contritos vel humiles.

Matth.1. Pſ.110. Pſ.110. Qui pauperes ſpiritu. Ioh.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

humiles spiritu, vt Psal. 33. Iuxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Sed hanc interpretationem non conuenire huic proposito, patet tum ex eo quòd pauperibus apud Lucam opponantur diuites, cùm dicitur ex opposito huius sententiæ, *Væ vobis diuitibus*, &c. tum quòd sic pauperes spiritu nihil differrent à lugentibus, vt frustra dictum esset: *Beati qui lugent*. Alij ergo, inter quos Augustinus, secundùm tertiam vocabuli, pauper, acceptionẽ intelligunt pauperes spiritu, eos qui non habent spiritum magnum & inflatum, sed modestè de se sentiunt, omni superbia & arrogantia deposita. Sed & huic intelligentiæ obstat, quod pauperibus, de quibus hîc est mentio, opponantur à Domino diuites. Proinde rectius accipitur hoc loco nomen, *pauperes*, secundum primam acceptionem, vt respondeat Hebraicæ dictioni רשים raschim. Nam & Græca dictio hîc posita πτωχοὶ, propriè mẽdicos significat. Secũdum hanc tamen acceptionem adhuc dupliciter intelligitur illud, *pauperes spiritu*. Primò enim per pauperes spiritu, possunt intelligi hi qui re vera sunt pauperes, sed tales effecti proprio suo spiritu, hoc est, propria sua volũtate, eaq; spirituali, ita vt intelligatur beatos pronũciare Dominus eos qui re vera sunt pauperes, non tamen effecti tales necessitate aliqua, nec quauis voluntate, sed spirituali voluntate. Secundò, per pauperes spiritu possunt intelligi hi, qui etsi habeant diuitias, non tamen cor eis apponũt, sed parati sunt eas abiicere, si & quando expediret, vt ablatiuus, *spiritu*, intelligatur determinatio diminuens, adiecta ob distinctionem ab his qui re ipsa sunt pauperes. Quamuis autem hæc secunda intelligentia propinqua sit priori sensui, & ad eum reductiuè pertineat, possitque simul cum priori intelligi comprehendi, tamen prior intelligentia, & est simplicior, & videtur potissimum esse ex intentione Domini, cuius intentio omnino videtur fuisse, discipulos suos ob id prædicare beatos, quòd propter se iam omnia abiecissent & reliquissent. Proinde D. Basilius quæst. 205. bene explicat qui sint pauperes spiritu, dicens, Hi sunt pauperes spiritu, qui non ob aliam causam pauperes facti sunt, nisi propter doctrinam Domini qui dixit: Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Si verò quis etiam quomodocunq; accedentem paupertatem, susceptam gubernet ad voluntatem Dei, velut Lazarus, nec hic à beatitudine alienus est. Hæc ille. Ex quibus coniunctis cum superiori colligere licet triplices pauperes spiritu, secundum tertiam vocabuli, pauper, acceptionem. Primò quidem, qui propter Christum omnia sua reliquerunt, quales erant Apostoli, & de his præcipuè Dominus locutus est. Secundò, qui incidentem paupertatem propter Deum patienti animo suscipiunt, diuitiis eam præferentes spe regni cœlorum. Tertiò, qui parato sunt animo abiiciendi facultates, vbi pietatis ratio exigeret. Vnde Eccle. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit; nec sperauit in pecunia, & in thesauris, &c. Bene autem obseruandum non esse dictum, beati pauperes voluntate, sed *spiritu*, quod à D. Bernardo in sermone primo de festiuitate omnium sanctorum diligenter est annotatum. Diligenter, inquit, attende, quòd non simpliciter pauperes nominant propter plebeios pauperes necessitate miserabili, non laudabili voluntate. Spero equidem profuturam eis apud diuinæ bonitatis misericordiam hanc ipsam afflictionis suæ miseriam, scio tamen Dominum hoc in loco non de huiusmodi fuisse locutum, sed de his qui possunt dicere cum Propheta, Voluntariè sacrificabo tibi. Attamen nec voluntaria quidem paupertas omnis, laudem habet apud Deum. Nam, & Philosophi omnia sua reliquisse leguntur, vt expediti mundialibus curis, studio vanitatis possent vacare liberius, & nolebant censu abundare terreno, vt abundarent magis in sensu suo. Hos discernit quod dictum est, *spiritu*, id est, spirituali voluntate, spirituali scilicet intentione, desiderio spirituali, propter solum beneplacitum Dei & salutem animarum. Hæc ille. Indicauit idem & Basilius in verbis superioribus, cùm dicit, qui non ob aliam causam facti sunt pauperes quàm ob Domini doctrinam, &c. & præmisit: Quum Dominus dicat, nunc quidem verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus sunt & vita: nunc vero, Spiritus sanctus docebit vos omnia, & commonefaciet de iis quæ dixero vobis. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet à me, hæc loquetur: Hi sunt pauperes spiritu, &c. Ex quibus apparet D. Basilium ablatiuum, spiritu, hîc accepisse pro spirituali Christi doctrina, aut Spiritu sancto, vt sit sensus: pauperes secundum spiritualem Christi doctrinam, aut secundum instinctum Spiritus sancti. Redit tamen sensus eodem quò tendit sensus Bernardi, secundùm quem spiritus hîc accipitur pro spiritu nostro, hoc est, mente nostra, à Spiritu sancto inspirata, & spiritualia intendenti. Alioqui enim mens nostra non est spiritus. Sic & D. Hieronymus explicans qui sint pauperes spiritu, Qui, inquit, propter Spiritum sanctum voluntate sunt pauperes; non quidem significare volens ablatiuum, spiritu, hîc accipi pro Spiritu sancto, sed pro voluntate spirituali, quam scilicet inspirauit Spiritus sanctus. Quamuis autem in hac beatitudine commendetur primò & principaliter voluntaria paupertas pro Christo susceptа, simul tamen etiam rectè intelligitur ex consequenti commendari virtus humilitatis, quam primò & ad literam hîc significari intelligit Augustinus, ob id maximè, vt apparet, vt prima beatitudine accipiatur commendati ea virtus quæ omnium est fundamentum virtutum, quomodo & intellexit Theophylact. post Chrysostо. sic scribens: Primùm modestiam & humilitatem animi ceu fundamentum iacit. Nam quoniam propter superbiam Adam cecedit, per humilitatem erigit nos Christus. Significatur, inquam, etiam hæc cum voluntaria paupertate. Nam abiectio omnium facultatum propter Christum, necessariò prouenit ex animi humilitate, eamque coniunctam habet. Sicut enim diuitiæ ferè appetuntur propter mundi honorem, ita qui omnes abiicit facultates, omnes item honores se contemnere declarat. Atq; hæc videri potest ratio, quare Diuus Hieronymus in commentariis vtramque interpretationem videatur miscuisse, & qua intelligitur hîc significari voluntaria paupertas, & qua intelligitur humilitas animi. Sic enim scribit: *Beati pauperes spiritu*, &c. Hoc est quod alibi legimus; & humiles spiritu saluabit. Ne quis autem putaret paupertatem, quæ nonnunquam necessitate portatur à Domino prædicari, adiunxit *spiritu*; vt humilitatem intelligeres, non penuriam: Beati

Beati pauperes spiritu, qui propter spiritum sanctũ voluntate sunt pauperes. Hæc ille. Bene ergo ab hac beatitudine cœptus est hic sermo, tum quia quemadmodum initium omnis peccati est superbia, & radix omnium malorum est cupiditas, ita virtutum omnium fundamẽtum, & basis, est humilitas, ac perfectionis Euangelicæ origo est reiũ perituratum cõtemptus, & volũtaria paupertas, tum quia in diuitiis & honoribus vulgus maximè sitam beatitudinem existimet, proinde conueniebat vt illo reiecto quod maximè sectãtur homines, contrarium eius primo loco induceret, & inde inciperet beatitudo iudicio diuino, vbi ærumna æstimatur humano, vt habet Ambrosius. Quoniam autem ipsa paupertas per se non facit hominem beatum, sed tantùm medium est perueniendi ad ipsam beatitudinem, ideo rationem adiicit Dominus, quare beatos pronunciauerit pauperes spiritu; *quoniam* (inquit) *ipsorum est regnum cœlorum*. Vbi obseruandum, quòd quamuis omnium beatitudinum vna sit ratio, nempe merces fœlicitatis æternæ, tamen hæc variè significatur in diuersis beatitudinibus pro exigentia singularum beatitudinum. Pauperibus ergo spiritu promittitur regnum cœlorum, quia cõuenit his qui contempserunt regnare in hoc mundo, & elegerunt hîc haberi viles & abiecti, vt postea regnẽt in cœlis cum Deo. Itaque mundus quidem dicit: Beati diuites, quoniam ipsorum est regnum terrarũ, Christus verò cõtrà: *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*. Nec dicit, ipsorum erit, sed ipsorum iam est regnum cœlorũ, quòd illud in secura iam possideant spe, vnde etiam non dicuntur fore beati, sed iam esse beati, in secura scilicet spe quæ non confundit. Non enim cùm dicitur: *Beati pauperes*, intelligendum est verbum futuri temporis, erunt, sed præsens, sunt. Nam postea dicitur: *Beati estis cùm maledixerint vobis homines*, &c. Porrò quãquam id quod hîc promittitur beatis, potissimùm sit referẽdum ad vitã futuram: in qua perfectè in ipsis implebuntur hæ promissiones, tamen etiam singulæ promissiones ex parte implentur in beatis in hac vita, quemadmodum in singulis patebit. Quod enim ad hanc primam pertinet beatitudinem, pauperes spiritu etiam in hac vita iam re ipsa regnant regno plane cœlesti longè fœlicius, quàm reges & principes terræ. Hi enim vt in plurimum, verius grauissimam seruiunt seruitutem, quàm regnant: Multos enim patiuntur tyrannos, discruciati auaritia, ira, liuore cupiditate bonorum ac vindictæ, metu, spe. At homo humilis, terrenarumq; facultatum ac honorum contemptor, liber est ab huiusmodi curis, trãquillo semper existẽs pectore, securè expectans bona cœlestia, pestibus animorum auaritia atque superbia imperãs, & dominans, honoribus atque omnibus huius mundi bonis lõgè superior. An non ergo talis obtinet regnum longè pulchrius ac magnificentius regno tyrannorum? Sed hîc dubium aliquod esse potest, quomodo saluator præferat paupertatem sufficientiæ aut diuitiis quo ad beatitudinem, cùm Sapiens dicat Ecclesiast. cap. 7. Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solem. Et idem Prouer. 30. precatur Deum: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo necessaria. Deinde videtur ad beatitudinem consequendam accommodatius organum esse, diuitias aut saltem sufficientiam rerũ temporalium, quàm indigentiam, & paupertatem; quoniam indigentes necessariis oportet vacare vt habeãt necessaria, nec possunt se totos impendere his quæ sunt beatitudinis. Dicendum ad beatitudinem quidem naturalem præsentis vitæ conuenire magis aut diuitias aliquales, aut sufficientiam rerum temporalium, sed ad beatitudinem supernaturalem magis conuenire paupertatem voluntariam. Paupertas enim ex spiritu, lætissima est, expeditum reddens hominem ab omni solicitudine, certúmq; ac securum hominem faciens quòd Deus ipsius curam gerat, qui non sinet ipsi deficere omne bonum, quemadmodum experientia in multis sanctis viris monstrauit. Sapiens autem non absolutè dicit vtiliorem esse sapientiam cum diuitiis, sed adiicit; & magis prodest videntibus solem; quo satis significat diuitias quidem aliquid conferre ad beatitudinem vitæ præsentis. Vnde & subiungit: Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. Oratio verò illa, quæ est Prouer. 30 cap. est oratio sapientis ex parte imperfectiorum, sicut satis patet ex sequentibus. Deinde illo tempore nondum erat infirmo, & rudi populo via perfectionibus aperienda, cuius doctrina Christo magistro perfectioni reseruanda erat.

a BEATI MITES, QVONIAM IPSI POSSIDEBVNT TERRAM.] Bene pauperibus adiunguntur mites. Duo enim hæc vt ferè se consequuntur, & cõiuncta sunt, ita etiam in scripturis coniungi solent. Vnde Saluator de se dicit, Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Et Iudith. 9. Humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Et Iob. 24. Subuerterũt pauperum viam, & oppresserunt pariter omnes mansuetos terræ. Qui enim animo est humilis, non facilè iracscitur: nec contemptum se haberi & inglorium indignatur. Sic, & qui voluntariè pauper factus est, cùm honores simul & diuitias contemnat, non facile iracscetur ob iacturam vel honoris, vel bonorum ab aliquo illatã. Vnde apud Hebræos summa est affinitas, & similitudo inter עני ani & ענו anau, quarum prior significat humiles, & pauperes, secunda verò mansuetos. Bene ergo subiicitur, *Beati mites*; tum quòd mansuetudo humilitati, & paupertati coniuncta fere sit, tum quòd cõiuncta esse debeat, adeo vt sine ea paupertas spiritus laudabilis nõ sit. Quid enim prodest externas contẽnere diuitias, si non etiam teipsum contemnas: & superiorẽ esse ipsis pecuniis, si non etiam tui animi cõmotiones superare possis, quod fit per mansuetudinẽ? Apud Græcos tamẽ secundo loco ponitur: *Beati qui lugent*; ordine etiam non incongruo. Sic enim prima beatitudine excluditur appetitus bonorum, & diuitiarum, secunda verò appetitus voluptatũ, in quibus tribus cõprehenduntur omnia quæ mundi sunt. Est autem istud: *Beati mites*, &c. desumptum à Dauide ex Psal. 30. vbi dicitur: Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Nam inter mansuetos, & mites nulla constituenda est differentia, quemadmodum tamen quidam constituunt, cùm vna sit apud Græcos, & Hebræos dictio, quam Latinus nunc vertit mansuetum, nunc mitem. Est enim Græcè πραΰς, vel πρᾶος, Hebraicè verò עני Anau. Pertinet autem ad mansuetum vel mitem non quidem omnino nunquam irasci, hoc enim est insensatorum, & insipientium, sed ita passionibus iræ, & zeli imperare, vt nec indignetur, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel murmuret contra Deum, vel ob iniquorũ fœliciores successus, vel proprias aduersitates ab illo immissas, neq; contentiosè cum improbis pugnet verbis, nec iniurias ab eis illatas cupiat vendicare, sed vt ita se gerat, erga Deum quidem, vt benigno animo Dei iudicia sustineat, erga homines verò, vt vel taciturnitate, vel placida responsione, vel malorum illatorum patienti tolerantia improbitatem hominum superare cõtendat. Non solùm enim ad mitem pertinet, nõ quærere vindictam, etiam placita suauitate exteriorum morum vtilem se omnibus exhibere, hoc est, non solùm non vinci à malo, sed vincere in bono malum. Pertinere autem ad mansuetum huiusmodi animi erga Deum dispositionem, patet ex Psal. 36. vbi Psalmista dehortans ab æmulatione, & zelo impiorum, & zelantium eos pœnam describens, per oppositionem dicit, Mansueti autem hæreditabunt terram; pro quo prius dixit, Sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram. Pertinere autem etiam ad mansuetum placidam responsionem, illud
2. Tim. 2. Pauli docet, Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mãsuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati. Magna ergo est virtus mansuetudinis, quæ hominem sui ipsius dominum facit, Deoq; in omnibus subditum ac optimè affectum, omnibus item hominibus, etiam improbis, vtilem & commodum. Ideoq; & in scripturis passim commendatur, idq; variè. Primùm, quod singulariter Deo placeat, & singulariter ei curę sunt mansueti. Vnde Ecclesiast. 11. Beneplacitum est Deo fides, & mansuetudo. Et Psal. 149. Exaltabit mansuetos in salutem. Et Isaiæ 11. Arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Et sanè tam grata Deo, & perfecta est hæc virtus, vt Dominus huius exemplum, & magistrum se specialiter exhibuerit, dicens: Discite à me, &c. Secundò, quòd hæc virtus aptiorem faciat mentem vt sit capax cognoscendi diuinam voluntatem, & audiendi eloquia diuina. Vnde Psal. 24. Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Et Psal. 33. Audiant mansueti, & lætentur. Et Iacob. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbũ quod potest saluare animas vestras. Et Eccle. 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas. Vnde Moyses, de quo scribitur Numer. 12. quòd erat mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra, creditur à Dionysio ob hanc virtutem habuisse cum Deo tantam familiaritatem. Tertiò, quòd hæc virtus vt nos commodos, & vtiles omnibus facit, ita etiam gratos. Vnde Ecclesiast. 3. In mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris. Hîc autem à Domino ideo prædicantur beati mansueti, *quoniam* (inquit) *ipsi possidebunt terram.* Vbi pro, *possidebunt*, Græcè est, κληρονομήσουσι, idem scilicet verbum quod est Psal. 36. vnde istud desumptum est, vbi nos legimus: Mansueti autem hæreditabunt terram. Plus est autem hæreditate vel in hæreditatem accipere terram, quàm possidere terram. Multi enim possident, non hæreditario iure. Terra autem cuius possessio hîc promittitur mitibus, variè à diuersis accipitur. Bernardus enim intelligit corpus, quod possidet anima hominis mansueti, regnans super carnis motus, & omnibus suis membris per mansuetudinẽ imperans. Et D. Ambrosius quoque per terram videtur corpus intelligere, verùm intelligit mansuetum non hîc possidere corpus suũ, sed post resurrectionem. Post resurrectionem inquit, terram tuam incipies possidere absolutus à morte. Ille enim cui dicitur: Terra es, & in terram ibis; non possidet terram suam. Non enim potest esse possessor, qui non capit fructum. Diuus Hilarius videtur intellexisse corpus Dominicum, aut potius corpus nostrum cõfiguratum corpori claritatis Christi, vt sit idem sensus ipsius cum sensu Ambrosij. Sic enim scribit, Mitibus terræ hæreditatem pollicetur, id est, eius corporis quod ipse Dominus assumpsit habitaculum. Et quia per mansuetudinem mentis nostræ habitauerit Christus in nobis, nos quoq; gloria clarificati eius corporis vestiemur. Diuus Hieronymus terram intelligit hîc eam de qua Psalmista, Credo videre bona Domini in terra viuentium; cœlum scilicet, quod terra est viuentium; cùm terra hæc sit potius terra mortuorum vel morientium. Chrysostomus verò etiam hanc terram intelligit. Huius certè terræ possessio rectè intelligitur promitti mitibus, tum quòd frequenter contingat vt tales stabilius, & quietius sua possideant, quàm immites, qui multotiens animam & hæreditatem paternam contentionibus suis perdunt, tum quia mansueto homini totus mundus patria est, totq; locis habet fundum, quot locis reperit amantes Euangelicæ mansuetudinis, atque ex omnibus quæ habet mundus voluptatem, & fructum capit, velut illius possessor: cùm contrà immitis, & ferox nec hoc possideat quod habet. Itaque secundum Chrysostomum, quoniam vulgò æstimatur eũ qui mitis est, omnia sua perdere, cõtrarium promittit Dominus, spiritualibus tẽporalia immiscens: vtens ad hoc verbis Psalmistæ. Verisimilius autẽ est omnia hæc promissa pertinere potissimũ ad futuram vitã, & ideo verisimilior est, & simplicior Hieronymi interpretatio, quamuis vt omnia hæc promissa ex parte etiam in hac vita impleri re ctè intelliguntur, simul possit intelligi, & sensus Chrysostomi. Aut terra hîc simplicius accipietur, terra hac, quã iam ex parte possidẽt mites, sed perfectissimè cũ Christo possessuri sunt, cùm facta erit terra noua, hoc est, de ea terra potissimũ hîc loquitur Dominus, quã Paulus ad Hebr. 2. vocat orbem terræ futurũ, subiiciendũ Christo. Itaq; quoniam mites hîc frequenter pellũtur suis possessionibus, promittitur eis verbis Psalmistæ hæreditaria possessio totius terræ. Cùm enim sint futuri hæredes Dei, cohæredes autem Christi, simul cum ipso hæreditatio quodã, & proprio iure possidebunt vniuersam hanc terram, cùm dominabuntur iusti omnibus impiis in matutino. Et mundus quidem dicit: Beati potẽtes qui iniurias suas vendicare valent, quoniam tales possidebũt terrã. Christus contrà, *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.*

Psal. 26.

fBEATI QVI LVGENT, QVONIAM IPSI CONSOLABVNTVR.] Cùm vulgus existimet etiam in deliciis, & voluptatibus huius vitæ sitam beatitudinem; Dominus postquam primam sententia reiecit vulgi sententiam, diuitias, & honores magnificientis: hac iam sententia etiam refellit falsam vulgi de voluptatibus opinionem, asserens econtrariò in luctu potius sitam beatitudinem. Mũdus enim dicit, Beati ab omni luctu liberi & omnibus deliciis affluentes. Dominus contra, *Beati qui lugent.* Cùm autem non omnes qui lugent sint beati, imò multorum luctus sit vituperandus, vt qui lugent eo quòd non honorentur in mundo

mundo: aut qui lugent damnum rerum temporalium, aut impotentiam vindictæ, aut deniq; qui immodicè dolent amicorum suorum amissionem, aut simile quid: omnes ferè sententiã hanc intelligendam volunt singulariter de sancto luctu sponte à viris iustis suscepto, vt est luctus quo vel propria, vel aliena defient peccata. Denique quo exilium & vitæ huius miserias ac tentationes deplorant, desiderantes esse cum Christo, & eo esse statu in quo nihil committant Deo ingratum. Verùm si consideretur sententia quæ apud Lucam huic opponitur, nimirum *Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis*, videbitur Dominus non solùm beatificasse huiusmodi luctum à viris sanctis, iustis illis & piis de causis susceptum. Sicut enim diues epulo comprehenditur sub illo *væ*, quod huic beatitudini opponitur: ita & hæc beatitudo videtur etiam ex intentione Saluatoris pertinere ad Lazarum Euangelicum, vt satis patet ex verbis Abrahæ, quibus respondit diuiti, dicens: Fili, recordare quia re-
Luc. 16. cepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Proinde intelligenda hæc sententia non solùm de his qui ob sanctas illas causas spretis huius mundi voluptatibus, sponte luctum suscipiunt, sed etiam de his qui calamitates aliquas à Deo sibi immissas æ-
Iacobi 1. quo animo hîc perferunt, vt sub hac beatitudine comprehẽdatur illud Iacobi: Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronã vitæ. Lugentes enim hîc dicuntur, non solùm qui lachrymas emittũt, sed etiam quotquot in rebus tristibus, & calamitatibus agunt, maximè his quæ fortunæ esse videntur. Quòd si obiiciatur, non omnes huiusmodi lugentes esse beatos: dicendum, Dominum etiam has sententias non extulisse catholicè, ac proinde noluisse significare: omnes lugentes esse beatos, sed tantùm voluisse significare in genere, id quod omnes miserum putant, viam parare ad solidam fœlicitatem, si modò tamen quis eo bene vtatur, & nihil alioqui desit quod fœlicitatem æternam impediat, quomodo ferè oportet generales huiusmodi sententias intelligere. Sicut enim dum postea in genere dicit: Væ diuitibus, væ vobis qui ridetis, qui saturati estis, & væ cùm benedixerint vobis homines, non vult vniuersaliter omnes diuites, aut ridẽtes, aut commendatos ab hominibus condemnare, sed ex circumstantiis, aliisque locis facilè patet de quibus veræ sunt generales illæ sententiæ, ita etiam hoc loco censendum. Ex aliis enim scripturis, atque ex hoc ipso loco videndum, quibus lugentibus hæc beatitudo conueniat, nimirum his qui mites sunt, vt præmittitur: quique esuriunt & sitiunt iustitiam, vt sequitur. Beati ergo qui lugent propria delicta,
Psal. 6. Psal. 118. 2. Reg. 15 Treno. 1. cum Psalmista dicente: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. Beatiores, qui etiam aliena defient peccata, ob Dei inhonorationem, malorumque peditionem, & pusillorum scandala, quomodo Samuel luxit Saulem, & Dauid impios, dicens: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierũt legem tuam. Et Paulus Apost. flere se dicit eos qui post fornicationem & immunditiam non egerunt pœnitentiam. Beati qui cum Ieremia lugent vastitatem spiritualis Ierusalem. Beati qui voluptates huius mun-
Psal. 72 disper nentes dicunt cum Dauide: Renuit consolari anima mea, & præ desiderio cœlestis patriæ, ac tædio carnis repugnãtis spiritu exclamant cum Paulo: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et cum Dauide: Hei mihi, Rom. 7. quia incolatus meus prolongatus est. Beati deni- Psal. 119. que quibus non contingit terrena hîc frui fœlicitate, sed omnia eis in hoc mũdo aduersa eueniunt, si modò patienter immissas à Deo miserias sufferant, & cum Psalmista dicant: Ego in flagella pa- Psal. 37. ratus sum. Et cum Ieremia: Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo. Omnes hi lugentes beati, inquit Dominus, quoniam ipsi consolabuntur. Idq; potissimum & perfectissimè in futura vita, quãdo, vt habet Isaias, lætitia sempiterna erit eis, & auferet Dominus Deus Apoc. 21 omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors non erit vltra, neque luctus, neque clamor, neq; dolor, quia prima abierũt. Sed tamen & in præsenti etiam vita, non aberit cœlestis ille cõsolator, spiritus sanctus, qui temporarium luctũ inæstimabili mentis gaudio pensat, vt possint dicere cum Paulo: Quasi tristes, semper autem gaudentes. Et cum Dauide: Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Proinde non contrariatur huic sententiæ beatificanti lugentes, quod habet Sapiens, dehortans à merore, Prouerb. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. Luctus enim iste, quem hîc Dominus beatificat, suam habet coniunctam aut comitem ferè mentis hilaritatem, superantẽ omnem sensum & omnem sermonem, secundum illud Psalmi mysticè intellecti: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, &, Cibabis nos pane lachrymarũ, & potum dabis nobis in lachrymis. Sic nec contrariatur quod dicitur Ecclesiast. 30. Tristitiam longè expelle à te. Multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in ea. Loquitur enim de tristitia mundana, quæ secundum Paulum mortem operatur. Porrò de con-
2. Cor. 2. solatione sempiterna, quæ manet sanctos in cœlis, prolixè habetur Isaiæ vltim. cùm dicitur: Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam, gaudete cum ea vniuersi qui lugetis super eam, vt sugatis, & repleamini ab vbertibus consolationis eius, vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini.

BEATI QVI ESVRIVNT ET SITIVNT IVSTITIAM, &c.] Bene hæc beatitudo superioribus tribus subiungitur. Nam contempris diuitiis, honoribus, & voluptatibus, quorum trium contemptus, superioribus tribus significatus est, supererat vt homo iam etiam esuriat & sitiat iustitiam & virtutem. Sed hîc difficultas occurrit, quomodo Matthæus addat, *iustitiam*, quod non additur apud Lucam, nec subintelligi posse videtur, cùm illi, *Beati qui esuritis*, opponatur, *Væ qui saturati estis, quia esurietis*, quod quemadmodum intelligitur de saturitate corporali, ita etiam contrarium videtur debere accipi de fame & siti corporali, & non de fame iustitiæ, quæ est fames spiritualis. Dicendum, quòd quemadmodum Lucas in prima beatitudine non apposuit ablatiuum *spiritu*, eò quòd induceret Dominum alloquentem discipulos, ita vt facilè ex eo intelligi posset, quales pauperes Dominus beatificaret, nimirum qui similes essent Apostolis voluntariè paupertatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

eligentibus: ita & in hac beatitudine non addidit accusatiuum, *iustitiam*, quo exprimeretur quales esurientes Dominus beatos pronuntiaret eo, quòd id satis intelligi posset ex iis quibus Dominus loquebatur. Et quamuis quod dicit Lucas, *Beati qui nunc esuritis*, omnino videatur debere accipi de esurie corporali: Matthæus tamen, qui generaliter proposuit beatitudines: expressit hanc beatitudinem de esurie spirituali, eo quòd esuries corporalis non sit beatificata nisi propter adiunctã etiam spiritualem esuriem iustitiæ: quemadmodum econtrà saturitas corporalis ob id maximè condemnatur, quòd adiunctum habeat fastidium aut neglectum iustitiæ. Beati ergo pronunciãtur qui sic esuriunt & sitiunt iustitiam, vt eius desiderio frequenter esuriant & sitiant corporaliter, negligentes pascere corpus, imò corpori alimentorum copiam subtrahentes, ieiuniisque carnem macerantes, vt mentem pascant, & impinguent iustitia. Beata esuries corporalis, si modò talis sit qualis fuit discipulorum Domini. Accipitur autem hîc iustitia, vt sit generalis virtus: & esurire iustitiam, sit desiderare quæcunque sunt virtutis & æquitatis. Id autem contingit dupliciter, videlicet aut desiderando propriam innocentiam & rectitudinem in omnibus actionibus, aut optando vt id quod æquum & iustum est apud omnes obtineat, & ab omnibus præstetur quod debitum est & rectum. Atque vterque hic modus rectè intelligitur comprehendi sub hac beatitudine vt esurientes iustitiam, sint desiderantes id quod rectum est & debitum exhiberi, tùm à se, tùm à quocunque, fastidita omni iniquitate, tùm in se, tùm in quocunque. Et quidem desiderium iustitiæ, rectè hîc non per desiderij nomen, sed per famem & sitim designatur, idque multiplici ratione. Primùm, vt ostendatur vehementia desiderij. Fames enim & sitis desideria sunt longè superantia quoduis aliud desiderium vel bonorum, vel diuitiarum. Deinde, vt ostendatur quasi naturalitas, quòd scilicet quemadmodum tam fames quàm sitis ex natura prouenit, ita desiderium vehemens iustitiæ vt naturale ineſt iustis secundum naturam spiritualem maximè, secundum quam ex Deo nati sunt. Præterea ad ostendendam qualitatem indigentiæ, quòd scilicet iusti desiderant iustitiam & rectitudinem, tanquam cibum & potum, indigent ad vitæ conseruationem esurientes & sitientes. Sic enim & iustitia velut cibus est & potus spiritualis, animam pascens, reficiens, & viuificans, aut in vita spirituali conseruans. De hoc cibo dicit Dominus: Ioan.4. Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei qui est in cœlis. Dicit ergo, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, hoc est, qui eo amore eam prosequuntur, quo ardore prosequimur cibum & potum, quique eam veluti ad vitæ conseruationem necessariam requirunt, atque in ea oblectantur, quomodo homo in cibo & potu. Non dicit autem: Qui esuriunt & sitiunt scire vel facere iustitiam, sed absolutè, qui esuriunt iustitiam, vt intelligamus vtramque iustitiæ esuriem, qua scilicet desiderant eam iusti & scire & perficere. Nec dicit: Beati qui amant iustitiam, aut qui sectantur, aut faciunt iustitiam, quemadmodum dicit & Psalmista Psalm.105. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam, in omni tempore, quia, vt habet Hieronymus, non nobis sufficit velle iustitiam, nisi iustitiæ patiamur & famem, vt sub hoc exemplo, nunquam nos satis iustos, sed semper esurire iustitiæ opera intelligamus. Iusti enim quoniam nec se nec alios vident in hac vita præstare quicquid debitum est, cùm in multis offendamus omnes, etiam habita iustitia non sunt contenti, sed vlterius semper esuriunt & sitiunt perfectiorem tum in se, tum in aliis iustitiam. Iam & illud notandum, Dominũ cùm dicit beatos qui esuriunt & sitiunt iustitiam, auocare ab esurie & siti rerum temporariarum, ac significare voluisse leuiter appetenda ista, quibus alitur & fouetur corpus, in quorum cura vulgus miserè torquetur, quorum saturitas nonnunquam plus cruciat, quàm priùs cruciabat fames, & mox à saturitate recurrit fames subinde satianda. Fœlices esse qui famem ac sitim à rebus prætereuntibus transferunt ad iustitiam Euangelicam expetendam, vbi semper est quòd esuriatur & sitiatur. Bene autem pro mercede promittitur huiusmodi esurientibus, quòd ipsi saturabuntur. quasi dicat: Miseri qui esuriunt & sitiunt temporalia, quoniam tales non cõtinget vnquam saturari: sed fœlices qui esuriunt & sitiunt iustitiam, non enim semper esurient, sed aliquando fœliciter & beatè saturabuntur: In cœlesti scilicet patria, secundum illud Psalmistæ: Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor cùm apparuerit gloria tua. Ad vitam enim futuram, saturitatem hanc referre potissimum oportet, eo quòd in hac vita non sit saturitas plena, propterea quòd semper desit aliquid iustitiæ, quòd esuriamus. In futura autem vita sicut omnium bonorum, ita & iustitiæ erit satietas, cùm sublata erit omnis iniquitas simul cum morte. Et tamen etiam in hac vita ex parte saturitas esurientibus iustitiam contingit longè fœlicior & verior quàm sit diuitum satietas, secundùm illud Saluatoris: Qui Ioan.6. venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum. Et rursum: Qui biberit ex hac Ioan.4. aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed fiet in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Porro duarum iam prædictarum beatitudinum promissiones, simul cum oppositis condemnationibus saturorum & ridentium, pulchrè habet Isaias: Ecce, inquit, serui mei comedent, & vos Isaiæ.65 esurietis. Ecce mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis.

BEATI MISERICORDES, QVONIAM IPSI MISERICORDIAM CONSEQVENTVR.] Bene hæc beatitudo in qua beatificatur misericordia, subiungitur superiori in qua iustitia beatificatur. Sicut enim hæ duæ virtutes, quarum altera respicit debitum, altera gratuitum, frequenter in scripturis coniunguntur, ita in eo qui beatus esse volet, coniuncta debet esse misericordia iustitiæ: & priùs quidem iustitiæ, deinde etiam misericordiæ habenda est ratio. Iustitia enim sine misericordia, veluti crudelitas est: misericordia verò sine iustitia, dissolutio est, quare ab inuicem hæc separari non debent. Vnde in Psalm. Vniuersæ viæ Psal.24. Domini misericordia & veritas. Et: Misericor- Psal.83. diam & veritatem diligit Deus. Et: Misericor- Psal.88. dia & veritas præcedent faciem tuam. Et Prouerb. 20. Misericordia & veritas custodiunt regem. Et cap.16. Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Et infinitis aliis locis hæc coniunguntur. Ad misericordem autem pertinet, ex animo compati alienis miseriis, easq; velut proprias ducere, ac proinde appetere tollere illas, easdémque tollere si potest. Dicitur enim misericors, quasi miserum & afflictum habens cor ob conspectam alterius miseriã. Vnde constat misericordem præcellere beneficum aut munificum, cùm præter exteriorem subuentionem, in nomine, misericors, includatur interior ille compassionis & condolentiæ pius affectus, qui non includitur in nomine beneficus aut munificus. Est autem tantæ eminentiæ hæc misericordiæ virtus, vt sola inter virtutes Deo propria dicatur, iuxta illud: Deus cui propriũ est misereri. Vnde & in scripturis à misericordia maximè Deus prædicatur, & postea in hoc sermone singulariter ad imitationem misericordiæ diuinæ Dominus adhortatur, dicẽs apud Lucam: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est, pro quo Matthæus habet: Estote ergo perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Vnde significatur ad perfectionem diuinam, per misericordiam & benignitatem nos peruenire. Quamuis autem misericordia quędam sit etiam erga nos ipsos, qua scilicet studemus miseriis nostris propriis subleuandis, iuxta illud Ecclesiasticum. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo, tamen sicut propriè misericordia dicitur ad alterum, ita etiam de huiusmodi misericordia intelligenda est hæc beatitudo. Porro huiusmodi misericordia in eleemosynarum largitione non tantùm consistit, sed etiam in his omnibus quibus iuuatur aliqua proximi miseria, & alterius onus portamus: vnde bene non dixit Dominus: Beati eleemosynatum largitores, aut beati miseratores, sed id quod omnibus competere potest: *Beati misericordes.* Misericors enim est, qui vel tantùm indolescit fraterna charitate alterius calamitatibus, si non possit subuenire. Misericors est, qui monet errantem, docet ignorantem, consolatur afflictum, vestit nudum, pascit esurientem, condonat peccanti in se debita, orat pro peccatoribus, aut denique qui quicquid habet dotis, aliis subleuandis ac refocillandis impendit. Quis ergo ab hac beatitudine conqueri poterit se necessitate esse exclusum? Considerandum autem & illud, Dominum cùm beatos misericordes pronunciat, contra vulgi sententiam significare, quod à Domino dictum testatur Paulus Actuum 19. Beatius esse dare, quàm accipere: & subuenire, quàm aliena opera subueniri. Porrò ob quam causam beati sint misericordes, ostendit Dominus subdens, *quoniam ipsi misericordiam consequentur*, à Deo scilicet. Et id quidem patet ex parte in præsenti tempore, in quo ob assidua peccata nemo non indiget Dei misericordia remittente peccata, quam maximè misericordia fraterna impetramus, iuxta illud Prouerb. 16. Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Et Danielis 4. Peccata tua eleemosynis redime. Sed perfectissimè Dei misericordiã consequentur misericordes in futura vita, quando gratuita Dei bonitate liberabuntur ab omnibus huius vitæ miseriis & malis. De qua misericordia Psalmista: Qui Psal.102. coronat te in misericordia & miserationibus. Et Iudas in epistola sua: Vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Ex quibus scripturis discimus nõ nisi per misericordiam Dei saluari nos posse, secundum illud Pauli: Gratia Dei vita æterna. Si enim exacta iustitia nobiscum agere volet Dominus, non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Idem cum hac sententia Domini habet & Dauid Psalm. 40. dicens: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Et Tobiæ 4. Quomodo potueris, ita esto misericors, & ne auertas faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Ex opposito verò dicitur Iacobi 2. Iudicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium. Et Prouerb. 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Videtur autem cùm dicitur solùm *ipsi misericordiam consequentur*, esse æqualis rettributio, sed est multo maior. Nõ enim est æqualis misericordia diuina & humana. Cõdonasti proximo delictũ aliquod leue usculum: tibi Deus condonabit omnia delicta. Remisisti fratri vindictam temporariam: tibi Deus remittet æternam. Subleuasti tua pecunia fratris inopiam: tibi Deus reddet opes suas cœlestes. Theophylactus autem non solùm de misericordia Dei dictum putat: quoniam misericordiam consequentur: sed etiam de misericordia hominum, vt ob id intelligi possit absolutè dictum, misericordiam consequentur. Qui enim heri misericors fuit, si hodie inops sit, ab omnibus misericordiam consequitur. Itaque sensus erit: Misericordiam consequentur, partim quidem hîc à Deo & ab hominibus, perfectissimè autem postea à Deo.

BEATI MVNDO CORDE, QVONIAM IPSI DEVM VIDEBVNT.] Quemadmodum immunditia dupliciter accipitur in scripturis, & aliquando quidẽ specialiter pro venereis actibus illicitis, quibus non tantùm anima, sed & corpus polluitur, vt cùm Paulus numerat inter opera carnis, fornicationem & immunditiam: aliquando verò generaliter pro omni vitio mentem hominis coinquinante. Sic dupliciter intelligi possunt ali- *Duplex mũditia cordis.* qui dici mundo corde, vel, vt habent Græca, καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, hoc est, mundi corde, pro quo Augustinus legit dictione compositea, mundicordes. Aũt enim specialiter dicuntur mundi corde, quorum cor castum est ab omni concupiscentia veneréa, aut saltem ab illicita concupiscentia alienum. Atque hoc modo hîc accipit Theophylactus, intelligens ideo munditiã cordis subiunctam post misericordiam, eo quòd quidam inueniantur misericordes, qui tamen scortantur, & aliàs immundi sunt, atque ob id Christum iubere cum aliis virtutibus etiam esse mundos, hoc est, castos, non solùm corpore, sed etiam corde, & adiecisse: quoniam ipsi Deum videbunt: quia vt nihil æquè hebetat mentem atque deditum esse Veneri, sic castitas & continentia mentem maximè capacem reddunt visionis & cognitionis diuinæ. Aliter dicuntur mundo corde generaliter, quorum cor nullis vitiis est inquinatum, purum scilicet & à malis cogitationibus, & à prauis desideriis, & singulariter ab omni duplicitate, quomodo Dauid precatur cor mundum creari in se. Atq; hoc modo accipit hîc D. Ambrosius, & similiter Basilius, qui quæstione 280. explicans quis sit mundus corde, di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit: Qui non reprehendit seipsum in reprobatione, aut defectu, aut negligẽtia mandati Dei. Et quidem potius debere sic generaliter accipi, verisimilius est ex loco Psalmi 23. ad quem hîc allusum videtur à Domino, vbi sic dicitur: Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, &c. Et subditur: Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob. Hîc enim cor mundum accipitur, vt generaliter omne mentis vitium excludat. Sic etiam dupliciter accipi potest locus ille Pauli similis huic sententiæ, qui est ad Hebr. 12. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Potest enim per sanctimoniam accipi castitas, quemadmodum intelligunt Chrysostomus & Theophylactus: potest etiam accipi generaliter omnis virtus mentem hominis sanctificans. Porrò si generaliter accipiatur munditia cordis (ad quam inuitat Isaias cap. 1. dicens: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et Iacobi cap. 4. Purificate corda vestra duplices animo.) rectè hæc beatitudo superioribus subiungitur, vt significaretur non satis esse si quis pauper sit mitis, lugens, iustitiæ & misericordiæ deditus, nisi etiam mundo sit corde. Nam illa videri possunt exterius ab aliquo præstari, qui tamen cor habeat vel cogitationibus & desideriis malis, vel sinistra bonorum operum quæ facit, intentione depraua-tum, aut ideo hæc beatitudo superioribus subiungitur, quod ex illis consequatur: cordis enim munditia, effectus est præcedentium virtutum. Nam per luctum & misericordiam purgatur cor. Accipitur autem hîc cor, sicut frequenter in scripturis, metaphoricè pro mente, propterea quòd sicut cor principium est omnium vitalium operationum, ita mens principium omnium cogitationum & affectuum. Vnde Sapiens præcipit omni custodia custodiri cor, quia ex ipso vita procedit. Et aliquando quidem cor metaphoricè accipitur tantùm pro parte mentis intellectiua, vt cùm cordi adduntur renes, sicut cùm dicitur, scrutans corda & renes Deus. Nam per renes pars appetitiua designatur. Aliàs verò pro tota mente accipitur. Verùm apparet nullos esse huius beatitudinis capaces. Dicitur enim Prouerb. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Et Iob. 15. Cœli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquas iniquitatem? Et cap. 25. Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Rursum: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Dicendum, quòd quemadmodum scriptura iustos vocat, non eos qui nullum committunt peccatum, sed qui ab omni crimine sunt liberi: ita & mundus corde dicitur, qui etsi cor habeat leuibus maculis aspersum, purus tamen est à criminalibus peccatis, quæ hominem in Dei ira constituunt. Dicuntur ergo quidam mundo corde, non absoluta munditia, sed à munditia fragilitati nostræ possibili. Si enim sit via aliqua multum lutosa, per quam difficilè quis possit transire nisi multum luti contrahat, transeat autem aliquis, qui pauculas, & paruas maculas contrahat, dicemus illum mundum esse. Bene autem mundis corde promittitur: quoniam ipsi Deum videbunt. Nam cùm Deus oculis corporalibus videri non possit, sed tantùm oculis mentis & cordis, requirit ad visionem sui puros oculos mentis, hoc est, puram mentem, quemadmodum sol sensibilis requirit puros oculos corporales. Quod enim sol est puris oculis, hoc Deus est puris mentibus. Quod pituita aut squamæ sunt oculis, hoc peccata sunt animis. Nec parua est huiusmodi promissio, posse videre Deum. Nam in visione Dei consistit fœlicitas vitæ æternæ, iuxta illud Saluatoris: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum. Adimpletur autem hæc promissio potissimum in futura vita. Nam in hac vita Deum nemo vidit vnquam, in propria eius essentia scilicet. Et tamen etiam ex parte adimpletur in hac vita, quandoquidem puri corde capaciores sunt cognitionis Dei, quæ hîc de ipso haberi potest. Sicut enim (inquit Theophylactus) speculum si mundum fuerit, recipit imagines: sic anima pura Dei faciem & scripturarum scientiam suscipit. Notandum & illud, dum mundis corde hîc promittitur videre Deum, doceri nos, præparationem humanæ mentis ad videndum Deum non consistere in perfectione partis speculatiuæ, quemadmodum Philosophi tradiderũt, ponentes sapientes maximè appropinquare Deo, sed in perfectione mẽtis & partis affectiuæ, quæ vocatur cor, ac proinde hanc præparationem & viam omnibus esse communem, quantũuis ineruditis. Nam munditiam cordis etiã vetulæ & anus indoctæ habere possunt. Itaque philosophi quidẽ beatos prædicant sapientes corde, quasi illi Deum sint perfectius visuri & cognituri. Christus contrà mundis potius corde id competere pronunciat. Iudæus & Pharisæus prædicabat & beatificabat eum qui mundus esset corpore, quòd talis possit ingredi templum, & apparere cum sanctis corã Domino. Dominus contrà mundos corde beatos prædicat, tanquam idoneos visionis Dei, docens corporalem illam quam sectabantur Pharisæi, munditiam non ita magnopere sectandam. Rursum mundus commendat eos qui student mundicici corporis & vestium, quòd tales digni fiant qui versentur cum regibus & principibus, & videant faciem illorum. Dominus contrà beatificat mundos corde, quòd visuri sint, non terrenũ aliquem regem, sed Deum ipsum. De immundis verò contrariũ dicit Psalmista: Non habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Et Apocal. 21. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium.

Psal. 50.

Psal. 7.

Ioan. 17. 1. Ioan. 4.

Psal. 5

BEATI PACIFICI, QVONIAM FILII DEI VOCABVNTVR.] Dupliciter accipitur in scripturis dictio, pacificus. Aliquando enim correspondet dictioni Græcæ εἰρηνικὸς, vt semper extra hunc locum, & dicitur pacificus, qui corde est pacato, quive cum omnibus pacem seruare studet, quomodo accipitur Psalm. 36. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Et Psalm. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. His enim locis ponitur εἰρηνικὸς: hoc verò loco non sic accipitur. Nam hîc pacificus parum aut nihil à miti differt. Vnde non est hoc loco εἰρηνικοὶ, sed εἰρηνοποιοὶ, hoc est, pacem facientes, & pacis conciliatores. Beatificantur ergo hîc qui non solùm in seipsis pacem iam habent, quales sunt qui mundo sunt corde: nec solùm cum

Qui pacifici.

cum omnibus pacem, quantũ in eis est, habere student, quales sunt qui mites sunt dicti: sed qui etiam student alios à se dissidentes sibi reconciliare, aut eos qui inter se discordant sibi mutuo pacificare, aut eos qui à Deo sunt alieni reconciliare Deo. Quamuis enim secundũ August. pacifici hîc etiam possint intelligi, qui omnes animi sui motus componunt & subiiciunt rationi, & etiam student cum omnibus habere pacẽ, quomodo intelligit Chrysostomus, tamen secundùm intentionem Saluatoris potissimũ his tribus modis contingit esse εἰρηνοποιὸν, hoc est, pacis conciliatorem. Primò enim pacifici sunt, qui etsi ab alio offensi sunt, omnẽ tamen dant operam quò is qui iniuriã dedit, sibi reconcilietur: cuius exemplum habemus in Dauide, retribuente Sauli bona pro malis. Secundò pacifici sunt, qui discordantes inter se ad concordiam redigere conantur. Vbi notandũ, bene ob perfectionem pacificorũ hîc septimo loco poni pacificos, sicut contrà post sex quæ odit Dominus, septimũ quod animã eius detestatur ponitur, seminare inter fratres discordias, Prouerb. 6. vbi etiam inter ea quæ odit Dominus, primũ ponitur sublimitas oculorũ, quæ contraria est ei quod hîc in principio, beatũ à Domino pronunciatur. Tertiò verò pacifici sunt, qui alienos à Deo student illi reconciliare, quales erant Apostoli, qui Euangeliũ pacis omnibus annunciabant, quò pacẽ inter ipsos & Deum componerẽt. Atque de huiusmodi pacificis maximè hîc videtur locutus Dominus, quòd huiusmodi pax sola verissima sit pax, ad quã prædicandã Apostolos, quibus hæc potissimum dicta sunt, missurus erat. Cerrè D. Basilius de huiusmodi pacificis dixisse Dominum istud intelligit, dum quæst. 215. proponens, quis sit pacificus ille qui à Domino beatus prædicatur, respondet: Qui Domino cooperatur, iuxta Apostolũ qui dixit: Pro Christo legatione fungimur, tanquã Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliemini Deo. Et rursus: Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deũ. Nam pax quæ aliter se habet, negata est à Domino, vbi ait: Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Hæc ille. Pacifici ergo sunt illi, de quorũ beatitudine eriã vaticinatus est Isaias, dicens cap. 52. Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis pacem, annunciantis bonũ, prædicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus? Hanc pacem etiam Dauid precatur prædicandam cõmitti montibus, hoc est, perfectioribus, dicens Psal. 71. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Ex his autem iam intelligere licet, quare post superiores beatitudines septimo loco conuenienti ordine sequatur hæc beatitudo, nimirũ quòd postquam quis mundus corde factus est, superfit vt & alios Deo reconciliare studeat, ac dissidẽtes componere, quemadmodum iam suarum virium partes composuit. Id enim vt est maius quid omnibus prædictis, ita omnibus superioribus adeptis, est adiiciendum. Bene autem pacificis promittitur, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur, quod tamen potest intelligi dupliciter, videlicet, vel respectu habito ad Deũ patrem, vel respectu habito ad filium. Quoniã enim Deus pater maximè pacem amat (vnde & Deus pacis dicitur) adeò vt & filium suum in mundum miserit, in quo cõplacuit sibi reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris siue quę in cœlis sunt, vt dicitur Colos. 1. ideò pacifici dicuntur vocandi filij Dei, vtpotè ei simillimi, & eius imitatores, quomodo statim postea dicitur: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est. Aut respectu habito ad filium, dicuntur pacifici vocandi filij Dei, eo quòd vnigeniti filij Dei opus peculiare fuerit reconciliare nos Deo, ac dissidentes populos pacificare. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua legẽ mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Ephes. 2. Non dicit autem, quoniã filij Dei erunt. Qui enim tales sunt, iam sunt filij Dei, nec expectare debẽt vt fiant filij Dei, sed vt tales vocentur, hoc est, manifestentur, & ab omnibus habeantur. In hac enim vita nondum manifestum est qui sint Dei filij dicendi, cùm multi eorum viles hîc sint & abiecti, non aliter tractati quàm serui aut mercenarij. Dicit ergo, vocabuntur, non falsò, sed verè, ita vt & tales sint, & tales agnoscantur. Charissimi (inquit Ioannes) nunc filij Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Ex superioribus autẽ satis patere potest, quàm conueniens sit ordo beatitudinum istarum septem adinuicem, & esse quosdã gradus inter virtutes in beatitudinibus designatas. Primùm enim requiritur, vt quis secundùm primã beatitudinem honores & diuitias contẽnat: deinde vt dum despicitur, aut iniuriam in suis facultatibus patitur, vincat in bono malũ per mansuetudinẽ, tum vt contemptis etiam mundi voluptatibus lugeat hanc peregrinationem: dehinc vbi bene affectus fuerit & dispositus respectu tripliciũ huius mundi bonorũ, scilicet erga honores, diuitias, & voluptates, superest vt iustitiam & misericordiã sectetur, quibus virtutibus bene erga proximum disponatur: hinc restat vt ad munditiam cordis ascendat, qua in seipso optimè disponatur, ac tum vt quemadmodum ipse pacem secum, cum omnibus & cum Deo habet, studeat & alios inter se, & cum Deo reconciliare. Hinc ergo satis intelligere licet, in posterioribus beatitudinibus semper aliquid poni quod sit perfectius priori. Quamuis autem hæ beatitudines diuersis sententiis pronunciatæ sint, non est tamen putandum ad consequendam beatitudinem cœlestem sufficere, si quis vnum præstet eorum quæ hîc beatificantur: nec similiter putandũ has beatitudines pertinere tantùm ad perfectos, sed ad omnes qui salui esse volent omnes pertinere: ita tamẽ vt beatior sit cui beatitudines istæ perfectius competũt, minus beatus cui minus cõpetunt: omnino autẽ non beatus, sed miser, qui ab his virtutibus quæ hîc beatificantur, planè est alienus. Itaq; in vnum sic has beatitudines contrahere paucis licet. Beatus qui contemnens huius mundi bona, honores, diuitias, & voluptates, iustitiam insuper & misericordiã sectatus, peruenit ad munditiã cordis, ac insuper & alios ad exemplum sui inter sese & cum Deo pacificare adlaborat. Sicut autẽ secundùm Ambrosium sunt in his beatitudinibus incrementa virtutum, sic secundùm eundẽ sunt etiam in eis incrementa præmiorum. Primum enim præmiũ est, quòd beatorum sit regnum cœlorum, sed cùm nostrum possit esse aliquid quod non possidemus, maius quodammodo est possidere terrã: & quia multa possidemus cum tristitia, tertio loco ponitur cõsolatio: & quia consolatio non vsq; ad saturitatem aliquando contin-

Ordo inter beatitudines.

1. Ioan. 3

2. Pet. 1.

2. Cor. 5. Roma. 3. Ioan. 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

git,quarto ponitur saturitas:& ne saturi metueremus aliquem defectum, quinto sequitur misericordiæ promissio,ab omni miseria liberans &securos reddens:& quoniã parum est conregnare,nisi conuersatio cum rege habeatur,sexto promittitur visio Dei:& quoniam videre regem etiam seruitoribus conceditur,dignitas filialis superadditur septimo loco. Itaq; beati regnum cœlorũ non tantùm consequentur,sed etiam possidebunt,consolati,saturati,&ab omni miseria liberi,videntes Deum vt filij Dei. Cæterùm his septem primis beatitudinibus, quæ consistunt circa aliquam operationem, adaptat D. August. pulchrè septem dona spiritus sancti, quæ sunt apud Isaiam cap.11. vt licet videre prolixè in 1. lib. de sermone Domini in monte, & lib.2.de doct. Christ.cap.7. Primum enim donum, nempe timor, congruit,inquit, humilibus,de quibus dicitur:Beati pauperes spiritu.'Secundum,pietas,conuenit mitibus. Qui enim piè quærit,honorat scripturas , non reprehendit in eis quod nondum intelligit , nec resistit , quod est mitem esse. Tertium,scientia,conuenit lugentibus,qui didicerunt quibus malis nunc vincti sint,quæ quasi bona petierunt. Quartum, fortitudo,conuenit esurientibus & sitientibus,quia desiderantes gaudium de veris bonis , laborant à terrenis cupientes auerti. Quintum,cõsilium competit misericordibus,quia vnicum remedium est de tantis malis erui , dimittere & dare aliis. Sextũ intellectus,conuenit mundis corde,'qui purgato oculo possunt videre quod oculus non vidit,&c. Septimum sapientia,conuenit pacificis,in quibus nullus est motus rebellis,sed obtemperant spiritui. Ita ferè Augustinus.

BEATI QVI PERSECVTIONEM PATIVNTVR PROPTER IVSTITIAM, QVONIAM IPSORVM,&c.] Post septem beatitudines superiores , quæ in actione aliqua consistunt, iam subiunguntur duæ beatitudines consistentes in laudabili passione , sed quatũ posterior includitur in priori , sicut speciale in generali. Et quidem rectè hæ duæ beatitudines sequuntur superiores, tum quòd maiorẽ adhuc perfectionẽ præ illis contineant,imò absolutam perfectionem,qua non est maior (maioris enim est perfectionis pro præstita & adimpleta iustitia tolerare persecutiones,quàm quæ sunt iustitiæ facere,& maiorẽ charitatem nemo habet,quàm vt animã suam ponat pro iustitia &pro Christo)tum quòd ferè contingere soleat,vt qui superiores consecutus est beatitudines,propter iustitiam suam incidat in hominũ impiorũ persecutiones.Beati ergo qui persecutionem patiuntur, si modò tamen propter iustitiam,suam scilicet,patiantur,hoc est, propter bonũ aliquod à se factum. Neque enim beati sunt qui persecutionem patiuntur propter peccata sua, etiamsi eam patiãtur propter iustitiam communem,videlicet vt satisfiat iustitiæ & æquitati communi. Vnde D. Petrus epist. 1.cap.4. Nemo,inquit , vestrum patiatur vt homicida,aut fur,aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus,non erubescat,glorificet autem Deum in isto nomine.Et cap.4.Si quid patimini propter iustitiam,beati. Et cap.2.Hæc est gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniustè. Quæ est enim gratia si peccantes & colaphizati sustinetis?Sed si benefacientes patienter sustinetis,hæc est gratia apud Deum.Accipitur autem hic pati persecutionem generaliter, pro pati quamuis iniuriam , siue verbo , siue facto illatam, cùm in sequenti mox beatitudine specialiter accipiatur,significans tantùm persecutionem quæ fit facto. Cæterùm qui sic ob iustitiam patitur persecutionem , à duplici virtute qua præditus est, commendandus venit,nimirũ à tolerantia patienti,& constanti prosecutione iustitiæ quam præfert ipsi liberationi malorum,quod etiam satis includitur in eo quod dicitur , *propter iustitiam*. Quòd si quæratur an beatitudinis huius capaces sint , qui vera fide destituti, ob iustitiam aliquam malè afficiuntur, vt Philosophi, qui apud gentiles ob iustitiam aliquam vel morte,vel alio malo affecti sunt: aut hæretici, qui ob nomen Christi ab infidelibus persecutionem sustinent:dicendũ primùm, quemadmodum superius dictum est , sententias generales semper intelligendas esse cum huiusmodi subintelligentia,si nihil alioqui desit.Deinde non esse perfectam aliquam iustitiam in eo qui vel errore, vel vitio aliquo aliàs contaminatus est. Vbi enim, inquit Augustinus, non est fides, similiter vbi non est charitas,non potest esse istuitia.Rectè autẽ istis qui persecutionem patiuntur,promittitur regnum cœlorum, nimirum pro humiliatione apud homines, exaltatio apud Deum. Conueniebat enim vt qui in terris ab hominibus conculcantur , & nihil minus quàm regnant , omnium facti peripsema, his promitteretur regnũ cœleste,quod priùs etiam pauperibus spiritu promissum fuit. Considerando enim in regno cœlesti omnium bonorum diuitias & abundantiam,rectè ponebatur pauperũm merces. Considerando verò in ipso exaltationem & potestatem, rectè afflictorum & oppressorum ponitur iam merces. Vnde & Petrus 1. cap. 4. Si inquit, exprobramini in nomine Christi , beati eritis,quia quod est honoris & gloriæ & virtutis Dei, & qui est eius spiritus , super vos requiescit. Augustinus autem intelligit ideo primæ beatitudinis mercedem hic in octaua repeti , vt per hoc quod reditur ad caput , ostendatur perfectio eorum qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,quódque eis tanquã omnino perfectis competant omnia illa septem quæ posita sunt, quibus homo perficitur. Ambrosius verò intelligit ideo iam repeti promissionem regni cœlorũ , quòd regnum cœlorum bis iustus consequatur:primùm secundum animam,in depositione corporis:secũdò etiam secundum corpus,post resurrectionem.Itaq; pauperibus spiritu cõpetit quatenus sunt tales,habere regnum cœlorum secundum spiritum,quo hic sunt pauperes:passis verò persecutionem etiã secundum corpus competit regnum cœlorum,vt qui in eo persecutionem sunt passi. Et bene quidem octauo loco constituitur hæc beatitudo hominẽ perficiens ob numeri huius perfectionem , obseruati in veteris legis circuncisione , & nouæ legis resurrectione Dominica. Hæ octo beatitudines intelligi possunt designatæ per octo illos gradus , quibus describitur Ezech. 40. esse ascensus in spirituale illud & mysticum templum quod ibi mensuratur. Quem octonarium numerum obseruauit & Petrus , describens quibus rebus ministrabitur nobis introitus in æternum regnũ Domini nostri Christi: Ministrate,inquit,in fide vestra virtutẽ,in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam , in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Et subiungit : Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus

2. Pet.1.

introitus in æternum regnum , &c.Quæ octo videntur etiam fere per omnia correspondere istis octo quæ Dominus hic beatificat.

[BEATI ESTIS CVM ODERINT VOS, ET MALEDIXERINT VOBIS HOMINES, &c.]Superiorem beatitudinem generaliter propositam, conuerso iam sermone applicat ad Apostolos,tum vt doceret eos ab hominibus infectandos, sicque ad mala toleranda redderet paratiores:tum quòd persecutiones propter iustitiam noua iam ratione essent incœpturæ in ipsis Apostolis,qui ob prædicationem Euangelii & confessionem nominis Christi affligendi erant , ob quam eatenus nemo fuerat persecutionem passus. Ideoq; & tam explicatim exponit mala varia in persecutionis nomine superius comprehensa , vt dum hæc illis euenirent,rei nouitate non offenderentur nec scandalizarentur. Vnde Ioan. 15. Hæc inquit, locutus sum vobis,vt cùm venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis. Et Lucas quidem quatuor membra malorum posuit: *cùm vos oderint homines , & separauerint vos , & exprobrauerint , & eiecerint nomen vestrum tanquam malum.* Quorum primum pertinet ad inferiorem affectum : secundum & quartum ad externam operis persecutionẽ tertium verò ad linguæ iniurias. Loquitur autẽ in secundo membro de separatione è synagoga , aut generaliter à consortio suo. Eiicere autem nomen tanquam malũ, est memoriã aliquorum vel prorsus aboscere vel abominabilẽ posteris reddere.Matthæus autem tria ponit malorum membra,dicens *Cùm maledixerint vobis homines , & persecuti vos fuerint & dixerint omne malum aduersum vos.*Quorum primum idem est cum eo quod habet Lucas, *& exprobrauerint*,hoc est,probris affecerint. Est enim Græcis eadem dictio, nempe ὀνειδισωσιν , hoc est,probra in vos iecerint.Quod sic à tertio membro vult differre Augustinus,vt maledictio vel opprobrium referatur ad eos qui præsenti contumeliam verbis inferunt. Dicere autem omne malum aduersum aliquos,referatur ad eos qui absentibus detrahunt,omne criminum genus illis imputãdo. Sanè opprobria sustinere , magnum est & graue admodum. Nam & Iob postquam alias tentationes patienter tolerauit,tunc maximè turbatus est, cùm ab amicis opprobriis impetebatur , tanquam ob peccata sua pateretur. Quod autem dicitur hic à Matthæo : *& persecuti vos fuerint* , ad operis, & facti iniurias hic singulariter pertinet,nec accipitur tam generaliter , quàm vel in superiori beatitudine,vel postea cùm dicitur , *Sic enim persecuti sunt Prophetas* , &c. Porrò Dominus hæc propter se patientibus , non solùm præmium beatificans eos promittit , quemadmodum in aliis fecit beatitudinibus,sed & ad gaudium, & exultationẽ inuitat. quasi dicat : Cùm hæc experiemini , non solùm non frangamini animo per huiusmodi mala, nec deploretis vestram conditionem veluti etiam à Deo neglecti,sed potius gaudete animo,animique lætitiã exteriori gestu & exultatione ostendite,eo quòd propter hæc multam mercedem assequemini & in cœlis,in quibus iam merces vestra reposita est.Vbi notandum,Dominum mercedem & præmium horum beatorum non finiuisse,quem admodum in aliis beatitudinibus , sed indeterminatè dixisse:merces vestra multa est in cœlis,ad significandum immensitatem ipsius præmii , quod nulla nominata mensura exprimi posset. Quæ qui dem promissionis excellẽtia singulariter huic beatitudini reseruata est , propter singularem perfectionem eorum qui non simpliciter propter iustitiam patiuntur simplicem persecutionem, sed qui tam varia qualia sunt dicta patiuntur,idque ob cõfessionem nominis Christi, quæ vt planè est paradoxum quid,& omnem excedens intellectus facultatem,ita debuit singulari huius promissionis priuilegio decorari.Alias enim virtutes & iustitias,ob quas quis patitur,intellectus etiam naturali suauvirtute percipit & approbat:at confiteri vnum eundemque Deum esse & hominem & per crucem omnes ab eo liberari,non potest nonvideri intellectui sibi relicto absurdum & incredibile. Hac autẽ Domini sententia , *Gaudete & exultate , quoniam merces vestra multa est in cœlis*, duplex Lutheranorum refellitur error. Dicunt enim nullum esse meritum bonorum operum,nec iustum intuitu mercedis vitæ cœlestis posse facere opera bona. Hic verò & mercedis fit mentio,quæ merito respõdet tanquã suo correlatiuo,& ejus intuitu excitat suos Dominus ad fortiter ferendum aduersa,atque ad gaudium & exultationem. Sic & Moyses,si Paulo credimus,aspiciebat in remunerationẽ,cùm Christi improperium præferret Ægyptiorũ diuiriis.Et Dauid inclinasse se cor suum scribit ad faciendas iustificationes propter retributionẽ.Cæterùm quo rectè intelligatur quomodo mereamur aliquid apud Deum,& quale sit nostrũ meritum,aduertendũ duplex esse inter homines meriti genus,quoddam scilicet liberale & quoddam seruile.Et liberale quidem adhuc duplex est.Nam quoddam est,cui sine omni pacto & conuentione aliqua remuneratio debetur tantùm debito gratitudinis, quale est meritum quo amicus beneficiis suis amico impensis dicitur mereri apud illum vicissim simile vel etiam maius beneficiũ. Quoddam est,cui pacto & promissione præcedente, aliquid debetur tantum debito fidelitatis, quale est meritum seruorum apud Dominum suum , si benignus,& liberalis herus seruos suos ad opus inuitet , propositis cuique pro sua diligẽtia & labore præmiis liberalibus, ad quod tamen opus æquè sine vllo præmio obligaretur ex sua conditione. Seruile autem meritum est, quo quis opera sua alteri nõ debita meretur ex pacto & cõuentione certam mercedem. Quale meritum à liberali merito multum differt. Nã in merito liberali non commensuratur datum accepto, nec æquale æquali conamur reddere , sed omnino liberalitatis est quod damus,studemusq; benemerẽtem beneficio vincere.Nec est in illo meriti genere aliquod ius aut actio vicissim petendi aliquid ab eo de quo est quis benemeritus , cùm vel liberaliter de eo sit benemeritus , vel ex sua conditione id facere debuerit , quo dicitur meruisse. In merito seruili,certa mercede certam operam nobis non debitam pacisCimur, studemusq; pro vtilitate quæ ex opera alterius nobis prouenit , æquale aut etiam minus alteri reddere , competitque merenti ius & actio petendi pactam mercedem à ter giuersatore.Postremum hoc meriti genus non habet locum inter Deum & homines,tum quòd vniuersum quod sumus,facimus,aut possumus,illi ex conditione nostra debeamus:tum quòd ex nostris operibus nihil illi accedat vtilitatis. Merito verò liberali hic locus est, maximè illi quod est secundi generis , quod similius erit merito hominis ad Deum, si quis proponat herum præmiis promissis

Esse meritum bonorum operum.

Hebr. 11

Psal. 118.

Duplex genus meriti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruos suos inuitãtis ad honestos labores, non suæ A vtilitatis gratia, sed solùm illorum ipsorum causa, quia cũ ipse sit bonus, suos omnes sibi similes reddere studeat. Similiter si quis proponat patrẽ munere aliquo promisso filium ad feruens literarum studium prouocantem. Non est tamen omnimoda similitudo adhuc inter meritum filij vel seruorum & meritũ hominis apud Deum. Nam ibi nulla est dignitas operis ad ipsam mercedẽ quæ redditur liberaliter, aut saltem non respicitur ad operis dignitatem: in merito verò hominis apud Deum dignitas quædam est operis correspondens præmio & B mercedi, quã quidem dignitatem humanum opus habet ex eo quòd ab ipso Spiritu sancto procedat quodq; ab ipso fiat qui membrũ est corporis Christi: hoc enim duplici respectu diuinam quandam dignitatem habet humanum opus, ita vt nõ solùm iam debeatur ei præmiũ vitæ æternæ propter Dei promissionem, sed etiã propter operis dignitatem quemadmodum in republica virtuti hominis iustè viuentis debetur præmium aliquod ciuile, ob ciuilem & naturalem operum eius dignitatem. Quòd enim sit aliqua condignitas inter bona opera, & mercedem vitæ æternæ, patet ex ea sententia, qua toties dicitur in scripturis Deus redditurus vnicuique secundum opera sua vel laborẽ: ergo sicut reddit impijs digna factis eorum, ita & iustis. Proinde C quòd habeatur meritũ aliquod inter homines consistens proximè accedens ad meritum hominis apud Deum, proponatur princeps aliquis ciuitatis, ad hoc institutus quò singulis ciuibus pro ipsorum virtute præmia dispenset, qui peregrinos aliquos seruos suos sua bonitate, & ciuium numero inscribat, & eis donec quibus insignia aliqui designare valeãt, ac promissionem insuper adiciat de remunerando eos veluti ciues, nõ seruos suos. Huiusmodi enim princeps, debitor erit præmiorũ reddendorum seruis suis, si strenuè virtuti operam dederint, suaq; opera & virtute ciuitatẽ cohonestauerint. Debitor, inquam, tum ratione suæ promissionis, tum ratione publicæ iustitiæ, cuius est administrator, quamuis si secluſa eius promissione, ipse cõsideretur tanquã Dominus ipsorum seruorum, nihil est quod ab eo serui possint exigere, nihil quod illis debeat Dominus. Sic enim etiam Dominus Deus, tãquã fidelis in promissis suis, & æquus iustitiæ administrator, nõ potest non debitam bonis operibus mercedẽ reddere, quamuis eam iusti ab ipso, si tanquam ipsorum Dominus cõsideretur non possint sibi velut ab eo debitam exigere. Vnde
2. Tim. 4. Paulus Deum quasi iudicem considerans: In reliquo, inquit, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Dominus autem apud Lucam consideratione seruilis nostræ conditionis: Cùm, inquit, feceritis omnia E quæ præcepta sunt vobis, dicite, quia serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Ex quibus etiam patet quare vita æterna dicatur Dei gratia vel donum, & dari ex misericordia Dei. Vita enim æterna etsi sit debita bonis operibus, tamẽ quatenus à Deo dominoomnium datur, gratia est, quia illum nobis debitorem constituere nõ potuimus: tum quia omne quod possumus, illi ratione dominii debeamus: tum quia ipsa bona opera nostra illius sunt dona, vt dum nostra coronat merita, sua coronet dona, quod proculdubio magnæ est misericordiæ & gratiæ: tum etiam quòd ex nostris operibus nihil illi accedit vtilitatis. Accedit his quòd multa etiã simul à iustis committuntur, ob quæ si iudicium exactum cum eis inire vellet, negare eis posset bonis operibus debitam mercedem. Porrò non tantũ mercedis futuræ intuitu Dominus suos ad gaudium in tribulationibus & persecutionibus inuitat, sed & alia ratione: dum subiicit: *Sic enim persecuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos*, qua sententia multũ quidẽ animat discipulos. Primùm enim significat nihil eos nonum passuros: deinde eos æquãdos significat Prophetis, viris insignibus, quibus assimilari & æquari nemo non pulchrum duxerit: imò secundùm Chrysostomum, significat ipsos Apostolos etiam esse Prophetas, cũ dicit: *Prophetas qui fuerunt ante vos*: quamuis id non sit necesse intelligere significatum. Præterea eadem de causa passuros eos significat qua Prophetas, vt ne putarent cõfessionem nominis Christi inferiorem esse functione Prophetarum. Itaque non obscurè etiã insinuat suam cum Deo patre à quo mittebantur Prophetæ, æqualitatem. Postremùm, significat ex persecutione Apostolos etiam in terris futuros glorioſos, quemadmodum & Prophetæ facti sunt. Est ego sensus: Dum hæc vobis euenient, ne conturbemini quasi noui aliquid vobis contingat, sed potius gaudete tanquam communicãtes passioni busanctorum, quos iam etiam mundus admiratur & veneratur. Sic enim, hoc est, eisdẽ modis, nẽpe maledictis & probriis infectãdo, iniurtisq; ne variis afficiendo, atque eadẽ de causa persecuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos. Illos enim persecuti sunt odio patris, vos persequentur odio mei.

[c] VERVNTAMEN VÆ VOBIS DIVITIBVS, QVI HABETIS, &c.] Lucas Euangelista quatuor tantùm posuit beatitudines, nimirum eas quæ planæ essent, & vulgo, & huius mundi sapientib⁹ paradoxæ. Omnes enim in paupertate, esurie, luctu ac vituperio hominum sitam iudicant miseriam. Econtra Christum Lucas inducit docentẽ, in D his potius hominis fœlicitatem sitam esse, & propter cõtraria horum quæ mundus sectatur hominem potius miserum cẽsendum esse. Reliquæ verò quatuor beatitudines à Matthæo positæ, quibus beatificantur mites, misericordes, mundi corde & pacifici, non sunt ita paradoxæ, quin sensus communis virtutẽ approbans eas facilè sic accepturus. Itaque quatuor illis à se positis beatitudinibus, quatuor etiam *Væ* Lucas opponit. Est autẽ interiectio, *væ*, pro quo malè aliqui dicendũ putant, Væh, deriuata a Græco οἴ, & hoc videtur deriuatum ab Hebræo הוי, Hoi, quod idem significat, & est interiecto minantis vel execrantis, aut prædicentis malum aliquod imminere. Et aliquãdo quidem in scripturis est interiectio prædicentis imminere dãnationem æternam, vt hoc loco, & aliis ferè locis noui testamenti: aliquando verò est prædicentis tantum malum aliquod tẽporale, vt frequenter in veteri testamento, & in illo item Euangelii: Væ Mat. 24. prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Sunt autem generales hæ sententiæ nõ de omnibus diuitibus, saturis, ridentibus, & laudatis apud homines intelligendæ, sed de his qui hæc præsentia bona sua ducunt, eaq; ex affectu & corde studiosè sectantur. Prima ergo sentẽtia, de diuitibus illis accipiẽda est, qui similes sunt diuiti illi Euãgelico epu Luc. 16. loni, qui scilicet diuitiis quibus in miserorum subleuationẽ vti deberent, abutũtur ad proprias voluptates, oblectãtes scilicet se in earũ possessione, & honoribus atque deliciis, quas diuitiis sibi parant.

Hoc

Hoc enim sentire Dominũ patet ex eo quòd adiecit, *qui habetis consolationem vestram*. Quod non debet intelligi appositum velut determinatio diuitum, quibus hic væ Dominus interminatur, sed vt causa cõdemnationis diuitũ. Non enim est Græcè, qui, sed, quemadmodũ in sequentibus duabus sententiis, ὅτι, id est, quia. Et videri potest à scriptore aliquo, quia, mutatũ in qui, eo q̃ durum videretur sine restrictione diuitibus væ dominum interminari, nisi fortè interpres pro ὅτι, legit ὅς. Pro habetis, autẽ Græcè est ἀπέχετε, quod potius est, accipitis, nimirum ab ipsis diuitiis, vel ab ipso Deo permit-
Luc. 16. tente, quẽadmodum diuiti epuloni dictum est: Fili B recepisti bona in vita tua. Reprobis enim Deus ferè in hoc mũdo concedit consolationem aliquam pro ipsorum portione, reseruans iustorum consolationem reddendã in futura vita. Quoniã autem diuitias sequitur saturitas ventris: & omniũ in hoc mundo desideriorũ, risus quoq; & gaudium, rectè subiũgitur: *Væ vobis qui saturati estis*, qui scilicet esurie, & siti nõ affligimini in hoc mũdo, & omnibus huius mundi voluptatibus pleni estis, nihil cœlestium & spiritualium rerum desiderãtes, quia mi serè in futura vita esurietis, omnium rerum desideratarũ inopia laborãtes. Væ vobis qui ridetis nũc, hoc est, qui in hac vita, in qua sunt mille flendi causæ (emphasim enim habet illud, nunc) gaudia sectamini, & risui, omniq̃ lætitiæ vacatis. Mox enim C versis rerum vicibus lugebitis, & flebitis, toti scilicet intus & interius occupati à tristitia. Luctus enim ad animum spectat, fletus ad corpus. Iam quoniam diuites & deliciis affluẽtes ab omnibus prædicari solent & laudari, rectè vltimo loco subiicitur: *Væ cum benedixerint*, hoc est, laudauerint, & magnificauerint vos omnes homines, mundani scilicet, & qui nihil quàm humana sectãtur. Non ergo omnes subiiciuntur condemnationi qui laudantur ab hominibus, sed qui eas laudes ambiunt, aut potius qui à mundanis laudantur, qui laudare solent eos, qui falsa fœlicitatis specie clari sunt in hoc mundo, qui ea agunt quæ & ipsi sectantur, aut ea D dicunt, & docent quæ ipsis sunt grata. Sic enim intelligendum patet ex his quæ sequuntur: *Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum*. Vbi, *eorum*, refertur ad ipsos homines benedicentes: & dicuntur patres eorum, prædecessores eorũ, quorum ipsi sunt imitatores. Hactenus Dominus sententiis quibusdam breuissimis simul, & grauissimis, cœlestis & arcanæ Philosophiæ dogmata tradidit, sententiarũ breuitate, & pondere tum authoritatem suam declarans, tum auditorũ animos magis erigens. Necdum autem præceptis egit, sed sententiis tantùm quibusdam grauiter ostẽdit quibus rebus fœlicitas vera paretur, quibus cõtrà amittaE tur, suauiter, & blandè allectans ad ea quæ carni sunt ingrata, atque auocãs ab his quæ caro sectatur. Et certè cùm hæc tanta cũ authoritate in principio suæ doctrinæ, Christus tanquam præcipua dogmata nouæ legis pronũciarit, cumque, vt priùs dictum est, ad omnes hæc pertineãt Christianos, & non ad eos tantùm qui perfectionem profitentur in Christianismo, & tamen vulgus Christianorum hæc antiquari sinat apud se, ante omnia hæc auribus omnium semper essent inculcanda. Quæ si animis nostris persuasa essent, non ita passim omnes pro rebus friuolis, pro pecuniola, pro vanissimis titulis, pro quauis iniuriola digladiaremur: non ita ad ea quæ veræ pietatis sunt frigidi essemus. Oran-

dus autem Dominus, vt hæc carni planè paradoxa A apud nos fidem obtinere faciat, menti nostræ ea persuadens.

[a] VOS ESTIS SAL TERRAE. QVOD SI SAL EVANVERIT, IN QVO, &c.] Hic iam Dominus quò ad perferendas persecutiones & sectanda omnia quæcunque vel superius commendauit, vel postea præcepturus est, magis incitaret electos iam à se Apostolos, aperit quàm iam illis personam imposuerit & ad quid delegerit, docẽs functionem ipsorum planè exigere, vt in his quæ vel dicta sunt vel dicẽda, aliis se duces præbeant, & ante omnes hæc ipsi præstent. Et quidem conditionem per- *Tritus similitudinibus describitur functio Apostolorum.* sonæ illis impositæ tribus similitudinibus explicat. Primùm vocando eos sal terræ, vniuersæ scilicet, quo functionem ipsorũ excedere etiam functionem prophetarũ denotauit, cùm Prophetæ, sal tantùm essent iudææ: ipsi verò sal vniuersæ terræ hoc est, vniuersis hominibus terrã inhabitantibus aut hominibus terrenis. Accipitur autem hîc sal, sicut, & postea lux, parabolicè. Mos est enim scripturæ, & Syris, ac Palestinis, parabolisvti, & metaphoris, quibus dulcius menti veritas instillatur. Dicuntur ergo sal terræ, quòd hominibus essent vice salis, aut ad id delecti, vt id essent hominibus, quod *Salis proprietates.* sal est carni, & omnibus cibis. Habet autem sal duas præcipuas proprietates. Primùm enim cibum insipidum, ac insuaui sanitate nauseam prouocantem, sapidum acrimonia sua reddit. Secundò, vi sua, & acrimonia carnem à corruptionibus præseruat, consumendo humores consanguineos à quibus caro corrũperetur. Sic ergo secundum duplicem hanc salis conditionem doctores Euangelici sunt sal terræ; tum quia homines abominabiles Deo, & quos vt dicitur in Apocalypsi, euomit ex ore suo, reddunt gustui Dei, & bonorum omnium sapidos, & gratos, aspergendo, & imbuendo illos cœlesti sua doctrina ac vitæ sanctissimę exemplo: tum quia per hæc eadẽ præseruãt homines à corruptionibus vitiorum, cœlestis doctrinæ vi exedentes & consumentes in hominibus sanguineos carnis humores, hoc est, carnis desideria, mẽtis corruptionem, nisi eximãtur adferentia, & reseruantes eos æternæ incorruptioni. Et quidem ad priorem salis conditionem hîc respexisse videtur Dominus ex eo quod sequitur: *Quòd si sal euanuerit, in quo salietur?* Ratione cuius conditionis salis, etiam apud prophanos authores sal accipitur pro sapientia, vt in illo Terentij: Si quis haberet salem quod in te est, & insulsus homo dicitur vir insipiens. Sic & Paulus ad Colos. 4. per sal sapientiam significat dicens: Sermo vester semper in gratia sale sit cõditus. Proinde ob id maximè dicuntur Apostoli sal terræ, quòd constituti essent vt sua sapiẽtia insulsos homines insulsamq̃ eorum vitam condiendo, sapidam Deoq̃ gratam redderent. Nam, vt dicitur Iob 6. Non potest comedi insulsum, quod non est sale conditum. Dominus ergo Apostolos suos paucos vocans salem terræ, primùm quidem significat eos non debere solùm esse mediocres, vel tolerabiles, sed ipsos, etsi paucos, totum debere condire mundum: non enim opus esse multo sale, sed efficaci, cùm paululum salis admixtum, plurimum cibi sapidum reddere possit. Deinde hac apellatione eos præfert, & prophetis, qui, vt dictum est, sal erãt Iudæorum tantùm, & ipsis gentilium philosophis & sapientibus, Iudæorum Scribis & Pharisæis, quorum omnium sapientia ineffica-

x

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficax fuit, nec condiendæ vitæ hominũ sufficiens. A Prosequitur autẽ hanc similitudinem salis Dominus dicens: *Quòd si sal euanuerit, in quo salietur?* Vbi pro, *euanuerit*, Græcè est, μωρανθῇ, hoc est, infatuatum fuerit. Nam sicut insulsum à cibo transfertur ad hominem, ita fatuum ab homine trãsfertur ad cibum. Vnde Martialis betas, quòd insipidæ sint, fatuas vocat. Illud ergo, *euanuerit*, est, inefficax factum fuerit, sapore suo & acrimonia deperdita. Quòd verò sequitur, *in quo salietur*? dupliciter accipi potest. Primò, vt *salietur*, accipiatur personaliter, & sit sensus: in qua re ipsum sal corruptũ B & insipidum iam salietur? quasi dicat: non est vnde sali possit restitui deperdita vis & sapor. Secundò, vt verbũ, *salietur*, accipiatur impersonaliter, & sit sensus, per quid fiet salitio, & conditura? Non erit vnde reliqua insulsa condiantur, & saliantur, saleiam corrupto. Atque hoc modo accepisse patet quendam, cùm in Paraph. sic explicet, quid tãdem erit reliquum quo multitudinis insulsa vita condiatur? Quamuis autem hic sensus etiam verus sit, & ex re ipsa consequatur, tamen priorem sensum potius amplectendum patet ex eadem hac sententia Domini, vt eam Marcus extulit capite 9. vbi sic legimus, Si sal insulsum fuerit, in quo illud, nempe sal, cõdietis? vel, vt habent Græca, in quo illud condietur? est enim ἀρτύειν. Hanc enim eandem de sale parabolam Marcus illo capite alio tempore aliáque occasione prolatam à Domino affert, & rursum alio tempore prolatam Lucas affert capit. 14. Sed, & ea quæ hic sequuntur apud Matthæum, & illic apud Lucam, indicãt priorem sensum sequendum. Sequitur enim, *Ad nihil valet vltrà*, scilicet quòd, & insulsum est, & non potest reparari. Qua parte significaretur iam corrupti salis etiam inutilitas, sicut priore parte eiusdem irreparabilitas, nempe quòd, quemadmodum Lucas explicat, non sit vtile vt in agrum aut in sterquiliniũ mittatur, ad quod vtilia fere sunt alia quæque corrupta ciborum genera eo quòd sterilitatem afferret agris, proinde eiicitur è cellis salariis in plateas, & conculcatur ab hominibus. Portò intendit per hæc docere Apostolos, & successores eorum Dominus, studiosè illis adlaborandam vt in officio salis perseuerent, & vinidum illum Euangelicæ perfectionis vigorem conseruent. Alioqui si vel amore laudis, vel cupiditate pecuniæ, vel studio voluptatum vel metu infamię, damnorum aut mortis denique, vel errore aliquo debitum illum vigorem amiserint, infatuari, secundum insipientes mundi iudicia, & mores, futurum vt duo hæc simul, mala incidant. Primùm, vt sint irreparabiles, vtpote carentes pastoribus reparantibus eos: alterum, vt perdito cõdiendi alios officio ad nihil vtiles, eiiciantur è dignitatis suæ gradu & veneratione, atque in extremum veniant cõtemptum apud homines, quod per conculcationem significatur, aut vt eiiciantur ex hoc mundo in tenebras exteriores, & ibi præcæteris hominibus malis vlius tractentur, & affligantur inhumanius à diabolis. Experimur hodie, proh dolor, nimis verum esse quod hic Dominus futurum prædicit. Siquidem quoniam planè maior pars Episcoporum, Pastorum, & eorum qui sunt gradus Ecclesiastici, adeo sunt infatuati, vt nec micam salis, quod dicitur, vita, & doctrina se habere ostendant, hinc in tantam hodie conculcationem, direptionem, & contemptum incidit ordo Ecclesiasticus, nec spes ob eorum fatuitatẽ, aliquando insulsam vitam Christianorum restitui ac corruptiones eorum tolli posse, cùm corrupti sint irreparabiliter penè, quorũ sanitate alij essent curandi. Et vtinam hi qui sal sunt infatuatum, eo essent loco quo infimæ plebis malus quisque, qui vt sibi malus est, certè non perinde aliis. Nunc verò cùm sal sint infatuatum, nec tamen omnino foras proiiciãtur, sic vt alii qui sint salsum sal, in eorum locum substituantur, sed suscipiant etiam munus stercorandi agrum Dominicũ, quid aliud multis locis euenire potest, quàm si inutile sal agro iniicias? nimirum vt non solùm sint, & sibi, & aliis inutiles, sed etiam omnibus pernicioſi.

VOS ESTIS LVX MVNDI, NON POTEST CIVITAS ABSCONDI, &c.] Quos priùs dixit esse sal, significans eos delectos ad condiendum mores, & affectus hominum, iam lucem vocat, quòd delecti essent ad pellendum verbo, & opere tenebras hominum. Nam, & gentiles in tenebris versabantur, verum Deum ignorantes, & Iudæi quoque vmbris legis affixi nondum ad veram, & claram lucem peruenerũt, necdum cognoscentes quæ esset vera iustitia quæ nos Deo commendaret. Lucem autem eos vocat, non qualis est sol (sic enim esse lucem Christo proprium est) sed qualis lux est lucerna ab alio lumen suum mutuans, vnde mox Dominus explicans hanc parabolam, lucernę accensæ eos comparat, dicens: Neque accendunt lucernam, &c. Nec mirum si Apostolos suos Dominus vocet lucem, cùm etiam Ephesios, & omnes fideles Paulus vocet lucem. Eratis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Quorsum autem eos vocauerit lucem mundi Dominus, patet ex sequentibus, videlicet non tam commendandi eos intentione, quàm extimulandi eos ad ea quæ ipsorum essent officii. *Non potest* (inquit) *ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam*, &c. Vbi præterquam quod explicat quorsum eos vocet lumen mundi, tertiò suos etiam ciuitati in monte constructæ comparat, & vult significare, quòd quomodo ciuitas supra montem posita abscondi non potest, sed necessariò omnium oculis est exposita propter montis altitudinem: ita Apostolos propter status, & officii sui altitudinem, non posse latere hominibus, sed necessariò omnium oculos conuertendos in ipsos. Et quomodo noctu lucernam nemo ad id accendit vt sub vase occulat, sed vt candelabro imponat, quò lumen præbeat omnibus qui in domo sunt: ita ipsos cogitare debere, ob id cœlesti lumine accensos à se, vt propositi palam omnibus, illustrent in nocte huius sæculi omnes qui sunt in domo Dei, vel ingrediuntur in eam, quæ est Ecclesia Dei viui, (vt docet Paulus) & proinde neque persecutionum metu libertatem prædicandi aliis veritatem, esse ipsis deponendam, sed tota fiducia quod audierunt in domo, prædicandum in tectis, neque solùm citra maculam debere ipsos degere ne aliis sint offendiculo, sed præ aliis maiori debere præditos esse perfectione, quò ab eis omnes quod imitentur discant & accipiant. Bene autem Dominus ciuitati in monte constructæ suos hìc comparat, secutus scilicet scripturæ morem, quæ Ecclesiam Dei, cuius præcipua portio & primi ædificatores fuerunt Apostoli frequenter hac similitudine exprimit, peculiariter autem Psal. 45. 47. 86. Isaiæ 60. 65. Ezech. 40. Quo loco Propheta memorat se adductum, in visio

visionibus Dei in terram Israel, & suauiter demissum super montem excelsum valde, super quo sibi visum sit velut ædificiũ ciuitatis ab austro. Quod certè est Ecclesiæ fidelium ædificium, quòd cùm Christo fundamento nitatur, in celsissimo monte situm est, summáque cum admiratione ob omnibus conspicitur, omnes ad se alliciens, omnesq; ad contemptum rerum terrenarum, & desiderium cælestium bonorum inuitans, inconcussum, & inseparabile persistens contra omnes hostium insultus. Fieri itaque non potest vt qui huius ciuitatis sunt præcipui & primi, quales erant Apostoli, abscondi sint. Christus enim mons altissimus, super quo ædificati sunt, manifestos & conspicuos eos omnibus facit, per mirabilem potestatem eis traditam, per prædicationem & conuersationem longè à terrenis semotam, quæ non possunt non esse hominibus admirabiles, vt quæ diuersæ omnino sint à sapientia & moribus filiorum Adæ. Quòd autem Dominus suos comparat lucernæ accensæ, & super candelabrum positæ, significans per candelabrum Ecclesiam, simile est cum illo Apocal. 1. vbi septem cãdelabra aurea septem interpretãtur Ecclesiæ quibus Ioannes scripsit. Quod autem dicit de positione lucernæ sub modio, simpliciter videtur accipiendum, vt tantùm significetur occultatio lucernæ. Nam Marci 4. & Lucæ 8. vbi hæc sententia alio tempore etiam dicta citatur, additur de positione lucernę sub lecto, & apud Lucam pro modio ponitur vas. Nemo, inquit, lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectũ ponit. Et idem capit. 11. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio. August. tamen altiori & tropologica intelligentia accipit dictum de non ponenda lucerna sub modio, ad significandum, lucem bonæ doctrinæ non esse obscurandam, & tegendã propter commoda temporalia. Modius enim cùm sit mensura rerum temporalium, rectè significat retributionem commodorum temporalium. Ambrosius verò, & Beda intelligunt significatam lucem Euangelicam sub mensura legis non esse concludendam, nec intra terminos vnius gentis esse cohibendam: Sic & Hilarius: Synagogam, inquit, dignè Dominus modio comparat, quæ susceptos fructus intra se tantùm receptans, certum modum dimensæ obseruantiæ continebat. Nunc tamen fructu omni adueniente se vacuauit, non tamen potens luminis occulendi atque ideo iam lucerna Christi non recondenda sub modio est, neque operimento occultanda synagogæ. Hæc ille.

SIC LVCEAT LVX VESTRA CORAM HOMINIBVS, &c.] Superioribus similitudinibus ostendit lucem eorum debere lucere coram hominibus: hìc verò adiicit modum quo lucere debeant, & finem propter quem debeant lucere: videlicet non in propriam gloriam sed in Dei patris gloriam, & hominum vidẽtium profectum. Quod autem dicitur, *vt videant opera vestra bona, & glorificent*, intelligendum est phrasi Hebræis familiari, pro eo quod est, vt videntes opera vestra bona glorificent. Sicque vitatur absurditas quæ videtur esse in ipsis verbis (quomodo enim lucere posset lux coram hominibus, quin eam viderent? & apparens contrarietas huius sententiæ cum ea quæ sequitur:) *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis*: quamuis etiam aliter soluatur illa in speciem contrarietas. Portrò cùm dicitur: *Sic luceat vestra lux*, paulò iam aliter lux accipitur quàm superius, cùm dicitur: *Vos estis lux mundi*. Ibi enim ipsi Apostoli à Domino luce abundantiore donati, dicuntur lux: hìc verò perfectio sapientiæ, & vitæ lux illorum esse dicitur. Bene autem notandum, quòd dicit, *vt videant opera vestra bona*: quasi dicat, vt non solùm audiant sanam vestram doctrinam, sed etiam videant opera vestra bona, significans eos qui constituti sunt pro lucernis Ecclesiæ, non lucere, si tantùm doceant bene, nec vita doctrinę respondeat, & ab hominibus Deum non glorificandum, nisi viderint etiam bona opera doctrinæ correspondentia, sed potius blasphemãdum. Proinde contra hanc Domini sententiam faciunt, qui talentum sibi traditum absconduntviuentes in otio. Deinde qui verbo quidem prælucere videntur, opera verò non addunt. Tertiò, qui ex sua prædicatione & conuersatione suam apud homines quærunt gloriam. Notandum, & illud, quod non dicit: vt glorificent Deum, sed potius, *vt glorificent patrem vestrum qui in cœlis est*. Sic enim, & suauius eos inuitat ad id quod facto opus est, eò quòd patris honor & gloria naturaliter quæritur à filiis, in quos etiam patris gloria redundat: & rursum significat, non satis esse vt quæratur Dei gloria, sed eam filiali amore quærendam. Iam & illud, *qui in cœlis est*, etsi sit additum ad distinctionem patris terreni simul tamen etiam includit rationem ob quã Dei gloria sit quærẽda, nimirum ratione dominij eius quod habitatio eius in cœlis significat. Portrò quãquam hæc peculiariter pertineant ad Apostolos, ac Ecclesiæ pastores & Doctores, tamen ex nonnulla parte etiam ad omnes pertinent Christianos. Siquidem Paulus Philippensibus scribens, sic præcipit: Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis pra uæ, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, &c.

PRÆCIPITVR ABVNDANTIOR IVSTITIA QVAM SIT Phatisæorum. Matthæi 5. Lucæ 6. CAPVT XL.

NOlite putare quoniã veni soluere legẽ, aut prophetas. Non veni soluere, sed adimplere ‖ Amen quippe dico vobis, donec trãseat cælũ & terra, iota vnũ aut apex vnum nõ præteribit à lege, donec omnia fiãt.] Qui ergo soluerit vnum de mãdatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autẽ fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum[a] Dico autẽ vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquã Scribarum & Phariſæorũ, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autẽ occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit consilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinque

Universidad de Deusto
Biblioteca

relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade, priùs reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus
tuum. || *Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius iudici,*
& iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouis-
simum quadrantem. [*Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia*
omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. || *Quòd si ocu-*
lus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membro-
rum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te,
abscinde eam & proiice abs te, expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum cor-
pus tuum eat in gehennam.] *Dictum est autẽ: Quicunque dimiserit vxorem suam, det illi libellum re-*
pudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit
eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non per-
iurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cæ-
lum, quia thronum Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymã, quia
ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum album facere aut
nigrum. Sit autem sermo vester, est est, non non: quod autẽ his abundantius est, à malo est. Audistis quia
dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: † *sed si quis*
te percusserit in [a] *dexteram* [f] *maxillam tuam, f præbe illi & alteram. Et* ▷ *ei qui vult tecum in iudicio*
contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, [a] *& quicunque te angariauerit mille pas-*
sus, vade cum illo & alia duo. [c] *Omni* || [f] *autem qui petit à te, da ei: a & volenti mutuare à te, ne auer-*
taris: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. || *Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis*
similiter.] [a] *Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. f Ego au-*
tem dico vobis, [c] *qui auditis: f Diligite inimicos vestros, benefacite his qui odorunt vos.* [c] *Benedicite ma-*
ledicentibus vobis, [f] *& orate pro persequentibus & calumniantibus vos,* [a] *vt sitis filij patris vestri qui*
in cœlis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. f ▷ *Si enim*
diligitis eos qui vos diligunt, || *quam mercedem habetis? Nonne & publicani hoc faciunt?* [c] *Nam & pec-*
catores se diligentes diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem
& peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam
& peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. [c] *Et si salutaueritis fratres vestros tantùm,*
quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Veruntamen diligite inimicos vestros, benefacite,
& mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi. quia ipse beni-
gnus est super ingratos & malos. f Estote ergo [a] *vos perfecti* [&] [c] *misericordes, f sicut & pater vester* [a]
cælestis perfectus [&] *misericors est.*

† c & qui te per cuisit

▷ c ab eo qui aufert tibi vestimentum etiã tunicã noli prohibere

‖ a. Qui autẽ petit te, petito ne tristue.

▷ c. Et est. Hic quæ nobis est gratia?

NOLITE PVTARE QVONIAM VENI SOLVERE LEGEM AVT PROPHETAS, NON.] Daturus Dominus nouæ legis quædam præcepta celsiora his quæ erant in veteri testamento, amputat suspicionem falsam, quæ de se haberi posset, tanquam veteris legis destructore, docens quæ præceperus est non aduersari legi aut prophetis, sed potius supplere quod legi deerat. Nomen autem legis (quod aliquando pro scriptura totius veteris testamenti accipitur, vt in illo: Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis) hic accipitur tantùm pro quinque libris Moysi, quos singulariter vocãt Hebræi תורה torach, hoc est, legem. Porrò dupliciter dicitur quis soluere legem, videlicet & dum eam transgreditur, & dum eã abolet & destruit. Atq; hoc secũdo modo debere hîc accipi, ipse scopus Christi satis indicat, sed & dictio Græca hîc posita. Est enim hîc verbũ καταλῦσαι, quod est dissoluere & destruere, non autem simplex λῦσαι, quod mox postea ponitur: *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis*, &c. & Ioan. 7. cùm Dominus dicit non solui legẽ Mosaicam per circuncisionem in sabbatho factã. His enim locis soluere legem, est eam transgredi. Hic verò præcipuè Dominus loquitur de doctrina, quamuis rectè etiam simul & primus modus soluendi legem hîc intelligatur includi, vt soluere legem sit, aut vitam transgredi, aut doctrina ipsam abolere & destruere. Bis etiam adimplere legẽ accipitur tripliciter. Primò, vt sit seruare legem, vt in illo Pauli: Qui diligit proximum, legem impleuit. Secundò, vt sit promissiones legis ipso facto exhibere, quomodo frequenter Euangelistæ dicunt aliquid in lege promissum, impletum esse, vt cùm dicitur Luc. 24. Necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege, & prophetis, & Psalmis de me. Tertiò, implere legem, est eam perficere, eiusque imperfectionem supplere. Et tribus quidem istis modis Dominus adimpleuit legem. Nam & præcepta legis in omnibus seruauit, factus sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, & promissa legis & prophetarum opere compleuit, legisque imperfectionem suppleuit, idq; dupliciter, videlicet per suam passionem & fidem, iustificando homines, quod lex præstare non potuit, sed tantùm ad illud præparare & disponere. Vnde Paulus dicit, Dominum de peccato damnasse peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et secundò, addendo præceptis legis id quod minus habere videbatur. Hic verò cùm Dominus se dicit venisse ad implendum legem, videtur potissimũ loqui de impletione legis quæ fit exhibitione & cõpletione promissorum legis, & quæ fit additione præceptorum legem perficientium. De priori enim illa impletione Dominum locutum patet ex sequenti sententia. Amen dico vobis, Iota vnum aut apex vnus non præteribit à lege donec omnia fiant. De secunda item locutum patet ex sequenti eius doctrina, qua supplet ea quæ legi ad perfectionem hominis deesse videri poterant, dicens: Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. Verùm hîc occurrit

Ioan. 15

Rom. 13

Rom. 8

Duplicitèr soluitur lex.

Tripliciter lex impletur.

difficultas quomodo saluator dicat se nõ venisse ad solnẽdum legem, cùm certum sit eum sustulisse legem quo ad cæremonialia & iudicialia eius præcepta. Vnde & Paulus dicit, ipsum mediũ parietem macerię soluisse, & legẽ mandatorum decrętis euacuasse. Et ad Hebr. 7. Reprobatio quidẽ fit prioris mandati, propter infirmitatẽ eius & inutilitatẽ: introductio verò melioris spei per quã proximamus ad Deum. Ad quam difficultatẽ respondet Caietanus. Dominum dixisse se non venisse ad soluendum legem, quia non venerat vt in ꝓpria persona legẽ solueret & abrogaret, quã per Apostolos eõstat esse per Christi ascensum abrogatam: sicut dicit se non esse missum nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, quia scilicet in sua persona solis Israelitis venerat prædicare. Verùm ad istud nõ posse cõfugi, patet primùm ex eo quod Dominus hæc de se dicat, vt & Apostolos habeat hacin parte habitatores, vnde mox infert Qui ergo soluerit &c. Deinde quia illi quod est soluere legem opponitur implere legẽ, ita vt significetur Dominũ si legem soluisset, hoc est abrogasset, non eam impleturum, cùm tamẽ nihil minus adimpleuisset legem, si legẽ quam abrogauit per Apostolos, in sua persona abrogasset. Proinde rectius dicetur, quemadmodũ indicat Rupertꝰ, scripturã dupliciter loqui de lege Moysaica. Quandoque enim dum de ea est sermo, respectus habetur ad ea quæ sunt illi legi propria, quæquẽ per solam illam legem sunt introducta, qualia sunt iudicialia & cæremonialia. Sic de lege loquitur Paulus in prædictis locis. Quãdoque verò respectus habetur ad ea quæ sunt in lege præcipua, & maximè à Deo intenta, qualia sunt decalogi præcepta & alia moralia, quibus Dominus docet quomodo piè, iustè & sobrie quis hic viuere possit. Nam cæremonialia & iudicialia sunt veluti accessoria quædã præcepta, quæ pro ratione temporis & hominum Deus indicauit ad tẽpus conuenire vni illi populo, tanquam vtilia ad obseruationem eorũ quæ præcipuè requirebantur. Vnde Ieremiæ 7. sic dicit Dominus: Holocausto mata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes qa nõsum locutus cũ patribꝰ vestris, & nõ præcepi eis in die qua eduxi eos de terra AEgypti, de verbo holocaustomatum, & victimarum, sed hoc verbum præcepi eis dicens, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quemadmodum mandaui vobis, vt bene sit vobis. Quia sententia satis indicauit se cæremonias in lege præscriptas non per se exegisse, sed coactum populi conditione, quem videbat idololatriæ deditum. Vnde & Ezechielis. 20. dicit Dominus dedisse se primum Israeli præcepta & iudicia sua quæ faciens homo viueret in eis, significãs præcepta decalogi: postea tamen propter populi peccata dedisse etiam præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuerent, significans secundum Hierõ. & Rupertum cæremonialia. Et in Psalmis cùm de lege fit mentio & mendatis eius, fere intelligendum de ipsa lege secũdum id quod est in ea præcipuum. Vt cum dicitur: Lex domini immaculata conuertens animas, &c. Et: Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi. Et cũ in Psal. 118. toties præcatur doceri legem Dei, aut in ea deduci. Ita & in hoc loco, cùm Dominus dicit se nõ venisse ad soluendam legem, sed ad implendum, potissimum locutus est de lege secũdũ ea quæ in ipsa lege sunt præcipua. Vnde postea cũ suis præceptis legem perficit, tantum adfert præcepta moralia: & nulla cæremonialia. Legem ergo, quæ ad dilectionem Dei & proximi, atque temperantiam in omnibus seruãdam inuitat, Dominus non soluit, sed adimpleuit, quia perfectius docuit quomodo hæc præstari debeant, quã lex vel exigit, vel intelligebatur exigere. Et tamen etiam legem, quatenus cæremonialia continet, non oportet hoc loco fateri Dominum soluisse, sed etiam impleuisse eam. Nam quamuis cæremonialia ad literam abrogauit, vt vim obligandi ãplius non habeant, tamen non penitus ea soluit, (quod feciſſet si docuisset ea mala fuisse, nec à Deo profecta) sed adimpleuit ea, tum quia in se hoc ipsum exhibuit quod per illas cæremonias adumbratur, tum quia docuit quomodo ea præcepta spiritualiter intellecta perfectius obseruari à Christianis deberent. Deinde hoc ipso ꝙ soluit obligationẽ præceptorum cæremonialium secundum literalẽ ipsorum intelligentiã, nõ soluit ipsam legẽ, sed adimpleuit eam, quia hoc ipsum à lege fuit prædictum & promissum in multis locis. Quod autem Dominus hic loquens de adimpletione legis, etiam cõprehẽdat cæremonialia, & non solum moralia, patet ex sententia sequente, qua dicitur nihil præteriturũ à lege donec õnia fiant, vbi manifestè Dominus loquitur de lege, quatenus continet non solum præcepta, sed etiã promissa & prophetias. Iam autem cæremonialia præcepta, prophetię quædam erant spiritualiintellecta. Sic certè hunc locũ intellexerũt etiã de cæremonialibus Hieronymus & Augustinus.

Psal. 18.
Psal. 110

AMEN QVIPPE DICO VOBIS, DONEC TRANSEAT COELVM ET TERRA &c.] Ostẽdit hac sententia quanta sit legis insolubilitas, quam simili quoquè sententia Luc. 16. extulit dicens: Facilius est cœlum & terrã præterire, quàm de lege vnum apicẽ cadere. Est autẽ sẽsus iste Vere enimillud vobis affirmo, ꝙ vsquead consummationẽ seculi, quando transibunt cœlũ & terrã, nõ quidẽ secundum substantiam suam, sed secũdũ statum suum, ne minimũ quidem ex vniuersa lege est periturum, sed perficientur, vniuersa quæ in ea sunt scripta. Quod enim dicit, Iota vnum aut apex vnus non præteribit à lege, per hiperbolen & tropum est accipiẽdũ. Non enim laboratur de literarum apiculis, cum cõstet quædam volumina veteris testamẽti intercidisse, quorum nomẽclaturã adhuc videmus in canonicis voluminibus, sed asseueratur nihil omnino promissum aut proditum in lege Mosaica, quod nõ impleatur. Cùm autẽ dubiũ non sit quin Dominus locutus sit Hebraicè, dubium etiam nõ est quin quod hic Iota vocatur, ea sit litera quã Hebræi Iod appellant inter õmnes literas longe minimam, nonnunquã sic appositã vt videatur superuacanea, à cuius nomine etiam Græci suum Iota, correspondens Hebraicæ literę Iod, vocauerunt. Apicem autem hic vocat non accẽtiunculorum notas, cum hæ & apud Græcos & apud Hebræos serò sint receptæ, vt nec tẽpore Hieroymi in Hebręorũ libris fuerint vel notæ accentuum, vel notę vocalium quas punćta vocãt. Sed apicem vocat summum elementi fastigiũ vt est verisimile. Non est autem intelligẽdum propter aduerbium, donec, hic bis positum, significari mi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nima legis peritura,postquã transiuerit cœlũ & terra,aut postquã omnia facta sunt,sed per pri°, donec,significatur,ipsum cœlũ & terrã:quæ firmissimæ sunt orbis partes,aliquãdo trãsitura,cũ adhuc nõ trãsibit aliquid legis:per posterius verò,donec significatur euentus & perfectio omniũ quæ lex promisit.Neque significatur ista sẽtentia ónia quæ lex habet perficiẽda esse ãtequã cœlum & terra immutabũtur.Multa enim legis ĩplenda sunt post trãsitũ cœli & terrę, & in ipsa cõsummatione sæculi,sed tantum quòd nullo vnquã tẽpore sæculi lex sit dissoluẽda,futurumque vt omnia impleantur.Significatur ergo hac sẽtẽtia legẽ esse quid diuinum,quod non sit falsitati & solutioni obnoxium cũ verbis hominũ,& rebus corruptibilibus huius sæculi.

QVI ERGO SOLVERIT VNVM DE MANDATIS ISTIS MINIMIS,ET DOCVERIT.] Varie exponitur quæ sint mãdata mi nima de quibus hic loquitur Dominus.Augustinus enim mandata minima intelligit ipsa mãdata legis,quæ per Iota & apicẽ sunt significata,& quæ Dominus postea mox perficit.Sunt enim illa minima,quia minus hominem perficientia & beatificantia.Domini verò præcepta quæ illis addit,rectè maxima dicuntur,eoq; sint perfectiora. Et quidẽ de illis legis mandatis videtur esse intelligendum,eo quod hęc sententia ex superiori sẽtentia pendeat & inferatur,in qua de his quæ legis sũt dicitur.Chrysostomus verò per mãdata minima intelligit ea præcepta quę Dominus addidit præce ptis legis,eaque putat,in prima sua expositione,dici minima à Domino, humilitatis & modestię causa:in secũda vero expositionequę etiam nomine Chrysostomi legitur,eo quòd minor esset illorũ transgressio,& minus necessaria eorum obseruatio.Et de his mandatis magis Dominum locutũ esse verisimile est,tũ propter pronomen demonstratiuum,istis,quod non videtur quid possit aliud demõstrare quàm ea qnę mox Dominus est præcepturus,vt sit sensus: Qui soluerit vnum de mãdatis istis minimis quæ modò sum præcepturus:tum qa dum sequitur ex opposito,Qui autem fecerit & docuerit; sub intelligendum indubiè sit,mandata ista.Iam quæ sint illa mãdata,quæ qui fecerit & docuerit, magnus vocandus sitin regno cœlorum,patet ex subiuncta ratione:Dico enim vobis : Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam,&c. Inde enimpatet magnum nõ vocãdum in regno cœlorum,nisi eum qui fecerit & docuerit illa mãdata quibus Christus legẽ perfecit & adimpleuit. Non est tamen necesse,omnia præcepta Christi hic vocari minima,cũ hic videatur esse sensus Domini. Qui soluerit vnum etiam tantum de mandatis istis, etiamsi illa sint minima,hoc est,vnum mãdatorum etiã minimorũ,vt significetur minimum fore,nõ solũ eum qui multa mandata soluerit ,sed etiam qui vnum tantũ soluerit , etiãsi illud non sit ex maioribus,sed ex minimis:aut ex minimis esse putetur ,vt minima quædam dicat Dominus per cõfessionẽ.Quare intelligi etia m potest Dominum,cum dicit,de mandatis istis , demonstrare non tantum sua præcepta, sed etiam legis præcepta quæ adducturus est,& omnino omnia præcepta quæ traditurus est,quamuis nõ ómnia sint dicenda minima. Infertur autẽ hęc sententia secundum hanc intelligentiã ex superioribushoc modo:Quoniam veni ad perficiendum & implendum legem quæ animo dissolui non potest,ideo quicunque soluerit vnum quãtumis minimum ex his mandatis quibus ego lum legẽ perfecturus,aut quæ lex præcipit,minimus vocabitur,&c.Iam quod sequitur;& docuerit sic homines:dupliciter etiam exponitur. Quidã enim iutelligunt de eo qui bene quidem docet,& ab aliis obseruandum exigit quod ipse per infirmitatem non præstat,vt sit sensus:Qui soluerit vnũ mandatum,etiamsi sit minimum, & sic, hoc est, trãsgressor legis existens , docuerit homines id seruare quod ipse non præstat.Aut, & docuerit sic homines:hoc est:etsi docuerit homines ita vt ego iam præscribo. Secũdũ quem sensum q; sequitur , minimus vocabitur in regno cælorũ:sic videbitur accipiẽdũ , vt significetur talem non eiiciendũ quidẽ è regno cœlorum: sed in eo non habiturum eum locum quem habiturus est qui & fecerit & docuerit omnia hæc præcepta etiã minima.Non enim qui temere irascitur, mox excludendus est è regno cœlorum:si modò non doceat licere temere irasci. Aut si de tali solutione legis dictum Domini accipiatur: quæ sit grauis & criminalis:tunc quod sequitur, minimus vocabitur,accipiendũ est,vt postea in sequẽti sẽsu:pro nullus vocabitur:& nullum habebit locũ in regno cœlorum. Interpretatur hãc partẽ: docuerit sic homines , in hunc sensum quidam in Paraph.quem sensum etiam Hieronymus indicauit:sic scribẽs:Possumus intelligere : q; magistri eruditio : etiam si paruo peccato obnoxius sit,deducat eum de gradu maximo,nec profitdo cere iustitiam:quam minima culpa destruat. Et beatitudo perfecta sit:quæ sermonedocueris:opere cõplere. Aliter hæc pars secundũ Augustinũ intelligitur de eo qui male docet,vt sit sensus:& docuerit sic homines sicut ipse soluit,hoc est:docuerit etiam nõ seruare alios quod ipse non seruat:& tum vita,tum doctrina legem aliquã soluerit.Atque hic sensus videtur esse verisimilior: tum quod nimis durum sit dicere eũ qui rectè docet:si vnum aliquod ex minimis mãdatis trãsgressus fuerit , minimum fore in regno cœlorũ: cùm nemo omnino sit qui non in multis offendat:tũ quia ex superioribusistud Dominus infert, in quibus dixit se non venisse ad soluendum legẽ quæ est insolubilis,sed ad implendũ eam suis præceptis perfectioribus. Vnde suo exemplo etiã alios doctores prouocare volens,& sua præcepta,quæ legis sunt perfectio,stabilire,inf.rt; q ergo soluerit vnũ mandatorũ horũ , & docuerit sic homines,hoc est, qui ita soluerit aliquod horũ mandatorũ,quomodo ego dixi me non venisse ad soluendũ legem. Quomodo enim in fine huius sermonis duo ponit Dominus auditorũ genera,aliud bene,aliud male audiẽtium:ita hic in exordio sermonis antequã præcepta sua tradat ,volens ostendere Apostolis quæ docere debeant,& agere.duo ponit docẽtium genera , vnũ bene,aliud male docẽtium. Notare ergo hic voluit Scribas & Pharisæos,qui ea mandata quæ legi iam erat additurus , aut etiam quædam legis mãdata & soluebãt trãsgrediendo ea,& docebant ea non esse seruanda , vt satis Dominus postea significat.Vnde Hieronymus.Sugillat,inquit,Pharisæos,qui cõtẽptis mandatis Dei statuebant propriàs traditiones , quod non eis

prosit doctrina in populis,si vel paruum q; in lege præceptum est,destruat. Secundum hunc autem sensum quod sequitur ; minimus vocabitur in regno cœlorũ, dupliciter accipi potest.Aut enim regnum cœlorum accipitur pro regno cœlesti,quod post hanc vitam expectatur:& dicitur talis vocandus minimus,quia cotẽptus habebitur à Deo & sanctis eius,& indignus planè qui recipiatur in regno cœlorũ. Aut regnum cœlorum hic accipitur,quemadmodum sæpe,pro republica credentiũ in Christum quomodo & ibi videtur accipi:Quisputas maior est in regno cœlorũ ? Et similiter dicitur vocandus minimus in regno cœlorũ,quia etiamsi connumeretur inter ciues regni cœlorũ,inter eos tamẽ infimo erit loco,tali scilicet loco,vt è numero ciuium sit eiiciendus ni resipiscat.Omnes enim hi dicũtur in regno cœlorum minimi,qui eo sunt loco in populo Dei,vt in eorũ numero non sint semper permansuri.Sicq; cessat obiectio,quæ hic fieriposset de his qui soluunt grauiora Dei mandata:aut de his qui pessima docent , an ne illi sint dicendi in regno cœlorũ minores his qui tantùm soluunt vnũ mandatorum minimorũ,& sic docẽt. Sequitur:Qui autem primum quidẽ fecerit , non iam vnum aliquod solum de mandatis istis, sed omnia simul mandata ista quæ modo traditurus sũ: deinde verò etiam alios docuerit,hic non erit sollùm in regno cœlorũ,sed magnus ibi vocabitur, maior scilicet his qui vel tantũ faciunt, vel tantum docent,secundũ illud Danielis : Qui docti fuerint,fulgebunt quasi splendor firmamenti:& qui ad iustitiam eruditunt multos,quasi stellæ in perpetuas æternitates.Bene ergo notanda est correspondentia inter,minimis & minimus quasi dicatur:Qui vel vnũ istorum mandatorum minimũ duxerit,cum nullũ sit paruum habendũ, ita vt & ipse illud soluere audeat,& alios docere illud soluere,ipse vicissim minimus vocabitur & habebitur,&c.Qui verò adeo hęc mendata magnifecerit , vt & faciat ea & doceat , ipse vicissi magnus vocabitur.Omittit autẽ dominus duos gradus medios inter duos gradus docentiũ hic positos,videlicet eos qui faciunt sed nõ docent, & eos qui docent sed non faciũt,eo quod hi tãquã medij in extremis cõprehendantur. Qui enim faciunt & non docent,quia non spectat ad illorũ officiũ, vocabuntur & ipsi quodam modo magni in cœlorũ regno. Qui verò docent,sed nõ faciunt,ad eos frequenter pertinent qui minimi vocabuntur in regno cœlorũ.Deinde qui faciũt, etiãsi non doceant verbis,docent tamen conuersatione. Contrà qui non faciunt etiamsi verbis doceant , tamen factis suis docent non faciendũ quomodo ipsi nõ faciunt , ac ,inde bene reducũtur medij grad° ad duos illos extremos.

DICO AVTEM VOBIS,QVIA NISI ABVNDAVERIT IVSTITIA VESTRA PLVSQVAM SCRIBARVM.] Græca non habent autem,sed coniunctionem causalem, ὅτι, enim:Quomodo & Augustin.legit in expositione huius sermonis,& Dyonis.item Carthusianus,ac Rupertus.Redditur enim ratio quare dixit se venisse ad ĩplẽdũ legẽ,& quare seruanda sint mandata sua quibus legẽ est perfecturus & impleturus. Proinde rectius caput istud quadragesimũ incœpimus iam ab eo loco.Nolite putare quoniam veni soluere legem,&c.quo loco incipit Dominus iacere fundamentum præceptorum suorum quæ hic legi addit,aut quibus legem explanat. Redditur autem superius dictorũ ratio,cũ asseueratione quadã terribili,qua ita confirmat quæ præmisit,vt etiã simul paret trãsitũ ad exegesin aliquot legũ Mosis, & fundamentum dicendorum iaciat,ne miretur auditores quod quædam præcipiat, quæ non præcipiunt nec prę stãt scribæ Iudeorum doctores,& Pharisæi aliis religiosiores.Est ergo hic sensus.Dixi me nõ venisse vt legem soluerem,sed vt implerem , & minimũ fore in regno cœlorũ,qui vel minimum aliquod eorũ quæ dicturus sum soluerit ac soluẽdum docuerit.Id adeò verum est,vt certò affirmem nisi iustitiam vos consecuti fueritis abũdãtiorem & pleniorẽ ea qua se Scribæ & Pharisęi vẽditãt,qui tamẽ omniũ iustissimi in populo habentur , municipatus regni cœlorum nequaquã fore participes :potest autem hæc sententia intelligi dictaspecialiter ad Apostolos, & eorum locum in Ecclesia tenentes,doctores scilicet , ad quos superiora singulariter pertinent,vt ideo comparetur iustitia doctorũ Euangelicorũ cum iustitia Scribarum & Pharisæorũ,quoniam & isti erant populi doctores,& significetur doctores Euãgelicos perfectiora & facere & docere oportere,quàm faciebant & docebant Scribæ & Pharisæi.Verùm quoniam præcepta illa,quibus postea ſtarim explicat quæ sit iustitia illa abundantior quam requirit,ad omnes pertineant Christianos ,rectius hęc sentẽtia intelligitur dicta toti populo & omnib° Christianis.Ideo aut em iustitia Christianorũ cõparatur iustitiæ Scribarũ & Pharisæorum , quoniã & apud Iudæos optimi habebantur,ac iustissimi,& sibiipsis placebant tanquã consecuti iustitiam perfectã.Iraque significat nos optimis & pro sanctissimis habitis apud Iudæos,debere esse meliores. Notandum autem dicere Dominum. Nisi abundauerit iustitia vestra , plusquã iustitia legis aut prophetarũ, sed Scribarum & Pharisæorũ. Omnia enim ferè præcepta quæ Dominus subiungit,erant in lege & prophetis , sed nõ erãt apud Scribas & Pharisæos, qui ex lege ea nõ intelligebant.Vnde non cõtrariatur hic locus illi dicto Saluatoris:Si vis ad vitã ingredi , serua mandata:legis scilicet & prophetarũ. Quid autem id velit hoc loco Dominus:ex eo etiã cõstat , quod cũ toties repetet:Audistis quia dictum est antiquis,allegat eo modo scripturam quo Scribę & Pharisæi illã interpretabantur,vt illud : Diliges proximum tuum,& odio habebis inimicũ tuum cum de odio nullus sit euidens scripturæ locus. Notandũ secundò,nõ comparari iustitiam nostrã cum hypocrisi Pharisæorum & Scribarum , aut quouis alio eorum vitio:sed cum earum iustitia, hoc est virtute & æquitate , quã ex aliqua parte habebant.Ideoque nõ dicitur:Nisi meliores sitis Scribis & Pharisæis,sed,nisi abundauerit, &c.significans nos debere præstare eorum iustitiã, & tamen etiam illi aliquid debere superaddere.Iustitia autẽ maior quæ à nobis requiritur , primũ quidem consistit in iustitia non solùm exteriorũ operum,quam solã sectabantur Scribæ & Pharisæi,vt patet ex oratione Pharisæi , Ieiuno bis in sabbatho,&c.sed etiam internarum affectionũ. Secundò, consistit in eo, vt non faciamus quę in lege veteri necessitate quadam permissa sunt, vt patet de libello repudii,usura,& vindicta sumen

Dan. 12. Matth. 19. Matth. 5. Luc. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

da. Tertiò in eo, vt non cortici legis inhærētes, A legem implcamus secundum intellectū & explanationē Scribarum & Phariſæorum, vt patebit infra de odio inimici. Et in ſumma, maior iuſtitia quæ a nobis requiritur, eſt qua legēſeruamus non ſecundum explanationē Scribarū literę nimis inhęrentium, ſed ſecundum legis præcipuā intentionem, quam hic Saluator explicat. Debet quidem iuſtitia noſtra etiam in eo excedere iuſtitiam Scribarū & Phariſæorū, vt eam non ſolum in operibus collocemus, ſicut illi, ſed etiā & ante omnia in fide Ieſu Chriſti: Deinde vt eā nō in externis caremoniis potiſſimū ſitam exiſtimemus, quemadmodum illi, ſed in ſpiritu. Verum B ad hæc non videtur hic reſpexiſſe Dominus, qui hic de iuſtitia ſolum locutus eſt, quatenus ad opera ſiue interna, ſiue externa pertinet, & ad cō uerſationem cum proximis.

AVDISTIS QVIA DICTVM EST ANTIQVIS: NON OCCIDES, &c.] Poſtquam per ſuperiora Dominus auditores parauit ad audiēda & recipienda ſua præcepta, incipit iā quod promiſit præſtare, implere ſcilicet legē, & docere quomodo abundare debeat iuſtitia noſtra. Incipit autē ab eo mādato, quod in decalogo primū eſt inter mandata negatiua ſecundæ tabulæ: docēs nō ſatis eſſe cauere ab homicidio, quemadmodum illo præcepto Scribæ & Phariſæi tātùm putabant eſſe prohibitum, ſed & ab omni ira
Luce. 10. in fratrem abſtinendum. Quoniā autē rudibus C turbis & ex media plebe delectis diſcipulis Dominus loquebatur, ideo magis, vt vulgo iactata apud maiores pręcepta Dei acceperant, quā vtle gebantur in ſcripturis, explicanda & perficiēda
Exod. 20 præcepta legis ſuſcepit. Quod ſi Scribis & Phariſæis locutus fuiſſet, potius ſcripturā quā vulgo dicta citaſſet: ſicut legiſperito roganti quid faceret vt vitā æternā poſſideret, dicebat: In lege qd ſcriptū eſt, quomodo legis? Dicit itaque: Audiſtis quòd dictū ſit olim à Deo in monte Sinai priſcis patribus. Non occides, hominē ſcilicet, propria authoritate. Et quod ſequitur. Qui autē occiderit, reus erit iudicio: cū in lege Moyſi nō ſit ad verbū: ſatis indicat Dominū voluiſſe hęc præcepta, vt vulgus recepta ea à veteribus & Scribis tenebat, partim facere pārtim explanādo & addēdo, partim corrigendo. Habetur autē hęc ſententia inſenſu Exodi. 21. vbi nō vnum, ſed varia sūtin ſtituta iudicia iuxta varios homicidij caſus, quæ omnia hac vna ſententia cōprehenduntur. Cæterum iudicij nomine, ſcribæ hac ſententia in docendo populo, vt eſt veriſimile, vtentes, forte intellexerunt, diiudicationē qua de homicida explorabatur, an ſciens vel inſcius, data opera vel per caſum proximū ſuū occidiſſet, de quo etiam habetur Exodi 21. & latius Deuteron. 19. Vel per iudiciū intellexerunt pœnā & condemnationē quod tamē non perinde quadrare videtur ſequēti ſententię, in qua iā aliter illa oratio: reus erit iudicio: accipienda erit, quāuis id non videa E tur eſſe abſurdum.

EGO AVTEM DICO VOBIS, QVIA OMNIS QVI IRASCITVR FRATRI SVO, &c.] Impleturus Dominus homicidij legē tres facit gradus peccantium citra homicidiū per iram & indignationem, & tres item pœnarum gradus. Cuius enim eſt iraſci tantū fratri, & irā in corde retinere compreſſam, quā ſi erumpente ira dicat quis fratri racha vel fatue. Ita leui' quid ſonat reū eſſe iudicio, quàm reum eſſe cōcilio: & hoc rurſum leuius, quā reum eſſe gehennæ ignis. Quod autē trium iſtorum pecca totum leuiſſimum eſt, nempe iraſci fratri, par ſacit in condēnatione homicidij in lege, nō quod æquè graue ſit peccatum iraſci tantum, & occidere hominē: ſed vt doceret Euangelicæ doctrinæ perfectionem, ſic Chriſtiano ſtudendū eſſe effugere omnē iram in fratrem, quomodo Scribæ & Phariſæi vitabāt homicidium. Dicit autem: Ego dico vobis, & nō ſicut Prophetæ: Hæc dicit Dominus Deus, inſinuare volens ſuam authoritatem, æqualem authoritati eius qui veterem dederat legem. Porrò in Græcis codicibus additur iam paſſim in primo gradu εἰκῆ, hoc, temerè vel, ſine cauſa. quod & D. Chryſoſt. legit, intelligens non omnem iram interdici, ſed tantū iniuſtam & importunam. & ſimiliter legit Diuus Auguſtinus in expoſitione huius ſermonis, volēs eādē partē repeti etiā, & ſubintelligi in ſequēti bus duabus membris. Verum D. Hieron. eā partem omnino vult eradēdā è libris, nec haberi in emendationibus libris, ſed & Auguſtinus lib. Retract. 1. cap. 19. in Græcorum libris non inueniri dicit, in quibus tamen ſolis iam inuenitur. Veriſimile eſt autem ab aliquo hanc partem ad iectā explanationis cauſa, quod durius videretur omnem qui iraſcitur fratri reum dici iudicio. Ab euā geliſta enim non oppoſitam, nec ab ipſō Saluatore hinc ſatis conſtat quod etiam iuſtā irā, hoc eſt, quæ iuſtam videtur habere cauſam. Dominꝰ hic prohibere voluerit. Peccat enim, qui etiā ab alio læſus & iniuria affectus iraſcitur. Si enī, inquit Hierony. iubemur verberanti alterā maxillam præbere, & inimicos noſtros amare? omnis iræ occaſio tollitur. Nec obſtat quod aliquādo ſi ne peccato quis aleri iraſcatur, aut etiā racha & fatue dicat. Primum enim nō prohibentur hic primi iracundiæ motus qui in noſtra non ſunt poteſtate, ſed ira deliberata & perfecta, cui ſcilicet cōſenſus accedit. Deinde nec huiuſmodi ira, qua quis vitio hominis offēditur, ad quod ſignificā dum quidam putant dictum; qui iraſcitur fratri, D hoc eſt nō vitio hominis, ſed homini, quē, quòd frater ſit, diligere deberet. Itaque per datiuū, fratri, ſatis ſignificatur Dominū loqui de ira tali, quę pugnat cū dilectione fraterna. Aut ſi nō hac ratione dictum eſt: qui iraſcitur fratri: ſed potiuſcundum Hebraicam phraſim, fratris nomen hic poſitum eſt pro quocunque homine, & pro proximo, dicendum Dominum hic loqui de ira vulgari, quæ eſt motus animi maleuolentis alteri, Quid ira autvltionē doloris cupientis. Hniuſmodi enī ira ſemper, etiam ſi ſit in iudice iuſte puniēte nocentem, peccatum eſt. Atque ob huiuſmodi irā de ſignandam intelligunt, additam partem illā εἰκῆ apud Græcos, aut ſine cauſa apud Latinos, hi q illam partem hoc loco legunt. vt ne quis putet intelligere, illum iraſci εἰκῆ, vel ſine cauſa, qui nulla accepta iraſcitur iniuria. Addēs temerè. inquit Euthimius ſecutus Chryſoſtomum, non ōſimodā abſtulit iram, ſed intempeſtiuā. Dicitur autem oportuua, quæ ſumitur aduerſus eos qui contra Dei præcepta viuunt, quando non ad vindicandum nos, ſed ad vtilitatem eorum qui malè viuūt ex dilectione & amore fraterno iraſcimur cū congrua honeſtate. In ſequentibus autē duo

bus mēbris quo ſint ſententiæ vniuerſaliter ve- A
ræ, ſubintelligendum ex primo membro: Si quis iratus dixerit racha, ſi quis iratus dixerit fatue, accipiendumque ſemper de ira ea de qua primum
Matt. 16 membrum intelligitur. Nam & Chriſtum ſuprà Marci 3. iratum Iudæis legimus, & ſæpe grauiter quoque conuitiatum Phariſęos. Sed vt Petrū duriuſculè increpuit ob ſummā erga ipſum dilectionem, cùm ei diceret: Abi poſt me ſatana; quod paulò plus erat, quàm, abi poſt me fatue: ſic ſtudio paternæ gloriæ ac correctionis ¡malorum', odioque
Galat. 1. vitiorū ſuis nominibus appellauit Phariſęos, nullo erga eos motus affectu malo. Sic Dominus Lucæ vltimo diſcipulos duos ſtultos vocat & tardos corde, & Apoſtolus Galatas inſenſatos. Porrò qd B ſit racha, quod in ſecundo ponitur membro, triplex eſt ſententia aliquam habens probabilitatē. Auguſtinus, enim edoctus, vt ipſe aſſerit à quodā Hebræo, putat dictionem racha nihil certi ſignifi
Quid ra cha. care, ſed Hebræis interiectionis inſtar eſſe, qua animi tantū indignatio ſignificatur, addens quoſdam exiſtimare dictionē racha deriuatam, à Græca dictione ῥάκος. qua pannoſus ſignificatur & homo nihili, ſed eorum deriuationem reiiciens, eo quod certū ſit racha non eſſe dictionem Græcam. Et quidē ſecundùm hanc dictionis acceptionem, manifeſta eſt ratio quare interpres hanc dictionem reliquerit non verſam, videlicet quod inter- C iectiones quibuſdam linguis ſic ſunt propriæ, vt in aliam linguam verti non poſſint cōmode. Item optimè conſtat gradatio in his membris. Primum enim eſt vt quis iraſcatur, & enim motum retineat corde conceptum. Huic proximum eſt, ſicōmotio indignantis extorſerit vocem, non ſignificantem aliquid, ſed illum animi motū ipſa eruptione teſtantem. Hoc verò grauius eſt, ſi non ſolùm vox indignantis audiatur, ſed etiam certum conuitium & vituperatio eius, cui quis iraſcitur, vt ſi fatuū vocet, aut alio quodam conuitij nomine. Chryſoſtomus autē lingua Syriaca putat racha ſignificare idem quod, tu. Itaque etiam ſecundum D eum per racha nō ſignificatur graue & atrox conuitium, ſed indicium contemptus, veluti cum ſeruis heri ſtomacho ſius loquentes dicunt: Abi tu, dic illi tu. Verum hæ duæ ſententiæ quāmtumuis conueniāt huic loco, tamen hac ratione parum ſunt probabiles, quòd nuſquam apud Hebræos racha pro huiuſmodi interiectione accipiatur, nec in Syrorum lingua, quā ſcriptæ ſunt Bibliorū paraphraſes, quas thargum vocant, racha vllo modo ſignificat, tū. Proinde probabilior eſt Hieronymi ſententia tertia, vt racha (vel potius raca ſine aſpiratione ſaltem in ſecunda ſyllaba, cum Græcè ſit E ῥακὰς) ſit dictio Hebraica, vel potius Chaldaica, deriuata ab Hebræa, certum aliquod cōuitium ſignificans. Hebraicè enim רֵיק Reca inanem ſignificat, vanum aut pauperem, à verbo quod ſignificat euacuare, attenuare & pauperem eſſe. Inde pro more Chaldæorum adiectione literæ Aleph fit רָקָא Reca vel raca. Non ſignificatur tamen hac dictione iſto loco, cerebro carens ſiue vacuus, quem admodū tamen vult Hieronymus. Sic enim nihil intereſſet inter dicere fratri raca, & dicere fratri fatue. Sed per raca ſignificatur potius homo inops & pauper, vacuus omnibus bonis, quomodo accipitur Iudic 11. vbi nos legimus. Congregatiq; ſunt ad eum viri inopes & 2. Paralip. 13. Congregatique ſunt ad eum viri vaniſſimi. His enim locis pro inopes & vaniſſimi, Hebraicè eſt רֵקִים recim. Sic & 2. Reg. 6. vbi Hieronymus eandem dictionem vertit, ſcurram. Nudatus eſt Rex quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. Itaque idem cōuitium nomine Hebraico raca ſignificatur, quod Græcis nomine ῥάκος, quamuis vnum nomen ab altero veriſimiliter non deriuetur. Et facilè quidèm iam licet oſtendere gradationem, quæ eſt inter duo membra vltima. Minus enim eſt obiicere alicui inopiam aut vanitatē quàm ſtultitiam. Vide autem iam etiam gradus trium reatuum, iudicii, concilii, (per, e, enim ſcribendum & non per, ſ, oſtendit dictio, Græca συνέδριον, quæ conſeſſum iudicum ſignificat) & gehēnæ ignis. In iudicio enim, quod interdum ab vno ſolo peragitur in cauſis leuioribus, & in quo facti ſit diſcuſſio, adhuc datur locus defenſioni, multāque ſpes eſt elabendi & effugiendi condemnationem. Ad concilium autem non niſi graues cauſæ deferūtur, quemadmodum Athenis in curia Martis grauiores cauſæ agitariſolebant, atque in eo non tā de damnādo reo quàm de ſupplicij genere & modo deliberatur. Gehenna verò ignis nec damnationem habet dubiam, quemadmodùm iudicium: nec damnati pœnam habet dubiam, ſicut concilium. In gehenna enim ignis certa eſt & damnatio & damnati pœna. Sic ferè Auguſtinus. Vnde conſtat ſecundum eum, iudicium erit iudicio; non accipiendum ſic vt ſit ſenſus: obnoxius erit condemnationi vel condemnabitur, ſed potius vt ſit ſenſus: obnoxius erit diſcuſſioni & examinationi, hoc eſt, iam tale quid commiſit, ob quod pertrahendus eſt in iudicium. Sciendum autem Dominum in tribus iſtis gradibus iræ & reatuum attemperaſſe doctrinam ſuā ad captum ſimplicium. Nō enim ſemper minus peccat qui tacitus iraſcitur, quam qui conuitiis debacchatur: ſed pro captu vulgi per eum qui tātùm iraſcitur, propoſuit exemplum iræ leuis quæ nondum decreuit vltionem: per racha, iræ grauioris, & per fatue iræ grauiſſimę citra homicidium. Sic quòd iraſcentem dicit reum iudicio: dicentem racha, reum concilio: dicentem fatue, reum gehennę ignis, ſignificare voluit, eum qui vel tantum iraſcitur, tale quid commiſiſſe, vt metuere debeat condemnationem, quamuis illa omnino nec dū videatur certa & definita: qui verò leuiori cō uitio fratrem impetierit, tale quid cōmiſſe, vt metuere iam non debeat ſolum ne comdēnetur; ſed veluti certus de promerita condemnatione, metuat grauem aliquam condemnationem: qui vero grauiori conuitio alium inceſſerit, iam certò expectet debitum ſibi grauiſſimum, æterni cruciatus ſupplicium. Porrò quod in euangeliis à Chriſto per gehennam ſæpe ſignificetur infernus aut ſupplicium æternum damnatorum, hanc habet rationem. Fuit iuxta Hieruſalem ad radices montis Moria, vallis quędam fontibus Siloe irrigua, ac memoroſa, plenaque delitiis & amœnitate quæ dicebatur Geben Hinnom, id eſt, vallis filii Hinnom, vel omiſſo nomine ben, Ge Hinnom, id eſt, vallis Hinnom, vel, vt nos habemus, Ennom. Vtroque enim nomine vocatur Ioſue 15. & 18. Iudæi autem à loci amœnitate captantes occaſionem, in hac velle exercuit exceſſum idolo Moloch, cui filios exuſtos igni deuouebant & immolabant, quemadmodum Ethnici Saturno facere ſolebant, vt veriſimile ſit nomine Moloch, qui Deus erat Ammonitarum, Saturnum in ſcripturis

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligi. Hinc excelsum illud,& vallis ité illa, di A
cta est Tophet,à ritu scilicet sacrificantium Moloch,cui cùm adolebantur infantes, plusabatur tympana,ne audirentur eiulatus eorum dũ exurerentur, & parentum corda commouerentur, Toph enim Hebræis tympanum dicitur. Huclo cum pius Iosias postea contaminauit, coniectis in eum mortuorũ ossibus,vt scribitur 4.Reg.23. vbi sic legimus:Contaminauit quoque,Topheth quod est in conualle filij Ennom, vt nemo consereret filium suum aut filiam suam per ignem, Moloch.Sed & Dominus Hierem.7.& 19.minabatur Iudęis venturum tempus,quo excelsumillud nõ vocaretur amplius Tophet & Gebẽ Hinnom,id est vallis filij Hinnom,sed vallis occisionis,& sepelirentur occisi in Tophet,eo quòd non
B esset alibi locus.Hinc ergo duplici ratione factum est,vt nomen illius loci,nempe Gehinnom,acciperetur pro inferno & supplicio æterno. Primum,quia huiusmodi locus iã à Iosia, & per vltionem Domini à Iudęis sumptam contaminatus
Isaiæ 30 summę erat deinceps abominationis, in quẽ cadauera & quæq;abominanda reiiciebãtur è Hierusalem.Secundo,quia eo loci crudeli & grauissima pœna exurebantur infantes.Hoc enim etiã respectu factam esse nominis trãslationem,ad significandum inferni supplicia ,hinc patet, quòd Isaiæ 30.nomen excelsi,nempe Tophet,ad inferni ignem transsumitur, priusquam locus reddit' C
esset abominabilis.Sic enì Isaias. Parata est ab heri Tophet,à rege præparata profunda & dilatata. Nutrimẽta eius ignis & ligna multa,flatus Domini sicut torrens sulphuris succẽdens eam. Quod autem dicit Hieronymus super Matth.ca.10. nomen gehennę in veteribus libris nõ inueniri,sed à saluatore primum poni,sic accipiendum,in veteribus libris non inueniri in eo significatu , sed à Saluatore primum sic vsurpari,quãuis verisimile sit iam apud Iudæos etiam ante Christũ in eo significatu vsurpari solitum. Nam nomen ipsum in veteri testamento frequenter occurrit. Vbicũ que enim nos legimus,vallis Ennom,Hebræis est Ge Hinnom.Nam Ge vallem significat. Aspiratio autem quæ est in Hebræo nomine , necessariò à Græcis omissa est , dicentibus γεεννα. Quod D
autem Dominus aliquando addit nomini gehennæ dictionem ignis,facit propter exaggerandam incredibilẽ vim cruciatuum:qui impios manẽt: intelligenda est autem hæc oratio,gehenna ignis Hebraica phrasi,pro eo quod est,gehenna ardens & ignita.

SI ERGO OFFERS MVNVS TVVM AD ALTARE,ET IBI RECORDATVS FVERIS,QVIA,]Postquam tribus sententiis docuit Dominus non solum ab homicidio abstinendum,sed etiam ab ira ac minima fratris lęsione quæ verbali fiat conuitio:hic iam duabus sententiis docet quid sit faciendum ei qui fratrem in aliquo læsit,cõuenientem certe seruans ordinẽ, eo quòd sciret fieri non posse,quin inter fratres nonnunquam offensæ quædam oriãtur, & vnus alterum læderet,saltem vel racha vel fatue dicendo.Videtur autem hæc prior sententia quam ex superioribus inferri indicat coniunctio,ergo , sic cum superioribus hærere:Cum charitatis fraternę tanta sit habenda ratio,vt cauendum sit ne vel fatue vel racha dicendo,aut etiã tacita ira eam violes,cumque fraternæ charitatis violatorem edeò detestatur Deus,vt eum qui vel fatue tantum dixerit fratri,addicat gehennæ ignis,igitur si, vt sit, contingat aliquem fratrem suum quauis in relæsisse & offendisse,ante omnia ei opera danda vt scissa concordia resarciatur , & fratri reconsilietur,adeo vt huic rei etiam sacrificij oblationem postponat,quæ non potest Deo esse accepta abeo qui fraternæ charitatis violator est,gehẽnæ ignis apud Deum obnoxius.Diligenter autem aduertendum , quàm efficaciter Dominus hac lege & sententia impellat ad studium reconciliationis.Remedium enim daturus ei qui fratrẽ offendit,non sat habuit dicere:Si ergo offendisti fratrem tuum reconciliare ei,sed necessitatem satisfaciendi fratri offenso demonstrat ex displicentia diuina, dũ
B offensam in fratrem docet esse impedimentũ ad offerendum munus Deo,vt intelligamus non solùm in fratrem nos peccasse , sed etiam in ipsum Deum,nec tamẽ posse nos nostris sacrificiis Deo reconciliari,quamdiu non fuerimus reconciliati fratri. Rursum non dixit:Reconciliare fratri tuo priusquam offeras munus Deo,ne tempus reconciliandi cõcedere videretur vsque ad tempus offerendi munus Deo,sed vt ante omnia negotia& quàm citissimè,doceret incumbẽdum reconciliationi:Si,inquit,offeras, & ibi recordatus fueris, &c.Si enim diuinum negotium,etiã cũ in manibus est,intermittendum est,& posthabendum re
C conciliationi fraternæ,multo magis alia negotia: & si tunc dum quis ante altare recordatur offensæ,recurrendũ est ad fratris reconciliationẽ, multo magis id prius agẽdum erat. Efficax est ergo valde hæc sententia ad suadendum studium reconciliationis,eo quod doceat primum concordiam fratrũ Deum malle quàm sacrificia & oblationes. Deinde non esse Deo accepta sacrificia, ac proinnec quæuis alia opera nostra,si desit charitas mutua , ac ob id ante omnia studendum reconciliationi,si læsa est charitas.Nec solum efficax est hęc sententia,vt quærat reconciliationem qui læsit, sed etiam ad hoc vt qui læsus est,facile fratri recõciliationem quærenti condonet,ne Dei honorem & sacrificia illi offerenda remoretur & impediat.
D Aduertenda hic mira Dei benignitas, qui vt promoueat mutuam fratrum charitatem, cum alioqui liber sit,sui iuris,nec vlli astrictus, suam gratiã vult pendere à fratris gratia,ita vt suam impertiri nolit, nisi fratris gratia impetrata. Aduertẽdum item quomodo Dominus etiam hoc manda to iustitiam nostram abundatiorẽ facit iustitia & Scribarum & Pharisæorum,siquidem hi stati ad sacrificia confugiebant & vacabant , quasi per ea cũcta statim crimina expiarentur, etiam neglecta
E fratris recõciliatione:contra quos vt alibi Dominus dicit,Deum malle misericordiam quã sactifi cium:ita hic significat eũdem malle charitatem fraternam quàm sacrificium.Figura quædã huius præcepti & exemplum præcessit in Iacob Patriarcha,qui non nisi fratre Esau sibi recõciliato legitur altare erexisse , in quo sacrificium obrulit. Porro quod dicitur;frater tuus habet aliquid aduersum te;dupliciter intelligitur.Augustin.enim intelligit eum habere aliquid contra alũ,qui ab eo læsus est,hoc est qui habet vnde cũ alio expostulet:& causam habet de eo conquerẽdi.Itaque nõ dicitur;si tu habes aliquid contra fratrẽ tuum sed,si frater tuus habet aduersum te : quia non præcipitur ei qui ab alio læsus est, vt ante oblatio

Quid sit Frater tuus habet aliquid aduersus te.

oblationem reconcilietur fratri,quamuis magnę A
sit perfectionis,si quis læsus frattem inducat ad reconciliationem secum ineundam.Quamuis tamen non sit necesse ei qui læsus est, vt reconciliationẽ quærat,necesse est tamẽ vt ante oblationem dimittat iniuriã fratri.Aliud est enim reconciliari fratri,aliud dimittere fratri.Chrysostom' verò,& post eum Theophylact intelligunt cũ habere aliquid aduersus alium,cui cũ alio non bene conuenit,sed qui inimicitias cum illo gerit siue iustas,siue inuitas,& ob id absolutè dictum, si frater tuus habet aliquid aduersũ te, nec addi tum,iustè,vt intelligatur etiã ei qui læsus est præceptum esse vt recõciliationem eius quęrat,qui ab ipso dissidet,& se læsum ab eo putat, etiamsi non sit. Atq; ob id etiam Chrysostom' putat nõ esse dictum,reconcilia tibi fratrem tuum:sed,re
B conciliare fratri tuo,quod tã offenso conuenit quam offendenti.Et hæc quidem intelligẽtia videtur magis conuenire perfectioni Euangelicæ quam hic tradit Dominus.Videtur tamen Chrysostomum, dum reconciliationem quærit à lęso, tantùm requirere remissionẽ delicti in se commissi,ita vt sententia eius fere coincidat cũ Augustini.Vnde Euthymius Chrysostomi sectator & explanator:Fertur,inquit, indifferẽter sermo, & ad cũ qui affectus est iniuria,& ad eum qui in iuriam irrogauit. Et siquidem male passus es,in iuriam emitte illi,& patiens esto: quod si iniuriam irrogasti,mederе iniuriæ,nihilq; relinquas eorum quæ ad reconciliationem faciunt.Hæc ille,Verùm quid sit fratrem habere aliquid aduer
C sum aliquem,patet ex Apocal.2.vbi simili locutione dicitur:Habeo aduersus te pauca, pro eo q; est,sunt quædã de quibus tecum expostulem. Porro si ante oblationem sacrificiorum legaliũ, de quibus ad literam loquitur Dominus, (hæc enim cùm Christus diceret,ista adhuc offerenda erant vigente adhuc lege Mosi)recõciliatio quę renda erat,multò magis ante oblationẽ sacrificii nostri nouæ legis,eóq; magis,quo hoc est charitatis & mutuæ concordię symbolũ.vnde & communio & synaxis dicitur.Sunt autem etiam laudes,gratiarum actiones,orationes, & eleemosynę,quædam sacrificia quæ Deo efferimus,& omnino omnia bona opera in Dei honorem facta, sacrificia quædam sunt. Proinde docemur sacri-
D ficium laudis,orationis,aliorumq; bonorũ operum Deo placere non posse,nisi reconciliati hoc Deo offeramus.Vnde Paulus vult viros orare in omni loco,leuãtes puras manus sine ira & disceptatione.1.Timoth.2.Et Petrus vult muliebri sexui tanquam infirmiori vasculo impertiri honorem,vt non impediantur orationes,per cõtentiones scilicet & disceptationes.1.Petri.3.Cęterũ hæc Domini sententia non sic est accipienda,quasi semper necessario sit agendum secundum eam vt verba sonant. Contingit enim aliquando vt vel non expediat adire offensum,&reconciliationem quærere,vel tempus &locus nõ
E permittat,vt si frater offensus eo sit loco quo nõ facile adiri possit.Itaque intelligenda est cum eo sale discretionis,cum quo similia præcepta affirmatiua debent intelligi,si scilicet tempus,locus & prudentiæ ratio ita permittat:nec tã spectãda sunt præcepti huius verba,quàm scopus & intẽtio Saluatoris,qui est,vt quantum in nobis est, omnia postpositis omnib.faciamus,quod offesũ fratrem recõciliemus nobis,adeo vt etiam sacrificium Deo iamiam offerendum intermittamus cum ita fieri potest,quo memores offensę fraternæ,cum qui offensus est placemus, priusquã sacrificium absoluamus.Quod si autem fieri non potest vt offensũ adeamus, illive reconciliemur, animo saltem & cordis bono proposito , istud quod hic præcipitur peragendũ est, videlicet vt pro viribus,& iuxta offensæ qualitatem offensum placare proponat.priusquàm oblationem suam Deo offerat.Proïde ad mysticam huius præcepti intelligentiam confugit Augustinus,intelligens eum qui læsit alium,non pedibus corporis , sed animi motibus pergere debere ad offensum,eique humili affectu se prosternere in conspectu Dei,ac inde venientem,hoc est,intentionem suã
B reuocantem ad id quod agere cœperat, offerre munus suum Deo.Sed simplicius fuerit præceptum istud intelligere,vt dictum est.

ESTO CONSENTIENS ADVERSARIO TVO CITO,DVM ES IN VIA CVM IPSO,&c.]D.Hieronymus significat quosdam per aduersarium,de quo hic fit mentio,intelligere animam carni repugnantẽ:alios diabolum,de quo Petrus:Aduersarius vester diabolus circuit,&c.sed vtrãq; interpretationẽ tanquã & 1.Pet.5.
proposito minimè conuenientem & absurdũ cõtinentem sensum reiicit.Non enim intelligi potest animam tradere carnem iudici, vt quæ cum carne simul sit torquẽda.Neque cõuenit vt intelligamus Dominũ præcipere vt diabolo simus cõ
C sentientes,aut,vt alii vertunt dictionem Græcã ἴσθι, beneuoli.Et Augu.inquirit prolixe quis sit aduersarius de quo hic loquitur Dominus,an diabolus,an hõ.an caro,an Deus,an potius præceptum eius.Et per singula discurrens cõcludit non diabolum posse intelligi,eo quòd ei consentire nõ debeamus:nec hominem,eo quòd is nõ possit nos tradere iudici Christo:nec carnẽ,quòd nec huic cõsentire debeamus,sed vel ipsum Deũ, qui aduersatur nostris prauis desideriis.& nõ cõsentientes sibi tradit iudici filio suo,qui eosdem tradit ministris Angelis suis proiiciendos in carcerem inferni:vel si obsit quod non recte videatur dici Deus nobiscũ esse in via, aduersariũ nos-
D trum esse Dei præceptum,quod peccare volentibus aduersatur,& nobis datum est ad hanc vitã, vt sit nobiscum in hac via,cui non oportet contradicere,ne nos tradat iudici,sed ei oportet cõsentire cito.Verùm huiusmodi intelligẽtia,quãuis nullam cõtineat in seipsa absurditatem,tamẽ proposito etiam nõ conuenit,eo quòd & ex præcedentibus & ex sequentib.manifestum sit,Dominum hac sententia cohortari voluisse ad concordiam ineũdam cum aduersariis nostris hominibus, quãdiuin seculi huius via currimus,vt bene annotarunt Hieronym.& Chrysosto. Proïde quo exacta huius loci intelligẽtia habeatur,sciẽdum hunc Domini sermonem esse parabolicũ, similem illi parabolæ quæ est Lucæ 14.qua monet vt cũ quis inuitatus fuerit,nõ recũbat in primo loco,ne forte superueniente honoratiore dicatur ei : Da huic locum,sed potius in nouissimo loco recumbat, vt dicatur ei:Amice,ascẽde superius.& sit ei gloria coram simul recumbentibus Sicut enim illo sermone per exemplum quoddã humanũ,aliud quid docere voluit quã quod ad literam docuit,videlicet, vt postea explicatur,hu

Universidad de Deusto
Biblioteca

miliandum à Deo qui seipsum exaltauerit, & cõ A
trà exaltãdum qui sese dimiserit:ita & hoc loco,
exemplo quodam humano docere voluit Chri-
stus,quanto studio quærenda sit in hac vita recõ
ciliatio cum his qui nobis sunt offensi. Est ergo
exemplum allegoria inuolutum,cuius res à Do
mino præcipue intenta magis significatur quã
exprimitur.Habet autem hunc sensum:Si credi
tor aliquis aut aduersarius quisquã qui habet iu
stam aliquã aduersus te querelam,te in ius vocaf
set , iãque cũ illo ires ad iudicem, consultissimũ
faceres,si cùm adhuc esses cum illo in via, ipse
mox cum illo conuenires.Nam si iudicium vel-
les experiri,quando debitum inficiari nõ posses,
nihil aliud expectãdum tibi,quàm vt pro officio B
suo iudex te traderet ministro,qui te cõiiceret in
carcerẽ,e quo non liceret egredi nisi omni debi-
to vsque ad extremũ quadrãtem persoluto: sic-
que duo simul incõmoda reportates,nimirũ car
ceris pœnas ac dedec',& extremãexactãque debi
ti persolutionẽ,cum alioqui ante iudiciũ ab ipso
creditore sperare licuerit aliquam debiti remis-
sionem. Hæc parabola siue exemplũ est. Ἀντακ-
δοσις , verò,id est,redditio siue res exmpli,quam
significare Dominus,potius quàm dicere, ma-
luit,sic se habet: Sic si quem offendisti, & per
hoc debitorem te illius constituisti, da operã vt
dum adhuc es in via,hoc est,priusquã iudici Deo
qui vindex est horum tradaris,citò cũ eo in gra- C
tiam redeas.Id enim si feceris,iam & veniã quo-
que ab ipso iudice Deo impetrasti.Si vero negle
xeris,vbi iusto iudici traditus fueris,nõ est quod
vllam ab eo veniam speres,id quod iustum est iu
dicabit,nullam concedens debiti relaxãtionem,
sed exigẽs vt ad plenum persoluas debitũ: quod
fiet inflictione æterni supplicii,& cruciat' æter
ni ignis,debiti his qui fraternam charitatẽ viola
uerint.Itaque qui prius cũ adhuc in via esses,fa-
cili negotio potuisses cum aduersario compone
re,precibus scilicet solis:aut dispendio solũ pe-
cuniario,iam cogis præter dedecus carceris,ex-
tremum exoluere quod iustitia exigit.Secundũ
hanc ergo loci huius intelligentiam & explana-
tionẽ,non est curiose inquirẽdum quomodo ad- D
uersarius homo tradat iuõ debitorẽ iudici Chri-
sto,nec quis sit nouissimus quadrans , ad cuius
vsque exolutionẽ sit manendũ in carcere. Nam
in parabolis non sunt singula applicanda rei si-
gnificatæ,sed totius sermonis potius scop' & in
tentio spectanda est.Quod enim de aduersario
tradente debitorem suum iudici,& de solutione
extremi quadrantis dicitur,ad parabolam debi-
ti pertinet , quæ huiusmodi sermonẽ exigebat,
nõ aũt ad rem parabolæ, nisi quatenus per ea si
gnificatur,quod quemadmodum in exẽplo illo
humano summũ ius exigitur à debitore carceri
incluso:ita & ei qui nõ dederit operã vt redeat
in gratiam cum læso à se fratre, continget apud
Deum,vt carceri inferni traditus,sine aliqua de-
biti remissiõe exactum ius experiatur.Quare ne
que hoc loco recte quis vrgere potest purgatorii
probationem,sicut nec ex parabola de conser-
uo,noluit paruum debitũ denariorum remitte-
re,cùm ipse à Domino suo impetrasset remissio
nem decem talentorum.Qui etiamdicitur reclu
sus in carcerem,donec redderet vniuersum debi
tum.Vbi per,donec,sicut & hoc loco,non signifi
catur quod ad rem parabolę attinet,debitum ali

quando persoluendũ,& tunc debitorem liberan
dum,sed locutione parabolæ conuenienti,signi
ficatur extremum ius & debitũ ab eo requirẽdũ
nec prius è carcere liberandum quàm omne de
bitum persoluerit.Semper autem manet damnã
torum debitum,nec vnquã ab eis exolui potest
semper ergo necesse est maneant in carcere,eter
num soluentes supplicium.Quamuis autẽ Salua
tor istis locis videatur maximesignificare voluis
se pœnam æternam persoluendam , non tamen
necessariò solùm intelligitur hæc significata,sed
vt dictum est significatur non prius aliquem è
carcere liberandum quã omne debitũ persolue
rit,& debiti solutionem coæuam esse tempori
incarcerationis. Si ergo debiti solutio nunquã
finiatur,vt fit in his qui cum mortali peccato
decedunt,nõ recõciliati fratri læso, saltẽ in ani-
mo & proposito satisfaciẽdi illi,imperpetuũ de
tinebũtur in carcere inferni:significãtque tũc di-
ctio,donec, tẽpus æternũ.Si vero debiti solutio
talis sit vt finiri possit,vt fit in his qui veniali tã
tũ peccato fratrẽ offenderũt necdũ ei recõciliati,
è carcere suo purgatorii liberabũtur,debito per-
soluto,significatquetunc,donec,tẽpus finitũ.Do
minus ergo sicut superiore sententia ad quæren
dam reconciliationem inuitauit,indicando mu-
tuam concordiam Deo gratiorem esse omnib.
sacrificiis,imò sine ea nullum sacrificium illi gra
tum esse:ita hoc simili ad eandem magis compel
lit,ostenso periculo in quod se conijcit,qui hanc
reconciliationẽ negligit.Luc. 12.legimus Domi
num eodem exẽplo vsum,sed alia occasione & a
lio fine,vt ibi patebit. Vnde apparet hoc simile
Domino nõ infrequens ac fere prouerbii vice
fuisse. Porrò pro aduersario,sicut nos legimus,
Græce est, ἀντίδικον φ nõ absolute aduersariũ si-
gnificat,sed aduersariũ causæ & litis,quẽ nostri
subinde accusatorẽ vocant & actorẽ,qui iudicio
teũ conuenit.Quadrans autẽ,pro quo & Græce
hic dicitur κοδράντης,dictione scilicet Romana ab
Euãgelista vsurpata,quæ modum & alias nõ
nunquã,genus est nummi duo minuta continẽ-
tis,vt patet ex cap.Mar.12.vbi dicitur vidua missi
se duo minuta.& additur quod est quadrãs. Græ
κοδράντης,Est autem quarta pars assis,quam à tri
bus vncus Plinius triunciũ vocat, Cicero verò
teruncium.Atque eum nummũ vulgò ceu minu-
tum cõtẽptui fuisse prouerbio quoque testatum
est,quo dicitur:Ne teruncium quidẽ insumpsit,
Putatur autem à quibusdã quadrans valere eũ
nummum quem Flandri vocant duodenariũ.&
assem valere eum nummum quem vocant stufe-
rum.Pro nouissimo quadrãte Lucas loco prædi
cto habet nouissimũ minutum , dimidium scili-
cet quadrantis. Idẽ tamen vtrobique significa-
tur,nempe extremum & exactum debitum.

AVDISTIS QVIA DICTVM EST AN- E
TIQVIS : NON MOECHABERIS, &c.] In
lege postquam dictum est,Non occides,sequitur
Nõ mœchaberis. Itaque post perfectionẽ prioris
mandati consequenti ordine ad perfectionem se
quentis procedit Dominus:& postquã irã corre
xit,etiam concupiscentiã moderatur.Sunt enim
hæ duæ passiones maximè homini naturales, &
ob id primis eas Dominus tẽperandas & repri-
mẽdas docet.Porrò sicut præcepto homicidii in
hibetur etiã omnis mutilatio,læsio & percussio
hõis:ita hoc præcepto sub nomine mœchię, φ
proprie

proprie adulterium significat,prohibetur omnis A
illicitus veneris vsus, sub crassiore scilicet , gra-
uiore,& notiore peccato,cæteris etiam leuiori-
bus cõprehensis.Dominus autẽ hoc præceptum
adimplens,docet etiam concupiscentiam cuius-
cunque mulieris non suæ, mœchiæ & fornicatio
nis reatu teneri apud Deum.In decalogo quidem
prohibita etiam fuit concupiscentia vxoris alie-
næ,vt non potuerint Iudæi ignorare, quin & hu
iusmodi concupiscentia illicita esset: verùm vel
Iudæi huiusmodi præceptũ male intelligebant,
vt quibusdã placet, nimirum aut de ablatione a
lienæ vxoris , vt existimat Augustinus,aut de ex
terioribus concupiscentiæ signis, nempe osculis
& tactibus,vt vult Lyranus,vel potius etsi puta
rent etiam interiorem concupiscentiam esse ve-
titam,non putauerunt per eam hominem mœ- B
chię & fornicationis crimẽ incurrere,maximè cũ
diuersa essent decalogi præcepta: Non mœcha-
beris, &: Non concupisces vxorẽ proximi tui.Ita
que Dominus hoc addidit legi,quod docuit sola
concupiscentia hominẽ reũ fieri mœchiæ & for-
nicationis.Deinde quoniam in lege dictum fuit,
Non concupisces vxorem proximi tui,forte cre
diderunt plerique;non prohibitã concupiscentiam
mulieris quæ nullius esset vxor.Itaque & hũc er
rorẽ excludere volẽs Dominus absolute dicit,
omnis qui viderit mulierẽ, siue scilicet vxor sit C
alterius siue non,modò sua non sit vxor.Quare
hoc suo præcepto Dominus dupliciter perficit
veterẽ legẽ.Illud autẽ,qui viderit mulierẽ ad con
cupiscẽdum eam,dupliciter accipi potest.Primo
vt præpositio,ad,coniunctiue tantùm & consecu-
tiue accipiatur,sitq; sensus:Qui viderit mulierẽ,
ita vt etiam concupiscat eam,vel qui viderit con-
cupiscendo eam. Verisimile est enim matthæum
in Hebræo scripsisse,pro illo,ad cõcupiscendũ,in
finitiuum cũ litera Lamed,qui verti potest, vel
ad concupiscendũ, vel concupiscendo . Quod si
vero locus iste sic accipiatur,iam quemadmodũ
superiori illa sententia,Omnis qui irascitur fratri D
suo,&c.non potest accipi de omni ira, sed de ira
persecta & deliberata:ita & hæc sententia intelli
genda erit,nõ omninò generaliter,sed de concu
piscentia cui consensus accedit, hoc est,quæ nõ
sit propassio,sed passio,vt habet Hieronym',qui
hanc diuisionem à Græcis mutuatus est.Nã alio-
qui nomẽ,propassio,apud nullum inuenitur.Di
cunt autem ῥαβὲς & ῥαπάθια,& ῥαβὲς quidem di
citur eis morbus aliquis , ῥαπαθια vero morbi
præludiũ & aduentatio,vt habet Suidas.His er-
go nominibus ad animũ translatis,ῥαβὲς dicitur
morbus animi,affectio scilicet aliqua qua anim'
pturbatur & ægrotat:ῥαπαθια vero prior mot'
affectũ & deliberatũ alicuius rei desiderium præ
cedens.Ergo(vt inquit Hieronymus)qui viderit
mulierẽ,& anima eius fuerit titillata,hic propas- E
sione percussus est.Si vero cõsenserit,& de cogita
Pjal. 72. tione affectum fecerit,sicut scriptũ est in Dauid,
transierunt in affectũ cordis,de propassione trãsi-
uit ad passionem,& huic nõ voluntas peccãdi
defuit,sed occasio. Secundo vero hæc pars accipi
potest,vt sic sensus:Qui ad hoc viderit mulierẽ,
vt inde concupiscentiam eius in se accẽdat,quo
modo accipiunt hunc locum Augustinus, Hiero
nymus,& Chrysostomus,& verba ipsa exigũt vt
intelligatur:Sic ergo non omnẽ mulieris concu-
piscentiam dãnauit his verbis Dominus,sed eam

quæ affectata,deliberata & procurata est.Vnde
Augustinus:Considerandũ est,inquit, quòd non
dixit,omnis qui concupierit mulierẽ,sed,qui vide
rit mulierem ad concupiscendũ eam, id est , hoc
fine & hoc animo attẽderit vt concupiscat eã,φ
iam non est titillari delectatione carnis,sedplene
consentire libidini,ita vt iam nõ refrenetur illici
tus appetitus,sed si facultas data fuerit, satietur.
Quod autem Dominus dicit de visu , tanquã de
sensu notiore, & vnde vt in plurimũ maxime na
scitur in animo concupiscentia, hoc idẽ & de a-
liis sensibus est intelligendũ, nimirũ quòd qui
tetigerit mulierẽ aut audierit, aut etiam absens
cogitauerit de ea vt concupiscat eã,& tactu,audi
tu vel cogitatu concupiscentiam in se collegerit,
mœchatus est eam, hoc est, adulterii vel formi-
cationem commisit cum ea,etsi non in corpore
suo,tamen in corde suo:ac proinde quanquã a-
pud homines non teneatur reus adulterii,apud
Deum tamen est,qui scrutatur corda & renes.
Quoniam ergo tantum criminis reatum vel sola
concupiscentia mulieris affert , eaque concupis
centia ex mulierũ aspectu,etiasi nõ affectetur &
procuretur,tamen latenter etiã subrepit, quoad
fieri potest vitandus est mulierũ curiosus & lu-
bricus aspect',imitãdùsq; Prophetæ Iob,qui
de se dicit cap.31.Pepigi fœdus cũ oculis meis,vt
ne cogitarẽ quidẽ de virgine.& obediendũ con-
silio Sapientis:qui ait Ecclesiast.15.Ne respicias
in mulieris speciẽ: & non concupiscas mulierẽ
in specie.Et Prouer.6.Non cõcupiscat pulchritu
dinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius.

QVOD SI OCVLVS TVVS DEXTER
SCANDALIZAT TE, &c.] Cum certũ sit
hunc sermonem Domini esse parabolicum , eo
quòd certum sit ipsum nolle membrorum corpo
ralium amputationem præcipere: tum quòd ipsa
per sese mala non sint, nec ad pietatem obstacu
lo sint,tũ quòd non minus sinister oculus scanda
lizet quã dexter,nec minus sinistra manus quã
dextra,hinc à variis interpretibus parabolic' iste
sermo diuersimode explicatur , dum inquirunt
quid per oculum,eumq; dextrum , quid deinde
per manum,eamque dextrã significetur.Augusti
nus itaque per oculum dextrũ intelligendũ pu-
tat eum qui alicui in rebusdiuinis cõsiliarius est,
eumq;à consortio resecandum,si in aliquam hæ-
resim pertrahendo scandalizet. Manum,verò de
xtram,eum qui in reb' diuinis coadiutor est:qui
& ipse à consortio excludendus est,si impietatis
alicuius nobis author esse velit. Oculum verò si
nistrum,intelligit cõsiliarium in rebus terrenis.
& manum sinistram,coadiutorem in rebus terre
nis,& ex consequẽti significari etiam hos multo
magis abiiciendos,quando etiã oculus dexter &
manus dextra sint abiicienda dum scandalizant.
Chrysostomus vero intelligit nõ significari aliud
& aliud per oculum dextrum & manum dextrã,
sed per vtrumque idẽ,nempe fratres,vxores,pa-
rentes,& quoscunque amicos , quos quis tãquã
res charissimas & necessarias maxime,(quales
sunt oculus maxime dexter , & manus maxime
dextra)& tanquam sua membra diligit.Hos enĩ
si impedimẽto nobis esse nouerimus ad pietatẽ,
truncare oportet,ne simul cum ipsis in æternum
pereamus.Quem sensum etiã Hieronymus hic
reddit:Secundum hos autem sensus, oculus de-
xter & manus dextra extra nos intelligũtur.Iu se

cunda

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunda verò expositione Chrysostomi super mat-
thæum duo sensus redduntur, secūdū quos hæc
in nobis intelliguntur. Prior, vt oculus dexter &
manus dextera intelligatur volūtas animæ, ocul⁹
verò siniſter & manus siniſtra, volūtas carnis. Ita
que dextrum oculum eruere, & dextram manū
abſcindere, si nos ſcandalizent, iubet Dominus,
non autē siniſtram, quia malam quidē carnis vo
luntatem omnino eiicere à nobis non poſſum⁹,
quamuis comprimere poſſimus: malam aūt ani-
mæ voluntatem, quæ in arbitrio noſtro ſita eſt, ſi
cut præcidere poſſumus, ita & debemus. Alter ſē
ſus eſt, vt per oculum dextrum intelligatur volū
tas & intentio alicuius boni operis faciendi: per
manum verò dextrā, operis boni operatio. Cōtin
git enim aliquāndo vt huiuſmodi oculus dexter
aut manus dextra quibuſdā ſcādalo ſit, vtſi quis
religiōis gratia ægram mulierē viſitet, aut orpha
nam pietatis intuitu domi educet, & tamen per
familiaritatem decidat in laqueū illicitę concupi
ſcentiæ eius. Tūc ergo oportet huiuſmodi oculū
dextrum aut manū dextram à ſe abiicere, hoc eſt
bonum huiuſmodi opus intermittere. Hunc ſen
ſum etiam Hieronymus priore loco indicat. Ve
rū ſecundū omnes hos alioſq; ſimiles ſenſus, aut
omnino nulla videtur cohærētia huius loci cum
ſuperioribus, idq; maximē ſecundum primam &
tertiam intelligentiam, aut coactior eſt cohæren
tia. Nam ſecundum ſecundam & quartam intelli
gentiam, quā vtramq; habet Hieronymus, aliqua
cohærentia videri poſſet, non tamen ſatis conue
niens. Videtur enim Dominus in hunc ſermonē
de oculo, & deinde de manu, incidiſſe occaſione
eius quod dixit prius de oculo: Qui viderit mulie
rem ad concupiſcendū eam. Contra quod ab au
ditoribus ipſis obiici potuiſſet. Quomodo ergo
quis reatū adulterii effugere poterit, cum facilli-
mē, ex conſpecta muliere animus cuiuſq; in amo
rē & concupiſcentiā mulieris rapitur? Neq; enim
licet ſemper clauſis incedere oculis. Huiuſmodi
ergo obiectioni velut per præoccupationē reſpō
det Dominus. Si oculus tuus dexter, &c. quaſi di
ceret: Ergo fugienda eſt omnis occaſio cōpiſcen
tiæ, imò & preſcindendū quidquid omnino mali
cuiuſpiam occaſionē præberet. Vt enim moſſēſi
& citra peccati impactionē & caſum in via Dei
pergatis, par eſt vos omnibus cedere, omniaq; fā
cere & pati. Vnde quemadmodū nemo nō vellet
oculi etiam dextri, aut man⁹ etiā dextræ iacturā
facere, quo totū corpus à perditione ſeruaret: ita
& vos moneo vt quicquid demum eſt, etiamſi ſit
vobis tam chārū & neceſſariū quàm ſunt oculi
& manus, imo oculus dexter & manus dextra,
id reſecetis & abiiciatis, ſi offendiculo vobis ſit,
quatūlibet incōmodi & doloris id vobis inferat.
Nihil eſt quo non infinito magis præſtet carere
& vitam conſequi æternam, quàm id retinere &
abiici in gehennā. Sic explicata hæc parabolica
atque hyperbolica Chriſti verba & cum ſuperio
ribus habent multū affinitatis, & oēs prædictas
& omiſſas interpretationes in ſe includūt. Domi
nus enim occaſione viſus mulieris qui frequen-
ter ſcandalizat, generalē his verbis inducit ſer-
monē, quo docet omnia quatumuis chara & ne-
ceſſaria abiicienda pro vitādo offendiculo pieta-
tis, quē ſermonē etiam repetit Matth. 18. idē do-
cere volens. In hoc ergo intellectu includitur, vt
quis omnium membrorū ſuorū abuſus compri-

mat, improbū ſcilicet conuictum, verba parum
pudica, vagum viſum, contactum lubricū, & quæ
cunque ſimilia pietati ſunt obſtaculo. Deinde, vt
omnes animi affectus erga quantumuis charas
& vtiles res abiiciat, ſi pietati obſtaculū præbeāt.
Præterea, vt etiam omne in ſpecie bonum à no-
bis præſcindamus & intermittam⁹, ſi ſcādalizet,
vt pudicū etiam mulierum aſpectum aut conta-
ctum. Poſtremum, vt etiam quorumuis amicorū
ſocietatem à nobis præſcindamus, ſi impedimen
to nobis eſſe cognouerimus ad pietatem. De ſcā-
dalo autem dicetur prolixè cap. 18. Matthęi.

DICTVM EST AVTEM, QVICVN-
QVE DIMISERIT VXOREM SVAM, &c.

Poſt perfectionē legis, Nō mœchāberis, cōgruo
ordine ſubiicitur perfectio alter⁹ legis, quæ etiā
ad mulierem pertinet, docens iam propriā vxo-
rem non eſſe dimittendam, poſtquā ſuperius do
cuit alienā non eſſe concupiſcendā, & aliud iam
mœchiæ genus oſtendens, Scribis & Phariſæis
inopinatum. Bene autem Dominus adductu-
rus legem diuortii, dicit dictum, quicunque dimi
ſerit vxorem ſuam, ſignificans ſatis legem non
præcepiſſe, ſed permiſiſſe coactū diuortiū: præce-
piſſe autem, vt qui dimittere vellet, non dimitte
ret, niſi dato libello repudii, hoc eſt, charta qua
dā & ſcheda, quę repudiatā vxorē teſtabatur. Hęc
enim phraſis Hebraica libell⁹ dicitur, vt ſuprà de
claratum eſt circa illud: Liber generationis Ieſu
Chriſti. Huiuſmodi autem libellus ideo ſcribi, &
mulieri tradi præcipiebatur ſecundū morem a-
liarum gentiū, vt marito huiuſmodi ſcriptura re
ſignante ſuum ius quod habebat in vxorē, libere
poſſet, ac vir prior ius non haberet repetendi eā.
Vnde libelli huius conſcriptione ſatis lex ipſa a-
uocabat à diuortio, quòd durū eſſet viro & iure
tali ſeipſum priuare, cuius in poſterū facile pœ-
nitere eū poſſet, & alteri viro poteſtatē ſuę vxo-
ris & ſuę carnis facere. Deinde ſecundū Auguſti-
nū per hoc auocabat à diuortio, quòd conſcri-
ptionis morā interpoſuit, vt in diſſidiū præceps
animus libelli conſcriptione refringeretur, & mu
taretur. Vtuntur autē Iudæi in libellis conſcribē
dis hodie huiuſmodi forma, teſte Munſtero: In
quarta ſabbathi, in vigeſima menſis Sinan, anno
quinquies milleſimo, ducenteſimo nonageſimo
tertio, à creatione mundi, hic & in hac ciuitate,
ego Iacob ſic cognominatus, filius Rabbi Iishac,
volui ex animo, & citra vllā coactionē dimiſi,
& eieci hanc quæ hactenus fuit vxor mea, filia il
lius Rabbi: & concedo ei licentiam & poteſta-
tē: vt pro libito ſuo vadat quò voluerit: ducique
poſſit ab omni viro: nec eam quiſquā prohibere
præſumat. In cuius rei teſtimonium dedi ei libū
repudii & ſchedam dimiſſionis, atq; ſignaculū di
uortii, iuxta conſtitutionem Moyſi & Iſrael. An
autem ſine peccato in veteri lege maritus dimi-
ſerit vxorem, dicetur cap. Matth. 19. in quo lati-
us Dominus exponit locum iſtum. Hanc itaque
legem diuortii Dominus perfectionis, quam lex
exigere non potuit, magiſter hoc loco in duobus
perfecit. Primum, quòd non permittat niſi ob v-
nā cauſā marito dimittere vxorē, videlicet ob for
nicationē, adeo vt ſi ob aliam cauſam dimiſe-
rit, mœchiæ autor ſit vxori, dum occaſionē illi
præbet alteri ſe coniungendi: cui ſine adulterio
coniungi nō poteſt: eū alterius permaneat vxor.

Secun-

Secundò, quod non permittat dimiſſæ etiam iu-
ſte, videlicet ob fornicationē, alteri nubere, quē-
admodum tamen licebat in veteri teſtamento.
Nunc enim qui dimiſſam duxerit adulterat, ac
proinde penitus ſuſtulit Dominus repudii libel
lum, quòd nec ob fornicationē dimiſſæ conſcri-
bi & tradi poteſt. Tertio vero, etiam in eo lex ve-
tus de diuortio perfecta eſt per Chriſtum, quod
cum in veteri teſtamento vir potuerit dimittere
vxorem, non autem contra vxor virum, in nouo
teſtamento nō magis vir dimittere poſſit vxorē,
quàm vxor virum. Vterque enim ob ſolā forni-
cationis cauſam alterum dimittere poteſt. Quod
de muliere aperte quidem hic Dominus non di-
cit, aperte autem dicit Paulus, vbi mulierē & vi-
rum pares facit, quoad dimiſſionem & poteſtatē
ſui corporis. Obſeruandum autem, ob ſolam for
nicationem Dominum permittere dimiſſionem
vxoris, quamuis alia poſſint eſſe vitia vxoris, e-
tiam grauiora, eo quod hoc vitium directe ſit
contra fidem matrimonialem, & pugnet cū ipſa
natura coniugii, excidere faciens coniugem à iu
re coniugii, cętera vero non ſic. Quicunque ergo
ob hanc cauſam eam dimiſerit, nō facit eam mœ
chari, cum ipſamet ſeipſam prius fecerit mœchā
& adulteram. Sed quæſtio hic eſt: an fornicatio-
nis nomine hic oporteat tantum intelligere for-
nicationem corporalem, an etiam fornicationē
ſpiritualem. Auguſtinus 1. libro de ſermone Do-
mini in monte, diſputando probat etiam forni-
cationem ſpiritualem debere hic intelligi nomi-
ne fornicationis, eo quod Paulus permittat viro
fideli dimittere vxorem infidelem, nimirum pro
pter infidelitatem, quæ fornicatio quædam eſt
ſpiritualis. Ex quo deinceps ſic colligit: Si infide
litas eſt fornicatio, & idololatria infidelitas, &a-
uaritia idololatria eſt, non eſt dubitandū & ava-
ritiam fornicationem eſſe. Quis ergo iam quā-
libet concupiſcentiā poteſt rectę à fornicationis
genere ſeparare, ſi auaritia fornicatio eſt? Ex quo
intelligitur, quòd propter illicitas concupiſcen-
tias, non tantū quæ in ſtupris cum alienis vitis
aut fœminis cōmittuntur, ſed omnino quaſlibet,
quæ animam corpore male vtentē à lege Dei
aberrare faciunt, & perniciose turpiterq; corrū-
punt, poſſit ſine crimine & vir vxorē dimittere,
& vxor virū, quia exceptā facit Dominus cau
ſam fornicationis: quam fornicationē, ſicut
ſuprà cōmemoratū eſt, generalē & vniuerſalē
intelligere cogimur. Hæc ille. Sed idem lib. Re-
tract. cap. 19. hunc locum retractat, nolens ſe-
cundum hanc ſuā diſputationē nomen forni-
cationis neceſſariò ſic debere accipi ſed inqui-
rendū reliquens quomodo accipi debeat. Et cer
te non poſſe ſic generaliter accipi apertiſſimū
eſt, cū ſic ſequeretur ob quoduis peccatū mor-
tale poſſe fieri diuortium: quod certū eſt fal-
ſum eſſe, & contra diffinitionē canonum. Nā
capite, Quæſiuit, De diuortiis, dicitur quòd
mulier pro furto vel alio crimine viri ſui, niſi fi-
dei ſuæ religionē corrūpere velit, ab eo ſeparari
non debet. Proinde alii propter locū illū Pauli,
fornicationem accipiunt quidē hoc loco pro for
nicatione ſpirituali: ſed per fornicationem ſpiri-
tualē tantū intelligunt idololatriā & infidelita
tem, quæ aliquando in ſcripturis dicitur ſin
gulariter fornicatio. Sed ſimplicius fuerit forni-
cationē hic accipere proprie pro fornicatione

corporali, generaliter tamen accepta, ita vt etiā
adulteriū & omnem illicitum concubitū includat. Nec aliter accipi cogit locus Pauli, eo quòd
Dominus hic loquatur de coniugio fideliū, quo
rum ambo fidem & Euangelium ſuſceperunt.
Rurſum tamen obiicietur, quia etiam ob alias
cauſas, quàm ſolā fornicationē, poteſt vir fi-
delis ſeparari ab vxore fideli. Nā ſi alter coniu-
gū incidat in hæreſim, poteſt fieri ſeparatio, vt
patet de Diuortiis, capite De illa, & ſequenti. Et
ſuprà præcepit Dominus oculum ſcandalizan-
tem erui, & manum ſcandalizantē abſcindi &
abiici: ergo & vxor abiicienda erit, ſi ipedimē
to ſit homini ad pietatē. Dicendū, ex aliis Eua-
gelii locis colligi duas adhuc cauſas, ob quas v-
xor à marito dimitti poſſit & debeat, præter cau
ſā fornicationis. Primū, cū vxor marito ſpedi
mento eſt ad virtutē, ita vt ei non poſſit quin
peccato ipſius conſentiat cohabitare, tunc enim
vxor eſt deterenda, ſecundum illud: Si oculus
tuus, &c. &: Qui non odit patrē, & matrē, &
vxorē, &c. non eſt me dignus, & non poteſt
meus eſſe diſcipulus. Secundo, ſi Eccleſiā audi
re nolit. Omnē enim talem Dominus haberi
vult ſicut Ethnicū & Publicanū. Hinc ergo per-
mittitur ob hæreſim ſeparatio coniugum. Et
ſi quid peccat in coniugē coniunx, & ſecundū
præceptū Saluatoris poſt trinā admonitionē
noluerit ſeſe corrigere, poterit imo debebit ſe-
cundū idē præceptū reiici, & haberi ſicut Eth-
nicus, accedente tamen Eccleſiæ iudicio, ſine
quo neque ob fornicationē dimitti poteſt coniunx. Vnde ſatis patet quid agendum ſit marito
qui habeat veneficā, aut homicidā, aut furtis de
ditā, & ſimilibus criminibus obnoxiā, de quali
diſputat Origenes ſuper Matth. cap. 19. an poſ-
ſit dimitti, an neceſſario ſit retinenda præcepto
ſcilicet Domini vrgente partē negatiuam quod
non poſſit dimitti, æquitate autē contrariū po-
ſtulante, vt apparet. Quamuis autē etiā ob has
cauſas vxor dimitti poſſit, ſolā tamen fornica-
tionis cauſam Dominus excepit, quod hæc ſit
propria cauſa diuortii in coniugio, cum reliquæ
cauſæ ſint generales à quauis ſocietate Chriſtia-
nū liberantes. Deinde quod ob fornicationem
liceat in perpetuū ſeparari, etiamſi qui peccā-
uit pœniteat: ob alias autē cauſas non licet ſepa
rari, niſi quandiu durat ſeparationis occaſio, ita
vt ea ſublata, qui peccauit rurſū in conſortium
recipi debeat. Quod autē Dominus permiſit co-
iugem dimitti propter fornicationem, conceſſit
proculdubio in pœnam illius qui fidem fregit, &
in fauorem illius qui fidē ſeruauit, vt non ſit a
ſtrictus ad reddendum ei debitum qui non ſer-
uauit fidem. quare excipiuntur aliquot caſus, in
quibus non licet viro vxorem fornicantem di-
mittere, nimirum, quod vel vxor à culpa ſit im-
nis, vel vterque æque eſt culpabilis. Primo, ſi &
ipſe vir ſimiliter fornicatus fuerit. Nihil enim, in
quit Auguſtinus, eſt iniquius quàm fornicatiōis
cauſa vxorem dimittere, ſi & ipſe conuincitur
fornicari: occurrit enim illud, In quo alterum iu
dicas, teipſum condēnas. Secundo, ſi ipſe vxorē
proſtituerit. Tertio, ſi mulier virum probabili-
ter mortuum credens propter longam eius ab-
ſentiam alteri nupſerit. Quarto, ſi eſt latenter ab
aliquo cognita, ſub ſpecie viri lectum ſubintran-
te. Quinto, ſi fuerit vi oppreſſa. Sexto, ſi reconci-
liauit

a. Cor. 7.

Libellus repudii.

Quid intelligatur per fornicationem.

Duæ illæ cauſæ dimittendi vxorem.

Matth. 5. Luc. 14. Mat. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liauit eam sibi p ost adulterium perpetratum,& à se cognitum,carnaliter eam cognoscens. Porrò quãquam exceptis his causis licitum sit marito vxorem dimittere,non tamen tenetur.Nõ enim dimittere eam Dominus præcepit, sed permisit. Dimittere tamen deberet, quando per dimissionem & non alia ratione,spes esset correctionis eius.Deinde dum metueretur scandalum aliorum, qui putare possent ipsum esse patronum turpitudinis vxoris suæ.

ET QVI DIMISSAM DVXERIT, ADVLTERAT.] Hanc partem hodie quidam, inter quos etiam Caietanus,pessime intelligũt, existimantes repetendam etiam hic illam exceptionem,excepta fornicationis causa,vt sit sẽsus: Et qui dimissam duxerit, excepta fornicationis causa,adulterat.Itaque intelligunt dimissam ob fornicationem alteri nubere posse, & similiter eum qui dimittit ob fornicationẽ , alteram vxorem ducere posse.Et probant hanc suam intelligentiam, ex eo quòd cum Dominus dicit, qui dimiserit vxorem,excepta fornicationis causa,&c. (significans ob fornicationem licitum dimittere vxorem) non videatur de alia dimissione vxoris locutus,quàm de tali,qualis est de qua ex legis præcepto ptius dixit,quicunque dimiserit vxorem,det ei libellum repudii.Dimissio autem vxoris in veteri lege soluebat etiam vinculum cõiugale,ita vt mulieri liceret alteri nubere, ergo & dimissio vxoris ob vnã causã licita in noua lege, soluet vinculum coniugale.Verum hæc intelligentia & sententia pugnat cum cõmuni totius Ecclesiæ ab initio per orbem diffusæ sententia,& cum apertissimis scripturis, & cum rõnis æquitate.Primum enim ab initio Ecclesiæ nemo inuẽtus est orthodoxꝰ Christianꝰ, maxime apud Latinos & Græcos antiquiores , qui repudiata vxore ob fornicationem aliam duxerit illa viuente:aut qui repudiatam ob fornicationẽ duxerit, aut cui hoc facere tentanti Ecclesia permiserit. Sed & patres antiqui omnes concorditer docuerunt & scripserunt,vinculum coniugale manere etiam facto diuortio legitimè.Vnde Augu.lib.de bono coniugali cap.7.&citatur 32.quæst.7.Interueniente,inquit,diuortio non aboletur illa confederatio nuptialis , ita vt sibi coniuges sint etiã separati,cum illis autem adulterium committãt, quibus etiam fuerint post suum repudium copulati,vel illa viro, vel ille mulieri. Iam & æquitas rationis cum illa ipsorũ pugnat intelligentia.Absurdum enim foret, si adultera & iuste dimissa à viro,quo ad hoc esset liberior proba matrona & iniustè repudiata,vt huic non liceret, illi vero liceret alteri nubere.Pugnat etiam cum apertis scripturis,quibus docetur vinculum coniugale planè esse indissolubile,vt primum illo quod Paulus frequenter citat,Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit.Itaque vocabitur adultera,si viuente viro fuerit cũ alio viro.Quo loco etiam habet: Iis qui matrimonio iũcti sunt præcipio,non ego, sed Dominus,vxorem à viro non discedere.Quod si discesserit,manere innuptam, aut viro suo reconciliari.Quæ pars posterior,vt docet Augustinus, non potest intelligi, nisi de ea quæ discedit iusta causa,nimirum ob eam vnicã causam quã Dominus concessit. Nam discedenti iniusta causa non dedisset Paulus optionem vt aut maneret innupta,aut viro suo reconciliare-

Rom. 7.

1. Cor.7.

A tur,sed alterum præcepisset , vt scilicet viro suo reconciliaretur.Si ergo discedenti, etiam ob causam concessam,à Domino præcipitur vt aut maneat innupta,aut viro suo reconcilietur, manet ergo etiã inter separatos coniuges matrimoniale vinculum.Idem probabitur & ex verbis saluatoris circa cap.Matt.19.Itaque quod hic dicitur qui dimissam duxerit, adulterat, intelligendũ de dimissa ob fornicationem, quemadmodũ intelligunt Chrysost.& Theophyl.Aut certe generaliter de dimissa ob quamuis causam, siue licitã, siue illicitam.Iam si quis dimissam ob fornicationem duxerit,adulterat,sequitur eam adhuc permanere vxorẽ dimittentis,alioqui enim non esset adulterium.Si autẽ adhuc permanet vxor,ergo dimittens ob fornicationem , permanet eius maritus:ac proinde nec ei licitum erit viuente dimissa vxore aliam ducere,cum non possit in noua lege duarũ vxorũ esse maritus. Quare nihil hic valet quorundã commentum, quo adulterę, & eã ob causam dimissæ , interdictam à Christo hic volunt nubendi licentiã, & proinde mœchari dicatur quisquis illam duxerit : qui verò eandem dimisit ob fornicationis causam,velut liber à prioris matrimonii vinculo,licite cum alia contrahere possit.

ITERVM AVDISTIS QVIA DICTVM EST ANTIQVIS: NON PERIVRABIS,&c.] Pergit Dominus & alia quædã legis præcepta perficere & adimplere. Quod autẽ dicit dictum esse antiquis:Non periurabis,potest intelligi dictu esse Exodi c.20. in decalogo , & Deuter.5.in repetitione decalogi. Exodi enĩ 20. sic legimus:Non assumes nomen Dñi Dei tui in vanum.Et Deuter.5.Non vsurpabis nomẽ Domini Dei tui frustrà. Hebræa tamen vtrobique eodem modo habent.His autem locis etsi periurium prohibeatur,non tamen solũ periurium. Non enim solum tunc assumitur nomen Dei in os nostrum frustrà & temere,cũ peieramus,sed etiam cum irrisorie de Deo loquimur, & absque vlla necessitate in re leuissima per nomen eius iuramus.Proinde istud:Non periurabis: magis videtur desũptum ex Leuit.19.capite: vbi sic legimus:Non periurabis in nomine meo:nec polluES nomẽ Dei tui: pro quo Hebræa habẽt:Non iurabis in nomine meo falsò vel in falsitate.Iurare autem falsò,nihil est aliud quàm peierare. Porrò quod sequitur:Reddes autẽ Domino iuramẽta tua,dupliciter intelligitur. Primũ , vt sit sensus: Quod iurasti,id persolues veluti Deo debitũ,vt sit explicatio eius:Nõ periurabis sicq; hæc pars ex eisdẽ locis intelligenda est esse desumpta,vnde illud,Non periurabis. Aliter intelligitur à Caietano & quibusdam aliis hęc pars initio sensu:si quando iuraueris,per nomen Domini iurabis,& non per creaturas,nec per nomina falsorũ deorũ,vt hic duo diuersa intelligantur præcepta iuramentũ spectantia adduci. quorum secundum desumptũ sit ex Deut.6.cap. vbi dicitur:Dominũ Deum timebis,& illi soli seruies,& per nomẽ illius iurabis.Verum huic intelligentiæ obstat verbum ἀποδώσεις, hoc est,persolues & reddes, quod omnino videtur accipiendum de exhibitione eius quod iuratum est. Deinde Scribas & Pharisæos non intellexisse interdictũ in lege iuramẽtum per creaturas,sed tantum iuramentum per falsos deos,patet, tũ ex eo quod Dominus hic rã

tum

A tùm distinctè docet,neque etiam per creaturas licere iurare:tum quòd passim etiam sancti iurare solebant:Vivit anima mea;& Scribæ ac Pharisæi rata esse docuerunt iuramenta per aurum templi & per donum altaris facta,vt patet Matth. 23.Igitur potius prior sensus est amplectẽdus,nisi quod plus aliquid hac parte significari videtur quam hic explicatum.Videtur enim istud; *reddes autem Domino*,&c.cùm expresse non habeatur in lege, fuisse δευτέρωσιν Pharisæorum & Scribarum, significare volentium Domino iam deberi, quod quis se facturum per nomen Domini iurasset,qui hac ratione aperiebant fenestram non præstandi iuramenta quæ per nomen Domini non essent facta,sed per aliquas creaturas.Quod forte collegerunt ex eo quod Leuit.19.dicitur:Non periurabis in nomine meo;quasi per creaturas peierare liceret. Et quia in Exodo dicitur:Non assumes nomẽ Dei tui in vanum,quasi liceret nomina creaturarum in vanum assumere.Quod enim per creaturas facta iuramenta putarent nõ esse obligatoria, satis docet Matt.cap.23.vbi traducit eos Dominus docentes,qui iurauerit per templum aut in altari, nihil est.Sicut autem duplex est iuramentum, scilicet assertorium & promissorium:ita etiam duplex periurium,videlicet assertorium, quo scilicet iuramento affirmatur esse verum aliquid quod falsum est:& promissorium, quo scilicet iuramento prommittit quis se facturum, quod vel non intendit adimplere,vel etiam si intendat,tamen postea nõ adimplet.Inter quos duos postremos modos hoc interest,vt semper periurus sit, qui quod iurando promittit,non intendit præstare, etiamsi quod promittit,tale sit vt impleri non debeat,nec possit:non semper autem periurus sit,qui nõ præstat quod adimplere intendebat. Quatuor enim modis contingit nõ adimplere iuramentum promissorium sine peccato.Primo, ex parte materiæ, si scilicet materia iuramenti non sit capax vinculi obligatorij,nimirum si sit res mala quę promissa est,aut si promissa sit omissio boni alicuius supererogationis,vt si iurauerit ,quis se aliquem occisurum, aut nõ ingressurum religionẽ. Talis enim etsi iuramento grauissime peccet, non tamen periurus est, non implendo quod iurauit. Secundò propter euentum,videlicet si euẽtus sit malus,vt patet de iuramento Herodis,aut impeditiuus maioris boni,vt si quis iurauerit contrahere matrimonium. Tertio,propter modum iurandi,cui scilicet cõsueto more aliquid subintelligitur,vt cum aliqui honorare se volentes,iurant , non præcedam per Deum, &c. In his enim & similibus secundum communem & sanum sensum subintelligitur,quantum est ex me.Quartò,propter relaxationem eius cui promissio facta est,aut superioris qui possit relaxare.Vide Caietanũ in Sũmala peccatorum,vbi tamẽ periurium ab ipso large accipitur,videlicet non solùm pro iuramento falso cui deest veritas,sed & pro iuramẽto iniquo & indiscreto,cui scilicet desunt reliquæ duæ iuramẽti comites,iustitia & iudicij . Qua in parte Caietanus & recentiores Theologi sequuntur D.Hieronymi authoritatem,qui super illud Hiere 4. Iurabis,viuit Dominus,in veritate , & in iudicio & in iustitia.Animaduertendum,inquit,quod iusiurandum hos habeat comites,veritatem, iudicium , atque iustitiam:si ista defuerint , nequaquam erit iuramentum,sed periurium.

B

C

D

E

EGO AVTEM DICO VOBIS, NON IVRARE OMNINO,NEQVE PER COELVM, QVIA THRONVS DEI.] Iustitiam Pharisæorũ Dominus hic in duobus perficit. Primum,quia non solum periurium , sed etiã omnẽ iuramẽtum prohibet. Deinde, quia docet illicitũ esse per creaturas temere iurare & peierare,æque atq; per Deum,cum, vt dictum est,Pharisæi nõ putarent peccatum per creaturas & vane iurare & peierare.Verùm ex hoc loco quo dicit Dominus, non iurandum omnino , & ex simili loco Iacobi cap.5.Ante omnia autẽ fratres mei nolite iurare, neque per cœlum,neque per terram, neque illud quodcunque iuramentum , &c. quidam hæretici olim, dicti VValdenses, sicut & hodie Anabaptistæ,collegerunt nullum omnino iuramentũ Christianis esse licitum, quomodolibet & quacunque causa fiat. Et ante hos etiam Pelagiani negabant licitum esse iuramentũ,asserentes tamen non esse iuramentũ,si quis dicat, Testis est Deus,vel testẽ inuoco Deum in animam meam,quia sic Paulum constat locutum.sed tãtum si dicatur, Per Deum, vt patet ex epistola 89.D.Augustini in resposione ad 5.quæst.Quorum omniũ errorem primumqui dem cõuincit , quod Dominus in veteri testamento toties non tantum permisit , sed etiã præcepit in casu iuramentum.Deuter.enim 6.dicit, Dominum Deum tuũ timebis,& illi soli seruies, & per nomen illius iurabis.Et Exod.22.mandat Dominus,si quæ res deposita apud quempiam perisset, lateret vero quis eam vel perdidisset, vel alienasset,vt is apud quem deposita fuisset , iureiurando attestaretur,se manum ad rem proximi haud extendisse , ac Dominum susceperurum iuramẽtum eius.Ex quo etiam error VViclefitarum conuincitur asserentiũ illicita esse iuramenta quæ fiunt ad roborandos humanos contractus & commercia ciuilia.Sed ad hæc respondent, Iudæis quidem iurare permissum fuisse , Christianis vero per hoc præceptũ Christi plane interdictum. Quam suam sententiam confirmant verbis Hieronymi,sic super hunc locum scribentis:Hoc quasi paruulis in lege fuerat concessum,vt quomodo victimas immolebant Deo,ne eas idolis immolarent:sic iurare permitterentur in Deum,nõ quod recte hoc facerent , sed quod melius esset Deo id exhibere quàm dæmonibus. Euangelica autem veritas non recipit iuramentũ,cùm omnis sermo fidelis pro iureiurando sit.Sic & Theophylactus super hunc locum:Disce , inquit,quod tunc non erat malum iurare,post Christum autem malũ est, sicut & circumcidi,& in summa quicquid est Iudaicum. Sugere enim puero conuenit,viro minime. Sed hæc responsio reuincitur ex eo quod Dominus ipse toties iurasse in scripturis legatur , qui omnino nõ iurasset,si adeo per se esset iuramẽtum malum esset, vt ex sola permissione Iudæis iurare licuisset.Cui obiectioni rursum respondent dicentes,Deo soli conuenire iuramentum,quoniam ille solus verax est,& mentiri nequit.Omnis autem homo mendax. Et hanc sententiam confirmant testimonio Ambrosij in Psal.118.sic scribẽtis super illoversu Iurauí & statui, &c.Nemo bene iurat,nisi qui potest scire quod iurat.iurauit Dominus,& non pœnitebit eum. Iuret ergo ille quem sacramenti sui pœnitere non potest.Et postea:Noli vsurpare exẽplum sacramenti , qui implendi sacramenti non habes potestatem.Vnde asserunt Anabaptistę nõ

Exod.20.

Psal.109.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse ipsorum, vt quicquam iurent se facturos vel non facturos, eo quòd nihil sit in ipsorum potestate; sed omnia in manu Dei, cui nequeant quicquã adiurare. Verùm hæc refelluntur ex eo quòd etiã in nouo testamento Angelus iurauit in Apocalyp. per viuentem in secula seculorum. Et ante legem Abraham cùm Abimelech iurauit pro puteo quẽ foderat, qui ex eo dictus est Bersabe, hoc est, puteus iuramenti. Sed & Paulum certum est
Rom. 1. epistolis suis frequenter iurasse. Nam scribens Romanis: Testis, inquit, mihi est Deus, &c. Et 2. ad Corint. 1. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis non veni vltra Corinthũ. Et: Testis mihi est Deus quomodo cupiã omnes vos in visceribus Iesu Christi. Certũ
Philip. 1. est autem nihil aliud esse iurare per Deum, quàm Deũ inuocare in testẽ eorũ quæ dicuntur. Quod si quis requirat locum vbi Paulus vsus sit cõsueta iurandi forma quæ est per præpositionem, per etiã illum reperire poterit. Nã 1. ad Cor. 15. dicit: Quotidie morior per vestrã gloriã fratres, &c. Vbi, vt annotauit Augustinus, ne quis putet sensum esse, vestra gloria facit me quotidie mori; sciendum Græca, habere, ναι την υμετεραν καυχησιν ην εχω εν χριστω ιησου quod non nisi à iurante certum est dici. Præterea iuramentum non esse de se malum, imò bonũ, si modo adsint ea quæ requiruntur probatur, quia per illud exhibemus Deo reuerentiam, dum testamur illum & omnia scire, & adeo veracem esse vt mentiri nequeat. Vnde in Deuter. iuramenti præceptum subiungitur præcepto adorationis & cultus diuini, vt patet ex loco capitis sexti supra citato. Et rursum cap. 10. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, illiq; adhærebis, iurabisque in nomine eius. Et psalmista: Laudabũtur, inquit, omnes qui iurant in eo, significans certè bonum esse iurare in Deo, si modo rectè fiat. Tunc autem rectè fiunt iuramenta, cùm secundum præceptum Hieremiæ fiunt in veritate, in iudicio, &
Psal. 62. in iustitia, In veritate quidem, cùm nihil iuratur nisi quod verum est: In iustitia, cum iuratur quod iustum est & bonũ: in iudicio verò, cùm fiunt cũ discretione, nimirum cum ita vel necessitas, vel magna vtilitas exposcit. Licita ergo sunt maximè ea, quæ ob Dei gloriam aut proximorum salutem spiritualem fiunt, qualia erant Pauli iuramenta: licita tamen etiam ea, quæ ob temporalem aliquã necessitatem, vel vtilitatem magnam fiunt, quamuis ea ratiora merito esse debeant. Vnde cõcilium Constantiense, inter reliquos articulos Ioannis Vviclef, etiam illum damnauit, quo asseruit, illicita esse iuramenta quæ fiunt ad roborandum humanos cõtractus & ciuilia commercia. Supererit ergo videre quomodo intelligendus sit hic locus Saluatoris, quo præcipit non iurare omnino. Dicunt ergo quidam Dominum hic non omne iramentum interdixisse, sed tantum iuramentum per creaturas factum, idq; duplici de causa vetitum. primum ne per eas homines iurantes, tanquam numina quædam ipsas venerarentur. Secũdo, ne per eas temerè & falsò iurare sibi licitum esse putarent ad quam secundam rationem respexisse Dominum patet ex contextu. Hanc responsionem indicare videtur Hieronymus dicẽs: Considera quòd hic saluator nõ per Deum iurare prohibuerit, sed per cœlum & terram, & Hierosolymam, & per caput tuum. Sed hæc responsio non sufficit, tum quod non conueniat verbis quæ sequuntur: *Sit autem sermo vester, est, est, non non*, quibus satis significatur etiam iuramentum per Deum hic prohiberi, tum quod etiam liceat per creaturas iurare, sicut per Deum, si modo per eas iuretur tanquam Dei creaturas, & non tanquam per eas quas diuino colimus obsequio. Minus aptè conuenit noua quorundam interpretatio, q verbum, iurare, hic volũt positum pro periurare, vt hic Dominus intelligatur tãtum prohibere per iuria per creaturas, quod hæc pharisæi putentur existimasse nihili faciẽda, nec esse peccata. Quam suam interpretationem quo faciant verisimilem, quædam in scripturis notãt loca, in quibus iurare videtur positum pro periurare, cùm hoc nusquã verum sit, sed ex circunstãtia loci in verbo iurandi subintelligendum sit, in vanum vel mendaciter, ea scilicet pars quæ additur. cũ Leuit. 19. prohibetur iuramentum, dicendo: Non iurabis in nomine meo mẽdaciter. Vnde Zacha. 5. cũ prius simpliciter dicatur, omnis iurãs iudicabitur. mox subiicitur de iurante mendaciter. Noc autem loco Dominum non tantum periurio prohibuisse, præterquam quod ex omnium patrum constet interpretatio, etiam satis patet ex decursu Christi, qui hic intendit aliquid perfectionis adiicere legi. & ex verbis illis: *Sit autem sermo vester. est est*, &c. quibus verbis iuxta omnium interpretationem Dominus ad simplicem sermonem inuitat, qui scilicet sit sine iuramento. Itaque quidam dicunt hãc Domini prohibitionem non inter præcepta, sed inter consilia habẽdam, sicut pleraque quæ sequũtur. Non enim hic appositus est reatus pœnæ, vel criminis, sicut in prohibitionibus superioribus. Sic D. Bernandus sermo. 65. super Cãtica, inuehẽs in quosdam hæreticos dicentes: non esse licitum iuramentum, esse tamen illis licitum peierare ne secreta suæ factæ ab aliis scirentur, hunc locum accipit dicens: Parce vos & superstitiosè obseruare de iuramẽto, & flagitiosè præsumere de periurio. O peruersitatem, Quod ad cautelam consultum est, videlicet non iurare, hoc isti mãdati vice tam cõtentiosè obseruant & quod immobili iure sancitum est, non peierandum scilicet, hoc tanquam indifferens pro voluntate dispensant. Sic & Christianus Druthmarus super matthæum scribit: Ne Iudæi, inquit, per idolorum nomina iurarent, permisit eos Dominus iurare per nomen suum. Nec nobis etiam inhibuit, sed perfectionem nos docuit, quod ea fides sit habenda in rer Christianos, vt non sit necesse testem nomen Domini interponere. periurium & illis & nobis prohibitum est. Hæc ille: qui, si Trittemio credimus, ante septingẽtos annos scripsit. Sed nec hæc solutio videtur satisfacere, vt dicatur consilium esse hæc Domini prohibitio, tum quòd certum sit Dominũ hic aliquid voluisse prohibere tanquam illicitum, quod licitum putabãt Scribæ & pharisæi: tum quod sequetur, paulum aliquoties iurantem non secutũ Christi consilium, & à perfectione excidisse. etiam in illis scripturis quæ in exemplum perfectionis à Spiritu sancto propositæ sunt. proinde absolutior est Augustini responsio sic in hunc locum scribentis: Ita ergo intelligitur præcepisse Dominum ne iuretur, ne quisquam sicut bonum apperat iusiurandum, & assiduitate iurandi ad periurium per cõsuetudinem delabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessariis iurationem habendam, refrœnet se quantum potest, vt non ea vtatur

vtatur, nisi necessitate, cum videt pigros esse homines ad credendum quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmetur. Hæc Augustinus. Quoniã ergo Iudæi à veteribus acceperant satis cum proximo ex fide actum esse, si quod quis iurasset per Dominum, etiam præstitisset, & huiusmodi iuramentum in Dei cultum & honorem cedere: deinde à Scribis edocti fuerunt, non timeri quempiam iuramento per creaturas facto: Dominus legem perfecturus & iustitiam Scribarum, docet iuramentum non esse per se bonum, nec appetendum, cum semper à malo aliquo procedat, nec satis debere esse Christianis, neminem peierando fallere, sed merito ea ipsos inter se esse fide & dilectione, vt nulli omnino iuramento apud eos locus relinqueretur. Ad hæc omnem creaturam esse potiorem, quàm vt per eam licere possit temere aut falsò iurare, ac proinde ab omni iuramento etiam per creaturas quãtum fieri posset abstinendum esse. Itaque quod dicitur: Nolite iurare omnino, cum huiusmodi subauditione, vt ex Augusti no patet, est intelligendum: quantum scilicet id fieri potest, vt quantum in vobis est, omne iuramentum fugiatis, ideoq; sic absolutè dicitur; noli te iurare omnino; vt ostẽderetur iuramentum nũ dè acceptum saltem non esse bonum aut amandum, sicut absolutè dicitur: Non occides, eo quod absolute accepta hominis occisio est per se mala, Sicut autem illo præcepto; Non occides, non prohibetur occisio hominis vestita circunstantiis iustitiæ, ita nec hoc præcepto, *Ne uretis omnino*, prohibetur iuratio ornata suis comitibus, nempe iudicio, iustitia, & veritate: sed præter iuramenta iniqua & falsa, prohibentur ea quæ nulla aut non sufficienti fiunt necessitate vel vtilitate, Videlicet quæ pro rebus caducis & nihili, qualibet occasione hominis seculi à se mutuo exigunt & præstant, quęque nulla causa in quotidiano sermone leuissime profundũt. Ex his colligere licet, hanc Christi doctrinam partim esse præcepti, partim esse cõsilij. Præcepti enim est quatenus prohibentur omnia iuramenta falsa, iniqua, & temeraria, etiam per creaturas facta. Consilij vero, quatenus docemur fugere iuramenta, quantum omnino fieri potest, vt etiam vbi causa esse videtur rationabilis iurandi, non iuremus, nisi omnino magna sit aut necessaria. Colligere item licet tres causas, ob quas summopere vitanda sunt iuramenta. Primo, ne per assuetudinem iurandi decidatur aliquando in periurium. Ad quam causam Augustinus & super hunc locum scribens, & in aliis locis respexit. Similiter & Ambrosius in Psal. 118. hac ratione vult
Eccle. 23. istud præceptum maxime pertinere ad infirmos, qui sibi non satis conscij sunt an præstare possint quod iurant. Hac de causa etiam Sapiens sic præcipit: Iurationi non assuescat os tuũ, multi enim casus in illa. Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis, quia non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assiduè à liuore non minuitur, sic omnis iurans & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multum iurans replebitur iniquitate: & non discedet à domo illius plaga, &c. Secundo, ob reuerentiam nominis diuini, quod tam sacrosanctum esse debet, vt non nisi in re grauissima illud in testimonium adhibeamus, cum in re leui ne vitrum quidem aliquem honestum in testem vocare decorum esset. Ad quam causam respexisse hic Dominum patet, cũ dicit per cœlum non iurandũ, quia thronus Dei est, &c. Tertiò ob fidẽ, quæ deberet merito inter Christianos esse mutua, qua & nemo etiam iniuratus quenquam fallere vellet, & vnusquisque de alio etiam iniurato optimè sentiret & sperarer. Quam causam satis innuit Dominus, cum dicit: Sit autem sermo vester, &c. Porro ad Hieronymum, Theophylactum, & alios qui videntur sentire nullum omnino iuramentum Christiano licitum, dicendum, eorum verba intelligenda secundum exigentiam loci Euangelici quam exponũt, videlicet quod iuramenta non sunt Christianis licita sicut Iudæi sibi licita putabant, quodque veritas Euangelica nullum recipit iusiurandum tanquam per se bonum & appetendum: cũ quodlibet ex malo sit.

NEQVE PER COELVM, QVIA THRONVS DEI EST: NEQVE PER TERRAM &c.] Animaduertendum hic imprimis, Dominum probare volentem per creaturas non esse iurandum, in tribus primis membris adducere scripturarũ testimonia, quibus ostẽdit huiusmodi creeturas Dei esse, & proinde per Deum iurare, qui per eas iurat. Illud enim, *cœlum est thronus*, id est, sedes Dei: illud; *terra est scabellum pedum eius*, desumptum ex Isaiæ vlt. cap. vbi sic dicitur ex persona Domini: Cœlum sedes mea: terra autem scabellum pedum meorum. Illud verò: Hierosolyma est ciuitas regis magni; ex Psal. 47 desumptum est: Mons Sion latera aquilonis, ciuitas regis magni. Quod autem dicitur: cœlũ sedes Dei, terra autem scabellum pedum eius, nõ licest accipiendũ, quasi sic habeat Deus collocata membra in cœlo & in terra, vt nos cum sedemus: sed huiusmodi locutione significatur metaphorice Dei immensa & incomprehensibilis magnitudo, eiusq; in omnibus creaturis, quę cœlo & terra cõtinentur, præsentia, atque in easdem imperium. Animaduertendũ secundo, in quatuor istis membris omnes creaturas comprehendi. Solent enim homines per triplices creaturas iurare. Primum, per communes creaturas, inter quas primum locum obtinent cœlum & terra, quæ reliquas omnes creaturas in se continent, Secũdo, per res Deo sacras, inter quas primum locum tunc obtinebat Hierosolyma, vt pote in qua omnia diuina seruabantur & peragebãtur. Tertio, per res ad nos pertinentes, inter quas primum locum obtinet caput nostrum. Nihil enim magis nostrum quã caput, à quo & reliqua membra, & tota vita nostra pendet. Causam autem, ob quam per caput etiam nõ sit iurandum, hanc reddit, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrũ: quasi dicat: quia hoc adeo tuum non est, nec in tua situm potestate, vt possis etiam vnum capillum album facere aut nigrum. Quod intelligẽdum est, ab intrinseco & naturaliter. Fucato enim artificio sciebat id facere homines posse. Itaq, per nullas creaturas, siue communes, siue sacras, siue etiam ad nos pertinentes vult nos iurare, quod omnes Dei sint, qui est in omnibus præsens, & in omnia solus habens plenam potestatem, ac proinde etiam per Deum iuret, quisquis per creaturas quascunque iurauerit. Quod si quis dicat, se nõ intelligere Deum in illa per creaturas iuratione, nec se intẽdere Deũ huiusmodi iuramento in testem inuocare: nihilo tamen minus, imo grauius peccat, dum diuinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quandam dignitatem rei creatæ iurandæ tribuit
Hebr.6. Homines enim per maiorem se iurãt,& quicunque iurat, infallibilem veritatem aliquam testimonium adducere vult.

SIT AVTEM SERMO VESTER, EST EST, NON NON.] Pro, est est, Græcè ἔστω ναὶ ναί. Est autem Græcis, ναὶ adueibium affirmandi, vsurpatum etiam à Latinis,& valet idem quod etiam, verè vel certe,& Hebræis Amen, quo verisimile est hoc loco Christum vsum fuisse. Vnde Dominus ipse hoc loquendi modo vti solitus fuit, vt diceret: Amen amen dico vobis. Vnde paret non iurare eos, qui cùm affirmãt dicunt: Vere sic est. Aut, in veritate sic est: nec Dominum iurasse, quemadmodum quidam putãt cum Dixit: Amen dico vobis. Huic enim ναὶ correspondere Amen, etiam ex Paulo patet 2. ad Corint. 1. Vbi ναὶ & amen idem esse satis significat, dicens, vt habent Græca: Quæcunq; enim promissiones Dei, in ipso sunt ναὶ, & in ipso: AMÃ DEO, ad gloriam per nos. Porrò hæc pars, *Sit autem sermo vester, est est, non non*, duplicem habet distinctionem. Quidam enim vult post primum, est, & primum, non, fieri distinctiunculam, Et sic duplex poterit esse sensus: Alter, vt prius, est, & prius, non, ad interrogantem pertineat: posterius verò ad respondentẽ: vt sit sensus: Sit talis inter vos sermo, vt qui interrogat, non requisito iuramento simpliciter quærat, est sic, aut non est sic, & qui respondet, non adhibito, iureiurãdo simpliciter dicat, est sic, aut non est sic. Alter sensus est, vt ad eundem pertineat vtrumque, est aut vtrumque non, hoc modo: si sermo vester aliquid simpliciter & sine iuramento affirmat, verè affirmet: & si sermo vester aliquid simpliciter neget, verè neger. Quod secus habet apud istos qui opplicentur non præstant, & quod se facturos negant, faciunt. Atq; in hunc posteriorem modũ accepisse hanc sententiam videtur Theophylactus, sic scribens in hunc locũ: Vt ne dicas, & quomodo fidem mihi habebũt, inquit: Si semper verè locutus fueris, & nunquã iuraueris. Nulli enim minus creditur quàm ei qui frequẽter iurat. Hęc ille: qui intelligit his verbis dari consilium quomodo efficere possimus vt homines fidẽ habeant nobis nõ iurãtibus, quod hic non significabitur, nisi illo posteriori modo locus iste accipiatur. Similis distinctio & sensus videtur debere esse in loco qui est apud Iacobũ, quo omnino videtur Iacobus ad
Iacobi 5 hunc locũ alluisse. Nã pro eo quod ibi habemus: Sit autem sermo vester, est est, non non, vt nõ sub iudicio decidatis; Græca sic habent: Sit autem vestrum est est, non non. vt non in simulationem cadatis. Cuius lectionis propter adiectionẽ illam; vt non in simulationem cadatis, hic videtur esse necessariò sensus distinctio: Vestrũ est, hoc est, vestra affirmatio sit, est id est sit vera: & vestrum nõ sit nõ, id est, quod negatis verè negetis, ne incidatis in simulationem, aliud scilicet ore promittentes aut asserentes, & aliud cogitantes. Hãc lectionem & intelligentiã fortiter sectantur, qui, vt suprà est annotatum, intelligunt cùm dicitur: *Nolite iurare omnino*, prohiberi tantùm periurium, ideoq; his verbis: *sit sermo vester, est est*, intelligunt à Domino non excludi iuramentum, sed tantùm falsitatem in affirmatione & negatione, contra cõmunem omnium aliorum intelligentiam & apertam Christi intentionem. Hunc enim sensum; & hanc istius loci distinctionem non conuenire præsenti loco, omnino apparet ex eo quod additur. *Quod autem his abundantius est à malo est.* Ex eo enim patet Dominũ superiori sententia voluisse significare, quo modo loquendi vti debeamus, cùm affirmare quid volumus, aut negare, nimirũ sine iuramento. Quod non significabitur, si eo sensu & ea distinctione sententia accipitur. Proinde vel prior sensus illius distinctiõis erit sequẽdus, vel potius cõmunis distinctio & sensus amplexandus, secundùm quem vtrũque, est, & vtrunque non coniunctim leguntur, & duplicatio intelligitur pro affirmationis vel negationis certitudine posita; quomodo & ipse Dominus duplicando dicere solitus fuit: Amen amẽ dico vobis. Est ergo sẽsus. Quum quid affirmandum est, simplici affirmatione affirmate: cùm quid negandum est, simplici id negate negatione. Atq; in hũc sensum accepisse & distinxisse hunc locum etiã Chrysostomum patet, ex eo quòd expositurus illud: *Quod autem his abundantius est*: sic scribit: Quid igitur suptã, est est, non non, esse dicimus; haud dubiè iuramẽtum. Cumq; locus Iacobi ex hoc loco desumptus videatur, poterit & ille sic distingui etiam secũdum lectionẽ Græcorum, vt sit iste sensus: Vestrum sit, non iuramentum, quod est ludæorum & Paganorum, sed, est est, non non, vt ne frequenter iurando cadatis in aliquam simulationem, iurantes id quod non estis præstituri. Collato enim Iacobi loco cũ Matthæi, vnde desumptus erat, patet illud, vestrũ, positum esse pro, vester sermo: quod noster Nelligẽs rectè vertit sermo vester. Et notat Oecumenius ὑπόκρισιν positum pro κάθαιρεσιν, hoc est, condemnationem, vt noster interpres intellexit vertens, iudicium. sicq; optimè constat sensus, docens simpliciter sine iuramento loquendum, ne incidatur in peccatum & condemnationem.

QVOD AVTEM HIS ABVNDANTIVS EST, A MALO EST.] Pro, quod his abundantius est Græca habent, τὸ δὲ περισσὸν τούτων, id est, quod supra hæc est, aut quod supra hæc accesserit, ad maiorem scilicet confirmationem. Intelligit autem, vt patuit ex Chrysostomo, iuramentũ. Non enim si addantur alia aduerbia affirmandi, id à malo vult esse Dominus. Porrò notãdũ, quod non dicat malum esse quidquid his accesserit, sed à malo esse. A malo, inquam, siue proprio siue alieno, idq; leuitatis & irreuerentiæ diuinæ, aut infidelitatis & diffidẽtiæ. Occurrit ergo hic quæstio, num liceat vnquam iuramentũ ab alioquo exigere. Nam quòd aliquando sine omni peccato iuramentum quis emittat, excusatur ob id quòd fiat non ex proprio malo, sed ex malo alieno. Quòd autem quis exigit iuramentum, semper videtur ex proprio malo proficisci, nempe diffidentiæ. Dicendum, non omnem diffidentiam esse tale malum vt sit peccatum: quædam enim est discreta, iusta, & rationabilis, vt diffidentia de eo cuius fides non est explorata, aut cui⁹ infidelitas est rationabiliter inspecta. Deinde non semper petitio iutamenti fit ex diffidentia petentis. Aliquando enim magistratus iuramentum exigit, & quidem licitè à viro bono, cuius fides illi satis spectata est ob diffidentiam aliorum, quorum causam iudicandã susecpit. Neq; exactio iuramenti, quæ fit per magistratus & principes, hic interdicitur à Christo, quemadmodum volunt Anabaptistæ. Si enim omnes Christiani tales essent quales esse deberent meritò superuacaneum esset & exigere & præstare iuramentum.

Aliquoties exigere iuramentum.

Verũ

Verũ quoniã eis multi mali permixti sunt, multi etiam impij sancti, non potest non licitum esse vel propter eos magistratui exigere iuramentũ profuturum ad iudicandis cõtroversiis, & aliis causis vtilibus reipublicæ, pro cuius tranquillitate tuenda bonus quisq; in omnibus licit è sese aliis conformãs, non detrectabit iurare vbi respublica exegerit, certus id in Dei gloriã cedere. Veruntamen vti parcissimè iurandũ, nec nisi pro bono aliquo magno, propter diuini nominis reuerentiam: ita parce sane vir bonus iuramenta exiget, quæ etiã gentilis Isocrates parcissimè fieri vult, sic scribẽs suo Demonico: Iusiurãdum coactũ propter duas admitte causas, vel vt teipsum turpi crimine exoluas, vel vt amicos tuos in magnis periculis serues. Pecuniarũ autem gratia per nullum Deũ iuraueris, etiam si sis verè iuraturus. Videbetis enim aliis peierare aliis pecuniarum cupidus esse, Et priùs: Decet bonos viros exhibere se fideliores iureiurãdo. Et D. Basilius in sermone ad adolescẽtes, quomodo ex Græcis, &c refert de Clinia, vno ex familiaribus Pythagoræ quòd cùm liceret ipse per iusiurandũ trium talentorum mulctã effugere, exoluit potius quàm iuraut, & hoc cùm rectè iureiurando vsurus esset.

AVDISTIS QVIA DICTVM EST: OCVLVM PRO OCVLO, &c.] Lex ista, quæ talionis, atque contrapassi, vel repassionis dicitur, quæq; truncatim hic à Domino adducitur, habetur in Exodo & Leuitico. Ibi quidẽ hæc lex præcipitur contra nos qui læsionem alicui intulerunt. Vnde in Leuitico sic scribitur: Qui itrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum sicut fecit, sic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. In Deutero. verò hęc lex statuitur contra testificantes falsum, à quibus præcipitur exigi idem quod fratri suo inferre cogitauerunt. Videri autem potest hæc lex esse valde iniqua, eo quòd ex repassione eius qui iniuriã intulit, nullam conse queretur vtilitatẽ is qui dãnum accepit. Deinde, quòd non sit æquum eum qui principem aliquem damno oculi vel dẽtis affecit, simili tantùm damno puniri, sed potius occidi. Itaque communiter dicunt Iudei præceptum istud talionis non esse intelligendum ad literam, sed quod debeat cõpensatio per bona exterma fieri, secundùm qualitatẽ & quantitatem damni illati. Sed ex Iosepho patet verus huius præcepti intellectus. Is enim cõmemorãs legis præcepta cap. vltimo lib. 4. sic inter cætera scribit: Qui excæcauerit quenquã, similia patiatur, priuetur quo priuauerit alios, nisi forte pecunias accipere voluerit qui excæcatus est. Leges enim illi dant licẽtiã, qui passus est æstimare causam passionis suæ & concedẽtes sunt, si seuerior esse voluerit. Hęc ille. Nec est huiusmodi lex censenda iniqua, cùm multum habeat æquitatis, siue spectetur is qui lędit, siue qui lædit. Nam quod ad lædentẽ pertinet, efficacissima est huiusmodi lex ad cõprimendũ noxias manus, dum metuitur eiusdẽ mali passio quod alijs infligitur. Et quod ad læsum pertinet temperat in ipso cupiditatẽ vindictæ. Cum enim læsus semper soleat grauiorem expetere vltionẽ quàm sit accepta iniuria. Dominus hac lege, vt ánotat Augustinus, immoderatæ vltioni iustũ modum fixit, vt qualem quisque iniuriã intulit, tale supplicium repẽdat, misericordiam certe iustitię admiscent, cùm grauiori pœna dignus sit qui iniuriam dedit, quam sit malum quod intulit. Et tãta quidem est huius legis æquitas, vt Pythagorei teste Aristotele 5. Ethic. asseruerit repassionẽ esse simpliciter iustum, absolutè definientes iustũ esse repassionem, eamq; dicẽtes esse ipsius Rhadamãthi iustitiam, quam hoc carmine exprimebant: εἶναι πάσχειν ἃ δ' ἔρεξε, δίκην' ἰθεῖαν γένεσθαι. Hoc est, *Sigua quis fecit, eadem patiatur & ipse, Iudicium fuerit perrectum, & exitus aquus.* Certum tamen hanc legem à Domino datã pro vulgaribus qui inter se sunt æquales, aut penè æquales. Nam nõ oculi priuatione tantũ puniebantur apud Iudæos, qui principem excæcasset, cùm secundum aliud præceptum morte plectẽdus esset qui principi maledixisset tantùm. Porrò obseruandum, Dominum hanc legem magis velle perficere & adimplere secũdum explicationem, & διόρθωσιν Pharisæorum & scribarum, quàm secundùm verum intellectũ legis. Apparet enim Scribas ita hanc legem explicuisse, quasi liceret; & iustum esset vindictam petere, & acceptam iniuriam propriam authoritate retinere. Quod lex Dei non solùm non permittit, sed nominatim etiã vetat. Nam Leuit. 19. ita legimus: Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Magistratui enim nõ iis qui læsi erant, vlciscendam iniuriã Dominus illo præcepto; *Oculum pro oculo*, &c. commendauerat, vti clarè patet. Huius vero etiam hodie est
Deut.19. malos ac nocentes sua vindicta vel coercere, vel prorsus è medio tollere. In hoc enim gerit gladiũ vt habet Paulus. Igitur perficere potius Dominꝰ
Rom.13. hoc præceptũ voluit secundũ explicationẽ Scribarum, quam legi veteri quicquam hinc adiicere.

EGO AVTEM DICO VOBIS: NON RESISTERE MALO.] Prædictam Dominus legem perficit in eo quod cùm Scribæ & Pharisæi putarent secundùm eam sẽ iustè facere, si nõ grauiorem accepto malo vltionem quærerent & inferrent, ipse nos velit & non rependere malum pro malo, & tam patienti animo illata mala perferre, vt ad alia fereda prõptos nos exhibeamus. Dictio, *malo* (quæ posset esse ablatiui casus, vtĩ telligatur sensus: Ne resistatis alicui per malum vicissim redditum, sed potius accipi debet vt sit datiuus) referri potest ad rem hoc est, ipsam iniuriam quæ infertur, vel potius ad ipsum hominẽ iniuria quenquam afficientem. Chrysostomus ad diabolum refert, qui in malis hominibus operatur. Quòd si ad rẽ referatur, *resistere malo*, id est, nociuo, est nolle illud pati, aut nolle illud sinere inultum, sed vi aut iure agere, vt malũ illud à se quis depellat, aut vt iam illarum vlciscatur. Itaq; *Vtrũ an non resistere malo, est non parare se vel ad repellendum malũ quod infertur, vel ad vindicãdum malum iam illatum.* Sic similiter si ad hominem referatur datius, *malo*, vt magis videtur propter additum apud Græcos articulum, τῷ nõ resistere malo, est non opponere se nocenti vel nocere volenti, vt nec malum quod ab eo infertur depellatur, nec illati mali vltio quęratur, nihil ergo aliud hoc præcepto vult Dominus quàm quòd malitiam alicuius in nobis patienti animo sustinemus siue reluctanti defentione, & vltionis desiderio. Vt autem nõ putetur hoc præcepto Christiano homini omnis interdicta vltio, vt nõ liceat ei gerere magistratum aliquem secularẽ, vt volunt Anabaptistæ, eò quòd huic ex officio incumbat scelerum vltio, aut vt priuato homini nulla ratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne liceat vindictam exposcere, aduertendum & quibus,& quo tempore,quaque ratione & occasione hoc & alia similia præcepta data sint à Christo. Primùm ergo certum est hæc priuatis dicta esse personis,& peculiariter discipulis, qui nullũ secularem magistratum erãt administraturi.Quoque certiores essemus his præceptis non publicis personis prohiberi vindictam iniuriarum, mox postquam dictum est pluraliter,*ergo dico vobis,non resistere malo*, subiunxit Dominus singulariter mutato numero;*sed si quis te percusserit*, & sic de similibus,ipso loquendi modo satis significans exigere se vt propriarum iniuriarum simus negligentes. Cui non obstat quod naturalis lex exigit,& leges item reipublicæ bene constitutæ,ac lex vetus à Domino tradita, vt quis alterius iniuriam à proximo depellat aut vindicet, maximè si sit publica persona:aut publicę personæ authoritate faciat. Quod tamen à Christo expresè doceri non debuit, sicut nec prohiberi potuit.Nam sicut tantùm docere & tradere debuit ea quæ ad regnum suum pertinebant,quod non est de hoc mundo ita nihil voluit immutare eorum quę Deus pater per naturales & æquissimas leges instituerat regno mundi necessaria,qualia etiam in veteri lege Deus pater multa instituerat,temporalem scilicet statum populi Israeli tici disponens.Proinde Christianus,qui recte in hoc mundo viuere volet,cùm ad duplex pertineat regnum,Christi scilicet & huius mundi, ante omnia quidem studebit vitam suam ad Christi præcepta componere, non tamen negligere poterit leges terrenorum principum, legi Dei nõ contrarias,& reipublicæ vtiles aut necessarias.Iam & tẽpus si consideremus quo Christus hæc præcepta suis dedit, videbimus melius quos & quatenus hæc præcepta ligant. Instabat sanè vt velut oues in medium luporum inmundũ extruderentur regni cœlorum prædicatores, obquod cùm odio futuri essent omnibus hominibus, ac crudelissimam experturi persecutionem, summa tolerentia illis opus erat. itaque ad hanc tolerentiamipsos Dominus voluit prępparare,quę vtique imprimis eis & Euangelio erat necessaria. Nihil autem propterea ordinatæ à Deo potestati, aut iis quos ex suo grege ad id dilectos contingeret illa fungi,ademit,quò minus iudicare secundùm leges gubernando externè populumpossent. Postremùm,sicut vetendo iuramenta,noluit nulla de causa fieri licitè posse iurationem, sed malam vulgi iutatione abutentis consuetudiné corrigere voluit, ac docere à iuramentis abstinendum quantum fieri posset:ita & hic dum Præcipit non resistere malo,noluit nullo casu aut nullo tempore licere etiam priuatæ personæ, vt malum quo dinfertur à se depellat, aut mali illati vltionem deposcat,sed vulgarem consuetudinem resistendi malis amputare à suis voluit, ne scilicet esset in eis animus per iram & impatientiam vindictæ cupidus. Quo prohibere noluit resistentiam mali iustis & sanctis de causis factam, qualis est dum quis repellit cum moderamine inculpatę tutelæ à se malum, ex cuius tolerentia nullus fructus consequeretur:aut dum quis iam inter Christianos solo iustitiæ seruandæ intuitu,aut propter mali alicuius correctionem & malitiæ repressionem iniuriæ sibi illatæ, vindictam requirit, per eos inferendam quorum negotium est malos cõprimere.Sicut ergo à præcepto illo, *Nolite iura-*

re omnino; excipiuntur iuramenta istis aut necessariis de causis facta: ita ab hoc præcepto, *Non resistere malo*; huiusmodi iusta resistentia excipitur. Vbique enim non tam Christi verba,quam ipsius scopus & præcipua intentio spectanda est, semperq; in præceptis eius cogitandum, nihil illum vetare aut præcipere voluisse quod sit contra rectæ rationis iudicium & prudentiæ discretionem,ac proinde subintelligendum; nisi si alicubi aliter fieri recta ratio dictet.Itaque, Vt concludamus,præceptum istum; *Non resistere malo*, similiter & sequentia,ad priuatos pertinet, non ad publicas personas,quatenus publicę sunt.Deinde ad discipulos etiam Christi singulariter pertinet, omnésque Christianos qui apud Ethnicos conuersantur, quos exteriori sua tolerentia ad fidem Christi & religionis Christianæ commendationem inuitare debent, maximè quibus Euangelij prædicatio concredita est. Pertinet autem etiam & ad Christianos cum Christianis conuersantes, quatenus rectæ rationi consonat, habetq; partim præcepti vim, partim consilij naturam. Præcepti enim vim habet, quatenus prohibetur ne vnquam iniuriam nobis illatam ipsi vindicemus, aut ex ira ab aliis vindicari cupiamus,& quatenus præcipitur vt iniurius malorum patienti animo toleremus. Consilij verò naturam habet, quatenus prohibetur vt tanta cum mansuetudine illatam iniuriam sustineamus, vt etiam vbi sine omni scandalo possemus, vltionem modo licito non requiramus. Aut sic:Præceptum est,cùm propter gloriam Dei aut proximorum ædificationé necessarium fuerit non resistere malo.Consilium verò cùm expediens faerit, etsi non necessarium. Ex duobus autem præcedentibus præceptis negatiuis patet,non vsque adeo verùm esse quod communiter dicitur, Præcepta negatiua obligare ad semper & pro semper.

SED SI QVIS TE PERCVSSERIT IN DEXTERAM MAXILLAM TVAM, PRAEBE ILLI,&c.]Plus iam adhuc Dominus exigit,quàm superiori præcepto.Siquidé illo præcepit sustinere malum illatum,hic vero exigit, vt quis se etiam offerat ad ferendum alteram iniuriam. Atque id tribus explicat sententiis, propter triplicem rationem iniuriarum quæ irrogari possunt alicui.Quædã enim sunt iniuriæ,quæ corpori inferuntur, qualis est maxillæ percussio, quæ cùm maxima sit iniuria quæ fere corpori hominis inferri possit,sub se etiam alias minores comprehendit. Aliæ sunt iniuriæ quæ externis bonis inferuntur,qualis est vestimenti iniquaoblatio.Has ergo sub secunda sententia Dominus comprehendit.Aliæ sunt iniuriæ quæ operibus & laboribus nostris inferuntur,qualis est coactio ad ambulandum mille passus,Itaque Dominus, qui priùs generali illa sententia, *Dico vobis, non resistere malo*;præcepit in genere quoduis malũ patienter tolerari,tribus iam sequentibus sententiis explicando tria iniuriæ genera,sub quibus omnes iniuriæ continentur, vlterius exigit ad omne malum sustinendum nos offerre paratos. Verùm circa hæc præcepta occurrit difficultas, tum quòd nõ conueniat cum factis sanctorum & Christi ipsius: tum quòd cum æquitate & prudentia conuenire non videantur. Nam & Dominus ipse percussus in maxilla coram iudice non obtulit alteram, sed responsione, facti iniquitatem probauit:& Pau

Paulus iussu principis sacerdotũ alapa percussus, Act 23. seuerè respondit dicens:Percutiet te Deus paries dealbate.Deinde qui conuenit percutienti alteram maxillam præbere,cùm hac ratione ad cædendum percussor sit irritandus:Sic quid ad pietatem profuerit exigenti & auferenti vnum aureum,duos proferre, & maioris impietatis illi occasionem prębere;Proinde D.Augustinus docet hæc Domini præcepta non ad literam esse intelligenda & obseruanda,sed accipienda de promptitudine animi ad nouas iniurias perferendas,vt hæc quibus Dominus pręcipit alteram maxillam prębere,pallium dimittere,duo miliaria ire, sint hyperbolæ,quibus significauerit Dominus talem debere esse tolerantiam, qua ab vltione petenda adeò abhorreat animus,vt plura etiam ferre non grauetur,& omnino ferre iam paratus sit, potius quàm vltionis aliquid ob acceptam iniuriam meditari.Nec mirabimur quòd hoc modo præcepta hæc intelligenda dicantur,si memores simus Dominum vulgo locutum,eoque vulgari vsum sermone qui tropis maximè abundant, præcipueque metaphoris & hyperbolis.Deinde tena em⁹,quod prius dictum est,intentionem potius Domini in verbis ipsius spectandam,quàm verborum rigorem Iam certũ est,Dominũ his præceptis voluisse non solùm ab odio lædẽtis nos & ira alienos esse debere,sed & talem ostendere tolerantiam qua proximum nobis demereamur,sine cuius boni intentione nihil profuerit percutiẽti maxillam alteram obuertere.quod multi,inquit, Augustinus facete externa ostensione nouerunt,qui diligere illum à quo feriuntur, ignorant. Vide item Augustinum epistola quinta quæ est ad Marcellinum,in qua pulchrè respondetis qui propter hoc præceptum & huicsimilia calumniabãtur Christianam religionem quasi contrariã bono reipublicæ,in qua hæc seruari nõ possent.Vbi item ostendit similia etiam à gentibus laudata esse.Explicat mysterium quod est in dextera maxilla & sinistra, cur scilicet dictũ sit, *qui te percusserit in dextram, præbe illi & alteram*; cùm magis sinistra primò percutiatur,quòd in eam partem potius ferientis ictus pronior sit. Chrysostomus verò ita tractat hæc præcepta, qua si intelligat ad literam hæc obseruanda, idque eo intuitu & spe tali,& vt iniuria afficiens, tolerantiæ declaratione cohibeatur à suo facinore,ac resipiscat.Quomodo intelligendo hæc præcepta, dicendum est ea cum sint affirmatiua, non quouis tempore & loco obseruanda,sed quoties circunstantiæ temporis,loci & personarum ita exigent, nimirũ quando spes est per externam huiusmodi patientiæ & dilectionis proximi ostensionem, proximi malitiam cohibendam,& non potius ad nocendum grauius prouocandam. Imò conuenientissimè duæ istæ tractationes horũ præceptorum simul cõprehenduntur.ita vt intelligamus per hęc Dominum exigere vt semper quidem ad hęc pręstãda animo parati simul potius quam vindictam requirere,eadem quoque etiam ipso opere exterius faciamus,vbi locus & tempus ac proximi vtilitas vel Dei gloria ita postulauerint. sicut enim qui aliquos diligunt, multa sæpe ab eis patienti animo toletant,quandiu vel per ætatem, vel per morbum illi ignoranter mala inferunt, quibus etiam sese præbent vt plura ab eis patiuntur, donec vęl ætatis,vel morbi infirmitas trãseat:ita qui propter Deum omnes diligunt, & omnium salutem quęrunt,ita debent illorum improbitates eximbecillitate animi prodeuntes æquo animo tolerare, vt etiá ad plura ferenda sese offerãt,spe sanitatis eorum.Quod autem dicitur;*si quis te percusserit in dexteram maxillã tuam*; non est vis aliqua facienda in eo quòd dexteræ meminit maxillę,sed accipiendum dexterá maxillam positam hic pro altera maxilla.Alioqui enim magis conueniebat siniſtrę prius fieri mentionem,quòd primus ictus magis excipiatur in eam.Vnde Lucas absolutè dicit:*Et qui te percutit in maxillam*, & testatur August.multa Latina exemplaria etiam in Matthæo non habuisse suo tempore,dexteram. Idem dicendum est in secunda sententia,qua dicitur apud Matthæum; *Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei &* pallium;nimirũ quòd sit sensus:Et qui vult vnam aliquam vestem à te tollere,dimitte ei potius & aliam quam habes,quàm cum eo contendas.Nam alioqui prępposterus est sermo.Palliũ enim, quod Græcis dicitur ἱμάτιον cùm sit exterior vestis, prius detrahitur:deinde tunica,quæ Græcis dicitur χιτὼν,id est,vestis interior.Apud Lucam verò hæc nomina ordine conuenientiori ponuntur. Priùs enim apud eum est ἱμάτιον. quod interpres vertit vestimentum,cùm vertat in Matthæo pallium, & posterius est χιτὼν. Ab eo ,inquit, qui aufert tibi vestimentũ,exterius scilicet,nempe pallium, etiá tunicam noli prohibere.Ex hoc autem secundo exemplo patet apertissimè in præceptis istis tolerantiæ Dominum ad duo respexisse, videlicet, vt & nos ipsi in nobis animi tranquillitatem conseruemus,quæ omnibus tẽporalibus bonis aut quauis iniuria non est commutanda,(ideo enim vult vestẽ potius dimitti, quàm iudicio pro veste contendere) & malos in hono vincamus,quod fit partim patientiæ,partim contentus bonorum temporalium declaratione,vt pluchrè declarat Chrysostomus.In tertio autẽ exemplo notandum,Græca non habere, *alia duo*, sed tantum, *vade cum eo duo*,miliaria scilicet,vt significetur etiam hic duplum debere concedit simplum petenti quemadmodum & in duobũs exemplis superioribus.

OMNI AVTEM PETENTI A TE DA EI,&ET VOLENTEM VTI VARE A TE NE AVERTARIS.]Superioribus tribus præceptis quibus docet Dominus quomodo nos habeamus ergo violentos,duo addit præcepta, quibus docet quomodo nos habeamus erga supplices, qui vel donarivel mutuari sibi aliquid postulant.Quibus apud Lucam additur tertium præceptum quo iubemur ablata non repetere.Summa autem horũ est,vt ita habeamus nostra proximorum vtilitati addicta,vt siue sit gratis,siue mutuò aliquid dandum:siue egenus proximus aliquid subducat,vel palámetiam auferat, nõ grauemur necessaria illis communia esse,sed gaudeamus per ea necessitatem aliorum subleuari.Quod enim illud quod est apud Lucam, *& qui aufert quæ tua sunt,ne repetas*;intelligendum sit de ablatione rerum quas extorquet quodammodo egestas,non autem impetrat auaritia impudens,apparet primùm eo quòd de ablatione rerum quæ vi aut malo dolo fit,proximè præmissa loquentur, cùm dicitur: *Et ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere*.Deinde ex eo quia subiicitur apud Lucã veluti in probationem præcedentium:*Et prout vultis vt faciant vobis homines*, &c. Nemo enim bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus optaret à se nõ repoſci,quod vt proximo ab-
ſtuliſſet. Aut certè ſi preſſus egeſtate rem aliquam
proximi vſurpaſſet,id profectò cõdonari,ſibi nõ
iniuria peteret. Porrò quod in Luca dicitur: *Omni petenti abs te*; perinde eſt ac ſi dixiſſet, cuilibet
vt citra perſonarum delectum vnicuique egenti
dandum ſignificaret,nec tantùm iis qui repẽdere
queant. Verum cùm certum ſit Dominũ his præ-
ceptis nos velle ſubuenire egeſtati proximi, &
quibuſuis nos benignos præbere: deinde certum
ſit ipſum nihil præcipere vel conſulere velle quod
rectæ rationi non conſonat,tunc ad literam non
ſunt ſeruãda hęc præcepta vel conſilia; cùm rectę
rationi non conſonaret externa ipſorum obſerua
tio,aut rectæ rationi præiudicat illorum obſerua
tio. Maximè enim his exigere voluit Dominus
promptitudinem animi ad ſubueniendum qui-
buſuis quauis ratione: quæ ſi adfuerit,non poterit
non Chriſtianus enim externo opere proximis
ſubuenire,cùm rectæ rationi cõſonum fuerit,hoc
eſt, cùm vel neceſſarium fuerit vel expediens.
Proinde non eſt dandum petacibus ſcurris, aut
decoctori non egenti,nec vt aliis ſit remiſſio,no-
bis autem tribulatio & egeſtas. Nec ſi quis noſtra
nulla neceſsitate abſtulerit,non licebit ea amicè
repetere. Habent autem hæc omnia, ſicut & præ-
cedentia, præcepti vim, quoties neceſsitas aliqua
occurrit vel illuſtrandæ gloriæ Dei,vel iuuandi
proximum,& ſalutis eius promouendæ. Conſilij
autem naturam, quoties non neceſsitas aliqua ta
lis, ſed vtilitas tantùm ſic facere exegerit & ſuaſe-
rit. Vbi verò recta ratio hæc non probauerit, tan-
quam vel neceſſaria,vel expedientia, nec præci-
piuntur, nec conſuluntur. Sicut ieiunium quidem
præcipitur aut conſulitur cùm virtuoſum eſt: cùm
autem ſecũdùm rectam rationẽ neceſſarium non
eſt ieiunium aut expediens nec præcipitur, nec
conſulitur. Quòd autem in noſtro textu dicitur:
Volenti mutuare à te ne auertatis; ſic accipiendum
eſt, vt ſit ſenſus: cupientem mutuare à te ne auer-
ſeris aut reiicias. *Auertatis* enim deponentaliter
accipiendum eſt, quemadmodum apud Boetium:
Eheu quam ſurda miſeros auertitur aura. Et dati-
uus *volenti*, pro accuſatiuo poſitus eſt, niſi forte in-
terpres *auertaris* paſsiuè accepit, vt datiuus ſit po-
ſitus pro ablatiuo cũ prępoſitione, à, & ſit ſenſus:
Ne auertaris ab eo qui vult mutuare à te. Auguſti
nus autem legit: *Et qui voluerit accipere mutuum
à te, ne auerſatus fueris.* Bene autem dicit, *ne auer-
taris*, vel *ne auerſatus fueris*; & non dicit, ne neges,
vt ſignificet benigno & lubenti animo id facien-
dum, & ſi in noſtra nõ ſit ſitũ facultate mutuare,
non tamẽ auertere ſe à petente, imò etiam à non-
dum petẽte, ſed quem ſentimus petere velle. Ideo
enim non dixit: Et petentem à te mutuum, ſed, *vo-
lentem à te mutuare.* Præcipimur ergo non ſolũ
mutuare petenti, ſed etiam volenti, & necdum
præ verecundia aut alio reſpectu petere audenti.

ET PROVT VULTIS VT FACIANT VOBIS HOMINES, ET VOS FACITE ILLIS, &c.] Eandem ſententiam & Matthæus in hoc ſermone habet cap. 7. ſed quoniam non eo-
dem loco ab vtroque Euangeliſta poſita eſt, &
vterque conuenienti repoſuit loco, ita vt fieri
potuerit bis in hoc ſermone eandem à Domino di
ctam ſemel eam ſimpliciter aſſerẽdo, deinde poſt
multa eam rurſus inferendo, viſum fuit congruũ
eam illis locis in hoc cõtextu ponere, quibus po-
ſita fuit ab ipſis Euangeliſtis. Bene autem Euange
liſta Lucas eam ſubiunxit poſt illas ſentẽtias, *omni petenti tribue, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repe-
tas*; vt generali iam ſententia etiam reliqua com-
plecterentur quæ dicenda erant &, huius ſenten-
tiæ æquitate (nam eſt iuris naturalis) oſtenderet
prędictarum ſententiarum æquitatẽ & rationẽ
& velut regulam daret omnis donationis, mutui
& ceſsionis. Sic enim dandum, ſic mutuandũ ſic
cedẽdum etiam egenti dum aufert noſtra, quem-
admodũ nobis ab alio fieri vellemus. Porrò quod
dicitur, *Prout vultis*; intelligi debet de voluntate
rationabili, vel de voluntate naturali, id eſt, quæ
regulata ſit naturali iure rectæ rationis, vt exclu
dantur omnes voluntates inordinatæ. Verũ cùm
Dominus rectè velit à ſubditis ſuis ſeruitutem [&
ſubiectionem, nec tamen eandem debeat illis, &
pauper rectè velit ſubſidiũ & eleemoſynam à di-
uitibus, quã tamen eiſdem non debeat nec poſsit
impartiri, quomodo dicitur; *prout vultis vt faciant
vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.* Caieta-
nus intelligit illud, *ſimiliter*, non de ſimilitudine
operum in ſpecie, ſed de ſimilitudine proportio-
nali, vt ſcilicet Dominus qui vult debitum ſibi à
ſeruis obſequium, ſe etiam illis exhibeat qualem
oportet: & ſic de reliquis cõditionibus diſparibus.
Verùm cùm apud Matthæũ dicatur *Omnia quæ-
cunque vultis vt faciant vobis homines*, &c. qui-
bus verbis exigitur operum identitas ſatis mani-
feſtè, hoc modo potius intelligenda eſt ſæpiuſcula
iſta ſententia: Quemadmodum rationali volun-
tate vultis aut velletis aliquid fieri vobis ab homi
nibus, ſic quoque facite hominibus tale aliquid
ſimili voluntate volẽtibus & cupientibus à vobis.
Hic enim intellectus ſeruit intẽtioni Chriſti, quę
eſt, vt dum aliquid à nobis deſideratur videamus
num nobis in ſimili conditione tale quid rationa-
biliter impendi vellemus. Includitur autem in hac
affirmatiua ſententia enim negatiua huic corre-
ſpondens, videlicet, prout vultis vt nõ faciant vo
bis homines, & vos non facite illis ſimiliter. Quę
ſententia eſt apud Tob. cap. 4. dicentem: Quod ab
alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri
facias. Quibus duabus ſententiis optimè explica-
bitur quid ſit diligere proximum ſicut ſeipſum.

AVDISTIS QVIA DICTVM EST: DILIGES PROXIMVM TVVM, ET ODIO HABEBIS INIMICVM TVVM.] Iam tandẽ procedit Dominus vt vltimo loco perficiat pri
mum & maximum erga homines ſeruandum prę
ceptum, quod plenitudinem legit vocat D. Paulus
pro cuius perfectione etiam priores pręceptorum
explicationes dedit, ſed in ſuperioribus perfecit
quantum ad hoc quod dicitur, *diliges*, aut *diliges,
ſicut teipſum*: hîc verò perficit quantum ad hoc
quod in eo dicitur, *proximum tuum*. Hoc autem
pręceptum Dominus perfecit, partim repurgando
à falſo ludęorũ intellectu, & Scribarum ac Pha-
riſęorum noxio commentario, partim exigendo
amplius quam lex vetus exegerat. Nam quod di-
cit, audiſſe dictum eſſe: *odio habebis inimicum
tuum*; cùm in lege nuſquam legatur pręceptum,
δευτερωσις, & traditio fuit Scribarum, hoc in lege
interpretantium ſignificati, primùm quòd deter-
minatè pręcipiatur diligendus proximus vel ami
cus. Nam pro dictione, proximus, Hebraica dictio
etiam ſignificat amicum: idque propriè. Vnde Di-
uus Hieronymus Leuit. 16. vbi hoc pręceptum inter

inter cętera ponitur, vertit: Diliges amicum tuum
ſicut teipſum. Deinde idem interpretabantur ſi
gnificari in lege, quod toties in ea præcipiatur ne
fœdus ineant cum gentibus habitantibus in ter
ra Chanaan, ſed eas ſine omni miſeratione dele-
rent terra. Verum neque has, neque alias gentes
iuſſi ſunt odiſſe, nec in genere vſquam præcepti
legimus odio habere inimicũ, cùm inimici ex fra-
tribus quotidie exiſtant. Imò contrà alicubi lex
præcipit, inimico qui ex gente Iſraelitica eſſet,
aut inter Hebræos habitaret, amicitiæ ſigna exhi-
beri. Nam Exodi 23. ſic præcipitur: Si occurreris
boui inimici tui, aut aſino erranti redue ad eum.
Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere,
nõ pertenſibis, ſed ſubleuabis eum eo. Non exe-
git tamen ex veteris ſigna amicitiæ ſimiliter aliis
gentibus exhiberi, imò quiſ buſdam gentibus vo-
luit odii ſigna, qualia ſunt occidere & perſequi,
oſtendi. Itaque Dominus & aufert peruerſam le-
gis additionẽ factam per Scribas & hoc adiicit
legi veteri quòd velit etiam diligendos eſſe à no-
bis, quantumuis externos & alienos. Vnde dicit:
Si ſaluta ueritis fratres veſtros tantùm, &c. nimi-
rum quòd ſic Iudæi facerent. Cum enim dicitur
in lege, diliges proximum tuum, nomine proximi
nõ ſolùm ſignificatur qui eſt nobis ſanguine pro
pinquus, vel amicus, quemadmodum intellexe-
runt Scribæ, ſed ſecundum Hieronymum, Augu-
ſtinum, & Theophylactum nomine proximi ſi-
gnificatur omnis homo, eo quod ex eodem pa-
rente omnes ſimus nati, atque ad eandem facti
Dei ſimilitudinem & ad eandem omnes vocati
hæreditatem cœleſtem. Verum quanquam his ra
tionibus rectè omnis homo proximus alteri dici-
tur, tamen ſi vſum nominis Hebraici correſpon-
dentis nomini, proximus, in ſcripturis ob ſeruare
rimus, videbitur in hoc præcepto per proximum
non ſignificari omnis homo aut ſaltem nõ his ra
tionibus. Eſt autẽ pro nomine proximus, in hoc
præcepto apud Hebræos רע Reach, vel רעי Ree,
quod nomen propriè quidem ſignificat amicum
tamẽ ſicut nomen fratris apud Hebræos ponitur
generaliter pro quouis: ita & nomina illa pro
quouis ponuntur ſocio, aut quouis cũ quo alia
qua ſocietas aut conuerſatio contingit, adeò vt
& de inanimatis inter ſe iunctis, vel aliquem or-
dinem habentibus dicatur. Nam Geneſis 15. vbi
nos legimus de Abraham, quòd tollens vaccam,
capram & arietem triennes diuiſit ea per me-
dium, & vtraſq; partes cõtra ſe altrinſecus poſuit:
Hebræa habent, quod vnumquodque membrum
poſuerit è regione proximi ſui, id eſt alterius me
dietatis. Sic Geneſis 12. vbi nos legimus: Dixitque
alter ad proximum ſuum. Hebræa habent: Et di-
xerunt vir ad proximum ſuũ, id eſt vnuſquiſque
ſocio ſuo, vel alius alii. Itaque Ree Hebręis, ὁ πλη-
σιον, Græcis, & Latinè proximus, eſt propriè is qui
tibi qualiber ratione coniunctus fuerit. Ratione
cognationis, ſiue alias arctioris amicitiæ, ſicut Io-
nadab dicitur Reach Ammonis, ſiue quia ami-
cus, ſiue quia etiam conſanguineus: erat enim fi-
lius fratris Dauid: ſic & dicitur fuiſſe Ree Daui-
dis, hoc eſt, amicus eius. Ratione ſodalitatis,
quomodo Iudic. 14. ſodales dati Samſoni dicun-
tur מרעיתו Mereęhou, id eſt proximi eius. Ra-
tione vicinitatis: quomodo Exodi 11. iubebantur
Hebræi egreſſuri ex Ægypto petere vaſa argętea
& aurea, & veſtes, quilibet à proximo ſuo, & quæ
liberã proxima ſua. Nam & ibi idem vocabulum
ponitur. Et in ſumma, cum quo quicquam tibi ne
gotii fuerit, quiſque quauis ratione tibi adiunctus
fuerit, eum ſcriptura vocat Reach, proximum. Ita
qui inciderat in latrones, vbi conſpectus fuit à Sa
cerdote Leuita, atque iam factus fuerat ipſis pro
ximus: ita & Samaritano, licet iſte ſolus illũ agno
uerit, eſſe proximum. Itaque dum præcipit Domi
nus diligere proximum, intelligendum ipſum vel
le, vt quemuis quacunque ratione nobis ad iun-
ctum diligamus. Iam adiungantur nobis quidam
vinculo cognationis & affinitatis, alii vinculo ci-
uitatis aut religionis, alii ſodalitatis, alii vicinita-
tis, alii officii vinculo, nonnulli tantùm fortuito
congreſſu, denique perque neceſſitatis vinculo,
vt quorum neceſſitatem ſubleuandam Deus of-
fert, quemadmodum Samaritano vulnerati illius
& diuiti epulonti Lazari fuit oblata neceſſitas. Er
go vt quiſque Chriſtianus cognatum, ciuem, vi-
cinum, ſodalem, comitem aut tantùm fortuitò in
cidentem nactus fuerit, ſic dilectionis officia illi
tum pro ſua portione exũ pro illius neceſſitate, &
loci exigentia exhibere præcipitur, idque cuiuis
alteri præſtare quod ſibi ab aliis præſtitũ vellet.
Vnde conſequitur, & eos qui ex profeſſo hoſtes
noſtri ſunt, proximos eſſe nobis ſecundùm ſcri-
pturæ vſum, imò ideo iam ſi int proximi, quia ini-
mici. Nam hac ratione fit vt cum eis intercedat *Quis pro
nobis aliquod negotium & conuerſatio. Porro *ximus.*
quanquã hæc ſit phraſis linguæ ſanctæ, vt quem-
uis cum quo aliquid nobis intercedit, fratrem vel
proximum vocet: videri tamen poteſt diuina pro
uidentia factum vt hæc eſſet linguæ, huius phra-
ſis vt nominibus illis admoniti ad iam andũquoſ
uis prouocaremur, cogitãtes nimirũ id eos vere
eſſe quod dicuntur, idque non ſolùm ob ce iunctionem & conſuetudinem vitæ, ſed etiam ob eas
cauſas quæ ſuperius dictæ ſunt, ad quas reſpiciũt
noſtri Catholici ſcriptores. Itaque cùm in hoc
pręcepto dictio Hebraica pro qua nos proxi-
mum habemus, ex ſeſe ſit ambigua, & nunc ami-
cum ſignificet, nunc quemuis alium, Scribę in
priori ſignificatione illam interpretabantur: at
noſter cœleſtis Magiſter in altera ſignificatione
docet accipiendam, vt intelligatur præcipi dile-
ctio quorumuis.

EGO AVTEM DICO VOBIS, QVI AVDITIS: DILIGITE INIMICOS VESTROS.] Quoniam nouis artibus opus eſt, vt
hæc integræ dilectionis doctrina præcipiatur, a-
deo vt qui illis carent, etiam ſi hęc audiant, ne-
queant tamen intelligere bene dicit Dominus:
Vobis dico qui auditis. Tria autem pręcepit ini-
micis exhibenda, quorum primum nempe diligere, ad cor pertinet: ſecundum, nempe benefacere,
ad opus: tertium, nempe benedicere, id eſt, bene
precari & orare, ad linguam. Neque enim vera eſt
dilectio, quę operibus non demonſtratur: neque
dilectionis externa indicia Deo ſunt accepta, ſi
non ex vera interioris animi dilectione procedãt.
Porro quo ad nouam hanc dilectionem à qua na
tura vitiata ſatis abhorret, extimularet, duabus vti
tur rationibus efficaciſſimis ad id perſuadẽdum,
quarum prior eſt ex imitatione patris cœleſtis de
ſumpta. Quid enim optari poſſit diuinius atque
beatius, quàm eſſe filium cœleſtis patris eumque
operibus referre? Id autem conſequimur per dile
ctionem inimicorum. Proinde dicit; *vt ſitis filii*

patris

Universidad de Deusto
Biblioteca

patris vestri. Quod quidem vel accipiendum est in hoc sensu: vt declaretis vos esse filios patris vestri, referentes scilicet illum vestris operibus. Vt hoc modo per imitationem sitis filii patris vestri, qui iam hoc facti estis per gratiam & adoptionem. Nemo enim iam rectè diligere potest inimicos, qui non sit factus Dei filius: sed qui iam filius factus est, id quod est, esse se declarat dilectione inimicorum: & qui per gratiam factus est Dei filius, noua iam ratione filius fieri dicitur dū patrem imitatur. Nam ratione imitatiōis dicitur quis filius, quomodo nos dicimur filii Abrahæ. Altera ratio est, quia qui inimicos non diligit, sed tantum amicos, nihil præclari facit, nec meredem aliquā meretur à Deo, cùm nihil faciat quod non idem faciant plublicani, peccatores, & Ethnici qui que. Et quidem quos prior ratio non mouet, ita vt putent se non posse perfectissimi Dei perfectionem imitando præstare, efficaciter mouet secūda ratio, vt illis se meliores declarēt, præquib⁹ meliorem post hanc vitam expectant mercedem & gratiam, & illis nolint esse similes, quorum mores & nomen detestantur. Quod autē in priori ratione Dominus declaraturus Dei patris benignitatem erga malos, profert ortum solis, & pluuiæ descensum super bonos & malos, non ideo fecit, vt ostendat tantum communia dilectionis indicia non subtrahenda inimicis, quamuis hæc minime sint subtrahenda. Nam & singularia ac propria beneficia exigit, videlicet salutationem, & complexum, mutui donationē, & orationem. Sed ideo illorum Dei beneficiorum singulariter meminit, quòd illa rudibus qualibus loquebatur, apertissimè constabat iustis & iniustis esse communia. Deinde, quòd nulla alia sint Dei beneficia, quę magis ex æquo omnibus sunt communia. Postremum, quod illa omnium aliorū beneficiorum Dei temporaliū sint causæ. Nam quicquid terra nobis profert, solis calore ac pluuię irrigatione producitur. Quod autem in secunda ratione dicitur, Si diligitis eos qui vos diligūt, quā *mercedem habebitis*; vel, vt habent Græca, *habetis*, non sic est accipiendum, quasi dilectio amicorum non possit esse meritoria, sed cum exclusione est accipiendum: Si tantum diligitis eos qui vos diligunt: sicut eam exclusionem postea exprimit dicens, *Si salutaueritis fratres vestres tantum*, &c. Dilectio enim amicorum, quæ se ad inimicos non extendit non est apud Deum meritoria, tum quod iam hic tuam recipiat mercedem, nempe mutuam eorum quos diligit dilectionem: tum quòd diligere diligentem se, est potius rependere vicem quam mereri mercedem. Illa autem oratio quæ apud Lucam ter occurrit, quæ vobis est gratia; dupliciter accipi potest. Primò, vt sit sensus: quæ vobis gratia habenda est, hoc est quid debetur vobis à Deo beneficii & laudis: sicque idem erit cum eo quod habet Matthæus, quam mercedem habebitis; Secundo, vt sit sensus: quam gratiam feciſtis quid ve gratuitum, aut quod beneficium præstitistis, cum id quod facitis, vel eo faciatis animo vt paria recipiatis, & proinde non sit gratuitum, sed meritorium ac seruile, velvt vicem debitam rependatis; Sicque acceptum coincidit cū eo quod habet Matthæus, quid amplius facitis? id est, quid eximium aut quid supra cæteros facitis?

MVTVVM DATE, NIHIL INDE SPERANTES.] Hac sentētia Dominus non exigit, vt dum mutuum damus, ne speremus quidem id rursum nos accepturos quod mutuo dedimus. Nisi enim id speraremus, iam non mutuum dicendum esset, sed donatitium. Nec rursum Dominus his verbis vsuratium quæstum directè interdicere voluit qui etiam in veteri lege fuit prohibitus, sed verus huius sententiæ sensus petendus est ex sententia præcendente, cui hæc opponitur. Dixit enim prius: *Si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores, peccatoribus fœnerantur*, id est, mutuum dant: (est enim Græcis ἀπίζειν ὑφ, idem verbum quod prius transtulit, *mutuum dederitis*) vt recipiant æqualia, vel paria & similia. Ex qua posteriore parte patet illud; *si mutuum dederitis, à quibus speratis recipere?* sic debere accipi, à quibus speratis recipere similem vicem videlicet vt & ipsi suo tempore vobis mutuum dāt, aut aliud simile beneficium præstent. Quare quod postea ex oppositio dicitur: *Mutuum date, nihil inde sperantes*, intelligendū de spe similis vicis & beneficii. Vult enim mutuum dandum etiam his à quibus, præter ipsam mutui redditionem, non speremus similem vicem aut quoduis aliud beneficium consequi. Non quod sperare aliquid tale sit peccatum, nisi speretur tanquam debitum, (sic enim incurreretur peccatum vsuræ mētalis) sed quòd nihil mereamur apud Deum: cum bis tantum mutuamus à quibus speramus recipere, sicut hęc cum quouis modo cum tali intentione aliquibus benefacimus. Nam hæc pars: *nihil inde sperantes?* non solum referenda est ad, *mutuum date*, sed etiam ad verbum, *benefacite*. Vult enim nos benefacere etiam his à quibus nullum beneficium expectamus, similiter & mutuare, vt dum nō accipimus hic mercedem ab hominibus, accipiamus mercedem multam & magnam à Deo.

ESTOTE ERGO VOS PERFECIT ET MISERICORDES, SICVT ET PATER VESTER.] Ex omnibus præcedentibus hāc iam Dominus infert conclusionem, argumentum hoc totum complectentem & finientem, in hunc sensum: ergo vt verè sitis filii altissimi, ac benignitate vestra superetis eos præ quibus meliorem expectatis mercedem estote vos perfecti. Quod Lucas habet; *estote misericordes*. Dominus enim locutus fuit de perfectione dilectionis pertingentis ad quoslibet, quam æmulandam in Patre cœlesti proponit, ne contenti scilicet essent mutila & imperfecta filiorum huius seculi dilectione & benignitate, qui benigni tantum sunt in eos à quibus sperant vicem rependendam. Nam in aliis quomodo præstare possimus perfectionem Patris cœlestis; Hæc autem perfectio directionis nihil aliud est quam misericordia & benignitas, propensum reddens hominem ad commodandum & iuuandum omnes nostra ope indigentes. Non enim hîc misericordes nomen accipi videtur strictè, vt virtutem illam singularem, que misericordia dicitur, significet, qua alienis miseriis & necessitatibus indolescimus, sed quomodo frequenter accipitur in scripturis, vt sit idem quod beneficus & benignus, & respondeat apud Hebræos dictioni, חסיד hhasid, sicut etiam misericordia sepe accipitur pro quouis beneficio, respondens scilicet dictioni Hebraicæ חסד hhesed. Vnde qui raro & egregio beneficio se ad fectum à Domino

Domino vel homine voluit significare, eum memorat scriptura dicere solitum, (vt nostra quidē versio reddere solet) fecit mecum misericordiam; quod tamen perinde est atque, adfecit me singulari beneficio. Sic Genes. 20. dicit Abraham Sarę: Facies mecum misericordiam. Et Genes. 21. dicit Abimelech Abrahæ: Iuxta misericordiam quam feci tibi, facies mihi. Et hic enim postquam Lucas dicit patrem cœlestem benignū esse erga malos & ingratos, deinde infert; *Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est.* Vnde satis patet illi idem esse, benignum & misericordem esse. Et tamen etiam propriè accipiendo misericordiam, ad eam pertinet diligere & benefacere inimicis, vt scilicet quis miserius graui ipsorum quo laborant malo odij, studeat eos beneficiis sibi demereri & sanare, secundùm consilium Sapientis, qui dicit: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; & si sitierit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Porrò cùm dicit Dominus *estote ergo vos perfecti* non intelligendum est Dominum tantùm loqui de perfectione tali quæ est consilii Euangelici, qualis est illa de qua dicitur: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus; quasi omnia quæ præcesserunt de dilectiōe etiam speciali inimicorum, sint purè cōsilii, & nō præcepti. Sunt enim & hæc partim consilii, partim præcepti, quemadmodum de præcedentibus quibusdam dictum est, & talia planè, vt nisi ea obseruemus, & sic iusticiam Pharisæorum & Scribarum perficiamus ac superemus, non ingressuri simus regnum cœlorum, quemadmodū Dominus in principio promisit. Sciendum ergo omnes sub peccati reatu obligari ad dilectionem inimicorum, quod attinet ad communia dilectionis indicia: quod verò ad specialia indicia pertinet, etiam obligari, cùm necessitas vel promouendæ gloriæ Dei, vel iuuandi eos occurrit: extra verò huiusmodi necessitatis casum, consilii est, & eximiæ perfectionis Euangelicæ, specialia eis dilectionis indicia & beneficia exhibere. Qui autem ex animo omnium quærit salutem omnibùsque prodesse cupit, quique etiam suæ saluti secure cupit prospicere, is apud se nō anxie pensabit, num necessitas exigat benefacere amico, an vtilitas tātū suadeat, sed quantum in se est, pro viribus, omni oblata occasione, quibuslibet prodesse studebit, certus hac ratione se Deo fieri similimum, illumque se sibi demereri, quantumuis ingrati vel impotentes ad remunerandum sint homines quibus benefacit. Et quidem in hoc maxime præcepto deberemus Christiani id præstare, quod cuiusque sectæ homines faciunt, quomodo Platonici ea maxime tuentur, quæ peculiariter Platonis sunt dogmata. Hic enim locus Christianæ philosophiæ proprius est. Vbi enim obsecro, & apud quos alios homines inuenitur, vt quis conuitiis affectus bene precetur, maledictis lacessitus oret, si spolietur vna veste, alteram spoliari addat; quæ igitur propriè nostra sunt, in hæc accuratius incumbamus. Et tamen quod rubor em nobis meritò iniiciat, à quibusdā philosophis gentilibus, inuenire licet hæc Christi præcepta, quamuis imperfectè, adimplera & præstita esse, quemadmodum narrat D. Basilius de Pericle, de Euclide Megarensi, de Socrate, qui percussus alterā præbuit maxillam. De Alexandro, virginū pulcherrimarū conspectum fugiente, ne ab eartum aspectu caperetur. De Clinia, iusiurandū etiam verū recusāte.

Ero 25.

Libr. de cap. vtilitate ex Gentilib. libris.

DOCET QVOMODO FACIENDA ELEEMOSYNA, QVOmodo item orandum & ieiunandum. Matth. 6.

CAPVT XLI.

ATtendite ne iustitiam vestrā faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedē nō habebitis apud patrē vestrū qui in cœlis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amē dico vobis, receperūt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Et cū oratis, nō eritis sicut hypocritæ qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suā. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuū, & clauso ostio ora patrem tuū in abscondito & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt, putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis, scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomē tuū. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Panem nostrū supersubstantialē da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationē, sed libera nos à malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & vobis pater cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet sua, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam lauа, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscoso: & pater tuus qui videt te in abscoso, reddet tibi.

Luca 11. 83.

S. 11. 112.

ATTENDITE NE IVSTITIAM VESTRAM FACIATIS CORAM HOMINIBVS, &c.] Postquam Dominus in superioribus ostendit quibus in rebus Christianorum iustitia excellere debeat iustitiā Scribarum & Pharisæorum, nunc docet quomodo eādem iustitiam excellere debeat in modo & intentione faciendi ea quæ sunt discipulis suis cum illis communia. Erat enim tacita quędam pestis, quæ fere vitiabat omnia Pharisæorum benefacta, sic vt apud Deum nullam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullam omnino laudem promererentur. quòd, quemadmodũ postea dicit Dominus, omnia opera sua facerent vt viderentur ab hominibus. Ab hac igitur peste suos iam studet Dominus immunes facere, ordinem sanè seruans conuenientem. Siquidem, vt habet Chrysostomus, superfluum fuisset, si priusquam aliquid sanctorum operũ facere suasisset, quomodo ea facerent, & quemadmodum singula exequerentur doceret: postquam verò in studium philosophiæ induxit, tunc iam pestem quæ bona operantibus assistere & latêter etiam obrepere consueuit, interimit. Nõ enim vanæ gloriæ pestis fere gignitur, nisi cùm plurima præceptorum fecerimus. Docet autem de modo eleemosynæ, orationis, & ieiunij, quod hæc sint precipua religionis externa opera, in quibus fere solet vanæ gloriæ pestis nasci & cohabitare, & sub quibus omnia externa virtutum opera facilè comprehenduntur. Nam eleemosyna, præcipuũ est eorum operum quæ sunt ad proximum: oratio præcipuũ opus cultus diuini: ieiunium vero præcipuum eorum operum quibus in nobismetipsis carnem castigamus, & spiritui subiicimus. Priùs autem quam de singulis horum tractet, in genere docet iustitiam, hoc est, iustitiæ opera non facienda pro aucupanda humana gloria, idque secundùm nostram lectionem. Nam pro iustitiam Græci habent eleemosynam, sed nostram lectionem sequuntur Augustinus & Hieronymus. Bene autem in hac Domini sententia annotandum imprimis quod dicit, *attendite*. Illo enim nos monere voluit cauere nobis à vanæ gloriæ studio, veluti ab insidiosissimo, periculosissimo, & perniciosissimo simul serpente, cuius nocumẽtũ effugere non possit nisi qui tota mente prorsus vigilet. Nam, vt habet Augustinus in regula, alia quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur vt fiat: superbia verò etiam bonis operibus insidiatur vt pereant. Et, vt habet Chrysost. in 2. expositione in Matthæum, præ omnibus vitiis carnalibus periculosius est in hominibus vanæ gloriæ vitiũ. Cùm enim omnia mala seruos diaboli vexent, concupiscentia vanæ gloriæ magis vexat seruos Dei, quàm seruos diaboli. Notãdum secundò, non vetare Dominum ne iustitiam nostrã faciamus coram hominibus. Hoc enim contrarium esset illi quod superius præcepit: *luceat lux vestra corã hominibus*. Sed netat iustitiã facere coram hominibus, eo fine, eaq; intentione vt videamur ab eis, quod iam non est contrarium superiori precepto quo dicitur; *Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona*. Non enim hoc voluit esse finem operum bonorum factorum cotã hominibus, sed id quod adiecit, nimirum vt glorificent patrẽ cœlestem. Deinde non dixit ibi: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videamini ab eis, sed, vt videant opera vestra bona. Aliud est autẽ velle se videri, & aliud velle opera sua videri. Nam qui se vult videri ad hominibus, quemadmodum hic quidem accipitur videri ad hominibus; suam quærit gloriam ad hominibus, ita vt in ea propter se delectetur & quiescat. Alioqui enim qui rectè operatur etiã vt videatur ad hominibus, atque ab eis laudetur & eis placeat, sed eodẽ fine quo prius voluit Dominus opera nostra videri ab hominibus, nimirum vt glorificetur in illo Deus, & per ipsum ad imitationem virtutis alii prouocentur, rectè facis. Itaque quærẽdum vt videamur ad hominibus, & non quærẽdum vt videamur ab eis, sicut Paulus dicit se hominibus nõ placere, & rursum per omnia omnibus placere. Portò quomodo nõ possimus rectè operari vt videamur ab hominibus, ostẽdit satis Dominus in eo quod addit *Alioquin mercedem non habebitis*, &c In hoc enim demõstrat illud nos cauere oportere ne humanam laudem pro nostrorum operum mercede quæramus. Sensus enim est: Alioqui si fecerit is iustitiam eo fine vt videamini, non habebitis mercedem apud patrẽ, vt qui ei non laborastis, quiq; iam operum vestrorum mercedem ab hominibus accepistis & expectastis. Non dicit autem Dominus: Alioqui damnabimini, vel rei eritis gehennę ignis, siue quòd frequenter non sit damnabile, sed veniale tantùm peccatum, appetitus humanę laudis ex bonis operibus: siue potiusquòd proprium damnum boni operis sit amissio mercedis à Deo reddendę. Sic enim ostendit huiusmodi bona in speciem opera, vana esse, & frustrà fieri, vt quę eam non consequantur mercedem, ad quam consequendam ex natura ipsa sunt ordinata. Bene autem non dicit, mercedem non habebitis à patre, sed *apud patrem vestrum*; significans scilicet bonorum operum mercedem iam apud Deum repositam esse etiam antequã detur, vt tuti de mercede in bonis operibus minus simus segnes. Et bene quidem patrem semper potius nominat quàm Deum, vt hoc nomine magis nos excitet ad studium placendi Deo. Quis enim bonus filius non patri potius suo eiq; cœlesti placere studeat, quã quibuslibet hominibus, qui cùm sint mortales nec esse est & mercedem ac laudẽ illorum mortalẽ est, vana eq; & eaducam, cum contrà mercedem quę apud patrem qui in cœlis est reponitur, necesse sit cœlestem esse immortalem ac solidam?

CVM ERGO FACIS ELEEMOSYNAM, NOLI TVBA CANERE ANTE TE, &c.] Speciatim iam de tribus his externis acturus bonis operibus, eleemosyna oratione & ieiunio in singulis prius docet quomodo hæc nẽ fiant facienda more Phariseorum & hypocritarũ: deinde docet quomodo rectè fiant faciẽda. Et de eleemosyna quidem auspicatur, quod in fine præcedentis capitis ad bene faciendũ & misericordiam inuitauerit exemplo misericordis patris qui solẽ suum oriri facit super bonos & malos. De hac ergo verat, ne eam facturus more hypocritarum, tuba canat ante se. Mos enim erat antiquus, tubę sonitu populares cõuocare ad locum & tempus eleemosynę. Et rationabiliter hic mos erat institutus, ad tollẽdam incertam mendicantium vagationem, & vt nemo egenus à beneficio excluderetur: sed abutebantur hoc more Phariseꝰi, hac ratione captantes sibi commẽdare hominibus tãquã misericordes. Vnde nõ simpliciter vetat Dominus tuba canere sed eo modo quo hypocritę faciunt, nimirum vt honorificentur ad hominibus. Intentionem enim Dominus magis vult prohibere quàm externã illam actionẽ. Est autem nomen hypocrita, Græca dictio, significans idẽ quod simulator. Vnde hoc nomine apud Græcos dicebantur singulariter mimi & histriones, qui comœdias & tragœdias agẽtes aliud se esse simulabãt quàm re vera erãt. Hoc ergo nomine in scripturis maximè Euãgelicis appellantur à Domino simulatores sanctitatis, siue quod nomẽ hypocrita, generaliter quemuis simulatorem significet, siue etiã respectu habito ad fabularum

bularum actores. Nam quemadmodũ hi apud populum in theatro alienam personam mentiũtur, captãtes sua actione popularem fauorem: ita sanctitatis simulatores seipsos veluti in theatrum exponunt, alienam personam exprimentes, ac hominibus ficta illa persona seipsos commendare studẽtes. Certe quod ad histrionicam gesticulationem attinet, bellè quadrat quod modò dixerat, ὑφὶς τὸ θεαθῆναι, id est, vt spectentur, quod actorum & simulatorum est, vnde & theatrũ dicitur. In veteri autem testimẽto cùm occurrit nomen hypocritæ, vt in Iob sæpe, & aliquando in Isaia, non necessariò significat huiusmodi simulatorem sanctitatis, cũ Hebræa dictio significet etiam apertè impium hominem, vnde quidam illis locis quibus Hieronymus vertit hypocritã semper vertunt impium. Sanè in proposito bene hypocrita dicitur & simulator, qui eleemosynas largitur vt honorificetur ab hominibus. Non enim id est in corde quod exterius simulat, hoc est, misericors, sed crudelis potius & immisericors, vt qui non motus misericordię affectu, sed laudis auiditate agit quod agit, eòque magis est crudelis, quòd ex aliena miseria & ignominia propriã laudem & gloriã venatur. Nomen autem, *synagogis*, hoc & sequenti loco vbi de oratione fit sermo, quãuis possit accipi pro certis illis domibus in quibus conuenerũt Iudæi ad audiendam legem, rectius tamen videtur accipi generalius pro quibuslibet cõuenticulis, qualia etiã in foro & plateis fieri solent. Quod autẽ sequitur: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam*; laudem scilicet humanam ob quã consequendã operati sunt, non sic accipiẽdum quasi illorum fallacia & simulatio non sit acceptura à Deo mercedẽ ei debitam, supplicium scilicet æternum, sed quod opus eorum quatenus bonũ est, nullam accipiet à Deo mercedem, præter eam quam ab hominibus tulit: fallacia verò quæ coniuncta est ei operi, à Deo qui eam cognoscere potest solus, punietur.

TE AVTEM FACIENTE ELEEMOSYNAM: NESCIAT SINISTRA TVA, &c.] Tropus quem certum est esse in his verbis; *nesciat sinistra tua*; variè explicatur. Augustin. enim postquam reiecit triplicem interpretationem eorũquı per sinistram intelligũt vel infideles, vel inimicos vel vxorem, intelligit per sinistram hic significari delectationem vel appetitionem laudis humanæ, per dexteram verò, intentionem implendi diuina præcepta, ac tunc sinistrã scire quid fecit dextra, cùm conscientiæ facientis eleemosynam miscet se appetitio laudis humanæ. Nesciat ergo sinistra tua quid faciat dextera tua, id est, inquit, nõ se misceat conscientiæ tuæ laudis humanæ appetitus, cũ in eleemosyna facienda diuinũ præceptum contendis complere. Eundem sensum indicat & Hieron. in comment. dicens: Quodcunque feceritis boni operis, debet sinistra nescire: si enim illa scierit, statim dextera opera commaculantur. Habet & similem interpretationẽ Chrysost. in 2. expositione, intelligens rursum, quemadmodũ superius per sinistram manum, carnis voluntatem: per dexteram, voluntatem rectam animæ. Adiicit antẽ eodem loco, in libro Canonũ, qui est de episcopis, interpretari dexteram, eos qui sunt ad dexteram Christi: sinistram verò, eos qui sunt ad sinistram Christi, infideles scilicet, & iniquos, corã quibus non sit facienda eleemosyna, cùm Augustinus tamen & ipse Chrysost. in 1. expositione, quæ verè eius est, hanc interpretationem omnino reiiciant. Nec inuenitur illa interpretatio in Canonibus Apostolorum qui iam habentur. Portò secundùm dictam Augustini interpretationem quod sequitur; *vt sit eleemosyna tua in abscondito*, consequenter sic ab ipso Augustino intelligitur, vt sit eleemosyna tua in ipsa conscientia quæ oculis hominum abscondita est, in qua non est eleemosyna eorum qui appetitu laudis humanæ eam faciunt. Illa enim tantùm est in externo opere: Secundũ ergo hanc interpretationem in illa tropica locutione; *nesciat sinistra*, &c. est metaphora. Quo tropo quidam etiam hoc modo intelligunt, vt per sinistrã, familiares quiq; homini proximi esse solent, accipiantur. & sit sensus: Adeo secretè eleemosynam facito, vt ne familiares quidem tibi conscii sint eius quod agis. Verùm simplicius fuerit hanc orationẽ accipere cum Chrysostomo per hyperbolem, vt sit sensus: Tantum abest vt aliis ostentes quod agis: vt si fieri potest ipse nescias, ac tui facti obliuiscaris, vt eleemosyna tua sic planè sit in abscondito, id est; sit omnino secreta. Secundum has autem duas posteriores explicationes, hæc doctrina Saluatoris dupliciter accipi potest, videlicet vt præceptum, vel vt cautela. Si accipiatur vt præceptum, ad intentionem referri debet. Non enim præcipitur vt omnino secreta sit eleemosyna: sed vt intentio facientis aliena sit ab eo, vt quærat videri ab hominibus, & quantũ ad se spectat, in abscondito fiat, ita vt nõ fiat in publico, propter eausam ad se pertinentem, sed vel propter Dei gloriã aut aliorum ædificationẽ, aut proximi occurentis in publico subleuãdam inopiam. Si autem accipiatur vt cautela, instruimur vt nostræ infirmitati consulentes, ne obrepat in eleemosyna vana gloria, studeamus quàm secretissime fieri potest eleemosynas facere. Dicendum ergo de hac Christi doctrina, esse quidẽ eam secundum literæ sensum, cautelam & consilium conueniens maximè infirmioribus, omnibus tamen etiam accommodũ, nisi iusta aliqua ratio exigat in manifesto fieri eleemosynam, secũdùm verò Domini præcipuam intentionem. præceptum esse omnibus seruãdum, qui Deo placere voluerint. Sic & de his dicẽdum, quæ in sequẽtibus dicuntur de orantibus & ieiunãtibus. Hac autem sua doctrina plus iam exigit, quàm prius, cùm vetuit iustitiam fieri coram hominibus, vt videamur ab eis. Cùm enim plerunq; quis recta intẽtione bonum opus incipiat, sed inter agẽdum aut postea obrepat cõplacẽtia laudis humanæ, cautos nos esse vult & prouidos, vt etiã vanæ gloriæ locus non sit obrependi, ac proindè si quando propter opus necessario publice factũ obrepat, mox eam menti extirpandã. Porro vt de secretæ eleemosynæ mercede securi simus, adiicit: *Et pater tuus qui videt in abscondito*: id est, qui videt conscientiam tuam, & quæcunque in abscondito facis, reddet tibi mercedem quam non expectasti ab hominibus. Græca verò addunt, *reddet tibi in manifesto*: & in isto loco, & duobus sequẽtibus locis, quomodo etiã legit Chrysost. & Theophyl. cùm tamen contrà Augustinus hanc partẽ dicat suo tempore repertã in libris Latinorum: non autem in libris Græcorum, vnde nec exponendã arbitratur. Habet autem aliquid momẽti ea pars, si adiiciatur. Sic enim significatur futurũ vt qui hic humanam fugit gloriam, eandem longè celebriorem & auctioré cõsequatur. Nam qui hic gloriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominum venatur,à paucis quidē illam consequi poteris:qui verò eam fugerit, præter mercedem cœlestem quām à Deo obtinebit, omnibus etiam hominibus in nouissimo die reddetur cōspicuus.

ET CVM ORATIS, NON ERITIS SICVT HYPOCRITÆ,&c.] De oratione,altera patre religionis, quam & ipsi Phariſæi ſtrenuè ſimulabāt,vt patet ex iis quæ Matthæi 23. dicuntur à Domino,ſimilia docet his quæ iam docuit de eleemoſyna,niſi quòd in precatione nō ſolum docet ſuos alienos eſſe à vitio hypocritarum Phariſæorū,ſed etiā ab altero vitio, Ethnicorū ſcilicet. Quod ergo attinet ad ptiorē partem:in qua docet non ad oſtentationē precationi inſiſtendum, ſed ſecretè coram Deo orandū,eiſdem vtiturargumentis, quibus vſus eſt contra eleemoſynæ oſtentationem,nimirum quod hypocritarū eſſe dicat ſeſe oſtentare hominibus,:ipſa nominis abominatione ab imitatione vitii longiſſimè auocans, quódque mercedē aliā non ſint recepturi,quam eam quam ab hominibus quæſierunt,qua nihil eſt vanius & inanius.Contra verò docēs,ſecreta oratione Deo nos commendari,cui meritò ſtudendum vt placeamus:tum quod pater ſit,tum quòd ſolidior & auguſtior ſit merces quā ſuis cultoribus redditurus eſt.Bene autē Dominus explicare volens affectatam à Phariſæis humanā laudem, dicit; *amant ſtantes orare.* Non enim hic φιλεῖσι pro ſolent, poſitum eſſe videtur,quemadmodū vult quidam ſed ſic dictum videtur; *Amant ſtantes orare;* quemadmodū poſtea dicitur à Matthæo *Amant vocari ab hominibus rabbi.* &: *Amant primos recubitus*: &c. Porro anguli plateatum, de quibus hīc eſt ſermo non ſunt plateatum receſſus,vt quidam volūt, ſed flexus plateārū,veluti iuxta compita & triuia.Bene ergo dicit,in angulis,& in angulis non vicorū, ſed plateatum,hoc eſt latatum viarum.Ibi enim maximus eſt diuerſorū hominum cōcurſus. Quod dicit ſtantes orare,vel ſignificare voluit per ſtationem eos quæſiſſe videri à pluribus,vel potiusideo ſtantes dicit,quòd ſtare inter orandum communis tunc eſſet orantium ſitus,quemadmodum apparet ex parabola de Phariſæo & Publicano orantibus in templo.Quòd autem dicit Dominus. *Cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, dum Patrem tuum in abſcondito,* non ſic accipiendum quaſi in publico orare vetet,ſed ſi ſimpliciter ſecundum literę ſenſum iſtud accipiatur, dicendum,hāc Chriſti doctrinam cautelam eſſe & conſiliū quo quis effugere poſſit vanæ gloriæ peſtem: quod quidem conſilium dum ſeruari non expedit ad literam, vtpotè cùm publicè orandum eſt in fidelium congregatione, pro officio publicè preces habendæ ſunt,ſeruandum iſtud eſt,ſecundum præcipuam Domini in hac doctrina intentionem, nimirū vt veluti ſoli exiſtentes in publica oratiōe Deum ſolum ſpectemus,alieni à laudis humanæ deſiderio.Nam ſine hac intentione nihil etiā profuerit in cōclaui clauſo oſtio Dominū orare, veluti ſi quis cubiculū ipſum fuerit ingreſſus,oſtiumq; occluſerit,vt intelligatur ab hominibus ſecretè oraturus.Conuentus enim fidelium ad orandū publicè in certis locis,vt nō eſt nouus mos, ſed à veteri lege primum inſtitutus exemplis Dauidis,Salomonis,& aliorum confirmatus,ac Pauli inſtitutione cōmēdatus,vt patet 1.Cor.14.&1.Timoth. 2.ſic certè eſt Eccleſiæ Chriſtianæ ſummè vtilis ac neceſſarius.Primùm vt ex ſolenni diuinorum beneficiorum commemoratione,omnium animi ad agendas gratias & precādum Dei miſericordiam accendantur ardētius.Hinc toties in Pſalmis David ſe promittit in Eccleſiis benedicturum Dominum.Deinde vt feruentioris alicuius exemplum, tepidorum ſocordiam excitet & diſpellat. Præterea,vt communibus precibus fraterna charitas foueatur & creſcat.Poſtremùm,vt multorum conſentiētium ſimul oratio apud Deum ſit acceptior & magis exaudibilis.Conſultiſſimū tamē & ſummè expediēs cuique,priuatas ſæpe preces(de quibus ſe dominus loqui ſatis ſignificat, dū ſingulariter dicit; *Tu autem cùm oraueris*) in ſecretis fieri locis,idq;nō ſolùm ob eam cauſam quam hic indicat Dominus,ſed & ob alteram,nempe vt mēs ab omni diſtractione libera ardentius,purius, & familiarius cum Deo colloquatur.Auguſtinus autem hunc locum,quo præcipimur oraturi intrare in cubiculū,& claudere oſtium per metaphoram piſſimè & ꝺeciſſimè intelligit,ſimili ſcilicet ſenſu quo intellexit clemoſynam debere fieri in abſcondito,non conſcia manu ſiniſtra,vt ſcilicet intrare in cubiculū,ſit in ipſum cor deſcēdere.Nam & Pſalmiſta corda,cubilia videtur appellaſſe,cùm dicit:Quæ dicitis in cordibus veſtris,in cubilibus veſtris compungimini.Quoniam autem patū eſt intrare cubicula, ſi oſtiū pateat importunis, claudendum etiam eſt oſtium cubilis noſtri, hoc eſt,carnali ſenſui reſiſtendum eſt,per quem tanquā oſtiū ea quæ foris ſunt improbè ſe immergūt & interiora noſtra appetunt.Hoc,inquam,oſtium claudendū eſt,vt oratio ſpiritalis dirigatur ad patrem,quæ fit in intimis cordis,hoc eſt,in abſcondito.Quem ſenſum priori tamen etiam intellectu poſito,D.Hieronymus quoq;approbat, niſi quod per clauſum oſtium intelligit compreſſa labia.Sic enim ſcribit:Et ſimpliciter intellectum erudit auditorem,vt vanam orandi gloriam fugiat.Sed mihi videtur hoc magis eſſe præceptum, vt incluſa pectoris cogitatione,labiisq; compreſſis oremus Dominum,quod & Annā in Regum volumine feciſſe legimus.Verùm hic ſēſus,etſi pius & ędificatorius non eſt,tamen præcipuè à Domino intentus cùm propoſitū Domini ſit docere quomodo citra oſtētationem fiat oratio,nō autē quomodo fiat citra diſtractionem,cùm debita attentione & deuotione.Porro in eo quòd dicitur,& *pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi*: Dei miſericordia cū admitatione obſeruāda,quòd pro eo quoq; quod rogatur à nobis,merces promittitur bonis à Deo dāda. Quis enim princeps mercede dignum putat quod à quibuſdā rogatur.& nō potius ſummum beneficiū deputat ſe impendiſſe,quod oranti aurē ſuiq; copiam exhibuerit? Hic verò non dicitur,pater tuus donabit tibi,ſed reddet tibi,veluti ſcilicet debitor nobis factus,& quia illū honoramus orādo,magno viciſſim nos honore remuneratur.Sic hic philoſophatur D.Chryſoſtomus.

ORANTES AVTEM NOLITE MVLTVM LOQVI, SICVT ETHNICI FACIVNT,&c.] Ab altero oratiōis vitio,quo Ethnici laborant,(hoc eſt externæ gentis homines veri Dei religione deſtituti.Nam hos ſcriptura Græca voce Ethnicos vocat)ſcilicet futili verborum profuſione,auocat duobus argumentis: vno,quod temere in oratione verba prodigere,Ethnicorū ſit, ſtultè putantium ſuper multioquium exaudiri.Sicut enim priùs fugienda aſſimilatione hypocritarum,ita hic Ethnicorū vilitate & cōtemptu, auditorem Dominus abſterrere voluit.Alterū argumētum quo vtitur,eſt,quòd apud Deū patrē nō vſus ſit multis verbis,vt qui antequāprecemur, nouerit quæ nobis ſunt neceſſaria. Circa primā autem partem obſeruādum,Dominum non præcipere ne multū diuq;oremus.Alibi enim docet ſemper orandū,& ipſe aliquoties in oratione Dei pernoctauit.Rurſum non præcipit vt orantes nō loquantur,nec rurſum abſolute vetat multumlo qui in oratione,ſed ſicut Ethnici faciunt,qui multiloquio ſuo putant ſuam cauſam Deo notiorem fieri:aut ſicut hominem iudicem,verbis adduci ī ſententiā & flecti,ideóque orationē verſibus mille compoſitam deferunt ad eum,eíque recitant. Deinde obſeruandæ dictiones Græcæ,correſpondentes dictioni,*multiloquium* & illi orationi, *Nolite multum loqui*.Non enim hic eſt πολυλογεῖν & πολυλογία,quæ dictio eſt apud Septuagita in Pro uerbiis,vbi nos legimus:In multiloquio nō deerit peccatum ;ſed βαττολογεῖν & βαττολογία, quæ dictio nō ſimpliciter multiloquium ſignificat,ſed nugacitatem,& futilem verborum profuſionem, qualis eſt,cùm idem frequenter ſine cauſa repetitum inculcatur.Deflexæ ſunt enim hæ dictiones quodam à Batto Poeta,qui in hymnis à ſe cōſcriptis eadem ſubinde inculcauit. Ad quod alluſit Ouidius lib.2.Metamorph.cùm Battum iudicem facit eadem iterantem. *Subillis montibus*(inquit) *erant, & erāt ſub montibus illis,* Cuius battalogiſmū ridiculè imitatus Mercurius:*Et me mihi perfide prodis, Me mihi prodis,ait.* Patet ergo non omne multiloquium hic prohiberi, ſed futile,& quod Ethnicorū more & errore fiat,nēpe quod eligit quis veluti vtile ſibi ad exauditionē. Chryſoſtomus autem,& hunc ſecutus Theophyl. ſtelligunt battologiam etiam eſſe nugacitatē & loquacitatem eam qua nō vtiliā poſcimus,ſed temporalia,regnum terrenum,diuitias,honores,& ſimilia.Verum huc nō reſpexiſſe Dominum patet ex eo quòd dicit; *Putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur* Porro circa ſecundam partem, illam ſcilicet;*Scit enim pater veſter,* &c. ſic ſcribit Hierony.Conſurgit autem in hoc loco quædā hęreſis,philoſophorum quoque dogma peruerſum dicentiū,Si nouit Deus quid oremus,& antequā petamus ſcit quo indigeamus,fruſtra ſciēti loquimur.Quibus reſpondendum eſt, nos non narratores eſſe,ſed rogatores.Aliud eſt enim ignorāti narrare,aliud petere ſciētem. Hæc ille.Sed rurſum alia occurrit hic quæſtio,quā & Auguſt. proponit:Si ideo quia Deus pater omnia ſcit,multis verbis in oratione vtendum non eſt,cur etiā paucis verbis vtendum eſt,vel his ſaltē quibus, mox poſtea orare patrem docet? Deinde quomodo cōueniēs eſt hæc ratio qua reiicit multiloquiū? Scit enim pater veſter,&c.Dici enim poſſet,q̄quamuis ſciat,tamen multis verbis vtendum,eſt,vt flectatur ad dandum id quod opus eſt. Nicēdum ad primum,nullis quidē verbis opus eſſe ſimpliciter in oratione,ad hoc vt quid à Deo impetremus, Deus enim cum ſit ſpiritus,non verba attēdit,ſed ardens animi deſiderium,ſine quo vocalis oratio non eſt apud Deum oratio.Paucis tamen verbis orādi formam nobis Dominus præſcripſit;tumvt illis verbis nos doceret quas res animo petere deberemus à Deo,& quo ordine:tum quòd vtile & aliquādo neceſſe ſit nobis in oratione verbis ſaltē paucis vti, quibus animus excitetur ad eleuādum ſe in Deū,aut animi iam in Deū elati deuotio augeatur & continuetur.Ad quod quatenus etiam prolixæ preces vocales adiuuant,eatenus certè laudandæ ſunt,nec hic à Domino nomine multiloqui & battologiæ cōprehēduntur.Ad ſecundum dicendum,Dominū ſatis ſignificare multis verbis non eſſe opus ad flectendum Deum,eo quòd patrē eum vocet noſtrū;& ſcire quæ opus ſint nobis.Non poteſt enim pater bonus rogatus à filiis non facilè inclinari ad dandum ea quæ ſcit eſſe opus eis. Verùm hic rurſum quæritur, cùm Deus & ſciat quæ ſunt neceſſaria,& pro priſtina ſua bonitate nō poſſit nō parat° eſſe ea dare etiā non rogatus,quid opus eſt ad Deū fuſa oratione? Cur etiam frequentē & aſſiduam requirit Dominus orationē:maximè cùm nihil aliud ſancti poſſint velle,quā quæ Deus facere ab æterno decreuit,quæ facturus ſit ſi etiā nemo enim roget? Dicēdum,facilè quemque intellecturū quis ſit orationis piæ fruct° & neceſſitas ſi modo aduertermus quid ſit verè Deum orare. Cū enim vere orare aliquē,ſit ab illo aliquid petere,nemo autē petat aliquid, qui nō idem deſideret,& deſiderium ſit animi affectus,nō orat verè Deum,qui ſine mēte oratiōes vocaliter profert,nec qui etiā cū attentione mentis eas pronunciat, ſi nō adſit eorū quæ verbis ſignificātur deſideriū, ſedis demūm verè Deū orat,qui ex animo aliquid ab illo deſiderat, ſiue illud deſideriū verbis exprimat, ſiue non.Quāuis enim ſine verbis homo hominē cōmuniter non dicatur orare, eoquòd nō aliter cōſtare poſſit facilè homini hominis deſiderium: hominis tamen oratio ad Deum in ſolo ſterioris deſiderii affectu cōſiſtere poteſt, quòd Deus internos receſſus animi noſtri pſpectos habeat, animumq;in omnibus, vt eſt purus animus conſideret, nec opus ſit ei verbis quibus deſideria noſtra cognoſcat.Vt autem ad deſiderandū aliquid Deo animus noſter qui terrenis curis & corpore iſto quod currūpitur degrauatur,excitetur & accendatur.primū & ante omnia neceſſaria eſt terrenarū curarū depoſitio & abiectio ac auocatio mentis ab omni alia cogitatiōe.Quod quò commodius fiat,expedit vt locus ſecretus deligetur imò & obcurus,vnde quam minimū externarū cogitationū per ſenſus menti illabatur.Proximū fuerit, diligenter Dei beneficia quæ tū vniuerſo hominū generi,tum peculiariter nobis contulit atque quotidie confert,expēdere vt ſic in gratiarum actionē & laudē animus accendatur, & præterea in fiduciā impetrādi quibus opus erit.Tum conuenit viciſſim in memoriam reuocare noſtrā infirmitatem,vtilitatē, ac lapſus,& inopiā noſtrā probè cognoſcere:vt ſic & fiducia collecta de Dei bonitate, & cognita noſtra neceſſitate fiducialiterà Deo īperemus quæ neceſſitas petēda ſuggeſſerit,ſiue pro nobis,ſiue pro aliis.Quod ſi per ſeſe animus exurgere non poſſit ad expendendū Dei bonitatem,& agnoſcendum ſuam,aliorumq; pro quibus orandum eſt neceſſitatem, ad hæc promouenda non exiguum momentum habet præter reliquam ſcripturam,pſal morū maximè, necnon & aliarum ſanctarum precum recitatio, preſſaq; conſideratio. Hinc & D. Paulus in cœtu fratrum pſalmorū & hymnorum vſum inſtituit,ſed ſic,vt in cordibus caneremus & pſalleremus. Et Tertul. in Apologetico ſuo ca.36. memorat poſtæ γόνας,id

Cōuentus publici ad orandum mos antiquus & vtilis.

Mat. 23.

Pro. 1.

Ephes. 5. Coloss 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,conuiuia,quæ alendæ & exercendæ mutuę di A lectionis gratia olim Chtistiani celebrabãt, moré fuisse,vt post aquam manualem & lumina,in medium prouocaretur canere,vt quisq; de scripturis sanctis vel de proprio ingenio posset,& hinc probatũ fuisse quomodo bibisset.Meminit & Plinius Iunior in epist.ad Traianum de Christianis, narrasse sibi eos qui Christiani fuerant, solitos fuisse stato die ante lucem conuenire,carmenq; Christo quasi Deo dicere. Pace Ecclesijs data, creuit hic psallẽdi vsus,rationabiliter certè ob causam superius dictã institutus,quamuis apud multos, proh dolor,in multos abusus videamus abiisse. Itaque vt ad institutum recurrat oratio:patet ex vera orationis ratione quàm varia sit eius & vtilitas &necessitas. Primùm enim ad hoc est vtilis & necessaria,vt moneamur omnia in manu Dei esse, eũque bonorum omniũ authorẽ,à quo solo assuescamus sperare quibus egemus,& gratias agere ob ea quę accepimus.Secundò vt quę solicitatione precum obtinuim⁹, cũ maiori solicitudine seruare studeamus.Tertiò,vt desiderium vitæ cœlestis,quod per occupationẽ rerum terrenarũ tepescit ĩ nobis,sub inde excitetur,quod maximè fit in oratione.Quartò,vt mẽs hominis per auersionẽ à reb. terrenis, & conuersionem ad Deum purgata,spiritualium donorũ Dei fiat capax, & ex colloquio cum Deo in fide,spe,& dilectione Dei magis magisq; efficeat,animaque Deo per interpellationis frequentiam familiaris effecta,diuinitatis quadam ratione particeps efficiatur. Quintò ad hoc confert, C quòd inter orandũ nobis velut Deo & conscientia exprobrante occurrunt,quæ contra Deum bonorum omnium authorem cõmisimus, vnde oritur humilitas animi,veraq; animũ subit pœnitentia,& sanctum purius deinceps viuendi propositum concipitur, & omnibus modis studium innocẽtiæ & veræ pietatis in animo nostro incẽditur. Postremùm,cum etiam externa oramus,habet id quoq; in se fructum amplissimum. Nam si impetrantur ea,orantes percepta Dei in se indulgentissima bonitate,mirũ quàm hinc oblectentur; atq; in Dei amore accẽdantur.Si verò non impertantur,mirificè consolantur,cùm quæ premunt mala D Deo exponunt, ac vicissim discunt inter orandũ non esse ipsis mala,ac proinde & ad ferendum ea fortiter dutantur; Ex quibus omnibus constat frequentes sanctorum preces nec declarare Dei imperfectam bonitatẽ: vt more hominum flectẽdus sit ambitione precũ; nec præiudicare immutabili Dei volũtati & præfinitione omnium futurorum. Nam præsciuit etiam Deus quædam nõ dare nisi solicitatus nostris precibus,ad quas proinde suis, præceptis nos adhortatur,& suo spiritu excitat.Patet & illud,nonnũquã prolixas preces vtiles esse, nonnunquam vero breuissimas,super quo est grauissima beati Augustini sententia in epist. ad Probã quæ est numero 121. de orando Deum, in qua sic scribit,Dicuntur fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes;sed eas tamẽ breuissimas, E & raptim quodãmodo iaculatas,ne illa vigilanter erecta(quæ oranti plurimum est necessaria) per productiores moras haberetur intẽtio,ac per hoc ipsi satis ostendunt hanc intentionẽ,sicut non est obtundenda,si perdurare non potest,ita si perduraueritceitò non esse rumpendam.Hæc ille.vbi & alia multa docte & grauiter tractat ad orationẽ spectantia.Postremùm,patet quàm sit detestanda multorũ Christianorũ peruersa consuetudo, qui non solùm laborãt eo vitio, quod hic in Ethnicis Saluator notat,sed huic & aliud etiã grauius addunt, existimantes non solũ in multiloquio Deũ exaudire,sed etiam solis verbis sine mente prolatis,idque cum tanta celeritate ac linguæ volubilitate,vt nec si vellẽt sese ipsi intelligere possent,ac præterea cum tali animi distractione, & exteriori corporis irreuerentia vt planè ostendant se nulla Dei pietate,nullóque timore capi,sic orãtes,quomodo nec Ethnici suos Deos orare ausi fuissent, nec quisquam homo hominem etiam sibi parem, nedum Principem aut Regem.Hac autem ratione orantes aut orare se putantes, quid aliud quã B Deum contemnunt & irrident,dum quam parui illum faciant re ipsa declarant, & cum illo loqui videri volunt,à quo mente longissimè absunt?illum precari,cuius nihil animo desiderant? Sicut enim pia deuotaq; oratione nihil sanctius, nihil salubrius:ita oratione neglectim habita nihil impiũs,nihil animæ hominis nocentius,vt quæ ex tali oratione auidior euadit,magis magisq; destituta eius præsentia & fauore,quẽ oportebat pia prece sibi promerere,& familiarẽ reddere. Porro obseruandũ in scripturis,nomine orationis non significari solùm votum illud animi quo aliquid à Deo petitur,aut verba illa quibus votum illud exprimitur,sed aliquando totum illud cum Deo colloquium,quo Sancti aliquando lõgo tẽpore deticentur,Dei opera & beneficia expendent,⁊,ac visissim ea quæ in ipsis desunt gloriæ Dei,nũc gratias agentes,tum necessaria sibi aliisq; postulates, ac postremùm sese totos diuinæ volũtati resignantes,& deuouentes,vt scilicet hos omnes actus in se includat orationis nomen, qui seriæ & absolutæ orationi cõiuncti sunt.Sic enim Paulus in epistolis sic frequẽter dicit se gratias agere pro quibusdam in orationibus suis,nimirum gratiarum actionem partem orationis faciẽs,quam orationi frequenter præcipit coniungi.Tales erant etiam Christi orationes,in quibus dicitur pernoctasse.

SIC ERGO VOS ORABITIS: PATER NOSTER QVI ES, &c.] Quoniam multiloquium & battologiã ab oratiõe abesse vòluit, breuem nobis Dominus orandi formam tradidit,qua etiam docuit quæ & quo ordine à Deo sint petenda,atque qua fiducia ad Deum accedendum sit in oratione.nimirum quomodo ad patrẽ accedit filius.Dicit autem,*sic vos orabitis*, non exigens vt his verbis necessariò semper inter orandum vtamur, cùm neque vllis verbis necessariò vtendum sit in oratione,sed demonstrare volẽs & res quæ à Deo sint petendæ,& quali verborum breuitate sint petendæ.Non enim dicit:His ergo verbis vos orabitis,sed sic,id est,ad hũc modum.Liberum enim est(vt verbis Augustini ad Probam vtar) aliis atque aliis verbis,eadem tamen quæ hęc oratio cõtinet, in orando dicere:sed non debet esse liberum alia dicere.Cum tamen verbis in oratione opus est,(vt frequenter opus est)nulla cõuenientior est oratio quàm quæ hic à Domino præscripta est,nec aliam frequentius nos in ore habere conuenit:idque ob varias causas,videlicet ob authoritatem eius qui eam tradidit,quæ etiã authoritas nobis hac oratione vtentibus reuerentiã auget,& fiduciam impetrandi à patre ea quæ filii eius oratione precamur.Deinde ob orationis huius admirandam breuitatem,vt quę in tanta verborum paucitate complectatur

plectatur & omnia quæ præcanda sunt, & ordinem quo precanda sunt.Postremùm obsummam vtilitatem eius quæ ex prædictis causis sequitur. Vtilis enim est ad petẽdũ quæuis,quia omnia petẽda cõtinet;vtilis est doctis & indoctis,quia breuissima,vtilis & efficax ad impetrandum,quia authoritatem filij dilectissimi præ se ferens.Proinde doctissimè D. Cyprianus orationis huius excellẽtiam explicauit,sic scribens in expositione huius orationis:Inter cætera salutaria sua monita & præcepta diuina,quibus populo suo consuluit ad salutem,etiam orandi ipse formã dedit,ipse quid precaremur monuit & instruxit. Qui fecit viuere.docuit & orare,benignitate scilicet qua & cætera dare & cõferre dignatus est, vt dum prece & oratione quam filius docuit,apud patrem loquimur, facilius audiamur.Iam prædixerat horam venire, quando veri adoratores adorarent patrem in spiritu & veritate,& impleuit quod ãte promiserat, vt qui spiritum & veritatẽ de eius sanctificatione percepimus,de traditione quoque eius verè & spiritaliter adoremus.Quæ enim potest magis spiritualis esse oratio,quàm quæ à Christo nobis data est,à quo nobis & spiritus sanctus missus est?Quę vera magis apud patrẽ precatio,quàm quæ à filio, qui est veritas,de eius ore prolata est? vt aliter orare quàm docuit,non ignorantia sola sit,sed & culpa,quando ipse posuerit & dixerit:Reiicitis mandatum Dei,vt traditionem vestram statuatis.Oremus igitur & nos fratres dilectissimi sicut magister Deus C docuit. Amica & familiaris oratio est Deũ de suo rogare,ad aures eius accẽdere Christi orationem. Agnoscat pater filij sui verba cùm precẽ facimus. Qui habitat intus in pectore,ipse sit & in voce.Et cùm ipsum habeamus apud patrem aduocatũ pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus aduocati nostri verba promamus. Nam cùm dicat;quia quodcũque petieritis à patre in nomine meo dabit vobis. quanto efficacius impetramus quod petimus in Christi nomine, si petamus ipsius oratione? Hæc ille.qui his verbis pulchrè ostendit orationis huius & authoritatẽ, quòd sit propter eum qui dedit maximè spiritua- D lia & vera,& efficaciã apud Deum patrem. Idem autem circa finem commẽdat eius breuitatem & vtilitatem hinc sequentẽ,sic scribens: Quid mirũ fratres dilectissimi, si oratio talis est quam Deus docuit,qui magisterio suo omnem pacẽ nostram salutari sermone breuiauit? Hoc iam per Isaiam Propheram fuerat antè prædictũ.cùm plenus Spiritu sancto de Dei maiestate ac pietate loqueretur.Verbum consummans,inquit, & breuians in iustitia,quoniã sermonem breuiatum faciet Deus in toto orbe terrę.Nã cùm Dei sermo Dominus noster Iesus Christus omnibus venerit,& colligẽs E doctos pariter & indoctos, omni sexui & ætati præcepta salutis ędiderit,præceptorum suorũ fecit grande compendium;vt in disciplina cœlesti discentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium velociter disceret. Hæc ille.Porrò notãda emphasis pronominis,*vos*, quæ magis aperta est apud Græcos,qui habent,*ὑμεῖς οὕτως προσεύξεσθε ὑμεῖς*,id est, sic ergo orate vos. Pronomen enim in fine appositum maiorẽ facit emphasim,discernens illos & nos ab Ethnicis & Iudęis, qui non edocti fuerant dicere in oratione, *Pater noster* sed Domine Deus noster. Pulchrè autẽ Dominus Christianæ orationis istud fecit esse principium & veluti proœmium: *Pater noster qui es in cœlis* Primũ enim hoc principio captatur beneuolentia,quam qui oraturus est; conciliare sibi semper in principio studet,idque per laudem eius ad quẽ oratio dirigitur.His enim etsi paucissimis verbis perfecta Dei laus cõtinetur, quæ maximè cõsistit in prædicatione bonitatis & potentię ipsius. Bonitas autẽ Dei in eo maximè relucet,quod pater noster esse & dici voluit.In eo enim comprehenditur & creationis beneficiũ,& regeneratio- atque adoptionis filiorum Dei, & vocationis aucœlestem hæreditatem,in quibus omnia omnino eius in nos beneficia cõprehenduntur.Potẽtia autem eius in eo exprimitur,quòd in cœlis esse dicitur.Hoc enim arguit ipsum omniũ esse Dominũ; omniumque habere plenam potestatem & domi- B nium.Itaque hoc proœmio cõprehenduntur duo illa epitheta,quæ Deo tribuere solemus,dicentes: Deus optimus, maximus. Secũdò, cùm orationi gratiarũ actio iungenda sit,eáque orationem præcedere debeat,quò sit efficacior ratio,hoc principio voluit Dominus mentes nostras ad gratiarum actionem excitare,cùm cogitamus quòd,qui tantus est vt cœlũ impleat,omniũ dominus existens, dignatus est sua gratia noster & esse & dici pater: in quo,vt dictum est, omnia dignationi eius beneficia comprehensa sunt.Tertiò, hoc principio excitatur & impetrandi fiducia filialis,& reuerentia Deo digna. Cùm enim his verbis concipimus C Dei & potẽtiam & paternam erga nos pietatem, nihil non facilè confidimus ab eo nos impetraturos:cumque rursum & dominium eius in omnia, & paternum in nos effectum perpẽdimus,admonemur non irreuerenter quidem illum accedere, sed cum timore magno, non tamen seruili sed filiali.Quarto, his verbis cõmonemur & charitatis,quæ tum Deo.tũ proximis debetur,& contemptus rerum terrenarũ cum desiderio atque spe cœlestium.Nam cùm dicimus, *Pater*, admonemur illum super omnia diligere,eique tãquã patri velle placere.Quid enim clarius filiis esse debet quam pater?aut cui magis studendum est filio vt placeat quàm patri?Cùm verò dicimus, *Noster*, admonemur mutuæ charitatis & fraternitatis, quodque generalem pro fratribus orationẽ facere oporteat, nec possit ditior,vel genere nobilior,aut sapientior præ se contemnere pauperiores, ignobiliores aut indoctiores,cùm omnes vnum eundemq; patrem habeant,ac proinde omnes inter se sint fratres.Quanquam enim videri possit dominus ideo dixisse orandum esse,*Pater noster*;non autem, Pater mi;quod multos simul præsentes doceret orare, ob id exprimẽs eam formam quæ est cõmoda multis simul orantibus:tamẽ simul quoque in eo admonuit & fraternæ dilectionis,quòd ita in genere non vnumquenque priuatim orare docuit. Cum autem dicimus, *qui es in cœlis*, admonemur postpositis terrenis rebus eò intendere animum, vbi patrem nostrum esse dicimus,ac cœlestia tantùm quærere,cœlestemque hæreditatem filiali iure securè sperare Deinde etiã terreno patri & matri renunciare,postquam per regenerationem patrẽ cœpimus habere in cælis:quomodo dominus in Euangelio præcepit,ne vocemus nobis patrem in terris,quod sit nobis vnus pater in cœlis.Et Leuitæ laudantur quòd dicerent patri & matri, non noui te,& filios suos non agnoscerent.Nõn enim dicitur;qui es in cœlis?quasi solũ esset in cœlis,sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob causas iam dictas, videlicet ad significandũ Dei patris super omnia dominium, & ad subleuandum mentes nostras ad cœlestia, atque ad discretionem patris terreni: quod apertius significatur articulo qui est apud Græcos, ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Potest autem, vt & in aliis locis scripturæ, etiam hic mysticè intelligi quod dicitur Deus esse in cœlis, nimirum de cœlis spiritualibus, qui sunt iustorum anima: quèad modum hic vult intelligendũ esse Augustinus, vt qui orat dum dicit Deum esse in cœlis, ipse quoque cupiat Deum quem inuocat in se habitare. Iã verò videamus quæ sint petenda.

SANCTIFICETVR NOMEN TVVM, &c] Oratio hęc breuissima, ordinatissima, absolutissima, diuinissima, efficacissima, ac proinde etiam vtilissima iuxta receptã diuisionẽ, sepiẽ continet petitiones, sub quibus cõprehenduntur omnia quæ licitè à Deo optari possunt, quarũ petitionum hic est ordo, vt tribus primis petantur quæ Dei sunt: vnde dicitur, nomen tuũ, regnũ tuũ, voluntas tua: reliquis quatuor precamur aut deprecamur quę nostra sint, vnde dicimus, panẽ nostrũ, debita nostra, &c. Potest & sic conuenientius oratio hæc secari, & petitionũ eius ordo cõueniens ostendit, vt dicamus eam diuidi in precationẽ bonorũ, & deprecationem malorum. Precatio quatuor cõtinet partes, quarũ prima ad Deũ spectat, cui ante omnia optandum est, quod solũ ei potest optari, scilicet gloriam & honorẽ ab omnibus impendi: reliquæ tres ad nos pertinẽt hoc ordine, vt primò precemur nobis summa bona, videlicet vitamęternã: secundò media bona, gratiam scilicet, qua Dei impleamus volũtatem, & virtutes ac bona opera: tertiò infima, nempe corporis bona; sicque impletur Christi doctrina dicẽtis; Primùm quærite regnum Dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Deprecatio verò malorum tres etiam cõtinet partes simili ordine, videlicet vt primò nobis deprecemur summa mala, vt sunt peccata; secundò media, vt peccandi occasiones & tertiò infima, vt afflictiones. Aut si, vt est verisimilius, in duas tantũ diuiditur deprecatio partes, priori deprecamur mala prętetita quæ commisimus, & quæ maxima mala sunt: posteriori verò mala tum præsentia, tũ futura, per quæ periculũ est ne peccatũ committamus. Porrò quod ad primã attinet petitionem, cũ nomen Dei in seipso non possit esse aut fieri sanctius, videndũ quomodo iubeamur precari vt nomẽ Dei sanctificetur. Itaque Cyprianus intelligit non optare nos Deo vt sanctificetur orationibus nostris, sed vt nomen eius sanctificetur in nobis, sic vt sanctificatio qua in nomine eius sanctificati sumus in baptismo, & perseueret in nobis, & quotidie in nobis renouetur. Opus est enim nobis continua sãctificatione, vt qui quotidie delinquimus delicta nostra sãctificatione assidua purgemus. In hunc modũ exponit etiam Ambr. li. 5. de Sacramẽtis, vbi paucis dominicam hanc orationẽ explicat. Sanctificetur, inquit, in nobis, vt ad nos possit eius sanctificatio peruenire. Verùm secũdùm hunc intellectũ præterquã quod oportebit subintelligere in nobis, cùm absolutè dictũ sit: *Sanctificetur nomen tuum*, etiam hæc petitio eadem videbitur esse cum tertia: *Fiat voluntas tua*. Hæc est enim, inquit Paulus, voluntas Dei, sanctificatio vestra. Deinde omnino videtur Dominus his verbis nos docere voluisse, vt ante omnia Dei gloriam quæramus, vt quæ præ omnibus est optanda, & ad quam omnia sint referẽda quæ optamus. Proinde rectius Chrysost. sic interpretatur. Sanctificetur, hoc est glorificetur nomen tuum per nos, hoc est, eam da nobis viuere vitã, vt per nos nomen tuum glorificetur, & sanctũ habeatur apud omnes homines. Sed rursus rectius intelligitur in sensu generaliori, quem explicauit Augustinus hoc scilicet: Da vt nomẽ tuum sanctum habeatur ab hominibus, nec quicquam homines putent esse nomine tuo, hoc est, teipso sanctius, hoc est, augustius, integrius, ac proinde nihil magis reuerendũ, colendum, & glorificandum. Prius enim circa illud Lucæ; Et sanctum nomen eius; dictũ est, quid sit sanctus, & quomodo hoc Deo propriè competat. Ex quibus etiam intelligi potest, non esse omnino idem sanctificari, quod glorificari, sed glorificari veluti speciẽ comprehendi in sanctificari, aut ex eo sequi, sicut causam ex effectu. Itaque in hac petitione optamus, primùm vt nomen Dei inclarescat, & cognoscatur apud gentes nomen Dei ignorantes, imò quãtum in ipsis est, polluentes illud, & ignominia afficientes, dum illud blasphemant, & gloriã vni Deo debitam vanissimis idolis atque dæmonibus deferunt. Optamus secundò, vt nomen Dei quod trinum est vnũ, apud Iudęos celebre fiat & sanctum, qui Deum se agnoscere putantes, assiduè illum in synagogis suis blasphemant in filio Dei. Hæc autem nominis diuini apud incredulos sanctificatio per Euangelij prædicationẽ perficiẽda erat, quẽadmodum id multis prophetarũ oraculis prædictum erat, inter quæ est illud: Et nomen meum sãctum notum faciã in medio populi mei Israel, & non polluam nomen sanctum meum amplius. & scient gentes, quia ego sum dominus sanctus Israel. Optamus tertiò, vt & apud eos gnomẽ Dei, agnoscunt fideles, sanctum habeatur nomen Dei: nimirum vt illud veluti sanctũ vita moribusque colant, lingua prædicent, cordeq; pio venerentur. Postremùm in genere optamus, vt cui soli omnis debetur gloria & sanctitas, in omnibus & per omnes, & apud omnes sanctificetur, ita vt nemo omnino sit qui gloriam illi debitam sibi vsurpet, aut alteri tribuat, nec sit qui sacrosanctũ nomen eius vel vita, vel lingua, aut quauis ratione dedecore afficiat. & vt ipse dominus per Euãgelij prædicationem, per iustitiæ, misericordiæ, sapientiæ, ac potentiæ suæ declarationẽ se sanctum haberi faciat. Dicitur enim frequenter in hunc modũ Deus vel nomen Dei in scripturis sanctificari, & nunc per se, nunc per homines, hoc est, nunc dicitur sanctificare seipsum, nunc homines illũ sanctificare. Et aliquando quide dicitur sanctificari per seipsum, dum declarat iustitiæ suæ seueritatẽ, vt cùm dicit Leuit. 10. occisis duobus filiis Aaron alienũ ignẽ offerentibus: Sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Sic, Dominus sanctus sanctificabitur in iustitia, hoc est, sanctus apparebit propter iustitiam, vel per iustitiæ declarationem. Sic & Ezech. 38. propter vindictam sumptam de Gog, dicit Dominus: Magnificabor, & sanctificabor, & notũ ero in oculis multarum gentium, & scient quia ego dominus. Aliquãdo verò dicitur sanctificari à seipso per misericordiæ suæ declarationem, vt, In odorem suauitatis suscipiam vos, cùm eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris in quas dispersi estis. & sanctificabor in vobis in oculis nationum. Aliquando verò homines dicuntur illom sanctifi-

Ordo petitionum.

Mat. 6.

1. Tim. 4.

Ezec. 38.

Isaiæ 5.

Ecc. 36.

sanctificare, vt *in* illo: Dominũ exercitnum ipsum sanctificate, ipse, sit timor vester. Quod imitatus Petrus dixit: Dominũ Iesum Christum ipsum sanctificate in cordibus vestris. Et Deut. 32. culpat Dominus Moysen per Aaron, quòd ipsum non sanctificassent inter filios Israel. Sic & Ezech. 36. dicuntur Israelitæ polluisse nomen Domini, vbi & nomen suum se sanctificaturũ Dominus, promittit. Polluerunt, inquit, nomẽ sanctum meum, cùm diceretur de eis: Populus Domini iste est & de terra eius egressi sunt. Et peperci, nomini sancto meo quod polluerat domus Israel in gentibus ad quas ingressi sunt. Ideirco dices domui Israel: Hoc dicit Dominus Deus: Non propter vos ego faciã domus Israel, sed propter nomẽ sanctum meũ, quod polluistis in gẽtibus ad quas introistis. Et sanctificabo nomẽ meũ magnum, quod pollutũ est inter gentes, quod polluistis in medio earum, vt sciant gentes quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis.

ADVENIAT REGNVM TVVM.] Et hic quoq; videndũ quomodo precemur aduenire vel venire (Nã Græce est ἐλθέτω, quod nõ est, adueniat sed veniat) Regnũ Dei, cũ Deus semper regnauerit in omnes à constitutione mundi, secundùm illud Psalmistæ: Regnũ tuum, regnum omniũ sæculorũ: & dominatio tua in omni generatione & generationẽ. Pro cuius planiori intellectu aduertendũ in scripturis de regno Dei quadrupliciter fieri mentionẽ. Primò enim eis fit sermo de regno Dei quatenus ipse dominum habet in omnes omnino creaturas, gubernans eas & conseruans, & de singulis disponens quod ei placitum fuerit, quomodo in prædicta sententia, aliisq; frequẽter locis de regno Dei loquitur Propheta. Quod Dei regnũ, cùm ab eo nulla creatura excipiatur, licebit appellare regnũ Dei generale vel vniuersale. Secundò verò est regnum Dei quoddam speciale, quo scilicet ab initio mũdi semper in quibusdã regnauit iustis, & quo per priorẽ Christi in hunc mundum aduentum, cœpit palam regnare in vniuersis gentibus: quæ per fidei obedientiam sese subiecerunt spõte Deo, agnoscentes illum pro suo rege & domino. Atque hoc quidem est regnum quod cõtrarium est regno diaboli, qui prius in vniuerso mundo regnauit: contrarium item regno peccati, quod prius in singulorũ penè hominum corporibus regnauit, tyrannidem sæuam exercẽs. Dicitur autem rectè huiusmodi regnum, spirituale, quòd in spiritu inuisibiliter peragatur per Christum sua morte diabolum superantẽ, & suo spiritu in terras & in corda hominum misso idola destruentem, peccati regnum perdentẽ, & ad superandum omnes contrarias regno Dei potestates, vires præbentem. Tertiò, regnum Dei dicitur, quo iam in cœlis cum sanctis spiritibus & iustorũ animis fœliciter regnat, sine omni inimicorum contrarietate, quod rectè vocatur regnum Dei beatum. Et quarto, in scripturis frequens fit sermo de regno Dei, quo noua quadam ratione regnare incipiet in secũdo Domini aduẽtu, quo iudicaturus est viuos & mortuos, quãdo sublata morte, ac omni principatu siue hominum, siue malignorum spirituũ in terris ablato, separatisq; omnibus qui ad regnum suum beatum pertinent à reprobis, subiectisq; omnibus inimicis Dei & sanctorum, solus Deus cum suis iam perfectè beatis perfectissimo regnabit regno, nullis existentibus in regno eius scandalis, nullo existente qui regno desit, aut cui quicquã in fœlicissimo illo regno desit. Quod proinde dei regnũ vocari potest, regnum perfectissimum. In præsenti ergò loco cùm iubemur precari vt veniat regnum Dei, certum est non accipi primo modo, sed debet accipi aliquo trium modorum sequentium. Nam quouis illorum triũ accipi potest. Sunt enim qui primo modo ex illis tribus accipiunt vt intelligamur precari, regnũ Dei venire in mũdo & in singulis nobis, hoc est, vt generaliter pro toto mũdo rogemus vt diabolus in mũdo regnare desistat, & vt in vnoquoq; nostrum regnet Deus per gratiam suam, ne regnet peccatũ in mortali nostro corpore. Alij verò secundo modo accipiunt, vt intelligamur precari, venire nobis regnum Dei, hoc est, vt contingat nobis post hanc mortalẽ vitam peruenire ad regnũ Dei beatũ, quomodo saluator præcipit, vt primùm quæramus regnum Dei. Et rursum alij accipiunt tertio modo, vt intelligamur precari, vt destructo penitus regno diaboli, destructa morte atq; peccato, omniq; principatu ac regno terrestri sublato, citò veniat regnum illud Dei perfectissimũ, quo perfectè beati regnabunt cum Deo omnes filii eius. Atq; hoc tertio modo intelligunt istam petitionem Augu. & Chrysost quẽ sequitur Theophy. Secundo modo videtur intellexisse Cyprianus, primo verò modo intellexerunt Ambros. & Hierony. Sic etiam Caietanus, qui eã partẽ que in tertia petitione ponitur; *sicut in cœlo & in terra*, vult etiam referendam ad duas partes præcedentes; *sanctificetur nomen tuum*; &: *Adueniat regnum tuum*. Et quidem tertio potius modo esse accipiẽdum videtur, de eo scilicet regno de quo quæsierunt discipuli. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? quod absolutè iubeat Dominus precari: *Adueniat regnum tuum*; cùm secundùm primum intelligẽdi modum opotteat intelligere, adueniat in nobis regnum tuum: secundùm secundum verò, *adueniat nobis regnum tuum*. Deinde si primo modo accipiatur hæc petitio, nõ erit diuersa aut non multum à præcedente *Sanctificetur nomen tuum*, aut sequente, *Fiat voluntas tua*, &c. Quanquam autem regnum illud Dei perfectissimum, quod incipiet & declarabitur in nouissimo Domini aduentu, definito tempore veniet siue velimus, siue nolimus, voluit tamen Dominus nos precari illius regni aduentum, vt (quemadmodum habet Augustinus ad Probam) desiderium nostrũ ad illud regnũ excitaremus, vt nobis veniat, & in eo regnare mereamur. Deinde hac precatione suos dominus admonere voluit, debere ipsos eius esse conuersationis, conscientiæ & fiducię, vt non formident regni Dei aduentum, sed confisi testimonio conscientiæ suæ & bonitati paternæ, securè illud expectent, non dubitantes se eius fore consortes. Grandis enim, ait Hieronym. est audaciæ & puræ conscientiæ, postulare regnum Dei, iudicium non timere. Itaque nemo dicere rectè potest, *Adueniat regnum tuum*, nisi qui contemptis rebus omnibus terrenis, ex animo desiderat, veluti bonus filius, patri in regno suo coniungi, quiq; fiduciam habet se illud consecuturum. Quo modo Paulus certè precari se per singulos dies significauit, cùm dixit: Nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum expectãtes, redemptionem corporis nostri. Qui verò ob imperfectionem nondum audet in hoc sensu precari *Aduenial regnum tuum*, illud

Regnum Dei quadruplex modis dicitur.

Psal. 144.

Isaiæ 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

precetur in primo vel secundo sensu, qui rectè A simul cum tertio, qui principalis videtur, intelliguntur à Domino hac petitione comprehensi, sicut etiam regnum Dei spirituale regnumq; beatum, inchoatio quædam est regni perfectissimi.

FIAT VOLVNTAS TVA SICVT, &c.] Et in hac etiã petitione videnda ũquomodo iubeamur petere vt fiat Dei voluntas, cùm scriptura diPsal. 113. Hesa. 13. Prou. 19. Isaiæ 49. cat: Omnia quæcunq; voluit, fecit. &, Nõ est qui possit resistere tuæ volũtati. Sic. Multæ cogitationes in corde viri: volũtas autẽ Domini in æternũ permanebit. Et: Cõsilium meũ stabit, & omnis voluntas mea fiet. Ex quibus scripturis sequitur Dei voluntatem semper impleri, vt frustra videamur precari B vt illa fiat. Proinde sciendũ scripturam sacram dupliciter loqui de Dei volũtate. Aliquando enim loquitur de volũtate Dei efficace, qna scilicet Deus absolutè & simpliciter disposuit quædã facere aut quædam finere fieri. Quæ voluntas Dei, vocari solet à Theologis voluntas beneplaciti, aut volũtas dispositionis. Atq; hæc est ea de qua prędictæ scripturæ & similes loquuntur. Quod enim dicitur: Omnia quæcũq; voluit fecit; hunc habet sensum Omnia quæcunq; voluit facere, fecit. Sic etiam ostenditur omnipotentissima Dei voluntas. Et cùm dicitur; nemo potest resistere tuæ volũtati, additur si decreueris saluare Israel. Aliquando verò loquitur de volũtate Dei optatiua, vel imperatiua, qualis Dei voluntas nõ semper impletur. Optatiua enim voluntas est, de qua dicitur: Deus omnes homines vult saluos fieri. &: Quoties voluit eõgregare filios tuos, & noluisti? Et ex cõtrario: Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Et patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitẽtiã reuerti. Imperatiua verò volũtas est, qua præscribit quæ sint hominibus facienda, vel nõ facieda. Sic etiam tertio licet ponere voluntatẽ Dei promissoriã & comminatoriã qua scilicet impiis comminatur se frequenter hęc
1. Tim. 2. Exod. 18 3. Pet. 2. vel illa mala illaturum, & cõmouetur ad inferendum, quæ tamẽ volũtas nõ semper impletur, Deo scilicet hominũ pœnitentia vel præcibus placato. Hæc autẽ triplex voluntas, nõ est accipienda quasi D sit actus aliquis in Deo existens, hoc est, quasi sit i Deo aliquod desideriũ, quod nõ impleatur, aut impetiũ & propositum, sed quemadmodum ira Deo tribuitur propter vindictã quæ in nobis irę est effectus, sic & voluntas huiusmodi Deo tribuitur, propter affectus quosdam ab eo procedentes, qui in nobis proueniunt ex desiderio, aut imperio, aut proposito alicuius rei faciendæ. Sic optare dicitur Deus omniũ salutem, quia multa facit ad omniũ salutem pertinẽtia; dum omnium menti inscribit legem naturalem, omnibusque præcipit prædicari E Euãgeliũ salutis & pro omniũ salute nos vult esse solicitos. Sic similiter & imperare dicitur, quia præscribit nobis quę facienda, & quæ non. Dicitur velle perdere hanc vel illam gentem, quam tamen postea non perdit, quia illi comminatur perditionem. Itaque huiusmodi voluntas Dei dicitur à Theologis voluntas signi, cuius voluntatis impletio consistit in libertate hominũ, qui dum huiusmodi Dei voluntatẽ non implẽt sæpe necessariò, siue velint, siue nolint, adimplẽt volũtatẽ Dei, quę beneplaciti aut dispositionis dicitur. Nũquam enim faciunt nisi quod Deus disposuit permittere & finere fieri. In proposito ergo dũ iubemur precari, vt fiat volũtas Dei, potissimũ sermo est de voluntate Dei imperatiua. Voluit enim nos precari, vt quod deus iussit aut consuluit nobis, id omnes obediendo præstarent. Intelligitur tamen etiam à pleriq; de voluntate beneplaciti, quam fieri precamur, dũ quid à deo precãtes solemus adiicere, Non mea volũtas, sed tua fiat, quomodo Christus orabat cùm calicis amaritudinem deprecaretur. Hic enim non est sermo de voluntate Dei imperatiua, sed dispositiua. Nã sensus est: fiat id quod disposuisti futurũ, aut fieri oportere. Precari autẽ vel potius optare vt hæc voluntas fiat, nihil aliud est quàm hominem suam voluntatem conformare & subiicere diuinæ voluntati. Sed de hac voluntate principaliter non esse intelligendam hanc tertiã petitionẽ satis patet ex eo quod additur, *sicut in cœlo & in terra*. Nã ea adiectione ostendit dominũ nos precari voluisse, vt quemadmodum in cœlis Angeli dei iussa integrè & alacriter perficiunt, ita & homines in terris ea exequerentur. Vnde Cyprianus: dicimus, inquit, *fiat voluntas tua*; non vt deus faciat quod vult, sed vt nos facere possimus quod deus vult. Nã deo quis obsistit quo minus quod velit faciat? de quacunq; tamen voluntate dei intelligatur hæc petitio, oportet semper hanc orationem *fiat voluntas tua*; intelligere phrasi Hebraica in scriptutis frequentissimè obuia, vt sit sensus: Fiat id quod vis. Nã propriè volũtas dei, cùm sit æterna; & ipsemet deus, non fit: ideo autem oramus vt fiat voluntas dei quia vt ea fiat à nobis, C opus est nobis gratia & protectione dei. Hanc ergo gratiæ diuinæ necessitatẽ hac profitemur petitione, deinde & abdicamus carnis, diaboli ac mũdi voluntatem, vt sit sensus: da vt à nobis fiat, non quod caro concupiscit, non quod diabolus suggerit, non quod mũdus suadet, sed quod tu vis à nobis fieri, cuius solius volũtas rectissima est & sanctissima. Non simpliciter orare nos dominus voluit vt fieret voluntas patris, sed sicut in cœlo & in terra, hoc est vt ab omnibus fiat in terris, sicut in cœlo nemo est qui diuinæ eius voluntati resistat; deinde, vt integrè fiat dei voluntas ac non quędam præcepta, quędã non: postremũ vt ex charitate alacriter & lubẽter Dei voluntas impleatur. Nec obstat quòd nunquã futurum sit vt sic in terris fiat Dei voluntas. Piorum enim est etiam ea desiderare quæ non futura sciunt, & tamẽ fieri debere sciunt. Deinde huiusmodi voto precamur, vt si non omnis inobedientia cesset in mundo patiis tamen benignitate fiat, vt minor sit inobedientia, & pauciores sint qui eius voluntati per inobedientiã resistant. Porto de obedientia cœlestiũ pulchrè & apertè cecinit Psalmista: Benedicite Domino omnes angeli eius potentes virtute, faciẽtes verbũ Psal. 102. illius ad audiendã vocẽ sermonũ eius. Benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius. Ad quem locum videri potest Dominus hic alluusisse. Hanc autẽ partem; *sicut in cœlo & in terra* (quæ simpliciter intellecta hunc habet sensum, vt dictũ est, sicut in cœlo fit ab Angelis, ita etiam in terra fiat ab hominibus) D. Cyprianus aliter mysticè intelligit duos afferẽs sensus: quorũ prior est vt per cœlum intelligatur spiritus noster, & per terram caro. Nam, inquit, cùm corpus è terra, & spiritũ possideamus è cœlo, ipsi terra & cœlũ sumus, & in vtroque, id est corpore & spiritu, vt Dei voluntas fiat oramus. Ex quo patet ipsum hanc orationem; *sicut in cœlo & in terra*; non accipere, vt sit sensus: sicut fit in cœlo ita

ita fiat in terra: sed hoc modo æquè & i cœlo & i A precemur, iuxta superiorem explicationem.
terra. Alter sẽsus est vt per cœlũ, iustitiã spirituales facti intelligantur: per terrã verò, impii & infideles adhuc terrena sapiẽtes, & intelligamur precari, vt quomodo, inquit Cyrillus, in cœlo, id est, in nobis per fidẽ nostram Dei volũtas facta est, vt essemus de cœlo: ita & in aliis nondũ credẽtibus fiat Dei voluntas, vt qui adhuc sunt prima natiuitate terreni, incipiãt esse cœlestes ex aqua & spiritu nati. Has interpretationes adfert, & Augustadiiciens & aliam, vt per cœlũ Christus intelligatur, per terrã Ecclesia. Sed prima intelligentia simplicior est, & plus habet põderis. Bene autẽ postquã precati sumus: *Adueniat regnum tuum*; subiicimus: *Fiat voluntas tua*, &c. tum quòd regnũ Dei nobis venire & contingere non possit, nisi hic interim B Dei adimpleamus volũtatem, tum vt moneamur hic cœlestẽ meditari conuersatiõem, dum adhuc non datur beato illo regno perfrui. Atq; etiam ob causam rectè hic additur; *sicut in cœlo*; quemadmodum pulchrè ãnotauit Chrysostomus, sic scribens: Vidẽsne optimã conuenientiã? Nã cùm desiderium imbuerit futurorũ, atq; ad perfectionem illa nos iusserit semper vrgeri, quamdiu tamen illuc non pergimus, etiã hic degentes iubet conuersationẽ cum cœli habitoribus habere communem. Nam desiderari quidem conuenit cœlos, & ea quæ habẽtur in cœlis, tamẽ & antequã superna illa præstetur habitatio, cœlum quodãmodo fieri iussitè terra, vs scilicet tales sint etiam dum degunt, ita & omnia faciant & loquantur, quasi prorsus cõuersentur in cœlo. Hæc ille. Et hactenus tribus petitionibus desiderãtur bona spiritualia, in quibus petẽdis quàm prudẽter verba ipsa Dominus moderatus est, obseruandũ certẽ. Non enim quẽadmodum in sequentibus dicit, *da nobis, dimitte nobis*, &c. ita etiã in istis dicitur: Sanctificetur in nobis. Adueniat nobis. Fiant in nobis vel à nobis, sed absolutè, *Sanctificetur, Adueniat, Fiat*: idq; tum vt generalior esset horũ bonorũ petio, tum ne in horum petitione nostrũ tãtum bonũ quærere videremur, & non potius ipsius Dei gloriã. Nam cùm dicimus *Adueniat regnum tuum*, &, *Fiat voluntas tua*, nostram quidem fœlicitatem & salutem desideramus, sed præterea etiã simul & Dei gloriã. Nec rursum dicitur, Da sanctificari nomẽ, D aduenire regnum tuũ, fieri voluntatẽ tuã, sed impersonaliter, *sanctificetur, adueniat, fiat*, quòd huiusmodi locutiones magis cõueniant optanti, desideriiq; vehementiam explicent. Est enim ferè ac si dicatur vtinam sanctificaretur, vtinã adueniret, vtinam fieret, vt bene annotauit D. Basilius' super Psalmum, Fructauit: annotãs imperatiuũ pro optatiuo in scripturis frequenter poni. Sanè si benè aduertam*, tres primę petitiones salubertimæ huius orationis sunt potius grati animi desideria quàm petitiones rerũ impetrandarũ, vt postquã procemio testati sumus Deibonitatẽ & omnipotentiã, trib. dende petitionibus testemur grati animi nostri erga Deũ affectum, optando ei & desiderãdo nominis eius sanctificationẽ, regni E eius dilatationẽ, & volũtatis eius adimpletionem, quæ omnia pertinẽt ad eius gloriam, quã solam ei optare possumus. Hæc tamẽ nõ præstãtur nisi singulari Dei gratia, & cedunt omnia in nostram vtilitatem. Itaq; dum hæc Deo optamus, etiam nostrum bonum precamur: ita vt nos spectãdo, dum hæc Deo grati optamus, verè etiam nostra bona

PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE.] Quoniam variè hæc petitio intelligitur, pro inueniẽdo certiore eius intellectu, sciendum imprimis pro *quotidianum* vel, vt Hieronymus vertit, *supersubstantiale*, Græcis esse ἐπιούσιον quæ dictio propriè Græcis non significat quotidianum, quomodo ante Hieronymum semper legerũt Latini, sed aliud quid significat, de quo non satis conuenit inter scriptores. Hieronymus enim putat hanc dictionem Græcis idem significare quod περιούσιον, qua dictione Septuaginta aliquoties vruntur, pro qua apud Hebræos est סגלה Segulla, quod Symmachus vertit, ἐξαίρετον, id est, eximiũ & præcipuum, quanquam alicubi verterit peculiare, quod significat περιούσιον. Itaque Hieronymus ἐπιούσιον verrendum putat supersubstãtialem, ab ἐπὶ super, & οὐσία, substãtia: vt panis supersubstãtialis sit, qui est super omnes substantias, & vniuersas superat creaturas: nimirum is de quo Dominus in Euangelio, Ego sum panis viuus qui de cælo descẽdi. Secundum hãc enim acceptionẽ idem erit ἐπιούσιον & περιούσιον, id est; panis supersubstantialis & peculiaris. Eandẽ vocabuli Græci explicationẽ reddit & Ambros. lib. de sacramẽtis quinto. sic scribẽs. Panem quidem dixit, sed ἐπιούσιον, hoc est, supersubstãtialem. Non iste panis est qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ qui animæ nostræ substantiã fulcit. Ideo Græcè ἐπιούσιον dicitur. Addit autẽ eo loco C Ambrosius, dictionẽ Græcam ἐπιούσιον, significare Græcis etiam aduenientẽ, quia ἐπιοῦσαν ἡμέραν, dicunt diem aduenientem, hoc est crastinam, quomodo accipitur apud Lucam, in Actis Apostol. cap. 7. Atque ratione huius significationis, dicit. Ambrosius Latinum interpretem vertisse, quotidianum. Cum hac etiam Græcæ dictionis significationecõsentit quod dicit Hieronymus, se repẽrisse in Euangelio quod appellatur secundum Hebræos pro ἐπιούσιον, מחר Marchar, hoc est, crastinũ quam intelligentiam maximè probat quidam, vt sit sensus: Panem nostrum crastinum da nobis hodie, hoc est, quemadmodum patres terreni prospiciunt filiis suis panem quo corpus alatur etiamin posterum diem: ita tu nobis prospice panẽ, cœlestem animi cibũ. Nec enim putat in hac precatione tam cœlesti Christum de pane corporali locutum, quẽ à suis parentibus accipiunt & Ethnici. Secundum hanc autem vocabuli ἐπιούσιος acceptionem, qua dicitur significare aduenientem vel crastinum, non dariuatur hæc dictio ab ἔειμι, & à verbo εἶμι quod est sum, sed ab altero εἶμι quod est eo, vnde dicitur ἐπείμι, id est, accedo, & aoristus secũdus ἐπῆλθον, & in fœminino, ἐπιοῦσα, vnde ἐπιοῦσα ἡμέρα, dies aduenies, vel crastinus. Verùm si victum crastinum dominus hic petendum doceret, pugnantia doceret; cùm paulo post vetet incrastinum suos esse solicitos. Et tamẽ verisimile est eos qui verterunt quotidianum, hãc significationem secutos, vt annotat D. Ambrosius, vt intellexerint significari panem aduenientem vel aduentitium, hoc est, qui semper nobis aduenire debet ideóque verterint, quotidianum, hoc est, quem non sufficit semel sumpsisse, sed qui in hac tem- poris vicissitudine quotidie nobis est necessarius. Quoniam tamen huiusmodi nomina in ενος, nõ solent deriuari à participiis fœmininis, ideo magis verisimile est nomen ἐπιουσιος, quo hic Euangelista

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelista vtitur,deriuari ab οὐσία,id est, substantia, vnde deriuantur & illa, περούσιος & ὁμόσιος, ac similia.Nec tamen necesse est distinctionem hanc significare idem quod supersubstantialis, sed accipi rectius potest vt omissa præpositione, super, tantùm sit idem quod subsătialis vel essentialis, vt sit ἐπιούσιος,quasi τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἀρκούσῃ,id est,substantiæ nostræ congruens,aut ad substantiam nostram pertinens. Atq; hoc modo accepisse Theophylactum, patet ex eius commentario.Nam explicaturus quis dicatur ἄρτος ἐπιούσιος, Panem, inquit,dicit, qui substantiæ & constitutioni nostræ sufficit. Vnde satis patet eum non accepisse hanc dictionem,vt valeat idem quod supersupersubstă tiale,id est, id quod est supra omnes substantias, sed simpliciter idem quod substantiale & essentiale.Sic & D. Basilius in quæstionibus compendio explicatis quæst. 252. ἄρτον ἐπιούσιον, exponit eum qui ad quotidianam vitam essentiæ siue naturæ nostræ necessarius est. Eundem certè sensum habet nostra lectio,dum legimus, quotidianum.Panem enim quotidianum vocamus, qui quotidie nobis ad vitæ sustentationem est necessarius.Vnde rectius dici puto, *Panem nostrum quotidianum*, quàm, *Panem nostrum supersubstantialem*, &, vtroque rectius, *Panem nostrum essentialem vel substantialem*,nisi quòd interpres magis indicauit vtendum vocabulo magis trito.Nam substantialis aut essentialis,non ita sunt vsitata Latinis vocabula.Potest autem οὐσία,vnde deriuatur ἐπιούσιος, etiam accipi non vt significet essentiam aut naturam, sed opes, facultates & victum, quemadmodum accipitur Lucæ 15. vbi nos legimus, portionem substantiæ:vt ἐπιούσιος, sit substantialis, hoc est, ad substantiam hominis & victum pertinens.Inquirendum deinceps, de quo pane potissimum hæc petitio sit intelligenda. Itaque Augustinus inquirens, an accipienda sit de pane quo corpus alitur, an de sacramento corporis Christi,an de spirituali cibo, qui est verbum Dei & doctrina euangelica,tădà concludit potius debere accipi tertio modo, pro cibo illo spirituali animæ,quo quotidie opus habet,& quo quotidie pascitur per meditationem & operationem mandatorum Dei. Non enim rectè posse accipi pro pane corporali,quòd iubeat Dominus ne soliciti simus quid edamus aut bibamus.Quod autem oramus,pro eo sanè demonstramus nos esse solicitos. Nec rursum accipi posse pro sacramẽto corporis Christi:quòd si hic panis vocetur à Domino quotidianus,cõsequens erit eum ab hominibus Christianis quotidie sumẽdum esse,cùm tamẽ etiã Augustini tempore orientales illum non quotidie sumerẽt,idque sine reprehensione Episcoporum & Ecclesiæ.Cyprianus tamen de vtroque posteriori pane interpretatur hanc petitionem. Et primum quidem interpretatur de sacramento corporis domini,quod tunc à fidelibus quotidie frequentabatur,quemadmodũ & Augustini & Ambrosii tempore in occidẽte. Quod etsi hodie non sumatur sacramentaliter ab omnibus fidelibus, rectè tamẽ etiam iam panis quotidianus dicitur,quod quotidie ab Ecclesia omnium fidelium nomine frequẽtetur,quod etiam omnes boni fideles singulis diebus sibi saltẽ spiritualiter illud dari meritò petere debeant.Dari,inquam,ne, quemadmodum plerique illud indignè sumant,non accipiẽtes illud de manu Domini, & ne peccare aliquo intercedente

A te separati à corpore Domini vitæ sint expertes, cũ Dominus dixerit: Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis,& biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.Et quidem bene ac propriè hic panis noster dicitur,quia,panis est filiorum,non communis nobis cum impiis & infidelibus.Deinde verò Cyprianus & aliam ponit interpretationem.qua simpliciter hæc petitio intelligitur de pane corporali, de quo potissimũ videtur omnino cum Chrysostomo intelligenda. Nã si intelligatur de pane illo spirituali,de quo Augustinus,& post eum Caietanus,& quidam volunt intelligi,iam hæc petitio eadem est, vel saltem apertè includitur in præcedente: *Fiat voluntas tua.* B Spiritualis enim animæ cibus nobis,est facere volũtatẽ Dei patris:sicut Christus de se dicit:Meus cibus est,vt faciam voluntatem patris mei,qui est in cœlis. Deinde orantes spiritualem animæ cibũ potius dicere debemus:Da nobis in æternũ,quã, *da nobis hodie*,sicut Domino differenti de pane cœlesti,dixerunt quidam:Domine, semper da nobis panem hunc. Quòd autem non possit intelligi Dominus hic potissimum locutus de pane corporis sui,non solùm cõuincit argumẽt um Augustini superius positum,sed etiam multò magis quod cùm hæc Dominus suos doceret orare,panis nõdum erat institutus, nec de eo quicquam vel Apostoli ipsi cogitabant.Nec obest argumentum Au- C gustini quo minus intelligatur de pane corporali. Non enim prohibetur à Domino omnis *solicitudo* cibi,sed solicitudo mundana & carnalis, non autem pia illa quã in oratione nostram necessitatem à Deo subleuari precamur, quæ solicitudo propriè non est solicitudo. Nec rursum indecens est hac oratione quemlibet cœlesti,victum corporis necessariũ petere,quemadmodũ vult quidam, cum cœlestis pater non ducat se indignũ illum nobis supped itare,imò postulet eius solicitudinẽ sibi committi.Magna denique pietatis portio est,victũ D corporis solida fide à cœlesti patre orare cùm videamus tam multis solam ventris solicitudinem obstaculo esse,quo minus Christum verè sequantur:vnde priscos sanctos nequaquam puduit vitę huiꝰ necessaria enixè à Deo petere,vbi vel ex precatione Iacob,Genes.28.& Salomonis,3. Reg.8. &Prouerb.penult.patet.Ergo per ἄρτον τὸν ἐπιούσιον hic rectissimè intelligemus panem corpori sustentando necessarium,quomodo etiam intelligit Augustinus in Epistola ad Probam 121. Bene autem Panem iam nobis necessarium, quotidianum dicimus, ad distinctionem panis quem in cœlis semel sumemus nunquam iterandum, vt qui semel sumptus,sic perpetuò saturabit, vt nullum homo defectum patiatur.Nomine autem panis phrasi Hebraica intelligitur quicquid ad victum pertinet. Hic verò sub nomine isto etiam significatur & comprehenditur quicquid præsenti vitæ necessarium est,siue in victu, siue in vestitu. Sed adhuc est quod huic intelligentię videtur obesse. Nam si de pane corporali est sermo, videtur hæc oratio non posse conuenire omnibus Christianis, etiam bonis,vt non illis qui iam habent paratum sibi cibum,non solùm hodiernum,sed etiam crastinum,& multorum dierum; imò & annorũ. Nõ enim illis conuenit dicere: *Da nobis hodie*, cùm stultè petatur quod iam possidetur. Deinde non poterit hęc oratio cuiuis Christiano,quantumuis in diem viuenti,omni tempore conuenire,vt non

Ioan. 6.

Ioan. 4.

Ioan. 6.

E

tempore

tempore vespertino,cùm iam ad necessitatem refectus est. Ad quæ primum quidem dici potest, illud hodie,posse accipi quemadmodum interpretatur Augustinus pro tota hac temporali vita,quo modo interpretatur Apostolus ad Hebræos in illo Psalmistæ:Hodie si vocem eius audieritis: dicens quãdiu dicitur hodie.Cui intelligentiæ consentit quod in Luca pro hodie,quidam Græci codices teste quodam habent κατ' ἡμέραν,id est, quotidie:vt sit sensus:Panem nostrum essentialem da nobis quotidie.Sic enim hæc petitio satis cõueniet omnibus quouis etiam tempore. Verùm per hoc quod iussit Dominus nos orare:*Da nobis hodie*; videtur omnino Dominus solicitudinem crastini nobis voluisse excutere, & id voluisse exigere, quod apertè postea exigit, dicens:Nolite solici- B ti esse in crastinum, crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi, sufficit diei malitia sua. Quare non potest hic,*hodie*,accipi pro quotidie, & tote tempore vitæ huius,vt etiam crastinum,& dies sequẽtes includat.Proinde dicendum, Dominum dum nos in oratione dicere voluit, *da nobis hodie*, non quidem significare voluisse,non licere Christiano habere aliquid vltra cibum hodiernum,sed perfectionis Christianæ esse vltra illum non requirere alium, & in diem viuere: omnes autem debere esse tales, vt mundana crastini victus solicitudo abs sit, & vt singulis diebus ad patrem pro quotidiano cibo recurrant,cogitãtes illum semper homines pascere, & nisi illo singulis diebus dante, non posse nos viuere etiam de his quæ iam habemus. Vnde D. Augustinus in quodam sermone:Quando dicis;, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*; profiteris te mendicum Dei. Sed noli erubescere,quantumliber quis sit diues in terra, mendicus Dei est.Stat mendicus ante domum diuitis, sed & ipse diues stat ante domum magni diuitis. Petitur ab illo,& petit.Si non egeret, aures Dei oratione non pulsaret.Et quid eget diues? Audeo dicere:ipso pane quotidiano eget diues. Quare enim abundãt illi omnia?Vnde nisi quia Deus dedit?quid habebit,si Deus subtrahat manum suam? Nónne multi dormierunt diuites, & surrexerunt pauperes?Et quod illi non deest, misericordię Dei D est,non potentiæ ipsius.Hæc ille. Deinde intelligendum,quemadmodum docet Chrysostomus in secunda expositione,non solùm ideo nos orare panem nostrum dari nobis,vt habeamus quod manducemus,sed vt quod manducamus,de manu Dei accipiamus,hoc est, vt manducemus de iustè acquisitis,aut vt panis quem manducamus, sanctificatus accipiatur,ita vt etsi salubris corpori ad seruiendum spiritui,sine peccato sumatur.Nec necesse est dicere hanc orationem, quo ad partes ipsius: singulas,sic esse à Domino traditam, vt omni hora diei voluerit eam conuenire Christianis, sed E demonstrare eum voluisse quid singulis diebus, cùm est opportunitas,precandum sit. Cùm autem conuenire volumus hanc petitionẽ omnibus diei horis,quomodo hanc orationem passim Christiani quauis hora dicimus,licet illud,*hodie*, accipere pro quotidie & pro tota temporali hac vita,quam quã etiam singulis horis aliquid nobis ad vitam hanc sustentandam sit necessarium.vt merito semper dicere debeamus, *da nobis hodie panem*, id est quod huic vitæ est necessaria. Dormituris etiam custodia est necessaria. Animaduertendum autem quod Christus etiam orare nos vult panẽ

A nostrum & quotidianum,vel essentialem.Et quidem per nostrum significare voluit eum qui ex Dei institutione nobis cõperit, vt secernatur noster panis à cibo reliquorum animaliũ. Aut etiam per nostrum,alienum cibum resecare voluit, quẽ manducat qui ex acquisitis per iniustitiam manducat, & qui omnino in ocio viuunt. Vnde Pau- 2. Thes. 3 lus hortatur Thessalonicenses,vt in silentio operantes panem suum manducent. Per quotidianũ verò vel essentialem panem,resecare voluit luxuriosos & superfluos cibos,volens nos quotidiano & parabili cibo, qui ad sustentandam naturæ essentiam sufficit,esse contentos.Hac ergo petitione vide quàm multa docemur, panem scilicet à Deo requirere,sed sine solicitudine crastini, nec nisi naturæ necessarium & facilè parabilem: deinde non nisi nostrum prætereà vt quem habeamus panem,de manu Domini sanctificatum salubriter accipiamus.Porro quanquam, vt dictum est, primò& principaliter de pane corporali Dominus in hac petitione sit locutus,rectè tamen per anagogem factam à pane corporali ad spiritualẽ, sub his verbis etiam precamur panẽ spiritualem,cùm veri simile sit,Dominum eius panis desiderium, etiam ex consequenti significare voluisse.Nã dum docuit nos petere panẽ corpori necessarium, tãto magis significauit etiam desiderandum panem spiritualem,quanto magis quærenda vita spiritus quàm vita corporis. Etenim & panis spiritualis quotidie nobis petendus est à Deo in hac miseria, C in qua non sufficit semel refectum esse spiritualiter,sed sicut nos semper nõ solùm corpore, verũ etiam spiritu deficere contingit: ita ad virium restaurationem noua & subinde repetita refectione opus est per verbum Dei;atque Eucharistiæ,aliorumq;sacramentorum sumptionem:vnde & hęc rectè nomine panis quotidiani veniunt,ad distinctionem panis illius quem sine iteratione sumemus in cœlo. Est autem panis mentis spiritualis potissimum ipse Christus homo factus eiusq; incarnatio atque passio, sine quibus fide participatis,nullum Dei verbum,nec ipsa Eucharistia mentem verè satis pascit & nutrit.

D ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA,SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIB.&c.]Postquam orare docuit pro bonis,orare etiã docet pro malis:& primum quidem pro malis præteritis quæ cõmittimus: deinde & pro malis quibus vel detinemur, vel occupamur,timemus,præsentibus scilicet vel futuris. Sunt autem varia nostra debita.Nam est debitum gratiarum actionis,debitum obedientiæ, debitũ dilectionis:Verùm dum docemur hic orare remissionẽ debitorum nostrorum,per debita, peccata intelligũtur, sic dicta,eo quod hominẽ apud Deum debitorem pœnæ vltionis, aut impetrandæ gratiæ constituant. Vnde Lucas pro ἁμαρτήματα, id est,debita,posuit ἁμαρτίας:id est peccata.Est autem hæc locutio frequens apud Christum: vt peccata debita vocet: vt in parabola conferni, Matth. 18.& in parabola duorum debitorum. Lucæ 7. & cùm debitores appellauit eos qui erant extincti ruina turris, quando dixit: putatis quod ipsi debitores fuerint præter omnes homines? proinde cùm dicitur: *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*:non exigit potissimum pecuniam dimittere debitoribus: sed quęcunque in nos alius peccauerit. Porro quod in oratione quotidiana docet

Universidad de Deusto
Biblioteca

docet orare; *Et dimitte nobis debita nostra*; de A duobus nos instruit, videlicet vt cogitemus nos semper esse peccatores, nec sine peccato in hac vita quenquam viuere cõtra Pelaginos & vt quotidianam & indeficientem patris indulgentiã secure speremus, ac post baptismũ peccatorum nos posse confidamus consequi remissionem. Non enim nisi baptizatorum & fidelium est hęc oratio, quibus solis competit Deum vocare patrem suũ. Itaque hac petitione Dominus salubriter nos memores esse voluit & nostræ infirmitatis, ne efferamur: & paternæ misericordiæ, ne vnquam desperemus. Per hoc autem quod adiecit: *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. & significare voluit rationem qua maximè possimus Dei indul- B gentiam obtinere, & charitatis fraternæ necessitatem nobis commendare, dum nos orantes peccatorum nostrorum remissionem hac conditione constrinxit vt sic nobis debitum dimitti postulemus, sicut ipsi dimittimus debitoribus nostris, id est, his qui in nos peccauerunt. Quoniam enim sciebat Dominus nec vitam nostram coram Deo posse carere offensionibus, nec conuersationem fidelium inter se, semper nos precari voluit peccatorum remissionem, sed ea lege qua aliis remittimus peccata, vt mutuis offensionibus, quæ quotidie incidunt, fraterna charitas, qua maximè Deus delectatur, non corrũperetur, nec vnquã in ignoscẽdo aliis fatigaretur, qui quotidie sua à Deo hac lege ignosci peteret. Liquet ergo quàm grauiter C peccẽt qui hac oratione apud Deum vtuntur, nec tamẽ debitoribus suis dimittere volunt in se commissa. Non enim solùm in mendacii crimen corã Deo incidunt, sed etiam suæ cõdemnationis fiunt pronunciatores, apertè significantes iustè sibi à Deo nõ remitti sua peccata. Et certè vt saluberrima nobis & vtilissima fraternæ charitati seruãdæ est hic à Domino apposita conditio, ita & æquissima est. Nihil enim iniquius & impudentius esse potest quam optimi patris deprecari vindictã, in quem multa magna delinquimus, cùm ipse non nisi beneficiis nos semper afficiat, & tamen leuẽ offẽsam in fratre nolle remittere, in quem & nos D subinde peccamus, vt hic sit positus mutuę veniæ permutatio quam ignoscẽtia. Duplicienim nomine par est nos fratri ignoscere, si velimus Deũ nobis ignoscere, tum scilicet quòd minor sit fratris offensa quæuis in nos quàm nostra in Deum: tũ quòd illius etiam indulgentia nos vicissim quandoque indigeamus. Hic certè obseruandũ, quòd cùm omnia vitia studiosè cauere debeamus, maximè odium fraternum nobis vitãdũ est, vtpote per quod singulariter id perditur, vnde & pro cæteris delictis veniam accepturi eramus. Vnde Augustinus in quodam sermone super orationẽ dominicam: Si quid aliis sensibus, aliis cupiditati peccaueras, hinc erat tanandũ, quia dicturus eras E *Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus*. Qui te instigat vt videaris, perdet tibi quod dicturus eras *sicut & nos dimittimus*. Illo perdito, cuncta tenebuntur, omnino nihil dimittitur. Hæc ille. Portò quod dicitur; *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, non sic intelligendum, quasi satis sit nõ dimittere debitoribus nostris, cùm ab eis rogamur, sicut nõ Deum pro remissione rogamus. Nam etiam antequã rogemur, dimittere nos ex animo debere debitoribus nostris, docet illud Marc. 11. Cùm stabitis ad orãdũ, dimittite si quid habetis aduersus aliquẽ, vt & pater vester qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. Proinde cautè legẽdus D. Augustin. in Enchrid. c. 73. sic scribens: Quia hoc tam magnum bonum (scilicet diligere inimicum) tantæ multitudinis non est, quantum credimus exaudiri, cùm in oratiõe Dominica dicitur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: procul dubio verba sponsionis huius implentur, si homo, qui nondum ita profecit vt diligat inimicum, tamen quãdo rogatur ab homine qui peccauit in eum, vt ei dimittat: dimittit ex corde, quia etiã sibi rogãti vult vtiq; dimitti, cùm orat & dicit; *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, id est sic dimitte nobis debita nostra rogãtibus nobis, sicut & nos dimittimus rogantibus debitoribus nostris. Intelligendus est enim Augustinus de exteriori remissionis significatione, quemadmodum secundùm Thomam in Summa loquitur de exterioris dilectionis signo, aut speciali dilectione inimicorũ. Certè in commentario super sermone Domini in monte, disputãs num satis sit dimittere rogãtibus, tandem eõcludit; quapropter fatendum est, omnia peccata dimittenda esse q̃ in nos admittuntur; si volumus nobis à patre dimitti quæ admisimus. Est autem dimittere debitoribus, ex corde iniuriam illatam remittere, sic vt pro ea nõ cupiamus ex ira aliqua vindictam illis inferre, aut ab alio, etiam ab ipso Deo, inferri. Dicimus, ex ira aliqua. Nam aliquando fraterna charitas aut ordo iustitiæ requirit vt vindicta inferatur aut requiratur: maximè à prælatis & iudicibus. Rursum & illud annotandũ, aduerbium *sicut*: non denotare hic omnimodam similitudinem. Neq; enim petimus æqualẽ misericordiam Dei cum ea quam fratri exhibemus, sed longè maiorem, cùm frequenter imperfecta satisfit dilectio qua fratri ignoscimus. Denotat ergo tãtũ, sicut, hic simplicem similitudinẽ, videlicet vt & nos nostris debitoribus dimittamus, & Deus nobis, nõ autem æquali dilectione. Quẽsensum indicat satis quod postea explicãs Dominus subicit: *Si enim dimiseritis hominibus*, &c. Et quod Lucas habet: *Dimitte nobis peccata, siquidem & nos dimittimus omni debenti nobis*. Annotandũ præterea, quòd per debita hoc loco non proprie intelliguntur pœnæ peccatis cõmissis debitæ, cùm, vt prius dictũ est, pro debitis peccata posuerit Lucas, tamen dupliciter dimittuntur nobis peccata, videlicet vel secũdùm culpam, veletiam secundùm reatum pœnæ post remissionem culpæ permanentẽ: quo vtroq; modo intellexisse Augustinum hãc petitionẽ patet ex his quæ scribit in Enchiri. cap. 71. Delet, inquit, omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illaà quibus vita fidelium etiam scelerate gesta, sed pœnitẽdo in melius mutata, discedit. Dum enim dicit delere illa peccata à quibus discedit vita iam in melius mutata, omnino videtur loqui de dimissione nõ tã quo ad culpam, quàm quo ad pœnæ reatum. Et proinde in hac petitione etiam includitur sensus illorum qui per debita volunt intelligi pœnam peccato debitam.

ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM. SED LIBERA NOS A MALO. AMEN.] Pro, *inducas*, Augustinus legit *inferas*, annotans tamen quosdam codices habere, *in duas*, ac dictionem Græcam εἰσενέγκῃς vtrunque significare, quæ tamen magis significat inferre quàm

quàm inducere. Nam inducitur in aliquid etiam A vsuuenit. Et quidem quod ad propositum spectat, duplex est tentatio, quædam scilicet per prosperitates & voluptates propositas, alia per aduersitates & afflictiones. Per vtraque enim hęc probatur qualis sit homo, sed alio fine per hæc tẽtat Deus, alio fine diabolus. Deus enim per illa tẽtat, tantùm vt homo sibi aliisque innotescat, diabol⁹ verò eo fine vt in peccatum hominem pertrahat: similiter mundus & caro tentat quæ sunt diaboli ministri. Itaque tentatio, dum consideratur eo fine facta quo procedit à Deo, bona est, in scripturis commendata, nec viro iusto simpliciter deprecanda. Quatenus verò consideratur cum eo fine quo procedit à diabolo, mala est, & omnino deprecanda. Præterea sciendum, secundùm Augustinum, non doceri nos hic à Christo precari ne tentamur, sed ne à tentatione superemur. Aliud enim est secundùm Augustinum tentari, aliud induci in tentationem, quod secundum eum est, vinci à tentatione, idque consentiendo vel cedendo. Consentiendo, dum tentamur per suggestionem voluptatum: cedendo, dum tentamur per immissionem afflictionum. Cùm ergo, inquit ad Probam, dicimus: *Ne nos inducas in tentationem*, admonemur hoc petere ne deserti eius adiutorio; alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. Ex commentariis autem Chrysostomi & Cypriani patet satis eos intellexisse his verbis nos iussos precari etiam vt ne Deus sinat nobis tentationem obuenire, & non solùm vt ne sinat nos à tentatione superari. Quæ quidem intelligẽtia simplicitor est, & scripturæ magis consentiens. Nam cùm dicitur in psalmis: Induxisti nos in laqueum, *Psal. 56.* posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra, inductum fuisse in laqueum, nõ est superatum iam fuisse à malis, sed simpliciter incidisse in mala, quemadmodũ satis patet ex his quæ sequuntur. Ita etiam iubemur precari ne nos Deus inducat in tentationem, hoc est, ne sinat nos incidere in tentationem, aut tentationem nobis obuenire, idque ideo secundùm Chrysostomum & Cyprianum orare iubemur, vt memores simus nostræ infirmitatis, nec de nobis ipsis confidentes nos tentationibus ingeramus. Quamuis enim dum incidimus in tẽtationes, viriliter contrà stando sit, imò cæ secundùm doctrinam Iacobi pro gaudio ducendæ sint, tamen *Iacobi 1.* quamdiu ineas nondũ incidimus, rectè memores nostræ imbecillitatis eas deprecamur. Proinde vt perfectus & integer habeatur huius petitionis intellectus, conueniens fuerit vtramque expositionem, nẽpe Augustini & Chrysostomi, simul comprehendere, vt dum dicimus: *Ne nos inducas*, &c. intelligamus nos precari, ne Deus sinat nos incidere in tentationem, aut ne iam tentatione occupatos sinat ab ea superari. Vtroque enim modo inducimur in tentationem. Ducimur enim in eã, cùm illa primùm nobis immittitur, ducimur dein de in eã magis ac magis, cùm illa totos nos occupat superando & perdendo. Bene autẽ iubemur precari, *Ne nos inducas* (quod tamen scripturæ more debet accipi, pro, ne sinas nos induci, nam propriè Deus in neutram tentationem prædictam inducit, considerando eam vt est sollicitatiua ad peccatum, quomodo de ea hic est sermo) vt intelligamus aduersarium nihil contra nos posse, nisi Deus ante permiserit, ac proinde omnis nostet timor & deuotio conuertatur ad Deum, vt pulchrè

quàm inducere. Nam inducitur in aliquid etiam vsuuenit. Et quidem quod ad propositum spectat, duplex est tentatio, quædam scilicet per prosperitates & voluptates propositas, alia per aduersitates & afflictiones. Per vtraque enim hęc probatur qualis sit homo, sed alio fine per hæc tẽtat Deus, alio fine diabolus. Deus enim per illa tẽtat, tantùm vt homo sibi aliisque innotescat, diabol⁹ verò eo fine vt in peccatum hominem pertrahat: similiter mundus & caro tentat quæ sunt diaboli ministri. Itaque tentatio, dum consideratur eo fine facta quo procedit à Deo, bona est, in scripturis commendata, nec viro iusto simpliciter deprecanda. Quatenus verò consideratur cum eo fine quo procedit à diabolo, mala est, & omnino deprecanda. Præterea sciendum, secundùm Augustinum, non doceri nos hic à Christo precari ne tentamur, sed ne à tentatione superemur. Aliud enim est secundùm Augustinum tentari, aliud induci in tentationem, quod secundum eum est, vinci à tentatione, idque consentiendo vel cedendo. Consentiendo, dum tentamur per suggestionem voluptatum: cedendo, dum tentamur per immissionem afflictionum. Cùm ergo, inquit ad Probam, dicimus: *Ne nos inducas in tentationem*, admonemur hoc petere ne deserti eius adiutorio; alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. Ex commentariis autem Chrysostomi & Cypriani patet satis eos intellexisse his verbis nos iussos precari etiam vt ne Deus sinat nobis tentationem obuenire, & non solùm vt ne sinat nos à tentatione superari. Quæ quidem intelligẽtia simplicitor est, & scripturæ magis consentiens. Nam cùm dicitur in psalmis: Induxisti nos in laqueum, *Psal. 56.* posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra, inductum fuisse in laqueum, nõ est superatum iam fuisse à malis, sed simpliciter incidisse in mala, quemadmodũ satis patet ex his quæ sequuntur. Ita etiam iubemur precari ne nos Deus inducat in tentationem, hoc est, ne sinat nos incidere in tentationem, aut tentationem nobis obuenire, idque ideo secundùm Chrysostomum & Cyprianum orare iubemur, vt memores simus nostræ infirmitatis, nec de nobis ipsis confidentes nos tentationibus ingeramus. Quamuis enim dum incidimus in tẽtationes, viriliter contrà stando sit, imò cæ secundùm doctrinam Iacobi pro gaudio ducendæ sint, tamen *Iacobi 1.* quamdiu ineas nondũ incidimus, rectè memores nostræ imbecillitatis eas deprecamur. Proinde vt perfectus & integer habeatur huius petitionis intellectus, conueniens fuerit vtramque expositionem, nẽpe Augustini & Chrysostomi, simul comprehendere, vt dum dicimus: *Ne nos inducas*, &c. intelligamus nos precari, ne Deus sinat nos incidere in tentationem, aut ne iam tentatione occupatos sinat ab ea superari. Vtroque enim modo inducimur in tentationem. Ducimur enim in eã, cùm illa primùm nobis immittitur, ducimur dein de in eã magis ac magis, cùm illa totos nos occupat superando & perdendo. Bene autẽ iubemur precari, *Ne nos inducas* (quod tamen scripturæ more debet accipi, pro, ne sinas nos induci, nam propriè Deus in neutram tentationem prædictam inducit, considerando eam vt est sollicitatiua ad peccatum, quomodo de ea hic est sermo) vt intelligamus aduersarium nihil contra nos posse, nisi Deus ante permiserit, ac proinde omnis nostet timor & deuotio conuertatur ad Deum, vt pulchrè

Quòd verò ait Dominus: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cœlestis*, non est intelligendum quasi ex his verbis pendeat remissio peccatorum, sed quia ex his verbis pendet remissio peccatorum quæ fit per orationem dominicam. Nam quæ fit per baptismum, non pendet ex his verbis, sed ex fide. Quòd autem ait: *Si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra*, non est intelligendum quasi ex his verbis pendeat remissio peccatorum, sed quia ex his verbis pendet remissio peccatorum quæ fit per orationem dominicam. Nam quæ fit per baptismum, non pendet ex his verbis, sed ex fide. Quòd autem ait: *Si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra*, non est intelligendum quasi ex his verbis pendeat remissio peccatorum, sed quia ex his verbis pendet remissio peccatorum quæ fit per orationem dominicam. Nam quæ fit per baptismum, non pendet ex his verbis, sed ex fide.

Universidad de Deusto
Biblioteca

annotat Cyprianus. Duorum ergo hæc verba nos commonefaciunt, videlicet & infirmitatis nostrę quæ metum nobis meritò incutere debet, & præter Deum nullum nobis metuendum, quantùmis nobis potentiorem, eiusque beneficium esse quicquid à diabolo non patimur, aut quicquid nó delinquimus. Potrò hanc precationem iussit Dominus discipulos suos specialiter orare, instante passionis suæ tępore, cùm dixit: Vigilate & orate vt non intretis in tentationé. Iam quod sequitur, *Libera nos à male*, quomodo sit intelligendum, ex præcedenti patet explicatione, cùm, vt dictum est, idem iam petatur affirmatiuè, quod prius negatiuè petitum est. Atque hæc videri potest ratio quare hæc omissa sit à Luca, quod scilicet in superioribus verbis includeretur. Itaque sicut duplici ter inducimur in tentationem, sic dupliciter liberamur à malo. Liberamur enim à malo, dum præseruamur ne in malum incidamus. Et rursum, dũ occupati à malo, eripimur ab illo vt ne nos superet & perdat. Potest autem hic ablatiuus *male*, accipi pro diabolo, quomodo accipit Chrysostomus, & suadet articulus Græc⁹ τοῦ πονηροῦ Diabolus enim per antonomasiam rectè malus singulariter dicitur, eo quod in extremo malitię positus sit, irreconciliabili odio nobis & Deo contrarius, à quibus tamen læsus nó est, atque vt ab hoc quidem singulariter liberemur, iubemur precari, vt erudiamur aduersus proximos non commoueri acerbius propter mala quę patimur ab eis, sed ab istis in illum trãsferre inimicitias quasi incuctorum caput & causam malorum, vt philosophatur doctè Chrysostomus. Aliter etiam rectè ablatiuus *male*, ad rem refertur, vt accipiatur pro re quę mala est, hoc est, malitia, qualis est occasio peccati, & afflictiones quęuis, quas docemur deprecari non simpliciter, sed quatenus mala quędam sunt, hoc est, impeditiua eius quod verè bonum est. Secundùm quem sensum hæc pars etiam explicat superiorem partem nimirum quòd tentationem non debeamus deprecari, nisi quaten⁹ mala est. Igitur cùm quinta petitione deprecati simus mala præterita, hac sexta & vltima petitione deprecamur præsentia simul & futura. Ex omnibus autem quæ hactenus pro explicatione orationis Dominicæ dicta sunt, potest hoc oratio paraphrastica enarratione sic dilucidari: Domine Deus qui cùm cœlos inhabites, omnibúsque creatis imperes, tamẽ ineffabili tua benignitate dignatus es noster & esse & dici pater, non tantum ratione creationis, ob quam omnium es hominum & Angelorũ pater, nec ea solùm ratione qua olim pater vocari voluisti Israeliticæ gentis, ob peculiarem nimirum eius gentis curam, & effusam tuam in eos benignitatem, sed multò magis ob cœlestem regenerationem, qua nos, prius ex communi patre terreno Adam infœliciter semel genitos, adoptasti in filios tuos, cœlestis tuę hæreditatis futuros participes nomen illud dignissimum quod vnigenito tuo filio prius proprium erat, per ipsum filium nobis te per fidem agnoscentibus communicans, ac spiritu tuo misso in cordibus nostris fiduciam suggerens, vt noua iam appellatione te patrem inuocemus, & illiberali illo seruitutis timore deposito, filiali tibi deinceps seruiamus reuerẽtia, nec præter te alium iam in terris solito more patrem spectemus, postquam cœpimus te patrem habere in cœlis, fraternaq; posthac nos mutuò prosequamur charitate, qui eundem sortiti sumus patrem, ac terrenis omnibus contemptis ad cœlestia mentes erigamus. vbi te verum patrem esse cognoscimus. Qui iam duplici nomine summè es nobis colendus, ac omni gloria & laude prosequendus. videlicet quod & pater noster sis, & in cœlis habitans veluti omnium Dominus. Qui rursum duplici hoc nomine fiduciam præbes quidnis àte impetrãdi, quod iuste & salubriter à te petitur, cùm nihil nó possis, pro tua omnipotentia: & nihil non nobis faueas, pro paterna tua in nos beneuolẽtia. En nos tua dignatione filij tui, fiducia bonitatis & potẽtiæ tuæ erecti, necnon & filij tui vnigeniti, salutari præcepto prouocati, concordibus votis (sic enim ille nos orare voluit omnis cõcordiæ auctor & magister, sic docuit acceptas tibi fore preces nostras, & apud te efficaces) paternã tuã inuocamus benignitatem. Et quoniam & tuæ dignitati paternæ, & nostræ filiali conditioni par est, vt ante omnia & in omnibus tuam vnius quæramus gloriã, tuique nominis celebritatem, imprimis optamus quod solũ tibi potest à nobis optari, vt nomẽ tuũ verè solum sanctissimũ, quod à pleriq; omnino ignoratur, à pleriſque etiã blasphematur, variisq; modis ignominia (quantũ in ipsis est) afficitur, dono tuæ gratiæ passim sanctum habeatur, ac sanctitate eius cognita colatur ac glorificetur, vt dignũ est. Tu enim vt solus natura sanctus es atque ab õni vitij corruptione alienissimus, ita solus es cui ab omnibus veneratio ac gloria deferri debet, quod etsi omnes tibi debeãt, nequaquam tamen præstare possint, nisi tua gratia & ad cognitionem sanctitatis tuæ proficiant, & ad dignam eius venerationem prouocentur. Vt autem nominis tui sanctitas apud omnes obtineatur precamur & illud, vt sicut tibi soli competit regnare, qui omniũ es Dominus: ita regnum tuum in hoc mundo adueniat, quo iam noua ratione per spiritum tuum regnes in cordibus omnium, destruens regnum peccati & diaboli, qui superbè contra te insurgẽs, occulti iudicij tui permissione totum hunc mũdum tyrannica sibi vsurpare potestate aus⁹ est. Ita autẽ iam regna per spiritum tuum in cordibus nostris, quãdiu mortale hoc corpus circumferimus vt illo deposito nobis contingat regnum illud tuum beatum, quo modò cũ sanctis spiritibus fœliciter regnas in cœlis. Veniat & tandem consummatissimum illud regnum tuum, quod secuti filiali iure expectamus, tecũ fœliciter ab omni malo liberi, in æternum regnaturi, quando destructa morte, exutóque sua potestate diabolo, omni denique tyranno principatu abolito, solus cum tuis regnabis, nullis relictis qui tuæ rebelles sint volũtati, quive regni tui tranquillitatem & fœlicitatẽ perturbẽt, ac nomen tuum non vel inuiti cogantur sanctum ac tremendum agnoscere. Consummatissimum enim illud tuum regnum omnibus votis optamus, non quòd præfinitum à te tẽpus anteuerti possit, sed quòd sanctificationẽ nominis tui, quæ tum passim obtinebit, desideremus: quódquenobis perfectam eam fœlicitatem, quæ tum sanctis tuis continget, optemus. Porrò quò prius quam regnũ illud tuum reueletur, hic interim sanctificetur nomen tuum, ac nos hic interim cœlesti regni imitemur conuersationem, sicq; tandem tui regni mereamur esse participes, da vt quemadmodum in cœlo omnes tuæ obtẽperant voluntati, facientes quicquid iusseris, & summa cũ alacritate exequẽtes: ita in terris à nobis hominibus fiat quicquid vis, hoc est, quicquid præcepisti nobis, qui nihil præcipere aut velle potes nisi quod æquissimum est & optimum, adeò vt ideò aliquid iustum sit & bonum, quod tua voluntas sic decreuerit. Dedisti quidem pater liberam nobis faciendi quæ iussisti voluntatis potestatem, verùm hæc nostro vitio ad eam recidit infirmitatem, vt ad amandam & exequendum, maximè constãter, ex integro atque alacriter tua præcepta, non sufficiat sibi, nisi tuæ gratiæ munere præueniatur & adiuuetur cõtinuè. Hæc sunt clementissime pater præcipua nostra vota, quibus quæ spiritualia sunt bõa, eóque ante omnia à nobis optanda, toto corde desideramus. Cæterùm cùm mortali nos corpore indueris, quod vt spiritui seruire possit, quotidianoeget alimento, tuque non spiritualium tãtũ, sed & corporalium bonorum omniũ sis author, & patris proprium officium sit filiis suis victum prospicere. Deinde cùm & volueris omnium temporaliũ necessitatum solicitudinem tibi nos cõmittere, da etiã nobis filiis tuis in hac caduca vita, quãdiu dicitur hodie, panem qui è tua constitutione nobis competit. Da saltem in hac nobis die, crastino enim die te rursum orabimus, qui nos per filium tuum docuisti non esse solicitos de crastino, sed veluti in diem viuere de tua prouida & potenti benignitate securos. Da autem quotidianum & essentialem panem, hoc est, facilè parabilem, & ad quotidianum victum substantiæ nostræ necessarium: neque enim cum filiis huius mundi exquisitum, superfluum, ac luxuriosum cibum requirimus, quibus vetitum est carnis curam facere in desideriis & concupiscentiis eius. Da pater hunc nobis panem, vt te donante, ex iniustitia non mãducemus panem alienum, & sanctificatum de manu tua, sine omni peccato accipiamus quem iustè parauimus, sine cuius etiam munere nó fit vt partus cibus nobis conseruetur, ita vt quoties cibum sumimus nouo munere à te nobis eum dari credamus. Cùm autem non caducam solùm hanc vitam viuamus, sed ad nouã, eámq; spiritualem tuo munere regenerati simus, multò magis à te spirituum patre flagitamus vt quotidie spirituale nobis panem, qui propriè noster est, vtpote nó communis infidelibus nobiscum, suppedites, fulciendæ animæ nostræ adeò necessarium per singulos dies, vt nisi illum quotidie dederis, qui solus dare potes, spiritus noster inopia panis deficiens, in te subsistere non valeat. Hic autem noster panis animæ substantiam fulciens, est doctrina tua Euangelica, præceptorum tuorum assidua meditatio & obseruatio, ac sacrosanctum filii tui corpus, in cibum tuis filiis relictum: quorum primũ quidem frustra nobis à doctoribus tuis proponitur, nisi tu per eos illum panem nobis dederis: secundũ quoque nõ nisi tuæ gratiæ dono assequi nobis datum est, & tertium si quis sumpserit, te non inuisibiliter illud porrigẽte, nihilo discedet vegetior quàm venerat. Porrò cùm vt bonorum omnium nobis es author, ita sis solus malorũ omnium, sine quibus à nobis in hac nõ viuitur vita, liberator: sicut hactenus optãda omnia bona à te postulauimus, ita & deprecanda omnia mala tuo munere à nobis auerti precamur. Et quidẽ imprimis ea deprecamur mala, quæ maximè mala sunt, quęq; certũ est nostra culpa iam nos incidisse, peccata scilicet quæ in te vel ignorantia, vel infirmitate humana, vel, quod absit, diabolica malitia commisimus, ireq; tuæ & vltioni nos constituentes obnoxios. Ea indulgentissime pater nobis filiis tuis clementer remitte, non imputans nobis ad punitionem & vltionem, eis secundum iustitiæ tuæ rigorem debitam, sicut & nos ipsi tuis mandatis obedientes remittimus iniuriam iis qui deliquerũt in nos. Non enim audemus alia conditione à te delictorum nostrorum quibus te offendimus, veniam postulare, quàm qua ipsi fratribus nostris in nos delinquentibus veniam dedimus. Impudentissima enim postulatio fuerit, si à te omnium Domino, in quem & multa & magna delinquimus, remissionem speraremus, cùm ipsi in cõseruos nostros, ac fratres, tuosq; filios ridigi remittere recusemus, & pauca & parua ab eis in nos commissa, in quos subìde & nos quoque peccamus, vt hic sit potius mutua veniæ permutatio quàm ignoscentia. Omnes autem oramus delictorum nostrorum remissionem, & quotidie oramus, quòd in multis quotidie offendamus omnes, nec sit qui gloriari possit mundum se esse ab omni peccato. Et tamen cùm fiducia id quotidie orare non dubitamus, quòd persuasi simus, paternam tuã misericordiam sic esse perpetuam, quomodo experimur ĩ nobis perpetuam esse miseram peccandi necessitatem, aut verius infirmitatẽ. Postremùm cùm mille nobis impendeant in hac vita peccandi occasiones, à carne, à mundo, & à diabolo, & nunc quidem prosperitate ac voluptatum suggestione nunc verò aduersitatibus & afflictionibus solicitemur ad peccatum, nec tamen fieri possit nisi te permittẽte, vt vel à quoquam tentemur, vel tentati superemur, precamur vt qua benignitate cõmissa peccata remittis, eadem etiam non patiaris nos tali tẽtatione oppugnari quæ ad peccatũ solicitet (hãc enim nostræ imbecillitatis conscij trepidè metuimus) aut iam tentatos tentationi succumbere, sic vt vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti, quin potius à malo quouis imminente nos libera, auertẽdo illud à nobis, ne veniat super nos, aut si occulto tuo iudicio malum aliquod nos occupauerit, sic nos ab eo libera, vt ab eo non deiiciamur superati, nõ sinens nos tentari supra id quod possumus, sed faciens cum tentatione fœlicẽ euẽtum, vt possimus sustinere. & malum ipsum superare. Malum autem id demũ ducimus, quod quouis modo nobis impedimẽto sit aduirtutẽ, & pœcati alicuius occasio sit, auocans nos à summi verique boni adhæsione & cõsecutione. Aquali quidem malo scimus nos in hac vita nõ posse omnino esse liberos, sed tamen vt quàm minimũ mali nos infestet precamur, cũ gemitu desiderãtes ad eam transferri vitam, in qua ab omni tentatione, omniq; malo liberi tecum fœliciter regnemus in secula seculorũ. Quæ cuncta benignissime pater, vt impleantur, ardentibus votis paternam tuã benignitatem rogamus. Amen.

Quòd autem in Græcis codicibus ante Amen, legitur: *Quoniam tuum est regnum, & potestas, & gloria in secula*, cùm à Hieronymo, Augustino, Ambrosio, & Cypriano lectũ non fuerit, apparet ex solenni consuetudine additũ à Græcis: sicut & salutationi Angelicæ quædã adiecerunt, videlicet, quia peperisti saluatorem animarum nostrarum.

SI ENIM DIMISERITIS HOMINIBVS PECCATA EORVM, DIMITTET ET VOBIS, &c.] Declarat Dominus quare re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

missionem peccatorum petendam docuerit, cum ea conditione, *sicut & nos dimittimus*, ostendens certè quantum desideret mutuam in nobis peccatorum eôdonationem, ad fraternæ charitatis conseruationem, & obtinendam peccatorum remissionem, plane necessariam, quod ex omnibus sententiis quibus nos orare præcepit, eam potissimũ commendandam & declarandam iudicauit, quæ pertinet ad remissionem peccatorum. Vnde Augustinus sermone quodam: Prætermissis omnibus petitionibus quas non docuit, illam maximè docuit, qua dicitur, *Dimitte nobis debita nostra*, &c. Non multum fuerant illa commendanda, in quibus si peccator est, vnde curetur agnoscat: commendanda cætera, in quibus si peccaueris, nõ est vnde sanetis. Est autem hæc ratio consequendę remissionis peccatorũ, & æquissima, vt prius dictũ est, ita vt nemo de ea conqueri possit, cũ quisque, iudicio quo iudicauerit, iudicetur à Deo, & simul est prõptissima, facillima, atque misericordissima, cùm in nostra potestate constituatur eôsequi peccatorum remissionẽ, idque à Deo quem grauius offendimus, quàm quisquam nos offẽdere possit. Porrò quòd dicitur pater cœlestis dimittatus, si nos dimiserimus proximis, intelligendum est, quemadmodum omnes aliæ similes promissiões, nisi quid aliud obsit. Non enim fornicario iniuriam aliis remittenti sua dimittentur peccata, quamdiu talis perseuerat, quamuis vetissimile sit & bene sperandum, talem aliquando à Deo obtinuriæ remissionem propter Deum factam, consecuturum misericordiam, vt respiscens peccatorũ suorum consequatur remissionẽ. atque ob id Dominus videtur iniuriæ condonationẽ singulariter promissionis huius priuilegio ornasse, quòd nulla sit alia ratio efficacior ad consequendum remissionem peccatorum à Deo, quàm si ipsi iniuriã alijs remiserimus ex animo: sicut contrà nihil æque obest ad remissionem consequendam, quàm ira & odij retentatio. Rursum quod dicitur: *Si vos dimiseritis, & pater vester dimittet*, non sic est accipiendũ, quasi nostra remissione mereamur Dei remissionem, cùm hæc sit gratuita. Nõ enim dicitur, Si vos dimiseritis, & pater vester dimittit, sed *dimittet*, cùm scilicet illum rogaueritis. Late autem & pulchrè hunc locum explicat Sapiens, sic scribẽs: Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluẽtur. Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem similem sibi nõ habet misericordiã, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationẽ petit à Deo? quis exorabit pro delictis illi°? In qua lectione nostræ literæ, præter alia in quibus non satis consentit cum Græcis, annotandum pro eo quoddicitur, Qui vindicari vult, rectius legi debere actiuè, qui vindicare vult. Est enim Græcis ἐκδικῶν id est, vindicans, vel is qui vindicat. Et pro, relinque, rectius verteretur, remitte. Est enim græcis ἄφες, idem verbum quod hic ponitur in oratione Dominica. Nec est in Græcis, nocenti te, sed ἀφὲς ἀδικήματα τῷ πλησίον, id est, remitte iniuriã proximo. Sed de his videre licet nostra in Ecclesiasticũ commentaria.

Sir. 28.

CVM AVTEM IEIVNATIS, NOLITE FIERI SICVT HYPOCRITAE TRISTES. EXTERMINANT, &c.] Eodẽ modo iã

A auocat ab ostentatione ieiunij, quomodo supra auocauit ab ostentatione eleemosynæ & orationis, recte doctrinam de oratione in medio tradẽs, quòd illa duas illas socias habere debet. eleemosynam & ieiunium. quas Augustinus in quodam sermone duas esse dicit alas oratiõis, quibus subuehitur in cœlum. Bona est enim, inquit Angelus Tobiæ, oratio cum ieiunio & eleemosyna. Hic autem primum notandum, quòd pro tristes, Græcis sit σκυθρωποι quod non tristitiam animi significat, sed tristitiam vultus, vt rectè verti possit, tetrici. Nõn enim fieri potest vt non sit tristis animo qui rectè ieiunat, cũ tristitiæ & memoris alicuius gratia ieiunium susciptatur vt in plurimum. Sed vetat Dominus ne tristitiam vultu præferamus, nec id tamen simpliciter, sed ne simus tristes vultu sicut hypocritæ, qui scilicet ea intentione tristitiam vultu præ se ferunt, vt cognoscant homines illos ieiunare, quos ideo Dominus hypocritas vocat, hoc est, simulatores, siue quòd tristitiã quã vultu præferunt, non habeant in animo: siue quòd velint videri carnis suæ castigatores, sobrii & casti, cùm suo ieiunio nihil intendant præter humanam laudem. Notandum secundò, quòd pro *exterminant*, (quod verbum Hieronymus in scripturis vitio interpretum tritum esse dicit, aliã habens significationem quam quæ ei propriè conuenit) hic Græcè est, ἀφανίζουσι quod est, corrumpunt, perdunt, vel, secundum Hieronymum, demoliuntur, atque in hac significatione ferè semper oportet in scripturis accipere verbum exterminare dum occurrit. Sensus ergo huius loci est, quod facies suas corrumpant & obscurent, hoc est, quod natiuum faciei colorem studiosè immutent, affectato scilicet pallore, ac vultus tristi seuentitate. Quod verò sequitur, *vt pareant hominibus ieiunantes*, id est, vt videantur hominibus ieiunare, (nam participium Græcorum more positũ est pro infinitiuo, sicut & posthea, *ne videaris hominibus ieiunans*) non sic est accipiendum, quasi vellent videri ieiunare cùm non ieiunent, sed quòd ieiunium suum omnibus cognitum esse velient. Vnde ad vitandam hanc amphibologiam quidam vertit, *quò conspicuum sit hominibus ipsos ieiunare*. Quòd si hypocritas vocat eos, qui cùm verè ieiunent, ieiunium suum conspicuũ esse volunt hominibus, quanto magis sunt hypocritæ: qui cùm non ieiunant, volunt tamẽ videri ieiunare? quales etiam suo tempore multos fuisse deplorat Chrysostomus. Quod autem subditur, *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua*, non sic est accipiendum, quasi vnctionem capitis & lotionẽ faciei præcipere velit Dominus ieiunanti: sed metaphorica est locutio, qua significare vult dissimulandum esse ieiuniũ. Mos enim Palæsthinæ terræ (vt notauit Hieronymus, & scripturæ vbique demonstrant) erat, vt qui lugerent, vnguentis & lotione abstinerent: contra verò qui lætiores erant, vngerentur, maximè in capite, & facies suas accuratè lauarent. Sic Dauid post ieiunium & luctum pro puero quem peperat Bethsabee, dicitur lotus & vnctus. Sic Ruth dictum est. Lauare & vngere, & induere vestimentis cultioribus. Et mulieri Thecuitidi dixit Ionadab: Lugere te simula, & induere veste lugubri: & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier plurimo iã tempore lugens mortuum. Igitur quoniam vnguentis delibuti & loti nihil minus quàm ieiunare &

Mos Palæsthinæ.

2. Reg. 12

Ruth. 3.

1. Reg. 14

A re, & lugere videtur, dissimulationem ieiunij per hæc Dominus significare voluit. Itaq; nõ tã quid litera significet obseruandum hic est, (quãuis ad literam obseruatum cautela sit vngere caput, & lauare faciem) quàm quid hoc loquẽdi modo Dominus significare intẽderit. Diuus Augustinus autẽ ad mysticum confugit hic tursus sensum, intelligens tunc nos vngere caput, cũ interius lętamur mẽte: quia vngere caput, ad lætitiam pertinet. Lauare autem faciem, quãdo simplici & mundo intentionis oculo ieiunamus, quia lauare faciem; ad mundiciem pertinet. Alij etiam vngere caput mystice intelligunt, per virtutum operationẽ, veluti per oleum quoddam spirituale, principale cordis nostri vngere & impinguare, vt annotauit Hieronymus. Aut oleo misericordiæ vngere & lętificare

Sensus mysticus.

B quodam velamine expanso.

caput nostrum Christum, qui clamat in Euangelio. Quod vni eximinimis meis fecistis, mihi fecistis: quẽ sensum ponit Chrysostomus in secunda expositione, & Gregorius in homilia, addẽs: Illud enim ieiuniũ Deus approbat, quod ante oculos eius manus eleemosynarum lauat. Basilius sermone primo de ieiunio: Vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Ad mysteria te vocat sermo. Qui vngitur, chrismate perfunditur: qui lauatur, ab luitur. Ad interiores partes assume legislationem. Ablue animam à peccatis, vnge caput chrismate, veloleo sancto, vt particeps sis Christi, & sic accede adieiunium. Ne demoliaris faciem tuam sicut hypocritę. Demolitur facies, cùm interior dispositio ficto habitu externo obscuratur, tecta mendacio veluti quodam velamine expanso.

Matt. 25

DOCET ABIICIENDAM CVRAM RERVM TERRENARUM. Matth. 6.

CAPVT XLII.

NOlite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, vbi neque ærugo neque tinea demolitur, & vbi fures nõ effodiunt, nec furãtur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuũ lucidũ erit. Si autẽ oculus tuus fuerit nequã, totũ corpus tuũ tenebrorũ erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quãtæ erunt? Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterũ diliget: aut vnũ sustinebit, & alterum contẽnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ quid mãducetis: neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt neque metũt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimento quid soliciti estis? Cõsiderate lilia agri quomodo crescũt, nõ laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primũ regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit ipsibipsi: sufficit diei malitia sua.

C.12. 86

C.11. 49

C.16. 95

C.12. 86

NOLITE THESAVRIZARE VOBIS THESAVROS IN TERRA, VBI AERVGO ET TINEA, &c.] Anocauit Dominus superiori capite à cupiditate laudis humanę, hoc verò capite, qb est secũda pars capitis sexti apud Matthæum, multis iisdẽq; mirè vrgentibus argumentis, auocat à cupiditate possessionum huius seculi, & solicitudine habendi, docens & in hac re quàm debeant suorum mores alieni esse à moribus Scribarum & Pharisæorum qui erant auari, atque à moribus vulgi passim superflua & cupiditate & solicitudine laborantis. Et conueniẽti sane ordine hæc doctrina superioribus subiicitur, non solùm quòd sicut superius, ita & hic mala cupiditas amputatur, sed etiam quod postquam dictum est de modo faciendi eleemosynam, commodè subiicitur exhortatio ad faciendum eleemosynam, idque post doctrinam de oratione & ieiunio, quæ sine eleemosyna apud Deum sunt inefficacia. Deinde quoniam in oratione Dominica iussimus quotidianum tantùm aut essentialem panemperere, idque hodiernum, rectè, velut in declarationem illius petitionis, subiungitur hæc doctrina, superfluam & cupiditatẽ & solicitudinẽ resecans. Superius quidem etiam ad rerum terrenarum contemptum inuitauit, cùm dixit: Ei qui vult tecũ in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium. Et qui aufert quętua

C

D

E

C sunt, ne repetas, & his similia. Sed illic illa præcepit propter misericordiam & dilectionem etiam inimicis exhibendam: hic verò ipsum per se stabiluit facultatum contemptum, ostendens non solùm contemnendas rerum terrenarum possessiones propter eos in quos fit misericordia, sed & propter nos ipsos, adeò vt etiamsi nemo fuerit lędens, nemo in iudicium pertrahens, nihilominus præsentia contemnamus, eaque indigentibus dispensemus. Ad quod vt mentes hominum eximularet, primũ pulchra, eáque efficaci antithesi vritur *Nolite* (inquit) *thesaurizare*, id est, ne reponatis vobis thesauros, &c. Quasi dicat. Si libet thesauros reponere, si animus est ditescere, agite, ostendam vobis quomodo id longè rectius assequamini quàm vulgus hominum studet. Non recõdite vobis thesauros in terra, perituros vtique, & variis obnoxios periculis, sed potius in cœlo, in æternum scilicet permansuros, atque ab omni periculo alienos. Efficacissima sanè est hæc persuasio, idque duplici nomine, quemadmodum doctè ostendit Chrysostomus. Primùm quòd terrenum thesaurum ostendat facilè patere noxæ: & propterea quia terrenus est, non posse nobis esse perpetuum: cœlestem verò, tutissimum esse: & propterea quòd cœlestis sit, nobis fore cùm cœli possessione perpetuum. Quis autem non omnibus modis mallet thesauros tutos & perpetuos, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

periculis obnoxios,& omnino aliquando amittendos? Secundò huius persuasionis efficacia in eo relucet, quòd inde Dominus ad eleemosynā cohortatur,vnde homines sibi metuentes ab eleemosyna maximè abstinent. Cùm enim homines metuant,ne per elargitiones eleemosynarum decoquatur & perdatur pecunia,hac ratione contrà docet,tum demum maximè eam nos recondere, ac tutam nobis seruare,cùm in eleemosyna distracta fuerit,imò non solùm nos conseruare thesaurum cùm in pauperes erogauerimus, sed etiam è contrario perdere nisi erogauerimus.Similis hortatio est apud Paulum. Diuitibus,inquit;huiusce culi præcipe,non sublime sapere,neque sperare inincerto diuitiarū,sed in Deo viuo,bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare,thesaurizare sibi fundamētum bonum in futurum,vt apprehendant veram vitam. Porrò thesaurizare thesauros in terra,non est solum eos in terra defossos recondere,sed quomodolibet terrenas facultates hic in mundo colligere,aut collectas apud se seruare. Thesaurizare autem thesauros in cœlo,est apud Deum cōparare & colligere futurorum præmiorum merita.Quod quidem speciatim fit per eleemosynarum largitionem,generaliter verò per quæuis opera bona, vt thesaurizare in cœlo,sit diuitem fieri in operibus bonis.Hic verò dum ad thesaurizādū in cœlo Dominus cohortatur, videtur specialiter de ea locutus thesaurizatione quæ per eleemosynas fit,vt patet ex eo quod cùm Lucę 12.similib. verbis ad thesaurizandū in cœlo cohortetur,præmittat de eleemosyna,dicēs:Vendite quæ possidetis, & date eleemosynā. Facite vobis sacculos qui nō veterascunt,thesaurum non deficientem incœlis, quò fur nō appropiat,neque tinea corrumpit. Sic & per eleemosynam thesaurizare docuit Tobias filium sum,dicens: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue:si exiguum tibi fuerit,etiā exiguum lubentur impartiri stude.Præmiū enim bonū tibi thesaurizas in die necessitatis.Et postea Angelus Tobiæ:Bona est,inquit, oratio cū ieiunio & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere. Idcóque & Psalmista deviro iusto dicit:Dispersit, dedit pauperibus,iustitia eius manet in seculum seculi.Et:Fœneratur Domino qui miseretur pauperis. Notandū autem,quod Dominus iudicatus incertitudinem terrenorumthesaurorum,tria ponat,secundùm tres diuersitates diuitiarū. Metalla enim ærugine, vestes tinea demoliuntur, Sunt autem alia,quæ neque ærugine,neque tinea timent,vt lapides pretiosi,& ideo ponit generale detrimentum,scilicet fures.Sciendū tamē quòd pro illo,ærugo & tinea demolitur,Græcè est σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει. Dictio autem σὴς non æruginem significat, sed tineā potius,vt ex omnibus illis locis patet,vbi nos in veteri testamento tineā legimus.Nam ibi Græca semper habent σὴς,& apertissimum idquidem est ex illo Ecclesiastici:De vestimentis procedit tinea, vbi Græcè est dictio σὴς.& ex illo Iacobi:Vestimenta vestra à tineis comesta sunt,vbi Græca habēt ἱμάτια σητόβρωτα. Dictio verò βρῶσις,significat propriè comesturā,vel comestionem.Vnde alia litera habet: *Vbi tinea & comestura exterminant*,quæ lectio est apud Cyprianum li.3.ad Quirinum,& in secunda expositione Chrysostomi,vbi locus iste sic explicatur:Omnia bona mundi triplex tollit interitus. Aut enim

1. Timot vltim.

Tobiæ 4.

Tobiæ 12.

Psal. 111.

Prou. 19.

Eccli. 42.

Iacobi 5.

à semetipsis veterascunt & tineant,sicut vesti mēte,aut ipsis dominis luxuriosè viuentibus comeduntur,aut ab extraneis,vel dolo,vel vi,vel calūniis,vel quolibet alio iniquo modo diripiūtur,qui omnes fures dicūtur, quia per iniquitatē festināt aliena facere sua. Quidam verò Græci sic distinguunt inter σὴς & βρῶσις vt σὴς sit vermis, qui vestib. aliisque possessionib. innascitur: βρῶσις verò putrefactio,qualis est rubigo,omnisq; similis corruptio rei ab ipsa re nata. Sed probabilissimū est quod indicat Theophylactus, vt σὴς referatur ad vestes,βρῶσις verò ad cibos. Sic em̄ ille distinguit, vt nos quidem legimus eū nobis versum: Ærugo & tinea corrumpunt cibos & vestes,fures autē aurum & argentum. Lucæ autem 12. solùm tineæ fit mentio,pro quo ibi ponitur σὴς.

B VBI ENIM EST THESAVRVS TVVS, IBI EST ET COR TVVM,&c.] Græcè non *thesaurus tuus*, nec,*cor tuum*, sed, *thesaurus vester*, &, *cor vestrum*. Nec habent Græca, *est cor tuum*, sed,*erit*,Atque sic legitur apud Lucam: *Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit*. Alterum hic iam Dominus argumentum profert,à thesaurizando in terra auocans,ad thesaurizandum verò in cœlo prouocans,quod argumentum petitum est à prouerbiali sententia, quales plūrimum semper veritatis obtinent & efficaciæ.Omnino enim videtur prouerbialis tunc fuisse sententia, quemadmodum & hodie est: *Vbi est thesaurus, ibi & cor*.Et quidem hac,sententię idem iam agit efficacius,quod prius egit ostensione dāni thesauri terreni,& lucri thesauri cœlestis,significans iam quòd etiāsi tutus permaneret in terra repositus thesaur⁹,nec illo tutior esset thesaurus cœlestis,non parvum tamen consequatur homo incommodum si thesaurizet in terra : magnū verò econtrariò bonū,si thesaurizet in cælo. Porrò cùm non totum quod intelligi Dominus voluit, verbis explicetur,potest argumentum totum explicari hoc modo : Meritò negligere debetis thesaurizandi in terra studiū,& contrà potius intēti esse studio thesaurizandi in cœlo,etiamsi quę diximus de securitate thesauri cœlestis,& periculis thesauri terreni,nō ita sese haberēt,eo quòd secūdùm verissimam sententiam prouerbij vice vulgò iactatam, *vbi est thesaurus vester, ibi & cor vestrum erit*,quare si in terra thesaurizaueritis,simul cum thesauro vestro cor vestrū fixū erit in terra, quo nihil potest esse vel iniquius,vel infœlicius. Quid enim iniquius & magis indignum,quàm mentē, quæ naturæ cœlestis est,terræ affixam esse,ac vos qui cœlestem habetis patrem,& ad cœlestia vocamini mente totos addictos caducis huius mundi rebus? Quid infœlicius,quàm diuinā hominis mētem tali subiectam esse seruituti & tyrannidi,vt terrenis rebus alligata nō possit ea exequi,quæ eius sunt propria,diuinis scilicet rebus intendere & occupari? Quòd si verò contrà in cœlo fuerit thesaurus vester,iam vobis etiamnū in terra corpore detentis,mēs vestra tota in cœlo erit,in quo vt iam mens vestra degat & fixa sit, mentis diuina conditio requirit,& vocatio vestra, si modò vestris promissorum cœlestium præmiorum aliquando esse participes.Et profecto,si nihil aliud, hoc vnum satis esse debebat ad eximendam nobis omnium rerum mundi cupiditatē, quòd animus (hūc enim per cor hic significat) qui Deo,æterno bono,oblectari debebat, prorsus alligetur nihili

huius seculi rebus.Quæ enim miseria,quódve tormentum simile,quàm si homo ita dementaretur, vt sciens humanos cibos salubriores & delicatiores,nō posset tamen nisi stercoribus vesci & oblectari?

LVCERNA CORPORIS TVI EST OCVLVS TVVS. SI OCVLVS TVVS FVERIT SIMPLEX.] Græcè non est *corporis tui*,& *oculus tuus*, sed absolutè, *Lucerna corporis est oculus*,quæ absoluta sententia plus habet gratię & dignitatis.Est enim sensus:Quod lucerna est in domo,hoc est oculus in corpore,non in tuo solùm,aut in meo:sed in quouis hominis aut animātis corpore.Ex qua generali sententia iam infertur singulare quod erat docendum;*Si ergo oculus tuus fuerit simplex*. Nam coniunctionem illatiuam,ergo,& Græca habent & Augustini lectio. Est autem totus hic Domini sermo parabolicus & metaphoricus,quo per conditionem oculi corporalis ostendit conditionem oculi spiritualis, hoc est,mentis:quare primùm videndū quomodo litera conueniat oculo corporali,ac deinde quomodo eadem illa applicāda sunt oculo spirituali. Nō enim quoniam Dominus oculum vocat simplicem & nequam,ideo non potest ad literam intelligi Dominus locutus de oculo corporali.vt quidam argumentantur.Nam etiamoculus corporalis rectè dicitur simplex,quia scilicet purus,vt exponit Hieronymus,nec habensadmixtionemalicuius humoris impedientis & perturbantis visū. Et quanquam Latina dictio,*nequā*,non bene conueniat oculo corporali,Græca tamen dictio πονηρὸς,id est,malus,peruersus,rectè dicitur de oculo corporali qui vitiatus est.Verum tamen est quòd Euāgelista illis sit vsus dictionibus quæ oculo spirituali magis conueniunt quā corporali,vt intelligeremus transitum debere fieri ab oculo corporis ad oculum mentis.Oculus ergo corporalis,est lucerna corporis totius,hoc est,fungitur vice lucernę,quia sicut lucerna lumen præbet volētibus quid agere,sine quo nihil rectè agere possent: ita oculus omnibus membris corporis veluti lumen præbet,vt possint singula suis ritè fungi officiis.Si ergo oculus corporis fuerit purus,totum corpus erit lucidum,quia vniuersa corporis membra ita illuminabuntur,vt possint singula rectè sua peragere officia.Si verò oculus fuerit vitiat⁹ & deprauatus,eius vitium cedet in totius corporis pernicium,quia omnia eius membra versabuntur in tenebris,hoc est,nullum clarè & nō impeditè suum munus obibit,sed veluti in tenebris totū corpus palpitabit & errabit. Porrò parabola hæc variè transfertur ad oculum mentis,propter quem certum est exemplū istud de oculo corporali Dominum attulisse.Chrysostomus enim per oculum intelligit mentem ipsam,quæ hoc est animæ,quòd oculus est corpori.Hæc si fuerit pura,erit etiā totum corpus lucidom,hoc est,etiā omnes vires & operationes hominis,erunt claræ,& à peccato purę.Si verò mens ipsa quæ reliquis viribus ex sese tenebrosis lumen præbere debet,quæq; omnium operationum est causa,fuerit vitiata,omnes animæ vires tenebrosæ erunt,quia nihil rectè agēt, omnésque operationes erūt tenebrosæ,quia tenebris peccatorum inuolutæ,& lumine rectæ rationis destitutæ. Iam quod sequitur, *Si ergo lumen quod in te est, &c.* hūc habet sensum: Si ergo mens quæ data est ad hoc vt animam totā illuminaret,

A fuerit tenebrosa,reliquæ animæ vires quæ ex sese sunt tenebrosæ,quàm iam erunt tenebrosæ totæ, hoc est,quàm multipliciter & grauiter omnino versabuntur in tenebris peccatorum! Hanc autē generalem doctrinam,quæ variis locis deseruire posset,Chrysostomus præcedētibus sic intelligit subiunctam,vt per eam demonstraretur quantū malum sit cothabere defixū in terra.Quoniam enim dixit: *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*;significans cor eorum defixum esse in terra qui thesaurizant in ea,ostendit deinceps ab externis rebus sumpta similitudine quantū hoc sit malum,nempe quòd mente,cupiditate rerum terrenarum quibus affixa est,corrupta & maculata, ac ob id claritate sui luminis destituta,omnes iā reliquæ hoīs vires efficiuntur magis tenebricosę, omnésque operationes peccatis magis inuoluuntur.Qui enim(vt habet Paulus)voluntdiuites fieri,incidunt in tentationem,& in laqueū diaboli, & desideria multa,inutilia & nociua,quę mergūt homines in interitum & perditionem.Secundùm Augustinum autem per oculum intelligitur intētio hominis,quæ si munda est & simplex, nihil quàm Deū respiciens,omnia opera nostra quæ secundùm eam operamur,clara sunt & lucida: si verò sordidata fuerit appetitu rerūtemporalium, tenebrosa erūt omnia opera nostra ;quantumuis in speciē lucida & bona,omnésque similiter animæ vires tenebris replebuntur.Secundùm quam intelligētiam hæc Saluatoris doctrina referri potest ad superiora,hoc modo,vt quoniam superius docuit thesauriandum in cœlo per eleemosynarum largitionem,iam doceat Dominus quod qui eleemosynas faciunt,cor debeant habere ad Deū, & simplici intentione eas facere.Sic enim hæc doctrina refertur ad superiora in 2.expositiōe Chrysostomi,quanquam etiam ibi per oculum mens intelligatur.Proinde intelligi etiam potest hęc doctrina referri & ad id quod imediate præcedit,secundùm eum modum qui supra ex Chrysostom ostensus est,& simul ad omnia quæ in 4.capit. Matthęi dicta sunt de modo & intētiōe eleemosynæ,orationis & ieiunij.Omnia autem hic concisè dicta sunt,multaque relicta sūt intellectui auditorum,siue quòd sic loqui magnā præ se ferat autoritatem dicentis,& soleat more audiētibus cogitationem mouere,aculeósque non vanos in mentibus illorum relinquere,siue quòd Euāgelistę breuiter perstringere voluerunt quæ à Domino apud vulgus dicta erant fusius.Non enim Euangelistæ conscribere instituerant singula Domini facta & dicta,sed breuem tantùm commentarium dictorum & factorū Domini,idque in multis miscellaneè,non seruato dictorum & factorum ordine. Cæterùm quòd hic dicitur; *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit*: non sic est intelligendum,quasi nihil erroris aut peccati sit in eo qui mentem habet puram,sed quòd nihil horum sit dominaturum ei, & absorbendū sit à predominante luce,quicquid adhuc remanet tenebrarum,ratione cuius Ephesiis scribens Paulus dicit,Eratis aliquando tenebrę,nunc autem luxin Domino.

1. Tim. 6.

Ephes. 5.

NEMO POTEST DVOBVS DOMINIS SERVIRE, AVT ENIM VNVM ODIO HABEBIT, ET, &c.] Iam tertio alio argumento, à diuitiarū studio auocat,superioribus etiam efficaciore,quo simul excludit cogitationem,qua quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

obuiam ire dictis posset. Cogitare enim quidam potérant,quid si & in cœlo & in terra thesaurizemus,sicque cot & in cœlo & in terra habeamus? sic enim videbimur non incidere in dãna tenebrarum. Huiusmodi ergo cogitationi his verbis apposite Dominus respondet,ostendens non posse animum in diuersa esse distractum,& simul ostendens quantum malum sit studium pecuniarum, & contrà quantum lucrum,illarum contemptus, eo quòd propter pecunias doceat nos ex Dei seruitute excidere,& indigno seruitutis iugo subiici, & contrà pecuniarum contẽptu tota illi nos mẽte & dilectione posse coniungi. Non autem statim apertè & nude dixit: *Non potestis Deo seruire & mammonæ*,sed priusquam illud inferret,generalem præmittit sententiam apud omnes vulgatam & receptam. Videtur enim etiam hæc sententia: *Nemo potest duobus dominis seruire*; desumpta à Domino e sententiis prouerbialibus apud vulgum receptis,& proinde non est specificã dum qui sint illi duo Domini, quibus nemo dicitur posse seruire,eósque esse Deum & mammonam,vt expressit diuus Augustinus. Generalis est enim sententia,ex qua cõcluditur quod erat ostẽdendum; *Non potestis Deo seruire & mammonæ*. Nec necesse est subintelligere aut addere dominis contrariis,eo quòd Dominus hanc sententiam assumpserit,vt vulgò iactabatur,qua significabatur,nõ facilè reperiri posse duos tã commodis moribus,támque voluntate vnanimes,vt idẽ seruus duobus possit satisfacere,& pari studio seruire. Itaque satis habuit Dominus hãc sententiã in vulgo veram esse,& vt in plurimũ aut semper sic vsuenire apud homines. porrò illud; *Aut enim vnum odio habebit*,&c. in quo videtur vnius & eiusdem esse repetitio,cùm satis fuisset dicere: aut enim vnum odio habebit,& alterum diliget, vt bene in telligatur,opottet per vnũ,in vtroque membro certum aliquem quem voles ex duobus intelligere demõstratum,& similiter per alterum intelligere vtrobique sécundũ ab eo quem mente concipimus demostratum per vnum. Ad quod significãdum vtriq; dictioni videtur apud Græcos additus articulus τὸν ἕνα, τὸν ἕτερον. Itaq; hic est sensus: Aut enim hunc odio habebit & alterum diliget: aut contra illum sustinebit, & alterum contemnet. Adeò autem fusè hæc à Domino sunt dicta, vt id cuius similitudinem explicant, animis auditorum magis infigeret. Aut secundùm Chrysostomum ideo vtramque hanc partẽ Dominus posuit, vt ostenderet facilem esse ad meliora mutationem. Ne enim quis diceret,semul sum seruitio pecuniarum subiugatus,ostendit non esse im possibile conuerti,& quemadmodum inde huc ventum est,ita hinc quoque illuc posse reuerti. Secundùm quosdam geminatio ista significat duplex seruitutis genus. Nam quidam seruiunt liberaliter & spontè,quidam seruiliter & coactè. Si ergo spontè seruiat,vnum D ominorum odio habebit,& alterum diliget. Si verò coactè,vnum sustinebit; & alterum contemnet. Augustinus verò vnum & vnum,ad mammonã referens: alterum & alterum verò ad Deum,sic explicat: Aut mammona odio habebit,& Deum diliget: aut mammona sustinebit, & Deum contemnet. Ideóque vult in secunda parte non esse dictum: aut vnum diliget, & alterum odio habebit,sed sustinebit & contemnet,quod durũ patiatur Dominum quis-

A quis seruit mammonæ,nec Deum quisquam prorsus odisse potest. Verùm,vt dictum est,hic sermo Domini generalis est,nõ explicandus de duobus aliquibus certis dominis. Deinde Pro illo; *vnum sustinebit*,aut,vt legit Augustinus, *vnum patietur*, Græcè est τοῦ ἑνὸς ἀνθέξεται, quod magis est, vni adhærebit. Nõ enim hic ponitur actiuum ἀντέχω quod sustineo significat,& tolero, sed deponens ἀντέχομαι, quod cum genetiuo constructũ signi
B ficat adhærere,vnde est τῶν βιβλίων ἐαντέχεσθαι, id est,libris adhærere & affixũ esse. Est ergo hic totius huius loci sensus. Scitis vulgò celebratũ adagium,ac experientia multa comprobatum,nemi nem posse duobus dominis rectè seruire,quodnõ facilè duo reperiantur moribus tam similibus & commodis,vt vtrique e quis satisfaciat,aut pari affectu sit addictus. Si enim sit e ui duo contingant Domini,is vel morum vel imperiorum diuersita te offensus,vel non sustinẽs affectum suum in vtrumque pari studio ferri,aut vnum eorum odio habebit,& alterum diliget: aut contrà illum amplectetur,ac sustinebit,& istum contemnet. Ita & scitote nõ posse vos,quantumuis id plerique fru straxonẽtur,deo simul & mammonę seruos esse, maximè cùm si nt hi duo domini inter se summè contrarij,& contraria planè iubẽtes,adeò vt qui vnum eorum diligit,alterum necessariò odio habeat: & contrà qui vnum eorum odio habet: alterum diligat. Proinde videte,quantum malum sit
C diuitiarũ studium,cùm & Dei seruitio vtis excludat,cui profectò supra omnes seruire, necessariũ pariter ac commodũ est vobis,& tam indigno vobis domino seruire compellat, ac grauissimam mammonæ tyrannidem subire. Videte vtrum dominum amplecti malitis,nam vtrique seruire nõ potestis. Est autem,mammona,dictio Chaldaica, significans idem quod Græcis πλοῦτος, hoc est, diuitiæ. Vnde & lingua Punica Mammon dicitur lucrũ,teste Augustino. Bene autẽ Dominus mãmonam veluti dominum quendam componit cũ Deo,tum vt indicaret studiũ huius esse verã seruitutem,tam indignam libera & generosa natura hominis,quàm ea dignior est mammona, re scilicet mortua,terrena,& cui homo dominari deberet: tum vt indicaret eos qui studio pecuniarũ oc
D cupantur,mammonam sibi pro Deo colere, quomodo & Paulus auaritiam vocat idolorum seruitutem. Non dixit autem Dominus: non potestis Deo placere & habere diuitias. Nihil enim vetat Christianũ habere diuitias,si eas habeat vt habuerunt Patriachæ,hoc est,si eis non seruiat,sed imperet,& dominetur. Seruit autem eis qui animum suum illis apponit,qui earum gratia facit fere quicquid facit, qui ab eis pendet,& fœlicitatẽ suam hinc sperat,qui cùm recta ratio dictat,nõ expẽdit eas in Dei gloriam,in suã & proximi vtilitatem,quiper fasac nefas congregat,nihil graue ducens,modò liceat lucrum facere.

E IDEO DICO VOBIS, NE SOLICITI SITIS ANIMAE VESTRAE, QVID MANDVCETIS, &c.] Ex his quæ superius dicta sunt de non thesaurizando in terra, & non seruiendo mammonæ, infert Dominus etiam solicitudinem rerum necessariarum abiciendam esse,obuians cogitationi quã iam auditis prædictis cogitare quispiam posset: Non est animus thesaurizare in terra,nec cor in terra fixum habere,sed nec seruire mammonæ,hoc est,

penitus me congerendæ pecuniæ addicere volo. Tantùm solicitus sum pro his quibus ad vitã sustentandam opus est. An etiam hic quicquam iniquè à me cõmittitur? Rursum etiam excludit præceptum necessitatis humanæ,quo plerique excusare solent auaritiæ suæ morbum, dicentes sese consulere fami & nuditati: illi,inquam cogitationi respondet. & hunc prętextum excludit, dum inferendo ex superioribus dicit: *Ideo dico vobis, ne solicits sitis*, &c. significans huiusmodi solicitudinem etiam cor in terra figere,& proinde lucernam mentis vitiare, pertinere etiam ad seruitutem mammonæ, ac proinde Dei puram seruitutem impedire. Sic ergo istud ex superioribus in- B fertur: Cùm cauendum sit,ne corde in terra defixo,oculus mentis corrumpatur,ac vni Deo sit seruiendum,non satis est non incumbere congerendis diuitiis,sed etiam excutere oportet vulgarem hanc hominum solicitudinem rerum ad victum & vestitum necessariarum,eo quòd & hæc cor hominis terrenis infigens,oculum mentis vitiet, ac obscuret,atque ad seruitutem mammonæ pertineat,vti eam plerique suæ auaritiæ prætextũ faciunt, & synceræ seruitutis Dei impedimentum præbeat. Obseruandum autem hic Dominum in principio quidem non intulisse hunc sermonem de excutiẽda solicitudine. Sic enim onerosus fuisset & importunus: sed priùs miseriam ac distentionem animi de pecuniæ amore nascẽtem ostendens: tum deinde intulit de abiicienda solicitudi- C ne sermonem,vt iam eisdem de causis quibus pecuniarum amor facilè cognoscitur esse perniciosus & noxius,etiam solicitudo necessariorum cognoscere tur esse mala. Cumque sciret Dominus solicitudinis morbum in omnium fere mentibus nimis hærere,non satis fuit ex superioribus inferre,nõ oportere nos esse solicitos,sed multis, idq; efficacibus argumentis prosequitur solicitudinis huius vanitatem,& indignitatem ostendere. Cum autem homo ex duabus sit compositus partibus, anima scilicet & corpore, & ob id duplex solicitudo homines teneat,eorum scilicet quæ ad animam in corpore sustentandam sunt necessaria,& D eorũ quæ sunt necessaria tegendo corpori,vtramque simul solicitudinẽ similibus resecat argumẽtis. Illud tamen quod dicit, *ne solicits sitis animæ vestræ quid manducetis*; non sic est accipiendum, quasi anima indigeat cibo ad suisustentationem, cùm sit incorporea,secundùm Chrysostomũ, cõmuni more hoc Dominus locutus est, quòd etsi anima alimentis non indigeat,tamen vt in corpore permaneat,alimentis indiget à corpore sũptis. Aut secundùm Augustinum,anima more scripturæ & phrasi Hebraica pro vita ponitur,quemad- E modum & illud; Qui amat animam suam,perdet eam. Porrò priusquam argumenta quibus Dominus vtitur,declarentur,videndum qualis solicitudo hic prohibeatur. Fuerunt enim olim hæretici quidam dicti Euchitæ,à precibus quibus instãter vacabant. qui teste Augustino de hæresibus, opinabantur,inducti his verbis Domini, non licere monacho sustentandæ vitæ suæ causa aliquid operari,quales fuisse quosdam monachos etiam tẽpore Augustini testatur libellus de operibus monachorum ab eo æditus. Quos male intellexisse hunc locum,nec omnem solicitudinem prohibitam esse,multæ docent scripturæ. Nam & Paulus manibus laborabat vt victum sibi & aliis pararet.

Ephes. 4. erant,laborarent operantes manibus, vt haberẽt vnde tribuerent necessitatem patiẽti. Et ad Gala- *Galat. 2.* tas dicit se solicitum fuisse,vt quod de prouisione pauperum qui erant in Hierusalem, Petrus,Iacobus & Ioannes ei commendauerãt,exequeretur. Itaque Diuus Augustinus & in secundo libro super sermonem Domini in monte,& libr. de operibus monachorum, vult hoc loco Dominũ eam prohibere solicitudinem, qua ideo quis Deo seruiret,vt quæ ad victum & vestitum pertinẽt, sibi compararet, veluti si quis Euangelium prædicaret eo fine,vt hinc victum sibi paret. Hoc est secundùm Augustinum, prohiberturtalis solicitudo, qua quis vitæ necessaria,veluti finem suarum omnium operationum præstitueret,& prius haberet victum & vestitum comparare, quàm regnũ Dei quærere. Verùm ex toto contextu patet non solùm hanc solicitudinem planè malam Dominum hic reprobare,nec rursum solùm solicitudinem superfluam,qua quis scilicet plus quàm necesse est, solicitus esset sibi comparare. Nam hanc satis resecauit suprà, dum præcepit non thesaurizare in terra. Sed omnem solicitudinem anxiam & timidam rerũ quamtumuis necessariarum. Solicitudo enim variis rationib. potest esse vituperabilis. Et primùm quidem si sit inordinata, videlicet si præpostero ordine pro quibusdam rebus simus solicit, vt si quis euangelizet propter parandum cibũ. Secundò,si sit superflua,vt si pro pluribus simus solicit,quàm necessitas vel honestas personæ postulauerit. Tertiò,si sit præoccupata,vt dumhodie de his simus solicit, quæ futuro tempore sunt curanda. Quartò,si sit anxia & timida, vt dum quis variis in seipso distrahitur cogitationib. de futuro operationum & laborum suorũ euentu, metuens anxiè ne non consequatur quod erit vitæ necessarium, aut quod expectat. Atque à duobus his postremis solicitudinis vitiis hic Dominus potissimum vult dehortari,& prius quidem ab anxietate solicitudinis,deinde verò etiam à solicitudine præoccupata,cùm subiicit: *Nolite ergo solicits esse in crastinum*. Huiusmodi enim solici- *Solicitudo anxia & præoccupata.* tudo anxia & præoccupata de rebus temporalibus,mala est,tum quòd declarat hominem destitutum esse debita fide diuinæ prouidentiæ, tum quòd terrenis rebus faciat animum hominis nimis esse addictum. Nec solùm anxia illa solicitudo vituperabilis est, dum in rebus temporalibus occupatur,sed etiam in rebus spiritualibus, cùm æquè tunc arguat diffidentiam diuinæ bonitatis. *Philip. 4.* Vnde Paulus huiusmodi anxietatem & timiditatem in omnibus rebus volens abesse,dicit: Nihil soliciti sitis,sed in omni oratione & obsecratione cùm gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et Petrus: Omnem, in- *1. Pet. vl.* quit,solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis Laudabilis autẽm *Laudabilis solicitudo diligẽtiæ.* est solicitudo,qua quis secundùm exigentiã rei quę curanda est, diligentiam adhibet perficiendi illud. Atque huiusmodi solicitudo ad distinctionem solicitudinis quæ hic & in Apostolorum sententiis superioribus prohibetur,rectè vocatur solicitudo diligentiæ, nec propriè est solicitudo dicenda,sed potius diligentia. Itaque laudabilis est etiam terrenarum rerum solicitudo,qua quis diligens est pro parandis ad vitam necessariis, operando manibus, sic tamen vt non plura quærat

Quæ soli citudo pro hibeatur.

Act. 20. 1. Thes. 2.

Quatuor de causis vituperatur solicitudo.

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm necesse est,aut non propostero ordine quæ A rat,sed vt habens vitæ necessaria,commode Deo & proximis seruire possit.Adhanc solicitudinem, aut potius sedulitatem,adhortatur Sapiens exemplo formicæ.Verùm sicut maior diligentia adhibenda est in rebus spiritualibus quàm temporalibus,& rursum laudabilior est diligentia qua quis prospicit alienæ indigentiæ quàm propriæ: ita etiam huiusmodi solicitudinem scriptura magis commendat & præcipit.Hinc Paulus:Soliciti,in-
Ephes.4 quit, seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et se dicit solicitum fuisse,vt prospiceret pauperibus qui erant in Hierusalem. His tamen locis non est ea dictio,quæ hoc loco.sed verbum σπουδάζω,quod propriè significat studere & diligentem esse. Hic verò est μεριμνάω,quod propriè sig- B nificat corde anxium & distentum esse ob aliquam rem. Deriuatur enim τὸ μέριμνα ἀπὸ τοῦ μερίζειν τὸν νοῦν,aut ὁτι μέριδνα τὸν ὁ in μ.vnde verbū μεριμνάω. Vnde propriè significat internā illā cogitationē circa varia distractā nō externā diligētiā quā σπουδάζω significat.Hinc in multis locis apud Paulū,vbi nos legimus,solicitudinē, vel solicitū,Græcè est σπουδὴ,& σπουδαῖος, vt cùm dicitur: Qui præest in solicitudine,Et eodem capite:Solicitudine non pigri.Et: Ecce secundùm Deum contristari vos quantā in vobis operatur solicitudinem.Et:Abundatis fide,spe,& sermone,& scientia,& omni solicitudine.Et eodem capite:Gratias ago Deo meo, qui dedit eandem so- C licitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam
Rom.12. exhortationem quidem suscepit,sed cùm esset so-
2.Cor.7 licitior,sua voluntate profectus est ad vos.Et rur-
2.Cor.8 sum.Misimus cum illis & fratrem nostrum,quem probauimus in multis sæpe solicitum fuisse,nunc autem multo solicitiorem. Et ad Heb.Cupimus vnumquemque vestrum eandem ostentare solicitudinem.Si & Lucæ 7.Rogabant eum solicitè; Græcè est σπουδαίως.& 2. Timoth.1. Solicitè me quæsiuit.σπουδαιότερον ἐξ.νως,studiosius quæsiuit me.Et cap 2 Solicitè cura teipsum probabilem exhibere,pro solicitè cura,Græcè est σπουδάζω.id est,studè & diligens sis.Semel tātùm,quod sciam, apud Paulum occurrit vocabulum μέριμνα in bonum,vt 2.Corinth. 1.Solicitudo omnium Ecclesiarum.Sic & verbum μεριμνάω in bonum accipitur,ad Philippenses 2.Neminem enim habeo tā vnanimem qui syncera affectione pro vobis solicitus sit.Vbi Græca habent,τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει. Correspondet autem solicitudo & μέριμνα,vt vitium notat & malitiam aliquam aut afflictionē animi,verbo Hebraico דאג Daag, quod ponitur Hierem.17.vbi legimus:In tempore siccitatis non erit solicitum.Et 42 Fames pro qua soliciti estis adhærebit vobis.Et Ezech.12.Panem suum in solicitudine comedent.

NONNE ANIMA PLVS EST QVAM ESCA, ET CORPVS PLVS QVAM VESTIMENTVM?] Solicitudo alicuius vana ostenditur ex duobus. Primò,si habet aliquem qui & paratus sit & sufficiat illi in omnibus prospicere, E quod rursum ex duobus colligitur,nimirum si is maiora præstiterit,quàm sint ea pro quibus solicitudo habetur,aut si is extraneis & minus dilectis ea submministret,de quibus ille solicitus est.Secundò,vana comprobatur solicitudo alicuius, dū de his quæ est solicitus quę in ipsius non sunt potestate,quæque solicitudine sua assequi non potest.Itaque Dominus his omnib⁹ argumētis auocat à solicitudine cibi & vestimenti. Et primùm quidem duobus argumentis ostendit nos habere qui & paratus sit & potens prospicere victum & vestimentum,priùs quidem ostendens, maiora Deum patrem nobis præstitisse. *Nónne*, inquit, *anima plus est quàm esca*, &c. quasi dicat, (est enim intellectio.) Si Deus nobis sine merito & labore nostro animam & corpus vltrò largitus est, an non etiam cibum & vestimentum largietur, quæ illis multo sunt minora,maximè cùm illa sic condiderit,vt istis indigeant Qui enim maiora præstitit,declarauit se & minora præstare & posse & velle.Qui animam & corpus esse dedit, vtique & ea dabit sine quibus illa voluit non posse D subsistere.Nisi enim voluisset conseruare quod erat,non creasset vt esset:quòd autem sic creauit vt per escam & tegumentum conservetur,necesse est vt det ei illa quamdiu vult esse quod fecit. Et hæc quidem ratio communis cibo & vestimento sumpta est à maiori.Sequens verò ratio cibo propria, sumitur à minori. Ostenditur enim etiam nobis Deum velle prospicere de cibo,quia illum largitur volatilibus cœli.In qua ratione cauendum ne intelligamus Dominum nos voluisse monere ne meteremus,neque seminaremus, neque congregaremus in horrea.cùm præceptum sit à Deo homini:In sudore vultus tui pasceris pane tuo.Sed intelligendū est Dominum voluisse, Genes.3 vt nos respiciendo ad Dei prouidentiam circa pastū auium,anxiamanimi solicitudinem exeuteremus,certò persuasi quòd cùm Deus illarum conditor,noster verò etiam pater, illas pascat citra illarū laborem,dum tantùm id faciunt ad quod naturæ instinctu impelluntur.etiam nos sit multo magis pasturus,dum id facimus quod ex eius voluntate & præcepto nobis incumbit,adeo vt si ex eius voluntate aliis melioribus operibus intenti simus,quàm iis quæ ad victum parandū directè ordinantur,qualia sunt serere & metere,metuere tamen non debeamus ne nobis non serentibus,nec congregantibus in horrea, desit vnde viuamus. Consistit autem vis huius argumenti non solùm in comparatione hominum ad aues, sed etiam in diuersa dispositione & relatione Dei ad vtrosque. quam indicat, cùm dicit: *Et pater vester cœlestis pascit ea.* Non enim dicit: Et Deus pascit ea, sed, *pater vester & cœlestis.* Cùm enim dicit,*& pater vester* significat Deum qui volatilia pascit,cùm illorum tantùm sit Dominus, non pater, multo magis nos. quorum etiam pater est,pasturum,cùm proprium patris officium sit, filiis alimenta prospicere. Cùm verò, *cœlestis*, dicit,id sanè rectè intelligitur significare,non putandum esse,patrem nostrum eo quòd cœlestis est, se indignum ducere temporalia & terrena nobis dispensare,cùm nec indignum se puter prouidentiam suam extendi ad volatilia.Simul etiam his verbis Dominus philosophorum commenta demolitur, qui negabant Dei prouidentiam in istis inferioribus metuentes ne diuina prouidentia violaretur, si ad hæc se inferiora demitteret,propter quod viderut Theologus appellasse Aristotelis parcam prouidentiam. Nullo autē argumento probat Deum pascere volatilia cœli, quòd id ex scripturis persuasū satis esset iis quibus loquebatur.Dauid enim dicit: Aperis tu manum tuam,& imples omne animal benedictione
psal.103
Et

Et rursum:Qui dat iumentis escam ipsorum,& A
Psa.146 pullis coruorum inuocātibus eum.Porrò auium potius quàm aliarum bestiarum mentionē facit, siue quòd hæc sint minima animalium,siue quòd omnium hæc maximè à solicitudine videtur libera,occupata ferè circa cantum,& velut obiter cibum sumentia.Fortè & ob id,vt nos transferat ad auium imitationem,etiam in eo,vt terrenis omnibus supergressi cælestia petamus. Tertiò verò Dominus ostendit vanitatem solicitudinis ex eiusdem inefficacia. *Quis* (inquit) *vestrum cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?* Vbi notandum,pro, *cogitando*, Græcis esse μεριμνῶν,id est,solicitus existens:participium enim est eius verbi quòd hic sæpevertitur per solicitū esse. B Essergo sensus.Quis vestrum anxia sua & solicita cogitatione,aut sua solicitudine potest adiicere,&c.Ex quibus verbis satis patet qualem solicitudinem hic Dominus improbet. Hanc autem rationem quam hac interrogatiõe Dominus vult insinuare,Augustinus refert ad sequentia, videlicet ad improbandum solicitudinem vestimentorum,vt sit sensus:Cùm vestra cura non sit factū, vt ad hanc staturā veniret corpus vestrum,quemadmodum ex eo patet,quod quantumuis intēdatis omnem solicitudinem,non possetis vel cubitum,vnum adiicere staturæ,illi relinquite curam tegendi corporis,cuius cura factum est vt esset tantæ staturæ.Verùm magis apparet hanc rationem pertinere ad superiora,vt quemadmodū su- C perius exemplo auium peculiariterà solicitudine cibi auocauit, ita & hic ratione propria à cibo auocet.Nam mox subiicit: *Et de vestimentis quid solliciti estis?* significans se, postquam dehortatus est à solicitudine cibi, velle & à solicitudine vestimentorum dehortari. Apud Lucam quoque ca. 12.vbi eadem,quæ hic,habentur,hæc tertia ratio sic ponitur,vt non possit referri nisi ad dehortationem solicitudinis cibi & vitæ conseruandæ. Perficitur enim hoc modo:Si ergo nec quod minimum est potestis,quid de cæteris soliciti estis? Vndè patet Dominum hic voluisse insinuare argumentum à minori.Non est autem minus soli- D citudine cubitum corpori adiicere, quam solicitudine vestire corpus,cùm istud fit quodammodo in hominis potestate,illud verò nullo modo. Sensus ergo à Domino intentus est iste. Vultis videre quàm non sit solùm impiæ diffidentiæ, sed etiam vanissimæ stultitiæ,discruciari cura rerum ad victum pertinentium? Quis est vestrum, qui quamuis magna solicitudine possit etiam vnum cubitum addere staturæ suæ?Cùm ergo nemo rē tam paruam possit sua solicitudine,frustra solliciti estis de victu & vitę vestræ conseruatione.Quare illi potius vitæ vestræ curā committite, qui sicut citra vestram solicitudinem corpus ad præstantiam magnitudinem perducit, ita quoque sine E illa prospiciet de victu,quo corpus augescit & roboratur,vitámque vestram ad præscriptum ab eo terminum perducet,sine cuius prouidentia tam est inanis omnis vester conatus & labor,pro vita conseruanda insumptus, quàm est inanis solicitudo augendi corpus,vltra mensuram à Deo conceſſam.Quanquam autem nec palmum nec digitum homo staturæ addere possit, tamen cubitum dicit,eo quòd propriè mensura staturæ sit
Euthymius in cō cubitus,vt annotauit quidam Græcus.Omnis enim homo suorum cubitorum quatuor habet in

mentatio super huius locum

latitudine,quatuor in altitudine.

ET DE VESTIMENTIS QVID SOLICITI ESTIS? CONSIDERATE LILIA AGRI.] Postquam monstrauit quòd nō oportet nos pro cibo esse solicitos,ad id quod leuius est pertransit,non enim ita necessarium est indumentum sicut cibus.Sicut autem prius exemplo quodam animalium auocauit à solicitudine cibi, ita & nunc etiam exemplo quodam à solicitudine vestimentorum.Non autem hic vtitur exemplo volucrum vt induceret pauum aut cygnum:sed potius exemplo florum,vt ex variis rebus exempla desumens,& viliora etiam proferens, in quibus Dei prouidentia relucet mitè,efficacius solicitudinē excuteret.Deinde,quia in floribus maximè spectatur pulchritudo quę illis loco vestimēti est. Liliorū autem inducit exemplum quòd hæc inter omnes flores singularem obtineant gratiā & decorem.Sed agri, adiecit, quòd hortensia lilia nonnihil debere videri poterant curæ humanæ, sicut & prius videri potest ideo dixisse de volatilibus cœli,vt distingueret ab altibus.Quum autem sit sermo de indumento,quomodo mentionem fecit de incremento, dicens, *quomodo crescunt?* Quia dictionem illam,*crescunt*, propter folia posuit,quæ horum vnicuique sunt indumentum.Est ergo sensus:videte quomodo lilia agri sine omni ipsorum solicitudine,sola Dei prouidentia crescendo in foliis decorem maximum assequuntur.Quod autem sequitur, *Non laborant neque nent*;rectè accipitur,vt prius propter viros sit dictum,secundum propter mulieres,vt vtrosque Dominus hoc exemplo cōfortet,vt sit sensus:Nō laborant,quemadmodum viri pro prosequendis vestibus:neque nent quemadmodum mulieres. Quibus verbis ostendit lilia libera esse ab omni solicitudine,deinde,adiungit quāta tamen sit eorum pulchritudo,qua veluti amiciuntur & vestiuntur, dicens: *Dico autem vobis*, quod rectius vertitur: *Dico tamen vobis*, vel, *attamen dico vobis.* Sic enim ingerit maiorem admirationem & comparationem immensæ & insuperabilis pulchritudinis,cum carentia omnis solicitudinis.Salomonis autem mentionem intulit,quòd is gloriosissimus omnium regum apud Iudæos fuerit, omnis pulchritudinis amator & studiosus inquisitor.vt testatur de seipso in Ecclesiaste.Dicit autem ad maiorem exaggerationem,in omni gloria sua,hoc est secundùm Chrysostomum,toto tempore regni sui,vt non solùm semel,atque iterum significetur Salomon superatus à florum decore, sed etiam tota quæ regnauit ætate.Et certè verissimè dictum est ipsum Salomonem non sic amictum fuisse sicut vnum liliorum,aut quorumuis florum.Reuera enim,inquit Hieronymus, quod sericū, quæ regum purpura, quæ pictura textrini cum potest floribus comparari?Quid ita rubet vt rosa?Quid ita candet vt lilium?Violæ verò purpuram nullo superari murice, oculorum magis quā sermonis iudicium est Nam,vt habet Chrysostomus,quantum distat à veritate mendacium, tantum illorum amictus,& horum florum discrimē interiacet.Porrò hæc comparatio gloriæ Salomonis cum pulchritudine florum nō solùm valet ad id quod Dominus hic agit, nempe ad excutiendam vestimentorum solicitudinem,sed etiam ad comprimendam hominum in vestitus elegantia superbiam.Quid enim in ea superbit homo,cùm

à vilissi

Universidad de Deusto
Biblioteca

à vilissimis floribus longè in decore superetur, à quibus etiã gloriosissimus Salomõ superatus est? Postquam autem Dominus maximam liliorũ pulchritudinem sine omni solicitudine partam ostendit, deinde ex ea pergit inferre vanitatem solicitudinis nostræ de parandis vestimentis. Idque vt efficacius faceret, vilitatem liliorum maximam cum summa illorum pulchritudine componit. Atque ob id quę priùs lilia vocauit, nunc fœnum agri vocat, hoc est, gramen vel herbam agri. Sic enim hic fœnum accipi debet, quemadmodum & aliàs sæpe in scripturis. Dictio enim Græca χόρτος, significat gramen, herbam & fœnum. Nec hac contentus appellatione, rursum etiam aliam addidit illis vilitatem, dicens: *quod hodie est*. Et non dixit, & cras non est, sed multò adhuc inferius & vilius; *Et cras* (inquit) *in clibanum mittitur*. Decorem quoque pulchritudinis ipsorum similiter amplificans, non dixit simpliciter, quòd Deus ea vestiat, sed quod sic vestiat. Nam dictio *sic*, hoc loco denotat incrementum pulchritudinis. Emphasim etiam non paruam habet quod dicit, idque interrogando; *quanto magis vos*. Pronomen enim, *vos*, hic est honoris demonstratiuum, quasi dicat: Longè magis vos vestiet, qui estis pretiosa eius possessio, propter quos totum mundũ & omnia quæ in eo sunt condidit, quos non creauit vt breui tantùm tempore subsisteretis more liliorum, sed vt in æternum cum ipso viuatis. Quod verò addit: *Modicæ fidei*, vel, vt habent Græca, ὀλιγόπιστοι hoc est, parum fidentes increpatiuũ est, quo ostendit vulgarem solitudinem nasci ex diffidentia diuinæ prouidentię intolerabili, vt sic obiurgatos confunderet, ac fidentiores faceret solicitudine excussa. Quemadmodum autem superius non ad hoc induxit de auibus quòd nõ seminẽt neque metant, vt doceret etiam nobis non seminãdum: sic & hic non ideo dixit de liliis quòd non laborent, neque nent, vt prohiberet laborare & nere, sed tãtùm vt ostẽdat Deum illa vestire & ornare suo decore, & vt significaret nobis ex Dei voluntate viuentibus, illius prouidentia non defore nobis vestitum necessariũ, etiamsi ad illud vitæ genus vocati fuerimus, quod non sinat nos pro vestitu parando laborare aut nere, quemadmodum qui ad euangelizandum vocantur: Obseruandũ autem in his exẽplis auium & florum, Christianæ philosophiæ & pietatis esse à creaturis desumere exempla, quibus stabiliantur quæ sunt huius philosophiæ, atq; hinc dicere Dei sapientiam, bonitatem, ac prouidentiã, & omnia id genus alia, quæ de Deo nos credere conuenit.

NOLITE ERGO SOLICITI ESSE DICENTES, QVID MANDVCABIMVS, &c.] Postquam Dominus multis argumentis ostendit Dei erga nos prouidentiam, nostræq; solicitudinis vanitatem, infert rursum quod prius proposuerat: sed iam paulus explicans naturam & conditionem solicitudinis à se prohibitæ, aliáque rursus adiiciens argumenta. Cùm enim dicit; *nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus*, satis significat, quam solicitudinem & curam prohibeat, videlicet timidam & anxiam, quæ huiusmodi cogitationibus, ceu continuis quibusdam æstibus, hominem exagitat: Quid edemus, aut quid bibemus &c. semper timorem suggerens ne ista aliquando desit. A quali solicitudine rursum duobus auocat argumentis. Primùm, quod trepidè & solicitè A requirere quæ ad victum & vestimẽtum pertinẽt: Ethnicorum sit, hominũ scilicet Deum ignorantium, quiq; cum meliora ac veriora bona ignorẽt, ista potissimum inquirent, à quorum moribus dissimilimos esse omnino conuenit eos qui in filios sunt adoptati, Dei cognitione iam donati, & ad cœlestia bona vocati. Sicut enim suprà cùm ad dilectionem inimicorum adhortaretur, Ethnicorũ diligentium diligentes se commemoratione, ad id quod erat perfectius incitauit: ita nunc quoq; eosdem adducit in medium, ostendens necessarium à nobis debitum se flagitare. Si enim nos etiam iustitiam Scribarum & Pharisæorum vincere debeamus, vt intremus in regnum cœlorum, qua pœna digni erimus si non solùm illos non vincimus, sed in gentium etiam vilitate permanemus? Secũdum argumentum ductum est à persona ineffabiliter benigni patris nostri cœlestis, cùm dicit: *Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis*. Quæ certè sentẽtia magnã habet energiam ad propulsandam solicitudinem necessariorũ. Nam ad hoc vt quisquam posita solicitudine totum se alicuius prouidentię cõmittat: nihil aliud requiritur, quàm vt certus sit de illius beneuolentia ac potestate, & scire illum suas necessitates. Porrò Dei in nos beneuolentiam significat, cùm patrẽ nostrum vocat, de cuius omni potentia nemo est qui addubitare possit, quanquam & hanc satis hic significet: cùm C vt habent Græca, addit, *cœlestis*. Et ne quis putet benignum quidem esse & potentem, sed ignorare nostras necessitates; scit (inquit *pater vester quia his omnibus indigetis*. Quis autem inuenitur pater, qui non subuenturus est filiis suis, cùm eorum necessitates agnoscit, & in ipsius potestate est subuenire? Quòd si talis omnino reperiri possit apud homines, non conuenit tale quid suspicari de patre cœlesti, qui, quod cœlestis sit, longè vincit bonitatem cuiusuis patris terreni. Bene autem notandũ cum Chrysost. quod dicit, *quia his omnibus indigetis*. Sic enim hoc ipsum quod plerique prętexũt D suæ solitudini, ostendit idoneam esse causam excutiendi omnem curam. Cùm enim ideo dicant se homines debere esse solicitos de victu & vestitu, quia sunt necessaria, Dominus è regione ostendit ob hoc ipsum non debere esse solicitos, quia sunt necessaria. Si enim essent superflua, non ita possemus de eorũ suppeditatione confidere: nunc verò cùm sint necessaria, pro rsus non oportet ambigere. Quis enim inuenitur pater, qui filiis suis à se dilectis necessaria quidem se non præstare patiatur? QVAERITE ERGO PRIMVM REGNVM DEI, ET IVSTITIAM EIVS, &c.] Post præceptum negatiuum, quo prohibuit dubiam & anxiam curam necessariorum ad victum & vestitũ, subiungit præceptum affirmatiuum, quo demonstrat & quomodo à moribus Ethnicorũ in quærendo debeamus differre, & quomodo sine nostra solicitudine, Dei prouidentia nobis necessaria assequamur. Non habẽt autem Græca coniunctionem illatiuam, *ergo*, sed, ζητεῖτε δὲ hoc est, quærite autem. Est enim oppositio ad illud, *Hæc enim omnia Gentes inquirunt*, quasi dicat: Gentes quidem illa inquirunt, vos autem qui Deum vocatis patrem, quærite regnum Dei. Quod autem dicit, *primum quærite*, dupliciter accipi potest. Vno modo, vt per hoc quod dicit *primum quærite*, intelligatur significare quid posterius quærendum sit, videlicet tẽporalia nobis necessaria. Altero modo, vt

vt primum non referatur ad secundum, sed vt pure negatiuè accipitur, & primum dicatur quo nihil est prius, quomodo primogenitus dicitur, ãte quem nemo genitus est, etiam si nullus sit secundo genitus. Atque ad hunc modum accipiendum vult Caietanus, eo quòd subiiciat Dominus, *& hæc omnia adiicientur vobis*, quibus verbis videtur significare, neque secũdo loco temporalia esse quærenda. Verùm rectius cum Augustino priori modo accipitur. Non enim ideo dixit; *& hæc omnia adiicientur*, vt significaret hæc nõ esse quærenda, cùm in oratione à se præscripta docuerit hæc à Deo quærere, sed vt significaret his q primũ regnum Dei quærunt, temporalia veluti secundaria B quædam bona obuentura à Deo, & præcipue eorum desiderio accessura, tanquam quædam necessaria. Igitur primùm quærite, hoc est, ante omnia non tempore, sed dignitate, hoc est maximè & præcipuè quærite. Quod tum fit, cùm ita règnum Dei præponimus cæteris rebus, & ita regnũ Dei toto corde quærimus, vt reliqua ad vitæ huius sustentationem necessaria, non quæramus nisi propter regnum Dei Nõ dicit autem, soliciti primũ sitis de regno Dei, sed, *quærite regnum Dei*; nam etiam circa regnũ Dei nõ vult nos Dominus dubiam & timidam adhibere curam, sed securam, vt Philip. 4. potè innixam fidei & spei infallibili. Vnde dicit Paulus, Nihil soliciti sitis, &c. Verùm quomodo primùm regnum Dei vult esse quærẽdũ, cùm in C præscripta precatione docuerit, primùm quærere sanctificationem nominis Dei, ac secũdo loco regnũ Dei. Respõderi potest dupliciter, iuxta quod duobus modis accipitur quod dicitur, *quærite regnum Dei*. Quidam enim intelligunt, vt sit sensus: Operam date ante omnia, vt Dei regnum latissimè pateat, & tum in vobis, tum inquamplurimis aliis Deus regnet. Sic autem quęrere regnũ Dei non est aliud, quàm quærere sanctificationem nominis diuini. Alij verò sic intelligunt: Ante omnia quærite cõsequi regnum Dei, hoc est, in hoc præcipuè curas vestras conferte, vt digni efficiamini participes esse regno Dei beato & cœlesti, quomodo satis patet intellexisse D. Augustinum. Iam quod dicit; *primum quærite*, intelligendum eum voluisse ostendere quid in bonis nostris primùm nobis quærendum sit, quamuis in eisdem quærendus sit ante omnia Dei honor, & nominis diuini sanctificatio. Quærite ergo primum regnum Dei, præcipuè illud à Deo in orationibus postulando, & eò omnia vestra studia imprimis cõferendo, vt illud assequamini. Cùm autem additur: *& iustitiã eius* relatiuum, *eius*, non potest referri ad regnum, vt iustitia regni Dei sit quam regnũ Dei requirit, quomodo quidam intelligũt: sed referri debet ad iustitiam Dei; vt manifestè patet ex Græcis, vbi βασιλείαν, id est, regnum, est fœmininum, cùm relatiuũ αὐτῆς, sit masculinum. Et autem iustitia Dei, qua coram Deo iusti sumus, per fidem & mandatorum Dei operationem. Coniunxit iustitiam Dei quærendam cum regno Dei, vt significaret non alia ratione regnum Dei posse obtineri quam per iustitiam eius. Porrò non dicit; & hæc omnia dabũtur vobis; sed, *adiicientur vobis*, (vel, vt habent Græca, προστεθήσεται id est, apponẽtur potius, quomodo & Augustinus legit) ne horũ temporalium suppeditatio videretur esse merces quærentiũ regnum Dei, vt discereremus, inquit Chrysostomus, eorum quę in præsenti dãtur nihil esse magnum, A si futurorum magnitudini comparẽtur, cùm temporalia, veluti accessoria solùm sint & accedentia. Rursum notandum, vt habet Augustinus, quod postquam dixit; *Primùm quærite*; non subiunxerit, deinde ista quærite, ne duos fines putaremus nobis constitutos, & propter se appetenda, tum regnum Dei, tum hæc necessaria temporalia. Nihil autem obest veritati huius promissionis, quòd quosdam sanctorum Deus etiã vsque ad mortem fame & nuditate premi permiserit & permittit. Non enim promittuntur temporalia, nisi tanquã adiutoria salutis: proinde cùm Deus ea subtrahit; quòd sic expedire saluti quorundum iudicat, non promissionem suam irritam facit, sed diuersa ratione eandem salutis eorum curam gerit, quomodo & homò cùm iumento suo cibaria subtrahit, quòd sic illi expediat, non deserit illud cura sua, sed potius curando illud facit. Proinde in generali huiusmodi promissione tacita huiusmodi subintelligetur conditio, quantum id saluti vestræ expedit. Idem sentiendum de aliis scripturę sententiis huic loco similibus, qualis est illa Psalmi, *Psal. 34* Inquirentes Dominũ non minuẽtur omni bono. Et non est inopia timentibus eum. Cũ autem Dominus postquam prohibuit solicitudinem, econtrariò præcipiat quærere regnũ Dei, satis rursum significat qualem solicitudinẽ prohibeat, & aliam quoque indicat rationem, ob quam propulsanda sit solicitudo temporalium, nimirum quòd impedimentũ præstet, ne quis regnum Dei & iustitiam eius quærat, quemadmodũ oportet. Et certè efficax quidem hic ratio à solicitudine auocans insinuatur: quia significatur non solicitis multo abũdantius danda esse quæ sunt necessaria: solicitos verò, præterquam quod inutilem patiantur solicitudinẽ, non tantùm necessariis excidere, sed etiã cœlestibus bonis. Perinde ergo est ac si diceret; vt annorauit Chrysost. Propterea iubeo ista nõ quæri, non ne accipias, sed vt abundantius accipias. D Cumque ea quæ tibi competit vtilitate etiam præsentia consequaris, ne solicitudinibus afflictus, & curarũ morsibus sæpe discerptus non modò istis, sed etiam spiritualibus bonis te facias indignum, ne & superfluam patiaris ærumnam, & quod est amplius, propositam tibi amittas coronam.

NOLITE ERGO SOLICITI ESSE IN CRASTINVM. CRASTINVS ENIM DIES, &c.] Duplex circa hunc locum occurrit difficultas. Primò, quomodo istud infertur ex superioribus, cùm superius non solùm videatur prohiberi solicitudo crastini, sed etiam de rebus præsentibus: hic verò videatur permitti solicitudo præsentis diei; cùm dicatur: *Crastinus dies solicitus erit sibiipsi. Sufficit diei malitia sua.* Secundo; quomodo prohibeatur solicitudo crastini, cùm E Ioseph rectè fecerit, solicitè prouidendo septem annis sterilitatis venturis in Aegypto post septẽ annos fertilitatis: & ipse Domin[i] oculos habuerit, quibus vtique sibi & suis etiam de crastino prouidit, & Apostoli propter imminentem famẽ solicitè procurauerunt ea quæ in futurum essent ad victum necessaria, vt scribitur Actuum vndecimo. Non erit autem aliquis locus his difficultatibus si quis locum hunc velit intelligere eo modo quo intelligitur vel ab Augustino, vel ab eo q auctor est secundæ expositionis in Matthæũ, quæ titulo Chrysostomi legitur. Augustinus enim per crastinum intelligit temporalia, eo quòd crastinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dies nō dicatur, nisi in tempore in quo futurum succedit præterito. Ergo quod dicitur; *ne sitis solliciti in crastinum*, vel vt ipse legit, *de crastino*, est secundùm eum idem quod, ne soliciti sitis de temporalibus: ita vt cùm boni aliquid operamini, non temporalia, sed æterna tantùm bona cogitetis. Quod verò dicitur, *crastinus dies solicitus erit sibiipsi*, secundùm eum hunc habebit sensum: ipsa temporalia pro seipsis erunt solicita, ita scilicet vt adsint tibi cū illis opus erit. Et quod sequitur, *Sufficit diei malitia sua*, sic exponit: sufficit quod sumere vrgebit necessitas. Quam ideo hic intelligit vocari malitiam, quia pœnalis est nobis, propter peccatum inflicta homini. In secunda verò expositione Chrysostomi, per crastinum intelligitur quicquid quotidianæ vitæ, quæ per hoc hodie significatur, est superfluum. Itaque quod dicitur, *nolite soliciti esse in crastinum*, hunc habet sensum: nihil curetis super id quod habere necessariū est vobis ad vitam quotidianam. Et quod sequitur, *Crastinus enim dies*, &c. sic intelligitur, superflua quātacunque congregaueris, ipsa se curabūt, ita vt te eis non fruente, ipsa inuentura sint domi nos multos qui ea procurēt, sicut placuerit ipsis. Quod autem sub ditur, *Sufficit diei malitia sua*; secūdum eū idē est ac si dicatur, Sufficit tibi labor & miseria, quam pateris in vita propter vsus quotidianos, quos necessariò habes. Noli itaque pro superfluis laborare, ne labor quidē fiat tuus, fruitio autem alterius. Verùm vtraque hæc expositio manifestè nimis coactior est, quàm vt possit videri vsus huius loci intellectus altero sensuum explicari. Simpliciter enim intelligendum videtur, quomodo verba significant, solicitudinem non esse extendendam in crastinum, quòd quæque dies, sufficientem afferat solicitudinis afflictionem. Infertur autem istud ex superioribus, in quibus dictū est vniuersaliter de solicitudine necessariorum, vt hac adiectione manifestius fieret quam solicitudinem probibuerit, nimirum anxiam & superfluam, qualis est solicitudo crastini, hoc est, futuri tē poris. Ne enim putaremus quoniam præcepit ne simus soliciti, non debere nos laboribus parare quæ ad victū & vestitū sunt necessaria, quales labores nō possunt omnino esse sine aliqua cura & solicitudine, totam hanc de abiicienda solicitudine doctrinam terminaturus, tandem infert: *Nolite ergo soliciti esse in crastinum* quasi dicat: Laborandum quidem est, & operis cui incumbendum est cura habenda, verùm hæc cura non est in futurum tempus extendenda, vt anxie soliciti simus de rebus ad vitam corporalem necessariis, ita vt timidis cogitationibus nos ipsos discruciemus, metuentes ne aliquādo desit quid necessariorum, aut immodicis laboribus studeamus parare ea quibus necessitatem in futurum subleuemus: sed contrà potius diuinam prouidentiam in mutis creaturis considerantes, ac sic persuasi multo maiorem Dei erga nos esse prouidentiam, vt qui noster sit pater, deponamus timidam illam & immodicam temporalium solicitudinem, ac pro ea ante omnia & in omnibus studiosè quæramus regnum Dei, & toti in hoc, vt quæ illi placita sunt faciamus. Sic enim futurum, vt diuina prouidentia nobis etiam necessaria suppeditentur sine nostra solicitudine, cùm contra solicitudo illa vulgaris, præterquam, quod grauissimum quoddam sit malum sponte susceptum etiam plenè sit inefficax ad suppeditandum

A rationem non congruit tempori præsenti, sed futuro. Itaque cura incumbens præsēti tempori de prouisione futurorum etiam post multos annos, non est cura crastina, sed hodierna, quomodo cura Ioseph non fuit crastina, cura, quia cognoscenti talem temporum successionem incumbebat de ineeps prouidere de iis quæ succedentibus annis essent necessaria. Et similiter nō est solicitum esse de crastino, prouidere annuas prouisiones, & similia. Porro obseruandum, Dominum pulchrè per prosopopœiam dixisse, *Crastinus dies solicitus erit sibi.* &, *Sufficit diei malitia*, id est, afflictio sua, ipsi diei tribues solicitudinem quæ propriè homini

B competit. Quæ locutio etsi sit ex vulgari modolo quendi mutuata à Domino, hoc loco tamen habet non paruam energiam. Ne enim quis diceret se velle cura præsentis diei paululum intensa excurere curam quam sequenti die subire deberet, Dominus diei tribuit solicitudinem, significans ipsum diem crastinum necessariò curas suas secum allaturum, quantumuis præsenti cura abillis nos studeamus liberare, & iniuriā facere diei præsenti qui eam onerat cutis diei crastinæ, cùm ei satis grauis sit afflictio sua. Re vera tamen significare voluit eum qui de crastino est solicitus, seipsum superfluo & nimio curarum onere premere, cùm supra afflictionem præsētis diei sibi &

C sequentis temporis afflictionē imponat, qua tamē adiectione non sit alterius diei onera facturus leuiora. Atque hæc iam rursum noua ratione à solicitudine auocans, qua satis ostēdit Dominus suā in prohibitione solicitudinis erga nos dilectionem, vt qui ideo significet se prohibere eam, quòd velit nos à superflua & inutili afflictione esse liberos. Ob quam certè rationem hic nouissimo loco indicatam non solùm excutienda est solicitudo crastina rerum necessariarū ad victum & vestitum, sed etiam omnium aliorum quæ futuro tempore vel expectamus accipere, vel incumbent nobis facienda quātumuis bona, vt occupationis studiorum, aliorumque bonorum operum quorum non alia cura habenda est, quàm ratio præsentis temporis exigit. Singulis enim diebus curandū de his quæ ipsis diebus erunt facienda pro Dei gloria, pro proximorum vtilitate, &

D proptia salute corporis, tum animę, reliquorumq; omnium cura excutienda, diuinæ prouidentiæ omnibus commissi. Summa ergo eorum quæ Dominus intendit, est, vt ne diffidentes de diuina erga nos prouidentia, vulgi & gentium more soliciti simus de rebus ad vitam corporalem necessariis, ita vt timidis cogitationibus nos ipsos discruciemus, metuentes ne aliquādo desit quid necessariorum, aut immodicis laboribus studeamus parare ea quibus necessitatem in futurum subleuemus: sed contrà potius diuinam prouidentiam in mutis creaturis considerantes, ac sic

E persuasi multo maiorem Dei erga nos esse prouidentiam, vt qui noster sit pater, deponamus timidam illam & immodicam temporalium solicitudinem, ac pro ea ante omnia & in omnibus studiosè quæramus regnum Dei, & toti in hoc, vt quæ illi placita sunt faciamus. Sic enim futurum, vt diuina prouidentia nobis etiam necessaria suppeditentur sine nostra solicitudine, cùm contra solicitudo illa vulgaris, præterquam, quod grauissimum quoddam sit malum sponte susceptum etiam plenè sit inefficax ad suppeditandum

dum necessaria. & ad hæc etiam impediens; ne regnum Dei & iustitiam eius quis consequatur, declarans eum quem possidet indignam

A de diuina prouidentia habere opinionem, aut terrenis rebus ita esse affixum, vt eas cœlestibus præponat.

DOCET TEMERE NEC IVDICANDVM, NEC DOCENDVM, ADhortatur ad orationem, vt vitatis pseudoprophetis, huic doctrinæ inhæreatur

Matthæi 7. Lucæ 6. CAPVT XLIII.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condēnare, & nō cōdēnabimini. c *Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Mēsurā bonā & confertā, & coagitatā, & superefluētē dabunt in sinū vestrū.* a *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini* † f *& in qua mēsura mēsi fueritis, remetietur vobis.* c *Dicebat autem illis & similitudinē. Nunquid potest cæcus cæcū ducere? Nōne ambo in foueam cadunt?* ‖ *Non est discipulus super magistrum, perfectus autē omnis erit, si sit sicut magister eius.* f *Quid autē vides festucā in oculo fratris tui,* ▷ *trabem autem, quæ in oculo tuo est, non conspicis? Aut quomodo* ‖ *potes dicere fratri tuo: Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo,* a *& ecce trabs est in oculo tuo,* [*&*] c *ipse in oculo tuo trabē nō vides? f Hypocrita, eiice primum trabē de oculo tuo, & tunc* † *perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.* a *Nolite sanctū dare canibus: neque' mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcēt eas pedibus suis, & conuersi dirūpant vos.* ‖ *Petite & dabitur vobis. Quærite, & inuenietis. Pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nūquid serpentem porriget ei? Si ergo vos, cùm sitis mali nostis bona data dare filiis vestris: quāto magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se?* ‖ *Omnia ergo quæcūque vultis vt faciāt vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ.* ‖ *Intrate per angustā portā, quia lata porta & spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam & pauci sunt qui inueniunt eā. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiū, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.* c *Nō est enim arbor bona, quæ facit fructus malos, neque arbor mala, faciens fructum bonū. Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur:* † f *Neque enim de spinis colligūt ficus, neque de rubo vindemiant vuam.* a *Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit, mala autē arbor, malos fructus facit. Nō potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignē mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.* c *Bonus homo de bono thesauro cordis sui, profert bonū, & malus homo de malo thesauro profert malū. Ex abūdantia enim cordis os loquitur. Quid autē vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico*a *? Nō omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnū cælorū, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est ipse intrabit in regnum cælorum. Multi dicēt mihi in illa die: Domine, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tūc confitebor illis, quia nunquā noui vos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatē,* f *Omnis*a *ergo qui venit ad me, & audit* ▷ *verba mea*a *hæc & facit* ‖ *ea*', c *ostendam vobis cui similis sit.* † f *Assimilabitur viro*a *sapienti,* ▷ *qui ædificauit' domum*a *suam super petrā,* c *qui fodit in altū, & posuit fundamentū supra petram:* ‖ f *& descendit pluuia, & venerunt flumina & flauerūt vēti: & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat* † *super petrā* ▷ *Et omnis qui audit*a *verba mea hæc,* f *& non facit*a *ea,* f *similis* ‖ *erit viro*a *stulto* † *qui ædificauit' domum suam* ▷ *super arenam* c *sine fundamento,* a *& descēdit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, &* ‖ *irruerunt in domum illam' & continuò cecidit, &* † *fuit' ruina*a *domus illius magna.* a *Et factum est cùm consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum & Pharisæi.*

† c *Exdē quippemē sura, qua* A 15.60 A.10.35 D 12.30

▷ a.c. *& trabem in oculo tuo nō vides.* ‖ a. *dicis,* † a.c. *videbis oīno cere.* C.11.83

C.13.90

† a. *Nunquid colligūt despinis vuas aut de tribulis ficus.* A 12.49 C.13.90

▷ c.o. *scr monemeos,* ‖ c. *o. eos.* † c. *similis est homini* ▷ c. *adific canti.* ‖ *cimunda tione autē facta, illisumeſt ſua mēdomus illi, & nō potuit eā mouere.* † *vt supra* ▷ c. *Qui autem audit.* ‖ c. *eſt homini.* † c *ædificanti.* ▷ c *supra terram.* ‖ c. *in quā illius eſt ſiuius.* † c. *facta eſt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

explicabit: habet tamen principium huius capitis ad superiora non omnino nullum ordinẽ. Continuatio enim est eius quod dictum est in fine ca. &Vnde hæc doctrina de non iudicando quẽquã, à Luca statim subiũgitur, postquam dixisset, *Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est.* pertinet enim ad idem ad quod ea quę illam sententiam præcedunt, nimirum ad dilectionem proximo exhibẽdam. Itaque postquã Matthæus interposuisset doctrinam Domini de vitanda cupiditate laudis humanæ in bonis operibus hypocritis propria, & vitãda cupiditate & solicitudine rerum terrenarũ, qua vulgus hominũ fere laborat redit ad doctrinam dilectionis proximi, qua iã resecatur & aliud vitium Pharisæis & Scribis peculiare, necnon & hominũ vulgo passim commune. Siquidem Pharisæi quum sibi ignoscerent in grauissimis peccatis, tamen aliorum iudices erant inclementissimi, etiam ea calumniantes quę recta erãt, sinistrè interpretantes quæ erãt dubia, exaggerantes quæ erant leuia, & omnino, vt Dominus illis exprobrat, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Sic & ingenio vulgi inter reliqua vitia penitissimè insitum est, in alienis factis curiosum esse, eaque cẽsere, vt cùm in seipsis vetè iusti & laudati homines esse nequeant, aliorum saltem collatione nõnullam probitatis vmbram sibi cõciliẽt. A quo sanè morbo suos docet hic Dominus debere esse alienissimos. Porrò quòd doctrina ista Saluatoris rectè intelligatur, certum imprimis non prohiberi hic Christianis omneiudicium. Non enim prohibetur seculari magistratui & Episcopis iudicare facinorosos, cùm Paulus ipse fornicarium Corinthium iudicauerit, & dixerit: Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nõne de his qui intus sunt vos iudicatis? Et Dominus toties condemnauit Phariseos: dicens, væ vobis Scribę & Pharisæi. Nec rursum omne iudicium hic priuatis personis prohibetur, cùm mox in sequentibus Dominus admonens vt caueamus à falsis prophetis: *A fructibus* (inquit) *eorũ* 2.Io.14. *cognoscetis eos.* Ad quem modum, dicit & Ioan. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quod vtriq; sine iudicio quodam fieri nõ potest. Prohibetur ergo hic primum iudicium quo quis curiosius obseruans aliena dicta vel facta, in animo suo ea censet. A verbis etiam probatis condemnat tanquam mala, cùm sint dubia aut etiam aperte bona. Deinde iudiciũ quo priuatus alterius dicta & facta etiam aperte satis mala notat, nõ vt emẽdet aut illum aut alios, sed vt famæ eius detrahat, denigratoq; proximo sibi probitatis opinionẽ cõciliet. Postremùm prohibetur iudicium quo quis hominem quædã aperte mala cõmittẽtem condẽnat veluti desperatę salutis. Nam prohiberi potissimum iudicium de rebus dubiis (de quibus etiam propriè dicitur esse iudicium) patet ex illo Pauli: Nolite iudicare ante tempus, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ. Et rursus ad Rom. 14. dum iudiciũ prohibet. de his rebus loquitur quæ incertum erat quo animo fierent. Quod autem etiã iudicium detractorium prohibeatur, satis ostendit illud Iacob. 4. Nolite detrahere alteruter fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui indicat fratrẽ suũ, detrahit legi, & iudicat legem. Iudiciũ autẽ quofratris iudicatur desperata salus, etiam prohiberi docet illud Pauli: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. Prohibetur ergo iudicium proximi malignũ & temerarium quod scilicet ex curiositate noxia, aut inuidentia, & odio ac peruersitate animi ex alieni ignominia voluptatem capientis, aut deniq; superbia captãte ex aliorũ collatione opinionis proprię augmẽtum, de singulis iudicare præsumente, gignitur. A quali iudicio Christianus triplici nomine meritò abstinere debet. Primò quòd conueniat eum *Triplicida causa abstinẽdũ à temerario iudicio.* suæ facta & dicta diligentius attendere, atque in his suos lapsus, errata & defectus perspicere, vt nõ libeat ei aliena curiosius obseruare, aut obseruata carpere. Secundò, quòd fraternæ charitatis sit alienа vitia occultare, eaque extenuare, & ad ea conniuere, dubia verò candidè interpretari. Tertiò, quòd agnoscere se debeat proximi sui conseruum esse, non iudicem, & ob id iniuriam etiam Deo facere, cuius officiũ sibi vsurpat. Ad quã causam respexit & Iacobus & Paulus: hic verò dominus potissimũ videtur respexisse ad causam secũdam, vo- *Iacobi. 4. Rom. 2.* lens abstinẽdum ab huiusmodi temerariis & malignis iudiciis, quòd cũ fraterna charitate pugnẽt. Postea tamen etiam primam respicit rationẽ cũ subiicit: *Quid autem vides festucam*, &c. porro iudicare, est sentẽtiam de re aliqua ferre: verùm quoniam hic in malam partem accipitur, quomodo iudicare non est aliud quàm cõdemnare, ideo explanationis gratia additum est: *Nolite condemnare, vt non condemnemini*, quæ tamen pars in Græcis non inuenitur, nisi apud Lucam, sicut nec in antiquis Latinis exemplaribus inuenitur apud Matthæum, in quem videtur ex Luca trãslatum. Quoniam autem eiusdẽ charitatis ac similis premijest non condemnare proximũ aut proximi dicta vel facta, & peccãti in se fratri ignoscere, atq; ob indigentiam aliquid petenti dare quibus opus est, ideo apud Lucam bene subiicitur: *Dimittite, & dimittemini*, hoc est, remittetur vobis. *Date, & dabitur vobis.* Hæ autem promissiones; *non iudicabimini, non condemnabimini: dimittemini, dabitur vobis*; dupliciter possunt intelligi. Quidam enim eas referunt ad ipsos homines, vt sit sensus: Ne iudicetis alios, sic fiet vt ipsi vicissim non iudicemini ab hominibus, & sic de reliquis. Vnde pro eo quod nos legimus impersonaliter, *remetietur vobis*: quidam vertit, *remetientur alij vobis*. Cui sensui satis consonum est quod apud Lucam dicitur: *Mensuram bonam & confertam dabunt in sinum vestrum.* Ideo autem secundùm hunc intellectum Dominus ab iniquo & prauo iudicio auocat, ea ratione, ne & nos quoque illud experiamur, quòd naturã mirè inuisa res omnibus sit sua ab alijs curiosè & odiosè vestigari, ac sinistrè arbitrari. Cõmodè igitur monuit, vt sicut ab aliis permolestũ est, nostra inamicè & citra candorem accipi, aut etiam improbè diiudicari: ita vicissim in æstimandis censendisq; alienis æquitatem & candorem non posthaberemus. Qui enim aliquam æquitatis porciunculam retinet, a prauo & odioso iudicio virę alienæ facilè abstrahetur, si cogitet quàm graue & permolestum sibi sit, se & sua ad hunc modum iudicare. Porro secundùm hũc intellectũ promissiones istę nõ sic sunt accipiendæ quasi generaliter & vniuersaliter veræ, & in omnibus sic se habentes. Non enim si quis candidè de proximis & factis ipsorũ sentiat, ob id à nullo ei iniquum iudiciũ est expectandũ. Quis enim ab iniquo iudicio

vnquam

vnquam fuit alienior Christo, & quis tñ id æquè passus est ab aliis? Sed dominus rudibus & vulgaribꝰ locutus hæc dixit, quòd vulgò ac fere sic fieri soleat. Omnino enim qui candide facta aliorũ interpretantur, apud plurimos vicem merẽtur, licet non omnes. Ita contra qui omniũ cẽsores se faciũt & citra æquitatem, ij plenè & aliorum iudiciis iniquioribus sese reddũt obnoxios. Sic qui facilem se vel in remittẽdo, vel in dando præbuerit, ei vt in plurimũ vicissim ab aliis remittetur, & dabitur ac benefiet, idq; cumulatissime, quod per mensuram bonam, confertam, concussam, & exundantẽ intellexit Dominus. Sunt enim hæ sẽtiæ à vulgi sermone mutuatæ, quib. Dominus hortari ad id voluit, quod infra mox subiecit; vt omnia quæcũq; voluerimus vt faciant nobis homines, & nos faciamus illis. Tũ monere, ita comparatũ esse diuinitus, vt quales ipsi fuerimus in alios, tales alios experiamũr erga nos, iuxta illud. *Prou.14.* Anima quæ benedicit impinguabitur: & qui inebriat, ipse quo que inebriabitur. Similis sentẽtiæ in scripturis frequẽter occurrũt, quibus bene vel malè operãtibus promittitur aliquid temporale bonum vel malum obuenturum, non quod semper contingat, sed quod vt in plurimũ. *Prou.18.* Hinc est illud cẽtuplũ, quod in hac vita promittitur iis qui propter Christũ aliquid reliquerint. Et illud: Qui dat pauperi nõ indigebit. D. Augustinus autẽ & Chrysostomus, aliique veteres, has oẽs promissiones ad Deum referunt, vt sit sensus: Nolite cõdemnare vestros proximos, & non condemnabimini à Deo. Remittite aliis quæ commissa sũt in vos, & remittentur vobis peccata vestra à Deo. Date indigentibus & petẽtibus, & vicissim dabit vobis Deus quæ postulaueritis ab eo. Sic enim sententiæ istæ sunt absolutiores. Et conueniens omnino videtur, vt vtraque intelligentia simul comprehendãtur, & sit sensus Nolite iudicare alios, sic fiet vt aliorum iniquius iudiciũ effugiatis, aut saltem vt Dei seuerum iudiciũ nõ experiamini. ᵇMENSVRAM BONAM ET CONFERTAM, ET COAGITATAM, &c.] Quatuor conditionibus mensuræ materialis significare voluit Dominus remunerationẽ & copiosissimã obuenturam his qui superiora præstiterint, hoc est, qui non condemnauerint, qui remiserint, & dederint. Prima enim mẽsuræ optimæ conditio est, vt sit bona, hoc est, iusta, nec ad amussim iusta, sed liberaliter iusta. Secunda, vt sit conferta, hoc est, vt magis significat Græca dictio, *πεπιεσμένον*, pressa. Sic enim fit vt plus capiat vas. Tertia, vt deinde sit coagitata, hoc est, bene cõcussa. Nã & hoc pacto fit vt plus cõtineat vas quo metimur. Quarta, vt præterea etiã superfluat, nec post compressionem & concussionem vas contineat totã mensurã. Si autem superiores sententiæ accipiantur secundùm priorẽ intelligentiam, facilè est intelligere quod sit suppositum verbi, *dabunt*, nempe homines quibus benefeceris. Sed si promissiones istæ secundum posteriorem intelligẽtiam ad ipsum Deum referantur, quæritur qui sint illi de quibus hic dicitur: *dabũt in sinum vestrum.* Catenanus intelligit hũc sensum, vestra merita, vestrũ nõ condemnare, vestrum dimittere & dare, hæc dabunt mensuram bonam. Verùm rectius accipitur secundùm Augustinum lib. 2. de quæst. Euangel. cap. 8. secundùm enim loquẽdi modum qui postea de pauperibus dicitur, *Recipiant vos in* A *æterna tabernacula*, quia scilicet Deus propter illos quibus benefit suo nomine recipit in sua tabernacula, & dat præmium copiosum. Aut quod dicitur, *mensuram bonam dabunt*, impersonaliter accipitur, pro, mẽsura bona dabitur. Sunt autem qui hanc sententiam intelligunt non solùm de remuneratione bonorum operum, sed etiam malorum, quorum vltio veluti mensura quædam superfluens grauissima erit. Sed videtur magis hęc sententia solùm dicta de remuneratione bonorũ operum Quoniam enim dixit: *Date, & dabitur vobis*, eam promissionem exaggerare volens, subiicit: *Mensuram bonam*, &c quasi dicat: Non solùm dabitur vobis, sed etiam copiosa & abundans vobis remuneratio fiet, proportionata tamẽ vestræ liberalitati. Ad hoc enim significandum, remunerationem vocauit mensuram.

B IN QVO ENIM IVDICIO IVDICAVERITIS, IVDICABIMINI, ET QVA MENSVRA, &c.] Et hæ duæ sententiæ facilem habebunt & apertam intelligẽtiam, si superiores illæ sententiæ priori modo accipiantur. Erit enim sensus: Quali iudicio alios iudicaueritis, vicissim ipsi ab aliis iudicabimini. Si enim æqui fueritis in iudicando aliorum dicta & facta, sentietis alios quoq; fere vestrorum factorum & dictorũ æquos iudices. Contrà, si iniquiores æstimatores alienæ vitæ fueritis, tales quoq; alios experiemini in vos. Est in summa, quomodo vos aliis feceritis siue in dicãdo, siue remittendo, siue dando, aut contrà tinendo iniuriam, & bene facere negligendo, sic fiet ab aliis vicissim etiã vobis. Verùm si ad Deum referantur promissiones in superioribus sententiis postæ, quomodo dicitur, *in quo iudicio iudicaueritis*, &c. An qui iniquo iudicio aliquem iudicat, iniquo etiã iudicio iudicabitur à Deo? Et qui iniqua mensura mensus fuerit, iniquam etiã mensuram à Deo accipiet? Itaque secũdùm August. non est sensus: Quali iudicio iudicaueritis, tali iudicabimini: sed in quo iudicio, hoc est, per hoc ipsum iudiciũ quo alios iudicaueritis, iudicabimini apud Deũ, quia scilicet hoc iudiciũ iudicabit vos apud Deum, eritq; ratio quòd iudicabimini à Deo siue ad præmium, siue ad pœnam. Sic, in qua mensura mẽsi fueritis remetietur vobis, quia illa ipsa quæ aliis vel bene vel malè feceritis, erunt vobis remunerationis vestræ causa. Prosequitur præsẽtem locum etiam D. August. epist. 49. in solutiõe 4 quæstionis, vbi respondet calumniæ gentilium, quã captabant ex his verbis Christi, in qua mensura mensi fueritis, quòd pro temporali peccato æterna inferantur supplicia. Vbi per mẽsuram intelligit hominis voluntatem, in qua iuxta quod mẽsuraverunt sua facta, Deus reddit siue beatitudinem, siue miseriam. Verùm hic sensus videtur coactior, nec vulgari modo loquendi, vnde secunda sententia desumpta, est cõueniens. Illud enim, in qua mensura, & c. prouerbij vice etiã ab Ethnicis scriptoribus iactatum ostẽdit quidam in Chiliadibus. Significatur autẽ eo beneficij aut maleficij relatio. Proinde si ad Deum hæc referantur, intelligendum ideo dictum: *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini*: quia qui curiosè alienam vitam excusserit; illius vita etiam à Deo exactè diiudicabitur, & qui proximum cõdemnauerit, ipse quoque condemnabitur à Deo. Qui verò æquus fuerit proximorum iudex, æquum quoque & benignum experietur Dominũ. Et in genere quali

Universidad de Deusto
Biblioteca

mensura metsi fuerimus, remitietur nobis à Deo, quia si benefecerimus, bona recipiemus ab eo: mala verò, si malè fecerimus. Hac enim solũ ratione dictum est: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Quare non est hic locus quæstionibus, quomodo iam dicatur. *Eadem mensura remetietur vobis,* cùm priùs dictum sit; *mensuram superefluentem dabunt in sinum vestrum.* Deinde quomodo pœna æterna punitur peccatum temporale: si eadem mensura fit remuneratio? Ideoenim solùm dictum est: *Eadem mensura remetietur vobis;* quia, secundum Psalmistã, Deus dicit, cũ sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Et secundùm Paulũ: Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Et secundùm Iacobũ, iudicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam. Vnde August. lib. 21. de ciuitate Dei. cap. 11. tractãs hanc sententiã contra eos qui ex ipsa inferrebãt absurdum esse, supplicium impiorum esse æternum: Non attendit, inquit, non propter æquale tẽporis spatiũ, sed propter vicissitudinem mali, id est vt qui mala fecerit, mala patiatur eandem dictam fuisse mensuram, &c. Porro hac sententia: *In qua mensura,* &c. Dominus Marci 4. ad aliud propositũ vsus est, vt ibi dicetur. Cùm eñ sit prouerbialis sẽtentia, variis locis aptari potest.

Psal. 17.
2 Cor. 9
Iacobi 2.

DICEBAT AVTEM ILLIS ETSIMILITVD INEMINONQVID POTEST CAECVS CAEC. DVC. &c.] Solus Lucas hic introducit à Domino dictas duas similitudines decæco eę cum ducente, & discipuli perfectione; quibus similitudinibus alio etiam loco vsum Dominũ narrat Matthæus. Nam cõmemorat Dominũ dixisse de Phariæis: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Et cùm Apostolis prædiceret obuenturas illis persecutiones, Dominus dixisse scribitur: *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, & seruo sicut dominus eius.* Sed his locis ad alium finem & aliud propositum istis vtitur parabolis, quã in præsenti loco, vt parabolæ & adagia variis locis aptari possũt, vt iam dictum est. Nam illud de cæco cæcum ducẽte, inducitur contra Phariæos, qui cùm cæci essent & imprudentes aliorum imprudentũ quoque & cæcorum se magistros præbebãt. Et illud de discipulo Matth. 10 dicitur discipulis, vt animæquiores perferrẽt aduersitates & persecutiones. quòd ab his viderent nõ esse liberũ magistrum suum. Hic verò cum vario modo similitudines istæ aptẽtur proposito à diuersis interpretibus, conueniẽtissima videtur connexio indicata à Theophylacto vt his similitudinibus intelligatur Dominus docere voluisse, eũ qui alios est iudicaturus & reprehensurus, debere ab huiusmodi vitiis quæ in aliis est reprehesurus, aut aliis similibus vitiis esse immunem. Ad hoc enim propositum hæc esse dicta, patet ex tertia parabola apertiore quæ subiũgitur: *Quid autem vides festucam,* &c. Quoniam ergo superius Dominus præcepit non iudicare, nec condẽnare, & iam occurrere quis posset & dicere, se iudicare & condemnare fratrẽ suum vt corrigat & emẽdet, docet deinceps, qualis esse debeat qui hoc fine alium volet iudicare & reprehendere, & quale iudiciũ prohibuerit, nimirũ quo quis alienæ vitæ seuerus est censor, suæ interim negligẽs.

Matt. 15
Idem. 10
Mat 15

Nũquid, inquit, potest cæcus cæcũ ducere? Quòd si tentet, nõne ambo in foueam cadũt? Quasi dicat: Si quis sit, qui alterius vitia reprehendere velit, & de cõstrare verã virtutis viam, atque in eã ipsum deducere, videndum ei imprimis num & ipse mẽtem habeat siue errore veritatis, siue prauа cupiditate & affectu aliquo excæcatam. Nã si ipse cæcus existẽs parat alterius se ducem præbere, futurum certè, quod solet contingere, vbi cæcus cæco fit viæ dux, videlicet vt vterque cadat ĩ foueam æternæ perditionis. Ad id idem propositum subiicit: *Non est discipulus supra magistrum:* perfectus autẽ omnis erit, si fit sicut magister eius, quasi dicat. Si igitur tu qui doctorẽ te aliorũ præbes, ipse fueris in vitio, non est spes meliorem te posse fieri quem docere paras, cùm secũdum vulgare prouerbium, discipulus non possit esse perfectior magistro suo, in eo scilicet in quo est discipulus. Eiusdẽ argumenti est & quod deinde subiicitur: *Quid autem vides,* &c. Qua parabola redarguit Saluator maius quoddã vitium quorũdam, qui nõ solùm alium reprehendunt in eo in quo & ipsi culpabiles sũt, sed minima in aliis notãt, cùm ipsi ad grauiora sua peccata perspiciẽda sint cæci, quos bene hypocritas vocat, vel quia sibi sumũt partes iustorum & sanorum, cùm iniusti sint & ægroti, aliena persona id quod re vera sunt occultare studẽtes: vel quia prætextu correctionis aliena vitia notant, cùm re vera id agãt proposito condemnatiõis. Si enim curãdi fratris desiderio hoc agerent, prius grauiora sua crimina curarent. magis enim quisq; sei ipsum amat quàm fratrẽ, quem rectè diligere nõ potest: si non seipsum priùs rectè diligat. eùm propria dilectio regula esse debeat fraternæ dilectionis. Per festucã ergo minora peccata, per trabem grauiora peccata hic designãtur. Est enim festuca, secundum Calepinum nitentem autoritati Augustini, arboris nouellæ & cuiuscunque sati pullulus. Augustinus enim de verbis Domini sermo. 16. Festuca, inquit, initium trabis est. Nam trabs quando nascitur, priùs festuca est. Dictio tamen Græca quæ hoc loco ponitur, nempe κάρφος, putatur magis significare breuissimam aliquam signi particulam, quam vulgari lingua vocamus, *cen spintere.* Vnde dicitur Græcis καρφολογία, hoc est, collectio huiusmodi particularũ, quã Galenus recensetinter signa phrenesis. Atque hoc certè modo κάρφος pulchrè apponitur trabi, cùm festuca in ea significatione quam indicat Augusti nus, magis con ponidebuisset cum arbore. Significat autem Saluator hypocritas, de quibus loquitur, duplici nomine peccare, primùm, quòd aliorũ vitia, ad quę, quòd parua sint, conniuendum esse, curio sius obseruent, & seuerius notent: deinde, quòd sua vitia maiora dispicere negligant. Quod dum fit, duplex vlterius iam malũ cõmittitur. Nã qui peccantẽ in paruis admonet, cũ ad grauiora sua vitia conniueat, & sibi ex aliena correptione falsam sanctimoniæ opinionẽ parare studet, vnde & hypocritam vocat, & veritatẽ ipsam reddit ei qui admonetur odiosam. Proinde admonet Dominus vt qui aliorũ vitia notare volet, prius sat tem aperte sua vitia curet. Et tunc, iniquit, perspicies, &c. quãdo scilicet cũ fructu id poteris facere & syncera correctionis intẽtione. Nõ prohibetur ergo his verbis Domini simpliciter, ne quis aliũ corripiat, qui ipse vel tisdẽ, vel maioribus obnoxius est crimiinbus. Si enim qs in minutioribus

peccat

peccatis ex syncera charitate proximorũ fiat monitor, sitq; eisdem vel aliis obnoxius, non contranenit præcepto Christi. Non enim talis sese iustificare, & alios condemnare, sed se pariter ac illos quoad fieri potest, peccatis purgare annititur. Dominus autem præcipuè voluit, vt ne ex aliorũ correctione & condemnatione sanctimoniæ opinionem quæreremus, aut ne veritatem odiosam redderemus, quod fit cùm apertis criminibus obnoxius est qui alium de paruis corripit.

NOLITE SANCTVM DARE CANIBVS, NEQVE MITTATIS MARGARITAS ANTE, &c.] Obscurũ est quomodo hęc superioribus subiiciãtur. Et quidẽ in secunda expositione Chrisostomi nõ male sic cũ superioribus hæc connectuntur, vt quoniã superius iussit Dominus diligere inimicos, & benefacere his qui peccant in nos, hiciam amputare intelligatur mala cogitationẽ quę ex illis præceptis oriri posset. Nã ob ea præcepta cogitare possent Apostoli, etiã indignis & hostibus Dei cõmunicanda secreta dei mysteria. Quam connexionem etiam sequitur in Paraphrasibus quidam: Verùm rectius hæc ad immeditatè præcedentia referuntur hac ratione subiecta, vt quoniam mox superius docuit qui nõ debeant alios iudicare corripere & docere, hic iam docet qui non debeant corripi & doceri. Dixerat enim; *eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.* Ne ergò is qui purus est, & trabẽ iam eiecit è proprio oculo, putaret se quosuis corripere & docere debere quos videt vitiis aliquibus obnoxios, con modè hãc doctrinã generalem subiecit, ne sanctũ daretur canibus, significans abstinendũ ab admonitione illorũ qui admoniti euasuri sunt peiores, & potius sunt irritandi quàm sanandi. Porro sanctũ & margaritæ sic in secunda expositione Chrysostomi distinguuntur, vt per sanctũ intelligãtur res sacræ, qualia sunt Sacramenta, Baptismus, Eucharistia, &c. per margaritas intelligãtur mysteria veritatis, quę in scripturis sacris inclusa sunt, quẽ admonũ margaritæ inclusæ cochleis positæ sunt in profundũ maris, vt sicut has è profundo maris non potest tollere, nisi artifex qui habet eius rei vsum: ita illa inuenire & explicare non possit, nisi vir spiritualis, qui habet sensus bene exercitatos. Verùm huiusmodi mysteria non solùm non sunt cõmunicanda porcis, sed nec etiã bonis quibusdã adhuc tamẽ ĩfirmis. Vnde Saluator Apostolis suis dicebat: Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modò. et paulus Apostol. Ego, inquit, cùm venissem ad vos: non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed tanquã carnalib⁹. Tanquã paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, non escã. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidẽ potestis. Proinde rectius idẽ intelligemus vocari sanctum & margaritã, nempe doctrinã veritatis, doctrinam nimirũ euangelicam, quam & postea margaritæ cõparat Dominus. De hac enim etiam hic potissimum locutus videtur, quamuis simul, vt est generalis sententia, rectè intellexerimus per sanctũ & margaritas significari & sacras quasq; res, qualia sunt Sacramenta. Dicuntur autẽ hæc, nempe doctrina Euangelica atq; Sacramenta simul & sancta, & margaritæ. Sancta quidem, quia diuina & sanctorum tantum vsui deputata, quæ corrumpere & prophanare nephas est, quomodo in veteri lege sancta dicebantur quæ prophanis vsibus adaptare nephas erat. Margaritæ verò, propter inæstimabile eorum pretium. Nam margaritis siue vnionibus olim summum fuisse pretium abundè testis est Plinius. Cæterũ per canes & porcos, per quos quidem diuersos intelligunt, per canes accipientes significari infideles omnino immundos: per porcos verò, Christianos carnalibus voluptatibus deditos, vt habetur in secunda expositione Chrysostomi. Aut contra, teste Hieronymo, per canes, Christianos reuersos ad vomitũ: per porcos, eos qui necdum Euangelio credidẽrunt, versantes in luto peccatorum, simplicius fuerit accipere eosdem, nempe eos qui immedicabili tenẽtur impietate, quos generali quidem ratione canes vocat & porcos propter ipsorum immunditiam. speciliater verò canes, quod veritati oblatrent, bene loqui nescientes, quomodo canis non emittit fere vocẽ nisi ităe significatiuam. Porcos verò, eo quod viles carnis & mundi cupiditates spiritualibus & diuinis rebus pręponãt, quomodo porcus lutum præfert margaritis. Quoniam enim canis secundùm legem est immundissimum animal, vtpote quod nec ruminet, nec findat vngulam, ac præterea illius est immunditiei, vt ex fœtidis cadaueribus pascatur, ac ad vomitum suum reuertatur, aliquoties in scripturis per canes peccatores significantur, ratione immunditiei suæ, vt cùm postea dicit Saluator: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Sic: Quæ communicatio sancto homini ad canem? Et: Foris canes, & venefici, & impudici. Vnde est & illud: Canis reuersus ad suum vomitum. Quoniam verò idem animal ad nihil aliud fere voce vtitur quàm ad latrãdum, & in homines insurgit ad discerpendum, ponitur nonnunquam in scriptutis pro impugnatoribus veritatis, aut persecutoribus iustorum. Sic Paulus de Iudæis hostibus Euangelii loquens: Videte, inquit, canes, videte malos operarios. Et David hostes suos vel Christi implacabiles canes vocat. Circundederunt (inquit) me canes multi. Et, De manu canis libera vnicammeam. Cùm autem sequitur, *Ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant vos,* quidam duas has partes sic accipiunt, vt prior ad porcos pertineat: posterior verò ad canes. Vnde & quidam libri Latini habent; & *canes conuersi disrumpant vos,* cùm tamen canes, non sit aut in Græcis, aut in Latinis codicibus emendatioribus. Et quidam vertit, *Ne quando hi conculcent eas pedibus suis, & illi versi in vos, lacerent vos,* addens scilicet de suo pronomina illa diuisiua, hi & illi, cùm non sint in originalibus, & proinde tollens liberam illam intelligentiæ falcultatem quam Græca præbent. potest enim sicut conculcatio, ita & laceratio ad porcos referri. Nam sæuiunt etiam apri. De canibus autẽ idem intelligendum reliquit Dominus, videlicet ne & ipsi cõculcarent sanctũ pedibus suis, & conuersi discumperẽt: nec opus fuit hoc sigillatim de vtrisque dicere, cùm secundum sensum à Domino intentum per canes & porcos iidem intelligantur. Significare enim voluit Dominus, duo mala consecutura, si diuina & spiritualia proponãtur canibus & porcis, hoc est immundis hominibus, veritatis oblatratoribus. & cõemptoribus. primùm quòd illa quantum in ipsis est, prophanabunt & contaminabunt. Deinde, quod illorum præbitorem persequẽtur, calumniis ipsum impetentes, & iniurtis afficiẽtes. Et bene quidem dicitur, & con-

Matt. 15.
Ecclc. 23.
Apo. 22.
2 Petr. 2.
philip. 3
psal. 21.
Ibidem.
1 Corin. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersi disrumpant vos. Primùm enim impii audito sermone veritatis, cognoscentes illum suis affectibus contrarium, sermonem contemnunt, illiq; detrahunt: deinde verò acuunturin sermonis authorem. Verùm circa istud Domini præceptũ oritur difficultas, quomodo ergo Christus & Apostoli obstinatis Iudæis, verè canibus, de sacris mysteriis frequenter verba fecisse leguntur, vnde sane illi maiore perciti furore, conuersi dilacerare ipsos conati sunt & perdiderũt, vti patet de Stephano, cuius oratione adeo accensi fuere, vt mox corripierent ipsum, vrbéq; eiectum lapidarent. Deinde quomodo Iudæ Dominus dedit corpus & sanguinem suum, si non licet sanctum dari canibus? Ad primum quidem dicendum, veritatem Euangelicæ doctrinæ nonnunquam coram canibus & obstinatis peccatoribus, Dominũ, & Apostolos proposuisse, sed non nisi præsente multitudine, idq; nonnunquam vel sponte, vel interrogati. Et quidem cùm sponte id fecerunt, duabus de causis fecerunt, videlicet partim ad cõtestationem impietatis reproborũ, partim porpter vocationem electorum qui impiis illis permixti erant, aut vt qui iam vocati erant & crediderant, corboraretur & monerẽtur. Quod enim ad contestationem impietatis improborum & vt nullam excusationẽ haberent, illis prædicauerit Dominus, satis docet illud quod dicit: Si non venissem, & locutus fuissem illis, peccatum non haberent: nũc autem excusationem non habent de peccato suo. Cùm verò interrogati fuerunt veritatem ipsam frequẽter proposuerunt, tũ propter duas prædictas causas, tum etiam vt perhiberent testimonium veritati, & gloriam Dei illustrarent, nec iustam haberent malitiosi interrogatores occasionem blasphemã di doctrinam Euangelicam, quasi non haberent prædicatores eius quid ipsis responderent. Aliquando autem Christus ab obstinatis Iudæis interrogatus, non respondit quod interrogabatur, sed aliud interrogauit: quòd si respondebant, habebãt ipsi suæ quæstionis responsionem, vt cùm quæritus esset num tributũ esset pendendum Cæsari. Si verò respondere noluerunt: vt cùm quæreretur in qua potestate operaretur, iustissimè illũ vicissim non respondere quod quærebatur omnibus coram fecit, docens scilicet qua ratione debeamus sanctũ abscondere canibus, cùm ab eis vtile aliquid malitiosè interrogamur, & astantium vtilitas nõ exigit veritatẽ aperiri. Cùm autem propter electorum & bonorum vtilitatem, aut propter Dei gloriam sacra proferũtur coram canibus & porcis quemadmodum Christus & sancti frequenter fecerunt, non iam canibus & porcis sancta dantur, sed potius Deo & electis eius. Vnde Augustinus: Quòd Dominus quædam dixisse inuenitur, quæ multi qui aderant vel resistendo, vel contemnendo non receperunt, non est putandus sanctum dedisse canibus, aut margaritas ante porcos misisse. Non enim dedit eis qui capere non poterant, sed eis qui capere poterãt, & simul aderant, quos propter aliorum immũditiam negligi nõ oportebat. Hæc ille. Cùm autem prædicatio veritatis nullum momentũ allatura est vel ad salutem proximorum vel ad gloriam Dei, sed appareat canes tantùm illam impugnaturos, aut porcos contempturos, non est proferẽda nunc Herodi & Pilato tanquam porcis mysteria

Quilibet aliquãdo sanctum dari canibus.

Act.7.

Matt.22. Mat.22.

Mat.15 Mat.27

A sua promere noluisse legimus. Quod verò ad secundũ attinet de Iuda, præsuppositio quòd Iudæ Dominus dederit corpus suũ, vt est verisimilius, dicendum primò, quòd cùm Iudæ malitia nondum fuerit prodita, nec adhuc habebatur à præsentibus pro cane, non debuisse Dominum sacramentũ corporis sui subtraxisse illi, sed potius cum aliis cõmunicasse, vt suo facto doceret pastores Ecclesiæ Sacramenta non denegare occultis peccatoribus, sed tantùm publicis & manifestis, qui iam pro canibus habentur. Secundò dicendum, hunc locum propriè non pertinere ad Sacramentorum administrationem, sed vel solùm, vel potissimum ad verbi Dei dispensationem & doctrinam, quod patet tum ex præcedentibus, qui
B bus hæc subiunguntur, tum quia sequitur; *Ne forte conuersi disrumpant vos.* Non enim periculum est ne si petentibus peccatoribus dentur Sacramẽta, conuer si disrumpant largitorem, sed contra potius periculum ne disrumpant negantem. Ad alium verò locum pertinet, quòd Sacramenta indignis, si manifesta sit eorum indignitas & condemnata, non sint communicanda, nempe ad illud: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Et illud Pauli: Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, &c. cum huiusmodi nec cibũ sumere. Et nemini citò manus imposueris, ne cõmunicaueris peccatis alienis.

C

PETITE, ET DABITVR VOBIS, QVÆRITE, ET INVENIETIS, &c.] Cùm variè a diuersis hæc superioribus coniungantur, conuenientissima videtr ucõnexio quã indicat D. Chrysost. nimirum quòd, quia magna erũt, & humanæ naturæ propter infirmitatẽ & corruptionẽ difficilia quæ hactenus Dominus præceperat, hic iam docet qua ratione quæ dicta sunt præstare possimus, videlicet si oratione auxiliũ & gratiã Deiim plorauerimus: quem orantibus ipsũ daturũ quæ petunt promittit. Simul etiã per hæc docet, neaudita præcepta putemus nostris nos viribus posse implere, sed ad perficiẽdum ea necessariũ nobis esse Dei adiutorium precibus impetrãdũ. Ideoq; non dixit quid petendum aut quærendũ sit: sed tantùm, petite & quærite, quia quæ petenda sunt
D in præcedentibus memorata sunt, & in his oportunum pro quibus oporteat rogare. Porro tres illas sententias: *Petite, quærite, pulsate,* &c. subtiliter D. Aug. sic distinguit in expositione huius sermonis Domini, vt petitio pertineat ad impetrãdam sanitatem firmitatemq; animi, vt ea quæ præcipitur implere possimus: inquisitio antem, ad inuenien dam veritatẽ: pulsare verò, propter beatæ vitæ possessionem & introitũ regni cœlorum, dictum sit. Alii etiã sic distinguunt: petite fide, quærite spe, pulsate charitate. Aut: Petite orando, quærite recte viuendo, pulsate perseuerando. Verùm idem Augu. lib. 1. Retract. cap. 19. hãc suã expositionem retractans, inquit, Operosè quidem ista tria quid inter se differant exponẽdum putaui, sed longè melius ad instantissimam petitionem omnia referuntur. Hoc quippe ostendit, vbi eodem verbo cuncta concluserit, dicens, *Quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se?* Non enim dixit, petentibus, quærentibus, pulsantibus. Hæc ille. Itaque tribus illis sententiis vnum & idem significatur, nisi quòd congeries sententiarũ commendet fidentem, instantem, & ardentem precationem

tionem. Nam ipsum petere, fiduciam in oratione A necessariam significat: quærere verò diligentiam pulsare ardorem & perseuerantiam. Nemo enim petit aliquid, qui non illud ex animo desideret, & impetrare se posse confidat. Qui verò quærit, cũcta alia à mente proiciẽs, vnum illud quod solũ requirit, intendit. Qui verò crebro pulsu ostiũ ferit, ardens desiderium ostendit. Itaque, vt habet Chrysostomus, per hoc quod adiecit, *quærite & pulsate*, non obiter postulandum esse docuit, sed eũ sedulitate multa, & magna patiẽtia, crebroq; pulsu. Sunt autem hæ sententiæ è vulgi sermone mutuatæ. Nam vulgò dici solet, nihil ferè dari, nisi petentibus, nihil inuenire fere nisi quærentes, nõ aperiri ostium, nisi pulsantibus. Perinde ergo est
B ac si diceret Dominus: Vulgò non nisi petẽtibus dari solet, & quærẽtes dũtaxat inueniunt, neque intromittũtur in ædes, nisi qui ostiunt pulsarint ita cùm maxima sint quæ à Deo expectanda sunt bona, par sanè est vt illa ab eo petatis desideranter, quæratis sedulò, ac ob ea impetranda pulsetis ardenter & pertinaciter, hoc est, vt ea petatis votis multo ardentissimis. Quòd si feceretis, procul dubio voti vestri cõpotes efficiemini. Quod iam generalibus sententiis Dominus confirmat, subdens: *Omnis enim qui petit* &c. quasi dicat: Non omnis quidẽ qui petit ab homine etiam iustissimè, accipit: nec omnis qui quærit terrenum aliquid, illud inuenit: nec pulsanti ostiũ domus semper aperitur ab hominib. verùm omnis qui de-
C sideranter petit patrem celestem, accipit ab eo quod petit: & qui sedulò quærit ab eo, inuenit, & qui assiduis illũ precibus pulsat, aperietur ei, hoc est, sine discretione quisquis Deum ex animo diligẽter & assiduè precatus fuerit, consequetur omnino quod petit. Porro generalis illa sententia, *Omnis qui petit accipit*, sic primùm est accipienda, omnis qui petit recta & rectè, vel q petit quæ oportet, & quomodo oportet. Recta enim esse petẽda vt exaudiamur, docetur in sequẽti exemplo: modus autem quo rectè est petendũ, partim hic indicatur, partim alibi. Hic enim insinuatur per tria illa, petere, quærere & pulsare, cum fiduciaseduìò instanter petendum esse. Præter hæc verò D in orante requiritur vt nõ sit in eo legitimum impedimẽtum quo se indignum faciat exauditione apud Deum, quod primùm fit si temporalia mala intentione quæramus. Petitis, inquit Iacobus, & non accipitis, eo quòd malè petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis. Secundò, si ipsi in alios inclementes fuerimus. Quod enim obturat aurẽ suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & nõ exaudietur. Et supra: Si autem nõ dimiseritis hominibus peccata, &c. Postremùm generaliter, si quis in peccãdi proposito perseueret, nec studuerit cor suum purificare: Qui enim declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et, Si omnipotentẽ fueris deprecatus, si mundus & rectus fcesseris, statim euigilabit ad te. Et: Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus. Nec mirũ si huiusmodi conditio sit subintelligenda in hac generali sententia, cùm in omnibus similibus generalib. locutionibus sit intelligendum nisi aliunde aliquid impediat, vt quãdo dicitur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequẽtur. &: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit, & sic de simi-
E libus. Rursum cùm dicitur *Omnis qui petit, accipit*, intelligendum, acceptũ quod petit, nisi magis expediat non accipere. Qui enim bona temporalia aut liberationem ab afflictionibus petit etiã rectè, non: ea semper consequitur, quod aliquando præstet non consequi. Vnde Paulo optanti liberari à stimulo carnis dictum est: Sufficit tibi gratia mea. Nam & huiusmodi conditio intelligenda est in omnibus illis sententiis, quibus temporale aliquod bonum iustis promittitur. Hac enim sententia; *omnis qui petit accipit*; Dei benignitatem significare Saluator voluit. Iam hoc ipsũ summæ benignitatis est, quòd quæ precamur temporalia bona nõ det Deus, quomodo aliterfa luti nostræ magis expedire iudicat: quãquam nõ omninoneceſſe fuerithanc conditionem hicſubintelligere. Qui enim huiusmodi tẽporalia rectè petit, sic ea petere debet, vt non velit ea sibi dari, si Deus iudicet magis expedire vt non accipiantur, & vt aut quæ petit temporalia Deus det, aut patientiam, saltẽ in malis, si illa perdurare Deus voluerit, proinde talis semper impetrat & accipit quod petit.

Iacobi 4.

Prou.21.

Prou.28. Iob 8.

Ioan.3.

Matth. 5 Rom. 10.

11. Cor. 12

Genes. 8.

Eccle. 7.

AVT QVIS EST EX VOBIS HOMO, QVEM SI PETIERIT FILIVS PANEM, &c.] Generales illas promissiones de exorando Deum confirmat exemplo patris terreni, vsus scilicet argumento à minori, quæ ad orãdum cũ spe exorandi hortatur, & simul docet quæ petere Deum oporteat, nempe bona necessaria vel vtilia. Ideo enim introducit in exemplo, patrem filio petenti panem necessarium nõ dare lapidem inutilem, & perenti piscem vtilem & delectabilem, non dare serpentem nociuum, vt intelligamus Deum nobis necessaria & vtilia petentibus nõ daturum inutilia aut noxia: & rursum intelligamus ideo Deum non dare quandoque quę petimus, quia si daret quæ petimus, daret inutile aliquid aut nociuum, quamuis nos putemus nos petere aliquid necessarium vel vtile. Cùm autem ex nuda comparatione patris terreni ad patrem cœlestem, cõstare posset patris cœlestis in exaudiendo facilitas, eo quòd nemo dubitare posset quin maior sit patris cœlestis benignitas, quam cuiusuis patris terreni quantumuis benigni, tamẽ quò efficacius eos certiores redderet de patris cœlestis facilitate, adiecit: *Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris,* non simpliciter à minori argumentans, sed etiam à contrario: malos autem homines vocat, non quòd natura mali sint conditi, vt asseruerũt Manichæi, sed vel comparatione diuinæ bonitatis, respectu cuius humana etiam bonitas quodammodo malitia est, propter magnam dissimilitudinẽ, vel potius tũ quiã ad malum omnes propensi sumus ab adolescẽti a iuxta illud: Sensus & cogitatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescentia, tum quia nemo inuenitur liber ab omni peccato. Non est enim iustus qui faciat bonum, & non peccet. Sensus ergo est: Cùm tantũ valeat affectus ille, vulgò patribus erga suos liberos in situs: vt quãuis mali sint patres, tamen filiis bona petẽtibus compellat nõ præbere mala, sed bona quæ petunt: multo magis pater vester cœlestis natura sua solus bonus, omnisq; malitiæ expers, à quo & affectus ille beneuolentiæ in terrenis patribus proficiscitur, facilè daturus est bona his qui rogant eum.

OMNIA ERGO QVAECVNQVE VVLTIS VT

Universidad de Deusto
Biblioteca

VT FACIANT VOBIS HOMINES,&c.] Postquam obiter Dominus inseruisset de orando Deum sermonẽ, redit ad id vnde digressus est, generali iam sententia cõcludendo, præcipiens quę priùs diuersis præceperat ad dilectionem proximi pertinentia: qua sententia demonstrat omniumil lorum præcedẽtium præceptorũ quæ pertinent ad dilectionem proximi, æquitatẽ. Nam est hæc sẽtẽtia iuris naturalis, per sese æquissima, vt priùs dictũ est. Porro testatur Augustinus, quosdam latinos codices habuisse additum: bona, hoc modo *omnia ergo quæcunq; vultis vt faciant vobis homines bona*. Verùm hoc putat additũ à quoquam ad manifestationem sententiæ. Non esse enim apud Græcos, sed nec necesse esse vt addatur aut subintelligatur, cùm voluntas hic, secundũ eum, accipi debeat vt destinguatur cõtra cupiditatem, hoc est, vt priùs dictum est, pro voluntate rationabili, & non pro corrupta & inordinata cupiditate. Additur tamen ea dictio & apud Cyprianum in expositione orationis Dominicæ. Quod autem sequitur: *Hæc est enim lex & prophetæ*: hunc habet sensũ: Istud est quod lex Mosaica & prophetarum scripta variis præceptis exigunt. Sed quæritur quomodo hic Dominus dicat præceptum istud dilectionis proximi esse legẽ & prophetas, cùm postea dicit, in duobus mãdatis pendere totam legem & prophetas. Et respondet Augustinus in expositione huius sermonis: Non dici hic præceptum istud esse totam legem, sed tantum, *hæc est lex & prophetæ*, quia scilicet istud præceptum à lege & prophetis per varia præcepta præcipitur. Idem tamẽ lib. 8. de Trinitate cap. 7. intelligit hic Dominum voluisse totam legem & prophetas in hoc præcepto consistere, sicut & à Paulo dicitur, Qui diligit proximũ, legem impleuit. Et: Omnis lex in vno sermone impletur, in eo quod scriptũ est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Cùm enim (inquit Augustinus) duo præcepta sint, in quibus tota lex pendet & prophetæ, dilectio Dei & dilectio proximi, non immeritò plerunq; scriptura pro vtroque vnum posuit, nimirum quòd neutra sine altera esse possit, sed vtraq; altera includatur. Videtur tamẽ in illis locis Paulus nõ locutus de lege in vniuersum, sed tantùm delege, quatenus tradit ea quæ ad proximum pertinẽt, vt patet ex declaratione quæ est ad Roma. 12. Et certè prior intelligentia huius loci est simplicior. Non enim rectè intelligi satis potest, quomodo tota lex præcipiat vt quæcunque volumus nobis fieri, eadem & nos faciamus aliis. Sunt autẽ quidam Græci codices, qui non habent: ὅτος γαρ ἐστι νόμος, id est, hæc est enim lex: sed ὅτως, id est, Sic est enim lex, id est, sic lex & prophetæ determinant & præscribunt. Quæ etiam lectio dictæ intelligentię bene conuenit.

Rom. 13. Galat. 5.

INTRATE PER ANGVSTAM PORTAM, QVIA LATA PORTA ET SPATIOSA VIA EST, &c.] Post varia dilectionis proximi, & contemptus rerum huius mundi præcepta, iam deinceps vsque ad finem sermonis adhortatur Dominus ad præceptorũ horum obseruationem & acceptationẽ. Et imprimis, quia præscripta hactenus ab ipso viuendi ratio absolutissima, arcta est, ãgusta & rara, ne ab ea auditores abhorrerẽt & alienarentur, tũ ob vię huius angustias & difficultates, tum ob paucitatem sectantiũ hanc vitę rationem, hortatur vt angustam portam hanc viam amplectamur, quàm spacioſam illam impiorum viam, quòd hęc ad gehennam, illa ad vitam perducat. Et quidem suprà docuit, gratia diuina opus esse ad impletionem horum præceptorũ, cùm orare docuit: hic verò etiam liberi arbitrii & nostri conatus esse insinuat, vt quę dicta sunt præstemus, cùm nos intrare præcepit per angustam portam, significãs conatu & labore opus esse vt angustias portę superemus. quod apertius significauit, cùm seorsũ hac similitudine vsus est: quando, vt habet Lucas cap. 13. respondit legispertio interroganti, si pauci essent qui saluarentur: Contendite intrare per angustam portam. Quanquam autem quidam hic aliud intelligãt per portam & per viam, simplicius tamẽ fuerit idem per vtrunque intelligere: per portam quidem & viam angustam & arctam, virtutum operationẽ: per spatiosam verò & latam, viã iniquitatis, hoc est, rationem viuendi inique. Verùm quomodo hic dicitur via virtutis arcta & angusta, cùm postea dicat Dominus, Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Et, mandata eius grauia non sunt? Et Psalmista dicat, quod apertè huic loco videtur cõtrarium. Latum mandatum tuum nimis? Deinde Sapiens dicit de viis sapientiæ, Viæ eius, viæ pulchræ. Ad pulchritudinem autem viarum pertinet vt latæ sint, quemadmodum Homerus appellat interdum vrbes quas laudat, εὐρυχωρίας, hoc est, latiuias, vt sic dicam. Pro huius explicatione annotandum, variis rationibus posse intelligi viam virtutis vocari hic arctam & angustam. Primò, quia paucos recipit & admittit, si fiat comparatio ad numerum eorum qui ambulant viam iniquitatis, quæ ob id etiam spatiosa dicitur. Atque hac ratione vocari hic viam virtutis arctam, satis significare videntur verba Lucæ, quibus Dominũ dixisse commemorat: Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Si autem hac ratione intelligatur via virtutis arcta dici, non est quòd scripturæ illæ, quæ asserunt iugum Domini esse leue videri possint hũic loco esse contrariæ. Secundò, via virtutis rectè dicitur arcta, consideratione habita ad ipsam virtutis naturam. Cùm enim virtus sit in medio virorũ actis quibusdam iustitię legibus conclusa, & deinde virtutes inter se connexæ esse debeant, adeo vt qui delinquat in vno, factus sit omniũ reus, bene certe arcta est virtutis via, eo quòd facilis sit digressio ex ea declinando ad dexteram, vel ad sinistrã. Contra verò spatiosa est via iniquitatis quia expanditur per omnia vitia hinc & inde. Nam, vt habet philosophus, *Vno quisque modo bonus est, multisque nefandus.* Tertiò, via virtutis arcta dicitur; consideratione habita ad carnis & mundi concupiscẽtiam, quia scilicet illam infinitatem & liberam agendi quæcunq; quæ lubent facultatem quam sẽsus expetunt amputat in nobis, certis quibusdam pietatis legibus nos arctans & contrahens. Atque hæc tertia ratio satis coincidit cũ secunda. Quoniam enim virtus in seipsa arcta est & angusta, hinc etiam & nos coarctat, & liberam agendi quiduis facultatem à nobis excludit. Porro ex tertia & secũda rationibus patet, viã virtutis non solùm carni esse difficilem & arduam, sed etiam in seipsa. Dicuntur tamen mandata Domini non esse grauia, & iugũ eius esse suaue, & leue onus eius, quia tũ fides cœlestium præmiorum, tum amor Dei ea leuia videri

1. Ioan. 5.

Psal. 118.

Prouer. 3.

Luce 13

videri facit iustis. Carni enim & carnalibus grauia sunt, non spiritui, nec secundum spiritum vi-
1. Ioan. 5. uere assuetis. Vnde cũ Ioã. dixit: Et mandata eius grauia non sunt; subiecit: Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum, & hęc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Per quæ satis declarauit, quibus & quatenus Dei præcepta sunt facilia, nempe natis ex Deo & credentibus, qui per fidem cœlestium bonorum omnia quę sunt huius mundi bona facilè contemnunt. His certè via virtutis non videtur secundum spiritum esse arcta, sed habet in eis iustam suam latitudinem; longè pulchriorem illis huius seculi viis, eo quod mentem hominis dilatet, atque ad benefaciendum omnibus indefinenter sese extendat. At que ob hanc causam intelligi potest dixisse Psalmistam, Latũ est mandatum Domini, quanquam ex parte præcedenti, cui hęc sententia opponitur non obscurũ sit quid voluerit significare Psalmista, nimirum quòd cùm omnis res huius seculi, quantumuis cõsummata & perfecta, habeat finẽ, Dei mãdatum finem nesciat, sed se extendat in æternitatem, perducens suos sectatores ad vitam æternam, vt dictum est in expositione Psalmorũ. Potest autem quartò declarari quomodo via & porta quæ ducit ad vitam, sit arcta & angusta, nimirum quia non capit huius mundi gloria turgidos, fastu elatos, laxi distẽtos, diuitiarum sarcinis oneratos, aut reliquas huius mundi copias secũ trahentes, sed nudos, & ab omnibus huius mundi cupiditatibus liberos, ac veluti exutis corporibus in spiritum extenuatos. Porro notandum ex Hieronymo quàm signãter Dominus de vtraque via locutus sit. Per latam enim viam dicit multos ambulare, arctam verò paucos inuenire. Latam enim non quærimus, nec inuentione opus est, nam spõte se offert. Angustam verò nec omnes inueniunt, nec qui inueniunt ingrediuntur statim per eam, aut non perseuerant in ea. Si quidem multi inuenta veritatis via capti voluptatibus seculi, de medio itinere reuertuntur. Bene ergo dicit; *pauci sunt qui mueniunt eam*; significans etiam pauciores esse qui ambulent per eam. Docuit ergo Dominus hac parabola duarum viarum, non respicere ad multorum conuersationem, sed potius paucorum nos fieri imitatores: nec tam attẽdere ad peruersæ viæ latitudinem, & viæ virtutis angustias, quàm quónam hæc vtraque perducat.

ATTENDITE A FALSIS PROPHETIS, QVI VENIVNT AD VOS, &c.] Post traditam verę & absolutę pietatis summam, & ad hortationem ad ingrediendum viam arctam, commodè nunc subiicitur de vitãdis falsis prophetis quòd hi abducere studeant à vera pietate, & via illa stricta quæ ducit ad vitam, cùm tamẽ sese profiteantur vię huius doctores esse & ductores, idq; callidè simulata quadã sanctimonia præ se ferant, à quibus proinde summa cũ vigilantia cauendum esse admonet: quod sicut perniciosissimum est si recipiantur, ita dignosci non possunt, nisi adhibita diligenti quadam cautione & attentione. Dicit ergo *Attendite* (hoc est, diligẽter & prouidè cauete vobis) *à falsis prophetis*, vel, vt habent Græca, vni ca dictione, *à pseudoprophetis*. Hos vocat omnes falsos doctores, qui officiũ videndi ea quæ aliis non sunt manifesta, profitentur: siue futura prædicant, siue non. Nã & prophetæ veri dicũtur in scripturis, qui spiritu prophetico prophetarum scripta aliis explicare possunt, etiã si nulla futura ipsimet prædicant. Sunt ergo pseudoprophetę duplices. Quidam enim apertè Christianismum impugnant, Christum negantes, & quæ apertè sunt fidei in illum cõtraria docentes, qualis fuit Mahumetes, qualis & erit ille Antichristi pseudopropheta, de quo in Apocalypsi. De qualib. loquitur etiã Dominus infra: Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem ducantur (si fieri potest) etiam electi. Alii sũt qui Christianismum & Christi nomen professi, sub Christianæ & Euangelicæ doctrinæ prętextu docent quæ sunt Euãgelio & veritati cõtraria, quales sunt quos communiter hæreticos appellamus, de quibus apertè Paulus, Spiritũ manifestè dicit, &c. Hos autem falsos doctores, pseudoprophetas hîc vocat, vel ob id quòd hactenus sic vocati ferant apud Iudæos, quotquot falsa docerent, & vt huiusmodi appellatione commonefaceret eos malorum illorum quæ patribus eorum contigerunt per pseudoprophetas. De his ergo omnibus dicit: *Qui veniunt ad vos*, ex se scilicet, non missi à Deo. Id enim significat verbum, *venire*. Porro vestimenta ouium sunt, quæcunque pertinent ad externam sanctitatis declarationem: qualia sunt miracula, ieiunium, eleemosyna, oratio, castitas, diuitiarum contemptus, inclamare semper Euangelium, vti sacramentis Ecclesiasticis, & alia quęcunque sanctitatem & integritatẽ prę se ferunt. Intrinsecus autem sunt lupi rapaces, quia cùm sanctitatem & simplicitatem foris ostentent, intus, hoc est, in animo & latenter nihil aliud sunt quàm lupi, nimirum quia reuera gregem Dominicum & oues Christi simplices & innocentes dilacerare student. De qualibus & Paulus: Attendite, inquit, vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, Ego scio quoniam intrabunt post discessionẽ meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobismetipsis exurgẽt viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Et quidem sunt aliqui ex trinsecus lupi, veluti apertæ veritatis hostes, de quibus infra loquitur Dominus, dicens: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum: verũ ab istis intrinsicè lupis plus est periculi, quod sub habitu ouis lupum agant. Nihil est negotii lupũ ab oue dignoscere. si vterq; det suam vocem. si vterque suapelle tectus veniat. Verùm quid facias, vbi lupus ouillo vellere, ouillam voce ouem simulans irrepserit in ouile, non vt ouis fiat, sed vt crudelius oues laniet. Certè vigilanter attendendum & maximè pastoribus, vt aliquo signo deprehensũ lupũ ab ouibus separent condigno supplicio sumpto de ipso, vt fiat quemadmodũ legimus in Æsopicis fabulis: Lupus enim ouis pelle indutus, ouium se immiscuit gregi, quotidieq; aliquam ex eis occidebat. Quod cùm pastor animaduertisset, illum in altissima arbore suspendit. Interrogantibus autem cęteris pastoribus, cur ouem suspendisset, aiebat, Pellis quidem vt videtis, est ouis, opera autem erant lupi. Cęterùm quoniam huiusmodi lupi latent, & oues se esse mentiuntur, docet Saluator quomodo dignosci poterunt ab his qui propius eos, & quæ eorum sunt inspexerint: *A fructibus*, inquit, *eorum cognoscetis eos*. Circa quod tamen oritur difficultas. Si enim veniunt in vestimentis ouium, hoc est, exterius se oues

Pseudoprophetæ qui

Mat. 24.

1. Tim. 4.

Vestimenta ouium

Act. 20

sicc

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse ostentent, nec de absconditis & internis homo iudicare possit, quomodo ex fructibus suis cognoscentur occulti isti lupi? Dicendū, quòd quantumuis se lupi isti occultare studeant, tamē facilè deprehendi poterunt ex aliquibus eorum fructibus, quanquam non ex omnibus fructibus. Sunt autem fructus eorum ex quibus cognosci possūt duplices, nempe doctrina & opera. Et quidem ex doctrina eorum nonnunquam apertissimè cognoscūtur, videlicet cùm manifestè cōtraria doctrinæ veritatis prædicāt. Vnde Ioannes hoc iudicio docet cognoscere pseudoprophetas, dicens: Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei, omnis spiritus qui confitetur Iesū Christum in carne venisse, ex Deo est, & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est. Sic & nobis semper videndū cùm nouus aliquis prædicator exurgit, qui noua aliqua inculcat, num illius doctrina cōueniat cū recepta veritatis doctrina, ad quam tanquam ad Lydium lapidem omnium doctrina examinari & probari debet. Et quidem de huiusmodi fructu, doctrinæ scilicet, locutum hic etiam Dominum cùm dixit *A fructibus eorum cognoscetis eos*; patet ex his quæ hoc loco subiicit Dominus apud Lucam, *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona*, &c. Alii autem fructus per quos cognosci possunt non esse ex Deo, sunt opera exteriora. Nam quantumuis simulent & dissimulent, tamen alicubi produnt se spiritu diuino esse destitutos, dum si quis vitam & mores eorū attentius obseruet, repetiet illos sibi placentes, gloriæ sitientes, assentatores, inuidos, maledicos & obtrectatores, nonnunquam & venitridedicos, & suis temporalibus commodis seruientes, & omnino suū negotium agentes potius quam veritatis. Huiusmodi enim notis fere notantur in scripturis: & maxime apud Paulum: Nam rogo, inquit, vos fratres vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis faciūt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo Domino nostro nō seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentum. Ad Galat. 6. notat pseudoprophetarum tum superbiam, tum persecutionem pro veritate recusationem. Quicunq; inquit volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi tantùm, vt eru cis Christi persecutionem non patiantur. Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt, sed volunt vos circūcidi, vt in carne vestra glorientur. Et æmulantur vos non bene, sed excludere volunt vos vt illos æmulemini. Et: Multi, inquit, ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorū Deus venter est & gloria in confusione ipsorum. Sic & aliis multis locis. 2. Corint 11. 1. Timo. 4. & ad Tit. 1. 2. Pet. 2. notantur ambitionis, auaritiæ, iupercilii, doli & inuidentiæ. Cùm autem pseudoprophetæ & ex doctrina, & ex operibus suis cognosci possint, aliquando quidem apertius eos prodit doctrina, vt quando apertè Euangelio contraria, & manifestè impia docent: aliquando verò ipsa opera doctrinæ eorum falsitatem declarant apertius, vt cùm talia docēt, quorum falsitas non ita facile à quouis aduerti possit. Itaq; si eorum doctrina & opera exactè perpendantur, aut doctrina condemnabit eorum opera, quantumuis in speciem bona, aut opera condemnabunt eorum doctrinam, quātumuis in speciem vera.

Fructus duplices, doctrina & opera.

Rom. 19.

Galat. 4

Philip. 3

'NON EST ENIM ARBOR BONA QVAE FACIT FRVCTVS MALOS, NEQVE ARBOR MALA, &c.] Lucas hanc similitudinem de arbore bona & mala ponit post parabolam de trabe & festuca, subiiciens per coniunctionem causalem, *Non est enim arbor bona*, ita vt videatur necessariò debere referri ad ea quæ dicta sunt de eo qui festucam ex alieno oculo vult eiicere, cùm ipse trabem habeat in proprio. Quomodo ergo Matthæus hanc similitudinem ponit post doctrinam de vitandis pseudoprophetis, ad ostendendum quomodo illi ex fructibus suis cognosci possunt? Certè dicendum, Lucam, qui sermonem hunc breuiter descripsit, multa etiam hic in medio omisisse, & tamen rectè per coniunctionem, *enim*, hanc similitudinem de arbore bona & mala coniunxisse cum eo quod Dominus dicit de hypocritis: *Hypocrita eiice primùm*, &c. quia hæc similitudo dicta est à Domino contra hypocritas. Nam & pseudoprophetæ, pro quibus dignoscendis hanc similitudinem Matthæus ostendit Dominum dixisse, sunt hypocritæ, valetq; hæc similitudo ad omnes hypocritas redarguendos & dignoscendos, etiam eos qui quasi iusti essent, alios volunt docere, cum ipsi grauioribus sint criminibus obnoxij. Aduertendum autem Dominum volentem declarare quomodo pseudoprophetæ & hypocritę ex fructibus suis dignosci possint, ostendere id ex similitudine arborum dupliciter. Nam in specie id ostendit, cùm dicit: *Nunquid colligūt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?* Pro quo Lucas: *Neque de spinis colligunt ficus neque de rubo vindemiant vuam.* Neque curandum vtrum horum dixerit Dominus, cùm sensus vtriusque idem sit. In genere verò id ostendit, cū dicit: *Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala, autem arbor malos fructus facit.* Loquitur autem de arboribus fructiferis. Nam alioqui non omnis arbor ex fructu suo cognoscitur. Ne autem putaretur arbor bona bonos simul & malos posse proferre fructus, subiecit per exaggerationem: *Nō potest arbor bona malos fructus facere*, &c. Porro inter arbores bonas & malas potest fieri comparatio, vel secundum genus, vel secūdum speciem, vel secundum individua. Secundum genus quidem, vt cùm dicimus pomum esse bonam arborem, malam autem rubum, & pomum meliorem esse ceraso. Secundum speciem verò, vt cùm dicimus pomum huius speciei meliorem pomo alterius speciei. Sic etiam de individuis. Verùm circa applicationem huius parabolæ est nonnulla difficultas. Quomodo enim applicabitur illud: *Neque enim colligunt de spinis ficus*, &c. Nam de malis hominibus sæpe percipitur doctrina veritatis, Domino præcipiente de Pharisæis & Scribis: Omnia quæcunque dicunt facite, secundum opera verò eorum nolite facere. Deinde quomodo dicitur mala arbor non facere bonos fructus, cùm mali frequenter bene prædicent, vt bene docendo frequenter in auditoribus bonum fructum fidei & charitatis producant? quomodo etiam bona arbor non facit fructus malos, cùm nullus sit quantumuis bonus, qui non subinde mala faciat, sicut nullus fere tam malus, qui non faciat aliquando bona quædam opera? Ad primam & secundam quæstionem

Quomodo mali profint.

stionem respondet hoc loco Augustinus: Quòd si aliquando malus sit vtilis, nō hoc ipse facit, sed fit de illo diuina prouidētia procurante. Impij enim per diuinam prouidentiam legem Dei prædicantes, possunt esse audientibus vtiles, cùm ipsi non sint sibi vtiles. Nō ergo qui eos audiunt, & faciūt quæ ab eis dicuntur, de spinis colligunt vuas, sed per spinas de vite legunt vuas: tāquam si manum aliquis per sepem mittat, aut certè de vite quæ se pi fuerit inuoluta vuam legat, non spinarum est iste fructus, sed vitis. Ita ferè Augustinus. Ad tertiam verò quæstionem, qua quæritur, quomodo arbor bona dicitur non facere malos fructus, & contrà arbor mala bonos, cùm malus homo bona, & bonus mala faciat, facilis etiā est responsio, secundùm Augustinum. Nam, vt ipse in variis locis docet, per arborem bonam, voluntas bona est intelligenda: per arborem malam, voluntas mala. Iam manifestum est bonam hominis voluntatem mala non facere, nec contrà malam voluntatem bona facere. Nam quæ bonus homo mala facit, à malo procedunt quod est in homine: & quæ malus bona facit, à bono procedunt quod est in ipso. Verùm si diligenter attendamus, hę responsiones non videntur satisfacere. Nam quod ad primam attinet, doctrina veritatis à malo homine prędicata, æquè est fructus & opus ipsius, atque prædicata à bono, cùm sit vtriusque libero arbitrio profecta. Et quod ad secundam pertinet, per arborem bonam & malam Dominum voluisse intelligere homines bonos & malos, non autem voluntatem malam & bonam, patet tum ex eo q̄ per hanc similitudinem velit ostendere quomodo possimus homines ex factis eorum cognoscere, sicut arbores ex suis fructibus: tum quòd subiiciat, *omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*, significans hominem infructuosum è mūdo tollendum, & proiiciendum in ignē inferni: tum quòd apud Lucam veluti pro explicatione parabolæ dicitur à Domino: *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo* &c. Pro difficultatum ergo solutione sciendum, Dominum hîc non vocare fructus hominum, ea quæ consequuntur ex dictis vel factis ipsorum in aliis hominibus, sed tantùm ipsorum dicta vel facta fructus ipsorum vocat: vt exempli gratia, si malus aliquis veritatem prædicet propter quæstum vel vanam gloriam, auditores tamen ex ea prædicatione ædificentur, ipsa ædificatio non vocatur hic fructus ipsius mali, sed ipsa prædicatio veritatis, quæ quāuis vtilis sit audientibus, & in seipsa bona, tamē quatenus à malo homine mala intentione procedit, malus est fructus, malæ arboris. Sic si quis praua intentione pauperi det eleemosynam: subuentio nō est fructus eius, sed ipsa elargitio quę praua intentione vitiata est. Quòd autem dicit Dominus, homines nō colligere vuas de spinis, non voluit significare, homines nihil boni sibi colligere ab impiis hominibus, sed ideo dixit homines non colligere vuas de spinis, quia spinæ non proferunt de se vuas, quemadmodum patet ex eo quod sequitur: *Sic omnis arbor bona bonos fructus facit*, &c. proinde significare tantum voluit illa sententia, malos nō producere fructus bonos, quamuis ex malis illorum fructibus quidam nouerunt sibi bonos fructus colligere, Deo ex malis bona eliciente. Secundò aduertendum, quòd inter arborē & hominem qui hic per similitudinem arboris parabolicè designatur, quāuis multa sit similitudo, multa tamen etiam est dissimilitudo. Nam cum arbor sit per naturā suam bona vel mala, eaque natura sit inuariabilis, arbor bona solùm profert fructus bonos, & mala solū malos. Et rursum, arbor bona sicut nō potest mutare speciem suam, & fieri mala, ita nō potest vnquam facere malos fructus, & similiter est de mala arbore. Homo verò cùm per voluntatē suā sit malus aut bonus, sitque volūtas ipsa mutabilis, imò duplex sit in eo voluntas: vna spiritus quæ ad bonū fertur: altera carnis, quę ad malum semper propendet, hinc fit vt propter voluntatis mutabilitatem homo bonus possit fieri malus, & sic facere malos fructus, & propter voluntatis duplicitatē, homo qui dicitur bonus propter volūtatem spiritus prædominātem etiam faciat malos fructus propter voluntatem carnis non omnino in homine mortuam. Et similiter dicēdum est de homine malo. Quæ cùm ita se habeant, ea quę Dominus dicit ad literam de arbore bona vel mala, non debēt in applicatione parabolæ omnia eodem modo hominibus accommodari. Non enim cùm dicit *Sic omnis arbor bona bonos fructus facit*, &c. Et: *Non potest arbor bona malos fructus facere*, &c. per arborem significat hominem metaphoricè, sed parabolicè. Hoc est, ad literam loquitur quidē de vera arbore, sed vult vt simile quid intelligamus de homine, quale experimur in arbore. In parabolarum autem applicatione non oportet in hoc studere, vt quæcunque rei tribuuntur, vnde sumitur in parabola exemplum, eadem eodem modo rei àdaptentur & conueniāt propter quam parabola assumpta est. Itaque per hoc quod hic dicit Dominus: *Non potest arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala bonos fructus facere*, quod simpliciter & absolutè verum est de arboribus veris de quibus ab literam est sermo, nō est intelligendum Dominum voluisse significare, ita etiam hominem bonum nunquam facere aut nō posse facere malos fructus, malum quoque nunquam facere aut non posse facere bonos fructus, sed tantùm significare voluisse, non posse fieri vt hominis boni fructus omnes vel plures & potiores fint mali. Sed cōtrà potius debere eius fructus omnes vel plures & potiores esse bonos. Et similiter non posse fieri, quin hominis mali omnes vel plures & potiores fructus sint mali, ita vt facilè sit, saltem ex quibusdam fructibus eius dignoscere falsitatem & malitiam eius, quatumuis eam multis conetur tegere virtutum speciebus. Nunc enim esse sensum à Domino intentū patet ex eo quòd posita similitudine arborem infert, *Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Certum est enim eum nō velle, ex singulis fructibus posse discerni pseudoprophetas, sicut ex singulis fructibus potest cognosci arbor. cùm veniant in vestimentis ouium, per quæ dignosci non possunt. Deinde idem satis patet ex eo: quòd Dominus explicans parabolam apud Lucam dicit *Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bonum*, &c. Non enim vult quòd solùm profert bonū. A liquādo enim ex eo quod adiacet ei malo profert malum. Verùm cùm thesaurus cordis eius bonus sit, hoc est plenum sit cor eius sapientia & virtute, fieri nō potest quin saltē potiores & plures eius sermones sint boni, Sic malus non semper profert mala ex malo thesauro cordis sui, sed aliquando ex adiacente sibi

Fructus sunt ipsa eum hominum facta vel dicta.

Luce 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhuc bono, aut ex thesauro scripturarū profert bona; fieri tamen non potest quin frequenter è plenitudine depraui cordis loquatur, mala & peruersa, quia vt in plurimum os loquitur ex abūdantia cordis. Bene ergo concludit Dominus: *Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Ex qua tamen sententia non consequitur, omnes eos doctores esse pseudoprophetas, quorum fructus sunt mali. Omnes enim quorum fructus sunt mali, ex hoc ipso deprehenduntur esse mali, sed falsi doctores tunc esse deprehenduntur, cùm hi quinouam aliquam doctrinam adferunt, iactant eam proficisci à spiritu, aut se afflatos spiritu eam proferre: doctrina tamē eorum & vita inuenitur veritati & virtuti esse contraria, ac proinde non profecta à spiritu sancto. Ex falsitate enim quæ inuenitur in eorum doctrina cum scripturis pugnante, deprehendūtur falsi doctores, & rursum ex mala vita cognoscuntur nō esse afflati spiritu, quemadmodum gloriantur. Non enim hic à Domino datur signum ex quo dignosci possunt omnes veri doctores, sed tantum quo prophetæ possunt dignosci, veri sint an falsi, hoc est, qui se venditant spiritu sancto afflatos, ex quo noua quædam & inaudita proferunt. Vnde hæc non pertinent ad eos prædicatores qui non se tanquam spiritu sancto afflactos exhibent, sed tātùm tanquam discipulos Ecclesiæ, ea docentes quæ lectione, studio & auditu ab Ecclesia didicerunt, qui an veri, an falsi sunt, non ex eorum vita deprehenditur, sed ex regula & doctrina Ecclesiastica. Cæterùm sunt qui illud quod dicitur de fructibus per quos pseudoprophetæ sunt agnoscendi, intelligunt non de fructibus personæ & vitæ cuiusque, sed de fructibus doctrinæ, vt cùm Christus dicit, *à fructibus eorum*, intelligatur de fructibus eorum non quatenus sunt homines, sed quatenus sunt doctores. Sicque facilior erit responsio ad ea quæ hic obiiciuntur, & generale erit signum quo omnium doctrina potent dignosci, & ex quo omnium hæreticorum doctrina, & maximè nostri seculi, facilè poterit confutari. Secundùm quem intellectum pulchrè distinguitur inter fructus & folia, vt intelligatur Dominus dicere voluisse: Nolite attendere ad folia eorum, ad verborum probabilitatem & ornatum, aut reliquam virtutum speciem quam ostentant, sed ad fructum qui ex doctrina ipsorum cōsequitur: siquidem & arboris bonæ vel malæ distinctio non percipitur satis ex foliis, sed euidentissimè ex ipsis fructibus. Qui autem hunc indicant intellectum similitudinem arboris bonæ & malæ applicant non ad voluntatem, aut hominem bonū vel malum, sed ad doctrinam malam aut bonam, hoc modo: Sicut non potest arbor mala bonos, nec bona malos fructus proferre: ita non potest esse doctrina mala, ex qua verè boni fructus tantùm procedunt: nec potest esse bona, ex qua mali fructus prodeunt. Verùm hæc applicatio non conuenit ei quod sequitur, *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur*, vt alia multa prætereantur. Proinde deberet applicatio fieri hoc modo: Sicuti arbor bona deprehenditur ex eo quòd fructus bonos profert, & contrà mala ex eo quod malos facit: sic verus propheta cognoscetur ex eo, quòd sua doctrina in auditoribus bonos fructus producit: falsus autem, si sua prædicatione malos fructus progignat. Nec videtur improbabilis huiusmodi explicatio, nisi quòd illud quod subiicit

A Lucas de bono & malo homine, magis conuenire videtur superiori enarrationi. Iam ex illa enarratione etiam patet malè ex illo loco, *Non potest arbor bona malos fructus facere*: &c. & Manichæos intellexisse duas naturas, quarum altera bona esset, altera mala: & alios quosdam hæreticos, inter quos Iouinianus, hinc collegisse, hominem natū ex Deo nunquam posse peccare. Non enim per arborem bonam & malam, naturarum diuersitatē, sed voluntatum aut hominum diuersitatem significare voluit Dominus. Deinde sententia illa, *non potest arbor*, &c. debet intelligi quamdiu permanet bona, non solùm vt applicari possit homini, sed etiam vt ad literam sit vera. Nam arbor bona aliB quando per naturæ defectum fit mala, & sic profert malos fructus. Quoniam autem Dominus pro dignoscendis pseudoprophetis induxerat similitudinē arboris bonæ & malæ, obiter etiā adiicit eam sententiam qua priùs vsus fuit Ioannes Baptista: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum*, &c. qua sententia simul consolari voluit eos qui à malis arboribus diuexantur, & exterrere eos qui malis arboribus sunt similes. Notandum autē circa hanc sententiam, Græca non habere futurum, excidetur & mittetur, sed præsens, exciditur & mittitur, quemadmodum & supra in verbis Ioannis Baptistæ. Quo magis iam manifestum sit quod prius dictum est, Dominum non metaphoricè per arborem significare homines, sed parabolicè, vt C quod videmus fieri in arboribus, idem de hominibus intelligamus, vt sit hic sensus: Videtis vulgò fieri quotidie vt arbor quæ non facit bonū fructū excidatur, è terra, ne frustra terram occupet, & in ignem mittatur: ita certè & hominibus infructuosis euenturum est, vt excisi è terra, mittantur in ignem inferni.

«QVID AVTEM VOCATIS ME DOMINE DOMINE, ET NON FACITIS QVAE DICO? NON OMNIS, &c.] Quod sequitur in Matthæo, *Non omnis qui dicit mihi, Domine*, &c. Augustinus sic coniungit superioribus, vt quoniam dixit, à fructibus suis cognosci pseudoprophetas, hic iam doceat inter fructus per quos cognosci possunt, nō esse censendum si innocent & prædicent nomē Christi. Pertinet enim & hoc ad vestimenta ouium, sub quo maximè decipere solent hæretici. Sed ex Luca magis apparet Dominum hæc dixisse de auditoribus, non autem de pseudoprophetis. Iam enim concluserat sermonem docet non satis esse credere in ipsum, & audire verba ipsius, sed ad salutem necessarium esse vt quis audita opere præstet. *Quid autem*, inquit, *vocatis me, Domine Domine*, &c. Est autem hæc geminatio ex proprietate sermonis Hebraici, qui quod exaggerat, congeminatione auget: sicut in Psalmis frequenter hæc geminatio reperitur, effectus vehementiam significans, & est huius interrogationis sensus: Quid ore subinde me cōpellatis Dominum, cùm non faciatis quæ præcipio? Si enim Dominum verè agnoscitis, obtemperate iussis meis, quemadmodum debetur à seruis dominis suis. Si verò nō agnoscitis, quid sibi vult in me Domini vocabulum? Nihil sanè profuerit honorifica compellatio, si desit debita obedientia: imò potius condemnabit, cùm arguat aut hypocritam, aut infidelem seruum, qui ore Dominum confiteatur, factis autem neget. Porrò quod apud Matthæum dicitur, *qui facit voluntatem patris*

tris mei: Lucas verò dicit, *& non facitis quæ dico*, manifestè significat vnam eandemq; esse patris & filij voluntatem, & patris verba esse quę filius dicit. Volūtas autem patris quam facere debet ingressurus regnū cœlorum, in duobus consistit, nempe in fide filij Dei, & dilectione, quæ non potest esse sine obseruatione externa mandatorum Dei.
1. Ioan. 3. Quæ duo coniunxit Ioannes: Et hoc est, inquit, mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & vt diligamus alterutrum, sicut dedit mandatū nobis. Cùm autem dixisset non omnem credentem ingressurum regnum cœlorum, nisi & vitam condignam habere curauerit, id declarat per aliud quoddam mirabilius quod addit, dicens, neque eos qui signa ædunt, eo regno digB nos futuros, nisi vita correspondeat fidei. Multi, inquit, dicent mihi in illa die (nempe iudicij) quo reuelabitur regnum cœlorum. Hunc enim diem, quasi cognitum & ab omnibus expectatū, vocauit illā diem, nisi fortè aliquid à Matthæo omissum est, in quo mentio facta fuit diei iudicij. Cæterùm circa hunc locum duo sunt annotāda. Primùm, quòd prophetæ & virtute eiiciendi dæmonia, sanandiq; quemlibet morbū donata, possunt esse mali, & à Christo alieni. Nō enim intelligendum, eos qui tunc dicturi sunt, prophetauimus in nomine tuo, & virtutes, hoc est, miracula multa fecimus in nomine tuo, mendaciter id dicturos, & non in nomine Christi prophetasse, aut miracula fecisse, sed diabolica virtute. Nam sic his ver C bis Dominus non ostenderet quod ostendere volebat, nimirum quòd non omnes qui dicunt, Domine Domine, intrabunt in regnum cœlorum: & quòd neque fides, neque miracula valent, si desit bona vita. Verisimile autē est, sicuti Iudæ, ita aliis multis in initio nascentis Ecclesiæ datam gratiā operandi in nomine Christi miracula, qui tamē fide per dilectionem operante erant vacui: quod vel ob id factum est diuina quadam dispensatione, vt ne fibi displicerent qui hoc donum non assequerentur, quasi Deo parum grati, cùm illud non tātùm bonorum sit, sed etiā malorum, quod
Ioan. 10. nec Ioanni Baptistæ, quo inter natos mulierū nō D surrexit maior, datum est. Nam de hoc dicitur quòd nullum signum fecerit. Porrò hinc licet euidens satis argumentum colligere contra eos qui negant veram fidem sine operibus & charitate posse consistere. Nā hic patet vera miracula posse fieri ab eo qui non habet charitatem, quæ tamen non posse fieri ab eo qui nō habet fidem, & Christianam fidem, variæ scripturæ docēt. Nam Marci vltimo de credentibus dicitur: Signa eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, &c. Sic Saluator propter incredulitatem ipsorum, Apostolos suos dixit non potuisse eiicere dæmonium quoddam. Prophetare autem quamuis hoc loco accipi posset propriè pro E eo quod est futura prædicere, rectius tamen accipitur generalius, quemadmodum apud Paulum pro eo quod est, differere ex afflatu spiritus de mysteriis Dei, quomodo prophetiam explicare videtur Paulus 1. ad Corinth. 13. vbi etiā significat & prophetiam & fidē quæ miracula operatur, posse esse sine charitate, & sine ea non prodesse. Si, inquit, habuero prophetiā, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Quod autem hic dicitur, in nomine tuo: (quæ oratio in diuersis locis diuersimodè explicari debet pro exigentia locorum) hic accipitur pro eo quod est, per virtutem tuam & numen tuum, nisi quòd cùm additur verbo, pphetauim⁹, videatur rectius debere exponi pro eo quod est, ex autoritate & commissione tua. quomodo dicitur econtrario Hierem. 27. de quibusdā pseudoprophetis: Non misi eos, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter. Secundò hic annotandum, quòd dicturum se dicit Dominus malis Christianis, *nunquam noui vos*, hoc est, inter meos non agnoui, nec approbaui. Notandū enim quod dicit, *nunquam*, hoc est, ne tunc quidem vos noui, cùm miracula in meo nomine faceretis, & meam causam agere videremini. Quod potest intelligi Dominus dixisse de his qui sēper fuerunt mali, nec vnquam Deum ex corde dilexerunt, qualem quidem fuisse ludam proditorē existimant, vt ideo intelligatur Dominus addidisse, *Triplex* nunquā, quo significaret eos de quibus loquitur *Dei notitia.* non ideo damnari, quia post miracula: facti sunt iniqui, sed etiam quia iniqui erant cùm miracula facerent & prophetarent. Aut si intelligatur etiā de illis dictum, qui cùm aliquando essent boni, exciderūt ab illa bonitate, vt omnibus impiis in die iudicij inuentis conueniat illud, *Nunquam noui vos*, dicendum ipsum loqui de notitia absolutæ prędestinationis. Tripliciter enim scriptura loquitur de Dei notitia. Aliquando enim loquitur de simplici Dei cognitione, quæ ad omnia bona & mala sese extendit. Aliquando verò loquitur de singulari quadam Dei cognitione, qua scilicet dicitur cognoscere ea quæ approbat, & eos homines quos amat, & inter suos agnoscit, quomodo vulgariter dicimur illum noscere quem familiarem habemus, illum verò nobis ignotum esse qui nobis est extraneus, etiā si eius nonnullam habeamus cognitionem. Sicut autem de dilectione Dei dupliciter loquitur scriptura, ita & de hac singulari Dei notitia. Aliquando enim dicitur diligere omnes iustè viuētes, etiā qui è iustitia sunt lapsuri, quia scilicet approbat eorum pro illo tempore conuersationem. Aliquando verò solùm dicitur diligere electos & prædestinatos: quæ dilectio nihil aliud est quàm prędestinatio, qua ęternam vitā eis certò præparauit. Sic & singulari ista notitia dicitur aliquando nosse omnes iustos diligen-
1. Cor. 8. tes ipsū, vt cùm dicit Paulus: Si quis diligit Deū, hic cognitus est ab eo. Aliquando verò dicitur nosse tantùm electos & prædestinatos, etiam qui adhuc non sunt spiritu eius donati. Sic dicit Dominus de Hieremia, Priusquā te formarē in vte- *Hiere. 1.*
ro, noui te. Et Paulus: Nouit Dominus qui sunt *2. Tim. 2.*
sui. De quali notitia etiā potest præsens locus accipi. Cæterùm non otiosum est quod dicit. Saluator: *Tunc confitebor illis.* Nam, vt annotauit Hieronymus, dicit, tunc, quia multo tempore ante dicere dissimulauerat. Quod autem sequitur: *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem*, desumptum omnino videtur ex Psal. 7. vbi eadem verba, quānis ex persona Dauidis, leguntur, & conueniunt ista cum iis verbis quæ infrà Matth. 25. se dicturum impiis pronunciat: Discedite à me maledicti in ignem æternum. Non dicit autem: qui operati estis iniquitatem, ne, vt annotauit Hieronymus, videretur tollere pœnitentiam: sed, *qui operamini iniquitatem*, non ob peccata quæ tempore iudicij peragent, quorū facultas eis erit adempta, sed vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob effectum peccandi qui tū in eis reperietur, vt vult D.Hier. vel potius quia in hac vita toti addicti fuerunt peccatis. Nam cùm in nostra lectione fit mentio de his qui operātur iniquitatē, vel qui dicuntur operantes iniquitatē, significantius vertetur, operarij iniquitatis, quod cōpetit his qui iniustitiæ addicti sunt, etiam dū nihil iniqui cōmittunt. Vnde Luc. 13. vbi eadem habetur sententia, est ἐργάται τῆς ἀδικίας id est, operatij iniquitatis.

OMNIS ERGO QVI VENIT AD ME, ET AVDIT VERBA, &c.] Pergit Dominus cōcludendo suū sermonē, ostendere quod cœpit, scilicet quantū prosit audiuisse hæc ipsius præcepta. si opere quis ea præstet, & cōtrà quàm nihil prosit ea audiuisse, & in ipsum credere, nisi vita respōdeat fidei & auditis præceptis: idq; ostendit per similitudinē duorū, quorum alter sapienter, alter stultè ædificat domū suam. Quæ similitudo ad literā satis aperta potest variè proposito Saluatoris applicari. Primò enim simpliciter intelligi potest eū qui audit Christū & facit præcepta eius, similē dici viro prudēti ædificāti domū suā in profundo super petrā, &c. quia talis prudēter sibi prospicit, & spē nititur firma, nō cōmouēdus vnquā, neque in præsenti seculo, neque in futuro. Eū verò qui audit quidē & credit, sed nō facit præcepta Christi, assimilari viro stulto, qui ædificat domū suā sine fundamento super arenā, &c. quia talis etiā stultè agit, & malè sibi prospicit, nitens fundamento vano, nēpe fide, & præceptorū diuinorū auditione, vnde sit subuertendus vel tentationibus huius vitæ, vel saltē condēnatione extremi iudicij. Secundū quā explicationē non erit sigillatim exquirendū, quid domus, petra, arena, imber, flumina, vēti significēt, quę nō esse curiosius explicanda in hac parabola, sicut nec in aliis parabolis singula accōmodanda sunt, vel illud satis docet, quod Lucas pluuiæ & ventorū & arenæ nō facit mentionē, sicut nec Matthęus fossionis in profundū. Potest tamen secūdò similitudo ista sic applicari, vt plurima ipsius particulariter accōmodentur, videlicet ideo qui audit & facit, assimiletur viro sapienti qui ędificauit domū suā super petrā, quia & ipse suā conuersationē & vitæ institutū, quod nō in vna operatione, sed in cōstructione vniuersę vitæ consistit, fundat super solidū fundamentū, nempe super obseruationē doctrinæ Christi euangelicæ, fodiens priùs in altū, hoc est, intimè & in profundo cordis Christi doctrinā recipiēs, & illius profunditatem in spiritu perscrutās. Proinde cùm descēderit pluuia, & flauerint venti, & flumina inūdauerint, hoc est, omnis generis tētationes illi vel à carne, vel à mūdo, vel à diabolo obuenerint, nō subnertetur cōuersatio eius, eo quòd nitatur firmo fundamēto. Sed nec per horridā illam nouissimi diei tempestatē deiicietur, sed immobilis persistet ob fundamēti cui innititur firmitatē. Qui verò audit, & nō facit, similis est stulto qui ædificauit domū sine fundamento super terrā, quia talis suā conuersationē & vitæ institutū fundat super auditione diuinæ doctrinæ, & fidē suā mortuā, vnde ad tēpus eius conuersatio habet aliquid decoris, & apparentis stabilitatis. Verùm cùm ingruerint tētationes huius vitæ, tū demū à fide cui innitebatur, facilè talis deiicietur. Et cùm descēdet è cœlo horrida illa nouissimi iudicij tēpestas, tū declarabitur quàm non firmo nixus sit fundamento, quod illuc tunc à ruina protegere nō poterit. Quod enim in parabola dicitur de pluuia, fluminibus & vētis, potest in applicatione vel referri ad tētationes huius vitę, quę illis nominibus frequēter in scriptu ris significantur: vel ad terribilē Domini aduentū, de quo Isaias: Introibunt in spelūcas petrarū, & in voragines terræ, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terrā. Sanè vt ad tempestatē aduentus Domini poti⁹ referatur, multū inuitat quod dicitur; *& facta est ruina domus illius magna.* Magna enim re vera erit ruina illa, qua impij deiicientur in tenebras exteriores. Sunt autē qui in secūda parte similitudinis, dū explicant quomodo is qui audit, sed non facit, ædificat super arenā, aut super terrā intelligunt per arenā & per terrā, amorē voluptatum & rerum huius seculi, super quā suam construunt conuersationē impij. Alij etiā aliud quid simile intelligūt. Sed secundùm hunc intellectū, non solùm de audiente & non faciente dicendū fuisset, quòd ædificat domū suā super terram, sed etiā de eo qui nec audit, nec credit, nec facit, hoc est, de omnibus impiis. Saluator autē videtur specialiter de audiente & nō facīte dicere voluisse, quòd audiendo & non faciendo, ædificat quidem super fundamento, sed infirmo, nimirū quia innititur auditioni & fidei suæ. Hic enim sensus vt propriè à litera significatur, ita cōuenit illi quod præcedit, in cuius declaratione hæc parabola assumpta est: *Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnū cælorū*, &c. Distinctior autē explicatio pluuiæ, fluminum & ventorum, videtur hoc loco negligenda, cùm hæc in mystico sensu à variis variè explicentur, ac Lucas tantū inundationis faciat mentionem. Illud tantùm quod ad literam pertinet annotandum est, tria à Matthæo posita sic distingui, quòd pluuia desuper domum obruat, flumina ex inferiori loco erūpāt, vēti verò latera domus concutiant: sicq; rectè per tres has species rerū aduersantiū domui, significātur omnia mala vndiq; occurrentia. Considerandum autem, quia cùm dixit; *Quia audit verba mea hæc*; satis significauit istum sermonem omnibus præceptis quibus Christiana vita formatur, esse perfectū. quē vt adimplere possimus, eius nobis sequēdum consilium qui in eodem sermone dixit, Petite & accipietis. Porrò quod apud Matthæum sequitur de admiratione turbarū, & protestate, hoc est, authoritate Domini in docendo dictum est circa verba Marci 1. in cap. Concordiæ 27.

Isaiæ 2.

CVRATVR LEPROSVS.

MATTH. 18. MARC. 1. LVC. 15. CAP. XLIIII.

c. 7. c. 5. † venies A e lepram.

Cùm autem [a] descendisset & [c] implesset omnia verba sua in aures plebis, [a] secutæ sunt eum turbæ multæ. [c] Et factum est eum esse in vna ciuitatum, [d] & [f] ecce † [e] venit ad eum [b] [d] vir plenus lepra, [c] & videns Iesum, [b] & [b] genu flexo [c] procidēs in faciē suā, [a] adorabat eū, & [b] rogauit eū [d] dicens: [f] Domine, si vis potes me mundare. [b] Iesus autem misertus eius,

eius, † [d] extendit manum suam: & tangens eū, ait illi: Volo, mūdare. Et [b] cùm dixisset, † [d] statim discessit ab eo lepra, [b] & mundatus est. Et comminatus est ei, statimq; eiecit illum, [c] & ipse præcepit ei vt nemini diceret. ◁ [e] Et ait illi [a] Iesus, Vide nemini dixeris, [d] sed vade, ostende te sacerdoti, & offer [b] pro emundatione tua † munus tuū quod præcepit Moyses in testimonium illis. [b] Et egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem. [c] Perambulabat autem magis sermo de illo, [b] ita vt iam non posset manifestè introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse. [b] Et conueniebant [b] ad eū vndique [c] turbæ multæ vt audirent & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum & orabat.

b. deprecans eum dicit ei
† Et extendēs le sua manū tetigit eū, dicens.
† confestim a mundata est lepra eius.
▷ b Et dicit ei.
b a principi sacerdotum.
c † b Qua

CVM AVTEM DESCENDISSET A DE MONTE, SECVTAE SVNT EVM TVRBAE MVLTAE.] Quandoquidem & ex Luca cōstat, Dominū, postquā è monte descendisset, in loco cāpestri habuisse hunc sermonem præcedentem, & ex ipso Matthęo, qui in fine superioris capitis significat turbas audiuisse hunc sermonē, cùm tamen in principio significet turbas in mōtem non ascendisse, oporter ergo quod Matthęus hic dicit de descensu Domini è monte, nō sic accipere, quasi finito hoc sermone tū primùm descenderit, sed intelligendum est eum iā commemorare quod priùs præteriuerat, & à Luca positū est. Cùm enim priùs ascensus in montem meminisset, & necdum descensus, & iam vellet narrare Dominū aliò migrasse sequētibus se turbis, necessariò iam descensus à se prætermissi mentionē B facit. Itaq; sensus est: Cùm descendisset Dominus è monte, & deinde sermonem hūc præsente turba habuisset, ac illo completo aliò migrare vellet, secutæ sunt eum turbæ multæ, nēpe illæ quę prędicantē audierant; & miracula facientē viderant, & aliæ quæ fama nominis eius excitatæ confluebant. Porro nō caret mysterio quòd turbæ Dominum secutæ dicuntur, postquam è monte descēdisset, cùm nō potuerint cū discipulis sequi Dominū in montē ascendentē. Id enim nobis significat, Dominum cùm in cœlis adhuc apud patrē maneret, paucos habuisse qui ad illū accederēt: at postquā de monte suæ diuinitatis descēdit, & humanitatis nostræ fragilitatē assumpsit, magnā turbā nationum secutā eum. Deinde & illud significat, paucos esse qui cū ipso ad perfectionē Euangelicā cōscendere valeant, multos tamen esse qui illū sequantur in inferioribus consistentē, & præcepta sua infirmitati multitudinis attemperantē. Notanda est autem hic vis diuini verbi à Christo prædicati, cùm illud post ipsum tot turbas traxerit: cōmodùm autē Dominus à prædicatione verbi ad miracula sese recepit, eorumq; narrationē cōmodè Matthæus iā subtexit, vt per virtutū miracula, præteritus apud audiētes & legētes sermo firmaretur. Hic enim vel præcipuus erat miraculorū Christi vsus, vt ad susципienda Dei verba & D admiranda hominū animi excitarentur. Omnino autē apparet ex Matthęo statim post descensum occurrisse occasionē miraculi curationis leprosi, proinde quod scribit Lucas, Dominum postquā implesset omnia verba sua in aures plebis, intrasse Capharnaū; nō potest intelligi, statim intrasse, cùm oporteat ex Matthæo intelligere priùs cōtigisse curationem leprosi, quàm Marcus & Lucas quoque narrant, sed alio loco. Nā Marcus cap. 1. cā narrat post curationē socrus Simonis, subiungēs cap. 2. introitū in Capharnaū: & curationem paralytici: Lucas verò cap. 5. similiter post curationē socrus, & vocationē Petri, subiūgens curationē paralytici. Verùm neuter sic narrat hoc miraculū, vt aliquē ordinē cū præcedentibus, aut sequētia cū ipso habere significēt, sed vterque simpliciter narrat miraculū cōtigisse. Quare cū Marcus & Lucas curationē sui leprosi eildē adeò verbis ac circunstātiis describant quibus Matthæus sui leprosi curationē, vt dubiū nō sit idē miraculū ab oībus tribus narrari, & Matthæus miraculi huius tēpus & ordinē hīc omnino significare videatur, commodè & necessariò narratio Lucæ & Marci hoc loco cū Matthęo inserta & cōiūcta est.

ET FACTVM EST CVM ESSET IN VNA CIVITATVM, [f] ET [f] ECCE VENIT.] Ex Luca constat miraculū hoc nō cōtigisse omnino statim ab habito sermone in pede mōtis, vbi putāt quidā leprosum expectasse descēsurū Domi- B nū. Lucas enim in vna ciuitatū cōtigisse aperte dicit. Nec obstat, quod secūdùm legē leprosi excludebātur ab vrbibus, vt patet Leuit. 13. Nā lex exclusionis, quantū ad habitationē intelligenda est, nec tā arctè excludebātur abvrbibus leprosi, quin per modū trāsitus via publica incedere potuerint: sicut etiā iā apud nos illis permittitur. Nā & nūc vrbibus excludūtur, nō tā lege aliqua quā generali cōsuetudine, quæ legis veteris cōstitutionē de leprosorū separatione, etsi cæremonialē, & ob id nō obligātē, recepit tamē & renouauit, eo quòd ea lex cōmuni bono sit vtilis. Cōsuetudine enim potius quàm certa aliqua lege iā excludi leprosos, patet ex cap. 1. de cōiugio leprosorū, vbi dicitur, Cùm hi qui lepræ morbū incurrūt, de cōsuetudine genetali à cōmunione hominū separētur. Thostatus tamē vult illud quod dicit Lucas, in vna ciuitatū, debere accipi pro eo quod est, iuxta vnā ciuitatū, & affert simile ex Iosue 5. cap. vbi in Hebræa veritate dicitur Iosue, priusquā vrbē Hiericho cepisset, in Hierico pugnasse cū Angelo. Nā vbi nos legimus: Cùm autē esset Iosue in agro vrbis Hiericho, &c. Hebræa habēt: Et factū est cùm esset Iosue in Hiericho. Quod autē hic leprosus, quē pro exaggeratione miraculi Lucas plenū lepra dicit fuisse, dicitur à Matthæo adorasse Dominū, quomodo sit intelligēdum, patet ex Marco & D Luca. Nā Marcus quidē dicit, γονυπετῶν αὐτὸν, id est, accidēs ei ad genua, vel, vt nos habemꝰ, genuflexo: Lucas verò, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, id est, procidēs in faciē. Hęc enim propriè significat verbū adorare, vt dictū est circa cap. Matth. 4. Nō ergo adorasse dicitur, qa ipsū vt Deū agnoscebat & precabatur, sed ppter exteriorē illā venerationē, quā per corporis inclinationē & prostrationē exhibebāt ei, quānis certū sit magnificā ipsum de Domino habuisse opinionē, vt patet ex verbis quibus ipsum rogabat. Dicebat enim: *Si vis, potes me mūdare.* Nō dixit: Si rogaueris Deum, aut si hæc vel illa feceris, sed, si tātùm vis, agnoscēs protestatem curandi in ipsius voluntate consistere, & proinde E

Universidad de Deusto
Biblioteca

procidit dubio credés ipsum esse Christũ Dei filiũ. Itaq; fidei magnitudinẽ verbis expressit, desiderij verò etiã feruorẽ, ipsa supplici prostratione. Cõsiderandũ autẽ quod cùm hæc verba, *Domine si vis potes me mundare*; nullius rei petitionẽ significent, sed tãtùm immẽsæ & liberæ potẽtiæ agnitionem, tamẽ illis verbis dicitur à Luca Dominũ leprosus rogasse, eo quòd tacita tũ verbis, tum humili prostrationi inesset petitio sanitatis, quã cõfitebatur esse in manu Domini. Et sanè efficacior erat huiusmodi tacita precatio, quàm si expressè dixisset, munda ergo me. Nã tacita illa precatio & maiorẽ præ se ferebat modestiã ac humilitatẽ, & submissionẽ quandã totius negotij sub volũtate Domini exprimebat. Nõ enim dixit, *si vis*, quasi de eius benignitate dubitaret, quã ex eisdẽ omnino didicerat quãta esset, ex quibus didicerat potẽtiæ ipsius magnitudinẽ: sed quòd eius voluntati modestè submitteret negotium, quem solum sciebat nosse quid maximè expediret facere.

ᵇIESVS AVTEM MISERTVS EIVS, EXTENDIT MANVM, &c. Bene certè adiecit Marcus: *Iesus misertus eius*, non enim ad ostentationẽ sui ipsius curauit leprosum Dominus, sed quòd misericordiæ affectu moueretur in ipsum. Quòd autẽ cõtactu hũc sanauit, & nõ solo verbo, primùm quidẽ factũ est propter generales illas rationes supetius positas, ob quas frequẽter legitur Dominus cõtigisse morbidos quos sanauit, videlicet vt ostẽderetur benigna eius curatio, & saluifica virtus carnis eius, à qua etiã nobis omnis spiritualis sanitas est expectãda. Et fortèob id tã studiosè Euãgelistæ meminerunt extẽsionis manus, cùm satis fuisset dicere, tetigit eũ, quod vtique sine manus extẽsione fieri nõ potuit, vt significarẽt extẽsione manuũ in cruce, saluandos oẽs credẽtes. Secũdò verò hic speciali ratione leprosum tãgendo sanat, vt ostẽdat se supra legẽ esse. Nam hæc vetuit leprosos cõtingere, ne ex eis quis polluereturᵇ: Dominᵇ verò ostẽdit se ex cõtactu eorũ non pollui, cùm contactu suo illorum tollat immundiciam. Præterea hac ratione factũ est, vt curatio huius leprosi à maleuolis & inuidis gloriæ Christi non posset alteri alicui causæ asscribi. Cõtingendo autem leprosum, simul etiam dixit Dominus, *Volo, mundare*. Quibus verbis magnam humilitatem præ se ferentibus, confirmauit fidẽ leprosi credentis potentiam curandi in sola voluntate consistere, pulchrè respondens illius verbis. Quoniam enim ille dixit, *Si vis*: dicit, *volo*: & quoniam dixit, *potes me mundare*, adiicit imperatiuè, *Mundare*. Imperatiuè enim accipiẽdum, nec posse coniungi tanquam infinitiuum cum verbo, *volo*, Græca apertè testantur, quę habent, καθαρίσθητι id est, mundus esto. Itaque duobus his verbis Dominus suam bonitatem & potentiam significauit: bonitatem quidem & promptitudinem ad subueniendum, dum dicit, *Volo*: potentiam verò per, *mundare*. Porrò cur Dominus præceperit leproso ne cui diceret, & quòd non obstante huiusmodi præcepto rectè fecerit curatus leprosus prædicando miraculum, superius dictum est: tantùm restat videre cur ad sacerdotem mittit à se curatum, & quid sit illud, *in testimonium illis*. Itaque ad sacerdotem mittit, &, vt habet Marcus, principem sacerdotum, (nam verisimile est hunc solum solemnem sibi purificandi leprosi ritum reseruasse) vt ostẽdat se legis esse obseruatorem, nec haberent iustam Pharisęi & sacerdotes occasionem criminandi illum tanquam legis pręuaricatorem. Deinde vt mundatus leprosus non prohiberetur consortio hominũ à sacerdotibus. Prętera vt videntes sacerdotes leprosum Domini beneficio curatum, siquidem crederent, saluarẽtur: si verò non crederent, inexcusabiles fierent. Quas rationes intelligũt plerique designari in illo quod additur, *in testimonium illis*. Hoc enim quidam sic intelligunt, vt hoc ipsum quòd meo iussu accedis ad sacerdotem, & offers munus tuum, sit illis testimonium pro me, quòd legis non sum destructor, quemadmodum calumniãtur. Alij sic, *in testimonium illis*, hoc est, vt hæc tua oblatio pro emundatione tua testetur illis meam potestatem, vt aut credant, aut sint inexcusabiles. Nam hunc sensum indicat D. Hierony. & sequitur Caietanus: quidam verò sic explicant, *in testimonium illis*, hoc est, vt tua oblatio ab illis accepta redarguat eos, si póst odio mei velint calumniari factum, & dicere te vel non fuisse leprosum, vel necdum curatum. Idem fere sensus indicatur in secunda expositione Chrysostomi. Secundùm omnes autem hos sensus, illud, *in testimonium*, coniungendum est non cum verbo, *præcepit*, sed cum verbo, *offer*. Potest tamen hæc pars rectè intelligi coniungi cum verbo, *præcepit*, in hoc sensu: Moyses præcepit in testimonium illis, hoc est, vt esset illis in legem & statutum. Siquidem legem, μαρτύριον & testimonium vocari, vel ex 118. Psal. abunde liquet. Itaque sensus erit. Et si verè mũdus fis, volo tamẽ vt quæ Moyses ex iussu Dei sacerdotibus & toti populo in testimonium & legẽ statuit, sancta habeas: itaque abi ad sacerdotem, & offer munus tuum, vnde illi partem suam habeant, vt neque autoritatis, neque commodi ex meo beneficio iacturam faciant, nec me culpent tanquam legis transgressorem, & te veluti immundum abiiciant. Certè D. Hilarius, *in testimonium*, coniungit cum verbo, *præcepit*, intelligens Moysen præcepisse in testimonium, quia munera offerenda signa erant & vmbræ verorum sacrificiorum, quę à nobis Deus magis requirit. Donum, inquit, illud non sit ex auibus, sed vt homo ipse à sordibus peccati corporis emundatus, in Dei sacrificium tranſeat. Quia quòd Moyses in lege præceperit, testimonium sit, nó effectus. Hęc ille. Quod autem habent Marcus & Lucas, *offer pro emundatione tua* dupliciter potest intelligi. Primùm, vt sit sensus: offer in gratiarum actionem pro emundatione tua tibi per me exhibita. Secundò, vt sit sensus: pro emundatione tua legali, qua leprosi curati adhuc mundari debebant, & expiari quibusdam sacrificiis, prinsquam cum mundis habitare & conuersari possent. Nam Leuitici 14. leprosus sanatus adhuc mundari dicitur sacrificiis. Primò enim die purificabatur duorum passerum, vel potius quarumuis auium oblatione, quas licebat edere. Nam dictio Hebraica, quam interpres noster vertit, passeres, significat etiam quasuis aues, quomodo ibi accipiendum videtur ex eo quod adiicitur, quos vesci licitum est. Interpres Origenis in Leuitico vertit, gallinas. Nam ἀγρίδια verterũt Septuaginta: quæ dictio aliqñ quidem gallinas significat, sed tamen generaliter etiam quasuis aues significat. Deinde loro corpore & rasis pilis corporis post septẽ dies quibus adhuc separabatur, octauo die offerebat duos agnos & ouem

& ouem vnam: aut, si pauper erat, agnum & duos turtures, aut duos pullos columbarum. At tum primùm ritè mundatus habebatur. Huiusmodi autem mundatio erat mundiciei declaratio, & restitutio leprosi ad conuersandum cum hominibus, ac ingrediendum templum Dei. Quæ mundatio fiebat, tum vt non horrerent homines eius conuersationem, quem videbant tanta probatione ac sacrificiis mundum declaratum à sacerdotibus: tum propter sanctitatẽ templi, quod pro illo statu nemo pollutus corporaliter igredi potuit, nisi corporalibus expiatus sacrificiis aut cæremoniis. Videtur autem quod hic dicitur à Marco & Luca de emundatione, posteriori modo potius debere accipi, eo quòd planè alludere videantur ad locum Leuitici, vbi ritus mundationis leprosi describitur. Illic autem frequenter dicitur, sacrificia illa offerri pro purificatione aut mundatione leprosi, & àpertè quidem illud eodem modo quo dicitur hic, *pro emundatione tua*, dicitur de paupere cui præcipitur, vt pro agno & oue offerat duos turtures, aut duos pullos columbæ. Nã vbi nos legimus; offeret ea die octauo purificationis suæ; Hebræa habent, Et offeret ea in die octauo pro mundatione sua. Porrò, cùm sacerdotium veteris testamenti vmbra quædam fuerit sacerdotij nouæ legis, & quæ de iudicio & mundatione leprę statuũtur in veteri lege, manifestè vmbra sint eorum quæ circa peccatum sunt verius facienda, (nam lepra corporis, peccatum, quod lepra est animæ, significat,) bene tum ex veteris legis statuto, tum ex præcepto Domini, qui & hoc loco & alibi præcepit etiam curatis à se leprosis vt ostendãt se sacerdotibus, sancti patres collegerũt, peccatori conuerso, imò etiam coram Deo per fidem & contritionem cordis mũdato, necesse nihilominus esse vt sacerdotem adeat, illi se inspiciendum tradat, atque per eum expiatus, sic demũ Ecclesiæ & sacris ipsius restituatur aut tradatur. Sicut enim olim Deus carnale sacerdotium instituit, cui commisit iudicium & mundationem leprę: ita nũc magis spirituale sacerdotium in Ecclesia instituit, cui spiritualis lepræ iudicium & mundationem concredidit, dum dedit sacerdotibus potestatem ligandi & soluendi. Et vt melius cognoscatur quàm per omnia vmbra veritati conueniat, sciendum, in veteri lege duplices fuisse immunditias corporales, cæremoniis quibusdam legalibus expiandas. Quædam enim erãt leuiores, vt quas frequenter effugere non liceret, quæque vt in plurimum sine omni peccato contrahebantur, idque quotidie: quales erant quæ contrahebantur ex contactu morticinij, ex pollutione nocturna, & semine coitus. Atque has immũditias quisque per se expiare poterat, lotione scilicet vestimenti aut corporis, aut sola asperſione aquæ asperſionis. Aliæ verò erant immunditiæ grauiores, quæ non expiabantur nisi sacrificiis per sacerdotem oblatis, quales erant quæ in pattu, aut lepra, aut diuturno fluxu seminis & menstrui sanguinis contrahebantur. Itaque priores immunditiæ venialium peccatorum vmbram præ se ferebant, quæ vt effugere nobis non plane licet, ita facilè expiantur per eum qui ea commisit, sola oratione: lachrymis, & gemitibus. Posterioris verò generis immunditiæ, vmbram præ se ferebãt grauiorum peccatorum, nempe mortalium, quæ sacerdotali opus habent expiatione. Inter graniores autem immunditias nulla expressiorem & apertiorem figuram peccatorum mortaliũm, saltem manifestorum, præ se ferebat quàm immunditia lepræ, vnde & ritus curandi lepram præ cæteris solennior, expressius etiam adumbrat omnia mysteria ad purgationem peccatorum concurrentia. Lepra enim peccatum significat, non solùm quia res est per se immunda & abominabilis, sed & quia ægrum tardúmque corpus reddit, ac contagio alios quoque inficit, non nisi diuino ferè beneficio curabilis. Ritus autem curationis lepræ multiplex erat, vt dictum est. Nam primo die duæ aues offerebantur, non quidem in templo super altare in sacrificium, sed extra castra aut ciuitatem, vt patet ex his quæ scribuntur Leuit. 14 Circa duas has aues fiebant tales cæremoniæ, vna occidebatur in vase fictili super aquas viuentes, ita scilicet vt sanguis ipsius aquis viuentibus permisceretur: alia verò auis viua alligata ligno cedrino, cum cocco & hyssopo tingebatur in sanguine passeris occisi, sicq; aspergebatur septies is qui mundandus erat, & viua auis dimissa vt auolaret. His autem duabus auibus, quæ similitudinem aliquã habent cum hircis duobus qui offerebantur à populo in die expiationis, rectissimè videtur intelligi duplex natura in Christo: diuina, quæ mori nesciens Christum in cœlum subuexit: & humana, qua pro nobis mortua, sanguine Christi cum aqua profluente ex latere ipsius purgantur pècca tores, qui per fidem & sacramentorum participationem hoc sanguine asperguntur. Christus enim, inquit Ioannes, venit per aquam & sanguinem. Non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. Porrò asperſio non fiebat aut hic aut alibi sine ligno cedrino, hyssopo, & cocco: quoniam sine fide passionis Christi in cruce non fit peccatorum expiatio. Lignum enim cedrinum imputribile & odoriferum, lignum crucis significat: hyssopus verò Christi corpus, virtutem habens curatiuã pectoris & omnis inflationis: coccus verò charitatem, quæ Christi humanitatem cum diuina per auem viuam significata, cruci affixit & alligauit. Quòd autem post huiusmodi expiationem non statim leprosus mundatus in castra Domini recipiebatur, nec ad altare Domini admittebatur, sed adhuc multiplici indigebat expiatione, (nam rasis prius capillis omnibus & loto corpore post septem dies recipiebatur intra castra, oblaturus certam ablationem octaua die) significat secundùm Origenem homil. 8. in Leuiticum profectus quosdam purgationum, & quòd etiamsi mundetur quis à peccato, & iam non sit in opere peccati, ipsa tamen vestigia sceleris commissi purificatione indigent. Postquam enim per fidem aspersus est peccator, sanguine Christi, lauanda sunt vestimenta & corpus aquis lachrymarum, radendi omnes pili corporis, hoc est, quicquid mali siue in mente, siue in verbo, siue in opere ortum est, abiiciendũ est cum omnibus superfluis, ac sic demum ad altare Domini dignus erit accedere, & corpus ac sanguinem Domini offerre in perfectè expiatiuam oblationem. Proinde hoc ordine in primitiua Ecclesia ad altare Domini & fidelium communionem admittebãtur pœnitentes, vt post confessionem & contritionis declarationem, non nisi completa sãtisfactione iniuncta, qua veluti pili abradebantur, & corpus abluebatur, admitterentur ad altaris communionem. Itaque his sic con-

1. Ioan. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stitutis:cùm etiam,vt priùs dictum est, corporalium morborũ curatio facta à Christo,typus quidam fuerit curationis spiritualium morborũ,hoc miraculo eurationis leprosi mysticè docemur,eũ qui lepra animæ infectus est,si sanitatis desiderio tenetur.imprimis sese humiliter & magna fide debere prosternere corã Iesu,à quo tamen sanitatem consecutus,non debet conscientiæ suæ iudicio aut testimonio stare,aut temerè se Sacramentorũ communioni ingerere,sed sacerdotis expectare iudicium & absolutionem,ac gratitudinem animi piis sacrificiis ac deprecatione gratiæ diuinæ testari,quemadmodũ hic leprosus fecisse hoc loco narratur.Cæterùm cùm,vt patet ex dictis,sacerdos legalis leprosum in scripturis mundare dicitur,non solum quia mundum declarat,sed etiã quia effectiuè aliquid operatur ad munditiã eius, nimirum qtia tollit impedimentum ingrediendi templum,& habitandi inter homines,ex lepraseundùm legis constitutionem contractũ, multò magis sacerdos noui testamenti etiam effectiuè concurrit ad mundationem lepræ spiritualis,hoc est,ad remissionem peccati,nõ tantùm declarans illud esse remissũ,sed etiam remittens, vt postea latius dicetur circa capit.Matth.18.& 16. Notandum autem & illud,quòd quanquam lepra mystice significet peccatum in vniuersum, tamen ob certas causas rectè per eã specialiter intelligitur hæresis &|doctrina mala,vt docet Augustin.lib.2. quæst.Euangel.& de verbis Apostoli sermo.10.vi delicet quòd in erronea doctrina vera falsis sint permixta, quemadmodum in leprosis colorũ est varietas.Deinde,quòd hæretici|vitium suũ abscondere non possint,sed pro summa peritia, imperitiam suam in lucé proferant,& iactantia sermonis ostentant.Postremùm,ob contagiosam pestẽ & corruptionem malæ doctrinæ è castris Domini recedentis.

PERAMBVLABAT AVTEM MAGIS SERMO DEILLO,[b] ITA VT IAM NON POSSET INROIRE,&c.]Quoniã ex prædicatione huius leprosi fama nominis Christi,adeò inclaruit, hęc videri potest ratio, quare duo Euangelistæ Marcus & Lucas in principio miraculorũ Christi istud miraculum nõ suo loco descripserũt. Quòd autem dicitur, *vt iam non posset manifestè introire in ciuitatem*; intelligendum quomodo voluit,aut solitus fuit,sine scilicet turbarum concursu & affluentia.In eo verò quod sequitur;*sed foris in desertis esse*,subintelligi debet, cogeretur, quod tamen nõ est subintelligendum in Græcis,quę nõ habent infinitiuum,esse,ἦν,id est,erat.Porrò de secessu Christi in desertũ, & oratione eius, dictũ est circa caput Concordiæ 28.

SANATVR SERVVS CENTVRIONIS. Matth.8. Lucæ 7.

CAPVT XLV.

[T]*e intrauit Capharnaũ.Centurionis autem cuiusdam seruus malè habens erat moriturus,qui illi erat pretiosus.*[a] *Cùm autem introisset Capharnaũ,*[c] *& cùm audisset de Iesu,*[a] *accessit ad eum Centurio.*[c] *Misit ad eũ seniores Iudæorum,rogans eũ*[c] *vt veniret & saluaret seruũ eius,*[a] *& dicẽs:Domine,puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur.*[c] *At illi cùm venissent ad Iesum,rogabant eum sollicitè,dicẽtes,ei:Quia dignus est vt hoc illi præstes:diligit enim gentem nostram,& synagogam ipse ædificauit nobis.*[a] *Et ait illi Iesus:Ego veniam & curabo eum.*[c] *Iesus autem ibat cum illis.Et cùm iam non longè esset à domo,misit ad eum Centurio amicos*[a] *& respondens Centurio† fait,Domine,noli*[c] *vexari.f Nõ*[c] *enim sũ dignus vt intres sub tectum meũ.*[c] *Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus,vt venirẽ ad te,f sed*[a] *tãtùm dic verbo,& sanabitur puer meus.Nam & ego homo sũ sub potestate*[c] *constitutus,f habens sub me milites, & dico huic:Vade,& vadit & alij:veni,& venit:& seruo meo:fac hoc,& facit.*[a] *Audiẽs autem Iesus,miratus est,&*[c] *conuersus sequentibus se*[c] *turbis,f dixit:Amen dico vobis,† nec in Israel tantã fidẽ inueni.*[a] *Dico autẽ vobis,quòd multi ab Oriente & Occidente venient,& recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum:filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores,ibi erit fletus & stridor dentiũ.*]*Et dixit Iesus Centurioni,Vade,& sicut credidisti fiat tibi.Et sanatus est puer ex illa hora.*[a] *Et reuersi,qui missi fuerant domum,inuenerunt seruum,qui languerat,sanum.*

† o.dicẽs

c.quo audito † a o.non inueni tã tamsi dem in Israel. C.13.90

ET [c] INTRAVIT CAPHARNAVM. CENTVRIONIS AVTEM CVIVS DAM SERVVS MALE HABENS.]Non sine mysterio factũ est vt istud miraculũ curationis serui Centurionis contingeret,& à Matthæo describeretur post superius. Illic enim Iudæus, fide non mediocri præditus, assecutus sanitatem describitur:hic verò beneficium describitur exhibitum Ethnico qui præter alias virtutes,fide etiam præstitore fuit insignis.Ille enim sibi sanitatem quærebat,hic seruo:ille coram existentem credidit se posse sanare,hic etiam absentis verbo hoc tribuit. Ille ex animi submissione in faciem procidens, insigni profectò modestia orauit:Si vis potes me mundare;hic adhuc submissius egit,indignum se ducens qui vel ipse Dominum appellaret, aut ad se venire sustineret. His sanè adumbratum fuit,Euangelicam gratiam Iudæis primùm ex promissione offerendam, nec defuturos qui illam per fidem acceptarent:sed mox multo cumulatiore cum fructu transferendam etiam ad gentes.de quo & ipse Dominus horum occasione mox monuit.Et benè quidem lepra sanatur in Iudęo,paralysis verò in Gentili.Nam Iudaicus populus veluti lepra laborabat,quòd ex parte sanus esset,ex parte languidus. Gentilis verò populus veluti paralysi laborabat,lecto decumbens,& iam proximus morti,quia nihil in eo sanum,sed omnia ægrota erant & dissoluta.Iam quòd leprosum præsens sanat Dominus,domum autem Centurionis corpore non intrauit,sed absens corpore,præsens maiestate puerum eius sanauit,significabat eum in solo Iudaico populo corpore fore, apud alias verò gentes corporaliter nõ conuersaturum,& tamen

Mystice sensus.

men implendum quod dictũ erat:Populus quem non cognoui seruiuit mihi,auditu auris obediuit mihi.His conuenit quòd seniores Iudeorum causam Centurionis domino commendant,eúm que ad domum illius adducunt,quemetant è templo suoprofligaturi,nam hoc typus erat,à Iudæis & Iudæorum opera Euangelicam gratiam profecturam ad gentes.Itaque magni cum significatione mysterii Matthęus inter omnia miracula Christi quæ scribit,primùm Iudæum leprosum curatum,deinde verò Centurionis seruum sanatum describit:in quo Centurionem gentium vocatio & fides præfigurata est,sicut & in altero Centurione eadem gentium vocatio & fides cœpta est,vt scribitur Actuum 10.Porrò quanquam in narratione Lucæ & Matthæi sint quædam diuersitates, ob quas quidam putant,alium esse Centurionem de quo Matthæus,& alium de quo Lucas recenset:tamen rursum ob multas similitudines incidentes non potest probabiliter existimari aliud esse quod Lucas narrat,& aliud quod Matthæus. Ambo enim Centuriones,& ambo Caphatnaum commorantes:ambo eandem fidem verbis demonstrantes,ambo æquali beneficio affecti, & eisdem verbis à Domino commendati:ambo voti sui compotes effecti post sermonem illum in monte vel circa montem habitum. Nec obstat quòd Matthæus puerum Centurionis lãguisse & sanatum commemorat,Lucas verò seruum.Non enim apud Matthæum nomen pueri pro filio, vt quidam putant,accipitur,sed pro seruo. Nam & dictio Græca,παῖς,quæ hoc loco ponitur,vtrumque significat,sicut Latinis nomen, puer.Rursũ non obstat quòd Matthæus videatur significare, Centurionem per seipsum accessisse ad Christũ, Lucas verò apertè testetur suũ Cẽturionem non per sese accessisse,sed mississe Iudęos qui suo nomine Dominum rogarent. Intelligendum enim Matthæum hic,vt & alibi,breuitati studentem in recẽsendis miraculis id tribuere Cẽturioni, quod eius nomine alij fecerunt & dixerunt.Itaque accessisse eum dicit ad Christum, & dixisse: *Domine,puer meus*, &c.quia eius nomine & iussu accesserunt seniores Iudeorum,vt explicat Lucas. Et Dominum dicit illi respondisse: *Ego veniam*, &c. &, *Vade, sicut credidisti fiat tibi*; quia tale quid dixit illi non in propria eius persona,sed in amicis ab ipso missis:quare necesse est Christum dixisse pluraliter:Ite,& sicut credidit,fiat ei; verùm Matthæus coactus fuit dicere:*Vade, & sicut credidisti*; eo quòd breuitati studens introduxit Centurionem veluti in propria persona accedentem Dominũ:Et certè in diuersa narratione Lucę & Matthæi obseruanda mirabilis spiritus sancti dirigentis Euangelistas dispensatio. Cùm enim pro maiori confirmatione miraculum hoc à diuersis describi conueniebat,ita tamen à diuersis describitur,vt vnus alterum explicet, & quæ ab vno sunt prætermissa, alter commemoret, ita vt neutrius narratio possit videri superflua.Ex solo enim Matthæo dicitur fuisse paralyticus:ex solo verò Luca intelligitur fuisse seruus,cùm ex Matthæo potuisset videri filius.Rursus ex Luca discitur Centurionem per sese non accessisse.Ex Matthæo verò quibus verbis Dominus sanitatẽ promiserit,& quomodo occasione fidei Centurionis cœperit differere de|vocatione & fide gentium, quæ à Luca sunt omissa.His sic constitutis, animaduertendum hic imprimis quàm variæ fuerint & eximiæ virtutes huius Centurionis, quæ hic nobis in exemplum proponuntur.Primùm enim in eo notantur dilectio & eximia quædam humanitas,quia seruum adeó charum habuit,malóque eius fuit tantopere motus, ac pro eius sanitate adeò solicitus.Bonorũ enim dominorũ est,vt eo gnoscẽntes se Dominũ habere in cœlis, summa æquitate & humanitate suos seruos pertractent, de quo monet paulus Ephes.6.& Colossen.4.Videtur autẽ hic seruus fuisse domino suo admodũ fidelis & vtilis,& ob id singulariter de eo dictum qui erat ei ἔντιμος, hoc est pretiosus, velpotius charus aut in pretio habitus Proinde eitca hunc impleuit Centurio illud Sapientis: Si est tibi seruus fidelis,sit tibi quasi anima tua,quasi frater,sic eum tracta.Et:Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua.Secundò,in eo notatur humilima quædam submissio & modestia.Et humilitas quidem,quòd neque adire ipse Dominũ, neque eũ in suas admittere ędes fuerit ausus, agnoscẽs sese indignum Domini consortio,tum quia gentilis erat,tum quia miles.Modestia verò quòd prius illis verbis quibus Dominum dicitur rogasse tantum malũ suũ & serui sui proponit,dicens:*Domine, puer meus iacet in domo*, &c. non explicitè addens quid à Domino petat,modestius certè orans quampræcedens leprosus,quanquã & ille singularem præ se tulit modestiam.Tertiò, in eo notatur incomparabilis fides,quòd nõ dubitarit Dominum etiam absentẽ posse solo verbo restituere sanitatem seruo quamlibet vicino morti, imò iam animam agenti, hoc enim significatur dum dicitur;*erat moriturus*; hoc est,animam iam agebat,& morti proximus erat,vt non ad illam quorundam interpretationem confugiatur; erat moriturus,nisi Domini curatione fuisset à morte præseruatus. Postremũ notatur in eo admiranda quædã in gentili & milite religio erga Deũ, non ab heri & nudiustertius,sed ab antiquo tempore,eo quòd dicatur diligere gentem Iudaicam & synagogam ædificasse Iudæis,vt non possit putari religione accensũ tum primùm fuisse,cùm malo serui quem amabat afflictaretur,quemadmodum multis vsuuenire solet.Id cõsideratum magis admirandam facit ipsius humilitatem, vt qui post tam magna beneficia populo Iudaico collata,adhuc putarit se indignum esse aspectu Domini,& cum tam eximio Iudæorũ propheta non arbitrabatur sibi verba communicanda.Vt autẽ his omnibus dotes huius Centurionis obseruantur, ita sursum obseruandum ingenium Iudaicum,in his qui missi à Centurione,sollicitè Dominum rogabant pro illo, dicentes: *Dignus est,vt hoc illi præstes,diligit enim gentem nostram*, &c. His enim verbis declarant arrogantiam quandam,& amorem potius sui quam Dei.Dicendum enim potius fuerat: Timet deum quem&c tu colis,quod amore & studio gentis & religionis nostræ declarauit Nunc verò beneficium in ipsos collatũ, dignum facere dicunt Cẽturionem cui præstetur quod petitur,amorem sui declarantes,& arrogantiam,quasi qui illis benefecerit dignus esset cui Christus benefaciat.Hic compara Centurionis orationẽ cum oratione Iudęorum. Hi enim dignum eum pronunciant ob beneficia in ipsos collata:ille verò omnis pietatis suæ in Deum immemor, indignitatem verò suam tantum ob oculos ponẽs,indignum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnum se dicit nõ solùm vt impetret:sed etiam vt ipsum adeat,& in domũ recipiat.Verùm ante omnia hic Christi exemplũ,propter quem hæc omnia scripta sunt, perpendendum, incomparabilis scilicet bonitatis & humilitatis:Etsi enim Ethnicus esset,cuius negotium agebatur,& pro humili seruulo rogaretur,& essent legati non satis apti ororatores,præsertim apud Christũ,vt oratio ipsorum satis probat,tamen illico non tantùm sanitatem exorari passus est,sed & inuisere Ethnici seruulum volebat,idque sine mora.Nã ita scribit Lucas:*Iesus autem ibat cũ illis.*Quid queat fingi & benignius & facilius?Ad filiũ reguli sanandum cùm rogaretur vt descenderet,& bis rogaretur,descendere noluit:ad seruum Centurionis sanãdũ cùm sciret id Centurionem non petere,vltro adire voluit,hoc ipso declarãs illum sua præsentia dignũ, qua se putauit Centurio indignũ:ostendens item suam erga pauperes benignitatem,ac docens non contemnendos eos qui humilis sunt conditionis. Hic tamẽ & alia est ratio quare se Dominus mox obtulit,vt adiret domum Centurionis, nimirum vt eius fides turbis declararetur. Quoniam enim qui missi erant seniores Iudæorum,rogabant Dominum vt descenderet,intelligi non potuisset fides Centurionis,nisi Dominum venientem per alios ab ingressu Centurio prohibuisset. Nec obstat quòd Lucas dicat Cẽturionẽ misisse ad Christum seniores Iudæorum,rogans eum vt veniret, & saluaret seruum eius. Nam Lucas petitionẽ Iudæorum,attribuisse Centurioni intelligendus est, eo quòd ipsius nomine rogarent,quamuis non erant iussi à Centurione rogare vt veniret, sicut Matthæus responsionem Christi factam his qui missi fuerãt,refert veluti factam Centurioni,cùm dicit Dominus dixisse:*Vade*, &c. Centurio siquidem missi seniores ad Iesum,nec aliud eis iniunxit,quàm quod Matthæus refert dictum à Centurione, scilicet,*puer meus iacet*, &c.sed seniores Iudæorum,destituti illa magnitudine fidei quæ erat in Centurione,nec scientes magnitudinem fidei & humilitatis in Centurione petiuerunt Dominum vt veniret,existimantes idem velle Cẽturionem.Ideóq;Lucas petitionem Iudæorum Centurioni asscribit,eo quòd eius nomine fecissent,& existimassent Centurionẽ idem petisse.Nec enim conuenit intentioni &verbis Centurionis subiunctis,vt credatur hæc petitio aduentus Domini iuncta fuisse ipsis à Centurione.

fDOMINE NOLI VEXARI: fNON ENIM f SVM DIGNVS VT INTRES SVB TECTVM MEVM, &c.]His verbis Centurio declarabat & modestiam opinionis de seipso, & incredibilem fidem de Iesu,& magnum affectum erga seruum suum .Quod autem dicit: *Dic verbo*, Hebraica phrasis est,pro eo quod est, impera. Et Matthæus quidem habet εἰπὲ λόγῳ ,id est,dic verbum.Lucas vero sicut nos, εἰπὲ λόγῳ.id est,dic verbo.Porrò ex seipso coniecturam fecit Centurio posse Dominum solo verbo absentem sanare, dicens:*Nam & ego homo sum sub potestate constitutus.* Quæ pars dupliciter intelligi potest.Primò,vt intelligatur Cẽturio se velle comparare Christo,in eo q̃ sicut dominus est homo sub potestate Dei cõstitutus,ita & ipse quoque: ac deinde voluisse significare quòd sicut ipse quãuis sub alterius potestate cõstitutus,nõ tamẽ prohibetur quin solo verbo quæ velit perficiat per seruos suos : ita & A Dominum etsi sub ꝓpotestate constitutum,posse tamen verbo quæ velit perficere. Secundùm quem intellectum in secunda expositione Chrysostomi latius indicatum est argumentum à simili,& per illud,*& ego homo sum sub potestate constitutus*, excludit quod videri potuisset obstare, quo minus solo verbo absens curare potuisset dominus.Secundò,rectius accipitur hæc pars,vt per eam intelligatur Centurio significare voluisse dissimilitudinem suæ dignitatis & potentiæ, ad dignitatem &potentiam Christi,vt indicetur hic argumentum à minori. Et proinde aptius verti potuisset:Etenim ego homo sum sub potestate constitutus.Non enim Græca habent ὅτι καὶ ἐγὼ, sed καὶ γὰρ ἐγώ.Iam quod sequitur *habens sub me milites,& dico huic, vade*, &c. dupliciter potest intelligi Cẽturionem retulisse ad Christũ.Primò,vt intelligatur significare ita Christo subesse inuisibiliter Angelos eius iussa perficientes,quomodo ipsi subeẽt milites & serui,quæ iusserat exequentes. Secundò,& rectius, vt intelligatur simpliciter significare, solo verbo & iussu Dominũ posse quæ vellet,cùm ipsius verbum tam esset efficax, qui tamen longè erat illo dignitate & potentia inferior.Itaque sensus est:Domine non solùm indignum existimo,vt tu tantus ac talis, laborem hunc & molestiam suscipias curandi vilem seruulum causa,sed & meipsum indignum iudico, cuius vel tactum subeas,cùm sim homo gentilis & peccator.Nam cùm nostrum consortium simplex etiam Iudæorum genus solet despicere,existimãs sese nostro congressu contaminari: multo magis indignũ est vt tu totius populi doctor, propheta plane diuinus & sanctissimus gẽtilis hominis domum subintres.Atque hac sola de causa non sum ausus ipse venire ad te,quantumuis cupidus salutus pueri mei.Vt autẽ nequaquam dignus sum cuius domũ subeas,ita nec necesse id est,vt voti mei compos fiam.Si enim verbo solùm imperaueris, mox sanabitur famulus meus. Cuius rei vel ex me ipso coniecturam facere possum. Etenim ego qui sũ alterius ꝓpotestati maiori subditus, cuius iussis mihi obtemperandum est,tamen non necesse habeo vt per meipsum omnia obeam,sed per milites &seruos meos multa solo iussu perficio.Si ergo tantam authoritatem &vim habet mea iussio, vt me quiescẽte peragatur per homines mihi subditos,quod volo:multo magis tu tantus,qui naturæ dominaris,nihil non solo imperio poteris.Si dixeris morbo,recede;mox recedet:si iusseris vt veniat,mox aderit.Ex quibus verbis manifestũ, Cẽturionem afflatu diuino credidisse Christũ verũ esse Deum,aut saltem habere potestatẽ homine maiorem,& omni creatura superiorem,cui nihil resistere posset.

fAVDIENS AVTEM IESVS, MIRATVS EST, ET cCONVERSVS f SEQVENTIBVS SE cT VRBIS, &c.]Cùm admiratio propriè sit de rebus prius non cognitis,ac deinde hanc Centurionis fidem Dominus ipse cordi illius infuderit,quomodo admiratus dicitur Iesus?Dicendum primùm,in Christo fuisse exteriorem admirationem,qua signis quibusdam exterioribus declarauit se admirari pro comprobatione tantę fidei hominis gentilis.Secundò,fuit etiam in Christo interior quædam admiratio,nõ ex ea parte qua omnia ei erant cognita,sed ex ea parte qua experimentali notitia hactenus ei cognita fuerat tam

noua & insolita fides Centurionis. Potissimum A tamẽ videtur ideo dici admiratus, quia in modu admirantis vultum suum composuit. Quod autẽ dicit Dominus; *Nec in Israel tantam inueni fidem*, emphasim habet propter dictionem, *nec*. Dicere enim voluit,ne in populo quidem Israelitico,qui prophetarũ libris & suis doctrinis edoctus meritò in fide præcellere debuisset, tantã se reperisse fidem,quantam in homine isto gentile.Quod tamen intelligendum est cũ subintellectione, videlicet à tempore prædicationis meæ, propter fidẽ patriarcharum,prophetarũ,Ioãnis Baptistę.&D. virginis.Nisi quis velit intelligere:Non inueni in Israel tãtam fidẽ in proportione. Nã proportionaliter maior erat huiusmodi fides in gentili qui in scripturis non erat exercitatus,& Iesum tãtùm ex fama cognouerat,quàm fides quorũuis quantumuis magna, qui in scripturis erant versati, & B multis visionibus cœlestibus donati, quomodo vidua plus dicitur postea misisse in ærariũ, quàm omnes diuites. Verùm prior intelligẽtia est simplicior. Porrò ex hoc loco potest colligi argumẽtum sanè efficax,contra eos qui calumniãtur inuocationem sanctorum, quasi arguat diffidentiã diuinæ bonitatis.Cẽturio enim iste ob suam fidẽ multũ à Domino laudatus est,quamuis per alios rogauerit, non quidẽ diffidẽs de Christi benignitate, quã æquè discere potuit ex fama atque potentia eius, sed ex reuerentia prodeunte è fide quam de Domino concepit, credens se ob ipsius magnitudinem eius colloquio indignum. Sic ergo & nos rectè Deum per sanctos ipsius interpellamus, si non id tam ex diffidentia, quàm ex reuerentia facimus.

aDICO AVTEM VOBIS, QVOD MVLTI AB ORIENTE ET OCCIDENTE VENIENT,&c.]Quoniã hæc Centurionis fides excellẽs omniũ Iudæorum fidem, præludiũ & specimen quoddã fuit fidei gentium, Christus huius fidei occasione, incipit differere de gẽtium vocatione, & Iudæorũ reiectione, de quibus prophetæ,&maximè Isaias,in variis locis sunt vaticinati. Per eos autem quos dicit venturos ab oriente & occidente, significat gẽtes crediturας ex omnibus etiã extremis terrę partibus,quemadmodum apertè vaticinatur Isaias: Ab oriẽte,inquit, adducam semen tuum, & ab occidente cõgregabo te. *Isaiæ 43.* Dicam aquiloni:Da;& austro:Noli prohibere,affer filios meos de longinquo,& filias meas ab extremis terræ. Et omnem qui inuocat nomẽ meũ, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & D feci eum. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt. Porrò Dominus suo more etiam hic gaudia regni cœlestis significat per conuiuium, dum dicit; *recumbent cum Abraham*, &c. significare volens eos potfruituros in summa quiete & securitate gaudiis regni cœlestis.Abraham autem,Isaac & Iacob mẽtionẽ facit, tũ quòd his primis legãtur factæ promissiones regni, sub typo terræ promissionis : tũ quòd his patriarchis Iudæi gloriabãtur, reliquas gentes præ se contemnentes, quòd ex illis nõ essent prognatæ, quas quò magis morderet & cõ- E moueret Iudęorum animos, docet cõtrà patriarchis coniungendas, ipsos verò separãdos ab illis. Quos Iudæos vocat filios regni,quòd nati essent ex iis, quibus & quorum semini fuit regnum peculiariter promissum. De tenebris autem exteC rioribus, de quibus solùm inuenitur apud Matthæum,idque tribus locis, videlicet hoc loco, & cap.22.ac.25.varia est sententia. Quidã enim,inter quos Caietanus, tenebras exteriores intelligũt,dici ad distinctionẽ tenebrarũ interiorũ, hoc est,spiritualium,vt sint tenebræ exteriores,tenebræ sensibilis lucis priuatiuæ. Secundùm quam acceptionẽ cõparatiuus exterior propositiuo accipitur,vt sint tenebræ exteriores,tenebrę externæ,sicut exterior homo,est externus homo. Augustinus verò & in epistola ad Honoratum quæ est 120. & in expositione Psal. 6. intelligit tenebras exteriores dici cõparatiuè ad tenebras quasdam quæ dicuntur per positiuũ tenebræ exteræ vel externæ, sed nondum exteriores. Et quidẽ in epist.ad Honoratum, vbi hunc locũ prolixè tractat, per tenebras exteras intelligit infideles qui B sunt in hac vita:per tenebras exteriores, diabolum & angelos eius,qui infidelibus peiores sunt, & à vera luce Dei magis sunt auersi ac elongati. Itaque intelligit eos qui hic inter tenebras exteras numerati fuerint, mittendos in tenebras exteriores, quia coniungendi sunt in pœna & supplicio dæmonibus,cũ dicetur eis: Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius.In expositione vero Psalm.6.simplicius hæc tractat, intelligens per exteras tenebras,cæcitatem mentis,in quam traditi sunt impij,vera luce mentis destituti,& extra eam positi: per exteriores verò tenebras,summam illam mẽtis cæcitatẽ quæ erit in damnatis, vt mitti in tenebras exteras,sit tradi in reprobũ sensum: mitti verò in tenebras exteriores,sit penitus fieri extra C Deum, sine spe scilicet correctionis. Simplicius autem fuerit comparatiuum, exteriores,accipere pro superlatiuo, quemadmodum Græcis familiare est, vt tenebræ exteriores intelligãtur tenebræ extremæ vel potius extimæ. Nam Græcis est ἐξώτερος.Sunt autem tenebræ extremæ vel potius extimæ, quæ ab ipsa luce quàm longissimè absunt,hoc est, tenebræ obscurissimæ & profundissimæ. Quo enim magis tenebræ absunt à luce, eo sunt maiores & grauiores. Dicũtur ergo tenebræ damnatorum exteriores vel extremæ, in cõparatione ad tenebras huius seculi, siue spirituales, siue corporales, vel certè in comparatione ad tenebras purgandorum.Hoc enim satis significat D.Hierony.super Isaiæ cap.14.circa illud: Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci;sic scribens:Qui per superbiam dixerat,in cœlum ascendam,ero similis altissimo,nõ solùm ad infernum ,sed inferorum vltimũ detrahitur. Hoc enim significat laci profunditas, pro quo in Euãgelio tenebras exteriores legimus, vbi est fletus & stridor dentium,Sic & Theophyl.in hunc locũ scribens:Dicens,inquit,tenebras exteriores,mõstrauit esse pœnas quasdã tolerabiliores & leuiores.Sũt enim & in suppliciis gradus.Quibus verbis apparet omnino secũdùm duos hos interpretes, tenebras exteriores dici tenebras damnatorum in comparatione ad tenebras alias inferni, nisi fortè quis putet eos voluisse comparare supplicia damnatorum inter se, vt nõ omnes dãnati intelligantur fore in tenebris exterioribus, quod tamen non conuenit Euangelio, quod omnibus damnatis videtur attribuere tenebras istas exteriores.Porro tenebræ istæ exteriores, non solum intelligendæ sunt tenebræ sensibilis lucis priuatiuæ,

Tenebræ exteriores.

Mat.25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turæ, sed sicut lux regni cœlorum intelligenda est & sensibilis & spiritualis, ita tenebræ illæ inferna les intelligendæ sunt & sensibiles & spirituales. Nam & erit ibi summa obscuritas oculis corporalibus perceptibilis, & summa mētis cæcitas, mēte scilicet à vera luce quæ Deus est, maximè elongata. Nec obstat quòd in inferno erit ignis corporalis qui naturaliter est lucidus. Nam, Basilio teste, illuminandi vis ab illo igne diuina virtute auferetur. Sic enim ille scribit in priore expositione Psal. 28. super illud, Vox Domini intercidētis flammam ignis: Arbitror, inquit, quòd ignis præparatus in supplicium diabolo & angelis eius dissecatur voce Domini, vt quoniam duæ sunt in igne facultates, vstoria & illuminatoria, acris quidem & punitoria vis ignis permaneat apud eos qui digni sunt vt vrantur. Illuminatoria verò ac splendida ipsius facultas, ad exhilarandos beatorum gaudio fruentes cedat. Vox igitur Domini dissecantis ac diuidentis flammam ignis, vt supplicij quidem ignis obscurus sit, lux verò requiei expers vrendi permaneat. Hæc ille. Quòd si autem inferno aliquid luminis futurum sit: quanquam hoc connemet pro augmento pœnæ damnatorum, dicuntur tamen tenebræ eius extremæ, quia maximè elongatæ à luce regni cœlorum. Fore enim ibi aliquid luminis testatur D. Gregorius lib. 9. Moralium super illud Iob: Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat: Flamma, inquit, cōburit, sed nequaquā tenebras discutit, quāuis illic ignis & ad consolationem nō lucet, & tamen vt magis torqueat ad aliquid lucet. Nam sequaces quoq; suos secum in tormento reprobi flamma illustrāte visuri sūt, quorum amore deliquerunt quatenus qui eorum vitam carnaliter contra præcepta conditoris amauerunt, ipsorum quoque eos interitus in augmentum suæ damnationis affligat. Hæc ille. Ne autem in tenebras exteriores proiecti putarētur, hoc solo puniendi quòd in loco tenebroso concludentur, quò attocitatem pœnæ Domi hus significaret quā in tenebris sunt perpessuri, adiecit: *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Qua sententia frequenter Dominus in Matthæo vsus scribitur. Nam prēter hūc locum quinquies apud eum inuenitur, nimirum bis cap. 13. & cap. 22. 24. 25. Semel etiā inuenitur apud Lucam, cap. scilicet 13. Intelligitur autem vatiē. Haymo enim post Hieronymum per fletum & stridorem dentium intelligit duplicem inferni pœnam, videlicet ignis per fumum fletum causantis, & nimij frigoris causantis stridorem dentium. Et solet ab his pro duplicis huius infernalis pœnæ comprobatione afferri illud Iob: Ad calorem nimium transeat ab aquis niuium. Circa quem locum in commentariis super Iob sic scribit Diuus Hieronymus: Quasi duas gehennas sactus Iob dicere mihi videtur, ignis & frigoris, per quas diabolus, hæreticus & homo impius cōmutetur. Forte in ipsa gehenna talis sensuū cruciatus fiet his qui in ea torquebuntur, vt nunc quasi ignem ardentem sentiant, nunc nimium algoris incendiū, & pœnalis commutatio, nunc frigus sentiētibus nunc calorem, sit, vt quasi de loco ad locum transite æstimentur. Et fortasse inde Dominus ait in Euāgelio: Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium; vt hic stridor dentium de rigore frigoris oriatur. Hæc ille. Et ne forte putetur hic commentarius non esse Hieronymi, idem super Matthæum, cap. 10. differens de no

Ioan. 10.

An duplex pœna inferni. Iob. 24.

A mine Gehennæ, tandem ait: Duplicem autem esse gehennam, nimij ignis & frigoris, in Iob. plenissimè legimus. Ideo enim vult nomini ge henna; ad di aliquando genituum ignis, quòd sit & gehenna frigoris. Verùm sicut Hieronymus hæc tantū dubitando dicit, ita certè ex loco illo Iob nihil statui potest de frigoribus infernalibus, de quibus nullæ aliæ scripturæ proferri possunt. Primū enim non dicitur, quemàdmodum multi locum illum citant, Ad calorem nimium transient ab aquis niuium, sed transeat, imprecationis modo. Deinde scriptura illa alium sensum conuenientiorem recipit. Nam D. Gregorius non hic intelligit designari pœnas infernales, sed describi impiorum in omnibus immoderationem, qui à frigore infidelitatis transeunt frequenter ad calorem hæresis, nec in infidelitate, nec in fide modū seruare scientes. Et intelligi posset hic sensus impios transire à nimia frigiditate huius vitæ ad calorem nimium infernalem. Sequitur enim; & vsq; ad inferos peccatum illius. Postremùm non solùm Septuaginta interpretes, sed & Hebræa veritas lōge aliter habet hūc locum. Nam ad verbū Hebræa sic habēt: Arida & calor rapiunt aquas niuis, infernus eos qui peccauerunt. Et est sensus: Sicut terra arida & calor solis absorbent aquas niuis, sic infernus eos qui peccauerunt. Nec ex eo quod dicitur gehenna ignis, significatur & alia gehenna frigoris, frequenter enim nomen gehēnæ Saluator absolutè ponit: aliquando verò Hebraica phrasi additur ignis, vt sit gehenna ignis, gehenna ignita, vt prius dictum est. Itaque alij in stridore dentium intelligūt significari indignationem damnatorum tum cōtra Deum, tum contra seipsos, serò iam sibi iratscentium, quòd tam pertināci improbitate deliquerint. Verùm simplicius fuerit intelligere Dominum doctrinam suam auditorem carnalium captui attemperantem, per fletum & stridorem voluisse significare dolorem & horrorem summum. Dolorem quidem per fletum, horrorem verò per stridorem & concussionem dentium. Nisi quòd simul etiam intelligendum est, vt annotat Hieronymus, significari veram eorporum resurrectionē Nam fletus & stridor corporum sunt, quamuis ibi non erit verus fletus qui in lacrymarum resolutione consistit, poterit tamen esse verus dentium stridor.

ª ET DIXIT IESVS CENTVRIONI: VADE, ET SICVT CREDIDISTI, &c.] Sic & aliis plerisque respondit Dominus, volens notare fidei vim & efficaciam apud Deum. Notandum autem Christum non præcepisse huic Centurioni tantopere à se laudato discedere à militia, sicut nec Petrus præcepit suo Centurioni, nec loānes militibus ipsum interrogantibus, quòd sicut Magistratu & legibus, ita & militibus opus sit ad pacem tuendam. Centuriones autem non solùm singulis centuriis præerant, sed aliquando etiam pluribus, vt author est Vegetius libr. 1. de re milit. Porrò quid in hoc miracūlo allegoricè sit significatum, satis supra est indicatum. Moraliter verò per hunc Centurionem rectè intelligimus exprimi prælatum quamuis bonum & fidelem principem, cuius si subditus quitis in anima langueat, ita vt morti etiam sit proximus, solicitus esse debet, vt si non per se, saltem per iustorum hominū preces, Christi gratiam imploret, qui conspecta ipsius fide, humilitate & charitate, mox subuenturus

Moralis sensus

turus est periclicanti. Et aliter quoque per Cētu A rionem, quilibet homo exprimitur, cum sit oīs hominis vita militia super terrā, habeatq; quisq; sub se varias vires quibus imperat & militat. Cuius ergo seruus paralysi laborat, hoc est, corpus & carnalis appetitus ad omne malū propēdet & ad omne bonū agendum languet, non cesset priusquā mortē incidat pro seruo suo esse solicitus, sed Iesum adeat saltem per sanctorū intercessiones. Adeat autē cum fide & humilitate, nec dubium quin à benigno Domino recepturus sit seruū sanum, & ad omnia agenda vtilem & commodum.

RESVSCITATVR FILIVS VIDVAE. Lucæ 7.

CAPVT XLVI.

ET factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cū eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus offerebatur, filius vnicus matri suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset Dominus, misericordia motus super eā, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterūt. Et ait: Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: Et dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem.

ET FACTVM EST DEINCEPS. IBAT IESVS IN CIVITATEM QVAE VOCATVR NAIM, &c.] Cùm apud Matthæum nihil sequatur quod præcedentibus sit subiūgendum, (nam quæ apud illud sequuntur, sicut non narrātur cū ordinis consequētia ad superiora, ita ante sermonem illum prolixū contigisse prius ostensum est, narrantur tamen à Matthæo post sermonē, ostēdit, vt videtur, vt multis miraculis Christi doctrinā ante omnia miracula à se descriptam comprobaret legentibus) Lucas verò post miraculum curationis paralytici serui Centurionis, aliud miraculum subiiciat eum cōsequentię significatione, dicens; & factū est deinceps, necessariò hæc Lucæ narratio hoc loco in Cōcordia erat subiicienda. Et bene quidem præsens miraculum post duo superiora & contigit, & descriptum est. Sic enim progressus quidam factus est à mirabilibus ad mirabiliora. Magnū enim fuit miraculum, leprosum incurabili laborantē morbo curare verbo & tactu: maius verò, absentem paralyticum iā iam moriturum solo verbo sanitati restituere: sed omnium maximum mortuum & iam sepeliendū resuscitare. Itaque hoc miraculo obstruebatur os eorum qui dicere poterant seruum Centurionis non moriturum fuisse, etiamsi Christus sanitatem illi, verbo non contulisset, & proinde nihil magni Dominum in illo operatum fuisse. Porrò Naim, vel, vt habent Græca, ναειν Naein, ciuitas Galilææ, non longè à Capharnaum, duobus miliaribus distans à monte Thabor contra meridiem, teste Hieronymo in lib. de locis Hebraicis, vbi & suo seculo perstitisse adhuc ciuitatem hāc scribit. Igitur Dominus qui circuibat ciuitates & castella, quo latius spargeret semen Euangelicæ doctrinæ, & sanaret languidos multorū, è Caphar naum ciuitate, in qua potissimum re sidebat & habitabat, ibat aliquando in proximam ciuitatē hāc Naim, volens etiam hanc, quamuis humilem & obscuram, præsentia sua, doctrina & miraculis illustrari. Diuina autem prouidentia factum, vt & Dominum concomitarentur discipuli multi (nā Græca non tantum discipulos isse cum Domino habent, sed discipuli ικανοι, hoc est, sufficientes & multi (& turba copiosa, & viduæ quoque cui Dominus occurfurus esset, multa adesset turba, vt miraculum in medio turbarum duarū gestū: multos haberet testes qui illud in Dei gloriam vbique diuulgarent. Quod autem ex portis ciuitatis efferebatur defunctus sepeliendus, hinc fuit, quòd apud Iudæos mortui nō sepelirenturin ciuitatib⁹ sed foris in agris & montibus, vt dictū est circa caput Concordiæ 31. Bene autem iustā miraculi faciendi occasionem, imò necessitatem indicat Euangelista, cùm quàm flebile esset funus Domino obuians describit. Flebile enim erat triplici de causa. Primum, quod adolescens esset mortuus, in ipso flore vitæ ereptus. Deinde quòd filius viduę, quæ filij præsentia sese cōsolabatur de morte mariti: Postremum, quòd vnicus esset filius, & quod est maius, vnigenitus. Græca enim habent, μονογενης. Proinde apud nos vnicus filius dicī intelligendus est, qui solus ei fuit natus. Non parum enim auxit viduæ dolorem, quod destituta viro, etiam orbata esset eo quem solum genuerat, & ob id teneriimè delixerat, ex quo etiam nondū nepotes susceperat, priuata iam non solum omni cōsolatione, sed & omni spe posteritatis. Itaque fieri nō potuit quin casu tam miserando & iustissimis fletibus viduæ moueretur misericordissimus Dominus, cuius occursus & obtutus semper fœlix est & faustus. Occurrit enim dæmoniacis in regione Gerasenorū, & curati sunt. Vidit Petrum & Andreā piscantes, & fecit piscatores hominū. Vidit Publicanū nomine Leui, & ex Pulicano fecit Apostolum. Vidit in probatica hominem paralyticum, & mox sanitatem contulit. Vidit cæcū à natiuitate, & visum præbuit. Respexit in atrio Petrum, & ad pœnitentiam commouit. Sic & modo occurrens viduæ, eámquæ flentem videns, misertus est eius & qui viduarum maximè curā gerit, sese illi quæ consolatorem non habuit cōsolatorem efficacem præbuit, & verbis & re opitulans. Quique fere fidei quorundam & precibus ad miraculum cōmoueri solet, hic iam sola misericordia mouetur, quē admodum & in curatione paralytici in probatica. Primum ergo verbis eam cōsolatur, dicens: Mulier, noli flere. Non enim deflenda erat mors eius, qui mox maiori cum gloria & lætitia matris erat victurus. Deinde, quoniam exiguæ aut vanæ est misericordię verbis tantum consolari, cui possis re & opere subuenire, ne vana esset eius consolatio, accessit, & tetigit loculum, in quo efferebatur defunctus repositus. Perfectam ergo misericordiam Dominus hic exhibet, dum & in cor de mouetur misericordia, & verbis eam consola-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,& ipsofacto miseriâ viduæ subleuare studet. A Christo tangente loculum, illico funeris portito res restiterunt, Domini autoritatem vel prius cognitam habentes,vel iam ex turba ipsum sequentes cognoscentes.Hic vtraque erat turba erectam rei euentum,tum ea quæ comitabatur Dominũ, tum ea quæ comitabatur viduam. Iesus autẽ versus ad adolescentem exanimẽ,qui vocare potest ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, cum imperij autoritate dixit:Adolescens tibi dico,surge; quemadmodum suprà filiã Archisynagogi suscitans dixit:Puella tibi dico,surge.Qua in re incomparabilem sanè potentiam suam & planè æqualem patri demonstrauit.Qui enim hic in parte Eliæ similis fuit,quòd,quemadmodum ille,viduæ filium vnicum resuscitauit,longè se dissimilem aut B Eliæ aut aliis demonstrauit, quòd non frequenti extẽsione corporis sui super corpus mortuiquem admodum Elias & Elizeus, nec longa oratione, quemadmodum Petrus,sed simplici contactu & imperio mortuum ad vitam reuocauit, omnino declarans se verum Deum esse,apud quem solum est imperium vitæ ac mortis.Itaque adolescens ad vocem Domini illico,velut excitatus à somno, resedit in loculo,quóque certius esset vitæ redditæ argumentum,cœpit loqui,sermone non solùm vitam,sed etiam vigorem animi declarans. Quúmque iam adolescens à loculo exiliisset,ac,vt est verisimile, Iesu adhærens,per quem intelligebat sibi vitam esse restitutam,gratias ageret, nõ illum sibi retinuit quemadmodum iure potuisset , vt qui vitam iam donauerat quam à matre non acceperat,sed reddidit illum suæ matri propter quod bene dicit Euangelista: Et dedit illum matri suæ; vt cuius iam non erat nisi benignitate Domini, illi fuisset nouo dono datus. Porrò ex conspecto miraculo tria in præsentibus turbis cõsecuta narrat Euangelista,nempe primò timorem,non quo malè sibi à Domino metuerent,sed qualis nasci solet ex stupore magno,dum noua aliqua & insolita res accidere videtur. Deinde glorificationem Dei.Magnificabant,inquit, Deum,hoc est,glorificabant,(nam Græce est ἐδόξαζον,)dicentes:Prophetа magnus surrexit in nobis,&c.Dicunt autẽ,mag D nus,vel quia ex miraculi magnitudine videbãt eũ aliis prophetis potentiorem ,vel quia intelligebant eum esse illum prophetam à Moyse promissum,Deuteron. 18.hoc est,esse Messiam expectatum.Dicunt,Deus visitauit plebem suam, hoc est,curam se plebis suæ habere iam declarauit, cum nullos longo tempore nobis mittens prophetas,visus sit nostri oblitus,nec singulatem nostri rationem habere. Aut si turba Dominũ fuisse Christum credebat,visitasse dicunt Deum plebem suam,quòd promissa sua in populo Iudaico iam complere cœperit.Verùm verba magis videtur significare,populum,nihil altius de Domino iuspicatum,quàm quod propheta quispiam esset insignis. Non enim Græci hic habẽt articulum, ὁ προφήτης μέγας.Postremum narrat euangelista & tertium,quod ex conspecto miraculo consecutũ est, nimirum quòd exierit hic sermo, hoc est,rumor miraculi huius , vel hic sermo,hoc est Hebraica Phrasi,hoc factum,in vniuersam Iudæam. Vbi nomen Iudææ generaliter videtur accipiendum,vt scilicet etiã Galilæam comprehendat, in qua erat ciuitas Naim. Circa hanc historiam primum obseruandum,Dominum ex omnibus mortuis,vnum tantũ excitasse,sola misericordia ipsũ commouente, nulliusque precibus interpellatũ idque filium viduæ.Hoc enim demonstrauit se viduarum maximè esse consolatorem,ac viduarum lachrymis maximè commoueri,quemadmodum 3. Reg. 4. Reg. 4. Act. 9. id vbique de Deo scripturæ prædicant. Sic & viduæ solius filium suscitauit Elias & Eliseus viduæ inopiam miraculo olei multiplicati subleuauit ,& Petrus precibus viduarum flexus puellam nomine Dorcadẽ suscitauit.Quibus õnibus & nos docemus,viduis & desolatis potissimum hominibus adesse.Secũdò obseruandum,quòd Dominus suscitaturus filium viduæ, eidem prius flerum prohibet,dicens:Noli flere;docens scilicet ob spẽ resurrectionis mortẽ amicorum non deflendam immoderatè. De quo plura circa cap. 34. Concordiæ.Vnde Paulus : Nolumus vos ignorare de dormientibus,vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.Obseruandum tertio, quòd Dominus non verbis tantum se viduæ exhibuit consolatorem,sed & re ipsa.docens scilicet non verbis tantum miserorum afflictionem lenendam,sed & opere,quatenus in nostra est potestate.Iam quod ad mysticos attinet sensus,allego gorice quidem hac vidua significatur secundum Ambrosium Ecclesia sanctorum,quæ populũ iuniorem iam amissum & mortuum & ligno concupiscentiæ , quòd primum mortem inuexit , ad inferni veluti sepulturam delatũ, Christo,in mundũ aduenienti,recepit ,postquam lignum Dominus tetigit. Contactu enim loculi intelligit Ambrosius significatum salutem populo per crucis patibulum refundendam.Moraliter verò in hac vidua exprimitur quod quotidie mater ecclesia facere debeat , cum aliquem adolescentium suorũ quos genuit Christo,hoc est,eorum qui nondum virile in virtutis profectu collegerunt robur, contigerit lætali aliquo peccato à vita spiritus excidere, imo iam per manifestam ipsius impietatem,à mũdi cupiditatibus,deferri è porta ciuitatis,quæ est Ecclesia,ad sepulchrum æternæ desperationis. Vidua enim modo est Ecclesia , vt quæ destituta est corporali præsentia sponsi sui in cœlos sublati. Habet hęc filios multos,& inter hos quosdam viros,quoldam adolescentes,sed quos singulos itadiligere debet,ac si quilq; vnicus esset. Habet portas suas.per quas eiicit mortuos,ne fœtos cadaueris inficiantur & alij.Habet portas, per quas recipit à Domino reuocatus ad vitam. Itaque si ꝙs adolescens adhuc,aperte iam mortuus,à suis cupiditatibus extra portas Ecclesiæ defertur ad sepulchrum æternæ perditionis,mater Ecclesia nec dum plane desperans, multis comitata suis ciuibus, prosequi debet funus,lachrymis,gemitu,lamenti declarans quod optat. Sic fiet vt Ecclesiæ suæ occurrens pius Dominus plorantem consoletur,& eius solius permotus lachrymis primum quidem manu sua contacto loculo,stare faciat funeris baiulos,hoc est,finem imponat impiis cupiditatibus , quæ cessaturæ alioqui non fuerant donec mortuum sepeliissent in profundum malorum aut inferni.At tum quidem spes bona est reditiã est,nõ progredi in malis,sed non redit vitæ vigor ,nisi mortuo loquatur Dominus. Itaque secundo Dominus etiam ad mortuũ conuersus vocesua illum resuscitabit,quam quicunque audierit,etiamsi mortuus fuerit,viuet.Resuscitatus autem

1. Thess. 4

Mysticus sensus.

Moralis sensus.

tem & vitæ restitutus qui mortuus fuerat,erige A re se debet ad virtutum opera,& certissimũ vitæ documentum loquendo præbere, cõfessione sci licet peccatorum suorum, & gratiarum actione de diuina in se clementia.Sic demũ cũ est matri redditus,sequitur maius gaudium quã erat prior luctus,sequitur admiratio & prædicatio diuinę bonitatis in multis.Hanc historię moralẽ tractationem videre est latius in Paraphrasi cuiusdã qui eã pulchrè & prolixè prosequitur.Theophilactus autem & aliam moralem tractationẽ in B dicat,nimirum vt in vidua hac animam intelligamus, iã verbo Dei aut Christo suo spõso orbatam per peccatum,cuius filius, hoc est, mẽs iam mortua effertur extra portas supernę ciuitatis Hierusalẽ,quæ tantũ viuentiũ regio est. hæcergo anima si fundus suum defleuerit, & maximè si aliorum piorum lachrymas sibi adiunxerit,Iesum sibi occurrentem habebit,qui contacto corpore ,ꝙ veluti loculus est & sepulchrũ mortuæ mentis,ipsam mentẽ viuificabit,vt iã & surgere possit , & loqui quę vitã spiritualẽ testentur.Porrò in tribus iam prædictis miraculis & illud obseruari potest ad moralẽ instructionẽ cõueniẽs.Primus leprosus per se Christũ accedẽs, & rogans,sanitatẽ cõsecutus est.Secundus paralyticus per se accedere nõ valẽs , aliorum precibus impetrat sanitatẽ.Tertius mortuus,non nisi lachrymis multorum ad vitam reuocatur.His enim tribus, triplex peccatorum genus designatur.Nam sunt qui vitam quidem habent malis operibus contaminatam, sed non omni ex parte malam,qui necdum inciderunt eam infirmitatem,vt non possint ipsi Christo accedere, & piis ac humilibus precibus sanitatẽ imperrare. Sunt alij qui in omnibus animæ suę viribus dissoluti, paralyticorum more,non valent ad Christũ accedere,sed tamen morbi sui magnitudinẽ sentientes ,alios ad Dominum mittunt qui pro ipsis deprecentur,& sanitatẽ prosequantur. Sunt tertiò qui iã velut mortui,nullum malisui sensũ habẽt,quivt ad vitã reuocentur, maioris negotij est.Opus enim non solum prorum precibus,sed & lachrymis.

Triplex peccatorũ genus.

MITTIT IOANNES E CARCERE DISCIPVLOS.

Matthæi 11. Lucæ 7. CAPVT XLVII.

*

&

†c o.dixit

▷ a o

‖a Illis aut eũ abeuntibus

†a o.restitutum.

▷ amolli bus vestrũ tur

‖e o etiã

†c Dico enim

◁ e maior inter natos mulierũ ,propheta loz ne Baptista , nemo est

† c Dei. C.16.95.

▷ a autẽ

o similem æstima bo generationi istam

‖a Similis est

† c & loquentibus adimodũ, & dicentibus

▷ e o an

† c dicitis

▷ c.o.de uorator,

et bibẽti vinum C.10.80. C.11.80.

*Ecce*T nũtiauerũt Ioãni discipuli eius de omnibus his.[a] Ioannes autẽ cũ audisset in vinculis opera Christi, *[c] cõuocauit duos de discipulis suis Ioãnes,& misit ad Iesũ [&][a] mittẽs duos de discipulis suis,ait illi,[c] dicẽs:[f] Tu es qui vẽturus es,an aliũ expectamus? [c] Cũ autẽ venissent ad eũ viri, dixerũt:Ioãnes Baptista misit nos ad te, dicẽs:Tu es qui vẽturus es,an aliũ expectamus? In ipsa autẽ hora multos curauit à lãguoribus suis,& plagis,& spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.[f] Et respõdẽs[a] Iesus †fait illis':Euntes renũciate Ioanni quæ audistis & vidistis.[c] Quia[f] cæci vidẽt,claudi ambulãt,leprosi mundãtur,surdi audiunt,mortui resurgũt,pauperes euãgelizãtur,& beatus est ▷ quicunque non fuerit scãdalizatus in me. ‖Et cũ discessissent nuntii Ioãnis, cœpit[a] Iesus[f] dicere ad turbas de Ioãne.Quid existis in desertũ videre?arũdinem vento agitatam? Sed qui existis videre? hominem mollibus[c] vestimentis †f indutum? Ecce qui ▷ in veste preciosa sunt & dilitiis'in domibus regũ sunt. Sed quid existis videre?prophetam? ‖Vtique dico vobis & plusquã prophetã.Hic est[a] enim[f] de quo scriptũ est:Ecce ego mitto Angelũ meũ ante faciẽ tuã,qui præparabit viã tuã ante te † Amẽ dico vobis, ▷ non surrexit inter natos mulierum maior Ioãne Baptista':qui autẽ minor est in regno†cœlorum' maior est illo' ‖[a] A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nũc regnũ cœlorũ vim patitur,& violenti rapiũt illud.Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerũt. ‖Et si vultis recipere,ipse est Elias qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat.[c] Et omnis populus audiẽs & publicani,iustificauerũt Deum, baptizati baptismo Ioãnis.Pharisei autẽ & legisperiti cõsiliũ Dei spreuerũt in semetipsos,nõ baptizati ab eo. Ait autẽ Dominus:[f] cui ▷ ergo similes dicã homines generationis huius'[c] & cui similes sunt? ‖ Similes sunt' pueris sedẽtibus ĩforo,† qui clamãtes coæqualibus suis dicũt':Cãtauimus vobis' tibiis,[f] & nõ saltastis:lamẽtauimus,& nõ ploraſtis.Venit ▷ enim' Ioãnes Baptista' ‖neque mãducãs panẽ, neque bibens[c] vinum,[f] & †dicunt':dæmoniũ habet .Venit filius hominis manducans & bibẽs, & ▷ dicunt': Ecce homo ‖vorax & potator vini',publicanorũ & peccatorũ amicus.Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.[a] Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius,quia non egissent pœnitẽtiam. ‖Væ tibi Corozaim,væ tibi Bethsaida:quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis,olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.Verumtamẽ dico vobis:Tiro & Sidoni remissius erit in die iudicij quã vobis.Et tu Capharnaũ,nũquid vsque in cœlũ exaltaberis?Vsque in infernũ descendes: ‖quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te,forte mansissent vsque in hãc diẽ.Verũtamẽ dico vobis,quia terræ Sodomorũ remissius erit in die iudicij quam tibi.In illo tẽpore respondens Iesus,dixit: ‖confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ,quia abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis .Ita pater,quoniã sic fuit placitũ ante te.Omnia mihi tradita sunt à patre meo.Et nemo nouit filium,nisi pater:neque patrem quis nouit,nisi filius,& cui filius voluerit reuelare.Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego reficiam vos.Tollite iugum meum super vos,& discite à me:quia mitis sum & humilis corde,& inuenietis requiem animalibus vestris.Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET NVNCIAVERVNT IOANNI DI A SCIPVLI EIVS DE OMNIBVS HIS. [a] IOANNES AVTEM CVM.] Matthæus hãc historiam describit cap. 11. post missionem duodecim Apostolorũ, sed sic vt non significet ordinem necessarium cum præcedentibus. Lucas verò eam sic subiungit præcedẽtis miraculi narrationi, vt & ordinem indicet, proinde hoc loco necessariò Matthæi narratio cum Luca inserẽda erat. Et ex sequentibus manifestissimum erit, missionem hanc discipulorum Ioannis ad Christum contigisse ante missionem Apostolorum, ante quam etiam patebit Ioannẽ in carcere fuisse decollatum. Porrò de ista Ioannis interrogatione, varia est apud interpretes sententia. Tertullian[a] enim libro de præscript. dicit Ioannem desiisse certum esse de Christo. Sed satis certum est etiã B non iam dubitasse Ioannem nũ Iesus esset Christus, qui venturus erat, & promissus à Prophetis. Nam id edoctus à Deo, testificatus prius fuerat de ipso. Aut ergo temeritatis fuisset crimini obnoxius, si eum prædicauit quem nesciuit, aut perfidiæ, si dubitauit de eo quem aliquando cognouit, idque diuina reuelatione. Quare oportet responsionem adinuenire, cuius rei gratia interrogatum Ioannes misit. Itaque Ambrosius quoſdã scribit intelle xisse Ioannẽ pietate quadam dubitasse num quem sciebat esse Christum, esset moriturus, tanquam id ipsi esset indignum, quomodo Petrus pietate permotus Domino mortem C suam prædicenti dixit: Absit à te Domine nõ erit tibi hoc, Gregorius verò & Hieronymus intelligunt simili ferè modo, Ioannẽ interrogasse nũ Christus per seipsum esset venturꝰ ad inferos, vt sciret num illum etiam inferis deberet nunciare venturũ, quẽ nunciauit terris venisse. Quibus intelligentiis in idem ferè coincidentibus, videtur suffragari participium, venturus. Illius enim occasione videntur quidam permoti, vt de futuro aliquo aduentu Ioannem interrogasse putent. Alioqui enim quorsum quærit, num venturus sit quẽ iam venisse sciebat? Verum has intelligẽtias Diuus Chrysostomus planè reiicit, & meritò, q D non possit videri probabile, Ioannem qui maximus Propheterum dicitur à Domino, id ignorasse, aut de eo tam dubitasse, quòd alij Prophetę nõ solùm cognouerunt, sed & Prophetarum scriptis relinquerunt, cum etiam ipsum esse agnum Dei aliquoties testatus fuerit, idque nõ alia de causa, quàm quod pro hominum redemptionẽ offerendus esset Deo in ara crucis. Itaque rectius cum Chrysostomo, Hilario, Ambrosio, & aliis intelligitur, Ioannem hac interrogatione non suæ, sed discipulorum ignorantiæ cõsulere voluisse. Quo niam enim videbat discipulos sibi quàm Christo E esse addictiores, & inuidere glorię Christi crescẽtis quotidie, ac nunciare sibi Christi miracula cũ quadam indignatione & inuidia, pro discipulorũ suorum correctione simulat ignorãtiam, mittitque duos ex discipulis suis quos fideliores habuit, ad Christum, non dubitans quin in illo visuri essent & audituri quædam, vnde eos certius docere posset, & Iesum esse verum illum Christum expectatũ ostẽdere ac rursum credens maiestate dictorũ & factorum Christi commonendos esse ad excellentiorem de ipso quàm de se opinionem, sicque prouocandos ad sequendum Christũ se relicto qui iam erat moriturus. Discipulis enim nunciantibus opera Christi quę fama didicerant, noluit adhuc Ioannes de Iesu magnifica loqui, præferendo illum sibi, quòd sciret illos existimaturos humilitatis causa sese Iesu inferiorẽ agnoscere, quemadmodũ frustra illis sæpius Iesum commendauerat. Voluit ergo ipsos maiestate dictorũ & factorum Iesu cõuinci, & quandoquidem ipse moriturus esset, in amicitiam Iesu insinuari. Qua in re pij præceptoris affectum in se susceptum Ioannes, vt qui cum ignorãtibus voluit videri ignorãs, quemadmodũ Paulus omnibus omnia fiebat. Sciebat enim illos pro seipsis Dominum accedere nolle, nec suam dubitationẽ aut ignorãtiam profiteri apud Dominum nolle, proinde suo illos nomine mittit, & illorum ignorantiam in se suscipit. Deinde officij sui munus adimpleuit, mittendo suos ad Christum, docens à lege, cuius ipse typum gessit, ad Euãgelium secedendum, nec præter Christum alium magistrũ habendum. Quod autem Ioannes interrogare iussit, an Iesus esset qui venturus esset, non est intelligendum eum interrogare voluisse de futuro aliquo aduentu, sed an ipse is esset qui iãdiu à Iudæis venturus est expectatus. Non enim quærere iussit: Num ipse esset vẽturus, sed an esset qui vẽturꝰ esset, aut, vt habẽt Græca, an esset ὁ ἐρχόμενος, hoc est, ille venturus. Porrò diuina prouidẽtia factum est, vt postquam discipuli Ioannis iam adue nissent, Dominus illis præsentibus mul a miracula operaretur, ex quibus cõuenientem haberet occasionem respondendi quæstioni illorum. Nõ enim conueniebat vt interrogatus, num ipse esset Christus, apertè diceret. Vtique ego sum; ne dicere possent cum Indæis: Tu de teipso testimoniũ perhibes, testimoniũ tuũ nõ est verũ, sed testimoniũ reruni & miraculorũ, quod efficacius testimonio vocis, profert, remittẽs eos ad Ioannem, non vt ille hinc instrueretur, sed vt hinc haberet certum argumentum quo illis ostenderet Iesum esse verum Christum. Ita tamen respondit, quasi hinc Ioannes docẽdus esset. Nam vt magna prudentia ac charitatis studio Ioannes in se discipulorum suorum susceptum dubitationem & ignorãtiam: ita Christus magna eis respondet prudentia, eorum dissimulans insciti am, nec eam apertè incessens, vt sic ad se eos suo tempore magis traheret. Eũtes, inquit, renũciate Ioãni quę audistis & vidistis. vidistis dicit, aut, vt habet Matthæꝰ apud Lucam, videtis, propter miracula quę oculis suis præsentes viderant. Audistis verò vel auditis dicit. tum propter auditam à Christo prædicationem, tũ propter miracula quæ à præsente turba audierãt Christum etiam prius fecisse. Nã quod dicit, Mortui resurgunt; non tũ oculis viderant, sed alios narrantes audiuerant. Itaque hęc tũ visa, tum audita Ioanni vult eos renunciare, quæ secundùm Propheterum viticinia, manifesta erant signa ipsum esse Christum. Ad Prophetarũ enim vaticinia in his verbis: Cæci vident, claudi ambulant, &c. alluſum est à Christo. Nam prior pars, nempe cæci vident, claudi ambulãt, leprosi mundantur, surdi audiunt, videtur alludere ad illud Isaiæ, quo signa aduentus Christi notantur. Ecce Deus vester vltionẽ adducet retributionis, Deus ipse veniet, & saluabit vos. Tunc aperiẽtur oculi cæcorum, & aures surdorum patebũt. Tũc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorũ, quia sciſſæ sũt in deserto aquę, & torrentes in solitudine. Quanquam enim hoc vaticinio magnifica quædã & læta rerum immutatio, & lętitia eorũ qui deplorati habebantur, prędicta sit, eius tamẽ cùm velut specimen quoddam in præsenti Dominus exhiberet, corporalem adeò multis salutẽ restituens, non minus hic locus cũ prę sentia miracula faceret, impletus intelligi potuit & ipse ex eis Christus agnosci, quàm supra Mat- Isaie. 55. thæus scripsit impletum illud Isaiæ, Ipse infirmitates nostras tulit, cũ multorum morbos curaret atque depellẽdo morbos corporis, animorũ quoque se saluatorem declararet. In illo verò φ dicitur: pauperes euangelizãtur, omnino allusũ videtur ad illud Isaiæ: Spiritus Domini super me, Isaie. 61. propter quod vnxit me, euangelizare pauperib. misit me. Sic enim Isaiæ autoritatem citãs Lucas cap. 4. quam ex Hieronymi versione sic legimus: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me, ad annunciandum mansuetis misit me. itaq; omissis variis expositionibus huius partis, pauperes euangelizantur, omnium rectissimè accipitur hęc oratio secundùm phrasim Græcam, pro eo quod est, pauperes suscipiunt & audiunt Euãgeliũ, vel pauperibus prædicatur Euangelium. Cuius Græcanicæ phrasis hæc est ratio, quòd Attici vsurpãt accusatiuũ loco datiui acquisitiui, maximè vbi significãt bene vel malefieri cuipiam, vnde dicunt: οἷα μὲ ποιεῖς, pro ἐμοί. Sic Matth. 27. τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν, id est, quid igitur faciã Iesum qui dicitur Christus? Hinc fit vt ad imitationem Græcorum passim legatur in sacris literis, benedicere & maledicere cũ accusatiuo signi C ficante eũ de quo quiuis bene aut male loquitur Cùm ergo in passiua locutione accusatiuus mutatur illis in nominatiuum, sicut & Latinis, hinc loquũtur passiuè. Nã vt dicunt, εὖ ποιῶ σε, id est benefaciam te: sic etiam passiuè dicunt, σὺ εὖ ποιῇ σθαι παρ' ἐμοῦ. Hinc cui quis benedicit aut male loquitur, dicitur in scripturis benedici & maledici. Benedicimus, inquit Paulus, & maledicimur 1. Cor. 4 Sicut autem Græci dicunt. benedico te & benedico tibi, ita dicũt εὐαγγελίζω σὲ καὶ σοὶ, euãgelizo te & tibi: quare sicut dicunt quẽdã euangelizare pauperes, ita dicũt pauperes euãgelizari ab illo, pro eo quod est, pauperibus Euangeliũ prædicari. Potest & aliam habere rationem hęc phrasis D etiamsi non diceretur Græcis εὐαγγελίζω σὲ, sed tantum, εὐαγγελίζω σοὶ. Nã Græci in passiua locutione etiam datiuũ acquisitiuũ verbi actiui, mutant in nominatiuum, seruato accusatiuo eiusdẽ verbi. Nam quod dicunt, πίστευσόν σοὶ τὸ πρᾶγμα, id est, credo tibi hanc rem passiue sic efferũt, σὺ πίστευσαι τὸ πρᾶγμα, id est, tu cõeredaris hãc rẽ. Vnde primæ Timo. primo dicitur, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ὃ ἐπιστεύθην ἐγω., id est, secundũ Euangelium quod creditus sum, pro, secundum Euãgeliũ quod creditum est mihi. Sic quod dixit Angelus pastoribus: Euangelizo vobis gaudium magnum, pas- Luca 2. siue sic illis dici posset, vos euangelizamini gaudium magnum. Et similiter quod dicunt, euange E lizo pauperibus, passiue sic dici potest, pauperes euãgelizantur. Nõ est ergo sensus quẽ multi hic reddunt, pauperes Apostoli euangelizãtur, hoc est, actiue prædicant Euangeliũ. Porrò quòd Lucas citans autoritatem prædictam Isaiæ, hẽc pauperes, quomodo & hoc loco habetur, vbi ad illã autoritatem alluditur, cũ Hieronymus verterit, mãsuetos, si causa est quòd apud Hebræos parua

A sit differentia inter dictionẽ quæ significat pauperem, & eam quæ significet mansuetũ. Nã עני Ani, est pauper, & ענוי Anau est mansuetus, derivaturque vtrumque nomen ab eadẽ radice, ac pro altero alterũ ponitur, quòd fere mãsuetudo sequatur paupertatẽ, sicut cõtra diuitias comitatur fere ferocia. Itaque pauperes quibus dicitur prædicari Euangeliũ, sunt pauperes spiritu, hoc est, animo afflicti. ac de sese humiliter sentiẽtes qui iidem necessariò etiam sunt mansueti, & nequaquam contentiosi, quemadmodũ erant Pharisæi. His pauperibus & mansuetis dicitur singulariter prædicari Euangelium, tum quod Euãgelica prædicatio cõsoletur eos qui animo sũt mœsto. vnde sequitur apud Isaiam, Vt mederer contritis corde, & prędicaré captiuis indulgẽtiã, &c. B tum quòd hi soli capaces sunt Euãgelicæ doctrinæ & obedientiæ fidei. Vt enim superbia & ferocia contentiosa est, & ob id indocilis, ita contrà mansuetudo docilẽ reddit. Vnde Iacobi 1. In mansuetudine susciptte insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Et Eccles. 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas.

ET BEATVS EST QVICVNQVE NON FVERIT SCANDALIZATVS IN ME.] Secundum D. Gregorium, qui intelligit in proposita Christo quæstione Ioannẽ interrogasse de aduentu Domini ad inferos, intelligitur hac sententia beatus pronunciari, qui in morte quã perpessurus erat postea Dominus, non esset scandalizãdus, vt sit sensus: Mira quidẽ facio, sed abiecta p peti non dedignor, quia ergo moriendo te subsequor, cauendum valde est hominibus ne in me mortem despiciant qui signa venerãtur. Verum secundum rectiorẽ prædictæ quęstionis intelligẽtiam, hac sentẽtia Dominus percutere voluit & mordere conscientiam discipulorum Ioannis qui in ipso Domino scandalizabãtur, offensi humilitate conuersationis eius, quòd nõ seorsũ ab hominibus illa vitę seueritate viueret, sicut ipsorum magister, ac hæc nullo alio, prẽter illa miracula, vitę splendore in signis esset. Obseruãda autẽ mira Christi benignitas in hac sententia, quia discipulos Ioãnis notat. Nam sic eis hac sentẽtia diuinitatem suam prodit, cum ostẽdit se occulto D rum esse cognitorem, vt tamen eorum passionẽ aperte aliis non detegeret, sed conscientię ipsorũ qui sibiipsis cõscii erant, totam rem relinqueret, vt occulta huiusmodi redargutione, declarans simul & suam diuinitatẽ & benignitatẽ, illos magis ad se traheret. Porrò in Christo variis de causis contigit & contingit adhuc quosdam scãdalizati. Quidam enim in cõmuni cõuersatione fuerũt scandalizati, quem admodũ hi discipuli Ioannis & Pharisęi, ex quibus quidam aliquando Dominum rogauerũt, quare non ieiunarent discipuli ipsius, sicut discipuli Ioannis & Pharisæorũ. A lii rursum in conuersatione ipsius cũ peccatorib. Luca. 5. aut in eo quod externarũ cęremoniarũ legis, & traditionum à maioribus traditarum non videretur esse studios⁹ obseruator, sed ab externa legis obseruantia, legis ad interna potiꝰ reuocaret. Sed omnium maxime plurimi cruce Domini scandalizati sunt. Hac enim & Apostoli offensi sunt, sed ad tempus. Hac & Iudęi maxime alienati sunt à Christo, de quibus dicit Paulus, Nos, inquit, prę 1. Cor. 5. dicamus Christũ, Iudęis quidem scandalum, gentibus verò stultitiã. Hodie quoq; in Christo multi

Universidad de Deusto
Biblioteca

scandalizantur,vt qui nō possunt approbare humilitatem eam quam docet in Euangeliis, & in suis exhibet Christus.Hanc enim non potest nō mundi arrogātia fastidire. Deinde qui cruce quā ille imponit omnibus discipulis suis,ab eo alienantur,qui hic perdere animam suam timentes Christum repudiant,atque ita iacturam faciunt vitæ æternæ.Bene ergo generali sententia dicit; Beatus qui non fuerit scandalizatus,hoc est,offēsus in me, hoc est,qui nulla in re absterretur ac repellitur:ne mihi tanquam vero seruatori fidē habeat,mihiq́ue indiuulsus adhæreat.Beatus certè talis,quia in ipso Christo solo salus sita est,ita vt vitam æternam habeat qui ei adhæserit: contrà vero damnatus sit,qui ab illo alienus fuerit.

ET CVM DISCESSISSENT NVNTII COEPIT IESVS DICERE AD TVRBAS DE IOANNE,&c.]Postquā Dominus per præcedētia satis egit procuratione discipulorū Ioannis,restabat vt & multitudinem curaret,quę ex discipulorū interrogatione intelligere potuit Ioānem iam dubitare de Iesu num esset Christ⁹ cui prius tam eximia & multa perhibuerat testimonia,& ob id à Christo dictum iam fuisse cōtra Ioānē;Beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me. Itaque ne ex illa interrogatione Ioannes iam putaretur dubitare de eo quod prius asseruerat, & illa Saluatoris sententia putaretur propter Ioānē dicta,cū Ioānis discipuli abiissent(nam illis præsentibus Ioannem laudare non conueniebat,ne multitudo putaret assentatiunculis gratiā Ioannis Christū colligere)cœpit Ioannē multum cōmendare,eximendo eā de Ioanne suspicionem, quæ propter prædicta in auditorum mentē venire potuit.Et primum quidē instabilitatis &lenitatis suspicionē tollit, idque non ex sua statim sententia,sed ex ipsorū prius auditorū opinione, ostendens eos nō verbis solùm,verum etiā factis stabilitatē Ioannis attestatos fuisse. Dixit ergo: Quid existis in desertū videre? Arūdinē vēto agitatā?ac si diceret:Cur omissis ciuitatibus atq; domibus vestris ad desertum omnes cucurristis.An vt videretis hominē similē calamo qui omni vēto circumfertur,& leuitate mētis nūc hæc, nūc illa sentiret:Certè non potuissetis tanto studio indesertū impelli,tot tantarumq; ciuitatū populi,nec ita facilè omnes ex vniuersa Iudæa effusi ad Ioannem fuissetis:nisi magnum quendā & mirabilem virum,& adamantinis lapidibus firmiorem Ioannem putasletis.Arundini certè mobili similes sunt,qui non semper idem asserūt, sed huc atque illuc facilè pulsi,modò hæc,modò illa sentiūt.Sic & qui ab ipsetu passionū à rectitudine rationis facile prosternūtur,vt pro occasionū diuersitate nunc illa velint & faciant.Cōtra quod præcipit Apostolus:Stabiles estote & imobiles, 1.Cor.15. abūdātes in omni opere Domini semper. Et:Optimū est,inquit,gratia stabilire cor.Et Sapiēs.Nō te vētiles in omnē ventū,esto firmus in via Domini,& in veritate sensus tui. Et:iam non simus Hebr.13. Eccles.1. paruuli,nec circumferamur omni vēto doctrinę Deinde ne quis putare posset Ioānem siue ambitionis,siue cupiditatis,siue lasciuiæ studio excidisse à sua stabilitate,& opinione quam de Christo prius habuit,ostendit deinceps ipsum ab his omnibus alienū fuisse, idque ex vestitu rigido quo amiciebatur,& deserto quod incolebat. Si enim ambitionis studiosus fuisset,aut terrenorū commodorū,nequaquā desertū inhabitasset,sed regū & principū potius aulas..Et quod lasciuia ejus animū non emollierit & mobilē fecerit,declarat etiam desertū, declarat vestitus, declarat postremo & carcer.quamuis de eo Dominus taceuerit.Postquā autē Dominus efficacibus interrogationibus ostendit quid Ioannes non esset,nec obnoxiū illum esse posse suspicioni vel instabilitatis & leuitatis,vel ambitionis & lasciuię:ostēdit denceps quid sit ,prius quidē opinionē populi quā de Ioanne habuit cōprobās,cùm dicit:Etiam hoc est vtique,& certè dico vobis,deinde & suā de Ioanne sententiam pronunciat,cùm dicit: & plusquam prophetam.Quod testimonio scripturæ probat dicens:Hic est enim de quo scriptū est: Malacz. Ecce ego,&c.Ex quo patet quare Ioannem dicat esse plusquam prophetā,nimirū quod reliqui ꝓphetæ venturū post se Christū, & salutem ab eo sperandam obscurius prædixerūt, Ioannes vero subingredienti Christo viam muniuit,populū ad pœnitentiam prouocās,eiq́ue præsentiā Christi attestās.Deinde quod Angelus Dei meruit in vaticinio prophetæ apellari nomen commune sortitus cum spiritibus cœlestibus,quòd dignius est nomine prophetæ. Tertiò,quòd non solùm ipse prophetarit,sed etiam de eo sit prophetatū. Has enim causas videtur indicare voluisse Saluator, cum probaturus Ioannem esse plusquā prophetam, adducit hoc testimoniū. de quo testimonio latè satis dictū est circa cap. Marci 1.in cap. Cōcordiæ 13. Plus ergo quā propheta Ioānes, quia etiā præcursor Christi,paranymphus spōsi,regni cœlorū primus prædicator,bapūsmi primus institutor, Angelus Dei,ab ipsis etiā prophetatus, idque verbis & factis.Itaque bene ob Ioānis excellentiam Dominus post prophetæ testimoniū, sua iam sentētia Ioānis præeminentiā paucis est cōplexus dicens:Amen dico vobis,nō surrexit inter natos mulierū maior Ioāne Baptista : hoc est vt bene exponit Chrysostomus,non peperit mulier Ioanne vnquā maiorē.Lucas verò dicit:Maior inter mulierū propheta nemo est.Proinde & & quod habet Matthæus sic oportet intelligere, vt nō cū omnibus hominibus,sed cum omnibus prophetis ittelligatur cōparari Ioannes.& subiūtelligitur:non surrexit maior propheta inter natos mulierum. Vel potius ideo à Matthęo dictū est absolutè,nullum natum maiorem Ioanne,etiamsi Domin⁹ tantum dixit quod habet Lucas, quia cum nulli maiores fuerint prophetis ante Ioannē, si Ioannes non habuit maiorem se prophetam,nullum etiā absolute se maiorē habuit. Qui autem Græci etiam in Luca non addunt nomen προφήτου.Porrò hac sententia Domini nō necessario intelligitur Ioānes omnibus prophetis & patriarchis prælatus,vt annotauit Hieronymus.Nō enim statim sequitur, vt si alij maiores eo nō sunt,ille maior aliis sit, cū possint alij ipsi esse æquales.Itaque ad veritatem huius sententiæ sufficit Ioannē fuisse æqualem excellētissimis prophetis. Verum quoniam superius Dominus dixit Ioannem esse plus quam prophetam, deinde veluti in illius declarationem subiiciat hanc sententiam,omnino videtur hac negatiua sentētia affirmatiuam voluisse significare,Ioannem scilicet maiorē fuisse omnib prophetis & omnibus hominibus.Alioquin enim non satis hic declarabitur Ioannē esse plus quā prophetā.Ambrosius certe

certè & Chrysostomus intelligunt Dominum significare Ioannem omnibus esse maiorem, quorum hic pulchrum affert simile, videlicet quòd quomodo maior est in aula qui regi vicinior est, ita & Ioannes.Dupliciter autem intelligi potest Ioannem dici aliis maiorem , videlicet vel rōne prærogatiuarum quibus diuinitus decorat⁹ fuit, vel quòd abundantiore spiritu esset donatus,sic vt perfectior esset cognitione diuinorum,in conuersatione.& meritis.Et quidem si prærogatiuæ Ioannis considerentur,nihil dubium quin Ioannes non solùm maior fuerit omnibus prophetis, sed & Apostolis.Prærogatiuę enim eius sunt , ꝙ Angelico promissus fuit oraculo,quòd concept⁹ miraculo,sanctificatus in vtero,atq; in illo Christum adorans,quòd ab ineunte ætate semper cū Deo & Angelis in deserto cōuersatus fuerit,nulla hominum cōsuetudine vitiatus vnquā, quòd primus regnum Dei prædicauerit , quòd baptismi autor,quòd Dominū suū baptizauerit,quòd primus agnitum Christum alijs digito demōstrauerit,quòd solus à prophetis sit promissus & adumbratus,promissus quidem à Malachia,adumbratus verò in Elia,quòd Angelus Dei dici meruerit. Cæteri enim prophetæ,non sunt nati prophetæ , sed postquam aliquamdiu humanam & communem vixissēt vitam,in prophetas assūpti sunt.Hic verò planè ad nihil aliud in hoc mūdo natus est,quàm vt spiritualia Dei mandata persiceret,velut Angelus quidam cœlestis,humanam naturam supergressus,& nec necessariū aut conuenientem naturæ humanę cibum ac vestitū amplexus,vt in eo nihil penèhumani appareret,sed cuncta velut Angelum esse sub humano corpore latentē arguerent.Si autem spectemus spiritū donum,quo Ioannes fuit illuminatus & accensus,ac vitę eius conuersationem ac merita,quanquam temerè non sit asserendum de eo quod soli Deo cognitū est,qui,vt habet Sapiens,spiritū ponderator est:tamen non videtur dubitandum Prou.16. quin perfectiore spiritu donatus fuerit præ aliis prophetis,ita vt clarius cognouerit mysteria incarnationis Christi,sicuti Christo vicinior erat & mysteria Christi ac regni cęlorū apertius explicauit & docuit.Sāctior etiā fuerit in cōuersatione, & maior in meritis.Nam quis prophetarum vnquam tam incorruptam,tam rigidā,tam planè diuinam vixit vitam,atque Ioannes,ab ipsa pueritia mitissimus simul& acerrimus:quorū alterum ex cōuersatione sua cū discipulis:alterum ex libera reprehēsiōe Iudæorū & Herodis discere possumus:Quis plures sua prædicatione & vitæ exēplo ad Dominū vere cōuertit? Apostoli tamē postea videtur perfectiore spiritu donari, & maiores fuisse in meritis,vt qui mysteria Euāgelica videātur aperti⁹ cognouisse post acceptū spūm sanctū in die pētecostes,& pluraproveritate ppefsi, ac plures sua prædicatione Christo lucrifecisse. Nec negat Dominus surrecturos quosdā qui maiores forent Ioāne,sed nō surrexisse aliquem qui sit maior.Nōdum enim Apostoli tūc erāt Ioannę maiores.Non obstat autem huic saluatoris sēntentiæ quod dicitur de Moyse:Et nō surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses.Primū enī intelligēdum Moysen ibi præferri prophetis veteDeut.vlt. ris testamēti.Deinde nō dicitur ibi nō surrexisse vnquā propheram maiorē vel æqualē Moysi,sed similē Moysi,idque in his quæ sequuntur. Subditur enim quē nosset Dominus facie ad faciem in omnib.signis atque portentis quę misit per eum vt faceret i terra Aegypti,&c.Porrò virgine Deipara non voluit Dominus hac sentētia Ioannē pronunciare maiorē.Namsit comparatio Ioānis potissimū cum prophetis & viris.Nec ex ea sequitur,Ioannem maiorem Christo pronunciari.Nō cōprehēditur enim Christus inter natos ex mulieribus,siue quod nomen mulieris hic accipitur pro fœmina corrupta,vt distinguatur à virgine, quemadmodum quidā intelligunt: siue qua per natos mulierū intelligit hic Dominus eos quitātum sunt nati ex mulieribus,hoc est, tātum sunt homines,aut qui cōmuni more ex concubitu viri & mulieris sunt nati,quomō intelligit D.Hieronymus.Aut Christus simul & Deipara virgo facile excludētur ab hac sentētia,si intelligamus Dominum dicere voluisse,ante illa sęcula nullū maiorē Ioāne natum fuisse.Ne itaque ex hac magnifica Ioānis cōmēdatione auditores etiā Christo Ioannem putarent præponendum , seipsum aperte excipit,subiungēs:Qui autē minor est in regno cœlorum,maior est illo.Qua sententia intelligunt quidē aliqui Christū præponerein beatitudine & dignitate minimum Angelorū aut sāctorū qui est in cœlo,Ioāni.Sic enim intelligunt Ambrosius &Hieronymus,quorū iste sic scribit: Nosautem intelligamus simpliciter,quod omnis sanctus qui iam est cū Domino,maior sit illo qui adhuc cōsistit in prælio.Aliud est enim victoriæ coronam possidere,aliud adhuc inacie dimicare. Verum magis cōuenit proposito vtcum Chrysostomo intelligatur istud Dominū de seipso dixisse,qui seipsum non aperte præfert Ioanni,humilitatis causa loquens de se in tertia persona. Cùm autem secundùm priorem intelligentiam illud, in regno cœlorum:cōiungēdum sit cum superiori,nēpe cum,minor est,secundum posteriorē intelligentiā potest vtroliber referri.Et quidē si ad præcedēs referatur,hoc modo:Qui in regno cœlorum minor est,maior est illo,per regnum cœlorum iā secundum Augustinum intelligitur inchoatum in terris regnum Dei;Ecclesia scilicet iustorū,inqua Christusminorē se dicit,tum quia minor erat ætate,tum quia multorum opinione minor erat Ioanne.Aut secundū Caietanū Christus se minorem vocat in regno Dei , quia secundus fuit qui regnum Dei prædicauit,Ioannes vero primus.Secundus enim sonat quandam minoritatem à primo.Siad sequens referatur, hoc modo,qui minor est Ioanne,maior est illo in regno cœlorum,iam secundum Chrysostomum per regnum Dei designātur bona spiritualia,& vniuersa quæ ad cœlum pertinent.vt sit sensus.Qui autem minor est Ioanne ætate,& minor opinione hominum,hic tamen maior est in rebus cœlestibus & spiritualib. aut maior reputatus in regno cœlorum,ab Angelis scilicet & Deo , qui nouerunt quanta sit mea excellētia supra Ioannē.Atque hæc videtur genuina loci intelligentia.

A DIEBVS AVTEM IOANNIS BAPTISTAE VSQVE NVNC REGNVM COELORVM VIM PATITVR.] Quoniam in superiori sententia regni cęlorum facta est mentio,etiam ab illo occasionem sumit commendandi Ioannem,qua Ioannis commendatione etiam vult ostendere:iam esse tempus illud gratię & salutis,quod ab hominib.prophetisfuit prędictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac proinde non amplius Messiam esse expectandum,sed certum habere ipsum iam aduenisse.Ioannem itaque ineo commendat,quod prius ipse regnum cœlorum prædicauerit, idque cũ tanto fructu,vt illud vim patiatur,sed eo simul significat,doctrinæ nouitatem & fructum arguere impletionem & cessationem legisac prophetarum, ac tempus aduẽtus Messiæ.A diebus,inquit,Ioannis Baptistę,id est,à tempore prædicationis eius, qui primus regnum cœlorum prædicauit,vsque ad istud tempus,regnum cælorum vim patitur. Dicit autem vsque nunc,non quòd post illud tẽpus regnum cœlorum vim non esset passurũ,sed vt significaret violentiam illam quæ cœpit Ioanne prædicante,semper ab eo tempore perseuerasse,nec per prædicationem suam desiisse, sed continuatam esse,& proinde significatur eam etiam vlterius semper continuandam, quamdiu eius prædicatio durauerit.Quod autem hic dicitur de vi quam patitur regnum cælorum,duplici ter intelligitur.Quidam enim intelligunt de vi quam sibiipsis inferunt, qui regnum cœlorum sunt accepturi.Oportet enim eos contemptis huius seculi bonis, abnegatis carnis concupiscentiis,carnem affligere,cruces & mortem patiẽter pro regno cœlorum suscipere. Itaque quod dicitur,regnum cœlorum vim patitur,sic intelligũt: regnum cœlorum per violentiam quandam acquiritur,& qui sibiipsis violentiam inferunt , hi rapiunt illud.Verum quoniam impropria est locutio,vt dicatur regnum cœlorum vim pati,quia vi quadam acquiritur , nec conuenit hic sensus cũ eo quod Lucas cap.16.dicit;& omnis in illud vim facit,cùm vis de qua isti intelligunt,non regno inferatur,sed ipsis qui regnum cœlorũ quærunt obtinere,rectius secũdùm alios intelligitur Christi hic metaphorica locutiõe significare voluisse, quòd plerique audita prædicatione regni cœlorum auidè cupiebant & contendebant prædicatum regnum cœlorum obtinere,imò rapere. Itaque regnum cœlorum vim pati dicitur,primũ propter multitudinem & feruorem confluentiũ ad consequendũ regnum cœlorum. Hanc enim rationem indicat D.Chrysostomus.Secundò,quia illi regnum cœlorum contendebant obtinere,quibus non videbatur debitum & promissum.Nam cũ illud expectarent Pharisæi & Scribæ qui sibi videbantur iusti,illis exclusis,peccatores,& publicani & meretrices illud veluti præripuerunt,& postmodum etiam gẽtes fide occupauerũt,quod Israeli tantum aut potius videbatur debitum. Quam rationem indicat D. Hilarius & Ambrosius hoc loco super Lucam. Sed rectè & Chrysostomi & Hilarii ratio simul comprehenditur. Sic ergo regnum cœlorum dicitur vim pati,quomodo merx aliqua noua,ad quam turmatim magna mercantium multitudo accurrit, vt quasi vi irruant in mercem illam desiderata , & quisque alium prẽuertere studeat præ desiderio.Est & tertia ratio,ob quam regnum dicitur vim pati, quã videtur indicare D.Hieronymus , & Ambrosius quoque in sermone 15. videlicet quia regnũ cælorum nobis per naturam non competit,sed est supra nostram naturam, & alienum à nobis , vt ob id non possit nisi vi quadam à nobis obtineri.Sic enim scribit Hieronymus:Grandis est enĩ violentia in terra nos esse generatos,& cælorum sedem quærere , & possidere per virtutem quæ non tenuimus per naturam.Et Ambrosius ser.15 O beata violentia,quæ non indignatione percutitur,sed misericordia condonatur. Beata, inquã violentia,quæ vim patienti bonitatem elicit,& vtilitatem tribuit inferenti . Mala res admittitur, & de iniuria nemo causatur: vis admittitur, & religio propagatur: Quisquis enim violentior Christo fuerit , religiosior habebitur à Christo.Aggredimur ergo in itinere Dominum , siquidem ipse est via,& more latronum suis eum spoliare nitimur , cupimus illi aufertre regnum. thesauros & vitam,sed ille tam diues & largus est,vt non adimat,non resistat, & cùm omnia dederit,nihilo minus omnia ipsepossideat.Hęc ille. Itaque hanc tertiam rationem sequitur etiã Caietanus.Quare cum sequitur,& violenti rapiunt illud,violenti dicuntur,qui vim illam inferũt regno Dei,de qua in tribus rationibus iam dictum est.Hæc tamen violentia præsupponit aut includit & illam primã violentiã quam sibi ipsi quis inferre debet.Vnde Ambrosius in sermone supe riori post verba prædicta sic subiungit: Aggredimur,inquam,illum non ferro,non fuste,non saxo,sed mansuetudine,bonis operibus, castitate. Hæc sunt arma fidei nostræ,quib. in congressione certamus.Vt autem his armis vti in vi inferẽda possimus,antè corporibus nostris vim quodammodo faciamus,expugnemus membrorum vitia, vt virtutũ præmia consequamur. Prius enim ipsi regnare debemus in nobis , vt regnum possimus diripere Saluatoris.Hæc ille. Vnde patet non omnino extra propositum esse quæ hic à quibusdam dicuntur,de vi nobis inferẽda.Scien dum autem D.Ambrosium & inprædicto sermone & super Lucam,pro,vim patitur,legere,cogi tur, itelligitque regnũ cœlorum cogi,quia regnũ cęlorum, quod prius fluidum & remissum apud Iudæos iacebat,credentium populorum cæpit assiduitate densati,& omnis illa regni raritas prædicationum frequentatione solidari. Cogi enim propriè tunc aliquid dicitur,cum res aliqua rarior dẽsatur & colligitur.Verum in hoc sensu nõ posse hic accipi verbum,cogitur,si quis sic legat cum Ambrosio,patet ex dictione Græca βιάζεται, quæ significat cogi: quomodo is dicitur cogi qui vim patitur.Portò regnum cęlorum hoc loco sic accipi debet,quomodo accipiebatur in eo quod Ioannes auspicando prædicationem suam dixit: Appropinquauit regnum cælorum.

OMNES ENIM PROPHETAE ET LEX VSQVE AD IOANNEM PROPHETAVERVNT.] Enim,hic dicit causam, quare à diebus Ioannis cæpta sit prædicatio regni cęlorum, & vim illud cœpit pati. In hac sententia nõ parua est obscuritas.Primũ enim quomodo omnes prophetæ vsque ad Ioannem prophetauerũt,cũ vsque ad Ioannẽ nemo viuendo peruenerit, nec omnium dicta aut scripta ad Ioãnis tempora sũt conseruata?Deinde quomodo vsque ad Ioannem prophetæ prophetauerunt,cum & ipse Ioannes propheta fuerit,& prophetauerit, dicens:Veniet fortior me post me,&c.Et illũ oportet crescere, me autem minui.Et in Actis legantur quidã prophetasse:Præterea quomodo vsque ad Ioannem omnes prophetauerunt,cum multorũ prophetiæ extendant se vltra Ioannis tempora ? Itaque solet hæc sententia variè intelligi.Primo modo sic: Omnes prophetæ & lex prophetauerunt de venturo Messia,& his quæ ad Messiã spectant, vsq; ad Ioannem,qui primus non tantũ prophetauit Messiam venturum,sed præsentem etiam digito demonstrauit.In Ioãne ergo desiit prophetia de venturo Christo.Quem sensum indicat Hieronymus,simul indicans sententiã hanc de prophetis illis debere intelligi quorũ scripta legimus.Nam fuerunt prophetæ quidam in populo Israelitico, vt est verisimile,qui etsi multa futura prædixerit aut occulta,nihil tamẽ de Messia sunt vaticinati. Secundò sic intelligitur,omnes prophetę vsque ad Ioannẽ prophetauerunt, hoc est,obscure multa prædixerũt de Christo,regnoq; cœlesti,& aliis mysteriis noui testamenti:Ioannes verò primus cœpit apertè Christũ ostendere, & regnum cœlorũ prædicare,ac mysteria noui testamenti aperire.Sunt & qui sic intelligunt,omnes prophetę, & lex vsque adIoannem prophetauerũt,hoc est, prophetando ad Ioannis tẽpora respexerunt,ad tempus scilicet gratiæ,quod cœptum est à prędicatione Ioannis,à quo cœperunt impleri omnia illa mysteria quæ de vẽturo Christo vaticinati sunt prophetæ.Nõ ergo dicuntur prophetasse vsque ad Ioannẽ,quia illorum ꝓphetia nõ se extẽdit vltra Ioãnis tẽpora,sed quia illorum prophetia omnis potissimum tendebat ad tẽpora Ioannis,in quib.Christo aduenięte , qui finis est prophetarum & legis,cœperunt omnia impleri. Ita fere Caietanus, & Titelmanus. Verum studioso nullus forte horum sensuum videbitur satisfacere,nec quisquã horum satis videtur cõgruere cũ eo Lucæ loco,quo hæc eadem à Domino dicta a sibi describuntur. Nã cap.16.habet Lucas:Lex & prophetæ vsque ad Ioannem,ex eo regnum Dei euangelizatur,& omnis in illud vim facit.Vbi omnino apparet significare voluisse Dominum,vsque ad Ioannem populum Iudaicum lege & prophetarum scripturis debuisse istrui, & doceri de voluntate Dei,sed doctrina quadam rudi,& quę nondum absolutam veritatem & voluntatẽ Dei aperiret,eo quòd externas cæremonias multum requireret:terrena bona promitteret, & ad timorem potius Dei,quàm amorem prouocaret.A tẽpore verò Ioannis nouam doctrinam exortam, qua iam non terrena,sed cęlestia bona annuncia bantur,& perfectior quædam iustitia exigebatur Sic enim illum Lucæ locum Theophylactus & alii interpretãtur,& proposito Saluatoris ibi conuenit,vt sic intelligatur, quemadmodum ibi videbitur.Itaque per prophetas in illa sentẽtia nõ intelliguntur homines prophetantes,sedprophetarum scripta,quemadmodum sẽper solet ea dictio accipi,quando coniungitur nomini legis, vt cùm dicitur : Hæc est enim lex & prophetæ. Et: Oportet ipleri omnia quę scripta sunt in lege,& prophetis,& psalmis de me.Cùm ergo omnino sit verisimile etiã in hoc loco eundẽ sensum Dominum significare voluisse,quẽ in dicto loco Lucæ,sensus huius sententięrit:Omnes prophetæ, hoc est.omnium prophetarum scripta & lex prophetarunt vsque ad Ioannem,hoc est.Dei voluntatem homines docuerunt,cum futurorum promissione quę ad Messiam pertinerent . Verùm à diebus Ioannis cæpit noua quædã perfectior & efficacior doctrina,qua scilicet regnum Dei prędicatur iamappropiquasse nõ sine multo fructu. Atque hęc est maxima commendatio excellẽtię Ioannis,qua demonstratur iã aperte esse aliquid plus quàm prophetam.& maior omnib.prophetis,qua & demonstratur iam venisse Messiã , qui promissus erat futurus autor nouę legis & noui testamenti . Nec mirum videri debet quod verbum,prophetauerunt,exposuim⁹ prędicto mõ. Nam paulo post patebit,nomen prophetæ,& verbum prophetare,in scripturis nõ solùm poniybi significat futurorum prędictio , vel occultorum reuelatio,sed etiã cum significatur doctrina morum & voluntatis diuinę,maximè quę ex singulari afflatu spiritus procedit.

ET SI VVLTIS RECIPERE, IPSE EST ELIAS QVI VENTVRVS EST. QVI HABET AVRES, &c.] Aliam iam Dominꝰ Ioannis addit commendationem,simul ostendẽs & alio signo iam aduenisse tempus Messię.Quoniã enĩ propter vaticinium Malachię 4. expectatur Elias ante aduẽtum Messiæ,secundùm doctrinã Scribarum & Pharisæorum,qui nõ distinguebãt inter duplicẽ Messiæ aduentum , ideo ne ob hãc quoque causam putaretur nondum venisse Messias,quia nondum venerat promissus Elias,Ioannem dicit esse Eliam qui venturus est,id est , qui venturus fuit promissus & expectatus. Quomó autem & quare Ioannes dicatur Elias,satis patet ex his quæ dicta sunt circa illud Lucæ 9. dictum est ab Angelo:Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.Dicit autẽ,si vultis recipere,si ue vt significaret se neminem ad fidem cogere velle,vt indicat Chrisostomus,siue vt significaret opꝰ esse animaduersione & æquitate animi,vt sitsensus:si attenta & sana mẽte iudicare volueritis,& animo facili ac minime contentioso considerare vtriusque gesta.Nam & hunc sẽsum indicat Chrysostomus,& sequitur Theophylactus. Sed potius ió intelligẽdum,Dominum dicere, si vultis recipere,quia Ioannes non erat Elias,secũdùm sẽsum literalem & proprium illius testimonii Malachiæ, quo promittitur mittendus Elias ante aduẽtum Messiæ.Ibi enĩ potissimum est sermo de aduentu Domini secundo,ante quem venturus est Elias in propria persona,iuxta receptã sententiam.Dicitur enim ibi. Antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Et : Ne forte veniã & percuriam terram anathemate. Quæ manifeste satis pertinent ad secundũ Domini aduentum.Tamen quia Ioannes præcessit Domini aduentum,primum in spiritu & virtute Eliæ,q præcessurus est secundum Domini aduentum, ob id Dominus etiam eam scripturã in Ioanne adimpletam dicit,constituens tamen id in libera audi torũ acceptatiõe,quo nos docuit optimus magister,ad ne sensus mysticos maxime in scripturis non satis expressos,sacræ scripturæ cogeremus auditores,sed eis vteremur ad ædificationem eorum qui lubenter audiunt & proficiunt ex sẽsib. mysticis,quique veritatẽ sensuum sacræ scripturæ iam sunt edocti.Quoniã autẽ quod dixit Ioannem esse Eliam,mysticum est,& magna eget ītelligentia,ideo quoad illius intellectum quærendum ,puocaret,adiecit suo more:Qui habet aures audiendi,hoc est,ad audiẽdum,audiat.Loquitur autẽ de aurib.mentis,quas nõ omnes habent expeditas ad audiendum.id est,intelligendum veritatem.Non solùm autem hac sententia prouocare vult auditores,vt intelligãt quomodo Ioãnes indicatur Elias,sed etiam ex eo deinceps vult indicatur Elias,sed etiam ex eo deinceps vult intelligere aduenisse iam Christum.Nã dicens Ioãnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem esse Eliam,demonstrauit simul Messiam ad A
uenisse.Porro pro explicatiore intelligẽtia eorũ
quæ hic iam dicta sunt,videlicet quomodo Ioã-
nes & propheta fuit,& tamẽ plusquam prophe
ta,& quomodo omnes prophetæ vsque ad Ioan
Propheta quid sit. nẽ prophetauerũt,nõ abs re fuerit hic annotare
vsũ nominis,prophetę,& verbi,prophetare,quẽ
habent in scripturis.Itaq; Græca vox προφητης pro
prie & peculiariter illũ significat,qui diuina mẽ
te rẽ præsumẽs,antequam eueniat edicit atque
profatur.Cõposita est enim ex προ quod præ vel
ante significat,& φημι,dico siue loquor,non aũt
vt quidam inepte existimãt,ex προ & φαινω,vt sit
propheta,cui priꝰ aliquid apparet quã fiat.Hic
factum est, vt à Græcis simul cum rei vocabulo
cõmunis & vulgaris accepta sit opinio,prophe-
tas duntaxat esse præscios,quiq; res sequentib.
tẽporalibus euenturas prædixerunt & denun-
ciauerunt,adeo vt vbicunque sit mentio alicuiꝰ
qui propheta dicitur,mox quæratur quæ futura
prædixerit,ob quæ propheta dictus sit. Cæterũ
Hebraica dictio נביא Nabi,cui apud Græcos &
nos semper correspondet nomen prophetæ,nõ
dicitur à prædicendo, nec eum tantum significat
qui res in sequentibus tẽporibus euenturas præ
scit & prænunciat,sed omnem qui haud vulgari
ter conscius est mentis diuinæ, interpres videli
cet & internuncius cœlestis numinis,quiq; arca
na & abstrusa voluntatis,ingentiq; diuini per-
specta hẽr,seu occulta inspiratiõe faeri flaminis,
seu per vita tũ vigilãtib.tũ dormientib.obiecta,
seu voce cœlesti per Angelos,vel alio quouis ar
cano modo ad sensus perlata,nõ solum de futu
ris,sed etiam de rebus præteritis & præsẽtibus,
idque nõ solũ de his quæ Deꝰ fecit vel facit,sed
etiam de his quæ ab hominibus fieri Deus vult.
Quod vt exemplis fiat manifestum, Gene.20.le
gimus Dominũ dixisse Abimelech de Abrahã:
Nunc ergo redde viro suo vxorẽ,quia propheta
est,& orabit pro te,& vives.Ex quib. verbis sa-
tis apparet,hominẽ Deo charũ tum quo Deus
colloqueretur,prophetam in scripturis vocari.
Talis enim erat Abrahã, & omnes patriarchæ, D
de quib.Psal.104.Nolite tãgere Christos meos,
in prophetis meis nolite malignari.Deide Exo-
di 7.ita Dominus loquitur Moysi:Ecce cõstitui
te Deũ Pharaonis,& Aaron frater tuus erit pro
pheta tuus.Hic quid ꝓpheta significat,nisi iter
pretẽ & internũciũ voluntatis diuinę? Præterea
Num. 12.sic loquitur Dominus:Si quis fuerit in
vos propheta Domini,in visione apparebo ei,
vel per sõniũ loquar ad illũ.At non talis seruus
meus Moyses,qui in omni domo mea fidelissi-
mus est,ore enim ad os loquor ei , palam & nõ
per ænigmata & figuras Dominum videt.Ex his
rursũ patet prophetã dici,quivel visione aliqua,
vel ĩ somnis,vel oraculo obscuriore,vel apertio E
Propriè dicta pro phetia. re apparitiõe & colloquio diuina percipit,vt &
ipse ea cognoscat,& ad alios ea deide proferat,
quod quid est aliud quam Dei esse interpretem?
Itaque ꝓpheta vera,sãcta,& proprie dicta,quã
tum conici potest ex variis scripturę locis,facul
tas quædam videtur,Dei cõsilia & placita pleni
us ac certius tum cognoscẽdi, tũ enarrandi ad
Ecclesiæ profectũ,instinctu afflatuque diuini spũs
aliquibus data.Huius pars quædã est,præsensio
ac prædictio futurorũ,aut etiam quorumuis re-
conditorum, siue præsentium,siue præteritorũ

Pars altera,& quidem diuinior,ac principalior,
Deo,déque pietate & virtutibus dexterius disse
rendi facultas solo Dei beneficio accepta. Sunt
enim qui prophetæ dicuntur, propter futurorũ
vel occultorum prædictionem:sunt rursum qui
tales dicũtur,propterea quod homines afflatu
quodam diuino doceant voluntatem Dei. quod
propheturum præcipuum est officium.Quãquã
perrarò inuenias prophetæ nomine insignitos,
quibus non esset simul datũ præsentire , prædi-
cereque futura,aut certẽ enũciare occultiora quã
vt humano ingenio cognosci possent: vti erat,
quod Samuel Sauli dicebat,quid quæreret:& He
lizeus suo Giezi,quid à Naamã Syro accepisset: 1.Reg.9
& Christus Nathanaeli,vbi fuisset cum à Philip 4.Reg.5
po vocaretur.Vñ nota veri prophetæ Deute.18.
B hæc diuinitas datafuit , si euenisset quod prædi
xisset. Et muliercula Samaritana in Euangelio
Christũ proclamat prophetã,quòd secreta cor-
dis ipsius reuelasset ei.Porro huiusmodi prophe
tas,qui vel arcana enunciare potuerunt,vel affla
tu diuino docere homines Dei voluntatem , vt
multos habuit fere semper populus Israeliticus,
ita nec primæ Ecclesiæ defuerũt.Nam & fuerunt
qui futura & occulta diuino spiritu prædicerẽt,
qualis erat Agabus, qui prædixerat famem ma-
gnam futuram,& Pauli vincula. Petrus itẽ hanc Ioan.4.
prophetiæ partem exhibuit,cũ dolum proderet
C Ananiæ & Sapphyræ.Fuerũt itẽ qui diuino spi-
ritus afflatu & reuelatione ad pietatem instituẽ
runt homines,mysteria Christianæ religionis ic
scripturarum obscuros locos explicantes quale:
erant illi prophetæ de quib. Paulus 1.Co.11.&
14.& ad Ephe.5.de quib.sic dicit cap.14.epist.1. Act. 11.
ad Corint.Qui prophetat,hominib.loquitur ad 21.
ædificationem,& exhortationẽ.& consolationẽ. Act.5.
Quamuis & hi prophetæ,de quib. illis locis lo-
quitur Paulus , nõ caruerint altera etiã prophe
tiæ parte,qua scilicet prædicũtur futura,aut rete
guntur occulta,sicut non facile(vt dictũ est)pro-
phetæ nomine in scripturis quisquã celebratus
inueniẽtur,qui non valuerit præsensione ac præ
dictione futurorũ, vel cognitione ac renunciatio
ne occultorũ.Huc enim & Paulus videtur respe
xisse,cũ ait:Si aũt omnes prophetent,intret aũt
quis infidelis vel idiota,cõuincitur ab omnibus,
diiudicatur ab omnib.occulta enim cordis eius
manifesta fiũt,& ita cadens in faciem adorabit Ibidem.
Deũ,pronuncians quod vere Deus sit in vobis.
Quid hoc est,cõuincitur ab omnibus,diiudicatur
ab omnibus occulta enim cordis eius manifesta
fiũt:nisi quod prophetæ ex spiritus instinctu oc
culta cordis illius proferũt, quod cũ humanitus
nemo possit,incredulus vel indoctus certo argu-
mento agnoscit Deum in illis agere & loq. Pro-
inde prophetæ isti Euangelici non dissimiles fue
te multũ à veteris testamẽti prophetis , quorum
ijquos scriptura insigniores celebrat, non ob id
tãtum prophetæ dicti sũt quod futura prædice-
rent,sed multo magis ob id quodpopulum ad pie
tatem ex reuelatione instituerent.Videntur aũtẽ Docerẽt.
prophetæ à doctoribus (Nam:hos inter se aperte
Paulus distinguit.& 1.Cor.12.& ad Ephe.4.asse
rẽs Deũ cõstituisse in Ecclesia primũ Apostolos,
deinde prophetas,tertio doctores) in hoc differe
re,quod doctores quæ per scientiam cõsecuti sũt,
quæ & ipsa tamen donum spiritus est , Ecclesiæ
tradunt:Prophetæ vero quæ per reuelationẽm.

Id præ

Id præter locum Nu.12.suprà adductum , atque A
exẽpla omniũ prophetauerunt quos scriptura ce
lebrat,& illud probat,1.Corint.14.Nunc aũtẽ fra
tres si venero ad vos linguis loquens, quid vobis
prodero,nisi vobis loquar aut in reuelatione aut
in scientia,aut in prophetia,aut in doctrina ? Hic
enim videtur reuelatio cõiungenda cùm prophe
tia,sicut scientia cũ doctrina,vt sicut scientia tene-
tur & cõmunicatur aliis per doctrinã,ita reuela-
tione peripiatur,& per prophetiã aliis disseritur.
Quis enim loquatur aliis in reuelatione aut in
scientia:Non ergo Paulo dicuntur prophetæ,qui
cunq; explanãt obscura prophetarum,& qui ho-
mines exhortantur,vt quidã existimant, sed qui
id agunt solo afflatu Dei,nõ autem ex eruditiõe
& homines accepta,& humano studio ex sacris
libris.Quod certè apertissimũ euadit ex eo quod B
Ibidem. eodem capite subiicit Paulus:Prophetæ aũt duo
vel tres dicant,& cæteri diiudicẽt.Quod si alii re
uelatũ fuerit,prior taceat.Potestis enim omnes
per singulos prophetare,vt omnes discant,& o-
mnes exhortẽtur.& spiritus prophetarũ prophe
Galat 1. tis subiecti sint.Itaq; D.Paulus,qui Euangelium
suum neq; ab homine accepit,neq; didicit,sed p
reuelationem Iesu Christi illud confectus fuit,
perpetua potius prophetia quàm doctrina prædi
cauit.Et hactenus quidẽ de proprio vsu nominis
Prophetæ.Ex quibus patet quàm recte verbũ, C
propheꝛre,exponi possit prædicto modo,cũ di-
citur:Omnes prophetæ vsque ad Ioannẽ prophe
tauerunt,vt sit scilicet sensus:docuerunt populũ
diuinam voluntatem non sine futurorum prædi
ctione,quomodo & supra diximus accipiendum,
circa illud,Nõne in nomine tuo prophetauimꝰ,
quomodo & videtur accipi Apocal.11. cum de
duobus Dei prophetis qui resistent Antichristo,
dicitur,quòd prophetabunt diebus mille ducẽtis
sexaginta.Est autem & alius vsus nominis pro-
phetæ in scripturis,sed superiori significatiõi nõ
absimilis.Nam.1.Regũ 10.& 19.legimus de cho
ris prophetarum,ad quos cum Saul venisset,insi D
luit in eũ spiritꝰ Domini,& prophetauit pariter
factus vir alius.Et 19.ca.scribitur vestes deposuis
se,& nudus ceciuisse per diem & noctem. Istud
autem prophetare,nihil aliud videtur fuisse,quã
hymnis Deum celebrare,populumq; ad pietatẽ
prouocare,sed ita vt appareret tamen certa vis
spiritus,quo atripiebãtur & excitabãtur ad hym
norum decantationem. Sic enim legitur 1.Reg.
capite 10.dictum Sauli à Samuele:Obuium habe
bis gregem prophetarum descendentium de ex
celso,& ante eos psalterium,& tympanum, & ti
biam,& cytharam,ipsosq; prophetantes. Et insi
liet in te spiritus Domini,& prophetabis cũ eis,
& mutaberis in virum alium.Non est autem ve-
risimile illis prophetis omnibus facultatem ad-
fuisse vel prædicendi futura,vel recondita alia & E
diuiniora enarrandi,ersi semper aliquos tales in
ter illos fuisse probabile sit.vt gens illa peculiari
ter dono prophetiæ insignis extitit,vt haberet sẽ
per qui de diuina voluntate responderent. Sic &
in fine tertii lib.Regum,& præsertim in ptiorib.
aliquot cap.libri 4.vbi de Helizeo scriptura nar-
rat , crebra sit mentio filiorum prophetarum.Hi,
sicut & prohetæ,de quibus sub Samuele fit mẽ-
tio , videntur fuisse viri religiosiores , qui certis
temporibus decantandis psalmis & prædican-
do Deo , tum docendo & excutiendo legẽ Do

mini,præ aliis fuerunt studio sẽ occupati , qui tũ
singulari afflatu spiritus interdum arripiebãtur:
vnde ille qui ad vngendum Iehu missus fuerat,p
conuitiũ insanus aut arreptitius à proceribus di
cebatur.Iam quoniam quicunq; afflati spiritu di
uino insolentius quædam loquebantur,& ob id
à carnalibus tales pro insanis habebãtur,& arre-
ptitiis,(eo quòd caro insanũ iudicet, quicqd suũ
captum excesserit)prophetare dicebantur , hinc
prophetare aliquãdo in scripturis ponitur pro de
lirare,insanire,& afflatu maligni spiritus quædã
insolẽtius eloqui.Sic de Saul legimus:Inuasit spi
ritus Dei malus Saul,& prophetabat in medio 1.Reg.18
domus.Hic enim prophetare nihil est aliud,quã
delirare,& insolentia loqui,vt enthusiasmo acti so
lent.Vnde & apud prophanos scriptoresquãquã
vates Latinis,& προφηται Græcis,propriè dicãtur
antistites deorum, diuinorumq; oraculorum in
interpretes:vocantur tamẽ etiam omnes poetæ,
vates & prophetæ,eo quòd & ipsi credãtur musa
rum quodam furore agi in decantandis carmini
bus.Hinc Paulus Epimenidem poetam vocat ꝓ Titum 1.
phetam Cretensium,vt minus mirãdũ sit in scri-
pturis prophetas quosdam dici nõ ratione futu-
rorum ab eis prædictorum.Sicut aũtẽ Saul malo
spiritu afflatus prophetare dictus est,sic & pseu-
doprophetæ aliquando prophetæ vocanẽ in scri
pturis,& prophetare dicuntur,vt:In die illa con C Zach.13.
fundentur prophetæ,vnusquisque ex visione sua
cum prophetauerint,nec operientur pallio sacci
no vt mentiantur.Postremum,videtur verbum,
prophetare,in scripturis etiam his quandoq; tri
bui,qui hymnos & laudes Dei decantabant, sine
afflatu spiritus singulari,vt cum 1.Para.25.tribui
tur omnib.cantoribus à Dauide ordinatis,vt cõ
positos psalmos certis horis decantarẽt , quãuis
inter hos fuerint etiã veri nominis prophetæ.Nã
principes cantorum Asaph, Idithun & Hemã sa-
tis illo ca.significantur fuisse veri prophetæ, qui
ex psalmorum quorundam inscriptione omnino
D videntur ex afflatu spiritus psalmos quosdã com
posuisse,in quibus futura quædã,& ad Christum
etiam pertinẽtia canuntur.In principio tamẽ ca
pitis verbum,prophetare,omnibus cantorib. tri 1.Par.25
buitur,cum sic dicitur:Igitur Dauid & magistra-
tus exercitus segregauerunt in ministeriũ filios
Asaph,Heman & Idithun,qui prophetarent ĩ cy
tharis,& psalteriis,& cymbalis secundum nume
rũ suũ,dedicato sibi seruitio seruientes.Vbi pro-
phetare nihil aliud videtur esse,quã sacros hym
nos decãtare.Postea enĩ seqtur,Vniuersi sub ma
nu patris sui ad cantandũ in tẽplo Domini distri
buti erant in cymbalis, in psalteriis, & cytharis.
Sic & 1.paralip.25.prophetia accipitur pro hymno-
rũ decantatiõe,cũ dicitur.Chonenias aũtẽ prin-
ceps Lemitarum prophetiæ præerat,& ad præci-
nendam melodiã,erat quippe valde sapiens .Vbi
illud,ad præcipiendam melodiam,cum nõ sit in
Hebræo,additũ videtur ad explicandum quid ꝓ
prophetiam significetur. Sic videtur accipiendũ
verbum,prophetare,& apud Paulum cum dici-
tur:Omnis vir orans aut prophetans velato capi
te,deturpat caput suum:Omnis aũt mulier orãs 1.Cor.11.
aut prophetãs nõ velato capite, deturpat caput
suum.Loquitur enim de his quæ facienda sũt in
publico conuentu fidelium,in quo mulieri Pau-
lus non permittit loqui & docere:vnde non po-
test ibi prophetare accipi pro eo quod est ex affla

tu spir

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu spiritus loqui ad ædificationem fideliũ, quomodo accipitur cap. sequenti 12. Frequenter aũt Paulus orationi coniungit gratiarum actionẽ & Dei laudẽ, vnde sensus videtur esse: Mulier orãs, aut hymnis & psalmis Deum laudãs. Quod autẽ hodie quidam, prophetare, hic putant accipi pro audiendis prophetis & doctoribus intentũ esse, vt prophetare dicãtur quicũque sacris doctrinis audiẽdis sũt dediti, nulla scripturę authoritate nititur. Ex his constat, prophetare variis & potissimũ quinque modis debere exponi, p loci exigẽtia. Quãdoq; enĩ est futura vel occulta enũciare, afflatu spiritus vel boni, vel mali. Quãdoq; est ex afflatu spiritus docere & exhortari ad pietatem. Quãdoq; ex afflatu spiritus sancti laudes Dei insolentius decantare. Quãdoq; ex afflatu spiritus mali delira & insana proloqui. Quãdoq; simpliciter Dei laudes etiam cõpositis Psalmis personare. Est & alia noua huius verbi acceptio in Ecclesiastico c. 48. & 49. Illic enĩ dicitur mortuũ corpus Helizei prophetasse, hîc verò dicũtur ossa Ioseph post mortem prophetasse. Quib. locis, si Lirano creditur, prophetare accipitur pro ostendere aliquẽ fuisse verum Prophetã. Quoniã enĩ ad tactum ossiũ Helizei surrexit mortuꝰ, declaratũ est Helizeum fuisse verũ Prophetam. Et cũ ossa Ioseph visitarentur & asportarentur ab egrediẽtib. Israelitis ex AEgyto, ostensum est eum fuisse verum prophetam, quia illud futurum prædixit. Sciendum tamen Græca non habere hanc partẽ de ossibus Ioseph: & illud de Helizeo sic habẽt: ἐνυπνιάσει προφητεύσει τὸ σῶμα αὐτοῦ, id est, in dormitione prophetauit corpus illius, quãquã bene verterit sensum interpres noster. Intelligunt autem illud de Helizei corpore quidam sic, vt dicatur prophetasse, quia resuscitatio mortui cõtingẽtis corpus mortuũ Helizei fuit mystica, significãs viuificãdos eos qui fide tetigerint mortuum pro nobis Christũ, cuius typum gessit Helizeus. Et alioqui simpliciter accipi potest prophetasse corpus eius, quia fecit quod erat prophetæ. Nam nõ nisi pphetæ opus fuit, resuscitare mortuum, & alia mirabilia operari. Ex his patet verã & propriè dictam prophetiam, qualis erat ante Christum & in primitiua Ecclesia, tã vel omnino cessasse, vel apud paucissimos saltem inueniri. Eorũ enim donorum frequẽtia, quæ miraculo homini contingebant, qualia erant loqui linguis, prophetare, & similia fere, cum Apostolis finem accepe runt. Cum enim tam receptum in orbe Euangelium fuit, & literis demandata ea quæ necessaria forent ad fidei & morum constitutionem, voluit Deus solita docendi persuadendique rõne Ecclesiam suam ædificare. Miracula enim illa maximè propter infideles ad Euangelii inquisitionem & confirmationem Dominus coruscare fecerat.

Vocabulum, prophetare, quinque modis exponitur.

4. Reg. 13

ET OMNIS POPVLVS AVDIENS, ET PVBLICANI IVSTIFICAVERVNT DEVM BAPTIZATI.] Duplex hic est intelligentia in his Lucæ verbis. Nam quidã intelligũt ea quæ hic dicuntur de populo & Pharisæis, esse verba Christi: alii esse verba Euãgelistæ, cuius diuersæ intelligentiæ hæc est ratio, quòd post hæc verba, ante illud: Cui ergo similes dicã homines generationis huius: quidam codices Græci & Latini habẽt: Ait autem Dominus, quidam verò nõ habent. Exemplar enim Complutense non hẽt, sicut nec Dionysius Carthusiẽsis. Exẽplar verò Aldinum & Frobenianum habet hæc verba, sicut & omnes ferè Latini, quanquam & Ambrosius videatur hæc verba nõ legisse: quæ si desint, videtur hic à Luca contexi continuus sermo Saluatoris: si verò adsint, aperte satis significat hæc verba esse Euangelistæ Christi sermonem interrumpentis prosequentium declaratione. Et qdẽ si intelligantur esse verba Saluatoris, hic erit sensus: Et omnis populus audiẽs Ioannem prædicãtem antequam traderetur in carcerem, & Publicani iustificauerunt Deum, cognoscendo scilicet suam iniustitiam, & solum Deum agnoscentes esse iustum & iustificantem, & ob id baptismum à Ioanne recipientes, quem ille prædicauit ĩ pœnitentiam & remissionẽ peccatorum. Contrà verò Pharisæi & legisperiti dum nolunt agnoscere suã iniquitatrm, spreuerunt Dei consilium, quo scilicet Deus per Ioannem cœpit ad pœnitentiã prouocare, & ostẽdere qua via peccatorum remissio parari posset, & ob id noluerũt baptismum à Ioane suscipere. Quem sensum sequitur quidam, & satis indicatur à D. Ambrosio. Patet autẽ ex his quid sit hoc loco iustificare Deum, dum hæc ĩtelliguntur esse Domini verba, nimirum illum solum iustum & iustificantẽ agnoscere. Et q̃ additur, baptizati baptismo Ioãnis, causã indicat vel modum quo iustificauerunt Deum. Sensus enim est: Iustificauerunt Deũ, eo quòd baptizati sunt, vel suscipiẽdo baptismum à Ioanne, vt ſgnificet per baptismum ipsos iustificasse Deum, quomõ intelligit Ambrosius. Et similiter cùm dicitur de Pharisæis, quòd spreuerunt Dei consilium nõ baptizati à Ioanne, sensus erit: quod spreuerint Dei consilium, eo quòd nõ sint baptizati ab eo. Si verò intelligantur esse verba Euangelistæ, quemadmodum potius debet intelligi, adeò vt si non legantur ea verba, Ait autem Dominus, tamẽ subintelligi debeant, sensus erit iste: Et omnis populus & Publicani audientes hanc à Domino Ioannis commendationem, Publicani, inquam baptizati baptismo Ioannis, iustificauerunt Deum, hoc est, iustum, æquum & rectũ eum prædicauerunt q̃ ferè aliud non est quàm glorificauerunt Deum, tanquam qui bene & rectè fecerit, mittendo eis talẽ virum per quẽ saluti ipsorum prouidit. Pharisæi verò & legisperiti non quidem omnes, sed qui non erant baptizati à Ioanne, cùm hanc cõmendationem Ioannis audirent, nõ cõmoti sunt ad pœnitentiam, quòd tali Prophetæ non paruerint, sed consilium illud Dei iustissimum & rectissimum, quo per baptisma & pœnitentiã iuitauit homines ad remissionem peccatorum, aut consilium Dei, quo iam post legẽ & Prophetas statuit noua prædicatione regni cælorũ mundum donare, cõtempserunt. Christi verba superius dicta nõ approbrantes. Ex his patet iampaulò aliter exponendum sẽ cundum hunc sensũ, iustificare Deũ, quod quomodo sit accipiendum patet clarius ex opposita parte, spreuerunt Dei cõsilium. Cùm enim ex oppositio iustificantium Deum dicantur q̃dam spreuisse Dei cõsilium, patet eos hic dici iustificasse Deum, qui eius cõsilium approbauerũt, & tanquam iustum, æquum & bonum illud laudauerunt. Proĩde nõ dicitur hîc iustificari Deus, quia iustus & verax in promissis suis agnoscebatur, quomodo de eo dicit Psalmista, vt iustificeris in sermonibus tuis. sed a generali illa iustitia dicitur iustificari, quæ nihil est aliud quàm rectitudo æquitas

Psal. 50.

æquitatis, & bonitas relucens in omnibus quæ Deus facit. De qua Psalmista: Iustus Dominus, & iustitiã dilexit. Et: Deus solus iustificabitur, & manet inuictus rex in æternum. Porrò illud, *in semetipsos* intelligi potest, contra semetipsos, vt significetur in propriã perniciem ipsos spreuisse Dei consilium. Aut potius, in semetipsos, positum est pro in semetipsis, aut intra semetipsos, εἰς ἑαυτοὺς pro ἐν ἑαυτοῖς, vt significetur Pharisæos apertè nõ ausos contradicere verbis Domini.

Psal. 10. Ecclī. 10.

CVI ERGO SIMILES DICAM HOMINES GENERATIONIS HVIVS, ET CVI SIMILES SVNT, &c.] Post magnificã illã Ioãnis cõmendationẽ, propter eos quos diuinitatis suæ spiritu sciebat illam nõ approbare, cõuertitur iam ordine conuenienti ad increpationem Iudæorum incredulorũ, à ioco puerorum ludentium desumpta parabola, humili quidem, sed qua non puduit tantum magistrum vti, quòd sciret eam audientium fragilitati & ruditati esse accõmodam, ac huiusmodi notis exemplis tẽ magis auditorum animis infigi. vndique docẽs colligẽda exempla quibus rudium animi formentur & excitentur. Pro explicatione autẽ huius exempli dicit Theophylactus super Lucã, fuisse quoddam ludi genus tale apud Iudæos, vt in duas partes pueri multi diuiderentur, qui rerũ præsentis vitæ deridentes repentinã transmutationẽ, hi quidẽ cantabant lætа, hi verò lamentabantur, sed nec gaudentibus congaudebant mœrentes: nec qui gaudebant, conformabãt se flentibus, vnde deinde arguebant se inuicem improperantes incompassionis malitiã. Quæ sentẽtia & Cyrilli nomine citatur in Cathena. Verùm vt ludi genus hoc incertũ est, ita nec conuenit literæ. Non enim in litera dicuntur hi quidẽ dicere; *cantauimus vobis, & non saltastis*, alij verò; *lamentauimus, & non plorastis*, sed vtrũque eisdem tribuitur. Et vana est Nicolai interpretatio, qui ideo dictũ putat; *coæqualibus suis dicum*, quia pueri diuisi erãt in duas æquales partes. Coæquales enim proprie dicuntur cognati, & Græcè in Matthæo, est ἑταίροις id est, sodalibus. Proinde simplicius fuerit sine specialis alicuius ludi imaginatione exemplum hoc intelligere secundùm consuetudinem communem puerorum, qui in foro & latioribus locis ciuitatum cõgregati inter se ludent ludendo effingere, quicquid ab aliis vident ferìò agi. Itaque aliquãdo nuptias effingunt, & nuptiales lętitias tibiarum aut aliorũ instrumentorum cantu imitantur: aliquãdo verò funeralia obsequia exprimunt, in quibus apud Iudæos planctibus & lamentatione quorũdam ac lugubrium decantatione, solent homines ad tristitiam & fletum prouocari. Hæc dũ imitãtur pueri, fit frequenter vt quod ioco agunt, non sit efficax vel ad tripudia nuptialia, vel ad fletus funerales prouocandos. Huc respiciens Dominus dicit pueros dicere: *Cãtauimus vobis*, tibiis scilicet, vt habemus in Luca, quomodo & Matthęus Grẽce habet. Nam eadem dictio est in vtroque Euangelista αὐλήσαμεν id est, tibia cecinimus vobis, læta scilicet. Lamentauimus, hoc est, lamentati sumus, & planctũ fecimus, vel lugubria cecinimus vt prouocaremus ad fletũ. Est enim Græcè ἐθρηνήσαμεν Sed occurrit circa exemplĩ huius applicationẽ quædã difficultas. Nã per homines generationis huius qui cõparantur pueris istis, proculdubio intelligũtur Iudęi, quibus Ioãnes & Christus prædicauerunt. Applicatio autẽ parabolę requirit vt pueris illis quidicunt: *cecinimus & lamẽtauimus*, intelligamus comparari Ioannẽ & Christum: quorum ille veluti lamentarius est, hic verò veluti tibia cecinit. Itaq; Caietanus per homines generationis huius, non vult intelligẽdos Iudæos cum exclusione Ioãnis & Christi, sed cum horum inclusione, & generationẽ hanc assimilari non parti puerorum iocantium, sed toti ludẽtiũ cœtui: ita vt sicut inter iocãtes pueros aliqui sunt prouocãtes alios diuersis viis, & aliqui neutra via prouocati: ita in generatione illa Iudęorũ, erant aliqui diuersis viis prouocãtes ad regnum cœlorum, vt Ioannes & Iesus, & alij nec à Ioãne, nec à Iesu prouocati ad regnum cœlorũ. Sed nec istud videtur propositæ difficultati sufficere. Dicit enim litera: Generationem illam similẽ fuisse pueris dicentibus, *cantauimus*, &c. quod non potest applicari toti generationi. Proinde & de hac oratione: *Generatio hæc similis est pueris*, vt habet Matthæus, vel, *homines generationis huius similes sunt pueris*, &c. vt habet Lucas, dicendum est, sicuti de multis aliis similibus locutionibus sequentibus. Cùm enim postea dicitur: Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane condacere operarios. Aut homini regi qui fecit nuptias filio. Aut decem virginibus, &c. sensus est, in regno cœlorum tale quid contingere. Ita & hic sensus est: in generatione vel hominibus generationis illius tale quid contigisse, quale cõtingit cùm pueri in foro dicunt sodalibus suis, cantauimus & lamẽtauimus. Hunc enim sensum indicat Saluator, exemplũ proposito suo applicans. Itaq; sensus est: Quemadmodum vsuenire solet in cœtu puerorum ludentium, vt quidã morosi & præfracti aliorum nec tibiis, nec lamentatione prouocentur vel ad lætum tripudium, vel ad tristem fletum: ita & in hac generatione contigit, vt plerique nec seuerioris, nec laxioris vitæ exẽplo prouocari potuerint ad pœnitentiã & pietatem. Venit enim Ioannes Baptista in tãta vitæ seueritate degens, vt more hominum nõ mãducauerit panem, nec biberit vinum vel siceram, & non solùm non estis eius vitę exemplo commoti ad voluptatum contemptum & vitæ reſipiscentiã, sed insuper etiam dicitis ipsum dæmonium habere, atque dæmonij inhabitantis virtute ea posse quæ humanam superant naturam, adsper illud sensu communi carere. Venit & post Ioãnem filius hominis, qui diuersa vitæ ratione aggressus est vos ad meliora prouocare, edẽs & bibẽs more cæterorũ, versans inter quoslibet, nec cibo aut vestitu differens à reliquis. Sed & huius ciuilitate blanda non solùm nõ estis ad meliora prouocati, sed eãdem etiam vertitis vobis in occasionem calumniæ, dicentes eum esse comedonem, vini potorẽ, peccatorum & publicanorum fautorem. Itaque in explicatione parabolæ ostendit Dominus non solùm Ioanni & sibi euenisse quod pueris in foro canentibus & plorantibus, sed etiam aliquid deterius, videlicet quòd non solùm frustra prouocauerunt Iudæos diuersa via, sed quòd etiam calumniã ex beneficiis suis & prouocatione ad meliora retulerunt. Bene autem Dominus se & Ioãnem pueris comparat, propter vitæ innocentiam & simplicitatem. Ipse enim dicit apud Isaiam: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus. Porrò quare Ioãni conueniebat vita illa seuerior,

Isaiæ 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christo verò vita communior, bene hoc loco indicat Chrysostomus. Quoniam enim vniuersum genus humanum maximè ieiunates solet admirari, & duritiem viuendi nimium approbare, idcirco diuina dispensatione statim à teneris vnguiculis duriter vixit Ioannes, vt ad credendum verbis suis populus duceretur, autoritatè eius suscipiés propter externam illam vitæ sanctitatem, quâ homines maximè admirari solét. Non enim missus fuit Ioannes ad hoc potissimùm vt vitæ eius exemplũ omnes imitarentur, sed ad hoc vt testimoniũ perhiberet de lumine, quod quò esset acceptabilius, cõueniebat ipsum sibi parare authoritatè ex stupendo hominibus genere vitæ. Non enim conueniebat vt autoritatem sibi Ioannes pararet miraculis, ne Christus esse putaretur, vnde alia ratione debuit sibi eã parare. Christũ verò cõueniebat communem cum hominibus vitam degere, eo quòd eius conuersatio in exẽplum proposita sit quod omnes imitarentur, quodque eius officium propriũ erat omnes ad se trahere, quod nulla re efficacius facere potuit, quàm attẽperatione sui, & condescensione cum omnibus. Autoritatè autem quam non habuit apud homines ex vitæ seueritate sicut Ioannes, hanc sibi excellentiori ratione peperit apud non obstinatos ex miraculis, quorum Ioannes nullum fecisse dicitur, Ioannis 10. Deinde pœnitentiæ prædicatorem conueniebat tristem quandam grauitatem præ se ferre: remissionis verò peccatorum largitorem humanũ esse ac benignum.

[ET IVSTIFICATA EST SAPIENTIA AB OMNIBVS FILIIS SVIS, &c.] Hæc sententia ex variis interpretationibus diuersorũ, duplicem potissimum habet conueniẽtem expositionem. Priori enim modo rectè intelligitur, *iustificata* hîc etiam accipi pro honorata & laudata, quemadmodum suprà, iustificauerunt Deum, & erit sensus: Quanquam vos præfracti Iudæi, Dei consilium & sapientiam contemnitis, qua diuersis viis per me & Ioãnem vos conatus est ad meliora adducere: tamen hæc Dei sapientia suscepta est, obseruata & honorata ab omnibus filiis sapientiæ, hoc est, his qui verè sunt prudentes & intelligentes, vel his qui à patre sunt electi, vt sapientiæ Dei sint participes. Hi enim dicuntur filij sapientiæ, sicut filius pacis, qui electus est à Deo vt pacis sit particeps. Vel dicitur ab his filiis sapientia Dei iustificata, magis secundùm propriã vocabuli exigentiã, quia ab eis habita est iusta & irreprehensibilis, vt quę nihil omiserit eorũ quæ ad salutẽ hominum conducere potuerunt, fecerit̃que quod debuit, vt qui pereunt nõ possint iustè de Dei sapientia conqueri. Altero modo per filios sapientiæ intelligi possunt Ioannes & Christus, à quibus Dei sapientia iustificata est, hoc est, absoluta ab impiorũ condẽnatione & reprehẽsione, dum nihil prætermiserunt quod vtile esset saluti hominũ. Atque hic sensus videtur esse magis genuinus, ac superioribus magis cõueniẽs. Tãtùm obstare videtur illud, *omnibus*, à Luca additũ. Illo enim constat non tantùm hîc Christũ locutũ de se & Ioanne. Sed rectè intelligitur etiã reliquos prophetas & doctores simul cõprehendere voluisse, quorum quidam blandis promissionibus, alij asperis cõminationibus ad pietatem pronocantes, nihil apud multos profecerũt. Ab his ergo omnibus & per hos Dei sapiẽtia sic est iustificata, vt non sit locus expostulationis cum ea. Illi enim competit illud Isaiæ: Quid vltra facere debui vineæ meæ, & non feci? Si enim sapiẽtiam Dei culpare quidam velint in Ioanne, quòd doctorẽ dederit quem humana fragilitas imitari non queat, cur Christo non crediderunt? Quòd si in hoc offendit eos vitæ communitas, quare ergo Ioanni non adhæserunt? *Isaiæ 5.*

[TVNC COEPIT EXPROBRARE CIVITATIBVS, IN QVIBVS FACTAE, &c.] Quę deinceps in c. 11. sequũtur apud Matthæũ, ex magna parte habentur & apud Luc. 10. dicta à Domino post ordinationẽ 70. discipulorum. Vnde vel dicendum est Dominum hæc bis diuersis tẽporibus dixisse, vel Matthæum superiori sermoni cõiunxisse quæ alio tẽpore sunt dicta, propter eorũ cum præcedentibus optimam conuenientiam & cõnexionem. Nã hæc tũ esse dicta cùm ea Lucas narrat dicta, satis patet ex ipsa Lucæ narratione. dicit enim, reuersis discipulis, & gloriãtibus in miraculis quę fecissent, in ipsa hora Dominũ dixisse: Confiteor tibi pater, &c. vt si hæc tantùm semel à Domino sint dicta, non posit dici Matthęũ ordinẽ seruasse, Lucam verò non. Quoniã autẽ hæc cum superioribus optimam habẽt cõnexionem, & Euãgelista Matthæus aduerbio, *tunc*, videtur significare eodem tempore habitam sequentẽ cõfessionem, quo hanc exprobrationem, cùm à Luca narretur exprobratio & cõfessio diuersas habita tẽporibus (nã exprobratio narratur in missione 70. discipulorum habita, cõfessio verò post reditum) ideo maluimus eam sequi sententiam qua bis hæc putatur Dominus dixisse. Non tamen hę rationes efficaciter mouent. Nã per hoc quod dicit Matthæus: *Tunc & in illo tempore*; non necessariò intelligitur designasse idem illud tẽporis punctum quo pręcedentia dicta sunt. Potest enim accipi designare tempus latius quo multa dicebantur & gerebantur à Christo, quomodo his demõstrationibus frequenter vtitur Matthæus. Et in Matthęo obseruare licet, quòd cùm incœpit narrare quædã à Domino dicta tẽpore aliquo, adiũgat & alia illis quidẽ consona & conformia, quæ Lucas diuersis tẽporibus dicta cõmemorat. Verũ parum refert quo tẽpore hæc dicta sint; & an bis an semel tãtùm, modo intelligamus nullã esse in Euangelistis ob diuersam narrationẽ discordantiã. Itaq; post generalem Iudæorum reprehensionem subiungitur hic à Matthæo specialis quarũdam ciuitatum reprehensio & exprobrario, nẽpe Chorozaim, Bethsaida & Capharnaũ, quòd post multas virtutes & miracula in ipsis à Domino facta, non iessent cõmoti ad fidem & pœnitentiam. Erant enim hæc oppida lacui Genesareth adiacẽtia, in qua parte Galileę Dominus frequẽtius egit. Et quidem de miraculis factis in Capharnaũ, vbi suã mansionem Dominus potissimum delegerat, frequẽter meminerũt Euangelistæ: miracula autem in Chorozaim & Bethsaida facta, cõprehẽsa sunt superius in generali narratione, qua frequẽter dicitur Dominus circuisse ciuitates & castella, curãs omnẽ infirmitatẽ. His ergo præfert Tyrũ & Sidonem ciuitates gentilium, Galileæ cognitas & vicinas, quòd pœnitẽtiam acturę fuissent, si cõtigisset apud eas miracula illa fieri quæ in his facta erãt, ideoque & tolerabilius fore ipsorũ iudiciũ pronũciat, quòd pauciores & minores pœnitẽtiæ occasiones habuerint, quodque legẽtãtùm

naturalẽ transgressi sint. hi verò præter præuaricationẽ legis & naturalis & scriptæ, etiã prædicationẽ Christi, & miraculis prædicationem confirmantibus non sunt ad pœnitentiã cõmoti. Et bene nota Dominum culpare has ciuitates, nõ in eo quòd non crediderint, sed quòd non egerint pœnitentiam. Multi enim, vt est verisimile, in illis ciuitatibus crediderũt Iesum esse Messiã, qui tamẽ nõ studuerunt vitã suã in melius cõmutare, quibus fidem nihil profuturã significat. Quòd autem dicit, *in cilicio & cinere pœnitentiam egissent*, respexit ad modũ pœnitendi tunc receptũ, quo pœnitentes se & sua capita aspergere solebant cinere, humilitatis causa, & induere se cilicio vel sacco, vt habẽt Græca, causa afflictionis & castigationis: qui pœnitẽdi antiquus ritus hic à Domino approbatus, cõfirmat id quod priùs dictum est circa illud: Pœnitẽtiã agite. in pœnitẽtiæ actione nõ tantùm cõprehendi & significari in scripturis nudam resipiscentiam, sed etiam suiipsius afflictionẽ & castigationem carnis. Vbicunque autem in veteri testamẽto interpres vertit cilicium, Hebraicè est Sac, dictio Germanis etiã vsitata, vnde & Græci & Latini nomẽ σάκκος, saccus, mutuati sunt. Significatur autẽ vestis aspera & carnis afflictiua. Porrò φ nõ dicat Iolùm Tyrũ & Sidonẽ pœnitentiã acturas fuisse, sed addit, *olim*, &, *in cinere & cilicio*, significans & mox & insigniter pœnitentiã acturas, ad maiorem exaggregationem obstinationis harũ ciuitatum dictũ est. Ex his autẽ verbis Domini, *Si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes*, &c. D. Augustin. lib. de bono perseuerantiæ c. 9. & 10. aliisq; libris refellit doctè eorum opinionem, qui asserebant homines iudicandos secundùm ea quæ facturi erant, confirmátq; ne hinc gratuitæ prædestinationi Dei tribuendam Dei electionem & vocationẽ non præuisis hominum meritis. *Matth. 3*

[ET TV CAPHARNAVM NVNQVID VSQVE IN COELVM EXALTABERIS? VSQVE IN, &c.] In Luca sine interrogatione legimus: *Et tu Capharnaum vsque ad cœlum exaltata, vsque ad infernum demergeris*. Quomodo etiam habẽt hoc loco Græca, & D. Hieronymus testatur sic scriptum fuisse in alio exemplari. Diuersitas autẽ hæc contigit ex eo, vt annotauit quidam, quòd cùm Græca hic & apud Lucam habeant, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, pro articulo ἡ, interpres legerit ἡ, an vel nunquid. Portò Græcæ lectionis, quæ apud Lucam est nobis integra, hic est sensus: Et tu Capharnaum, quæ præsentia mea & miraculis vsque ad cœlum es exaltata, hoc est, maxima gloria & honore decorata, propter impœnitentiam tuã vsque ad infernum descendes, maxima scilicet ignominia pro summo honore affecta. Nostræ autem lectionis in præsenti loco iste est sensus commodus: Et vos habitatores Capharnaum, nũ putatis vos vestramq́ue ciuitatem apud homines & Deũ sublimes semper fore, meisq́ue miraculis claros & insignes semper permãsuros? Vtique dico vobis, quòd quantumuis iam clari sitis, tamen propter impœnitẽtiam vestram à summa vestra gloria qua ornati estis per me, & à salute vobis proposita detrahemini vsque ad inferos, extrema ignominia & æterna damnatione afficiendi, eáque grauiore quàm Sodomitę, vt quibus estis peiores & magis inexcusabiles. Sodomorũ autẽ hic mentionẽ inducit, cõparans Capharnaũ cum Sodomis, quòd Sodomitarum scelera propter horribilem de eis sumptam vltionem celebratissima essent, tanquã ipsi pessimi omnium fuerint, vt huiusmodi cõparatione grauitatẽ peccati Capharnaũ ostẽderet. Hanc condẽnandi legem & rationẽ Ezechiel quoque secutus est c. 16. dicens de Hierusalem: Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificati sorores tuas in oĩbus abominationibus tuis quas operata es. Notãdum autem quòd Græca non habent, fortè mansissent, sed ἐμείναν ἄν, mãsissent vtique. Nam ἄν coniunctio est non dubitantis, sed expletiua aut potẽtialis, quam suprà interpres reliquit intactã, cùm vertit, *olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent*. Nam & ibi est hæc coniunctio, πάλαι ἂν μετενόησαν. Sed interpres hãc coniunctionem & in Psalmis, & in nouo testamẽto vertit per fortè, vel forsitan, abutens aduerbio dubitandi pro confirmandi. Proinde superflua hic est quorundam adnotatio, qua notant dictum esse, fortè, propter libertatem arbitrij hominis cõcessam, & euentus incertitudinem. Verùm hic cogitare & admirari quis poterit, si Tyrus & Sidon pœnitentiam egissent, si modò facta fuissent in eis miracula, & Sodoma vsque in præsens mansissent, cur ergo non potius in illis vrbibus prædicauit, & signa fecit? Nam si dicatur ideo ad Tyrios non diuertisse, quia ex ordinatione patris tãtùm Iudæis prædicare debuit, nec illorum fines excedere, ne iustã Pharisęis occasionem persecutionis daret, rursum quæretur, quare sic Deus ordinauerit, cùm præsciret Tyrios crediturros, si facta eis fuissent huiusmodi miracula? Dicendũ certè, non esse dubitandum quin & Tyro & Sodomis non defuerit Deus, vt non eis multa fecerit quæ eos promouebãt ad eorũ salutem, cætera verò silentio veneranda: temeratium enim est hominẽ velle omniũ iudiciorum Dei scire rationẽ, quæ teueritus magnus ille Paulus exclamauit: Quàm inscrutabilia iudicia eius: inter quæ est hoc mirãdũ iudiciũ, quod hic à Saluatore significatur. Cui simile est quod est apud Ezechielem: Non ad populũ profundi sermonis & ignotę linguę tu mitteris, & si ad illos mitteretis, ipsi auditrẽ te. Domus autẽ Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Dici etiam potest Dominum hæc de pœnitentia & cõuersione Tyri & Sodomorũ, non dicere tanquã præscium eorum quæ futura essent si illis prædicatũ fuisset, sed tãtùm vulgariter hæc vulgò locutũ, quomodo frequenter solet, vt huiusmodi cõparatione insignem obstinationem animi ciuitatum quibus prædicaverat significaret, quomodo dicere solemus: Si tantũ beneficij alteri exhibuissem, gratiorem proculdubio expertus fuissem. Vt ut est, sat fuerit hinc nos perpẽdere, quàm singulare beneficiũ his à Deo conferatur quibus Euãgelij prædicatio offertur, sed hos tamen, nisi resipiscant & meliores illinc euadant, peius habituros quàm Sodoma, ac quique deploratissimi. *Rom. 11.* *Ezech. 3* *Luc. 10*

[IN ILLO TEMPORE RESPONDENS IESVS DIXIT: CONFITEOR TIBI PATER DOMINE, &c.] Quoniam hic respondisse Dominus dicitur, intelligunt quidam hæc quæ Matthæus hic narrat, eo tempore dicta quo ea dicta esse narrat Lucas, vt ideo dicatur respondisse, quia hæc dixerit 70. discipulis redeũtibus à prædicatione, & de miraculis quæ fecerant gloriãtibus. Verùm frequẽter in Euangeliis verbum, respondere, ponitur, vbi non solùm nulla præcessit

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstio,sed nec euiusquamverba,quibus respon- A
deant ea quæ dicitur quis respondere.Sæpe enim
respondere tantùm est,occasione aliquorũ dicto-
rum vel factorum aliquid dicere aut subiũgere di
ctis.Sic, vt ex multis locis vnũ afferamus,in trã
figuratione Domini , cùm Moyses & Elias appa-
rerent cum eo loquentes,dicitur: Respõdens au-
tem Simon Petrus dixit ad Iesum:Domine,bonũ
est nos hic esse,&c.Ita & in proposito respondis-
se Dominus dicitur,quòd hęc superioribus cõmo
dè subiecerit.Vbi enim secum reputasset æquissi-
mum & salubertimum mũdo Dei iudicium, quo
Euangelicę doctrinę mysteria nolés reuelare Scri
bis & Pharisæis,&superbis Capharnaitis,digna-
tus est reuelare humilibus discipulis & Publica-
nis,vt verus homo fuit,& affectibus viuis,sed ad
gloriã Dei cõparatis,exiliit præ lętitia,ac gestiit a-
nimus eius, erũpens ilico in gratiarũ actionẽ et-
ga patrẽ. Vnde cùm Lucas hæc Dominum dixisse
commemorat, dicit: *In ipsa hora exultauit in spiritu
Iesus, & ait: Confiteor tibi*, hoc est,gratias ago tibi,
vel laudo te. Hebraismus enim est,frequenter in
Psalmis occurrens, vt confiteri accipiatur pro
gratias agere & laudare. Cùm enim Hebræum
ידה Iada aliquando confessus est, significet,ali-
quãdo laudauit,vel prędicauit,Græci constãter il-
lud per ὁμολογεῖσθαι,id est,cõfiteri,reddiderũt.Cõ
fiterũr enim & agnoscit beneficium , qui gratias
agit,& benefactorẽ laudibus effert.Verùm hic oc
currit quæstio,quomodo Christus tãtus humani
generis amator,patri gratias agit,quod cognitio- C
nem sui quibusdam abscõderit,cùm id potius la-
crymis dignum esset. Ad quam quęstionem res
pondit D.Chrysostomus , cõfessionem hanc non
debere referri ad vtrumque;*abscondisti & reuelasti*,
sed tantùm ad secundum, vt non intelligatur gau
dere & gratias agere,eo quòd sapiẽtes non agno-
uerint,sed q̃ paruuli perceperint , vt sit Hebraïs-
mus, hunc habens sensum: Gratias ago tibi pa-
ter , quòd cùm abscõderis hæc à sapientibus &
prudentibus,reuelasti tamen ea paruulis.In quã-
Rom. 6 li sensu intelligendum est illud Pauli:Gratia autẽ
Deo quoniam fuistis serui peccati, obedistis autẽ
ex corde in eam formã doctrinæ in quam traditi D
estis.Sensus enim est:Gratias agoDeo,quòd cùm
fueritis serui peccati, iã obedistis ex corde Euan-
gelio. Estque huiusmodi locutio frequens apud
Hebræos. Potest tamen,& quidem(vt apparet)re
ctius intelligi,,Dominum etiam de vtroque gaui
sum,& gratias egisse aut laudasse patrem. Impio-
rum enim & superborum excæcatio ac condẽna-
tio,quãuis tristitia afficiat sanctos,quatenus con-
siderant illos esse homines ad imaginẽ Dei crea-
tos , tamen quatenus considerant illorũ excæca-
tionem ac cõdemnationem,iusto optimoque Dei
iudicio ordinatam , & ad gloriam Dei illustrandã
non parum facere,non possunt nõ de ea gaudere,
cùm Dei voluntatem,qua nihil potest excogitari
melius,adimpleri vident.Hinc in Psalmis frequẽs E
precatio ob vindictam malis inferendam,&exul-
tatio ob vindictam illis illatã. Neque pugnat hoc
dilectioni proximi, sed indicium est animi æqui-
tatẽ iudiciorum Dei animaduertentis & commẽ-
dãtis. Et videri hic omnino potest,Dominum ex
tristitia atque animi perturbatione , quæ eum ex
consideratione insuperabilis impœnitentiæ suæ
gentis & patriæ percelluerat, sese extulisse in cõ-
siderationem iudiciorũ patris, quæ nunquam nõ
iusta laudandaque sunt,ac inde in hanc tam lætã
confessionem paternæ voluntatis atque iustitiæ
erupisse.discusso interim dolore, quem immensa
illa suorum dilectio ex consideratione pręsiore
perditionis eorum hauserat.Sunt autem illa: *Do-
mine cœli & terræ*,&repetita vox patris,indicia ani-
mi sancta voluptate perfusi, diuinaque quadam
lætitia gestientis. Cùmque Dominus patrem vo-
cat Dominũ cœli & terrę,significat illũ & omnia
quæ vult in cœlo & in terra facere posse, & nihil
iniustum esse posse quod de quibuscunque crea-
turis decreuerit.vt qui omnium sit Dominus,om
nia habens in manu sua. Per sapientes autem &
prudentes,intelligit Scribas & Pharisæos.&omnes similes, qui sapiẽtia & prudentia rerum diui-
narum vel humanarũ apud homines clari habe-
bantur. Et siquidem intelligendum est omnibus
sapientibus abscondita hæc fuisse,oportet intel-
ligere de his qui sapientes sunt in oculis suis,aut
qui acquisita sapiẽtia sibi placent & inflati sunt.
De qualibus sapiẽtibus & prudentibus loquitur
Isa.cap.5.dicens: Væ qui sapientes estis in oculis
vestris,& coram vobismetipsis prudentes. Si ve-
rò in genere loquitur de sapientibus, intelligẽdũ
est vt in plurimum hæc sapientibus fuisse absco-
dita,quòd vt in plurimum sapientes sibi præ aliis
placeant, & res sola fide apprehẽdendas secundũ
rationes suæ sapientiæ & prudentiæ discutere ve-
lint. Vnde Paulus veluti explicans hunc ęnsum
Videte inquit,vocationem vestrã fratres,quia nõ *1. Cor.1.*
multi potentes,non multi sapiẽtes,non multi no
biles,&c. Abscõdere autẽ sapiẽtibꝰ dicitur Deus,
non apponendo velamen,sed subtrahendo lumẽ,
hoc est,abscondit quia nõ reuelat.Porrò pro pa-
uulis,Græcè est νηπίοις quæ dictio propriè quidem
infantes significat , & eos qui per ætatẽ adhuc lo-
qui non possunt nec sapere. Trãsfertur tamen &
ad animum,& significat stultos,ineruditos,ac vsu
rerũ carentes. Et videri potest ea dictio magis hic
vertenda per,stultis aut insipiẽtibus,quòd oppo-
natur sapientibus & prudentibus. Quomodo si
accipiatur hic dictio Græca, intelligendum est
Dominum loqui non de verè stultis , sed de his
qui mundo sunt stulti:sicut non de verè sapienti- *1. Cor.1.*
bus loquitur , sed his qui mundo tales sunt. Sic
enim & Paulus:Quæ stulta,inquit,sunt mũdi,ele
git Deus,vt confundat sapientes. Interpreti verò
magis placuit propriam vocabuli sequi significa-
tionẽ,quã & Chrysostomus sequitur,qui annota-
uit dictum esse non, stultis , sed paruulis,hoc est,
simplicibus,vt ostenderetur quibus sapiẽtibus &
quare abscondita sint Euangelica mysteria,scilicet
ob superbiæ fastum. Paruuli enim & infantes,de
quibus Christus loquitur , sunt qui humiles erãt
in oculis suis,quique velutꝰ infantes, ineruditi e-
rant in mundo, quales erant piscatores quos de-
legerat Dominus.

ITA PATER:QVONIAM SIC FVIT PLA-
CITVM ANTE TE.] Pro ita,Græcè est ναὶ hoc
est certè , vtique, vel etiam, vt interpres vertit in
Luca. Pro, placitum, est Græcis nomen substan-
tiuum εὐδοκία id est,bona voluntas,vel beneplaci-
tum, dictio scripturis sacris propria & familiaris.
Quod dicit: Ita,vel certè pater,est vehemẽter ap-
probantis & confirmantis id quod dictum est.Sic
& aliàs aliquando pro confirmatione dictorum
vtitur huiusmodi repetitione,vt cùm Lucæ 12.di
cit: Timete eum, qui postquam occiderit , habet
potesta

potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, A
hũc timete. Et Luc.12.Ita dico vobis requiretur
à generatione ista.Porrò illud : quoniã,dupliciter
hic potest accipi.Priori modo,vt Græco more abũ
det,& sit sensus: Certè pater,sic fuit placitum an-
te te.Altero,vt accipiatur causaliter ,& sit sensus:
Certè pater sic factũ est , eo quòd sic fuerit bene
placitũ tibi.Secundùm vtrumq; autẽ sensum, sed
Rationes bene placiti Dei. apertius secũdùm posteriorẽ,docemur his verbis
exẽpla humilitatis,ne temerè superna consilia de
aliorũ vocatione,aliorũ verò repulsione præsuma
mus discutere.persuasi iniustũ esse nõ posse quod
placuit Deo,atq; cõtenti hac suprema causa,quo B
niam sic placuit,imò beneplacuit Deo:Ex scriptu
ris tamen licet colligere quasdã rationes huius be
neplaciti diuini,quibus intelligitur etiã quòd pla
citũ hoc fuerit beneplacitũ & bona voluntas. Pri
mò enim discimus id factũ ad ostensionẽ suæ tũ
iustitiæ,tum benignitatis erga humiles , videlicet
quòd superbis resistat,humilibus autẽ det gratiã.
Deinde in vtilitatem hominum , & illustrationẽ
diuinæ potentiæ,atque cõmendationem veritatis
Euangelicæ.Nã quòd Euangelium prędicandum
commissum est rudibus.& per eos tã latè sit disse
minatum,declarauit & diuinam potentiã per stul
tos rederguentem,ac superantẽ potentes,& Euã-
gelicæ prædicationis veritatem,cuius victoria nõ
potest sapiẽtiæ & eloquentiæ asscribi , sicq; factũ
est Euangelium omnibus magis credibile.Præsen
tibus autem & audientibus discipulis, hãc grati- C
rum actionem habuit ad patrem,tum vt intellige
rent summum Dei beneficium ipsis gratuitò præ
stitum,tum vt studiosè omnem inflationem vita-
rent, ob quam significauit Dominus sapientibus
mysteria diuina esse abscondita, & reliqui omnes
auditores intelligerent opus sibi esse,vt depositò
fastu paruuli fierent in oculis suis,si vellent myste
riorum diuinorum esse participes. Quoniã enim
consequens erat vt de se magna saperent qui dę-
mones abigebãt,hac cõfessione discipulorũ ani-
mos reprimit & præmunit,dũ quod eis factũ est,re
uelatione eis cõtigisse dicit,non eorum studio:& D
Dei beneplacito,non ipsorum merito,& sapienti
bus idem negatum ob ipsorum inflationem.

OMNIA MIHI TRADITA SVNT A-
PATRE MEO,ET NEMO NOVIT FILIVM.]
Ne ob id quòd patri gratias egit,& illum dixit re-
uelasse mysteria paruulis,putaretur ipse hac vir-
tute priuatus,ob id hæc subiecit,quibus significat
patrem non reuelare sine filio , imò non nisi per
filiũ.Porrò illud;*omnia mihi tradita sunt à patre meo*,
variè intelligitur. Chrysostomus enim sic:omnia
mea tradita sunt mihi à patre meo. Hilarius ve-
ro & Augustinus: omnia quæ patris sunt , tradita
sunt mihi à patre meo;vt hac sententia apertè sig
nificetur idẽtitas naturæ & potestatis in patre &in
filio,& idem significetur quod per illud Ioan.16. E
Omnia quæcũque habet pater, mea sunt.Sed me
Ioan.1. hus intelligitur hac sentẽtia idẽ significari quod
Ioan.13. aliis multis similibus sententiis Euangelicis,qua-
Ioan.17. les sunt:Pater diligit filium,& omnia dedit in ma
na eius.Et:Sciẽs quia omnia dedit ei pater in ma-
Mat.vlt. nus.&:& Dedisti ei potestatẽ omnis carnis,vt om
ne quod dedisti,ei det eis vitam æternam.Et:Data
est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.Itaque
sensus huius sententiæ est: Omnium rerum pote
stas & dispensatio mihi tradita est à patre meo,
omniaque meæ potestati & voluntati sunt ab illo
subiecta,vt nihil nisi per me faciat pater, nec quic
quam sit quod à me perperam & inique fieri pos
sit.Iam quòd dicuntur omnia tradita filio à patre,
quanquam possit intelligi de filio secundùm eius
diuinitatem,secundùm quam omnia filio tradita
sunt.non in tempore,sed ab æterno,per generatio
nem tamen,vt dictum est circa illud Ioan.3.Om-
nia dedit in manu eius,rectius intelligimus his sẽ
tentiis etiam significari omnia filio tradita secun
dùm ipsius humanam naturam diuinitati vnitã
in vnitate personæ.Filio enim Dei, cui tãquã Deo
omnia ab æterno tradita sunt per æternã ex patre
generationẽ ,eidem etiam tanquam homini omnia in tempore tradita sunt per hypostaticã vnionem deitatis cum humanitate,sed non essent omnia homini tradita,nisi ea ab æterno tanquã Deus
habuisset , vnde in vltimo sensu priores etiam in-
cluduntur.Quoniam autem propositum Saluato
ris erat ostẽdere quare patri tribuerit reuelationẽ
mysteriorum Euangelicorum,& quomodo pater
reuelat ea quibus bene placitum fuerit ei, nempe
per filium,ideo commodè post prædictam genera
lem sententiam subiecit: *Et nemo nouit filium nisi
pater*,&c.Cum enim solus pater filium noscat be
ne ei tribuitur reuelatio filij,& eorum mysteriorũ
quæ ad filium pertinent:& cùm solus filius patrẽ
cognoscat,eique,vt cætera omnia,etiam hoc con
creditum est vt reuelet quibus vult,solus ergo fi-
lius est per quem pater paruulis reuelat quæ re-
uelat.Solus autem pater filium,& solus filius pa-
trem nouit notitia naturali,quæ scilicet est ex natu
ra,& non ex gratia reuelationis:notitia itẽ perfe-
ctè cõprehensiua rei,qua scilicet rei natura inti-
mè & absolutè cognoscitur,vt dictũ est circa illud
Ioannis:Deum nemo vidit vnquam. Hic tamẽ in
verbo,nouit,non potest subintelligendo addi,no *Ioan.1.*
titia comprehensiua aut naturali.Nã sic non pos-
set addi,& cui voluerit filius reuelare. Hic enim
repetendum est verbum, nouit. Et tamẽ adiecta
particula satis significat,illam esse notitiã qua fi-
lius cognoscit patrem,& pater filium: & aliã qua
homines cognoscunt patrem & filium , videlicet
quòd horum sit per reuelationẽ, non per naturã:
illorũ verò per naturam. Lucas autem hanc sen-
tentiã paulo significantius extulit,dicens : Nemo
nouit qui sit filiũs,nisi pater,& nemo nouit quis
sit pater,nisi filius.Nã cũ dicit, quis sit, significat
quidditatem & essentiam patris à filio,& filij à pa
tre solùm comprehendi.Cùm autẽ dicitur , & cui
voluerit filius reuelare,referendum est ad vtrãq;
sententiæ præcedentis patrem.vt sit sensus:& cui
voluerit filius reuelare patrẽ & seipsum.Ideóque
priori parti qua dicitur,nemo nouit filium nisi pa
ter,non additur,& cui voluerit filiũ pater reuela-
re,sed filio iam appropriatur reuelatio vtriusque,
tum,quòd prius reuelatio patri fuerit tributa, tũ
q̃ pater nõ reuelet nisi per filium,ad hoc inmãdo
missum,vt nomẽ patris manifestaret hominibus,
sicut ipse dicit Ioan.17.Manifestaui nomẽ tuũ ho
minibus quos dedisti mihi.Proinde hæc sententia
dupliciter ostendit filij cum patre æqualitatẽ. Si
enim ita nouit filius patrẽ, quomodo pater filiũ,
oportet eos inter se esse æquales. Et si ita conue-
nit filio reuelare quibus vult sicut patri,æqualis ne
cesse est sit filius patri.Non enim dicit filiũ reue-
lare quibus iussus est à patre:sed cui vult reuela-
re sicut priùs dixit patrẽ reuelasse quibus placitũ
fuisset ei. Porrò cùm vel solus filius dicitur nosse

Universidad de Deusto
Biblioteca

patrem, vel solus pater filiũ, non excluditur spiritus sanctus: sicut nec significatur patrem nõ nosse seipsum, aut filium seipsum. Regula enim theologica est, quòd dictio exclusiua vel exceptiua addita vni personæ, non excludit in essentialibus alteram personam, sed tantùm creaturas.

[a] VENITE AD ME OMNES QVI LABORATIS, ET ONERATI ESTIS, &c.] Rectè Dominus postquam omnia sibi à patre tradita dixit, & vt solùm donaret homines cognitione Dei & diuinorum mysteriorum, iam ad se inuitat, vtpote bonorum omnium largitorem, & illius doctrinæ autorem quæ requiem præstat animæ. Inter laborare autem, & oneratum esse, quidam sic distinguunt, vt laborare pertineat ad eos qui in aliqua actione & operatione occupantur: B oneratum verò esse, ad passionem pertineat, quæ ex actione consequitur. Et Theophylactus laborare refert ad Iudæos, in legis obseruatione occupatos: oneratum verò esse, refert ad gentiles, peccatorũ pondere grauatos. Sed rectius & simplicius hæc duo accipientur sine discrimine, vt laborare hic, quemadmodum sæpe in scripturis, accipiatur pro affligi, defatigari, aut molestias aliquas perpeti, vt cùm dicitur: Laboraui in gemitu meo. Laboraui clamãs, raucæ factæ sunt fauces meæ. Laboraui sustinens. Sicuti labor etiam frequenter ponitur pro afflictione & molestiarum perpessione. Itaque laborãtes & oneratos vocat ad se, hoc est, eos qui quacunque ratione defatigati sunt & misere affecti. Est autẽ triplex potissimũ onus à quo C alleuiat Dominus venientes ad se, & de omnibus quocunque huiusmodi onere oneratis rectè intelligitur hic Dominus locutus. Primò enim est onus afflictionũ, miseriarum & curarum huius vitæ: onus itẽ carnis aggrauantis animã, de quali onere Ecclesiast. 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diẽ sepulturæ in matrem omniũ. Ab hoc onere suos alleuiat Dominus doctrina sua ac spiritu suo, quia & miserias præsentis vitæ illos patienter & quo animo perferre donat, & curas vel penitus tollit, vel saltem temperat & imminuit, ita vt oneri nõ sint. Secundò est onus peccatorum, & conscientiæ D
Psal 37. malè sibi conscię, de quo Psalmista: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Vnde Zachariæ 5. Iniquitas sedens in medio amphoræ, talẽto plumbi iacto super eam deprimitur. Ad duplex prædictum onus etiã pertinet onus vltionis diuinæ, de
Psal 31. quo frequenter apud Prophatas, & de quo Psalmista: Quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua. Et: Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, &c. Ab hoc onere alleuiat suos Dominus, cùm
Psal 37. & 114. dimissis peccatis conscientiã eorum quietam insefacit, ita vt dicat cũ Psalmista: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit E tibi. Tertiò est onus legis Mosaicæ, de quo Petrus:
Act. 15. Quid tentatis, inquit, Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neq; patres nostri portare potuimus: Et Paulus ad Ga-
Galat. 5. latas: State, & nolite iterũ iugo seruitutis cõtineri. Ab hoc onere etiam liberat Dominus factus sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Ad
Matt. 23 hoc oneris genus etiam pertinet onus Pharisaicarum traditionũ, de quo postea Dominus: Alligant onera grauia & importabilia in humeros homi-

num. Onus item Phisolophicatũ opinionum, quibus iam tum gentes erãt delassatæ inueritatis inuestigatione. Dicit ergo: Venite ad me omnes qui vel afflictionibus, vel curis, aut vitiorum conscientia, aut Mosaicæ legis onere degrauamini, & delassamini. Omnes vocat cuiuscunque conditionis aut gentis, significans se sine personarum discrimine paratum quæsuis suscipere, siue Iudæos, siue gentiles. Quò autem veniant, blanda promissione inuitat, dicens; *& ego reficiam vos*; significans se solum esse qui illos exonerare & recreare possit. Porrò quoniam in nostra litera dicitur, *reficiã vos*; & refectio communiter intelligitur fieri per cibum, quidam hic intelligunt, *reficiam vos*, esse interno pabulo mentes hominum saturare aut recreare. Verùm hoc loco verbum reficere, non esse referendum ad cibum, sed ad remedium lassitudinis, præterquam quòd sensus exigat, etiam Græca docent, quæ habent ἀναπαύσω, hoc est, requiem vobis præbebo, requiescere vos faciam, recreabo & refocillabo. Etenim hic verbũ vnde mox deductum est nomen quod interpres reddit, requiẽ, ἀνάπαυσις, quod in Psalmis quoque interpres vertit refectionem: Super aquas refectionis educauit me. Itaque reficere hic simpliciter debet exponi per recreare, quæ est propria verbi significatio, quãuis rectius verteretur, requiẽ vobis præbebo, vt sit correspondentia cum sequenti; *& inuenietis requiem*. Nam postquam dixit ἀναπαύσω ὑμᾶς requiem præbebo, docet quomodo requies illa parari possit per ipsum & ab ipso: *Tollite* (inquit) *iugum meũ super vos*, &c. & hac ratione inuenietis requiem quã promitto, ab omnibus laboribus & oneribus vestris. Iugum vocat legẽ suam & Euangelicam doctrinam, quam ideo iugum vocari quidam intelligunt, quia coniungit discipulos Christi inter se, coniungit etiã illos ipsi Christo tanquam aurigæ. Sed simplicius iugum vocari intelligitur, quia in iugi modum superponitur accedẽtibus ad Christum comprimens eos & vincIens, vt non quocũq; vult caro vagentur, sicut quæcunque lex & imperium, iugũ dicitur in scripturis, vt: Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Et: A seculo confregisti iugum meũ rupisti vincula mea, & dixisti: Nonseruiã. Itaque quod dicit; *Tollite iugum meum super vos*; nihil est aliud, quàm, subiicite vos Euangelicæ meæ doctrinæ. Quod autem sequitur; *& discite à me, quia mitis sum & humilis corde*; duplicirer intelligi potest. Communiter enim intelligitur Dominũ his verbis velle, vt hoc ipsum quòd mitis & sit humilis corde, ab eo discamus, hoc est, vt discamus in illo imitari mansuetudinẽ & humilitatem, vt cõiunctio, quia, pro quòd posita sit, & nõ accipiatur causaliter. Bene autem Dominus omni plenus virtute harum duarũ virtutum in se proponit exẽplum, tum quia has singulariter in tota sua cõuersatione expressit, tũ quia hæ virtutes & omnibus sunt parabiles, & requiem animabus vnicè præstant, & maximè sunt necessariæ his qui iugũ Domini constanter sunt portaturi. Quanquam enim Dominus miraculorum gloria clareret, tamẽ non solũ ex illis honorẽ sibi ambiuit, sed & vbiq; se eũ vitare ostẽdit, neminẽ quantumuis magnũ peccatorẽ, aut quantumuis humilem & abiectũ more Pharisæorũ fastidiens. Et quanquã vbiq; indignissimis afficeretur & contumeliis & iniuriis, nunquam tamen regessit conuitia, non reprecatus est malè

male precantibus, non vltus est iniuria afficiẽtes, A quin potius pro persequentibus & orauit, & orare docuit. Quas virtutes sicut omnes imitari possunt, ita quicũque à Christo didicerint sic vt imitentur, per eas placidissimam mentis requiem & tranquillitatem consequentur. Siquidẽ ex superbia & animi ferocia totus ferè mortaliũ tumultus nascitur. Hinc enim scatet ambitio, studium pecuniæ, vindictæ libido, simultas, liuor, bella, seditiones, impietates in Deum, quibus rebus quid potest esse tumultuosius, aut turbulentius? Qui humilis est, non inquietatur honorum mũdanorum cupiditate, non effertur in rebus prosperis, non commouetur contra Deum in aduersis. Qui mitis est, non perturbatur iniuriis sibi illatis, non B cogitat de vindictæ illatione, nec contentionibus disceptat, sed pacem mentis quæ omnem sensum exuperat, in omnibus semper retinet, & vt in plu-
Psal. 35. rimum minus hominum vexationi patet. Vnde Psalmista: Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Sicut ergo ex duobus illis vitiis maximè omnis tumultus & inquietudo mentis oritur, ita ex duabus his virtutibus, animarum quies potissimũ paratur, ideóque à requiem animæ quærentibus singulariter hic exiguntur. Rectè etiam & ob id singulariter exiguntur quòd necessariæ maximè sint, vt quis constanter iugum Domini super se tollat. Nihil enim æquè constantem facit hominem in via Domini, ac humilitas animi & mansuetudo: quę duę C
Matth 4 virtutes vt inter se habent maximam cognationẽ & cohærẽtiam, ita in scripturis frequenter coniũguntur, vt dictum est circa illud Matthæi: Beati mites. Bene autem notandum secundùm hũc sensum, quòd Dominus omnes ad se vocans, omnésque alloquens non dicit; discite à me mundum fabricare, aut miracula facere: aut discite à me quòd ieiunem, quòd pedes discurram, quòd prædicem, quòd nihil in hoc mundo possideam, &c. sed id à se disci vult, quod omnibus in manu est, & omnibus necessarium ad salutem, sine quo reliqua omnia prodesse non valent. Alter sensus horum verborum; *discite à me quia mitis sum & humilis corde*, est, vt coniunctio, quia, accipiatur causaliter & intelligatur Dominus per mansuetudinem & humilitatem suam omnes prouocare ad suscipiendum iugũ suum, & doctrinam suam, vt sit iste sensus: Ne vereamini qualescũque sitis venire ad me, nec molestum vobis sit tollere iugum meum super vos, & suscipere disciplinam à me. Nihil enim me est demissius, nihil æquè cuiuis magis expositum, nihil in me artogãtiæ aut morositatis, vt quisquam metuere possit, ne à me sit repellendus propter suam indignitatem, aut ne quicquã ei sim imposturus quod grauet magis, & oneret. Atque hunc esse veriorẽ huius loci sensum, ex eo videtur, quòd per illud; *discite à me*; vellit explicare quod dixit, tollite iugum meum super vos. In suscipiendo autem iugum Christi, nõ solùm includitur vt humiles simus & mites, quãuis in his maior pars iugi Christi consistat, sed etiam vt sobrij simus & casti, & super omnia vt Deũ præ omnibus, & omnes propter Deum amemus, ita vt si quid à se discendum esset singulariter explicare voluisset, dicendum potius fuerit; discite à me quòd charitatem ad omnes habeam. Nam hoc est vnicum illud mandatũ, quod in nouissima cœna discessurus Dominus sui exẽplo discipulis commendauit, & in quo Paulus dicit adimpleri legem Christi. Deinde cùm dixit; *& inuenietis requiem animabus vestris*; non loquitur de ea requie & tranquillitate mentis quę consequitur directè & naturaliter humilitatem & mansuetudinem, sed de ea quæ partim in hac vita habetur in Deo ex fiducia remissionis peccatorum & benignitatis diuinæ: & quæ perfectè obtinetur in futura vita, quando liber erit homo ab omni malo. Opponitur enim requies ista de qua est sermo illis oneribus quibus onerati sunt qui vocãtur ad Christum. Hæc autem requies ex vniuersæ Euãgelicæ legis obseruatione paratur, non sola humilitate & mãsuetudine. Postremùm hic intellectus magis conuenit illi Hieremię loco, vnde ex parte videtur Dominus hæc desumpsisse. Hic enim ha-
Ierem. 6. bet Ieremias: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Vbi pro refrigerium, Hebræi habẽt Margoah, quod propriè significat requiem. Et Ecclesiast. 51. Sapiens per iugum Domini susceptum & disciplinam eius docet parari requiem animæ, dicens: Collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinã, in proximo enim est inuenire eam. Videte oculis vestris quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. De hoc iugo & Thren. 3. Bonũ est homini cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Notãdum autem, quòd Dominus postquam dixisset; *venite ad me onerati, & ego reficiam vos*; docturus quomodo requiem sit oneratis præbiturus, non dicit, ponite onus vestrum in me ac crucem meam, quomodo hodie docent plerique onus conscientiæ deponi, & requiem conscientiæ parari sola fiducia Christi pro nobis in cruce satisfacientis: sed, *tollite* (inquit) *iugum meum super vos, & sic inuenietis requiem*. In iugo autem Christi primùm quidem includitur, vt captiuemus nostrum intellectũ in obsequium fidei quæ parit fiduciam in Christũ: sed deinde etiam includitur, vt captiuemus & voluntatem in obedientiam præceptorum eius. Notandum etiam quod dicit; *requiem animabus vestris*; siue quia sola mentis requies, vera est requies, siue quia sequentibus Christum non est requies, corporis, cùm illis multa corporis mala obuẽtura prædixit, sed per quæ requies mentis non sit turbanda. Vnde Ioan. 16. Hæc, inquit Dominus, locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mũdo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Ostẽdit hac sentẽtia Dominus, quomodo dixerit requiem inuenturos eos qui iugũ ipsius super se sumpserint. Alioqui enim dicere quis poterat, quomodo mihi onerato præcipis pro inuenienda requie iugũ tuũ tollere? Nam & illud etiam onerabit, & grauius fortè quàm onus quo iam pressus iaceo. Dicit ergo iugum suũ suaue esse, & onus suum leue, ita vt non grauet suscipientes, sed sua suauitate & leuitate ipsis requiẽ mentis præbeat. Porrò sunt qui inter iugũ Christi & onus eius sic distinguant, vt per iugum præcepta, per onus consilia doctrinæ Christi intelligant. Verùm commodius & simplicius est eandẽ doctrinam Euãgelicam & iugi & oneris nomine significatam accipere. Iugum enim est, quatenus ea veluti vinculo quodam ligamur, vt secundùm ipsam viuere & incedere debeamus: onus verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, quatenus ipsam ferendi siue implendi nobis imposita est necessitas. Quòd autem dicitur iugũ Domini suaue, quidam intelligunt ideo suaue dici, quòd palato mentis sit delectabile; eo quòd suaue proprie ad gustum pertineat. Et quidem sic suaue esse iugum Domini, sed his qui palato non
Psal.18. sunt infecto & febricitanti. docet Psalmista dicẽs: Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa: Desiderabilia super aurũ & lapidem pretiosum multũ; & dulciora super mel & fauum. Et rursum:
Psal.130 Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo? Sed sciendũ hoc loco Græcis nõ esse nomen γλυκύς, quod est in prædictis locis, sed χρηστός, quæ dictio non significat dulcedinẽ illam ad gustum pertinẽtem, sed propriè significat commodum, placidum, benignum & humanum, qualem hominẽ vocamus & nos suauẽ aut dulcem, quomodo frequenter interpres Latinus vertit hanc dictionem, vt Psalm. 24. Dulcis & rectus Dominus. Hic enim pro dulcis est χρηστὸς Et Psal. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine; pro dulcedinis est χρηστότητος. Et Psal. 118. vbi nos legimus: Iudiciatua iucunda; Græcè est, κρίματα σοῦ χρηστά. Itaque idẽ ibi dicitur à Psalmista, quod hic à Saluatore. Dicitur ergo hic iugum Domini suaue, quia commodum & humanum: vnde iam intelligere licet, quàm aptè Dominus & iugo & oneri sua addidit epitheta; dicens iugum non leue, sed suaue vel commodum: onus verò non suaue, sed leue. Solet enim iugũ magis asperitate & incommoditate vexare animalia sub ipso incedentia, quàm grauitate, cùm sit iugũ non magni põderis. Onus verò grauitate solet esse molestum. Vnde difficultatem omnẽ volens adimere Saluator, ne quisquam deterreatur, dicit iugũ suum non esse molestum asperitate, sed suaue & cõmodũ esse: onus etiam non esse grauitate molestum, sed leue, & portatu facile. Dicit autem Dominus suum iugum suaue, & suum onus leue, ad
Act. 15. distinctionem illorum onerum & iugorum de quibus suprà dictũ est, nempe oneris afflictionũ & curarũ huius seculi, quod Ecclesiasticus iugũ graue vocat impositũ filiis Adæ, & vocari potest iugũ mundi. Oneris quoque legis Mosaicæ, quod Petrus dicit fuisse importabile. Oneris Pharisaicarũ traditionũ, quod Saluator testatus est fuisse
Matt.23 importabile: oneris quoque diaboli aut peccati, de quo impij Sapiẽtiæ. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Postremùm oneris conscientiæ ex agnitis
Psal. 37. peccatis, quo grauatum se cõqueritur Psalmista. Iugum enim diaboli & peccati, quamuis prima specie blandum sit, & carni suaue, tamen revera molestum & asperum est, & graue, vt quod grauissimos sæpe labores & pericula hominem subire cogat, & conscientiæ molestissimos aculeos infigat, & tandem vsque ad inferni profundum hominẽ demergat sua grauitate: vnde hoc iugo suauius & leuius est iugum Domini, his potissimum qui spiritui non carni sunt addicti, vt dictũ est circa illud; Intrate per angustam portam. Verùm hic moueri solet quæstio, mota etiã ab Hieronymo, quomodo lex Euangelica leuior sit lege veteri, quum illa sit hac perfectior, addens aliquid supra legem veterem, ita vt puniat etiam voluntatem, cùm hæc tantùm puniat effectum. In lege enim homicidium & adulterium, in Euãgelio verò ira & concupiscentia etiam puniuntur. Deinde, qui

A cõuenit, vt infirmis Iudæis & adhuc paruulis iugum asperum & onus graue impositũ sit à Deo, Christianis verò quibus virile cõpetit robur, iugum suauius, & onus leuius? Ad has quæstiones quò certius respondeatur, videndum in quo consistat leuitas & cõmoditas Euangelicæ legis. Cõsistit ergo primò hęc in præceptorum paucitate, æquitate, commoditate, & vtilitate. Paucissima enim sunt Euangelicæ legis præcepta, vt quæ omnia duobus præceptis contineantur, fidei scilicet
B & dilectionis. Æquissima quoque, eo quòd rationi & spiritui maximè consentanea, vt quę omnia penè ad naturalem pertineant legem omniũ mẽti insculptam. Commodissima quoque, eo quòd in nobis planè sita sit eorũ adimpletio. Quid enim magis in nobis est situm, quàm credere & diligere? Postremùm sunt & vtilissima, cùm & in præsenti vita donent hominem pacatissima mentis quiete, & post hãc vitam ad æternam vitam perducant. Consistit præterea Euangelici iugi suauitas in clementia erga peccantes. Non enim mox morte afficit transgressores, sed patienter ad patientiam expectat & inuitat, remittẽs non septies tantùm, sed vsque septuagies septies. Secus verò
C fuisse de lege veteri, facile est intelligere ex compatatione, vt hoc interim omittatur, quòdquæcunque ferè Euangelica lex præcipit, eadem sicut in lege naturali, ita & in lege veteri præcipiũtur, si quis eam non in cortice tantùm legat. Nam additiones legi veteri factæ à Christo pro magna parte explicationes potius legis fuerunt, vt dictũ Matt.18 est suprà. Itaque nemo in veteri testamento Deo per legis obseruationem placere potuit, nisi eadem illa omnia penè præstaret quæ exigit Euãgeliũ: quem tamẽ oportebat & multa alia quæ singulariter lex præcipit præstare, quæ & parum habebant vtilitatis, & multum incõmoditatis, quæ
D sita erat in lotionibus, sacrificijs, profectionibus, & id genus similibus rebus. Cõsistit tertiò Euangelij leuitas & suauitas, vel commoditas in abũdãtiore spiritus sancti distributione & participatione, quàm erat ante Christi aduentũ. Hic enim spiritus per fidem cœlestium præmiorum, & charitatem Dei diffusam in cordibus fidelium, facit omnia quantumuis carni aspera & grauia, spiritui nostro leuia haberi & esse, ita vt hac ratione etiam quoad cõsilia sua, Euangelium suaue sit & leue. Ex his patet responsio ad prædicta argumẽta. Nã quod ad punitionẽ pertinet, lex vetus rectè intellecta etiã voluntatẽ puniuit & damnauit: & quod ad corticem legis pertinet, in hoc eius seueritas relucet, quòd sicut effectum tãtùm puniuit, ita effectũ tantùm præmio & laude affecit, cùm Euangelium sicut voluntatem damnatam ita & eandem coronat, si effectus propter impotẽtiam
E desit: & effectum malum non punit, si non adsit voluntas mala. De quo elegãter D. Hieronymus: In lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, viuet in eis. In Euangelio voluntas quæritur, quæ etiãsi effectum non habuerit, tamen præmium non amittit. Euangelium ea præcipit quæ possumus, ne scilicet concupisca mus, hoc in arbitrio nostro est. Lex cùm voluntatem non puniat, punit effectũ, ne adulterium facias. Finge in persecutione aliquam virginem prostitutã. Hæc apud Euangelium, quia voluntate nõ peccat, virgo suscipitur, in lege quasi corrupta repudiatur. Hęc ille. Quòd autem lex Euangelica leuior & facilior infirmo

Suauitas Euãgelii & leuitas

populo

populo Iudaico in principio nõ fuerit tradita, fuit
A propter populi illius pro illo tempore incapacitatem & indispositionem, non admittentem Euangelicæ legis perfectionem. Nec hinc sequitur hãc legem absolutè esse grauiorem, quòd illi populo fuerit grauis & importabilis: sicut nec ob id dicẽda est absolutè grauis & insuauis, quòd carni sit grauis & insuauis. De pondere enim rei iudicandum est non secundùm vires ægroti, sed hominis sani: & de suauitate non secundùm gustum febricitantis, sed sani, & palatum non infectum habentis. Et vt melius intelligatur quomodo rectè Euãgelica lex leuis & suauis tradita sit perfectiori populo: Mosaica verò lex grauis & importabilis po
B pulo infirmiori, adhibeatur simile de vita virili, & vita puerili. Vita enim virilis in sese quidẽ leuior est & commodior, vtpote quæ libera sit, & virtutem sponte prosequens & amans, nõ tamen pueris conueniens, imò illis admodum grauis & fugiẽda: vita vero puerilis sub parẽtibus, tutoribus & pædagogis constituta, & à seruili parum diuersa, in sese quidem grauior est, & tamen pueris accommoda & necessaria. Hoc enim simili vtitur D. Paulus ad Galat. 4. Iniustè autẽ queruntur hodie
C quidem suaue & commodũ iugum Christi nimis grauatum esse per cõfessionis necessitatem, quã ob id volunt non profectam ex diuino præcepto, sed humano, clamantes insuper constitutionum humanarum multitudine factum, vt grauius iam sit iugum Christianorũ quàm olim fuerit Iudæorum, atque id confirmãtes authoritate Augustini in epist. 2. ad inquisitiones Ianuarij, quę habetur iter epistolas numero cẽtesima decimanona, vbi dicit ipsam religionem, quàm paucissimis & manifestissimis celebrationũ sacramentis misericordià Dei liberam esse voluit, seruilibus operibus premi, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subiiciuntur. Primùm enim, quod ad confessionem

Iniusta querela

A pertinet, non magis hæc debet videri grauis & incommoda, quàm alia multa legis Euangelicæ præcepta. Quãquam enim carni superbæ sit molesta & grauis, tamen spiritui leuis est & cõmodissima, vt quæ rectæ rationi maximè sit consona, & vtilitatem summã homini adferẽs, & inter alia quidẽ securitatem & alleuiationem mentis ab onere conscientiæ mordentis. Quomodo enim incommoda censenda est huiusmodi confessio, qua non punitur qui confitetur, quemadmodum in confessione ciuili, sed absoluitur, quãquæ de peccatorum remissione certior quis euadit? Non ergo grauiorem facit legem Euangelicam præ veteri, sed leuiorem, vt quæ ad hoc instituta est, quò ab onere illo
B conscientiæ molestissimo quis alleuietur certius & efficacius. Quod verò pertinet ad constitutiones humanas Euangelicis præceptis additas, non est quòd quis queratur iugum Christianorum aggrauatum. Præcepta enim Ecclesiastica Euangelicis præceptis superaddita, quæ vniuersaliter omnes concernunt, & paucissima sunt, & simul Christianorum vel saluti, vel congregationi summè vtilia, & in Euangelica doctrina fundata. Vniuersa enim quæ omnes concernunt, in tribus fere continen-
C tur, nempe in sabbathismo & solẽni obseruatione certorum dierum festorum, in diuino cultu, in auditione scilicet sacrificij Missæ & verbis Dei. Secũdò, in ieiunio quadragesimæ, & aliorum quorundam dierum, & abstinentia ab esu carniũ in certis hebdomadæ diebus. Tertiò, in præscripto pœnitentiæ, & Eucharistię sumẽdæ semel in anno, nempe semel in Paschate. Augustinus autem in prædicta sententia non loquitur de præceptis & constitutionibus ab vniuersa Ecclesia receptis vel instituris, sed de variis cæremoniis, quæ pro locorum varietate apud diuersos variæ erant in diuino cultu, quarumq; causæ vix aut omnino nunquampossunt inueniri, quas in eis instituẽdis homines sũt secuti. De talibus enim se loqui manifestè declarat & exponit.

MVLIERI PECCATRICI REMITTVNTVR peccata. Lúcæ 7. CAPVT XLVIII.

ROgabat autem illum quidam de Pharisæis, vt manduceret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguẽti: & stans retrò secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidã fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens Simõ, dixit: Aestimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit Simoni: Vides hanc mulierẽ? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrimis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem, ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti, hæc autẽ vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam, remittuntur tibi peccata. Et cœperũt qui simul discumbebãt dicere intra se: Quis est hic qui etiã peccata dimittit? Dixit autem ad mulierẽ: Fides tua te saluam fecit, Vade in pace.

ROGABAT AVTEM ILLVM QVIDAM DE PHARISÆIS, VT MANDVCARET CVM ILLO, &c.] Rectè à Luca hæc historia superiori sermoni Christi subiuncta est, quanquam fortè non ita statim post prædicta cõgerit, sicuti ab eo etiam narratur sine temporis & loci significatione. Hac enim historia, iam reipsa ob oculos ponit, quod Dominus verbis docuerat videlicet publicanos & peccatores in gratia Euangelica prælatos Pharisæis, ac illos in Christo Dei sapientiam approbasse, hos verò reprobasse. Hæc enim apud Lucam præcesserant, deinde & hac historia

Universidad de Deusto
Biblioteca

storia astruitur quod proximè præcesſit ex Matthæo, Chriſtum ſcilicet reſicere & refocillare omnes oneratos venientes ad ipſum. Notandum autem imprimis circa hanc hiſtoriam, Dominũ etſi à Phariſæo ſanctitatis opinione ſibi placẽte vocaretur, non tamen dedignatũ adire eius conuiuiũ, tum vt quibuſuis ſui copiã faciens declararet ſuã erga quoſuis humanitatem, tum quòd nullã docendi occaſionem ſibi præterire vellet. Hinc enim ad quoſcũque à quibus nulla ſpes fructus erat, ire ſuſtinuit, conuiuaq; minimè dettectauit, nũquam tamen apud aliquem cõuiuans, niſi eum doctrinæ aliquo fructu, vt manifeſtè declarauerit ſe non voluptatis gratia acceſſiſſe, nec hoſpiti adulatũ eſſe, ſed eius aliorumq; ſalutem quæſiſſe: quemadmodum hoc loco, cùm Phariſæus qui illum inuitauerat, & fortè alijquoq; Phariſæi qui ſimul aderãt in conuiuio, fiducia propriæ iuſtitiæ turgebant, eos curare ſtuduit, tum exemplo peccatricis, tũ verbis ſuis, vt nihil ſibi ab illis quærẽs, ita nihil quoque ad eorum morbos conniuens.

ET ECCE MVLIER QVÆ ERAT IN CIVITATE PECCATRIX, &c.] Græca non ſignificant mulierem hanc fuiſſe peccatricem in ciuitate, ſed γυνὴ ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς id eſt, mulieri in illaciuitate, quæ erat peccatrix. Additur enim articulus dictioni πόλει ſignificãs in ea ciuitate fuiſſe hanc mulierem, in qua Phariſæus Chriſtum vocauerat ad conuiuium. Potrò etiam apud veteres magna fuit quæſtio de hac peccatrice, nũ fuerit eadem cũ ea muliere quam Matth. cap. 29. & Marcus cap. 14. & Ioan. capit 12. vnxiſſe Dominum ſcribunt, imminente iam paſſionis eius tempore. Quidam enim, Græci maximè, inter quos Origenes homil. 35. & poſt eũ Theophyl. putant fuiſſe tres diuerſas mulieres, quæ Dominum in Euangeliis vnxiſſe ſcribuntur, vnam ſcilicet peccatricem innominatam, de qua hic Lucas, quę diu ante paſſionis tempus Domini vnxerit pedes in Galilæa, in domo Simonis Phariſæi: alteram quoque mulierem innominatam, quæ ſecundùm Matthæum & Marcum biduo ante paſſionem Domini vnxerit caput Domini in Bethania, in domo Simonis leproſi: tertiam, quæ dicta eſt Maria ſoror Marthæ, quæ ſecundùm Ioannẽ ante ſex dies Paſchæ vnxerit Domini pedes etiã in Bethania, ſed in domo Marthæ. Chryſoſto. verò in Matthæum ſcribens, homil. 81. putat duas tantùm fuiſſe vnctrices mulieres, & eandem quidem eſſe de qua Lucas, Matthæus & Marcus, quòd hæc apud omnes ſit innominata, & in domo Simonis vnxiſſe omnes ſcribant: alteram verò eſſe de qua Ioãnes, quæ dicta ſit Maria ſoror Marthę & Lazari. Cõtrà verò D. Hieronymus, nihil addubitans quin eadem fuerit mulier quæ à Matthæo & Marco dicitur vnxiſſe Dominum, cum ea quę à Ioanne, vult tamen hanc de qua hic Lucas, eſſe ab illa diuerſam. Sic enim ſcribit ſuper Matth. capit. 26. Nemo putet eandẽ eſſe quæ ſuper caput effudit vnguẽtum, & quæ ſuper pedes. Illa enim & lachrymis lauat. & crine tergit & manifeſtè meretrix appellatur. De hac autem nihil tale ſcriptum eſt. Nec enim poterat ſtatim capite Domini meretrix digna fieri. Ambroſius verò ſuper Lucã, nõnihil, vt videtur etiam addubitans, quin vna ſit & eadem de qua Matthæus, Marcus, & Ioannes, dubitatiuè loquitur de iſta peccatrice. Nam propoſitis his obquę videntur, Euangeliſtę diſcordare in narratione, infert: Poteſt ergo non eadem eſſe, nec ſibi contrarium Euangeliſtæ dixiſſe videantur. Poteſt etiam quæſtio meriti & temporis diuerſitate diſſolui, vt adhuc illa peccatrix ſit. id ipſa perfectior. Etſi enim non perſonam mutat Eccleſia vel anima, tamen mutat profectum. Quæ ſecunda ſentẽtia, videlicet quòd vna fuerit mulier, ſed quæ tamen diuerſis temporibus Dominum vnxerit, nõ eſt aliena à ſententia Hieronymi. Dicit enim: Nec enim poterat ſtatim capite Domini meretrix digna fieri; ſignificans ſatis ſe non omnino negare quin eadem eſſe poſſit, ſed quòd non eadem fuerit vnctio de qua Lucas, & de qua reliqui. Itaque hanc ſententiam ſequitur Diuus Auguſtinus, exiſtimans vnam eadémque eſſe mulierem quę ab omnibus quatuor Euangeliſtis ſcribitur Dominũ vnxiſſe, ſed hanc bis Dominum vnxiſſe; quam ſententiam probat ex illo Ioannis: Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis. His enim verbis vult Auguſtinus Ioannẽ notare vnctionem illam cuius meminit Lucas, non autem eam quæ facta eſt in Bethania circa tempus paſſionis. Nam hæc tum necdum facta fuit, cùm ea contingerent quæ eo capite ſcribit, cùm præteritam aliquam vnctionem videatur Ioannes notare velle. Sequitur & hanc ſententiã Diuus Gregorius, nihil dubitans quin peccatrix iſta fuerit Maria Magdalena ſoror Marthę. Secuta eſt hanc ſententiam poſt Gregoriũ, imò & ante Gregorium, vniuerſa per orbem Eccleſia, in Eccleſiaſtico etiam officio Mariæ Magdelenæ tribuens ea quę hic à Luca narrantur. Et tamẽ cùm quæſtio hæc olim dubia vſque ad Auguſtini tempora, poſteà multis ſeculis ſopita fuerit, creditúmque ſit in toto orbe maximè occidẽtali vnã fuiſſe mulierem, de cuius vnctione omnes ſcribunt Euangeliſtę, hoc noſtro ſeculo dubitare rurſum quidam cœperunt, inter quos primi fuerũt Iodocus Clictouens, & Iacobus Faber, qui libellos ediderunt de tribus Magdalenis, quibus cõfutare ſtudent receptam ſententiam velut errorem ridiculum confirmantes ſuam ſententiam veterum prędictorum ſententia, Origenis ſcilicet, Chryſoſtomi, Theophylacti, Ambroſij, & Hieronymi. Roſtẽſis verò editis aliquot contra eos libellis, validè conuincit eorum rationes, Eccleſiaſticam & communem ſententiã defendens, atque oſtendens illorum opinionem non longè ab hęreſis crimine abeſſe, eo quòd communem illam ſentẽtiam, omnium fidelium conſenſus, ſaltem tacitus, videatur approbaſſe, imò & Eccleſiam officio ſuo Eccleſiaſtico palam definiuiſſe, vt de quo aliquando licitè dubitatum eſt, iam amplius nõ debeat, nec poſſit in dubium reuocari. Præter autem hoc argumentum, quod deſumptum eſt ab Eccleſiæ approbatione & communi conſenſu fidelium, & argumentum inſuper Auguſtini, affert venerabilis ille Epiſcopus alia argumenta, quibus communem hãc ſententiã comprobẽt. Et primùm illud idem valde probabiliter colligit ex verbis Domini, quibus apud Matthæum dicitur mulierem illã, quæ ibi dicitur vnxiſſe Dominum, fore celebrẽ in vniuerſo mundo, vbi prædicaretur Euangelium Chriſti. Vbicunque enim Euangelium Chriſti prædicatur iam, vna eſſe mulier prædicatur, quæ bis vnxir, & peccatrix aliquando fuerit; igitur cùm veracem oporteat eſſe Dominum, vna ſit neceſſe eſt. Deinde idem probat receptiſſimis hiſtoriis, & fama eorum apud quos Maria ſoror Marthæ vixiſſe creditur ab omnibus, Maſſilienſium ſcilicet ac Prouincialiorũ, qui ſic ſemper de ea crediderũt, inſuper & antiqua monumenti eius inſcriptione, quod dei Maximinus vnus ex 70. diſcipulis extruxiſſe creditur, in qua cuncta ei tribuuntur, quæ nunc Eccleſia vni tribuit Magdalenæ. Nec mouere debet contraria Græcorum antiquorum opinio. Cùm enim Græci Orientales à Maſſilia longè ſatis diſſiti eſſent, non ita potuerunt certiores fieri eorum quæ fama certa de ea referebat, & tamen etiam ex Origene conſtat ſemper apud Græcos etiam fuiſſe, qui vnam mulierem aſſeruerunt, de cuius vnctione meminerunt omnes Euangeliſtæ. Sciendum tamen quòd ratio Auguſtini non eſt omnino efficax. Nam Ioan. cap. 11. dicens Mariam fuiſſe quę vnxit Dominum vnguento, &c. videtur magis id dixiſſe de vnctione illa quam ipſe poſtea ſcribit cap. 12. Ibi enim eiſdem iam vtitur verbis, fuitq; illa tum facta, cùm ea ſcriberet Ioannes quę habentur cap. 11. quamuis nondum facta fuerit, cùm ea fierent quæ ibi deſcribit. Sic enim Matthęus capit. 10. dicit in catalogo Apoſtolorum de Iuda Iſcariote, quòd tradiderit Dominum, non quod tradiderit illum cùm illa fierent quę ibi ſcribit, ſed quia tradiderat eum cùm illa Matthæus ſcriberet. Poteſt tamen ex eiſdem verbis Ioannis, Auguſtini & communis ſententia aliter probari. Nam cùm Ioannes ad ſpecificationem perſonę dicat; Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, &c. ſatis ſignificauit ſolam Mariam Domini pedes vnguento vnxiſſe, & capillis capitis ſui exterſiſſe. Si enim alia etiã mulier id fecit, non ſatis hac nota perſonę qualitas ſignificatur. Itaq; cùm Origenis opinio non ſit probabilis vel ob id quod veriſimilius omnino ſit eandem eſſe vnctionem de qua Matthæus & Marcus, cum ea de qua Ioannes, vt poſt probabitur, & Chryſoſtomi opinio eadem ratione ſit improbabilis quatenus diuerſam dicit vnctionem, de qua apud Matthæum ab ea de qua apud Ioannem, quatenus verò eandẽ putat mulierẽ de qua Matthæus & de qua Lucas, cum cõmuni faciat ſententia, Hieronymi verò & Ambroſij ſententia à communi ſentẽtia non abhorreat, Auguſtinus & Gregorius eam apertè aſſerant & confirment, eadémque ſcripturis non aduerſetur, ſed magis conſentiat, & communi conſenſu ſit recepta, Eccleſiaſtico officio approbata: fama eorum qui à patribus ſuis vitam moréſque cum corpore ſuſceperũt, ſit celebrata, & tituli ſepulcralis inſcriptione corroborata, non eſt ab ea ſententia temere recedendum, aut contra eam cõtentioſè diſputãdum. Quam ſententiam etiam illud approbat, quòd ob id videri poſſit, Lucam ſolùm eius vnctionis quæ circa Domini paſſionem contigit, circa quam traditionis Iudæ occaſio non poteſt intelligi, nullam feciſſe mentionem, nimirumquòd eiuſdẽ mulieris alteram vnctionẽ prius enarraſſet, quomodo Matthæus & Marcus, quia meminerent illius eiectionis vendentium è templo quæ circa paſſionem contigit, alterã præter miſerũt quæ facta eſt in principio prædicationis Chriſti, vt narrat Ioan. capit. 2. & ſimiliter Ioãnes. qui alteram narrauit, alteram prætermiſit. A D. ſanè Cypriano lib. de duplici martyrio Matia Magdalenæ intelligitur fuiſſe peccatrix iſta. Et ſimiliter à D. Ambro. in præfatione miſſæ feſti S. Mariæ Magdalenæ. Quod autem Lucas hanc mulierem non nominet loco iſto, honeſtatis cauſa fecit, quemadmodum ſuprà Matthæum nõ vocauit proprio ſuo nomine, cùm de vitio eius fieret ſermo. An autẽ Simon Phariſæus, in cuius domo à Luca narratur hæc vnctio, ſit idem cum illo Simone qui dicitur leproſus, in cuius domo in Bethania Matthæus & Marcus ſcribunt ſuam vnctionem factam, nõ conſtat, ſed nec multum refert. Auguſtinus enim magis vult non eſſe eundem Simonem, eo quòd hæc hiſtoria videatur nõ contigiſſe in Bethania, ſed in Galilæa. Alij verò eundem volunt eſſe Simonem, ex perſonæ identitate, & familiaritate huius vnctricis mulieris, colligentes etiam fuiſſe eandem mulierem de qua Matthæus, & de qua Lucas. Niſi enim fuiſſet huic peccatrici mulieri familiaritas aliqua eum hoc Simone, nequaquam (vt eſt veriſimile) auſa fuiſſet intrare conuiuij tempore domũ eius. Dùm autem hęc mulier, peccatrix vocatur, ſignificari videtur peccata carnis, à quibus propriè infamati ſolent mulieres. Putatur tamen Magdalena non publica fuiſſe meretrix, ſed primùm traditam viro in caſtello Magdalo, cum eo aliquamdiu vixiſſe, poſtea verò voluptatibus ſeductã marito aut derelicto, aut mortuo, captam fœdo & alieno amore, non publicè quidem ſe proſtituentem, ſed illicitis deditam amplexibus. Porrò obſeruandę hic peccatricis huius virtutes, quas Euãgelica narratio in exemplum hic nobis proponit. Et primùm quidem in ipſa hoc admirandũ eſt, quòd cùm reliqui omnes à Chriſto ſanitatem corporalem requirerent, hæc ſola in omnibus Euãgeliis mentis ſanitatem & peccatorum remiſſionem requiſiuit, quam à nullo propheta quenquam requiſſe ſcriptura cõmemorat, nec requiſiuit verbis, ſed ſolis lacrymis ſatis putabat Dominum cognoturum quod petebat. Quæ res declarat qualem ſidem & exiſtimationẽ de Domino hæc peccatrix habuerit. Proculdubio enim Chriſtum eſſe credidit, quia ab Iſaia dicitur ablaturus peccata multorum, & fortè verum etiam Deũ eſſe credidit, qui ſibi apud Iſaiam propriam dicit peccatorum remiſſionem. Ego, inquit, ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me. Fortè Ioãnem audierat dicentẽ: Ecce qui tollit peccata mundi, aut ab ipſo Domino audiuit illud quod proximè habitum eſt ex Matthæo: *Venite ad me omnes oneratí, & ego reficiam vos.* Secundò, in hac muliere obſeruanda eſt pœnitentia ipſius, veracitas & perfectio, quæ in eo oſtenditur, quod præ nimio remiſſionis peccatorum conſequendæ deſiderio nihil cunctata, & neminem verita, ſuper conuiuantes ingreſſa ſit; quòd præ ſumma verecundia & humilitate retro ſtabat iuxta pedes Domini, quòd præ doloris magnitudine, & per deteſtationem peccatorum largiter adeò fleuit, vt lacrymis etiam rigaret pedes Domini, quòd præ nimia erga Dominum charitate, & effectus pietate, capillis capitis ſui terſerit eius pedes, eóſque ex via pulueruléntos oſculata ſit, atque vnguento pretioſo, quo capita vngi ſolitum erat, vnxerit, pluſquam humano modo eum honorans, qui pluſquam homo erat. Poſtremùm, quòd illis omnibus in obſequium Chriſti & pœnitentiæ ſuæ declarationẽ vſa ſit, quibus prius abuſa erat ad ſeruitiũ peccati & carnis. Hęc enim eſt viuæ pœnitentiæ vis, vt qui gratia diuina commouente, peccati aculeum ſentiens, nullo humano pudore retrahatur, quin mox poſita omni dilatione accedat eum, à quo ſperat conſcientia conſo

Quæſtio de vnicã Magdalenã.

peccatricis virtutes.

Ioan. 12

Ioannes 1

Matt. 11

Iſaiæ 34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consolationem, & tamen apud hunc de peccatorum suorum fœditate erubescens, omnẽ humilitatem præ se ferat lacrymis dolorem testetur, puissimo affectu erga Deum commoueatur, à quo expectat peccatorum remissionem, denique iuxta Apostoli præceptum, sicut exhibuit membra sua seruire immunditiæ & iniquitati, ita eadem exhibeat seruire iustitiæ in sanctificationem. Circa literæ autem verba sciendum, quòd alabastrum, dictio Græca, significat vas vnguentarium, factũ ex alabastrite lapide marmorei generis, quẽ lapidem etiam onychen vocari, & cauari ad vasa vnguentaria, author est Plinius lib. 36. qui lapidem quidẽ vocat alabastritẽ: ipsũ verò vas ex lapide factum, alabastrum, qualia vascula seruãdis vnguentis ido B nea esse scribit lib. 13. ca. 11. Dicitur autem alabastrum, ab a priuatiua particula, & verbo λαβεῖν, apprehendere, interpõsita per pleonasmum litera β, quòd ob læuorem comprehendi nõ possit. Sic autem dictum est alabastrum vnguenti, sicut Horatius dixit: *Nardi paruus onyx*; vt annotauit quidam in Matthæum. Quia autem dicitur, quod ista cœpit lacrymis rigare, coniicere licet triclinium more veterum in edito fuisse, ita vt stans tetigerit pedes Iesu. Caietanus verò intelligit hac locutione significari fletus magnitudinẽ, videlicet quòd in tantum proruperit fletum, vt prinsquam seipsa inclinaret, & cùm adhuc staret, cœperit lacrymis rigare pedes eius, quos plenius rigauit, prostrata. Non tamen tamen Græcè non esse participium præsens. stans, sed præteritum στᾶσα, vt Græca sic verti possint: cùm attulisset alabastrum vnguenti, & stetisset iuxta pedes eius retro flens, cœpit rigare, &c. Nam Græca habent etiam κλαίουσα, flens. Itaque non est necesse intelligere quòd stando cœperit rigare. Non est autem existimandum tantam fuisse lacrymarum copiam, vt potuerint pedes Christi lauari veluti in situla, sed tantas fuisse lacrymas, vt per eas pedes Domini sint multum humectati, vt maiores sordes ablui potuerint. Vnde dicitur, quòd rigauerit pedes Iesu non quòd lauerit. Potrò vnguenti preciositas quo hæc mulier est vsa, ex vasis preciositate colligi potest. Solet enim vulgare & vile vnguentum repoui in vasis viliorib. preciosum in preciosis. Hinc ergo etiam colligi satis potest non fuisse hanc mulierem plebeiam, vt aliqui putant.

Alabastrum.

VIDENS AVTEM PHARISÆVS QVI VOCAVERAT EVM, AIT INTRA SE DICENS: HIC SI ESSET. &c.] Quemadmodum in muliere ista peccatrice declaratur exemplum & vis vitæ pœnitentiæ, ita in hoc Pharisæo cognoscere licet supercilij Pharisaici arrogantiam, qua Pharisæi sibi de iustitia placentes, peccatores fastidiebant & contemnebant. Cùm enim hic Pharisæus fauere debuisset mulieri tanto affectu se ingerẽti, tanta modestia se deiicienti, tot indiciis testanti vitæ prioris pœnitudinem, eumque amare debuisset Domini mansuetudinem nullum hominẽ à se repellentis, prouocatur contrà ad vtriusque calumniam & condemnationem, mulierem quidẽ adhuc condemnans esse peccatricem, Iesum verò iudicans non esse prophetam qualis ab omnibus habebatur, quod videretur nescire quæ & qualis esset mulier quæ illum tangeret, nimirum quia ex suo ingenio iudicãs Dominum, putabat illum nõ admissurum mulieris huius contactum, si sciuisset qualis fuisset. Existimabant enim Pharisæi virum iustũ contaminari colloquio & contactu peccatoris. Vide autem iudicij huius multam iniquitatem, prodeuntis ex falsa opinione mentem præoccupante. Quomodo enim contactus peccatoris iustum contaminabat, cùm omnis immunditia spiritualis à volũtate sola cõtrahatur? Quomodo autem peccatrix hæc habenda erat, quæ tot ostendit pœnitentiæ non vulgaris signa? Et vt detur peccatoris contactum iustum contaminare, & hanc ad huc habendam peccatricem, quomodo huius cõtactus Iesum contaminare potuisset, qui cõtactu suo omnes immunditias & morbos depellere & curare potuit? Quomodo ideo non videtur prophetа, quia non videtur scire qualis esset mulier quæ tangit ipsum? An prophetæ est omnium hominum scire mentem, & discernere posse omnes bonos & malos? Non enim omnes prophetę omnia occulta cognoscunt, sed quantum illis à Deo conceditur. Quomodo autẽ ideo non videtur scire qualis sit mulier, quia admittit contactum? Nã contrà quia admittit mulieris huius portentosã & inauditam continẽdi se rationem, nec turbatur nouitate rei & lacrymarum profusione, declarat se scire quę & qualis sit, quidve petitũ venerat. Nõ ergo quia peccatrix erat, aut ipsa nõ accedere, aut à Domino repelli debuit: sed contrà quia peccatrix erat, ideo & Dominus non sanorum, sed ægrotorum medicus, contactum eius admittendum iudicauit, & illa se ob id Iesum contingere debere putauit, vt eius contactu peccatrix esse desisteret.

ET RESPONDENS IESVS DIXIT AD ILLVM: SIMON, HABEO TIBI ALIQVID DICERE. &c.] Vide iam tertio loco mirabilẽ pomini in respondendo prudentiam. Quia cum Pharisæus in corde suo illum iudicauit non esse prophetam, Dominus quò certissimo argumento declararet se esse prophetam, respondit ad tacitã illius cogitationem. Et quoniam iudicabat Pharisæus, nõ admittendam peccatricem ad contactũ, Dominus contrà ostendit æquius à se illam admitti, quàm passus est se à pharisæo ad conuiuium sciri, cùm vterque illi esset debitor, vterque illius misericordia indigens, sed hæc plura & maiora dilectionis signa exhiberet. Rursum quoniam iudicabat Pharisæus mulierem esse peccatricem, Dominus contrà ostendit illam magis iustificatã pharisæo. Itaque & suam admissionem iustam esse ostendit, & mulierem ab iniquo iudicio liberat, & Pharisaicæ superbiæ medetur, iudicãs illum quoque peccatorem esse, & venia indigere, & longè in dilectione superari à muliere quam præ se contemnebat. Reprehensurus autem Dominus Pharisæum qui ipsum inuitauerat, non mox illum inuehitur, sed hospiti suo ciuiliter deferens, prius dicendi potestatem postulans, paradigma deinde proponit, sub quo re quę gerebatur expressa, ipsemet Pharisæus sententiam pronuncians, & seipsũ condemnaret, & Iesum ac mulierem absolueret. Qua in re exemplum ciuilitatis etiam viris Ecclesiasticis non negligendæ Dominus reliquit, simúlque docuit conducere nonnunquam, vt quis alium reprehẽsurus sub similitudine aliqua ipsã rem tegens extorqueat ab illo sententiam, quadeinde ex proprio illum ore conuincat. Est autem parabola aperta satis, nisi quòd nomen fœneratoris hic magis accipi debet simpliciter pro mutuatore vel creditore, quemadmodum sæpe in scripturis

pturis verbum fœnerari. Græca enim dictio δανιστὴς vtrũq; significat, & eum qui mutuat ad vsuram, & qui sine vsura: sicut δανείζω verbum significat & ad vsuram, & sine vsura mutuare. Magis autem hic cõuenit nomen creditoris, quia de beneficio remissionis debiti agitur, quale non solent fœneratores suis debitoribus conferre. Deinde vbi nos habemus verbum præsentis temporis, diligit, Græcè est verbum futurum ἀγαπήσει diliget, vt sit sensus: Ergo vter horum eum plus diliget? Nam, quis, hic pro vter positũ est. Porro denarius genus nummi Romani est æquiualentis drachmæ Atticæ, secundum Budæum: secundum verò Robertum, paulò plus valentis, vt suo loco dicetur. In applicatione autem parabolæ, Dominus significat se esse similem illi creditori de quo parabola, qui veluti duos debitores habuit, Simonem scilicet & Mariam: quorum hæc plus dilexit Dominum, quòd maius debitum agnosceret, & sibi remitti postularet: ille verò minus, quòd minus debitum suum esse putaret. Dominus tamen parabolã, quatenus ad se spectat, humilitatis causa nõ apertè attingit, sed tãtùm indicat se vtriusque veluti creditorem esse: apertè autẽ & eleganter ostẽdit maiorem dilectionẽ peccatricis quàm phatisæi, idque tribus pulcherrimis oppositionibus, quarum prima est: *Intrani in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terſit.* Vbi antithesis cõsistit in aqua, simplici scilicet & communi, & lacrymis. Deinde vis est in eo quòd non dicat, aqua pedes meos non abluisti, sed, nec dedisti eam, vt per tuos vel meos pedes mei lauari possent: vis item in eo quòd dicit, capillis suis terſit, re scilicet cuius ornatum maximè quærunt mulieres, & quàm minimè sustinent fœdari. Secũda antithesis est: *Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intrani, non cessauit osculari pedes meos.* Vbi antithesis consistit in osculatione pedum, & osculo propriè dicto, quod est oris basium, quod apud Iudæos vulgare erat amicitiæ signum. Deinde oppositio quædam significatur in eo quòd dicitur, *non cessauit osculari*: significat enim illud ne vnum quidem dedisse osculum ori, cùm hæc frequentia oscula pedibus infixerit. Quidam autem Latini codices habent deprauatè, hæc autem ex quo intrauit, cùm Græci codices habeant omnes διαπαυόμην & Latini codices antiquissimi scripti, & impressi emendatiores, intrani. Verùm scriptor aliquis offensus sensu, primam personam in tertiam mutauit. Nam videtur incommodum habere sensum, quòd peccatrix non cessauerit osculari pedes Iesu, ex quo ipse intrauisset, cùm tempus aliquod medium fuerit inter ingressum Christi & peccatricis. Sed ideo videtur Dominus dixisse, *ex quo intrani*, vt significaret mulierem, post perceptum Domini introitum, mox sine omni dilatione accessisse ad oscula pedum; & introitum Domini in ædes Pharisæi extraneam mulierem honorasse suis osculis, quem Pharisæus suis osculis, honorare debuisset. Tertia antithesis est: *Oleo caput meum non vnxisti*, &c. vbi oppositio duplex est, inter oleum scilicet simplex & vnguentum, quod non simplex est oleum, sed oleum odoriferum, & vt in plurimum diuersorum odorum commistione confectum. Et inter caput & pedes. Notãdum & illud, quòd ad contemplandam mulierem vocat Simonem, dicens: *Vides hanc mulierem*, quasi dicat: Non poteris hãc velut adhuc peccatricem auersari, & indignam meo cõtactu censere, si eã probè contemplatus fueris, imo te lõgè ab ea superari inuenies, si cõferas tua in me officia cũ eius officiis. Vidẽsne lacrymis oppletã, sparsis capillis, prodigam vnguenti sui, prodigũ oscu lorũ, ac toto corporis habitu pœnitentis imaginẽ præ se ferentem? quomodo ergo vt peccatricem aspernaris? Vidẽsne quot indiciis suũ in me amorem testetur, ac tuum amorem quantopere superet? quomodo ergo meo contactu indignam censes, qui te non indignũ putas me hospitẽ habere?

PROPTER QVOD DICO TIBI, REMITTVNTVR EI PECCATA MVLTA, QVONIAM, &c.] Circa hanc Domini conclusionem duplex occurrit difficultas non parua. Primò enim applicatio parabolæ videtur exigere cõclusionem inuersam, hanc scilicet, quoniam remittuntur ei peccata multa, ideo dilexit multum. Nam in parabola dictum est, maiorem dilectionem consequi debere in eo cui maius debitũ remissum est. Hic verò in applicatione dicitur, remissionem magni debiti consequi dilectionis magnitudinem: rursumque in sequenti sententia quæ huic opponitur, significatur dilectio consequi remissionem. Nõ enim dicitur, qui autẽ minus diligit, minus ei remittitur, sed, *cui minus dimittitur, minus diligit.* Deinde quomodo ideo remittuntur ei peccata quia dilexit, cũ remissio peccatorũ sit gratuita, nec possit obtineri humano merito? Quomodo itẽ dicitur hæc per dilectionẽ cõsecuta peccatorum remissionem, cùm mox postea fidei tribuatur peccatorum remissio? dicitur enim: *Fides tua te saluam fecit.* Itaque & de veritate sententiæ est quæstio, & de conuenientia eius cum parabola. Est autem his temporibus de dilectione Dei, quomodo se habet ad iustificationem hominis, hoc est remissionem peccatorum, duplex error natus: quorum alter manifestè refellitur per hanc sententiam, sed videtur inuari per parabolam, alter contrà refellitur per parabolam, & probari videtur posse per hanc conclusionem. Nam Bucerus cum suis dicens iustificationem hominis non cõsistere in infusa aliqua homini iustitia, sed in sola imputatione meritorũ Christi per fidem, asserit dilectionem sequi iustificationem tanquã affectũ eius. Cui sententiæ patrocinari videtur parabola, repugnat autem hæc conclusio à Domino illata. Pighius verò in libro de controuersiis, contendit dilectionem Dei se habere ad iustificationem, tanquam dispositionẽ proximam, quã mox consequatur in homine iustificatio. quę sententia videtur posse probari per hanc Domini conclusionem, sed repugnat parabolæ qua Dominus vsus est. Non dissimilis sunt sententiæ hodie quidam doctores, asserentes charitatem, (quam ex Augustino nihil aliud esse volunt quàm bonã voluntatẽ) præcedere remissionem peccatorum, quam nõ nisi per sacramenta conferri volunt. Secundùm quos nulla est difficultas in hac Domini sententia. Ecclesiastica verò doctrina communis habet, quòd iustificatio non fit motus diuersus ab infusione gratiæ diuinæ, quæ est charitas, vel saltẽ nõ est sine charitate, ita vt charitas neque se habeat vt affectus consequens iustificationem, neque vt dispositio præcedens: sed sit iustificationis causa formalis, sic in ea se habens, quomodo caliditas in calefactione. Hoc ipso enim quis est iustifica-

Dilectio quomodo se habet ad iustificationẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cus,quo illi per fidē infusa est charitas Dei ex me- A
rito Christi. Quod ergo attinet ad veritatem huius
conclusionis, dupliciter respōderi solet. Nā quidam intelligunt hic Dominum loqui de plena &
perfecta peccatorum remissione, qua scilicet peccata remissa quo ad culpam remittuntur etiam
quoad pœnam omnem. Remissionem autem pœnæ meretur dilectio magna. Alij verò intelligunt
etiam hanc sententiam de remissione culpæ, &
hanc tribui dilectioni tanquam causæ, non quia
meritoria sit, aut disponens ad remissionem, sed
quia perficit eam tanquā causa formalis, vt sic dictum sit; *remittuntur ei peccata quoniam dilexit*; quomodo diceremus, aqua desiit esse frigida, quia facta est calida. Itaque secundùm priorem intelli- B
gentiam, sermo est de dilectione quæ cō sequitur
iustificationem: secundum posteriorem, sermo est
de dilectione quæ infunditur in ipsa iustificatione. Quod verò attinet ad huius conclusionis cōgruentiam cum parabolæ exigētia, doctè respondet Caietanus, potuisse quidem Dominum etiam
Accōmodatio conclusionis inferre; quoniam remittuntur ei peccata multa, ideo dilexit multum. Nam vtrūque verum est, & quòd remissio peccatorū multorū sit causa multæ dilectionis, & quòd magna dilectio sit causa remissionis multorum peccatorū: sed dilectio tāquam causa perficiens remissionem, remissio verò tanquā causa disponēs, & prouocans dilectionem. Prouocamur enim ad amandum eum quem
cōsideramus benignitate sua nobis remittere de- C
bita nostra. Quoniam ergo in materia remissionis hæc duo sese conuertibiliter cōsequuntur, vtrumque inferri potuit, imò vtrumque Dominus intulit. Nam in priori sententia dilectionem causam facit remissionis: in secunda verò; *cui autem remittitur*; remissionem facit causam dilectionis. Et quanquā parabola videbatur exigere vt inferretur, quoniam remittūtur ei peccata multa, ideo dilexit multum, maluit tamē Dominus inuersam facere conclusionem, vt ostēderet, similitudinem de remissione debitarum pecuniarum nō per omnia coincidere cum remissione peccatorum. Remissionem enim debitarum pecuniarū amor non D
perficit, sed eam tantùm cōsequitur ex nostra voluntate. Remissio verò peccati non perficitur sine dilectione, & dilectionem ipsam auget & prouocat. Itaque ad hoc solùm adhibita est à Saluatore parabola illa de duobus debitoribus, vt ostenderet etiam in remissione peccati, esse maiorem dilectionem, vbi est maioris debiti remissio: minorem verò, vbi est minoris debiti remissio: nō autem ad hoc vt significaret dilectionem vtrobique eodem sese modo habere. Sciendum autem, quòd si secundum priorem intelligētiam sit hic sermo de remissione pœnæ, optimè conuenit verbum præsentis temporis, *remittuntur*: si verò remissione culpæ intelligatur, verbū *remittuntur*, pro præ- E
terito accipi debet, remissa sunt, quomodo & Græca habent. Nam ἀφέωνται est præteriti temporis, de quo dictum circa caput Concordię 32. Et præstat de vtraque remissione complexim accipere, vt dilectioni hic ideo tribuatur remissio, tanquam causæ, quia ad eam concurrit & tanquam causa perficiens, & tanquam meritoria. Tollit enim inimicitiam inter Deum & homines, tollit & pœnæ reatum ex iustitia debitum pro commissis peccatis. Sic 1. Petri 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et Prou 10. vniuersa delicta operit charitas. Sunt autem, qui quò tollant difficultates quæ sunt circa veritatem & illationem huius sententiæ, aliquid putant subintelligēdum in hac sententia, hoc modo: Remittuntur ei peccata multa, vnde factum est quoniam, pro quòd, dilexit multum. Alij sic: Remittuntur ei peccata multa, quòd hinc constat, quia dilexit multū. Sed hæ interpretationes nimis sunt violentæ, vnde prædicta expositio scripturis etiam aliis conueniens, potius sequenda est. Potest autē explicatione parabolæ ad propositum Saluatoris fieri hoc modo: quemadmodum Simon tuo iudicio duorum debitorum ille merito magis dilecturus est creditorē cui maius debitum remissum est: ita in peccatrice hac & te vsuenit. Hæc enim mulier, quoniam multum se debere existimauit, maiorem gratiam à me expectauit, & ob id etiām multū me dilexit, quemadmodum indiciis multis declarauit. Tu verò, qui minus te debere existimasti, gratia minore te putasti indigere, & ob id minus etiam diligis. Propter quod dico tibi, huic quidem remittuntur multa peccata, eo quòd multum dilexerit: tibi verò, quia parum diligis, parum etiam remittitur. Hæc explicatione & ostenditur quomodo parabola proposito deseruiat, & dispellitur obscuritas quæ est in illatione Domini. Cùm enim inferendum fuisset, plus debentem plus diligere, & plus diligenti plus remitti: & contrà parum debere se agnoscentem, ac paruam remissionem requirentem, parum diligere, & parum diligenti, parum remitti, Dominus, vel Euangelista, breuitati studēs multa omisit, & in priori quidem parte conclusionis tātùm dicit, plus diligenti plus remitti, tacens vnde plus dilexit: in secunda verò parte tātùm dicit, vnde parua dilectio illa in Simone fit nata, nimirū quia parum remitti sibi postulauit, tacens illam dilectionis tenuitatem causam esse remissionis exiguæ. Ex illa autē explicatione patet quomodo intelligenda sit illa sententia: *Cui autem minus dimittitur, minus diligit*; circa quam variæ alioqui oriuntur quæstiones, nempe quomodo veritas illius sententiæ constet cū eo quod Ioānes Baptista multum Deum dilexerit, cùm tamen parum sit ei remissum, vt qui parum peccauerit; & aliæ similes quæstiones aliquot. Non enim Dominū hic voluit generalem proferre sententiam, sed Simonem aliosque ei similes notare voluit, quòd quia parum sibi remittendum putarent, parum etiam diligerent eum à quo vel per quem remissionem expectabāt. Notaturus autem Dominus Simonem, in tertia loquitur persona, ei ulitatis causa hospiti suo deferens, nec acerbius inuehens in eum quem videbat nō omnino malum. Itaque sensus est: Tu qui parum tibi remittēdum putas, ob id parum etiam diligis: & quia parum diligis, parum etiam remittitur tibi. Quòd si autem placet sententiam hanc accipere velut iuxta uersalem, oportet intelligere vt in plurimum sic fieri, vt qui pauca admisit peccata, & minori indulgentia opus habet, minus etiā diligat, segniúsque ad Deum conuertatur, & conuersus frigidius Deo seruiat. Aut secundum Caietanum intelligēdum, eum cui minus dimittitur, minus etiā diligere, quantum attinet ad beneficium remissionis, quamuis ex alia causa possit magis diligere. Et tamen nonnunquam, imò frequēter fit, vt generosus animus plus diligat propter exiguam veniam, quàm alius ob magnā. Proinde prima loci huius explicatio

explicatio & minus habet difficultatis, & magis A
conuenit proposito Domini. Porrò occasione parabolæ Domini potest hic moueri quæstio tractata à D. Thoma in secunda secūdæ quęst. 206. art. 2. Vtrum ad amandum Deum & gratias agendum ei plus teneatur innocens, an pœnitēs. Cuius quę stionis solutio patet ex his quę scribit D. August. lib. 2. Confes. cap. 7. Gratiæ tuæ inquit, deputo & misericordiæ tuæ, quòd peccata mea tanquā glaciem soluisti, gratiæ tuæ deputo, & quæcunq; non feci mala. Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facinus amaui? Et omnia mihi dimissa esse fateor, & quæ mea spōte feci mala, & quæ te duce non feci. Quis est hominum qui suam cogitans infirmitatem, audet viribus suis tribuere castitatem atque innocentiam suam vt minus amet B
te, quasi minus ei necessaria fuerit misericordia tua, qua donas peccata cōuersis ad te? Quis enim vocatus à te, secutus est vocem tuam & vitauit ea quæ me de meipso recordantem & fatentē legit, non me derideat ab eo medico ægrum sanari à quo sibi præstitum est vt non ægrotaret, vel potius vt minus ægrotaret? Et ideo te tantūdē, imò verò amplius diligat, quia per quem me videt tantis peccatorum meorū languoribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus nō impli cari. Hæc ille.

DIXIT AVTEM AD ILLAM: REMITTVNTVR TIBI PECCATA. ET COEPERVNT QVI SIMVL ACCVMBEBANT, &c. Tempus erat vt Dominus postquam admonuerat & correxerat Pharisæū, iam consolaretur mulierem. Dixit ergo ad illam *Remittuntur* (vel remissa sunt) *tibi peccata*. Absolutè dicit, *peccata*, nec iam addit, multa, significare volens omnia ei simul remitti peccata. Non enim alia condonat Deus, alia reseruat, sed semel condonat omnia, nihil prioris vitæ imputans ex animo pœnitenti. Nam quòd prius dixit, *remittuntur ei peccata multa*, non ideo dixit multa, quasi non omnia: sed quòd omnia quæ ei remittebantur, essent multa. Cùm autem ita verba sua Dominus hic rursū, quemadmodmodum cùm remitteret peccata paralytici, temperaret, vt apertè non significarent ipsum sibi potestatem remittendi peccata vendicare, tamen rursum D
Pharisæi qui simul cum Domino accumbebant, calumniari cœperunt Dominum, & tacitis apud se cogitationibus obmurmurare: dicentes, Quis est hic, qui tantam sibi sumit autoritatē, vt etiam peccata remittat, quod nemo prophetarum sibi vendicauit, cùm sit soli Deo proprium, qui solus potest mundum facere de immundo conceptum semine? Posset tamen cum Caietano accipi istud dictum non calumniosè, sed admiratiuè, à discipulis potissimum, qui fortè in conuiuio aderant, vt sit sensus: Oportet hunc esse magnum aliquē, qui non solùm tollit morbos corporis, sed etiam peccata, morbos animi. Sed probabilius est calum E
niosam fuisse hanc cogitationem. Virtus autem & pōdus autoritatis Christi in eo relucet, quòd Pharisæi isti, sicut & suprà Simon pharisæus, etsi facta Christi condemnarent, tamen intra se condemnant, nihil audentes contrà eum apertè dicere, quanquam sermo Græcus ἐν ἑαυτοῖς anceps sit. Accipi enim potest, intra sese, vt cogitarint: aut inter sese, vt collocuti sint: sed frequenter Euangelistæ illud, ἐν ἑαυτοῖς, vsurpant pro intra se, vt cùm dicitur. Quo cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitarent *intra se*: est *in cordibus*. Cùm autem Dominus horū cognosceret cogitationes, & mulier adhuc hæreret in vestigiis Christi, expectans quid ab eo *Mar. 2.* facere præciperetur, tursus Dominus illam alloquitur, magis eius animū confirmans, & pro mœsta lætam remittens domum *Fides* (inquit) *tua te saluam fecit. Vade in pace.* Quibus verbis inuidiam illorum contra se minuere voluit, dum non se, sed fidem illius salutis causam facit: & simul docere, quæ sit fidei vis, vt sic ad fidem & alii inuitarentur. Et quidem frequenter curationem morborū corporaliū fidei Dominus tribuit; hic verò etiam sanitatem animæ, eidem fidei tribuit, eisdem hic vsus verbis quibus priùs ad cūratam à se mulierem à profluuio sanguinis: significans, scilicet ad vtramque curationem fidem similiter concurrere. Fides autem quæ dicitur saluam fecisse hanc mulierem, est, qua credidit Iesum esse Christū, & eum qui possit tollere peccata, simul cum fiducia consequendæ remissionis ab eo. Ergo cùm huiusmodi fides etiam spem in se includat, & suprà dominus remissa dixerit peccata propter dilectionē, docemur hic remissionem peccatorū nō fieri, nisi concurrant fides, spes, & charitas, hoc est, non fit nisi per fidem quæ per dilectionem operatur, qualis fortè fides nō erat necessaria in assequenda sanitate corporali. Cùm autem priùs dilectioni Dominus remissionem tribuerit, quòd sic propositum exigeret propter assumptam parabolam: hic iam eam tribuit fidei, propterea quòd hæc omnis salutis sit origo, vt pote ex qua spes & charitas procedūt. Item ideo hic tribuitur fidei, quòd hæc opponitur infidelitati eorum qui intra se cogitabant: *Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Quod autem dicitur: *Vade in pace*, quem habeat sensum dictum est in cap. 34. Est enim Hebraismus, hunc habens sensum: vade iam animo consistens tranquillo, quæ ob peccata tua fuisti multum solicita, & multo dolore sauciata. Theophylactus autem, quia Græca habent, πορεύου εἰς εἰρήνην, hoc est ad verbum, Vade in pacem, vel ad pacem; intelligit hic post remissionem peccatorum, præcipi operationem boni & iustitiæ per pacem significatæ secundùm eam vt sit sensus, Vade in pacem vel iustitiam, hoc est, fac ea quæ ad pacem Dei te ducūt, & quæ te Deo concilient. Verum Græcis nonnunquam εἰς pro ἐν ponitur, vt Marci 2. καὶ ἤκουσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, & auditū est quòd in domo esset. Sic & suprà, Pharisæi spreuerunt cōsiliū Dei in semet ipsis, Græcè est εἰς ἑαυτούς, pro ἐν ἑαυτοῖς. Porrò quòd *Moralis expositio.* ad moralem pertinet doctrinam, obseruandū hic primò, in hac historia proponi nobis in exemplum duo genera hominum. Christo obsequium dilectionis exhibentium: videlicet quod quidam, quoniam minus agnoscunt se peccasse, aut quia etiam minus peccauerunt, minorem etiam dilectionem opere declarant: alii verò, vbi grauia & manifesta sua peccata cognouerunt, eaque sibi remissa esse confidunt, feruentioris charitatis argumenta ædūt, superātes mox eos qui priores Christum receperunt. Secundò obseruandum, in hoc conuiuio personas tres fuisse: inter quas admirā dum quoddam iudicium velut in foro quodam peractum est. Fuit enim pharisæus sese iustificans, & peccatricem mulierē condemnans. Fuit & mulier peccatrix, nihil aliud quàm ream se esse omnibus modis agnoscens. Fuit & Christus, qui inter has duas personas iudicem agens, hanc qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem penitus absoluit,illum verò pro hac cõdemnat,longè alia declarans esse diuina iudicia quàm erant Phariſaica.In qua Chriſti mãſuetudine docentur omnes, & potiſsimum Epiſcopi ac paſtores Euangelici,quanta cũ manſuetudine debeant ſuſcipere ex animo pœnitentes,eoſque fouere ac conſolari. In condemnato autem Phariſæo docẽtur hi qui ſibi minus conſcij ſunt peccatorum, non aſpernari peccatores,cùm meminiſſe debeãt & ſe quoque Dei gratia opus habere,& facilè futurum vt illi Dei gratia conuerſi, ipſorum vincãt dilectionem & tarditatem.In peccatrice verò docentur quotquot ſibi malè conſcij ſunt etiam de quamtumuis multis & magnis criminibus, qua ratione poſsint peccatorũ ſuorum remiſsionẽ & conſcientię tranquillitatem conſequi,nimirum ſi ad Chriſtũ veniant, idque poſito omni humano pudore & dilatione,ſed tamen verecundantes de admiſsis peccatis,lacrymis ac gemitibusdolorem teſtantes,ac piis officiis dilectionem in Chriſtum declarantes,ſi cùm priùs cõtra pedesDomini ſteterunt,iam incipiant ſtare retro ſecus pedes Domini, parati ſcilicet veſtigia eius inſequi , ſi indignos ſe iudicãtes qui caputChriſti oſculẽtur,hoc eſt,qui diuinitatis eius myſteriis fiant participes, pedes eius oſculentur, hoc eſt, incarnationẽ eius pro nobis factam admirentur,atque eius contemplatione ſeſe reficiant:ſi denique vnguẽto bonorum operum Chriſtum vnganti:quod tum ſingulariter fit, cùm pauperibus Chriſti nomine bene fit,qui ſibi factum deputat,quicquidvni ex minimis eius fit. Quod verò ad allegoriam attinet, in duobus his qui Chriſto obſequium impenderũt, duo populi ſignificati rectè ſecundũ Ambroſium & Gregorium intelliguntur , Iudaicus ſcilicet & Gentilis , idque eo magis , quòd parabola illa de duobus debitoribus Dominus hic vſus eſt.Iudaicus enim populus inuitauerat ad ſe Chriſtũ,multis ſeculis clamitans: Veni Domine, noli tardare. Verùm vbi venit, nec ipſi receperunt eum , ſicuti oportuit, freti perſuaſione falſa ſanctimoniæ ex obſeruatione legis concepta, & aliis ſalutem oblatã amplecti volentibus obſtrepuerunt.Dũ enim conãtur ſuam ſtatuere iuſtitiam, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.At verò gentium populus,ad quem non venerat Ieſus, quum eſſet præter idololatriã omni vitiorum generi deditus,nec vllam haberet fiduciam ex ſuis operibus, ſed ſibi penitus diſpliceret,vbi cognouit de Ieſu, velut irrupit ad eum, idque in domo Phariſæi, hoc eſt in domo legis & prophetarũ , & fidei ſimplicitate ac charitatis ardore conſecutus eſt peccatorũ ſuorum remiſsionem,ac Dei donum , quod Iudæi vel ſpreuerunt, vel frigidè amplexi ſunt,ſtu diis ardẽtiſsimis exoſculatus eſt.Vide latius in Ambroſio & Gregorio. D. Bernardus doctè & piè explicat quid myſticè ſignificetur triplici vnguento quod in Euangelio tribuitur Magdalenæ,nẽpe quòd hic vnxit pedes, & quòd poſtea fudit ſuper caput recumbentis,& quòd poſtremò præparauit toti corpori Chriſti iam ſepulto,quòd ſibi impendi ab ea nolu it.Vide ſermonem eius in feſto beatæ Marię Magdalenę.

†t. Quidã autẽ ex eis.
▷ b dicebant
† c. Ipſe autem.
o. vt vidit
‖ b. &
◁ b. dicebat.
‖ b. Et ſi regnũ in ſe diuidatur, nõ poteſt regnũ illud ſtare. Et ſi domus ſuper ſemetip. ã diſpertiatur,nõ poteſt domus illa ſtare.
† b o. diparritur.
‖ o
◁ c. Si autem.
‖ c. o. demonia.
† c. o. Porro ſi
◁ c. o. demonia.
proſectò.
‖ b. Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſu domum diripere
† balliget
† c. o. colligut.
▷ c. o. diſpergit.
‖ a. omne peccatum & blaſphemiare mittitur hominibus.
C. 12. 85
‖ b. ſubaudibit remiſsionẽ
in æternũ.
C. 6. 43

CVRATO DÆMONIACO CÆCO ET MVTO CONFVTAN tur Phariſæi. Matth. 12. Marci 3. Lucæ 11.

CAPVT XLIX.

‖ b Et veniunt ad domũ:& conuenit iterum turba,ita vt nõ poſſent neque panẽ măducare. [a] Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens,cæcus & mutus. [c] Et erat eiiciẽs dæmoniũ,& illud erat mutum.Et cùm eiecisſet dæmonium,locutus eſt mutus,[a] & curauit eũ,ita vt loqueretur & videret,[c] & admiratæ ſunt,[a] & ſtupebãt oẽsturbæ,[c] & dicebãt:Nũquid hic eſt filius Dauid?[b] Et cùm audiſſent ſui,exierunt tenere eum:dicebãt enim: Quoniã in furorẽ verſus eſt! † Phariſæi autem[a] audientes[b] & Scribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderant,[l] ▷ dixerũt:[b] Quoniã Beelzebub habet,& quia in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.[a] Hic nõ eiicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.ſ Ieſus autem ſciens cogitationes eorũ,*[b] cõuocatis eis, in parabolis ◁[l] dixit eis:[b] Quomodo poteſt ſatanas ſatanam eiicere? ‖[l] Omne regnum diuiſum cõtra ſe deſolabitur:& omnis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe,non ſtabit:[c] [ſed] domus ſupra domum cadet.[b] Et ſi ſatanas cõtra ſeipſum diuiſus eſt,ſ quomodo[a] ergo ſtabit regnũ eius,[c] quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia? *[b] Non poterit ſtare,ſed finem habet. ◁ſ Et ſi ergo in Beelzebub eiicio [dæmones], filij veſtri in quo eiiciunt? Ideò ipſi iudices veſtri erunt.† Si autem ego in[a] ſpiritu [&][c] digito Dei eiicio ▷ dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei. ‖[c] Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domũ fortis, & vaſa eius diripere, niſi priùs† alligauerit fortem ,& tunc domum eius diripiet? [c] Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum,in pace ſunt ea quæ poſsidet.Si autem fortior illo ſuperueniẽs,vicerit eum,vniuerſa arma eius auferet in quibus confidebat,& ſpolia eius diſtribuet.ſ Qui non eſt mecum,contra me eſt:& qui nõ † congregat' mecũ , ▷ ſpargit.[a] Ideo [b] amẽ [c] dico vobis,[b] quoniam ‖[b] omnia dimittentur filiis hominum peccata & blaſphemiæ[b] quibus blaphemauerint:[a] ſpiritus autẽ blaſphemia nõ remittetur. ‖ Et quicunque dixerit verbũ contra filium hominis, remittetur ei:[c] qui autem[a] dixerit contra Spiritum ſanctum[&][b] blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, ‖[c] non remittetur ei [neque in hoc ſeculo,neque in futuro,[b] ſed reus erit æterni delicti, quoniam dicebant: Spiritum immundum habet. ‖[a] Aut facite arborem bonam,& fructum eius bonum:aut facite arborem malam , & fructum eius malum : ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur:Progenies viperarum,quomodo poteſtis bona loqui cùm ſitis mali?ex abundantia enim cordis os loquitur:Bonus homo de bono theſauro profert bona, & malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autem vobis ,quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines reddent

dent rationem de eo in diem iudicij.Ex verbis enim tuis iuſtificaberis,& ex verbis tuis condẽnaberis.
[c] Et alij tentantes ſignum de cælo quærebant ab eo.[a] Tunc reſpõderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis , dicentes: Magiſter , volumus à te ſignum videre. [c] Turbis autem concurrentibus, [a] reſpondens † cœpit dicere[a] illis ſ Generatio[c] hæc generatio nequam eſt,[a] mala & adultera:ſ ſignum quærit , & ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ prophetæ.[c] Namſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis:ita erit & filius hominis generationi iſti.[a] Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus ,ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.ſ Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cũ generatione ◁iſta', & condemnabunt eam : quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ , & ecce plus quã Ionas' hîc.Regina auſtri ſurget in iudicio cũ † viris generationis huius,& condẽnabunt ▷ illos', quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis,& ecce plus quàm Salomon hic.[a] Nemo lucernam accendit,& in abſcondito ponit,neque ſub modio : ſed ſupra candelabrum , vt qui ingrediuntur,lumen videant.Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.Si oculus tuus fuerit ſimplex,totũ corpus tuum lucidum erit:ſi autem nequam fuerit,etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo ne lumen quod in te eſt,tenebræ ſint.Si ergo corpus tuum lucidum fuerit,non habens aliquam partem tenebrarũ , erit lucidum totum, [&ſicut lucerna fulgoris illuminabit te:ſ Cùm[a] autem ſ immundus ſpiritus exierit ab homine,ambulat per loca † arida', quærens requiem, & ◁ non inuenit. Tunc dicit' : Reuertar in domum meã vnde exiui.Et veniẽs', inuenit eam[a] vacantem ſcopis mundatam[c] & ornatam.ſ Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe,& † intrantes habitant ibi.Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.[a] Sic erit & generationi huic peſſimæ.*

† a Qui † a ait 4. 16 94 B. 8 64.
◁ c. o. hac
c. o. Iona.
† a. generationi iſta.
◁ a. eam A. 5. 39. B. 4. 51. c. 8. 51. A. c. 43.
† c. o. inquoſa.
◁ c. non inuenientẽs dicit.
c. o. cum venerit
† c. o. ingreſſus.

EBT VENIVNT AD DOMVM, ET CONVENIT ITERVM TVRBA, ITA VT NON POSSENT, &c.] Imprimis hic rurſum cõſtituendus eſt ordo aliquot capitum ſequentium. Itaque non licebat præcedentibus ſubiũgere quę vel apud Matthæum, vel apud Lucam poſt ſuperiora ſequuntur. Nam apud Matthæum quidẽ in principio cap.12.narratur de reprehenſione Phariſæorum , propterea quòd diſcipuli in ſabbatho vellerent ſpicas ; & rurſum de altera eorundem, quòd in ſabbatho Dominus ſanaſſet manum aridam.Verum hæc duo contigiſſe ante habitum ſermonem illum prolixum,qui dicitur ſermo in mõte , ſupra ex Marco & Luca probatum eſt. Apud Lucam verò in capite 8.ſequenti ſequitur , quomodo Chriſtus circuierit ciuitates & caſtella , & quomodo cõgregata ad ipſum turba multa,propoſuerit parabolam ſeminantis.At hanc parabolam ex Marco , & apertius ex Matthæo videtur propoſuiſſe Dominus poſt curatum illum dęmoniacum.de quo Matth.12.& diſputationem quæ illius miraculi occaſione habita eſt à Domino cõtra Phariſæos.Nam poſt hæc omnia quæ habẽtur in Matthæo,vſque ad finem capit. 12. ſequitur in principio cap.13.In illo die exiens Ieſus de domo ſedebat ſecus mare. Et ſubilcitur parabola ſeminantis cum aliis multis. Quem eundem ordinem ſeruauit & Marcus. Ex quo Marco ſatis conſtat oportere,antequam alia quædam hic ſubiiciãtur, hoc loco inſerere totam illam narrationem Matthæi,quæ eſt à medio cap.12. vbi incipit commemorare miraculum curati dæmoniaci , vſque ad finem cap.13. vt tunc deinceps ſubiũgatur miſſio duodecim Apoſtolorum,quã deſcribit Matthęus cap.10. Nam Marcus poſt deſcriptam electionem duodecim Apoſtolorum in monte factam, ſubiũgit Chriſtum veniſſe iterum in domum cum ſuis, & confutaſſe Phariſæos,calumniantes per virtutem dæmonis ipſum pellere dæmones: ac deinde eundem narrationis ordinem cum Matthęo proſequitur, donec eò perueniat,vt dicat Dominum poſtquam circuiſſet caſtella,miſiſſe Apoſtolos binos & binos, niſi quòd interponit curationẽ dæmoniaci in regione Geraſenorum , & mulieris hæmorrhoiſſæ,&reſuſcitationem filię archiſynagogi, quæ omnia ante ſermonem in monte,&electionem duodecim Apoſtolorum contigiſſe priùs oſtenſum eſt. Et alioqui etiam certum eſt totam illam narrationem Matthæi à medio cap.12.vſq; ad finem 13. ponendam ante miſſionem apoſtolorum.Nam poſt reditum Apoſtolorum ſtatim ea contigiſſe quæ Matthæus narrat capit. 14.euidẽtiſſimum eſt ex Marco &Luca,vt non poſsit cap. 14.Matthæi ſic coniungi cum capite 13. vt nihil in medio ſit inſerendum ex Matthæo. Hoc autẽ miraculum curationis dæmoniaci , & diſputatio hinc nata, ſcripta ſunt à Luca capit.11.etiam poſt miſsionem 70. diſcipulorum,ſed ſic,vt nullum ſignificet ordinem vel tempus. Dicit enim : *Et erat eiiciens dæmonium,& illud erat mutum.* Non dicit autem;& poſt hæc erat,&c.Quare Lucę narratio nihil obſtat huic noſtro contextui. Nec putandum aliud eſſe miraculum de quo Lucas , & de quo Matthæus.quanquam ille dæmonium mutum tãtùm dicat,hic verò mutum & cæcum. Nam quæ ſequuntur dicta à Phariſæis & à Chriſto,manifeſtè ſatis oſtendunt vnum & idem eſſe miraculum. Vnde dæmoniacus iſte, quem mutum dicit fuiſſe Lucas,diuerſus eſt ab illo cuius meminit Matth. capit. 9. in capit.Concordiæ 35.vt & ibi dictum eſt.Hic enim dæmoniacus , non tantùm mutus, ſed & cæcus fuit. Chryſoſtomus verò etiam ſurdum fuiſſe intelligit. Nam dictio κωφὸς, quæ hoc loco eſt apud Matthæum & Lucam , Græcis & ſurdum ſignificat & mutum. Sed pro muto debere hic accipi , patet ſatis, manifeſtè ex eo quod dicitur : *Et cùm eiecisſet dæmonium, locutus eſt mutus.* Quibus verbis etiam ſignificatur, quòd cæcitas & ſermonis impedimentum non fuerit in hoc homine aut naturaliter , aut ex alio ſimili defectu,ſed tantùm ex præſentia dæmonis, qui illi & oculorum vſum & linguæ ſuſtulit , atque ob id dęmonium illud Lucas mutum vocat,quòd ſcilicet in homine illo non loqueretur & hominem illum mutũ feciſſet. Tria ergo ſimul in hoc homine per petrata ſunt miracula.Nam poſſeſſus à dęmone liberatur,cęcus videt, & mutus loquitur. Non enim ex parte tantùm Dominus curat, vt expulſo dęmone, relinqueret ea impedimenta quæ oculis & linguę dęmon attulerat, ſed ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulso priùs dæmone simul etiam & impedimẽta A
sustulit. Quo & ostensum est quomodo specialiter Dominus electos suos è dæmonis potestate liberet, qui quandiu ab illo possidentur, nec vidẽt, nec audiunt, nec loquuntur quæ recta sunt, nimirum quòd expulso priùs dæmone, & lumen fidei aspicere eos facit, in laudes Dei tacentia priùs ora laxat. Porro obseruanda est triplex hominum diuersitas ab Euangelistis significata, quorum vna pars Dominum propter suam doctrinam & miracula est admirata, reliquæ verò duæ in Domino sunt scandalizatæ. Vulgus enim & turbæ quæ
B Iesum priùs familiariter non nouerant, nec scripturarum scientia aut opinione sanctitatis sibi placebant, admirabantur Dominum, & filium Dauid, hoc est, Messiam esse facilè crediderunt. Cognati verò Christi (eos enim significat Marcus cùm dicit; *& cùm audissent sui*; vbi pro sui, Græcè est οἱ παρ' αὐτοῦ id est, qui ex illius erant familia aut cognatione) ob familiaritatem quam cum ipso habuerant, nihil magnificum de ipso sentire valentes, quòd experti essent ipsum priùs communem vixisse vitam, & à reliquis nihil differentem, cùm auditrent quæ de ipso nuntiabantur insolita esse, & supra modum humanarum virium, furore quodam & dæmone agi dixerunt, atque hinc fieri vt noua atque inaudita doceat & faciat. Itaque quoniam erant cognati, iuxta leges humanas putabant esse sui officij, vt mentis impotem & à spiritu quopiam arreptum cohiberent, metuentes forte etiam ne rebus per Iesum nouatis, tota simul cognatio perderetur & profligaretur, cùm meritò hi Christum primùm suscipere debuissent, vt qui eius innocentiam à puero cognouissent, & eius gloria magnificè erant illustrandi & cohonestãdi. Pharisæi similiter & Scribæ, quorum illi sibi placebant sanctitatis opinione, hi scripturarum intelligentia, & ipsi quoque, cùm pri-
D mi debuissent agnouisse, vt cuius vita & doctrina omnis sancti tatis erat exemplum, & cui scripturæ testimonium perhibebant, contra Dominum inuidia sunt commoti, adeo vt non vererẽtur miraculum illud quod vulgus admirabatur, asscribere potestati dæmonis, grauius certè peccantes quàm cognati. Siquidem illi vulgari potius crassitudine peccabant, quàm impietate, quòd scilicet nihil præclari de Iesu ob familiaritatem sentire possent. Hi verò inuidia & odio excæcati dolebant suam gloriam Christi gloria obscurari. Et illi quidem non tam in miraculis offensi videntur, quàm in nouitate doctrinæ, quæ multos post se trahebat. Solent enim furiosi & amentes noua
E & insolita loqui, quæ nunquam didicerunt, & nouitate illa rudem plebem ad se trahere. Pharisæi verò & scribæ miracula apertissima calumniabãtur, & quoniam negare non potuerunt quin humanis viribus maiora essent quæ Dominus fecit expellendo dæmones, nec tamen voluerunt diuinæ virtuti asscribere, dæmoniacæ virtuti attribuunt, asserentes eum potentem & insignem aliquem dæmonem habere, in quo, hoc est, per cuius virtutem eiiciat dæmones. His docemur duo maximè obstitisse, quo minus Christus ab omnibus agnosceretur, nempe quorundam cum Iesu familiaritatem in præcedentibus annis, & superbiam quorundam sibi placentium in sanctitate & scripturarum intelligentia, ac suam gloriam apud homines quærentium: quæ duo etiam omni A tempore semper obstiterunt & obstant, quo minus egregius aliquis veritatis prædicator à quibusdam recipiatur, & in pretio sit. Docemur item in Christo, non debere eos qui Christum sequentes virtutis & perfectionis viam amplectuntur, ob hominum calumnias discedere à via semel arrepta. Nam & eos fere duplices calumniæ consequuntur, similes duabus his calumniis quas hic Christo legimus irrogatas. Quidam enim eos velut insanos reputant, alij verò, qui peiores sunt, eos calliditate quadam diaboli-
B ca, nempe hypocrisi, vti clamitant. Qui enim contemptis rebus omnibus terrenis, atque ipsa tota vita cœlestem philosophiam toto pectore amplectuntur, insani videntur iis, quibus nihil sapit nisi terrenum, & caducum. Qui patrimonium infundit in vsus pauperum, insanit ei, qui vitæ præsidium in diuitiis collocauit. Qui ob Euangelium volens semet in exilium, paupertatem, cruciatus, ac mortem immittit, spe fœlicitatis æternę, furit ei, qui post hanc vitam non credit esse vitam fœliciorem piis. Qui spernit principum ac populi honores, vt gloriam assequatur apud Deum, insanit his qui verè insa-
C niunt, largitionibus, fraudibus, per fas ne fasque regnum ac dignitates mox eripiendas ambientes. Rursum alij, qui huiusmodi opera negare non possunt in speciem esse bona, calumniari ea studeant, veluti sinistra intentione & hypocrisi diabolica fiant, dum nolunt illos videri & haberi se meliores. Porrò Marcus Scribas, qui Christum calumniabantur in principe dęmoniorum eiicere dęmonia, dicit ab Hierosolymis descendisse, siue significare volens hos præcipuos fuisse Scribarum, quos ob insigniorem legis cognitionem oportuisset magis ex factis Iesu intelexisse illum esse Christum, ac sic horum impietatem exaggerans, siue significans illos ob id è Hierusalem descendisse in Galilæam, vt populum quem audierant bene affici Iesu, & in magna multitudine illum sequi, ab eo auerterent. De Beelzebub autem, qui hic à Scribis vocatur princeps dęmoniorum, quidam absurdam habent sententiam. Existimant enim nomen hoc, quoad primã eius partem, nempe Beel, deriuatum à Belo patre Nini regis Assyriorum, à cuius imagine facta à filio creditur probabiliter orta idololatria, ac ea occasione factum putant, vt omnia idola ab illo Belo nomen sortirentur, quamuis pro diuersarũ regionum varietate nomen illud ex parte sit mutatum, ita vt Babylonij dicerent Bel, alij Beel, alij Baal. Sciendum enim quòd nomen hoc quod tam variè profertur, vnum sit, & purè Hebraicum, quod pro diuersitate punctorum nunc Beel, nũc Baal (quę vera est lectio) legitur, & significat propriè maritum vel Dominum, ideoque dij gentiũ hoc nomine appellati sunt, quòd domini essent illarum gentium à quibus colebantur. Pro distinctione autem diuersorum idolorum quę colebantur ab aliis & aliis gentibus, huic nomini varia opponuntur, ita vt dicatur Baalphegor, vel Beelphegor, Deus scilicet Moabitarum, qui tamen in Numeris etiam absolutè dicitur Baal. Sic Baalberith, nomen idoli, Iudicum 9. Sic & Beelzebub, Deus erat Accaronitarum, vt patet ex primo Reg. capite quarto, interpretaturque hoc nomen, idolum muscæ. Nam zebub muscam significat. Itaque, vt inquit Hieronymus

Iudæi principem dæmoniorũ ex spurcissimi idoli A
appellabant vocabulo, qui rectè musca dicitur, quia exterminat suauitatem olei. Nomen autem
Beelzebub Baal absolutè positum in scripturis, nonnũquam significat singulariter Deum Tyriorum & Sidoniorum, vt cùm in 3. & 4. lib. Regũ fit mentio de Baal, quem colebat Achab in gratiam vxoris suæ Iezabel, quæ fuit filia regis Sidoniorum. Nam, teste Iosepho, Baal erat Deus Tyriorum. Quod autem Lucas dicit: *Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo*; per præoccupationem dictum est ab eo. Ex Matthæo enim constat, quando à Domino signum tale quæsierint.

SI IESVS AVTEM SCIENS COGITATIONES EORVM, CONVOCATIS EIS, IN PARABOLIS DIXIT.] Quamuis Pharisæi & Scribæ de Domino non solùm malè cogitarent, sed etiam apud populũ calumniarẽtur, & dicerẽt in principe dęmoniorum eum eiicere dæmonia, dicitur tamẽ Dominus scire cogitationes eorum, & ipsis cogitationibus respondere, quia quod huiusmodi dicebant non aliundè sciuit quàm quia sciuit eorũ cogitationes: deinde quia perpendit quo animo hæc dicerent, nimirum vt populum auerterẽt ab ipso. Proinde quandoquidem calumnia hæc non in suam tantùm personã recidebat; sed & blasphemia erat in Deum, & ad
C populi subuersionem vergebat, non potuit Dominus eam silentio pręterire, sed validis & variis rationibus calumniæ huius absurditatem ostẽdere voluit. Vtitur autem quatuor potissimũ rationibus, quę omnes penè à communibus & populari bus exemplis sunt desumptę. His enim apud populum veritas erat manifestius aperienda. Prima ergo ratio desumpta est ab experta frequenter & ab omnib⁹ cognita instabilitate regni, vel domus dissidiis & seditionibus diuisæ, habetq; hunc sensum, Experientia ipsa passim docet, omne regnũ, quamuis bene munitum ac firmum fuerit, mox collabi & desolari, si factionibus intestinis diuisum fuerit. Et quid de regno loquor? Adeò nihil
D est stabile vbi regnat seditio, vt nec ciuitas, nec priuata quidẽ domus diu consistere possit, si mutuis odiis inter se dissideant inhabitantes. Discordia enim & priuatum & publicum regnum mox destruitur. Si ergo, quemadmodum vos calumniamini, satanas satanã eiicit: consequitur dæmones inter sese seditionibus diuisos esse: quod si verum est, iam satanas ipse ea aget quæ ad proprij regni desolationem faciunt, cùm tamen ipse callidissimè & studiosissimè regnum suum confirmare ad laboret, cùm omnibus suis in hoc vnum conspirans, vt hominibus dominetur, eósque sibi subiectos detineat. Ex hac explicatione patet quomodo intelligi debeat illud quod pro incõueniẽtido
E minus infert: quomodo ergo stabit regnum eius? Quoniam enim illud non videtur inconueniens, eo quòd Christus venerit ad destruendũ regnum diaboli, hinc videtur in illa ratione aliquid esse difficultatis, intelliguntq; quidam ideo inferri tanquam inconueniens, *non stabit regnum eius*: quòd regnũ diaboli debeat perstare ex parte vsque ad consummationem seculi. Nam hunc sensum indicat Hieronymus. Alij intelligunt nõ de regno quo diabolus hominibus dominatur, sed quo dominatur subiectis sibi dæmonibus. Alij rursũ intelligunt Dominum non velle inferre hic aliquid tã quam inconueniens, sed ex falsa Phariseorum ca

lumnia, inferre id quod verum erat, nempe regnũ diaboli mox casurum. Sic enim intelligit quidã in Paraphra. & Diuus Augustinus sermone 11. de verbis Domini. Sed simplicius fuerit cum Theophylacto super Lucam intelligere, quemadmodũ pius est indicatum, vt Dominus pro inconuenienti intelligatur inferre, satanam ipsum suũ regnũ destruere velle, quod omnibus modis studet stabilire. Verùm contra hãc rationẽ obiici posset satanã eiicere satanam, non ob discordiam aliquã quæ inter eos esset, sed magis ob mutuã concordiã, vt hac ratione homines in errore aliquo vel pertraherent, vel detinerent: quomodo scribitur Apollinarius Magus varia fecisse miracula, & in
B ter ea etiã dæmones eiecisse. Ad quod primò dici potest, hac sola ratione Dominũ nõ putasse se calumniæ Phariszorum ita respondisse, vt nihil contrà obiici posset: vnde & alias subiungit rationes, quibus diluitur quod contra primam rationẽ obiici posset. Ostendit enim in sequentibus se nihil habere commune cũ satana, imò planè ab illo dissidere, vt non possit dici inter ipsum & dæmones quos expulit, esse aliquam collusionem. Secundò dicendum, Dominũ etiam hac ratione satis fecisse calumniæ Phariszorum. Illi enim dixerunt Dominum non virtute cuiuslibet dæmonis, sed principis dæmoniorum eiicere dæmonia, quo significabant contrarietatem quandam inter dæmones, &
C quòd superiorem inferiorẽ etiam inuitum expelleret. Si autem dæmones aliquando cedũt dæmonibus ex collusione aliqua, nõ iam potestati cedũt inuiti, nec tam expelluntur quàm sponte exeũt, & ideò exeunt, vt eos quos possederant, & alios etiam plures firmius possideant, in errore aliquo firmiter detentos. Porrò quod hoc loco legimus apud Lucam: *& domus supra domum cadet*: græcè est, οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει. Præpositio autem ἐπὶ ponitur & in præcedenti sententia: *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur*; vbi ea præpositio manifestè ponitur pro contra, sicut & apud Marcum, cùm legimus: *Si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare. Et si domus super semetipsam dispartiatur*; in vtraque sentẽtia, pro in & super, est ἐπὶ, pro contra. Vnde sicut apud Marcum, super, apud nos pro contra accipiendum est: ita & apud Lucam, vt illorum verborum; *Domus supra domum cadet*: sit ille sensus, qui ex Marco colligitur apertè: *Domus si sit contra seipsam, cadet*.

ET SI EGO IN BEELZEBVB EIICIO DAEMONES, FILII VESTRI IN QVO EIICIVNT?] Hæc secunda est ratio qua iam manifestius Phariszos refellit, dum ostendit vnum idemq; opus in se calũniari eos quod in aliis laudarent, & diuinæ virtuti asscriberent, satis iam etiam significans vnde calumnia hæc proficiscebatur, nimirum quòd non ex ignorantia veritatis, sed ex sola malignitate & inuidia. Per filios Iudæorum dæmonia etiam eiicientes, quidam intelligunt Apostolos ex Iudæorũ stirpe progenitos, quos intelligũt non similem passos calumniã ob dæmonũ eiectionem, qualem pertulit Dominus, quibus bene competit quod sequitur: *ideo & ipsi iudices vestri erunt*. Sedebunt enim super sedes
duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Re- Matt. 19
ctius autem per istos filios intelligũtur exorcistæ gentis Iudaicæ, qui & ante Christum fuerunt apud Iudæos, ex institutione Salomonis, quales fuerũt illi, de quibus Act. 19. septem filij cuius-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam Sceuæ principis sacerdotum. De Salomone enim sic scribit Iosephus antiq. lib. 8. cap. 2. Præstitit autem ei Deus vt etiam contra dæmones artem ad vtilitatem hominum & eorum curas edi sceret, & incantationes instituit, quibus ægritudines soleant mitigari. Modos etiam coniurationum, quibus obstricti dæmones, ne denuò redeant, effugantur, inuenit: & hæc cura hactenus apud nos multum præualere dignoscitur. Et subiungit exemplum à se visum, Vidi etenim, inquit, quendem Eleazarum de gente nostra, præsente Vespasiano, & eius filiis & tribunis, alióq; simul exercitu, curantem eos qui à dæmonibus vexabantur. Modus autem medicinæ fuit huiusmodi: Intulit naribus eius qui à dæmonio vexabatur annulum, habentem subter signaculum radicem à Salomone monstratam, deinde dæmonium per nares odorantis abstraxit, & repentè cecidit homo. Postea coniurauit eum, iutamentum obiiciens Salomonis, ne ad eum denuò remearet, id est, cantica quæ ille composuit dicens super eum. Volens autem satis facere atque probare præsentibus Eleazarus, hanc se habere virtutem, ponebat ante eos aut calicem aqua plenum, aut peluim, & dæmonio imperabat, vt egressus ab homine hæc euerteret, & videntibus præberet indicium quòd hominem reliquisset. Hæc ille. De huiusmodi ergo exorcistis (qui quantum distabant à modo eiiciendi quem Christus cum suis obseruabat, facilè patet ex prædictis) intelligendus videtur hic locus, tum quia cùm hæc diceret Christus, nondum missi fuerant Apostoli ad prædicandum, vt satis patet ex constitutione ordinis superius facta: tũ quia etiam similem calumniã passuros Apostolos suos Christus pronunciat, dicens: Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Hi autem exorcistæ dicuntur fore iudices Iudæorum, quia per eos condemnabuntur, & declarabuntur iusto Dei iudicio condemnandi, vt qui in Christo noluerint commendare quod in ipsis commendauerunt. Est ergo sensus, Quomodo me per virtutem dæmonis dicitis eiicere dæmones, cùm idem opus in filiis vestris agnoscatis esse opus diuinæ virtutis? Manifestum certè hinc est vos non condemnare personam propter operis iniquitatem, sed odio personæ, ipsum opus quod in aliis laudatis. Proinde non necesse est meo iudicio condemnemini. Ipsimet enim filij vestri vos condemnabunt, dum declarabunt vestro de se iudicio quàm iniqua, maligna, & inexcusabilis sit vestra in me calumnia. Postquam autem Dominus prima ratione probauit se non in satana eiicere dæmonia, secunda verò ratione amplius etiam probauit, videlicet quòd per spiritum Dei eiiceret, per quem omnes confitebantur exorcistas Iudaicos eiicere, iam ex secunda hac ratione obiter infert & aliam conclusionem, contrariam ei conclusioni quam statuere volebant Pharisæi. Si quidem hi asserentes ex virtute dæmonis Dominum eiicere dæmonia, volebant eum regnum dæmonis velle statuere & confirmare. Contrà ergo Dominus ex eo quod probatum est ipsum eiicere in spiritu Dei, infert, per se regnum diaboli destrui, & regnum Dei adferri, significans non solùm nullam esse dignam causam odij contra se, sed potius se omnibus modis ab ipsis amplectendum esse, & promissum regnum Messiæ, quod illi

A agnoscere noluerunt, iam aduenisse. Porrò pro eo quod habet Matthæus, *in spiritu Dei*, qui opponitur principi dæmoniorum, hoc est, spiritui malo, Lucas habet: *in digito Dei*, quæ locutio videri potest deriuata ab eo quòd Magi Ægyptij, cùm nõ possent arte sua magica imitari Moysen & Aaron educentes cyniphes, dixerunt: Digitus Dei est hoc. Sicuti autem in scripturis secundum simpliciorem sensum per manum & brachium Dei, significatur Dei potestas & virtus, secundùm sensum autem secretiorem & altiorem, ipse Dei filius, eiusdem cum patre naturæ: ita similiter dicendum est de digito Dei, quòd, secundùm primũ & simplicem intellectum significatur Dei potestas, hoc enim significare voluerunt Magi, dum dixe-
B runt: Digitus Dei est hoc. Secũdùm mysticum tamen sensum per digitum Dei significatur spiritus sanctus, quia hac appellatione designatur etiam eiusdẽ esse naturę, subsłãtiæ & potentiæ cũ Deo, & à patre simul & filio procedere. Itaq; secundùm mysticam acceptionem digiti Dei, idem est in spiritu Dei, & in digito Dei: secundùm simplicem autem acceptionem, etsi non idem sit omnino spiritus Dei & digitus Dei: tamen coincidunt, in spiritu Dei eiicere, & in digito Dei eiicere. Vnde rursum significatur spiritum Dei eandem habere cũ Deo potentiã. Cæterùm Dominus hac locutione vtens, videri potest insinuasse Scribarũ malitiam, vt qui digitum Dei agnoscere noluerũt, quem agnouerunt magi Ægyptiaci. Regnum autem Dei
C Hieronymus indicat accipi posse vel pro ipso Christo, quomodo & Chrysostomus accipit, vel pro ipsa scriptura sacra & doctrina Euangelica, de qua dicitur: Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Rectius tamẽ accipitur in ea significatione quam propriã habet, & in scripturis frequentem pro eo scilicet regno quod Ioannes & Christus prædicauerunt venisse, dicẽtes: Appropinquauit regnum cœlorum. Verùm quęri potest quomodo Christus ex eo inferat venisse iã inter Iudæos regnum Dei, cùm & ante Christum exorcistæ Iudæorum eiecissent dæmonia in spiritu & digito Dei. Ad quod dicendum, Dominum ex eo velle inferre aduentum regni Dei, quòd passim tãm multos eiiceret dęmones. Eo enim demonstrabatur diaboli regnum iam noua & insolita ratione destrui, at proinde contrà Dei regnum nouo iam modo incipere apud homines. Deinde corporalis & sensibilis illa dæmonum eiectio ad hoc fiebat, vt per eam omnes intelligerent ipsum esse eum qui ex animis hominum venerat eiectu-
D rus dæmones, per incredulitatẽ & peccatum dominantes mentibus hominum, ac ob id infert regnum Dei venisse, non solùm ob sensibilem illam dæmonum eiectionem, sed multò magis ob spiritualem, quam illa sensibilis adumbrabat.

Exo. 8.

ᵉAVT QVOMODO POTEST QVIS QVAM INTRARE IN DOMVM FORTIS, ET VASA, &c.] Tertia hæc est ratio, posita ob omnibus tribus Euangelistis, qua non solùm probatur id quod pręcipuè erat probandum videlicet satanam non eiicere satanam, sed etiam
E peruenisse iam in Iudæos regnũ Dei, quod proxime præcedit. vnde bene Matthæus cõtinuãdo subiicit: *Aut quomodo*, &c. pro eo quod est, Alioquinisi sic sit quemadmodum dixi: quomodo potest, &c. Potest autem hæc ratio paraphrastice sic explicari: Eiicere me in spiritu Dei dęmonia, &

peruenisse in vos, sublato dæmoniorum regno, Dei regnum, vel ex his cognoscere possetis, quæ experientia ipsa docet solere accidere inter duos duces sibi contrarios, vtrosque potentes, vtrosque feroces, & quibus omnis fiducia in armis sita est. Quamdiu enim potens aliquis armatus cõtra hostes suos custodit aulã suam, in tranquillo & intuto sunt omnia quæ possidet in aula sua. Quòd si autem alius fortior illo superueniens diripere voluerit quæ illius sunt, id nequaquam poterit nisi prius fortem illum alligauerit, & vicerit. Tunc enim ingressus in domum, à qua prohibebatur alterius forti custodia, & arma illi auferet in quibus confidebat, & spolia ab eo direpta distribuet militibus suis. Itaque cùm simili modo videatis me ingressum in regnum diaboli, & arma eius auferre in quibus hactenus confisus est, potentiam scilicet & vim ipsius ac vitia, quibus contra omnes homines fortior fuit hactenus, quàm vt à quoquam superari posset, & spolia eius diripere, homines scilicet, quos ille ceu spolia à Deo subrepta possedit, certum argumentum est, me tanquam fortiorem illo quantumuis alioqui potente, iam illum alligasse, & superasse. Vnde rursum constat me in spiritu Dei, qui solus fortior est principe dæmoniorum, eiicere dæmonia, & regnum Dei iam in vobis cœptum, noua ratione constituit, fracto regno diaboli. In hac autem parabola primùm obseruandum, Dominum comparare satanã forti principi, qui
C aulam spoliis plenam custodit: hõgo tempore in pace, se vero comparate principi fortiori. Maior
1. Ioan. 4. est enim (inquit Ioannes) qui est in vobis, quàm qui est in mundo. Nam vsque ad Domini in hũc mundum aduentum, nemo fuit sanctorũ qui fortem illum principem superare posset, ac humanum genus (quod ille velut spolium quoddam vi & tyrannide vsurpatum possidebat) eripere possetè manibus eius. Secundò obseruandum, Dominum in hac parabola significare se eripere spolia diaboli, quod tamen non solùm nec potissimum dicit ob eiectionem dæmonum è corporibus obsessorum, sed multo magis quia doctrina sua multorum animos illius tyrannidi eximebat, ad fidem & virtutem eos instituens, cuius spiri-
D tualis liberationis specimen quoddam fuit corporalis dæmonum eiectio. Iam ingressus in regnum diaboli, quamuis cõmuniter intelligatur ingressus Christi in hunc mundum, rectius intelligetur manifestatio Christi per prædicationem & miracula. Tunc enim veluti ingressus est in regnum diaboli ad diripiendum & spoliandum, tuncque primùm illum cœpit alligare, & potestatem illius comprimere. Quòd autem iam tum Dominus significat se diabolum alligasse, & arma illius abstulisse, intelligendum est iam ex parte illud factum, & tunc cœptum fieri, quod postea per crucem &
E Apostolorum prędicationem perfectius facit. Porrò distributio spoliorum diaboli, quæ significatur facta à Christo, dum dicitur, *& spolia eius distribuet*; vel intelligenda est facta patri, cui Christus spolia illa obtulit & assignauit: vel intelligenda est facta Angelis bonis, aut Apostolis, eorumque successoribus, quibus oues suas Dominus custodiendas commisit, quanquam non oporteat omnia quæ in parabolis dicuntur, applicare rebus ad quas assumuntur, sed satis est potiores & principaliores partes applicare. Potest etiam spolio-
A rum distributio intelligi de distributione fideliũ, quorum quidam in Apostolos, alij in doctores, alij ad alia officia sunt destinati, in communem tamen omnes Ecclesiæ profectum. Quod autem ad literam pertinet, illud *spolia eius*; vel potest intelligi, spolia quæ ipse diripuit, vel spolia quæ ab eo sunt direpta.

fQVI NON EST MECVM, CONTRA ME EST: &c.] Quarta hic ponitur ratio, vt omnium breuissima, ita & efficacissima, vt qua dissoluitur quicquid contra præcedentes rationes obiici posset. Sed circa veritatem huius sententiæ occurrit difficultas. Quomodo enim qui non est cum Iesu, contra ipsum est: & qui non congregat cum eo, spargit, cùm inter hæc duo sit medium, vt quis neque cum alio sit, neque contra eum? Deinde qui conuenit hæc sententia cum ea qua apud Lucam cap. 9. dicit Dominus de eo qui non sequebatur discipulos, & tamen in nomine Christi eiecit dæmonia: Qui non est aduersum vos, pro vobis est. Dicendum, hic Dominum non voluisse generalem sententiam pronũciare, sed, quẽ admodum docet Hieronymus, de diabolo dicta est singulariter hæc sententia, videturq; Dominus hunc sensum voluisse significare: Diabolus, cuius virtute dicitis me eiicere dæmonia, non solùm non est mecum, sed etiam contra me est: & non solùm non congregat mecum homines in horreum Dei, sed eosdem etiam dispergere studet
C per varios errores, elongando eos à Deo. Vnde ex operum diuersitate & contrarietate constat inter me & inter satanam nullam esse concordiam. Et tamen etiam generaliter vera est hæc sententia: Qui non est mecum, contra me est, &c. eo quod non sit medium inter amare Deũ, & aduersari Deo. Quicunque enim illum non amat, necesse est mundo, diabolo, & carni seruiat, ac proinde necessariò aduersatur Deo. Itaque rectè hęc sententia, quamuis non ex præcipua intentione Domini, vsurpatur contra hæreticos & malos Christianos, Paganos & Iudęos. D. Augustinus ex hac sententia cõtra Pelagianos ostendit, paruulos necdum baptizatos esse aduersum Christũ, quod fieri non posset, nisi ratione alicuius peccati, quia
D etiam, secundùm Pelagianos, nõ poterant esse cũ Christo, nisi per baptismum. Vide lib. 1. de peccat. merit. cap. 28.

IDEO ᵇAMEN ᵉDICO VOBIS, ᵇQVONIAM OMNIA DIMITTENTVR FILIIS HOMINVM.] Postquam variis rationibus pharisæorũ impietatem coarguit: modò quãta sit eorum impietas ostendit, asserẽs eam, quòd sit in spiritum sanctũ blasphemia, irremissibilem esse. Circa quem locũ grauis occurrit difficultas, adeo vt D. August. sermo. 11. de verbis Domini, vbi hũc locum prolixè tractat, putet in omnib. scripturis nullam fortè maiorem quæstionem aut difficultatem inueniri. Primò enim quomodo grauior est blasphemia in spiritum sanctum, quàm in filium hominis, cùm filius hominis Christus non sit inferior spiritu sancto. Deinde quomodo blasphemia in spiritũ sanctum est irremissibilis, cùm pagani quique & hæretici spiritum sanctum negantes, dum pœnitent, passim recipiantur ab ecclesia, cùm etiam scripturæ vbique doceãt omnia peccata remitti pœnitentibus ex animo? Videndum ergo & quid dicatur blasphemia in spiritũ sanctum; & quomodo ea sit irremissibilis. Itaq; D. August.

De blasphemia in Spiritum sanctum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vna sententia.

Auguſt.lib.1.ſuper ſermone Domini in monte, dubitando aſſerit blaſphemiam in ſpiritum ſanctum eſſe.cùm poſt agnitionem Dei per gratiam Chriſti,quiſquam oppugnat fraternitatē, & aduerſus ipſam gratiam,qua reconciliatus eſt Deo inuidentiæ facibus agitatur. Secundum quam acceptionē locus iſte ſatis erit ſimilis duobus illis locis quæ ſunt ad Hebræos, quorū alter eſt cap. 6. Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerūt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtauerūt nihilominus bonum Dei verbum,virtutesq; ſeculi venturi, & B prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitētiā,rurſum crucifigentes ſibimetipſis filiū Dei, & oſtentui habentes. Alter eſt cap.10.Voluntariè peccātibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis,iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, &c. Et poſt pauca: Quanto magis putatis dēteriora mereri ſupplicia,qui filium Dei conculcauerit,& ſangui nem teſtamenti pollutum dixerit,in quo ſanctificatus eſt.& ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Auguſtinus tamen lib.Retract. cap. 19. hanc ſuā ſententiam retractat,dicens addendum fuiſſe,ſi in *Altera.* hac tam ſcelerata mētis peruerſitate finierit hāc vitā.Proinde ſermo. 11.de verbis Domini, aliisq; multis locis vbi hunc locum tractat, videlicet in Enchirid cap.83.& epiſt.50.dicit, blaſphemiā in ſpiritum ſanctum quæ non remittitur vnquam, eſſe impœnitentiam,quam Græci vocant ἀμετανοησίαν, & duritiam cordis vſque ad finem huius vitæ, qua homo recuſat in vnitate corporis Chriſti, quod viuificat ſpiritus ſanctus,remiſſionē accipere peccatorum.Iuxta quam intelligentiam peccatum in ſpiritum ſanctum, illud erit peccatū de quo 1.Ioan. 5.Eſt peccatum ad mortem,non pro eo dico vt roget quis. Quibus verbis etiam ſignificatur peccatumqueddam quod non remittitur: vnde præcedit: Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat,& dabitur ei vita,peccanti non ad mortem.Idem Auguſtinus intelligit non ſignificari à Domino omne peccatū in ſpiritum ſanctum eſſe irremiſſibile, ſed tātùm eſſe aliquod peccatum in ſpiritum ſanctū, quod *Ioan. 15.* nunquam remittitur:quemadmodumcū dicitur, Si non veniſſem,& locutus eis fuiſſem, peccatū *Peccata in Spiritū ſanctum.* non haberent;non ſignificatur nullū eos peccatum habituros,ſed aliquod eſſe peccatum quod non habuiſſent Iudæi,ſi Chriſtus nō veniſſet. Ex his autem tractationibus Auguſtini euenit vt recentiores Theologi ſex aſſignauerint ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum,nempe deſperationem, præſumptionem,impœnitentiam, obſtinationē, impugnationem veritatis agnitæ,&inuidentiam E fraternę gratiæ.Nam duæ poſteriores ſpecies deſumptę ſunt ex priori tractatione Auguſtini,quatuor verò primę ex poſteriori eius tractatione. Nam qua ratione impœnitentia eſt peccatū in ſpiritum ſanctum,eadē,& deſperatio, & præſumptio,& obſtinatio,vt omittam quod hæc impœnitentia includuntur.Dicūtur autem hæc peccata eſſe ſingulariter in ſpiritum ſanctum, eo quòd per hæc peccata peccetur directè in ipſam bonitatem Dei, quæ appropriatur ſpiritui ſancto, ſicut patri appropriatur potentia,filio ſapientia.Vnde conſideratione appropriatorum diuinis perſonis tres faciunt non indoctè peccati ſpecies, nempe peccatum in patrem,peccatū in filium,peccatum in ſpiritum ſanctum, appellantes peccatum in patrem,quod ſit ex infirmitate:peccatum in filium, A quo dē ex ignorantia: peccatū in ſpiritum ſanctū, quod ex certa malitia,cuius illæ ſex ſunt ſpecies. Et peccatum quidem in patrem & filium dicunt eſſe remiſsibile,quia in ſe includit aliquid quod ipſum peccatum excuſet, nempe infirmitatē vel ignorantiam:peccatum verò in ſpiritum eſſe irremiſſibile quodammodo,non quia nullum vnquā remittitur, ſed quia nihil habet quod ipſum excuſet,& quantum de ſe eſt,meretur vt non remittatur.Vnde D.Paulus ſe dicit miſericordiam conſecutum:quia per ignorātiam perſecutus fuit Eccleſiam Dei. Hæ autem omnes tractationes etſi ſint veræ,Catholicæ & ſubtiles,tamen non conueniunt præſenti loco. Primò enim certū eſt Do- *Tertia.* minum hic loqui non de quouis peccato, quod dici poſſit ſingulari aliqua ratione cōmiſſum in ſpiritum ſanctum, ſed peccato quod in verbis conſiſtit.Blaſphemia enim propriè eſt cōtumelia alicui verbis illata.Nec dicit;omnis qui peccauerit in ſpiritum ſanctum; ſed, *qui dixerit verbum contra ſpiritum ſanctum.* Aut, vt habet Marcus, *qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum.* Quod non intelligendum de verbo cordis, ſicut Auguſtinus intelligit, patet ex eo quod Marcus adijciat; C *quoniam dicebant,Spiritum immundum habet.* Deinde ex iiſdem Marci verbis certum eſt Dominum notare voluiſſe Phariſæos, quòd in ſpiritum ſanctum peccauerint,non tamen ob impœnitentiam aut impugnationem veritatis ſemel acceptatæ, aut deſperationem, aut præſumptionem ſed quoniam ſpiritui immundo tribuebant eiectionem dæmonum factam virtute ſpiritus ſancti.Itaque magis amplexanda Hieronymi,Chriſoſtomi,Ambroſij,aliorumq; veterum expoſitio, qui intelligunt blaſphemiam in ſanctum ſpiritū eſſe eam,qua quis malitia aliqua permotus, quæ manifeſtè ſūt Dei,tribuit dæmonibus,vt erat eiectio dæmoniorū. Itaque nomē ſpiritus ſancti nō neceſſariò hic accipi debet,vt ſignificetur ſingulariter tertia in diuinitate perſona,& diſeretio inſinuetur inter peccatum in ſpiritum, & peccatū in patrem aut in filium.Sed nomen ſpiritus ſancti ponitur pro tota diuinitate,vt blaſphemare in ſpiritum ſanctum, ſit pene i dēquod blaſphemare in Deum.Ideo autem poſitum eſt nomen ſpiritus ſancti,quòd hoc directò opponatur ſpiritui immundo,cuius virtute dicebant Dominum eiicere dæmonia.Item quòd ſpiritui ſancto propriè tribuitur in ſcripturis operatio virtutum & miraculorū.Blaſphemia autem in filium hominis, eſt qua aliqui calumniabantur Chriſtū tanquā vini potorem & voracem,amicum publicanorum,offenſi ſcilicet humanitate eiꝰ,hoc eſt, blaſphemia in filium hominis fuit, qua calumniabātur facta eius humana:aut quæ ſpeciem aliquam mali videri habere poterant,qualia erant,edere cum peccatoribus,ſoluere ſabbathum,remittere peccata: blaſphemia in ſpiritum, qua facta calumniabantur quæ apertè erant diuina,tribuētes ea dęmonibus. Sicut autem quod dicitur, *omne peccatum & blaſphemia in filium hominis remittetur hominibus:* non ſic eſt intelligendum, quaſi ſemper cunctis hominibus remittatur, ſed quod facile remittatur,ita quòd dicitur blaſphemia ſpiritus, id eſt, in ſpiritum ſanctum non remittenda, intelligendum eſt quod regulariter non remittatur, & q difficulter eius venia obtineatur. Vbi notandum non

non dicere Dominum,blaſphemia ſpiritus eſt ir- A remiſſibilis, ſed, *non remittetur*, non negans remiſſionis poſſibilitatem,ſed euentum. Vt in plurimum enim non ſequitur tale peccatū remiſſio, eo quòd ob criminis ipſius enormitatem qui ſic peccant tradantur fere in reprobum ſenſum,aut quòd huiuſmodi crimē ex reprobo ſenſu in quē traditi ſunt procedat,vnde fit vt dignam non agant pœnitentiam,ac proindē nec remiſſionem conſequantur. Tanta eſt enim,inquit Auguſtinus, illius peccati labes,vt deprecādi humilitatem nō ſubeat qui peccauit,etiamſi peccatum ſuū mala conſcientia & agnoſcere & annuntiare cogatur cum Iuda. Aut blaſphemia in filium hominis dicitur remittenda,quia venia digna eſt,eo quòd habeat cauſam excuſantem,nempe infirmitatē hominis aſſumpti,qua offenditur quis: blaſphemia verò ſpiritus nō remittenda dicitur, quia nullam habet cauſam excuſantem,ac proinde non meretur veniam. Theophylactus autem intelligit blaſphemiam in filiū hominis dici remittendā, quia remittitur hominibus etiam ſine pœnitentia:blaſphemiam verò in ſpiritum nō remittendā, quia non remittitur ſine pœnitentia. Quod videtur in telligendum eum dixiſſe de pœnitentia ſeueriore. Porro hoc loco refellitur imprimis error Nouatianorum,negantium remiſſionem lapſis. Refelli C tur itē error qui Origeni tribuitur,quo aſſeritur omnes peccatores aliquando in futuro ſeculo veniam conſecuturos. Refellitur tertiò error negantium ſtatum purgatorii poſt hanc vitam. Cùm enim dicatur hic,quoddam peccatum neq; in hoc ſeculo, neque in futuro remitti,manifeſtè ſatis datur intelligi,quemadmodū colligit D. Gregorius, quaſdam culpas etiam in futuro relaxari. Nam ſi dixero,aliquem excipiens è multis,hic in futuro ſeculo non morietur,aut nihil dico,aut ſignifico aliquos in futuro ſeculo morituros. Huic tamen intelligentiæ videtur obeſſe, quòd illud, *in futuro*, videatur additum eſſe ad exaggerationem, quaſi plus ſit peccatum nō remitti in futuro, quàm nō D remitti in præſenti, cùm commune ſit omnibus peccatis quæ dicuntur mortalia,vt quæ non ſunt remiſſa in præſenti,non remittantur etiam in futuro. Sed dicendum, Dominum, cùm ſignificare vellet peccatum hoc nullo tempore remitti, ideo poſtpoſuiſſe,neque in futuro,quòd futurum ſeculum ſequatur præſens. Deinde hac conduplicatione ſignificatur quòd ſicut nō remittetur hoc peccatum in præſenti ſeculo propter ſui enormitatem;ita multo minus remittetur in futuro, quod non eſt ſeculum gratiæ ſicut præſens. Nō enim conueniens eſt eorum explicatio,qui hac duplicatione nihil aliud ſignificatum volunt quàm quòd eſt apud Marcum *in æternum*. Nam hac in re non E Matthæus per Marcum,ſed contra Marcus, qui breuius,per Matthæum,qui copioſius ſcripſit,eſt explicandus. D. Chryſoſtomus alium indicat huius loci intellectum,nimirum vt illa peccata dicantur neque hic,neque in futuro remitti,quæ & in præſenti vita & in futuro puniuntur,vt nō remitti,ſit puniri,& remitti ſit non puniri. Sic enim habet: Niſi pœnitētiam egeritis,nec in præſenti vita,nec in futura punitionem effugietis. Vniuerſorum enim hominum alij & hic & ibi ſupplicia dabunt, alij in præſenti ſolūmodo vita, alij in futura tātùm, alij nec in præſenti,nec in futuro. Et hic & ibi,vt hi de quibus nunc agitur. Nam & hic ipſos vltus eſt,quoniam intolerabilia paſſi ſunt à Romanis:ibi autem acerbiſſima eos expectant tormenta,vt Gomorrhæ ac Sodomorum ciues,aliiq; complures. Ibi verò ſolummodo,vt dies ille qui nec guttæ vnius aquæ dominus eſt Hic autē tantum vt qui apud Corinthios fornicabatur. Neque hic verò,neque ibi,ſicut Apoſtoli; prophetę. Sic beatus ille Iob,cæteriq; huiuſmodi. Non enim ad punitionem aliquas paſſiones hic ſuſceperūt, ſed vt clarius in paſſione viciſſe cognoſcerentur. Hęc ille. Cùm autē apud Marcum reddatur ratio quare Dominus notauerit eos blaſphemiæ in ſpiritum ſanctum,& dicitur; *quoniam dicebant, Spiritum immundum habet*; videtur ſupplendum, quoniam dicebant,ſpiritum immundum habet,in cu B ius virtute eiicit dæmones. Nam alioqui ſimplicite acceptum videtur eſſe blaſphemia in filiū hominis potius quàm in ſpiritum ſanctum. Hic iam poſtremum operæ pretium eſt obſeruare quid circa hunc locum annotauerit D Baſilius,ſic ſcribēs in quæſtionibus compendio explicatis. Exea quę tunc facta eſt blaſphemia à phariſeis, ob quos etiam hoc iudicium prolatum eſt: manifeſtum eſt quòd etiam nunc,ille blaſphemus eſt in ſpiritum ſanctū, qui actiones & fructus ſancti ſpiritus contrario defert,id quod plerique faeimus, probum quidem ſæpe vanæ glorię cupidum periculoſè appellantes: eius verò qui bonam æmulationem oſtendit,irā mentiētes,& alia huiuſmodi in prauis ſuſpicionibus falſò producentes. Hæc ille. Vnde ſicut intelligendum relinquitur, non tantum crimina ſex,quę communiter dicimus peccata in ſpiritum ſanctum,hoc nomine iuxta verbum Domini nuncupanda:ita quanquam de illis ſex peccatis Dominus non ſit propriè locutus,rectè tamen etiam eo nomine appellātur, quòd eis communis ſit ratio & malitię,& irremiſſibilitatis,cū eo peccati genere de quo hic Dominus loquitur, quia & peculiari ratione ſunt contra bonitatem diuinam ac gratiam ſpiritus ſancti,& non facilè eorum remiſſio obtinetur. Eximiè etiam hęc appellatio & irremiſſibilitas conuenit ipſi impœnitentiæ,ideoque mirum non eſt illi hunc locum D. Auguſtinum ſæpe tribuiſſe,quod eo magis fecit,quia de peccato ad mortem,eoq; ſolo Ioānes ſignificat ipſum non remitti.

AVT FACITE ARBOREM BONAM, ET FRVCTVM EIVS BONVM, &c.] Locus hic dupliciter intelligitur. Auguſtinus enim ſermo.12.de verbis Domini:quod dicitur de arbore bona & mala,refert ad Phariſæos, vt intelligatur Dominus ſignificare,bona eos loqui & facere debere,ſi modò boni eſſe & haberi vellent. Alioqui contra neceſſario eos malos habendos ſi pergerent malos fructus proferre. Itaque ſin telligit illud *Facite arborem bonam*, &c. eſſe præceptum,quo præcipitur vt & bonæ arbores ſimul & bonos fructus producamus. Illud verò; *facite arborem malam*, &c. non præceptum eſſe intelligit vt illud exigatur fieri,ſed monitionem vt caueatur,vt ſit ſenſus: Neceſſe eſt vt fatearnini arborem bonam bonos; proferre fructus: malam autē malos: quare neceſſe ſimiliter eſt,vt ſi boni haberi velitis,bona etiā loquamini & faciatis: ſi verò mala loquimini,vt verè facitis,cōſequitur vos malæ arbori ſimiles eſſe,ac fruſtra de iuſtitia veſtra gloriari. Qui ſenſus etſi ſequētibus bene conueniat, tamen coactior videtur, proinde magis

ſequen

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequenda aliorum interpretatio,qui arborem bo A
nam & fructum ad Christum referunt,in hūc sen
sum:Cùm iuxta communem etiam sensū de fru
ctu dignoscatur arbor,cur vos arborē calumnia-
mini,cuius fructum non approbare non potestis?
Aut me simul cum operibus laudate,aut me tan
quam arborem malam vnà cum operibus dānate.
Iam verò cōtra, cum eiicere dæmones,reliquaq;
miracula quæ facio,non possitis negare quin bo
na sint opera:me tamen veluti malum calumnia
mini.Aut secūdum Hieronymum,sic paulo aliter:
Si diabolus malus est,bona opera facere non po
test:si autē bona sunt quę facta cernitis, sequitur
non esse diabolum qui illa fecit, sed bonum esse B
eorum autorē.Neque enim fieri potest vt ex ma
lo bonum,aut ex bono malum oriatur.Itaq;Do-
minus post priores redargutiones rursū hic alio
argumento Pharisæorum improbam calumniam
conuincit,constringens eos vt notauit Hieryny-
mus,syllogismo quem Græci vocant ἀφυκτον,hoc
est,ineuitabilem.Porro post hanc parabolam de
arbore bona,& mala commodè iam subiecit Do-
minus,vnde hæc improba & irrationabilis calū-
nia proiecta sit,nimirum ex eo quòd cùm arbori-
bus malis similes essent non,possent non malos
fructus proferre,& mala loqui,eo quòd mali es-
sent. Sanè autem Dominus,sicut & Ioannes, eos
vocat progeniem viperarum,quòd in parentibus C
gloriarētur,significans eos nihil minus esse quā
progeniem patriarcharum & prophetarum.Illud
autem; *quomodo potestis bona loqui, cum sitis ma-
li*, simile est illi sententiæ quæ est Ierem.13.Si mu-
tare potest Æthiops pellem suam,& pardus varie
tates suas,& vos poteritis benefacere,cùm didi-
ceritis malum.Quibus sententiis significatur po
tius difficultas quàm impossibilitas bene faciendi
vel loquendi.Illi autem sententiæ ; *ex abundantia
cordis os loquitur*,consonum est illud Eliu. Iob. 12.
Plenus sum sermonibus,& coarctat me spiritus
vteri mei.Et venter meus quasi mustum absque
spiraculo quod lagunculas nouas disrumpit.

DICO AVTEM VOBIS, QVONIAM OMNE VERBVM OTIOSVM.&c. Otio- D
sum verbum dupliciter accipitur,vt annotatum
est à Chrysostomo.Nā ipse quidem verbum otio-
sum intelligit verbum calumnioſum & mendax,
quasi vacuum veritate.Alii verò intelligunt ver-
bum otiosum.quod vanum est,etiamsi non plane
sit sceleratum.Nam inter otiosum & criminosum
verbum distinguit D.Hieronymus, sic scribens:
Otiosum verbum est,quod sine vtilitate loquētis
dicitur,& audientis:si omissis seriis,de rebus fri-
uolis loquamur,& fabulas narremus antiquas.Cę
terùm qui scurrilia replicat,& cachinnis ora dis-
soluit,& aliquid profert turpitudinis,hic non o-
tiosi verbi,sed criminosi tenebitur reus. Sic D.
Grego.lib.7.Moral.cap.25.& rursum in lib.de cu
ra pastorali:admonitione 15.Otiosum,inquit,ver E
bum est, quod aut ratione iustæ necessitatis, aut
intentione piæ vtilitatis caret.Et D.Basilius:Om-
ne,inquit,verbum quod non conducit ad propo-
sitam vtilitatem,vanum & otiosum est. Et tantū
est huiusmodi verbi periculum,vt etiamsi bonum
fuerit,non autem ad fidei ædificationem ædifice-
tur,non propter verbi bonitatem is qui locutus
est periculum effugit,sed ob id quòd non ædificet
id quod dictum est,spiritum sanctum Dei contri
stat & offendit:&c.Secundum hanc autem verba

otiosi acceptionem:Christus quò magis terreret
blasphemos pharisæos,argumento vtitur à mino
ri.vt sit hic sensus:Cùm tanta sit verborum homi
nis apud Deum ratio,vt etiam de otiosis verbis
sint homines Deo reddituri rationem,quanto ma
gis vos qui opera spiritus sancti calumniamini,
redditurі estis rationem calumniæ vestræ? Porrò
quanquam verbi otiosi nulla possit reddi ratio
(nam ideo otiosum dicitur quòd ratione careat)
dicuntur tamen de eo homines reddituri ratio-
nem,quia de eo examinabuntur, & ratio ab eis
exigetur,quam quia reddere non poterunt, con- *Rom 14*
demnationem accipient.Sic & Paulus dicit:Vnus
quisque pro se rationem reddet Deo,hoc est, ab B
vnoquoque exigetur ratio propriorum dictorum
& factorum.Verùm si verbum otiosum dicitur o-
mne verbum vanum,quomodo de verbo otioso
ratio exigetur in nouissimo iudicii die,quando so
lùm puniētur mortalia crimina damnatione æter
na?Dicendum ergo, vel intelligendum hunc lo-
cum de particulari vniuscuiusq; iudicio quod ex-
cipitur in morte,vel si ad nouissimum iudicii ge-
neralis diem istud referatur,intelligendum malos
quidem & damnatos etiam puniēdos in æternum
pro venialibus peccatis quæ commiserunt , sicut
perpetua quadam carnificina mentis torquebun
tur,recogitantes non solùm impiè & peruersè ab
eis dicta vel facta:sed etiam otiosa quæ locuti sūt C
verba:bonos verò quòd iam satis fecerint Deo si
ue per pœnitentiam,siue in purgatorio,non red-
dituros tum rationem otiosi verbi, nisi intelliga-
mus ideo eos etiam reddituros rationem,quia mi
nor erit eorum beatitudo qui plura otiosè locuti
sunt.Meritò autem nos hęc Domini sententia ter
rere deberet qui plerunque adeò capimur ineptiis
& nugis.Si autem otiosa tantùm verba in celeber
rimo illo totius orbis conuentu examinabuntur,
quid scurrilibus & obscœnis verbis fiet? Vbi ma
nebunt obtrectatores,& quæqui candida in nigra
vertentes,aut temerè saltem proximorum famam
arrodentes?Proinde bene admonuit Paulus, Om
nis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed *Ephes. 4*
si qnis bonus est ad ædificationem fidei,vt det gra
tiam audientibus.Et nolite contristare spiritum
sanctum Dei,in quo signati estis in die redem-
ptionis.Et cap.5.sequenti:Fornicatio & omnis im
munditia aut auaritia nec nominetur in vobis,si
cut decet sanctos,aut turpitudo,aut stultiloquiū,
& scurrilitas,quę ad rem nō pertinent,sed magis
gratiarum actio.Cōprobat autem prædictam sen
tentiam Dominus,cùm subicit: Ex verbis enim
tuis iustificaberis,& ex verbis tuis condemnabe
ris,cuius sensus est:Non tantùm ex operibus quis
que vel iustificabitur,vel condēnabitur,sed etiam
ex verbis suis.vt ne quis putet verborum non ha
bendam rationem,vt plerique sibi persuadent. Et
accipitur hic iustificari,non pro iustum fieri , sed
pro pronūciari & declarari iustū,quemadmodum
patet ex oppositо verbo condēnandi.porro The-
phylactus putat istud,ex verbis enim tuis, &c. *Iob. 15*
esse testimoniū desumptū à Christo ex scriptura,
sed ex quo scripturæ loco non aperit. Videri au-
tem potest Theophyl.respexisse ad illud Iob.Con
demnabit te os tuū,& non ego,& labia tua respō
debunt tibi.Nam & ibi præcedit de verbo otioso,
cùm dicitur:Arguis verbis eum qui non æqua-
lis tibi,& loqueris quod tibi non expedit. Quam
sententiam Hebræa & Septuaginta sic habent:

Arguis

Arguis verbo quod non proderit, & sermonibus
in quibus nulla est vtilitas.Aut respexit Theophy
Prou.12. lact.ad illud Prouerb. Propter peccata labiorum
ruina proximat malo,effugiet autem iustus de an
gustia. De fructu oris sui vnusquisque replebitur
bonis, & iuxta opera manuum suarum retribue-
Prou.13. tur ei.Cui simile est quod dicitur:Qui custodit os
suum,custodit animam suam:qui autem inconsi-
deratus est ad loquendum,sentiet mala.

TVNC RESPONDERVNT EI QVIDAM DE SCRIBIS ET PHARISAEIS, DICEN TES:MAGISTER, &c.] Istos fuisse alios ab his qui calumniabantur eiectionem dæmonum tan-
quam factam virtute satanæ,testatur Lucas , qui
& maligno spiritu petisse signum significat,cùm
dicit : *Et alij tentantes signum quærebant* ; proinde B
quod magistrum vocant Christum , certum est
per simulatam venerationem & hypocrisim eos
dixisse.Illud autem, *tunc*, quod habet Matthæus,
sic videtur accipiendum , vt sit sensus : Cùm iam
multis & apertis rationibus calumniam primam
Dominus redarguisset, nec haberent quod con-
tradicere possent,tunc quidam Scribarum & Pha
risæorum,qui æquiores videri volebant,alia ratio
ne Christum aggressi sunt,animi furore dissimula
to,blandioribus verbis ipsum alloquentes , & si-
mulantes se paratos ad credendum ipsi , si modò
faceret quod iustè videbantur petere. Chrysosto-
mus tamen illud,*tunc*,intelligit dictum ab Euan- C
gelista admiratiuè,quasi dicat: Tūc cùm flecti eos
oportebat,cùm admirari & obstupescere, à mali-
tia tamen non desistunt.Quod autem dicunt, *vo-
lumus*,intelligit Caietanus notari horum arrogan
tiam,potest tamen simplicius accipi, *volumus*, po-
situm pro cupimus , quia sequitur : *Generatio hæc
signum quærit*, &c. Porro cùm dicunt ; *volumus à te
signum videre*;non est intelligendum eos simplici-
ter quærere miraculum aliquod. Nam & priùs
frequenter,& iam tum viderāt miraculum à Chri
sto factum.Sed intelligēdum , eos quærere signū
aliquod, quo declararetur ipsum esse Deo charū,
Messiam, & virtute Dei facere quæcunque mira-
biliter faceret,quomodo Ioan.2.dicuntur dixisse:
Quod signum ostendis nobis quia hęc facis?Rur D
sum ex Luca cōstat eos non qualecunque huius-
modi signum petisse,sed signum aliquod è cœlo,
quod & alio tempore rursum eos petisse scribit
Matth.cap.16.& Marcus cap.8.Quanquam enim
ea ipsa opera quæ Christus fecit ,testimoniū eui-
dens præberent de ipso,& quis esset,& qua virtu
te faceret quęcunque mirabiliter fecit:tamē aliud
signum requirunt,quod præterita miracula & au
toritaem Domini confirmet, idq; cœleste, quasi
omnia signa quæ in terris fiunt, præstigiis & dia-
boli virtute fieri possent,eo quòd mundi huius in
ferioris princeps & rector sit diabolus,signa verò
cœlestia nequaquam fieri possent nisi à Deo qui E
cœli esset Dominus,aut quasi signa quę Christus
fecit non essent similia aut æqualia multis signis
quæ è cœlo fecisse leguntur in veteri testamento
prophetæ. Itaque petunt vt vel in morem Eliæ
3.Reg.1 ignem de sublimi venire iubeat,vel in similitudi-
1.Reg.12 nem Samuelis tempore æstiuo cōtra naturam lo-
Exod.19. ci faciat mugire tonitrua, coruscare fulgura, im-
Ioſue 10. bres ruere , vel manna de cœlo pluat , vt apud
Isaie.38. Moysen:aut solem sistat,vt Iosue & Esaias:aut si-
mile aliquod signū ædat è cœlo,quasi nō illa quæ
Christus fecerat,his essent maiora & vtiliora,aut

quasi non possent & illa cœlestia signa similiter,
& magis calūniari , & dicere ex occultis & vatiis
aeris passionibus ea accidisse , aut certè diabolica
virtute ea perfecta esse , quemadmodum & fiunt
aliquando.Tentantes autem petierūt huiusmo-
di aliquod signum,nimirum quia periculum face
re voluerunt potentiæ Christi , vt si tale signum
ædere non posset,iam haberent iustam occasio-
nem calumniandi ipsum.

TVNC TVRBIS AVTEM CONCVRRENTI-BVS ARESPONDENS AIT ILLIS:GENE RATIO HAEC,&c.] Quoniā Pharisæi ex varijs
Domini miraculis satis intelligere potuissent , si
voluissent,eius autoritatem,& nō pio affectu,sed
animo tentandi signum cœleste petierūt. Deinde
quoniam etiam Dominus noluit aliqua miracula
facere ad ostētationem , & quæ hominibus nullā
adferrent vtilitatem & salutem , vt qui suis mira-
culis voluit singulariter se declarare saluatorē esse
hominum,noluit Dominus horum petitioni sa-
tisfacere,sed quemadmodū suprà in exordio prę-
dicationis(vt scribitur Ioā.2.)postulatus signum,
promisit signum suæ resurrectionis:ita & nunc,&
rursum postea tertiò idem rogatus , vt scribitur
Matth.16. Sed oritur hic nōnulla difficultas.Quo
modo enim dicitur ; *non dabitur ei signum , nisi si-
gnum Ionæ Prophetæ* ; cùm multa alia signa sint da-
ta à Christo, quibus Iudæi potuissent intelligere
ipsum esse Messiam? Ad quod quidam respondēt
intelligendum esse,Dominum etsi signa multa fe
cerit,non tamē ea dedisse generationi malę, quia
non propter illos signa fecit,sed ad aliorum vtili-
tatem.Alij verò intelligunt illud; *signum non dabi-
tur ei*,hoc modo:Non dabitur ei signum quale pe-
tunt,nempe de cœlo.Vtriq; autē intelligentię ob-
sistit exceptiua particula quæ subiungitur; *nisi si-
gnum Ionæ Prophetæ*.Nam cùm id quod excipitur,
cōprehendi debeat sub eo à quo fit exceptio, con
sequetur significari signum Ionæ factum ad gene
rationis malæ vtilitatem, ob quam non sint facta
alia signa:aut signū Ionæ fuisse signum quale pe-
tebant Pharisæi,nēpe de cœlo.Posteriori verò in-
telligentiæ etiā obest,quòd postea Dominus quæ
dam dederit signa de cœlo,quale petebant phari-
sæi.Nam postea Ioan.12.scribitur,vox de cœlo au
dita,dicens:Et clarificaui,& adhuc clarificabo;de
qua voce Dominus.Nō propter me, inquit , hæc
vox venit , sed propter vos. Et rursum ascensio
Christi in cœlum,ac missio spiritus sancti è cœlo,
signa certè fuerunt è cœlo,apertè testificantia Ie-
sum esse promissum Messiam.Proinde intelligen-
dus hic locus hoc modo:Non dabitur ad petitio-
nem generationis huius signum aliquod è cœlo
quale petūt.Et dictio exclusiua,nisi,accipienda est
simpliciter pro sed,quomodo accipitur cùm dicit
Paulus , Scientes quòd non iustificatur homo ex *Galat.2.*
operibus legis,nisi per fidem Iesu Christi.Sensus
ergo est:Non dabitur eis petentibus signum qua
le petūt,sed aliquādo dabitur eis signum omnino
diuersum ab eo quod petunt, nimirum nō signū
è cœlo:sed è profundo terræ.Aut si dictio excepti
ua,nisi,proprie accipienda est , intelligendum est
Dominum in hac responsione respexisse ad illud
quod olim Iudæis petentibus signū, (vt scribitur
Ioā.2.)signum hoc Ionæ eis dederit:dicēs:Soluite
templū hoc , & in tribus diebus reædificabo illud.
Itaque sensus erit iste, qui omnium videtur con-
uenientissimus,Generatio hæc rursum quærit si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnum,ego verò dico,eis aliud signũ àme non assignandum aut cõstituendum, præter illud quod olim eis constitui. Hoc autem est signum resurrectionis,quod vocat signũ Ionæ,quia in Iona præfiguratum. Quod signum solùm Dominus petẽtibus Iudęis signum semper assignauit,eo quòd illud omnium efficacissimè demonstraret quisnam ipse esset,& vt prædictione huiusmodi signi re secaret probabilem occasionem scandali Iudæorũ in cruce & morte sua, ac resurrectionis suæ infidelitatem. Sciebat enim Iudæos in cruce sua maximè scandalizandos, & nihil minus credituros quàm resurrectionem suam, ideoq; vtrũq; prædicendo,subtrahit iustam occasionem scãdali & infidelitatis. Deinde & ideo videtur Dominus petẽtibus calumniosè signum, semper illud signũ dedisse,vt quoniam indigni erãt quorum petitioni Dominus annueret, & daret signum quale petebãt,daret signum planè diuersum ab eo quod petebant, quod & certius comprobãs diuinitatem Christi,minus esset calumniæ Pharisæorũ expositum,& malitiæ ipsorũ in se exercendæ eos commonefaceret. Portrò quomodo dixerit signum Ionæ dandum Iudęis, declaratur apud Lucam hoc modo: *Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti.* Apud Matthæum verò sic: *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Ex qua diuersa duorum Euãgelistarum collatione patet quomodo vtriusque declaratio debeat intelligi, videlicet quòd Ionas fuit signum Niniuitis, per hoc quòd fuit in ventre ceti tribus diebus, ac deinde viuus redditus, & quòd ideo fuit in ventre ceti tribus diebus, vt esset Niniuitis signum, ipsum missum esse à Domino ad prædicandã pœnitentiam: sicque significatur etiam filium hominis ob id in sepulcro tribus diebus quieturum, ac deinde resurrecturum, vt sit signum Iudæis, ipsum missum fuisse à Deo ad prædicandam pœnitentiam. Non tamẽ in hoc solo est similitudo inter Ionam & Christum, sed etiam in aliis, videlicet quòd quemadmodum Ionas sponte sese tradidit in mortem pro sedanda tempestate: ita & Christus sese vltrò obtulit in mortem pro placãda ira patris. Et quomodo Ionas, relictis Iudæis, sua prædicatione Niniuitas subitò conuertit: ita & Christus post resurrectionem suã, relictis obstinatis Iudæis, per Apostolorum prædicationem multas gentes ad fidem & pœnitentiam subitò conuertit. Cùm autem dicit Dominus se futurum in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus, (quæ verba multam dederunt diuersis disputandi occasionem) intelligendum est illud; *tribus diebus & tribus noctibus*; Hebraismum esse, valentem perinde ac si dixisset tantùm, tribus diebus naturalibus, quibus synecdochicè Christus fuit in sepulcro, cùm fuerit in eo vno die integro, ac duorum dierum aliqua parte. Sicut & illud; *in corde terræ*; Hebraismus est, pro eo quod est, in imo terræ, aut in ima terra: quomodo dicitur in Psalmis: Transferentur montes in cor maris; pro eo quod est, in profundum maris. *Psal. 45.*

ſVIRI NINIVITAE SVRGENT IN IVDICIO CVM GENERATIONE ISTA,&c.] Postquam Dominus se Ionæ,& Iudęos Niniuitis comparasset, ostẽdit iam quanta sit diuersitas inter se ac Ionam,& inter Iudæos ac Niniuitas. Ne enim aliquis existimaret talia per Christum futura in Iudæis, qualia per Ionam contigerant Niniuitis, vt sicut Ionas illos conuertit, & ciuitas fuit liberata, ita isti post resurrectionem conuerterentur: Dominus nunc cõtrarium ostendit, videlicet non secuturum talẽ fructum in Iudæis, per se lõgè maiorem, & maioribus signis commendatum, qualis fructus secutus fuit in Niniuitis per Ionã longè Christo inferiorem. Atque ob id videri potest Dominus signum resurrectionis suæ, hic vocasse signum Ionæ, cùm priùs Ioan. 2. vocauerit illud resuscitationem templi, eo quòd à templo in quo illa gerebãtur, sumebatur sermonis occasio, nimirum vt iam hinc desumeret occasionem declarãdi impietatem & obstinationem Iudæorum, ex comparatione illorum cum Niniuitis, & suiipsius cum Iona. Ex vtraque enim comparatione ostenditur quanta sit Iudæorum obstinatio & incredulitas. Niniuitæ siquidẽ erant Barbari & gentiles, Iudæi verò diuinis enutriti scripturis. Et illi nihil à Iona audierunt præter id tantùm: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur; & statim ei crediderunt. Isti verò variam à Christo ac profundissimã acceperũt doctrinam, nec tamen crediderunt. Iam quanta erat inter vtriusque gentis prędicatores diuersitas? Ionas enim seruus tãtùm erat. Christus verò dominus ipse. Ille è ceto egressus est, iste ab inferno & è terra: ille inuitus prædicauit, iste spõte: ille peregrinus erat, iste cognatus secundùm carnem: ille subuersionem prædicauit, & iste regnum cœlorum: ille nullum fecit signũ, iste innumera: de illo nullus prædixit, de isto omnes Prophetæ. Proinde bene dicitur: *Et ecce plusquam Ionas hic*, hoc est, in hoc loco. Bene etiam dicitur, Niniuitas condemnaturos generationem Iudæorum, nimirum quia suis factis & pœnitentia declarabunt iustam esse Iudæorum cõdemnationem. Portrò ad apertiorem declarationem impietatis Iudaicæ, addidit Dominus & aliud gentilis pietatis & religionis exẽplum, videlicet quòd ea quæ mulier erat, & gentilis, & regina, ac ob id multis negotiis occupata, tamen amore sapiẽtiæ etiam à remotissimis terræ partibus Salomonem adierit. Sola fama excitata, cùm Pharisæi veritatis & sapiẽtiæ ex professione studiosi coram admonentẽ. & diuina virtute contestantẽ se esse filium Dei, non audirent. Hæc autem regina Austri ea est, quæ 3. Reg. 10. vocatur regina Saba, non illius quidẽ Saba quæ est in Arabia, sed alterius quæ est in Æthiopia. Duplex enim fuit Saba, cuius meminerunt scripturæ. Reginã autem hanc quæ ad Salomonem venit, Ægypto & Æthiopiæ imperasse testatur Iosephus. Æthiopia autem inter cætera insignia, insulam habet Medianinem, fertilitate & incredibili hominum frequentia nobilem, quam Nilus ambitu suo complectitur, dictã Meroe. In hac insula vrbs est vetustissima, quę totius Æthiopiæ regia erat, nomine Saba, quam postea Cãbyses Rex denominauit Meroen, in sororis suæ memoriã, vt testatur Iosephus lib. antiquit. 2. Et Strabo lib. 17. hanc fuisse regiam Æthiopiæ commemorat his verbis: ἐχ̃ι δὲ τὸ μέγιστον ἡ Διὸς πολις ἣν Σαβὰ λεγουσι, ἡ μερόπων πόλις, ὁμώνυμος τῷ νησῳ id est, Est autẽ maxima Æthyopiæ regia vrbs Meroe, eiudem nominis cum insula. Aduertendum autem Meroenos fœminis parere solitos, vt etiam testatur Strabo lib. 16. ficuti & Scythæ reginas suas habebãt, & Assyrij suam Semiramidem. Secuta autẽ ætate reginæ *Saba duplex.*

& reginæ Meroes, Candaces appellatæ sunt, voce perinde communi illis atque Pharaonũ & Ptolomęorũ nomen commune fuit Regibus Ægyptiorum. Vnde Plinius de Æthiopiæ regno (scribens quomodo Neronis exploratores de eo renunciauissent) lib. 6. c. 29. sic inquit: Regnare (scilicet retulerunt) fœminã Candacẽ, quòd multis iã annis nomen ad reginas trãsiit. Hinc cùm Act. 8. Lucas memoret Eunuchum illũ, quẽ è Isaiæ lectione edoctum Philippus baptizauit, fuisse ex aula Candaces Reginæ Æthiopum, intelligi datur, illi gẽti scripturarũ lectionem ab ætate huius reginæ quę Salomonem adiit, familiarem atque vsitatã fuisse, neque alia de causa Hierosolymã ceu famigeratũ religione locum quotannis, quamuis distante itinere, visitare consueuisse.

cNEMO LVCERNAM ACCENDIT, ET IN ABSCONDITO PONIT, &c.] Adiungit superioribus Lucas duas parabolas de lucerna, quas & Matthæus in sermone illo qui dicitur sermo in monte, commemorauit, non tamen cõtextim, sed diuersis locis. Quarũ parabolarũ sensum ex his quæ circa Matthæum dicta sunt, intelligere licet, tantùm videndum quomodo proposito loco hæ parabolæ seruiant. Nã id obscurũ satis apparet. Itaque Theophylactus vtranque parabolã intelligit dictam contra Pharisęos in hũc sensum O Pharisæi, mens vobis & scientiæ lumen datum est, nõ vt illud sub vitio occultetis, sed vt per illud & aliis præluceatis, ac monstretis opera mea non esse Beelzebub, sed spiritus sancti opera. Nũc verò id nequaquam facere vultis, sed oculum mentis vestræ obscurum fecistis & obtenebratũ: quẽ si haberetis simplicem & purum, essent & iudicia vestra ac opera similiter pura & lucida, quemadmodum cùm oculus corporis lucidus est, totum quoque hominis corpus lucidum redditur. Quia autem oculum mentis vestræ, inuidia, fastu, auaritia, cęterisque vitiis obtenebratũ habetis, hinc fit vt omnia vestra cęca sint & tenebrosa. Verùm quoniam priorem illam parabolã de lucerna super candelabrum ponenda, Saluator apud Matthæum superius, & infrà apud Marcum cap. 4. Lucam cap. 8. vsurpat semper non contra Pharisæos sed vt ostendat quid ad discipulos suos pertineat, rectius apparet secundùm alios, hanc parabolam dictam à Saluatore de seipso, vt significaret lucis suæ claritatem nõ occultari debuisse Iudæis, propter illorum impœnitẽtiam & obstinationem, de qua superius dixit: Quoniam enim obiicere quis poterat quorsum prædicaret Iudæis obstinatis, ideo videtur subiecisse hanc parabolam, ostendẽs ob quorundam exceęcationem non supprimendam veritatem, cuius cognitio plurimos esset adductura ad salutem ęternam. Lucernam enim accensam non ponendam sub modio, sed supra candelabrum, vt lumen præbeat, si non his qui ingredi domum nolunt, saltẽ illis qui ingrediuntur domum, aut qui sunt in domo. Quoniam autem lucernæ facta est mentio in hac parabola, ob id Dominus hinc capta occasione aliam parabolã de lucerna adiungit, qua notat Pharisęos, significans ex vitiato oculo mentis eorum proficisci tã iniqua iudicia, nec posse fieri vt bene vel loquantur vel faciant, quamdiu oculũ illum non purificauerint. Vbi aduertendum de alia lucerna locutum Dominum in priore parabola, & de alia in posteriore. Siquidẽ in priore sermo est de lucerna cõmuni, accensa ad illuminationem aliorum ingredientium domum: in posteriore verò sermo est de lucerna vnicuique propria, non relata ad aliorum illuminationem, sed ad proprij corporis claritatem. Nec in eo solùm differt lucerna hęc à superiore, sed etiam in illo, quòd lucerna illa solùm est lux, lucerna verò hæc poteſt esse lumen & tenebræ. Portrò quoniam apud nos conclusio illa; Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit: non habens aliquam partem tenebratum, erit lucidũ totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te, videtur esse absurda, eo quòd idem inferatur ex seipso, sciendum est Græca habere aliter vltimam illam partem, nempe hoc modo: ὡς ὅταν ἀλύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε, id est, erit corpus totũ sic lucidum, vt cùm lucerna fulgore illuminat te, ita vt inferatur modus quo corpus erit lucidum. Proinde videri potest interpretem pro, & sicut, vertisse, vt si cum.

fDVM IMMVNDVS SPIRITVS EXIERIT AB HOMINE, AMBVLAT PER LOCA ARIDA, &c.] Parabolã hanc de immundo spiritu Lucas recenset ante responsionem Domini ad eos qui petierunt signum, sicut & exclamationem mulieris quæ subiungitur: verùm quoniã Matthæus magis videtur seruasse ordinem, & magis conuenit vt intelligatur dicta post redargutionem vtriusque calumniæ Pharisæorum, ideo hoc loco magis erat reponenda, quanquam parũ referat, & superfluò quæratur quo ordine hæc dixerit Dominus. Portrò pro intellectu huius loci de spiritu immundo exeunte & redeunte, quandoquidem valdè variè tractatur, sciendum imprimis ex intentione Saluatoris, ea quę hic dicuntur non referenda esse ad quosuis homines, sed ad populum Iudæorum, quemadmodũ patet ex eo quod Matthæus in fine subiecit. Sic erit & generationi huic pessimæ, cuius partis omissio apud Lucam dedit quibusdam occasionem aliter explicandi hunc locum, quàm intentio Saluatoris requirit. Ex qua parte etiam patet, hunc sermonem esse parabolam vel exemplum, nec illud potissimum significare quod significare Saluator voluit, sed aliud propter quod parabola vel exemplum assumitur! Cæterùm occasionem huius parabolæ vel exempli desumpsisse videtur Saluator ex facto miraculo præcedenti, vt ex quo facto Pharisæi desumpserunt occasionem calumniandi, ex eodem Dominus desumpserit vicissim occasionem redarguendi Pharisæos, & demonstrandi pessimam illorum conditionem, & iam indicauerit ipsos potius spiritum immundum habere, quos falsò demonstrauit sibi tribuisse spiritum immundum. Priùs autem quàm ostendatur quomodo parabola hæc proposito conueniat, ipsa parabola explicanda est, in qua duo potissimum occurrunt, quæ habent non parum difficultatis, & ob id variam diuersorum expositionem, videlicet quomodo dicatur diabolus expulsus ab homine ambulare per loca arida, ibique non inuenire requiem, cùm aridas loci diabolum, vtpote incorporeũ, non possit offendere. Deinde quomodo dicitur inuenire domum suam vacantem, scopis mũdatam, & ornatam, ac tum ingressum rursum cum aliis, cùm dęmonibus non sit opus purgare domus & ornare, vt qui huiusmodi corporalibus non capiantur elegantiis? Itaque quoniã in his locutionibus certum est subesse tropũ, plerique mysticè hæc ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponunt;metaphoràm scilicet intelligentes esse in A
hys locutionibus: & per arida quidem loca intelligit Hieronymus gentium solitudines, destitutas olim ab omni humore salutarium aquarũ spiritus sancti,quæ cùm Domino credidissent,diabolus non inueniens amplius locum in gẽtibus, reuertsus est ad Iudæos,à quibus olim expulsus erat in datione legis.Domum autem vacantem, purgatam & ornatam, intelligit synagogam Iudæorum iã desertam,& Dei Angelorumque præsidio destitutam, ornatã obseruationibus legis superfluis,&traditionibus Pharisæorũ. Verùm huiusmodi explicatio parabolæ, potius est applicatio parabolæ quã nuda parabolæ explicatio. Si enim sic in primo suo sensu parabola est explicãda,frustra videtur subiici à Matthæo:*Sic erit & generationi huic pessimæ.* Minus verò etiam conuenit proposito Saluatoris eorum intelligentia, qui per loca arida intelligunt corda iustorum, quæ exiccata sunt ab omni carnalis cõcupiscentiæ humore:per domum verò vacantem,purgatam& ornatam,conscientiam hominis, vacantem à bonis actibus per negligentiam, purgatam à pristinis vitiis per baptismum & pœnitentiam,ornata simulatis virtutibus.Hæc etsi parabolæ explicatio etsi optimè conueniat sensui morali, quo ad nostram exhortationem hanc parabolam accõmodamus, non tamen conuenit intentioni Domini, tum quòd propter gentem Iudæam hæc potissimum C
Dominus sit locutus:tum quòd & illa explicatio non sit simplex parabolæ intelligentia, tanquam exempli ad aliud explicandi, sed mysticæ parabolæ applicatio nostris moribus & institutioni deseruiens. Proinde pro simplici & genuino parabolæ posteà applicandæ intellectu iscjendum,Dominum in duabus illis locutionibus loqui de dæmone tanquam de homine per anthropopathiã. Arida enim loca,hoc est,deserta & squalida, inepta sunt loca vt habitẽtur ab hominibus: domus verò vacans,purgata & ornata,non solùm est parata vt habitetur ab homine, sed etiam prouocatiua & illicitiua ad sui inhabitationem.Itaq; similitudine abhominibus mutuata significatur,quẽadmodum homo non inuenit sibi requiem in lo- D
cis arentibus & desertis,sed mauult in ornata domo agere:ita dæmones nullam sibi requiem inuenire,eum ab hominibus sunt expulsi,nisi rursum inueniant hominem aliquem qui diabolo parauerit in seipso locum,eumque veluti inuitauerit. Priori ergo illa locutione allegorica ab homine desumpta significatur,omnem habitationem immundo spiritui squalidam esse & desertam præhabitatione hominis, nec aliud malle dæmones, quàm agere apud homines vt illos infestent: posteriori verò locutione significatur, non esse diabolo locum in homine, nisi homo domum suam aliis vacuauerit,ac diabolo locum fecerit & inui- E
tauerit:veluti si quis cupidè excepturus aliquem hospitem,domum aliis vacuauerit, tũ & ornauerit ac purgauerit,quo magis illi libeat in eam sese recipere.Quod autem dicitur, *Tunc vadit,& assumit septem*, hoc est, multos alios spiritus nequiores se,&c.intelligẽdum ad literam dæmonem inuenta commoda habitatione,àqua semel erat expulsus,alios multos sibi adiungere, siue quòd inuẽta cõmoditate solus noluit frui, siue potius ne iterũ ibi expellatur facilè. Iam quod ad applicationem parabolæ ad gentem Iudaicã pertinet, D.

A Hieronymus intelligit Dominum hac parabola significare voluisse,populum illum semel à diabolo liberatum in traditione legis, iam propter suã malitiam à pluribus dæmonibus firmissimè possidẽdum. Chrysostomus verò duo intelligit Dominum significare, videlicet & populum Iudaicum peius iam se habiturum sub Romanis, quod ad externas attinet calamitates,quàm vnquam priùs vel sub Ægyptijs, vel sub Assyrijs, vel sub Antiocho:&secundò,eum populum à prauis spiritibus magis & firmius occupandum, quã vnquã priùs Itaque paraphrastice parabola hæc sic explicari & applicari potest: Sic erit cum generatione hac peruersa,ac si immũdus spiritus pulsus ab homine, habitatione sibi percõmoda, vagetur aliquãdiu per loca deserta, nec inueniat tamen vsquam B
requiem,vt cui omnis locus aridus sit & siccus, hoc est,incommodus habitationi suæ, extra hominem solùm: ac proinde reuertatur ad hominẽ vnde pulsus fuerat,inueniatque sibi apud illũ locum paratum nõ minus commodè, quàm si quis cupidus excipere hospitem aliquem, & domum aliis vacuet, & deinde purgatam etiã ornet. Qua commoditate reperta siue quòd ea solus frui nollit, siue cauere volens ne inde rursum pellatur, abeat, & adducat quàm plurimos alios dæmones se nocentiores,atque cum eis inuadat rursum locum pristinũ.Quo sanè pacto hominis huiusmodi postrema multo erunt primis peiora, hoc est, calamitosiora & miseriora.Sic sanè & vẽb.cum vsueniet, qui cùm me spiritum immundum habere calumnienmini, ipsi potius ab eo possidemini,ac firmissimè possidendi estis.Cum enim olim ex Aegypto liberaremini,&ab aliis gentibus segregaremini, donati cognitione Dei per accepram legem,expellebatur à vobis immũdus spiritus. Expellebatur item à vobis,cùm à tyrãnorum diuersorum oppressione,atque ab idololatria vestra & aliis peccatis vestris per prophetas & reges optimos diuinitus vobis datos liberaremini. Verùm is cũ malit apud vos imperare, sicut quis mauult habitare in commoda domo,quàm vagari per deserta & arẽtia loca, semper quæsiuit & quærit vt C
pristinã apud vos locum recuperet. Eum vos illi pridem,sed nunc multo maximè non solùm permittitis,sed etiam paratis, vltro etiã illum ad vos inuitantes, ac cuncta apparentes per quæ ille cõmodissimè vobis dominetur,dum meæ doctrinæ ac factis fortiter resistitis,ac me hospitem ac Dominum vestrum habere recusatis. Proinde futurum vt iam non solus ille,sed innumeris comitatus vos repetat, & sæuissima ac firmissima tyrannide vobis imperet, multoque calamitosiores reddat quàm vnquam, cùm & grauioribus sitis premendi extetnis afflictionibus,&quod his grauius est,diutina imò perpetua sitis percutiendi cæcita te, non solùm occupandi à pluribus & grauioribus vitiis,sed etiam cum minori liberationis spe. Hæc parabola sic explicata nos deterrendo docet cauendum ne &nos semel à diaboli tyrannide liberati per agnitionem Dei,rursum locum demus diabolo,qui nunquam non in hoc inuigilat, maximè vt rursum possideat eos à quibus semel pulsus est,idque adeò studiosè conatur,quasi nusquã sit alibi ei requies, sed omnia loca alia sint ei volut arida & incommoda habitationi. Quòd si voto tuo compos fiat, vt locum sibi paratum & cõmodum apud nos rursum inueniat, iam indubiè

poten

Ioan.5. potẽtius quã priùs occupabit,grauiorq; erit pœ- A
na posteriorum peccatorum,propter quod paralytico Christus dixit:Ecce sanus factus es, iã amplius noli peccare,ne deterius tibi contingat aliquid. Sicq; valet hæc parabola per accõmodationem & ad hæreticos, & ad quosuis prolapsos in peccatum Christianos deterrendum. Quanquam autem iam dicta explicatio parabolæ, quod attinet ad mentionem locorum aridorum,& domus vacuæ,purgatæ & ornatæ,videatur esse simplicis-

sima & maximè genuina,nequaquam tamẽ superiores illæ intelligentiæ,aut aliæ aliorũ planè sunt reiiciendæ.Nam frequenter Saluator videtur studiosè tales proposuisse,& nobis reliquisse parabolas,quæ vt & nobis eas seruire voluit,& non tantùm iis propter quos primùm dictæ sunt: ita etiã varium & diuersum ab eo qui conuenit primo proposito,sensum admittere possent,pro variaauditorum institutione, & accommodatione conueniente diuersis locis & temporibus.

MATRI ET FRATRIBVS CARNALIBVS PRAEFERVNtur verbi Dei obseruatores. Matth.12. Marc.3. Luc.11.& 8.

CAPVT L.

C.11. *b & †c. venerũt antẽ. * c.mater & fratres eius. C. 8. ‖b. Et dicentes. c. Et nuntiatum est illi. † b.querent. *‖ Et respondẽs ei ait. c. Qui respondes dixit ad eos ‖ b.ait †b. Quia

*Factum est autem cùm hæc diceret,extollens vocem quædã mulier de turba dixit illi: Beatus vẽter qui te portauit,& vbera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimò beati qui audiũt verbũ Dei,& custodiũt illud. [a] Adhuc illo loquẽte ad turbas,ecce *† [b] veniunt [c] ad illũ *[‖] mater eius & fratres,[&] [a] stabant foris quærentes loqui ei: [c] & non poterãt adire eũ præ turba. [b] Et foris stantes miserunt ad eum vocantes eum. Et sedebat circa eum turba. ‖ [‖] Dixit autẽ ei quidam [a] Ecce! mater tua & fratres tui foris† stant [c] volentes te videre,[&] †[c] quærentes te [a] alloqui. *[‖] At ipse respondens dicenti sibi ait [c] Quæ est mater mea,& [a] qui sunt [c] fratres mei? [b] Et circumspiciẽs eos qui in circuitu eius sedebant, [a] & extendens manum in discipulos suos, ‖ [c] dixit: Ecce mater mea & fratres mei. † Quicunque enim fecerit volũtatem [b] Dei [a] patris mei qui in cælis est, [c] ipse frater meus [b] & [c] soror [b] mea [a] & mater est. [c] Mater mea & fratres mei hi sunt,qui verbum Dei audiunt,& faciunt.*

FACTVM EST AVTEM CVM HAEC DICERET, EXTOLLENS VOCEM QVAEDAM MVLIER,&c.]Scribis & Pharisæis Dominum tentantibus & blasphemantibus mulier simplex doloq; carẽs illum celebrat, cũq; illi nec miraculorum magnitudine commouerentur ad admirationem, hæc sola sapientiæ & efficaciæ quæ in verbis Domini percipiebatur consideratione in tantam perducta est admirationem, vt in media turba ac hostium Christi præsentia non vereretur illum exclamando prædicare, quẽ audiebat Scribas & Pharisæos vituperare. Demõstratum certè etiam in hac muliere rursum, Deũ spretis superbis,sapientibus & potentibus huius seculi,humiles potius eligere voluisse, quibus Euangelij veritatem aperiret, & per infirmos & stultos pudefacere potẽtes & sapientes.Sed & typus quidam Ecclesiæ gentium in hac muliere expressus est, ac commonstratum quòd Iudæorum synagoga illa docta Christum blasphemante,stulta & contempta Ecclesia gentium contra calumniatricem synagogam palàm & apertè Christum & matrem eius esset prædicatura. Aptissimè autem mulier muliebri more beatificat vterum & vbera,quòd hæc sint muliebria, volens hac ratione beatificare matrem & nutricem,quæ talem ac tantum virum protulit & aluit. Porrò hac commendatione mulier ista & veram Christi humanitatem ac incarnationem confessa est, & aliquid etiam homine maius in ipso admirandum esse,ob quod beata dicenda sit eius & mater & nutrix: vnde cùm nihil dubium sit quin non ex seipsa, sed ex suggestione spiritus sancti hoc testimoniũ tantùm Christo perhibuerit, per hanc vocem spiritus sanctus non solùm præsentium Pharisæorũ calumniam confudit,sed & futurorum hæreticorum perfidiam, qui vel purum essent hominem asserturi,vel negaturi ipsum verum fuisse hominem, aut ex carne virginis ipsum non sibi sumpsisse carnem suam.Si enim (inquit Beda) caro verbi Dei à carne virginis matris pronuneiatur extranea,sine causa venter qui eum portasset, & vbera quæ lactassent,beatificantur.Qua verò cõsequentia eius lacte eredatur nutritus;ex cuiusse mine negatur conceptus, cùm ex vnius & eiusdem fontis origine,secundùm Physicos, vterque vigor manare perhibeatur? Obseruandum certè & illud,quòd cùm spiritus sancti hæc fuerit vox, non parentes Iesu à muliere beatificantur,sed vẽter tantum portantis & vbera lactãtis, quòd vnũ tantùm in terris haberet parentem. Itaque mulier quidem mulieri more muliebria laudat, spiritus verò sanctus per eam & veram Christi humanitatem, & vnius parentis singularitatem astruit. Quid autem Dominus ad hæc? *Quinimo, Beati qui audiunt verbum Dei,& custodiunt illud.* Generosè certè, de more parum semper tribuens cognationis affectui. Est autem: *quinimo*, (pro quo Græce est μενοῦνγε, quod etiam verti potest, certè)coniunctio, qua non negatur quod dictum est,sed cum affirmatione dicti infertur quod est certius. Itaque non negat hoc responso Dominus matrem ob cõceptum sui & enutritionẽ esse beatam.Nam suprà Angelus ei dixerat:Inuenisti gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero,&c.Et Elizabeth repleta spiritu sancto: Benedictat u:inquit,inter mulieres,& benedictus fructus ventris tui. Sed confirmans mulieris sermonem,subiungit potiorem beatitudinis rationem, quæ nisi beatæ virgini competiisset, nihil ei partus Christi ad veram beatitudinem profuisset.Verùm quoniam hæc beatitudinis ratio omnibus communis diuæ virgini maximè conueniebat, ideo quæ singulariter est beata ob partum & æducationem tantæ prolis,in communi illa & certiore beatudinis ratione,omnium etiam est beatissima.Quare beata virgo per hæc filij verba matissima.Quare beata virgo per hæc filij verba magis est beatificata, in genere tamen, quam fuerit in specie beatificata per verba mulieris, quoniam verbis Iesu ea laudata est ex parte animæ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis verò mulieris, ex parte corporis. Cæterùm (inquit Chrysostomus in Catena D. Thomę) si Mariæ non proderat sine virtutibus animę, Christũ ab ea ortum traxisse, multò magis nobis siue patrẽ, siue filium, siue fratrem virtuosum habeamus, nos autem absistamus ab illius virtute, nequaquam hoc prodesse valebit. Obseruandũ autem quàm apta fuerit Christi responsio ad exclamationem mulieris. Illa enim occasione verborum Christi, quæ audiebat, prorupit in beatificationem eius quæ illum peperisset & lactasset: ipse verò eorundem verborum occasione beatitudinem, quam illa vni appoptiauit, omnibus volentibus docet esse communem, consolans hac ratione mulierem hanc & omnes præsentes, quasi dicat: Propter sermones quos ex meaudis, singulariter beatam prædicas eam quæ me in vtero concepit, & vberibus suis aluit: at verò ne tu aut quisquam desperet se nomen beati assequi posse, ego certius tibi assero, per eosdem sermones, propter quos illam beatam prædicas, quemlibet, si modò velit, beatum esse posse. Deinde & in illo responsionis conuenientiam considerare licet, quòd cùm illa beatificarit eam quæ verbum Dei corporaliter in vtero gestauerit & aluerit, Dominus beatificat omnes qui verbum Dei spiritualiter in corde concipiunt, quod fit audiendo: & conceptum etiam pariunt, & veluti vberibus alunt, quod fit auditum verbum custodiendo & adimplendo. Sic enim conceptus in nobis Christus veluti in lucẽ C ædítur, & in nobis, imò & à nobis quodammodo alitur. Bene autem, dicit; *qui audiunt & custodiunt*; eo quòd neutrum sine altero beatificare possit. Nec dicit, qui audierunt & custodierunt, sed, *qui audiunt & custodiunt*; vt intelligamus solos perseuerantes in audiendo & custodiendo, esse beatos.

[a] ADHVC EO LOQVENTE AD TVRBAS, ECCE [b] MATER [c] VENIVNT [c] AD ILLVM ET MATER EIVS.] Quanquam Lucas huius historiæ narrationem longè ante prædicta narrauit, nempe cap. 8. tamen eam gestam post immediatè præcedẽtia patet satis tum ex eo quòd Marcus & Matthæus concorditer eam subiiciunt superioribus, tum ex eo quòd Matthæus dicat: *Adhuc eo loquente ad turbas.* Proinde intelligendum, vt & Augustinus annotauit, Lucam non tenuisse in huius descriptione ordinem rei gestæ, sed præoccupasse eam, atque antè recordatã narrasse, quam nec conuenienter hoc loco narrasset, quòd similem sententiam iam à Domino dictam commemorasset, qua beatificauit eos qui audiũt & custodiunt verbum Dei. Hæc enim similis omnino est ei qua Matthæus & Marcus beatificasse Dominum eosdem iam narrant. Noluit ergo Lucas eandem propemodum sententiam, etsi eodẽ tempore & loco diuersa occasione pronunciatã, E eodem loco referre, sed diuersis: sicut & alij duo Euangelistæ, id quod Lucas hoc loco dictum à Domino commemorat occasione mulieris illius, subticuerunt, quòd simile illud esset eũ eo quod narrandum susceperunt. Porrò circa hanc historiam dicuntur à quibusdam aliqua, dum singulos Euangelistas exponunt, quæ, si adinuicem comparentur omnium Euangelistarum narrationes, parum vel nihil habẽt probabilitatis. Chrysostomus enim scribens super Matthæum, elationi tribuit, quòd fratres Domini foris starent, cùm potius ingredi deberẽt, & audire cum turba, culpatq; eos, quasi monstrare voluerint quòd cum potestate aliqua Domino imperare possent. Sed hanc annotationem esse superfluam & impertinentem, patet ex Luca, qui indicans causam quare foris starent, dicit: *Et non poterant eum adire pre turba.* Proinde non in eo culpandi erant quòd foris starent, nec ingrederentur. Rursum D. Hieronymus existimat eum qui Domino nuntiabat matris ac fratrum præsentiam ac desideriũm, non simpliciter nuntiare, sed insidias voluisse tendere, ac experiri vtrum spirituali operi carnem & sanguinem B præferret. Verùm ex Marco magis apparet simpliciter illum nuntiasse Domino, siquidem dicit fratres foris stantes misisse ad eum qui eum vocarent. Quare autem mater & fratres Domini, hoc est, consanguinei Christum accesserint, vt non satis ex Euangelio constat, ita variè à diuersis dicitur. Chrysostomus enim putat & matrem & fratres Domini ambitione quadam commotos accessisse, & colloquium Domini desiderasse, vt cognosceretur eos in talem ac tantum virum habere aliquid potestatis. Sed id vt de quibusdã Christi consanguineis intelligi possit (siquidem, Ioanne teste, nec fratres Domini credebant in eum) tamen pietas non simit vt de sanctissima ac humillima matre Domini sentiatur, de qua August. lib. de natura & gratia cap. 36. nullã vult haberi quæstionem cùm de peccatis agitur. Vbi obiter restituendus est locus in Augustino, qui plane videtur deprauatus etiam in nouissima æditione. Sic enim legitur: De sancta virgine Maria propter honorem Domini nullam prorsus, cùm de peccatis agitur, volo habere quæstionem. Vnde enim scimus quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere ac patere meruit eum quem constat nullum habuisse peccatum? At in antiquo quodam codice Catenæ aureæ sic legitur: Inde enim scimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, quòd concipere ac parere meruit, &c. Alioqui si legatur, vnde, & quę, nullus videtur esse sensus, maximè cũ illud, vnde, legatur sine interrogatione, vt passim imprimitur. Sed ad rem. Non est pierati satis consona sententia illa Chrysostomi: Absurda autem magis ea quæ habetur in secunda expositione super Matthęũ titulo Chrysostomi, qua dicitur: Diabolum metuentem ne Dominus persuaderet auditoribus suam diuinitatem, quia dixerat: Ecce plusquam Ionas hic; ad conuincendos sermones eius subintroduxisse parentes eius carnales, vt per illorum præsentiã diuinitatis eius obscuraret naturam. Alij dicunt matrem & fratres Domini: quòd iam diu ab eo abfuissent, vt qui habitarent in Nazareth, Christo magis agente in Capernaum, ex amore erga eũ, desiderio videndi eum, & colloquendi cum ipso, iam accessisse. In hanc enim sententiam citatur à Thoma Titus quidam in Catena aurea. Verùm si præcedentia considerentur, maximè ea quæ Marcus dicit, nempe quòd ob multitudinem affluentis turbæ non esset Christo otium cum suis mãducare panem, & quòd exierunt sui tenere eum, verisimile est quosdam consanguineorum ob id iã adiisse Dominum, vt quem in furiam versum putabant, è turba tollerẽt ob causas superius dictas: matrem verò Domini, in quam pietas non sinit talem cadere suspicionem, cum quibusdam fortè consan-

guineis melius de Domino sentientibus, A amoris magis compassione accessisse, nimirum quòd malè illi pro affectu metueret à calumniantibus eum inuidis Pharisæis, quódque à laboris onere cuperet eum alleuiare, ac sumendi cibi occasionem præbere. Negari tamen non potest quin importunitatis cuiusdam speciem habere videbatur, quòd interpellabant doctrinæ diuinę prædicationi intentum: sed si cuius mali speciem interpellatio videri poterat habere, id in virgine saltem matre ab omni peccato liberat, & excusat materna pietas, nisi fortè interpellatio hæc fratribus tãtùm Domini tribuenda sit, quamuis ab Euangelista etiam matri tribuitur quòd fratribus Domini B coniuncta esset.

IAT IPSE RESPONDENS DICENTI SIBI AIT: QVÆ EST MATER MEA, ET QVI, &c.] Dominus velut indignatus interpellanti se durius respondit, & primùm quidem sic respondit quasi matrem secundùm carnem, & cognatos non agnoscceret, quo doceret in negotio Euangelico non agnoscendam aut spectãdam cognationem carnis, nec ob vllos humanos affectus sermonem Euangelicum interrumpi debere. deinde verò aperit quos potius in eo negotio quod tum agebat, matris & fratrũ loco haberet, nimirũ Discipulos suos, & quotquot Dei patris sui voluntatem cognoscere cuperẽt, & cognitam adimplerent. Quo nos docuit, vt & nos in comparatione dilectionis carni spiritum præferamus, C ac intelligamus cognationem spiritualem potiorem esse cognatione carnali. Non ergo iuxta Marchionem & Manichæum matrem negauit, vt de phãtasmate natus putaretur, nec fastidiuit matrẽ suam, quasi puduerit eum ipsius & cognationis suæ, nec maternæ refutat obsequium pietatis, sed ideò solùm illa dixit, vt Apostolos carnali cognationi præferret, &, vt Ambrosij verbis vtar, paternis se ministeriis amplius quã maternis affectib⁹ debere demonstraret. Legẽdum enim in Ambrosio, ministeriis, pro mysteriis, quomodo omnes tamen libri habent. Porrò quòd Saluator dicit, eos qui faciunt voluntatem patris sui, esse fratres, sorores, & matres suas; simpliciter sic est intelligendum, vt ideo dicat fratres & matres, quòd non solùm eos diligat tãquam fratres & matrẽ, sed quòd eos etiam fratrum & matrum loco habeat, ob cognationem spiritualem, quæ contahitur cum ipso ex adimpletione voluntatis patris cœlestis. Vt enim per Euangelũ noua est natiuitas, ita & noua cognatio. Subtilius, autem: Qui facit voluntatem Dei frater Christi est, quia eiusdem patris cœlestis iam filius factus, ac cohæres Christi: mater verò est, quia Christum in corde suo parit & nutrit, aut prædicando in cordibus audientium infidere & generare studet: quomodo Paulus scribens Galatis significat se Christi esse matrem, cùm dicit Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Significatur autem etiam illa locutione, *ipse meus frater, & soror, & mater est*; in cognatione spirituali nullam esse sexus rationem, quod & Paulus testatur scribens Galatis, in Christo Iesu non esse masculum, neque fœminam, sed omnes vnum esse. Cæterum in hoc facto Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, & horum imitator Beda intelligunt mystice significatum, synagogam per matrem & cognatos Domini denotatam, Christo in domo Ecclesiæ docente turbas nationum & gentium, foris stare, nec ob turbam gentium credentium intrare posse. Præoccupans enim turba gentilitatis Iudæos ad Christum ingressa est: illi verò vel gentiũ maximè occasione quæ ad gratiam Euangelicam receptæ sunt, indignati ingredi non possunt. Quia verò synagoga foris sese per custodiam legis sistens, Christi spiritualem doctrinam interpellat, ac foras eũ potius ad carnalia docẽda exire vult, ob id à Christo nõ agnoscitur, etsi ex ea carnem sumpserit, sed fides gentium carnali consanguinitati Iudæorum cum Christo præponitur.

PROPONITVR PARABOLA SEMINANTIS.

Matthæi 13. Marci 4. Lucæ 8.

CAPVT LI.

[c] NILLO die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare, [b] & iterũ cœpit docere ad mare. †[c] Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt ▷ in nauiculã ascẽdens sederet [b] in mari [c] & omnis turba ‖ stabat in littore. [c] Cum autẽ turba plurima cõueniret, & de ciuitatibus properarẽt ad eũ, *[a] locutus est eis, [b] & docebat eos [c] in parabolis multa, †[f] & dicebat [b] illis in doctrina sua [c] per similitudinem [b]: Audite, [c] ecce exiit ▷ qui seminat seminare [c] semen suum. [i] Et dum seminat, † aliud cecidit secus viam, [c] & conculcatum est, [l] & [c] venerunt [l] volucres cæli, [c] & [l] comederunt ‖ illud. Et aliud cecidit super † petrosa, [c] vbi non ▷ habuit terram multam, & ‖ statim exortum est quia non habebat altitudinem terræ. ▷ Et quando exortus est Sol, exæstuauit, [l] & [c] natum † [l] aruit, ▷ [c] eo quòd non habebat radicem [&] [c] quia non habebat humorem. ‖ Et aliud cecidit inter spinas, [b] & ascenderunt [c] & creuerunt spinæ, [l] & [c] simul exortæ spinæ [l] suffocauerunt † illud. [b] & fructum non dedit ▷ [l] Et aliud cecidit in terram bonam, & [c] ortum ‖ [l] dabat fructum [b] ascendentem & crescentem, & afferebat † [c] vnum triginta, & ▷ vnum sexagesimum, & ‖ vnum centesimum. [c] Hæc dicens clamabat, [b] & dicebat: [l] Qui habet aures audiendi audiat. [a] Et [b] cùm esset singularis [a] accedentes Discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? † [b] interrogabant [a] autem [b] eum [c] Discipuli eius [b] hi qui eum eo erãt duodecim, & ▷ [b] quæ esset hæc parabola. ‖ [a] Qui respondens ait illis: [a] Quia [c] vobis datum est nosse † mysteria regni cælorum, [c] reliquis autem [c] illis [b] qui foris sunt, [a] non est datum [sed] [b] in parabolis [b] omnia fiunt, [b] vt videntes [b] videant, & [b] non videant, & audientes [b] audiant, & [b] non intelligant, [b] nequando cõuertantur, & dimittantur eis peccata. [a] Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: & qui non habet, & quod

b. congregata est ad eũ turba mul ta.
▷ *b. nauim.*
‖ *b. circa mare super terrã erat.*
* *a. Et*
† *a. dicẽs dixit*
▷ *b. semini ad seminãdũ. b. cecidit.*
‖ *a. Alia autem ceciderũt b. aliud autem.*
† *c. petrã*
▷ *a. habebant.*
‖ *a. continuò exorta sunt, quia non habebant*
‖ *a. Solo autem orto æstuauerunt.*
† *aruerunt.*
b. o. exaruit
a. & quia non habebant.
‖ *a. Alia autem ceciderunt*
† *a. ea*
▷ *a. Alia autem ceciderũt*
‖ *a. dabat*
c. facit.
† *a. aliud*
▷ *a. aliud*
‖ *a. aliud c. aliquã.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet auferetur ab eo. Ideò in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiũt, neque intelligunt: & adimpletur in eis prophetia Isaiæ dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierũt, & oculos suos clauserunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & cõuertantur, & sanem eos. Vestri autem beati oculi, quia vident: & aures vestræ, quia audiunt. Amen quippè dico vobis, quia multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderũt: & audire quæ auditis, & non audierunt. [b] Et ait illis: Nescitis hanc parabolam? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? [a] Vos ergo audite parabolam seminantis. [c] Est autem hæc parabola: Semen est verbũ Dei. [b] Qui seminat, verbum seminat. †[b] Qui autem secus viam, hi sunt: [c] qui audiunt: [b] vbi seminatur verbum: & cũ audierint, [c] deinde[b] confestim[b] venit ▷ satanas, & ‖ aufert verbum[b] quod seminatum est in cordibus eorum [c] de corde illorum, ne credentes salui fiant. †[b] Et hi sunt similiter qui super petrosa seminãtur: qui cùm audierint[b] verbum, statim[b] cum gaudio ▷ accipiunt[b] illud[c] verbum, ‖ [b] & non habent radicem[b] in se, sed temporales sunt, [c] quia ad tempus credũt, [b] deinde orta tribulatione vel persecutione propter verbũ, confestim scandalizantur. [c] & in tempore tentationis recedunt. †[b] Et alij sunt qui in spinis seminãtur, hi sunt, qui verbum audiunt, & ærumnæ seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonã seminati sunt, qui[b] audiunt verbum, & suscipiunt [& [c] in corde bono & optimo audientes verbum, retinent, [b] & ▷ fructum afferunt [c] in patientia, [b] vnum trigesimum, vnum sexagesimum, & vnum centesimum

† ñ intelligunt. ▷ hanc parabolam. Et dicebat eis ‖ quibus ipse dixit † [b] mysterium regni Dei. c. 10. 8 † [b] Horum autem sunt qui circa viam. [a] c. 8. diabolus. ‖ c. tollit † [c] Nam qui supra petram. ▷ [c] suscipiunt. Il & hi radices non habent. † [c] Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierũt & à sollicitudine vitæ & diuitiis, & voluptatibus vitæ & sine fructu efficitur. Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum & intelligit: & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud verò tricesimum. [b] Et dicebat illis: Nunquid venit lucerna vt sub modo ponatur, aut sub lecto? Nonne vt super candelabrum ponatur? [c] Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectũ ponit: sed super candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. [b] Non est enim[b] aliquid † [b] absconditum, quod non manifestetur: nec[b] factum est ▷ [b] occultum[c] quod non[c] cognoscatur & [b] in palam veniat. [b] Si quis habet aures audiendi audiat. Et dicebat illis: [b] Videte[c] ergo [b] quid audiatis. [b] In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi: & ‖ quicunque[c] non habet, etiam quod † putat se habere[c] auferetur ab eo.

Quæ Marcus & Lucas pluraliter, Matthæus singulari numero narrat hoc modo:

OMnis qui audit verbum regni, & non intelligit (venit malus, & rapit quod seminatũ est in corde illius) hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud: non autem habet in se radicẽ, sed est tẽpt. alis. Facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scãdalizatur. Qui autẽ seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit: & solicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat verbũ, & sine fructu efficitur. Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum & intelligit: & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud verò tricesimum.

Mat. 13. 39. † c. 9. occultum. ‖ c. absconditũ. ‖ b. qui ‖ b. habet

IN ILLO DIE EXIENS IESVS DE DOMO SEDEBAT SECVS MARE, ET ITERVM, &c.] Quoniam quæ sequuntur Matthæus simul & Marcus superioribus subiungũt, & Matthæus dicit, *In illo die*; ideo omnino apparet hæc consequenter gesta esse, quanquam illud, *in illo die*, non necessariò sic accipi debeat, vt quæ sequuntur eodem die, quo præcedentia, facta intelligere sit necesse, cùm posset dies accipi more scriptarum pro tempore. Habet autem hæc parabola seminantis optimam connexionem cum eo quod mox dictum est à Christo de beatitudine eorum qui faciunt voluntatem Dei, & audirum Dei verbum etiam custodiunt. Vnde etiam Lucas hæc coniunxit, quanquam diuerso ordine ab aliis duobus Euangelistis. Porrò occasio huius parabolæ videtur fuisse nimia hominum frequẽtia, qui accurrebant vndiq;, & de ciuitatibus properabãt ad ipsum. Voluit ergo hac parabola significare, non satis esse audisse verbum Dei, neque omnes qui illud audiunt illinc meliores fieri, sed varie illud recipi, atque in paucis suos facere fructus, idque non ex vitio seminãtis aut seminis, sed ex vitio eorum qui semen excipiunt. Addũgit autem & alias etiam huic parabolæ similes, quibus omnibus natura, vis, fructus & pretium verbi Dei declaratur. Cùm autem in principio doceret adhuc in littore, vt ex Marco satis patet, postea ob nimium hominum cõfluxum, eõscenia naui ex ea cœpit docere, quoniam turba premebatur in littore, & vt ab omnibus conspici & audiri posset. Mare autem istud proculdubio lacus est Genesar, in cuius littore legitur crebrò Dominus docuisse, fortè quia oportunus erat loc⁹ in quo multi conueniebant. Alioqui non caret mystica intelligentia, quòd Dominus è domo exiens, vbi paucos docere potuit, circa mare multas turbas docere cœperit, idque è naui. Nam ea re significatum est, Dominum relicta Iudæorum synagoga extrum ad docendum gentes, è naui illa Petri, quæ fluctuare potest, mergi non potest. Quanquam enim domum illam, Ecclesiam significasse suprà diximus, alia tamen ratione eadem domus synagogæ typum gerit. Nam Ecclesiæ quidem domũ significat, si consideremus matrem & fratres Domini foris stantes, & irrumpentes Domini doctri nam: Synagogæ verò typum gerit, si consideremus paucitatem eorum qui ibi doceri poterãt, & Phari

Phariſæorũ calumniam ac blaſphemiam. Pro parabolæ autem primæ literati intelligentia obſeruandum, quod prima pars ſeminis, quæ ſcilicet cecidit circa viam, infructuoſa eſt duplici nomine, videlicet tum quia conculcatur ab itinerantibus, tum quia volucres cœli veniant, & auferãt illud, ita vt ſemen illud nihil germinauerit, nec vel ſpem aliquam fructus dederit. Secunda verò ſeminis pars, germinans quidem ac ſpem fructus præbens, ſed ſolis calore areſcens, duplicem etiam habet cauſam ſuæ infructuoſitatis, videlicet quia non habet profũdam terram in qua ſirmam mittat radicem, & quia non habet humorem ſufficientem, quanquam hoc ex priori conſequatur. Cuius ſeminis & illa conditio notanda, quòd ſtatim exoriatur. Loca enim ſaxea cooperta modica terra citò vegetant ſemen in herbam ex magnitudine caloris, quia calor ibi non imbibitur in profundo ſicut in reliqua terra, ſed reflectitur à ſaxo. Deinde quoniam non poteſt deorſum radices mittere, ſurſum erumpit. Nam hanc cauſam indicant Euangeliſtæ Matthæus & Marcus. Tertia ſeminis pars, quæ & ipſa exurgens ſpem dat fructus, perit ob ſpinas ſuffocantes. Quarta verò ſola pars fructum expectatum profert, ſed eum variũm. Nam quædam centeſimum, quædam ſexageſimum, quædam trigeſimum, hoc eſt, quædam magnum, quædam mediocrem, quædam parũm fructum proferũt. Nec eſt quòd quis putet quintam etiam ſeminis proportionem apponẽdam, vtpote eam quæ in terram bonam cadens, pluuiæ tamen deiectu areſcit nec peruenit ad frugem. Nam de ea tantùm varietate ſeminis loquitur, quę pronunit potiſſimum ex varietate terræ in quam proiicitur, quemadmodum intentioni etiam Domini, propter quam parabola dicta eſt, omnino conuenit. Quoniam autem hęc parabola opus habet diligenti animaduerſione ad intelligendum eã, nec potuerit intelligere eam niſi cui datum eſſet, ob id Dominus ſuo more, cùm dixiſſet parabolam, clamabat: Qui habet aures audiendi audiat, hoc eſt, audiatis cui à Deo datum eſt vt audita intelligat. Quibuſdam enim non dari aures audiendi docet Moyſes, Deuter. 29. Nõ dedit, inquit, vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſint audire. Potrò diſcipuli non quidem ſtatim audita hac parabola, ſed poſtea cũ ſoli eſſent cum Chriſto, vt patet ex Marco, duo quærunt. Nam & pietate quadam commoti pro auditoribus ſoliciti quæ fierunt. vt habet Matthæus, quare Dominus in parabolis loqueretur, non dubitantes illas rudi populo non eſſe intelligẽdas, quas nec ipſi intelligebant: & deſiderio intelligẽdi rogant Dominum, vt teſtantur reliqui duo, quę eſſet parabola iam dicta, hoc eſt, quid illa ſignificaret. Eſt, enim hic ponitur pro ſignificare, quemadmodum & ibi: Petra autem erat Chriſtus. Interrogatus ergo Dominus de duobus, ad vtrumque ſuo ordine reſpondet, & primùm quidem aperit quare in parabolis loqueretur turbis. Vbi aduertendum eſt, Dominum non totam reddere cauſam ob quam loqueretur per parabolas, ſed tantùm quare loqueretur in parabolis, quatenus attinet ad reprobos & deſperatos qui erant in turba. Pro varietate enim auditorum, variæ etiam ſunt cauſę ob quas in parabolis Dominus loquebatur. Nam quod attinebat ad bonos & fideles, quales erant diſcipuli, parabolis Dominus vſus eſt, vt hac ratione magis accenderet eorum animos deſiderio diſcendi, ac myſteria Euangelica dulcius mentì eorum inſtillaret. Quod verò attinebat ad non omnino malos, vel ad electos, nondum vocatos tamen, proderant etiam parabolę, tum vt non intellecta potius venerarentur, quàm intellecta faſtidirent. Quod autẽ pertinebat ad reprobos, quales erant Scribę & phariſęi turbę permixti, ea de cauſa Dominus locutus eſt in parabolis quam hic reddit, videlicet quoniam indignis myſteria erant abſcondenda. Si autem quęratur, quare ergo in ſermone illo prolixo, qui dicitur ſermo Domini in monte, turbis Dominus tam apertè locutus eſt, ſine omni ferme parabolico ſermone? Dicendum, ibi Dominum tradidiſſe præcepta Euangelica, quę neminem ignorare fas eſt. Hic verò differere de myſteriis regni cœlorum, ſicut ipſe teſtatur, quę non eſt neceſſe omnes ſcire. Quoniam ergo diſcipuli quęrebant, non quare in parabolis loquebatur, ſed quare in parabolis loquebatur eis, turbis ſcilicet quę Domino non credebãt, quas à ſe Diſcipuli ſeparabant, Dominus appoſitè non reddit rationem quare in vniuerſum vteretur parabolis, ſed tantùm quatenus pertinebat ad reprobos & infideles: hac ratione etiam demonſtrans fœlicitatem Diſcipulorũ, qua præ aliis Dei munere ſunt donati. Verùm circa rationem redditam à Domino apud Euangeliſtas, eſt non parua difficultas. Primùm enim, quomodo apud Marcum & Lucã dicit Dominus ſe ideo loqui in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant? Hoc enim videtur ſignificari, Dominum noluiſſe eos cernere & intelligere, quod de Deo credere impium eſt, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt magis cõuertatur, & viuat. Deinde quomodo ratio reddita apud Marcũ & Lucam conuenit cum ea quæ redditur apud Matthæum. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt? &c. Ni vt omittatur quòd rationes iſtæ diuerſæ ſunt omnino, videtur etiã poſteriot priorem deſtruere. Si enim ideo Dominus loquebatur in parabolis, quia videntes non videbant, non ergo propter ea vt videntes non viderent, quandoquidem iam non videbant. Ad ptiorem ergo difficultatem, rectè dicunt quidam, coniunctionem, vt, non accipi hoc loco vt denotet cauſam, ſed tantùm conſecutionem & euentum, quemadmodum frequenter in ſcripturis. Alij cauſam quidem denotare intelligunt: ſed cùm dicit Marcus; *ne quando conuertantur, & ſanem eos*; illud, *nequando*, pro quo Græcè eſt *μήποτε*, accipiunt pro, ſi quando, quomodo accipitur 2. Timoth. 2. Cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati, nequãdo Deus det illis pœnitentiam; pro ſi quando vel ſi fortè. Non enim, *ν* apud Græcos ſemper eſt negantis aut prohibentis coniunctio, ſed aliquando dubitantis, valens idem quod, nam, vel ſi. Itaque ſenſus eſſet: Ideo Dominus in parabolis locutus eſt quibuſdam, vt non intelligerent myſteria regni cœlorũ, ac non intelligentes non crederent ad tempus, ſi quando vel hac ratione conuerterẽtur ac ſanarẽtur, cùm ſcilicet ſuæ incredulitatis ac obſtinationis malum, agnoſcentes humiliarentur. De quo ſenſu prolixè diſputat D. Auguſtinus lib. de quæſt. Euang. ex Matthæo capite 14. Sed hic ſenſus non videtur eſſe germanus ſenſus, eo quòd obſtinatio & impœnitentia reproborum omnino ſignificari videatur

Quare in parabolis locutus ſit dominus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

videatur. Ad secundam difficultatem dicendum A est, prouidentia spiritus sancti factum esse, vt Marcus quidem & Lucas dicerent in parabolis Dominum locutum, vt videntes non viderent: Matthæus verò, quia videntes non viderent: sicut & vtrumq; verisimile est Dominum dixisse, quòd intelligeremus partim de merito hominum, partim iustæ voluntati diuinæ tribuendum, quòd reprobi isti auditores non illuminarentur. Quod autè Marcus & Lucas dicunt; *vt videntes non videant*; non sic accipiendum, quasi iam tum non tales fuissent, sed vt tales esse perseuerarent. Vtramque hanc causam videlicet & finem propter quem in B parabolis Dominus loquebatur, & causam ob quam illi hoc meruerant, Matthæus complexus est illa sententia; *Qui enim habet, dabitur illi, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.* Quoniam enim Dominus dixerat, vobis est datum: illis verò non est datum, (quod significat à diuinæ gratiæ dono pendere mysteriorum cognitionem, ne eam suis meritis tribuere possent discipuli) ne intelligeremus donum illud gratiæ contingere sine libero nostro arbitrio, ideo commodè hanc sententiam Dominus subiunxit, qua ostendit hanc diuinæ voluntatis dispositionem esse congruam ex parte ipsorum hominum, & quodammodo eos qui mysteriorum cognitione donantur, eam promereri: illos verò qui ea non donantur, eam demeruisse. Cùm ergo dicit; *quis non habet, & quod habet auferetur ab eo*, per hoc quod di C cit, *qui non habet*, significat causam demeritoriam: per hoc autem quod dicit, *auferetur*, significat se ideo turbis loqui in parabolis, vt non donarentur illuminatione quam demeruerant, hoc est, vt videntes non viderent. Cæterùm illa sententia; *Qui habet dabitur ei*, &c. videtur à domino è prouerbialibus & vulgò iactatis sententiis desumpta, qua significare voluit etiam in regno suo aliquousque impleri quod vulgò dici solitum fuit. Communis autem illa & vulgaris sententia, cùm ad propositum Domini varie à diuersis explicetur, commodè sic videtur explicanda: Qui habet id quod debet habere, dabitur ei amplius, ita vt etiam abundet: & qui non habet quod debet habere, id etiam quod habet aut habere videtur, auferetur. D Sic enim explicata hæc sententia deseruit & huic proposito, omnibus aliis locis, vbi à Domino hæc repetitur. Nam & hoc eodem capite inuenitur postea apud Lucam & Marcum, & rursum apud Matthæum capite 25. & Lucam cap. 19. quibus duobus locis talentum vel mna ablata ab otioso, datur ei qui quinque talēta lucratus fuerat & decē mnas. Præsenti quidem loco deseruit explicata illo modo sententia in hunc modum: Vobis, quoniam habetis fidem & studium discendi, perfectior mysteriorum diuinorum cognitio dabitur: illi verò qui foris sunt, quoniam suo vitio E non habent illam in me fidem quam meritò habere deberent, nec simplex illud cognoscendi veritatem studium & desiderium, ob id auferetur ab eis etiam id quod habēt aut vidētur habere diuinæ cognitionis, vt magis magisque cæci fiant traditi in reprobum sensum. Sic explicata hæc sententia includit etiam omnes aliorum explicationes. Chrysostomus enim & Hieronym⁹ sic intelligūt: Qui habet fidem, dabitur ei amplior Dei cognitio: qui verò non habet fidem, etiā si quid per naturale bonum possidet, auferetur ab eo. Quidam simili ferè modo: Qui habet studium discendi, dabitur ei & facultas intelligendi: & qui non habet discendi studium, priuabitur etiā naturalibus bonis. Aut: Qui habet charitatem, dabūtur ei cęterę virtutes & contrà qui eam non habet, auferetur ab eo quod habet aliud bonum. Diuus Augustinus intelligit eum habere, qui donatis à Deo bene vtitur: eum verò non habere qui acceptis non vtitur, ac si ea non accepisset. Porrò Isaiæ testimonium, quod in reprobis Iudæis adimpletū testatur Dominus, adducitur hic à Matthæo non secundum Hebraicam veritatem, sed secundū versionem Septuaginta, quemadmodum idem testimonium citatur & à Luca Act. vlt. & ex parte ali qua à Ioanne cap. 12. & rursum ex parte à Paulo ad Rom. 11. Nam Hebræa veritas sic habet secundùm versionem Hieronymi. Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere. Exæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Ad verbū autem Hebræa sic habent (Nam sunt quædā quæ rectius verti possunt quàm habet versio Hieronymi) Audite audiendo, & ne intelligatis: videte videdo, & ne cognoscatis. Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanatio sit ei. Apparet autē Septuaginta (vt annotauit quidam) consultò mutasse scripturam Hebraicam, ne impiis daretur ansa blasphemiæ, quasi Deus esset author malorum, ac ob id sensum potius reddere voluisse quàm verba. Itaque quoniam Hebraica veritas significat Deum iussisse vt videntes nō viderent, & audientes nō audirent, Septuaginta sic verterunt, vt tātùm significetur Deum prædixisse, audientes non audituros, & videntes non visuros, eo quòd sermonis diuini ea sit proprietas, vt mali alicuius iussio aut imprecatio, nihil ferè sit aliud quàm prænuntiatio mali illius ab irato Deo permittendi: quomodo dictum est Iudæis: Soluite templum hoc. Et Iudæ: Quod facis, fac citius. Ioan. 2. Ioan. 13.

Cùm autem Matthæus Hebraicè scripserit suum Euangelium, mirum videri potest testimonium hoc à Matthæo non citatum secundùm Hebraicā veritatem, nisi quòd omnino verisimile sit Matthæum quidem in Hebraico suo Euangelio Hebraicam veritatem adduxisse: interpretem verò Græcū pro Hebraica veritate Septuaginta translationem substituisse: tum quòd ea Græci quibus ea translatio fiebat, illi translationi essent assueti: tum quòd Lucas eodem modo testimonium hoc adduxisset capite Act. vlti.

a VESTRI AVTEM BEATI OCVLI, QVIA VIDENT, ET AVRES VESTRAE, QVIA AVDIVNT, &c.] Perficit iam differentiam inter Discipulos suos & alios, ostēdens ipsorum beatitudinem & fœlicitatem non solùm ex comparatione cum reprobis Iudæis, sed etiam ex collatione ipsorum cū sanctis prophetis & iustis hominibus. Quæ beatitudo vt rectè intelligatur, oportet per oculos videntes, & aures audientes, non solùm intelligere oculos & aures corporales. Sic enim & incredulis Iudæis eadem competeret beatitudo quæ ipsis Apostolis. Nec rursum tātùm oculos & aures spirituales, quia his prophetæ & iusti etiā viderunt & audierunt eadem quæ Apostoli:

stoli: Abraham enim (inquit Dominus) exultauit A vt videret diem meū, & vidit. & grauisus est. Sed Ioan. 8. oportet hic, quemadmodū & in præcedentibus, quod dicitur de oculis & auribus simul intelligere de auribus ac oculis corporalibus & spiritualibus, vt quemadmodum in superioribus oculi nō videntes, & aures non audientes, sunt oculi & aures quibus corporaliter visa & audita non intelligūtur: ita oculi videntes & aures audientes sint quibus corporaliter visa & audita intelliguntur. Itaque discipulos Iudæis præfert incredulis ob mentis spiritualem visionem: prophetis verò ob corporalem visionem. Sed de vtraque visione intelligenda est hæc eadem sententia, dum rursum apud Lucam dicta à Domino scribitur postquā Luc. 10. Discipuli eius à prædicatione Euangelij suissent B cum gaudio reuersi. Nam & ibi non de corporali tantùm visione Dominum locutum, patet ex his quæ ibi præcedūt, vbi gratias agit Deo patri quòd reuelata essent illis ea quæ celata erant sapientes & prudentes. Notandum autem, quòd Dominus non dixerit solùm prophetas & iustos cupiuisse videre & audire quæ discipuli viderunt & audierunt, nec tantùm dicit multos cupiuisse videre, sed *multi* (inquit) *prophetæ & iusti*. Lucas verò; *multi prophetæ & reges*. Sic enim significatur incomparabilis gratia Discipulis facta, vt quibus nulla vel dignitate eximia, vel rara sapientia aut iustitia insignibus ea sint concessa, quæ plerique Domino commodati & hominibus, ac diuinorum cognitione, aut insigni iustitia, aut regali dignitate diuinitus eis concessa celebres non sunt assecuti, C etiamsi illud summopere cuperēt. Quia enim gloriæ Dei studebāt, & salutis tum suæ, tum omnium auidissimi erant, ideo perpetuis, eisdemque ardentissimis votis aduentum Christi optabant & orabant, per cuius aduentum ampliore Dei cognitione reuelata, ac redēptione humani generis peracta, gloria Dei maximè erat illustranda, ac salus ad quamplurimos perueniretur.

a EST AVTEM HAEC PARABOLA: SEMEN EST VERBVM DEI. QVI SEMINAT: VERBVM. &c.] Explicatio parabolę abūdè ab ipso Domino reddita est, quanquam circa D eam intelligendam quædam à nobis obseruanda & dicenda sint. Imprimis ergo obseruandū, quàm appositè verbum Dei semē vocetur, aut per semē parabolicè significetur. Et quidem omnis sermo, maximè qui diuulgatur & spargitur, semen vocatur etiam à prophanis scriptoribus: vnde est disseminare sermonē, & Paulus ab Atheniēsibus qui busdam dictus est σπερμολόγος, hoc est, seminiuerbius, aut potius verbisator, eo quòd nouos rumores spargeret in vulgus, vt legitur Act. 17. Verùm præter hanc communem rationem (quæ tamen ipsa peculiariter & insigniter conuenit verbo Dei quod prædicandum erat in agro totius orbis) sunt Semen. & aliæ rationes propriæ verbo Dei. Primum enim quod semen est terræ, hoc verbum Dei est cordi, quod in medio hominis, velut terra in me- E dio mundi cōstitutum, omnium spiritualium fructuum, siue bonorum, siue malorū principium est & veluti mater. Sicut ergo semen nusquam fructificat nisi in terram proiectum, sic nec verbum Dei nisi in corde susceptū. Nihil enim profuerit illud vel auribus tantùm, vel oculis susceptisse. Et quemadmodū terra, nisi in eam semē iaciatur, ex se non profert ferè nisi steriles & inutiles herbas: ita cor hominis nisi semine diuino seminatum Ioan. 8. fuerit, noxia tantùm proferet, aut saltem inutilia & sterilia. Iam quemadmodum vt semen in terram iactum fructificet, necesse est intra eam recipi, ac necesse est terram eam non esse petrosam, nec spinis, vepribus, aliisque malis herbis consitam, sed mollem ac repurgatam: ita, quemadmodum hic Saluator explicādo parabolam docet, vt fructum Dei verbum proferat in corde hominis susceptum, debet non leuiter tātùm corde aduerti, sed intra illud recipi & veluti occultari, ac necesse est inueniat cor minimè lapideum, sed molle, vt firmas in eo radices mittere possit, cor item iam repurgatum à spinis & zizaniis vitiorū, quæ verbum Dei alioqui suffocarent. Vt autem semē intra terram recipi possit, eaque sit repurgata, necesse est eam quantumuis ex sese bonam aratro proscindere, ac multo labore excolere, ita vt & cor hominis intrà se recipiat verbum Dei, ac sit ab omnibus vitiis repurgatum cultura non parua opus est. Habet enim & cor opus aratione, stercoratione, ac agitatione sua, reliquisque id genus cultutis quæ terræ competūt. Vnde Hieremiæ 4. Nouate, inquit, vobis nouale, & nolite serere super spinas. Et: Innouate vobis nouale. Pro quo he- Osee 10. bræa significantius habent, Arate vobis arationem; quamuis eodem recidat. Deinde quomodo semen in terra receptū non fructificat, nisi in ea prius moriatur, ita & semen verbi diuini in corde hominis veluti mori debet, hoc est, diu hærere & masticari, & confringi. Postremùm, sicut semē, quantumuis in bonam terram proiectum, nō virtute solius terræ ad frugem perue nire potest, sed opus est cœlestium corporum influxu, ac pluuiæ descensu: ita nisi cor hominis assiduè gratia cœlesti ac pluuiis spiritus sancti perfundatur, nō poterit semen verbi diuini in eo esse fructiferum, ita vt hoc simili optimè possit intelligi concursus liberi arbitrij & gratiæ diuinæ, & vtriusque necessitas ad productionem boni fructus. Huic ergo diuino semini promittitur pluuia, Isaiæ c. 30. vbi de fœlicitate regni Messiæ inter multa sic vaticinatur: Et dabitur pluuia semini tuo: vbicunque seminaueris in terra, & panis frugū terræ erit vberrimus & pinguis. Ob hāc summam similitudinē verbi Dei cum semine, etiam in aliis multis scripturis verbum Dei semini comparatur. Vnde Ia- Iacobi 1. cobus: Suscipite, inquit, insitū verbum, quod potest saluare animas vestras. Et: Sicut terra profert Isaiæ 61. germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiā & laudem coram vniuersis gentibus. Germinabit dicit, vtique per semen Euangelicum sparsum in terra. Porrò cùm Dominus explicans quid per seminātem intelligat in parabola dicit apud Marcum: *Qui seminat, verbum seminat*; patet Dominum non voluisse hanc parabolam pertinere ad se tantùm, sed ad omnes prædicatores verbi diuini. Proinde frustra quidam obseruant in principio parabolæ dici: ecce exiit qui seminat, & semen suum; volentes verbo, exiit, notari exitū Christi è cœlo in terras, & ideo dici semen suum, quia Dominus non alienum semen, sicut Prophetæ & Apostoli, seminabat, sed propriū. De huiusmodi seminatoribus Isaiæ 32. loquitur Isaias, cùm de regno Messiæ loquens tandem dicit: Beati qui seminatis super omnes aquas immittentes pedem bouis & asini. Qua sententia significatur semē Euangelicū diuino fauore sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sic fructificaturum, vt etiam in locis aquosis ia
ctum crescat, & ob multam copiam frumenti ni
hil obsit quòd in loco seminato dimittantur bo
ues & asini. Quod certè in Apostolis adimpletũ
est, qui in sterilibus gentibus, velut in sterilibus a
quis aut locis aquosis, semen verbi diuini sparse-
rũt, vbi tãtam fructuum copiam protulit, vt non
obsit quòd in agro Dominico relinquãtur boues
& asini, hoc est, dæmones, hæretici, & infideles,
qui depascerevolũt agrũ domini. porrò messores,
Angeli hi sunt quibus dicitur Ioel. 3. Mittite fal-
cem, quoniam maturit messis. Ad quem locum
videtur allusum esse, cùm rursum dicitur Apocal.
14. vni ex istis messoribus: Mitte falcem tuam, &
mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit
messis terræ. Pro explicatione autem reliquorũ
quibus dominus exponit cætera præsumptę pa
rabolæ, sciendum imprimis, quòd cùm Dominus
in parabola diuiserit semen in quatuor partes, in
explicatione parabolæ apud omnes tres Euãgeli
stas non verbum Dei, quod est semen, sed audito-
res verbi diuini diuidit in quatuor ordines, cùm
tamen quadruplices isti auditores verbi non pro
prie significentur per quadripartitum semen, sed
magis per terrã quadripartitã, in quam semen ca
dit. Intentio enim Domini erat per parabolã hãc
demonstrare varietatem audientium vnũ idẽm-
que verbum Dei. Nec est inter Euangelistas ali-
qua notabilis diuersitas, nisi quòd Matthæus iam
singulariter loquitur, reliqui verò duo pluraliter:
cùm cõtrà in parabola ipsa Matthæus pluraliter,
reliqui verò duo singulariter sunt locuti. Huius-
modi enim varietas nihil detrahit veritati narrati
onis. Quoniam autem apud Marcum & Matthæũ
dicuntur homines ipsi seminati secus viam, su-
per petrosa, in spinis, in terram bonam; quę locu-
tiones durę videntur: sciendũ secundo, quòd esse
seminatum duobus modis dicitur. Dicitur enim
& semen seminatum, & ager seminatus, quia sci-
licet semen in ipsum iactum est. Sic ergo & homo
hic dicitur seminatus, quia semen verbi Dei in se
susceptt. Aut potius sicut Hebraica phrasi dicitur
verbum Dei esse semen, quia per semen in ipsa-
parabola designatum: ita homo dicitur semina-
tus secus viam, super petrosa, &c. quia significa-
tur per semen seminatum secus viam, super petro
sa, &c. Hæc enim explicandi has orationes ratio
& tollit incommoditatem illam quam afferunt
illæ partes, secus viam, in petrosa, &c. & magis cõ
uenit cum eo quod Lucas in tertio & quarto mẽ-
bro dicit; *& quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui aud
dierunt*, &c. Et, *quod autem in terram bonam, hi sunt
qui in corde bono*, &c. Vbi dicit semen ipsum esse
homines, quod proculdubio intelligendum est, se
men ipsum significare homines tales vel tales, nõ
quòd propriè semẽ homines significet, vt dictum
est, sed quòd semen in hanc vel illam terram ca-
dens, menti suggerat tales vel tales verbi audito-
res. Ex his patet quomodo intelligendum quod
Lucas dicit in primo & secundo membro, Mar-
cus etiam in primo; *Hi sunt qui circa viam*. Et, *qui
autem supra petram*; sensus enim est: Hi sunt qui
significati sunt per semen cadens circa viam, aut
per semen cadens super petrosa. Restat tollenda
vna orationis incommoditas, quæ est apud Mat-
thæum in primo membro, cùm dicitur: *Omnis qui
audit verbum regni, & non intelligit, venit malus,
& rapit quod seminatum est in corde illius, hic est
qui secus viam seminatus est.* Quam orationem an-
notatur in glossa, quam dicunt Ordinariam, sic es
se ordinandam: Omnis qui audit verbum regni,
& non intelligit, vt hic suspensa sit sententia, &
quod sequitur per parenthesim legatur in hunc
sensum: Venit enim malus, nempe diabolus, & ra
pit quod seminatũ est in corde illius. Omnis, in-
quam, qui talis est, hic est qui secus viam semina-
tus est. Græca verò non habent hanc incommodi
tatẽ. Sic eñ est Græcè *παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον
βασιλείας, καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς*, &c. id
est, quouis audiente verbum regni, & non intelli
gente, vel, cùm quiuis audit, & non intelligit, tunc
venit malus. Proinde apud nos illud; *omnis qui
audit, & non intelligit* intelligendum est positum
absolutè, pro, cùm quiuis audit, &c. His pro literę
intelligentia præmissis, ad totius explicationis tra
ctationem descendendum est. Quatuor ergo facit
Dominus genera auditorum Euangelij. Primi au
diunt quidem, sed nulla mente, nulla animaduer
sione aut intelligentia, aliò nimirum per satanam
detorto eorum animo, quo fit vt nulla omnino au
diti verbi adhæreat vel cogitatio, multo minus ex
audito verbo nascatur vel fides vel indicium ali
cuius fructus. Hi similes sũt tertæ quę iuxta viam
est, duræ & ab omnibus conculcatæ. Habẽt enim
& ipsi cor induratum; vt intra illud non recipia-
tur verbum Dei, & conculcatur cor eorum, simul
& verbum Dei, quia à strepitu mundanarum co-
gitationum premitur. Et quoniam ab eis obiter
tãtùm & oscitanter auditur verbũ Dei, nec intra
cor recipitur, subitò aduolans diabolus, velut aui
cula quædam, sublegit ex animis illorum quic-
quid audierunt priusquam inhæresc at, immissis
scilicet diuersis cogitationibus aliò animum tra-
hens, vt iam nihil referat audisse. Bene autẽ quem
Lucas diabolum vocat, Marcus satanã, Matthæus
antonomasticè malũ, appositio apud Græcos ar-
tieulo, per volucres cœli designatur, eo quòd in
caliginoso huius mundi aëre dæmones morentur
cum volucribus cœli. Deinde propter subtilitatem
naturæ ipsorum, velo citatẽ atque superbiam, sed
omnium maximè ob eam causam quæ hic à Do-
mino indicatur, quòd semini insidiantes summa
cum velocitate illud à cordibus hominum aufe-
runt, cum intra illa non recipitur. Alij, præter hoc
quod Euangelium audiunt mente, etiam illud re
uoluunt, bonumque indicantes auidè illud arri-
piũt, idque aliquando nimis immaturè testantur,
tum verbo, tùm facto, ita vt semen in eis subitò
enascatur, & per herbam fructum polliceatur. Ve
rùm quoniam quod audierunt non penitus defi-
xum est in cordibus eorum, ac in illis non est pro
fundè radicatum, ob id sunt temporales vel tem-
porarii, hoc est, ad tempus obtẽperant sermoni
diuino, sed ad exortam malorum procellam defi-
ciunt, deserentes bene cœpta. Hi ergo similes sũt
terræ petrosæ non ob cordis duritiem, sed tum
quòd in eis verbum Dei nimis præpropere enasci
tur, tum quòd in eis non sit ita radicatum, nec
tantum habens humorem gratiæ diuinæ vt susti-
neat exortum persecutionum & tribulationum,
quę vt in multis scripturę locis, ita & hic per so-
lem æstuantem significantur. Quemadmodum e-
nim Sol suo æstu herbas quidem non satis radica
tas, nec sat humoris habentes arefacit, bene autẽ
radicatis & loco humido nascentibus non solùm
nihil obest, sed etiam iustam augmenti & fructus
perfectionem

Tractatio parabolæ.

Volucres cœli diabolum significat.

perfectionem & maturitatẽ adfert: ita tentatio-
nes cùm imperfectos deiiciant, firmos etiam per
Ephes. 3. fectiores reddunt. Proinde Paulus Ephesiis preca
tur à Deo virtutem corroborari per spiritũ eius
in interiore homine, vtque sint in charitate radi-
cati & fundati. Porro illud; *propter verbum*, quod
est in Matthæo & Marco, quanquam posset con-
iungi cum sequenti verbo, *scandalizantur*, vt si-
gnificetur eos scãdalizari in verbo semel recepto
cum gaudio, rectius tamen coniungitur cum præ
cedẽti orta tribulatione vel persecutione, vt signi
ficetur tribulationem illis inferri propter verbũ
ab illis receptum. Id fit dum vel eorum fides in
Christũ oppugnatur, vel cùm alioqui propter iu-
stitiam quam sectantur, aliquid patieis contingit.
Quid autem sit illud, *scãdalizantur*, quod est apud
Matthæum & Marcum, Lucas exponit dicens; *&
in tempore tentationis recedunt*. Scandalizantur
ergo, hoc est, offenduntur & impediũtur quo mi-
nus verbo firmiter adhæreant. Tertii sunt, qui &
ipsi verbum non audiũt solùm, sed & intelligũt,
& mente recipiunt, ac spem aliquam fructus præ
bent: sed quemadmodum illos qui petrosæ terræ
assimilantur, ab Euãgelio crux auocat, ita in istis
cupiditatis & cura superflua rerum præsentiũ fa
cit vt prorsus enecetur & intereat verbũ Dei, an
tequam in herbam iustam enascatur. Vbi notan-
dũ, Lucam & Marcum tria numerare quæ spinis
comparantur, videlicet solicitudines, (pro quo
apud Marcum legimus ærumnas, cùm apud Græ
cos vna eademque sit dilectio, μερίμναι) diuitias &
voluptates, pro quibus apud Marcum, deceptio
diuitiarum (hoc est, Hebraica phrasi, diuitiæ de-
ceptrices) & circa reliqua concupiscẽtiæ, hoc est,
reliquarum rerum concupiscentiæ, iii quibus tri-
bus comprehẽduntur illa tria quæ Ioannes dicit
esse in mundo, nempe concupiscentia carnis, con
cupiscentia oculorum, & superbia vitę. Matthæus
verò duo tantũ ponit, solicitudinem sęculi, & fal
laciam diuitiarum, hoc est, fallaces diuitias, rectis
simè sic dictas, quòd blanda quadam specie pro-
mittant id quod præstare non possunt, quodque
homines frustrãtur plerunque salute æterna. Mi-
rum autẽ videri posset (vt habet Gregorius) diui-
tias & voluptates à domino spinis cõparari, cùm
spinæ pungant, illę autem delectent. Et tamen spi
næ sunt, quia curarum quas requirunt punctioni
bus mẽtem cruciant, & dum ad peccatum pertra
hunt, quasi inflicto vulnere mentem cruentãt, ac
demum remorsu admissi peccati mẽtẽ torquent.
Notandum etiam cum Gregorio, duo diuitiis iun
gi, solicitudines scilicet & voluptates. & illas qui
dem præponi, has postponi. Nam vt habeantur
diuitiæ, vanæ præcedunt curę, quibus mens homi
nis miserè torquetur: obtentæ autem voluptа-
tes pertrahunt, per quas anima vulneratur, & tan
quam spinis per remorsum cruciatur. Quod au-
tem apud Lucam dicitur; *à solicitudinibus & di-
uitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur*; scien
dum quòd pro participio, *euntes*, (quod obscuri-
tatem aliquam fecit,) Græcè est πορευόμενοι, quod
quidam putat accipi posse non vt sit deponens à
πορεύομαι, eo, sed passim à πορεύω, quod signi-
ficat duco, ago, aut etiam abundare facio, vt sit sẽ
sus: Suffocãtur acti, ducti & possessi, hoc est, dum
aguntur & obruuntur à curis, diuitiis, & voluptа
tibus. Aut si, vt magis est verisimile, sit à πορεύομαι,
illud, euntes, sic accipietur: Suffocãtur à curis, &c

eũtes supple, post eas, hoc est, dum sequũtur eas,
veleũtes, hoc est, processu temporis, vt sit phrasis
Hebraica. Potest autem illud ὑπὸ μεριμνῶν, vt est
Græcè, verti; sub solicitudinibus & diuitiis, vt sit
sensus: euntes sub solicitudinibus, hoc est, cum il
lis euntes & conuersantes, quomodo intelligit
Euthymius Græcus. Quarti sũt, qui audiẽtes ver-
bum, suscipiunt illud in corde bono, & susceptum
retinent, in quibus quoniam radices agit, nec in-
uenit spinas, fructum profert etsi varium, secun-
dum quod alii alijs spiritu locupletius donantur.
Sicut enim triplex est varietas audientiũ verbum
Dei sine fructu, ita triplex etiam varietas audien
tium cum fructu significatur in quarto isto gene
re à Matthæo & Marco. Centesimum enim fru
ctum afferũt, qui perfectam & summam vitam a-
gũt. Sexagesimum verò, qui mediocrem. Trigesi
mum, qui inferiores sunt, fructum tamen bonum
afferentes pro suis viribus. Hinc factum est vt cen
tuplum fructum Hieronymus virginibus, sexage
cuplum viduis, trigecuplum coniugatis tribuerit,
ostendens numerationem quę in digitis fieri con
sueuit, huic mysterio conuenire, libro primo con-
tra Iouinianum. Augustinus verò centesimum
martyribus, sexagesimum virginibus, trice simum
coniugatis aptans etiam his numerationem. libr.
de quæstion. Euang. Theophylactus centesimum
tribuit anachoritis, qui perfectam vitam assecuti
rebus diuinis tantùm vacant solitariè viuẽtes: se
xagesimum cœnobitis: trigesimum coniugatis &
laicis. Apud Lucam nulla graduum fit mẽtio, sed
cùm in parabola centesimi fructus fecerit mentio-
nem, huc tantùm dicit; & fructum afferunt in pa-
tientia, hoc est, per patientiam vel patientem ex-
pectationem mercedis. Est enim Græce ὑπομονὴ
quod magis significat expectationem & longani
mitatem, quam aduersitatum tolerantiam. De ea
ergo loquitur patientia, de qua alibi; In patientia
vestra possidebitis animas vestras. observandum
autem quàm pulchrè Lucas secernat quarti
generis auditores à trib⁹ aliis. Nam per hoc quod
dicit; verbũ retinent, separat eos à primis: per hoc
quod dicit, in corde bono, separat ab his qui
in spinis semen excipiunt: per hoc quod dicit, fru
ctum afferunt in patiẽtia, separabat ab his qui in
petrosa seminantur, qui non perseuerant. Porro
dubiũ hic esse potest, an per fructus hic designan-
tur bona opera, an merces quæ bonis operibus
redditur. Pro mercede enim quæ maior redditur
perfectioribus, debere accipi videtur, ob id quod
etiam hi qui in spinis & petrosa terra semen exci
piunt, fructus bonorum operum ad tempus pro-
ferunt, cùm tamen his non dicantur fructum ad
ferre: nisi dicamus bona opera non vocanda fru
ctus, nisi quæ vsque ad messis tempus, hoc est, tẽ
pus retributionis perdurant. Alioqui enim potius
teneræ herbæ sunt similia.

ᵃET DICEBAT ILLIS, NVNQVID VE-
NIT LVCERNA VT SVB MODIO PO
NATVR.] Parabola hæc lucernæ quæ rursum
hic ponitur apud Marcum & Lucam, dupliciter
potissimum à diuersis proposito Domini appli-
catur. Theophylactus enim intelligit hic alterius
doctrinæ esse initiũ, vt hic intelligatur Dominus
Discipulos suos, quibus supra plus quàm aliis da
tũ esse asseruit. admonere voluisse vt honestæ &
claræ sint vitæ, eo quòd sint velut lucerna quædã
aliis omnibus in exemplum proponendi, & vita

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum omnibus futura conſpicua. Iam quod ſequitur; *Non eſt enim aliquid abſconditum quod non manifeſtetur*, &c. ſic intelligit: Velut lucerna ſuper candelabrum ponendi eſtis, quia vniuſcuiuſque veſtrum nihil poterit eſſe occultum, ſed quic quid feceritis, manifeſtabitur non ſolùm in futuro ſeculo, ſed etiam in præſenti apud homines. Quod autem poſt adhortationem ad vigilantiã in audiendo, ſequitur apud Marcum: *In qua menſura menſi fueritis*, &c. ſic intelligit: Videte quid audiatis, vt nullum ex dictis meis vos fugiat. Qualem enim menſuram attentionis attuleritis, talis etiam vtilitas vobis dabitur, & ſecundùm menſuram auditus & attentionis addetur vobis & intelligentiæ gratia. Qui enim habet alacritatem & diligentiam, dabitur ei multa intelligentia: qui verò ſegnis fuerit, & non alacer, tolletur ab eo etiam quòd habet, aut putat ſe habere. Aliter autem totus iſte locus intelligitur, vt per parabolam lucernæ Dominus ſignificet, quare myſteria regni cœlorum ſub parabolis latentia diſcipulis ſuis aperuit, nimirum vt ſuo tempore eadem Diſcipuli aliis qui iam adhuc non erant capaces, reuelarent, vt non putarent illa quæ ſeorſum ipſis aperiebantur, ſemper à ſe occultanda eſſe. Eſt ergo ſenſus: Sicut nemo accendens lucernam operit eam vaſe, ſed ſuper candelabrũ ponit, vt lumen prębeat ingredientibus: ita non putetis me quę ſecretò vos doceo, velle ſemper eſſe occulta. Ideo enim lumine diuinæ ſapientiæ vos accendo & illumino, vt ſuo tempore veluti ſupra candelabrum poſiti lumine veſtro alios etiam illuminetis. Non enim aliquid Euangelicæ doctrinæ meæ eſt, quantumuis adhuc hominibus incognitum & occultum, quòd non ſit toti mundo propalãdum, idque per vos imprimis. Quoniam autem Dominus rurſum hic parabolicè Diſcipulis locutus eſt, eaque locutus eſt quæ animis eorum voluit eſſe infixa, iterum adiecit; *Si quis habet aures audiendi, audiat.* Et quo magis eos excitaret ad vigilantiam in audiendo ea quæ per eos aliis erant prædicanda, ac ſignificat et prædictam parabolã propter eos eſſe dictam, rurſũ intulit: Videte ergo quid audiatis, hoc eſt, curate vt quæ auditis memoriæ mandetis. In qua enim menſura vos mẽſi fueritis aliis, remetietur vobis à deo, A imò & adiicietur vobis. Nã ſi fueritis ignaui, aut parei diſpenſatores doctrinæ, quam vobis impertio, parcam etiam ſententiæ in vos Dei benignitatem in cognitione diuinorum, aliisque Dei donis. Contrà verò ſi larga menſura aliis diſpẽſaueritis, largam etiam experiemini in vos Dei remunerationem, & qui dedit ſortem, larga item menſura adiiciet incrementum, copioſiore vos donans cognitionis lumine, quo pluribus prodeſſe poſſitis. In regno enim cœlorum aliquouſque etiam impletur quod vulgo dici & fieri ſolet; vt multũ habenti multum detur: parum habenti non ſolùm nihil detur, ſed etiam ab eo tollatur quod habet. Nam qui dona diuina quæ ei offeruntur verè habet, (habet autem qui quæ accepit ſe habere de- B clarat eis vtens) ei amplius à Deo dabitur: qui verò quæ debet habere, & quæ offeruntur ei diuini tus dona non habet, (non habet autem qui defoſſum theſaurum apud ſe ſeruat) tolletur ab eo etiã quod videbatur habere. Hæc totius huius loci explicatio vt magis coliæret, ita etiam magis conuenit cum illis locis vbi apud Matthæum ponuntur duæ illæ ſententiæ, quæ ſũt hic apud Marcum, de occulto reuelando & menſura: quarum hæc eſt apud Matthæum cap. 7. illa cap. 10. vbi ſubiũgitur: *Quæ dico vobis in tenebris, dicetur in lumine: & quæ in aure auditis, prædicate ſuper tecta.* Cæterùm quod apud Marcum legimus: *Nec factum eſt occultum quod non veniat in palam*; Græce habetur οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ id eſt, neque factum eſt occultum ſed vt in palam veniat; quomodo deprehendi ſcriptum in tribus Bibliis antiquis manu deſcriptis, vt non ſit dubiũ quin locus iſte Marci, ex lectione Luęæ ſit à ſcriptore vel impreſſore mutatus, quod videretur nullus alioqui eſſe ſenſus. Eſt autem oratio imperfecta hoc modo ſuppleda: Neque factũ eſt aliquid occultũ vt maneat occultum, ſed vt aliquando manifeſtetur. Videtur autem & hanc ſententiam C Dominus à vulgari ſermone mutuaſſe; quam pro diuerſa materia ſubiecta variè vſurpare poſſimus. Siquidem ea etiam rectè vtemur, dum ſignificare voluerimus omnia quæ iam ſunt occulta hominum facta, in nouiſſimo die propalanda coram omnibus, quamuis ad hoc propoſitum non videatur vſurpata à Saluatore.

PARABOLÆ ZIZANIORVM, SEMINIS CRESCENTIS, grani ſinapi, & fermenti. Matthæi 13. Marci 4.

CAPVT LII.

[a] *Aliã parabolã propoſuit eis, dicens Simile factũ eſt regnum cœlorum homini qui ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo, cùm autẽ domirẽt homines, venit inimicus eius, & ſuper ſemina uit zizania in medio tritici, & abijt. Cũ autẽ creuiſſet herba, & fructũ feciſſet, tũc apparuerunt zizania. Accedẽtes autẽ ſerui patris familias dixerũt ei. Domine, nõne bonũ ſemẽ ſeminaſti i agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerũt ei: Vis igitur imus: & colligimus ea? Et ait. Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſsis dicã meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in falciculos ad comburendum, tritricum autẽ congregate in horreum meum.* [b] *Et dicebat: Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram & dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemen germinet, & increſcat dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica. Et cum ex ſe produxerit fructus, ſtatìm mittit falcẽ quoniã adeſt meſsis.* [a] *Aliã parabolam propoſuit eis,* † [c] *& dicebat:* [b] *Cui aſſimilabimus regnũ Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud?* [c] *Simile eſt regnum coelorum grano ſinapis, quod* [a] *accipiens homo ſeminauit in agro ſuo, quod* [c] *cum ſeminatum fuerit in terrã* [c] *minimum* [a] *quidem*

† a dicem C. 12. 89 v b ſicut gramm. lib. 2. minus

‖ autem † amatus eſt omnibus, & fit arbor. e. 13. 8. 9.

quidem eſt omnibus ſeminibus [b] *quæ ſunt in terra, & cùm ſeminatum fuerit* [&] [a] * *creuerit,* † [c] *aſcẽdit in arborem, & fit maius omnibus oleribus* [b] *& fecit ramos magnos,* [c] *ita vt* [b] *poſſint ſub vmbra eius aues habitare,* [&] [a] *volucres cœli, veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus eſt eis: Simile eſt regnũ cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus donec fermentatũ eſt totũ. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas,* [b] *& talibus multis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire,* [c] *ſine parabola autem non loquebatur eis,* [a] *vt impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.* [b] *Seorſim autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. Tunc dimiſſis turbis venit in domum & acceſſerunt ad eum Diſcipuli eius dicentes: Ediſſere nobis parabolã zizaniorum agri. Qui reſpondens ait illis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis. Ager autem, mundus. Bonum verò ſemen, hi ſunt filij regni. Zizania autem, filij ſunt nequam. Inimicus autẽ qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis vero, conſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem, Angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni cõburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis Angelos ſuos & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiẽdi audiat.*

[a] LIAM PARABOLAM PROPOSVIT EIS, DICENS: SIMILE FACTVM EST REGNVM COELORVM.] Superior parabola deſumpta eſt à ſemine quatenus ſignificat verbũ Dei: hæc verò parabola deſumpta eſt etiam à ſemine bono, ſed quatenus ſignificat bonos homines, vt ipſe Saluator etiam poſtea dignatus eſt aperire. Itaque ſicut ſuperiore ſignificatũ eſt vnũ idemque ſemen non facere in omnibus fructum, & in quibus fructum facit, non eundem facere, ita hac ſignificatur vſque ad conſummationẽ ſeculi ſemper in Eccleſia Dei malos bonis fore permixtos, idque Deo permittente fieri in bonũ electorum. Et quomodo illa valet tum ad mouendũ auditores, ne fruſtra audiant verbũ Dei: tum ad cõ- B ſolationẽ Diſcipulorum, ne ob id ceſſarẽt à prædicatione, quia in multis eam experturi erãt fore infrugiferam: ita hæc valet etiam & ad commouendum auditores, ne ſibi ex eo placerent quòd Chriſtũ viderentur ſequi, eiuſque gregi eſſent admixti, cùm ſemper mali ſpeciem boni præferentes gregi ſuo eſſent admiſcendi: & ad conſolationem Diſcipulorum & omnium bonorum fidelium, ne ex eo ſibi diſpliceret ac ſcandalizarentur, quòd ſuo gregi viderent malos eſſe admixtos. Proinde bene hæc parabola ſubiecta eſt ſuperiori, tũ quòd etiam à ſemine ſit deſumpta, ſicut & ea quæ ſequitur ex Marco: tum ne ſemen illud quod non cecidit in ſpinas, ſed in terrã bonã, putaretur nullam mali ſeminis, vnde ſimul ſpinę naſcerẽtur aut malæ herbæ, habiturum admixtionem. Porrò imprimis hic dicendum de hac oratione, *Simile eſt regnũ cœlorum homini qui ſeminauit*, &c. quales multæ ſequuntur poſtea, vt cùm dicitur regnum cœlorum ſimile grano ſinapis, fermento, ſagenæ, decem virginibus, homini qui fecit nuptias filio ſuo: & ſic de aliis. Itaque in his locutionibus plerique regnum cœlorum variè accipiunt, nimirum pro exigentia rei cui regnum cœlorum aſſimilatur, vt aliquando accipiant pro Rege cœleſti Meſſia, aliquando pro Rege cœleſti Deo patre, aliquando pro doctrina Euangelica, aliquando pro Eccleſia fidelium, aliquando pro fide, &c. Quare hoc loco intelligunt hunc ſenſum: Similis eſt Rex cœleſtis Meſſias homini qui ſeminauit, &c. Et cùm ſequitur: *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis*; ſic explicant: Doctrina Euangelij ſimilis eſt, & ſic de aliis. Verùm quoniam durum eſt vt qui regit aut lex regni dicatur regnum, ideo conuenientius quidã ſic has locutiones explicãt, vt intelligatur regnũ A cœlorum dici ſimile alicui rei, quãtum ad aliquid ſui. Regnum enim cœlorum varia in ſe complecti tur, nempe regem ſuum, legem ſuam, ac regni ciues. Itaque intelligunt regnum cœlorum aliquãdo ratione iſtius, alias ratione alterius dici alicui ſimile. Conuenientior autem & facilior eſt explicandi eas locutiones ratio, quę ſuprà eſt indicata, circa caput Concordiæ 47. vt regnũ cœlorum dicatur ſimile huic vel illi rei, quia in regno cœlorũ tale quid contingit, quale de huiuſmodi re narratur. Hinc Marcus in ſequẽti parabola dicit: *Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram*; pro quo Matthæus dicturus erat: Simile eſt regnum cœlorum homini qui iecit ſementem in terram. Sunt enim huiuſmodi locutiones exphraſi Hebraica: qualis eſt in illo Iſaiæ loco: Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus, hoc eſt, tale quid nobis cõtigiſſet quale contigit in Sodoma & Gomorrha. Cæterũ quoniam in parabola hac à ſe explicata, quędam Dominus reliquit intacta quæ variè explicantur à diuerſis, videlicet quid ſignificet dormitio hominũ, cuius occaſione inimicus venit, & ſuperſeminauit zizania: quid ſignificet abitus inimici: qui ſint illi ſerui patrisfamilias, qui ignorãt vnde ſint in agro zizania, & quærunt num velit ea colligi: ideo quòd certius & ſolidius in huius & aliarum parabolarum explicatione verſemur, quædã hinc ſunt annotanda, & imprimis, quòd cum omnis parabola obliquo & figurato modo rerum quarundam naturam & conditionem manifeſtet, ideò quemadmodum in his qui typũ Chriſti geſſerũt in veteri teſtamẽto, nõ oportet hunc typum exprimere in ſingulis eorum factis: & quomodo in allegoricis locutionibus non oportet ſingularum dictionum myſticam requirere intelligentiã, ſed ſatis eſt explicare quid tota oratione ſignificetur: ita & in parabolis non oportet, teſte etiã Chryſoſtomo, nimia cura in ſingulis earũ verbis anxiũ eſſe, neque D ea quę in eis dicuntur ſecundùm totum quod dicitur inueſtigare, & ſingula velle accõmodare ei rei ob quam parabola aſſumitur. Quãquam enim in parabolis nihil ponitur ſuperfluò, non tamẽ neceſſe eſt ob id omnia myſteriũ aliquid ſignifica re, quod ad eam rẽ pertineat, de qua eſt parabola. Quædam enim in eis admiſcentur, tantùm vt expleatur & conſtet narrationis ordo. Proinde ante omnia perſpiciendum eſt quid per parabolam autor ipſe intenderit ſignificare, & quorſum ac qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

occasione dicta sit; hinc generali quodam modo A vnum alteri comparare oportet, nec nimia curiositate de singulis cooptãdis solicitum esse, sed ea tenus ea quæ in parabolis dicuntur rei ob quam dicuntur cooptare, quatenus conueniunt intentioni propositę. Alioqui enim si singula quis velit exactè perscrutari, ac similia cũcta inuenire in rebus ob quas parabolæ assumũtur, & laboriosa admodum res erit, & nimis curiosa forsitan. imò & in argutias quasdam abduci hominem cõtingat, quæ seipsas euertant, vt patebit in plerisque parabolis sequentibus. Itaque & in præsenti parabola non opus est pro explicatione sensus quẽ intẽdit B Saluator, singula accommodare, & excutere quo modo rei ad quam spectat parabola, conueniant, sed satis est secundùm ea quæ Dominus pro parabolæ explicatione aperuit, generaliter adaptare exemplum parabolę ad eam rem propter quã assumpta est, hoc nimirum modo: Sic contingit in regno Dei, quemadmodum si homo aliquis semi net bonum semen in agro suo, contingit inimicum eius inuidia commotum postea superseminare zizania, nec tamen ille velit ea postquam apparere cœperint, ãseruis suis eradicari, sed vult ea sinenda crescere vsque ad messem, ne in eradicãdis zizaniis, cõculcetur & pereat, aut etiã simul eradicetur & triticum: qui, cùm messis tempus aduenerit iubeat messoribus suis, vt triticum à zizaniis separantes, zizania quidem alligent in fasciculos C comburendos, triticum verò congregent in horreum ipsius. Sic enim & in regno Dei filius hominis tum per se, tum per suos seminante, passim in hoc mundo tanquã in agro suo, homines ad cœleste regnum præelectos veluti semen bonũ, diabolus infestissimus hostis humanæ salutis, passim etiã superseminat, semperque seminabit impios homines veluti zizania, vbique eos iustis permiscens, qui etsi indigni sint iustorum societate: tamen propter eorum bonũ sinendi sunt semper in congregatione eorum vsque ad consummationẽ sæculi, quãdo omnibus hominibus ex agro huius mundi per sanctos Angelos demessis & collectis, iusti ab impiis separati recõdentur in horreo cœlestis regni: impij verò veluti in fasciculos collecti, D tradentur igni infernali comburendi. Sic explicata hæc parabola eam adfert vtilitatem, ob quã priùs dictum est eam assumptam esse. Et tamen etiam sanctissimi, doctissimi, & antiquissimi patres, Hieronymus, Augustinus, & alij, pleraque imò singula huius aliarumque parabolarũ excutiunt, vt ea diligentia non possit omnino reprehendi. Itaque per hoc quod dicitur in parabola, inimicũ venisse ad superseminãdum zizania cùm dormirent homines (per quod in parabola significatur noctu eũ venisse, tempore scilicet oportuno) intelligunt significari zizania à diabolo seminata in mundo negligentia Episcoporũ & præpositorũ E Ecclesiæ. Verùm cùm in parabola nõ significetur illis verbis hominum negligentia, cumque etiam Christo & Apostolis agentibus in terra diabolus superseminauerit zizania, ludam scilicet proditorem, Simonem Magum, & alios, simplicius fuerit illum tantùm intelligere significatum, diabolum superseminare zizania, cùm tempus & locum oportunum inuenerit, & omnem oportunitatem obseruare, quo Dei operib⁹ noceat, etsi nullo suo bono: quanquam rectè intelligatur, quod iam ex illa intelligentia cõsequitur, tum maximè superseminare zizania, cùm videt dormientes Ecclesię prælatos. Quòd dicitur inimicus zizaniis superseminatis abiisse; significat diabolũ quàm potest maximè studere vt lateat. Quòd dicitur zizania tum primùm aperuisse cùm ex bono semine herba creuisset, & fructum fecisset, quando scilicet ex fructu dignosci potuerunt zizania à tritico, cùm priùs ob similitudinem dignosci non possent; significat ad tempus quidem plerunque malos bonis permixtos ob sacramentorũ & nominis Christiani communionem, non posse statim discerni, cognosci autem tandem ex eo quòd non eosdem fructus proferãt cum bonis. Potrò serui qui dubitant num eradicanda sint zizania, rectè significant homines Deum timentes, & potissimũ ministros iustitiæ, qui desiderant impiorũ eradicationem, qui ne præcipiti zelo peccent, docẽtur tolerare ad tẽpus, malos bonis permixtos agere. Ex eo autẽ quòd in parabola paterfamilias vetat eradicari zizania, & præcipit vt sinantur vtraque crescere, intelligit D. Chrysostomus significatum esse, nõ esse occidendos hæreticos, quos per zizania intelligit esse significatos, sicut & August. & Hieronymus. Hinc & post Chrysostomum hodie plerique colligunt non esse comburendos & occidendos hæreticos. Sed quàm malè hoc hinc colligatur, patet primùm ex ipsa Saluatoris explicatione, ex qua constat per zizania non tantùm hęreticorum dogmata aut hæreticos esse intelligẽdos, sed in genere omnes malos, omnia scilicet scandala, & eos qui faciunt iniquitatem. Quare non magis ex hoc loco colligi potest hæreticos non occidendos, quàm fures, homicidas, & id genus homines, quos nemo negauerit, iure & pro vtilitate reipublicæ occidi. Nec id intelligendum est hoc loco prohibitum esse. Nam primùm, vt dictum est, non est necesse singula parabolæ applicare rei ob quam dicta est, satis enim hic est intelligere Dominũ significare voluisse, vsque ad consummationem sęculi semper malos bonis permiscendos. Deinde si & hanc partem parabolæ, rei adaptare velimus, dicendum his verbis non prohiberi extirpationem huius vel illius mali, sed omnium simul malorum in genere, quod nihil aliud est, quàm non studendum vt omnes simul mali à consortio bonorum tollantur. Postremum obseruandum, quòd additur; *ne forte eradicantes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.* Ex eo enim intelligi datur, vt colligit Augustinus lib. 3. cap. 2. contra epistol. Parmen. quòd cùm metus iste non ob est, sed potius contrarium metuitur, videlicet ne pereat & triticum, nisi quædam zizania eradicẽtur, non solùm licitè eradicari ea, sed etiam necessariò eradicanda esse. Si enim propter cõseruationẽ tritici nõ sunt eradicanda zizania, rursum eradicanda erunt, vbi conseruando tritico ita erit ne cessarium. Satis (inquit Augustinus) ostendit Dominus cùm causam præmisit, dicens: *Ne forte colligentes zizania*, &c. quòd cùm metus iste non subest, sed omnino de frumentorum certa stabilitate certa securitas manet, id est, quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus vel nõ tales habeat defensores, per quos possit schisma cõtingere, nõ dormiat seueritas disciplinæ, &c. Proinde etiãsi specialiter per zizania hic hæretici intelligerẽtur, tamen ex prædictis patet quomodo ex hoc loco non cõsequatur illos non esse occidendos.

dos. Imòquomodo potius contrarium sequatur. A nem tamen huius parabolæ cum præcedenti videri potest neuter Euangelistarum vtrumque posuisse. Porrò in hac parabola, quod attinet ad literam, nihil est obscuritatis, nisi quòd verbum exurgat, cùm dicitur; *& exurgat nocte & die*, variè refertur. Potest enim referri ad hominem, ad quem refertur præcedens verbum, *dormiat*, quomodo intelligit Theophyl. vt ablatiuus; *nocte*, referatur ad verbum, *dormiat*, &, *die*, referatur ad, *exurgat*, vt vult Caietanus, & significetur semen crescere tã dormiente in nocte, quàm satagente in die eo qui seminauit, hoc est, ipso interim aliis suis negotiis vacante citra omnem ipsius operam semen crescere postquam semel in terram iactum est. Potest & referri ad semen, vt significetur illud exurgere B nocte & die homine dormiente, hoc est, illo amplius nihil agente, imò nesciente aut non sentiente. Hoc præmisso, parabola hęc primùm generali applicatione potest intentioni Saluatoris sic accõmodari, vt nihil aliud intelligatur per eam significare voluisse, quàm præter hominum opinionẽ, ac ne sentientibus quidem illis, Euangelicam doctrinam passim enascituram & fructificaturam, non subitò quidem, sed ordine quodam, donec ad perfectũ suum fructum perueniat. Itaque hic erit sensus: Ita in regno Dei vsueniet, quemadmodũ cùm semen ab homine iactum in terra, vltrò citra eius qui seminauit operam, imò eo ignorãte, nec sentiẽte, & aliud quiduis, siue die siue nocte, agẽte, è terra enascitur, & quidẽ primùm in herbam, C mox in spicam vacuam, demum in spicam frumẽto plenam fructificans, quo facto demetitur. Sic enim & Euangelica doctrina per me iam cœpta spargi, ac latius per meos spargenda in cordibus hominum & agro mundi huius præter hominum opinionẽ subitò fructificare incipiet, sensim tamẽ ad perfectum & prædestinatum à patre, omnium electorũ fructũ pertinget, quo iam producto, cõsummatio sęculi veluti messis aderit, quando demessus Euãgelicæ prædicationis maturus & perfectus fructus, collectis scilicet iam omnibus electis, reponetur in horreũ cœleste. Secundùm hãc D explicationem non est inquirendum quis sit ille homo in parabola significatus, qui semen iacit in terram, quo dormiente, imò nesciẽte semẽ ipsius fructificat. Sequitur autẽ hæc explicatio eam constructionem literę, qua verbũ, exurgat, refertur ad hominem qui seuit, quãuis possit etiam similiter parabola explicari sequendo alteram constructionẽ, vt facilè patet. Aliter potest hæc parabola tractari, vt singula penè diligẽtius exeutiãtur, & applicentur rei de qua est parabola, si intelligamus Dominum huius parabolæ inuolucro rectè docere voluisse Euangelij exordiũ, progressum, & cõsummationem, quarum primam & postremã partem ipse palàm visibili corpore peracturus esset, E mediũ, hoc est, progressum inuisibili spiritus sancti gratia administraret. Siquidem ipse Dominus per vniuersam Iudęam sparsit sementẽ Euangelicã. Mox eo peracto obdormiit, moriẽs primùm, deinde resurgens in quietem æternã. Vbi eo qui primus semen fecit in terram, veluti dormiẽte, semen Euangelicum secretis auctibus increscit, nocte simul ac die, hoc est, in prosperis pariter & aduersis per omnem occasionem & promouẽtium, & reluctantium. Quod vt Christo veluti dormiẽte accidere videtur, ita, & veluti nesciẽte, eo quòd sinat mundum aduersus Euãgelium tumultuari;

dos. Et dicebat: sic est regnvm dei, qvemadmodvm si homo iaciat, &c.] Tertia hæc parabola, quæ est apud solum Marcum, etiam à semine desumpta, à præcedenti differt, quòd in hac nulla zizaniorum fit mentio: deinde quòd illa assumpta est ad significandum permixtionem malorum cum bonis, hæc verò ad significandum modum quo Euãgelicum semen fructificet. Et in illa quidem semen accipitur pro filiis regni, hic verò rursum, quemadmodum in prima, potius accipitur pro verbo regni, hoc est, doctrina Euangelica. Propter similitudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& propter illud suos grauia pati. Et quidem pa-
uis initiis exortũ est Euangelii regnũ, si rem quis
æstimet iuxta mundi speciẽ. Huius ergo exordiũ
velut herba erat proueniens Euangelici seminis,
quod deinde mox occupare cœpit vniuersum or
bem, nec desinet succrescere, donec maturuerit
vniuersa seges, quod tum erit, cùm omnes præde
stinati per Euangelium erunt vocati, & bonũ ac
maturũ frumentum effecti. Tum rediturus est qui
semen in terram primus iecit, mundo iam cõspi
cuus ea specie qua ascendit in cœlum, mittetq́ue
falcẽ ineuitabilis sui iudicij, qua omnibus succisis
purum triticum reponet in horreũ suum. Sic ferè
quidam in paraphrasibus. Hæc autem applicatio
parabolæ sequitur eam literæ constructionẽ, qua
verbum, *exurgat*, refertur ad semen, quomodo in-
telligit D. Hieronymus in Marcum, quanquam &
Theophylactus parabolã hãc ferè secundùm po-
steriorem hanc explicationem tractet, referens ta
men verbum, *exurgat*, ad hominem seminantem.
sed coactius. Porrò quãquã in hac parabola secũ-
dùm præcipuam Domini intentionẽ per messem
significetur consummatio seculi, & successiuum
Euangelici seminis incrementum, significatũ per
herbam, spicam, & plenum frumentum, pertineat
ad diuersa secula, tamen secundùm tertiam illam
tractãdi parabolas rationẽ, potest etiam aptè hæc
parabola applicari cuilibet particulari prædicato
ri disseminanti Euangeliũ in terra, ac intelligi se-
men illud in singulis Christianis suã habere her-
bam, deinde suam spicam, ac postremum suam
maturitatem ac messem. In herbam enim enatũ
est in his qui iam per baptismum nuper in Chri-
sto renati, innocentiæ virore lætã de se spem præ-
bent. Qui iam excelsiores facti Euangelicę pieta-
tis profectu, spicas suas habent, succidendi falce,
hoc est, morte, cùm iam pro suo modulo quisque
maturuerit. Nam post mortem & messem illã, tri-
ticum neque crescit, neque decrescit amplius in
meritis & bonis operibus. Obseruandum autem,
quod ad literam pertinet, verbum καρποφορεῖν, ali-
ter accipi à Marco in hac tertia parabola, & aliter
in prima. Hic enim dicitur semẽ fructificare, cùm
tãtùm in herbam & necdum in spicam enatũ est.
In prima verò parabola solùm illud semẽ dicitur
fructificare, quod in terram bonam cecidit, cùm
quę in spinis aut in petrosa cecidissent, etiã in her
bam germinarent. Sic etiam in hac parabola, ali-
ter accipitur produxisse fructum, quàm in secun-
da accipitur apud Matthæum, facere fructum. Hic
enim produxisse fructum dicitur, cùm iam ple-
num frumentum esset in spica, & messis tempus
adesset. Ibi verò diu ante messis tempus dicitur fe
cisse fructũ, videlicet cùm iam ex spicis distingui
posset à zizaniis.

ALIAM PARABOLAM PROPOSVIT EIS DICENS: SIMILE EST REGNVM COELORVM, &c.] Ante quartã hanc parabolã, præmittit Marcus, qui eandem cum Matthæo ha bet hoc loco: *Cui assimilabimus regnum Dei, aut cui parabolæ comparabimus illud?* Quã quæstione, dum veluti hæsitabat cui rei potissimum conferendũ esset regnum Dei, magis attentos voluit reddere Dominus auditorum animos. Cùm autem supe-
riori parabola Dominus significauerit modũ in-
crementi regni cœlorum, hac iam parabola & se-
quẽti (quas duas & Lucas habet cap. 13. alio tẽpo-
re rursus dictas) significat vim regni cœlorum in
crescendo, nimirum quòd exparuis & humilibus
initiis mox processurũ esset ad maxima. Porrò cir
ca literam in priore parabola dubium est quomo
do granum sinapis dicitur minimũ omnium se-
minum, cùm semen papaueris, rutæ, & aliarũ her
barum multarũ deprehẽdatur minus semine sina
pis. Deinde, quomodo dicitur sinapi ascendere in
arborem, & facere ramos magnos, ita vt in eis vo
lucres cœli habitẽt, quorum nihil apud nos expe
rimur? Ad prius dubiũ respõdet Albertus Magnus
granum sinapis dici minimum non in re, aut in
quantitate, sed in proportione, quia scilicet rela-
tum ad id quod producit, minimum est omniũ,
hoc est, minus est omnibus aliis, si id quod ex eo
producitur, conferatur cũ his quæ ex aliis produ-
cuntur. Potest etiã dici, quòd minimum dicit om-
niũ seminum, quia inter omnia semina est valde
paruum. Nõ enim est Græcè, minimum omnibus
seminibus, vt nos legimus in Matthæo, cùm sit o-
ratio nõ satis Latina; nec minus omnibus semini
bus; vt legimus in Marco, & cũ illa oratio ineptũ
habeat sensum, nisi subintelligatur, minus est om
nibus aliis seminib⁹, sed vtrobiq; est, μικρότερον ἐστι
πάντων σπερμάτων, quod sic vertendũ est, minimum
est omniũ seminum; quomodo in Matthæo ver-
tit quidam: cum in Marco vertat; minus est omni
bus seminibus. Ponitur enim hic comparatiuus
apud Græcos vice superlatiui, quemadmodum &
in illo Pauli; Maior horũ est charitas, pro, maxima
horum. Idem dicẽdum de oratione quæ sequitur;
Fit maius omnibus oleribus; pro quo Græcè est,
γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μεῖζον, id est, fit maximũ
inter omnia olera. Ad alterum dubium dicendũ,
sinapi dici fieri arborem vel arbuscula, tum quòd
lignescat eius stipes, tum ob ramorum multitudi
nem, quanquam Marcus arboris non faciat men
tionem, sed tantùm dicat ascendere, & fieri maius
omnibus oleribus. Nam illud, *in arborem*, quod ha
bent plerique libri apud Marcum, nec est in Gre-
cis, nec in antiquis Latinis manu descriptis, vt ex
Matthæo & Luca videatur asscriptum. Iam etiam
verisimile est pro regionũ diuersitate semẽ sinapi
essevarium, & alterum altero minus, atque quod-
dam in maiorẽ exurgere altitudinẽ, quàm quod
est apud nos, quandoquidem Plinius & seminis
huius varietatem, & foliorum sinapi diuersitatem
indicat lib. 19. cap. 8. scribens in hunc modum de
sinapi: Æquinoctio autumni seruntur coriãdrum,
anethum, atriplex, malua, lapathũ, cerephyllo, &
acerrimũ sapore, ignei affectus, ac salubertimum
corpori sinapi, nulla cultura, melius tamen plãta
transfata. Et post pauca: Sunt autẽ eius folia trium
generum. Vnum gracile, alterum simile rapi fo-
liis, tertium erucæ. Semen optimum Aegyptium.
Athenienses napij appellauerunt, alij tapsi, alij
saurion. Idem lib. 20. cap. 22. maximas & varias
huius virtutes ostẽdit cõtra omnes ferè morbos
corporis, vt ob id minus mirum videri debeat, re
gnum cœlorum hic comparari grano sinapis, cui
similẽ etiã fidem postea Dominus requirit à suis.
Quod verò ad sensum à Saluatore potissimũ in-
tentum spectat, dubium est quid pertinens ad re-
gnum cœlorũ hic voluerit significare per ipsum
granum synapi, an scilicet ipsam doctrinam Euã-
gelicam, de qua intelligit Diuus Hieronymus, an
ipsam Ecclesiam primitiuam, de qua D. Chryso st.
an ipsum regnum Dei, quo per Euangelium cœ-
perat tũ Deus regnare in hominibus credẽtibus.

Nam

Nam his tribus potest optimè exemplum sinapis
accommodari. Cùm enim Ecclesia primitiua in
principio, quando adhuc recens in terra fundata
& veluti seminata erat, vilis esset & parua, subitò
velut in arborem magnam excreuit, ita vt imple-
ret terram, & operuerit montes vmbra eius & ar
busta eius cedros Dei, extenderitq́; ramos suos à
mari vsq; ad mare, vt habet propheta Dauid. Sic,
quod pene in idem redit, & regnum Dei in prin-
cipio quidem humile & paruum, breuissimo tem
pore totum mũdum occupauit, omnibusq́; regnis
mundi euasit superius. Quoniam autem & præce
dentes fere parabolæ, & sequentes dictæ sunt de
doctrina Euangelica; videtur & hæc potius de ea
esse intelligenda, quanquam in hac intelligentia
includantur & duæ superiores explicationes. Si-
quidem in incremento doctrinæ Euangelicæ con
sistit & incrementum Ecclesiæ & regni Dei, vt pa
rum referat cui horum trium exemplũ sinapi ac-
commodetur. Porro applicatio generaliter sic fie
ri potest: Sicut granum sinapis quantitate quidẽ
minimum est inter omnia semina, tamen semina-
tum in terra exurgit supra omnia olera, fitq́; arbu
scula, in cuius ramis habitent volucres cœli: ita
Euangelium regni cœlorum, à me iam seminatũ
in terra, vile quidem habetur & contemptibile,
& omnibus aliis disciplinis inferius, sed tamẽ bre
ui exurget longè lateq́; ita vt & omnium doctri-
nam superet, & in eo quamplurimi quiescant ei
adhærentes. Vt autem singula parabolæ diligẽtius
excutiantur, bene certè Euangelica doctrina gra
no sinapis comparatur. Primùm quidem ob cau-
sam quã Saluator indicat, nimirum quòd in com-
parationc aliorum seminũ paruũ sit & exiguum.
Sic enim & prædicatio Euangelij minima vide-
batur imprimis omnium disciplinarum. Prædica-
bat enim hominem Deũ factum, Deũ mortuum
& cruci fixum, & prædicabat verbis simplicibus
& per simplices, ob quod longè inferior videba-
tur dogmatibus philosophorum, & libris eorum
plenis splendore eloquentiæ, ac sermonibus arte
compositis. Secundò granum sinapis rectè compa-
ratur ob eius efficaciam, non solùm in crescendo,
quam efficaciam Dominus attingit, sed etiam ob
efficaciam sinapis, quæ tantùm sentitur cùm con-
teritur, & quæ valet ad pellenda venena, & om-
nes pene morbos curãdos, vt autor est Plinius. Sic
enim & doctrinæ Euangelicæ tum primum acri-
monia & efficacia percipitur, cùm bene mastica-
tur, & per meditationem veluti frangitur, nec ali-
quod est morbi genus quod non ista sanetur, quę
ignea sua vi frigiditatem mentis mox pellit & cu
rat. Iam quod cum alia semina in herbas tantum
aut olera exurgant, semen sinapis in arborem po
tius exurgit quam in olera, mysterio etiam conue
nit secundum explicationem Hieronymi. Philo-
sophorum enim dogmata cum creuerint, tantum
in olera & herbas quæ cito arescunt & corruunt
ebulliunt, eo quod nihil sit in eis firmum & soli-
dum, sed totum flaccidum & marcidum. Prædica
tio autem Euangelica non in olera, sed veluti in
arborem magnam creuit, longè scilicet & latè dif
fusa, & firmiter stabilita. Quod autem dicitur de
volucribus cœli, mysterio etiam maxime cõuenit.
Eo enim significatũ est, eos tantũ conquiescere in
vmbra Euangelii: qui terrenis relictis ad cœlestia
possunt subuolare, quanquam Hieronymus velit
etiam Angelos posse intelligi: & quidam etiam in

A telligant significatos homines sublimes sciẽtia &
sensu. Cęterùm rami secundum eum significant
Euangelicorum dogmatum varietates, in quibus
singulis singulæ volucres spirituales requiescũt &
nidificant. Aut, quemadmodum indicat Thophy-
lactus super Marcum, rami significant Apostolos
& diuersos Euangelii prædicatores per orbem ex
pansos & dispersos. Porrò Hilarius & Gregor. 16.
Mora. cap. 1. per granum sinapis ipsum Christum
significatum intelligunt. Vilis enim videbatur no
minus quia fabri filius & pauperrimus. At vbi ce
cidit in cor terræ, id est, quum mortuus esset & se
B pultus in horto, vltra mensuram omnium olerum
excreuit, dum excessit omnium prophetarũ glo-
riam, fecitq́; ramos pulchros, Apostolos scilicet, in
quibus quiescũt hi qui priùs ob mentis leuitatem
volucribus erãt similes. Huius sensus meminit &
Theophylactus super Lucã. Quæ explicatio etsi
non videatur esse à Domino præcipuè intenta, ta-
men in superiore etiam continetur. Significatur
ergo hac parabola idem quod in visione Nabu- *Dan. 2*
chodonosor per lapidem abscissũ de monte sine
manib. qui factus est mons magnus, & impleuit
terram vniuersam. Est autem & alia huius parabo
læ explicatio, quam indicat Hieronymus, sed quæ
per accommodationẽ applicatur ad singulos ho-
mines pro ędificatione morum, vt quisque homo
intelligatur seminare granum sinapis, hoc est, do-
ctrinam Euangelii in corde suo, cum illam in cor
de suo susceperit, & humore fidei fouet, in quo de-
inde ita pullulabit & crescet, vt in ramis bonorũ
operum eius Angeli sint quieturi aut ramis do
ctrinæ suæ possit & alios obumbrare, ac habitan-
di locũ præbere. Cęterum quod Marcus dicit de
grano sinapis, quod cum semiratum fuerit, minus
est omnibus seminibus, nõ sic accipiẽdum, quasi
antequam seminetur non sit minus aliis, sed vide
tur Marcus respexisse ad id quod per parabolam
significatur. Tum enim doctrina Euãgelica vide-
batur minor aliis, cũ seminata esset & prædicari
cœpta, cùm priùs non agnosceretur.

D ALIAM PARABOLAM LOCVTVS EST EIS: SIMILE EST REGNVM COELORVM FERMENTO, &c.] Eodem spectat
ista parabola quo & præcedẽs, atque ob id & hic
sunt tam variæ intelligentiæ quàm in præceden-
ti. Nam Chrysostomus per fermentum vult signi
ficatos esse Apostolos, hoc est, primitiuam Eccle-
siam. Hieronymus verò Euangelicam prędicatio
nem, quanquam eodem recidat sensus. Per hoc
enim quòd Euangelica doctrina mũdo permixta,
totum mundum immutauit & ad se traxit, etiam
Apostoli, etsi numero pauci, totum mundum ad
suum habitum transmutare cœpe runt. Si autem
per fermentum intelligantur significari Apostoli,
E conuenit hoc, cum eo quod Paulus accipiendo no- *2 Cor. 5.*
men fermenti, in malam partem, Corinthium il- *Matt. 8.*
lum incestuosum vocat fermentum, dicens: Nesci
tis quia modicum fermentum totam massam cor
rumpit? Si verò intelligatur significari Euange-
lica doctrina, quemadmodum potius debet, con-
uenit cum eo quod econtrario Dominus hypocri
sim & doctrinam Pharisæorum vocat postea fer-
mentum. Quoniam enim immutatio alterius, ra-
tione cuius nomen fermenti alicui tribuitur, & in
bonum & in malum fieri potest, hinc nomen fer-
menti nunc in bonum, nunc in malum accipitur,
sicut pleraque alia. Porro quia in litera dicitur, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

farinæ satis tribus;sciendum hic nomen,satis,nõ esse participium à serendo,sed nomen est substantiuum,quod neque Latinum est,neque Græcum, neque Hebræum, sed potius Syrum, significans Palesthinæ mensuræ quoddam genus,cuius mini apud Hebræos correspõdet סאה Saah, quã dictionem D. Hieronymus in veteri testamento aliquando vertit satum, aliquando modium. Nã Genes.18. vertit sata, vbi etiam fit mentio trium satorum. Sic enim Abraham ait Saræ: Accelera, tria sata similę cõmisce. Et rursum 1.Reg.25. vbi legimus, quinque sata polentæ Abigail attulisse Dauidi. His eñ locis est סאה Seim à סאה Sea. At 4.Reg.7. vertit modium, vbi legimus: Cras modius similæ vno statere erit, & duo modii hordei statere vno. Hic enim habent Hebræa Saah, id est satum. Quãtus autem & qualis fuerit iste modius qui satum dicitur, non ex Hebræis tantũ authoribus, sed & ex ipsius Hieronymi translatione licet intelligere. Nam Ruth.2.cap. sic legimus: Inuenit hordei quasi ephy mensuram, id est, tres modios. Vbi hæc verba, id est, tres modios; non sunt in Hebræo, sed addita sunt explicandi gratia. Ephi ergo, vel, vt dicunt Hebræi, Epha, tres continet modios, tales proculdubio qui in Palesthina dicebantur Satum. Est ergo Satum tertia pars Ephi, sicut Gomer est decima pars Ephi, & Ephi decima pars Cori, vel Chomer: Vnde ex versione Hieronymi bene sic legitur Isai.5. Triginta modii semẽtis facient modios tres. cùm Hebræa habeant; & semẽ Cori (vel Chomer) faciet Ephi. Cùm enim Ephi tres contineat modios, & Ephi decima pars sit Cori, vt dicitur Ezech.45. consequitur Corũ continere triginta eorum modiorum, quorum tres continet Ephi. Quod ergo hic dicitur; in farinæ satis tribus, idem est, ac si dixisset, in farinę modis tribus, aut, in farinæ mensura Ephi, aut decem Gomer. Proinde mirũ videri posset quòd Hieronymus veluti sui oblitus scribit hoc loco in cõment. super Matthæum: Satum, inquit, genus est mensuræ iuxta morem prouinciæ Palesthinæ, vnum & dimidium modium capiens. Nisi verisimile esset, Hieronymum illud sumpsisse ex Iosepho, qui lib. antiquit. 9.cap. 4. sic habet: Satum fert modium vnum & semis Italicum. Itaque de alio modio loquitur Hieronymus hic in comment. super Matthæum, nempe Italico, secutus Iosephum, & de alio modio, cùm pro sato vertit modium, vt diuer

Varietas modii.

sæ sunt mensuræ diuersorum locorum & regionum. Et quoniam in mensuras hic incidimus, pro quorundã locorum explicatione obiter hic sciendum est, Hieronymum in sua versione nomen modii ponere nonnunquam, non vt correspondeat mensuræ quæ Satum dicitur, sed ei qui dici-

Exod. 29.

tur Epha vel Ephi, vt cùm legitur, Statera iusta, iustus modius, æquusq; sextarius. Et, Non erit in domo tua modius maior & minor, modius æqualis

Deut. 25. & Iudic 7.

& verus erit tibi. Et: Coxit hœdum, & de farinæ modio azymos panes. His enim aliisq; quibusdã locis Hebræa habent Epha, quòd, vt patet ex superioribus, Hieronymus vertit aliquando, tres modios. Vnde necesse est intelligere, Hieronymũ aliquando loqui de modio maiore, quod tria continet sata: aliquando de modio minore, quod idẽ est cum sato. Et quidem cùm Epha vocat modiũ, patet ex Iosepho cum loqui de modio Attico. Siquidem Iosephus lib.15 antiquit.cap.11. Cotum dicit habere modia Attica decẽ. Quare cùm Epha sit decima pars Cori, consequitur Epha vnum cõtinere modiũ Atticum. Qualis autem sit modius ille qui correspondet sato, incertum mihi est, nisi quòd Theophylactus scribat, Satum valere modium suæ regionis. Satum, inquit, mensura erat Hebræorum, sicut apud nos est modius, vel decalitra. Hinc est quod 1.Reg.1. Quidam libri nostri habent, Annam postquam ablactasset Samuelem adduxisse eum Domino in tribus vitulis, & vno modio farinæ. Sic enim habent Biblia iam impressa veluti emendatiora. Alii habent in tribus vitulis, & in tribus modiis farinę. Nam sic etiam in libris scriptis antiquis legitur. Est autem hoc loco Hebręis Ephi, quod, vt patet ex prædictis, Hieronymus nunc vertit per modium, nunc per tres modios. Illud mirandum in versione Hieronymi, quòd nomen, Satum, aliquãdo ponitur pro Ephi, aliquando pro Batho, quæ duæ mensuræ idem quidem continent, vt patet Ezechielis 45. sed hoc differũt, quòd Ephi aridorum, Bathus sit liquidorum mensura. Nam Numeri 5. vbi legimus præceptum viro zelotypo, vt offerat pro vxore sua decimam partẽ sati farinæ hordeaceę, pro Sati, Hebræa habent Ephi. Et 2.Paralip.2. vbi legitur Salomon promittere operariis Tyriis vini viginti milia metretas, obeiq; sata viginti milia, pro Sata Hebraicè est Bath, hoc est, Bathus, sicut & pro, metretas. Porrò quod ad propositum attinet, ex prædictis vtcunque suspicari licet quare ad literam de tribus satis potius quàm quatuor aut duobus fiat mentio, nimirum quòd mulieres cocturæ panem vt in plurimum Ephi, hoc est, tria sata commiscerent. Sic enim tria sata commiscuit Sara, sic de Ephi coxit panes azymos Gedeon, sic Anna Ephi farinæ attulit Domino oblatura filium. Potest autem generalis applicatio parabolæ fieri in hunc modum: In regno cœlorum tale quid accidet, quale fit cùm modicum fermentum abditur sub magna aliqua farinæ conspersione, ibiq; relinquitur, donec exigua illa massa totam farinæ vim affecerit, atque in suam traxerit naturam. Sic enim & regni cœlestis doctrina, etsi in speciem exigua, ac paucos adhuc habẽs sectatores, tamen permixta toti orbi, clanculum & occulta quadam vi, cum totum transformabit in suam naturam; nec priùs desinet vim suam exerere, quàm vi sua omnes affecerit qui prædestinati sunt & electi. Itaque secundum hanc explicationem non erit excutiendum quid per mulierem, cuius fit in parabola mentio, significetur, quidve per numerum ternarium satorum farinę. Secundum tamen illam rationem fusius explicãdi parabolas, rectè fermento Euangelica doctrina comparatur, non solùm ob causam in superiori explicatione significatam, nimirum quòd parua licet, occulta vi multa transmutet, sed etiam quòd totum mundum insipidum prius, sapidum reddidit, ac diuersas gentes in vnum Ecclesię corpus vniuit, quemadmodum & modicum fermentum diuersis farinæ mensuris commixtum totam consperſionem in vnum simul corpus vnit. Deinde quòd homines mortuos ad virtutis opera, viuificet ad virtutum operationem, quemadmodum farinam, per se rem mortuam, fermentum quodammodo viuificat; sursum eam ascendere faciens. Iam per mulierem, per quam quidem Ecclesiam primitiuam intelligunt, rectissimè intelle xerimus cum Diuo Augustino significatam Dei sapien

sapientiam, quæ Euangelicum fermentum orbi prudenter & clanculum admiscuit. Per tria sata, quæ etiam variè accipiuntur, commodissimè intelligemus tres totius mundi partes. Nã & Hilarius testatur quosdam tres istas mensuras ad triũ gentium vocationẽ ex Sem, Cham, & Iaphet retulisse. Porro posteritas Sem, Asiam inhabitauit: posteritas Cham, Aphricam: & posteritas Iaphet, ex magna parte Europam. Pro mysterij autem alicuius significatione videtur potius dictum à Domino de tribus satis quàm de Ephi, quę mensura tria continet sata. Diuus Hilarius rursum hic per fermentum intelligit significatum Christum, eo quòd accepta à nobis natura, virtutẽ diuinitatis suæ, humanæ naturæ communicauerit. Fermentum enim de farina est, virtutémque acceptam aceruo sui generis reddit. Hoc ergo fermentum, mulier synagoga per iudicium mortis abscondit, arguens legem & prophetas Euangeliis dissolutos. Hoc autem in farinæ mensuris tribus, id est, legis, Prophetarum, & Euangelicorũ æqualitate coopertum, vnum omnia fecit, vt quod lex constituit, & prophetæ nunciauerunt, id ipsum Euangeliorum profectibus expleatur. Hæc ille. Cæterùm secundum moralem intelligentiam, quam præter præcipuam intelligentiam omnes fere habent parabolæ, per mulierem abscondentem fermentum in tribus farinæ satis, rectè intelligitur anima hominis, quæ prædicationem Euangelicam occultat, & commiscet tribus suis partibus, quæ sunt rationalis, concupiscibilis & irascibilis, ita vt fiat vna ex his cõtemperatio per doctrinæ cõmunionẽ, ac totus homo fiat spiritalis, ita vt nec rationalis eius pars labatur in dogmatibus, nec irascibilis aut concupiscibilis, absque ratione ferantur, sed fermentẽtur omnia, & assimilẽtur sermoni Dei, & in ratione quidem possideat homo prudentiam, in irascibili odium contra vitium, in concupiscibili desiderium virtutum. Sic Theophylactus super Lucam, & D. Hieronymus super Matthæum: quorum vterque indicat per tria sata intelligi posse etiam tres eas partes in quas Paulus hominem diuidit: spiritum, animam, & corpus, inter quas partes cõmunione verbi Dei vna fit contemperatio, vt in vnum redactæ non discrepent inter se. D. Bernardus lib. de cõsiderat. 5. parabolam hanc D. Virgini accommodat, vt ipsa fit mulier quæ fermento suæ fidei in vtero suo commiscuit tria sata, hoc est, coniunxit in vnitatem personæ tres Christi naturas.

(HÆC OMNIA LOCVTVS EST IESVS IN PARABOLIS AD TVRBAS, ET SINE PARABOLIS NON LOQUEBATVR EIS, &c.] Marcus hic alteram indicat causã ob quam Dominus in parabolis loquebatur ista turbis, cùm dicit; *prout poterant audire*, quo significat, Dominum voluisse aptare suũ sermonem ad captum auditorum, & ob id locutũ in parabolis, quòd nudi sermones nondum essẽt capaces, ac parabolas suas desumpsisse à rebꝰ vulgaribus, per quas idiotæ vtcunq; induci & parari possent ad mysteriorum captum. Vnde constat rationem illam superius à Domino redditam, ad reprobos tantùm spectare, vt dictum est. Multis autem loquebatur parabolis, varie vnam eãdẽq; rem significans, vt (inquit Hieronymus) quasi dines paterfamiliàs inuitatos diuersis cibis reficeret, & vnusquisq; secundũ naturã sui stomachi varia alimenta susciperet. Illud autem quod habent Matthæus & Marcus; *& sine parabolis non loquebatur eis*, quanquam possit secundum Augustinum intelligi, quòd nũquam Dominus turbis locutus sit sine parabolis, quia scilicet in omni sermone ad turbas immiscuerit parabolas, rectius tamẽ cum Chrysostomo intelligitur significari Dominum tũc sine parabolis, hoc est, præter parabolas, nihil locutũ, quanquam aliis temporibus pleraq; sine parabolis doceret turbas. Sequitur enim; *seorsum autem discipulis suis disserebat omnia*. Omnia ergo quæ tum fuerat locutus, parabolæ erant, quæ explicatione opus habebant. Proinde cùm priùs habitum est in Matthæo; *locutus est eis in parabolis multa*; non est intelligendum ideo dici multa, quia non omnia, sed quia omnia multa erãt. Porro quomodo Matthæus dicat in Christo illud Psalmi: Aperiam in parabolis os meum, &c. impletũ, & locutum ideo in parabolis Dominum, vt illud adimpleretur, cùm illud dictum sit in sensu longè diuerso ex persona Asaph prophetę, qui his verbis præfatur prolixo illi carmini, in quo miracula Dei in populo Israelitico exhibita decantat, dictum satis est circa caput Cõcordiæ 11. Ex his enim quæ ibi dicta sunt, patet dupliciter hũc locum ac similes intelligi posse. Priori modo simpliciter, vt impleta in Christo dicatur hæc scriptura, quia in ipso verificata, eiq; competẽs. Itaq, sẽsus erit: In parabolis loquebatur Dominus omnia, ita vt ei verè competeret, quod dictũ est per prophetam; &c. Secũdum hunc enim sensum cõiunctio, vt, debet accipi consecutiuè. Altero modo, magis propriè hæc scriptura intelligi potest dici impleta in Christo, si intelligamus Asaphpro phetam sic quidem istud dixisse ex propria persona, vt tamen etiam hoc dicens typum Christi gereret, sicut Christus ferè in omnibꝰ figuratus est, quæ in veteri testamento aliquibus laudi tribuuntur. Itaque sententia hæc quanquam suo modo impleta sit in Asaph, tamen perfectissimè impletur in Christo, vt cui excellentiori modo competit, & qui in Asaph fuit figuratus tanquã absolutissimus doctor. Ideo enim videtur Matthæus dixisse, per prophetam, vt significaret ex intentione spiritus sancti ad Christum pertinere hanc scripturam, & non solùm per accommodationem. Secundum hunc ergo sensum coniunctio, vt, potest accipi vt causam & finẽ denotet. D. Hieronymus certè intelligit hanc scripturã propriè pertinere ad Christum, & ob id omnia quæ in illo Psal.77. narrantur de exitu ex Ægypto, & signis à Deo patratis, esse parabolica, & significare abscondita sacramenta ad Christum pertinentia. Citatur autẽ testimonium istud, hoc magis secundum Hebraicum veritatem, quàm secundum septuaginta translationem, quanquam nec Hebræa ad verbum curauerit adducere Euangelista, contentus reddidisse sententiam. Septuaginta enim sic habent, ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς, hoc est, Aperiã in parabolis os meum, loquar problemata (pro quo nos habemus, propositiones) ab initio. Hebræa verò habent: Aperiam in parabola os meum, eructabo ænigmata ab antiquo. Quòd autem intelligatur in quo sensu ea sententia cõueniat Asaph, qui in eo Psalmo nullas videtur assumere parabolas: & in quo sensu Christo, (nam non in eodem sensu vtri que conuenit) deinde quoniã hic & in aliis multis locis frequens est vsus huius dictionis, parabola, scien

Psal.77

Universidad de Deusto
Biblioteca

sciendum imprimis dictionem Græcã, parabola, propriè significare collationẽ aut comparationẽ qua res diuersæ ostenduntur in aliquo esse similes. Dicitur enim παραβολη à παραβαλλω, comparo. Vnde frequenter vertit interpres eam dictionem per, similitudo. Differt ergo parabola propriè dicta à parœmia, vel' prouerbio: quod est celebre alioquod dictum, scita nouitate quadã insigne. Differt & ab allegoria & ænigmate. Allegoriæ enim & ænigmata plus dissimulant: & collationem nõ habent: parabolę verò per collationem manifestè quò tendunt explicant. Itaq; parabola propriè est secũdum Quintilianum, cùm sic dicitur: Tam fortiter apũd Hipponem fecit Scipio, quàm apud Vticam Cato. Sic parabola propriè est quod dicit Matt. 24 Dominus: Sicut in diebus Noe, ita erit & aduẽtus filii hominis. Allegoria verò, imò ænigma, hoc est, obscura allegoria qua aliud innuitur, aliud significatur, est quod habetur Iudic. 9. Ierunt ligna, vt vngerent super se regem, &c. & Iudic. 14. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. At in scriptura nomen parabolæ accipitur & pro parœmiis & pro ænigmatibus, & generaliter pro omni sermone tecto, ac sentẽtiis grauioribus, quæ non cuiusuis intelligentiæ sunt expositæ, sed indigent apud imperitiores aliqua explicatione. Quæ scripturæ phrasis ab Hebræis manauit, qui per משל maschal (quæ dictio propriè parabolã significat & similitudinem,) significant omnem obscuriorem sermonem & grauiorem sententiã, qui recõditi aliquid in se habere videatur, & enarrationem aliquam apud imperitos requirit, eo quòd huiusmodi sententię fere cũ collationibus efferãtur & similitudinibus. Vnde parœmię Salomonis, Misſç. hoc est parabolæ, dictæ sunt. Eodem modo accipiunt suum חידה hhida, hoc est, ænigma. Hinc Prouerb. 1. Parabolæ, interpretationes, verba sapientũ & ænigmata pro eodem accipiũtur. Propriè ergo accipitur parabolæ nomen, cùm Saluator dicitur dixisse parabolam, comparãs regnum cœlorum alicui rei, vt cùm dicit, simile esse regnum cœlorum fermento, grano synapis, decẽ virginibus, sagenæ missæ in mare, &c. Hic enim aperta fit collatio, quamuis non tam ob collationem & comparationem videantur huiusmodi sermones Domini, dici parabolæ, quàm ob tectã eorum significationem. Accipitur autem non pro sermone aliquo, sed re alicuius similitudinem gerente, cùm ad Hebræos 11. dicitur Abraham accepisse Isaac in parabola, hoc est, in similitudinem & typum Christi occidendi & resuscitandi. Pro allegoria autem accipitur, cùm 14. cap. Lucæ dicitur Dominus dixisse parabolam ad inuitatos, intendẽs quomodo primos accubitus eligerent. Ibi enim nulla est collatio, sed per exemplum humanum aliud vult significare quàm dicit. Sic & pro ænigmate accipitur Ezechiel. 17. vbi parabola vocatur, ænigma duarum aquilarum. Et prima parabola de semine, parabola quidem dicitur, cùm tamen allegoriæ vel ænigmatis magis habeat speciem. Absque enim aliqua collatione dicitur: *Ecce exiit qui seminat*, &c. Pro prouerbiis autem & grauioribus sententiis accipitur, cùm omnes parœ- Matth. 15 miæ & sententiæ dicuntur parabolæ: & cùm Petrus apertam satis illam sententiã Domini vocat parabolam: Nõ quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit de ore, hoc coinquinat hominem. Pro prouerbio rursum & vulgato ser-

A mone accipitur, cùm dicitur in Psal. Et factus sum illis in parabolam, hoc est, factus sum illis fabula, ac mei passim cum irrisione mentionem fecerũt. Pro prophetia accipitur Num. 24. cùm Balaamdicitur assumpta parabola de variis gentibus prophetasse, cũ in quibusdam illis prophetiis nulla sit vel collatio, vel allegoria. Hinc intelligi potest quomodo testimonium hic citatũ conueniat Asaph, & quomodo Christo. Asaph enim dicit se locuturum parabolas & ænigmata ab initio, hoc est, quæ olim contigerunt, eo quòd admiranda essent quę narrabat, & recondita quędam in illis lateret sapientia, qua per ea quæ olim contigerũt, populum suũ propheta instruere volebat, & quædam etiam ad futurum Messiã spectantia in typo canere. Christo verò competit verius hæc sententia: eo quòd in propriè dictis parabolis os suũ aperuerit, & è plenitudine cœlestis suæ sapientiæ eructauerit ea quę ab exordio mundi fuerunt absondita hominibus. Vnde patet illud, *ab initio*, pro quo Euangelista habet, *à constitutione mundi*, hoc est, ab eo tempore quo mundus constitutus est, & fundamenta eius iacta sunt, non eodemmodo debere accipi. cùm hoc testimonium Asaph, & cùm Christo tribuitur. Euangelista enim parũ mutato testimonio sic illud citauit, quomodo propositio suo maximè quadrabat, & Christo peculiariter competebat.

B

C

D

E

a TVNC DIMISSIS TVRBIS VENIT IN DOMVM, ET ACCESSERVNT AD EVM DISCIPVLI.] Explicatio hæc parabolæ satis est plana, vt non sit opus circa eã dicere multa, nisi quòd in ea quædã sint notãda. Et primùm quidem quòd electi per bonũ semen significati, dicuntur Hebraica phrasi filij regni, pro eo quod est hominies ad regnũ cœleste præparati, quodq; filii regni non dicũtur hic iidem qui Matth. 8. ita appellantur. cùm dicitur; filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi enim dicuntur filii regni secundum hominum existimationem & iudicium, hic verò secundum diuinam prædestinationem. Deinde quod reprobi per zizania significati vocãtur similiter Hebraica phrasi, filii nequã, hoc est, diaboli (nam nequam hic esse genitiui casus. Græca docent, τὸ πονηρὸν) nimirum quia illius imitatores & sectatores, non autem quòd ab eo creati & geniti. Idem' postea scandala vocantur. Quid enim per scandala intelligat, significat cùm subditur; & *eos qui faciunt iniquitatem*. Nam hic coniunctio, &, accipitur expositiue, vt scãdala sint hi qui operantur iniquitatẽ, hoc est, vt priùs dictũ est, operarii iniquitatis, & dediti iniquitati: qui ideo dicuntur scandala, quia siue verbo, siue vita valde offendũt, veritati vel pietati impedimẽtum præbentes. Vel quia ex eorũ cũ bonis permixtione & fœlicitate pleriq; scandalizantur, & humanum aliquid patiuntur: quemadmodum serui, de quibus in parabola, offendebantur quòd videret zizania permixta bono semini. Tertiò notandum quòd dicit Dominus: *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris*. Duo enim hic obseruanda: alterum, quod iustos fulsuros dicit sicut sol, in quo Dani. 12. videri potest alluſisse ad illud Danielis, quod de doctis dicitur: Qui autem docti fuerint, fulgebũt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiã eruditi multos, quasi stellę in perpetuas eternitates. Et bene quidem dicit: *Tunc fulgebunt*, quia tunc liberati erunt à malorum permixtione, à miseriis

huius

huius vitæ, ab omni errore & peccato; per quæ A buit regnum: patri verò, cùm loquitur de regno omnia eorum fulgor & gloria hic obscuratur. Alterum est, quòd dicit; *in regno patris eorum*. Cùm enim priùs dixit: Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala; regnum sibi tribuit, hic verò regnum patri tribuit, significans æqualem suam cum patre potestatem cum quo habet regni consortium. Sed de regno Dei loquens, quod in terris est vsque ad iudicij diem, malos habẽs bonis permixtos, bene sibi tribuit regnum: patri verò, cùm loquitur de regno Dei quod erit post iudicium. Nam regnum Ecclesiæ peculiariter à patre accepit filius, quamdiu in eo humanitatis suę meritis agit, interpellãdo pro nobis, & spiritum suum impertiendo, mortemq; superando. Cùm autem inimica mors destructa erit, & subiecta erunt ei omnia, & cuncta peracta 1. Cor. 5. erunt ob quæ homo factus est, tũc, inquit Paulus, & ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia, vocabiturq; deinde Dei regnum.

PARABOLÆ THESAVRI, MARGARITÆ, ET sagenæ. Matthæi 13. CAP. LIII.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit: & præ gaudio illius vadit, & vẽdit vniuersa quæ habet, & emit agrũ illũ. Iterũ simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærẽti bonas margaritas. Inuenta autẽ vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterũ simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congregãti, quam, cũ impleta esset, educentes & secus littus sedẽtes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in cõsummatione seculi. Exibunt Angeli, & separabũt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentiũ. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam Domine. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & vetera.

SIMILE EST REGNVM COELORVM THESAVRO ABSCONDITO IN AGRO, QVEM QVI INVENIT HOMO, ABSCONDIT. &c.] Parabolæ huius capitis videtur dictę à Domino in domo, præsentibus Apostolis tantũ, aut discipulis, vt apparet ex eo quod Saluator in fine illius dixit: *Intellexistis hæc omnia?* Et sanè ad discipulos magis quàm ad vniuersos pertinent, vt ex explicatione satis patebit. Præcedentibus duabus parabolis vltimis declarata est vis Euangelicæ doctrinæ: at duabus iam sequentibus eiusdem pretium significatur, & quanto studio meritò eã quisque sibi parare debeat indicatur, nimirum C quòd omnibus omissis ad hanc vnam assequendam sit conandum, quòdque vel bonorum omnium temporalium iactura sit cõparanda. Quanquam enim plerique similitudinem thesauri & margaritæ adaptent ad alia, nempe ad Euangelicam perfectionem vel vitam, aut ad Christum ipsum, aptissimè tamen aptãtur hę similitudines ad idem ad quod præcedentes, nempe ad Euangelicam doctrinam vel sapientiam, ad quam accommodari potest prior parabola, hoc modo: Simile quid in regno Dei accidere conuenit, quale est D cùm quispiã inuento thesauro abscondito in agro alieno, vt illo potiatur, primùm diligenter eum abscõdit, ne illi præripiatur, deinde omnibus suis bonis distractis, emit agrum illum. Sic enim & in regno cœlorum, veluti thesaurus quidam est in agro absconditus, cœlestis scilicet sapiẽtia, hominibus quidem tecta & incognita, nec cuiuis facilè obuia, sed tamen cum omnibus huius mundi bonis non conferenda. Hãc ergo qui inuenit (inuenit autem qui eam agnoscit) si frugi homo fuerit, & solicitè prospiciet ne eam semel inuẽtam amittat, & vt perfectè possideat, etiam omnium bonorum suorum temporalium distractione & renun- E tiatione eam sibi comparare non cessabit, exonerans se sæcularibus negotiis, vt intẽdere possit totus sapientiæ Euangelicæ. Secundum hanc explicationem non erit excutiendũ, quid sigillatim significetur per agrum in quo thesaurus est absconditus, quẽq; emit qui thesauri erat cupidus: deinde nec quomodo abscondat quis thesaurum Euangelicum repertũ. Per thesaurũ enim in agro abscónditum, significatur thesaurũ Euangelicum tectum esse & occultũ hominibus, per hoc quod inuẽtum thesaurum homo dicitur abscõdere, sicut ad literã significatur illius solicitudo curãtis ne ab alio thesaurus præripiatur, ita in sensu mystico significatur solicitam debere esse mẽtẽ eius qui inuenit thesaurum Euangelicum, ne inuẽtum perdat. Alioqui si sigillatius quis horum requirat significationes, per agrũ rectè quis intellexerit vel Christum, in quo sunt omnes thesauri sapiẽtię & scientiæ Dei absconditi, quemq; quodammodo sibi emit, qui omnium etiam facultatũ dispendio cum possidere satagit, vel Ecclesiã, in qua thesaurus Euangelicus absconditus latet incredulis. Hãc enim similiter etiam sibi quadã ratione emit, qui bonorum suorum iactura illius se membrum facit per hoc quòd dicitur inuentũ thesaurum homo abscondere, intelligi potest significatũ, thesaurum Euangelicum abscondendum esse in corde, ne perdatur: quemadmodum intelligit D. Hieronymus, aut abscondendum esse ab humanis laudibus & malignis spiritibus: quomodo Gregorius. Non enim iactantet ostentandus est, sed de eo inuento quisq; apud se in sinu gaudere debet. Porro per hoc quòd dicitur in parabola homo thesauro inuento vendidisse omnia quę habebat, idq; cum gaudio, & sic emisse agrũ illum; videtur Dominus significare voluisse, cõuenire vt & propter Euangelicum thesaurum assequendum quis omnes facultates suas vẽdat & distrahat, idq; cum gaudio: persuasus se hac ratione non iacturam facere, sed lucrum, ac dicẽs cum Psalmista: Bonum mihi lex Psal. 118 oris tui super milia auri & argenti, vt hęc parabola & sequens ad perfectionis studiosos pertineat, quales erãt Discipuli, quibus hæc & sequẽtes parabolæ videtur esse seorsum dictæ. Vt autem etiã ad vniuersos hæc referantur qui Euangelicũ thesaurum possidere volunt, intelligendum erit per illa significari, proprias voluntates & passiones quas priùs quis habuit, abiiciendas esse: gẽtilibus item dogmatibus atque Iudaicis, & mundi voluptatibus renuntiandum esse ei qui volet Christũ ac Christi doctrinam lucrifacere, ac paratum illũ esse debere etiam facultates omnes abiicere & relinquere, si is casus incidat, vt nõ possit eas simul

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Christo possidere. B. Vigilius lib. 3. contra Eutychen, per thesaurum in agro absconditum, intelligit Christi diuinitatem in carne eius latẽtem, atque ob id eum qui thesaurum reperterat non statim illum abstulisse de agro, sed voluisse simul cum illo acquirere & agri possessionem, quòd non prosit agnouisse Christi diuinitatem, nisi cum ea etiam ipsius confiteamur humanitatem. Cæterùm sequens parabola de vna pretiosa margarita omnium bonorum dispendio comparata, ad idem significandum assumitur ad quod præcedẽs: sed hoc interest, quòd in superiori proponitur thesaurus casu inuentus: in hacverò proponitur margarita studio & inquisitione inuenta tandem. Itaque sicut superiore significauit cœlestem sapientiam non inueniri nisi ab eo cui veluti casu oblata fuerit, hoc est, diuinitus monstrata: ita hac significauit vigiles & solicitos esse debere ad inueniendum sapientiam. Et quidem bene parabolam margaritę subiecit parabolę thesauri, volens ostendere pretium Euangelicæ sapiẽtiæ. Nã pecuniarum thesauri, & lapides prætiosi suna quę mundus maximè habet in pretio. Vnde hæc duo etiam Dauid aliquoties coniunxit, cùm pretium cœlestis sapientiæ ostendere voluit. De mandatis enim Domini sic canit, Desiderabilia super
Psal. 18. aurum & lapidem pretiosum multum. Et rursum:
Psal. 118 Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion. Sic Prouerbiorum 8. dicit Sapientia: Melior est fructus meus auro & lapide pretioso. Et rursum eodem cap. Sapiens: Accipite disciplinam meam, & non pecuniam, doctrinam magis quàm aurum eligite. Melior est enim margaritis, sic enim habent Hebræa, pro eo quod nos legimus, cunctis pretiosissimis) & omne desiderabile ei non potest comparari. Potest autem & huius parabolę explicatio generalis quę sufficiat intentioni Domini, fieri in hunc modum: Quemadmodum negotiator aliquis margaritarum bonarum studiosus, postquam inuenit pretiosissimam aliquam margaritam, non dubitat etiam vniuersam suam possessionẽ, si opus sit, vendere, vt eam sibi mercari possit: ita in regno cœlorum fieri cõ-
D uenit, vt quisquis veritatis & sapientiæ est studiosus, post inuentum margaritum illud cœlestis sapientiæ, per Euangelicam prædicationem iam omnibus oblatum, quo non est aliud pretiosius, etiam vniuersorum bonorum temporalium dispẽdio illud non cesset sibi comparare persuasus scilicet illud omnium facultatum pretium longè superare. Secundum quam explicationem non erit anxiè quærendum quis significetur per hominem illum negotiatorem, dẽ quo in parabola, significatur enim quid quemque huius exemplo facere oporteat. Sic nec quid per bonas margaritas, quã quam rectè per eas intellexerimus cum Hieronymo significatam legem & prophetas, aut omnia
E etiam dogmata in quibus sapientia aliqua continetur, quæ longè sunt postponenda Euangelico margarito. Contra quod sanè non pauci stultè faciunt, qui veritatis & sapientiæ studiosi prę ferunt sapientiam, quæ in philosophorum & oratorum libris continetur, studio Euangelico, in illis totum tempus impendentes, in hoc nimis frigidi. Sic & Iudæi cùm velint sapientiæ videri studiosi, præferunt Euangelicæ gemmæ, legis & prophetarum doctrinas: quæ bonæ quidem sunt margaritæ, sed Euangelica longè inferiores.

ITERVM SIMILE EST REGNVM COELORVM SAGENAE MISSAE IN MARE, &c.] Tertia hæc parabola nõ multũ differt à parabola zizaniorum, nisi quòd in ea per zizania tritico permixta significantur omnes mali bonis in toto mundo permixti, etiam qui nunquam fidem & Euangelium susceperunt: hic verò de eis malis tãtùm est sermo qui sunt in Ecclesia, aut in ea aliquando fuerũt, quos scilicet sagena, hoc est, Euangelica prædicatio collegit simul cum bonis. Rursum etiam hic rectè per sagenam intelligitur Euangelica prædicatio, quanquam quidam non malè intelligãt per sagenam significari Ecclesiam quæ ex omni genere homines in se congregatos
B habet. Et bene quidẽ hæc parabola superioribus duabus subiuncta est. Ne enim, quia Euangelicam doctrinam & sapientiam comparauit thesauro & margaritæ inuentis, putaretur ipsa omnibus qui inuenerunt eã talis habenda, aut omnes tales suo pretio ditatura & saluatura, hæc parabola docet Euangelicam prædicationem quosdam etiam malos collecturam, quibus nihil proderit cum bonis coniunctos esse. Bene etiá hac parabola seorsum ad Discipulos vsus est, vt quorum quibusdam dixerat: Faciam vos fieri piscatores hominum, scilicet per sagenam quam hic significat, Euangelicã videlicet prædicationem, ne sibi displicerent dum experturi essent malos quosdam colligi eũ bonis
C in Ecclesia. Verùm cùm oẽs homines, prius quam recipiant Euangelium & fidem, sint mali & peccatores, omnésq; boni fiant & iusti dum fidem suscipiunt & baptismum, quomodo Euãgelica prędicatio cõparatur sagenæ, cuius pisces siue boni, siue mali, tales erant antequam in ipsa sagenã colligerentur? Dicendum, nõ oportere ex omni parte constare similitudinem inter sagenã & Euãgelicam prædicationem: quod attinet ad colligendum bonos simul & malos, sicut & in eo est inter hæc duo differẽtia, quòd sagena pisces capit inuoluntarios, non autẽ Euangelica prędicatio homines, saltẽ non omnes. Satis ergo est similitudinem constare eatenus, quatenus requirit intentio Domini, propter quam parabola assumitur. Ea autẽ est, vt ostẽdant in Euangelico reti bonos simul cũ malis permixtos fore, eosq; in fine seculi demum separãdos, nullo habito respectu quales priùs fuerint antequam reti Euangelico caperentur. Itaq; mali qui cum bonis capiuntur, non tantùm hic sunt intelligendi hi qui fictè aut coactè ingrediũtur Ecclesiam, & Euangelium ac fidem non ex animo suscipiũt, sed etiam qui bono animo & spõtẽ suscipientes, deinde in cœpta virtutis via non perseuerant. Cõstabit tamen similitudo etiam in eo quòd pisces boni semper sunt boni, & mali semper mali, si homines bonos hic vocari intelligamus electos, etiam cùm adhuc non sunt iustificati, malos verò reprobos, etiam cum ad tempus sunt iusti, sicut supra semen bonum dicitur significare filios regni, & zizania filios nequã: & quomodo Ioan. 1. dicuntur filii Dei, qui nondum crediderunt. Vt inquit, filios Dei qui etant dispersi congregaret in vnum. Et Matth. 10. filius pacis dicitur qui necdum fidem suscepit, sed prædestinatus est & electus ad fidem. Porro parabola hæc explicatione aut applicatione non eget, quoniam ea explicat & applicat Dominus, quanquã tantùm ex parte altera, ea scilicet qua dicitur in parabola quòd eductæ mari sagena plena, piscatores eligãt bonos

bonos in vasa sua, hoc est, repositoria: malos & inutiles esui hominũ foras mittũt. Sed ex hac explicatione apertum satis reliquit, quid per alterã parabolæ partem sit intelligẽdum, qua dicitur sagena missa in mare, ex omni genere piscium cõgregari vsque dum impleta fuerit; videlicet, quòd Euangelica prædicatio missa in mari huius mundi, pleno tẽpestatibus, instabilitate, ac multa amaritudine, collectura esset & captura ex omni genere hominũ cuiuscũque gentis, cõditionis aut ætatis, vsque dũ haberet plenũ credentium numerum, quo impleto erit cõsummatio seculi, ac rete Euãgelicum è mari huius mũdi educetur, quãdo cessabit capere homines. Reliqua huius parabolæ in applicatione sunt omittenda, tãquam intentioni propter quam parabola dicitur, impertinentia, vt quid significetur per littus, aut per sessionẽ eorũ qui eligũt bonos in vasa sua, & malos foras mittunt, quanquam per littus rectè intelligi possit locus iudicii, maximè secundùm lectionem Græcorum, quæ non habet, vt nos, educẽtes, & secus littus sedentes; sed, educẽtes secus littus, & sedentes.
INTELLEXISTIS HAEC OMNIA? DICVNT EI: ETIAM DOMINE. AIT ILLIS: IDEO OMNIS SCRIBA DOCTVS: &c. Nõ interrogat Dñs num intelligãt, quasi ignorans, sed vt ex eorum responsione cõmodã haberet opportunitatẽ eos docendi, hæc quæ intelligerẽt in fideli memoriæ penuario recõdẽda esse, quo aliis aliquãdo possent ea repromere. Proinde subiicit & alterã parabolam, qua illud docet, quæ hoc modo videtur intelligenda: Ideo (quia scilicet hęc intelligitis) scitote quòd omnis Scriba doctus
C in regno cœlorum, similis esse debet patrifamilias, qui è thesauro & depositorio suo profert noua & vetera: hic est, qui affatim quæuis & varia profert, quæ diuersorum palato & desiderio satisfaciant. Hoc enim ad literam significatur per noua & vetera quæ profert paterfamilias, cui assimilatur doctor Euangelicus. Sicut & Canticor. 7. dum sponsa dicit suo sponso: Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi: ad literã significatur abũdantia quæ cuiuis appetitui satisfaciat. Non ergo per noua & vetera hic ad literã significatur nouũ & vetus testamentum, cùm doctor Euangelicus non dicatur esse paterfamilias, qui proferat noua & vetera, sed similis illi. Quę similitudo in eo cõsistit, quòd quemadmodum paterfamilias diues simul & liberalis, ex abũdantia diuitiarum suarum profert, cùm opus est, noua simul & vetera, hoc est, res varias, omnigenamq; substantiam: ita bonus Euangelij doctor è corde diuite spiritualium opum, debet in tempore suo proferre sermonem varium, copiosum, ac diuersis hominum ingeniis congruum, & nunc quidem apertum, nũc inuolutum variis parabolis & similitudinibus. Nõ enim eadem semper dicẽda; nec eodem modo, eo quòd non omnes eisdem commoueantur, atque ob id opus est diuite quodam thesauro, omni disciplinarum genere instructo. Hęc videtur esse genuina
B loci huius explicatio, optimè deseruiẽs proposito Saluatoris. Siquidẽ videtur hac parabola suos adhortari voluisse, vt se imitẽtur, vt quemadmodum ipse ad exemplum patrisfamilias vario modo doceret: ita & ipsi, quanquã valdè sit probabile ob id in parabola Dominum meminisse etiam nouorũ & veterũ quæ profert paterfamilias, vt significaret Euangelicum doctorem, & ex veteris testamenti libris vetera, & ex Euangelica philosophia debere depromere noua, etsi istud non præcipuè pertineat ad loci huius explicationem. Porrò scriba doctus in regno cœlorum, vel (vt habent Græca) ad regnum cœlorum, scilicet prędicãdum, est prædicator Euangelicus, qui Scriba dicitur, nõ à scribendo, sed potius à scripturarum sanctarum
C intelligentia & enarratione, vt priùs dictũ est circa caput Concordiæ 9. Additur autem, *doctus in regno cœlorum*; ad differentiam Scribarum quos habuerunt Iudæi, qui tantũ vetera ex veteribus proferre potuerunt, vt intelligatur perfectior doctrina requiri à Scriba Euangelico. Obseruandũ autem, hunc Scribam non comparari patrifamilias, qui proferre potest, sed qui profert, vt intelligatur Euangelico scribæ nõ satis esse debere, quòd cor habeat plenũ spirituali eruditione, sed ex ea plenitudine aliis esse proferendum.

DOCENS IN NAZARETH DOMINVS, INCREDVLITATIS eam condemnat. Math. 13. Marc. 6. Luc. 4.

CAPVT LIIII.

ET factum est, cùm consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde, [b] & egressus inde abiit in patriam suam, & sequebantur eum discipuli sui. † [f] Et venit [a] in patriã suã [c] Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secũdũ consuetudinẽ suã die sabbathi in synagogã, [b] & facto sabbatho cœpit [c] in ▷ synagoga [a] eorum [c] docere eos, & surrexit legere. Et tradi-
tus est illi liber Isaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librũ, inuenit locũ vbi scriptũ erat: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euãgelizare pauperibus misit me, sanare cõtritos corde, prædicare captiuis remissionẽ, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionẽ, prædicare annũ Domini acceptũ, & diẽ retributionis. Et cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnũ in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et † [b] omnes, [b] audientes testimonium illi dabant, & ▷ [l] mirabantur [b] in [b] doctrina eius, [&] [c] verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius, ‖ [i] & dicebant, [c] Vnde huic † sapientia hæc & virtutes? [b] & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? [f] Nõne hic est [c] filius Ioseph? [a] fabri filius? [b] Nonne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi Ioseph, & Iudæ & Simonis? [a] Nõne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, Iacobus & Ioseph, & Simon & Iudas? ▷ & sorores eius nõne omnes apud nos sunt? [a] Vnde ergo huic omnia ista? & scandalizabantur in eo. ‖ [i] Iesus autem dixit eis: [c] Vtique dicetis mihi hãc similitudinem: Medice, cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Aitautem. Amen dico vobis:

† a. Et venit.
◁ a. synagogã, ‖ b. docebat.
† b nmlti ▷ u. ita vt mirarẽtur.
‖ a. & dicerent. b. docẽtes. † b. hæc omnia, → b. Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia nemo propheta acceptus est in patria sua. c Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. c In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mẽsibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erãt in Israel sub Elizæo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & ieiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. b Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. a Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum, b & mirabatur propter incredulitatem eorum.

b Et dicebat illis Iesus. c. & alibi.

ET FACTVM EST, CVM CONSVMMASSET IESVS PARABOLAS ISTAS, TRANSIIT INDE, &c.] Transitum hunc Christi in Nazareth contigisse post prædictas parabolas, ex Matthæo manifestissimum est. Sed inter sermonem hunc, & aduentum in Nazareth, alia adhuc intercessisse in Euangelio posita videri posset ex Marco, qui inter hæc dicta & gesta, interponit transfretationem Domini in regionem Gerasenorum, videturq; eodem die significare eam contigisse quo habitę sunt parabolę: deinde curationem dæmoniaci in illa regione: curationem itẽ mulieris hæmorrhoissæ, & resuscitationem filiæ archisynagogi; quæ omnia etiã Lucas in cap. 8. subiungit post parabolam seminãtis. Verùm supra ostensum est in cap. Concordię 30. hæc omnia à Matæo interposita cõtigisse ante sermonem Domini in monte. Proinde præcedẽtibus nihil aliud subiiciendum videri potuit, quàm accessum Domini ad Nazarenos, quem Matthæus sermoni parabolarum sine aliquo medio adiunxit, quem & Marcus post illa interposita à se, subdidit, dicens: Et egressus inde abiit in patriam suã. Perinde significans Capharnaum, vbi verisimile est postremas parabolas dictas à Domino in domo: resuscitatam quoque filiam Iairi, de qua ante hæc verba meminit Marcus. Porrò suprà etiam satis ostensum est, hunc aduentum Domini in Nazareth, eundem esse cum eo quem Lucas cap. 4. per anticipationẽ, Augustino teste, posuit in principio prædicationis Christi, tum vt ostenderet ex eo quod postea contigit, quàm iusta ratione patriam suam Dominus reliquerit: tum etiam quòd prophetia illa, quam commemorat Domino lectum in Nazareth, optimè quadrat & facto illi quod priùs commemorauit de descensu spiritus sancti in Christum, & toti negotio Euangelicæ prædicationis, quam tunc narrare incipit. Fit enim in ea prophetia mẽtio de spiritu Domini in Christo quiescente, & de Euangelio prædicando, ad quod missus est Christus accepto spiritu. Nõ contigisse autem eam historiã in Nazareth tunc cùm eam Lucas narrat, euidentissimum est ex eo quòd dicit dictum à Domino ex persona Nazarenorum: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua: cùm eo tempore nullum adhuc miraculum factum à Christo vel in Capharnaum vel alibi narratum sit. Cæterùm circa hanc historiam primum obseruandum est, Dominum qui iam reliquerat Nazareth, & præsciuit se parum fructus facturum in ea, venisse tamen tandẽ ad eam, sed postquam iam fama celebris esset. Venit enim ad eam, vt patriam suam etiam honoraret, & queri non possent quòd patriam & propinquos suos fastidisset, malens apud alienos venari gloriam: nec dicere possent, se credituros si ad eos quoque venisset. Sed venit post multa iam peracta miracula quibus sibi nomen celebre parauit, vt qui apud eos vilis habebatur & abiectus cùm autoritate iam parta veniret ad eos. Docere ergo hoc suo facto Dominus nos voluit, opportunitatem lucrandi quoslibet obseruandam esse, & salutis quidem patriæ percupidos nos esse debere: verùm non facilè expectãdum vt Euangelicus doctor ibi fructum faciat, vbi ab ineũte ætate est educatus. Dominus enim, qui hactenus in tota Galilæa maximi fuit habitus, vbi ad domesticam notitiam venit, inhonoratus est à suis.

ET INTRAVIT SECVNDVM CONSVETVDINEM SVAM DIE SABBATHI IN SYNAGOGAM, ET SVRREXIT, &c.] In synagogis quas singulę ciuitates habebãt apud Iudæos, Dominus solitus erat intrare, idq; die sabbathi, quo solo Iudæi illuc conuenerant, audituri legem & prophetas, obseruans scilicet & tempus, & locum doctrinæ accommodum. Quùm autem Dominus audisset in synagoga alios de lege disserentes, surrexit & ipse; hoc gestu significans, se quoque ex spiritu habere quod loqui vellet apud multitudinem. Hic enim videtur apud Iudæos fuisse mos, vt in synagoga non vnus tantùm faceret verba ad populum, sed liberum esset diuersis successiuè concionari. Vnde & Paulus gentilibus Corinthiis scribens, statuit vt in Ecclesia prophetæ vicissim dicant & audiant, & si cui fuerit reuelatum aliquid dignum cognitu, cedat qui prior diserat, & det locum successori. Porro quòd Dominus stans legerit prophetam, datum est autoritati diuinæ scripturæ; cui equum est omnem humanam dignitatem assurgere: quòd verò expletalectione sederit docturus, singularem eius in docẽdo autoritatem significasse videtur. Apparet enim alioqui morem fuisse Iudæis standi, non tantùm cùm legerent, sed & cùm lecta explanarent & docerent. Nam Actuum 13. Paulus post lectionẽ legis & prophetarum iussus in synagoga cõcionari ad populum, stans docuit: idemq; Corinthiis prę scribens, quis in docendo modus & ordo sit seruandus, sic dicit: Prophetæ duo aut tres dicant, & cæteri diiudicẽt. Quòd si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat; significans satis eos debere sta re qui loquerentur, sedere verò qui audirent. Non autem fortuitò accedit, sed diuina prouidentia, vt & traderetur Domino liber Isaię prophetę, & aperienti occurreret locus iste quem Dominus hic legisse memoratur. Nemo enim prophetarum clarius est vaticinatus de Christo & de doctrina Euangelica, quã Isaias, nec alius quispiam locus Isaiæ magis quadrabat huic tempori & loco, quã iste in quo ipse propheta loquitur nõ in sua sed Christi persona, & per quẽ Dominus Nazarenis commodè ostendere potuit se longè aliter esse quàm opi

1. Cor. 14.

opinarentur, imò esse expectatum Iudæis Messiam. Nam in hac prophetia cùm dicitur, propter quod vnxit me; ponitur pro verbo, vnxit, apud Hebræos verbum vnde dicitur Messias. Cæterùm mysterio non caret, quòd Domino à ministro synagogæ traditur liber clausus, quódque eundem Dominus aperit & explicat: (hoc enim significatur cùm dicitur, & vt reuoluit librũ; pro eo quod est, & vt explicauit librum. Nam Græcè est, ἀναπτύξας ἐξελίξας) item quòd hunc clausum Dominus rursum tradidit ministro. Scripturam enim sanctam ante Christum Iudæi quidem habuerũt, sed clausam, & necdum intellectam, quam Dominus ab illis accipiens ad illorum condemnationem & refutationem, solus aperire potuit & explicare, vt qui solus habebat clauem scientiæ & intelligentiæ, sed eandem nihilominus clausam à Christo magna Iudæorum pars accepit, qui pertinaci incredulitate Christum legis spiritum in ea non agnoscunt, et si eam quotidie legãt. Beda autem aliter mysterium totius facti quo d hic memoratur explicat, quid scilicet significet, quod Dominus stans librum explicatum audientibus legerit, eundemq; plicatũ reddiderit ministro, ac post redditum librum resederit, vt licet videre apud ipsum. Porrò circa prophetiam hanc primò notandum, quòd à Luca hic citetur magis secundũ Septuaginta translationem, quàm secundum Hebraicam veritatem. Siquidem Hebræa sic vertit Hieronymus: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit Dominus me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis. Septuaginta autem eodẽ modo habent, quomodo hic legimus, nisi quòd Lucas de suo adiecit hæc verba; dimittere confractos in remissionem. Occurrit autem circa prophetiæ huius principium difficultas tam secundum Hebraicam veritatem, quàm secundum lectionem Septuaginta. Nam siue legatur; spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me; vt habent Hebræa, siue propter quod vnxit me; vt habent Septuaginta, de locutionis veritate semper manebit quæstio. Nam quomodo ideo spiritus Domini erat in Christo, quia Dominus illum vnxerat: Vnctio enim Christi nihil aliud erat quã spiritus inexistẽtia, proinde dicere spiritum fuisse in Christo, quia vnctus fuit à patre, ferè est idẽ ac suiipsius facere causam. Sed magis secundum lectionem Septuaginta, dubium est quomodo verum sit, quòd ideo Dominus vnxerit Christum, quia spiritus Domini erat in eo, cùm hoc ipso iam vnctus fuerit quo spiritus Dei fuit in eo. Iam quomodo constare potest lectio Septuaginta cum Hebraica veritate, cùm in Hebræa veritate vnctio dicatur esse causa inexistentiæ spiritus: in Septuaginta verò translatione, ipsa spiritus inexistentia dicatur esse causa vnctionis? Non enim videtur vtrunque simul posse esse verum. Pro horum solutione sciẽdum imprimis locum huius prophetię non rectè satis distingui, siue dum eum hic legimus apud Lucam, siue dum legimus apud Hieronymum in Isaia. Nam vtrobique communiter verbum, vnxerit, separatur per distinctiunculam à sequentibus, similiter & verbũ, misit, separatum à sequentibus, coniungitur cum ad annuntiandum, vel cum, euangelizare, cùm recta distinctio quam indicant accentus Hebraici puncta, sic se habeat, vt verbum, vnxerit, coniungatur cum sequenti, ad annuntiãdum, in hunc modum: Spiritus Domini super me, eo quòd (vel propter quod) vnxit me ad euangelizandum (vel annuntiandum) pauperibus (vel mansuetis,) misit me, vt mederer cõtritis corde, vel sanarem contritos corde, &c. Quam distinctionem etiam Grammaticæ Latinæ & Græcæ ratio exigit, vt habeant infinitiui, sanare, prædicare, &c. verbum cum quo hæreant. Hanc distinctionem & Hieronymus indicat in Comment. dum sic scribit: Vnctus est igitur spiritu sancto, vt annunciaret pauperibus siue mãsuetis. Et missus est ad sanãdos eos qui corde cõtriti sunt, &c. Eandem distinctionem indicat & Theophylactus sic scribens in Lucam: Quid autem scriptum erat; Spiritus Domini vnxit me, hoc est, consecrauit me, constituit me, vt euangelizarem pauperibus, hoc est, gentibus? &c. Secundum hanc distinctionẽ apertior est & conueniẽtior prophetiæ huius sensus. Nam secundùm Septuaginta lectionẽ, quæ hãc distinctionem magis requirit quàm Hebræa, sensus est: Quoniam spiritus Domini singulari ratione & ex ipsa natiuitate est super me, ideo Dominus me suo spiritu vnxit, hoc est, consecrauit, & deputauit, ad euangelizandum pauperibus. Euangelium enim hoc non potuit primùm ab alio prædicari, quàm ab eo qui præuentus esset diuinis benedictionibus, & spiritu Dei omnino plenus. Secundum alteram autem lectionem sensus est: Ideo spiritus Domini super me peculiariter requieuit, quoniam Dominus me suo spiritu vnxit, & consecrauit ad euangelizandum pauperibus. Vel ex eo constat spiritum Domini esse super me, quòd Dominus me vnxerit ad Euangelij prędicationem. Ex quibus constat quomodo vtraque lectio habet verum sensum. Si enim legatur, eo quòd, (quomodo est magis vertendum, cũ non sit Hebræis עלבו alken, id est, propterea, sed יען Iaan) oportet per verbum, vnxit, intelligere significari vnctionem, qua in vtero matris Dominus est vnctus, cùm diuina natura humanæ est vnita. Si verò legatur, propter quod, intelligendum est verbo, vnxit, significari eam vnctionem, qua Christus baptismo visibiliter vnctus est, hoc est, consecratus, & deputatus ad Euangelij prædicationem, quando descendit in eum spiritus sanctus visibiliter in specie columbæ. Simili distinctione oportet soluere difficultatem quæ est in alio simili loco apud Dauidem, cùm dicit: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Non enim intelligi potest scripturam hic loqui de ea vnctione qua ab initio Christus fuit vnctus in vtero matris, cùm hanc non meruerit dilectione iustitiæ & odio iniquitatis: sed tunc intelligendus est vnctus, cùm vel descendit in eum in columbæ specie spiritus sanctus, & iam ad mox prædicandum Euangelium à patre constitueretur; vel, cùm post resurrectionem suam acciperet à patre potestatem omnium quę in cœlo sunt & in terra, & in dextra patris collocatus cœpit rex haberi, & agnosci ab omnibus. Sicut enim ter fuit vnctus Dauid Christi typus, ita intelligẽda est triplex Christi in regem vnctio. Vnctus enim fuit primùm Dauid, à Samuele secretò in domo; quæ vnctione significa-

Psal. 44.

1. Reg. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta est Christi vnctio in vtero matris. Vnctus fuit A
2. Reg. 1. secundò post mortem Saulis à tribu Iuda, vt scribitur 2. Regum secundo: qua vnctione significatum regnum Christi, quo per Euangelicā prædicationem cœpit regnare in Iudæa. Vnde fuit tertiò ab vniuersis Israelitis, cùm & cœpit regnare in Hierusalem; qua vnctione significatum est regnum Christi in vniuersis gentibus, quando post ascensionem suam cœpit regnare in superna Hierusalem. Mirum autem cur quidam verterit, propterea quòd, cùm annotauerit malè Latinos quosdam hic legere, eo quòd, & antiquos codices habere, propter quod, cùm etiam Græca habeant B
διὸ ἔχρισε, quod non video quomodo sit, propterea quòd. Nam, propterea quòd, idem est quod eo quòd. Ex his etiam patet quomodo Christus dicitur vnctus ad euangelizandum. Dicitur enim ad hoc vnctus, quia per diuinam vnctionem consecratus & deputatus ad illud officium: sicut dicuntur quidam vncti in reges, quia vnctione consecrati & deputati ad regnandum. Sed alij quidem dicuntur vncti ab hominibus, quòd visibilis eorum esset vnctio: Christus verò à solo Deo vnctus dicitur, vnde significanter Hebræa addunt nomen, Dominus, eo quòd vnxerit me Dominus, non homo scilicet visibilis visibili vnctione, sed Deus inuisibilis inuisibili vnctione. Est autem oleum vel vnguentum, quo pater filium vnxit, ipse spiritus Domini, sicut hoc testimonio satis indicatur: ad quod proinde Petrus alludens Actuum 10. Vnxit (inquit) eum Deus spiritu sancto & virtute. Et Ioannes vn-
1. Ioan. 2. ctionem vocat spiritum, dicens: Sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Significatur autem spiritus sanctus in scripturis per oleum vel vnguentum, quòd ei conueniant conditiones olei & vnguenti, quas illa habent & in prophano vsu, & in sacro. Nam quod ad prophanum & communem vsum pertinet, oleum & vnguenta adhibeti solebant ad recreationem, & virium confortationem, vnde athletæ pugnaturi se vngere olim solebāt. Quod verò ad sacrum attinet vsum, antiquissima con- D
Spiritus sanctus significatur per oleum. suetudine obseruatum est, vt oleo vel vnguento vngerentur quæ Deo consecrabantur. Quæ consuetudo non ab ipso Moyse primùm sumpsit originem, qui diuina instructione vnguentum singulare didicit componere, quo templum & vasa eius ac sacerdotes inungerentur & consecrarentur, sed antiquior etiam longè ea est consuetudo, vt ex eo patet, quòd Iacob in Bethel erecto lapide in titulum fudit oleum super ipsum, in consecrationem ipsius loci. Videri autem potest, quod ad humanam attinet rationem, ob id cœptum primitus oleo vngere quæ Deo consecrabantur, quod receptum esset vnctionibus vti ad lætitiam. Itaque oleo & vnguento signifi- E
catur spiritus sanctus, tùm quod tristes consolentur, & gaudio perfundat, imbecilles fortificet: vt possint etiam pares esse ad congrediendum cum diabolo, faciatque omnes quos replet bonam vim tutis & doctrinæ fragantiam ad multos diffundere: tum quòd omnes quibus donatur, Deo consecret, reges & sacerdotes eos Deo constituens. Singulariter autem significatur per oleum aut vnguentum, quo in sacris erat vsus, vnde omnium singularissimè significatus est per illud vnguentum, quod ex quinque speciebus iubetur fieri Exodi capite 30. quo caro humana non potuit inungi, nec simile ei confici. Solus Aaron, filij eius, tabernaculum, arca fœderis, & similia inungebantur. Quo significatum est, spiritu sancto non nisi Christum & filios eius Apostolos cum reliquis credentibus, qui sunt templum Dei & vasa gloriæ Dei, veraque diuini cultus instrumenta, inungendos, dimanante illo à Christo ad reliquos filios Dei. Pro intelligentia autem reliquorum quæ in prophetia sequuntur, sciendum, in sequentibus Christum de se loqui, tanquam de aliquo qui missus esset ad consolandum læto quodam nuncio eos qui omni humano essent destituti præsidio, ac carceris, à harumque miseriarum malis premerentur ab inimicis suis. Quo allegoricè significatur, quòd Christus à patre missus fuit, vt Euangelij, lætissimi scilicet & optatissimi nuncij prædicatione consolaretur eos qui se vera iustitia & salute agnoscerent esse destitutos, & ob peccata sua ac iram patris, legisq; Mosaicæ onus ac veri ignorantiam afflicto essent animo, quibus solis, non autem superbis, & mūdi voluptates sectantibus, missus est Dominus ad prædicandum remissionem à captiuitate peccati & diaboli, & liberationem à cæcitate, in qua C
diu detenti fuerunt, & ad dimittendum eos in remissionem, hoc est, liberos, qui diabolico iugo grauatos se & confractos agnoscerent. Porrò annum acceptum vocat propheta, tempus illud totum quo Christus docendo & pro nobis patiendo opus nostræ redemptionis peregit, aut potius totum tempus Euangelicæ prædicationis à Christo vsque in finem mundi. Nam Paulus dicit, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salu- 2. Cor. 6.
tis. Ideo autem tempus hoc intelligunt plerique vocari annum vel tempus acceptum, quia gratum est & iucundum fidelibus ob ea quæ in eo annunciantur. Sed Hebræa alium planè requirunt sensum, nimirum vt, acceptū, vel, vt est Græcè, δεκτὸν, accipiatur potius actiuè, & annus acceptus sit, tempus quo Deus gratuita sua bonitate homines in gratiam recepit per mortem filii sui. Est enim Hebraicè dictio רצון ratson, quę idem significat quod Græcis εὐδοκία, hoc est, beneplacitum, & gratuita voluntas. Vnde bene vertit D. Hieronymus, annum placabilem. Eadem dictio est in capite quadragesimonono Isaiæ, vbi legimus etiā de tempore isto accepto: In tempore placito ex- 2. Cor. 6
audiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Quę locum citat Diuus Paulus in prædicto ad Corinthios loco, vbi pro tempore placito, legimus, tempore accepto. Eadem rursum dictio est & in psalmo sexagesimooctauo, cùm legimus, Tempus beneplacita Deus. Bene autem spiritus sanctus tem- E
pus istud vocat hoc loco annum. Videtur enim alludere ad annum illud Iubilæum, quē olim Iudæi obseruabant, qui huius erat typus temporis. Siquidem quemadmodum in anno Iubilæo restitutio erat pristinæ libertatis ac possessionis, ita & in hoc tempore. Cęterùm illud, diem retributionis, quod Græca tamen hoc loco non habēt, quāquam plerique intelligant de die iudicii quo retribuetur vnicuique secundum opera sua, vt prędecentia pertineāt ad primum Domini aduentū, hæc verò pars ad secundum, tamen magis debet intelligi de retributione illa vltionis, qua Deus per

per filium vltus est nos de inimicis nostris dæ- A
monibus, iudicando principem huius mundi, & eiiciendo eum foras. De qua retributione idem Isaiæ cap. 35. Ecce Deus vester vltionem adducet retributionis, Deus ipse veniet, & saluabit vos. Hebræa enim habent hoc loco, vt bene vertit Diuus Hieronymus, & diem vltionis Deo nostro. Idem ergo tempus est & annus acceptus, & dies retributionis: sed annus acceptus, ratione fidelium: dies verò retributionis, ratione hostium populi Dei.

ET OMNIVM IN SYNAGOGA OCVLI B
ERANT INTENDENTES IN EVM. COEPIT AVTEM DICERE AD ILLOS: QVIA HODIE IMPLETA. &c.] Post lectionem prophetę omnes in Iesum intentè respiciunt, partim quòd admirarentur illum posse legere quem sciuer ūt id non didicisse, quodque è diuino eius vultu gratia quædam fulgeret, omnium facilè in se cōuertens oculos: sed multò magis ob id, quòd auidè expectarent noua quædam audire ab eo de quo mira audierant, & cuius humilem conuersationem priùs erant experti. Quod autem dicitur à Domino, *scriptura impleta in auribus vestris*, phrasis est Hebraica, pro, impleta est vobis audientibus. Verùm quomodo hodie impleta dicitur, cùm iamdudum impleta fuerit, nimirum ab incarnatione ipsa, aut saltem à prædicationis tempore? Nam tunc fuit vnctus & missus ad prędicandum. C
Sed dicitur scriptura tūc primùm impleta in illorum auribus, quia tunc primùm audiuerunt eam pronunciari ab eo de quo loquitur, & in cuius persona erat scripta. Significare enim his verbis Dominus voluit, se esse eum de quo loquitur lecta scriptura, quasi dixisset: Non est quòd quæratis quis sit de quo prophetia est intelligenda. Quem enim audistis legentem, is est cui scriptura conuenit.

ET OMNES TESTIMONIVM ILLI
DABANT, ET MIRABANTVR IN DOCTRINA EIVS.] Quod dicit Lucas omnes testimonium illi dedisse, referunt plerique ad prę- D
dictam prophetiam, vt significetur omnes attesta tos prophetiam illam de ipso dictam fuisse. Sed rectius & simplicius intelligitur, *omnes testimonium illi dabant*, hoc est, cum commendabant, & laudabant, & bonum de illo perhibebant testimonium tum ob miracula iam ibi & alibi gesta, tum quòd audirent eum scripturas tanta cum authoritate, mansuetudine & prudentia explanantem. Vnde additur, *& mirabantur in verbis gratiæ*, hoc est, de verbis gratiosis, aut gratia & acceptatione plenis. Verùm si omnes illi testimonium dabant, quomodo dicunt Marcus & Matthæus, ipsos scandalizatos in eo? Quomodo etiam Lucas mox sub- E
iungit Domini obiurgationem? Certè apparet in principio plerosque auditis miraculis & verbis Christi, rectè de ipso sensisse, & promptos fuisse ad credendum illum esse verum Messiam: quosdam tamen inter eos fuisse, qui considerantes humilitatem familiæ & generis ipsius, cœperūt doctrinæ & miraculorum eius authoritatem eleuare, & à recta illa de Iesu opinione auocare etiam eos qui in principio rectè sentiebant de ipso. Cū ergo dicuntur omnes illi testimonium dedisse, o-

mnes pro plerisque positum videtur, quemadmodum in scripturis sæpe accipitur: & cum hi qui testimonium illi dabant dicuntur apud Lucam dixisse: *Nonne hic est filius Ioseph*, intelligendū quosdam illud dixisse in laudem Iesu, & admirationem eius, agnoscentes planè diuinum esse debuisse, quòd homo tam alioqui ignobilis subitò ad tantā sapientiam esset euectus: alios verò idem dixisse ex contempta & cum offendiculo, existimantes ipsum non posse esse Messiam, qui tā humilem patrem & progeniem haberet: nec doctrinā eius aut miracula posse esse diuina, qui inter B
doctos nō fuerat versatus. Vbi obseruandū, quātum malum sit inuidia, quę cùm maximè sit inter conciues, non cessat calumniari & detrahere eis, qui, quantūuis manifestè & apertè, sunt aliis excellentiores: deinde quàm pestilens res sit iudicare secundum carnem & secundum externa. Hoc enim iudicio factum est, vt hi Nazareni non possent agnoscere Iesu excellētiam & diuinam autoritatem, cùm tamen eam & miracula eius & doctrina apertissimè vel ipsorum testimonio declararent. Portò cùm Dñs non solùm hic dictus sit à Nazarenis filius fabri, vt est apud Matthæum, sed etiam faber, vt est apud Marcum in omnibus ferè libris, apparet Dominum cum Ioseph fabrilem artem etiam exercuisse vsque ad prædicationis tempus: quanquam intelligi posset, vt indicat D. Augustinus, eum ideo vocatum fabrum, C
quia creditus filius fabri. Incertū autem est quam artem fabrilem exercuerit, cùm nomen, faber, sicut & Græcis τέκτων, generale sit ad omnes penè artifices, qui è quauis materia aliquid faciūt, exceptis plastis. Hinc Hilarius ad fabrum ferrarium respiciens, dum mysticè ostendit Iesum esse filium fabri: Fabri, inquit, erat hic filius, ferrum igne vincentis, omnem seculi virtutem iudicio decoquentis, massamque formantis in omne opus vtilitatis humanæ, &c. Non enim sine diuina prouidentia & mysterio factum est, vt Dominus & faber esset & fabri filius, nimirum quòd ipsa externa ars cōgrueret ei qui & conditor erat omnium, & conditoris omnium filius.

IESVS AVTEM DIXIT EIS: VTIQVE
DICETIS MIHI HANC SIMILITVDINEM, MEDICE, CVRA TEIPSVM, &c.] Matthæus & Marcus narrant Dominum dixisse, propheram non honorari in patria sua, occasione scandali Nazarenorum, quo offendebantur in Christo ob progeniei humilitatem. Lucas verò huius scandali non tam apertè faciens mentionem, alia etiam occasione illud Dominum dixisse significat, nimirum quòd cognosceret Dominus quosdam Nazarenorum sugillaturos ipsum, aut iam etiam sugillasse, eo quòd longè & paucora & minora miracula in Nazareth parraret, quàm in aliis ciuitatibus prodidisset, quasi vel nō haberet vbique paratam potestatem, vel suis inuideret quod aliis largiter impendit. Duo ergo erant quæ offendebant Nazarenos, scilicet humilitas generis, & miraculorum paucitas: quam secūdā offensionis causam Saluator præoccupans, dicit: Vtique hoc est, omnino & certè (est enim Græcè πάντως) dicetis mihi hanc similitudinem, hoc est parabolam & prouerbium. Interpres enim noster hic posuit nomen similitudinis pro prouerbio, sicut suprà dictum est nomen, parabola, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

scripturis accipi pro prouerbio. Et bene quidem prouerbia vocantur similitudines, quòd in eorũ vsu vt plurimum subsit occulta quædam comparatio,& collatio,vel similitudo. Apparet autem commune prouerbium fuisse apud Iudæos:Medice,cura teipsum,quo vsi fuerunt contra eum,qui quod aliis pollicebatur aut præstabat,sibi suisque præstare vel non potuit, vel neglexit. Quod prouerbium in quo sensu dicturi essent in se,Dominus exponit, cùm subiungit:*Quanta audiuimus facta in Capharnaum*, &c. Qua illorum calumnia proposita,responsionem subdit,dicens: *Amen dico vobis,nõ est propheta acceptus in patria sua*.hac sentẽtia respondens simul vtrique prædicto scandalo. Quoniam enim in progenie Domini scandalizabantur,& calumniabantur paucitatem miraculorum,Dominus hac sententia significat, nihil noui se ab eis pati, sed commune sibi hoc esse cum omnibus prophetis, quòd non honoretur in patria à ciuibus suis: significat & ob id non facere se ibi multa aut magna miracula, quòd non esset ibi acceptus & honoratus,& proinde ipsi indigni essent & incapaces miraculorum, vt postea dicitur.Hanc autem sententiam vehementius efferũt Matthæus & Marcus,dicentes: *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua*, &c. Cuius sensus est: Non est propheta vsquam contemptior & magis inhonoratus,quàm in patria sua, & inter notos.Cuius causa duplex superius est reddita, circa caput Concordiæ 23. Porrò generali hac sententia præmissa,duobus exemplis sacræ scripturę desumptis, à duobus maximi nominis prophetis sibi mutuò succedentibus,& in miraculorũ operatione alios omnes excellentibus, pergit ad calumniam secundam respondere, ostendens nõ ex sua impotentia prouenire paucitatem miraculorum in Nazareth,sed ex ipsorũ demerito,& quòd non ita esset illis acceptus,& in pretio habitus,sicut in aliis ciuitatibus:quemadmodum etiã Elias &Helizæus,ambo miraculis variis clari, prætermissis suis ob ipsorum demerita,exteris ea beneficia leguntur impendisse,quibus &sui indigebant. Itaque horum exemplo sese Dominus purgat,idque eo magis,quòd significat hos prophetas non propria, sed diuina voluntate, suis prætermissis, benefecisse exteris. Hoc enim significat, cùm dicit in priore exemplo: & ad nullam illarum missus est Elias. Proinde non tantùm se purgat, sed etiam ostendit diuinæ esse ordinationis & voluntatis quod agebat,[& in ipsos calumniatores], calumniam eorum retorquet. In horum autẽ duorum exemplorum priore notandum, quòd tempus illud annorum trium & mensium sex, quo dicitur hic cœlum fuisse clausum,non potest haberi ex scriptura veteris testamenti, vbi hæc historia scribitur:vnde dicendum est, quòd Dominus tempus hoc cognouit æterna illa sua cognitione, qua nullum præteritum ei fuit incognitum, vel quod ex antiqua traditione apud omnes vulgatum esset iam Iudęos,quantum[fuerit tempus sicitatis in diebus Eliæ.Hinc & Iacobus in epistola sua,siue secutus hãc Domini traditionẽ, siue antiquam &receptam opinionem,dicit tempore Eliæ non pluisse annos tres & menses sex.Nec obstat his locis qđ 3. Reg.18.dicitur:In anno tertio missus est è Sarepta Elias, vt daretur pluuia in terra Israel,quæ & mox postea data scribitur.Aut enim, vt vult Lyranus, loquitur ibi scriptura de anno tertio non à prohibitione pluuiæ,sed à tempore quo fuit in Sarepta,ante quod fuit aliquan diu in torrente Carith. Aut illud,in anno tertio, intelligendum de anno tertio completo,vt sit sensus:in anno tertio,id est, postquã iam tertius annus esset completus,quod optimè dici potuit, cũ iam quartus mẽsis esset inceptus aliquot diebus. In vtroque autem exemplo notandum,quod cõiunctio, ni si,debet accipi pro,sed tantùm,sicut & sup.cap.49.Non enim exceptiuè potest accipi,cũ id quod excipitur, non contineatur sub eo vnde fit exceptio. Porrò conuenientissimè Dominus hæc duo exempla hic protulit,non solùm obcausam suprà indicatam, videlicet quòd celebres essent hi duo in miraculis(nam de miraculorum raritate erat calumnia) sed etiam ob id quod his significauit futurum, vt Euãgelicæ virtutis munus non solum à ciuibus incredulis,sed etiam ab vniuersis penè Iudæis ad viduam Sarepthanam, hoc est,ad gẽtes prio idololatras migraret:quod idẽ & significauit,dum dixit propheram inter suos non esse acceptum: quodque facto Nazarenorum significatum est, dum veritatis doctorem non solũ receperunt, sed ciectum etiam è ciuitate præcipitare è monte tentauerunt.

ET REPLETI SVNT OMNES IN SYNAGOGA IRA,HAEC AVDIENTES,&c.] Mirabilis sanè mutatio.Cùm enim omnes in principio illum docentem & explanantem scripturas admirarentur & commendarent, & qui in illovel ob generis humilitatem,vel ob miraculorum raritatem scandalizabantur,nondum auderẽt ipsum apertè incessere,postquam summa cum modestia atque admodũ ciuiliter & se purgasset,& illos incredulitatis notasset& indignitatis,nõ solùm non receeperunt purgationem, nec ad resipiscentiã & agnitionem sui morbi sunt commoti,sed moxdeposito penitus erga ipsum animo bono,ac inuido murmure quorũdam non amplius sese continẽte, omnes in manifestam indignationem accensi sunt, atque ad extremam etiã impietatẽ designãdam propensi.Tam pestilens & impotens malum est superbia,quod vt non patiatur alios præferri, ita nõ fert morbos suos detegi & notari, maximè ab his quorum gloriæ inuidet. Hinc enim nata iã in his Nazarenis tanta ira, quòd & notarentur à Domino suæ incredulitatis ac inuidiæ,& audirẽt alios sibi àDomino præferri,imò significari se etiã gentibus esse peiores.Vide autẽ impietatis ipsorũ magnitudinẽ.Cùm enim pro debito ciuibus amore debuissent illũ liberare ab aliorum iniuriis, si quos contigisset ipsum iniuria afficere,cùm celebri fama didicissẽt priùs, & iã re ipsa experti essẽt eius in doctrina gratiã,in miraculis faciendis potentiã,cùm per ipsum ciuitas eorũ in totaGalilęa celebrata esset,& iam significasset,quantum in se esset,paratum se & promptũ non minus prodesse patriæ doctrina & miraculis suis quam aliis ciuitatibus, ac iam quosdam illorũ ægrotos curasset, primi hi non solis calumniis ipsum incessunt,sed extrema etiam iniuria afficere & cogitant,& ipso facto tentant,idque sabbati die,quo nõ putassent licitum vel calceum suere, vel animal occidere. Tam impotẽti scilicet malo detinebantur, vt nec diei religio, nec ratio amoris debiti eius, & ciuitali,tam in illos beneficio,non retraheret eos à scelere tanto.Huiusmodi sanè exemplum etiam hodie & semper in multis obseruare licet, qui cùm hominis cuiuspiam doctrinam & vitam non possint non commendare,tamen cùm vel leuiter & modestissimè eorum mores ab eo notantur,mox mutatis animis nihil non in illius perniciem moliuntur,cælum terræ miscentes,in quibus impletur illud Prouerb.15.Non amat pestilẽs eum qui se corripit.Et illud Amos 5.Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentẽ perfectè abominati sũt.Et Sapiens Ecclesiast.19.in synagoga peccantium exardebit ignis,& in gẽte incredibili exardescet ira.

IPSE AVTEM TRANSIENS PER MEDIVM ILLORVM IBAT:ET NON POTERAT IBI,&c.] Dominus qui passus est se eiici è ciuitate ne prædicaret indignis,quod idem vt faceret docuit Apostolos suos: non est passus sepræcipitari è monte, quod necdũ adesset tempus morti eius destinatum,nec locus iste esset præordinatus neci eius,ne hoc esset genus mortis quã pro nobis pati debuit. Cumque eos qui indignè admodum ipsum pręcipitare conabantur,solo nutu præcipitare posset & perdere,omni tamen vltione omissa,ac pœnitentiæ tempore illis relicto, se tantùm seruat,& manibus illorũ eripit, idque mirabili quadam potentiæ suæ ostensione,quæ illos,si vellẽt,ad pœnitentiam commouere posset. Seipsum autem mirabiliter liberaturus,nõ se vertit in auem aut serpentem,aut aliud præstigii genus,sed diuinam planè & se dignam virtutem ostendit,quam significat Euangelista, dicens: *Ipse autem transiens per medium illorum ibat*, quæ oratio sic est ordinanda, vt illud, *per medium illorum* coniungatur cum participio, *transiens*, non cum verbo, *ibat*. Est enim Græcè hoc modo ἀυτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο,quod sic verti melius posset:Ipse autem cũ transiuisset per mediũ ipsorum,ibat,vel potius abibat, quò scilicet voluit.Quibus verbis significatur quanta cum libertate & potentia elapsus sit è manibus illorum,nõ scilicet subuolando in altum,aut meticulosè currendo,sed intrepidè pertranseundo per ipsos medios.Potest autem hic transitus dupliciter intelligi contigisse,aut per hoc quòd mentẽ illorũ aut mutauit vel obstupefecit,vt vult Beda, adimendo scilicet illis vires,quemadmodum cùm ante captiuitatem suam prostrauit eos qui cum Iuda venerãt ad capiẽdũ ipsũ. Aut per hoc quod se illis inuisibilem reddidit:qua ratione omnino videtur se bis liberasse apud Ioannem,semel scilicet capit.8. cùm lapides volebant Iudæi iacere in eum:& semel capit.10.cùm volebant eum apprehendere. Porrò Nicolaus Lyranus, & post eum Dionysius Carthusianus,narrant hoc loco Bedam dicere,q. cùm Dominus de manibus istorum elapsus descẽderet è vertice montis,& sub rupe latere vellet, subitò ad tactum Dominicæ vestis saxũ illud subterfugerit,& instar ceræ solutum quendã sinum effecerit in quo dominicum corpus receptum omnia liniamenta vestis & vestigia pedum reliquerit.Verùm id nec inuenitur hoc loco in Beda,nec his verbis Lucæ multum quadrat:sicut nec illud quod Brocardus refert,Dominum elapsum è manibus Iudæorum,subitò in latere montis opposito inuentum fuisse,& ob id locum illum dictum, saltum Domini.Cæterùm cùm dicit Marcus, *non potuit illic virtutem vllam facere*, non significatur Christi imbecillitas, sed illorum incapacitas.Non potuit enim,non quòd deesset ei potentia & virtus,sed quia illi non erant capaces.Cùm enim ad curationem duo concurrere debeãt, fides scilicet eius qui curatur,&curãtis potestas,cùm alterum deesset,imò contrarium adesset,non potuit fieri quod quantum in ipso erat Domino facilè erat. Aut simpliciter,quod ferè in idem redit, non potetat,hoc est,non erat consentaneum,quemadmodum dicitur:Non possunt filij sponsi ieiunare quã diu cum illis est sponsus. *Marc.2.*

MITTVNTVR AD PRÆDICANDVM DVODECIM APOstoli. Matthæi 6.& 10. Marci.9. Lucæ 8.&9.

CAPVT LV.

ET factũ est deinceps,[d&c ipse[a] Iesus †circuibat[b] omnes[c] ciuitates &[d] castella[b] in circuitu [c] docens[a] in synagogis eorum,&[c] prædicans[a] Euangelium regni,[c] & euãgelizans regnũ Dei,[a] & curans omnẽ[c] languorem & omnẽ infirmitatem,[c] & duodecim cum illo,& mulieres aliquæ quæ erãt curatæ à spiritibus maligniis & ĩfirmitatibus,Maria quæ vocatur Magdalene,de qua septẽ dæmonia exierant,& Ioãna vxor Chusæ procuratoris Herodis,& Susãna & aliæ multæ quæ ministrabãt ei de facultatibus suis.[a] Videns autẽ turbas misertus est eis quia erãt vexati & iacentes sicut oues non habentes pastorẽ.‖Tunc dicit Discipulis suis:Messis quidẽ multa, operarij autẽ pauci.Rogate ergo dominũ messis,vt mittat operarios in messem suã.[b] Et vocauit duodecim[c] & f conuocatis[c] Iesus[f] duodecim ▷ Discipulis suis[b] cœpit eos mittere binos,&[b] dedit illis virtutẽ & potestatem †spirituum immundorum[a], vt eijcerent eos,&[b] vt ▷ f curarent omnẽ languorem[a] & omnẽ infirmitatem. Duodecim autem Apostolorum nomina sũt hæc: Primum Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius,Philippus & Bartholomeus,Iacobus Zebedei,& Ioannes frater eius,Thomas & Matthæus Publicanus, Iacobus Alphæi,& Thaddæus,Simõ Chananeus,& Iudas Iscariotes qui & tradiditeum.Hos duodecim misit Iesus,[b] & præcepit eis,[a] ne quid tollerent in via nisi virgam tantùm, non peram,non panem,neque in zona æs,sed calceatos sandalijs,& ne induerentur duabus tunicis.[c] misit illos prædicare regnũ Dei,& sanare infirmos.Et ait ad illos[a] præcipiens eis,& dicens: In viã gentium ne abieritis,& in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis:sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.Euntes autem prædicate dicentes: Quia appropinquauit regnũ cœlorũ.Infirmos curate,mor

A.6 C.8
†et iter faciebat per
C.10.80.
ac. Apostoli.
‖ dabat
† e super omnia da monia.
a e lan guores curarent.
C.10 80

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite, gratis accepistis, gratis date. [c] *Nihil tuleritis in via.* [a] *Nolite possidere aurum neque argentum,* †[f] *neque pecuniam* [a] *in zonis vestris* [f] *non peram* [a] *in via,* [c] *neque panem* [f] *neque duas tunicas* [c] *habebitis,* [a] *neque calceamenta neq; virgam.* [a] *Dignus enim est operarius cibo suo. In quamcunque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit,* [f] & ▷ [b] *in quamcunque domum intraueritis,* [l] *ibi manete* † *donec exeatis* [b] *inde. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.* [l] *Et quicunque non* ◁ *receperint vos,* [c] *nec audierint* [a] *sermones vestros,* [l] *exeuntes* [b] *inde* [a] *foràs de* [a] *domo* [f] *vel ciuitate* [c] *illa, etiam* [l] *pulverem* [c] *pedũ vestrorũ* [l] *excutite* [c] *de pedibus vestris* [b] *in testimonium* ‖ *supra illos* [a]. *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicii, quàm illi ciuitati. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudẽtes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides & reges ducemini propter me in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit. Cũ autẽ persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis.* ‖ *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius.*] *Si patremfamiliæ Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos.* ‖ *Nihil enim est opertum, quod non reueletur: & occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse væneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autẽ & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos.* ‖ *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est.* ‖ *Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis, domestici eius.* ‖ *Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, nõ est me dignus.* ‖ *Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animã suam propter me, inueniet eam.* ‖ *Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* ‖ *Et factum est, cùm cõsummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.* †[b] *Egressi autẽ circuibant per castella euangelizantes & curantes vbique,* [&] [b] *prædicabant vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabantur.*

7c. neque virgã, neque perã, neque panem neque pecuniam neq; duas tunicas habeatis.
a b. quocunquetroueritis indomũ, illic.
†c. & inde exite
a c. receperit vos neque audierit ‖ b. illis

ECCE FACTVM EST DEINCEPS, ET [c] IPSE [a] IESVS CIRCVIBAT [a] OMNES CIVITATES, &c.] Inter caput Matthei 13. & cap. 14. inserendã esse missionem duodecim Apostolorum, quam Matthæus scribit cap. 10. manifestissimum est, non solum ex eo quòd Marcus inter narrationem aduentus Dominici in Nazareth, & commemorationem decollationis Ioannis Baptistæ, inferat missionem illam, sed multo magis ex eo quòd Marcus & Lucas, post descriptam admirationẽ Herodis de fama Iesu, subiungunt, Apostolos rediisse, & cum illis Dominum secessisse in desertum locum: quem secessum Matthæus factũ scribit ob id quòd Dominus audisset occisum in carcere Ioãnem, ita vt hinc satis colligi possit, occisionem Ioannis factam tempore illo quo iam Apostoli missi erant ad prædicandum. Porrò ante missionem illam Apostolorũ quæ scribitur à Matthæo cap. 10. per totum, præmittendum esse quod habetur in fine capitis noni, quomodo Dominus circuierit ciuitates & castella, & quomodo videns turbas, misertus sit earum, &c. etiam certissimum est, quòd ea quæ ibi narrantur, causa fuerint & occasio missionis duodecim Apostolorum. Vnde & Marcus ante missionem Apostolorum præmittit; *& circuibat castella in circuitu, docens.* Videtur autem hic circuitus Domini, cuius meminerunt Matthæus & Marcus, idẽ esse cum illo quem describit Lucas capite octauo in principio: post quam descriptionem, interpositis quibusdam quę ostensum est prius contigisse, etiam subiungitur in principio capitis noni missio Apostolorum. In huius autem circuitionis Domini descriptione, primùm notandã Domini & benignitas, & potestas. Benignitas, enim eius qua omnibus prodesse voluit, in eo relucet, quòd circuierit non solũ omnes ciuitates, sed & castella, non existimans aliquem locum, quantumuis humilem, se indignum, ac docens veri pastoris esse omnium sibi creditarum ouiũ curã gerere, discurrendo & visitando singula loca,

loca, quantumuis humilia & abiecta. Potestas verò eius simul cum benignitate rursũ in eo notatur, quòd dicitur curasse omnem languorẽ & infirmitatem, hoc est, quoduis genus morborum & ægritudinum. Animis enim simul & corporibus mederi studuit tanquam bonus pastor, atque ob id docuisse simul & curasse dicitur, sed priùs docuisse, ac deinde curasse, quòd illud esset principalis Domini scopus. Nam miracula potissimum ob doctrinæ confirmationem & acceptationem ædidit. Porrò duodecim Apostolos secum circumduxit Dominus, vt in se doceret eos, quomodo & ipsi paulò post sese in prædicationis Euangelicæ negotio gerere deberent. Quod enim pòst verbis eos erat docturus, iam priùs facto docet. Mulieres quoque aliquot Dominus secũ circumire passus est, quæ beneficiis ab ipso affectæ, ei de suis facultatibus ministrarent, sed vltrò se ad hoc offerentes: vt ostenderet Dominus suã pro nobis susceptam paupertatẽ, & facto suo doceret quod mox erat docturus verbo, operarium scilicet Euangecum dignum esse mercede sua, nec defuturam vn quàm pontaneam liberalitatem bonorũ, eis qui syncero animo toti essent in Euangelico negotio. Deinde vt ne videretur ipse qui pauper erat, cibi gratia & ventris, & non ob solam cupiditatem salutis hominũ, circuire ciuitates & castella, aut ne quemquam omnino grauaret, qui cũ tanto Apostolorũ numero varia loca circuibat. Quod exemplum Domini postea etiam imitatos esse Apostolos testatur Paulus, dicens: Nunquid nõ habemus potestatem mulierem sororem circunducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? Hoc tamen exemplum, quoniã in gentibus scãdalũ aliquod parere potuit, Paulus se noluisse imitari dicit, sed manibus victum sibi suisque parauit. Porrò ex eo quòd ptima earum mulierum quæ hic nominantur, dicitur Maria quæ vocatur Magdalena, patet satis vnam tantùm esse mulierem quæ in Euãgeliis vocatur Maria Magdalena. Cùm enim dicit Lucas; *Maria quæ vocatur Magdalena*; vtique ad distinctionem huius Mariæ ab aliis eodem nomine appellatis, adiecit illud, quæ vocatur Magdalena. Quod autem hæc Maria quæ in Euãgeliis vocatur Magdalena, sit ea Maria quæ fuit soror Marthæ, & Lazari, ex Euangeliis quidẽ apertè probari non potest, eo quod illis locis in quibus fit mentio de Maria quadam sorore Marthæ, non vocetur illa Maria Magdalena: sed tantùm Maria, vt Lucæ decimo, & Ioãnis vndecimo & duodecimo. Imò ex Euãgeliis videri posset nó esse eadem mulier, quòd Maria quæ dicitur Magdalena, fuerit Galilæa, vt ex hoc loco patet, & Marci decimoquinto, vbi numeratur inter mulieres quæ secutæ erant Iesum è Galilæa in Iudęam. Maria autem soror Marthæ videtur fuisse Iudæa, cùm Bethania Iudææ castellum, dicatur Ioannis vndecimo fuisse castellum Mariæ & Marthæ sororum Lazari. Verùm cum recepta ab Ecclesia sententia habeat, Mariam sororem Marthæ fuisse eam Mariam quæ dicitur in Euangeliis Magdalena, & eam etiam quæ apud Lucã capite septimo dicitur peccatrix, vt suprà ostensum est, non est temere contra hanc sententiam sentiendum. Cui non obstat quod ex Euangeliis videri posset obstare. Creditur enim Mariam sororem Marthæ ex progenie quidẽ fuisse Iudæam ex paterna hęreditate simul cum sorore Martha & Lazaro fratre A obtinuisse castellum Iudææ Bethaniam, sed eandem nupsisse marito, cuius erat castellum quoddam Galilææ nomine Magdalum, vbi habitauerit Christo in Galilæa prædicante, & vnde acceperit nomen vt diceretur Magdalena, vel Magdalene, quæ Christum comitata in Iudæa, fecit eũ etiam Marthæ & Lazaro familiarem, vt, sicut dicit Lucas cap. 10. Martha exciperet eum in domũ suam. Quod autem dicitur à Luca hoc loco, septem dæmonia Dominum eiecisse ab hac Maria Magdalena, quod idem & Marcus dicit capite vltimo, D. Gregorius, & post eum plerique de septem vitiis capitalibus intelligunt, à quibus Dominus hanc mulierem liberauit, remittendo ei peccata multa, vt dicitur à Luca in capite præcedenti. Verùm potius intelligendum esse de corporali dæmonum eiectiõe, patet satis ex eo quòd in Luca præcedit, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis. Illud enim non videtur Lucas dixisse, nisi de huiusmodi curatione & expulsione dæmonũ, quales multæ leguntur in Euangeliis: de quali intellexisse D. Ambrosium patet ex eo quod scribit cap. 5. lib. de Salomone: Dum, inquit, largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dum dæmones pellit ex Maria, dum corpus rediuiui spiritus calore constringit, & quod mors sibi vendicauerat ad pœnam, lux denuò recepit ad vitã, vbi D. Ambrosius inter reliqua corporalia Christi miracula connumerat etiam dæmonum expulsionem, vbi etiam dum Martham præmittit ante Mariam, & post miraculum in Maria factum, subiungit miraculum factum in Lazaro, satis significat se putasse eam Mariam de qua Dominus eiecit dæmonia, & quæ dicitur Magdalena, fuisse sororem Marthæ & Lazari. In qua sententia etiam fuisse D. Hieronymum, patet ex eo, quòd quęstione 4. ad Hedibiã, quatuor vel tres dicit legi in Euangeliis Marias, sic scribẽs: Quatuor autem fuisse Marias in Euangeliis legimus, vnam, matrem Domini Saluatoris, alteram materteram eius, quæ appellata est Maria Cleophæ, tertiam Mariam matrem Iacobi & Iose, quartam Mariam Magdalenam: licet alij matrem Iacobi & Iose materteram eius fuisse contendãt. Hæc ille. Si autem Maria soror Marthæ diuersa fuisset secundùm Hieronymum à Maria quæ dicitur Magdalene, debuisset quintam posuisse Mariam. Sed ad propositum. Cùm (vt habet communis sententia) eadem sit Maria ista Magdalena cum Maria sorore Marthæ, & peccatrice ea quæ vnxit Dominum vnguento, & eiectio ista dæmonum intelligenda sit de corporali eiectione, dicendum videtur cum Rossensi & aliis quibusdam, mulierem hãc demerito peccatorum suorum à diabolis aliquando possessam, ac posteaquam à Domino fuisset liberata, peccatorum suorum magnitudinẽ cœpisse agnoscere, eorundemque remissionem lacrymarum profluuio impetrasse, ac tum deinceps indiuulsã Christo adhæsisse, & opes suas in illius ministeriũ & vsum, cum aliis mulieribus quibusdam impendisse, pro duplici beneficio, corporali scilicet & spirituali, quo affecit eã Dominus. Porro mulier secũdò nominata, nempe Ioanna, cuius Lucas meminit etiã in cap. vltimo, inter eas quæ sepulcrum adierunt, Dominum vncturæ, dicitur à Luca fuisse vxor Chusæ procuratoris Herodis, vt significaret mulieris huius opes, & deuotionẽ non solùm ipsius, sed etiam mariti, qui permiserit vxorem suã in comitatu Iesu, in quo vtique eam

Dominus

1. Cor. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus non admisisset,nisi viro permittēte.Sic A & Susanna quædā nominatur,quòd eo tempore esset mulier nota & celebris nominis.

cVIDENS AVTEM TVRBAS,MISERTVS EST EIS, QVIA ERANT VEXATI,&c.]Non contentus fuit benignus Dominus, vt per se quantum fieri posset,omnium saluti consuleret,sed & alio quoque modo eis prouidere voluit.Cùm enim videret turbas vndique confluentes,& in dies frequentiores,iam auidus salutis & doctrinæ veritatis,gaudiosus quidem est ob eorum promptitudinem & desiderium.sed tamen pro optimi pastoris officio tactus est affectu misericordiæ.quòd videret eos similes ouibus pastore destitutis,& ob id huc illucque temerè vagantibus. B Nec otiosus atque inefficax fuit in Domino hic misericordiæ affectus,sed cùm corporali sua præsentia nō posset omnibus se præsentem exhibere pastorem,Apostolos à se delectos ad id officium excitat & ordinat.Porrò notandum,quòd pro,vexati,Græca fereˆhabent ἐκλελυμένοι quod est,dissoluti,aut dissipati,ἀλάω quemadmodum legit Theophylactus,& videtur maximè conuenire illi quod sequitur *sicut oues non habentes pastorem.* Quædam tamē Græca habent ἐσκυλμένοι, hoc est,conculsi & vexati,quomodo legunt Chrysostomus, Hieronymus,& Hilarius.Et bene etiam conuenit ei quod sequitur;*sicut oues.*&c. Nam & oues pastore destitutæ,variis malis vexantur.Iam pro,*iacentes*,Græcè est,ἐρριμμένοι,quod magis est,spar- C si,siue dissecti. Est enim participium à ῥίπτω, quod est proiicio.Vexati ergo dicuntur hi quibus Christus misertus est,quia variis malis affecti;ptimū à Scribis & Pharisęis,qui pro pastoribus lupos potius agebant,& suis humanis traditionibus,& Iudaicis opinionibus onerabant,& à veritate Euangelica eos auocabāt.Deinde & à dęmone per ignorātiam veritatis & peccata ipsos suo imperio subiugante,& corporalibus morbis affligente. Dissoluti verò aut dissipati dicuntur.quia varia sectantes,in modum destitutarū ouium,per diuersa vagantium.Iacentes verò,quia ab omnibus neglecti. Bene autem ouibus carētibus pastore eos compa D rat,eo quòd nō sit aliud animal destitutius & magis pendens à præsidio pastoris quàm ouis.Deinde hac comparatione significatur populi innocentia digna commiseratione,&,Scribarum grauissima & maximè impia negligentia. Cæterùm cùm Dominus populis prouidere ex affectu misericordiæ vellet, prius discipulos suos excitat ad petendum pastores hominum à Deo,non quòd hoc nō esset in sua situm potestate,sed vt doceret diuinū esse donum quod hominibus etiam veritatis anidis dentur boni pastores, idque precibus à Deo E obtinendum.Itaque dicit,*Messis quidem multa*,&c. Messem multā vocat homines multos iam promptos ad recipiendum Euangelicam doctrinā, per quam veluti demessi,inferantur in horreum Dei, quod est Ecclesia Dei,& consortium sanctorum. Operarios autem paucos dicit,quia solus Ioānes & Christus ipse tunc syncerè populum docebant. Necdum enim Apostoli missi fuerant ad operandum in messe Domini,& qui operariorum locum tunc obtinebant Scribæ & Pharisæi,operariorum officio non fungebātur.Bene autē Dominus hoc allegorico vsus est sermone,quo prædicatores vocat operarios:homines verò capessendæ veritatis cupidos,messem.Sic enim significat prædicatorum & pastorum officium esse operari,non otiari: & operari non in propriam gloriam aut commodum,sed in gloriam & lucrum Domini messis.Ne autem molestus sit nimirum labor subeūdus, mē tio messis adiuncta est.Nullus enim labor iucundior & vtilior,quàm qui pro colligenda messe subitur,quasi diceret:Nonmitto vos ad arandi seminandique graues & inincundos labores,sed ad segetis iam præparatam ab aliis messem.Vnde dixit Ioan.4.Alij laborauerunt,& vos in labores eorū introiistis.Notandum autem quòd dicit; *vt eiiciat operarios.* (Sic enim legendum esse;& non;mittat operarios;docent antiqua exemplaria scripta, & conuenit Græcæ dictioni ἐκβαλῃ)Significatur ergo orandum vt citò mittat,ac vel inuitos & coactos extrudat in opus Dei:significatur etiā vis imperij & gratiæ Dei,quæ cunctantes etiam ad hoc impellit,nec alios demum vtiles esse colligendæ huic messi,quàm qui ad hoc à Deo protrudūtur. Qui enim non iussi nec vocati ad prædicandi munus se ingerunt,non aliter peccant,quàm qui in alienam messem irruunt,domino messis non precipiente.Sciendum tamen quòd ἐκβάλλειν,non semper eiicere,aut extrudere significat,sed etiam emittere aut deprimere, vt Ioan.10.cùm proprias oues emiserit.& Matth.12.Bonus homo de bono thesauro profert bona.Illis enim locis est verbū huius loci,nec illis conuenit,extrudere aut eiicere.Nā nec pastor oues ex caula,nec bonus homo ex cordis sui repositorio extrudit, sed emittit ac promit,hoc est προφέρει,vt est apud Lucam

bET VOCAVIT DVODECIM,eET EOS CONVOCATIS fIESVS gDVODECIM DISCIPVLIS,&c.]Dixerat rogandum Dominum messis, vt eiiceret operarios, plures scilicet alios, in messem,mox tamen ipsemet non expectatis eorum precibus,præparat & mittit operarios.Quare primùm quidam significauit se esse verum Dominum messis,quod ex superioribus verbis non ita potuit intelligi.Deinde & hoc significatum est Deum non idcirco velle rogari, quòd minorem is,quàm nosipsi,curam nostri gerat,sed vt aptiores simus agno scendæ & recipiendæ diuinæ beneficentiæ. Præuenit enim Deus frequenter sua beneficentia nostras orationes.Itaque vocatis ad se duodecim Apostolis suis, quos olim ad hoc delegerat, ac deinde indiuulsè sibi adhærētes singularius verbo & exemplo suo formauerat ad prędicādum quandoque aliis,mittere iam cœpit eos, vt secundùm doctrinam quam ab ipso audierant, & ad exemplar vitæ quod in præceptore conspexerant,alij alibi verbo & exēplo docerent populum. Ac ne doctrina eorum propter nouitatem eius & personarum idiotarum humilitatem cōtemneretur,imò pluris fieret quàm Scribarū doctrina,dedit etiam illis potestatemquam à patre accepit,& ad eiiciendos dæmones in nomine suo, & ad curādos ōnis generis morbos corporales,hac certè potestatis communicatione rursum declarans se verè esse Dominum messis;patri æqualem,neque vsurpare sibi præsumptuosè potestatem mittendi operarios in messem diuinam.Et quidem solent monarchæ,reges,& principes suis legatis dum mittuntur aliquò,addere ea quæ eis autoritatem concilient apud eos ad quos mittūtur,verùm nihil rale dare possunt quale suis Christus.Vim auri,copias militum,secures,machinas,dare possūt, vt quibus ipsi abundent:solus verò Christus suis impar

impartiri potuit plane diuinam hāc potestatem, A quæ suos legatos eis ad quos mittebātur non redderet formidabiles,sed amabiles.Binos autē mittit Dominus Apostolos,vt testatur Marcus,sicut& septuaginta discipulos fuisse missos binos Lucas postea tradit,idque fecit in commēdationem fraternę charitatis,in mutuam consolationem, mu- *Eccles.4. Prou.8.* tuamq;custodiam operum & doctrinæ.Væ enim soli,quia cùm ceciderit,non habebit se subleuantem,& frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma.Deinde idem factum in certiorem prędicandę veritatis contestationem,quia in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum.Alię B causæ à quibusdam traduntur,quia duo sunt præcepta charitatis,& quia animalia fuerunt in arca Noe bina & bina, verùm hæ causæ tantùm sunt adaptationis.Quoniam autē bini missi sunt Apostoli,ob id,vt ptiùs dictum est:videntur hi c per iuga recensęri à Matthęo,quasi, volente significare quomodo coniuncta fuerit per paria. Porrò in catalogo Apostolorum à Matthæo hic posito primò notādum,quòd Matthæus Petrum nō solùm primo loco ponat,vt alij Euangelistæ,sed etiā primū vocat.Hinc enim efficaciter satis probari potest primatus & excellētia quædā Petri inter alios Apostolos.Cùm enim non possit dici primus ob vocationē,certè non dicetur quomodo dictus sit primus,nisi ob peculiarem aliquam excellentiam, Cæterorum autem Apostolorum ordinem nō sic significat Matthæus dicens,*secundus & tertius*, &c. C quòd reliquorum ordinem non ita referret scire, atque ad Christianam religionem attinebat scire primatum Petri,imo quod reliqui omnes in autoritate pares essent.Secūdò notandū, quòd quāquam in plerisque Latinorum libris Philippus & Barthomæus hic secundo loco ponantur.in Græcis tamen codicibus tertio loco ponuntur post Iacobum & Ioannem Zebedæi filios, quomodo & Hieronymus digerit Apostolorū numerum, quomodo etiam legitur in Catena Thomæ & in Dionisio, quomodo item reperi in antiquis Bibliis manu descriptis.Notādum tertiò Matthæū, cùm ab aliis Euangelistis Thomæ præponatur, seipsū hic modestiæ causa ei postponere,ac publicanum sese vocare,vt se deiiciat,ac gratiā Dei in se præ- D dicet,aditúmque aliis patere ad Christum ostendat.Postremò notandū apud Græcos nomē Iudæ fratris Iacobi non vnum tantum poni,sicut apud nos, qui legimus;Iacobus Alphæi & Thaddæus. Græca enim habent.& Lebbæus,qui cognominatus vel nominatus est Thaddæus. Mirum autem quomodo Hieronymus in Commentariis super Matthæum dicit Thaddæū alibi vocari Lebbæū, cùm nullus alius sit scripturæ locus in quo hic vocetur,quàm in solo hoc loco apud græcos,nisi forte dixerit alibi eum sic vocatum,quia extra sacrā scripturam à quibusdam sic sit vocatus. Verū in E libro de Hebraicis nominibus, inter ea nomina quæ in Matthæo interpretātur,ponit nomēistud, Lebbæus,interpretans illud significare corculū, vt magis verisimile sit eum in Commentariis dicere alibi eum vocatum Lebbæum, quia apud Græcos sic vocetur.De ratione autem & significatione horum nominū Lebbæus & Thaddeus & aliorum quoque nominum,dictum est supra capite Concordiæ 39.

hHOS DVODECIM MISIT IESVS PRÆCIPIENS EIS,ET DICENS: IN VIAM GENTIVM NE,&c.]Missurus Dominus suos,prius simul collectos omnes eodem instruit sermone,ne quid inter se discreparēt ab eodem præceptore missi:& iisdem mandatis astricti. varia autem his præcepta dat ad negotiū hoc pertinentia,quorum pauca tantùm,nimirū tria, Lucas & Marcus ponunt,nisi quòd Lucas quædā à Matthæo hic posita in missione duodecim Apostolorum,ponit in missione septuaginta discipulorum.Sunt autem à Matthæo hic posita octo potissimum præcepta,peculiariter pertinētia ad hāc missionem:quorum primum est de loco prædicationis,quod præceptū solus Matthæus memorat. Inhibentur ergo prædicandi gratia ire in viam gētium,hoc est,quæ ad gentes ducit,& in ciuitates Samaritanorum,qui etsi re vera etiam essēt gentes,tamen quia ex parte receperunt Iudaismum, & Deum Iudæorū videbantur colere, ideo de eis specialis fit mentio,tanquam qui essent medium quid inter gētes & Iudęos.Est autem Græcis tantùm εἰς πόλιν hoc est,in ciuitatē Samaritanorum, quod tamen non de vna tantùm eorum ciuitate aut metropoli eorum est accipiendū,sed Hebraica phrasi dictū est pro,in nullā ciuitatem, quemadmodum Ioan.19.dicitur:Os non comminuetis ex eo;pro,Nullum os eius comminuetis,proinde non malè vertit noster interpres *In ciuitates Samaritanorum.* Præcipitur autem eis vt potius eant ad oues domus,id est,populi Israel,quæ perierūt: hoc est,ad oues perditas.Sic enim interpres hic & cap.15.Matthæi;oues quę perierūt ; transtulit pro,oues perditas:quemadmodū in Psalm 118.dixit,Erraui sicut ouis quę periit;pro,sicut ouis perdita. Oues autē perditas domus Israel vocauit Dominus electos ex Iudæis,Dei cognitione adhuc destitutos.Quòd electi essent,oues vocauit,quòd ignari adhuc Dei, oues perditas.Sic Ioan. 10. ait: & alias oues habeo,quæ non sunt ex hoc ouili;illas quoque oportet me adducere, &c. vbi per oues quæ nō erāt de suo ouili,nihil aliud proculdubiò significat,quàm electos ex gētib⁹,qui quòd Deum nondum agnoscerēt,nec adhuc vocati essent,necdum erāt de Ecclesia credentium Iudæorum. Porrò certum est præceptū hoc tantùm pertinuisse adillud tempus,quo Christus agebat coram poraliter in mundo,qui se postea missum tantùm dicit ad oues quæ perierunt domus Israel.Post resurrectionem enim apostolis dixit:Eritis mihi testes in Hierusalem,& in Samaria,& vsque ad vltimum terræ.Et euntes docete omnes gētes &c.Inter causas autem,ob quas Dominus noluerit in principio suos gentibus & Samaritanis prædicare,præcipua ratio est,quia secundùm Dei præordinationē in scripturis per prophetas prædictam, Iudæis primùm Christus & Euangelium debuit prædicari,tanquam filiis regni,ad quos peculiariter facta fuerat Christi & Euāgelij promissio,nec prius hæc prædicatio gentibus fieri debuit,quàm consummatum esset Christi mysterium,& ipso in cœlum recepto spiritus sanctus datus esset Apostolis plene,vt sic perfecta Euāgelica lex à Iudæis, à quibus est omnis salus,deriuaretur ad gentes,& admiranda quadam iustitia diuina, videretur facta à Iudæis ad gentes Euangelii translatio, cùm non prius ita passim & palām gentibus Euangelium prædicaretur, quàm se Iudæi illo omnibus modis indignos reddidissent.Hac enim ratione, iustissimè Dei ordinatio & prophetarum vatici

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia implebãtur, Iudæis omnis excusationis præ- A
textus ereptus est, ac gẽtibus diuina misericordia
erga ipsas declarata est, ordoq́ue ille seruatus, quo
in omnibus ab imperfecto ad perfectum deus fe-
rè procedit: vt sicut ab Apostolis nondum perfe-
ctis Euangelium nondum perfectè prædicabatur,
ita in vna tantùm mũdi parte & vna gente ad hoc
electa in medio mundi prædicaretur: deinde verò
ab eisdem iam perfectis & multiplicatis Euange
Matt. 15. lica doctrina perfectius in vniuerso mundo prædi-
caretur, cùm iam omnia Euãgelii mysteria Apo
Act. 19. stolis essent cognita. Hinc est quòd Christus se di
xerit tantùm missum ad oues perditas domus Is-
rael. Hinc Paulus Iudæis testatus est, Vobis, inquit,
oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quo-
niam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æ- B
ternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, sic enim
Isaiæ 46. præcepit nobis Dominus. Quibus etiã obiecit ex
parte locum Isaiæ, hũc ordinem prædicentem: Et
nunc hæc dicit Dominus, formãs me ex vtero ser
uum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non
cõgregabitur, & glorificatus sum in oculis Domi
ni, & Deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit,
parũ est vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Ia
cob, & fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucẽ
gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum ter
ræ, &c. Sunt autem & aliæ quædam causæ huius
præcepti Saluatoris à patribus indicatæ, sed quæ C
sũt potius accessoriæ aut accommodatitiæ, aut in
superiori inclusæ, videlicet ne Iudæi haberẽt an-
famdicendi se iustè illũ nõ recipere eo quòd suos
mitteret ad hostes ipsorum, imò hostes Dei, ne
videretur offensus iniuriis Phariszorũ, vindictæ
gratia suos ablegasse ad exteros, vt legẽ, synagogã
& populum suum singulari priuilegio docoraret:
vtque Apostolos suos aliquãdo mittendos ad ago
nes orbis terrarum, prius leuiore palæstra in lu-
dæa exercitaret.

EVNTES AVTEM PRÆDICATE, DI-
CENTES, QVIA APPROPINQVAVIT
REGNVM COELORVM.] Secundum præce
ptum est de eo, quod prædicandum est, quod item
solus Matthæus apertè explicat. Lucas tamẽ etiã
indicat sicut & sequẽs, cùm dicit illos esse missos,
vt prædicarent regnum Dei, & sanarẽt infirmos:
qui septuaginta aliis discipulis idem mandatum
aperte narrat datum, cùm dicit: *Et dicite illis, ap-
propinquauit in vos regnum Dei.* Voluit ergo Do
minus suos ad eundem modũ Euangelicam præ-
dicationem auspicari, quo & ipse & Ioannes eam
auspicati erant. Nam etsi hic non addatur, Domi
num iussisse vt ad pœnitentiam agendam inuita-
rent, & dicerent; pœnitentiam agite; tamen etiam
hoc esse iussos à domino patet ex Marco, qui post
ea dicit: *Ex euntes prædicabant, vt pœnitentiam age
rent.* Nec putandum Dominum voluisse vt his
tantùm verbis prædicarent: *Pœnitentiam agite,
appropinquauit enim regnum cælorum;* sed his verbis E
summam & caput prædicationis insinuauit. Inclu
ditur enim in eo prædicatio contemptus regni
terrarum, prædicatio vitiorum, & quorum cun
que impedientium homines à regno cælorum,
declaratio quòd tempus regni cælorum iam esset
impletum, quanta item cum alacritate & diligen
tia se parare deberent ad gratiam iam oblatam,
quamque graue supplicium maneat eos qui ob-
blatam gratiam non receperunt, & alia id genus
similia.

INFIRMOS CVRATE, MORTVOS SV-
SCITATE, LEPROSOS MVNDATE, &c.]
Tertium præceptum etiam à solo Matthæo exprel
se positum in duodecim Apostolorum missione,
positum tamen etiam à Luca in 70. missione, cùm
dicit illis dictum; vt curarent infirmos qui essent
in ciuitate in qua essent recepti; quanquam istud
præceptũ non nudũ est præceptum, sed simul ef-
ficax traditio potestatis factiuæ miraculorũ. Bene
autem & necessariò superiori præcepto subiungi
tur. Quoniam enim mittebantur homines illite-
rati, & rustici, atq́ue vt noua prædicarent, ne-
cesse etiam fuit vt noua facerent, quò fidem ver
bis faceret virtus ostensa, & magnitudinem pro-
missorum probaret magnitudo signorum. Non ta
men quæuis signa eis facere præcepit, sed talia so
lùm, qualia ipsum fecisse viderant, quæ scilicet ad
salutem corporalem hominum pertinentia, com
prehendit sub quatuor his speciebus, non quæ ad
curiositatem aut terrorem hominum fierent. Nõ
enim volnit doctrinam Euangelicam hominibus
solum admirabilem reddere aut terribilem, sed
gratam & acceptam: deinde miraculis tum suis,
tum suorum declarare voluit adesse iam, qui sicut
corpora, ita & animas curare posset & vellet. De
quo fusius suprà circa caput Concordiæ 25.

GRATIS ACCEPISTIS, GRATIS DA-
TE.] Quartum præceptum à solo item Matthæo
positum, necessariò autem superioribus adiun-
ctum; tum ad superbiæ, tum ad detestandæ auaritiæ repressionem. Porrò referri potest istud ad
vtrumque præceptum præcedens, vt significetur,
& gratis prædicandum, & gratis miracula facien-
da. Aut potest potius tantùm ad præcedens refer-
ri, vt significetur munera pro præstita sanitate nõ
esse venanda aut accipienda. Nam eius maius po
terat esse periculũ quàm ex prædicatione. Itaque
sensus erit: Accepistis potestatem faciendi mira-
cula gratis, hoc est, sine aliquo pretio vel merito,
gratis ergo etiam conferte per concessam vobis
potestatem aliis sanitatem. Non enim quantum
ad Domini propositum pertinet, significatur idẽ
gratis dandum quod gratis acceptum est. Nam D
nõ voluit Apostolos potestatem miraculorum ac
ceptam gratis, aliis etiam gratis conferre: sed vt
potestate illa gratis accepta, gratis etiam vterẽ-
tur: Generali tamen vsus est sententia, non expli-
cans quid acceperint, & quid gratis dare debeant
vt hęc sententia non huic tantùm seruiret propo
sito, sed per eam intelligeremus, omnia spiritua-
lia sicut gratis accipiũtur, etiam gratis dãda esse.
Hac ergo sententia, vt bene annotauit D. Chry-
sostomus, & superbiam Apostolorũ, omniumque
qui diuina aliqua spiritus dona acceperunt, com-
primit, cùm dicit: *Gratis accepistis;* & ab auaritia
reuocat, cùm dicit; *Gratis date.* Nec id tamen tan-
tùm hac sententia agit, sed & causas indicat ob
quas non liceat spiritualia vendere aut pretio im
pertiri, ita vt non simplex sit auaritia, vẽdere illa,
sed etiam irreuerentia & iniuria Dei. Tres enim
sunt causę, ob quas spiritualia vendi non possint.
Primò, quia res spiritualis non potest terreno ali-
quo pretio compensari, sicut dicitur de sapientia:
Pretio siot est cũctis opibus, & omnia quę deside
rantur huic non valent comparari. Ideo & Petrus
dixit Simoni Mago: Pecunia tua tecum sit in per-
ditionem, quoniam donum Dei existimasti pecu-
nia possidere. Secundò, quia id solùm potest esse
debi-

debita venditionis materia, cuius venditor est do A
minus: iam spiritualium gratiarum nemo domi-
1. Cor. 4. nus est, sed tantum dispensator, iuxta illud Pauli:
Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & di
spensatores mysteriorum Dei. Tertiò, quia vendi-
tio repugnat origini spiritualium quæ prouenit
ex gratuita Dei voluntate, vnde irreuerentiã Deo
rebusq́ue diuinis exhibet qui vẽdit, cùm id quod
Deus per ipsum gratis vult hominibus conferre,
faciat non esse gratuitum. Has itaque duas postre
mas rationes satis indicat Dominus hac sententia.
Cùm enim dicitur; *gratis accepistis*, satis significa-
uit eos non esse illorum quæ acceperunt domi- B
nos, sicut illorum fumus domini quæ pretio & la-
bore comparauimus; deinde significat diuina do-
na gratuita esse, & proinde non subiicienda ven
ditioni. Non tamen hac sententia videtur Do-
minus tantum voluisse prouidere spiritualiũ ven
ditionem, sed etiam ne ab iis quos curassent mu-
nera aliqua acciperẽt, etiam quæ ex grato tantũ
animo offerrentur: quomodo Helizeus à curato
4. Reg. 4. Naaman Syro noluit accipere munera, quæ ille
non videbatur offerre tanquam pretium; sed tã
quam grati animi testimonia. Dicebat enim: Ob-
secro vt accipias benedictionem à seruo tuo. Et ta
men cùm ipse vim faceret, penitus non acquieuit
Helizæus. Non enim conueniebat etiam gratuita C
munera accipere, ne pietas verteretur in quęstum
& quod institutum erat ad gloriam Dei, & ad sa-
lutem fidelium, fieret occasio satiandæ auaritiæ,
aut saltem ne videretur quæstus gratia facere.
Deinde, ne gratia Dei vilesceret, sed planè gratuí-
ta Dei beneficentia, & contemptu munerum, ho-
mines magis prouocarentur ad admirationẽ ser-
uorum Dei, & ad glorificandum Deum, atque ad
acceptandum doctrinã quam illi prædicauerunt.
Solent enim homines ea beneficia minus admi-
rari & magnificare, quæ putant se aliqua ratione
compensasse, & nihil efficacius perstrahit audito-
res, quàm si videant doctores nihil præter audito
rum quærere salutem.

NOLITE POSSIDERE AVRVM, NE
QVE ARGENTVM, NEQVE PECVNIAM
IN ZONIS VESTRIS, &c.] Quintum præ- D
ceptũ, quo statuitur quomodo se gerere debeant
in via, & quomodo ipsis sit eundum. Prohibentur
autem quinque secũ in via assumere. Primò, pre
tium pro viatico, cùm dicitur; *Nolite possidere au-
rum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris.*
Vbi notandum non simpliciter prohiberi Apo-
stolis possessionem auri, vel argenti vel cuiusc-
uis pecuniæ. sed ne iam profecturi ad prædican-
dum, hęc haberent in via pro viatico. Vnde addi-
tur; *in zonis vestris*; hoc est, in crumenis vestris. Lo-
quitur enim iuxta veterem morem, quo pecunia
abitinerantibus, & maximè à militibus solet de-
ferri in zonis, hoc est, in cingulis. Porro pro pecu
nia, rectius interpres vertisset, æs, cùm Græcè sit
χάλκος. Tres enim pecunię species posuit Matthę
us, secundum tres species rerum ex quibus eudi
solet moneta, quæ Budæo teste primùm fuit ærea,
deinde argentea, postremò aurea. Prohibet ergo
nec aurum possidere, hoc est, habere & ferre, vt
habet Lucas, nec (quod minus est) argentum, &
quod hic adhuc minus est, ne æs quidem. In Mar-
co autem interpres dictionem Græcam χάλκος,
vertit æs, cùm ibi tolerabilius vertisset; pecuni-
am: quandoquidem Marcus speciem posuit pro
genere, sicut & Lucas, apud quem pro eo quod
interpres vertit, pecuniam, est ἀργύριον, id est, ar
gentum. Secundò, prohibet circunferre cibos,
& repositorium ciborum, cùm dicit, *neque peram,
neque panem.* Nam hoc postremum addunt Lucas
& Marcus, cùm posset panis circunferri pera. In
his autem intelligendum est, Dominum prohi-
buisse non tantum omnem cibum aut ciborum
repositoria, sed etiam potum aut potus reposito-
ria, ita vt & lenticulam vinariam prohibuerit,
etiamsi nõ expressem. Postquam autem his duo-
bus prohibuit quæ ad victum pertinent; prohibet
deinde duobus præceptis quæ pertinent ad te- B
gendum corpus. Tertiò ergo prohibet duas tuni-
cas. Quo non est intelligendum, Dominum pro-
hibuisse ne duobus induerentur vestimentis in
via, quandoquidem ipsum Dominum constat plu
ribus vestibus indutũ fuisse, cùm tempore passio
nis suæ milites, præter vestimenta quæ diuiserunt
in quatuor partes, inuenerint etiam tunicam in-
consutilem. Sed per duas tunicas oportet intel-
ligere secundum Hieronymum, duplex vestimen
tum, aut, vt alij dicunt in eodem sensu, vestes mu-
tatorias, vt nomen speciei tunica, accipiatur po-
situm pro genere suo vestis: & duas, positum sit
pro duplices, ac intelligatur prohibitum ne præ-
ter vestes quibus irent induti, alias secum defer C
rent quas induerent, alteris sordidatis, quem ad-
modum fieri passim solet ab hominibus. Atque
hoc modo intelligẽdum videtur quod dicit Ioan-
nes de duabus tunicis: Qui habet, inquit, duas tu- *Luca. 3.*
nicas, det vnam non habenti. Sed obstare videtur
huic intelligentiæ, quod habet Marcus, & ne in
duerentur duabus tunicis. Illo enim videtur signi
ficari prohibitum fuisse non solum ne mutatorias
vestes circunferrent, sed etiam ne simul duabus
induerentur vestibus. Verùm intelligendum est,
Marcum significare voluisse, prohibitum illis fuis-
se, non ne simul duabus induerentur vestibus, pal
lio scilicet & tunica, nec etiam ne simul duabus
tunicis induerentur. Quis enim apud nos etiam
in frigidiori regione duabus simul induitur tuni-
cis, in profectione præsertim? sed ne vicissim nũc
hac, nũc illa induerẽtur tunica. Vnde non dixit,
duabus vestibus, sed duabus tunicis, vsus nomine
speciei, & per illud significans non duplicandas
cuiusuis alterius etiam speciei vestes, ita vt vna
induatur, altera futuro tẽpori seruata deferatur.
Quarto prohibet calceamenta. Cui contrariũ vi-
detur quod habet Marcus, permissum illis fuisse
vt essent calceati sandaliis. Proinde intelligit Cae
tanus ad nomen, calceamenta, debere etiam repe
ti numerum binarium, vt intelligantur prohiberi
duplicia calceamenta, sicut duplices tunicæ. Alij,
quod in idem redit, intelligunt prohiberi calcea
menta, præter ea quæ habebant in pedibus, quæ E
scilicet secum deportarent ad induendum, attritis
vel sordidatis aliis. Verùm cùm Lucas dicens cap.
22. Dominum in vltima cœna, dixisse Apostolis,
Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calcea-
mentis, &c. satis significet in totum calceamenta
illis prohibita: & deinde Marcus dicens permis-
sum vt calcearentur sandaliis, significet aliquod
calceamentorum genus illis interdictum, potius
dicendum cum Augustino, calceamenta ea esse
prohibita quæ totum pedem tegerent: sandalia
verò concessa, quæ plantam quidem pedis defen-
derent ob occurrentibus vitæ incommodis, verũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

superiorem pedis partem sinerent nudam. Nam huiusmodi calceamenti genus vocari sandalia indicat Augustinus. Non autem ideo prohibet calceamenta, & concedit sandalia, quòd illi curæ fuerit quo calceamenti genere sui vterentur. Neque enim conueniebat Christo Euãgelicę legis, quæ perpetua esse debuit, autori de rebus per se indifferentibus quicquam statuere, sed si quid de illis pro locorum, personarum & temporum exigentia statuendum esset, suis id statuendum relinquere. Sed quoniam, vt est verisimile, Christus & Apostoli pro more illius regionis, maximè recepto à pauperibus, vtebantur sandaliis, noluit Dominus suos iam profecturos mutare sandalia: &, quemadmodũ itinerantes facere ibi solebant, calceamenta quæ totũ defunderent pedem, assumere, volens eos non aliter ire instructos ad prædicãdum, quàm sicut cùm adessent illi, eumque concomitarentur. Dominum enim non planè nudis incessisse plantis verisimile est, quòd hoc non cõueniret asperitati & caliditati illius regionis, per quam assiduè discurrebat & circumambulabat, sandaliis autem tantum fuisse vsum vel ex eo cõstat, quòd peccatrix mulier quæ lacrymis rigabat eius pedes, vtique reperit superiorem pedum Domini partem nudam. Certè Tertullianus libro de pallio, significat calceos totum tegere pedem, ac suo tẽpore Christianos ferè sine caliceis incessisse nudis pedibus, asserens parum virile esse calceos gestare, ac furtivas venereas prospexisse magnũ incessui munimentum, perones effœminatos. Porro Diuus Hieronymus in Isaiæ capite vigesimo, scribens, dicit sandalia, quemadmodum ibi verterunt Septuaginta pro calceamentis, significare ligas, quæ sunt tibiarum tegumenta, idémque in Matthæum scribens, videtur intellexisse calceamenta in totum prohibita Apostolis, cùm Platonis præcepta veluti conformia præcepto Christi tradat: Et Plato (inquit) etiam præcepit duas corporis summitates nõ esse velandas, nec assuefieri molliciei capitis & pedum. Cùm enim hęc habuerint firmitatẽ, cætera robustiora sunt. Prohibitis his quæ ad victum & vestitum pertinent, prohibet quintò quod spectat ad defensionem in via, cùm dicit; *Neque virgam*. Cui rursum apertè contrarium videtur quod dicit Marcus; *nisi virgam tantùm*. Cuius apparentis contrarietatis dissoluendæ triplex est modus. Augustinus enim ad mysticum confugiens sensum, dicit virgam aliter accipi apud Marcum quàm apud Matthæum. Apud hunc enim accipi propriè, apud Marcum verò mysticè, pro potestate accipiendi quæ ad victum & vestitum essent necessaria. Sic quod dicitur à Marco, prohibitum ne duabus induerentur tunicis, mysticè intelligit significate, ne dupliciter, sed simpliciter ambularent, & quòd sandalia dicat Marcus concessa, intelligit significatum per genus illud calceamenti quod pedem desuper non tegit, sed tantùm plantam, Euangelium non esse occultandum, nec terrenis commodis innitendum. Euthymius vero Græcus hanc difficultatem quę est de virga, similiter & superiorem de calceamentis, ita soluit, vt priùs quidem intelligat Dominũ ita iussisse sicut Matthęus & Lucas dixerunt: postmodum autem permiserit eis, vt calcearentur tantum sandaliis, & retinerent baculum, ad pedum custodiam, & corporis sustentationem: demittens se ad eorum imbecillitatem. Sed simplicius fuerit dicere de alia virga loqui Marcum, quàm Matthæum & Lucam. Est enim quædam virga, quam sustentandi lassi corporis causa assumimus, quæ Hebræis dicitur משענה mischan, à verbo שען Schan, quod est, inniti. Et est virga, quam nos vindicandi aut defendendi gratia gerimus, quæ dicitur Hebræis שבט Schebeth. Vnde est illud in Psalmo: Reges eos in virga ferrea. Hanc ergo Apostolis interdictam accipiendum est, illã verò permissam. Vtrunque nomen Hebraicũ coniunctum est Psalm. 21. vbi legimus; Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Quòd autẽ virgam illam defensoriam & vindicatoriam prohibere voluit Dominus, satis patet ex eo quod postea dicit Dominus, vbi in speciem hanc suam cõstitutionem videtur reuocare, cùm dixit: Nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Gladium enim hic opponit virgæ olim à se prohibitæ. Quòd autem noluerit Dominus prohibere virgam, quæ itineris laborem alleuiaret, satis patet, si scopum Domini in his præceptis speculemus. Non enim voluit profectionem illis reddere onerosiorem, sed expeditiorem. Itaque Marcus veluti præcauere volens, ne quod Matthęus scripsit malè intelligeretur, sicut scripsit sandalia Apostolis concessa, significans qualia calceamenta essent eis prohibita: ita & virgam concessam scribit: sed cùm non satis habuit dicere, nisi virgam sed adiecit, nisi virgam tantùm, satis significauit se de alia virga loqui, quàm de qua locutus erat Matthæus, nempe de virga aliqua parui momenti, & quæ tantùm virga esset aut baculus. Est autem dictio Græca ῥάβδος, qua omnes Euangelistæ sunt vsi, ambiguæ etymologiæ. Putatur enim dicta esse, vel ἀπὸ τῦ ῥαπίζειν, quod est percutere, vel ἀπὸ τῦ ῥᾳδίως ποιεῖν βαδίζειν, hoc est, quia facile facit ambulare. Prior ergo etymologia conuenit significationi quam habet in Matthæo & Luca. secunda verò ei quã habet in Marco, in quo proinde rectè verteretur, pedum vel baculus. Pedum enim propriè dicitur, quòd pedis vice stantem, eique innitentem sustentet: & baculus cui imbecilles gradiendo innituntur, ob hoc ipsum imbecilles dicti, quòd baculo innitantur. Huiusmodi ergo baculus Apostolis concedebatur, qualis fuit Iacob patriarchæ, quem legimus Geneseos trigesimo secundo, dixisse, In baculo meo transiui Iordanem istum. Porro quanquam res ipsa, in qua Euangelistæ videntur dissonare, non sit magni momenti, tamen dissonantia ipsa non videbatur contemnenda. Siquidem vbi Euangelistas in recensendis Christi præceptis semel memoria lapsos esse receperimus, quantumcunque leuibus in rebus, & nihil ad salutem nostram pertinentibns, periculum est ne in dubium vocati incipiant quæ oportuit esse certissima. Sed veniamus ad rẽ ipsam. Intentio ergo Saluatoris erat hoc præcepto statuere, ne Apostoli ituri ad prædicandum, præter ea quæ planè essent necessaria, pararent sibi quæ ad victus, & vestitus defensionem solent sibi itinerantes prouidere & coassumere, sed his omnibus nudi abirent, nullis onusti sarcinis, nullis districti curis terrenis, sed in omnibus pendentes à Dei prouidentia, tùm vt ad legationem susceptam essent expeditiores, & toti vacarent de legatæ functioni, tum vt iam inciperent discere quàm tuta res sit totam vitæ præsentis curam cõmendare

mendare optimo patri: tũ vt declarantes suo exẽplo quàm essent à cupiditate lucri ac vindictæ alieni, plures lucrifacerent ab omnibus habiti admirationi. Fuit autem præceptũ hoc non solùm personale, pertinens scilicet ad Apostolos, sed etiam temporale, respectu earundem personarum, sicut & superius de loco in quo prædicare iussit. Non enim voluit vt Apostoli prædicaturi postea etiam in gentibus, etiam omnia sic obseruarent, imò à necessitate huius præcepti satis eos absoluit Lucæ vigesimosecundo, in loco priùs citato.
2. Thes. 2. Paulus enim testatur apud multos se suo ere prædicasse Euangelium, ne quẽquam grauaret, quod
1. Cor. 9. non videtur facere potuisse, nisi pecuniam secum detulerit in crumenis. Idem Apostolus testatur se cum solitos circunducere mulieres à quibus alerentur, quod certè non potuerunt putare illicitum, cùm id viderent Dominum facientem, quem etiam videbant Iudæ tradidisse loculos, in quibus portabantur quæ mittebantur. In præsenti ergo tempore voluit Dominus suos hæc obseruare, vt rudibus adhuc Discipulis crassa quadam ratione inculcaret eum qui suscepit functionem Euangelicam, oportere vacuum, & expeditum esse ab omni solicitudine rerum temporalium, inermem quoque ad vindictam, ac totum se committere diuinæ prouidentiæ & protectioni, qua nihil illis esset defuturũ, si suo fungerẽtur officio. Omnino enim specimen quoddam paternæ prouidentiæ illis voluit ostendere, vt satis significãt illa verba; *Quando misi vos sine sacculo & pera, numquid aliquid defuit vobis*; vt animosiores in posterum (etiam si quando nihil adesset eorum quibus vitæ præsenti opus est, & econtrà imminerent eis omnia aduersa & hostilia) munus Euangelicum obirent. Igitur in præsenti profectione omnia vt iussi erãt præstiterunt, postea autem vbi deerat Domini iussio, non ita, sed relicti suæ libertati sat habuerunt præcipuum Domini his præceptis scopum spectare & obseruare, nimirum vt omnem solicitudinem mundanam indignam certè Euangelico doctori, reiicerent, vt inermes sese vbique exhiberent, vt simplicitatis, sobrietatis & paupertatis exempla præberent, vt semper à diuina prouidentia in omnibus pendere se declararent. Quæ si in his præceptis & nos spectauerimus, sic demum & ad nostram institutionem pertinent. Sic enim & in omnibus præceptis faciendum, quibus priuatis quibusdam aliquid præcipitur ad tempus seruandum, vt quæ externis sunt addicta circunstantiis, relinquamus iis quibus fuere præcepta: nos verò amplectamur quicquid in eis de vniuersali pietatis ratione, fide scilicet, spe, & dilectione præcipitur, quemadmodum declarari potest in præcepto circuncisionis, & cæremonialibus omnibus legis præceptis. Addit autem Lucas in missione septuaginta etiam aliud præter dicta obseruandum in via, videlicet vt neminem in via salutarẽt; quod non est dubium quin & his duodecim sit præceptum: sed de eo præcepto suo loco.

DIGNVS EST ENIM OPERARIVS CIBO SVO.] Quoniam Apostoli auditis superioribus præceptis dicere poterant: Si gratis vis nos docere, & sanare, nec tamen quicquam in via deferre, vnde ergo nutriemur, aut vestiemur? Num vis vt ex mendicato viuamus? Dominus præueniens eorum quæstionem, hac sententia apparentem præceptorum seueritatem temperauit, ostendens quare nudos illos mittat, nimirũ quòd quæ ad victum & vestitum ipsis essent necessaria, eis debetentur à discipulis eorum, vt sine omni rubore & verecũdia ab eis illa possent accidere, nec necesse esset harum rerum onere & solicitudine sese grauare. Verùm circa hanc sententiam queri potest, quomodo conueniat cum superiori illa, *Gratis accepistis, gratis date*. Si enim operarius Euangelicus, quia operarius dignus est cibo suo, & ob id debetur illi, quia operarius est, non ergo gratis operatur & euangelizat. Auget difficultatẽ quòd Lucas in missione septuaginta Discipulorum hanc sententiam sic affert: *Dignus est enim operarius mercede sua*. Ea enim significatur, mercedem operariorum Euangelicorum esse quòd à Discipulis suis aluntur. Quæ difficultas duobus modis solui potest. Primò enim intelligi potest duas sententias esse tantum parabolas, per quas similitudine desumpta ab operariis mercenariis, ostendatur per locũ à simili, aut per locum à minori, etiã operariis Euangelicis deberi alimenta ab his in quorum vtilitatem operantur, vt sententiæ istę parabolicę sic applicentur. Si operariis mercenariis debetur cibus; tanquam merces ipsorum ab his in quorum commodum laborant, multo magis & vobis debentur alimenta laborantibus. Vt similitudo inter operarios mercenarios & Euangelicos ex parte constet, nempe ea qua vtrisque cibus debetur: ex ea verò parte non constat, qua illis debetur tanquam merces, his verò non. Secundò etiã rectè intellexerimus sententias has generaliter, vt pertineant & ad operarios mercenarios, & ad Euãgelicos, & victus ac vestitus qui debetur prædicatoribus, etiam intelligatur vocari merces, non quidem omnino propriè accepto vocabulo, pro eo scilicet cuius gratia quis operatur, sed generaliter, vt merces dicatur omnino illud quod operãti debetur, quia operatur. Vnde Diuus Gregorius homil. 17. super hæc Lucæ verba scribit: Considerandũ est, quòd vni nostro operi duæ mercedes debentur, vna in via, altera in patria: vna quæ nos in labore sustentat: alia quę nos in resurrectione remunerat. Merces itaque quę in præsenti accipitur, hoc in nobis debet agere, vt ad sequentem mercedem robustius tendatur. Verus ergo quisque prędicator non ideo prędicare debet, vt in hoc tempore mercedẽ accipiat: sed ideo mercedem recipere, vt prędicare subsistat. Quisquis nempe ideo prędicat, vt hic laudis vel muneris mercedẽ recipiat, æterna proculdubio mercede se priuat, &c. Hęc ille. Ex quibus patet, ipsum intelligere mercedem vocari id quod debetur pro vitę & sustẽtatione prędicatoribus, quamuis pro priè non sit merces. Dicitur autẽ propriore vocabulo id quod illis debetur, stipendium, metaphora desumpta à stipendio militari, ad quod respexit 1. Cor. 9. Paulus, dum probat Euangelico doctori deberi alimoniam, dicens: Quis militat suis stipendiis vnquam? Qui locus maximè videtur fuisse causa, vt Augustinus stipendium frequenter vocarit, alimẽta pastoribus debita. Nam huiusmodi locutio frequens est apud Augustinum, & ab eo ad posteros videtur potissimum dimanasse. Ratio autem quare stipendium propriè vocatur, quamuis hodie passim milites stipendium suum recipiant, tanquam mercedem propter quam militant, est, quia bonorum militum est non militare pro stipendio tanquam mercede, sed pro patrię, & reipublicę,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut imperij bono & salute: stipendium autem ac- A
cipere, vt in militia illa possint persistere. Sic enim
antiquitus militabant Romani: sic stipendia eis as
signabantur annua. Alioqui qui pro stipendio mi
litant, expectantes illud tanquam militiæ merce-
dem, magnam certè tem vili vendunt, vitam suã
vænalem exponentes pro pecuniola exigua. No-
mine ergo stipendij significatur, Ecclesiasticos
operarios non debere operari & militare pro vi-
ctu & vestitu, sed ea quæ ad alimoniam spectant
accipienda ab eis, vt in sancto opere persistere
queant. Hanc rationem sanè indicat Diuus Au-
gustinus libro secundo, super sermonem Domi-
ni in monte, sic scribens: Sicut autem omnes mi- B
litantes accipiunt annonam & stipẽdium, sic om-
nes euangelizantes accipiunt victum & tegumen
tum. Sed non omnes propter salutem reipublicæ
militant, sed propter illa quæ accipiunt: sic & nõ
omnes propter salutem Ecclesiæ ministrant Deo,
sed propter hæc temporalia, quæ tanquam anno-
nam & stipendia consequantur, aut propter hoc
& propter illud. Hæc ille. Porro notandum, in su-
periori Domini sententia solùm operarium dici
dignum, vt intelligamus eos esse indignos stipen-
diis ecclesiasticis, qui non operantur pro fideliũ
vtilitate. Secundò obseruandum quod dicit; *cibo*
suo; significatur enim, præter ea quæ sunt neces- C
saria non esse Euangelico operario requirenda, nec
studendum ei vt ex Euangelio ac spirituali opera
Tuus. tione ditescat, secundum illud Pauli: Habentes vi
ctum & vestitum, his contenti simus. Notandum
tertiò, quòd non dicat Dominus, debet operarius
accipere cibum suum ab his quibus operatur, sed
dignus est, significans licitum esse, imò ius esse ei
vt accipiat, non autem necessariò accipere debe-
1. Cor. 9 re. Vnde Paulus: Dominus, inquit, ordinauit his
qui Euangelium annunciant, de Euangelio viue-
re. Ordinauit vtique cùm hæc Apostolis diceret.
Sed idem Paulus docet, eam Domini ordinatio-
nem non fuisse præceptum, sed permissionem &
potestatis traditionem, qua postea ipse apud om-
nes ferè vti noluerit, malens manuum labore sibi
victum parare, quàm à Discipulis accipere quam D
potuisset alimoniam, vt maior esset ipsi gloria &
merces apud Deum, ob prædicatum Euangeliũ
sine sumptu. Proinde hic quæri posset, vtrũ perfe
ctius sit prædicatorem viuere ex proprio ære, an
vti potestate sibi à Domino concessa. Nam quòd
illud sit perfectius, Pauli & factũ & doctrina pro-
bat: quòd verò istud sit perfectius, exemplũ Chri-
sti ostendere videtur. Dominus enim omnis per-
fectionis magister, quoque nemo potuit esse per-
fectior, Euangelium prædicans, ex alienis facul-
tatibus nutriebatur. Dicendum ergo imprimis,
quòd cæteris quidẽ paribus, maioris sit perfectio
nis, ex proprio & non ex alieno viuere prædicato
rem, & tamen quòd Dominus ex alieno (si modò
quicquam rectè dixerimus ei alienum) viuere di-
gnatus est, non imperfectionem eius arguit, sed E
potius perfectionem, eo quòd illam vitæ imper-
fectioris rationem in se susceperit propter alios.
Cùm enim (inquit Augustinus libro secundo de
sermone Domini in monte) ei ministrarẽt Angeli,
tamẽ propter exẽplũ, ne quis postea scandalũ pa
teretur, cùm aliquem seruorũ eius animaduertis-
set ista necessaria procurare, loculos habere digna
tus est cùm pecunia, vnde vsibus necessariis quic
quid opus fuisset præberetur. Sic ne quisquã scan
dalizaretur, videns prædicatores ex Euangeli^o
viuere, & ipse ex eo viuere dignatus est. Sic quan-
quam vita Ioannis Baptistæ cæteris patibus, perfe
ctior sit vita illa communi; tamen perfectionis
fuit quòd Dominus propter nos communem il-
lam rationem viuendi susceperе dignatus sit præ-
ter hoc quòd perfectius Dominus in vita imperfe
ctiore vixit, quàm Ioannes in vita perfectiore. Se-
cundò dicendum, quòd sicut ob circunstantias
quasdam prædicator potius eligere debet viuere
ex proprio quàm alieno, videlicet ob vitãda quæ-
dam scandala, & impedimenta Euangelici profe-
ctus, ob quæ Paulus significat se ex propriis vo-
luisse laboribus viuere: ita contra quibusdam con
currentibus circunstantiis præstat ex alieno viue
re, cùm scilicet nullius scandali est periculum, sed
Discipuli etiam sponte offerunt prædicatori nu-
do, quique omnibus suis bonis renũciauit. ea quę
ad victum & vestitum sunt necessaria, illęque ea
accipit, tum vt illorum promptũ obsequiũ apud
Deum suam habeat mercedem: tum vt ipse ab
omni solicitudine & labore libet, magis vacare
possit totus actibus spiritalibus. Ita certè circa
Christum contigisse non est difficile intelligere,
quem, quò se declararet planè esse cœlestem, non
conueniebat ab incœpto Euangelico negotio, la-
bore manuum parare victui necessaria. Hac ratio
ne non tantùm alii Apostoli ex Euangelio vixe-
runt, sed & ipse Paulus à Philippensibus susceepit
in eare ere constitutus, & ante quæ essent egestati
subleuandæ necessaria, vt patet capite vltimo ad
Philippenses.

IN QVAMCVNQVE AVTEM CIVI-
TATEM AVT CASTELLVM INTRA-
VERITIS, &c.] Sextum præceptũ, quo statuitur
de eligendo & retinẽdo hospitio. Quoniam enim
præceperat nihil viatici assumendum, eo quòd di-
gni essent cibũ accipere ab his quibus operarẽ-
tur, ne existimarent à quouis indiscriminatim ci-
bum accipiendum, & omnium ianuas sibi à Do-
mino patefieri, necessariò hoc præceptũ subiecit
quo primùm quidem docet, multam faciẽdam di
ligentiam pro deligendo hospite, ac deinde ho-
spitium non temere susceptum, non etiã temerè
mutandum. Itaque iubet vt ingressi ciuitatem vel
castellum, hoc est vicum, vel pagum, non intrent
hospitia meritoria, sed inquirant, non quis in eo
loco sit diues, aut quis habeat bonũ hospitium,
sed quis sit dignus, hoc est, quis sit probitate vitæ
commendatus, aut quis per testimonium probæ
vitæ dignus est regno cœlorum, aut vestro hospi-
tio. Potest enim illud, dign^o, dupliciter sic exponi,
videlicet aut absolutè, vt nulla fiat explicatio ali-
cuius rei qua sit dignus: aut intelligẽdum, quis
sit dignus regno cœlorum. aut dignus vos recipe
re. Quę inquisitio & interrogatio poterit hoc mo-
do fieri, vt asserentes Apostoli venisse se ad prædi-
candum regnum cœlorum, interrogarent ab inco
lis loci alicuius, quis esset in eo loco vir religio
sus, solitus pauperes & peregrinos hospitio susci-
pere, auidus regni cœlorum, ac aduentus Messiæ.
Ideo autem huiusmodi viri hospitiũ deligere eos
voluit, idque fama & iudicio populi, ne prædica-
toris & prædicationis dignitas, susceptionis infa-
mia deturparetur, sed contrà potius ex commen-
datione hospitis & prædicator & prædicatio esset
commendatior. Deinde & ob id domus quam in-
grediantur Apostoli, eligenda discernitur, vt ho-
spitii

spitii mutandi causa non suppetat, talemque ha- A
beant hospitem qui lubens ac promptus illis ne-
cessaria præbeat. Digno autem aliquo hospite in-
uento, iubet secundò in eius domo eos manere,
hoc est, non mutare hospitium, donec exeant, in
illo loco scilicet migraturi in aliam ciuitatem vel
vicum, idque tum ne instabilitatis notarentur, &
tanquam vagabundi habeantur: tum ne putaten-
tur quærere delicatiora, nec contenti esse his quæ
primus hospes liberaliter offert: tum ne^{i} iniuria
primus hospes afficiatur, & scandalizetur aut con
tristetur, si videat præter rationem eos ad alios
transire. B

[c] INTRANTES AVTEM IN DOMVM, SALVTATE EAM, DICENTES: PAX HVIC DOMVI, &c.] Septimum præceptum, quo statuitur quid in inuentum hospitium ingre-
dientibus sit faciendum, quod præceptum, & Lu-
cas habet in missione 70. vnde hic desumpta sunt
probabiliter hæc verba, *dicentes: Pax huic domui*,
cùm non habeantur in Græcis, nec in Diuo Hie-
ronymo. Est autem hæc salutandi forma; propria
Hebraico sermoni, ne quis eam nouam putet, &
à Christo primùm inuentam. Nam Hieronymo
teste, quomodo Latini salutantes dicunt. Aue, vel
Salue. & Græci χαῖρε: ita Hebræi & Syri dicunt,
שלרם לכ scalom lach. id est, pax tibi, quo impre C
cantur homini omnia læta, prospera, & tranquil
la. Itaque Dominus vulgata vsus est & vti suos vo
luit salutatione, sed quam tamen, vt patet satis ex
sequentibus, aliò traheret, nempe ad imprecan-
dum pacem Euangelicam & diuinam. Ita enim
rebus & sententiis vulgatissimis Dominus vsus
est plerunque, vt tametsi aliò eas traheret, diui-
nius his vtẽs quàm vulgus. Igitur Dominus suis
ingressuris hospitium præcipit, vt non expectata
salutatione patrisfamilias, ipsi priores domum
salutent, partim volens eos per humilitatem præ-
uenire alios in honore, partim volens eos per hu-
iusmodi imprecationem & benedictionem præ-
uenire hospitem in benefaciẽdo, vt priùs illi im-
penderent spiritualia, quàm ab eo corporalia ac- D
ciperent. Deinde & notam illis dare voluit, qua
dignoscerẽt hospitem dignum ab indigno. Quòd
enim his verbis non simpliciter salutare eos vo-
luit, & communem pacem communi more im-
precari, sed precari diuinam pacem quam missi
erant prædicare, & signum dare digni hospitii,
pater ex sequentibus. Et siquidem fuerit domus
illa digna, pace scilicet Euangelica quam illi pre-
camini, veniet pax vestra, hoc est, pax cœlestis &
diuina, non pax mundi, super eam domum, hoc
est, hi qui domum eam inhabitant, mox pacem ve
stram acceptabunt, & simul vos lubenter exci-
pient si secundum famam populi verè digni fue-
rint pace, hoc est, ad eam præordinati à Deo. Illos E
enim vocari dignos videtur ex Luca, qui dicit:
Et si ibi fuerit filius pacis, hoc est, pacis sectator, &
ad veram pacem à Deo electus. Sequitur: *Si au-*
tem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos, qui-
bus verbis communiter intelligitur significari,
nõ inutilem & infructuosam fore huiusmodi pre
cationem pacis, sed fructum eius peruenturũ ad
ees, quomodo intelligitur illud Psalmi: Oratio
mea in sinum meum conuertetur. Verùm sci-
dum est, Græca non habere, veniet & reuertetur,
sed imperatiuos, ἐλθέτω & ἐπιστραφήτω, id est, veniat
& reuertatur, quomodo & antiqua Latinorum
exemplaria testãtur habere quidam. Itaque vide
tur significari præceptum esse Apostolis, vt cùm
pax imprecata nihil operatur in indignis, Aposto
li pace sua secũ sumpta exeant domum illam de-
relinquentes, quomodo intelligit Euthymius.
Et tamen Lucas similia dicens in missione 70. nõ
habet imperatiua verba, sed futura indicatiui,
ἐπαναπαύσεται ἀνακάμψει, id est, requiescet & re-
flectetur aut reuertetur. Proinde videri potest
illud, *Veniat & reuertatur*, in Matthæo Hebraico
more positum pro veniat & reuertetur, siquidem
Hebræi imperatiuis vtuntur pro futuris. Aut im-
peratiuis illis verbis significatur diuinum impe-
rium, quo solo fit quicquid omnino fit, vt sit sen-
sus: Si fuerit domus digna pace, volo vt pax ve-
stra veniat super eã: sin secus, volo vt reuertatur
ad vos. Itaque quod Lucas narrat dictũ promis-
siuè, Matthæus imperatiuè dictum pronunciat,
quia eiusdẽ est promittere, cuius imperare vt fiat
quod promittitur. Cùm autem vel præcipit tan-
quam Deus, vel promittit pacem reuersuram ad
eos qui ipsam aliis imprecati sunt, non tantùm vi
detur significare pacis imprecationem inutilem
& infructuosam ipsis fore, sed etiam quod abaliis
repulsa, redibit ad eos vt deducat ipsos, & alterius
hospitij faciat repertores, nec ex aliorum repul-
sione quicquam pacem illorum lædendam fore.

[d] ET QVICVNQVE NON RECEPERINT VOS, [e] NEC AVDIERINT [a] SERMONES VESTROS, &c.] Octauum præceptum, quo sta-
tuitur quid faciendum eis cùm non recipiuntur
in domo aliqua vel ciuitate, nimirum vt egressi
palam excutiant puluerem è pedibus suis, cui Lu
cas in missione septuaginta, vbi hoc præceptum
repetit, addit; vt etiam dicant egressi in plateas:
etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate ve-
stra; extergimus in vos, tamen hoc scitote quia ap
propinquauit in vos regnum Dei. Huius autem
præcepti, quod Actuum 13. Paulus & Bernabas
seruasse leguntur, cum Iudæi excitantes persecu-
tionem in eos, eiecerunt ipsos de finibus suis, mul
tiplex potest assignari ratio. Primò enim ideo con
uenichat excutere puluerem è pedibus, vt osten-
derent laborem itineris se pro illis quidem susce-
pisse, & prædicationem Euangelicam peruenisse
etiam ad ipsos, sed sine fructu. Secundò, vt hac
pulueris excussione indicarẽt se in nullo cum eis
communicare velle, propter maledictionem & cõ
demnationem quæ maneret illos. Tertiò, in pro-
testationem & signũ quòd non causa terreni ali-
cuius commodi accesserint ad eos. Quas duas ra-
tiones postremas esse potissimas, patet satis ex eo
quòd Lucas adiecit dictionem, *etiam*; *Etiam puluе-*
rem (inquit) *pedum vestrorum excutite*, quasi dicat,
adeo eos detestemini & execremini tanquam
maledictos, vt nec puluerem loci illius finatis vo-
bis cum illis esse communem: vel adeo ostenda-
tis nihil vos desiderasse terreni commodi ab eis
vt nec puluerem vilissimum velitis vobis imputa
ri. Proinde quod additur in Marco & Luca *in te-*
stimonium illis, vel *super illos*, id est, aduersus illos,
hunc habet sensum, vt huiusmodi excussio te-
steтur illis, nihil quæ illorum erant vos desidera-
se, aut nihil vos cum illis tanquam execratis velle
habere commune. Porrò ad istud postremum po-
tissimum Dominum respexisse in hac pulueris ex-
cussione, omnino apparet ex eo quod sequitur a-
pud Matthæum; *Amen dico vobis, tolerabilius erit*

Universidad de Deusto
Biblioteca

terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, A *quam illi ciuitati*; vbi sub ciuitatis nomine quilibet locus intelligitur, & per locum synecdochicè homines ipsius loci : sicut per terram Sodomorũ & Gomorrhæorum, ipsi incolæ Sodomitæ & & Gomorrhæi. Nam terra illorum iam olim exusta est per diuinam vltionem, nec in nouissimo iudicii die singulari aliqua vltione vindicabitur. Verùm si grauius punientur hi qui Euangelium & Apostolos non receperunt, quàm Sodomitæ, necesse ergo est grauius sit illorum peccatum, cui tamen contrarium videtur quod dicitur : Homi-
Genes. 13 nes Sodomitæ pessimi erant, & peccatores nimis coram Domino. Et peccatorũm magnitudinem videtur satis ostendere vindictæ horrendæ nouitas, qualis nulli terræ inflicta legitur. Proinde Ni- B colaus vult comparationem hanc repellentium Euangelium cum Sodomitis, non intelligendam quoad omnia Sodomitarum peccata, sed tantum quoad peccatum inhospitalitatis & immisericordiæ, quod inter cætera Sodomitarum peccata vltimo loco numeratur Ezechielis 19. vt intelligatur inhospitalitas nõ recipientium Apostolos, grauius esse peccatum, grauiusque punienda, quàm inhospitalitas Sodomorum. Sed cùm absolutè Dominus loquatur, potius intelligendum etiam grauius peccare eos qui Apostolos & Euangelium non recipiunt, quàm peccauerunt Sodomitæ, siquidem hi non dicuntur fuisse pessimi, quasi nullo seculo peiores fuerint, cùm etiam suo seculo C Ezechiel sceleratiores fuisse Iudæos asserat: Viuo ego (inquit) dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ. Et Samaria dimidiũ peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eas sceleribus tuis. Nimirum propter idololatriam, quæ non videtur fuisse apud Sodomitas, & prophetarum occisionẽ, qua non sic polluti fuerunt Samaritani sicut Iudæi. Sic & grauius peccauerunt qui non receperunt Apostolos, quàm Sodomitæ, atque ob idetiam grauius punientur. Primùm quia plures habuerunt occasiones pœnitẽtiæ quàm Sodomitæ, qui si easdem habuissent, in cinere & cilicio pœnitentiam egissent, vt supra dixit Dominus. Secũ-
Iob. 12. dò, quia tam salutarem prædicationem gratis illis D oblatam & miraculis confirmatam reiecerũt, veluti Deo dicẽtes illud Iob: Recede à nobis, scientiã viarum tuarum nolumus; cùm Sodomitæ tantùm peccauerint in legẽ naturalem. Posttremum & ob id grauius punientur, quòd longo tempore expectati ad pœnitentiã non resipuerint, cùm Sodomitas subitò vltio diuina exceperit, quæ ob id minor erit illis in die iudicii, quòd tam grauis fuerit illis in præsenti vita. Non enim ob id omnium maximè horrẽda fuit eorum vltio, quòd nullo seculo peiores fuerint, sed vt illorum supplicium exemplum esset eius supplicij quod manet post E longam Dei expectationem impios in die iudicij, vt habet Petrus 2. capite epistolæ secundæ.

Ecce ego mitto vos sicvt oves in medio Lvporvm, estote ergo prvdentes, &c.]Multa superioribus adiũgit Matthæus, quibus Dominus Apostolos præmuniuit contra aduersitates & persecutiones quæ eis ob prædicationem imminebant : verùm hæc non pertinẽt ad primam istam Apostolorum legationem, sed ad secundam illam, qua post ascensionẽ Domini ituri erant ad prædicandum Euangelium longè latèque in vniuerso orbe. Prima enim legatio non solùm fuit sine periculis, & persecutionibus, sed etiam multa cum commoditate, vt nihil omnino desiderarint, vt patet satis tũ ex loco Lucæ vigesimo secũdo, supra adducto, tum ex gaudio septuaginta discipulorum, qui reuersi à prædicatione, gloriabantur sibi subiecta dæmonia, nihil quærentes de persecutione. Deinde in sequentibus dicitur, Apostolos ad reges & præsides ducendos in testimonium etiam gentibus, & odio habendos ab omnibus hominibus, quæ primæ huic legationi qua prohibentur adire gentes, non possunt competere. Proinde si quis hæc perpendat, omnino videri poterit, quæ sequuntur nõ esse hoc loco dicta Apostolis à Domino, maximè cùm omnia pene sequẽtia & Marcus & Lucas commemorent Apostolis dicta alio tempore, & diuersis locis. Vnde verisimile est Matthæum quæ aliis temporibus sparsim dicta sunt Apostolis, hic coniungere voluisse, propter rerum dictarum inter se, & cum superioribus cohærentiam, vt prophetarum more vltra præsens tempus dilapsus sit, coniungens quæ ad vtramque Apostolorum legationem pertinebant. Ad quem modum & in aliis locis Matthæus cùm sermonũ Domini meminit, videtur coniunxisse ob materiarum conuenientiam, tanquam vno & eodem tempore & loco dicta, quæ diuersis locis dicta erãt. Hinc enim tam prolixum texit sermonẽ Domini, qui dicitur sermo Domini in monte, cùm hũc breuem satis describat Lucas, aliis locis omnia pene commemorans à Domino dicta, quæ in eo sermone à Luca omissa, Matthæus contexuit. Quanquam antẽ non sit verisimile omnia sequẽtia hoc loco dicta esse à Domino, tamẽ ob eorum cohærentiam aptissimam, & quia fieri potest vt hæc à Domino dicta sint Apostolis suis frequenter & diuersis locis, deinde vt ne confundantur numis Euangelistarum descriptiones, non est visum in Concordia quicquam omittere eorũ quę hic narrat Matthæus. Satis tamẽ probabile est & certum, primam hanc sententiam qua admonet suos ad prudentiam serpentinam, & simplicitatẽ columbinam, hoc loco dictam à Domino, quòd Lucas in missione septuaginta ea etiam verba commemoret imprimis dicta à Domino: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Vnde hic infertur: *Estote ergo prudentes sicut serpentes*, &c. Itaque hic rectè intelligimus poni nouum præceptum datum Apostolis in prima ista legatione, quo docentur quomodo sese gerere debeãt inter eos ad quos mittebantur. Cui præcepto quoniã optimè conueniunt ea quæ sequuntur de persecutionib. visum fuit Matthæo hęc adnectere. Sed ad rem. Dicit ergo. *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ.* Vbi primò notandum, Dominum suos, E sicut & alibi, quibus comparate, idque appositissimè. Quibus enim ad prospiciendum sibi nihil & stultius & imbecillius, vnde natum prouerbium; Ouilli mores. In stupidos & stolidos; de quo quidam in Chiliadibus, citans Aristotelem lib. 9. de natura animalium, ouium naturam explicantem, & inter cætera dicentem: Quiuuingenium, quemadmodum aiunt, simplex ac stultum: Quandoquidem est omnium quadrupedum inertissimum. Rursum, vt oues sibi minimè omnium prospicere norunt, ita aliis, nempe hominibus, nihil est cõmodius, quòd in ouibus vsui sint omnia

omnia. Denique animal est prorsus inerme, & A iniuriæ omnium expositum, inansuetum planè ac placidum, minimeq; ferox. Sic per omnia sese habere debent qui Christi esse volent, ac potissimum Euangelicæ perfectionis prædicatores & professores. Non enim sibi prospicere debent, sed committere simplici animo pastori suo Christo tum verbis & factis studere semper aliis esse commodo : posttremò iniuriam neque inferre, neque referre, vindictam Domino relinquentes. Horum ergo memores facit suos Dominus, dum dicit: *Mitto vos sicut oues*; quasi dicat: Non mitto vos sicut canes inter lupos, aut vt lupos inter lupos, B aut vt leones inter lupos, sed vt oues inter lupos, vt scilicet inter eos mãsuetudinem & simplicitatem exhibeatis, omnibus prodesse studeatis, ac pastoris vestri prouidentiæ vos totos committatis. Secundò notandum, lupos vocari hic veritatis hostes, quiq; in Apostolos & quosuis sanctos desæuituri erãt, discerpere etiam & dilaniare eos quærẽtes. Itaque non ad hoc dicit se mittere oues suas Dominus, sed inter eos. Priùs enim præcepit eos ire ad oues quæ perierũt domus Israel, quanquam quidam veluti lupos se imprimis gerentes, postea oues facti sint. Dicens autem; inter lupos, aut in medio luporum, significat vndique & vbique lupos ipsis imminere, vt eo magis eos cautos & prospectos esse debere insinuet. Nam ad eum C finem potissimum hanc sententiam dictam esse patet ex illatione sequenti. Posttremò obseruanda est emphasis, quæ est in pronomine, ego. Nõ enim frustrà non solùm dicit: Ecce mitto vos, sed, Ecce ego mitto vos. Quoniam enim durum videri poterat quòd oues mitterentur inter lupos, sui mittentis respectu eos consolatur, dum dicit: Ego mitto vos, quasi dicat: Ego cuius erga vos charitatem, cuius item potẽtiam experti estis, qui proinde non essem missurus, nisi ita vobis & aliis expediret, quique pro mea potentia efficere facilè potero, vt nihil mali etiam inter lupos sustineatis, vtque non solùm nõ lædamini ab eis, sed multos etiam ex eis adducturi eò sitis, vt abiecta lupina D feritate vobiscum oues reddantur. Alioqui illud, ego, etiam significat Christi diuinã auctoritatem, quòdque ipse sit ille dominus messis, quem orandum dixit vt mitteret operarios in messem suam. Vnde apud Lucam in missione septuaginta, post illa verba: Rogate ergo dominum messis, &c. mox subiungitur: Ite, ecce ego mitto vos. Porro ad quem finem istud sit dictum, aperit sententia sequens: *Estote ergo prudentes*, &c. Quoniam enim inter lupos mittebantur, prudẽtia opus erat & astutia quadam: quoniam autẽ vt oues mittebantur, opus erat simplicitate. Proinde bene hæc duo ex superioribus veluti necessaria inferuntur, bene item hæc duo coniungenda præcipiuntur, quòd prudentia vitiosa fere sit, si desit simplicitas : & E rursum simplicitas vitiosa, si desit prudentia. Vnde & Martialis inter ea quæ vitam faciũt beatiorem, requirit prudentem simplicitatẽ. Bene quoque serpentinam requirit prudentiam, & simpliciorum animalium, eo quòd inter animantia omnia nihil sit prudentius & astutius serpente, vt dicitur Genes. 3. vbi cùm nos legimus : Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ: Septuaginta interpretes pro, callidior, verterunt φρονιμωτερος, id est, prudentissimus, superlatiuum scilicet positiui qui hic ponitur, φρονιμος. Quanquam enim quæ in eo capite dicuntur de serpente, sint potissimum intelligenda de Satana, tamen etiam ad literam intelligenda sunt de naturali serpente, in cuius specie satã apparuit, vel qui à satana fuerat afflatus: aut malum angelũ aliquem sibi præsentem habens, vt per ipsum locutus sit satan, sicut Angelus aliquis in asina Balaam. Vt enim natura & damnatio Satanæ à nobis intelligeretur, in serpentis forma, aut in vero serpente Dominus permisit illum humanum genus astutia quadam tentare & superare. Sic & inter omnia animantia nihil cãdidius, nihilque simplicius quàm columba, nulli nata struere dolos, aut insidiari, carens felle amaritudinis, nec opponens sese, aut insequens eos qui iniuriam inferunt, qui pullos subripiunt. Non ergo prudentiã vel astutiam requirit vulpinam, quòd hæc versipellis sit & subdola, nequaquam simplicitatem columbæ admittens: nec rursum simplicitatem asininã requirit, quòd hæc prudentiam excludat, sed temperie quadam conuenientissima prudentiam vel astutiam cum simplicitate vult coniungi. Et prudentiam quidem serpentinam requirit, tum ad hoc, vt sibi prudenter & astutè caueant ne ab impiis lædantur, ne eorum in se malitiam prouocent, & ansam præbeant calumniandi doctrinam: tum ad hoc vt prudenter circumspiciant, & solicitè captent occasionem, qua omnibus modis etiam pio quodam dolo captas à Satana mentes Christo adferãt, regnique Dei pomeria proferãt. Hæc est enim serpentis astutia, ad quam Dominus hic videtur respexisse, vt cautissimè sibi prospiciat ne lædatur, caput suum totius corporis inuolucro tegens & defendens, & ad incantatorum carmina aures suas obturans, perspicacissimum visum fortitus à natura quò sibi prospicere possit: vnde natum adagium; Serpentis oculi, quorum debilitatem reparare nouit esu rutæ; vt autor est Plinius. Deinde & hæc eius est astutia, quòd cùm corporis molem non habeat magnam; nec instrumenta valida ad pugnandum cum impetu & vi, sed tantùm venenũ quo hostibus suis nocere possit, tacite obseruat opportunitatem effundẽdi suum venenum, neque illud nisi commodissimo tempore & modo effundit, vt sic prævaleat, prudentia & astutia id supplens quod viribus deest. In his ergo duobus suos Dominus prudentiam serpẽtis vult in bonum imitari, secũdum generalem illum modum supra explicatum. Atque hoc est quod Paulus Ephesiis scribit: Videte itaque fratres, quo- *Ephes. 5.* modo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimẽtes tempus, quoniã dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et ad Colossenses 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Super quo loco sic Ambrosius: Quoniam necesse est ambulare nos inter infideles, & colloquia miscere causa cõuersationis mũdanæ, hoc est quod commonet, vt cùm sapientia sit ipsa conuersatio, propter scãdalum gentilium, ne occasionem accipiant per nos blasphemandi, & incitentur ad persequendum. Quid enim opus est loqui cum eo quem scias intractabilem, & obstinatæ mentis, paratum ad contumeliam faciendam? Ideo hæc monet vt oportuno & loco & tempore, magistra modestia, religionis verba promantur, aut si persona talis in medio est, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

perſtrepat,reticendum: Aliter enim cum potentibus mundi, aliter cum mediocribus, aliter cum humilibus agendum eſt. Aliter iterum cum manſuetis,aliter cum iracũdis, quibus credere oportet,hoc eſt redimere tẽpus. Cùm enim inſidiantur dominicis verbis,& furenti temporis audacia cedis,iniurias infeſti temporis lucrifaeis. Hæc ille: qui ſimilia habet & in locum ad Epheſios. Ex his ergo Pauli locis, & Ambroſij explanatione, ſatis patet quæ ſit illa ſerpentina prudentia,Chriſtianis & prædicatoribus maximè digna, quam hic Dominus requirit, nimirum qua ita à malis hominibus ſibi cauent,ac Satanæ inſidiis,vt obſeruent commodas oportunitates Euangeliũ diſſeminandi, & inſinuandi mentibus hominum. Vnde Diuus Baſilius locum hunc explicans in quæſtionibus compendio explicatis, quæ ſit prudentia ſerpẽtina, quoad alteram ſaltem eius partem,pulchrè oſtendit, ſic ſcribens: Prudens quidem vt ſerpens eſt,qui cum conſideratione & cognitione vitiũ & ſucceſſus, ad perſuaſionem audientium doctrinam ſuam diſponit. Simplex autem velut columba,qui ne cogitat quidem de vlciſcendo eum qui inſidias ſtruxit, ſed in beneficentia perſeuerat,iuxta Apoſtoli præceptum: Vos autem ne fatigemini benefaciendo. Nam Dominus mittens Diſcipulos ad prædicandum, hæc ipſis præcipit, vbi & ſapientia opus erat ad perſuadendum,& tolerãtia malorum erga inſidiatores. Vt quemadmodum illic ſerpẽs nouit & facie blandiore accedere, & probabiliter loqui ad abducendum à Deo,& ſubiugandum peccato: ſic & nos & perſonam,& locum & tempus deligamus, & omnibus modis doctrinas cum iudicio adminiſtremus,ad abducẽdum à peccato, & reducendum ad Deum. At verò patientiam in tentationibus vſque in finem perducamus, velut ſcriptum eſt. Hactenus ille. In quibus præterquam quòd diſcimus quæ ſit ſerpentina prudentia,etiã hoc obſeruandum,quòd D. Baſilius intellexit Dominum alludere ad ſerpentem illum qui Euam ſeduxit. Nam ad locum Geneſis,vbi dicitur ſerpens callidior aut prudentior omnibus animalibus, omnino veriſimile eſt Dominum reſpexiſſe,vt ſatis patet ex prædictis. Proinde cum illo loco & de ſerpente naturali ſit ſermo,& ſub illo magis de ſerpente myſtico Satana,non abs re intelligitur Dominũ voluiſſe,vt in bono imitemur aſtutiam ſerpentis,tũ naturalis,tum myſtici. Vnde ad ſerpentem hunc myſticum etiam Hilarius alluſum eſſe putauit,ſic ſcribens: Inſtructos igitur nos ſerpentis prudentia monet eſſe oportere. Hunc antequam Adam traduceret, iam ſapientem Geneſis nuncupauit,& prudentiam eius maligñãtis conſilij ordine docuit. Primùm enim animum ſexus mollioris aggreſſus eſt,ſpe deinde illexit,& communionem immortalitatis ſpopondit:& per hæc tanta præmia opus conſilij & voluntatis ſuæ geſſit. Pari igitur oportunitate, introſpecta vniuſcuiuſque & natura & voluntate, verborum adhibenda prudẽtia eſt; ſpes bonorum futurorum reuelanda, & cœleſtia perfectæ fidei præmia proferenda. Et quod ille mentitus eſt,nos prædicemus ex vero,ſecundum ſpõſionem Dei, Angelis ſimiles futuros eſſe qui credent. Hæc Hilarius. ex quibus patet quomodo prudentia hæc ſerpentina, quam Dominus à ſuis exigit, poſſit etiam referri ad imitationem aſtutiæ illius diabolicæ, qua in ſpecie ſerpentis hominem decepit: quamùis ſimplicius ſit eam referre ad imitationẽ aſtutiæ ſerpẽtis naturalis. Porro præter duo illa ſuperius dicta, in quibus potiſſimum Dominus voluit ſuos & nos imitari prudentiam ſerpentum, à diuerſis expoſitoribus pleræque ſerpentum conditiones prudentiæ ipſorum teſtes,aliter accommodantur ad imitationem hic Apoſtolis & nobis præceptam. Primò enim quia ſerpentum aſtutia eſt, vt toto corpore caput occultent, aut foueæ immergant, quò illud in quo vita eſt protegaut, & pro capitis cuſtodia totum corpus perſequenti obiiciant,cædiq; partem aliquam derelinquãt; intelligitur hic ſignificari vt totius periculo corporis & omnium bonorum,caput noſtrũ qui Chriſtus eſt,cuſtodiamus, hoc eſt, fidem integrã & incorruptã ſeruare ſtudeamus. Sic Hieronymus, Chryſoſtomus,& alij plerique. Secundò, quia ſerpens per anguſtias ſe coarctans veteri tunica exutus, innouatur,& ſenectam deponit; intelligitur ſignificari,intrandum eſſe per anguſtam portam,ac ſic veteri homine depoſito nouum induendũ, vt renouetur ſicut aquilæ iuuentus noſtra. Huius duplicis accommodationis meminit Auguſt. in lib. quæſtionum ex Matthæo. De innouatione autem ſerpentum quomodo fiat,apertè ſatis ſcribit Ariſtot. lib. 8. cap. 17. de natura animalium, niſi quòd ibi non meminit ſtrictarum rimarum, quas ſibi eligat ſerpens veterem pellem depoſiturus. Sic enim habet: Exuunt ſenectutem ea quibus cutis mollis nec prædura eſt, qualis ſtellioni, lacerto, & præcipuè ſerpentibus eſt. Exuunt enim hæc omnia, tum vere cùm egrediuntur, tum etiam in autũno. Vipera etiam exuit tam vere quàm autumno. Cùm ſerpẽs exuere incipit, ab oculis primùm detrahi aiunt, ita vt obcæcari videantur iis qui rem non intelligũt, tum caput exuitur. Glabrum enim hoc omnium ante, quàm reliquum corpus apparet, atque vna fere nocte ac die ſenectus tota exuitur, à capite orſa ad caudã, & cute altera intus ſubnaſcẽte ipſa renouatur. Vt enim fœtus inuolucro ſecundarum, quo contentus prodierit, exuitur, ſic iſta ſenectute detracta renouãtur. Tertiò, quia ſerpentum quorundam ea eſt prudentia vt aures ſuas obturent incantatoribus, ne carminum ſuauitate educantur de cauernis, in quibus latitant, intelligitur hic ſignificari à quibuſdam, vt aures noſtras ad vanas fabulas ſapientum huius mundi, ad cuncta mundi promiſſa, ad omnes hæreticorũ perſuaſiones obſtruamus, nec vllis ſuaſionibus aut promiſſis ſinamus nos auelli à ſemel ſuſcepta fide & doctrina veritatis, in qua velut in latibulo aliquo ſecurè deliteſcimus. Poſtremùm, quia ſerpens totius corporis venenum in gutture colligit, & ibi prudenter docente natura ſeruare ſtudet, vt cùm neceſſe fuerit, in promptu habeat vnde ſe defendere poſſit, nec ſe vi aut palam de hoſtibus ſuis vlciſcitur, ſed clanculum oportunitate accepta; ſignificari intelligitur, doctorem Euangelicum doctrinam veritatis ſemper in promptu habere debere, vt eam tanquam ſalutare quoddam venenum, (quod vbi cor attigerit, hominem facit ſibi ac mũdo ſalubriter mori) diffundat in eos qui priùs veritatis erãt hoſtes, cùm oportunum fuerit, nec potẽtia aut clamoribus tales eſſe ſuperandos, ſed pia quadã arte. Verum huiuſmodi accommodationes vt ſunt doctæ & piæ, ita ſuperior accommodatio & eſt ſimplicior; & magis propoſito Domini conueniens. Ita que prudentiam ſerpentinam præcipit, & ſimplicitatem columbinam: vt per prudentiam caueãt aliorum læſiones & inſidias: per ſimplicitatem non lædant dum læduntur, nec malum malo rependant: & rurſum vt per prudentiam captent opportunitatem alios lucrifaciendi, & pertrahendi ad veritatem: per ſimplicitatem verò id agãt ſine omni malo dolo.

a CAVETE AVTEM AB HOMINIBVS. TRADENT ENIM VOS IN CONCILIIS, ET IN SYNAGOGIS, &c.] Quoniam dixerat Dominus ſuos mitti inter lupos, & ob id prudentes eſſe debere: bene Matthæus iam ſubiũgit pleraq; ad Apoſtolos ſiue hoc tẽpore, ſiue aliàs dicta de imminentibus perſecutionibus, quas ſuis prædicere Chriſtum conueniebat, vt diſcerent præſcientiæ eius virtutem, nec ſuſpicarẽtur, ob imbecillitatem magiſtri hæc eis ſuperuenire mala: nec obſtupeſcerent ſi inopinatò & præter ſpem euenirent, nec turbarentur in tempore crucis. Vnde Ioan. 16. Hæc, inquit, locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Et: Hæc locutus ſum vobis, vt cũ venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis. Declarat ergo Matthæus, quorſum præceperit Dominus prudentes eos eſſe ſicut ſerpentes, nimirum vt caueant ſibi ab hominibus, hoc eſt, vt cautè ſibi proſpiciant quibus hominibus ſe credant, & cautè ſtudeant hominum perſecutiones deuitare, cautè etiam aduigilent ne hominũ ſuaſionibus, minis aut perſecutionibus à vero ab ducãtur. Et ratio cauendi ſubiicitur, ob mala quæ eos ob prædicationem manent, quę gradatim hic deſcribuntur. Primò enim, inquit, homines plerique mali, tradent vos in ſuis conciliis examinãdos & iudicandos, ac deinde etiam vos flagellabunt in ſynagogis ſuis. Quod potiſſimũ videtur dictum propter Iudæos, qui ex more in ſynagogis ſuis ſolent flagellare in legem peccantes. Vnde Paulus ſe quinquies ab eis flagellatũ teſtatur: quamuis poſſit hic nomen, ſynagoga, accipi vt non tantùm pertineat ad ſynagogas Iudæorum, ſed ad omnes congregationes & conciliabula. Nam, ſynagoga, Græca dictio, idem eſt quod congregatio. Poſtremum, inquit, quoniam nec flagellis homines impii erunt contenti, etiam præterea ducemini ad præſides & reges, vt mortis ſententia ab eis contra vos dicatur. Nam hoc regum & præſidum à Romanis conſtitutorum erat. Quod autem additur; *In teſtimonium illis & gentibus*, dupliciter poteſt accipi. Primò ſimpliciter, vt ſit ſenſus: Hæc vobis contingent, vt ipſis Iudæis & gentibus teſtimonium de me perhibeatis, quod eo erit maius, quo pro me plura paſſi fueritis para ti. Secundò ſenſus eſſe poteſt: Hæc vobis contingent vt ſint teſtimonium contra Iudæos & gentiles, & per hæc perſpicuum fiat eos ſuopte vitio perire, qui tot beneficiis, ac miraculis, tam obuia doctrina tantaq; veſtra lenitate prouocati: tam odioſe eiecerunt ſalutem oblatam. Similia habentur Marc. 13. Luc. 21.

c CVM AVTEM TRADENT VOS, NOLITE COGITARE QVOMODO AVT QVID LOQVAMINI, &c.] Quoniam in conciliis tradendos, & ad reges ducendos homines idiotas & rudes dixerat, ne ob hoc turbarentur, ſecuros eos facit de reſponſione, vetans de ea ipſos eſſe ſolicitos, ac promittens ſpiritum patris adfuturum, veritatiq; petrocinaturum. Verùm quoniam horum verborum occaſione quidam ignauię ſuę & corpori parrocinium petũt, ab omni lectione ac diligenti ſcripturarum ſtudio ſibi temperantes, cùm tamen prędicatoris officio fungi velint, aduertenda hic duo ſunt. Primum, quòd non ſemper cogitare quid loquendum ſit prohibeat, ſed cùm, inquit, tradent vos ſignificans in huiuſmodi periculo, in quo ignoratur quid à iudicibus quæreretur, ad humanum ſtudium non eſſe confugiendum, ſed promptam tantùm volũtatem Chriſto & ſpiritui ſancto offerendam. Secundum eſt, quòd non ſimpliciter Dominus vetet quamlibet de defendenda veritate cogitationem, aut etiam meditationem, ſed ſolicitam tantum, anxiam, & trepidãtem. Non enim Græcè ſimpliciter eſt, nolite cogitare, ſed μὴ μεριμνήσητε, id eſt, ne ſitis anxii & ſolliciti. Idem ſcilicet verbum quod etiam ſupra interpres vertit cap. 9. Matthęi per cogitate. Quis veſtrum cogitans poteſt adiicere, &c. Sic Marc. 13 vbi eadem habentur, cùm legimus, nolite pręcogitare quid loquamini. Græcè eſt, μὴ προμεριμνᾶτε, id eſt, ne prius ſitis ſolliciti & anxii. Lucę 12. eſt, μὴ μεριμνᾶτε vbi etiam interpres rectè vertit, nolite ſoliciti eſſe. Lucę quoque 21. vbi ſimilia rurſum dicũtur, cùm legimus: Ponite ergo in cordibus veſtris non pręmeditari, Græcè eſt μὴ προμελετᾶν, quod plus quid ſignifi cat quàm pręmeditari, nempe cum cura & anxia ſolicitudine prævcogitare. Itaque non cogitationem aut meditationẽ pro hibet, ſed ſolicitudinẽ. Nam pius dies noctesq; in lege Dei meditatur, non tantùm vt ipſe eam vita exprimat, ſed etiam vt alios eandem doceat. Non ergo negligentes defenſionis ſuos reddere voluit, ſed ſecuros: non meditationem veritatis fidelem eis eximere, ſed diffidentem ſolicitudinem. Vnde rectè ſubiecit: *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri*, &c. quaſi dicat: Cauſa non eſt veſtra, vnde neque patrocinium veſtrum erit, quare neque vos pro defenſione ſolicitos eſſe conuenit. Cauſa patris eſt, patronus ſpiritus ſanctus qui in vobis ſicut olim in prophetis, loquitur, ita vt vos eorum quę dicitis non ſitis pręcipui autores, ſed organa potius ſpiritus cœleſtis.

TRADET AVTEM FRATER FRATREM IN MORTEM, ET PATER FILIVM: ET INSVRGENT, &c.] Prędicit etiam grauiora mala ipſos manere, idq; dupliciter. primùm, quia à conſanguineis ſuis etiã propinquiſſimis perſecutionem paſſuros prędicit, ſignificans pietatis aut charitatis naturalis non habẽdam rationem in his qui diuerſę ſunt fidei. Secũdò, quia omnib' generaliter odio habẽdos eſſe aſſerit. Vbi intelligendum eſt, omnibus, poſitũ eſſe pro, multis, aut omnibus odio habendos dicit; quia omni hominũ generi. Iudęis ſcilicet & gentibus, ſapientibus & inſipientibus, principibus & plebęis, conſanguineis & extraneis. Non enim eò confugere licet, vt dicatur non ſimpliciter dictũ, omnibus, ſed omnibus hominibus. Homines autẽ eos dicit qui mundana & humana ſapiunt. Nã Græca non habent additũ datiuũ, hominibus, ſicut nec in antiquis quibuſdam Latinis codicibus inuenitur. Rurſum autem duo Dominus adnicit, quibus conſolatur eos cõtra prædictorum malorum gravitatem, dum primùm dicit, *propter nomen meum*: ac deinde ſubiicit: *Qui autem perſeuerauerit vſque*,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsque, &c. Vbi notandum, Græcè non esse, qui perseuerauerit, sedὑπομείνας, id est, qui sustinuerit; aduersitates & persecutiones scilicet, nec illis aliquando cesserit. Vnde hæc sententia ex Domini intentione intelligenda est de perseuerentia patientiæ, non de perseuerantia bonorum operum, quamuis etiam de ea æquè sit vera. Mirum autem cur quidam in Matthæo verterit; *qui sustinuerit*, in Marco autem cap. 13. *qui perseuerauerit*; cùm eadem sit dictio, quam noster interpres in Matthæo vertit, *qui perseuerauerit*; in Marco, *qui sustinuerit*. Porro hanc sententiam, quæ tursum reperitur apud Matthæũ cap. 24. Lucas cap. 21. paulo aliter, sine mutatione tamen sensus, sic extulit: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vbi pro, patientia, Græcis est ὑπομονὴ, dictio deriuata à verbo superiore ὑπομένω. Itaque hæc sententia significat duo esse necessaria saluando. Primùm tolerãtiam aduersitatum. Omnes enim qui piè volunt viuere in Christo persecutionem patientur: & per varias tribulationes oportet nos ingredi regnum Dei. Secundò, perseuerantiam vsque ad vitæ finem. Non enim inchoantibus, sed perficientibus præmium tribuitur: nec cœpisse, sed perfeciſſe, virtutis est, inquit Hieronymus Horum primum expensum consolatur eos qui sunt in afflictionibus: secũdũ verò eosdem præmunit, ne ob perpessas aliquãdo afflictiones sint de salute securi, sed soliciti sint vt cœptã tolerantiam in finem vsque custodiant.

2. Tim. 3. Act. 14.

CVM AVTEM PERSEQVENTVR VOS IN CIVITATE ISTA, FVGITE IN ALIAM. AMEN DICO, &c.] Quod hic statuitur de fuga, dupliciter potest accipi, secundum diuersas considerationes. Nam quatenus per fugam declinatur persecutiones, doctrina hæc Domini non tam præceptum est quàm licentia & permissio, nõ tantum ad Apostolos, sed ad omnes etiã pertinẽs Christianos. Quatenus autem per fugam Euangelij prædicatio indignis subtracta, dignis profertur, & latè disseminatur, non solùm permissio est, sed magis præceptum ad Apostolos, Apostolisq; similes, nempe prædicatores pertinens. Verisimile autem est vtraque consideratione Dominũ istud de fuga suis statuisse, quanquam magis videatur respexisse ad hoc vt per fugam aut migrationem Euangelium latè spargeretur: & indignis subtractum dignis prædicaretur: tum propter sequẽtem sententiam, qua significatur semper locum aliquem inueniri posse in quo prædicetur Euangelium: tum quia non absolute dicitur, fugite, sed *fugite in aliam ciuitatem*, vt in ea scilicet prædicetis Euangelium. Cùm tamen etiam Dominus videatur hac doctrina fugam suis suo exemplo permisisse pro declinandis persecutionibus, rectè Augustinus in variis librorum suorũ locis, omnesq; Catholici intellexerunt semper hac sententia permissam fidelibus fugam tempore persecutionis, quanquam licitam eam esse non hinc solùm probari possit, sed multo magis ex exẽplo Christi & Apostolorum. Porro ex collatione huius loci cum alio qui est Ioan. 10. cùm dicitur: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit; patet hanc sententiam de fuga non posse ab his quibus potissimum dicta est, semper obseruari, vt docet Augustinus prolixè & apertè in epistola ad Honoratum, quæ est 180. ex qua intelligere possumus, fugam persecutionum propter fidem aut iustitiam, quandoque esse illicitam, quandoque verò non solùm licitam & laudabilem, sed etiam præceptam & necessariam: quandoque rursum licitam quidem tantùm. nõ autem vsqueadeò laudabilem aut necessariam. Quando enim ex fuga alicuius alii grauiter scandalizarentur, iustitia opprimeretur, prædicatio & Sacramẽtorũ administratio omitteretur, ac oues Christi periclitarentur, nequaquam est fugiendũ illi, per cuius fugam hæc sequerentur. Cùm verò ex fuga alicuius non solùm nullum imminet periculum, sed potius bonum aliquod, nimirum quia non expedit Ecclesiæ priuari tali doctore, propter futurum profectum, & quia qui fugit, potest in alio loco fructum facere, ac in loco vnde fugit, aliũ idoneum relinquere, si ita sit necesse, non solùm licitè, sed etiam laudabiliter & necessariò fugitur, quomodo fugit è Damasco Paulus, per sportam demissus è muro ciuitatis. Idem dicendum de eo qui fugit tantùm ob id vt det locum iræ, & saluti alterius cõsulat. Cùm autem quis fugit ex solo timore ruinę propter propriam infirmitatem, licitè quidem fugit. quamuis vt in plurimum imperfectionem aliquam denotet. Proinde non est audiẽdus Tertullianus in libro de fuga in persecutione, in quo persuadere contendit non esse fugiẽdum, sed fortiter pro Christo moriendum. Quem librum ob id Diuus Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasti eorum, Tertulliani opera recẽsens nominatim aduersus Ecclesiam testatur esse scriptum. Nam constat Christianos in persecutionibus passim fugisse. Vult autẽ Tertullianus, præceptum istud fugæ, tantùm ad Apostolos pertinuisse, & temporale quoque fuisse, seruandum scilicet tantùm in prima ista legatione. quod probat tum ex præceptis præcedentibus, In viam gẽtium ne abieritis, &c. tum' ex eo quod sequitur, Non consummabitis ciuitates Israel, quo videtur significari intra terminos Iudææ præceptum fugæ contineri. Ob quas rationes etiam D. Hieronymus & Chrysostomus præceptum hoc intelligunt tantùm referendum ad illud tempus, quo tunc ad prædicationem Apostoli mittebantur. Sic enim Hieronymus in Comment. Hoc, inquit, ad illud tempus referendum est, cùm ad prædicationem Apostoli mittebantur, quibus & propriè dictum est, In viam gentium ne abieritis, quod persecutionem timere non debeant & debeant declinare. Et Chrysostomus: Non de his persecutionibus dicit quæ post crucem fuerunt, sed de his quas ante crucem & passionem habuerunt, quod significanter expressit dicens: Non cõsummabitis ciuitates Israel donec venerit filius hominis. Verùm hoc præceptum non tantùm ad tempus primæ legationis pertinuisse patet ex eo quòd etiam post ascensionem Domini frequenter leguntur Apostoli fugisse de vna ciuitate in aliam. Deinde ex eo, quòd hoc præceptum ponatur inter ea quæ pertinent potius ad futuram legationem. Vnde bene Diuus Augustinus & alii, ad omnes saltem quodammodo hoc præceptum vel permissionem pertinere arbitrantur, sicut & quod sequitur *Nolite timere eos qui occidunt corpus*, &c. Pro intelligentia autem diuersarum expositionum quas habet sequens sententia, propter suam nimiam obscuritatem, sciendum primò illud, non consummabitis vel vt habent Græca συτελέσητε, hoc est ad verbũ, non

non perficietis, dupliciter accipi posse. Aut vt sit sensus: nõ perambulabitis vel percurretis omnes ciuitates Israel. aut vt sit sensus: Vestra doctrina nõ reddetis perfectas omnes ciuitates Israel, nec ad fidem eas omnes cõuertetis, quod est eas perficere. Secundo sciendum, quod si aduerbium, donec, non hic positum sit vt significetur post aduentum filii hominis Apostolos consummaturos ciuitates Israel: sed pro, antequam sit positum, dupliciter etiam illud aduerbium potest exponi. Primò, vt significetur tum primùm cõsummatas fore ciuitates Israel, cũ venerit filius hominis, hoc est, Apostolos aliquando cõsummaturos ciuitates Israel, sed non ante aduentum filii hominis. Secundò, vt non significetur aliquãdo Apostolos consummaturos ciuitates Israel, sed tãtùm quòd priùs veniet filius hominis quàm ciuitates illas consummauerint, vt per negatiuam hanc locutionem; *non consummabitis, donec*, (vel antequam) *veniat*; significetur hæc affirmatiua: prius veniet filius hominis quàm consummaueritis ciuitates Israel, & sit hic loquendi modus similis ac si magnaferculorũ abundantia proposita aliquis dicat, Non cõsummabis omnia hæc fercula, donec satieris ad nauseã; pro eo quod est: priùs vsque ad nauseã satiaberis quàm singula degustaueris, aut finem gustandi feceris. Secundùm vtramque sententiæ intelligentiã magis pro, consummabitis & veniat, vertenda fuerant verba coniunctiui modi, qualia sunt apud Græcos: Non consummaueritis ciuitates Israel donec venerit, vel priusquam venerit. Iuxta secundam autẽ intelligentiam pro, donec, etiam verti posset, dum, vt sit sensus: Non consummaueritis ciuitates Israel, cùm venerit filius hominis. His præmissis, sciendum Chrysostomum accipiendo verbum, cõsummare, priori modo, & donec, posteriori modo, sententiam hanc explicare hoc modo: Non poteris Palesthinam priùs circuire, quàm ego ad vos veniã, pro, ego priùs ad vos veniam, vobisq; adero vos consolaturus & adiuturus, quã omnes ciuitates Israeliticas peragraueritis. Itaque intelligit Dominũ hac sententia suos voluisse consolari, ne propter præceptum fugam metuerent, ne aliquando deessent sibi ad fugã ciuitates Israeliticæ, ad quas solas tũ mittebantur. Verùm huic sensui obesse videtur quòd postea reuersi Discipuli dicũtur cõueniſſe ad Iesum, non autem Iesus veniſſe ad eos. Vnde quidam quod dicitur de aduẽtu filii hominis, intelligũt de aduentu eius ad Apostolos post resurrectionem, vt sit sensus: nõ perfectè circumibitis omnes ciuitates Israel, nisi cùm rursũ venero ad vos immortalis. De quo aduentu apud Ioannẽ dicitur: Non vos relinquam orphanos, vado, & venio ad vos. Secundum hũc autem intellectum; aduerbium, donec potest accipi propriè, vt significetur Apostolos cõsummaturos ciuitates Israel post aduentum filii hominis: potest etiam accipi quomodo Chrysostomus accipit, vt tãtũ significetur prius venturum ad eos Christũ post resurrectionem, & nouam illis legationem in omnes gentes commissurum, quàm perambulassent iam omnes ciuitates Israelis, quomodo intelligit Caietanus. His autem intelligentiis, aliisq;, quibus variè accipitur aduẽtus filij hominis à diuersis, obstare nimis videtur, quòd cùm in Euãgeliis alibi fit mentio de aduẽtu filii hominis, semper significetur secundus eius ad iudicium aduentus. Proinde D. Hilarius accipiens verbum, cõsummare, posteriori modo, & donec, priori modo, intelligit significari ideo semper fugiendum de vna ciuitate in aliam, quòd ciuitates Israel, hoc est, populus Israeliticus non sit perficiendus in fine: nisi postquam plenitudo gẽtium intrauerit. & iam adsit tempus secundi aduentus Domini. Rupertus verò & ipse de eodem aduẽtu locum hunc intelligens, per ciuitates Israel, accipit non tantùm pro ciuitatibus Israel carnalis, sed omnibus ciuitatibus fidelium, qui sunt Israel spiritualis. Quoniã enim Dominus in solis ciuitatibus Israeliticis dixerit prædicandum esse, & rursum præcepit fugere de vna ciuitate in aliam, occurrere poterant Apostoli & discere: In quã fugiemus, si ab omnibus expulsi fuerimus? Ideoq; secundum Ruperti intellectum, velut obiectioni satisfacturus respondet Dominus, vsque ad diem iudicii semper fore aliquas ciuitates Israel ad quas cõfugere possint, nec priùs eos omnes ciuitates Israel perambulaturos, quàm iã aduenerit tempus iudicii. Oportet enim Euangelium prædicare in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio. Quem sensũ videri potest significasse Augustinus, cùm lib. 2. contra secundam epistolam Gaudentij cap. 12. intelligit hac sententia Dominum promisisse, vsque ad finem seculi non defutura loca quò confugiant prædicatores. Itaque de illis ciuitatibus Israel loquitur hic Dominus, de quibus Psalmista: Ædificabũtur ciuitates Iudæ, & inhabitabũt ibi, & hæreditate acquirent eam. Et: In die illa erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituũ. At vt verum fateamur, Chrysostomi sententia simplicior videtur & verior: cui consonat quod Lucæ 10. dicitur de 70. quod misit eos binos ante faciem suam, in omnẽ ciuitatem & locum quò erat ipse venturus

Psal. 68. Isaiæ. 19.

NON EST DISCIPVLVS SVPER MAGISTRVM, NEC SERVVS SVPER DOMINVM SVVM, &c.] Postquam suis prædixit Dominus mala quæ eis occursura erant, variis iã argumentis confirmat illos ad tolerantiam. Et primùm quidem cõfirmat eos exemplo sui, vulgares ad hoc sententias assumens, quarũ vna etiam suprà vsus est Lucæ 6. sed ad aliud propositum. Siquidem ibi ea sententia, *Non est discipulus super magistrum*, vsus est ad significandum, non requirendam maiorem virtutis perfectionem à discipulo quàm sit in magistro. Hic verò eadẽ & sequentibus vtitur, ad significandum non expetendam à discipulo maiorem fœlicitatẽ & honorem apud populum, quàm sit in magistro vel domino Itaq; ad quem sensum eis sententiis vulgaribus hic iam vsus sit, aperit cùm subiungit: *Si patrem familias Beelzebub* (hoc est, virũ satanicum, quiq; Beelzebub propitium haberet) *vocauerunt, quanto magis domesticos eius similibus conuitiis incessent?* Vbi sententias illas generales apertè quidem tãtùm accommodat ad ferendas cõtumelias exemplo sui: cùm Ioan. 15. vnam earum accommodat generaliter ad ferendas quasque iniurias & persecutiones, in memoriam illis reuocans quæ modò inculcat: Mementote sermonis mei, inquit, quem ego dixi vobis, *Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: & vos persequentur.* Apud eundem Ioan. cap. 13. Dominus ea sententia: *Non est seruus maior domino suo*, vtitur ad significandum, seruum non debere recusare facere quod

Ioan. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod videt dominũ suum facientem. Loquitur enim de lottione pedũ. Ita sententiæ illæ vulgares & adagia variè possunt accommodari.

NE ERGO TIMVERITIS EOS. NIHIL ENIM EST OPERTVM QVOD NON REVELETVR, &c.] Ergo, inquit, quia satis esse debet discipulo vt sit sicut magister, &c. ne metuatis eorum conuitia, & persecutiones. Porrò sententia quæ sequitur, dupliciter etiam hoc loco intelligi potest: quemadmodũ & suprà, cùm habita est in Marco & Luca, capite Concordiæ 51. Nam D. Hieronymus, Chrysostomus, & alii intelligunt hic Dominum noua ratione suos confirmare ad tolerandas contumelias & iniurias: nimirũ quòd eorum innocentia & integritas ad tempus hominibus incognita & occulta, postea sit vel in præsenti seculo, vel certè in nouissima iudicii die omnibus patefaciẽda, & ab omnibus collaudanda. In quẽ sensum omnino videtur Dominus vsus rursũ hac sententia Luc. 12. cap. cùm post dehortationem ab hypocrisi, subiicit; *Nihil enim est opertum quod non reueletur*, &c. vbi etiam subiiciuntur eadem quæ hoc loco, de publicandis iis quæ in tenebris dicta vel audita sunt, & de non timendis iis qui tantum corpus possunt occidere. Sed huic intell gentiæ videtur obsistere quod sequitur: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine*, &c. vbi videtur Dominus generalem illam præcedentem sententiam suo proposito accommodare. Igitur videtur etiam hic ea sententia potius intelligenda, quomodo superius in cap. Concordiæ 51. magis intelligendam diximus, vt per eam significetur, nihil Euangelicæ doctrinæ esse quantumuis hominibus incognitum, quod non sit suo tempore mundo detegendum, idq; imprimis per Apostolos, atque ob id eos non debere metuere homines, quod ex officio eorum esset tectam veritatem hominibus annunciare & manifestare. Nisi dicamus, quòd quia Dominus generali sententia vsus erat, significans omnia hominũ facta occulta aliquando manifestanda, ob id obiter intulerit de libera & manifesta prædicatione eorum quæ seorsum ab ipso audierant, eo quòd & hoc ex generali illa sententia consequatur. Videtur autem & illam generalem sententiam Dominus mutuatus à vulgo, vt ob id minus videri debeat mirum, si tam frequenter & ad diuersum proposita ea sententia vsus sit: vulgò enim huiusmodi parœmia significatur, omnia recta tempus postea reuelare, vt ob id veritas filia temporis dicta sit. Porrò in illis locutionibus; in tenebris, in lumine, in aure, super tecta, hyperbole est, & metaphora. In tenebris enim dixit, & in aure, pro priuatim & secretò. Sic in lumine, & super tecta, pro palã & omnibus. Loquitur autem secundum morem prouinciæ Palesthinæ, vbi solent in tectis residere, quia nõ non sunt cacuminata, sed æqualia.

ET NOLITE TIMERE EOS QVI OCCIDVNT CORPVS, ANIMAM AVTEM NON POSSVNT, &c.] Postquã superius exemplo lui exclusit timorẽ infamiæ, iam etiã excludit timorem occisionis & mortis corporalis, idque primum facit ex comparatione hominum cum Deo, qua ostendit hunc longè magis metuendum qui plus mali inferre potest, & ob id potius studẽdum vt illi obtẽperemus & placeamus quàm hominibus. Quod autẽ dicit, animam non possũt occidere; non est intelligendum dictum esse tantum propter animæ immortalitatem quã habet ex sua natura, sed etiam propterea quòd nõ possint auferre vitam animæ, quæ est per gratiam, nec mittere eam in damnationem æternam, quæ est anima mors secunda. Est enim triplex vita animæ, nempe vita naturæ eius, secundum quam est immortalis & incorrupt bilis: vita gratiæ, quam sibi solus homo per peccatũ aufert: vita gloriæ & fœlicitatis æternæ, quã vt solus Deus confert, ita solus aufert, qui solus animam hominis cõdemnat & beat. Notãdum autem quàm pulchrè Dominus opposuit animam corpori. quò minueret, imò tolleret timorem occidentium corpus. Occidunt, inquit, corpus, animam autem non possunt occidere, quasi dicat: Possunt quidem occidere corpus, vilissimam hominis portionem, quæq; aliqui, etiam ipsis non occidentibus breui sit moritura quæ ab eis semel occisa; amplius occidi nõ potest, eisq; inuitis aliquando est reparãda gloriosius per resurrectionem: animam verò dignioré hominis partẽ nulla in re lædere possunt, qua illæsa permanẽte, nihil ob fuerit corpori sua mors, imò profuerit, vt quod pro animę salute occisum, cùm anima aliquando rursum coniunctum, fœliciter viuet in æternum. Sic etiam notãdũ, quòd quò magis Dominus timorem Dei in nobis excitaret, nondixit; timete eum qui potest animam simul & corpus occidere, quomodo vt diceret consequentia seruorum postulare vident. Nam id pro nihilo facilè ducerent carnales homines, qui sibi optarent mortem bestiarum morti similẽ. Dicit ergo quòd his est grauius; *qui potest animam & corpus perdere in gehennam*, æternæ scilicet damnationis. Porro cùm dicit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus*, non omnem illorum timorem prohibet. Debetur enim illis timor reuerentiæ, sed & naturale est vt illos metuamus, sicut & mortem ipsam. Verùm prohibet timorem inordinatum, quo scilicet quis talibus cedat, & à veritate ac virtute deficiat. Ita etiam cùm dicit, *timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam*; non vult suos seruili timore, qui non est in charitate, obtemperare patri cœlesti, sed vult inordinatũ illum mundi timorem reprimi & superari, consideratione & timore eorum malorum quę Deus infligere potest: qualis timor etiam esse potest in eo qui habet Dei charitatem, si modò non præcipuè & potissimum ob illorum malorum timorem à malo sibi temperet, & bonum operetur. Vnde non absolutè timorem Dei, quatenus damnationem æternam inferre potest, præcipit, sed potius, inquit, timete, significãs illum, si quis timẽdus sit, magis esse timendum, & illius timorem alium quemuis debere superare.

NONNE DVO PASSERES ASSE VÆNEVNT, ET VNVS EX ILLIS NON CADET SVPER, &c.] Altera ratio, qua suos Dominus munit & confirmat ad ferendam etiam mortem corporis ob testimoniũ veritatis, sumpta est à prouidentia & cura Dei, eo quòd nihil illis possit accidere sine volũtate optimi patris, quod probat argumento à minori dupliciter: tũ quòd etiã passerculi adeò viles, vt duo vendantur asse, nummo minimo, non cadãt in terram, hoc est, non moriantur aut capiantur sine nutu & voluntate Dei, tum quòd etiam capillos sanctorum, rem scilicet hominis vilissimam, omnes Deus habet numeratos, vt sine eius voluntate & cognitione nullũ eis pereat.

Triplex vita animæ.

Habet autem emphasim etiam illud, *Sine patre vestro*, quasi dicat: Pater vester est nõ passerculorũ, qui posset igitur minorẽ vobis quàm passerculis curam impendere? Porrò as, vel, vt habent Græci nomine diminutiuo, assarion, nummi ærei genus est, qui libella etiam dictus est cp libræ pondus haberet, quales decẽ valebat denarius nummus argenteus. Huius nummi duplum dicebatur dupõdius. Vnde apud Lucã cap. 12. pro duobus assibus vel assariis, vertit noster interpres, dupondio: *Nonne quinque passeres veneunt dupondio*: cum Græcè sit ἀσσαρίων δύο. Conuenit ergo illud Lucæ cum isto Matthæi. Si enim duo passeres asse vendebantur, ergo quatuor vel quinque duobus assibus. Videntur tamen hæc loca non intelligenda de assibus talibus, quales primùm scudebantur põdere vnius libræ, sed de assibus sextãtariis aut vncialibus, & ob id Euangelistas vsos voce diminutiua, quam quidam vertit per, minutum assem. Nam alioqui non valent assem duo passeres. Docet autẽ Budæus libr. 5. de Asse, aliquando apud Romanos ob penuriam asses factos sextantarios ac deinde etiam vnciarios. Et ἀσσάριον secundum Euthymium non assem significat, cùm sit eius diminutiuum, sed genus minimi nummi & oboli. Quod autem dicitur, *capilli numerati sunt*, debet intelligi cum exclusiõe imperfectionis, quam significat verbũ, numerare. Numeramus enim, quorum numerum & multitudinẽ successiuè cognoscimus. Numerati ergo dicũtur à Deo, quia Deus veluti numeratos habet, hoc est, perfectè & exactè eorũ multitudinẽ cognoscit, sicut in Psal. dicitur numerare multitudinem stellarum. Videtur autẽ Dominus istud singulariter dicere voluisse de capillis sanctorũ: sicut & Psalmista dicit, Deũ singulariter nosse dies immaculatorum, vt hic nõ simpliciter Dei cognitio, extendens se ad omnes capillos significetur, sed etiam prouidẽtia singularis, qualẽ gerere solemus de his quæ sub numero custodimus. Itaq; sensus ratiõis quam hic Dominus prætẽdit, sic potest explicari: Nõ est quòd metuatis ne dum occidimini, à Deo derelinquamini, aut immatura morte hinc decedatis. Nã auicularũ nullæ ferè viliores habentur quàm passerculi, quorũ tanta est vilitas, vt duo vendantur minimo asse, & tamen ne vnus quidẽ ex illis vel moritur, vel capitur sine cognitione & voluntate patris vestri. Si ergo circa hæc minuta & vilia animalcula nihil sine Dei nutu cõtingit, quãto magis vestri curã gerit, qui præterquã cp communis vester & illorum Deus sit, peculiariter vester nõ illorũ pater est, ac paterna prosequitur charitate? Illud vobis affirmo, adeò illũ nihil vestri ignorare aut negligere, vt non solùm capitis vestri curã habeat, sed etiã omnes capillos capitis veluti numeratos teneat, eorum multitudinem exactè cognoscens, ac custodiens, veluti quæ sub numero alioqui commendantur. Cùm igitur tãta sit eius erga vos prouidẽtia, nihil existimate sine illius nutu aut scientia vobis accedere. Cùm paterna vos prosequatur charitate, ac in vestram salutem sit propensissimus, persuasi sitis mala nequaquã esse posse, quæcunque illo sciente, volente, aut permittente vobis acciderint, nec illũ passurum vos occidi, nisi cùm maximè vobis expediet mori. Ne ergo metuatis, nam infinitis passeribus præstatio res & digniores estis vos apud Deum. Miram sanè hic locus habet consolationem, si eum quis fide perpendat. Omnia dispensantur à Deo, sine cuius prouidentia ne vel tantillũ vlla in re quãlibet minuta accidere potest. Is. iã dignatur pater esse omnium in se credentiũ, & pater bonitate incomparabili, quid igitur queat incidere nõ optabile, nedum ferendum? Vnde Paulus: Scimus autẽ quoniam diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonũ. Verùm circa hanc diuinam curam passerum, obiici posset illud Pauli: Nunquid de bobus cura est Deo? Et illud Hieronymi in expositione. cap. Abacuc, vbi ait: Absurdum est ad hoc Dei deducere maiestatem, vt sciat per momẽta, singula quot nascantur culices, quótve moriantur, quę cimicum & pulicum & muscarum sit in terra multitudo, quanti pisces in aqua natent, & qui de minoribus maiorum prædæ cedere debeant. Sed dicendum, D. Hieronymum, quemadmodum patet ex præcedentibus & sequentibus, nõ negare, Dei scientiã & prouidentiam se extendere ad omnia quantumuis minima, sed non talem esse Dei prouidentiã erga irrationabilia, qualis erga rationabilia. Distinguit enim duplicẽ Dei prouidẽtiã, vnã generalẽ, qua scilicet Deus omnibus suis creaturis prouidet secũdum ordinem & cursum causarum naturalium à se institutarũ, quibus indefinẽter cooperatur: Alteram specialẽ, qua Deus solus hominibus prouidet, non tantùm secũdũ generalem illam dispositionem causarum naturaliũ, sed præter illã Angelos singulis hominibus adeustodiam deputans, legesque præscribẽs, & gratiã donans, per quæ homo ad dignitatem, quæ suam naturalem & communem superat cõditionẽ eleuetur. Vnde ante prædicta verba præmittit: Sicut ergo in hominibus etiam per singulos currit Dei prouidentia, sic in cæteris animalibus generaliem quidem dispositionem & ordinẽ cursumque rerum intelligere possumus. Et post prædicta verba subiungit: Non simus tã fatui adulatores Dei, vt dum potẽtiam eius etiam ad ima detrahimus, in nosipsos iniurioſi simus, eandem irrationabiliũ quam rationabiliũ prouidentiam esse dicẽtes: ex quo liber ille apocryphus stultitiæ condemnãdus est, in quo scriptum est, quendam Angelum nomine Tyri præesse reptilibus, &c. Ita & Paulus dum negat Dei curam de bobus, de speciali illa cura locutus est, significans non esse eam curam Deo de bobus, vt propter eos legem aliquã dedisset, nisi quatenus illa etiam ad homines pertineret. Vide magistrum sententiarum dist. 39. lib. 1. Vtraq; Dei prouidentia hic satis indicatur, dum significatur quędam Dei pronidentia tanquã creatoris & Dei & quædam tanquam patris nostri. Nec obstat dictis illud Sapientiæ: Æqualiter cura est illi de omnibus. Primùm enim de hominibus tantùm est ibi sermo. Deinde æqualiter, vel potius similiter (Nam Græcè est ὁμοίως) dicitur illi esse cura de omnibus, quia sine acceptione personarũ singulorũ habet curam, & quia & magnorũ, & paruorum, & omnino omnium. *sap. 9.*

OMNIS ERGO QVI CONFITEBITVR ME CORAM HOMINIBVS, CONFITEBOR ET EGO EVM CORAM, &c.] Coniunctio, *ergo*, non tam accipitur hic illatiuè quàm continuatiuè. Vnde apud Luc. c. 12. est: Dico autem vobis, omnis quicũque confessus fuerit me, &c. Alia ergo hic ponitur ratio, qua ad prædicãdum intrepidè veritatem suos animat intuitu præmij & honoris incomparabilis, qui manet cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fitentes: ac supplicij & ignominiæ, quæ manet ne A gantes. Habet autem magnam vim ad persuadendum, vt Christum liberè coram mundo confitea mur, ista cõparatio, qua patrẽ hoc loco, & apud Lucam Angelos sanctos componit cum hominibus, tum ꝙ se componit nobiscum etiamnũ mortalibus. Nihil enim magni est si nos Christum cõfiteamur, hoc est, prædicemus, & testimoniũ illi perhibeamus coram mortalibus: Nam hinc quantula illi gloria est? Verùm si ipse nos coram patre suo & Angelis confessus fuerit, quod fiet si inter suos agnouerit, etimus in æternum beati. Rursus si Christus coram hominibus nõ laudetur, nihilo minor erit: at si nos ille neget coram patre, actũ est de nobis in sempiternũ. Non ergo redditurus B est vices pares, sed longè excedentes nostra merita. Cæterùm quãquam hæ duæ sententiæ ad literam dictę sunt à Domino de testimonio oris, quo testamur ipsum esse Christum & Deum, idque potissimum apud infideles & impios. (Nam Marc. 8. additur, in generatiõe ista adultera & peccatrice) tamen etiam generaliter sunt intelligendæ, tũ de testimonio cuiusuis veritatis, quod ore fit: tum de testimonio operis, quo videlicet ipso opere testamur nos Christum agnoscere prø Domino nostro, cui præ aliis in omnibus sit obediendum. Quicunque enim veritatẽ quamuis negat, Christum qui veritas est, quodammodo negat. Et qui C præceptis Christi non obtemperant, factis suis illum negant. Non extorquet iam tyrannus negationem Christi, & ob id non iam tanti est meriti fideles confiteri Christum apud fideles, sed quoniam nusquam non desunt impii, plerunque extorquent illi neglectum præceptorũ Christi. Qui ergo vel propter ruborem & irrisionem impiorum, vel propter lucrum mundanum, & amicitiã quorundam Christi mãdatis obedire neglexerit, hominumque gratiam vel suum commodũ temporale Christo prætulerit, quoniam factis illum negat, negabitur & ipse à Christo coram patre & Angelis Dei.

NOLITE ARBITRARI, QVIA VENERI PACEM MITTERE IN TERRAM. NON VENI PACEM, &c.] Quoniam dixerat, confi- D tendum nomen suũ coram hominibus, atque ea reseiret in mũdo varios tumultus exorituros: rursum quia dixit superius, tradet autem frater fratrem in mortem, &c. ne ob hæc Apostoli scandalizarentur, potissimum quòd parum conuenire videretur ista cum plerisque prophetarum vaticiniis, quibus mirifica pax & rerum tranquillitas in regno Christi futura prædicitur, præoccupat nominus obiectionem quæ fieri poterat, docens ob pacem cum hominibus seruandam, non esse desistendum à cõfessione nominis sui, nec turbari debere ob exorta in mundo dissidia, quòd ad illa mundo immittẽda venerit. Cùm autem dicit: *non veni pacem mittere*, intelligendum pacem omnimodam, aut mundanam & externam, quamque mundus desiderat. Atque ob id videri potest addidisse, *in terram*, vt significaret se de terrena loqui pace. Pax autem de qua prophetæ vaticinati sunt, pax est mentis, & pax fideliũ inter se, & cum Deo ac Angelis eius, quã sequitur æterna illa pax cœlestis, quę ab omni tumultu erit libera. Portrò gladium vocat bellum, separationem & discordiã, fidelium scilicet & infidelium inter se. Sic enim Lucæ 12. dicitur: Putatis quia pacem veni mittere in terram? Non dico vobis, sed separationem. Hic gladium dicit se missurum venisse, eo loquendi modo, quo dicitur positus in ruinam multorum, & tradere aliquos in reprobum sensum, nimirum quia ex eius in hunc mundum aduentu & prædicatione, secutura esset ipso sciente, & volẽte, aut permittente huiusmodi separatio. Nam alioqui, quantum in se erat, omnium hominum concordiam in fide optasset. Si tamen separatio hæc tantùm intelligatur de ea qua fidelis est separatus ab infideli, non ea qua infidelis separat se a fideli, atque ab eo dissidet, rectè intelligitur etiã propria locutione Dominus venisse vt pacem quorundã dirimeret, & quosdam ab aliis separaret. Quoniã etiam non omnes erant prædestinati ad vitam æternam, & ad prædestinatos tantùm vocãdos Dominus venerat, qui vocati esse non poterant, nisi se in fide, religione & conuersatione separarent à reprobis, venit vtiq; vt illos à reprobis separaret. Quod ergo ad fideles attinet, separatio Christo est tribuẽda tanquã authori, quod verò ad infideles malitiæ infidelium. Deo sic permittente & sinente, ad gloriam suam & electorum salutem. Cęterùm quãtũ sit illud bellũ quod missurus venit, aperit Dominus in subsequẽtibus, quibus aperit plusquam seditiosum & ciuile fore, nimirum etiã domesticum. *Veni* (inquit) *separare hominem aduersus patrem suum*, &c. In quibus verbis omnino allusisse videtur ad Micheæ locum, cap. 7. vt rem paradoxam & quæ scripturis videtur aduersari, scripturæ verbis commendatiorem redderet. Sic enim legimus: Nolite credere amico, & nolite confidere in duce, ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurget aduersus matrẽ suam, nurus aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. In alio tamen sensu hæc dicta sunt à prophera, quàm hic à Domino. Siquidem propheta illa dixit de conflictatione impiorum inter se in temporum suorum calamitate & iniquitate, vt patet ex his quæ apud ipsũ prẽmittuntur. Dominus verò hæc dixit de discordia infidelium & fidelium. Recenset autem tria dissidẽtium paria, in quibus quinque personæ continentur, quę in vna domo familiariter, & arctissimo cõsanguinitatis & affinitatis vinculo cohabitare vt in plurimum solent, nempe filius, pater, filia, mater, quæ eadem & socrus est & vxor filij, hoc est, nurus. Vnde Luc. 12. dicitur: Erunt ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres. Portrò persona quæ dicitur separãda cõtra aliam, videtur semper esse intelligẽda persona infidelis, vt sit sẽsus: Veni separare filium infidelem aduersus patrem suum fidelem, & sic in reliquis. Et illud: *Inimici hominis, domestici eius*, accipiendum de homine fideli. Nam fideles non gerunt se tanquã infideliũ inimici, nec aduersus eos insurgunt aut bellum gerunt, sed quantum in ipsis est, pacẽ habent cum omnibus hominibus. Si tamen quod dicitur de persona separanda contra aliam, intelligere quis velit etiam de persona fideli, intelligẽdũ personam fidelem separandam aduersus personã infidelẽ, non ꝙ cum ea contendet, eamque persequetur, sed quia ab ea in sententia, fide, & religione dissentiet. Sic etiã infidelis hominis domestici fideles sunt ei inimici, quia ei sunt in sentẽtia contrarii, nec acquiescere volunt.

QVI AMAT PATREM AVT MATREM PLVS QVAM ME, NON EST ME DIGNVS, &c.] Quia iam dixit: Non veni pacem mittere, sed gladium, & diuidere hominem aduersus patrem, & matrem, & socrum; ne quis pietatẽ religioni anteferret, commodè subiecit: *Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus*, hoc est, meo consortio & meo nomine indignus est. Itaque primùm affectum filiorum erga parentes, deinde etiam illo potentiorem affectum parentum erga filios docet esse suo amori postponendũ: per hos duos affectus potẽtissimos significans, omnes affectus hominis ad hominem debere cedere suo amori. Tertio postea loco ad B huc prædictis affectibus potentiorem vult suo amori cedere debere, dum subiicit: *Et qui non accipit crucem suam*, &c. quo significat amorem proprium & propriæ etiam vitę postponendum amori suo. Accipit autem crucem suam qui quemuis cruciatum & mortem quantumuis contemptibilem, quæ illi propter Christũ intentatur ab impiis Deo permittente, nõ recusat subire propter Christum. Quoniã enim crux, supplicij genus erat dirissimum & contemptibilissimum, in hoc nomine omnem cruciatum, ignominiam & mortem significauit, simul & ob id hoc nomine vsus: vt significaret se crucẽ portaturũ, & in ea suffigendũ. Vnde addidit; *& sequitur* me; quo significat, eos C qui accipiũt crucem quæ eis infertur, se hac in re secuturos, qui propriè dictã crucẽ non esset recusaturus. Significat etiã qua ratione crucẽ quis suscipere debeat, nimirũ propter Dei gloriam, propter quam ipse crucifixus est. Portrò quanquã his verbis propriè & secundùm sensum primò intentum exigat Dominus tolerãtiam cuiusuis cruciatus, ignominiæ & mortis propter nomen suum, tamen etiam secundùm sensum generalem rectè intelligitur hęc sentẽtia de tolerantia quarumuis aduersitatum & miseriarũ quæ in hac vita à Deo cuiuis immittuntur. Non enim dignus est Christi vocari Discipulus, qui non æquo animo accipit & tolerat quæ à Deo immittuntur aduersitates. Rursum secundùm mysticum sensum intelligẽda D etiã hæc sentẽtia de martyrio spirituali, quo quis sponte suam carnem crucifigit cum Christo, cohibendo eam à vitiis & concupiscentiis suis. De tolerantia tamẽ cruciatuum propter nomẽ Christi, locum hũc propriè intelligendũ patet ex sequentibus: *Qui inuenit animam suam, perdet illam*, &c. Vbi Dominus, ne durum videretur quod dixit de accipiẽda cruce, ostendit, quantum sit homini lucrum, si propter ipsum cõtemnat etiam propriã corporis vitam: & cõtra, quantum adferat hominidetrimentum, si ipsam corporis vitam propter ipsum amittere noluit. Portrò quod dicit: *Qui inuenit animam suam, perdet illam*; quidem sic intelligi posse putant: Qui salutem animę suæ quęrit æE ternam inuenire, talis nõ dubitabit eam perdere, atqs in mortem dare. Verùm quoniam, *inuenit*, hic non est præsentis temporis, sed præteriti, vt patet ex Græcis, quæ habent ὁ εὑρὼν, deinde quia omni no videtur sequentem sententiam Dominus subiunxisse tanquam contrariam isti, potius intelligenda est hæc sententia in contrario sensu isto: Qui in periculo vitæ cõstitutus, vitam suam lucratus est per negationẽ nominis mei, is perdet vitam. Et contra, qui perdiderit vitam suam propter confessionem nominis mei, inueniet vitam in futuro seculo. In ptiori enim sententia oportet sub

intelligere, per negationem mei, aut qui inuenit A animam suã posthabito me, aut simili aliquo modo. Nam tale quid subintelligendum indicat illa pars, *propter me*, in secunda sententia. Idem dicendum de similibus sentẽtiis quæ postea occurrunt in Euangeliis, vt cùm dicitur postea Matt. 16. Mar. 8. Luc. 9. & 17. Qui voluerit animam suã saluã facere, perdet eam. Qui perdiderit animã suam propter me, inueniet eam, vel saluam faciet eam. Et Ioan. 12. cùm dicitur: Qui amat animam suã perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ex quarum sentẽtiarum collatione patet animam in præsẽti loco nõ conuenienter accipi pro vita quẽadmodum communiter hic exponitur. Nam in iam dictis sententiis sic non potest accipi, & potissimũ apud Ioannem. Proinde vt in omnibus his sentẽtiis anima eodem modo accipiatur, intelligendum eum inuenire animam suam, qui animæ suæ salutẽ comparat, siue corporalem, siue æternã: perdere autẽ animam, qui eius salutem amittit. Notandum autem quàm efficaces sint hæ sententiæ ad persuadendum contemptũ vitæ præsentis propter Christũ. Quoniam enim amor vitę & animæ maximè retrahit homines à tolerantia passionum propter Christum & Euangelium, ab his quæ maximè retrahunt, inducit ad harum tolerantiam, quasi dicat: Propter quid recusas meo nomine crucẽ accipere, & mortem propter Euangelium subire? an quia diligis animam tuam, eiusq; salutem quęris? Vel ob id ergo quia eam diligis, & eam saluam vis, perde eam in hoc seculo. Sic enim verè eius salutem assequeris, custodiens eam in vitam æternam. Cæterùm quanquam prædictis omnibus sẽtiis Saluator propriè velit nos dehortari ad vitæ præsentis contemptum, & ad subeundam mortem corporalem ob cõfessionem nominis ipsius: tamen sicut præcedens sentẽtia de accipiẽda cruce, per accommodationem non alienam ab intentione Domini, intelligitur etiã de spontanea carnis mortificatione: ita & his sententiis rectè intelligitur Dominus etiam adhortari ad contemptũ voluptatum vitæ præsentis, & ad mortificationẽ concupiscentiarũ animæ carnalium, vt sit sensus: Qui in hoc mundo assecutus est cõtra me animæ suæ desideria eamq; per horum assecutionem saluam & beatam facere voluerit, ac sic eam amauerit vt illius concupiscentiis acquiescere velit, perdet eam in futuro seculo. Cõtra verò qui propter mea præcepta & mei amorem, animæ suæ concupiscẽtias mortificauerit, animamq; suam afflixerit ieiuniis, orationibus, ac omni carnis ac passionum mortificatione, inueniet eã, & saluam faciet in futuro seculo. Sicuti enim duplex est martyriũ, vt docet Cyprianus, ita hæ & similes sentẽtiæ dupliciter accipiuntur: aut vt exhortatoriè ad subeundos cruciatus à tyrannis illatos: aut vt admonitoriè ad voluptatum contemptum, & crucifixionem carnis eum vitiis & concupiscentiis suis.

QVI RECIPIT VOS, ME RECIPIT: ET QVI ME RECIPIT, &c.] Post præcepta & pericula ad legationem & prædicationem pertinentia, cõuenienter iam vltimo loco dicitur de præmio recipientiũ Apostolos. Dixerat enim vipuere illos debere apud hospites suos, descripserat pœnã nõ recipientium eos, subiecit etiam grauissima ipsos à plerisque passuros: cõmodè ergo iam etiam tandem de præmio recipientiũ &

Universidad de Deusto
Biblioteca

notatiũ eos disserit:tum vt per hoc Apostoli alacriores & promptiores redderentur ad delegatũ ipsis officium: tum vt ad recipiendum eos, eorumq; similes omnes fierẽt faciliores.Nam quòd qui Apostolos recipit,Deum recipit,efficax est & ad confirmandum Apostolos,ne detrectent tãta pericula & labores adire, consideratione suæ dignitatis & reputationis apud Deũ, quantumuis ab impiis sint despecti,derisi & afflicti.Efficax itẽ est ad persuadendum alacriter ab omnibus ipsos hospitio recipiendos.Primum itaque manifestat præmium hospitum,à dignitate personæ receptę, quia qui eos recipit,ipsum Christũ recipit,& nõ ipsum solùm, sed etiam ipsum Deũ qui misit eũ quo honore & præmio quid potest esse maius? Porrò qui Apostolos recipit,Christum recipit:& qui hunc recipit:recipit Deũ patrem, non solùm quia Christus erat in Apostolis,& Deus in Christo,sed potius ob id quod Apostoli Christi negotium agebant & legatione pro eo fungebantur:sicut & Christus negotiũ patris sui egit: qui enim legatũ regis,nomine regis suscepit, quodammodo regem suscipere dicitur, vnde regiũ illi defert honorem,eumq; veluti sibi exhibitũ rex mittens reputat & acceptat.Atque ob id bene non dixit; qui me recipit,recipit patrem meum; sed,*eum qui misit me*; significans eum qui se recipit,ideo Deum recipere,quòd ab illo missus sit,qui proinde beneficium filio impensum veluti sibi præstitum acceptat.Deinde verò præter honorem recepti hospitis,manifestat hospitum præmiũ à mercede quã consequentur,significans non solùm magni esse honoris recipere Apostolos,sed etiam magnum parare homini fructum & mercedem.*Qui*, inquit, *recipit prophetam in nomine prophetæ* (hoc est, eo nomine & titulo quia propheta est, non nomine consanguinitatis,aut alio simili)*mercedem prophetæ accipiet*. Quod dupliciter potest intelligi. Aut vt simpliciter accipiatur significari,hospitem prophetæ sua beneuolentia æquari illi propemodum in præmio apud Deum,vt sit sensus: talem accipiet à Deo mercedem qualem propheta. Aut vt accipiatur significari,hospitem prophetę participem fieri eorum quæ salubriter propheta docet & facit,vt qui cooperetur ipsis dum eum sustẽtat quò suum officium exequi possit.Sic & de sentẽtia generaliori sequente(nam gradatim Dominus ascendit)dicendum:qui recipit quemuis iustum, etiamsi propheta nõ sit,eo nomine quia iustus est, mercedem iusti accipiet,siue quia hac sua beneuolentia æquat se iusto apud Deũ,siue quia participem se facit meritis illius iusto.Itaque illud;*in nomine prophetæ, & in nomine iusti*; additum est ad excludendum alios titulos hospitij concessi. Sũt tamen qui intelligũt has partes appositas ad significandum eum recepturũ suam mercedem qui aliquem recipit,eo nomine quia putat eum esse prophetam aut iustũ,etiamsi talis non sit qui recipitur.Ideoq; à Domino hæc esse prædicta, ne nimium anxiè homines perquirerent quibus benefacere debeant, dũ ignorant quis sit propheta aut iustus.Sed si hũc sensum Dominus voluisset, dicendum fuerat:Qui recipit aliquem in nomine prophetæ,& qui recipit aliquem in nomine iusti. Sunt item qui in illis orationibus; *in nomine prophetæ,& in nomine iusti*; accipiunt prophetam & iustum pro Christo,vt sit sensus,Qui recipit prophetam aut iustum in nomine meo.Et quod sequitur; *mercedem propheta & iusti accipiet*; sic accipiunt:mercedem à me qui sũ propheta & iustus accipiet.Sed huic sensui non conuenit quod dicitur in tertia sententia; *in nomine discipuli*; pro eo quod in præcedentibus dictum est; *in nomine prophetæ vel iusti*. Et tamen his tribus particulis significare voluit,Dei & sui respectum habendũ in recipiẽdo propheta,iusto vel discipulo, quemadmodum patet ex eo quòd Marc 9. id quod hic postremo loco dicitur,sic effertur: Quisquis potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis,amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Nam sui causa propheta aut iustus aut discipulus non est suscipiendus,sed propter Deum & Christũ,hoc est,quia Dei propheta est,aut Deo seruiens,aut Christi discipulus.Itaq; cùm duabus sentẽtiis præcedẽtibus significauerit,quantum sit præmium primùm quidem recipientium prophetas,deinde generalius recipientiũ quoslibet iustos,intuitu Dei,iã tertio loco magis prouehens suum sermonem,docet magnum præmium manere etiam eos qui suo nomine infirmos fidelium vel minimo aliquo afficiũt beneficio:quale est præbere potũ aquæ frigidæ, quod etiã paupertimis est concessum,cùm recipere hospitio,& præbere vitæ necessaria, non sit omniũ. Quasi dicat:Non solum habebunt mercedẽ apud Deum,qui Dei nomine magnis prophetis & insigniter iustis benefaciũt,nec hi solũ qui magnis illos afficiunt beneficiis,vt qui hospitio suscipiũt: verumetiam qui meo nomine etiam vilissimis & minimis seruis meis vel exiguum aliquod beneficium impenderint.Dicit autem,frigidæ aquę, secundùm Hieronymum,ne & in calida sumptum lignorũ causari quis posset.Memorabilis sanè hic locus est,quo monemur & quanti nos Christo simus,quod fidem nostram in ipsum non patũ debet confirmare:& quanti vicissim haberi conueniat eos qui quocũq; modo Christi fuerint,quod iure attendere debet charitatem.Porrò dictio,tantum,referri potest vel ad superiora,vt sit sensus: sufficere si quis vel frigidam duntaxat aquam exhibeat:vel ad sequentia.vt intelligatur satis esse quiduis,modò id fiat tanquam discipulo.

ET FACTVM EST, CVM CONSVMMASSET IESVS PRAECIPIENS DVODECIM DISCIPVLIS SVIS, &c.]Hanc partem etsi omnes penè libri faciant principium capit.11. à quibusdam tamen coniũgitur cum cap.10.vt cap.11.incipiat illinc:*Ioannes autem cum audisset* &c. Illud, *consummasset præcipiens*, Græca est phrasis qua participiũ ponitur pro infinitiuo, & est sensus:cùm finem fecisset præcipiendi. Quam phrasim quidam non intelligentes,addiderũt hic de suo aliquid legentes hoc modo: *Cum consummasset Iesus verba hæc,præcipiens duodecim*, &c. Sic enim deprehendi in antiquo quodam exemplari scripto,cùm non sint illæ duæ dictiones, *verba hæc*,nec in Græcis,nec in omnibus penè Latinis. Et bene notandum non hic dictum esse,cùm consummasset verba hæc,vel sermones hos, vt alibi Matthæus dicere solet.Hoc enim obseruatum confirmat id quod prius dictum est,non omnia Christi verba superius à Matthæo iam posita, dicta à Domino in prima hac Apostolorum legatione, sed tantum ea præcepta quę ad primam pertinebant legationem;vt ob id dixerit Matthæus: *cùm consummasset præcipiens*.Nam multa prædictorum non

non sunt præcepta,sed malorum prędictiones,& bonorum promissiones. Sequitur in Matthæo, *transiit inde,vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum*.Transiit, inquit, inde, hoc est, à loco in quo hęc præcepta dederat,separans scilicet se ab Apostolis,vt semoti à præceptore sui periculũ facerent.Porrò cùm dicitur; *in ciuitatibus eorum*; si relatiuũ, *eorum*, refertur singulariter ad Apostolos, videtur significari Christum subsecutũ Apostolos,vt in quibus illi ciuitatibus prædicassent, ipse deinceps veluti via sibi per Apostolos facta, prædicaueritsecundùm quem sensum,hæc pars erat in Concordia collocanda post ea quæ de egressis Apostolis narrãt Marcus & Lucas. Verùm rectius intelligitur relatiuum hoc referri ad Iudæos,vt significetur Christum in his ciuitatibus prædicasse,in quibus Apostolos prędicare præceperat,nempe Iudaicis.Frequenter enim sic ponitur in scripturis relatiuum,vt nõ referatur ad proximum,ad quod videtur referri debere,sed ad aliquid non satis expressum,sed quod facilè intelligatur.vt cũ dicitur:Domine Deus noster,tu exaudiebas eos (vbi loquitur de Moyse, Aaron,& Samuel)Deus tu propitius fuisti eis,& vlciscens in omnes adinuẽtiones eorum: vbi,eorum,refertur ad Iudæos qui fuerũt tempore Moysis.Aaron, & Samuel.Bene autem obseruandum,quòd Euãgelista missis Apostolis ad prædicandum,dicat Dominum etiam transiisse vt doceret,&c.Non enim etiã tũc voluit ipse otiosus desidere, quasi emissis vicariis securus,sed similiter & ipse ad opus, ad quod alios misit,se accinxit,de ciuitate in ciuitatem prædicationis gratia transiẽs,multũ dissimilis multis nostri temporis pastoribus,qui satis esse putant quòd prædicationis officium vicariis quibusdam commiserint.Dicit autem; *vt doceret & prædicaret*;nulla miraculorum facta mentione, siue quia doctrina præcipuum Domini erat opus ad quod venerat:siue quia à miraculis faciendis abstineret, quamdiu prædicabant, & miracula edebant missi Apostoli,quò illorum maior esset auctoritas,quomodo intelligit Theophylactus.

EGRESSI AVTEM CIRCVIBANT PER CASTELLA, EVANGELIZANTES ET CVRANTES,&c.]Marcus explicatius narrat quid fecerint Apostoli,dicens quid prædicauerint,& quæ miracula fecerint:Dæmonia, inquit, multa eiiciebant,& vngebant oleo multos ęgros, & sanabantur,vel potius sanabãt.Sic enim habẽt Græca,ac sic in aliquis antiquot exẽplaribus Latinis manu scriptis deprehendi,quomodo & impressa quædam Biblia iam habent.Porrò quod attinet ad vnctionem olei,qua Marcus dicit Apostolos vsos fuisse ad sanandum,primò certum est Apostolos id fecisse ex instituto & præcepto Domini,etiamsi non dicantur à Domino iussi vt sic facerent.Deinde & illud certum,quod oleum hoc nõ naturaliter sanabat ægrotos,nec adhibebatur ab Apostolis veluti naturale pharmacũ.Nã quomodo eodẽ pharmaco quis mederi possit omninem hanc sequebatur sanitas,ac curãdi virtutem habuit oleum,quod Dominus ad curationem adstolos legatos esse Messiæ,qui ab vnctione sic dictus est:tum vt sicut sanitas corporalis ostendebat iam adesse eum qui hominũ mentes sanare posset & vellet,ita per corporalem vnctionem ostẽdere tur,& qua ratione quóue pharmaco sanitas mẽtis reparari posset,nempe per vnctionem olei inuisibilis,qui est spiritus sanctus.Verùm incertum est an hæc vnctio eadem fuerit cum ea qua nunc vtitur Ecclesia circa ægrotãtes,quæ est vnum Ecclesiasticorum sacramẽtorum.Quod enim sit eadẽ, apparet ex Theophylacto & Beda,qui testantur, hanc vnctionem talẽ fuisse,qualis est ea cuius meminit Iaco.in epist.sua.Sic enim habet Theophylactus.Quòd vnxerint oleo Apostoli,solus Marcus narrat:quod frater Domini Iacobus dicit: Infirmatur quis in vobis,aduocat presbyteros Ecclesiæ,& orent super eum,vngentes eum oleo.Beda autem super Marcum sic scribit: Dicit Apost.Iacobus; Infirmatur quis in vobis,&c. Vnde patet ab ipsis Apostolis hunc sanctæ Ecclesiæ morẽ esse traditũ.vt energumeni vel alij quilibet ægroti vngantur oleo pontificali benedictione consecrato. Idem super Iacobũ sic inquit:Hoc & Apostolos fecisse in Euãgelio legimus,& nunc Ecclesiæ consuetudo tenet,vt infirmi oleo consecrato vngãtur à presbyteris,& oratione comitante sanentur.Ex quibus patet hos sensisse vnctionem,cuius hic fit mentio,eandem fuisse cum ea cuius meminit Iacobus,& quam hactenus seruauit Ecclesia.Cuius tamen contrarium videri potest, tum quòd hæc Apostolorum vnctio solùm vel potissimum videtur facta fuisse propter sanitatẽ corporalem,cùm Ecclesiastica vnctio potissimum fiat pro remissione venialium peccatorum, & mẽtis alleniatione, eo quòd sit vnum sacramentorum, quorum effectus præcipuè intentus debet esse spiritualis:tum quòd hac vnctione Apostolorum non tantùm fideles & baptizatos(qui soli sunt sacramẽtalis nostræ vnctionis capaces)verisimile sit fuisse perunctos,vt omittamus quòd nõ tantùm infirmos & lecto decumbentes verisimile sit eos vnxisse, sed & quouis morbo laborãtes,vt leprosos,cęcos, ac similes.Itaque videtur verisimilius dici posse,hãc Apostolorum vnctionem,non fuisse eandem cum nostra sacramentali,nostram tamen ab illa sumpsisse originem:quemadmodum impositio manuum,qua frequenter Dominus languidos curauit.Quoniam enim sanitas corporalis,quã Dominus perse vel suos quibusdam præstitit, typus erat & vmbra sanitatis spiritualis,& nobis in collatione sanitatis spiritualis, sensibilibus quibusdam signis opus erat, conuenienter ea signa & symbola externa assumpta sũt ex institutiõe Christi,aut spiritus sancti doctrina,quibus Christus & sui in collatione sanitatis corporalis vsi fuerãt.Sic Ecclesia ad imitationẽ Christi, ex ritu antiquissimo sputo tangens aures & os baptizãdi,dicit:Hophetah,quod est,adaperire.Quãquam autem hęc vnctio cuius hic meminit Marcus,possit valde probabiliter credi non esse omnino eadem cum ea quã habet Ecclesia inter sacramenta,sed talis qualem dicitur & Diua virgo vsa,& Genouefa pro curatione infirmorum,& presbyteri quidam in Ægypto leguntur oleum ad infirmos transmisisse, ac sanasse eos:tamen dubitari non potest de vnctiõe cuius meminit Iacobus,quin sit sacramentalis,& ea quam secundùm præceptum Iacobi ex institutione Christi aut spiritus sancti seruat Ecclesia. Nam præterquam quòd ipsa Iacobi verba manife

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtè declarãt vnctionem de qua loquitur eſſe ſacramentum,quale baptiſmus & ſimilia(ſignificãt enim omnia ad ſacramẽti rationem neceſſaria,nẽpe ſignũ ſenſibile à presbyteris,hoc eſt, ſacerdotibus adminiſtrandum ſolis fidelibus,ſubſequente effectu ſpirituali remiſſionis peccatorum)etiam hoc diffinitum eſt tum in concilio generali Florentino,tum ab Innocẽtio 1. ante annos mille & centum.Sic enim habet in epiſt.decretali ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, cap.vlti. Sanè quoniã de hoc ſicut de cæteris conſulere voluit dilectio tua,adiecit etiam filius meus Celeſtinus diaconus in epiſtola ſua eſſe à tua dilectione poſitum illud quod in Iacobi epiſt. conſcriptũ eſt; Infirmatur quis in vobis,&c. Quod nõ eſt dubium de fidelibus ægrotãtibus accipi vel intelligi debere,qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo cõfectum,non ſolùm ſacerdotibus,ſed omnib⁹ vti Chriſtianis licet in ſua aut ſuorum neceſsitate inungẽdo. Cæterùm illud ſuperfluũ videmus adiectum vt de Epiſcopo ambigatur, quod presbyteris licere dubiũ non eſt. Nã idcirco de presbyteris dictũ eſt,quia Epiſcopi occupationibus aliis impediti,ad aliros lãguidos ire nõ poſſũt. Cæterũ ſi Epiſcopus aut poteſt aut dignum dicit aliquem à ſe viſitandum & benedicere & tãgere chriſmate,ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere.Nam impœnitentibus illud fundi non poteſt,quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo vnum genus poſſe putatur cõcedi?Hæc ille:quorum pars citatur à Gratiano diſt.95.Illud ſuperfluũ.meminit huius diffinitionis etiã Beda,qui in Iacobum poſt ſuperiora verba ſubiicit:Nec ſolùm presbyteris,ſed,vt Innocẽtius Papa ſcribit,etiam oĩbus Chriſtianis vti licet eodẽ oleo, in ſua aut ſuorum neceſſitate vngẽdo, Vbi videndũ quomodo dicant Innocẽtius & Beda, nõ ſolis presbyteris,ſed oĩbus Chriſtianis licere vti hoc oleo,cũ ſuus ſacerdos huius ſacramẽti ſit miniſter,quemadmodũ ſatis patet ex verbis Iacobi.Sed omnino videtur Innocentiũ voluiſſe licere laicis eo vti,quod eo vngi poſſent,nec hoc oleũ proprium eſſet ſacerdotibus quemadmodũ vnctiones ſacerdotales.Vnde dictio,inungẽdo, accipienda hic eſt in paſsiua ſignificatione,nõ autẽ actiua.Quod ſignificatur ſatis,cùm dicit laicos eo vti poſſe in ſua neceſsitate inungendo,nullo addito accuſatiuo.Nõ enim veriſimile eſt eum voluiſſe dicere quòd eo oleo ægroti ſeipſos vngerent.

DESCRIBITVR IOANNIS DECOLLATIO,ET FAMA IESV apud Herodem. Matth.14 Marc.6.Luc.9.

CAPVT LVI.

*c autem †h. & dicebant a b. o resurrexit ‖b Alii autẽ dicebãt: Quia Elias eſt. Alij verò dicebant. Quia propheta eſt: quaſi vnus ex prophetis ‖b. & *a autem †b cumque ‖a. Dams his inquit ‖a. o iuramentum a a. o eos qui ſimul recũbebant †a. o inſtit a a. alla tum eſt ‖a. datum eſt †a. illa at tulit a a. & accedẽtes diſcipuli eius

[b]T[a] *in illo tempore* [a]*audiuit* *[b]*rex* [a]*Herodes* ſ *tetrarcha* [a]*famã Ieſu* [&] [c]*omnia quæ fiebãt ab eo*([b]*manifeſtũ enim factũ eſt nomen eius*)[c] *& hæſitabat eò*,ꝙ† [b]*diceretur à quibuſdã, Quia Ioãnes Baptiſta* ◁ [b]*ſurrexit à mortuis*,[b] *& propterea virtutes operãtur in illo.* ‖ [b] *A quibuſdã verò,quia Elias apparuit:ab aliis autẽ,quia propheta vnus de antiquis ſurrexit.*[b] *Quo audito,ait Herodes:Ioãnẽ ego decollaui,quis eſt autem iſte de quo ego talia audio?Et quærebat videre eũ.* [a]*Et*[b] *Herodes*[c] *ait*[a] *pueris ſuis:*[b] *Quẽego decollaui Ioannẽ,hic à mortuis reſurrexit.*[a] *Hic eſt Ioannes Baptiſta,ipſe ſurrexit à mortuis,& ideo virtutes operãtur in eo.* [Nã] *[b] cũ dies oportunus accidiſſet,*[a] *die natalis Herodis,*[b] *Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilææ.Cũq; introſſet*[c] *filia*[b] *ipſius*[c] *Herodiadis,*[a] *ſaltauit in medio,& placuit Herodi.Vnde cũ iuramẽto pollicitus eſt ei dare quodcũq; poſtulaſſet ab eo.*[b] *Et* [cũ] *ſaltaſſet & placuiſſet Herodi,ſimúlque recũbẽti bus,rex ait puellæ:Pete à me quod vis,& dabo tibi.Et iurauit illi:Quia quicquid petieris dabo tibi,li cet dimidiũ regni mei.Quæ cũ exiiſſet,dixit matri ſuæ:Quid petã? At illa dixit:Caput Ioãnis Baptiſtæ.* [a] *At illa præmonita à matre ſua*† [b] *cũ introiſſet ſtatim cũ feſtinatione ad regẽ petiuit* ◁ [c] *dicẽs:Volo vt protinus des mihi*[a] *hic*[c] *in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.Et cõtriſtatus eſt rex.Propter* ‖ *iuſiurãdũ*[a] *autẽ & ▽propter ſimul diſcũbentes*[b] *noluit eam contriſtare,ſed miſſo ſpiculatore*† [c] *præcepit afferri* [&] [a] *dari*[b] *caput eius in diſco.*[a] *Miſitque,& decollauit Ioannem in carcere.Et* ◁ *attulit*[c] *caput eius in diſco: & ‖dedit illud puellæ,&† puella dedit matri ſuæ.*[b] *Quo audito* ◁ [c] *Diſcipuli eius*[a] *venerunt, & tulerunt corpus eius,*[b] *& poſuerunt illud in monumento,*[a] *& ſepelierũt illud,& venientes nũciauerũt Ieſu.*

IN illo tempore audivit rex Herodes tetrarcha famam, &. Poſt Apoſtolorum miſsionem, ſubiungendam eſſe hanc de Herode & Ioanne hiſtoriam,ſuprà probatum eſt.non ſolùm ob id quòd eã Marcus & Lucas ſubiungunt ſuperioribus,ſed etiam quia ſeceſſus ille Domini, de quo capite ſequenti,à Matthæo ſcribitur factus poſt auditã occiſionem Ioannis,quem alij duo factum narrãt poſt reuerſionem Apoſtolorũ.Porrò quod fuerit illud tempus,quo audiuit Herodes famam Ieſu, patet ſatis ex ſequẽtibus,nimirũ quòd circa tempus Paſchæ tertij,cùm iam plus quàm totũ vnũ annum in Galilæa Chriſtus prædicaſſet poſt traditionem Ioannis in carcerem,vt mirum ſit poſtãtum temporis primùm Herodem de Chriſti factis audiuiſſe,niſi quòd hinc aduertere liceat craſſam tyranni huius negligẽtiam: quomodo multi in poteſtate conſtituti,quę ſalutaria ſunt tardè addiſcunt,quia non multam eorũ habent curam,& quia aliis diſtrahuntur negotiis, quemadmodum huic cõtigiſſe potuit.Nam, vt teſtatur Ioſephus, bellum fuit Herodi cum Aretha rege, quando repulſa ipſius filia quam in vxorem acceperat, ſui perduxerat Herodiadem.Quod autem Herodem hunc qui fuit filius Herodis maioris, Marcus regem vocet, cùm Matthæus eum vocet tetrarcham,in cauſa eſt quòd tetrarchatus,quædam poteſtas erat,regiæ dignitati non multum abſimilis:vnde tetrarchia Ioſepho, Plinio & Ciceroni vocatur regnum,vt oſtenſum eſt capite Concordiæ 13.Sed difficultas eſt quomodo Matthę⁹ dicat Herodem dixiſſe pueris, hoc eſt,famulis ſuis, Ieſum eſſe Ioannem à mortuis redeuntem,quod & Marcus eum poſt aliorum ſentẽtias auditas aſſerit affirmaſſe, cùm Lucas dicit eum hæſitaſſe, & hæſitãdo dixiſſe.*Ioannem ego decollaui,quis eſt autem iſte de quo ego talia audio?* Ad quod tripliciter reſpõderi poteſt. Aut enim dici poteſt, Herodem priùs quidem hæſitaſſe,ſed deinde confirmatum affirmaſſe ipſum eſſe Ioannem,& negaſſe,cùm vulgo loqueretur eum eſſe Ioannem,ne ad eum cõcurrerent,& contra ſe ſeditionem concitarent:affirmaſſe autem ſeorſum famulis ſuis,quibus confidenter ſententiam ſuam atq; timorem aperuerit. Veriſimile eſt enim ipſum iam magis timuiſſe,ne Ioannes ex mortuis reſurgens & potentior effectus,ipſum vehementius argueret, ac cum huiuſmodi timore dixiſſe ſeorſum famulis ſuis quod narrat Matthæus.Aut dicendũ,verba Herodis apud Matthęum & Marcũ eſſe pronunciãdà more hęſitantis & interrogãtis,vt ſit ſenſus: Num hic eſt Ioannes Baptiſta? Nũ ipſe ſurrexit à mortuis? Et quem ego decollaui Ioannem, num hic ſurrexit à mortuis? Aut.quòd eodẽ ferè recidit, intelligenda ſunt verba Herodis apud Matthæum & Marcũ dicta eſſe per ironiam. Sic enim intelligit D.Hieron.in Marcum.Circa quem Marcum notandum,quòd cùm paſſim in eo legamus in principio huius hiſtoriæ,*Et dicebat, Quia Ioãnes Baptiſta reſurrexit à mortuis*,&c. Auguſtinus lib.2.de conſenſu Euang. legit pluraliter, *& dicebant*, vt non ad Herodem referretur, ſed ad aliquos è turba. Quę lectio magis cõgruit narrationi Lucę,& ordini etiam apud Marcum ipſum.Quomodo enim alioqui cõuenit,vt poſtquam ſemel ſentẽtia Herodis de Ieſu expreſſa fuit,deinde aliorum ſententiis,interpoſitis inferretur;*Quo audito Herodes ait:* Illa enim verba ſatis ſignificant ſuperius aliorũ ſententiam tantùm eſſe poſitam.Et D.Thomam quoque ita legiſſe,*dicebant*; quamuis in contextu Cathenæ habeatur, *dicebat*, patet ex ipſius cõmẽtario.*Et dicebant*,inquit,ſcilicet aliqui de turba.Apud Bedam etiam in contextu ponitur *dicebant*; atque illum ſic legiſſe patet ex commentario,in quo hæc verba Iudæis tribuit,non Herodi. Et tamen Græci omnes codicès habent, verbum ſingularis numeri, ἔλεγεν: verùm facilè ἔλεγον potuit mutari in ἔλεγεν, ab aliquo qui putauit hæc verba Herodi tribuẽda, tum quòd non præcedat mentio de aliis quibus tribuantur,tùm quòd hęc verba apud Matthæum Herodi tribuãtur. Porrò quomodo Herodes &populus putauerint Ieſum eſſe Ioannem à mortuis reſuſcitatum, aut vnum aliquem antiquorum prophetarum, quanquam Diuus Hieronymus nolit huius alieni erroris aſſignari rationem, tamen omnino ea videtur eſſe cauſa quæ dicta eſt circa caput Concordiæ 16. Nempe quòd pleriq; Iudæorum quæ de reſurrectione mortuorum ex ſcripturis didicerunt,confundentes cum philoſophorum & Græcorũ dogmatibus, crediderint παλιγγενεσίαν & μετεμψύχωσιν,hoc eſt,iteratã generationẽ & tranſanimationem,ſecundùm doctrinam Pythagoræ, qui ſe primùm fuiſſe Euphorbum, ſecundò Callidem, tertiò Hermotimum,quartò Pyrrhum, ad extremum Pythagorã aſſeruit.Similem enim hereſim Ioſephus tribuit Phariſæis, de quibus ſic ſcribit lib.2.de bello Iudai.cap.7. Animam omnem quidem incorruptam eſſe dicunt, tranſire autem in

alia corpora ſolas bonorum,improborum autem interminabili ſupplicio cruciari, Idẽ teſtatur Eſſenos ſecundùm Græcorum ſententias pronunciaſſe, animas bonas vltra Oceanum degere, vbi eis ſit repoſita perfruitio. Illic enim eſſe regionẽ quam Oceano oriẽs Zephyrus,& leniter aſpirãs amœnet.Malis autem animabus procelloſa loca & hyberna deputata eſſe,plena gemitib⁹.Vt hinc intelligere liceat quàm corrupta fuerit dogmatibus philoſophorũ integritas fidei,quę antiquitus fuit in patribus Iudæorũ.Siquidem tẽpore Chriſti Iudæi paſſim Græcã magis intellexerunt quã Hebręam linguam,*παλιγγενεσίας* meminit Diuus Auguſtinus lib.22.de Ciuitate Dei cap.28. referens verba M.Varronis in libris quos conſcripſit de gente populi Romani,vbi ſic habet: Genethliaci quidam ſcripſerũt eſſe in renaſcendis hominibus,quam appellant *παλιγγενεσίαν* Græci, hanc ſcripſerunt confici in annis numero quadringentis quadraginta, vt idem corpus & eadem anima quæ fuerant coniuncta in homine aliquando,eadem rurſus redeant in cõiunctionem.Lactantius quoque libr.7.verba Chryſippi Stoici ex eius de prouidentia libris refert,quibus ille reditum noſtrum poſt mortem aſtruxit,*καὶ ἡμᾶς*, inquit, *μετὰ τελευτὴν καὶ πάλιν περιόδων τινῶν ἐλευσομένων χρόνῳ εἰς τὴν ἰδίαν ἀποκαταστῆσαι σχῆμα*, id eſt. Et nos iam defunctos vita,certis tẽporũ reuolutionibus exactis, rurſum in eam quam nunc habemus faciem reſtitutum iri.Itaque Herodes Ioannem credidit reſurrexiſſe à mortuis,nõ quomodo nos credimus futurã mortuorum reſurrectionem in eodẽ corpore quod depoſuerunt,ſed quia anima ipſius aliud corpus eſſet ingreſſa.Propter merita aũt vitæ anteactæ,credidit ad vitam reuocatum,& tum propter ea merita,tũ quòd ex alia vita diuiniore rediiſſet:credidit eum qui priùs nullum fecit miraculum,iam veluti diuiniorem effectum, edere opera quæ eſſent ſupra humanas vires. Vnde dicit; *& ideo virtutes operantur in illo.* In qua oratione quidam virtutes exponunt, præcedentia Ioannis merita,& opera bona,quæ intelligũt dici operari in Ioanne,eo quòd eſſent cauſa ob quã tanta miracula facere ei datũ eſſet.Verùm non eſt Græcis hoc loco *ἀρετὰι*,ſed *δυνάμεις*, quod non eſt Græcis virtutum vitio oppoſitũ,ſed infirmitati. Accipitur autem in ſcripturis frequẽter pro miraculis. Vnde quidam ſic exponunt: *virtutes operantur in illo*,hoc eſt, miracula patrãtur per ipſum,quaſi operantur accipiatur paſſiuè,cùm Græcis ſit verbũ actiuũ, plus etiam quid ſignificãs quàm operari. Eſt enim ἐνεργῆσαι, hoc eſt,agũt & efficaces ſunt. Proinde pvirtutes hic oportet intelligere virtutes Angelicas, aut potius poteſtates edẽdi miracula, vt ſit ſenſus,virtutes edendi miracula ſunt in illo efficaces,& vim ſuam in illo vel per illũ exerunt. Circa hæc autem notandum,quàm ſint peruerſa impiorum iudicia.Ioannem enim,qui nullis claruerat miraculis,facilè credũt reuixiſſe,nulla etiã cum ratione id atteſtante.Ieſum verò approbatũ à Deo virtutibus & ſignis, cuius reſurrectionem Angeli, Apoſtoli,viri & fœminę teſtabantur,pertinaciſſimè negant reuixiſſe. Deinde notandum, quãta ſit impiorum ſtupiditas. Fatetur enim Herodes Ioannẽ reuixiſſe,fatetur eum nunc demum plus valere quã priùs valuerat,& tamẽ nihil pœnitudinis indicat quòd innocẽtem occiderit. Sic enim ſtupere ſolet impietas ad diuina, amare au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem non potest. Notandum & illud, quàm vanus sit impiorum timor, & quanta virtutis reuerentia. Is enim qui interemerat, timet interrẽptum. Nam qui iniquus est, conscientię remorsu exagitatus etiam mortuus timet: & qui virtutem colit, pauorem etiam post mortem immittit viuentibus. Nam, vt prius dictum est, cum timore verisimile est Herodem dixisse peculiariter suis seruis, quid de Iesu sentiret. Postremùm & illud obseruandum, in quàm pueriles errores etiam Iudæi vera pietate destituti inciderint tempore aduentus Christi, vt cùm abundauit ignorantia veri, superabundaret & cœlestis sapientia.

bCVM DIES OPORTVNVS ACCIDISSET, DIE NATALIS HERODIS, bHERODES, &c.] Quoniã superius facta est mẽtio mortis & decollationis Ioannis, obiter iam Matthęus & Marcus occasionẽ & modũ mortis eius enarrant p recapitulationem, captiuitatem & occisionem eius retexentes, sed captiuitatẽ eius in Concordia suo loco posuimus, vbi eius meminit Lucas: occisionem autem alio loco cõmodè non licuit collocare, quàm isto. In eo quod dicit Marcus, *cùm dies oportunus accidisset*; & oportunitas illa referri potest ad Herodiadem, vt significet Herodiadem insidiantem Ioanni obseruasse diei huius oportunitatẽ. Aut oportunitas ista referri potest ad Dei ordinationem, qui hunc diem ordinauit tanquam oportũnum & idoneum neci Ioannis. Decuit enim impij regis natalem sanctissimi viri morte funestari, luxumq; ac delicias aulicas crudeli morte abstinẽtissimi hominis inquinari. Cũ igitur magno luxu & fastu cœna natalitia instructa exhiberetur principibus Galileæ, Deo sic volẽte, vt plures habebat crudelitatis testes, ingressa est conuiuiũ puella, adulteræ matris inuerecunda filia, quæ nec de matris adulterio, nec de ignominia patri ac sibiipsi illata erubuit, imò & gaudere se demonstrauit, quæq; cùm pro virginum honestarum more virorum aspectus fugere debuisset, non solùm inuerecundè se omnibus videndã exhibuit, sed etiam indecora lasciuaq́ue saltatione, studuit delectare conuiuas, histrionis vilissimas partes suscipiẽs, cùm regis esset filia. Quo turpius saltabat, hoc est, tripudiabat, & gesticulabatur, quẽadmodum in choreis fieri solet (hoc enim significat dictio Greca ὀρχήσασθαι) hoc magis placuit cõuiuis, & regi iam bis insano, vt qui prẽter amorem incæstæ mulieris, etiam vino incaluerat. Itaque regali magnificentia, sed superbè & temerariè, dixit puellæ: Posce à me quicquid voles, & frustra non posces. Dabo enim tibi quicquid id fuerit quod postulaueris. Modestiæ certè & iustitiæ nimis oblitus, vt qui alioqui dicere debuisset; & si iustum fuerit quod poposceris, atque in mea potestate fuerit, dabo tibi. Quoq; maiorem fiduciã adderet puellæ petendi quicquid collibuisset, temulentum ac superbum promissum iureiurando confirmauit, atque etiam se dimidium regni paratum petenti præbere significauit. Rex sanè præ temulentia, superbia ac libidine planè stultus & insanus, vt q ludicra & lubrica saltatiũcula adeò est delectatus, vt pro ea etiam dimidium regni sui præbere paratus fuerit, quiq́ue cùm valde videri voluit magnificus, nullũ liberalitatis suę modum posuit, adeò vt & petitionem in manu puellæ posuerit, & daturum se quicquid peteret etiã iurauerit. At puella, quomadmodũ hanc fabulam instinctu matris ageret cœperat, nõ audet illicò pronunciare quid peteret, sed egressa è cõuiuio consulit matrẽ quid peteret. Illa iam nacta occasionẽ id perficiendi à quo hactenus erat impedita, cùm meritò hæsitandi locus esset, quid in tam exposita regis liberalitate esset petendũ, sine omni cunctatione docet filiam, petendũ esse caput Ioannis Baptistæ; declarãs nihil magis animum eius cruciare, quàm huius vitam, nec quicquam charius illi esse posse morte sanctissimi viri, nihil deterrita sceleris vel magnitudine, vel horrore indigno lætitia cœnæ natalitiæ. Adeò exæcat libido, vbi semel animũ hominis possiderit. Submonuit & hoc mater vt filia & properaret & sine omni dilatione peteret sibi dari caput Ioannis, metuens, ne quãdo feruor animi regij postea refrigesceret, ac magis sobriũs factus, testibusq́; iuramenti remotis, à promissione resiliret. Itaq; filia nimis ad flagitium docilis ac morigera, ingressa in conclaue, inuerecunde petit sibi protinus dari caput Ioannis, idq́ue in disco, vt ipsum velut missum vnum mensæ regiæ acciperet. Non enim satis fuit matri Ioannem occidi, sed caput sibi velut missum dari voluit: tum vt certior esset cædis ipsius: tum vt illuderet capiti illi, cuius lingua adulterii eius erat reprehensum, sesẽque ex illius cõspectu satiaret, quasi quæ luxu regiæ mensæ quantumuis variæ satiari non potuit, sed tantùm viri huius iamdudum desiderata morte. Iam autem vide pręposteram impij regis huius religionẽ. Cùm enim nulla religione reuocaretur ab impietate in fratrem & vxorem commissa; cùm pro re vanissima non horruerit promissionem iureiurando confirmare, hic iam irreligiosa religione putat se stultissimi iuramenti vinculo ita constrictũ, vt non possit negare quod petebatur iniquissimè, præsertim quoniam tot talibusq́ue testibus iurasset, apud quos noluit haberi periurus, cùm potuisset duplici via subterfugere petitionis concessionẽ, primùm dicẽs se promissione illa generali facta non astringi, nisi ad id quod licitum esset: deinde dicens etiam in malis promissis, quantumuis iuramento firmatis, rescindendam esse fidem. Verùm ad hunc modũ frequenter peccant principes quidam, quibus cùm sit familiare omnia fœderũ ac religionum vincula disrumpere, tamen nonnunquam impij iuramenti prætextu ad horrẽda facinora armãtur. Porrò si Dei religio Herodem vèrè perpulit ad iuramenti impletionem, cur non eadem auocauit ab occisiõne viri quem sciebat esse sanctũ, quem metuebat, & ob cuius mortem desideratam cõtristabatur? Si ab accũbentibus conuiuis noluit haberi periurus, cur non horruit ab eisdem haberi ad puellulæ saltatricis petitionem iniustæ cædis patrator? Cõtristabatur quidẽ partim quòd Ioãnem ex parte reuereretur, & horreret virum Deo & hominibus clarũ nulla ex causa iusta morte afficere: partim quòd seditionem aliquam à populo mouendã metueret, cùm res nota facta esset: sed vicit hunc mœrorem partim libido & amor incęstæ mulieris, cuius filiã noluit contristari: partim stulta persuasio iuramenti se constringentis, ex cuius adimpletione magis voluit hominibus quàm Deo videri religiosus. Vnde dicitur, *& propter simul discumbentes, noluit eam contristare*, vel, vt habent Greca, spernere aut contemnere: Diuus Ambrosius Herodis huius facinus pulchrè taxauit lib. de Nabuthe cap. quarto. Diues,

Diues, inquit, erat ille qui ad mensam caput prophetę pauperis iussit afferri, & aliud vnde saltatrici pręmiũ solueret nõ inuenerat, nisi vt pauperẽ iuberet occidi. D. Hieronymus autem existimat Herodem non verè, sed simulatè doluisse, atq; ob id fortè iurasse vt futurę occisioni machinas prępararet, scripturã tamen dicere eum fuisse tristatum, q consuetudo scripturarum sit, vt opinionem multorũ sic narret historicus, quomodo eo tempore ab hominibus credebatur, sicut Ioseph ab ipsa etiã Maria vocatur pater Iesu. Ita & nunc Herodem dici cõtristatum, quia hoc discumbentes putabant. Dissimulator enim, inquit, mentis suæ, & artifex homicidij sui tristitiam præferebat in facie, cùm lætitiam haberet in mente. Verùm prior sentẽtia est verisimilior, vel ob id q Marcus dicat Herodem metuisse Ioannem, & custodisse eum contra insidias Herodiadis. Ceterùm obseruandum quàm digni faerint tali cõuiuatore conuiuæ, quamq́; hic secũdum adagium, similes habebant labra lactucas, hoc est princeps crudelis nihilo humaniores cõuiuas, quos offendi timuerit, si quod bis stultè, imò insanè iurauerat, p necẽ innocentis non præstitisset. Nullus erat regi aut æquitati adeò amicus, qui rem tam nefariã interpellaret, quã si quis interpellasset, verisimile erat regem destituturum, vt qui tristitiam ostẽdebat, quiq́ue propter prẽsentes conuiuas petitioni acquieuit iniquę. Ad hunc certè modum reges frequenter nefaria audent, & vel inuiti patrãt quòd tales habeant amicos cõuictores, q vel adeò sunt timidi, vt non audeant reprehẽdenda reprehẽdere, vel crudelitatis fautores, & iustitiæ negligentes. Itaq; Herodes petitioni puellæ satisfacere volẽs, sine mora mittit carnificẽ, ac per eum decollauit Ioãnem occultè in carcere, propter populum scilicet veritus illum publicè supplicio vltimo affimissus quidam in disco. Traditur puellę, puella ad matrem horum malorũ artificem & fontem defert, munus charius dimidio regni. Hoc tã funesto spectaculo stultus & insanus rex gratificatus est incęstæ mulierculæ, natalémq; diem honestauit scilicet, quod quantum oẽs conuiuę exhorrere debuissent, etiam Ethnicorũ facta docẽt. Nã, vt testatur Hieronymus, Flaminius dux Romanorũ cùm accubanti iuxta meretriculæ, quæ nunquam se vidisse dicebat hominem decollatum, assensus esset, vt reus quidam capitis in cõuiuio truncaretur, à cẽsoribus curia pulsus fuit, quòd epulas sanguini commiscuerit, & mortẽ quamuis noxij hominis in alterius delicias pręstiterit. Quanto magis saltem arguendus erat à principibus Galilææ lege diuina instructis Herodes, quòd nõ horreret innocentem virum ad saltatricis petitionem obtruncare? Ideoq́; iusto Dei iudicio non tãtùm ob hanc innocẽtis cædem Herodes punitus est, priuatus suo regno, ac missus in exilium Lugdunũ Herodis Dei indignatio interitũ intulit, cũ Aretæ rex Arabiæ ob iniuriam filiæ, quæ legitima erat Herodis vxor, illatã, bellum inferret Herodi. Nã hunc interitum exercitus Herodis etiam Iudæi ex Dei indignatione pro vindicta occisi Ioannis accidisse crediderunt, teste Iosepho lib. 18. rerum Iudaic. cap. 10. Cæterùm Herodias accepto capite, illi illusit, linguam acu transfodiẽs, quæ illicitas nuptias arguebat, quemadmodum Fuluia capiti occisi Ciceronis illusit. Sic enim de his scribit Hieronymus cõtra Russinũ. Nec magnopere glorieris, si facias quod scorpiones possunt facere, & cantharides. Fecerũt hæc & Fuluia in Ciceronẽ, & Herodias in Ioannem, quia veritatẽ non poterant audire, & linguam veriloquam discriminali acu cõfoderunt. Porrò cũ facti huius rumor peruenisset ad Ioannis discipulos, abstulerũt corpus eius, & honorificè dedere sepulturæ. Fuit autẽ sepulchrum Ioannis in Sebaste ciuitate, quæ quondam Samaria dicta fuit, in qua, teste etiã Hieronymo, Helizeus & Abdias prophetæ sepulti fuerunt. De Ioãnis autem ossibus postea tẽpore Iuliani à gentibus in Sebaste dispersis, & quibusdã collectis à viris religiosis, ac capite reperto, vide in historia Ecclesiast. lib. 11. cap. 28. & inter opera Cypriani de reuelatione capitis beati Ioãnis Baptistæ. Obseruãdum autem circa hanc historiam, quã cæca ac impotẽs sit libido, præsertim in mulieribus, quarũ ira omnem excedit furorẽ, quàm docilis ad flagitia sit tenera ætas, quã præpostera impiorum religio, quàm obsint iustitiæ principes principibus adulãtes, aut criminibus fauẽtes: sed omnium maximè obseruandũ, quis sit cõuiuiorum petulãtiũ fructus, quis fructus tripudij, quis denique fructus illiciti amoris. His enim acceptũ ferre debemus occisum sanctissimum virum, contra iura Dei & naturę, idq́ue eo tẽpore, quo etiam nocenti impunitas sperãda esse debuerat, nempe in natali principis, quo publica lætitia volebat omnes exultare. Præterea obseruandũ, admirandũ sanè Dei iudiciũ, q eum qui sanctificatus fuit in vtero matris, & quo inter natos mulierũ non surrexit maior, pro lubricæ puellæ saltu capite truncare finit, obscurãque in carcere mortem pati, ac caput eius in prẽmium ferale & risum turpiũ tradi, nimirum vt nemo quouis modo cõtemni, deprimi, ac rideri, & quãtumuis humilem mortem ac ignominiã subire pro iustitia detrectaret. Ideo enim Deus suos sic premit in infimis, quia videt quomodo eos muneret in summis, vt habet Gregorius. Quanquã alioqui in genere mortis Ioannis latet aliquid recõditioris sensus. Ioãnes enim tametsi legis typum gerebat, tamen vt Euangelij præcursor Euãgelico donatus est præmio, nempe gloriosa martyrij morte. Occiditur in natalitiis Herodis, ac dies quæ Herodẽ infœlicèiter in hanc lucẽ genuit, gignit fœliciter Ioãnem in vitã æternam, conuiuãque facit cœnæ cœlestis, quæ nescit mœrorem aut finẽ. Diuersa moritur morte à Domini morte. Siquidem huic clam amputatum est caput, iam aliquãdiu vinculis astricto in carcere: Christo palàm sublatus est in cruce, in nullo corporis mẽbro mutilatus aut imminutus. Carceris tenebræ congruunt legis vmbris ac figuris, eas oportebat cedere exorienti luci Euãgelicæ. Et imminui oportebat legis cæremonias, augescere autem spiritualem libertatem, & astringi oportebat quod erat timoris, latius autem sese pãdere charitatem Euangelicam. Denique incarceratio & decollatio Ioannis signabat minorationem famæ eius & existimationis quam habuit apud populum: Christi verò in cruce exaltatio, fidei profectum. Vnde Ioãnes dixerat, illum oportet crescere. Vade Ioãnes dixerat, illum oportet crescere, me autẽ minui. Iam in amputato Ioãnis prore, me autẽ minui. Iam in amputato Ioãnis prophetarum maximi capite, rectè etiã cum Hieronymo intelligimus significatum, Iudæos Christum, qui caput est prophetarum, perdituros.

QVIN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVINQVE PANIBVS VESCVNTVR QVINQVE MILIA hominum. Matthæi 14. Marci 6. Lucæ 9. Ioannis 6.

CAPVT LVII.

†c. auerant. a ei quæcunque fecerunt. ▷ b. ascendentes in nauim, abierunt. ‖ d & sequebantur eum. † a. est. ▷ a. cruauit languidos eorum ‖ c & secederet. † e. dixerunt ◁ b. illos ‖ hîm proximis vil las & vicos. † a. escas. * autem ◁ a. dixit eis. e. Ait autem ad illos. ‖ b. dicit: Quinque & duos pisces. ‖ d. dicit ergo. † c. illos. ▷ d. Discubuerũt ergo. * c. autẽ. ‖ 1. Accepit ergo Iesus panes. ◁ b. o in uentes. c. suspexit * c. & ‖ c. dedit. † b. eos. ◁ d. & ex piscib. ‖ c o tulerunt. c. sublatũ est quod superfuit illis fragmẽtorum 12. cophini † b. Erãt autẽ qui manducauerant.

[a]Vod cùm audisset Iesus,[b] & [c]reuersi [b]Apostoli[b] conuenientes ad Iesum,[†b] renunciauerũt ei omnia quæ egerant,[b] & docuerant. Et ait illis: Venite seorsum in desertũ locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibãt multi, & nec spatium manducandi habebant.[b] Et[d] post hæc Iesus[c] assumptis illis[▷a] secessit[a] inde[c] in nauicula [&][†] abijt[‖] seorsum in desertum locum[c] qui est Bethsaida[d] trans mare Galilææ quod est Tyberiadis.[b] Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi.[c] Quod cùm cognouissent,[a] & cùm audissent[‖] turbæ,[‖] ‖ secutæ sunt eum[d] multitudo magna, quia videbãt signa quæ faciebat super his qui infirmabãtur.[b] Et[c] pedestres de[b] omnibus[c] ciuitatibus[b] concurrerunt illuc, & præuenerũt eos[d] Subijt ergo in montẽ Iesus, & ibi sedebat cum Discipulis suis. Erat autẽ proximum pascha dies festus Iudæorũ.[c] Et exiens vidit turbã multam[b] Iesus,[c] & misertus est[†] super eos,[b] quia erãt sicut oues non habẽtes pastorem.[c] Et excepit eos,[b] & cœpit illos docere multa,[c] & loquebatur illis de regno Dei,[f] & [▷a]eos qui cura indigebãt, sanabat.[c] Dies autẽ cœperat declinare.[a] Vespere autem facto.[b] Et cùm iam hora multa fieret,[f] ‖ accesserũt[a] ad eum[c] Discipuli eius[c] duodecim,[f] dicentes[c] illi:[c] Desertus est locus[b] hic,[c] & hora iam præterijt,[f] dimitte [▷a]turbas, vt euntes in ‖ castella,[b] villasq; quæ circa sunt[c] diuertant, & inueniant escas, [&][c] emãt sibi [†]cibos[b] quos manducent, quia hîc in loco deserto sumus.[b] Et respondens[a] Iesus [◁a] ait illis.[a] Non habent necesse ire. Vos[d] date illis manducare.[b] Et dixerunt ei: Eũtes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis mãducare.[d] Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eũ, dicit[c] ad Philippũ: Vnde ememus panes vt mãducẽt hi? Hoc autem dicebat tentãs eum, ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiũt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat.[b] Et dicit eis: Quot panes habetis? ite & videte. Et cùm cognouissẽt,[‖] dicit ei vnus ex Discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hîc q̃ habet quinq; panes hordeaceos: & duos pisces,[d] sed hæc quid sunt inter tãtos? [Et][†] filli dixerunt: Non sunt nobis plus quã quinque panes, & duo pisces,[c] nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbã escas. Erãt autem fere vsq; quinq; milia.[a] Qui ait illis: Afferte mihi illos huc.[b] Et præcepit illis vt accũbere facerent omnes secundùm contubernia super viride fœnũ. ‖ [b]Ait autem[c] Iesus[c] ad Discipulos suos:[b] Facite[†] homines discũbere[b] per conuẽta quinquagenos. Et ita fecerunt.[d] Erat autẽ fœnum multum in loco. ▽° Et discubuerunt[c] omnes [d]viri numero quasi quinque milia,[b] in partes per cẽtenos & quinquagenos.[c] Et[a] cùm iussisset turbã discumbere super fœnum, ‖ acceptis *quinque panibus[‖] & duobus piscibus. △ aspiciens in cœlum *benedixit[c] illis,[b] & [d] cùm gratias egisset,[f] fregit[b] panes, & ‖ [d] distribuit[f] Discipulis[b] suis[a] panes[b] vt ponerẽt ante[†] turbas'. [a] Discipuli autem turbis[d] discumbentibus. Similiter △[f] & duos pisces' [d]diuisit omnibus [d] quantum volebant.[f] Et mãducauerunt omnes, & saturati sunt.[d] Vt autẽ impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinque panibus hordeaceis quæ superfuerunt his qui mãducauerant.[f] Et ‖ sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos[c] plenos,[b] & de piscibus. †[e] Manducantium autem fuit numerus quinque milia virorum,[a] exceptis mulieribus & paruulis.[d] Illi ergo homines cùm vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est verè propheta qui venturus est in mundum.

[a]Vod cvm avdisset iesvs[b] et a[c]reversi [b]apostoli, &c.] Cùm dicitur, *quòd cùm audisset Iesus*, cõmuniter intelligitur de audita morte Ioãnis, vt sit sensus: cùm audisset Iesus à Discipulis Ioannis occisum ab Herode Ioannem. Ideóq; hinc intelligitur Ioannem occisum fuisse circa tempus Paschæ, eo quòd, vt testatur Ioannes, miraculum hoc quod mox post hunc Domini secessum factum est, contigerit circa Pascha. Verùm magis verisimile est aliquãtulum, imò multum temporis fuisse inter Ioannis decollationem, & famam illam Iesu apud Herodem, ex qua putatus est fuisse Ioannes resuscitatus, & Iesum iamdudum audiuisse Ioãnem fuisse decollatũ, quod iam ita passim vulgò fuit cognitum, vt dicerent Ioannem resurrexisse à mortuis. Oportet enim intelligere oĩa illa miracula quæ audiuisse dicitur Herodes facta à Iesu, contigisse post decollatum Ioannem. Nam ea Herodes & alij tribuunt Ioanni resuscitato. Proinde notandum Græca non habere, *Quòd cùm audisset Iesus*, vel, vt vertit quidã, *Id cùm audisset Iesus*, vt fiat relatio ad id quod immediatè præcessit de discipulis Ioãnis, *& venientes nunciauerunt Iesu*, quod de morte Ioannis annuntiata videtur intelligẽdum: sed tantùm habent, καὶ ἀκούσας ὁ ἰησοῦς, hoc est, & cùm audiuisset Iesus, sine aliqua relatione. Itaq; propter prædictam rationem, rectius hoc referetur ad id quod in præcedentis capitis principio dictum est, nempe quod Herodes arbitratus est Iesum esse Ioannem resuscitatum, vt intelligatur Matthæus interposita obiter interfectione & sepultura Ioannis, rediisse ad id vnde cœperat, & sit sensus: Cùm audisset Iesus, quòd Herodes arbitraretur se esse Ioannem. In hunc sanè modum apertè intelligit Theophylactus. Matthæus ergo, qui missionem Apostolorũ iam multò ante scripserat, & ob id non potuit ita commodè secessus huius Dominici occasionẽ tribuere reditui Apostolorũ, tribuit eã existimationi Herodis de Iesu. Marcus verò & Lucas eam tribuũt reditui Apostolorũ, quorum missionem paulò ante narrauerant: vt hinc intelligere debeamus, duplicẽ occasionem secessus simul concurrisse, quam vtrãque etiã Lucas satis significat, cùm præmittit ante secessum, Herodem cupidum fuisse videndi Iesum.

Igitur

Igitur partim propter Herodem, siue vt illius furorem declinaret, verum se hominem declarans: siue potius quia ab illo videri noluit, q̃ indignus erat videre quem curiosè videre cupiunt: partim & multo magis propter reuersos Apostolos secesA sit Dominus, tum vt illis vanæ gloriæ occasionẽ subtraheret, & fugiendã doceret: tum, vt testatur Marcus, vt refocillarẽtur à tantis laboribus itineris & prædicationis, ac à turba vndique confluẽte aliquandiu remissionem haberent, quę adeò nullam quietem Apostolis ex itinere lassis permittebat, vt nec spatium mãducandi haberent. Ioannes autem huius secessus nullam scribit occasionem, quòd eam ab aliis satis sciuisset expositã: miraculum tamen hoc etsi ab aliis scriptum, contra moB rem suum cõmemorare voluit, siue vt suppleret quæ ab aliis erãt prætermissa, siue potius qa hoc miraculum occasio fuit illius diuinissimi sermonis qui sequitur apud Ioannem de mandducando pane cœlesti, quem ab aliis omissum describere commodè non potuisset, nisi præmissa miraculi narratione. Porrò obseruandũ quòd dicunt Marcus & Lucas, Apostolos, qui à Domino acceptis mandatis discesserant, iam rursum ad Dominum reuersos, renunciasse ei quæcunq; egerant, & docuerant, cõmemorantes nimirum quomodo res ex sententia successisset, & quãta in nomine eius patrassent, ac cupientes cognoscere an omnia ab C eo probarentur. Hoc enim docemur, Euangelicum doctorem, sicuti Christum habet sui officij autorem, ita ad ipsum omnis suæ prædicationis fructum & profectum debere referre, illius solius gloriam spectare, & ab ipso approbationem suæ prædicationis & operum quærere. Cuius contrarium faciunt, qui prædicationis suæ fructum, & opera apud homines superbè iactant, vt hinc populorum sibi venentur gloriã. Rursum obseruandum, Dominũ à laboribus suos vocasse ad quietem, sed captandã in deserto loco. Non enim permisit eis laxare animum voluptatibus, ac corporis indulgentiori cura, sed ad huiusmodi quietem D vocauit, qua ab externis laboribus vacantes, secretis & intentis precibus vacarent, eisque vegetarent ac renouarent animum ad labores mox recursuri; docens certè Euãgelicos doctores non debere continuè laborare, sed requiem quãdoque eos promereri, verùm eam non quærendam in medio turbarum, & in voluptatibus carnis, sed in secessibus & secretioribus locis, vbi liceat mente tranquilla, precibus ac diuinarum rerum contemplationi insistere, sicque vegetior redditus animus redeat ad priores labores.

[b]Et [a]post haec iesvs [c]assvmptis illis [‖]secessit [d]inde [‖]innavicvla, &c. Circa literam & concordiam Euãgelistarum duplex hic oritur dubium. Alterũ est de loco E in quo miraculum istud multiplicationis quinq; panum acciderit. Nam quòd citra stagnum Genezareth contigerit, videtur ex Luca, qui desertum locum in quo factum est miraculũ, dicit fuisse lotra stagnũ. Cui consonat Brocardus in descriptione terræ sanctæ, vbi montem illum in quo miraculum contigit, describit non longè esse à Capernaum. Quòd tamen vltra stagnum locus iste fuerit, manifestè patet, non solùm ex eo quòd Ioannes dicit, Dominum abiisse trans mare Galilææ, sed etiam multo magis ex eo, quòd peracto miraculo Dominus iussit suis vt transnauigaret rursum ad Bethsaidam, vt habet Marcus, postquam transnauigationem venerũt in terram Genesar, vt habet Matthæus, & in Capernaum, vt habet Ioãnes. Locus ergo ex quo transnauigauerũt, erat vltra stagnum. Alterum dubium est, quomodo turbæ pedestres venerũt ad eum locum, ad quem Christus cum suis nauigio tendebat. Dicit quidem Beda, q̃ cùm pedestres turbæ peruenisse dicũtur, ostenditur non in aliam maris siue Iordanis ripã Discipulos cum Domino peruenisse, sed proxima eiusdem regionis loca adisse, ad quæ etiam indigenæ poterãt peruenire, & prøuenire pedestres. Verùm quomodo tunc dicitur à Ioanne Dominum abiisB se trans mare Galilææ? cumque ex superiori ratione manifestum satis sit miraculum factum vltra stagnum, nõ est verisimile illius regionis fuisse turbam istam, sed ex regione alterius ripæ in qua Christus fere semper diuersabatur: ad quam etiã redeuntem Dominũ sunt in Capharnaum secuti, vt docet Ioannes. Ad primum horum omnino videtur dicẽdum, vltra lacum quidem fuisse locum ad quem Dominus secessit, eum autem dici fuisse ciuitatis Bethsaidæ, siue quia esset illi ciuitati exopposito, siue quia ad illam pertineret ciuitatem, etsi in diuersa stagni ripa esset. Ad secundum non video quomodo respondẽri possit: nisi dicamus è Capharnaum Dominũ primò secessisse (nam ibi verisimile est ad Dominum congregatos Apostolos) ac in oppositam ripam nauigasse, illumq; nauigantem & abeuntẽ multos vidisse, vt dicit Marcus: alios autem ab his qui viderãt audisse, vt habet Matthæus, atque hos circumeundo paululum eã oram in qua est Capharnaũ, quod est in principio stagni situm, lordanem deinde trãsiisse, siue per pontem aliquem, siue per ipsas fluuij aquas transuadãdo. Interim hic obseruãda auiditas turbarum in sequẽdo Christũ, quæ in eo declaratur, quòd fugiẽtem aut secedentem Dominum etiam secuti sunt, idq̃ue pedestri itinere, & summa cum celeritate, relictis ciuitatibus, ac omni cura prospiciendi sibi de victu depositã, in deserta loca festinantes. Secessus enim iste Christi hominũ desideria non fecit repescere, sed magis acui, & accẽdit.

[b]Et praevenervnt eos, [c]et exiens vidit turbam mvltam iesvs, et misertvs, &c.] Quomodo præuenire potuerũt pedestri itinere Apostolos nauigãtes? maximè cùm tempus aliquod intercedere debuerit antequam rumor secessus Dominici ab his qui viderant in omnibus circumiacentibus ciuitatibus sparsus esset. Certè videtur omnino illud, *præuenerunt eos*, de quibusdam ex turba esse intelligẽdum, non de omnibus aut magna multitudine, ac Dominum cum suis aliquandiu hæsisse in mari quietis gratia. Aut potius dicendum, illud, *præuenerunt eos*, significare turbas citius quàm putassent Apostoli sibi adfuisse, & occupasse eos inopinatos. Iam quod dicunt Matthæus & Marcus, *& exiens vidit turbam multam*; dubium de quo exiru intelligi debeat, an de exitu nauis, è sicut quidam intelligũt, eo q̃ dicat Marcus turbas præuenisse Dominum: an de exitu è secretiori deserti loco, ac è secessu Domini, vt intelligatur Dominus turbis venisse obuiam: quod sanè magis conuenit ei quod dicit Lucas, *& excepit eos*. Vbi obsermit ei quod dicit Lucas, *& excepit eos*. Vbi obseruanda Domini benignitas, & facilitas exposita ad docendum & iuuandum. Non enim indi-

gnaba

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnabatur non relinqui sibi & suis quietem quæsi A tam,nec se à turbis quærentibus magis subduxit, aut importunos à se abegit, sed è secessu suo etiã obuiam illis venit,& solita illis doctrinæ & sanitatum beneficia impendit, docens suos omnésque Euangelicos doctores promptos esse debere sine cessatione ad promouendum Euangelicum negotium,cùm adest occasio.

ªVESPERE AVTEM FACTO, ET CVM IAM MVLTA HORA FIERET,] ACCESSERVNT,&c.] Matthæus vesperam factam dicit,& ante miraculum,& rursum post miraculum cùm dimissa turba,nauicula in medio mari iactaretur fluctibus, cùm inter duo illa tempora aliquot horæ necessariò interceserint,sed priore loco vesperam factam dicit, eo quòd iam diu esset vltra meridiem,hoc est,quia,vt dicit Lucas, dies cœperat declinare & vergere ad occasum: &,vt dicit Marcus,hora multa facta erat,hoc est multum diei prætetierat.Posteriore verò loco vesperam factam dicit,eo quòd iam sol occiderat:&,vt dicit Marcus,serò factum erat,quanquam etiam in Marco Græci habeant illo loco sicut in Matthæo, ὀψίας γενομένης. Latè enim patet nomen vesperæ. Porrò Matthæus,Marcus & Lucas dicunt Apostolos suggessisse Christo de turbarum dimissione.Ioannes verò videtur significare Dominum priùs de cibandis turbis fuisse sollicitum,cùm dicit eum conspecta hominum multitudine interrogasse Philippum: *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Sed hanc apparentem historiæ & narrationis diuersitatem bene soluit Augustinus, docens intelligendum priùs quidem Apostolos Domino suggessisse,ac deinde dixisse: *Non habent necesse ire. Date illis vos manducare.* Postmodum Dominum è monte in quo sedebat cum suis sustulisse oculos,ac vidisse turbam multam venisse, & continuò venire ad ipsum,ac tunc humano more tentasse Philippum. Incertum tamen an secessus D ille Domini in montem de quo mentionem facit solus Ioannes,intelligi debeat,antequam Dominus populum docuisset,an post doctrinã, sed ante suggestionem Discipulorum,an etiam post hãc suggestionem.Nec in eo iudicanda est aliqua contrarietas,quòd Ioannes Andream respondisse dicit de quinque panibus & duobus piscibus, reliqui verò eam responsionem omnibus tribuant Apostolis, eo quòd etiamsi solus hoc dixerit Andreas,omniũ tamen nomine hoc dixerit. Sic nulla contrarietas in eo est,quòd Marcus Apostolos dixisse refert: *Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare.* Ioannes verò dicit Philippum respõdisse:Ducentorũ denariorum panes nõ suffecturos,vt vnusquisque modicũ quid acci- E piat. Verisimile enim est priùs Apostolos hoc dixisse q̃ Marcus refert, veluti sentiẽtes panes ducẽtorum denariorum posse eam turbam satiare, ac deinde Philippum quod illi dixerãt magis auxisse,ita vt assereret,ne tot quidẽ panes posse sufficere. Deinde illis verbis apud Marcum non significare voluerunt Apostoli eam pecuniæ summam posse sufficere, sed tanta saltem opus esse, quantam satis sciebant Dominum cognoscere apud se non esse, Perinde enim est ac si dixissent: Præcipis vt nos demus illis manducare,id autem vt possemus, opus esset emeremus panes nõ minus quàm ducentis denariis,cùm apud nos pecuniæ sit quàm minimum.Non enim, vt quidam intelligit, his verbis significauerunt Apostoli apud se tantùm esse pecuniæ,sed potius non esse] tantum quantũ ea turba requireret,quod satis patet ex Luca qui dicit: *Nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas;*& subiicit: *Erant autem ferè viri quinque millia;* significans Apostolos illud de eundo & emendo escas dixisse præ nimio stupore, quod Dominus præcepisset illis turbam tãtam cibare.Ita & verba illa Marci sunt accipienda,quasi ex stupore & per ironiam quandam dicta,quæ verba duplicem habent pronunciationem.Nam quidam ea volunt legenda esse B per interrogationem:ac tunc pro,emamus, vertendum fuerat,ememus,vt sit sensus: An vis vt egressi emamus,&c.Rectius tamen leguntur sine interrogatione,eo quòd Græcis sint aoristi subiunctiui modi pro imperatiuis positi, ἀγοράσωμεν & δῶμεν,emamus & demus,quamuis non malè pro secundo verbo interpres verterit, dabimus. Portrò quò intelligatur quàm bene dixerit Philippus,ducentorum denariorum panes nõ suffectu ros,vt vnusquisque modicum quid accipiat,supputatio ineunda est.Ducenti enim denarij,secun dùm Budæi supputationem,efficiunt florenos au reos 25.aut,quod idem est,Rhenenses 35.Hi di- C uidanturin eos nummos quos Brabanti nouena rios,Flandri senarios vocant,resultabit numerus 5600.Itaque cùm numerus manducantium viro rum fuerit 5000 exceptis mulieribus & paruulis, vt testatur Matthæus (nam mos Hebræorum erat non recensere nisi viros)& verisimile sit nõ mul to minorem fuisse numerum mulierũ & paruulorum,vt non dicam eum fuisse maiorem, facilè patet singulis non tantum panis ex ducẽtis dena riis contingere posse quantum apud nos in commoda annona emi posset nouenario Brabantico, aut senario Flandrico.Quòd autem dominus etsi maximè moueretur erga turbas misericordia,nõ tamen priùs ad miraculum venit,quàm à discipu D lis illi suggereretur turbæ necessitas,factũ est ob id,vt ne videretur ad miraculi operationẽ ostentationis gratia prosilire,atque vt miraculũ ipsis Apostolis & aliis esset commẽdatius & testatius. Simili ratione Dominus non dicit Apostolis:Ego pascam eos,hoc enim arrogãtiæ videretur fuisse, sed, *non habent necesse ire,vos date illis manducare:* vt illis se non habere testantibus magnitudo miraculi notior fieret:& illis impotentiam obtendentibus ipse velut necessitate coactus faceret iam quod suum erat.Illo tamen dicto;*vos date illis manducare*, Dominus etiam significauit,quòd sit nonnunquã boni pastoris officiũ;nimirũ,vt non solùm pascat pane doctrinæ,sed etiam pane corporali cùm opus fuerit:deinde,quantam illi haberent potestatem si crederent,vt quibus datum esset tantam pascere multitudinem,quemadmodum credere id meritò potuissent, ex miraculis priùs perpetratis in nomine Christi. Cæterùm, quemadmodum Apostolis suam solicitudinẽ & misericordiam ostenderunt,cùm Christo suggesserũt turbæ necessitatem:ita iam iussi à Domino pascere turbam,præ se ferunt promptum ad obediendum animum,sed dolent non adesse ipsis facultatem:dum dicunt:*Non habemus hic nisi quinque panes:*&c.Et per hanc item ipsorum responsionem Apostolos magis præparauit ad miraculi fidem & admirationem,vt qui iam testati erant ciborum penuriam,& turbam pascendam innumerabilem.

mirabilem.Quod autem Ioannes refert Andre A ro distributuo,vt sit sensus:per singula conuiuia, am dixisse; *Est puer hic vnus qui habet quinque panes*, &c. non est contrarium ei quod alij dicunt, Apostolos respondisse se habere illos panes. Primò enim intelligi potest à puero illo Apostolos emisse hos panes.Deinde,puer ille potest intelligi fuisse vnus ex Apostolis, quomodo Christus post resurrectionẽ suam Apostolos piscãtes vocat pueros,dicens:Pueri nunquid pulmentarium habetis? Vbi obseruãda Apostolorum frugalitas,acneglectus rerum corporaliũ.Cùm enim essent duodecim,& iam in desertum locũ secederent, quinque tamen panes tantùm secum deferũt,eosque hordeaceos,& pro opsonio nõ carnes,sed pisces, B & eos tãtum duos.Videri autem posset etiã ideo hordeaceorum panum apertam factam mentionem, quò reuocaretur in memoriam miracu- 4 *Reg.* 4. lũ Helizæi,qui viginti panibus hordeaceis pauit viros centum.Eorundem Apostolorum prompta obediẽtia declarata est,cùm iussi afferre quinque panes quos solos habebant,non dicũt;vnde etgo subleuabimus famem nostram;sed cõfestim obediunt,suo exemplo nos docẽtes,quòd etsi pauca habuerimus,oporteat ea etiam cõmunicare egentibus. Porro quare Dominus præ cæteris Philippum tẽtauerit,hoc est,explorauerit fidem illius, rationem aliquam attingunt Chrysostomus & C Theophylactus,sed apertius Cyrillus sic scribẽs: Nõ est alienum cõsiderare, quare ad Philippum: Libẽter Philippus discebat,quærebatq̃ sæpius, sed non erat adeo acutus vt altiora posset intellegere.Quod inde patet,quia magno tempore Saluatorẽ secutus,& varia Deitatis eius signa indies aspiciens,& tam rebus quàm verbis ad cognitionem attractus,quasi nihil adhuc didicerit,in vltimo fere dispensationis tempore dicit ad Iesum: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Vt ergò rudiorem ad sublimiora ingenio conseq̃da,& ad fidem vocans & roborans vocat, &c. Bene autem Dominus Philippum tentans, dicit: *Vnde ememus panes*,hoc est,quibus pecuniis,aut ex quo loco,cùm simus in deserto? His enim verbis D Dominus omnem viam emendi panes illis occlusam significans, ad illud eum cogit erumpere vt diceret:Si voluerit multitudinem eam alere,opus esse vt illa ineffabili potẽtia alimẽta iam producat,qua olim viderat Dominũ in nuptiis aquas conuertisse in vinum.Quòd autem Ioannes tempus huius miraculi designet, dicens: *Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum*; potissimum ob id factum videtur,vt ex supputatione paschatum & aliorum festorum Iudaicorum intelligeremus tempus prædicationis Christi, quod ab aliis non fuit significatum Euãgelistis,quanquam etiam mysterio non vacat; miraculum hoc(quod occasio fuit illius sermonis qui sequitur de manducando corpore Domini, & tradẽda carne eius E in cibum, id quod factum est circa paschã vltimum) factum fuisse etiam circa paschã præcedẽs, maximè cùm hoc miraculum specimen quoddam & typus fuerit illius spiritualis panis,qui sequẽti erat paschate instituendus.

ᵇET PRAECEPIT ILLIS VT ACCVMBERE FACERENT OMNES SECVNDVM CONTVBERNIA SVPER, &c.] Quòd nos habemus, *secundum contubernia*; Græcè est συμπόσια συμπόσια, hoc est,conuiuia conuiuia.Est autẽ Hebraismus,quo dictiones geminantur pro numero distributiuo,vt sit sensus:per singula conuiuia, aut per distributa conuiuia. Sic & postea cùm in Marco habemus *in partes*, Græcè est πρασιαὶ πρασιαί, hoc est areolæ areolæ, pro eo quod est, per areolas singulas. Præcepit autem Dominus turbas discumbere, idq̃ue in sodalitia numero centũ aut quinquaginta, tum vt omnia ordinatè & sine tumultu fierẽt: tum vt ex huiusmodi distributione numerus manducãtium citò percipi posset ab Apostolis, quorum etiam ministerio ob hoc est vsus,vt ipsi etiam manducantes melius aduerterent miraculi magnitudinem & veritatem. Quòd autem Lucas dicit Dominum dixisse: *Facite homines discumbere per conuiuia quinquagenos*; non est contrarium illi quod habet Marcus in quibusdam sodalitiis fuisse centenos. Lucas enim partẽ tantùm dicit:Marcus verò totum. Et quod Ioannes dicit numerum virorum fuisse quasi quinque milia;& Lucas fere quinque milia:non est cõtrarium illi quod in Matthæo & Marco legimus,eos qui manducauerũt fuisse quinque milia. Primùm enim mos scripturæ est in numerorum descriptione non anxiè certum ipsum ponere numerum, nec curare si paulo minus aut plus sit:vt cùm annos hominum describi,qui in aliquot mensibus aut defecerunt,aut exuperauerunt.Deinde sciendum, apud Græcos in Matthæo & Marco etiam addi eam dictionem quæ in Ioanne & Luca additur circa numerum mãducantium,nempe dictionem ὡσὲι,hoc est,ferme vel circiter. Eadem enim hæc dictio in omnibus est Euangelistis,qua significare voluerunt numerum quinque milium non fuisse cõpletum.Porrò circa panes & pisces quos ab Apostolis Dominus accepit propter miraculi certitudinem,obseruandũ est,Dominum quatuor fecisse.Primò enim suspexit in cœlum, ipso gestu demonstrans,vnde haberet potestatem huius miraculi.Secundò,vt habet Ioãnes,gratias egit Deo patri, pro donis scilicet ipsius humano generi in cibũ præstitis, & singulariter pro accepta ab illo potestate faciendi præsens miraculum,docẽs non tãtùm post sumptum cibum, sed etiam antè Deo gratias esse agendas à nobis. Tertiò benedixit, quod quidam intelligunt idem esse cum eo quòd dicit Ioannes gratias egisse, vt benedicere sit hic laudare Deum,sed obstat quòd Lucas dicit; *benedixit illis*,nempe panibus. Hæc autem benedictio, erat imprecatio diuinæ gratiæ, quæ hic non simplex erat,sed efficiens panum benedictorum multiplicationem, quemadmodum benedictio panis in vltima cœna operabatur panis transmutationẽ in corpus Domini. Quartò fregit panes ac distribuit Discipulis,vt destribuerent turbę.In qua fractione ac distributione, intelligenda est facta mirabiliter panum multiplicatio, ad eum modum quo per multiplicationem ex costa vna Adę facta est Eua,& quo hydria farinæ non deficiebat, nec *Genes* 2. lecythus olei minuebatur in domo Sarephithanę, 4. *Reg.* 4. & quo parũ olei impleuit ad preces Hilizęi multa vasa;quales multiplicationes nõ possumus intelligere, nisi per additionem materiæ, idq̃ue vel per creationem,vel per conuersionem.Vnde Augustinus dicit super Ioannem hoc loco,quod hoc modo Christus ex quinque panibus satiauit quinque milia hominum, quomodo ex paucis granis producit multitudinem segetum.Quod sit per eõ uersionem alimenti.Sunt autem Augustini verba hæc: Vnde multiplicat de paucis granis segetes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde in manibus suis multiplicauit quinque panes. Potestas enim erat in manibus Christi, panes autē illi quinque quasi semina erant, nō quidem terræ mandata, sed ab eo qui terrā fecit multiplicata. Dicitur tamē vel ex quinque panibus turbas pauisse, vel ex costa mulierem formasse, quia additio facta est ad materiam præexistentem panum vel costæ. Verisimile autem est hāc multiplicationem panum nō solùm factā in manibus Christi, sed etiam in manibus Discipulorum atque turbarum. Sic enim miraculum erat certius & maius. Cæterùm cùm iam cibo expleta esset multitudo, iussit Discipulis Dominus vt colligerent fragmēta, & collegerunt duodecim cophinos: in quam fragmentorum multitudinem augeri voluit Dominus exilē cōmeatum quinque panum & duorum piscium, tum vt & hoc argumēto procuraret certitudinem & admirationem miraculi, tum vt doceret nō oportere parcam esse in pauperes beneficentiam, & Dei benignitatem largam esse in sibi fidētes, eámque largiter multiplicaturam bona eius qui in pauperes est beneficus, secundum illud Pauli: Qui administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ: Porrò quod ad moralem spectat doctrinā, rectè intelligitur Dominus hoc miraculo significare voluisse eis qui sibi adhærent etiam in deserto, hoc est, vbi nullum humanū auxilium adfuerit, nullum necessariorum bonorum defuturum: ac ob id prædicatoribus anxiā solicitudinem parandi cōmeatum esse tollēdam. Quod verò ad allegoricum pertinet sensum, satis fuerit simpliciter intelligere significatū esse tempus iam aduenisse in quo panis spiritualis verbi Dei & corporis dominici Dei gratia multiplicatus, à Christo primo authore per manus Apostolorū & Apostolicorum virorū esurienti diuersarū turbarū & gentiū multitudini esset distribuendus, idque in maxima copia, quam significāt fragmētorū reliquiæ. Itaque non sine mysterio extra Iudæā, & in deserto loco factum est hoc miraculum, idque in panibus quinque, eisque hordeaceis, nimirum quia relictis Iudæis, gentes incultæ & esurientes pane spirituali magis erant pascendæ: ac doctrina Moysis in quinque libris consistēs, & adhuc parū suauis, Christo frāgēte & aperiēte scripturas, erat sic multiplicanda, vt omnibus hominibus satiandis sufficeret. Secundum quē intellectū allegoricū, docetur hic moraliter, quomodo pascēdi sint Euangelici sermonis pabulo homines à prædicatoribus, nēpe vt Euāgelistæ quantumuis sint multa lectione ac meditatione in sacris instituti, tamē agnoscant quàm sit illis exilis cōmeatus, & eum quem habēt, quantus quātus est, se Domino debere, etique illum sese debere offerre, vt illius benedictione & fractione multiplicatum opponant populo, non tanquam suum, sed tanquam Domini cibum. Ita enim fiet Euangelicum conuiuium, & salutati pabulo non tantùm omnes saturabūtur, sed etiam supererit quod prædictō. ores sibi colligant ac reponant in secreto cordis sui.

2. Cor. 9.

AMBVLAT IESVS SVPER MARE ET PETRVS.

Matthæi 14. Marci 6. Ioannis 6.

CAPVT LVIII.

*& †b.9.cozgit. ab.9.nauum. ll a.&.9 precedere † b.9 dū a b. populum lm. dimissa turba. †a.9. vespere autē facto. a a.quarta autem vigilia † a.& 9 vidētes a b. exclamauerunt lb.& statim †a. dicēs d.alle autē dixit eis a b.9 Cōfidite †a.9 Genezar. a a.9. rogabant ll a. Quicunque te tigerāt la ni, fiebāt sani.

Et Iesus ergo cùm cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem, *c statim † compulit a Iesus c Discipulos suos ascendere ▷ in nauiculam, ‖vt præcederent eum trans fretum b ad Bethsaidam, †c donec b ipse c dimitteret ▷ turbas. Et ‖cum dimisisset eos, b abiit, d fugit iterum [&] a ascendit m in montem d ipse c solus c orare. d Vt autē sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cùm ascendissent nauim, venerūt trans mare in Capharnaum. Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus. Mare autem vēto magno flante, exurgebat. †c Et cū sero esset, b erat nauis in medio mari, & ipse c solus a erat ibi b in terra. a Nauicula autem, in medio mari iactabatur fluctibus. b Et vidēs eos laborātes in remigādo (c erat enim ventus contrarius b eis) & ▷ circa quartam vigiliam noctis' venit ad eos ambulans super mare. b Cùm remigassent ergo quasi stadia vigintiquinque aut triginta, vidēt Iesum ambulantē supra mare, & proximum naui fieri, b & volebat præterire eos. † c At illi vt viderūt eū ambulantē supra mare, b putauerunt phantasma esse, d & timuerunt, [&] a turbati sunt dicentes: Quia phātasma est, c & a præ timore †m & dixit eis': ▷ c Habete fiduciā, m ego sum, nolite timere. a Respondens autē Petrus dixit illi: Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. Et ipse ait: Veni. Et descēdens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validū, timuit: & cū cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine saluum me fac. Et continuò Iesus extēdens manum, apprehendit eū, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? d Voluerunt ergo accipere eum in nauim. b Et ascendit ad illos in nauim. c Et a cùm ascendissent in nauiculam, cessauit ventus, d & statim fuit ad terram in quam ibant. a Qui autem in nauicula erāt, vexerunt & adorauerunt eum dicentes: Verè filius Dei es. b Et plus magis inter se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorū obcæcatum. c Et cū tranfretassent, venerunt in terram † Genezareth', b & applicuerunt. Cūque egressi essent de naui, cōtinuò agnouerūt eum. c Et a cùm cognouissent eū viri loci illius, b percurrentes a miserunt in vniuersam regionē illā, a & obtulerunt ei omnes malè habentes. [&] b cœperunt in grabatis eos qui se malè habebāt circumferre vbi audiebāt eum esse. Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, b & ▷ deprecabantur' eum vt vel fimbriā vestimenti eius tangerent. Et ‖quotquot tangebant eum, salui fiebant'.

Iesvs ergo cvm cognovisset quia venturi erant vt raperent eum: &c.] Dixerat Ioannes, turbas viso signo dixisse: Hic est verè propheta, qui venturus est in mundum. Vbi notandum, eos non simpliciter dixisse Dominum esse prophetam, ad eum modum quo Samaritana illa nondum Christum agnoscens dicebat: Domine, video quia propheta es tu: sed dicere voluerunt, ipsum esse insignem illum prophetā quem in Moyse & aliis prophetis sibi proximū audierunt, hoc est, esse ipsum Messiam expectatum. Id significat primùm articulus qui in Græco præmittitur, ὁ προφήτης, ac si dicatur: Hic est ille propheta. Deinde quod sequitur; qui venturus est in mundum; hoc est, de quo à prophetis prædictum est quòd venturus esset in mundum. Hinc enim esse horum verborum sensum, dictū est circa caput 47. Proinde rectius versum fuisset; qui venturus erat in mundum. Obseruandum & illud, quod circa idem caput dictum est, prophetam in scripturis non dici solùm à prædicendo futura. Christum enim prophetam dicunt, non ob futurorum quæ ab eo audierant prædictionem, sed propterea quòd ex miraculo intellexerant eum esse datum à Deo hominibus doctorem. Quoniam ergo putauerunt ipsum esse expectatum illum à Iudæis prophetam, vt verè erat, & ex scripturis intellexerāt illum fore regem Iudæorum, hinc iam commouebantur turbæ vt Dominum etiam vi raptum in regem suum deligerent & agnoscerēt. Verùm Dominus quoniam iamdudum à patre rex erat cōstitutus, ac natus erat rex Iudæorum, ab omnibus non debebat rex fieri aut ordinari, nec adhuc tempus erat vt à populo pro rege coleretur, maximè quod regnum Messiæ isti somniarent regnum esse terrenum & corporale, quale fuit regnum Dauidis. Ideoque vt turbarum temerarium, insipiens & seditiosum factum impediret, & regni sui manifestationem suo tempori reseruaret, Dominus dimissis Discipulis primùm, ac deinde etiam turba, abiit in montem secedens è turba; hoc suo secessu docens populare laudem non esse pastoribus affectandam, sed fugiendam. Non secessit autem Dominus vt inerti vacaret otio, sed vt orationi intentus esset, cui & tempus & locum conuenientem delegit pro suo more, nimirum extra turbā, in monte, & in nocte orans, ac docens prædicatorem à prædicatione & externo ministerio ad orationem debere confugere, eaque se ab externis occupationibus in Deo colligere ac munire contra inanis laudis affectationem, & Deo commendare profectū prædicati verbi Dei in auditoribus. Obseruandum autē quòd dicuntur Matthæus & Marcus, Dominum coegisse suos, vt præcederent eum trans fretum. Eo enim significatur & Dominum festinasse vt à turba dimitti posset: & Apostolos ab amabili Domino inuitè diuelli potuisse, tum quòd cupierent illi semper adesse, tum quod sua naui illū setum vellent transuehere, præter quam sciebant nullam aliam esse qua transuehi posset. Quòd autem Ioannes postquam dixit Dominum fugisse, vel, vt habent Græca, secessisse in montem, de Discipulis subiungit, *vt autem sero factum est, descenderunt Discipuli eius ad mare*, ne sit contrarium narrationi reliquorum duorum Euangelistarum, qui dicunt, Christū, antequam dimisisset turbas & in montem ascendisset, statim à peracto miraculo coegisse Discipulos vt præcederēt eum trās fretum, intelligendum est, Ioannem illud dixisse recapitulando, vt annotauit Augustinus, sicut & quod sequitur; *Et cùm ascendissent nauem, venerunt trans mare in Capharnaum*; dictum est præoccupando. Nam postea narrat quæ contigerūt in mari existentibus priusquam venirent in Capharnaum, quanquam illud, ηὐχοντο, pro quo interpres vertit, venerunt, accipi possit esse præteritum imperfectum, vt vertatur per, ibāt. Nec repugnat quod de aduentu in Capharnaum dicit Ioānes, ei quod dicit Marcus præceptum fuisse Discipulis vt præcederent ad Bethsaidam. Intelligendum enim, Ioannem non designasse primum locum in quem venerint post tranfretationem, sed eum in quem venerunt ex Bethsaida & aliis aliquot vicinis locis. Vnde Matthæus & Marcus post ea describentes locum in quem venerūt cum Domino Apostoli, nomen ponunt generale, Genezareth, quod est nomē regionis, in qua sunt Bethsaida & Capharnaum, à qua regione mare Tyberiadis suum habet nomē, vt dicatur stagnum Genezareth, quemadmodum prius dictum est. Ideo autem Capharnaum venisse Ioānes commemorat, propter ea quæ narraturus est gesta mox & dicta in Capharnaum, ciuitate in qua ferè Dominus cū suis manebat.

Et tenebrae iam factae erant, et non venerat ad eos Iesvs. mare, &c.] Rursus Dominus, sicuti olim prius, suorum fidem probare per immissam tempestatē voluit, suamque illis virtutem demonstrare, & cōtra imminentes illis postea persecutiones animos illorum confirmare. Sed tunc quidem tempestatē maris passi sunt, habentes secum ipsum in nauigio, sed dormientem: nunc verò soli existentes ac in noctis tenebris constituti, multisque laboribus diù, nimirum vsque ad quartam noctis vigiliam, hoc est, sub diliculum defatigati, vt sic paulatim eos ad maiora duceret, & ad ferendum omnia viriliter instrueret. Obseruandum autem quòd dicit Marcus, Dominum cùm iam descendisset rursum è monte, & staret solus in littore, vidisse, etsi tenebræ essent, Apostolos laborātes in remigando, cum non videretur ab eis. Eo enim docemur, quòd quanquam ad tēpus Dominus videatur suos destituere, eosque relinquat in multis periculis, & laboribus, nequaquam tamē auertit oculos suos ab eis, sed eorum labores considerat, etiamsi seipsum illis necdum ostēdat, vt ob id meritò nemo animum despondere debeat in rebus quamtumlibet turbatis & cōmotis, hac fide animo concepta, quamuis nusquā se Dominus ostēdat, tamen ipsum curam suorum gerere, ac ob id non posse illis deesse cùm tempus postulabit. Itaque & hic tandem suos acceditopem illis laturus, sed priusquam id faceret, rursum alia ratione timorem illorum auget, vt eorum fidem magis probaret, & suam virtutem declararet. Ideo enim ambulādo super mare, ac simulando se eos velle prætērire, permisit eos existimare se esse phantasma, hoc est, spectrum & terriculamentū aliquod, quale in nocte apparere solet ex dæmonis illusione, credētes non posse fieri vt graue & solidum hominis corpus liquidum elementum sustineret, ac ob vulgari timore ac vano correpti exclamauerūt instar trepidorum & timidorum. Vbi autem hæc contigerint ostendit Ioannes dicens; *cùm remigas-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sent ergo stadia viginti quinque aut triginta, videt Iesum, A &c. quo significat eos emensos fuisse plusquam dimidium lacus, siquidem hunc Iosephus testatur fuisse stadiorum quadraginta in longitudine. Plinius verò sex mille passuum, hoc est, stadiorum 48. Stadium enim octaua est pars miliarij. Nam teste Plinio lib. 2. stadium centum viginti quinque nostros continet passus, hoc est, sexcentos & viginti quinque pedes, quānis quidā stadia faciant centum vlnarum, hoc est, sexcentorum pedum tantùm. Alij stadia ducentorum pedum; quale dicitur fuisse primū stadiū quod in Olympo cursu fecit Hercules. Cùm ergo Dominus duplici iam ratione suorum fidem tentasset, nempe immissa tempestate, & vana spectri nocturni existimatione, quorum illud, verum periculum asse- B rebat: istud, vanum timorem incutiebat, volens eos simul & à periculo & timore liberare, statim allocutus est eos, ac voce illis non ignota significat quis sit, à cuius apparitione sibi metuebant: *Ego* (inquit) *sum, nolite timere.* Communi quidem more dicit; *ego sum*; quomodo solemus trepidos
Exod. 3. cōpellare qui nos ex voce agnoscere possunt, sed tamen quodammodo proprium illi fuit dicere, *ego sum*, non subiungendo quis sit, vt qui fueritis qui olim dixerat Moysi: Ego sum qui sum; adeo, vt eùm postea quærētibus se capere diceret illud; Ego sum; illi timore correpti, virtute verborum Christi ceciderint retrorsum.

RESPONDENS AVTEM PETRVS DI- C XIT: DOMINE SI TV ES, IVBE ME, &c.] In omnibus locis Petrus inuenitur ardentissimæ fidei & dilectionis. Eodem igitur fidei & dilectionis ardore quo semper, nunc quoque & credit se posse facere per voluntatem magistri, quod non poterat per naturam, & mox cupit adesse magistro, nullas ferens dilationes. Ex verbis autē eius liquet quantus in eo fuerit feruor & fidei, & dilectionis. Non enim dicit: Ora patrem & deprecare, sed, iube; credens quòd non solùm ipse super mare posset ambulare, sed etiam aliis solo iussu hoc præstare. Deinde non dicit; iube me ire super aquas; sed, venire ad te, significans se miraculum hoc cupere in se fieri non propter ostentationem, sed propter amorē solum, non petiturus vtique si per aquarum profunditatē non fuisset prohibitus humano modo Dominum adire, sed, quemadmodum postea cùm non longè nauis esset à terra, prosiliturus in aquam vt Domino cōiungeretur. Quoniam autem Petrus velut dubitans num esset Dominus, dixit, *si tu es*; Dominus vt se esse comprobaret quem videbant, & fidem Petri & aliorum in se erigeret, fidemque item petri, quam verbis præ se ferebat, commendaret: iubet eum venire super aquas, ac sicut credidit solo iussu, accepit potestatem calcandi aquas. Quo miraculo etiā posteris Dominus prospexit ne ideo crederent Dominum habuisse corpus aereū, & nō tale quale nos, quia super molles aquas ambulauit. Qui enim, inquit, Diuus Hieronymus, corpus Domini ideo putant non esse verum, quia super molles aquas quasi molle & aereum incessit, respondeāt quomodo ambulauit Petrus, quē vtique verum hominem non negabunt. Si autem quæratur quomodo Petrus excusari possit à temeritate, qui dicens: *iube me venire*, significauit se verbo præcipiendi habiturum fidem, cùm etiam phātasma loqui potuisset: quemadmodum putabant fieri potuisse vt illud nomine Christi dixerit; *ego sum, nolite timere.* Dicendum, quòd Petrus petiuit non simpliciter præcipi sibi venire super aquas, quasi illi verbo esset habituras fidem, sed petiuit illud sibi præcipi cum efficacia, quam præcipientis efficaciam sensit partim ex securitate nata in animo eius post præceptum, partim ex eo quòd dum tentauit aquam pedibus, sensit eam non cedere. Factum est autem istud miraculum ambulationis super aquas, vel per hoc quòd aqua manens quidem fluxibilis suspensa est diuina virtute à naturali sua cedendi & diuidendi se conditione: vel per hoc quòd corpus Petri graue, manens graue non grauidauit aquam, sicut ignis in fornace suspensus fuit à suā actiuitate. Porrò vt ipsemet Petrus cognosceret quàm fides illa quę eum fecit ambulare super aquas, infirma adhuc in ipso esset & alia rursum occasio daretur augendæ fidei, atque Domini potentiam & benignitatem in eos qui inuocant nomen eius in tribulatione agnoscendi: Dominus paululum eum relinquit nouæ tentationi, ac immissa venti tempestate sinit incidere in metum & periculū submersionis. Vbi obseruandum quòd dicit Euangelista, *videns autem ventum validum, timuit.* Quamdiu enim Christum solùm habebat præ oculis, atque in illū fide respiciebat, sine omni periculo subseruiebat illi liquidum elementum. Cæterùm cùm dimotis paulisper oculis à Iesu, cœpit circumspicere ventorum vehementiam, aquarum tumultus, suamque imbecillitatem, rursus extimuit, ac ob id cœpit subsidere ac periclitari ne mergeretur. Vetùm periculum ex diffidentia natum rursum excitauit igniculum fidei, ita vt clamaret, dicens: *Domine, saluum me fac*, nihil scilicet addubitans quin posset saluare. Hic Dominus primùm Saluatoris officio fungens, extendens manum apprehendit eum: & deinde doctoris officio fungens, ait illi: *Modicæ fidei*, &c. significans quòd non venti immissio, sed illius modica fides periculum operata fuisset.

ET VOLVERVNT ERGO EVM ACCIPERE IN NAVIM. ET ASCENDIT AD ILLOS IN, &c.] Scrupulus quidam est in verbis Ioannis: nam dicens; *voluerunt ergo eum accipere in nauim; & statim nauis fuit ad terram in quam ibant*; D significare videtur Christum non esse receptum in nauim, quod apertè contrarium est narrationi Matthæi & Marci. Certè Chrysostomus vel ob hanc præcipuè causam existimat aliud esse miraculum Ioannis ab eo quod narrant reliqui duo. Verùm cùm id non sit probabile, dicendum Ioannem quidem non negare Christum ascendisse in nauim, sed tantum dixisse; *voluerunt eum accipere in nauim*; vt significaret Apostolos cùm adhuc longè essent à terra, voluisse Dominum accipere in nauim, vt solito more cum illis nauigaret vsque dum peruenirent ad terram, non tamen necesse fuisse vt solito more nauigando peruenirent ad terram, eo quòd nouo quodam miraculo subitò nauis fuerit ad terram. Itaque secundum historiam mox cùm Christus Petrum erexisset, & in nauim rursus duxisset, ipsēque pariter ingressus fuisset, simul & ventus quieuit, & nauis terræ appulit, duplici scilicet miraculo facto à Christo. Post quę qui erant in naui accesserūt, & prosternentes se adorauerunt eum, dicentes: *Verè filius Dei es*; per hoc quod dicunt; *filius Dei es*, significantes

cantes se credere ipsum Messiam, quemadmodū A Nathanael hac circumlocutione Messiam significauit, per hoc quòd dicunt, verè; significantes ipsum non tantùm secundum opinionem, sed secundum veritatem esse illum singularē Dei filium in scripturis promissum. Non enim verisimile est eos ideo dixisse, *vere*, vt significarent eum esse filium Dei naturalem, & secernerent eū à filiis Dei per adoptionem, cùm necdum illis esset trinitatis mysterium reuelatum. Quod autē dicit Marcus, *plus magis*, hoc est, vehementer valde, vel vehementer supra modum (Nam Græcè est λίαν ἐκ περισσοῦ, hoc est ad verbum, valde ex abundanti) intra se stupebant, & non intellexerunt de panibus, quia cor eorum fuit obcæcatum; non est B contrarium ei quod dixit Matthęus, eos agnouisse ipsum esse filium Dei. Marcus enim non vult significare post peractum miraculum istud, cor eorum sic fuisse obcęcatum, vt non posset dignè de eo sentire, sed quòd tanta esset tarditas & cæcitas in eis, vt pro re maximè stupenda ducerent mira cula quæ iam Christus in aquis operatus fuerat, cùm longè prodigiosius esset quòd tantulo cibo pauisset tantam multitudinem, hoc est, quod non sic agnouerant & stupebant Christi potestatē in multiplicatione panum, atque nunc in eo quòd ambulauit super vndas, & tēpestatem sedauit. At que ob hāc causam bene in hęc pericula & timo- C res, suos Dominus incidere permisit post multiplicationem panum, vt qui illum non satis agnouissent ex maximo illo beneficio: tùm demū melius agnoscere inciperēt, vbi malis attriti fuissent. Sic certè & nobis vsuenire solet, vt in multa fœlicitate non obseruemus Dei erga nos beneficentiam: attriti malis, tum demum agnoscamus. Proinde quod ad moralem pertinet doctrinam, præter ea quæ dicta sunt circa caput Concordiæ 30. hoc est, præterquam quòd docemur hac historia quare & quomodo Deus per aduersitates & pericula suos tentare, sed nunquam derelinquere soleat. hic vlterius ex priori parte historiæ discēdū quæ sit animorum nostrorū stupiditas, vt qui Dei erga nos bonitatem sæpe ex ipsius beneficiis nō satis agnoscamus. Itaque optimus pater nostræ sa D lutis causa immittere aduersa solet, vt videtes nihil salutis situm esse in omni creatura, sed in solo Domino, in fide, dilectione, & gratiarum actione
Isaiæ 29. crescamus & proficiamus. Sicque impletur illud Isaiæ: Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Præterea discimus Dominum aliquando suos in periculis relinquere, & se veluti ab illis subtrahere, vt suas vires experiantur. Sic enim modò à nauigātibus subtraxit Apostolis, qui si se cum in naui Dominum habuissent, mox ad Dominum confugissent in tempestate exorta, quem admodum prius fecerāt. Quòd autem Dominus suos magis terruit priusquam liberaret & conso- E laretur, monemur cùm aduersitas summa fuerit, tum proximam adesse salutem. In secūda verò historiæ parte; quæ peculiariter est de Petro docemur primùm fidei omnia esse possibilia, vt per quam aqua Petrum portauit priusquā hæsitaret. Docemur secundò, non satis esse credere aut confidere, sed opus esse constanti & perpetua fiducia nec dispiciendum quantum sit periculum in quo agimus, aut quid vires nostræ possint, sed quid is possit cui fidimus. Postremum docemur, quæ sit naturæ nostræ in diffidendo stupida facilitas. Petrus enim qui fide quod maius erat superauit, nē pe vndas maris, à minori turbatur & superatur, nimirum à venti impulsu. Sic multoties vsuenit vt qui in magnis periculis sese rectè gesserunt, in minoribus superentur & perturbentur. Idem in priori historiæ parte videre licet. Apostoli enim tempestate maris afflicti non dicuntur timuisse, aut præ timore exclamasse, sed viriliter laborasse in remigando contra ventum eis contrariū, cùm eidem propter vanam spectri opinionem præ nimio timore fœmineo more exclamauerint. Ad hæc in priori historiæ parte docemur, in periculis non ociosè pendere à diuino auxilio, sed omnia facere quę sunt in nostra potestate, & cum Apostolis contra pericula certare & laborare. Cùm verò humanum planè defuerit auxilium, docemur ex secūda parte historiæ fidēter cum Petro Christi implorare opem. Itaq; cùm demergi cœpimus tempestate vel afflictionum, vel pertutbationum animi, Iesum inuocemus, & continuò porriget etiam nobis manum auxiliarem, & extrahet nos. Porrò allegoricum prioris historiæ sensum pulchrè tractat D. Augustinus lib. de verbis Domini sermone 14. ferè in hunc modum: Quod Christo in montem ascendente ad orandum, Apostoli ex illius præcepto trāsfretantes tēpestatem grauem passi sunt, significat quòd post Christi in cœlum ascensionem, Apostolorum qui à Christo mādatum acceperant deferendi Euangelium per mare C ipsius seculi, nauicula, hoc est, Ecclesia multis esset persecutionū fluctibus, & quasi contrariis ventis impetenda. Labor autem Discipulorum in remigando, labores sanctæ Ecclesiæ designat, quæ inter vndas seculi aduersantes, & immundorum flatus spirituum, ad quietem patriæ cœlestis pernenire conatur. Quoniam autē Christus orat in excelso, ac videt suos contra contrarios Euangelio ventos laborare, turbari quidem potest Apostolorum nauicula, sed mergi nō potest. Turbabitur autem, vsquedum ad eam rursum veniat Dominus, qui solus fluctus maris caleare potest, qđ fit circa quartā noctis vigiliam, hoc est, in fine seculi, nocte huius mundi pene finita. Sed priusquā clarè à suis conspici & agnosci poterit, nouis terroribus in suo aduentu multos percellet, vsquedum omni caligine huius seculi discussa, ac omni metu sublato cum tempestatis sedatione, ab his qui sunt in nauicula adorabitur tāquam verè filius Dei. Nā in nocte huius seculi, cùm ingruit aduersitatum procella, frequenter multis vsuenit ita perturbari, vt res Christiana eis quasi phātasma quoddam esse videatur. Quod verò ad secundam historiæ partem attinet, quæ de Petro est, Diuus Hilarius intelligit typum fuisse promptitudinis Petri ad commoriendum Christo, & mox secutæ negationis ex metu. Quòd enim solus ex omnibus pcari audet iuberi sibi vt ad Dominum super aquas veniat, designabat affectum voluntatis ipsius tempore passionis, quando præ aliis primus se obtulit ad commoriendum Domino, quem & solus penè iam captū secutus est, sed mox metu correptus mergi cœpit: & submersus fuisset, nisi gemitu & lachrymis Christi opem inuocasset, & inuocatam eam impetrasset. Sic & Theophylactus in Matthæum.

ET CVM TRANSFRETASSENT, VENERVNT IN TERRAM GENEZARETH, &c.] Videntur quæ hic narrant Matthæus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marcus non omnia eodem die contigisse quo Dominus eũ suis applicuit, sed Euangelistas paucis complexos fuisse quæ variis diebus contigerũt, significãtes quomodo iam in side profecerit multitudo, quæ non iam ipsum in domos suas trahunt, nec precantur, vt priùs, manus impositionẽ, neq; verbi iussum exigunt: sed tantùm limbriæ contactum, idq; fortè permoti exemplo eius quę sanguinis profluuio laborauerat. Nos autem (inquit Chrisostomus) non solùm fimbriam aut vestimẽtum Christi habemus, sed etiam corpus eius comedimus. Si ergo qui limbriam vestimenti eius retigerunt, tantam acceperunt virtutem, multo magis qui totum ipsum sument.

DISSERIT DE MANDVCANDO PANE COELESTI.

Ioannis 6. CAPVT LIX.

ALtera die turba quæ stabat trãs mare vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cũ Discipulis suis Iesus in nauim, sed soli Discipuli eius abiissent, aliæ verò superuenerunt naues à Tyberiade iuxta locum vbi manducauerunt panẽ gratias agentes Deo. Cùm ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi neque Discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Iesum: Et cùm inuenissent eum trãs mare, dixerunt ei: Rabbi, quãndo huc venisti? Respondit eis Iesus, & dixit: Amẽ amẽ dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini nõ cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternã, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signauit Deus. Dixerunt ergo ad eũ: Quid faciemus vt operemur opera Dei? Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signũ, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerũt manna in deserto, sicut scriptũ est: Panem de cælo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panẽ de cælo, sed pater meus dat vobis panẽ de cæle verum. Panis enim verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine da nobis semper panem hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ, qui venit ad me non esuriet: & qui credit in me, nõ sitiet in æternũ. Sed dixi vobis quia & vidistis me, & nõ creditis. Omne, quod dat mihi pater, ad me veniet, & eũ qui venit ad me non eiiciam foras: quia descendi de cælo non vt faciam volũtatem meam, sed volũtatem eius qui misit me. Hæc est autẽ voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdã ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est enim volũtas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eũ, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis qui de cælo descendi. & dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrẽ? Quomodo ergo dicit his, quia de cælo descẽdi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicẽ. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: Et erũt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Nõ quia patrem vidit quisquã, nisi is qui est à Deo, hic vidit patrẽ: Amen amẽ dico vobis, qui credit in me habet vitam æternã. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerũt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descẽdens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mũdi vita. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis suam carnem dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meã carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternã, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meã carnem & bibit meum sanguinẽ, in me manet & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrẽ: & qui mãducat me, & ipse viuet propter me: Hic est panis qui de cælo descẽdit. Non sicut mãducauerũt patres vestri mãna & mortui sunt. Qui manducat hunc panẽ viuet in æternũ. Hæc dicit in Synagoga docens in Capharnaũ. Multi ergo audientes ex Discipulis eius, dixerũt: Durus est hic sermo, & quis potest eũ audire? Sciens autẽ Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc Discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentẽ vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquã. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidã ex vobis qui nõ credũt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credẽtes, & quis traditurus esset eũ: Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datũ à patre meo. Ex hoc multi Discipulorũ eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nũquid & vos vultis abire? Respõdit ergo ei Simon Petrus: Domine ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & non credimus & cognouimus quia tu es Christus filius Dei. Respondit ei Iesus: Nónne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autẽ de Iuda Simonis Iscariote. Hic enim erat traditurus eũ, cùm esset vnus ex duodecim.

ALTERA DIE, TVRBA QVAE STABAT TRANS MARE, VIDIT QVIA NAVICVLA, &c.] Solus Ioãnes historiam præcedentem continuat deducens eam ad sermonem illum sublimem de pane spirituali, cuius occasione coactus fuit præcedentia narrare. Quæ autem in

in huius capitis exordio narrat Ioannes de turba, ob id narrat vt significet etiam turbam suspicari cœpisse Christum per transisse pedibus suis mare, quem sciebant naui non transisse, atq; ob id occasione transnauigandi innẽta, accessisse ad quærendum ipsum. Nec aliud in litera est obseruandum, nisi quòd, altera die, positũ est pro, postero die. Est enim Græcè ἐπαύριον. Deinde quòd pro, gratias agẽtes Deo; Græcè est εὐχαριστήσαντος τοῦ κυρίου, hoc est, gratias agente Domino, vt gratiarũ actio non referatur ad turbam, de cuius gratiarũ actione nihil prius dictũ est, sed ad ipsum Christum, quem suprà dixit Ioãnes egisse gratias. Certè vetera exẽplatia & Augustinus legũt nõ, Deo, sed Domino, & facile à scriptore in ablatiuo, agẽte, addi potuit litera, s, eo quòd inconueniens putauit Deo tribuere gratiarũ actionẽ. Addita est autẽ ab Euangelista illa pars; gratias agente Domino; vt significãret de qua panum mãducatione loquatur. Præterea sciendum, in principio huius capitis mãcum esse sermonem. Nam cùm illum nõdum quiescẽre fecerit Euangelista, rursus aliunde incœpit dicens: Cùm ergo vidisset turba, &c. Est autẽ forma hæc abbreuiationis. Quod sequitur; *Alia verò superuenerunt naues à Tyberiade*; interlocutio est, quæ facit vt sententia præcedente non absoluta, aliun de cogeretur sermonem incipere Euangelista.

ET CVM INVENISSENT EVM TRANS MARE, DIXERVNT EI: RABBI QVANDO HVC VENISTI.] Rustice, stultè & puerili ter interrogabant, tum quòd vanum quid ab eo petebant, cuius diuinas virtutes viderant, à quo proinde seria tãtùm petere & grauia debuissent, tũ quòd potius interrogare debuissent, quomodo huc venisti, quãquam quærendo, quando huc venisti, simul etiam intelligere quærebant; quomodo illò venisset. Nam ex tempore quo aduenisset intellecturos se fortè putabãt nũ pedes eò venisset an non. Amorem tamen aut assentationem quandam hæc verba præ se ferunt, per hoc quòd Rabbi eum vocãt. Itaque quoniam vanam quærebant quæstionem, ex cuius respõsione nulla consecutura erat vtilitas, nec conueniebat ipsummet Dominũ exponere modum quo eò aduenisset, non respondet Dominus quæstioni, sed facto eorum qui quærebant eum: & respõdet parum blandè, imò cum reprehẽsione, ne videretur capi eorum blanditiis, & vti eximeret animis eorum hesternam cogitationem, qua cogitauerunt eum rapere & facere regem, docens Ecclesiæ præsides non decipi suauitate verborum & assentatiunculis, nec semper eos ad auditores vti debere blandiloquentia, sed aliquando sermone obiurgatorio & reprehensiuo opus esse, ad tangendũ & excitandum eos qui desides sunt & tardi. *Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia*, &c. In quibus verbis est nonnulla obscuritas. Primùm enim in eis videtur esse repugnantia. Si enim quærebant Iesum quia manducauerant ex panibus, ergo etiam quia videbant signa. Deinde in principio sexti capitis dicit Ioannes de his turbis, quòd sequebãtur eum quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Proinde commodè verba Domini sunt intelligẽda, in hunc modum: quæritis me, nõ quòd signa videritis, & hinc persuasi ritis diuinam in me esse virtutem, & a Deo vobis missum doctorẽ, à cuius proinde doctrina & verbis vobis pendendum credatis. Hoc est enim quærere Christum propter signa, quærere illum propter diuinam eius virtutem & auctoritatem quam miracula edita significabant. Significauit ergo Dominus turbas nõ requirere illũ propter illum, sed propter seipsas, non propter spiritum, sed propter carnem. Sperabant enim illum semper in posterũ sequentibus se prospecturum de alimento, vt iam fecerat. Sciendum tamẽ quòd in hac hominum turba, vt semper fieri solet, verisimile omnino sit fuisse bonos cum malis, fuisse quos desiderium Iesu, vt prophetæ & præconis diuinæ voluntatis, post ipsum traheret. Fuerunt item, qui, vt supra dixit Euangelista, ob signa ipsum sequebantur, magis attracti tũ miraculorum curiositate, tum carnis vtilitate, quàm studio religionis. Fuerunt denique quos solus vẽter impellebat ad sequendum Christũ, qui semel satiati ab eo sine commeatu, idem & postea fore sperabant, atque ad hos peculiariter sermonem hunc vertit Dominus, quorum verisimile est plurimos in hac turba fuisse, quibus tanquam bonus medicus duplex remedium adhibet, dum & mentem ac cogitationẽ eorum detegit, significans se occulta cordis eorũ cognoscere, ac proinde vanam esse illorum assentionem, & oportuna reprehensione à ventris cura eos auocare studet. Docemur autem & nos hac sententia, non quærere Christum propter temporale commodum, quemadmodũ plerique faciunt. Quàm multi enim, inquit Augustinus, non quærũt Iesum, nisi vt illis benefaciat secundùm tempus.

OPERAMINI NON CIBVM QVI PERIT, SED QVI PERMANET IN VITAM AETERNAM.] Reprehensioni subiũgit doctrinam, eamq; oportunã. Nam occasione accepta à cibo corporis quem illi quærebãt, anagogen facit ad cibum spiritualem, docens illum potius esse quærendum: quemadmodum Samaritanam occasione aquæ quã quærebat, instruxit de potu spirituali, docens pastores à corporalibus ad spiritualia auditores debere traducere, atque occasionem differendi de spiritualibus venandam à corporalibus rebus circa quas versantur. Quod autem dicit; *operamini cibum*; hunc habet sensum: operam vestram & laborem huc impendite, non vt assequamini cibum pereuntem, sed cibum semper permanentem. Dicit autem, *operamini*, vt ad similitudinem cibi corporalis qui operãdo acquiritur, loqueretur de cibo animæ, ac significaret labore, opera, & cura nostra parari cibum animæ, sicut paratur cibus corporibus. Cibũ qui perit, illum vocat de quo Matt. 15. qui in ventrẽ vadit, & in secessum emittitur. qui proinde non potest in æternũ satiare. Cibus qui permanet in vitam æternam, cibus est incorruptibilis, perducẽs ad vitam æternam. Vbi aduertendum, quòd non quemuis cibum animæ quærendum præcipit. Est enim quidam animæ cibus, qui non permanet in vitam æternam, vt laus hominum; ac scientia humana, aut veritas non perducens ad vitam æternam. Porrò quoniã Christus præcepit operari, & non vult operari cibum qui perit, hoc est corporalem, quidam hinc intellexerunt non esse laborandum pro cibo corporali, hoc Domini verbo abutẽtes ad prætextum suæ pigritiæ, cùm Paulus contrarium facto & verbo docuerit, laborans pro victu manibus suis, & dicens: Qui furabatur; iam nõ furetur, magis autem operetur, manibus suis, *Ephes. 4.* *1. Thes. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Et Si quis non vult operari, nec manducet. Proinde commodè dictum Saluatoris accipiẽdum est, vel hoc modo: Operamini non tam cibum qui petit, quàm eum qui permanet. Aut, quod in idem redit, operamini, hoc est, toto pectore & animo curate non cibum pereuntem, sed cibum permanentem. Voluit enim Dominus his verbis non interdicere curam corporalis cibi, sed docere præponendum illi esse curam cibi spiritualis, & illum obiter curandum: hunc autem toto animo quærendum, atque vt fidem omnium operationum, quomodo hi contra quos hæc dicit, quærebãt cibum pereuntem. Vt autem scirent à quo cibum hunc quærere deberent, subiicit, *Quem filium hominis dabit vobis*; de se modestè loquens in tertia persona: & filium hominis nominans, ac significans se non venisse ad pascendum corpora, sicut illi quærebant ab eo pasci, sed ad pascẽdum mentes. Et quoniam mirari poterãt audiẽtes, quomodo ipse qui filius hominis, hoc est, homo erat, posset dare cibum permanentem in vitam æternam; subiicit: *Hunc enim pater signauit Deus.* In qua sententia verbum, *signauit*, tripliciter potissimum exponitur. Augustinus enim intelligit, *signauit*, hoc est, signo aliquo ab aliis separauit, videlicet vnges eum oleo spiritus præ participibus suis. Cuicunq; enim rei signum additur, ob id additur, ne cum aliis confusa dignosci non possit. Itaque sic sententiã hanc cum superioti coniungit Augustinus: Nolite me cõtẽnere, quia filius hominis sim: sic enim sum filius hominis, vt Deus pater me signauerit, hoc est, propriũ aliquid dederit quo ab aliis separarer, & agnoscerer hominum reliquorum esse saluator. Verùm dictio Græca non simpliciter significat signare, aut signo aliquo notare. Est enim hic rursum ea dictio quæ suprà cap. 3. Ioannis, ἐσφράγισεν, hoc est, sigillauit, quod Cyrillus hoc loco sic intelligit, vt significetur patrẽ filio dedisse omnimodam secum identitatem, quo modo signaculum simile est sigillo imprimẽti, ac filium veluti signaculum esse patris, quomodo dicitur à Paulo esse splẽdor & figura substãtiæ eius. Chrysostomus verò simplicius interpretatur, sigillauit, hoc est, veluti sigillo suo apposito, voce sua cœlesti & miraculis cõfirmauit & declarauit, authoritatẽ eius ostendens quis sit, & quòd possit dare cibum hunc permanẽtem. Quæ interpretatio & accommodatior est ad mentem Euangelistæ, & magis conuenit illi loco prædicto, vbi hoc verbum priùs similiter positum fuit à Ioanne.

Psal. 44. *Heb. 1.*

DIXERVNT ERGO AD EVM; QVID FACIEMVS, VT OPEREMVR OPERA DEI? RESPONDIT IESVS, &c.] Pro *faciemus*, Græcè est, ποιῶμεν, quod interpres accepisse videtur, vt sit futurũ secũdum. Sed quoniam huiusmodi circumflexa verba carẽt futuro secundo, quidam & alij accipiũt vt sit præsentis temporis, facimus, quod tamẽ exponi debet per, facere poterimus. Nihil quidem de operibus Dei, hoc est, Deo gratis, operandis Dominus dixerat, sed tantùm de operando cibo permanente, & tamen hi inferunt; *quid faciemus vt operemur opera Dei?* siue quia intellexerunt Dominum illis verbis exigere opera Dei, quasi illa sint cibus permanens in vitam æternam, siue potius quia intellexerunt ex eo quòd dixit operandum cibum permanentem, hoc est, opere & labore curandum illum cibum, non posse cibũ illum operari & curari operibus humanis, sed operibus diuinis. Nam huic intelligentiæ consonat responsio Domini, qua significatur non quòd opus Dei sit cibus permanens, sed quod opere curatur & acquiritur cibus permanens, qui est Christus. Obseruandũ autẽ quòd Iudaico more de operibus quærunt, vt quæ sola ferè lex Moysis exigit, quæ ob id à Paulo dicta est lex factorum & operum. Et quãquam accipi possit hæc quæstio simplici animo proposita, ac studio discendæ veritatis facta, Cyrillus tamẽ intelligit eam non ex bono animo, nec ex discendi cupiditate, sed ex arrogantia potius prodiisse, ac quasi omnia scirent, & nihil sibi discendum restaret, ita rogasse, quasi dicant: Satis nobis præcepta Moysis sunt, non minus scimus, quàm oporteat illos scire, qui Dei opus facere volunt: quid igitur nouum & inauditum nos docere poteris, quod in scripturis dictum non sit? Hic sanè intellectus etsi non sit necessarius, bene conuenit responsioni Christi, qua docet de opere quodam Dei, de quo non ita docuit Moyses. Quoniam ergo Dominus suprà dixerat operandũ esse cibum, & illi de operibus Dei quæstionem intulerũt, bene Dominus imitatus eorum quæstionem respondet: *Hoc est opus Dei.* &c. Illi quidem de operibus Dei quæsierunt, Dominus verò singulariter de vno opere Dei respondet, per quod lex Euangelica, quæ lex fidei dicitur Paulo, secernitur à lege Mosaica, quæ factorum & operum dicitur. Perinde ergo est ac si dixisset: Nõ illa sunt opera quæ Deus à vobis nũc potissimum exigit, quæ Moyses vobis præcepit de circũsione, victimis & cæremoniis, sed hoc est singulariter Deo gratum opus, hoc peculiariter nũc à vobis exigit, vt credatis in eum quem misit ille. Credere enim opus Dei in proposito dicitur, non ob id quòd fides Dei sit donum (nam hoc non seruit proposito) sed quia illud Deus exigit, & illi gratum est. Singulariter autem opus fidei exigit, cùm alia multa etiam sint Euangelicæ legis opera. Primùm, quia, vt dictũ est, opus fidei secernit legem Euangelicam à lege Mosaica, cuius hi erant obseruatores & admiratores, cum quibus Dominus loquebatur. Deinde, quia fides est primum opus Euangelicum, quo operamur & curamus nobis cibum permanentem in vitã æternam. Nam de huiusmodi opere erat hic quæstio, non de quouis opere Dei. Et postremùm, quia fides vt est fundamentum omnium operum Euangelicorũ, ita omnia huiusmodi opera in se quodammodo includit. Loquitur enim Dominus proculdubio de fide quæ per dilectionem operatur. Dicit autẽ non; vt credatis in me, sed potius, vt credatis in eum quem misit ille; non solùm modestiæ causa, sed etiam vt rationem fidei in se indicet. Ideo enim in Christum credendum, quia illum pater misit.

Rom. 4.

DIXERVNT ERGO EI: QVOD ERGO TV FACIS SIGNVM VT VIDEAMVS, &c.] Rursum Iudaico more signum petunt: & cùm iam mirabile signum multiplicatione panum vidissent, tamen illud extenuantes, & comparãtes cum miraculo quo Moyses pauit Israelitas in deserto, nõ putãt illud esse sufficiẽs ad hoc vt credãt ipsi sicut crediderunt Moysi. Est ergo sensus iste: Vis vt nos qui Moysi credimus, etiã tibi sicut illi credamus, ac vt magistrum à Deo datũ recipiamus? Quod ergo tu facis signũ authoritatis

ritatis tibi à Deo traditæ declarationum: quid ita præclarum operaris, vt videntes tibi adesse Deum omnibus verbis tuis fidẽ habeamus? Panem fortè quidem semel quinque milia è quinque panibus & duobus piscibus: verùm à Moyse circiter sexies centena patrum nostrorum milia alita sunt totis quadraginta annis, idq; non communi pane, sed qui, vt testatur scriptura, fuit cœlestis panis ac de cœlo deplutus. Tale nihil adhuc tu designasti. Meritò itaque Moyses apud nos honoratur & recipitur, nec adhuc videmus quare tibi sicut illi credendum sit, maximè cùm illius præcepta mutare studeas, & nouam nobis doctrinam inferre, tẽque illo maiorem haberi velis. Ex his apparet quàm verè dixerit Saluator, hos ventris gratia se quæsisse. Significat enim se cupere vt otiosè cum Domino vagari possint, & ab ipso sine labore pasci, sicut olim populus in deserto quadraginta annis fuit alitus. Rursum apparet eos qui hæc quærebant, alios fuisse ab illis qui suprà viso miraculo dixerũt, Hic est verè propheta, &c. Aut certè pro vulgi instabilitate, cùm iã saturitas illa præteriisset, & à Domino iam reprehenderentur, vitio eorum detecto, à priori sententia & opinione exciderunt. Porrò, manna, vox est Chaldæa. Nam Hebraicè dicitur Man, quo nomine appellatus est cibus ille, quo Hebræi aliti sunt in deserto quadraginta annis, eo quòd cùm primùm cibus ille à populo visus esset, dixerant Man hu. Quod diuersimode intelligi potest. Primò, vt Man hu sit idem quod, quid hoc, scilicet est: pro Mah hu, interiecta litera Nun euphoniæ gratia. Quem sensum in sua versione secutus est D. Hieronymus, qui explanationis gratia de suo adiecit: quod significat, quid est hoc. Altero modo, vt sit idem quod, donum, hoc, vel donũ est. Nam מן Man à verbo מנה Manach deriuari potest, quod donare significat, vt intelligatur populus rei nouæ & non cognitæ generale nomen indidisse, vocans eam donum, Dei scilicet. Veruntamen cùm ratio impositi nominis iuxta literam accepta sit ab ignorantia, ideoq; prior expositio proximior vero videtur. Cùm autem hi dicunt, *sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis manducare*; alludunt ad illud Psalmistæ: Pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis.

Exod. 16. *Psal. 77.*

DIXIT ERGO EIS IESVS, AMEN AMEN DICO VOBIS, NON MOYSES DEDIT, &c.] Crassa hæc & ingrata populi responsio non defatigauit Iesu mansuetudinem, ab alliciendis eis ad cognitionem rerum spiritualium. Nec indignatus Dominus Moysen sibi præponi obiecit quæ dicere iustè potuisset, nimirum quòd Moyse maiora miracula fecisset, quodque scriptura nusquam Moysi miraculum illud Mannæ tribuit, sicut illi se tribuere significabant, nec componit miraculum à se factum, cum manna Mosaico, sed his omnibus omissis, salutis eorum magis auidus, quàm propriæ gloriæ, occasione accepta ex verbis quærentium, aggreditur explicatius tractare de cibo illo qui permanet in vitam æternam. Itaque quoniam tanti faciebant vetus illud manna, vel ob id quòd in scripturis vocetur panis cœli, contrà Dominus illud extenuat & deprimit in comparatione panis quem pater iam mundo offerret, cumque solita assueratione, vt de re graui ac probè animaduertenda locuturus respondit: *Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo*, hoc est, panem verè cœlestem, quique propria locutione è cœlo datus & descendisse dici possit. Non enim Dominus negare hic voluit quin Moyses dederit illum panem, quem Psalmographus vocat panem cœli, quamuis id negare potuisset: sed quòd ille panis non verè fuerit è cœlo: impropria autem locutione, è cœlo datus dicatur, quia scilicet ex aere pluebat, quomodo volucres aeris, aues cœli dicuntur. Hoc enim voluisse patet ex aduersatiua, *sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Inde enim patet priùs Dominum negare voluisse, Moysen dedisse panem de cœlo verum. Idem significat articulus apud Græcos appositus τὸν ἀληθινὸν, hoc est, illum panem è cœlo, insignem scilicet & verum, quique verè è cœlo dici possit. Portò cùm dicitur; *Panem de cœlo verum*, adiectiuum, *verum*, posset referri quidem ad totum illud, *panem de cœlo*, vt significetur hunc panem verè ac propriè esse è cœlo, cùm mãna tantùm putatiuè & impropriè esset è cœlo: sed melius refertur tantùm ad panem, vt sit sensus: panem de cœlo, panem inquam verum, vt significetur solum panem de cœlo, esse verum panem. Hunc enim sensum significat apud Græcos articulus appositus τὸν ἀληθινὸν. Verùm autem hic dicitur, non vt opponitur falso, nam & manna hoc modo fuit verus panis, sed vel vt opponitur figurato & vmbratili, quomodo accepisse videtur Augustinus, dum scribit in hunc locum sic: Sed quem panem? Fortè manna: Non, sed quem significabat manna, ipsum scilicet Dominum Iesum. Vel potius vt opponatur imperfecto, & ei quod solùm per participationem est aliquale: quomodo Ioannis vltimo Christus dicitur verus filius Dei: & mox postea Dominus dicit carnem suam verè esse cibũ, & sanguinem suum verè esse potum: quomodo item se postea vocat vitam veram. Panem enim verum separare vult à pane quouis corporali, qui imperfectè tantum panis est, & conditionem panis, nempe viuificare, imperfectè habet.

PANIS ENIM VERVS EST QVI DE COELO DESCENDIT, ET DAT VITAM MVNDO.] Græci non habent; *panis verus*; sed *panis enim Dei est*, quomodo & vetustissima habent exemplaria Latina, & inter recẽtiores Dionysius. In Augustino semel est, *panis verus*, & mox *panis Dei est*: Si legatur, *panis Dei*, iam hac sententia declaratur, quòd pixit solum patrem dare panem de cœlo, & verum panem, quia scilicet panis qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo, non potest alterius dici panis quàm Dei qui est in cœlo, non potest dici panis humanus aut terrenus, sed tantùm diuinus. Si legatur, *panis verus est*: explicantur conditiones panis veri, quibus distinguitur à mãna & quouis cibo corporali. Explicãtur autẽ conditiones duæ. Altera, cùm dicitur, *qui de cœlo descendit*. Nam manna nec est è cœlo propriè sed aere, nec descendit propriè, sed datũ tantum dicitur à cœlo, cum descẽdere proprie sit eorum quæ per se mouentur. Altera, cum dicitur, *& dat vitam mundo*, per quæ verba etiam dupliciter separatur panis Dei & panis verus à manna, & multo magis à quouis alio corporis cibo. Et primò quidem per illud quod dicit, *dat vitam*, absolute scilicet & cœlestem, ficuti è cœlo descendit. Manna enim & quiuis alius corporis cibus, nũ dat absolute vitam, sed tantum in habentibus vitam conseruat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruat eam ad tempus: nec perditam potest restituere, aut à morte æterna præseruare, & si quo modo dici possit dare vitam, non dat vitã quæ absolutè sit vita. Panis autẽ cœlestis, de quo Dominus loquitur absolutè, dat vitam: tum quia non habentibus vitam, dat vitam, tum quia à morte præseruat in æternũ, ac vitam largitur quæ verè vita sola est, æternam scilicet & cœlestem. Ad hãc enim secundam rationem Dominum respexisse patet ex eo, quòd declaraturus postea quomodo panis iste verus det vitam, & non manna. Patres, inquit, vestri manducauerunt manna, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descẽdẽs, &c. Secũdò, separatur panis verus à manna, per hoc quòd addit, *mundo*. Nam manna non mundo, sed vni populo Israel datum est in cibum: panis autem verus, vniuerso mundo, hoc est, omnibus electis per vniuersum orbem dispersis. Non enim hic mundus accipitur, quemadmodum ibi: Non rogo pro mundo. &: Nolite mirari si odit vos mundus; pro impijs scilicet & mundanis hominibus, sed vel pro vniuersa hominum multitudine, vel pro electis in vniuerso mundo existentibus quemadmodum ibi: Sic Deus dilexit mũdum, &c. Inter duas autem istas panis veri conditiones, prior causa est secundæ. Ideo enim panis aliquis dat vitam mundo, quia è cœlo descendit.

DIXERVNT ERGO AD EVM: DOMINE, SEMPER DA NOBIS PANEM HVNC.] *Ioan. 4.* Quomodo Samaritana, cui dictum est: Qui biberit ex hac aqua, non sitiet vnquam; secundùm corpus illud accipiens, & carere indigentia volens, dixit: Domine da mihi de hac aqua; sic & isti sensibilem adhuc panem somniantes, dicunt: Domine, semper da nobis panẽ hunc qui reficiat, & non deficiat. Carnaliter enim eos intelligere patet, tum ex eo quòd nõ semel, sed semper eum sibi dari postulant: tum ex eo quòd postea dicit Dominus eos non credere. Vnde rursum constat verè Dominum priùs eis exprobrasse curã ventris. Petũt autem hunc panem sibi dari à Domino, cùm tamẽ priùs Dominus dixisset: pater meus dat vobis; quia intellexerunt patrem dare per filium, maximè quia priùs dixit, quem filius hominis dabit vobis, &c.

DIXIT AVTEM EIS IESVS: EGO SVM PANIS VITAE, QVI VENIT, &c.] Quoniam auidè panẽ de quo Dominus loquebatur petebãt, & Dominus in hac turba sciebat esse electos qui cum fructu se audirẽt, etsi sciret quosdam deterioros quæ diceret, cœpit iam apertè dicere, & quis sit ille panis cœlestis, & quo pacto eius possent fieri compotes. *Ego* (inquit) *sum panis vitæ*, hoc est, panis verè viuificans, & vitam veram largiens. Est enim Hebraica phrasis. Declaraturus autem se esse panem, & modum item aperire volẽs quo panis hic obtineri possit, subiicit: *Qui venit ad me, non esuriet*, &c. Quasi dicat: Quicunque alius panis non est panis vitæ absolutè, nec est panis verus, quia non tollit absolutè famem, non tollit sitim in æternum, sed tantũ ad horam: ego verò tollo famem absolutè, quia in æternum. Cùm autem conueniẽtia sermonis videretur exigere vt diceret, qui manducat me, non esuriet, dicit hic in principio; *qui venit ad me, & qui credit in me*, vt abstraheret auditores à cogitatione panis corporalis, & à cogitatione mãducandi & bibendi corporaliter, & erigeret eos ad cogitãdum & panem de quo loqueretur esse spiritualem, & manducationem esse spiritualem. Cumque priùs dixisset; *qui venit ad me*; postea dicit, *qui credit in me*; vt exponat quid sit venire ad ipsum, nimirũ credere in ipsum, vt satis patet ex sequentibus. Et cùm tãtùm dixisset se esse panem vitæ, non autẽ potum, declarat tamẽ se non tantùm tollere famem, sed etiam sitim, vt intelligamus ea quæ sunt diuisa in alimẽtis corporalibus, vnita esse in alimento spirituali: nec esse hic eam alimentorum distinctionem, sed panem vitæ secum adferre plenam satietatẽ. Quomodo autem credens in Christum non esuriet nec sitiet in æternũ, satis patet ex his quæ dicta sunt circa cap. Ioan. 4. in cap. Concordiæ 13. circa illud: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Non esuriet enim nec sitiet fidelis, quia nullius ad veram vitam necessarij inopiam habebit, vel in hac, vel in futura vita. Deinde, quia cognito Christo & bonis quæ per ipsum est assecuturus, nihil præterea magnopere desiderabit, sed in Christo & bonis ipsius conquiescet appetitus ipsius. Solus enim ipse est qui possit appetitui hominis satisfacere plenè.

SED DIXI VOBIS, QVIA ET VIDISTIS ME, ET NON CREDITIS.] Creditis, habent codices emẽdatiores, non autem, credidistis; consentientibus Græcis, quæ habent πιστεύετε. Quoniam autem nusquam legitur Dominus Iudæis dixisse, vidistis me & non creditis, hinc quidam hanc sententiam sic intelligunt: Sed hæc nũc locutus sum vobis, propterea quòd quãquam videritis me, non tamen creditis adhuc in me. Verùm hæc intelligentia vt est extorta, ita non facilè apparet quomodo hæreat cum præcedentibus. Proinde rectius intelligitur Dominum significare voluisse, dixisse se priùs illis quòd vidissent illum, nec tamen crederent. Et si quæratur quando id dixerit illis: dici potest, dixisse quidem illum ipsis aliquando, etsi scriptum non sit. Aut tunc dixisse illis, cùm diceret; *quæritis me non quia vidistis signa*, &c. Hoc enim erat dicere, vidistis me, & non creditis. Sensus ergo hic est: Petitis à me dari vobis panẽ vitæ qui è cœlo descenderit, hunc iam vobis præsentem credendo quisque accipere potest, sed vos ideo non accipitis, quia, vt & aliàs dixi vobis, vidistis me, nec tamen creditis in me. Quòd autem dicit; *vidistis me*; non simpliciter de visione corporali est accipiendum, sed quomodo postea cùm dicitur: *vt omnis qui videt filium, & credit in eum*, &c. de visione potius tali quæ non est, sine visione mentis, qua ex factis ipsius & doctrina satis aduertebant, aut aduertere debebãt eum esse dignum fide, eum esse à Deo missum ac filium Dei.

OMNE QVOD DAT MIHI PATER, AD ME VENIET, ET EVM QVI VENIT, &c.] Dixerat se panem, & se saturare venientes ad se, hoc est, credẽtes, ipsos verò non credere: nunc exponit qui ad ipsum sint venturi, & quomodo fit vt quidam veniant, indicãs per hoc, etsi illi non crederent, non defuturos tamen qui crederent, & causam quare illi non crederent significãs, nimirum quòd non essent dati filio à patre. *Omne* (inquit) *quod dat mihi pater, ad me veniet*. Absolutè & in neutro genere dicit, *Omne*, vt generalior esset sermo, & ostenderet plenitudinem fidelium. Patrem autem dare aliquos filio, est ab æterno

æterno eos prædestinasse in numero electorũ, & in tempore eos vocare inter electos & filios Dei. Hi ergo proculdubio venient ad Christum, nec alij præter hos ad Christũ fide & dilectione perseuerante venire possunt. *Rom. 8.* Quos enim prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit. Sicut autẽ prædictis verbis significauit infallibile esse donum patris, ita sequẽtibus significat infallibilem esse expectationem venientium ad se: *Et eum* (inquit) *qui venit ad me, non eiiciam foras*; vel, vt habent Græca, *non eiicio foras*, hoc est, non abiicio à me, mea cura non destituam, sed suscipiam, alam, viuificabo, & saturabo. Non ergo solùm loquitur de illa eiectione, qua in nouissimo die eiicientur impij foras in tenebras exteriores. Itaque hac Domini doctrina ex duabus pendere docetur, quòd quis ab ipso recipiatur, saturetur, ac viuificetur: & primũ ex dono patris, quod consistit in sola Dei gratia, & nõ in libero nostro arbitrio: secundò, ex fide hominis in Christum qua itur ad ipsum, quæ consistit in nostra voluntate. Quòd autem venientes & credentes in Christum securi sint de sua receptione, subiicit in illius confirmationem: *Quia descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me*. Hinc ergo patet quòd non reiecturus sim eos qui dati mihi à patre venerint ad me, cùm voluntas eius sit vt tales recipiam. Illud, *non vt faciam voluntatem meam*, &c. quomodo sit intelligendum, dictum est in cap. Concordiæ 36. circa illud Ioannis: Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

HÆC EST AVTEM VOLVNTAS EIVS QVI MISIT ME PATRIS, VT OMNE, &c.] Plerique libri in duabus sequẽtibus sentẽtiis habent, enim, quidã in priori sentẽtia habent, enim, & in secunda, autem. Augustinus verò contrà in priori habet, autem, in secunda, enim, quomodo & reperi in antiquis Bibliis manu descriptis, atq; in Dionysio. Græca vtrobique habent δέ, autẽ. Et omnino necesse est in priori sententia legere, autem, quia est subsumptio sub præcedenti generali sententia, ita vt huiusmodi syllogismum hic indicet Saluator. Veni è cœlo vt faciam voluntatẽ patris mei, sed voluntas eius est: vt omne quod dedit mihi non perdam, hoc est, nõ sinam perire, sed recipiam, & resuscitem in nouissimo die: ergo omne quod datũ à patre venerit ad me, recipiam, & non abiiciam foras. Est autem Hebraica locutio in illo; *omne quod dedit mihi non perdam ex eo*; pro eo quod est, ex omni eo quod dedit mihi non perdam aliquid. Peculiariter autem resurrectionis per se præstandæ facit mentionem & hic & frequenter in sequentibus, tum quòd in resurrectione demum electorum consummatio & vita ex omni parte beata expectatur: tum vt occurrat cogitationi, qua quis cogitare posset, quomodo dicat nihil perire eorũ quæ pater illi dedit, & vitam æternã credẽtibus promittat, cùm illi tamen nihilominus moriantur. Itaque significat eos sic habere vitam æternam, vt iam quidem viuant secundùm spiritum, & licet secundùm corpus moriãtur, aut potius dormiant, tamẽ resuscitãdi sint in nouissimo die, quando iam secũdùm spiritum simul & corpus victuri sunt in æternũ fœlicissimam vitam, ita vt ob spem istam resurrectionis, corporalis eorum mors non sit verè mors dicẽda, nec possit verè earum dici interitus, sed potius somnus. Dicitur autẽ dies resurrectionis & iudicij, dies nouissimus, quia ille erit finis temporis, iuxta illud: Iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tẽpus non erit amplius. Cæterùm cùm subditur; *Hæc est autem*; vel, *Hæc est enim voluntas patris mei*, &c. explicatio est & repetitio præcedentis sententiæ, differens ab illa in hoc, quòd in illa explicatur voluntas patris respectu datorum à patre: in hac verò respectu venientium ad Christum, hoc est, credentium in illum. Dixerat enim superius duo: *Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me*: &c. Obseruandum autem in hac sententia, pro, *qui videt*, Græce esse ὁ θεωρῶν, quod non simpliciter videre, sed considerare, contemplari & peruidere potius significat. Significatur enim ipsum videre filiũ esse causam fidei: sed non simpliciter videre filium, sufficiens est causa fidei, verùm probè illum & quæ illius sunt considerare & contemplari, hoc demum ad fidem adducit. Annotandum & illud, quòd pro futuro indicatiui, quod hic vertit interpres; *& ego resuscitabo eum*; rectius verti posset futurum optatiui, quẽadmodum in præcedenti sententia; *& ego resuscitem eum*: vt ἀναστήσω, quod est hic Græcis non sit futurum indicatiui, sed aoristus subiunctiui, quemadmodum in præcedenti sententia.

MVRMVRABANT ERGO IVDAEI DE ILLO QVIA DIXISSET: EGO SVM PANIS VIVVS, &c.] Græca non habent: *viuus*, hoc loco, sed tantùm: *Ego sum panis*. Et mox postea: *Nonne hic est filius Ioseph*; habent vnam dictionem amplius quàm nos: *Nonne hic est Iesus filius Ioseph*. Nomen enim Iesu velut plebei hoc loco additum est per cõtemptum, quemadmodum & apud nos vulgus hominem nulla præditum dignitate, proprio compellat nomine. Itaque in antiquo quodam exemplari manu descripto reperi abesse nomen, *viuus*, & adesse nomen *Iesu*, quemadmodum & quidam testatur se in pleriſque antiquis inuenisse. Sic & inuenitur in Dionysio, authore licet recentiore. Iudæi ergo (nam hic etiam Galilæi vocantur Iudæi) vt erant carnales, & spiritualium rerum minimè capaces, cum intelligerent adẽptam esse spem pastus corporalis, cuius spe hactenus ferebant sermonem, vertuntur ad calumniam & murmur: cumque priùs eum recepissent pro expectato Messia, & regem eum facere voluissent: iam velut humilem contemnunt nec aliud possunt credere eum esse quàm purum hominem communi more genitum, cùm ob æditа ab eo miracula meritò credere debuissent eum plus quàm hominem fuisse, aut saltem eum talem fuisse qui mentiri non posset, nec vellet, cuius proinde verba, etiam non intellecta, humiliter essent suscipienda, & intelligentia eorum requirenda. Adhuc tamen ob recens signum eum venerantes, non manifestè ei contradicebant, sed murmurando inter se suam ostendunt turbationem. Porrò cùm dicitur: *Murmurabant de illo quia dixisset*; illud, *de illo quia dixisset*, dupliciter potest accipi. Vel de illo, scilicet Domino, vt sit, murmurabant inter se propter Dominum, eo quòd dixisset. Vel de illo, hoc est, propter illud quòd dixisset, &c. Ex eo autem quòd Euangelista dicit hos inter se murmurasse, intelligi potest, quãquis non sit necesse, fuisse inter istos quia partibus Domini steterint, sicut & eo quòd sequitur; *litigabant ergo Iudæi ad inuicem*; significatur alios

aliis

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliis fuisse aduersatios, nimirũ aliis pro Domino, A aliis contra Dominum loquẽtibus. Hoc primùm fiebat submissius, inde Euangelista illud vocauit murmur: postea incaluit contentio, quam vocauit litem & certamen.

RESPONDIT ERGO IESVS, ET DIXIT EIS: NOLITE MVRMVRARE IN INVICEM. &c.] Compescit Dominus murmur Iudæorum, subiũgens neminem credere posse in se, nisi cui hoc à patre datum fuerit. vt sic qui pro ipso erant, scirent se non debere contendere cum infidelibus, & infideles scirent causam quare non possent capere verba eius, sed cõtra eum murmurent. Nemo, inquit, potest venire ad me, hoc est, credere in me, nisi pater meus sui spiritus afflatu B traxerit eum ad me. Porrò ex verbo, traxerit, Manichæi & omnes qui liberum hominis arbitrium impugnant, desumũt argumentũ sui erroris, probare ex eo volentes, nihil in nobis esse situm, sed omnia in eo tantùm qui trahit nos. Verùm quid hoc loco sit trahere, Dominus ipse mox exponit, cùm subiicit: *Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me.* Audire ergo à patre, & ita audire vt homo perdiscat, id est, eum trahi à patre. Quòd si homo venit ad Christũ. & tum venit eum à patre audierit & didicerit Christũ, vtique suo libero arbitrio, suáq; sponte venit, non minus quàm cùm aliud quippiã amplectitur de quo audiuit & didicit, hoc est, certò cognouit sibi vtile fore. Non trahit igitur pater ad filium homines, velut homo C saxum aut signũ post se trahit, sed ita vt (si modò sacra prophanis componere licet) Herculem Gallicũ fabulæ memorant homines extraxisse cathenis ab ore eius pendentibus, & auriculis hominum infixis, sed iis laxis; quo significabitur illos solitos fuisse attrahi oratione Herculis persuasos, ac ita persuasos, vt iam vltrò accurrerẽt. Vt igitur nemo persuadet certius quàm Deus, ita nemo vèrius debet dici homines attrahere, & attrahere simul liberiores & lubẽtiores. Quò enim certius & plenius hominibus vtilitas ingens in re aliqua ostenditur, eo redduntur animo in eam rem promiores & ardẽtiores. Quare cùm pater suo spiritu D monstrat menubus hominum Christum esse hominum Saluatorem, & in eo æternam hominum fœlicitatem sitam esse, vt non possint non cupidissimè illum amplecti, trahit quidem eos, & potẽter sanè, sed simul tam liberè, vt in nullam rem sua sponte ferãtur cupidius. Pulchrè quoque Augustinus ostẽdit hoc loco quomodo pater trahit homines ad filium. Si, inquit, Poetæ dicere licuit, Trahit sua quemque voluptas, non necessitas, sed voluptas: non obligatio, sed delectatio: quãto fortius nos dicere debemus trahi homines ad Christum, qui delectantur veritate, delectantur beatitudine, delectãtur iustitia, delectantúr sempiterna vita, quod totum Christus est? Et post quædã: Ranum, inquit, ostendis oui, & trahis illam. Nuces puero demonstrantur: & trahitur. Si ergo ista quę inter delicias corporales & voluptates terrenas amentibus reuelantur, trahunt, quoniã verũ est, trahit sua quẽque voluptas, non trahit reuelatus Christus à patre? Hæc ille. Sciendum tamẽ, quod hæ similitudines non plenè declarant quomodo pater trahat ad filiũ. Nõ enim trahit tãtùm ostendendo & docendo quod omnes desiderant, aut suadendo & persuadendo sicut homo, sed etiam efficaciter excitando mentem hominum ad credendum in Christum, & amãdum eum. Eo enim distinguitur ab homine qui sermone & prædicatione trahit ad Christum. Vnde Saluator postea repetens hanc sententiam, pro eo quod hic dixit, *nisi pater meus traxerit*; dicit, *nisi fuerit ei datum à patre meo. Propterea* (inquit) *dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.* Ergo quem pater trahit ad Christum, illi dat vt veniat ad Christũ, hoc est, vt credat in eum. Excitat ergo eius mentem, infundens illi fidẽ. Vnde Augustinus lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 19. trahitur miris modis, vt velit, ab illo qui nouit intus inipsis hominũ corporibus operari, non vt homines, quod fieri non potest, nolẽtes credant, sed vt volentes ex nolentibus fiant. Hæc ille. Hoc modo trahi à Deo orat sponsa in Cãticis dicens, Trahe me, post te curremus. Hoc & Christus se tracturũ dicit postea, *Cùm*, (inquit) *exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Hic autem patri tribuitur attractio tãquam omnium bonorum primo fonti & auctori, iuxta illud: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Rursum autem hic obseruãda duo illa verba, venit & traxerit. Illud enim, apertè ostendit libertatem arbitrij in credendo: hoc verò, significat diuinam gratiam præcedentẽ omnem nostrã voluntatem, & multo magis omne meritum. Non enim ait, inquit Augustinus loco quo suprà, nisi pater meus duxerit eũ, ne illic aliquo modo intelligẽtnus præcedere volũtatem. Quis enim trahitur si iam volebat? Et tamen nemo venit nisi velit. Proinde cõueniẽter, vt ex dictis patet, Dominus hic vsus est verbo trahendi. Illo enim significatur & gratuita Dei benignitas, omnem nostram voluntatem & meritum præueniens: & gratiæ diuinæ efficacia, quæ ex nolentibus facit volẽtes: & nostræ naturæ infirmitas ac grauitas ad infetiora semper deprimens. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Proinde sicut corpus graue vt ascẽdat, sursum trahi debet: ita & nos vt ad Christũ & cœlestia eleuemur, trahi debemus cœlesti gratia. Obseruandum item quòd non dicitur solùm; Nemo venit ad me; sed, quod magis cõmendat gratiæ diuinæ necessitatem. *Nemo potest venire ad me*, quod tamen intelligi debet de potentia propinqua, quæ scilicet est elicitiua actus, & cui nihil deest nisi executio actus. Nam alioqui simpliciter quisque potest credere in Christum, cùm, vt in multis locis docet Augustinus, credere sit gratiæ: posse autem credere, naturæ: Aut illud, *nemo potest venire ad me*; potius sic est accipiendum, in sensu, vt loquuntur dialectici, compositi: Fieri non potest vt quis veniat ad me, hoc est, credat in me: vt non significetur potentia credendi esse à tractu patris, sed ipsum credere necessariò ab illo pendere. Verùm circa hæc verba dubitare aliquis potest: Si nemo potest venire ad Christum, nisi pater hoc illi dederit, & illum traxerit, ergo quibus pater non dederit, & quos non traxerit, nullius criminis erunt rei. Ad quã quæstionem à Chrysostomo etiam hoc loco motam, post Chrysostomũ sic respondet Theophylactus: Hoc autem, *nempe potest venire*: &c. dicit, non vt libertatem tollat arbitrij: absit, sed vt ostendat quòd multa habet opus cooperatione à Deo is qui crediturus est. Et aliter: illos trahit pater qui habent volũtatis aptitudinem. Eos autem qui se- A ipsos non faciunt idoneos, non trahit ad fidem. Nam sicut magnes non omnia, sed solum ferrum attrahit, ita & Deus ad omnes quidem se appropriat: eos autẽ q magis idonei, & familiaritatẽ erga ipsum præ se ferunt trahit. Hæc ille: quibus significare videtur, eos quos pater trahit ad filium promereri hoc præcedente aliqua eorum bona voluntate, qua se ad tractionem patris idoneos fecissent. Quod apertius dicit Euthymi⁹ Græcus, Chrysostomi etiã sicut Theophylactus imitator. Sic enim habet super illo; *Omne quod dat mihi pater.* Verùm si venit is ad filiũ qui datur à patre: culpa ergo carebit qui non venit, vtpote non datus à patre. Sed illos pater dat, in quib. præcedit bona voluntas, &c. Sic & quidam in Paraphra. Non impertit ille tantũ munus, nisi volentibus & auidis. B Quisquis autem promeruerit sua prompta volũtate, pioque studio vt attrahatur à patre, per mevi tam æternam consequetur. Quę dicta, à Chrysostomi locutiõe in variis locis ferè desumpta, nisi ciuè legantur & intelligãtur, præbere possunt occasionem erroris Pelagij, qui asseruit initium fidei & iustificationis esse ex nobis, consummationem verò ex Deo, ac Chrysostomi variis sententiis, malè tamẽ intellectis, suam conabatur stabilire sententiam. Chrysostomus sanè optimè sentiens de Dei gratia, nempe quòd illa in nobis sit omnis boni fons, & quòd omnem nostram bonam voluntatem præueniat, tamen multa scripsit contra Manichæum in commendationem liberi arbitrij, plera que illi tribuens sine commemoratione gratiæ diuinæ, quæ nõ sic scripsisset, si præuidere potuisset exoriturum Pelagij hæresim, quæ tum adhuc non erat exorta, vel illi cognita. Proinde quoniam in il C lis dictis gratia Dei commemorata non erat, putabant Pelagius suique complices, illum sensisse hominem per liberum arbitriũ sine gratia posse taliafacere, vtpote incipere credere, bene viuere, orare, inuocare, cùm etiam hæc incipere non possimus sine gratia præueniẽte; nec Chrysostomus id negare voluerit, sed tantùm dicere quòd hæc nobis incipientibus (non quidem sine gratia Dei) accedit rursum gratia Dei nos perficiens. Itaque Augustinus exorta iã hęresi Pelagiana, exactius & expressius locutus est de gratia Dei, quòd hic traha D tur, & non ille, non tribuens diuersæ dispositioni hominum, sed diuinæ prædestinationi & vocationi præuenienti omnem bonũ mentis nostræ motum, quemadmodum probat ex doctrina Pauli ad Roma. de Esau & Iacob, & ex ipsa Pauli conuersione. Quare Augustinus ad prædictam quæstionem respondet profundius hoc modo: Quãuis solius gratiæ diuinæ sit quòd quis trahatur, tamen qui non trahuntur, non excusantur quòd nõ venerint ad Christum, eò quòd obicem & impedimentum posuerint diuinæ tractioni, dum acceptis ab eo donis non bene vtuntur, aut media ad credendum illis data non sunt amplexi. Quòd E si vltetius quæratur, cùm nullus mereatur à Deo trahi, imò omnes in seipsis habeant demeritum, quo merentur non trahi, cur vnum magis trahit quàm alium? obseruanda pro responsione sententia Augustini scribentis hoc loco super Ioannem: Magna, inquit, gratiæ commendatio: Nemo venit nisi tractus. Quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare si nõ vis errare. Semel accipe & intellige

Si non traheris, ora vt traharis. Quibus verbis D. Augustinus duplex consilium admodum salutare suggerit. Alterum, vt ne curiosè inquiramus quare vnum Deus trahat. & nõ alium. Hoc enim spectat ad inscrutabilia illa Dei iudicia, ob quæ Pau- *Rom. 11* lus stupefactus ex clamauit: O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, &c. Nec est quòd de his iudiciis quis conqueratur. Sicut enim quicunque trahitur, ex misericordia Dei trahitur: ita qui non trahitur, iusto Dei iudicio nõ trahitur. Omnes inquit Augustinus lib. de prædest. Sãctorum cap. 8. quos docet, misericordia docet. quos autem non docet, iudicio non docet. Alterum consilium est, vt ne considerantes omnia pẽdere ex diuina gratia, diffidamus aut torpeamus, sed ea faciamus, & aliis cõsulamus quæ scriptura nos docet ad impetrãdam Dei gratiam esse media conuenientia, quæque in nostra sunt sita potestate, quamuis nõ sine Dei gratia.

EST SCRIPTVM IN PROPHETIS: ERVNT OMNES DOCIBILES DEI. OMNIS QVI AVDIVIT, &c.] Autoritate scripturæ declarat tractum paternũ esse necessariũ, ac simul declarat quis sit tractus patris, illius scilicet interna doctrina & persuasio. Est autem testimonium hoc potissimum desumptũ ex Isaiæ cap. 54. cùm dicitur: Vniuersos filios tuos doctos à Domino, supple, dabo vel ponam quod præcedit. Nam & ibi Septuaginta verterũt quod hic est *Διδακτοὺς τοῦ θεοῦ*, hoc est, vt ibi vertit Hieronymus, discipulos Dei, vel doctos à Deo. Nam, dociles Dei non satis explicat sensum, multo minus docibiles Dei, cùm docilis, vox sit non satis Latina. Allusit *1. Thes. 3* ad hunc locum etiam Paulus in epistola ad Thessalonicenses, composita vsus dictione, *αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε* hoc est, ipsi vos à Deo docti estis, vel ipsi vos à Deo didicistis. Proinde cùm dicitur; *est scriptum in prophetis*, pluralis numerus Hebraica phrasi pro singulari positus est, prophetis pro propheta. Aut prophetis, ideo dictum est, quia istud non solùm in Isaia, sed etiam in aliis prophetis. saltem secundùm sensum inuenitur, & maximè Ierem. 31. cùm dicitur: Dabo legem meã in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum. & ipsi erunt mihi in popu- D pulum. Et non docebit vltra vir proximũ suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum, &c. Porro quoniam dicitur, *& erunt omnes docibiles Dei*; cùm certum sit non omnes doceri à Deo, Caietanus intelligit signum, *omnes*, hic distribuere pro singulorum generibus, non pro singulis generum, vt significetur cuiusuis gentis, cõditionis & sexus quosdam docendos à Deo. Chrysostomus autem & Theophylactus intelligunt, omnes qui volũt erunt docibiles. Cyrillus verò, omnes qui digni erunt, significat se intelligere. Augustinus lib. de prædest. Sanctorum cap. 8. intelligit sic dictum esse omnes docendos à Deo, quia scilicet nemo docetur Christum nisi à Deo: quomodo de eo qui in ciuitate solus docet pueros, dicere solemus: omnes iste hic literas docet, nõ quia omnes discunt, sed quia quisquis discit, ab illo discit. Sed verior est explicatio, quam sequitur Aug. super Ioannem, vt sic intelligatur: Omnes regni Dei homines, vel omnes Ecclesiæ filij. Nam sic intelligendum esse locus ipse docet, vnde hoc potissimum est desumptum. NOE enim dicitur in Isaia vniuersos docẽdos à Domino, sed, vniuersos filios

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuos ponam doctos à Domino. Loquitur autem Ecclesiæ fideliũ. Ex hac ergo scriptura Dominus ad suum propositum infert: *Omnes ergo* (nam conjunctionem illatiuam, ergo, habent Græca) *qui audiuit à patre: & didicit, venit ad me.* Dicit, qui audiuit & didicit. Nam sunt qui audiunt patrem nõ solùm foris, sed etiam intus docẽtem de filio, qui tamen à patre non discunt, vt quibus non persuadetur Iesum esse Dei filium Saluatorem mũdi. Ne autẽ quoniam dixit aliquos audire & discere à patre, putaretur pater esse visibilis illis, quemadmodum magister videtur ab his quos docet, subiicit, *non* (supple, hæc dico) *quod patrem viderit quisquam, sed is tantùm qui est à Deo, vidit patrem*, hoc est, ego solus qui à patre natus sum, aut ab eo sũ missus in hunc mundum, vidi eum, ea scilicet visione qua dictum est suprà debere intelligi illud: Deum
1. Ioan. 4. nemo vidit vnquã. Significare ergo voluit Dominus eos qui à patre audiũt & discunt, arcana quadam ratione ab eo doceri, nempe per afflatũ spiritus sui, quamuis non sine medio sẽsibilis vocis eius qui est à Deo, aut eorum quos ille instruxit.

AMEN AMEN DICO VOBIS, QVI CREDIT IN ME, HABET VITAM AETERNAM. EGO SVM, &c. | Postquam dixit vnde habeat homo quod ad se veniat, & credat, ostendit rursum quis sit fructus fidei in se, ac se esse panẽ vitæ, iterũ atq; iterũ variis modis inculcat, vt tãdem persuadere possit. Dixerat superius voluntatem patris esse, vt omnis qui credit in filiũ, habeat vitam æternã, id ergo ita se habere, solita asseueratione iam confirmat, dicens: *Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam aternam.* Vbi quare nõ dixerit habebit vitam, sed habet, & quomodo id verum sit, dictum est in cap. Concordiæ 21. circa illud Ioannis: Qui credit in filium, habet vitã ęternam; & in cap. Concordiæ 49. circa illud Ioannis: Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Nihil ergo hic præterea est dicendum, nisi quòd quidam hic vertit, *Amen amen dico vobis, qui confidit mihi*; non rectè sanè cùm Græca hic habeant eodem modo quo prius, vbi frequenter vertit; *credit in me*; nec idem sit credere in Christum, & confidere illi, quanquam verum sit fidem in Christum nõ saluare, nisi eam quę includit aut potius adiũctã habet etiam fiduciam in Christum, & dilectionem eius. Oportuit tamẽ hæc inter se bene separare propter huius temporis hæreses. Quoniã autẽ Iudæi de suo manna superbiebãt, & sciebãt magnificè, rursum Dominus ad distinctionẽ illius & omnis cibi vocat se panẽ vitæ, ac explicationem iam inter manna & se ponit differentiam, quod attinet ad præbere vitã. Sed oritur hic difficultas, de qua morte intelligi debeat quod dicitur, *patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt.* Nam si intelligatur de morte corporali, non constabit differentia inter mandncantes manna, & panem vitæ manducantes, cùm etiam hi moriantur sicut illi. Si verò de morte spirituali, falsum est omnes eos fuisse mortuos qui manna mãducauerũt. Comederunt enim illud etiã iusti, Moyses, Aaron, Iosue, &c. Proinde D. Augustin. intelligens dictum illud esse de morte spirituali, animæ scilicet mortem, notat dictum esse: *Patres vestri*, hoc est, inquit, quorum vos estis similes, murmuratorũ scilicet
Matt. 23. patrũ murmuratores filij, sicut alibi dicit Dominus: Implete mensuram patrum vestrorum. Intelligit ergo Augustinus significari malos, qui tum erant in populo, eò quòd male comederunt manna, nec fide intellexerunt id quod per manna significabatur & figurabatur, mortuos fuisse per suam incredulitatem. Bonos verò manna mandũcãdo, viuificatos, eò quòd sub visibili illo cibo etiam spiritualiter manducauerunt verum panem vitæ per manna significatum, quẽ & nos edendo viuificamur. Atque hoc intelligit significatũ etiam
1. Cor. 10 ab Apostolo Paulo cùm dicitur: Patres nostri eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Vbi vult à Paulo dictũ esse: Patres, nostri, nõ patres illorum, hoc est, quibus nos fideles sumus similes, nõ quibus sũt similes increduli & murmuratores Iudęi: & quòd dicitur, eundem escã & eundem potum, intelligit significare, quod eandem escam spiritalẽ quam nos, nempe Christum, mãducauerunt spiritualiter sub visibili mãna, & sub visibili illo potu aquæ quæ fluebat illis è petra, biberunt fide eundem potum quẽ nos bibimus in altari sub specie vini, scilicet sanguinem Christi. Sed vt explicatio ista loci Pauli minon conuenit contextui Pauli, (nã sequitur; sed non in pluribus eorum beneplacitũ erat Deo, nam prostrati sunt in deserto; vnde constat eum suprà etiã de malis patribus fuisse locutum, & voluisse omnes eandẽ escam inter se manducasse, nõ autem eandem nobiscum) ita & explicatio Augustini in hunc locũ coactior videtur, nec conuenit literę. Secundum illam enim explicationem nõ poneretur absoluta differentia inter mãna & panem vitæ, sed tantùm respectu malorũ, vt alia multa præteream. Itaque Caietanus aliam quærens explicandæ difficultatis rationem, dicit differentiã inter manna & panem vitæ non esse penes omnino idẽ, sed penes idem proportionaliter, nempe penes mãducantes respectiuè, hoc est, differentiam inter illa consistere respectu mortis non eiusdem, sed diuersæ, ob quam pellendam diuersi illi panes sumuntur, vt intelligatur Dominũ hanc significare differentiam, quòd manna quod sumebatur propter vitã corporis, nõ præseruauit à morte corporis: Panis autẽ vitę qui sumitur pro vita spiritus, præseruat à morte spiritũ. Sed & hæc explicatio conueniens non est, eo quòd Dominus omnino videatur significare voluisse panem vitæ id præstare, quod nõ præstare potuit mãna, quodque panem vitæ etiam significare voluerit à morte corporis liberare. Ideo enim toties adiicit: *& ego resuscitabo eum*, significans per hoc, vt prius est dictum, mortem fidelium non tam esse mortem quàm somnum. Quare alia dissoluendę difficultatis quęrẽda est via. Ea autem facilis erit, si nõ tam verba Domini spectauerimus, quàm scopũ & intentionẽ eius, & secundùm illam verba eius interpretati fuerimus. Est ergo intẽtio Domini procul dubio, hoc negare de manna quod pani vitæ conuenire affirmat, hoc est, negare manna potuisse à morte præseruare, & vitam æternam manducãtibus præstare, quod sibi competere asserit. Itaque hanc Domini intentionem significabant eius verba, si illud affirmatiuum; *mortui sunt*, exponatur negatiuè, per, non vixerunt per illud manna, non consecuti sũt per illud vitam æternam. Iam enim pulchrè cõstat differentia quam Dominus voluit significare hæc scilicet: Per manna, manducantes non sunt consecuti ne morerentur, sed haberent vitam æternam: Manducantes autem me, consequuntur

quuntur per me, ne moriantur, sed habeãt vitam æternam. Interdũ enim quædam in scripturis sic sunt necessariò exponenda, vt affirmatiuum per negatiuum exponamus, aut cõtrà negatiuum per
2. Cor. 6. affirmatiuum. Nã quod ait Paulus: Omnes quidem currunt, sed vn⁹ accipit brauium, si cùm sententia hęc applicatur proposito pauli, perstet quis in verbo, vnus, videbitur iuxta prolatam, similitunem, vnum tantùm fore saluãdum, & in vno illo cogemur philosophari. Sin pro vno dicas, non omnes, sublata erit omnis difficultas. Sic quod di-
Ioan. 2. cit Dominus. Nondum venit hora mea; quidam affirmatiue sic explicant: Venient aliquando tempora declarandi mei, vel non deerunt aliquando tempora declarandi mei. Quo modo si interpretemur, non erit necesse torqueri, quo pacto dominus cùm nondum venisset hora eius, tamẽ se manifestauerit. Ad hunc modum D. Cyrillum locum hunc intellexisse, satis patet ex commẽtariis, cùm sic dicit circa hæc verba: Mortui ergo sunt qui manna manducauerunt, quia nullam inde vitæ perpetuæ virtutem acceperunt. Non enim viuificabat, sed famem solummodo corporalem remouebat. Hæc ille. Sed & Dominus satis hunc sensum significat. Cùm enim in secunda differentiæ parte dicit: Hic vel iste (Nam, hic, non est aduerbium) panis de quo ego loquor, est panis de cœlo descendẽs, ad hoc vt si quis ex ipso mãducauerit, non moriatur, (vel, vt significantius habent Græca, vt aliquis ex mundo mãducet & nõ moriatur) significat se priùs voluisse, manna nõ datum ideo vt manducantes ex ipso non morerentur. In hac ergo differẽtia, sicut & in toto textu, sermo est de morte absolutè, de morte scilicet corporis & animæ; qua vtraq; moriuntur qui Christum nõ manducant, neutra autem moriuntur qui mãducant. Quoniam autem Dominus de pane vitæ in superiori sentẽtia obscurius locutus est, quia locutus est in tertia persona, ideo eãdem explicatius iam effert, dicens: *Ego sum panis viuus*, &c. Cùm priùs dixerit bis, *ego sum panis vitæ*, hoc est, vitam largiens: nunc dicit, *ego sum panis viuus*, vel vt habẽt Greca, ὁ ἄρτος ζων, hoc est panis viuens, vide videtur hic, viuens, positum pro viuificans. ζων scilicet pro ζωοποιῶν. Aut potius per hoc quòd dicit se panem viuum vel viuentẽ, significat ex consequenti se etiam esse viuificantem panem, ac ideo se posse viuificare, quia vitam in seipso habet: & contra manna ideo non posse viuificare, quia ipsum in se non habet vitam. Quòd si quæratur, quomodo dicitur victurus in æternum, quisquis ex hoc pane manducauerit, cùm primùm pleriq; panem hunc in sacramento Eucharistiæ manducent; qui nunquam tamen vitæ spiritualis fiunt participes, ac deinde plerique semel quidem facti participes vitæ quæ in Christo est, postea ab ea excludant, ac moriantur in æternum? Dicendum ad primum, Dominum nõ loqui hic de mãducatione sacramentali, maximè in hoc loco, sed de manducatione spirituali quæ est per fidem non mortuam, sed viuã. Cùm enim hactenus dixerit ex se pane vitæ accipere vitam eos qui credũt in ipsũ, nunc dicit manducãtes accipere vitã, apertè satis significans, idem esse manducare ex hoc pane & credere in se. Mirandum autem non est, quòd Dominus eo tropo est vsus, vt manducare se acceperit pro credere in se. Nam sicuti mãna de quo gloriabãtur Iudæi, occasio fuit vt se panem de cœlo & panem vitæ vocaret: ita consequẽtia sermonis exigit, vt credere in se, vocaret manducare se, eo quòd fide hic panis sumitur, quomodo qui eùm non sumunt, nihil eis prodest: quemadmodum panis corporalis non prodest ad vitam, nisi fumenti bus eum ore. Et sicuti aptissimo tropo se panem vocauit, eò quòd conditiones panis ei perfectissimè conueniunt, quæ sunt viuificare, alere, & tollere famem ac satiare: ita aptissimè credere in se vocauit maducare se. Per fidem enim panis hic non simpliciter sumitur, sed velut dẽtibus quibusdam masticatus, dum probè quis sit & qualis expẽditur & veluti frãgitur, traiicitur cum quadam gustus spiritualis delectatione in viscera animæ nostræ, ac incorporatur nobis, ita vt nobis per fidem arcano modo vnitus Christus habitet, secundùm D. Paulum, in cordibus nostris, eaq; sua præsentia *Ephe. 3.* viuificet, alat, omniemq; ab eis esuriem pellat, dũ & inopiam necessariorum ad vitã, & desiderium omnium aliorum bonorum aufert, nec est huiusmodi tropus nouus in scripturis. Nam Sapientia de se dicit: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui *Eccl. 2* bibunt me, adhuc sitient. Et cap. 15. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapiẽtię salutaris potabit eum. Hic enim iustus dicitur edere & bibere de sapientia, quia illius doctrinis per meditationẽ intra se acceptis pascitur, viuit, & saturatur. Ad secundum dicẽdũ, sic dictum esse: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum; quo modo suprà dictum est; qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fõs aquæ salientis in vitam æternam; nimirum quia qui semel ex hoc pane manducauerit viuet semper quãtum est ex parte panis ipsius. Quòd enim aliquis à vita illa excidit, nõ est ex panis illius impotentia, sed ex defectu liberi arbitrij panem illum amittentis vel relinquentis.

ET PANIS QVEM EGO DABO, CARO MEA EST, &c.] D. Chrysost. intelligit, & post eum Theophylactus, & pleriq; recẽtiores, hactenus Dominum locutũ de se quatenus panis est hominum secũdum suã diuinitatem: ab hoc verò loco deinceps loqui de se quatenus est panis secundùm suam humanitatem, idq; non quouis modo, sed prout in Eucharistiæ sacramẽto caro eius sumitur sub specie panis, & sanguis eius bibitur sub specie vini. Itaque Roffensis in lib. contra Oecolampadium doctè docet nõ sine ratione his dictum esse, dabo, quemadmodum habẽt Græca, in quibus est: *Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.* Per prius enim, *dabo*, significari institutionem corporis Dominici in sacramento factam in vltima cœna: per secundum, traditionem corporis Domini in cruce pro salute nostra. Et hic quidem dici, *dabo*, per futurum, cùm prius dictum sit per præsens: *Pater meus dat vobis panem verum*; quòd hic promissio sit panis instituendi in futurum. Verùm neutrum horum multũ est probabile, nempe quòd ab hoc loco loquatur de pane quatenus sub sistit sub specie panis & vini, & sacramentaliter sumitur eius caro & sanguis, & quòd aliter de pane iam loquatur quàm superius: Quòd enim etiam in sequẽtibus loquatur de spirituali mãducatione potius quàm sacramentali, docebitur & patebit in sequẽtib⁹. Quòd verò de pane iam non aliter loquatur quàm superius, omnino ex eo videtur, quòd cùm mox dixisset: *Ego sum panis viuus.* Et: *Si quis manduca-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerit ex hoc pane, viuet in æternum, subiicit: *Et panis quem ego dabo*, &c. quæ subiectio non indicat eum iã de alio pane loqui, sed explicatius velle ostendere quomodo & p quid ipse qui se hactenus panem vocauit, sit panis vitã hominibus largiẽs. Itaque quoniam hactenus dixit se panẽ vitæ qui è cœlo descendit, & credentibus in se promisit vitam æternam, ne intelligeremus sufficere eã fidẽ qua crederetur è cœlo descendisse, & verus esse Deus, infert sermonem de carne & sanguine suo, vt intelligeremus necessariam esse fidem in ipsius humanitatem pro nobis in cruce traditam & passam. Hęc est enim fides qua manducamus panem vitæ, nimirum qua credimus Christum & verum esse Deum, & se hominẽ tradidisse pro nobis carnem suam & sanguinem. Nec Christos in toto hoc capite se panem vitę vocat, nisi ratione vtriusque simul, scilicet & diuinitatis, & humanitatis in cruce traditæ. Sicut enim non potuisset esse Saluator humani generis, nisi simul & Deꝰ fuisset & homo prõ hominibus passus: ita nõ vocat se peculiariter prę patre & spiritu sancto panem vitę, nisi quatenus Deus existens per humanitatem in cruce passam credentes viuificat. Quòd autem bis dicit, *dabo*, vt habent Græca, vel ob id fecit, vt primo, *dabo*, significaret se daturum carnem suam in cibũ, quando per spiritum suum docturus esset se nos immolatione carnis suæ redemisse: altero verò, *dabo*, significaret se daturum carnem suam in mortem pro hominum vita. Vel ideo repetit verbum *dabo*, vt explicaret quomodo dixisset se daturum panem, nempe pro mundi vita, vt sit sensus: Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego, inquam, dabo & in mortem, & in cibũ pro mundi vita. Dicit se pro totius mundi vita daturũ, significare volens se pro omnium hominũ salute & vita moriturum, & non solùm pro vna gente, quamuis nõ omnes homines ex eius morte vitam essẽt percepturi, sed hi tantùm qui in ipsum crederẽt. Per, dabo, significat voluntariè se traditurum, cumque priùs patri tribuisset dationem panis vitæ, idque per verbũ præsentis temporis, nunc eam sibi tribuit per futurũ. Pater enim tum dederat panem vitæ, quia mundo iam dederat filiũ, & proposuit credere volentibus. Filius verò daturus erat panẽ vitę, quia carnem suam in mortem & cibum daturus erat hominibus.

LITIGABANT ERGO IVDÆI ADINVICEM DICENTES: QVOMODO POTEST HIC, &c.] Pro, *litigabant*, Græcis est ἐμάχοντο hoc est pugnabant aut decertabant: vetùm quoniam pugna ista & certamẽ verbis tãtùm peragebatur, bene vertit inter pres, *litigabant*. Significatur autem, inter auditores ob verba Domini non intellecta, de quorum intellectu non aussi fuerunt Dominum interpellare, ortam esse dissẽtionem, aliis aliter atque aliter interpretantibus quod dicebatur. Itaque carnales Iudæi, quoniam quod dixerat de carne sua danda in cibum carnaliter intellexerunt, quasi particulatim carnem suã Dominus edendam daturus esset, more communis carnis, eius verba tanquam friuola & falsa per arrogantiam reiiciunt, illud suum Iudaicum, quomodo, obiicientes. Debuisset vtique ex verbis Domini intellexisse quomodo caro eius edi posset, nempe per fidem, eo quòd suprà satis significauerit credere in se, esse manducare se. Debuisset præterea, eoquòd diuinam virtutem Domini ex mirabilis perceperunt, etiam nõ intellectum sermonẽ eius lubentes & humiliter susciperẽ. & quę difficilia videbantur, eorũ solutionem humiliter & studiosè à Domino quærere. Nunc verò cõtra faciũt nam & quia carnales erant, non intelligebãt spiritualiter, quod spiritualiter intelligendum esse Dominus satis significauit: & quia superbi erãt & animo maligno, quod non intelligebant, non requirunt ab eo qui solꝰ eos docere potuit, sed inter se altercantes reiiciunt tanquã falsum & impossibile. Imitantur hos nostro seculo qui naturali ratione non valẽtes assequi modum quo Christus est in sacramento altaris, nec volẽtes intellectum suũ captiuare in obsequium fidei, inclamãt semper illud, quomodo, & ad altercationes conuertuntur. Nos autem (inquit pulcherrimè Cyrillus) magnũ quæso à peccatis aliorum profectum faciamus, & firmam fidem mysteriis adhibentes, nunquam in tam sublimibus rebus illud quomodo, aut cogitemus aut proferamus. Iudaicum enim hoc verbum est, & extremi supplicij causa. Ideo nicodemus etiam cùm diceret: Quomodo possũt hæc fieri? merito audiuit: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Aliorum igitur, vt diximus, culpa perdocti, cũ Deus operetur, nõ quæramus quomodo, sed operis sui viam atque scientiam illi soli concedamus. Hæc ille.

DIXIT ERGO EIS IESVS: AMEN AMEN DICO VOBIS, NISI MANDVCAVERITIS, &c.] Dominus nõ ignarus de quare disceptarent, nõ ostendit qua ratione posset dare carnem suam ad manducãdum: nam id ex superioribꝰ intelligere potuissent. nec adhuc tempus erat latius modum illum explicandi: sed quod illi iudicabant esse absurdum & impossibile, hoc nũc confirmat esse necessarium, vt vel sic humiliati cõuerterentur ad requirendam dictorum intelligentiam. Portò quoniã hæc sententia Domini de necessitate manducandi carnem eius, & bibendi sanguinem eius; varias habet intelligẽtias, & quarũdam sectarum occasionem præbuit, diligenter disquirendum est de vero huius loci intellectu. Itaque imprimis sciendum, variis modis posse intelligi aliquem manducare carnem Domini, & bibere eius sanguinem, præter illum carnalem modum, quo Iudæi hæc audientes putabant carnem Domini manducandam more communis panis. Primùm enim potest quis in malam partem dici mãducare carnem Domini, & bibere eius sanguinem, vt Iudæi, qui summo cum desiderio anhelabant in mortem Christi, eóq; iam in crucem adacto lætari sunt, & satiari, quod voto eorum satisfactum esset. Sic dicit de se & Christo in sua persona Dauid: Dum appropiãt super me nocentes vt edãt carnes meas. Et ipse Dominus: Aperuerũt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Sic & Iob: Si non dixerunt viri tabernaculi mei. Quis det de carnibus eius vt saturemur? Hoc modo hic non accipi est extra omnem controuersiam. Secũdò ergo in bonum manducare carnem Domini, & bibere eius sanguinem, est hæc sumere in sacramento Eucharistiæ, in quo verè continetur caro & sanguis eius sub speciebus panis & vini, quem modum mãducandi vocare solent plerique, manducare sacramentaliter. De hoc modo manducandi & bibendi, qui communis est bonis & malis, loquitur Paulus 1. Cor. 10. vt manifestum est, atque de hoc modo manducandi contendunt pleriq;

Manducare carnẽ Domini multis modis intelligitur.

Psal. 26. Psal. 21.

Iob 31.

que tum hęretici, tum Catholici locum istũ esse accipiendum, confitmantes suam sententiam veterum plurimorum autoritate, qui de sacramenti manducatione locum hunc intellexerunt, vt patet apud Roffensem lib. 5. cõtra Oecolãpadium. Sed alia ratione hæretici quidem studebant hunc locum ostendere intelligendum esse de manducatione sacramentali, alia ratione quidã Catholici. Bohemi enim ob illud contendunt, quia hinc volunt demonstrare Eucharistiam necessariò sumendã esse sub vtraque specie, ac deinde omnibus etiam paruulis Eucharistiæ perceptionem esse necessariam, eo quòd ita hic significetur necessariũ esse edere carnem Domini, & bibere eius sanguinem, sicut priùs significauit Dominꝰ necessariam esse regenerationẽ ex aqua & spiritu. Sicut enim dictum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. ita nunc dicitur: *Nisi manducaueritis*, &c. Primum horum ex hoc loco etiam Lutherani quidam volunt colligere & asserere. Secundum ex hoc loco quædam Ecclesiæ Catholicæ in principio videntur intellexisse, quæ paruulis etiã Eucharistiam præbebant, vt patet ex sermone D. Cypriani de lapsis. Catholici verò quidam hunc locum cum his quæ sequuntur ab illo loco; *Et panis quem ego dabo*, &c. contendunt de manducatione sacramentali esse intelligendum, vt ex hoc loco cõuellant hæresim negantium in sacramẽto panis & vini verè subsistere carnem & sãguinem Domini. Hic enim apertè dicitur: *Panis quem ego dabo, caro mea est*; quod si intelligatur de pane Eucharistię, nõ potest adferri locus quo apertius illorum error confutatur. Vnde Theophylactus in hunc locum: Attende autem quòd panis qui à nobis in mysteriis sumitur, non est tantùm figuratio quædam carnis Domini, sed ipsa caro Domini. Non enim dixit panis quem ego dabo, figura est carnis, sed, caro mea est. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem, & accessionem sancti spiritus, in carnem domini. Verùm quòd non debeat locus iste intelligi secundùm præcipuam Domini intentionem de manducatione sacramentali, primùm ex eo apparet, quòd priùs dictum est ex verbis Domini superioribus, omnino videri idem esse manducare se, & credere in se. Secundò ex eo quòd si de ea intelligatur, sententiæ sequentes non erunt vniuersaliter veræ: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem; habet vitam æternam.* Et: *Qui manducat meam carnem*, &c. *in me manet, & ego in illo.* Opus enim erit in his semper subintelligere, dignè, quod tamen non potest intelligi in præcedentibus sententiis, vt cùm dicitur: *Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.* Nam si intelligendum sit, si quis dignè manducauerit, iam non constabit differentia inter manna & panem vitæ. Nam & illud dignè manducantes non sunt mortui, secundùm Augustinum. Proinde intelligendum est ibi eum qui indignè manducat panem vitæ in sacramento, non verè manducare ex illo pane. Quod autem peculiariter pertinet ad sensum quem hinc colligere volunt hæretici prædicti, sufficere debet ad eum refellendum autoritas Ecclesiæ, quæ & si in principio passim communicaret etiam laicos sub vtraq; specie, nunquam tamen putauit vtriusque speciei sumptionem esse necessariam, sed ab Apostolorum temporibus semper quosdam communicauit sub vna panis specie: imò plerique patres, vt Augustinus, Chrysost. Theophylact. & alij, existimauerunt Dominum ipsum in Emaus Discipulis duobus sub specie panis tantùm corpus suum tradidisse. Itaque post aliquot tempora inualuit communi fidelium consensu ob aliquot pericula fugienda, consuetudo tantùm sub vna specie communicandi laicos, quæ deinde, cùm Græci & Bohemi quæstionem inferrent de sumptione vtriusque speciei, duobus conciliis, Constantiensi & Basiliẽsi, est approbata & corroborata, vt iam hæreticum sit asserere vtriusque speciei sumptionẽ fideli esse necessariam ad salutem. Quòd verò peculiariter pertinet ad Catholicos, locum hũc de sacramentali mãducatione intelligentes, difficile est bene hunc locum explicare sic, vt tamen non significetur necessitas sumẽdi vtramque speciem. Dicunt ergo non dictum esse à Domino: Nisi manducaueritis panem, & biberitis calicẽ meum, quomodo Paulus dicit: Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis; sed, Nisi manducaueritis carnem, & biberitis sanguinem filij hominis. Carnem autem manducari & sanguinem bibi, etiã cùm sumitur sola species panis, eo quòd sub ea & caro & sanguis, hoc est, totus Christus & continetur, & sumatur. Itaque vno illo actu quo sumitur species panis, intelligũt hominem & manducare carnem, & bibere sanguinem Christi, vt verum est. Verùm non facile apparet quomodo apertè exterior illa sumptio possit dici bibitio. Mãducatio enim rectè dicitur, quia sumitur ibi aliquid per modum cibi: sed quomodo bibitio, cùm nihil sumatur per modum potus? Non enim diceremus eum & manducare & bibere, qui panem tinctum vino sumeret, quamuis id sumat quod & famem tollit & sitim. Proinde secundùm horum sententiam videretur omnino dicendũ, eum qui Christum sumit sub specie panis, dici & manducare & bibere, nõ ratione actus exterioris, qui manducationis tantùm speciẽ habet, sed ratione actus interioris, nempe ratione fidei quæ fertur & in carnem Christi passam, & in sanguinem pro se effusum, & ita Christum hic loqui de mãducatione sacramentali, sed quæ habet adiunctam etiam spiritualem mãducationẽ. Sed secundùm hanc intelligentiam locus hic magis exponitur de spirituali quàm sacramentali manducatione. Iam quod attinet ad alterum, quod ex hoc loco Bohemi dicuntur asserere, nempe etiam paruulis necessariam esse Eucharistiam: Dicendum, hoc præceptũ tantùm pertinere ad adultos, rationis compotes, sicut & præceptum quo exigitur actualis fides, hoc est credere, à baptizandis. Nam etiam si intelligatur hic locus de manducatione sacramentali, non tamen potest de alia intelligi quàm ea quæ spiritualẽ adiunctam habet, hoc est, quæ fit cum fide, per quam supra dixit Dominus se manducari. Ad illos ergo tantùm pertinet hoc præceptum, ad quos pertinet actualiter credere in Christum, & venire ad Christũ. Portò D. Augustin. & ob alias causas, & potissimum vt ostenderet hanc sententiam etiam infantibus baptizatis conuenire, quemadmodũ illis vbiq; etiã tribuit fidem quæ requiritur à baptizandis, propter fidem scilicet Ecclesiæ à qua offerũtur & recipiũtur, nouo modo accipit in multis locis, mandücare carnem Domini & bibere eius sanguinẽ, nimirum pro incorporari mystico corpori Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quouis modo,quod paruuli consequuntur per baptiſmum. Vnde lib.1.de peccatorũ meritis & remiſſ. ſic habet cap.20.Dominum audiamus, non quidem hoc de ſacraméto lauacri dicentem, ſed de ſacramento menſæ ſuæ ſanctæ,quo nemo ritè niſi baptizatus accedit:Niſi manducaueritis carnem meum,& biberitis meum ſanguinem nó habebitis vitam in vobis. An verò quiſquam etiam hoc dicere audebit,quòd ad paruulos hæc ſententia non pertineat, poſſintque ſine participatione corporis huius & ſanguinis in ſe habere vitã,&c. Et lib.3.ca.4.exponit,niſi manducauerint homines carnẽ ei⁹,hoc eſt,particeps facti fuerint corporis eius, non habebunt vitã.Et mox ſubiicit de paruulis:Nec vitam æternã poſſunt habere præter Chriſti corpus,cui vt incorporẽtur,ſacramento baptiſmatis imbuũtur.Vnde & hoc loco ſuper Ioannem ſcribens ſic habet:Hunc itaque cibũ & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum,quod eſt Eccleſia in prædeſtinatis,& vocatis,& iuſtificatis,& glorificatis ſanctis & fidelibus eius.Sic & Innocentius quoque pontifex hunc locum paruulis tribuit,ſed ratione baptiſmi,vt ne quis putet Romanam Eccleſiã paruulis Euchariſtiam communicaſſe.Sic enim habet in epiſt.ad patres Cõcilij Mileuitani,quæ eſt inter epiſtolas D.Auguſt.92.Illud verò quòd eos veſtra fraternitas aſſerit prædicare,paruulos æternæ vitæ præmiis etiã ſine baptiſmatis gratia poſſe donari,perfatuum eſt:Niſi enim manducauerint carnem filij hominis,& biberint ſanguinem eius, non habebunt vitam in ſemetipſis. Qui autẽ hãc eis ſine regeneratione deſendunt,videntur mihi ipſum baptiſmum velle caſſare, cùm prædicant hos habere quod in eos creditur non niſi baptiſmate cõferendum.Hæc ille.Itaque ſicut ex ſuperiori ſententia Auguſtini,qua dicit patres iuſtos in deſerto ſub manna idem per fidem manducaſſe,quod nos ſub ſacramento panis & vini:hi qui negant veritatem corporis & ſanguinis in ſacramento errorem ſuum conãtur tueri,quaſi etiam Auguſtinus ſenſerit ſacramentum panis & vini ſolùm eſſe figuram corporis & ſanguinis Chriſti, ſicut manna fuit tantùm figura:ita & ex hac ſententia Auguſtini rurſum quidam illorum aſſerere non verentur,de myſtico ſolùm corpore intelligenda eſſe quæ dicuntur de carne Chriſti manducãda,aut de corpore eius tradito nobis in cibum, adeo vt hoc noſtro ſeculo quidam cùm dixit Dominus in vltima cœna,hoc eſt corpus meum,per corpus dixerit intelligendũ cõgregationem Apoſtolorum ibi præſentium.Verùm de huiuſmodi carne aut corpore myſtico & hunc locum & illũ in vltima cœna non eſſe intelligendum,ſed de vera & propriè dicta carne Domini,manifeſtum eſt ex eo quod hic dicitur: *Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita.* Et in vltima cœna non ſolùm dicitur:Hoc eſt corpus meum;ſed additur,quod pro vobis tradetur. Quibus additionibus manifeſtum fit eum de ea carne & eo corpore locutum,quod pro nobis in cruce eſt ſuſpenſum,Nec dubitauit Auguſtinus quin re vera Chriſti corpus verum conneretur ſub ſacramento & ſpecie panis quemadmodum ex variis locis ſcriptorũ eius patet.& vt ex multis vnũ profetamus,patet illud ex eo quod ſcribit ſuper titulo Pſal.33.concione 1.Ferebatur,inquit,Chriſtus in manibus ſuis,quãdo commendans ipſum corpus ſuũ ait:Hoc eſt corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis. Hæc ille.qui & eodem loco dicit de eodem corpore locutum eſſe hic apud Ioannem;cùm dixit: *Niſi manducaueritis*, &c. Quod autem quandoque hũc locum Ioannis Auguſtinus interpretatus ſit de corpore Chriſti myſtico, ratio videtur fuiſſe iſta,vt ſententias has Saluatoris oſtẽderet ad omnes pertinere qui viuunt,& ruiſum eas oſtẽderet abſolutè veras eſſe,ac per eas ad vnitatem fideles hortaretur,atq;à ſchiſmate & hæreſi auocaret. Videbat enim multos habere vitam ſpiritus,qui tamen non poſſunt adhuc manducare carnem Domini in ſacramento panis,aut etiam ſpiritualiter per actum fidei,vt infantes:videbat rurſum multos ſacramentaliter carnem Domini manducare qui vitam non aſſequerẽtur,vt iudignè ſumẽtes: videbat & hæreticos & ſchiſmaticos ſacramenta corporis Domini frequentare:proinde attendens duplex eſſe corpus Chriſti,quorum vtrunque eſt res ſacramenti Euchariſtiæ,ſed alterum res ſignificata & verè cõtenta:alterum res ſignificata quidem,ſed non contenta:ac conſiderans eum demum eſſe potiſſimum fructũ huius ſacraméti, vt per illud fideles coadunarentur in vnitatem corporis myſtici,ſecũdùm illud Pauli:Vnus panis & vnum corpus multi ſumus omnes,qui de vno pane & de vno calice participamus:viſum eſt ei huiuſmodi ſẽtias explicare de corpore Chriſti myſtico,quòd qui illi quouis modo incorporatus eſſet,fructum eſſet aſſecutus ſacraméti Euchariſtiæ: qui verò non,nec fructum eſſet aſſecutus,etiamſi ſacramentum ipſum percepiſſet.Sed ad rẽ: Cùm vel non Catholicè,vel non ſatis commodè locus iſte intelligi poſſit de manducatione ſacramẽtali, nec ille ſit proprius ſcripturæ ſenſus,quo Auguſtinus hunc locum intelligit de carne Chriſti myſtica,reſtat totũ hũc locum conuenientiſſimè intelligi de mãducatione ſpirituali quæ eſt per fidẽ in carnem traditam in cruce, & ſanguinem effuſum pro nobis qui eſt quartus modus manducandi carnem Domini,de quo vt intelligatur & præcedentia & ſequentia ſatis exigũt:& de quo ſi intelligatur,ceſſant omnes difficultates quę oriuntur,ſi de ſacramentali manducatione accipiatur. Certè de ſpirituali manducatione eſſe intelligendum docet Auguſt.lib.3.de doctrina Chriſtiana cap.16.ſic ſcribens:Niſi manducaueritis carnem filii hominis,& biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis;facinus vel flagitium videtur iubere.Figura ergo eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum,& ſuauiter atque vtiliter recondendum in memoria,quòd pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata ſit. Hæc ille. Nec concludit quicquam argumẽtum eorum qui volunt neceſſario de ſacramentali manducatione intelligendum hunc locum,eo quòd duo præcipiat Dominus;nẽpe mãducare carnem & bibere ſanguinem,quaſi duo diuerſi actus præcipiantur. Dicendum enim quòd etiã Dominus ſupra dicit de ſe:Qui venit ad me,nõ eſuriet:& qui credit in me,non ſitiet in æternum;vbi proculdubio non loquitur de præceptione ſacramenti Euchariſtię, ſed vnico actu fidei dicit & famem tolli & ſitim: ac proinde vnico actu fidei dicimur & manducare & bibere.Quoniã autẽ hac fide oporret credere ſanguinis effuſi in cruce à carne ſeparationem,ideo diſtinctè fit mentio carnis & ſanguinis:

& earnis quidem tanquam ſolidæ tribuitur manducatio:ſanguini verò tãquam liquido,potius,vt hoc ſignificetur perfecta refectio.Quòd autẽ ſancti patres vt in plurimum,locum hunc interpretati ſint de manducatione ſacramẽtali,factum eſt ab eis per extenſionem & accõmodationem valde vtilem ſimul & aptam, nec alienam ab intentione Dñi. Vtilem dico, videlicet ad excitãdum auditores & lectores ad frequentem ſacramenti valde ſalutaris perceptionem. Aptam autem, eo quòd ſub ſacraméto panis & vini verè contineatur caro Chriſti & ſanguis, atq; obid quæ abſolutè hic dicũtur de carne Chriſti & ſanguine, etiã competunt carni eius & ſanguini, vt continẽtur in ſacraméto,maximè cùm caro & ſanguis Chriſti ideo inſtituta ſunt à Chriſto ſumenda ſacramentaliter,vt per ſacramentalem perceptionem & excitaretur in nobis fides qua manducatur Chriſtus ſpiritualiter,&certiores redderemur de eo quòd Chriſtus per fidem habitat in nobis, & manet in nobis. Accedit ad hæc, quòdideo veriſimile ſit, Dominum hoc tropo manducãdi carnẽ, & ſanguinem bibendi,vſum eo lubentius, quòd aliquando carnem & ſanguinem traditurus eſſet re ipſa in ſacramento ſumenda, vt etiamſi de ſacramentali perceptione hic non ſit potiſſimum loquutus,ad eam tamen etiam reſpexerit.

QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SANGVINEM, &c.] Cùm dixiſſet,*Niſi mãducaueritis,& biberitis,non habebitis vitam*;ac neceſſitatem mãducandi ac bibendi ſignificaſſet,commodè iam ſubiungit manducationis & potus certum effectum. E contrariò, inquit, quicunque manducat & bibit, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum,&c. Cùm dicit,*habet vitam æternam*; ſignificat vitam quam per fidẽ anima in ſe habet: cùm verò dicit; *& ego reſuſcitabo eum*;ſignificat vitam quam etiam habiturum eſt corpus.Quæ duo pulchrè etiã expreſſit Paulus:Si,inquit, Chriſtus in vobis eſt,corpus quidem mortuum eſt propter peccatum,ſpiritus verò viuit propter iuſtificationem.Quòd ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis,qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum in vobis.Eſt autem ſemper ſermo de reſurrectione ſanctorum,quæ ſola verè eſt reſurrectio:ſicut & eorum vita beata, verè eſt vita.Porrò notandum hic obiter, & D.Irenæum totum hunc locum intelligẽtem de Euchariſtia, intelligere carnẽ noſtram accipere naturã quandam immortalitatis ex communione vera carnis Chriſti immortalis in ſacramento perceptæ,atq; ex veritate carnis Chriſti, quam in ſacramento recipimus, colligit contra hæreticos, cõtra quos ſcribit,& patrem Chriſti eſſe fabricatorem viſibilium creaturarum, & reſurrectionem carnis noſtræ quam illi negabant.Sic enim ſcribit lib.4. cap.34. Quomodo dicunt carnem in corruptionem deuenire,& non percipere vitam,quę à corpore Domini & ſanguine alitur? Ergo aut ſententiam mutent,aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem conſonans eſt ſententia Euchariſtiæ,& Euchariſtia rurſus confirmat ſententiam noſtrã.Offerimus enim ei quę ſunt eius, congruenter cõmunicationem & vnitatem prædicantes carnis & ſpiritus. Quẽadmodum enim, qui eſt à terra panis percipiens vocationem Dei, iam non communis panis eſt,ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti: ſic & corpora noſtra percipiẽtia Euchariſtiam,iam nõ ſunt corruptibilia,ſpem reſurrectionis habentia. Et lib.5.Vani, inquit,omnimodo, qui vniuerſam diſpoſitionem Dei cõtemnunt,& carnis ſalutem negant,& regenerationem eius ſpernunt,dicẽtes non eam capacem eſſe incorruptibilitatis.Sic autem ſecundùm hæc videlicet, nec Dominus ſanguine ſuo redemit nos, neque calix Euchariſtiæ communicatio ſanguinis eius, neq; panis quem frangimus,cõmunicatio corporis eius eſt.Et poſt pauca:Quãdo ergo & mixtus calix,& fractus panis percipit verbũ Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti,ex quibus augetur & cõſiſtit carnis noſtræ ſubſtãtia. Quomodo carnẽ negant capacem eſſe donationis Dei,qui eſt vita æterna, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur,& mẽbrum eius, quẽadmodum & Apoſtolus ait in ea quæ eſt ad Epheſios epiſtola:Quoniam mẽbra ſumus corporis eius,de carne eius, & de oſſibus eius.Quẽadmodum autẽ Iræneus ex veritate carnis Domini in Euchariſtia exiſtẽtis colligit futuram aliquando carnis noſtræ reſurrectionem:ita Cyrillus contra Neſtorianos, ex virtute eiuſdem veræ carnis in ſacramento perceptæ,quia ſcilicet confert vitam æternam & immortalitatem, ſicut Dominus hic dicit, colligit carnẽ Chriſti vnitam fuiſſe verbo & diuinitati & vnitatẽ pſonæ, quod negabat Neſtorius. Vnde ſic ſcribit hoc loco ſup Ioan.ca.15.Ineffabiliter &vltrà quàm poſſit mens humana intelligere,verbum humanitati coniunctũ,totam in ſeipſum ita reduxit,vt indigẽtia vitę poſſit viuificare: ſic interitum à natura humana expulit,& mortem quæ peccato plurimum poterat deſtruxit. Similia habet cap.24. & in epiſtola quam ſcripſit nomine cõcilij Epheſini ad Neſtorium. Sic & Hilarius ex hoc loco de Euchariſtia intellecto,& maximè ex illo quod ſequitur: *in me manet,& ego in eo*;contra Arrianos probat illud;Ego & pater vnum ſumus;non debere tantùm intelligi de vnitate voluntatum, ſed etiam naturæ. Habet autem ſic lib.8.de Trinitate: Eos qui inter patrem & filium voluntatis ingerunt vnitatem, interrogo vtrum ne per naturæ vnitatem hodie Chriſtus in nobis ſit,an p cõcordiam voluntatis. Si enim verè verbum caro factum eſt,& nos verè verbum carnẽ cibo Dominico ſumimus,quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimãdus eſt, qui & naturã carnis noſtræ iam inſeparabilẽ ſibi homo natus aſſumpſit, & naturã carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub ſacraméto nobis communicandæ carnis admiſcuit?Ita enim omnes vnum ſumus,quia & in Chriſto pater eſt,& Chriſtus in nobis eſt.Quiſquis ergo naturaliter patrẽ in Chriſto negabit, neget priùs non naturaliter vel ſe in Chriſto,vel Chriſtũ ſibi ineſſe,&c.Nam multa ſequuntur in hunc ſenſum.Hæc autẽ ideo hic annotare viſum eſt, vt intelligamus & quàm magnos affectus huic ſacramento vetuſtiſſimi illi tribuerunt, & quàm certa fuerit non ſolùm Catholicis, ſed etiam hæreticis illius temporis ſententia illa, qua credimus in Euchariſtia verè eſſe carnem & ſanguinem Domini,adeo vt ex ea,tanquam ineffabili & præſuppoſita,cõtra hæreticos diſputarent de his quæ tunc erant controuerſa.

CARO ENIM MEA VERE EST CIBVS, ET SANGVIS MEVS,&c.] Probat manducationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

cantem,carnem habiturum vitam ęternam ex eo A
quòd caro eius sit vere cibus,hoc est perfectè habeat cibi conditiones, nec deficiens aliquid sit in eo, quemadmodum in mãna & reliquis corporis cibis, vt supra est expositum.Portrò notandum hic cur Christus singulariter se & carnem suam,cibũ & panẽ vocet,cùm multiplex sit spiritualis & cœlestis panis animæ in scripturis significatus. Primũ enim ipsa diuinitas panis dicitur,de quo Psal
Psal. 19. mista: Satiabor,inqt,cùm apparuerit gloria tua. Est & ipsa diuina sapientia scriptura canonica ac verbũ Dei,panis animæ,de quo Sap. Cibabit illũ
Eccles.15. pane vitæ & intellectus.Est & panis gratię cœlestis,virtutum ac bonarum operationum,vnde di-
Matth.5 cuntur beati qui esuriũt & sitiunt iustitiã. Et se- B
Prou. 15 cura mens dicitur esse quasi iuge cõuiuiũ.Et viro iusto secundum mysticum intellectum dicitur in
Psal.127. Psal.Labores manuum tuarum quia mãducabis. His addi potest & panis piarum lacrymarum & deuotarum orationum, quibus singulari ratione mens hominis alitur & cõfirmatur. Verùm bene peculiariter Christus & eius caro panis dicitur, quòd sine fide in Christum è cœlo descendẽtem, & pro nobis passum in cruce, nihil illorum verè mẽtem hominis pascere potest, sed mentem hominis permittit ieiunã & languidam.Nam & Iudæi ipsum Deum creatorem cœli & terræ colũt, legunt easdẽ scripturas quas nos,assiduis precib⁹ C
Deum interpellant:verùm quoniam deest illis fides in Christum,nihil esurientem illorum animã satiare verè potest.Per hanc enim fidem fit,vt & illa prædicta panis animæ dici possint,& sint.

QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM, &c.] Quòd dixit carnem suam verè esse cibum,& sanguinem verè esse potum, & ob id sumentes hæc habere vitã æternã, id duabus iam probat sentẽtiis,veluti duabus rationibus.Et primò quidem,quia qui edit carnem meam, & bibit meũ sanguinem, in me manet & ego in eo,hoc est,indiuisè & intimè mihi coniungitur,& ego illi: quare ex huiusmodi manducatione & potatione non cõsequitur vitam transi- D
toriam, quẽadmodum ex mãducatione cibi corporalis,qui mox trãsit, nec manet in manducãte, sed consequitur vitam permanentem & æternã. Hic iam manifestum euadit,non omnes hoc loco dici manducare carnem Domini, & bibere eius sanguinem,qui sacramenta corporis & sanguinis Domini sumũt, cùm non omnes tales Christum habeant in se manentem: sed hi carnem Domini manducant & bibunt,vt hic quidẽ Dominus loquitur, qui credentes eius carnem & sanguinem in cruce pro hominum salute tradita, & quia diuinitati in vnitatem personæ cõiuncta,esse viuificatiua, ipsum Dominum vel per huiusmodi solã E
fidem,vel simul etiam sub sacris Eucharistiæ symbolis intra se sumũt & amplectuntur,fideiq; compressu ita intra se tenent, & tanquam cum à quo omnia nobis optata veniunt & præstãtur.Notandum autẽ videtur quòd Dominus semper dicat: *Qui manducat meam carnem*, vel me; & non dicit: Qui mãducauit;nimirum significare volens,non satis esse si quis Dominum semel fide vel sacramento apprehenderit, sed opus esse vt continuè illum edamus, renouato scilicet subinde fidei actu, ac Eucharistiæ sumptione repetita cum fide, qua beneficium Domini frequenter expẽdamus dignè,ac veluti munda animalia reuocatũ cibum ruminemus.Iam & illud notandum,Ioannem in epistola sua prima ea tribuere charitati & obseruationi mandatorum fidei & charitatis,quę Dominus hic tribuit manducatio ni carnis suæ. Sic enim dicit cap.4. Qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo. Et cap.3.Hoc est mãdatum eius,vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi,& diligamus alterutrum. Et qui seruat mãdata eius,in illo manet,& ipse in eo. Vnde patet & hic eum solùm dici manducare, in quo est fides per dilectionẽ operans.Ex quo Ioanne etiam patet quid sit manere nos in Christo, & Christũ in nobis, nẽpe quòd non solùm dicimur in illo manere,& ipsum in nobis,sicut amans dicitur communiter esse in amato, cogitãdo de illo,optando illi bona,sperando in illo, &c. sed propter veram vnionem nostræ naturæ cum diuina, per spiritũ Christi, quo diuinæ efficimur naturæ consortes. In hoc, inquit Ioannes, cognoscimus quòd in eo maneamus,& ipse in nobis,quoniã de spiritu suo dedit nobis. Portrò singulariter Christus manet in nobis, qui illum fide viua sumimus in Eucharistia.Nam(vt priùs ex Hilario ostensum est) manet in nobis, non tantùm quia spiritu suo præsens,& vnitus spiritui nostro,sed quia & corpore suo corpori nostro ineffabili modo coniunctus.

SICVT MISIT ME VIVENS PATER, ET EGO VIVO,&c.] Quoniam Euangelista omisit particulam,sic,quæ respõdet dictioni,sicut, hinc oratio ista obscurior est. Habet autẽ duplicem distinctionem. Quidã enim perfectum punctum faciunt post illud: *ego viuo propter patrem*; vt aduerbium,sic,subintelligatur ante, & ego viuo; hoc modo:Sicut misit me viuens pater:sic etiam ego viuo propter patrem,vt sit sensus:sicut pater viuit qui misit me,ita & ego viuo propter patrẽ. Et proinde qui manducat me,etiã ipse viuet propter me.Sed rectior est distinctio aliorũ, qui sermonem contexunt ex duabus partibus, quarum vtraque duobus constat membris:hoc modo:Sicut misit me viuẽs pater,& ego viuo propter patrem:sic qui manducat me,etiam ipse viuet propter me.Illud enim,&,cùm dicitur: *& qui manducat*; Hebraico more positum est pro sic, vel ita. Hoc modo distinxisse Augustinum satis constat, similiter & Theophylactum,quamuis eius interpres priorem distinctionem secutus sit in litera. Sic enim habet Theophylactus in Cõmentariis, Igitur quẽadmodum ego viuo propter patrem, ita & qui manducat me, viuet propter me.Sic & Cyrillum distinxisse certissimum est ex eo quòd sic scribat: Quemadmodum igitur,inquit, homo factus sum voluntate patris,qui è naturali vita emanaui, & homo factus viuo, corpusq́ meum vita repleui:non aliter qui carnem meam mãducat, propter me viuet. Ex quibus Cyrilli verbis præter distinctionem etiam intelligi potest satis, quis sit totius huius sentẽtiæ sensus.Illud enim; *viuo propter patrem*;quamuis possit intelligi de vita qua Christus viuit secundum diuinitatẽ,vt viuere dicatur quatenus Deus propter patrẽ, quia à patre vitã & naturam suam accepit, potiùs intelligendum est, de vita quam habuit secundùm humanitatem,quæ Deitati coniuncta in personę vnitatem prẽter eã vitã corporalem quam habuit ab anima, etiam habuit vitam diuinitatis. Cùm enim præmittit: *Sicut misit me viuens pater*, & subdit: *& ego viuo propter patrem*; significat missionem

missionem viuẽtis patris, causam esse quare ipse A
missus,hoc est, homo factus viuat propter patrẽ, sicut in sequẽti parte manducationẽ sui significat esse causam quare quis viuat ,pper ipsum. Quoniã enim pater ex natura sua vitã habens filium misit in mundum,hoc est,hominẽ esse fecit, ideo filius homo factus eadẽ vita viuit propter patrẽ, nimirum quia à patre mittẽte humanitas diuinitati coniuncta est in vnitatẽ personæ. Augustinus autem illud; *viuo propter patrem*, si intelligatur de Christo secundùm humanitatem,intelligit de vita quã habet humanitas Christi ab anima viuificãte: sed Cyrillus de vita quam habuit ex cõsortio diuinitatis, & rectius sanè,eo quòd propter B
hãc vitam Christus homo factus,& caro Christi viuificat,cùm Christ⁹ hic significare voluerit vnde habeat quòd caro eius viuificare edentes possit.Iam quòd dicitur, *propter patrem, & propter me*; quamuis aliqui intelligũt vt propter,designet finalem causam(nam eam etiam propriè significat *διὰ* prępositio hic posita,dum cõstruitur cum accusatiuo,vt hic) & sit sensus:propter gloriã patris viuo,& viuet propter gloriã meam: tamẽ rectius intelligitur præpositio;propter,posita pro per,vt C
frequenter accipitur,& apud Græcos *διὰ* habere accusandi casum pro paterno,eo quòd Dominus hîc nõ videatur significare voluisse ad quem finẽ vel ipsemet viuat,vel is qui se mãducat,sed à quo & ipse & ille vitam habeat. Nam hoc ostendere pertinet ad propositum.Ex prędictis autem & illud patere potest,quare non dixerit solùm: Sicut misit me pater,sed addidit, viuens,nẽpe vt significaret patrem per se viuẽtem,& non ab alio accipientem vitam,suprema causam esse vitæ à qua per filium vita ad manducantes peruenirет.Itaq; sensus est:Sicut pater per sese viuens misit me in hunc mundum, hominem me efficiens, & ob id quòd ab eo missus sum & homo factus,vitam habeo à patre viuente, ita qui me viuẽtem mandu D
cat,etiam ipse à me viuente vitam accipiet: Non solùm tamen Saluator vult significare similitudinem,sed etiam priorem partem similitudinis cautam vult esse secũdæ:hoc est, quòd quia pater viuens misit filium viuentem per se, ob id manducãs filium victurus esset per filium.Vt enim mãducans filium viueret per filium,ideo pater viuẽs misit filium viuẽtem per se patrẽ. Hæc ergo sentẽtia vt est nouissima,ita est demõstratio omnium quę priùs sunt dicta,nempe quòd caro Christi sit verè cibus, quòd illam manducans habet vitã æternam,quodq́ue qui manducãdo carnẽ manet in Christo,& Christus in illo, ex huiusmodi mãducatione consequitur vitam æternam. Ne enim E
mirari quis posset quomodo is q homo erat, vitam æternã se manducãtibus polliceretur, ostendit se in ipso habere vitam à patre,&ad hoc habere vt eam manducãtibus communicaret, ac se velutij esse medium quo vita quæ in patre est originaliter transfunderetur in homines. Notãdum autem,quòd cùm in superioribus multis sententiis dixerit de manducãda carne,nunc rursum ad priorem locutionem rediens,qua vtebatur antequam carnis distinctam faceret mẽtionem, dicit, *qui manducat me*; sicuti & in sequentibus se rursum panẽ vocat,quẽadmodum prius,nõ iam carnem suã.Hoc enim obseruatũ confirmat id quod priùs dictum est,Dominum non, vt plerique volunt,ante illa verba: *Panis quem ego dabo*,&c. locutum esse de se quatenus panis est secũdùm suam diuinitatem, ab illo verò loco loqui de se quatenus panis est per suam humanitatem:sed in toto hoc capite loqui de se quatenus est panis per diuinitatem & humanitatem simul; & quatenus Deus simul est & homo, quanquam quandoque apertius significat suam diuinitatem,quandoque apertius de sua loquatur humanitate tradẽda in cruce, volens significare vtrumque esse credendum ei qui vitam ab eo sit percepturus.

HIC EST PANIS QVI DE COELO DESCENDIT. NON SICVT, &c.] Conclusurus suum sermonem Dominus,postquam declarauit quomodoverè ipse sit cibus cœlestis,rursum tertiò inculcat differẽtiam inter se panem, & mãna Mosaicum, ex quo occasionẽ sumpserat iste sermo. Cùm autẽ dicitur: *Non sicut mãducauerunt*,&c. oratio est defectiua,perficienda hoc modo vel simili; ita qui ederit ex hoc pane,morietur. Vnde sequitur veluti aduersatiua subintelligendæ partis: *Sed qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Quòd autem illud, *& mortui sunt*, negatiuè debeat exponi, quemadmodum priùs dictum est, etiam Augustinus hoc loco testatur,sic scribens: Quòd ergo illi mortui sunt, ita vult intelligi, vt non viuant in æternum.Nam tẽporaliter & hi profectò morientur,qui Christum manducant:sed viuunt in æternum,quia Christus est vita æterna.

HAEC DIXIT IN SINAGOGA DOCENS IN CAPHARNAVM.MVLTI,&c.] Locus sermonis describitur non tãtum ,ppter historię certitudinem,sed etiã vt significaret Euãgelista Dominum hæc palam dixisse, & multis audiẽtibus: vnde infert, *Multi ergo audientes*,&c. Sed quæri hic potest cur Dominus hunc tam sublimem sermonem publicè habuit,cùm sciret paucos eũ intellecturos,multos autẽ qui etiam ipsum priùs sequebantur,scandalizandos.Ad quod dicendũ primò, Dominum in hunc sermonem coactũ deuenisse, nimirum quia Iudæi obiecissent illi de mãna, illudq́; adeo extulissent,vocantes panem de cœlo, vnde bonus magister eorũ iactantiam carnalẽ reprimere debuit,& à carnalibus ad spiritualia eorum mentes & cogitationes auocare.Quòd autẽ quidã scandalizati sunt,illorũ superbię aut amentiæ imputãdum est, cùm si simplicem habuissent mentem, facilè ex verbis Domini intelligere potuissent, non illum fuisse sensum verborũ, quem ipsi suspicãtes offendebãtur, atq; ex factis ipsius aduertere nihil illũ sibi arrogare supra quàm debuit.Deinde Domin⁹ hoc sermone declarare voluit,qui verè & ex animo sibi credẽret,& qui nõ. Qui enim ex ãnimo illi credebant,etiam nõ dum intellecta eius verba humiliter suscipiebant,nihil minus opinãtes,quàm ea esse falsa: qui verò ob huiusmodi verba à Domino desciuerũt, declarauerũt quàm frigido calore & fide nõ firma Christi hactenus Discipulis sese cõiunxissent,cùm boni Discipuli & de præceptoris fide bene persuasi sint,nõ offendi verbis eius, sed non intellectũ sensum ab eo requirere.Iam & ad hoc prosuit hic sermo à Domino habitus,cùm subsecuto multorum scãdalo etiam à Domino præscito, vt intelligeremus veritatẽ non ob id palam non esse prædicandam cùm necesse est,quòd impij quidã ea audita magis sint cõtra eam efferẽdi & excitandi,ac latium in ipso Domino inueniremus,si quãdo ex prædicata veritate à nobis deprehendantur quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam etiam boni priùs habiti, offensi & scãdalizati, quèadmodùm bene annotauit Augustinus, sic scribens hoc loco: Hoc factum est ad consolationem nostram, quoniam aliquando contingit vt dicat homo verum; & quod dicit non capiatur, atque illi qui audiunt scandalizẽtur, & discedant. Pœnitet autẽ hominem dixisse quod verum est. Dicit enim apud se homo: Non debui sic dicere, non hoc dicere debui. Ecce Domino contingit. Dixit, & perdidit multos, remansit ad paucos. Sed non turbatur ipse, quia ab initio nouerat & qui credentes essent, & qui non essent credentes: nos, si nobis contingat, perturbamur. Solatium in Domino inueniamus, & tamẽ cautè verba dicamus, ea quæ ille ad paucos qui remanserant. Hæc ille. Multi ergo etiam ex Discipulis eius, hoc est, his qui ipsum frequenter sequebantur, & habebãtur in ordine Discipulorum, dixerunt: *Durus est hic sermo*, de comedenda scilicet carne viui hominis, & bibẽdo sanguine eius. Et quoniam durum vocant hunc sermonem, hoc est, asperũ, insuauem, & intolerabilem, hinc addunt: *Quis potest eum audire?* Sic enim legendum est sine coniunctione, &, quam nec habent Græca, nec Augustinus, Rupertus, aut vetera exemplaria scripta. Est autem sensus: Quis hæc sustineat audire? Cuius autes ferent hanc doctrinam? Hos sanè plerique hodie imitantur, qui non ferunt prędicationem mysteriorum & miraculorum quæ concurrunt in Eucharistia, aut aliorum quorumlibet, quæ illorum carnali sensui & appetitui aduersantur. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.

SCIENS AVTEM IESVS APVD SEMETIPSVM QVIA MVRMVRARENT DE HOC, &c.] Dicit Ioannes apud semetipsum, vt intelligamus Dominum nõ audiuisse murmur Discipulorum, sed diuinitus illud cognouisse. Itaq; Deum se esse declarans, & se verè, quemadmodũ dixit, è cœlo descendisse, respondet ad ea quæ humana ratione non audiuit inter ipsos iactari. Hoc inquit, vos scandalizat, hoc est, offendit, quòd dixi me è cœlo descendisse, & manducandam carnẽ meam vt quis viuat in æternum. Si ergo videritis filiũ hominis ascendentem vbi erat priùs (est autẽ oratio inabsoluta, perficienda hoc modo: Quid tum dicetis?) An etiam tunc videbor vobis plura mihi quàm par est arrogasse? An non potius tunc reipsa vel inuiti agnoscetis verũ esse quòd è cœlo descenderim? Hac enim intentione intelligit D. Chrysost. istud dictum à Domino, vt per ascẽsum suum cõfirmet verè se dixisse quòd è cœlo descẽderit, iuxta illud Ioannis: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Vnde Caietanus annotauit, quòd cùm duo fuerint quæ in sermone prædicto offenderint auditores, nempe quòd dixisset se è cœlo descendisse. vnde primò dixerunt: *Nonne hic est filius Ioseph, quomodo ergo dicit, quia à cœlo descendi?* & quòd dixisset manducandam carnem suam: vnde secundò dixerunt, *quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum?* Dominus vtrumque scandalum suo ordine tollere voluerit. Primò quidem declarãs se è cœlo venisse: deinde ibi, *Spiritus est*, &c. ostẽdens quomodo intelligendum sit quod dixit de carne tua edenda: Augustinus verò rectius etiam hæc verba: *Si ergo videritis*, dicta intelligit ad tollendũ scãdalum de edenda carne ortum. Nam cùm statim præcesserit de illo scandalo, ad illud referendum videtur quod sequitur: *Hoc vos offendit*. Itaq; hunc indicat sensum: Hoc vos offendit quòd dixi edendam carnem meam, & ideo offendit, quia putatis eam particulatim edendam. Si ergo videritis filiũ hominis ascendentem vbi erat priùs, certè vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis erogandum est corpus eius, nec carnali more manducãdum, cum integrũ fuerit in cœlum receptũ. Euthymius similiter intelligit Dominũ hic significari ascensionem eius in cœlos, confirmaturam sermonem eius de edẽda sua carne. vt sit sensus: Quid tum dicetis? An & tunc dubitabitis de veritate verborũ meorum, cùm maiora his videbitis? Qui enim potest suam carnẽ cœlestem facere, cõtra carnis naturã, potest & eam cibum hominum efficere. Notãdum autem hic rursùm contra Nestorianos, sicut & in illo Ioãnis 3. cùm dicitur: filius hominis qui est in cœlo; dictũ hic esse filium hominis fuisse priùs in cœlo. Hoc enim astruitur vnitas personæ in Christo; propter quam quæ filio Dei competũt, etiam de filio hominis prædicantur. Quòd autem dicitur filius hominis fuisse priùs in cœlo, dupliciter potest intelligi, nempe quia erat priùs in cœlo quàm è cœlo descẽderet, sic tamen vt non intelligatur cœlũ reliquisse, vel potius quia erat priùs in cœlo quàm in cœlũ ascẽderet, iuxta illud: Filius hominis qui est in cœlo. Ascendit enim eò secũdùm humanitatem, vbi ante ascensum erat secundùm diuinitatem. Porrò conditionaliter Dominus loquutus est dicens: *Si ergo videritis*, & non, Cùm ergo videritis, ascensionem suam in cœlum indicans verius quàm explicans, tum quia nõdum aduenisset tempus palam profitendi gloriam suam, tum quòd non omnes Discipuli illi visuri essent eius ascensionem.

SPIRITVS EST QVI VIVIFICAT, CARO NON PRODEST QVICQVAM. VERBA, &c.] Ex eo quòd hic dicitur, *caro non prodest quicquam*; hi qui negãt veritatẽ corporis Christi in Eucharistia, hodie conati sunt suum errorẽ defendere, inferẽtes ex eo inutiliter Christũ suam carnem nobis in sacramẽto reliquisse, eo quòd, ipso teste, caro nihil prosit. Verùm verba hæc Domini non posse nudè intelligi vt sonant, etiã ex his quę mox prędcdunt est manifestum. Quomodo enim caro nihil prodest, si qui manducat carnẽ Christi, *Ioan. 6.* habet vitam æternã? Ex his enim verbis nudè intellectis non tantùm sequeretur Christi carnem inutiliter esse in Eucharistia, sed etiam inutiliter verbum carnem factũ esse vt habitaret in nobis. Proinde certum est, in his verbis opus esse commẽtario. Intelligitur autem à Catholicis duobus potissimum modis. Augustinus enim & Cyrillus sic intelligunt, Spiritus Dei solus est qui vitam æ- *Ioan. 3.* ternam præstare possit: caro autem sola aut caro per sese non prodest quicquam ad vitam æternã præstandam. Aut, quod in idem redit, caro quatenus caro, & prout distinguitur à spiritu, non prodest quicquã. Sic enim Nicodemo admirãti quomodo homo renasci posset, Dominus dixit: Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est: significare volẽs idqđ ex carne est, quatenus tale, esse carnale: & quod natum est ex spiritu, quatenus tale, esse spirituale: ita & nũc Discipulis admirantibus quomodo carnẽ suam edendam dixerit, dixit distinguendo. spiritum

carne: *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam*. Non dicit; caro mea non prodest. sed absolutè: *caro non prodest*, significãs se singulariter carnem suam dixisse viuificam propter spiritum viuificantem qui carni vnitus esset: vnde & suprà reddidit rationẽ quare caro sua esset viuifica, eo quòd descendisset è cœlo, & quia viueret propter patrem virtutũ. Sic ergo, inquit Augustinus, dic- *2. Cor. 8.* tum est: *Caro non prodest quicquam*; quomodo dixit Paulus. Sciẽtia inflat; si scilicet sola sit & sine charitate. vnde additur: Charitas verò ædificat; quo significatur, charitatem cum scientia, & sciẽtiam cum charitate ædificare & prodesse. Itaq; secundùm hunc intellectum directè Dominus ostendit quomodo caro eius possit manducantibus præstare vitam æternam, de quo illi admirabãtur: ex consequenti verò etiam significat carnem suam non sic edendã quomodo illi intellexerunt, quẽadmodum scilicet editur caro animalium mortua, & non amplius spiritu vegetata: significat & modum quo caro eius esset edenda; spiritualẽ esse, & spiritu edendam esse, non carnaliter. Spiritualis enim caro spiritualiter edi debet, non carnaliter. D. Chrysost. autẽ, & post eum Theophyl. & alij hunc locum sic intelligunt, vt per spiritum & carnem intelligatur spiritualis & carnalis intelligẽtia dictorum, quomodo & Augustinus intelligit in quibusdam locis illud Pauli; Litera oc- *2. Cor. 3.* cidit, spiritus autem viuificat. Secũdùm hunc ergo intellectum, Dominus sermonem habitũ carnaliter intelligentibus, & ob id reputantibus durum, respondet quomodo eum intelligere debeãt aliter quàm intellexerũt. Et sicut hæc verborum explicatio optimè respondet murmurũtium verbis, ita & sequenti sententiæ congruit: *verba quæ loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt*: hoc est, sunt spiritualia & spiritualiter intelligenda, ac sic auditori confertũt vitam. Sic enim hanc sententiam etiã Augustinus enarrat. Cyrillus verò eam aliter intelligit, prosequendo magis sensum, quem intelligit in præcedẽtibus verbis. hoc modo: *Verba quæ loquutus sum vobis, sunt spiritus & vita*, hoc est, sunt spiritalia, vel sunt de spiritu viuificãte: quasi dicat, Vos ea intelligitis de carne per sese accepta, quam etiam vobiscum fateor inutilem esse ad viuificandum: ego verò loquutus sum de carne spiritali, quæ per spiritum viuificat.

SED SVNT QVIDAM EX VOBIS QVI NON CREDVNT. SCIEBAT ENIM, &c.] Postquam reddidit rationem suæ doctrinę, reddit & causam scandali illorum qui murmurauerunt, significans causam non esse duriciẽ sermonis, sed illorum incredulitatem. Est ergo idem ac si dicat: Non duricies sermonis est occasio vestri scãdali, sed incredulitas quorundam vestrum, per quam, nõ estis capaces sensus verborũ meorum. Ideoq; (inquit Augustinus) non dixit: Sunt quidã in vobis qui non intelligũt; sed causam dicit quare non intelligunt. Ideo enim non intelligunt, quia non credunt. Nã propheta dicit: Nisi credideritis; non intelligetis: Sic enim habent Septuaginta in Isaię cap. 7. vbi nos habemus: Si non crediderit is, non permanebitis: His ergo verbis Dominus rursùm suam diuinitatem ostẽdit, per quam potuit reuelare occulta. Vnde hoc apertè significaturus Ioãnes, subiungit: Sciebat enim Iesus, non tum primùm, sed etiam ab initio cõuersationis suæ cum Discipulis, qui essent in turba omniũ discipulorum credẽtes, & quis inter duodecim traditurus esset eum. Vnde & Iudas hic significatur tũc non satis credidisse in Iesum. Quod apertius significatur apud Græcos, qui vbi nos legimus; *sciebat Iesus qui essent credentes*; legũt, *qui essent non credentes*. Redita causa quare Christus asserere non dubitauit quosdam non esse credentes etiam ex Discipulis, Ioãnes redit ad verba Domini, quibus sua interposuerat. Et dicebat, inquit: Propterea, qa scilicet sunt quidam vestrum qui non credunt, & ob id non recipiunt mea verba, dixi vobis paulò antè; quòd nemo potest, &c. Significat ergo & fide opus esse, & eam à patre petendam ac expetẽdam.

ET EX HOC MVLTI DISCIPVLORVM EIVS, ABIERVNT RETRO] Et, ex hoc scilicet tempore. Quod dicit, *abierunt retro*: Augustinus intelligit, abierunt retro post satanam: sicut de quibusdam viduis dicit Apostolus, Quædam *1. Tim. 5.* conuersæ sunt retro post satanam. Sed simplicius illud; *abierunt retro*; exponitur per, desciuerunt ab eo, nec amplius more solito illum sequebantur. Sequitur enim quod huius veluti est expositio, *& iam non cum illo ambulabant*. Itaque Dominus conuersus ad duodecim dixit: *Num & vos vultis abire?* Quærit autem istud, cùm sciret eorum voluntatem: tum vt ostenderet se non indignatum illis qui ab eo defecissent, quasi ignominia ab eis affectus: tum vt significaret se non indigere eorũ sequela, ne putarent se facere gratiam, quòd aliis relinquentibus, ipsi permanerent. Deinde, vt ostenderet eorum libertatem, ne putarẽtur necessitate quadam & verecundia detineri, atque vt huiusmodi interrogatione eos ad fidei suæ confessionem prouocaret. Itaque Petrus, tum quòd ardentioris esset semper fidei, tum quòd solitus esset omnium nomine respondere, pro omnibus loquitur, idem de Christo alios omnes sentire existimans quod ipse sentiebat: Domine, inquit, ad quem ire poterimus te derelicto, qui nos viã salutis melius quàm tu docere possit? Tu enim solus habes verba quæ vitam æternam conferre possunt credenti & suscipienti. Quibus verbis significat se agnoscere post Dominum nullum esse magistrum secundum illi: significat item se non vt turba illa terrena quærere, sed tantùm doctrinæ cœlestis esse cupidum. Alludit autem ad illa Domini verba supertius habita, quibus multa dixit de vita æterna, & singulariter ad illa: *Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt*. Hic aduertenda differentia inter credentes & non credẽtes. Non credentes enim ob verba non intellecta offenduntur. Credẽtes verò, etiam non intellecta verba humiliter suscipiunt & admirantur. Neque enim verisimile est, Petrum tum prædicta omnia de manducanda carne & bibendo sanguine Domini intellexisse, cùm ignorauerit adhuc mysterium crucis, & tamen certissimè credidit vera esse quæ dicebantur, quòd persuasus esset ipsum Iesum verum esse Christum. Vnde sequitur: *Et nos credimus & cognouimus quia tu es Christus filius Dei viui*. Vbi pro credimus, Græcis est, πεπιστευκαμεν, id est, credidimus, quomodo legit etiam Augustinus. significatur ergo quòd iam diuum credidерant & persuasi essent. Notant autem Augustinus & Cyrillus. priùs dictum esse, credimus, & secundò cognouimus, eo quòd fides cognitionem prędcedat, secundum illud Isaiæ: Nisi credideritis, *Isaiæ 7.* non intelligetis. Nisi enim, inquit Cyrillus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

absque vlla dubitatione fidei iecceris fundamẽta, A non poteris paulatim cognitionẽ quę in Christo est superædificare, ac ita in virum spiritualẽ euadere. Videri tamẽ potest additum verbum *cognouimus*, non ad hunc ordinem significandum, sed tantùm ad significãdum certissimam animi persuasionem, per testimonium Ioannis, pattis, ac miraculorũ. Hęc enim persuasi animi certitudo magis significatur verbo, cognoscere, quàm verbo, credere. Annotauit autem hic rursum Cyrillus, in Græcis articulum addi & ad nomen, Christus, & ad nomẽ, filius, vt sit ille Christus, ille filius, vt his articulis separaret Petrus Dominum ab aliis, qui B etiam Christi dicũtur & filii Dei. Additur autem in Græcis & apud Augustinum, viui, scripturæ more. Nam hoc epitheto scriptura Deum verum separat à mortuis idolis. Vnde Psalmista: Sitiuit
Psal. 41. anima mea ad Deum, fontem viuum. Et: Scietis
Iosue 3. quia Dominus Deus viuens in medio vestri est. Vnde & Dominus per vitam suam in scripturis iurat, dicens: Viuo ego, dicit Dominus.

RESPONDIT EI IESVS: NONNE EGO VOS DVODECIM ELEGI, ET EX, &c.] Magnificam hanc Petri de se prędicationem Dominus non est iam admiratus, nec ob eam illum beatum prædicauit, quemadmodum postea Mat C thęi decimosexto, tum ne videretur eorum laudibus capi, postquam ab aliis fuit derelictus, tum quia omnium nomine iam Petrus loquutus fuerat, & hanc fidem omnibus tribuebat quæ non omnibus conueniebat. Itaque Dominus corrigegete volens Petri responsionem, atque ostendere non omnes hoc credere quod ille putauit eos credere, & ob id non sine causa interrogasse num & ipsi vellent abire, subiecit: *Nonne ego vos duodecim elegi*, &c. Quibus verbis etiam significat non mirum esse si ex Discipulis quidam abirent retrò, cùm etiam inter Apostolos inueniretur vnus incredulus. Deinde, secundùm Cyrillum, his ver- D bis aerioribus eos confirmat, & diligentiores faceit, periculo ante oculos posito. Sic enim, inquit, dicere videtur: Magna vobis, ô Discipuli, vigilantia, magnoque studio ad salutem opus est. Lubrica enim admodum perditionis est via, nõ imbecillam solummodo distrahens mentem, verùm etiam firmos nonnunquam animos voluptate decipiens: quòd autem ita sit, non eorum qui retro abierunt, sed vestro exemplo confirmatur. Ego enim vos vt bonos elegi, non ignorabam, sed cognoscebam vt Deus corda vestra. Sed rapuit vnum vestrum auaritia deceptum diabolus. Hæc ille. Intelligit ergo Cyrillus, sicut & plerique, Iudam cùm eligeretur, bonum fuisse, cùm dici etiã possit eum nunquam habuisse veram in Chri- E stum fidem, sicut & hæc verba & præcedentia aperte significant, eum hoc tempore, longè ante passionis tẽpus non credidisse in Christum. Nam & Augustinus & Beda in ea videntur fuisse sententia, vt putent Iudam fuisse malum etiam cùm vocaretur ad Apostolatum, quamuis hanc sententiam reiciat Lyra. sed non efficacibus rationibus. Porrò prudentiæ simul & mansuetudinis summæ fuit, quòd suum hostem & aduersarium inter Apostolos tacitè notauerit, nimirum vt per declarationem suæ mansuetudinis & diuinitatis Iudam sibi conscium ad pœnitentiam prouocaret, & eodem sermone omnes faceret solicitos ad conscientiæ examinationem ac fidei perseuerantiam. Dubium autem hic esse potest, quomodo dicat Dominus hic se elegisse duodecim istos, inter quos fuit Iudas, cùm postea Ioannis duodecimo dicat: Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim, significans se non elegisse Iudam. Sed dicendum, quòd hic sit sermo de electione ad Apostolatum: ibi verò de electione ad consortium sanctorum, & ad regnum cœlorum. Vnde hic apponitur numerus duodenarius, ibi verò absolutè dicitur: Ego scio quos elegerim; vt intelligamus eum ibi loqui de electione simpliciter, qua aliqui dicuntur absolutè electi, alij verò reprobi. Cæterùm, diabolus, dictionem Græcam, quidam volunt hic debere verti per Latinam dictionem, calumniator vel accusator, (hos enim propriè significat dictio Græca) vt ideo dicatur Iudas diabolus, quia calumniator erat operum Christi, & quia illum delaturus erat ad principes Iudæorum tanquam mollem & effœminatum, eo quòd permisisset pretioso illo vnguẽto se vngi à Maria sorore Marthæ. Verùm valde verisimile est Dominum qui Hebraicè hæc dixit, pro diabolo dixisse Satan, ac pro eo nomine Ioannem vertisse diaboli nomen, imitatum Septuaginta, qui semper pro satan, diabolum verterunt, vt priùs dictum est circa caput Concordiæ 15. eo quòd absimilis sit significatio dictionis Græcæ, diabolus, à dictione Hebraica, satan, quæ aduersarium significat. Iam & illud verisimile est, Dominum vocasse Iudam, Satan vel diabolum, non quomodo postea Petrum vocauit Satanam, dicens: Vade post me, Satana, hoc est, tu qui mihi *Matth. 4.* in his quæ Dei sunt aduersaris, quomodo hæc nomina appropriantur per antonomasiam dæmoni hosti humani generis, vt nomine capitis Dominus vocauerit membrum eius, sicut intelligit Gregorius & Cyrillus, quorum iste sic scribit: Diabolum verò diaboli ministrum appellauit: nam sicut qui Domino coniungitur, vnus cum eo spiritus est: sic contrà quoque fieri non est negandum. Et Diuus Gregorius libro decimo tertio Moralium capite decimo septimo: Ita quippe vnum corpus sunt diabolus & omnes iniqui, vt plerunque nomine capitis censeatur corpus, & nomine corporis appelletur caput. Nam capitis nomine censetur corpus, cùm de peruerso homine dicitur: *Et vnus ex vobis diabo-* *Ioan. 6.* *lus est.* Hæc ille. Itaque diabolum vocat Iudam, quia diabolicum & satanicum hominem.

FINIS Secundæ partis Commentariorum, quæ continet explanationem capitum Concordiæ vigintiquatuor, hoc est, Acta Christi à secundo Paschate vsque ad tertium, Acta scilicet secundi anni prædicationis eius.

CORNELII

IANSENII EPISCOPI
GANDAVENSIS
COMMENTARIORVM IN SVAM
Concordiam, ac totam Historiam Euangelicam,

PARS TERTIA.

REPREHENDVNTVR PHARISÆI DISCIPVlos calumniantes quòd illotis manducarent manibus. Matthæi 15. MARCI 7. CAPVT LX.

†b cõueniunt. *a a ab Hierosoly mis scribæ & Pharisæi.* †a transgreditur *a b o. at ille.* ‖b o dixit ‖a o sine causa †a o nam data †a nam *a a Quicunque dixerit.* ‖o prædixit. †b rescindetis verbum *a b o ad uocans.* ‖b o turbam dicebat illis †a Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. C. 5. 43. ‖h Et ait †b o imprudẽtes. *A a emittitur* †a autẽ ‖b illa cõmunicãt. ** a enim* †a exeũt *a a blasphemiæ.* ‖b o communicant.

POST hæc autẽ ambulabat Iesus in Iudæa, quia quærebant eum Iudæi interficere. Et tunc † accesserunt ad eum ▷ Pharisæi, & quidam de scribis, venientes ab Hierosolymis. Et cùm vidissent quosdã ex discipulis eius communibus manibus, id est, non lotis, mãducare panes, vituperauerunt. Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: & à foro nisi baptizentur, non comedunt: & alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & vrceorũ, & æramentorũ, & lectorũ. Et interrogabant eum Pharisæi & scribæ dicentes: Quare discipuli tui † non ambulant iuxtà traditionem seniorum? non enim lauãt manus suas cùm panem manducãt, sed communibus manibus manducant panem ▷ Ipse autẽ respondens ‖ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionẽ vestram? Hypocritæ, bene prophetauit Isaias de vobis hypocritis dicens, sicut scriptum est: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me, ‖ in vanũ autem me colunt, docentes doctrinas & †præcepta hominum. Relinquentes enim mãdatũ Dei, tenetis traditiones hominũ, baptismata vrceorũ, & calicũ, & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritũ feciſtis præceptũ Dei, vt traditionẽ vestram seruetis. Moyses enim † [&] Deus dixit: Honora patrem tuũ & matrẽ tuã, & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autẽ dicitis: ▷ Si dixerit homo patri vel matri Corbã, quod est donũ, quodcunque est ex me tibi ‖profuerit, & vltra non dimittitis eum quicquã facere patri suo aut matri: & non honorificabit patrẽ suũ aut matrẽ suã, & † irritũ feciſtis mandatum Dei propter traditionem vestram quã tradidiſtis, & similia huiusmodi multa facitis. Et adnocatis ad se iterum ‖turbis, dixit eis: Audite me omnes & intelligite. † Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eũ coinquinare, sed quæ de homine procedũt, illa sunt quæ communicant hominẽ. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cùm introisset in domũ à turba, tunc accedẽtes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia Pharisæi audito verbo hoc scãdalizati sunt? At ille respõdens ait: Omnis plantatio quã non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. ‖Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueã cadẽt. [Et [interrogauerunt eum discipuli eius parabolam. Respondẽs autẽ Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolã istã. ‖ At ille dixit illis: Sic adhuc & vos † sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiẽs in hominem quod intrat in os, non potest eum communicare, quia nõ intrat in cor eius: sed in ventrem vadit, & in secessum exit purgans omnes escas? Dicebat autem quoniam quæ de homine exeunt, [&] procedunt de ore, de corde exeunt, & ‖ coinquinant hominem. Ab intus enim de corde hominũ malæ cogitationes † procedunt: adulteria, fornicationes, homicidia, furta, falsa testimonia, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus. ▷ blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & hæc sunt quæ coinquinant, hominem: non lotis autem manibus manducare, non coinquinant hominem.

PROST HÆC AMBVLABAT IESVS IN GALILÆA. NON ENIM VOLEBAT, &c.] Legendum est, in Galilæa, & in Iudęa, vt patet ex Græcis, non autem, in Galilæã & in Iudæam, & verbum, ambulare, accipiendum est pro conuersari, vt significetur Dominum post hęc cõuersatum in Galiæa, nec voluisse conuersari in Iudęa. Non enim significare voluit Ioãnes Dominũ post hæc iuisse ad Galilæã, cùm dicta in præcedenti capite, gesta sint in Galilæa. Manet tamẽ dubiũ, quare Ioãnes modò dicat, Dominũ post hæc ambulasse & conuersatum in Galilæa, quasi antè nõ fuerat in ea conuersatus, cum, vt ex præcedẽtibus patet, iampridem in ea sit cõuersatus. Ad quod primò dici potest, quòd Ioannes sub initium sextæ capitis indicauerit Pascha Iudæorum in propinquo fuisse, ad quod verisimile omnino est & satis certum, Christum Hierosolymam profectũ fuisse, eò quòd lex ita mandarat, ideòq; Ioannem hic indicasse causã, quare mox relicta Iudæa, ac repetita

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galilæa,in ea maluerit conuersari. Aut potius sim pliciter intelligendum quod dicit Euãgelista: Post hæc ãbulabat Iesus in Galilæa,hoc est,perseuerabat adhuc in ea cõuersati. Cũ enim sequitur,quia quærebãt eum Iudæi interficere,nõ videtur id Ioãnes dixisse propter necem quã parassent Domino Iudæi in Pascha te mox præcedente, sed eã quam descripsit in capite quinto,occasione paralytici sanati in sabbatho. Vnde in his quæ apud Ioã. in hoc cap. 7. sequũtur,Dominus dicit: Vnum opus feci, & omnes miramini,&c. significans causam intentatæ sibi necis fuisse ex occasione illius miraculi. Porro quoniam in Concordia Euãgelica hæc verba Ioannis necessariò debuerũt superioribus subiungi, vt est manifestum,& ex his verbis certũ sit Dominum aliquandiu post ea quæ hactenus cõtigerunt mansisse in Galilæa,antequam in Iudæam ascenderet,nec tamen Ioannes quicquã post hæc in Galilæa gestum cõmemorat, necessariò ante sequentia Ioannis verba,inserenda hoc loco erãt ea quæ ab aliis Euangelistis post præcedentia narrantur gesta & dicta in Galilæa, quæ quàm cõmodè sequãtur hæc iam præmissa Ioãnis verba,quisque facilè videat. Sequitur enim in Matthæo & Marco post miraculum multiplicatorum panum, quod eum Ioanne concorditer narrarunt.

ET TVNC ACCESSERVNT AD EVM PHARISÆI ET QVIDAM DE SCRIBIS,&c.] Cùm enim in Galilæa manere Dominũ viderent Scribę & Phariseι Hierosolymitani veniunt è Iudæa in Galilæã, sicut & supra eos fecisse aliquando habuimus. Veniunt autem non vt discant,sed vt calumnientur eum,quem iam audierant tanto vulgi fauore accipi & prædicari. rdeóq; valde opportunè & contigit hæc historia post prædicta,& eam Euangelistæ subiunxerũt his quæ de populi admiratione scripserunt: vt quemadmodũ in comœdiis variantur scenæ, vt ex personarũ ac terũ collata diuersitate singula magis eluceãnt: ita ex collatione peruersitatis Scribarum & Phariſæorum cũ populi simplicitate,liqueret omnibus quàm hi fuerant insanabiles,per quos aliorum in credulitatem corrigi conueniebat. Bene ergo hos calumniatores scribunt non tantum fuisse Phariſæos & Scribas,sed etiã fuisse Hierosolymitanos, atque à Hierusalem descendisse in Galilæam, vt sic duplici nomine exaggerarent horum impietatem, nimirum quòd Hierosolymitani essent, & ob id iustiores ac doctiores habiti eò quòd Hierusalem fons pietatis ac doctrinæ haberetur,& quòd à Hierusalem descendissent,tantum viæ, nõ dubitantes aggredi calumniandi causa. Quòd que maius argumentum est peruersitatis eorũ & præposteræ religionis, cùm calumniandi ansam quærerent, nec iusta aliqua supperteret,non verentur eam arripere ab externis quibusdam observationibus,non à lege Mosaica introductis,sed ex maiorum instituto, eisque talibus, in quibus nulla erat vtilitas aut pietas. Et cùm vidissent, inquit Marcus,quosdam ex discipulis eius communibus manibus,id est,non lotis manducare panẽ, vituperauerũt. Exposuit autem Marcus ipse quid sit, communibus manibus, eò quòd hæc locutio propria fuerit Iudæis. Hi enim cœperant vocare commune, quod nos prophanum aut immundũ appellamus. Quoniam enim non omnibus indifferenter vescebantur, sed quædam eis separata erant in cibum, quibus tanquam sanctis & sactis vescebantur, hinc κατὰ μεταλήψιν, hoc est, per trãssumptionẽ,commune dixerunt quod prophanum est & immundum. Ita & cõmunicare hic frequenter apud Matthæum & Marcum positum est pro coinquinare,quemadmodum ferè semper vertit interpres. cùm Græcè sit verbum κοινόω. Hinc Act. 10 dicitur: Quod Deus sanctificauit, tu ne cõmune dixeris. Vbi satis indicatur ratio huius locutionis, quæ tamen non inuenitur quod sciã in veteri Testamento, sed tantum in nouo. Porro Phariſæi pleraque circa lotiones statuerunt non quatenus faciebant ad ciuilem quidam mundiciem, sed quia putabant ea habere aliquid momenti ad pietatem & sanctitatem. Quoniam enim lex exvariis contactibus & accidentibus statuit contrahi immunditiam,eãq; lotionibus purgari,& Dominus in lege toties ad sanctitatem & mundiciã Iudæos hortatus fuerat,dicens: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et: Lauamini, mundi estote; hinc ne forte in congressu,inscij ex aliquo contactu immundiciam cõtraxissent, Phariſæi etiam à lege non præceptas lotiones diuersas, vt habet Marcus, induxerunt. Peculiariter autem lotionẽ manum ante cibum & inter edendum frequentem, ac eorum vasorum quibus vsus erat inter edendum superinduxerunt,quia metuebant ne ex horum immundicia cibus etiam polluneretur, aut non satis mundè sumeretur,quem iussi erant mũdum manducare,atque ex polluto cibo, vel non satis mundè sumpto etiam amplius coinquinarẽtur,& Deo abominabiles fierent. Nam hanc rationem eos mouisse satis patebit postea ex verbis Saluatoris. Et sane ipsa lex Mosaica satis prohibuerat huiusmodi lotionum constitutiones, cum dicat Deuter. 4. Non addas ad verbũ quod loquor vobis,nec auferas ab eo. Deinde iam tempus erat instante Messiæ aduentu,vt post longam legis & prophetarum lectionem,incipere meritò debuissent intelligere Scribæ & Phariſæi præcipuam sanctitatem nõ in externis,sed in interioribus esse sitam,nec externas illas,quæ à lege præscriptę erãt, cæremonias ad aliud magis fuisse præceptas, quã vt per eas populus institueretur ad ea quæ sunt veræ pietatis. Verùm contrà planè euenit, vt cùm maxime intelligere debuissent scripturas,& ea in quibus vera pietas potissimùm sita esset, tum omnium maxime hæc intelligerent,ita vt tunc maximè opus esset inducere mundo lucem euangelicam,cum qui ei luci debuissent esse maxime vicini,ab ea longissime abfuerunt. Itaque Phariſæi & Scribæ ex inutilibus illis maiorem institutis vẽdicabant sibi laudem sanctimoniæ,quodque scelestius est, ex his impietatis calumniam struebant proximo,seuerius exigentes illorum obseruationem quàm quæ Deus præceperat. Discipuli autẽ eas cõstitutiones negligebant,vt qui à Domino docebantur ea quæ verę pietatis essent, quorum cura & studio non libuit illis intentos esse Phariſæorum traditionibus quas à Domino non didicerant,imo quorum neglectum ab eo didicerant satis verbo & exemplo. Itaque hoc videntes Phariſæi & Scribæ, cum discipulis non expostulant,sed velut in graui facinore Dominum ipsum adoriuntur,in illum torquere volentes totam suã calumniam. Quur, inquiunt, discipuli tui qui te sequuntur, & ex tua pendent institutione, transgrediuntur traditionem seniorum? Traditionem enim legendum est,non traditiones pluraliter; Nãde

de vna traditione quæstio erat,& Græce est παράδοσιν sed & correctiores Lationorũ libri habẽt, traditionem. Notandum autẽ quòd non dicãt, Non enim lauant manus suas antequam panẽ manducent,sed cùm panẽ manducant. Traditio enim seniorum non tantum exegit ciuilem illã ablutionẽ manũ quæ passim sit ante prãdium & cœnam,sed crebram etiam inter manducandum. Vnde Marcus dicit Phariſæos & Iudæos nõ manducare panem,nisi crebrò lauerint. Pro,crebrò,tamen legitur in Marco πυγμῇ, quod Theophylactus intelligit,vsque ad cubitum vel cubitaliter,vt significetur traditionem se nostrũ fuisse lauare manus etiam vsque ad cubitum. πυγμὴ enim Græcis duo significat. pugnum scilicet, hoc est,manum complicatam,ἀπὸ τοῦ σφίγω, plico, & cubitum,quem Græci magis πῆχυν vocant aut πυγόνα. Nam hac parte brachium est cõplicabile. Verum cùm πυγμῇ nusquã reperiatur apud Græcos positum aduerbialiter,quemadmodum hic accipere debet Theophylactus,nec à subsũtiuis fiant huiusmodi aduerbia à datiuo desũpta,verisimiliusest,vt bene annotauit quidam,scriptum fuisse πυκνὰ, quod frequenter sonat aut crebrò. Absolute enim Phariſæi culpãt discipulos, quòd illotis manibus sumerent cibum,ad cuius reprehensionis declarationem nihil erat opus aliquid dicere de cubitali lotione.

IPSE AVTEM RESPONDENS AIT ILLIS: QVARE ET VOS TRANSGREDIMINI, &c.] Clauum clauo retundit Dominus. Si enim discendi causa petiissent rationem facti discipulorum, vtique Dominus eam illis aperuisset,verùm quoniam criminãdo & inuehẽdo in Dominum dicunt, Quare,ideo prętermissa causa ob quã discipuli hoc facerent, retorquet calumniã in calumniatores, simili modo eos criminãs,sed non simili affectu. Et quidem non excusat suorum factum,nec adhuc dicit eos benefacere transgrediẽdo,ne eos irritaret magis: sed prius interrogatione correspondente eorum interrogationi ostendit eos,etiamsi quid peccassẽt discipuli transgrediẽdo traditionẽ maiorum,nõ rectè criminari ipsos,vt qui grauioris & minus tolerabilis transgressionis essent rei, idque in ea re in qua culpabant discipulos. Grauius enĩ peccabant seruando seniorum traditiones,quàm discipuli negligendo. Deinde & ostendit non zelo iustitiæ eos ad arguendum consurrexisse,sed prę posterę religionis studio,ac zelo proprię authoritatis tuendæ. Porro Matthæus post interrogationem hanc: Quare & vos transgredimini, &c. quãsolus ipse habet,subiungit mox declarationẽ,qua Dominus declarauit quomodo propter suam traditionem Phariſæi Dei præceptum transgrederentur,ac testimonium Isaiæ,à Domino citatum ponit in fine. Marcus verò contrà incipit à testimonio Isaiæ,ac deinde subiũgit eã declarationem quam in principio habet Matthæus. Et quãquam incertum sit,nec multum referat quo ordine hæc dicta sint,tamen cum idem testimonium bis potendum nõ iudicaremus, vt fecit Ofiander, Marci ordinem sequi in Concordia magis visum est,cùm ob alias causas,tum maxime quod Marcus post citatum Isaię testimonium applicando illud,cõuenienti ordine ostendit duplici ter Phariſæos peccasse in mandata Dei, per obseruationem humanarum traditionum. Primùm, quia dum studiosi erant obseruationis quorundã humanorũ præceptorum quę per se nõ erant mala,nec ita contraria legi Dei,negligentes erãt mandatorum Dei. Relinquẽtes enim,inquit,mãdatum Dei, tenetis traditiones hominum,&c. Secundo,quia constitutiones quasdam tradiderunt,quæ legi Dei aduersabantur,de quibus secundo loco locutur Marcus,veluti nouam materiam exorsus, interposuit: Et dicebat illis: Bene irritum fecistis, &c. Testimonium autem desumptum est ex capite 29. Isaiæ, & citatum hic more solito magis secundum translationem Septuaginta quàm Hebraicam veritatem. Nam Hebræa sic vertit D. Hieronymus: Appropĩquat populus iste ore suo,& labiis suis glorificat me,cor autem eius longe est à me,& timuerunt me mandato hominum & doctrinis. Vltimam tamen partem Hebræa ad verbum sic habent: & est timor eorum erga me,mandatum hominum quod docti sunt. Septuaginta verò sic habent: Appropinquat mihi populus iste ore suo,& labiis suis honorat me. cor autem eius longe est à me: Frustrà autẽ colunt me: docẽtes hominum præcepta atque doctrinas. Atque hoc pene modo per omnia legitur apud Græcos citatum hoc testimonium in Matthæo, nisi quod vltima pars appositiue legitur,docẽtes doctrinas & mãdata hominum sine coniunctione sicut & in Marco legitur,& Latinis etiam quibusdam codicibus vetustissimis,teste quodã. In Matthæo enim apud Græcos legitur nõ solum, populus iste labiis me honorat,sed etiam,Appropinquat mihi populus hic ore suo,& labiis suis honorat me. Verũ quædam verba adiecisse videtur scriptor aliquis, qui voluit absolutum reddere prophetę testimoniũ, cum D. Hieronymus ennarrans hũc locum indicet Euangelistam decerpsisse quod præsẽti loco commodum videretur,& neque retulisse per omnia vt in Hebræo. scriptum erat, neque vt à Septuaginta versum, Ideóque dicit, hoc tẽstimonio Dominum abusum contra Phariſæos in Euangelio Matthæi: Abusum enim dicit non quod male eo vsus sit,aut quod præter intentionem Prophetæ eo vsus sit,sed, quemadmodum aliàs loquitur, quia aliis verbis vsus est, nec per omnia prophetæ verba retulerit, contentus sensum reddere. Quod enim istud testimonium Dominus non citauerit præter intentionem prophetæ, & ex his quæ in propheta præcedunt,& his quæ sequuntur est manifestũ. Præcedit enĩ & sequitur de excæcatione Iudæorum,& quomodo nec indocti,nec docti inter eos intellecturi essent scripturarũ sacrarum librum, & auferenda sapientia à sapientibus eorum,quæ maxime impleta sunt in Iudæis & scribis eorum,tempore Christi. De quorum etiam hypocrisi,quam vbique toties notat Dominus,sequitur in Isaia,dum dicitur: Væ qui profundi estis corde,vt à Domino absconditis consilium,&c. Itaque bene dicit Dominus, non solum istud Isaiæ quadrare in Phariſæos & Scribas qui fuerũt tempore hoc: sed Isaiam prophetasse de illis istud, videlicet quia non dixit illud de Iudæis sui temporis,sed potius temporis aduentus Messiæ,quando omnia plena erant hypocrisi,& inutilibus ac friuolis hominũ constitutiunculis. prima ergo huius testimonii parte dominus significat notatã illorũ hypocrisim,& rectè se eos vocasse hypocritas,eo quod zelo iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ititiæ videri vellent calumniari discipulos,cũ tamẽ iustitiæ non essent ex animo studiosi.Populus,inquit,hic labiis me honorat,quia me Deũ & Dominum omnium creatorem,& id genus similia prædicat:cor autem eorum longe est à me, quia corde suo longe diuersa à mea volũtate cogitat,de fidorat, & amat, Tales fuerunt & olim Iudæi illi,de quibus in Psal.77. Et dilexerunt eũ in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: Cor autem eorum non erat rectum cum eo. Sequẽti verò testimonii parte significat Dominus notatã horũ præposteram & vanã religionem. In vanum,inquit,colunt me,non solùm facientes,sed etiam docentes doctrinas quæ sunt mandata hominum.Vbi notandum,quòd pro,in vanũ,Græcè est μάτην,quod in Matthæo quidem interpretit,sine causa:in Marco verò vertit, in vanũ. potest enim accipi dupliciter.Aut vt sit sensus: in vanum, hoc est,frustra colunt me, quia non assequentur finem & fructum cultus mei. Aut vt significetur vanum & friuolum esse cultum illorum quo Deum colebant,quia non in rebꝰ illis cõsistebat in quibus oportebat. Secundum quẽ sensum verti posset illud μάτην,per vanè, quemadmodum in Psal.38.vbi legimus:Vanè conturbatur omnis homo. Atque hunc sensum satis significat quod vertit interpres in Matthæo, sine causa. Cultus enĩ vanus est qui rationabili caret causa. Porro quoniam hunc locũ hæretici nostri temporis semper in ore habent,cóque reiiciendas docent omnes Eccleſiæ constitutiones de diſtimine dierum,ciborum,locorum, personarũ, & aliarum rerum externarum,videndum quã nihil hic locus eorum faueat errori, primum enim vel ipsis etiam fatentibus,traditiones vel præcepta hominum non dicuntur hîc quæcunque in scripturis à Deo nõ sũt aperte institutа,sed ab hominibus sunt præcepta & introducta.Nam quæcunque ad externam vitam decentèr & cũ commodo proximorum degendam à principibus cõstituuntur,quæcunque item à proceribus Ecclesię ordinata sunt ad Christianæ religionis profectũ nõ tam humanę quã diuinę sunt traditiones, vtpote dimanantes à lege Dei, & ab authoritate eis à Deo tradita. Vnde Petrus ait: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deũ, siue regi,quasi præcellenti.Et Paulus præcepit vt in Ecclesia mulieres orent velato capite,viri reuelato vt ad cœnam Christi alius aliũ expectet, quo in communi ea peragatur,& alia nõnulla, quæ nominatim in scripturis aliis non leguntur diuini tus esse præcepta.Quæ etsi ab hominib.sunt cõstituta,hic tamen inter humana mandata nõ censentur,quod ex scriptura & Dei mandatis originem habeant,inter quæ Dei mandata,etiam hoc est,vt subditi præpositis salutis eorum curam gerentibus obediant per omnia. Iam quæ Ecclesia præcepit de ieiuniis,delectu ciborũ in certis diebus,festiuitatibus sanctorum celebrandis, & id genus similia,pius quisque facile videt quam habeant ex scripturis originem,& quomodo eis cõsonent,eò quòd faciant ad carnis castigationem & temperantiam,aut ad fidelium vnionem & ędificationem.præcepta ergo hominum quæ hic reprobantur à Domino,sunt quæ nihil diuinũ præcipiunt,sed res merè humanas,qualia sunt duplicia:Quædam enim sunt,etsi non omnino mala, planè tamen inutilia & friuola,vt in quorum ob

Refellitur haeretici nostri temporis.

seruatione nulla est vtilitas,quæ nihil faciunt ad pietatem Deo exhibendam,aut carnis mortificationem spiritus profectum,aut ad proximorum cõmodum & ædificationem,qualia erant baptismatum eorum,quorum meminit Marcus,constitutiones.Alia sunt,quæ præcipiunt aliquid mandatis Dei aduersum,qualia erant de quibus post ea disserit Dominus.Atque de his mandatis hominum loquitur & Paulus ad Titum 1.cũ præcipit,vt sani sint in fide,nõ attendentes Iudaeis fabulis, & mandatis hominũ aduersantium se à veritate.Secundò dicendum,hoc Isaiæ testimonio nec Prophetam, nec Dominum culpare voluisse humana præcepta,aut eorum obseruationẽ, sed id tantum quod Iudæi isti timorẽ & cultũ Dei cõstituerunt in humanorum præceptorum obseruatione,posthabitis mandatis Dei.Vnde in Hebraica veritate secundùm translationem Hieronymi dicitur,timuerunt me mandato hominũ, quo significatur eos timorem Dei constituisse in huiusmodi præceptorum obseruatione,nõ quòd præcepta Dei aperte contẽnerent, sed qũòd tanto studio occuparentur circa mandata humana, vt Dei mandtaa negligerent.Idẽ significat & versio Septuaginta, quę dicit: Frustra vel vane colunt me docentes mandata hominum:quo significatur eos ideo frustra vel vanè Deũ colere, quòd totì essent in docendis hominũ præceptis.Vnde apud Marcum in declarationẽ testimonii infertur: Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum.Vbi Dominus non culpat eos quod tenerent traditiones hominũ,sed quòd hoc facerent relictis Dei mandatis.Iam Ecclesia docet præcepta diuina primo loco habenda, humana verò secundo loco,nec cultũ Dei potissimũ in humanis constitutionibus consistere,sed in diuinis,ad quas etiam humanæ ordinantur.Itaque cum Pharisęis reprehendendi sunt,qui vel mere humana præcepta studiosè obseruant, vel etiam vtilia & fãcta hominum præcepta maiori studio obseruant quam diuina.

1.Pet. 2. 1.Cor. 11.

[b] ET DICEBAT ILLIS: BENE IRRITVM FECISTIS PRÆCEPTVM DEI PROPTER TRADITIONEM VESTRAM, QVAM TRADIDISTIS, &c. Postquam dixit Dominus eos prępostere esse religiosos, vt qui, posthabitis Dei mandatis, studiosi essent inanium mandatorum : ostendit iam, quod in primis eis obiecit, etiam impie esse religiosos, vt qui docerent mandata hominũ non a senioribus accepta, sed ab ipsismet instituta, quæ contraria essent mandatis Dei.Idque cùm in multis facerent,tamen commode declarat in mandato quo præcipitur honorandos parentes,quod primum est inter ea quę sunt ad proximũ, & proximum his quę sunt ad Deum.In primis ergo ipsũ ponit Dei mandatũ.Deus, inquit, aut, vt habet Marcus, Moyses,quia deus per Moysen dixit: Honora patrem & matrem. Vbi notandum,verbo honorandi non tantùm præcipi reuerentiam illam quę in verbis & externo gestu consistit,sed etiam vt filii de parentibus præclare sentiant.eisque, nisi contra Deum aliquid iubeant, obediant, eorum etiam vitam,honorem, dignitatem omnibus viribus defendant,& eisdem in omnib. periculis,in egestate,in senio,in aduersa valetudine,quibuscunque possunt remediis,opibus,cõsiliis,consolationibus subueniant.Subsidiũ enim

Hebraicus

Hebraicus sermo honorem vocat, id quod tum ex præsenti sermone Christi,qui inhonoratos cẽset parentes,quibus filij non benefecerint, & necessaria vitæ non ministrauerint : tum ex Paulo abũdè patet,quia.1. Timothei 5. presbytores qui bene præsunt affirmat duplici honore dignos. ac eidem rursum scribit:Viduas honora quę verè viduæ sunt.Porro quo Dominus ostenderet quàm necesseria sit huius mandati obseruatio, & quãto sit horum Pharisæorum impietas supplicio digna,addit mandato legis de honorandis parentibus,etiam aliam legem quæ pœnam mortis inexitabilem statuit,contra eos qui vel tantùm contumeliosis & maledictis verbis parentes afficiũt significans multò magis ipsos Pharisęos morte dignos,qui etiam opere & facto dehonorare parentes alios docerent.

VOS AVTEM DICITIS: SI DIXERIT HOMO PATRI VEL MATRI,CORBAN,&c.] Variæ hic sunt istius Pharisaicę legis commentationes & interpretationes,dum diuersi aliter & aliter coniectant quid his verbis quæ Dominus non explicat,significare voluerint Pharisęi.Sed ex variis interpretationis duæ sunt præcipuæ, quæ præsenti loco & intentionibꝰ saluatoris bene conueniunt. In primis autem certũ est hic est ἀποσιώπησιν, hoc est, reticentiam. Dominus enim initium ponit pharisaicę legis,sed eam non absoluit.Non tamen obscurum est quid reticeatur, Nempe rectè facit.aut logi satisfacit.Iam etiam certum est hac lege Pharisaica doceri quomodo filij parentibus egentibus, & sub sidium à filijs postulantibus respondere debeant,& possint petit um sine crimine,imo piè & religiosè regare.Id vero dupliciter intelligi potest.primo: vt illa verba : Munus quodcunque est ex me, tibi proderit;sint verba filij cum indignatione reiicientis parentum petitionem, in huuc sensum : Si quid petierint parentes egeni à filiis,vos dicitis eos rectè facere si dixerint suis parentibus: Munus offerre Deo decreui,an vis vt illud posthabito Deo cui dedicatum est & consecratum,in tuos vertatur vsus; Aut sine interrogatione, conquærendo in hunc modum:Pater tã es petax vt quicquid etiam Deo eram oblaturus, in tuos cedere vsus debeat.Itaque fit,vt parentes rem filij quasi sacram reueriti abstineant ab ea, atque sic indigentiaconficiantur.Secundò,melius accipi possunt illa verba non cum indignatione prolata, sed vt hunc habeant sensum: Donum quodcunque in cultum Dei contulero, etiam tibi prodetit,quia illud eo animo conferam, vt eo non minus te quàm meipsum adiuuare, & Deum propitium tibi reddere velim. præterquam enim q hic sensus maxime ipsis verbis conuenit, etiam ipsum comprobat quod apud Marcũ sequitur:& vltra non dimittitis eum quicquam facere patri suo vel matri.Quo satis significatur filios doctos hactenus honorare & iuuare suos parẽtes, vt eos participes fecerent suarum oblationum. Quod his rationibus verisimile reddere potuerunt Pharisæi,quia plus esset Deus honorandus quàm parentes.Et rursum si munus aliquod Deo offeratur,idque eo animo vt etiam parentibus prosit, iam vno eodemque actu duplex pietatis debitũ persolueretur,& pietatis scilicet quæ deo debetur,& quæ parentibus,cum alioqui si illud munꝰ parentibus daretur,tantũ simplicis pietatis opus exhiberetur.Deinde quia munus Deo etiam pro parentibus oblatũ prodesset saluti corporis & animæ ipsorum,cum alioqui illis datum corpori alendo tantum prodesset: Itaque his rationibus Scribę & pharisæi auari, sub prætextu religionis suo quæstui studebant Nam sacerdotes fere erãt etiam Scribę aut pharisæi. Errauerunt autem in his suis rationibus, quantumuis sint in speciem probabiles.primum,quia Deus non vult honorari his rebus,nec ea sibi offerri, quæ alioqui debentur aliis:ergo quæ parentibus egentibus & iure naturæ & lege diuina debentur, non vult sibi offerri,sicut nec quæ alia quauis ratione aliis debentur aut sint necessaria.Et adeo quidem hæc sibi offerri non vult,vt etiam quæ voto sibi iã sunt dedicata,aut consecrata,aut præceptoaliquo debita,debeant in aliorũ vsum transferri, si occurrente casu aliquo sint illis necessaria. Quod patet ex eo,quod panes propositionis Deo consecrati,propter occurrentem Dauidis necessitatem licite sunt assumpti,& dati ad necessitatis eius subleuationem.Vnde similiter si filius sua bona Deo & Ecclesiæ dare vouisset,superueniente paterna necessitate, deberet ea transferre inpatris sublevationem. Sicut enim pro tali casu non possent bona eius esse materia voti, ita & esse desinũt. Vnde etiam sicut filius per ingressum religionis sese Deo non potest licite offerre, si sustentando patri in seculo sit necessarius:ita & exire monasterium teneretur etiam contra voluntatẽ sui superioris,si alioqui patri vel matri egenti nõ possit per se vel alios subuenire:vt habet probabilior opinio,quamuis non nulla sit differentia inter ingressum & egressum,vt bene docet Caietanus in secunda secundæ,quæstione 101.articulo quarto ad quartum.Maior enim necessitas mouere deberet filium ad egressum,quã quæ retrahere eum deberet ab ingressu.Et ratio omnium horum est,quia nullum Dei præceptum,nullum nostrum votum,nulla rei sanctificatio tollit necessarium naturæ vinculum & ordinem, cùm illa nõ ad destruendum,sed ad perficiendum naturæ ordinem sint suderadiuncta.Hinc fit, vt euenientę articulo necessitatis nostrę vel proximorum, vtamur licite rebus præcepto alioqui veritis,aut voto & cõsecratione Deo debitis. Secundò, erraueruntin eo Pharisæi,quod filij offerẽtes munus Deo etiam pro parentibus,bis essent pij, in Deũ scilicet & parentes:dantes autem illud parentibus simplicem pietatem exhiberent,quasi nõqui in parentes egentes propter Deum sunt pij, etiã in Deum sint religiosi,qui honorare parẽtes præcepit,quique etiam sibi factum reputatquicquid vni ex minimis suo nomine inpensum fuerit. Sic errant & quidam nostrum,qui quasi semper magis pium sit templa Deo extruere,eaque ornare, quàm in pauperes egentes beneficẽtiam exhibere,non dubitant ingentem pecuniæ vim in illas res insumere,cum adduci non possint facile, vt vel minima aliqua pecunia,quorũdam paupertati inopiam subleuent. Pium enim proculdubio est templa extruere,ac hæreditarias pẽsiones & possessiones seruitoribus Dei relinquere,sed bis piũ est,cùm illa non sunt necessaria,intuitu Dei paupertati succurrere necessitatibus.Certe cauẽdũ nobis:ne præcepta Dei de honorandis parentibus,de curandis domesticis & cognatis,de subleuandis & inuãdis pauperibus, irrita faciamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Pharisæis,suadentes iis qui habent hæreditates,ne relinquant aut dent eas parentibus aut cognatis;aut quibuscunque aliis egenis,sed Deo potius & Ecclesiæ offerant & addicant. & sic & suæ & suorum saluti apud Deum consulãt.Quãquam enim rectissime sua illi Eccl'esiæ offerunt, qui non habent consanguineos pauperes quibus prouideant,maxime in illis locis vbi desunt clerici sufficientes qui seruiant Ecclesiæ,aut vbi clerici sunt egeni nec habent vnde honeste sustententur,tamen neglectis egentibus cognatis,imò
1.Timo 5. & aliis quibuslibet pauperibus,quorum magnã cognoscit quis inopiam,non recte Ecclesiæ & eius ministris potissimum non egentibus sua offert.Quicunque enim suorum & maxime domesticorum curam non habet,infidelis est,& infideli deterior,inquit Paulus.Cæteris tamen paribus magis subueniendum pauperibus clericis Deo seruientibus,atque in Ecclesiarum necessariarum reparationem diuitiæ sunt insumendæ, quàm in quorumuis aliorum pauperum subleuationem erogandę.Sed vt ad literam reuertamur, illud.Et non honorificabit, &c. quod legitur in Matthæo,non debet accipi, vt sint adhuc verba pertinentia ad legem Pharisaicam, quemadmodum quidam intelligunt.Non enim aperte Pharisæos verisimile est dixisse, non honorificandos parentes:sed sunt verba Domini,quibus significat filium secundum præcedentem legem Pharisaicam facientem, ab honore, hoc est, subsidio parentibus debito impediri. Correspondent enim illa verba in Matthæo illis quę dicuntur in Marco;& vltra non dimittitis eum quicquam facere,&c.Itaque sensus est:& filius huic traditioni vestræ obediens, non honorificabit parentes,sicut ei à Deo est præceptum.Et quod sequitur in Matthæo: Et irritum fecistis mandatum Dei, &c.illatiue intelligendum est esse subiunctum,vt sit sensus:& per hunc modum irritum fecistis,&c. Dicuntur autem irritum fecisse mãdatum Dei,quia suis traditionibus inualidam & infirmam reddiderunt legem Dei,vt non haberet suum pondus & vigorem quem deberet. Est autem Græcis verbum ἀκυρόω ,quod in Matthæo vertit interpres,irritum facere,in Marco refcindere.Significat autem propriè infirmare, inualidum reddere,ac suo robore priuare aliquid. Porro Corban dictio est Hebraica,significans, vt & Marcus vertit,donum aut oblationem,quemadmodum sæpe eam dictionem in Leuitico vertit Hieronymus.Nam deriuatur à Carab,hoc est,appropinquauit,quod in Hiphil, significat, facere appropinquare,hoc est,offerre . Dicitur autem Chaldaice Curban,vel Corbana, quæ dictio est infra matth.27.pro gazophylacio tẽpli, , in quod mittebantur pecuniæ Deo oblatæ.

[a] E ADVOCATIS [c] AD SE [b] ITEM [c] TVRBIS DIXIT EIS:AVDITE [b] ME OMNES, &c.] Græce non est in Marco, iterum,sed προσκαλεσάμενος πάντας ἔλεγεν, id est,cum aduocasset omnem turbam.Postquã ergo redarguisset Dominus Pharisæos & Scribas, quemadmodum erant digni,eis neglectis rationem facti suorũ discipulorum aduocata ad se turba cœpit reddere, conuenientem seruans ordinem,vt prius vicissim accusando calumniã Pharisæorum in ipsos retorqueret, idque seorsũ & non audiente omni turba:deinde docendo esse hominem

A deret factum discipulorum omni carere iusta criminatione,idque non iam solis Pharisæis audiẽtibus,vt qui ex hac doctrina veritatis non solum nullum erant accepturi fructum,sed etiam scandalizandi:verum præsente tota multitudine , in qua plerique fructum hinc percipere potuerunt. Non simpliciter autem turbam ad se vocat , sed quoniam dogma excelsum,& à consueta Pharisæorũ doctrina alienũ turbis propositurus erat prouocat eos ad diligentem animaduersionẽ & expensionem dicendorum. Audite,inquit, me omnes,& quæ audieritis etiam intelligite. Vbi emphasi non caret quod dicit, me & omnes , vt est apud Marcum.Per,me,enim significat se potius quàm Pharisæos audiendum:per omnes , significat se de re attentione digna,& omnibus vtili locuturũ.Itaque quoniam Pharisæi in duobus
B peccabant,nimirum quòd suorum seniorum traditionbus friuolis nimis inhæreretent,ac Dei interim mandata,quæque potiora erant negligerẽt, Dominꝰ priore parte suæ sententiæ refellit Pharisaicas illas lotiones:secũda verò parte docet,quę potius velut coinquinatiua hominis sint obseruãda,& reputanda. primo ergo dicit:Non quod intrat in os,coinquinat hominem,vel , vt est apud Marcum.Nihil est extra hominem introiens in eum,quod possit eũ coinquinare.Ex quibus verbis,dictis proculdubio à Domino ad refutationẽ Pharisaicarum lotionum;patet quod prius dictũ
C est,Pharisæos crebras illas lotiones quas ante cibũ & inter manducandum obseruabant & requirebant,obseruasse ea persuasione, quod putarent cibum pollui manibus illotis contrectatum,sicque pollutum cibũ , etiam hominem apud Deum pollutũ & immundũ reddere. Alioqui enim hæc verba Domini nihil facerent ad refutationem Pharisæorũ. Nunc autem aperte ad hoc faciunt , cũ dicens generaliter cibum nullũ qui intrat in os , coinquinare hominẽ , significet,vt & postea concludit , nec cibũ illotis manibus sumptũ coinquinare . Sed difficultas circa hæc verba Domini oritur, quomodo non aduer
D sentur ea legi Mosaicæ,quæ tũ adhuc suũ habuit vigorẽ,& cuius necessaria erat tunc obseruatio.Hæc enim vetat multa ciborũ genera,quæ si quis Iudæorũ etiã tunc edisset,coinquinatus esse fuisset apud Deũ.Sicut autẽ aduersari videntur hæc verba Domini legi Mosaicæ , ita & legibus Apostolorũ interdicentibus esum idolothytorũ , de quibus dicit Paulus: Non potestis calicẽ Domini bibere,& calicem dæmoniorum .Et rursũ legibus Ecclesiasticis interdicentibus esũ certorum ciborum in quibusdam diebus , ita vt Lutherani vel hoc potissimũ dicto Domini clament , ruere quæcũque de delectu ciborũ statuerunt Romani pontifices.Sic enim illi loquũtur. Quibus id primũ dicendum est , non magis huiusmodi Ecclesiasticis præceptis hæc Dñi verba esse contraria , quã vel legi Mosaicæ , vel legi Apostolicæ de non edendis suffocato & sanguine & idolothytis.His autẽ legibus non esse verba Domini cõtraria,quantumuis id prima facie possit videri,etiam ipsi nobiscũ fateri coguntur,& proculdubio fatẽtur. Atque vt intelligatur quomodo non sint hæc illis legibus cõtraria,in primis aduertendũ,Dominũ hac sententia noluisse, saltẽ potissimũ,refutare præcepta legis Mosai cæ,certos cibos prohibentis,tãquam quorũ esu

homines polluerentur,sed, vt patet & ex occa- A
casione profitendi hanc sententiã,& ex nouissima cõclusione, Pharisaicas traditiones de modo edendi mundè & sine coinquinatione cibos à lege concessos refutare Dominus voluit. Itaque non dicit:Nullus cibus est qui possit hominem coinquinare:sed,nihil introiẽs in hominem, aut quod intrat in os potest eum coinquinare , quo aliud non significat quàm cibum qui editur non posse coinquinare.Non edebatur autem apud Iudæos nisi cibus à lege concessus , vnde talem cibum qui licite editur significat Dominus.nõ posse coinquinare,quomodocunque sumatur, siue lotis, siue illotis manibus,siue ex vasis mundis, siue immundis.Et hunc sensum etiam Pharisæos ac Scribas in his verbis intellexisse vel ex eo satis apparet,quod cum studiosè obseruarent om- B
nia Domini verba & facta,quærentes ex eis venari legitimam aliquam calumniandi occasionẽ, non tamen his verbis auditis calumniati sunt,aduersari legi diuinæ eum docere,quem tanquã aduersarium legis calumniabantur,cum etiam pia ne diuina miracula in sabbatho operaretur.Quia tamen verisimile est,quod Dominus,etsi præcipue hac sententia voluerit refellere Pharisaicas obseruationes circa cibum sumendum, etiã hac occasione data voluerit refellere legales obseruationes circa ciborum delectum,non quidem absolute,sed vt eas intelligebant & obseruabant Iu C
dæi : ideo vlterius dicendum,Dominum non asserere,neminem quemuis cibum edentem, edendo coinquinari,cum variis modis contingat edẽtem coinquinari , nempe quia gulose edit , vel quia cõtra legem,vel quia cum scandalo aliorũ, sed dicit cibum ipsum non coinquinare , quod pro omni tempore verum est de quouiscibo.Nõ enim vel in veteri lege cibus veritus à lege , vel in noua lege cibus cõtra Apostolorum vel Ecclesię legem sumptus coinquinat edentem,sed ipsa inobedientia hominis,& inordinata eius concupiscentia hominẽ contaminat.Itaque nihil aliud D
voluit Dominus docere,quàm cibum ipsum per sese non cõtaminare,quod erat cõtra opinionẽ Pharisæorum,qui putabant cibos à lege vetitos & immundos vocatos per sese immũdos esse,& ob id necessariò etiam homines polluere coram Deo,quemadmodum satis patet ex doctrina Pauli cõtra Iudæos passim scribentis,& obiicietis q omnis creatura Dei bona est.Docens autem Dominus nullum cibum esse per sese immundũ ex consequenti etiam significauit ob certam causã cibos quosdam in lege immundos dici & prohiberi,qua cessante non esset delectus illeciborum obseruandus,& ob id non contendendũ Iudæis, obseruationem illam esse perpetuã debere,sicqi hac sua doctrina viam aperuit Euangelicæ luci, quam postea Apostolus Paulus & alii aperti[ꝰ] pre E
dicauerunt.Non est ergo quod ex hoc loco qdã insurgant contra ecclesiasticas cõstitutiones de abstinentia quorundam ciborum in certis diebꝫ. Nõ enim Ecclesia eos cibos veruit,quasi per sese hominem cõtaminarent,aut alii cibi per sese hominem sanctificarent: sed quemadmodũ Deus in veteri lege quosdã cibos vetuit propter futurorum significationem,& Apostoli prohibuerũt in primitiua Ecclesia esũ suffocati,& sanguinis, & idolothyti propter scandalum quorundã vitãdum:ita & Ecclesia quorundã ciborum esum in certis diebus propter castigationẽ carnis.Secũda sententiæ Dominicæ pars est: Sed quod procedit ex ore,hoc coinquinat hominem.Quib.verbis sicut non voluit Dominus significare,omne hoc coinquinare quod procedit ex ore,cum ex ore procedant sputa,procedãt & bona ac salutaria verba: ita nec voluit id tantũ coiquinare hominẽ quod ex ore procedit,cũ & cogitationes malæ & opera mala hominẽ contaminent.Sed eo loquendi more vsus est Dominus,vt contrariam sententiã opinioni Pharisæorum offerret . Illi enim q in trat in os coinquinare dicebant. Dominus cõtrà, ea potius quæ ex ore procedunt,quanquam nec omnia,nec sola.Apud Marcum autem, qui oris nullam facit mẽtionẽ,sed pro ore semper ponit hominem.generalior ponitur sententia:Quæ de homine,inquit,procedunt,illa sunt quæ cõmunicant hominẽ.De homine enim procedũt & cogitationes & operationes malæ.Rursum autẽ Dominus post hanc sententiam pro suo more ad expensionem dicti eius quod non omnes capiebãt prouocans,subiicit:Si quis habet aures audiẽdi, audiat.

[a] TVNC ACCEDENTES DISCIPVLI EIVS DIXERVNT EI: SCIS QVIA PHARISAEI AVDITO, &c.] Cum prædicta à Domino audissent Pharisæi,nihil quidem aperte sunt ausi contradicere Domino,quia vehemẽter eos conuicerat,sed in seipsis indignatione repleti sunt,& forte etiam indignationem exterioribus quibusdam signis demonstrauerunt. Vnde discipuli signa indignationis animaduertentes,aut ex seipsis cõiicientes indignationem & offensionem Pharisæorum,quandoquidẽ & ipsimet discipuli in dictis verbis Christi nõnihil fuerunt turbati,quemadmodum ex eorum interrogatione satis patet,adeunt Dominũ dicentes:An scis Pharisæos audito hoc hoc sermone scandalizatos,hoc est,offensos?Quod quærũt,nõ q plane putarent Dominum id ignorare, aut non tã ipsum hoc obseruasse quàm seipsos:sed tũ quòd mirarentur Dominum qui toties inculcauit scãdala proximorum esse vitanda studiosè,ea dixisse vnde alios scandalizandos non posset dubitare: tum quòd & ipsimet nonnihil scandali passi essent, vnde liberari optabant.Ita enim hac interrogatione discipuli curã gerebãt salutis Pharisæorum & honoris Domini,vt & sui scrupuli & scandali rationem haberent , quanquam alia ratione ipsi discipuli turbati fuerint in verbis Domini quàm Pharisæi.Discipuli enim turbabãtur,quod Domini verba viderentur aduersa legi diuinæ:Pharisæi vero , quod intelligerent per ea suas obseruationes a senioribus acceptas refelli & irritas fieri.Itaque Dominus audiens discipulos pharisæorum curam gerentes,ac pro se ciusque honore solicitos,docere volens quandoque offendiculum & scandalum quorundam fortiter esse contemnendum,nimirum cum quidã obstinate perpersi ex prædicatione vitatis , aut factis plane diuinis scãdala sibi faciunt,hoc est,occasiones alienandi se à veritate,& persequendi veritatem,aut iustitiam desumunt, respondit in hunc modũ:Omnis plantatio quã nonplantauit pater meus cœlestis,eradicabitur.per plantationẽ non plantatam à Deo,intelligens reprobos , aut reproborum collectionẽ:qui etsi sint à Deo in hoc mundo creati & constituti, dicuntur tamen hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

non plantati à Deo,quia non ad vitam æternam A
prædestinati & præparati,vt fructus Deo dignos
proferãt.Iusti autem per diuinam prædestinatio
nem & gratiam vocationis ac iustificationis plã
tati sunt à Deo ad vitam æternam, de quib.dici-
tur in Psal.91.Plantati in domo Domini,in atriis
domus Dei nostri florebunt.Tales non erant hi
Pharisæi,vnde & eradicandos dicit hoc,est,pdé
dos,& ex hoc mũdo extirpatos reiiciẽdos à Deo
tanquã inutiles & desperatas plantas in perditio
nem æternã,ac ob id significat indignũ esse ma-
gnam rationem offensionis & scandali eorũ ha-
bere.Quid enim oportet curare ne illi scãdalizẽ
tur & impingãt qui etiã sunt eradicãdi?quidam,
inter quos Hilarius,Chrysostomus & Theophi B
lactus hanc sententiã,Omnis plantatio quã non
plantauit pater meus,&c.intelligũt de dogmati-
bus, vt significetur omnem doctrinã quæ à Deo
non est profecta,sed vel à dæmone,vel ab inuẽtio
ne humani cordis,destruendã & euellendã Euan
gelica prædicatione,atque ob id etiã Pharisaicas
traditiones eradicandas,nec ob eorũ scandalum
cessandum esse à veritatis prædicatiõe, qua eorũ
traditiones destruantur.Secundùm quẽ sensum
non iam licet inferre,quemadmodum inferebãt
Manichæi, legem Mosaicam non fuisse plantatã
à Deo,quanquam per hanc sententiã ex cõtrario
sensu Dominus etiam significauit omnem plãta
tionem quam plantauit pater, cœlestis,nõ eradi
cãdam.Nam,vt pulchrè habet Theophylact°,lex
vt est plãtatio Dei,ita non est eradicata.Manet e
nim inquit radix eius.spiritus qui in occulto est: C
Folia autẽ hoc est,apparẽs litera,defluunt.Verum
quanquã generalitas sententiæ bene ferat vt hæc
sententia etiam ad dogmata accõmodetur, potius
tamen videtur secundum priorem intelligentiã,
quam sequitur D.Hieronymus,dicta esse de hõi-
bus,quos frequenter Dominus metaphorice per
arbores significat,vt quod hic dicitDominus idẽ
sit cum eo quod dicitur Sapientiæ c.4.Adulteri-
næ plantationes nõ dabunt radices altas.nec sta
bile firmamentũ collocabunt.Et si in ramis in tẽ
pore germinauerint,infirmiter posita,à vento cõ
mouebuntur,& à nimietate vẽtorum eradicabũ
tur.Quod si iam quæratur,si omnis plantatio nõ
plantata à Deo eradicabitur,num etiã eradicabi- D
tur & illa plantatio,de qua Apostol° ait: Ego plã
ui.Apollo rigauit?Rursum,si quod per contrariũ
sensum hic significatur,omnis plãtatio plãtata à
Deo,nõ eradicabitur,quomodo toties iscriptura
dicitur populus Iudæorum vinea plãtata à Deo
eradicanda tamen,& ipsi impii plãtati dicuntur à
Deo,Iere.12.Plantasti,inquit, eos,& proficiunt.
Respõdet adprimum D.Hieronymus sic scribẽs:
Soluitur,inquit,quæstio ex eo q̃ sequitur: Deus
autẽ incremẽtum dedit.Dicit & ipse:Dei agricul E
tura estis,Dei ædificatio estis:Et alibi: Coopera-
tores Dei sumus.Si autẽ cooperatores,igitur plã
tante Paulo,& rigante Apollo, Deus cum coope
ratorib.suis plantat & rigat.Ad alterum solutio
patet ex prædictis,nimirum quòd hic sit sermo
de plãtatione plantata ad vitã æternã. Variis em
modis dicitur Deus in scripturis quosdam plãtaſ
se.populum enim Iudaicũ plantasse dicitur,quo
nia meum in terra ad hoc electa collocauit firmi
ter,vt in ea diuino cultui intenderet.Impios dici
tur plantasse,qa eos in hoc mũdo fœlicitate do-
nauit,& ad tẽpus fœliciter & stabiliter viuere de

dit.

SINITE ILLOS. CAECI SVNT ET DVCES CAECORVM. CAECVS AVTEM SI CAECO DVCATVM,] Quod dicit, Sinite illos.hunc habet sẽsum:Omittite illorum curam agere,atque scandali eorum rationem habere,eo quòd desperati sint quidẽ,& omnino eradicandi. Nã infertur istud ex præcedenti sententia.Quod si præcedens sententia de dogmatibus accipiatur recte,tum hæc verba sic intelligentur: Relinquite illos vt doctrinæ eorum nolitis esse sectatores. Porro quod sequitur,Cæci sunt & duces cę corum.Græca paulò aliter & festiuius habent: ὁδηγοὶ εἰσὶ τυφλοὶ τυφλῶν,id est,duces sunt cæci cæcorum,& est sensus: Ipsi cùm sint cæci, duces ta mẽ cæcorum se pollicentur.Et in Hieronymo ac Dionysio,antiquisque quibusdam codicib.Latinis abest coniunctio,&,vt sic legatur: Cæci sunt duces cæcorum,quæ tamen lectio sic debet ordi nari:Ipsi sunt duces cæcorũ,sed cęci tamẽ.Quod si legatur coniunctio,&,hunc oportet sensum in telligere:Cęci sunt,& tamẽ duces cęcorum.Iam si illud:Sinite illos,intelligatur significare nõ au diẽdos nec sequẽdos Pharisæos,facile patet quo modo istud de cæcis ducibus propositõ cõueniat. Ideo enim non sunt sequendi quòd cæci sint & proinde deducturi secum suos sectatores in fo- C
ueam.Si verò illis verbis,Sinite illos, Dominus voluit significare non habendam rationem scan- B
dali eorũ,vt magis est intelligendũ, ita,n per hoc quod dicit ipsos esse duces cęcos,videtur intelli- C
gendum eum significasse,desperatos eosesse,nec fieri posse vt nõ scandalizentur ex prædicatione veritatis,& ob id scandalum eorum nihili facien dum.Quoniam enim cęci erant.non poterant e- C
tiam apertam veritatis lucem cõspicere,nec mi- C
rum quod etiam in luce offẽderent,quemadmo- C
dum corporaliter cęci facilein die impingunt,nõ ex lucis defectu,sed proprio vitio.Verùm si tan- C
tùm cæci fuissent,& cęcitatem suam agnoscẽtes illum accessissent supplices,qui solus potest cæ- C
cis visum restituere,sanabiles fuissent.Nunc au- C
tem putantes se videre,& cæcorum etiam duces se esse profitentes,nec agnoscentes se alteri° du- C
catu indigere,facti suntplane desperati,nec aliud de eis expectari potuit,quàm vt se cum suis secta toribus præcipitarent in foueam æternę damna- C
tionis, & seruitutis præsentis. Cæterùm ex his Christi tum factis,tum verbis cõfirmari debẽt quotquot verbo vel facto peruersos offẽdunt,dũ gloriã Dei prędicatiõe veritatis vel operũ bono rũ exhibitione promouere studẽt.Oia enĩ & faci enda & omittenda nepusilli offendantur & alie- C
nentur:at propter peruersorum scandalum non est cessandum aut à veritatis prædicatione,aut à bonorũ operũ operatione.Cùm em inquit Gre- C
gorius,scandalum de veritate oritur,rectius nas- C
ci permittitur quàm veritas deseratur.Cauẽdum tamen nequid etiam peruersi à nobisaudiant aut videant,vnde iure offendantur,sed vt omnem of- C
fensionis causam ex sese habeant, licet ex bono nostro accipere eam velint videri.Sed de scãdalo latiuscirca cap.Matth.18.

a RESPONDENS AVTEM PETRVS DIXIT EI:EDISSERE NOBIS PARABOLAM ISTAM.eAT ILLE,&c.postquam intellexerunt Apostoli nõ habẽdã curam scandali Phatisæorum,sui curam habẽt,atque vt à ,ppria turba

turbatione liberarẽtur,petunt sibi explicari ser- A
monẽ prędictum,quem,etsi nudus esset& apert°,
tamen parabolam vocant,eo quòd putabant sep
sum aliquem reconditum,& alium ab eo quẽ ver
ba præ se ferebant,sub eo latere.Quoniam enim
non putabant eum posse esse verborum sensum
quem verba nudè accepta significabant,eo quod
hic sensus videretur esse contrarius legi diuinæ,
putabant Dominum pro suo more parabolicè lo
cutũ,hoc est aliud quiddã significare voluisse,quã
verba sonabant.Vnde Petrus omnium nomine lo
quens cupit sermonem illum tanquam obscurũ
exponi & explanari. Hinc ergo patet verũ esse
quod prius dictum est circa c.13.parabolã in scri-
pturis vocari omnẽ obscuriorem sententiam ac-
sermonem qui reconditi aliquid in se habet.Quo B
niam autẽ discipuli parabolam putauerunt Do-
mini sermonẽ,cum tamẽ nudè esset accipiẽdus,
nec intelligebant veritatem sermonis si nude ac-
cipiatur & proprie,hinc Dominus reprehẽdit eo
rum tarditatem,dicens: Adhuc etiam vos estis si-
ne intelligentia,qui tanto tempore versati in lu-
mine doctrinę meæ,& familiarius à me edocti in
quibus rebus vere sita sit hominis puritas,men-
tò præ aliis deberetis intelligere,sermonẽ meũ nõ
esse parabolam,sed nude acceptũ verũ esse.Nec ta
men dedignatus est Dominus explanationẽ ser-
monis sui subiungere dicẽs apud Matthæũ sic:
Non intelligitis quia omne quod intrat in os, in C
ventrẽ vadit,&c in secessum emittitur? De cuius
sentẽtiæ veritate ambigere quis posset, cũ aliqd
eius quod intrat in os trãsfusum per artus & ve
nas conuertatur in corporis aliti naturã, ac pro-
inde nõ omne in ventrẽ vadat.Vnde teste D.Hie
ronymo ex hac Domini sententiola quidã calũ-
niati sunt Dominũquod physicæ esset disputatio
nis ignarus.Dicendum ergo,Dominum nõ dixis-
se,totum quod intrat in os ire in vẽtrẽ: sed om-
ne quod intrat in os. Vbi omne destribuit pro-
quouis cibi genere.Iam nullus cibus est qui nõ se
cũdùm aliquam sui partem,imo maiorẽ,vadat in
vẽtrem,& in secessum emittatur. Quamuis autẽ
sciret Dominus cuiuslibet cibi aliquam partẽ nõ
descẽdere in ventrem,nec eiici,sed manere in ho D
mine:tamen nulla facta mentione eius partis ci
borum quæ conuertitur in corporis naturã,tan-
tum dicit cibum sumptum emitti in secessum,q̃
hoc modo rudibus apertius ostẽderet cibũ non
coinquinare,cùm nihil cibi cor hominis)à cuius
solius pollutione homo coram Deo pollutus re-
putatur)ingrederetur,& id quod est immundi in
cibo per secessum eiiceretur. Vnde apud Marcũ
additur,purgans oẽs escas,hoc est,hac sui electi-
one separãs qcquid in omnibus cibis est immun
dũ,à puris quæ in corpore remanẽt.Itaque hacad
ditione significat tantũ abesse,vt cibus possit ho- E
minem coram Deo coinquinare,vt etiã natura p
excrementa reiiciat quod impurum est,seruata tã
tum puriore materia.Declarata autem primaſq̃
sententiæ parte,declarat & secũdam: Quę,inquit
de ore procedũt,vel,vt habet Marcus,quæ de ho
mine exeunt,dẽ corde exeunt, & ea coinquinãt
hominem;significans omnẽ hominis pollutio-
nem coram Deo,pẽdere,ex corde.Quod p multa
declarat Dominus exẽpla, nõ tantum enumerãs
quæ ex ore procedunt, sed & cogitationes & fa-
cta mala. Plura autem enumerantur apud Mar-
cũ nempe auaritiæ,nequitię id est,malitiæ,dolus,
impudicitiæ varię,scilicet extra naturalẽ cõcubi
tũ oculus malus,hoc est,inuidia.Non enim hic
oculus malꝰ accipitur quemadmodũ supra Mat
thæi 6.Si oculus tuus fuerit nequam,&c.sed quẽ
admodũ postea Matthæi 20.An oculus tuus ne-
quã est quia ego bonus sum?Ibi enim notatur in
uidia,qua fit vt quis nõ possit æquo animo con-
spicere alterius fœlicitatem.Vnde Eccl. 14. dicit
Sapiens:Nequam est oculus liuidi,& auertẽs fa-
ciem suam,& despiciẽs animam suam.Et cap.31.
Memento quoniam malus est oculus nequã.Ne
quius oculo quid creatũ est?ideo ab oĩ facie sua
lachrymabitur.De cuius loci restitutione & corre
ctione vide commentaria nostra in Ecclesiasticũ.
Porro per blasphemiam significatur sermo dero
gans diuino honori.aut potius quodvis cõnitiũ
siue in Deũ siue in homines.Per stultitiam,vani
tas & petulantia quæuis,aut peculiariter stultilo
quium. Concludit autem dominus post enume-
rationem quorundã quæ hominẽ coinquinant:
Non lotis autem manibus manducare,nõ coin-
quinat hominẽ,significans quorsum& qua intẽ
tione dixisset prius,quod intrat in os nõ coinqui-
nare,ne putarent ea in derogationẽ legis Mosaicę
esse potissimum dicta,quemadmodũ superius est
annotatum.Sicut autem Lutherani ea sententia:
Non quod intrat in os,&c.abuntur in derога-
tionem Ecclesiasticorum præceptorũ de delectu
ciborum:ita eadem abuntur Sacramentarii,&
inter eos nominati Oecolãpadi°,vt patet inquin
to libro,ad probandũ non esse corpus Domini
verè in sacramento altaris,sic ex hoc loco arguẽs
Quod intrat in os nõ coinquinat:ergo simili ra-
tione nec sãctificat,ac ,pinde inutiliter sub specie
panis dicitur sumi ore corpus Domini. Sed vt de
mus Dominũ ita dictutũ,quod intrat in os nõ sã
ctificare.sicut dixit nõ coinquinare.tamen ex ip
sa Domini declaratione patet qd sit obiiciendum.
Dicit enim Domin°,quod intrat in os,nõ in cor
vadit.sed in ventrem.Non ergo sub hac sentẽtia
comprehenditur cibus corporis Domini, qui nõ
in secessum emittitur, sed in cor vadit,atque ob
id hominem sanctificat.Vide etiam,si vis,D.Rof
fensem cap.29.lib.5. contra Oecolampadium.

SANATVR FILIA CANANEAE, MATTH. 15.

MARCI 7. CAPVT LXI.

†b.abiit in fines * 4 & ▷ b mulier enim

b TInde surgẽs,a & egressus inde Iesus,†c secessit in partes Tyri & Sidonis.& ingres
sus domũ neminẽ voluit scire,& nõ potuit latere.*a Ecce ▷b enim c mulier Cana-
næa à finibus illis egressa b statim vt audiuit de eo,cuius filia habebat spiritũ immũ-
dũ,a clamauit dicẽs ei. Miserere mei Domine fili Dauid. Filia mea malè à dæmonio ve
xatur. Qui nõ respõdit ei verbũ.Et accedentes discipuli eius,rogabant eũ dicẽtes: Dimitte eã, quia
clamat post nos.Ipse autẽ respondẽs ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.

At

Universidad de Deusto
Biblioteca

*At illa† & ▷ adorauit eum[a] (b erat enim mulier gentilis, Syrophœnissa genere) & rogabat eũ vt dæmoniũ ejiceret de filia eius,[a] dicẽs: Domine adiuua me.[c] Qui[a] respõdẽs[c] ait[b] illi: Sine prius satu rari filios.[c] Nõ est[b] enim.[c] bonũ, sumere panẽ filiorũ, & mittere canib. At illa[b] respõdit & c† dixit[b] illi:[a] ▷ Vtiquẽ Domine: nã & catelli comedũt[b] sub mẽsa[c] de micis[b] puerorũ[a] quæ cadũt de mẽsa dominorũ suorũ. Tũc respondens Iesus * c ait illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.[b] Propter hunc sermonem vade, exiit dæmoniũ à filia tua.[a] Et sanata est filia eius ex illa hora.[b] Et cũ abiisset domum suam, inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exiisse.*

† b. in trauit ▷ b. prodidit adpedes eius b. a. dixit † b. dicit ▷ a. o. etiam a. o. eduxit † b. &

ET EGRESSVS INDE IESVS, [s] ECCE SITIN PARTES TYRI ET SIDONIS, &c.] Quoniã Iudæi offẽsi his quæ Christ[9] salutaria docuit, indignos se illis faciebant, & iã tempus appropinquabat, quo regnũ Dei ab eis transferretur ad gentes, ideo Dominus relictis Iudæis secessit in partes Tyri & Sidonis, hoc est, loca illis ciuitatibus gentilium vicina, aut ad eas pertinentia, hac loci mutatione significans quã sitiret etiam gentium vocationem, pertæsus infidelitatẽ Iudaicam, & veluti præsagium quoddã ædens eius quod erat futurum, instruẽnsque Apostolos quid aliquando essent acturi, nimirum quomodo post ipsius resurrectionem Iudæis resistentibus euangelio, ad gentes essent transituri. Hæc enim præcipua videtur fuisse ratio secessus Domini in has partes, quanquam & ideo videri posset secessisse, vt aliquandiu cum suis quiesceret. Ideo enim videtur Marcus dixisse, ingressus domum, neminem voluit scire. Quanquã & alia sit ratio eius quod neminem voluit scire, videlicet ne videretur eo animo venisse, vt contrà quã Apostolis præcepit, gentibus prædicaret, & palã miracula apud eas faceret, qua re Iudæi occasionem desumere potuissent dicendi se iustè illum non recipere, qui cum prophanis gentibus haberet commercium. Quod autem dicitur, neminẽ voluit scire, de tali voluntate est accipiendum, quali frequenter vetuit etiam sua miracula prædicari, nimirum de voluntate nõ diuina illa quæ semper impletur, sed humana, qua Christus pleraque tanquam homo voluit quadam consideratione, & sine omni fictione voluit, quæ tamẽ tanquam Deus alia cõsideratione fieri aliter voluit. Voluit ergo iam neminem scire, quia tanquam homo fecit vt lateret quantum in ipso erat, ingrediendo scilicet domum, nec palam se manifestando, ac suis silentium præcipiendo. Et tamen nõ sine volũtate eius diuina factũ est vt à multis propalaretur, & mulier hæc ipsũ accederet supplicatura. Sic & cùm dicitur, non potuit latere, non vult Euangelista absolute potentiam latendi negare in Christo, quãdoquidem absoluta potẽtia & diuina vatiis modis latere potuisset, sed significare eum non potuisse latere per ea omnia quæ fecit vt lateret. Nec mirũ, quandoquidẽ non tantũ fama eius etiã apud Tyrios & Sidonios sparsa fuit, sed & pletique eorũ etiam de facie eũ agnouerunt, cũ suprà sæpe dictũ sit, ex Idumea & partibus quæ circa Tyrum & Sidonẽ sunt cõuenisse multos ad Iesum. Docemur autem hic rursũ virtutis efficaciam, quę etiãsi quærat latibula, latere tamen nunquam potest. Docemur itẽ honorem maximè sequi fugientes.

[a] ECCE [a] ENIM [c] MVLIER [a] CANANÆA A FINIBVS ILLIS EGRESSA [b] STATIM VT, &c. Is mulierem hãc, quã Matthæus Cananæã vocat, Marcus dicit fuisse gentilem, & genere Syrophœnissam. Sic enim legimus in Marco: Erat enim mulier gẽtilis, Syrophœnissa genere. Vbi primò notandum, Græca non habere cõiunctionẽ, enim, quę contextui nõ bene cõuenit, sed ἦν δέ, hoc est, erat autem. Deinde pro, gentilis, non est Græcis ἕθνικη sed ἑλληνὶς, hoc est, Græca. Sed Græca dicitur Marco, non quod patria aut genere esset Græca (sic enim non fuisset Cananæa, nec Syrophœnissa,) sed pro consuetudine loquendi ipsorum Iudæorum, qui pridem cœperant omnes Ethnicos, & quotquot à religione Iudaica essẽt alieni, vocare græcos, vt passim patet ex Actis & Pauli epistolis. Id autem factũ ab eo videri potest quòd græci rerũ apud Syros fuerunt potiti. Vnde bene hoc loco interpres vertit, gentilis, pro græca. Chananæa autẽ dicitur, quia ex posteritate Chanaan erãt gentiũ illæ reliquiæ, quæ in terra Israel atq; vicinia reliquæ factæ fuerant, vnde & tota illa terra prius dicebatur terra Chanaã. Inter cuius Chanaã filios vndecĩ, quorũ posteritas terrã illã habitauit, filius primogenitus fuit Sidõ, vt patet Gen. 10. q ciuitati Sidõ antiquissimæ & celeberrimæ nomẽ dedit, ex cuius finib. dicit hîc venisse mulier ista. Dicitur autẽ Syrophœnissa, & nõ solum Phœnissa, nõ, vt quidã volũt, ob id quòd Phœnicia pars esset Syriæ, quãuis etiã Phœnicia Syriæ annumerari solet (sic etiã oĩs Phœnissa etiã esset Syrophœnissa) sed qa quędã Phœniciæ pars dicebatur Syrophœnicia, & eius habitatores, Syrophœnices, à quo loco etiã hęc Syrophœnissa dicta est, vel, vt quidã hũt Græci libri, Syra Phœnissa, p diuisionẽ. Phœnicia em̃ regio est angustæ latitudinis, ac tota fermè maritima, cõtigua Galileæ, quoadusque Libano mõti appropiquat. Hiem̃ mõs Syriã à Cœle & Galilæa gentiũ editissimis iugis disterminans, Phœniciã & oram eam quæ Tyriis adiacet, ingredietur demissior iã & minus arduus. Huius Phœniciæ pars ea quæ vergit ad Boreã, & est trans Libanũ, dicitur Syrophœnicia, eò q cõiungatur Syriæ potiori. atq; ob huiusmodi confinium factũ est, vt voce composita diceretur Syrophœnicia, & habitatores Syrophœnices: perinde vt in aliis locis sæpe, vt Celtiberi in Hispania, Gallogræci in Asia, Libæthiopes in Aphrica. Phœniciæ præcipue ciuitates & maritimæ, erãt Ptolomais, Tyrus, Sarephtha, Sidõ, Serytus, Byblos. Porro in narratione Matthæi & Marci videtur esse repugnãtia aliqua. Marcus enim dicit mulierẽ ad Dominũ indomo latere volentẽ intrasse, ibiq; pro filia sua rogasse: Matthæus autẽ significat satis aperte mulierẽ hanc nõ accessisse Dominũ in domo, sed in via aliqua ambulantẽ, cũ dicit discipulos Domino ita suggessisse: dimitte illã, qa clamat post nos. Illa enĩ verba significãt mulierẽ post dominũ ambulantẽ, vocẽ deprecatoriã emisisse. Quæ apparẽtia cõtrarietatis dupliciter tolli potest. Primò secundũ Augustinũ, vt dicatur mulierẽ hanc primum in domo dominũ suppliciter orasse, vt habet Marcus: dominũ autẽ nihil respondentẽ, mox egressum de dom o

de domo illa, ac tunc in via contigisse quæ narrat Matthæus solus, & deinde Matthæus simul cum Marco. Secundo, & fortè rectius, si dicatur mulierem hanc primum inuenisse Dominum i via ambulantem, postquam scilicet aliquandiu i domo latuisset ac in via contigisse primũ quę narrat solus Matthæus, ac deinde mulierẽ secutam Dominum in domum ingressum, ibique suppliqem orasse & exorasse Dominum, quemadmodum concorditer narrãt Matthæus & Marcus. Alioqui oportebit intelligere aliam esse prostrationem mulieris, de qua Marcus, & aliam de qua Matthæus: & hanc extra domum, illam in domo contigisse, cum vterque Euangelista mulieri prostratæ eorã Domino idem dicat à Domino responsum. Certe in hunc modum conciliauit Euangelistas Zacharias Chrysopolitanus, sic scribens: Post ambulantem Dominum mulier Chananæa deprecatoria, voces emittit, & post in domo ad pedes eius procidit, vt Marcus commemorat. Hæc ille. Et omnio magis rationi cõsentaneum, quod Dominus qui in miraculis suis fere fugit hominum præsentiam quique iam maximè latere voluit, prius in via solicitatus, postea in domo exaudierit, quã quod prius in domo solicitatus, deinde exiens in via operatus sit miraculum. Nec obstat huic intelligẽdi modo quod legimus i Marco: Mulier enim statim vt audiuit de eo intrauit, & procidit; quasi omnino statim intrauerit in domum in qua prius dixit esse Dominum. Primùm enim illud statim, non est apud Græcos. Deinde etiamsi esset, referri posset ad participium ἀκούσασα, vt sit sensus: Mulier cum audiuisset statim de eo, & significetur famam Iesu ad eam mox peruenisse. Præterea etiã si referatur ad verbum, intrauit, non ex eo cosequitur nihil fuisse medium iter auditam famam Iesu, & ingressum mulieris. Postremùm non est Græcè, intrauit, sed tantùm ἐλθοῦσα προσέπεσεν id est eum venisset procidit, vt recte i telligi possit nihil eius quod narratur circa hanc mulierem cõtigisse in domo. Vnde Græci nihil in Matthæi & Marci narratione senserunt quod contrarietatẽ videretur sonare cuius apparẽtia nata tãtò est ex verbo. intrauit. Sicut enim id quod in Matthæo legimus; illa venit & adorauit eum; Græce est ἐλθοῦσα προσεκύνησεν. ita id q̃ in Marco legimus, intrauit & procidit, Græce est ἐλθοῦσα, προσέπεσε. Quoniã autem Euangelista Marcus mẽtionem fecerat domus quam Dominus intrauerat, ideo interpres intelligens mulierem accedentem Dominum ingressam domum, pro, venit vertit intrauit. Proinde Græcis diligentius perpensis, cum in cotcordia nostra prius Augustini sententiam sequi visum esset, aliam conciliandi rationem postea amplexisumus quam in Concordia videre licet. Porro cum historia hæc in se satis sit aperta, obseruandæ i ea tantum ad nostram instructionẽ multæ huius mulieris virtutes, & Domini erga eam dispẽsatio. Et imprimis quidem animaduertenda in hac mulie re pietatis virtus ergo filiam. Adeo enim, vt decebat veram matrem, tenebatur amore filiæ & cura eius, vt indignitatis suæ licet conscia, tamen non dubitaret Dominum accedere, ac clamore constã ti illum palam prosequi, nequaquam desistẽs, etsi frequenter passa repulsam. Rursum vt filiæ miseriam, suam duceret. Vnde non dicit: Miserere filiæ meæ, sed mei. Et postea: Domine adiuua me. Qui bus verbis significat, quam male ipsam haberet fi liæ calamitas. Secundo obseruandũ, idque potissimũ in hac muliere, quam insignis & admiranda fuerit fides. Christi etiã testimonio singulariter comprobata. Credidit enim Iesũ, esse filiũ Dauid h. e est, Messiam & saluatorem a Iudæis expectatum, nã per filium Dauid, vt prius est dictũ, significabant tunc passim per circumlocutionem Messiam. Credidit i manu eius esse, ac item velle salutem adferre etiam quibuslibet, & quantumuis indignis. Credidit omni dæmoniaca virtute illum esse superiorem, neque oratione illi & precibus opus esse putauit reliquorum more vt filiã sanaret, sed potestate illum hoc efficere posse, idque tiam absentem. Vnde non dicit, ora Deum tuum pro me, aut descende ad filiam meã, sed tãtum, adiuua me. Credidit iam abnegato omni patrio dæmonum cultu. hunc vnicum esse hominũ saluatorem datum diuinitus. Vnde non iuit adhomines seductores, non quæsiuit inanes ligaturas sed omnes relinquens diaboli cultus venit ad Dominum, credens Domino parũ esse ob magnitudinẽ potentiæ eius, insuperabile illud filiæ malũ superare, vnde hoc miraculum tantùm micam vocat. Iã ex magnitudine f. dei huius secuta est ipsa, etiam animaduersione digna fiduciæ magnitudo & constantia. Quoniam enim eam habuit de Domino fidem, quam diximus, hinc egressa ad eum opem eius imploranit, omnino confidens se eam obtẽturã, idq; adeo certo, vt ab hac fiducia dimoueri nõ potuerit, neq; primum Domini silentio, neque mox responso dato discipulis, quo sese i totũ gentibus videbatur negare, neque denitq̃ respõso fibi dato, quo gratiam suã saltem in præsies nõdũ saturatis filiis, negare videbatur. Nec dubiũ quin hæc & fidei & fiduciæ magnitudo fuerit in ea ex persuasione spiritus, & attractione atque reuelatione patris, in hac gentili iam id incipientia, q̃ mox passim in gentibus erat operaturus. Postremum, obseruanda in hac muliere patientissima humilitas, qua i dignitatis suæ conscia nõ, indignabatur & se toties reiici ab eo qui tam facilẽ se aliis præbuerat semper, & se canibus cõparari, qui potiꝰ se humiliter canẽ imo catellã agnoscẽs, tantum petit beneficiũ canibus debitũ & cõnies impendi sibi. Quod autẽ Dominus paratissimus alioq & cupidissimus præstandi desiderata à se saluté, toties renuit exaudire mulierem, autpotius distulit eam exaudire, duplicem habet causã alteram, ne Iudæi occasionem haberent calumniandi ipsum tanquam gentiũ fauterem quas abominabantur. Alteram, vt ipsa repulsiõe & dilatione virtutes huius mulieris & magis magisque accẽderentur, atque omnibus manifestæ fierent. Christo enim negante & differente salutem optatam, ardor pietatis in filiam, feruorque fidei & fiduciæ in Christũ magis accensus est, vt q̃ magis ille videbatur negare, hoc ardẽtius illa semper oraret: primo enim clamabat post Christũ, sed dei de etiã in cõspectum eius procurrẽs procidit ad pedes eius adorans eum. Atq; sic & prædictæ virtutes & humilitas eius patiẽtissima omnibus sũt declaratæ, quando etiam catellæ comparata non dubitaret Dominum accedere, ac clamore constãti illum palam prosequi, nequaquam desistẽs, etsi frequenter passa repulsam. Rursum vt filiæ miseriam, suam duceret. Vnde non dicit: Miserere filiæ meæ, sed mei. Et postea: Domine adiuua me. Qui bus verbis significat, quam male ipsam haberet filius nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, vel, vt habent Græca, ad oues perditas domus Israel.

Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ sententia dupliciter ac. ipi potest. Primũ, vt A
sit sẽsus: Nõ sum missus corporali præsentia, nisi
ad oues, &c. Alludit autẽ dominus ad preceptũ
olim datũ Apostolis. Secundò, intelligi potest do
minũ istud sic dixisse, quomodo ĩ sermone, quidi
citur in monte, protulit testimonia scripturæ ĩ eũ
sensum in quem ipsi Phariſæi accipiebant. Sic e-
nim omnes Christũ expectabãt, quasi soli Israeli
mittendus esset, præterquam si q prophetię spi-
ritum fuerant assecuti. Et alioqui si mystice acci-
piatur, domus Israel, absolute verum est Christũ
tantùm Israelitis, secundùm spiritum scilicet & e
lectionẽ patris, fuisse missum. verum hunc sensũ
non assequebãtur iam Apostoli. Ob prædictas itẽ
causas, etiam tertiò mulieri causam agẽti post re
pulsam precem Apostolorũ respondit: Sine prius
saturari filios, doctrina scilicet mea & miraculis. B
Non est enim bonum hoc est, nõ est honestũ nec
decorum Græce enim est καλὸν, quod magis signi
ficat honestum & pulchrum, quam bonum, quod
Græcis dicitur ἀγαθὸν) sumere panem filiorũ, &
mittere canibus, vel, vt habent Græca, βαλεῖν τοῖς
κυναρίοις, idest, proiicere catellis. Est enim hic e-
tiam vox dimin utiua, quemadmodum postea cũ
vertit interpres, catelli edunt de mensa, ne quis pu
tet in huius vocis mutatione subesse aliquod my
steriũ, & mulierem se magis depressisse quám eã
Dominus humiliaue rat. Significat autẽ Domius
per filios, Iudæos: per eães, gẽtiles, ob idololatriæ
& peccatorum spurcitiem. Loquitur tamen hæc
magis pro publico Iudæorum affectu quam suo C
Nam apud se mulier hęc fide iustificata nõ canis
erat, se filia Abrahæ. Iudæi vero se solos Deo cha
ros & sanctos iudicabant, cæteros omnes cãum
loco habebant. Notandum autẽ in verbis istis do
mini et si duris, tamen non defuisse consolationẽ
& spei materiam præbitam. Cũ enim dicitur: Si-
ne prius saturari filios, aliquid spei mulieri ac gẽti
bus omnibus dabatur, cibũ vitæ etiam ipsis, sed
saturatis Iudæis, donandũ, hoc est, fore, vt & ipsi
Euãgelium regni audirent, & Christo fruerentur
postquam Iudæis illud fuisset prędicatum.

ᶜAT ILLA RESPONDITᵉᵗ DIXIT
BILLI: ᶜVTIQVE DOMINE. NAMET D
CATELLI, &c. Illud, vtique, vel, vt i Matthæo
legimus, Etiam, confirmantis est non refellentis:
quemadmodum tamen videri posset ex eo quod
sequtur: Nam & catelli, &c. Coniunctio enim, &,
hic posita videtur significare nõ solũ filios ede-
re panem, sed etiam catellos. Vnde quidam ante
illud: Nam & catelli; aliquid volunt esse subau-
diendum, in hunc modum: Hoc quidem verum
est quod dicis, non debere sumi panem filiorum,
&c. attamen non ob hoc ego repellenda venio.
Nam & catelli edũt, &c. Verum sciẽdum hic rur-
sum pro, Nam &, Græcis esse, καὶ, γάρ, quod, quẽ-
admodum supià dictum est cap. 45. circa verba il-
la Centurionis: Nam & ego homo sũ, &c. potius
verti debet per, etenim. Itaque hic est sensus: Ve
re Domine sic est vt dicis. Nam catelli tantùm e-
dunt de micis puerorum cadentium è mẽsa. Qua
responsione significat, se agnoscere Iudæos esse
filios & dominos suos, se vero esse vilẽ catellam:
significat item & se non petere aliud beneficium
quam canibus suo iure competat, ac hoc ipsum
quod peteret, nõ esse nisi veluti micam eorũ mi
raculorum quæ in Iudeorum gratiam Christus o
perari posset. Verba ergo hęc plenasunt humilita
te, modestia, fide, ac prudentia. Humilitate quidẽ
quod per hęc significet se agnoscere catellam
esse. Modestia quod canum ius proponens non
expresse ĩ ferat, quod etiam sibi merito competat
concedi à Domino, sed id Domino relinquat col
ligendum. Fide quod filię curationẽ pro mica re
putet, consideratione nimirum magnitudinis po
tentię eius, qua longe maiora posset Iudęis præ-
stare. Prudẽtia autem & sapientia quia his verbis
gentilis licet mulier ipsam Dei sapientiam super
auit eamque propriis sui oris verbis comprehẽ-
dit & illaqueauit, vertens ĩ argumentũ impetũ
di quod dictũ videbatur ad abigẽdum eam. Per-
inde enim est ac si dixisset: Canem me dicis, ca-
nem me fateor ergo nutri me vt canem. Nõ enim
requiro vt fraudatis Iudęis filiis integros accipi-
am pães, sed micam tantùm expeto, quã Iudæi
abunde satis miràculorum tuorũ magnitudine,
& multitudine saturi, pro nihilo pene ducerent
nec indignari poterunt eam esurienti catellæ ob
ici ĩ famis maxime releuamen. Itaque Dominus
his verbis se, quantumuis prius variis rationi-
bus reluctantem, superatũ significãs dicit, vt est
apud Marcum: propter hunc sermonẽ vade, &c.
ac rursum significans se prius dissimulasse verius
quam negasse suam bonitatem. exclamando dicit,
vt est in Matthæo: O mulier, magna, est fides tua,
fiat tibi sicut vis, hoc est, petis. Hac enim exclama
tione significat non tantum admirationem suam
sed etiam quod non potuerit diutius sese contine
re, veluti anxie laborauerit, dissimulando tam diu
suam bonitatem. Magna inquit, est fides tua, hoc
est nõ simplex, nec communis, sed rara & eximia
Magna, quia constans: Magna, qui per eam ma-
gna de me credis & confidis. Iam vt hanc histo-
riam ad nostram iustructionem accõmodemus,
docemur hic primum in hac muliere præter pie-
tatem & solicitudinem quã debent parentes libe
ris, in omni nostra aut filiorum & aliorum qui ad
nos attinent necessitate, ad Christum confugere
atque ab illo auxilium petere, idque fiducia firma
& perseueranti, ac perfecta humilitate qua bene
ficiis eius nos agnoscamus indignos. Docemur
secundo in Christo cum quãto nostro profectu &
vtilitate differat nostras orationes exaudire, nimi
rum vt magis in nobis accendatur desiderij & de
uotionis feruor, atquo eo magis inflammemur ad
precandum, quo diutius differtur quod impense
cupimus, & obtentũ multis precibus bonũ plu-
ris faciamus, ac eo plus exhilaremur. Docemur
item quæ sit orationis indefinẽtis efficacia, nimi
rũ quod per talem id tandem impetratur, quod
variis etiã iustisq; rationibus merito deberet ne
gari, quodq; per eam Deus cogitur quodammo-
do mutare semel cõceptam sententiam, ac mira E
tione is qui est fortissimus, tamẽ ab homine su
peratur: quemadmodum id in typo demõstratũ
est in lucta Iacob cum angelo. Docemur postre-
mo, quantũ valeat aliena fides & oratio, ad salu-
tem eorũ potissimum, qui suæ salutis per sesecu
ram habere non possunt. Itaque ad exemplũ hu
ius mulieris, ecclesia suafide & oratiõe paruulos
baptizãdos, diaboli adhuc mãcipia, Christo com
mendat, in se assumens paruulorum personas, &
suam fidem pro illorum fide proponens, quemad
modum hæc mulier in se assũmens miseriã filiæ
dixit: miserere mei, & adiuua me. Vt autẽ mistice
etiam explicemus hanc historiam, primum qui-
dem

uasse, vt & baptizandi aures & nares sputo digitis A
impositio contingantur, & dicatur ei: Effeta, quod
est, adaperire. Et bene quidem huiusmodi cæremo-
niæ hic adhibentur ex imitatione Christi, quando-
quidem & in baptismate id fit pro salute spiritus,
quod hic pro corporis curatione factũ dicitur. Ad
ducitur enim surdus & mutus, & pro eo deprecan
tur susceptores, vt per sacerdotalem manũ & ver-
bum sacrum iam renatus, deinceps Dei verba & au
diat & loquatur lubenter. Fit autem id extra turbã
seorsum. Nõ enim oportet profanam multitudinẽ
facere testem initiationis euangelicæ, ne rideat q
nondum credit. Porro apparet hunc surdum & mu
tum non plenè fuisse mutum, ita vt nihil omnino
loqui potuerit, ac proinde non à natura fuisse sur-
dum, sed accidente. Nam suprà pro muto, Græcè
est μογιλάλον, hoc est, eum qui est impeditæ linguæ
aut balbum. Et hic post curationem dicitur, solu-
tum est vinculum, hoc est, impedimentum linguæ
eius, & loquebatur rectè. Quo videtur significari,
quod prius quidem loquebatur, sed non rectè, nec
expeditè. Deinde si natura surdus fuisset & mutus,
sublato vinculo linguæ, loqui adhuc non potuisset
nisi prius didicisset.

ET PRAECEPIT EIS NE CVI DICE-
RENT, QVANTO AVTEM EIS PRAECI-
PIEBAT (SCILICET MAGIS, &c.) De hoc Do
mini præcepto superius satis dictum, quomodo nõ
seruantes illud nihil peccauerint, sed potius id fe-
cerint quod debuerunt, eo magis suspicientes ma
gnitudinẽ Iesu, ac magis per hoc prouocati vt apud
omnes prædicarẽt, quod eũ talia posset & præsta-
ret nõ solũ nihil exigeret premij, sed ne gloria qui-
dẽ tam insignis facti cuperet frui. Vt enim est homi
nis verè benefici, non exigere laudẽ aut gratiam a-
sius referre gratiã, quòd qui beneficium dedit, nul-
lam expectet gratiam. Itaque passim de Iesu isti præ
dicabant dicentes: Bene omnia fecit. Quod certè
elogium in solum Deum competit. Nemo est enim
mortalium qui omnia bene facit, quia nõ est instus
qui non peccet. Vnde Eccl. 39. dicitur: Opera Do- D
mini vniuersa bona valde. Quod autem pluraliter
dicunt, surdos fecit audire, & mutos loqui, cum v-
nius tantùm iam curati facta sit mentio, dicendũ
pluralem numerũ pro singulari positum. Aut ideo
pluraliter dixisse, quia, vt ex Matthæo mox patet,
hoc tẽpore turbæ obtulerũt multos mutos, cęcos,
& claudos, eosque omnes Dominus curauit. Maxi
mè autẽ dicendum Græca nõ habere, fecit, sed ποιεῖ
id est, facit, vt sit: Surdos facit audire, quo significat
eius potentiam ad efficiendum hoc quoties volue-
rit. Ex explicata autem hac historia secundũ literã,
& his quæ prius circa alias historias sunt dicta, pa-
tet satis quæ sint morales doctrinæ in hac historia. E
Docemur enim in offerẽtibus rursum, quid valeat
aliena fides & oratio, & quã solicitudinem debea-
mus his maximè qui sibi non sufficiunt. Docemur
in Christo bis, fugere plausus populares. Docemur
in turba. Dei beneficia prædicare, & iustorũ laudes
etiã illis inuitis nõ reticere, atq; de salute proximo
rũ gaudere, ac Deũ laudare. Quod verò ad mysticã
historiæ pertinet tractationẽ, præterquam quòd al-
legoricè per hunc surdum & mutum rectè intelli-
gimus humanũ genus designatũ, quod Christo in
hunc mundũ turbido mari similẽ aduenienti, Pro-
phetis & Patriarchis orantibus recepit auditũ &
loquelam, idq; per spiritũ sanctũ aures mentis con
tingentẽ, tanquã digitum Dei, & per saliuã cœlestis
sapientiæ prodeuntis ex ore altissimi, qua factum
est vt nobis sapiãt quæ Dei sunt, & ea loqui libeat.
Moraliter surdus iste & mutus designat eum qui *Moralis sensus.*
B nec aures habet ad audiendum sermonem Dei, sed
obturatas habet in modum aspidis aduersus sapiẽ-
tis incantatoris vocem: nec linguam habet ad pro-
fessionem propriæ turpitudinis ac diuinæ miseri-
cordiæ & bonitatis, sed tantùm ad obtrectationes,
maledicentiam, stultiloquia, & id genus, ita vt lo-
quatur quidẽ, sed non rectè. Talis igitur si sanãdus
erit, necesse est ab his qui rectè audire & loqui sciũt
offeratur Domino, & his qui in terris Domini vicẽ
funguntur, qui in primis illum apprehensum è tur-
ba abducere debẽt, hoc est, à turbulentis cogitatio
nibus, actibus & sermonibus inordinatis semoue-
re, atque à lata via, per quã multi ambulant, reuoca
re ad pusilli gregis consortium: deinde inserere di-
C gitos suos in aures eius, atq; saliua tãgere linguam:
quod fit cùm auocantes à fiducia rerum fluxarũ,
hortantur ad doctrinam cœlestem, & fidem in Chri
stum, quæ est ex auditu, cumque saliua Euangeli-
cę sapientiæ ita afficiunt palatum eius & linguam,
vt de rebus iam melius habeat iudicium, qui pala
tum prius humana saliua vitiatum habens peruer-
sè de rebus iudicauit. Horum præterea est ingemi-
scere potius ob peccata aliena, quàm sæuire in ea:
dolere potius quàm irasci, ac gemitu piisq; preci-
bus à Christo contendere miseri salutem: quæ tã-
men cuncta, nempe doctrinam & orationem, frus-
tra facit doctor, nisi accedat Christi efficax illud
D præceptum, quo iubeat adaperiri aures mentis, &
soluantur vincula linguæ, nempe peccata & pecca
torum amor, vt iam fide per auditum susceptа, obe
diens factus diuinis mandatis incipiat etiam iam re
ctè & recta loqui, qui prius malè loquebatur, sua
scilicet peccata agnoscere & confiteri, ac quæ Dei
sunt palam prædicare. Iam sicut hinc discimus quos
dam malè esse mutos & surdos, ita ex aliis scriptu-
ris discimus quosdam bene esse surdos & mutos,
qui scilicet aures suas non aperiunt obtrectationi
bus & prauis suggestionibus, nec os suum aperiũt
contra maledicos & contra iudicia Domini, quo-
modo se surdum & mutum fuisse prædicat Psalmi-
sta: Ego, inquit, tanquam surdus non audiebam, & *Psal. 37.*
sicut mutus non aperiens os suum, Et factus sum
sicut homo non audiens, & non habens in ore suo
redargutiones.

SEPTEM PANIBVS PASCVNTVR QVATVOR milia. MATTHAEI 15. MARCI 8. CAPVT LXIII.

[a]T[b] *in diebus illis,[a] ascendens in montem, sedebat ibi, Et acceſſerunt ad eũ turbæ multæ* †a. ait
habẽtes secũ mutos, cæcos, claudos debiles, & alios multos, & proiecerũt eos ad pedes eius, ▷ a. turbæ
& curauit eos, ita vt turbæ mirarẽtur videntes mutos loquẽtes, claudos ambulãtes, cæcos ‖b. o. sustinente me,
videntes, & magnificabant Deũ Israel. Iesus autẽ[b] iterũ cũ turba multa esset, nec haberent nec
quod manducarent, [c] conuocatis discipulis[a] suis †[c] dixit[b] illis: [c] Misereor ▷ super turbam[c], quia[b] eccẽ †a. dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam triduo perseuerant mecum, & non habent quod manducent. [b] Et si dimisero eos ieiunos in domũ suam, deficient in via, [a] & quidã ex eis de longè venerunt. [c] Et respondérunt ei discipuli sui: [a] Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? [b] Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? [c] Et interrogauit eos Iesus: [c] Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem, [a] & paucos piscículos. [c] Et præcepit turbæ vt discumberent super terram. Et accipiens septem panes [a] & pisces, & [c] gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, [b] vt apponerent, [c] & [a] discipuli apposuerunt turbæ. [b] Et habebãt piscículos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. [c] Et comederunt [a] omnes, [c] & saturãti sunt, & quod superfuit de fragmẽtis tulerunt septem sportas [a] plenas. [c] Erant autem qui manducauerunt, [b] quasi quatuor milia [a] hominũ extra paruulos & mulieres, [b] & dimisit eos. [c] Et [a] dimissa turba, [b] statim ascendit in nauiculam [b] cum discipulis suis, [a] & venit [a] in fines Magedam [b] in partes Dalmanutha.

a. ait illis
b. qui
b. discumbere
b. dabat
a. dederũt populo
b. manducauerũt
b. sustulerunt quod superuacuerat de fragmentis
b. ascendes navim

ET IN DIEBVS ILLIS ASCENDENS IN MONTEM SEDEBAT IBIQVE ACCESSERVNT, &c.] Frequenter Dominus turbas declinaturus, ac quietem & orationis commodum locum captans, & ad perfectiora suos facto vocare volens, in montem ascendit, quanquam hic videri possit in montem ascendisse, vt omnibus magis esset conspicuus, quia sequitur, & accesserunt ad eũ, sedentem scilicet in monte, nisi velimus intelligere Christum suo more iam è monte, postquam in eo aliquantulum quieuit, descendisse ad turbas, cùm eis ad se accedere cognosceret. Incertum autem an mons & desertum quorum hic fit mentio, eadem sint cum monte & deserto in quibus prius miraculum panum multiplicatorum est factum. Et videri potest quod non, eo quòd videatur iste mons & desertum fuisse cis mare Galilææ, cum mons & desertum, de quibus ibi est mentio facta, fuerint vltra mare, vt ibi est probatum. Hæc autem loca fuisse cis mare patet, quia ex his locis dicitur Dominus conscensa naui venisse in partes Magedam & Dalmanutha, quæ loca esse vltra mare infra patebit, nisi quis dicat Dominum hac nauigatione nõ nauigasse ad oppositũ littus, sed in eodem littoris latere circumlegisse oram maris. Porro iam vt minimum quinto in Euangelistis habitum est, quod Dominus vno eodemque loco & tempore multos à variis curauerit morbis præter eos quos sine certa miraculorum & personarũ explicatione aliquoties dictus est curasse inter deambulandum per totam Galilæam, vt hinc intelligere liceat & incomparabilem eius potentiam, & indeficientem ac omnibus semper expositam bonitatem, quo suprà satis dictum est, vt hic aliud non fit admonendum, quàm quod diligenter annotauit Diuus Hieronymus, pro eo quod nos habemus, debiles, Græca habere χυλλους, quæ dictio non generale debilitatis nomen est, sed vnius infirmitatis: vt quomodo claudus dicitur, qui vno claudicat pede: sic χυλλος appelletur, qui vnam manum debilem habet, quem nos mancum aut mutilum dicere possumus. Vnde verisimile est Matthæũ per χυλλους eos significare voluisse, quos Ioannes capite 5. vocauit ξηρους, aridos. Atque ob hanc causam postea secundùm Hieronymum tacuit Euangelista de debiliũ cutatione, quia quid econtrariò diceret non habebat, quanquam Græci iam habent χυλλους, ὑγιεῖς, id est, mancos, sanos. Itaque apud nos nomen generale, debiles, specialiter accipi debet, vt manuum significet debilitatem. Alioquin enim frustra subiiceretur, & alios multos. Quod autem turbæ ægros suos proiecerunt ad pedes Iesu, significat & cumulum ac multitudinem oblatorum ægrorum, & magnitudinem fidei in turbis: quod scilicet nihil dubitarent tum de eius potentia, tum bonitate, quam tantam credebant, vt si vel miseros tantùm conspiceret, non posset non illis mox subuenire.

IESVS AVTEM, [b] ITERVM CVM TVRBA MVLTA ESSET, &c.] Eadem pleraque circa istud miraculum dicenda, quæ suprà dicta sunt circa miraculum quo Dominus pauit quinque panibus quinque milia hominum. Post quod conuenienter etiam istud gessit secundò, hac iteratione ostendens & indeficientem suam bonitatem, & sequentibus se nihil vnquam etiam temporalium defuturum. Se enim etiam temporalium rationem habere, & fame laborantibus misereri. Speciatim verò hic obseruandum, primò quidem in turba, quãto Domini desiderio tenerentur, quod & ex longinquo illum sint secuti, & triduo perseuerauerint apud illum, ne tunc quidem de abitu & cibo curandò cogitantes, cùm de fame perichitarentur. Adeo eos rapuit & miraculorum & doctrinæ gratia. Veri simile autẽ eos aliquid cibi secum sumpsisse, quod ad vnum aut alterum diem sufficere posset, quanquam illud, dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in via, indicare videatur, toto triduo illos non multum cibi habuisse, quod & illud significat, Nec habent quod manducent. Non enim dicitur, non habent amplius quod manducent. Secundò verò obseruandum in Christo ingens miserationis & benignitatis eius exemplum: Cùm enim turbæ ob suam vtilitatem Domino adhærerent, & apud illum manerent, tamen misereri se dicit turbæ, eo quòd triduo perseuerarent secum. Quo docemur, Dominum ita misereri sequentium se, cùm malum aliquod inciderint, ac si ab illis ipse commodum aliquod reportaret, cum cõtrà res ita se habeat. Quod autem Dominus conuocatis discipulis exposuit priusquam miraculum faceret, & suam misericordiam ac voluntatem, & turbarum inopiam & periculum, ob id maximè fecit, vt tentaret eorum fidẽ, & ex memoria prioris miraculi excitaret in eis fiduciam petendi similem inopiæ turbarum sublevationem illi quam aliquando experti fuerant, vt dicerent. Si miserearis illorum inopiam, nec vis illos ieiunos ablegare, pasce ergo eos quomodo nũ per. Simul tamen & his verbis ad discipulos habitis significauit, non ostentationis gratia se ad miraculum hoc prosiliisse, sed coactum iusta miseratione. Ob quod etiam non primo aut secundo die, sed tertio die ad miraculum hoc peruenit, quando iam certũ habebatur, etiamsi quædã attulissent, omniã tamẽ tunc fuisse cõsumpta. Quanquã & ideo etiam in tertium diem miraculum hoc dilatum à Domino intelligatur, quo turbarum constans desiderium dignum tanto miraculo innotesceret. Postremò in discipulis obseruandum, quanta adhuc stupiditate tenerentur & dissidentia, qui cùm prioris miraculi fuissent spectatores & ministri, iam tamen dicunt:

Vnde

Vnde nobis in deserto panes tantos, hoc est, tam multos, vt saturemus turbam tantam, hoc est, tam multam; Ponitur enim quantitas continua (vt dicitur) pro discreta. Dicunt autẽ hæc verba, vel quia obliti erant plius miraculum, vel potius quia præ nimia traditate nondum intelligebant Dominum, quandocunque vellet, semper posse quod semel potuit. Nam & prius dixit Marcus: Nondum enim intelligebant de panibus. Erat enim cor eorum obcæcatum, & mox postea Dominus eos de panibus solicitos increpat de tarditate, dicens: Nondũ cognoscitis, nec intelligitis, &c. Vide ergo quàm nihil externa omnia efficiant, cùm non docet intus spiritus. Nondum enim erat spiritus Apostolis, saltem perfectè, datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Cùm ergo Dominus iam exiguitatem fidei & fiduciæ Apostolorũ expertus fuisset, interrogat quot panes haberent, non quasi ignorans, sed vt conuenienti ordine ad miraculum procederet, vtq; miraculi certitudo & magnitudo ex confessione discipulorũ notior fieret, propter quod etiam, sicut prius, & turbam iubet discumbere, & per Apostolos cibum turbis apponit. Quod autem iam septem panibus quatuor tantùm milia pauerit, cùm prius quinque tantùm panibus milia quinq; saturauerit, demonstrat, Deo perinde esse, multos vel paucos ex multo siue modico saturare, cùm necesse fuerit. Quare autem reliquiarum mensura nunc quidem numero panum, prius verò numero Apostolorum respondeat, conuenientem reddit Chrysostomus rationem, nempe vt ex huiusmodi diuersitate ac diuersa correspondentia, discipuli facilè rememorarẽtur & huius & illius miraculi, ita vt miracula hęc duo non tantùm sint admiranda, ob id quod post tantę multitudinis saturationem ex tam paucis panibus multum reliquiarum superfuerit, sed etiam ob id quod tantùm vtrobique superfuerit reliquiarum, quantum Christus pro suorum vtilitate superesse voluit. Quanquã autem hic tantùm septem sportarum reliquiæ superfuisse dicãtur, illic autem duodecim cophinorum reliquiæ, non tamen hinc consequitur reliquias nunc fuisse pauciores. Non enim idem significant sporta & cophinus, vt satis patet ex eo quod capite sequenti distinctè quæritur quod cophinos tulerint in priori multiplicatione, quot verò sportas in secunda. Cophinus autẽ Græca dictio, dicta putatur à leuitate, quasi κοῦφινος significatq;, quod Latinis dicitur corbis, à quo deriuata videtur vox Gremanica *Corf*, quã certum est significare vas paruę magnitudinis & capacitatis. Nomine autẽ sportæ, pro quo Græcè dicitur σπυρις, significari maius vas, vell illud satis arguit, quòd per sportam Paulus se demissum dicit per murum. Vnde fieri potest reliquas septẽ sportarum vel æquasse, vel etiam superasse reliquas duodecim cophinorũ, cùm id quod nostra lingua sportam vocamus, nempe *Mande*, duplo maius aut etiam amplius sit corbe. Fuerunt autem hęc nomina, cophinus & sporta, apud antiquos certarum mensurarũ etiam nomina, quomodo si hic accipiantur, non erit necesse inquirere, vnde in deserto aut cophinos aut sportas Apostoli sibi parauerint, cũ dici possit 12. cophinos aut 7. sportas eos sustulisse, eo q; reliquiæ eas mensuras duodecies aut septies replere potuissent. Porro quod ad allegoricã huius historiæ pertinet tractationem, id quod Dominus hic corporaliter fecisse legitur, etiam spiritualiter & fecit & facit quotidie. Misertus enim hominum ob triduanũ eorum ieiunium, quod scilicet passi fuerunt & ante legem & sub lege, dimittere eos tertio die, in aduentu scilicet suo, ieiunos noluit, ne penitus in via huius vitæ deficerent, sed septẽ panibus & paucis piscículis additis pauit quatuor hominũ milia, hoc est, vniuersos credentes in quatuor mũdi partibus habitantes. In septem panibus, qui non dicũtur, vt quinq; illi, fuisse hordeacei, rectè intelligimus Euãgelicam doctrinã, propter spiritualis doctrinæ perfectionem quæ est in ea. Non enim Dominus tantùm quinq; illos panes hordeaceos, hoc est, asperã legem Moysi in quinq; libris contentam, sua fractione & benedictione reddidit satiandis hominibus sufficientem, sed & alios septem panes apposuit, euangelicam scilicet doctrinam in euangelistarũ scriptis contentam. Addidit autẽ & piscículos paucos, nempe Apostolorũ epistolas, velut obsonij loco. Sed hoc additamentum pusillũ est, si ad apparatũ euangelicum respicias. Tale est conuiuium euangelicũ, ex pane scilicet constans & piscibus, nimirum humile quidem, frugale ac parcum, si speciẽ tãtùm verborum spectes: sed tamen exhibẽs & quæ ad vitam sunt necessaria, & quæ fastidium tollere possunt: aç rursum adeo copiosum & largum, vt & omnibus satiandis sufficiat, & semper abundè superfit quod colligatur à doctioribus. Copia enim & dapsilitas euangelici conuiuij non est fita in multitudine disciplinarum, veluti ciborum generibus ad fastidium vsq; multis, aut in cõdimentis ex omniũ humanarũ literarũ mixtura cõfectis, sed in virtute sermonis à Deo traditi ac bona fide dispẽsati, quẽ qui fide percipit, nõ discedit famelicus, sed satiatur, cũ aliæ omnes disciplinæ, quãtũuis variæ & occultæ, mẽtẽ hominis saturare nequeãt. Quod turbæ pascẽdę à se dominus præcepit super terrã discũbere, mysticè significat quid facere debeat qui spiritualibus panibus Iesu volet saturari, nimirum talẽ omni fastu depositò seipsum debere in terrã deiicere, agnoscendo quis sit, & vnde prodierit, ac componendos esse affectus eius, vt conquiescant in eo carnis cupiditates. Quod discipuli à Domino acceptos panes & pisces iussi sunt apponere turbæ, admonet quid facere debeant qui panes euangelicos populo sunt proposituri, nimirum vt à Christo illos accipiant consecratos & fractos, & eius iussu populo apponant. Sunt enim qui panẽ scripturę diuinæ non secundùm voluntatem Iesu populo proponunt, vt qui eam detorquent ad suorum errorũ patrociniũ, aut ad cupiditates & gratiã hominũ, aut qui sibi vendicant autoritatem dispensandi verbũ Dei, ac pascendi alios. Itaq; docemur hic & quæ sit vis sermonis euangelici, & qualis debeat eius esse auditor, & qualis eius dispensator. D. Bernardus ser. 4. in festo omnium Sanctorũ septem istis panibus putat intelligi posse mysticè bona septem quę post hanc vitam expectamus, & in quorũ expectatione hic interim reficimur, quorũ tria ad animã spectant iuxta triplicem eius partẽ. Nam rationalis perficietur sapientia, concupiscilis iustitia, irascibilis lætitia. Quatuor verò ad corpus iuxta quatuor elementa ex quibus constat. Nam & donabitur immortalitate, ne rursum in terram ex qua est redire cogatur: & impassibilitate, ne ex inordinatis humoribus sit amplius passionibus obnoxius: & agilitate, quod aeri conuenit: & claritate, quod conuenit igni.

Mysticus sensus.

ET A DIMISSA TVRBA, [b] STATIM [c] ASCENDIT IN NAVICVLAM [b] CVM DISCIPVLIS, &c.] Sanarat ægrotos, docuerat, pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat fame pericli tantes. His rebus ita gestis non A
hæret in turba, ne videretur expectare aliquid gratiæ, sed mox laudem humanam declinaturus & declinare docés, secedit cum suis. Quod autem Matthæus dicat Dominum venisse in fines Magedan, aut, vt est Græcè, Magdala: Marcus verò in partes Dalmanutha, nullam habet contrarietatem. Nam præterquam quod dici posset vnum eundémq; locum diuersis nominadum nominibus, quod tamé hic non est verisimile, dici etiam potest vnum nomen esse regionis generale, alterum verò ciuitatis vel vici. Aut etiam si vtrumque nomen diuersam ci
uitatem aut vicũ significet, in vtriusq; loci fines di- B
citur Dominus venisse, quia locus in quẽ venit, vtri
que locovicinus erat, quomodo suprà dictum est ve
nisse in partes Tyri & Sidonis. Porro Augustino te
ste multi libri in Marco etiam habent Magedan
pro Dalmanutha, quomodo D. Hierony. legisse pa
tet ex lib. de locis Hebraicis, in quo nullam facit mẽ
tionem loci qui dictus sit Dalmanutha, & de Mage
dan sic scribit. Magedan, ad cuius fines Matthæus C
enãgelista scribit Dominum peruenisse. sed & Mar
cus eius nominis recordatur, nunc autem regio di
citur Megedena circa Gerasam. Ex quibus postre
mis verbis patet primum Latinos melius legere,
Magedan, quàm Græcos Magdala. Secundò, patet
eos multum errare, qui loca hæc Magedan & Dal
manutha constituunt eis mare Galilææ, vt passim
nunc fit in chartis. Hieronymus enim testatur ea
fuisse circa Herasam, & proinde vltra mare Galileę
quod verum esse & ex Marco in sequentibus colligitur, qui scribit Dominum cum petentes signum
confutasset in hoc loco, illis dimissis abiisse trans
fretum, & venisse Bethsaidam. Brocardus per Mage
dan hic significari putat locum quem Saraceni vo
cant Medan, hoc est, aquas Dan, nimirum fon
tem illum vnde primò oritur Iordanis, quem Iose
phus Phialam vocatum testatur. Sed hoc non esse
aliquo modo verisimile vel inde satis patet, quòd
fons ille longissimè absit à mari Galileę, circa quod
fuisse locum hic designatum manifestum est ex prę
cedentibus & sequentibus. C

PHARISÆI SIGNVM QVÆRENTES REIICIVNTVR, EO-rúmque fermentum cauendum docetur. Matth. 16. Marc. 8. CAP. LXIIII

†a. tentã tes et regat uerũt eũ vt signum de cælo o-stenderet eis
C 12. 87.
▷ a. relictis illis illo panem sumere
† aqui-dixit illis
▷ a. o in tuemini
†b Et cogitabant ad alterutrum
▷ b. habemus. Quo cognito ait illis Iesus
‖ b. nec recordamini
†a. o. quare ſſb. o. non dum

Et exierunt, a & accesserunt ad eũ c Pharisæi a & Sadducæi, b & cœperunt cõquirere cũ eo,
† quærentes ab illo signũ de cælo, tentantes eum. d At ille respondẽs, ait: Facto vespere dicitis, Serenũ erit, rubicũdũ est enim cœlũ. Et mane. Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlũ.
‖ Faciem ergo cœli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis? b Et ingemiscẽs spi
ritu ait. Quid generatio ista signum quærit? a Generatio mala & adultera signum quærit, & signũ non
dabitur ei. b Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum, a nisi signum Ionæ prophetæ. c Et ▷ di-
mittens eos ascendit iterum nauim. & c abiit b trans fretum. c Et a cum venissent discipuli eius trans fre
tum, c obliti sunt ‖ panes accipere & nisi vnũ panem non habebant secum in naui. † Et præcipiebat c eis,
dicens. ▷ Videte & cauete à fermento Pharisæorum a & Sadducæorum, b & fermento Herodis. † c At il-
li cogitabãt inter sẽ dicentes. Quia panes non ▷ accepimus. Sciens autem Iesus dixit illis. Quid cogitatis
a inter vos modicæ fidei, c quia panes non habetis? Nondũ b cognoscitis nec intelligitis? b adhuc cæcatum
habetis cor vestrum? oculos habentes non videtis? ‖ & aures habentes non auditis? ‖ c Neque recordami-
ni a quinque panum & quinque miliũ hominũ, & quot cophinos sumpsistis? neque septem panũ & qua
tuor milium hominum, & quot sportas sumpsistis? b Quando quinque panes fregi in quinque milia, &
cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei. Duodecim. Quando & septem panes in quatuor
milia, quot sportas fragmentorum tulistis? et dicunt ei. Septem: et dicebat eis. † Quomodo ‖ non intelligi-
tis, a quia non de pane dixi vobis. Cauete à fermento Pharisæorum et Sadducæorum? Tunc intellexerũt,
quia non dixerat cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum et Sadducæorum.

ET EXIERVNT, ET ACCESSERVNT AD EVM PHARISAEI & SADDVCAEI, &c.] Quemadmodum suprà post multiplicationem quinque panum, quidam apud Ioannẽ miraculum illud collatum cum Manna Mosaico quod è cœlo venit, extenuabant miraculum Christi, petentes satis apertè etiam signum aliquod è cœlo, quale fuit signum Mosaicum: ita verisimile est & nunc istos Pharisęos & Sadducęos, audita fama miraculorum Christi, & singulariter eius quod iam mox ediderat, multiplicando rursũ panes, cœleste aliquod signũ ab ipso petiisse, quo declararet suam autoritatem, & se esse verè Messiam, ac cœlestem habere virtutem, vt si tale ædere nõ posset, reliqua omnia miracula eius calumniaretur tanquam non diuina, atq; occasionem haberent extenuandi singulariter miraculum iam recens factum, & apud homines celebratum. Cœperunt ergo, inquit Marcus, conquirere cum eo, hoc est, disputare, (Græcè est enim συζητεῖν) quasi miracula quę promebat nõ gererentur virtute cœlesti, quasi essent humilia nimis, ac plebeia, ita vt per ea non satis declararet se esse cum qui à populo habebatur. Proinde si vellet Pharisęos & Sadducęos, homines longe supra vulgus positos quasiq; cœlestes sibi credere, æderet signum aliquod cœleste Christo dignum, ac simile his quæ veteres prophetæ ędidisse leguntur. Dicuntur autem signum tale petisse, vt & suprà, tẽtantes Christum, quia non petebãt signum ad hoc vt crederent illi, sed tantùm vt experirentur eius potentiam, vt si eam non demonstraret, calumniandi occasionem haberent. Porro quare singulariter petierint hi cœleste signum, & quare Dominus tale petentibus dare noluit, sed semper signum Ionæ illis promisit, dictum est suprà circa caput Concordiæ 49. quare hic tantum dicenda quæ hic sunt specialia: inter quæ primo obseruandum quomodò impietas secum perpetuo pugnat, præterquam vbi illi cum pietate negotium est. Maximè enim inter sese dissidebant Pharisęi & Sadducęi, contra Christum tamen concorditer conspirabant. Sic & hodie videre est hęreticos inter se summè dissidentes opinionibus, ad ecclesiam tamen oppugnandam esse concordes maximè.

AT

AT ILLE RESPONDENS AIT ILLIS. FACTO VESPERE DICITIS, &c.] Quoniã tentandi tantùm gratia, & nullo veritatis cognoscendæ desiderio signum petebant, Dominus primò quidẽ ostendit eos præter necessitatẽ & iustã causam petere signũ cœleste, cùm sufficerent signa à se ædita ad id intelligendũ ad quod quærebant signum cœleste. Deinde verò negat se omnino darũ signum quod quærebant, conuenientem certè seruans ordinẽ, vt prius petitionis ipsorum iustitiã demonstraret, ac postea quę iniustè petebantur denegaret. Ostensurus autẽ quod absq; iusta causa signũ peterent cœleste; & tentandi tantum nõ discẽdi gratia, cõmodè id facit argumento sumpto à signis cœlestibus naturalibus, ex quibus, etsi fallacibus, nossent colligere dierum serenitatem aut pleuuiã, cùm ex signis à se æditis nollent intelligere tẽpus visitationis suę quod illa signa secũdum prophetarũ vaticinia certissimò & infallibiliter significabant. Dicit ergo: Facto vespere dicitis, Serenũ, hoc est, serenitas erit, die crastino scilicet, quia cœlũ est rubicundũ, quod ex obseruata consuetudine didicistis serenitatis esse indicium. Et facto mane, dicitis: Hodie erit tempestas ventorũ aut pluuiarũ quia cœlum triste rutilat, hoc est, rubicũdum est. Græcis enim vtrobique idem est verbum πυῤῥάζει. Dicitur autem cœlum triste, vel quia tristitiam sua dispositione hominibus adferẽs, vel quia in seipso turbulentum: sicut lætũ dicitur cœlum, cùm est serenitas. Vt autem subsumptio quę sequitur, bene intelligatur, sciendum imprimis quosdam eam legere affirmatiuè sine interrogatione, qualis lectio magis conueniret Græcis, quę habẽt: Hypocritę facie quidem cœli, &c. Non autem sicut nos: Faciem erèo cœli. Hanc lectionem affirmatiuam secutus Nicolaus Lyranus, nonam huius loci affert interpretationem, intelligens Pharisęos neglecto legis & scripturarum studio, astrologię deditos, sicut & hodie illi sunt plurimũ dediti Iudæi, à Christo reprehensos, ꝙ putarent ex signis aliquibus cœlestibus intelligere aduẽtum Messię, sicut ex illis prænoscerent futuram serenitatem aut pluuiam, cùm aduentus Messię ex scripturarum testimonio esset discendus. Itaque secundum eum sensus est: Faciem quidem cœli diiudicare potestis, sic vt ex ea possitis cognoscere quę dicta sunt, sed signa tẽporum diffinitorum in præscientia Dei de aduentu Christi, non potestis per cœlestia signa diiudicare. Verùm hęc interpretatio vt est cõtorta, ita nec proposito Domini conuenit, vt bene contra Nicolaũ probat Burgensis. Petebant enim Pari sæi signum de cœlo declaratiuum aduentus Messiæ, non quidem naturale, sed supernaturale: vnde inconueniẽter dixisset illis Dominus, per signa cœlestia quibus serenitatem & pluuiam præcognoscerent, non posse aduentum Messiæ cognosci. Itaque Caietanus secutus sensum prius indicatum, & affirmatiuè legens hanc sententiam, illud; signa temporum non potestis, intelligit, nõ potestis scire aut diiudicare propter vestram malitiam. Sed melius hęc sententia & apud nos & apud Græcos legitur interrogatiuè, vt Dominus non asserat eos non posse scire temporum signa, sed interroget; signa temporum non potestis diiudicare, cùm possitis faciẽ cœli diiudicare? quare dicat: Facilè possetis & meritò debetis si velletis, & nisi vltro nolletis agnoscere veritatem. Sciendum vlterius hanc vltimam partem sic interrogatiuè pronũciatam aliter intelligi à D. Hieronymo, & aliter à Chrysostomo & Theophylacto. Hieronymus enim simpliciter per signa temporum intelligit signa primi aduentus Christi, signa scilicet adimpletorum temporũ, à parte prædestinatorum & promissorum in scripturis, vt sit sensus. Faciem, hoc est, dispositionem cœli nostis diiudicare ex obseruata consuetudine fallaci, ita vt discernatis quæ dispositio cœli sit signum serenitatis, & quæ pluuiæ ac tẽpestatis, & nõ potestis ex scripturis infallibilibus discernere & cognoscere signa tẽporũ quæ vobis promissa sunt, hoc est, aduenisse iam vobis Messiam expectatum, nèque eum esse. Chrysostomus vero & post eũ Theophylactus subtilius per signa temporum intelligũt signa vtriusque aduentus Christi, & signa quidem primi aduentus debere fieri in terra, secundi verò in cœlo, vt sit hic sensus: Sicut in cœlo aliud cognoscitis esse serenitatis signum, aliud pluuiæ ita si sapiẽtes essetis, de me cogitare deberetis, quod alia sint signa huius aduentus & alia futuri. Nunc opus est miraculis in terris, quæ vero de cœlo fiẽt, vsque in illud tẽpus reseruabuntur, quando veniet filius hominis in maiestate sua, quando sol & luna obscurabuntur & stellæ cadent de cœlo. Et quidẽ hæc Chrysostomi interpretatio magis cõuenit ei lectioni quæ sic habet in libris correctioribus, signa autẽ tẽporum non potestis? vt repetatur verbum diiudicare. Hieronymi vero interpretatio magis cõuenit ei lectioni quæ in pleriſq; est Latinorum codicibus, atq; in ipso Hieronymo; signa autem temporum non potestis scire; & ei quæ est in quibusdã Græcis libris, teste quodam, qui pro οὐ δυνάσθε, habent οὐ σωίετε, hoc est, signa temporum non intelligitis, quãquam Hieronymi interpretatio etiam probè quadrat ei lectioni, signa temporum non potestis, vt intelligatur rursum, diiudicare. Quæ Hieronymi interpretatio ob id aliis est præferenda, quod consentiat alteri simili loco qui est Lucæ 12. vbi similia Dominus obiicit turbis, dicẽs: Hypocritæ, faciem cœli & terę nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Signa autem temporum, de quibus Dominus secundùm hanc interpretationem loquitur, sunt vel miracula quæ Dominus ædidit. Nam hæc secundùm Isaiæ vaticinium demonstrabãt ipsum esse Christum, quoniam ille dixit de temporibus Messiæ: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorũ patebunt: Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum, & alia his similia. Vnde & suprà Dominus discipulis Ioannis interrogantibus nũ ipse esset expectatus Messias, respondit; Dicite Ioanni: Cæci vident, claudi ambulant, &c. signa aduentus sui proferens. Vel generalius, signa temporum sunt omnia prophetarum indicia, quibus significauerunt tempus Messiæ, inter quæ præter miracula à Messia ædenda, sunt & alia nempe finis hebdomadarũ Danielis, trãslatio sceptri Iudaici ad alienigenas, & id genus alia. Vtrouis autem modo accipiatur. Dominus hac sua collatione, ostendit supinam & crassam Pharisæorum negligentiam & ignorantiam, vt qui ex signis parũ certis diligenter obseruarẽt ea quæ carnis erant, & parui erant momenti, cùm ex signis certioribus ea negligerent & nollent obseruari quę maximi erant momenti, vt quæ ad salutem spiritus facerent: Pro inde bene eos, vt est apud Græcos, vocat hypocritas, quemadmodum & in simili loco apud Lucã hypocritæ nomen legimus, eo quòd simulabant se cupidos esse discẽdæ veritatis, cuius si ex animo sitis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ient cupidi, potuissent vtique eā nō minus ex certissimis cognoscere signis, quam serenitatē & tēpestatem ex signis minus certis studiosè colligebant. Quoniā ergo non ex ignorantia tolerabili, sed malitia signum requirebant, cùm satis superq; signorum habuissent, Dominus ob incurabilem eorum malitiam ingemiscens spiritu, hoc, ex animo & intimo cordis, indignabundè & præindignatione cum iureiurando asseruit signum illis non dandum quale petebant. Vnde dicitur apud Marcum: Amē dico vobis, si dabitur generationi isti signum, hoc est, non dabitur omnino. Eclipsis est enim Hebræis admitti solita in iuramētis. Cōpletur oratio si subiungas quæ iurantes sibi imprecari solent, nisi id quod iurāt sic se habeat vt iurant. Solet nónunquā alia eclipsis huic addi, hoc modo: Si non fecero hoc, aut si fecero, faciat mihi hæc Deus, & hęc addat. His autem modis præscindebatur oratio iurantis, propter maiorem vehementiam. Significabatur enim horror quidam prosequēdi illas imprecationes. Et quidem quandocunque iurandi modo ponitur, si, coniunctio affirmatiuè, nec sequitur secundum membrū quo quis malū aliquod sibi imprecetur apertè, exponēda est oratio negatiuè, vt hoc loco: Quando verò coniunctioni, si, additur negatio, exponēda est oratio affirmatiuè, vt in Psal. 130. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meā, hoc est prorsus humiliter sensi de me. Expressum iuramentum imprecatorium est Psal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis inanis. Porro illud; Facto vespere dicitis, &c. D. Augustinus lib. 1. de quæstion. euangeliorum, mystičè in hunc fere sensum intelligit: Sicut ex vespertina rubedine cœli colligitis serenitatem, ex matutina verò tempestatem: ita ex sanguine passionis meæ in vespere mundi effuso intelligere deberetis peccatorum indulgentiam hominibus oblatam, & contra ex tristi rubedine ignis præcessuri aduentum Domini, horridam nouissimi diei tempestatem contra peccatores. Sed hic sensus vt est pius, ita non conuenit Domini proposito. Quod si quæratur naturalis causa ob quam rubedo vespertina serenitatem, matutina verò tempestatem significet: Dicendum illam quidem significare nubium raritatem & aeris puritatem: hanc vero nubium densitatem, quæ à sole consumi non poterūt interdiu.

bET DIMITTENS EOS b ASCENDIT ITERVM NAVIM, ET cABIIT bTRANSFRETVM.] Pro, dimittens eos, in Marco rectius vertisset interpres, relictis illis, quomodo vertit in Matthæo, vt sic & in Marco locus sit annotationi D. Hilarij sic scribentis in Matthæum: Non sicut aliis locis legitur, dimissis turbis abiit, sed quia infidelitatis error insolentium animos obtinebat, non dimisisse eos dicitur, sed reliquisse. Non est enim hic verbum ἀπολύω, quemadmodū in superiori capite, sed participium καταλείπω, sicut in Matthęo est ἀφείς. Porrò cùm in Matthæo legimus; Et cùm venissent discipuli eius trans fretū, venissent, &c, vt est Græcè, ἐλθόντες, rursum videtur positum pro iuissent, quemadmodum dictum est accipi posse in capite Concordiæ 59. Primùm enim non est conueniens sensus, vt dicantur post tranfretationē obliti panes sumere, quos ex ripa vlteriore secum sumere debuissent. Deinde quæ deinceps narrantur dicta à Domino ad discipulos, non esse dicta post trāsfretationē, sed in ipsa nauigatione, patet ex Marco qui præmittit: Obliti sunt panes sumere, & nisi vnū panem non habebant secum in naui. Itaque Matthęus significare voluit, quod apertè satis dicit Marcus, discipulos cùm nauim ascendissent, & ire cœpissent transfretum, oblitos accipere panes secum in nauim, ac tum in naui ea quæ sequuntur dixisse. Ex eo autem quod dicuntur discipuli hoc obliti, patet illis morem fuisse panes secum deferre, eo q; frequenter Dominus in desertis locis aliquamdiu hæreret. Rursum hæc orū obliuio ostēdit quàm toti essent spirituali doctrinæ Christi addicti, quamq; alieni essent à delitiarū appetitu, cùm tam paruam haberent necessariorum curam, vt etiam obliti sint panes accipere, sine quibus humana fragilitas non subsistit. Ideo autem Euangelistæ huius obliuionis meminerunt, quia narraturi erant quomodo discipuli ob neglectos panes turbati fuerint ex verbis Domini. Itaque cùm Dominus cum indignatione Pharisæos reliquisset, & cum suis nauem ascendisset, ab ipsis Pharisæis, cum quibus negotiū habuit, occasionem sumpsit instruendi suos, significans etiam se iustè Pharisæis indignatum, eosq; contempsisse ac neglexisse, ac dicens: Videte & cauete à fermento, &c. Quod duplicando dicitur: Videte & cauetè, cū vtroq; verbo idē hic significetur, facit ad epitasim cautionis, vt sit sensus, diligenter vobis cauete & attendite. Nam hic est προσέχετε in Matthæo, quod in simili sententia Lucæ 12. interpres vertit, attendite. Quod Dominus non apertè sit locutus, sed metaphoricè loquens vsus sit nomine fermenti, nec quid eo significare voluerit explicauerit, quēadmodū explicauit Lucæ 12. causa potissima fuit, vt discipulis audito hoc nomine turbatis ob neglectos panes, haberet nouā occasionē reprehendendi eorum tarditatem, & confirmandi eorū diffidētiam. Deinde per hoc quod hic vtitur nomine fermenti pro doctrina Pharisæorum, Dominus secundùm Hieronymum docet etiam suos quid mysticè significent quinque panes & septem. Si enim, inquit, fermentum Pharisęorum & Sadducæorum non corporalem panem, sed traditiones prauas, & hæretica significat dogmata, quare & cibi quibus nutritus est populus Dei, nō veram doctrinam integramq; significāt? Cæterum fermenti nomine in scripturis significatur metaphoricè quicquid serpit, & alia inficit, aut ad se trahit: vnde & in bonum accipitur, vt supra in parabola de fermento misto in farinæ satis tribus: & in malum, vt hoc loco, & 1. Cor. 5. & Galat. 5. Quid autē nomine fermēti hic significatum sit metaphoricè, in fine aperuit Matthæus, nimirum doctrinam Pharisæorum. Hanc autem doctrinam à qua Dominus vult cauēri, D. Hieronymus & Hilarius intelligunt etiam doctrinam legalium mandatorum. Sic enim habet Hieronymus: Qui cauet à fermento Pharisæorum & Sadducæorum, legis ac literæ præcepta non seruat, traditiones hominum negligit, vt faciat Dei mandata. Sic verò Hilarius: Quod abstinere se fermento eo Apostoli iubētur, nō admisceri doctrinę Iudæorum monētur, quia legis opera in effectū fidei & præformationem rerum consequentium cōstituta sint, vt in quorum tempora atque ætatem veritas contigisset, nihil vltra in veritatis similitudi ne spei poſitum arbitrarentur, &c. Sed si huiusmodi Pharisæorum doctrina hic per fermentum cauendum significatur, quomodo pòst dicit Dominus: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi? Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, facite?

Proinde

Proinde ad literam Dominus, fermento cauendo, non quālibet Pharisæorum doctrinam significare voluit, sed eam de qua suprà cap. Concordię 60. qua docebant, quę verè ipsorum erant mandata hominum, aut inutilia plane, aut etiam mandatis Dei aduersa. Hieronymus autem & Hilarius intelligētes etiam legis Mosaicæ doctrinam, non voluerunt explicare hunc locum secundùm sensum à salutatore intētum potissimùm, sed secundùm sensum qui ipsorum & nostris cōuenit temporibus, quem admodum frequenter docendi gratia faciunt veteres interpretes. Post abrogatam enim Moysi legem etiam legis literalis doctrina & obseruatio cœpit esse fermentum cauendum fidelibus. Vnde & à circuncisione Paulus tanquam à malo fermento dehortatur Galatas: dicens: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Verùm quomodo hic fermento dicitur significasse Dominus doctrinam malam Pharisęorum, cùm Lucæ 12. Dominus etiam à fermento Phrisæorum cauere præcipiens exponat illud esse hypocrisim? Attendite, inquit, à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Non enim verisimile est, aliud hic quàm ibi significare voluisse, cùm eadē plane sint verba. Dicendum ergo in idē coincidere, siue fermētum Pharisæorum dicatur esse eorum doctrina, siue hypocrisis. Tota enim eorum doctrina ad hypocrisim spectabat & tendebat, quia ea tum verbo, tum facto docebāt tantum quæ externa erāt, ac per quæ hominibus spectabiles essent, nullam interim curam habentes eorum per quæ quis verè pius est, & Deo commendatus hoc est; fidei, dilectionis & misericordiæ, quemadmodum illis improperat Dominus apertè Matth. 24. ob id eos hypocritas vocans. Bene ergo & oportunè Dominus hoc loco à fermento illo phariſęorum cauendum admonet, quoniam in superiori illa petitione Domin⁹ eos arguerat hyprocriseos, eo quòd signum petissent cœleste, quasi studiosi perciendæ veritatis, quam, si voluissent, facilè ex aliis signis aduertere potuissent. Porrò Matthæus addit, & à Sadducęorū fermento præceptum esse cauere: Marcus verò, à fermento Herodis, aut, vt habēt quidam Græci, Herodianorū, vt videri posset Sadducęos eosdē esse cum his qui aliquando in euangeliis dicuntur Herodiani, fortè quod eorum sectę tautor esset Herodes. Nam cùm per fermētum hic significetur doctrina, videtur vtique per eos à quorum sermone voluit Dominus suos cauere, significare sectas apud Iudæos. Iam Iosepho teste, tres tantum fuerunt hoc tempore apud Iudęos sectę, ex quibus de ea quæ Essenorū est nulla fit metio in euangeliis. Sed vt est, etiam ab horum doctrina & instituto viuendi cauendū suis voluit, quod & Sadducæi & Herodes in externis rebus iustitiā ponerent, hominibus se cōmendare non Deo studentes

cAT ILLI COGITABANT INTER SE DICENTES: QVIA PANES NON ACCEPIMVS, SCIENS.] Quid est; cogitabāt inter se; & multo magis, quid est quod in Marco legimus, cogitabāt ad alterutrū; Græcè in Matthęo est, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, quod potest verti dupliciter, vel, cogitabāt intra se, hoc est, in seipsis, vt significetur tacita eorum cogitatio. vel, disceptabant inter sese. Nam verbū διαλογίζομαι anceps est ad cogitare & disputare, similiter & illud ἐν ἑαυτοῖς. Et secūdomodo magis accipiēda videtur hæc oratio, quia in Marco legitur διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους. Vbi propter illud, πρὸς ἀλλήλους, id est, inter sese, verbū διελογίζοντο non poterat significare, cogitare, sed debet exponi per disputare aut disceptare, vt significetur vnū voluisse alteri negligentiam imponere. Apud nos autem ne ineptus sit sensus, illud, inter se in Matthęo, & ad alterutrum in Marco coniungi poterit cum participio, dicentes, quamuis id non possit fieri, cùm sequitur in Matthæo. Quid cogitatis inter vos; vbi, inter vos, pro intra vos est accipiendum. Cùm autem sequitur; dicentes: Quia panes non accepimus? quidam orationem putant imperfectam hoc modo perficiendam. Ideo Dominus hæc, dicit, quia panes nō accepimus, vt scilicet notaret nos nostræ negligentiæ, & obliuionis. Verùm rectius intelligēdum illud, Quia, superesse, vt sæpius, & positum ex phrasi Græca, qui suum ὅτι addere solent quoties recensent alicuius verba. Itaq; sensus est: dicentes, Panes non accepimus. Quod rursum non rectè accipit Nicolaus, qui putat his verbis discipulos sibi applausisse, quod è loco illo in quo erant Pharisæi, non acceperint panes, quasi dicant: Bene cauimus quòd panes non acceperimus nobiscum. Dominus enim eos redarguit tanquam solicitos & anxios ob neglectos panes. Quare dicendum, discipulis audita fermenti voce & non intellecta, in mentem venisse neglectos panes, &, vt fieri solet, aliud ex alio reuocatum eis in memoriam, vt quod dixerint; Panes non habemus; fuerit trepidantium, & veluti in hunc modum loquentium: Hei, quandoquidem fermenti fit mentio, in mentem nobis venit panes nos non accepisse nobiscum pro commeatu. In hac ergo trepidatione bis erant reprehendendi discipuli, videlicet & quòd carnaliter intelligerent quod dicebatur de fermento Pharisæorum, cùm prius dictum illis esset: Nō quod intrat in os coinquinat hominem; & quod ex carnali illa intelligentia inciderint in solicitudiuem victus, cùm secum eum habe rent, cuius potētiam iam bis experti erant in suppeditatione necessariorum. In hanc autem trepidationem permissi sunt incidere, ad illorum & nostrum profectum, vt scilicet iam noua occasione & illi & nos doceremur, nihil defuturum his qui toto pectore Christo adhærent, etiamsi eorum negligentia & incuria desint necessaria, modo eius negligentiæ causa sit studium pietatis. Rursum autē hic in discipulis do cemur, quàm stupidum in rebus diuinis sit humanū ingeniū, quamdiu per spiritum Dei non reformatur. In Christo verò exemplū habemus rursum mirandæ eius bonitatis, quā stupidos hos etsi, vt par erat, argueret quo firmius hęre ret eorum menti, nequaquam tamē biecerit. Quo docemur & nos imbecillitates infirmorum sustine re nec rudes mox abiicere, sed operam dare vt infide adolescant & perfectiores euadant. Dicit ergo Dominus: O vos pusillæ fidei homines, quid, hoc est, cur soliciti cogitatis intra vos, & inter vos mussitatis, eò quòd non habeatis panes? Tot præceptis instituti, tot exemplis edocti, toties admoniti, nondum habetis eam quam deberetis intelligentiā? addhuc simul cum Phariſęis habetis cor obcęcatū, &c Quod autem sequitur in Marco? Nec recordamini quando quinque panes fregi in quinque milia, &c. communiter apud nos sic distinguitur, vt interrogationis finis sit post verbum, sustulistis, & sit hic sensus: An non recordamini quādo quinque panes fregi in quinq; milia, & quot cophinos tunc sustuleritis? Verùm iam non rectè subiungitur: Dicūt ei, duodecim. Non enim secundùm distinctionem illam quærebat Dominus quot cophinos sustulissēt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed an ne memores essent quot sustulissent. Proinde respondendum illis fuisset: Etiam Domine meminimus, quia duodecim sustulimus. Idem dicendum de sequenti interrogatione. Iraq; rectius Græci hunc locum in Marco distinguũt, qui post illud; Nec recordamini; finem faciunt interrogationis, & deinde ab illo; Quando quinque Panes, &c. nouã incipiunt interrogationem. Quare & nos eam distinctionem secuti, prius in concordia posuimus verba Matthæi cum illo Marci. Nec recordamini; ac deinde quæstiones illas quæ sunt in Marco, cum responsionibus discipulorum, vt intelligatur Dominus prius quæsisse nũ essent duorum illorum miraculorum memores, ac deinde velut experiendi gratia de vtriusque reliquis eos interrogasse. Coniunctio ergo, &, quam legimus in Marco; & quot cophinos; ad sensum est superflua, nec est apud Græcos; & ex phrasi Hebraica sæpe abundat.

CÆCVS SANATVR IN BETHSAIDA
MARCI 8. CAPVT LXV.

ET veniũt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehẽsa manu cæci, eduxit eũ extra vicum, & expuẽs in oculos, eius: impositis manibus suis, interrogauit eum si quid videret: Et aspiciens ait, Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre, & restitutus est, ita vt clarè videret omnia. Et misit illum in domum suam, dicens, Vade in domum tuam, & si in vicum introieris, nemini dixeris.

ET VENIVNT BETHSAIDAM, ET ADDVCVNT EI CAECVM ET ROGABANT.] Circa hanc historiam quæ sunt animaduertenda, pleraq; iam aliquoties sunt superius annotata in aliis historiis, quæ quædam habent huic similia, & potissimum in cap. 62. in historia surdi & muti, adducta item ex Marco: Nam & illum Dominus è turba seorsum apprehendit, & sputo simul cum tactu manuum sanauit, quemadmodũ & circa istum nunc fecisse dicitur. Sicut autem ille surdus & mutus non fuit talis à natiuitate, ita nec iste à natiuitate fuit cæcus, vt satis patet ex eo quod nondum perfectè videns, dixerit se videre homines velut arbores ambulantes. Vnde obseruandum, Dominum in his miraculis quæ faciliora videri poterant, difficilius curasse nonnunquam, ostendens non ex sua impotentia, sed ex alia causa procedere modum talem curandi. Qui enim solo verbo mortuos excitauerat, potuisset & solo verbo cæcum illuminare. Habet autem hæc historia illud peculiare, cui non occurrit aliud simile in Euangeliis, quòd Dominus primo contactu non contulit cæco visum perfectè, sed prius imperfectè, ac deinde perfectè sanauit. Cuius causæ literales potissimæ videri possunt fuisse duæ: Altera, imperfectio fidei huius cæci, quæ vel ex eo colligi potest quòd non legatur pro sese Dominum orasse, sed alios tantùm pro ipso. Itaque imperfectam habenti fidem imperfectum primò visum reddit, vt sic accenso eius animo perfectius credenti perfectus restitueretur visus. Quo docemur, Dominum rogatum non illico dare omnia, sed paulatim nonnunquam sua dona rogantibus impartiri, quo magis desiderium nostrum frigidum & fidem accendat. Altera causa videri potest, vt cæcus sensim Christi virtutem in se sentiens, tanto plus eam secum admiraretur, quo eam sæpius & diutius in se operantem sensisset. Ne autem impotentiæ tribui posset, quòd ad primum contactum non perfectè curatus fuisset cæcus, Dominus interrogauit eum si quid videret, significans satis se non ad hoc retigisse oculos eius vt mox omnia clarè videret, sed tantùm vt videret aliquid. His causis etiã illa generalis ratio addi potest, Dominum non vnum saluandi modum seruare voluisse: vt hoc ipso nos doceret, simpliciter illius bonitati nos cõmittere, nullum auxilij & gratiæ eius modum præscribentes, qui varias nouit cuique expedientes rationes salutis & liberationis è malis. Deinde & hoc facto docuit nos Dominus nõ esse à miraculis exemptas curationes quæ procedunt de imperfecto ad perfectum, nec omnes tales naturali causæ, & non singulari gratiæ diuinæ tribuendas. Quod autem cæcus dicit: Video homines sicut arbores ambulantes; sic est intelligendum, quòd cæcus iste viderit formam corporum humanorum veluti vmbras, sic vt nulla membrorum lineamenta visu adhuc caligante discernere valuerit, quomodo arbores à longè aspicientibus vel in luce nocturna solent apparere, ita vt non facile homo sit an arbor quod videtur, possit discerni. Ex motu tamen & ambulatione cognouit iste homines esse quos videbat. Non enim participium, ambulantes, ad arbores referendum est, sed tantum ad homines. vt patet ex Græcis. Quod autem Dominus hunc cæcum è vico eduxerit, & præceperit vt si in vicum introiret, nemini diceret: præter causam illam quæ supra sæpius est dicta, videlicet ad declinandum humanam laudem, specialis hic videtur Theophylacto fuisse ratio, incredulitas hominum huius loci, quam Matthæi 11. Dominum eis exprobrasse suprà habuimus. Nam per vicum hic videtur significari ipsa Bethsaida, vt quæ esset ciuitas parua, quæ Græcis etiam dicitur κωμη. Vnde cùm Dominus ei præcipiat ire in domum suam s & conditionaliter dicat, si in vicum introieris aut, vt habent Græci quidam, etiam prohibuerit ne ingrederetur vicum, coniectura est eum non fuisse ciuem huius vici vel ciuitatis, sed aliunde huc adductum fuisse. Iam quod ad mysticam pertinet historiæ tractationem, omissa allegoria, qua sicut in aliis fere miraculis generaliter vniuersum humanum genus in hoc cæco intelligi posset, moraliter in isto docemur quomodo is quem profunda veritatis tenet ignorantia, quique in errore iam est inueteratus, illuminari & ad veri cognitionem adduci possit. Nam & ob eam causam Dominus quem verbo statim curare poterat curat paulatim, vt ostenderet cæcitatem humani cordis raro nisi per gradus quosdam penitus tolli & curari, ac discipulis suis formam exhiberet quantopere laborandum esset, vt ad veri cognitionem adduci possent qui iam in errore aliquo inueterauerunt. Itaque huiusmodi cęcus cum ob eam rem in via visus per sese Christum agnoscere & accedere non possit, à videntibus deductus est ad Christum, & eos qui Christi vice funguntur in terris,

Mystica sensus.

ab his ante omnia è vico educendus est, hoc est, à prisitinis vitiis discedere eum oportet nec amplius in multitudine hærere debet vt eius sequatur exẽpla, ac id faciat quod multi, sed Christum eiusque doctores sibi quos sequatur duces recipere debet. Tum expuendum in oculos eius, hoc est, salius sapientiæ Euangelicæ cæca mens eius afficienda est, nec non & manibus tangendi oculi cæci: quod fit cùm gratia baptismatis, quod sacramentum illuminationis est & dicitur, donatur. Hic si iam, vt ferè fit, nondum omnia Christianæ religionis mysteria clarè cognoscere possit, non est spernendus & abiiciendus Euãgelico doctori, sed paulatim ad perfectam sanitatem prouehendus. Neq; enim imprimis perfectiora Christianæ religionis mysteria eius oculis sunt proponenda, vt in quæ infirmam oculorum aciem figere non posset: sed primùm traden da sunt rudimenta perfectionis euangelicæ, mox communicanda est secretior solidiórq; doctrina, qua fiat vt clarè videat omnia. Et primùm quidem Baptismo, veluti primo contactu Iesu, cæcitas tollitur: confirmationis vero sacramento, quod manuum fit impositione, & quo spiritus sanctus plenè confertur, veluti secundo Iesu contactu claritas confertur. Qui autem iam illuminatus est, non debet redire rursum in vicum vnde eductus est, & in quo cæcus erat nec apud profanam multitudinem temere iactare nostræ initiationis mysteria; quod ea infideles potius sint irrisuri quàm credituri, sed in domum suam concedere debet, hoc est, ingredi in penetralia cordis sui, seclmque post acceptam gratiam cœlestem expendere qualis antea fuerit, qualis & modo sit per Dei gratiam, & quo relapsurus nisi Dei beneficio conseruetur.

PETRVS CHRISTVM CONFITENS COMMENDATVR.
Matth. 16. Marc. 8. Lucæ. 9 CAPVT LXVI.

†ᵉ*T egressus est Iesus*ᵇ *& discipuli eius*ᵉ *in*ᵃ *partes* [&]ᵇ *castellaᵃ Cæsareæ Philippi.* ᵉ *Et factũ est cùm solus esset orans, erãt cum illo & discipuli eius,* ᵉ *&*ᵇ *in via* ▷ *interrogabat discipulos suos dicens*ᵇ *eis:* ᵉ *Quem me dicunt homines esse*ᵃ *filium hominis?* †ᵉ *At illi*ᵇ *respondentes dixerunt*ᵇ *illi,* ᵉ *&*ᵃ ◁ *dixerunt: Alij*ᵉ *Ioannem Baptistam, alijs autem*ᵉ *Eliam, alij verò Ieremiam,* ‖ *alij verò*ᵇ *quasi*ᵃ *vnum ex prophetis,* [&] [ᵉ *quia vnus ex prophetis de prioribus surrexit.*ᵇ *Tunc* †ᵉ *dicit illis Iesus:* ᵉ *Vos autem quem me esse dicitis? Respondens*ᵉ *Simon*ᵉ *Petrus* †*dixit*ᵇ *ei:* ᵉ ◁ *Tu es Christus,*ᵃ *filius*ᵉ *Dei*ᵃ *viui. Respondens autẽ Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus, qui ĩ cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualabunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni cælorũ. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatũ & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* ᵉ *At illeᵃ tunc*ᵉ *præcepit*ᵃ *discipulis suis,*ᵇ *&* ‖ ᵇ *comminatus est eis* †*ne cui dicerent*ᵇ *de illo*ᵉ *hoc,* ᵉ *quia ipse esse Iesus Christus.*ᵇ *Et*ᵃ *exinde*ᵉ *cœpit*ᵃ *Iesus ostendere discipulis suis* [&]ᵇ *docere eos,* ᵉ *dicens:* ᵉ *Quia* ▷ *oportet filium hominis*ᵃ *ire Hierosolymam, &*ᵉ *multa pati,*ᵇ *& reprobari*ᵃ *à senioribus & principibus sacerdotũ & scribis, &, & occidi, &* †*tertia die resurgere.*ᵇ *Et palam verbum loquebatur.* ᵉ *Et* ‖ *apprehendens eũ Petrus cœpit increpare eum,*ᵃ *dicens: Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* ᵉ *Qui conuersus,*ᵇ *& videns discipulos suos cõminatus est* ◁ ᵉ *Petro, dicens:* ᵉ *Vade* ‖ *post me*ᵉ *satana.*ᵃ *Scandalum mihi es,* †ᵉ *quia nõ sapis ea*ᵉ *quæ Dei sunt, sed*ᵃ *ea*ᵉ *quæ*ᵇ *sunt*ᵉ *hominũ.*ᵇ *Et*ᵃ *tunc Iesus*ᵇ *conuocata turba cum discipulis suis,* †ᵉ *dicebat*ᵃ *ad omnes: Si quis vult* ◁ *venire post me* ‖ *abnegetˢ semetipsum, & tollat crucem suam,*ᵉ *quotidie*ᵉ *& sequatur me.* † *Qui enim voluerit animam suã saluam facere, perdet eam, qui autem perdidit animam suam propter me,*ᵇ *& euangelium,* ▷ ᵉ *saluam faciet eam. Quid enim* ‖ *prodest homini si* † *vniuersum mundum lucretur,* ᵉ *seipsum autem perdat,* ▷ ᵉ *& detrimentum* † *animæ suæ faciat?* ᵉ *Aut* ‖ *quã dabit homo commutationem pro anima sua?*ᵇ ‖ *Qui enim me confusus fuerit & verba meᵃ*ᵇ *in generatione ista adultera & peccatrice, &*ᵇ *filius hominis* † *confundetur eum cum venerit in* ▷ *gloria*ᵉ *sua, &*ᵇ *patris*ᵇ *sui* ‖ ʰ *cum angelis sanctis?*ᵃ *Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum operã eius.*ᵇ *Dicebat illis,* †ᵉ *Amen dico vobis:*ᵇ *quia* ᵉ *sunt* ▷ *quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant*ᵇ *regnum Dei*ᵇ *venientem in virtute,* [&]ᵃ *filium hominis venientem in regno suo.*

†ᵃ *Venit autẽ Iesus* ▷ *interrogans eos* ‖ *turba* †ᵇ *Quis* ▷ *dicẽtes* ‖ *aut* †ᵉ *Dicit autem* ‖ ᵇ *o vero* †ᵇ *ait* ▷ ᶜ *Christum.* ‖ *increpans eos præcepit* †ᵃ *e vt nemini* ◁ *adoraret eum* ‖ ᵇ *a summis sacerdotibus* †ᵇ *post tres dies* ‖ *resuscitari* ▷ *adixit Petro* ‖ *bo Petro* †ᵇ *o quoniam* †ᵃ *dixit discipulis suis* †ᵇ *dixit eis* ᵉ *autem* ▷ ᵇ *meæ qui* ‖ *bo deneget* †ᵉ *o Nam qui* ᴬ *10.55* ▷ *Iam meminiet* ‖ *b o proderit homini* ‖ *e proficit homo* †ᵇ *totum* ◁ *ao animæ vero suæ detrimentum patiatur* †ᵉ *sui* ‖ *bo quid commutationis* ‖ ᶜ *o Nam qui me erubuerit & sermones meos* ‖ *e o hunc erubescet* ▷ *comissatione* ‖ *& sanguinolentorum eorũ an. B. 9.* †ᶜ *Dico autem vobis, vere* ▷ *eo alicui hic stantes*

D lippi Cæsarea cognominata est, ad differentiã eius quam in Iudæa iuxta mare Herodes maior magnis sumptibus extruxit etiam in honorẽ Cæsaris, in eo loco qui prius dicebatur Turris Stratonis, vt scribit Ioseph. lib. Antiq. 15. c. 12. Cæsaream autem philippi postea rex Agrippa magis exornans & amplians, in honorem Neronis vocauit Neroniam, testeeodem lib. Anti. 20. ca. 6. Terminus vero erat regionis Iudæorum, vnde pariter à Syris & Iudæis habitabatur, quod postea seditionis inter eos causam præbuit, vt est autor Ioseph. lib. 2. de bello Iudaico. Animaduertimus igitur Christũ nihil fecisse reliquũ, quo regnum Dei quàm latissimè, intra fines tamẽ à patre cõstitutos, propagaret; docẽsqua le debeat esse studiũ, &, quãta diligẽtia eorũ qui

E ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius vices in terra sumpserũt. Cõmodè autẽ circa A hæc loca discipulos suos interrogauit de aliorũ & ipsorũ de se opinione, vt longius à Iudæis abducti liberè dicerẽt quæcunque sentirẽt. Intterrogauit autem idque prius, vulgi de sententiam, ac deinde discipulorum, non quòd eam ignoraret, sed vt relata vulgi de se incerta sententia, ac recta ipsorum existimatione audita, & vulgi incertas opiniones reiiceret, & eos in fide recta confirmaret, quod hoc potissimum tempore erat necessarium, quia tempus erat vt suam illis prædiceret passionem. Docemur tamen & nos hac Domini interrogatione, vt annotauit Origenes, vt & nos semper scrutemur qualis opinio sit apud homines de nobis, vt B si quid mali dicitur de nobis, occasiones illius præcidamus: si quid autem boni, eius occasiones augeamus. Porro quod Lucas dicat hæc Dominum interrogasse, cùm esset solus orans, non debet videri contrarium ei quod Marcus dicit eum interrogasse in via, cùm intelligi possit ipsum etiam in via orasse: aut postquam alicubi orasset, tum reuersum ad discipulos, interrogasse eos inter eundum. Non querit autem, Quẽ me dicunt Scribæ & Pharisæi, sed Quem dicunt homines, &, vt habet Lucas, turbæ, quia Scribarum & Pharisæorum sententiam de Christo nõ opus erat refellere, vtquę ipsius C operibus per se nimis apertè redargueretur. Turbarum autem & vulgi opinio, quæ à malitia libera erat, & videri poterat aliquid habere probabilitatis, corrigenda erat. Quærit ergo: Quem dicũt homines esse filium hominis. Sic enim cum D. Hieronymo magis legendum puto in Matthæo: quàm quomodo Græca iam habet, quomodo quidam vult libros nostros esse corrigẽdos Quem dicunt esse homines filium hominis. Solet enim Dominus dum se filium hominis vocat, loqui de se in tertia persona, vt videri possit illud, me, additũ in Matthęo ex aliis Euangelistis. Nec probandũ videtur quòd articulus additus in Græcis adϯὲϱ, id est filium, explicetur, per pronomen, illum, vt sit, filium illius ho D minis. Sic enim significatur Dominum loqui voluisse de se, quatenus ab aliis, nempe prophetis demõstratus, aut quasi singulari ratione ab aliis hominibus separatus, cùm humilitatis causa semper se filiũ hominis vocet. Itaque additus articulus Græcis, tantum significat ipsum non loqui de quouis filio hominis, sed certo, nempe se

]A TILL I[b] RESPONDERVNT: [b] ILLI, [c]ETIDIXERVNT: [a]ALII [1]IOANNEM BAPTISTAM, ALII, &c.]Erant in populo, idq; non pauci, qui Iesum crediderunt esse Christum propter mira opera quæ ædebat, quod illa appellatio filij Dauid, qua à pleriſq; fuit inuocatus, satis testatur. Sed apud promiscuum vulgus semper plus obtinẽt opiniones minus sanæ. Itaq; quoniam Dominus neq; ipse palam profiteretur se esse Christum, neq; regalem illam pompam præ se ferebat, in qua plerique Christum apud Iudæos regnaturum expectabant, à paucis id quod re vera erat: Christus Dei filius, habitus est. Et tamen propter miraculorum multitudinem & magnitudinẽ videbant non quemuis esse, sed aliquem præcedentium prophetarum esse, existimabant, qui in carnem reuersus esset, & ex vita illa diuiniore maiorem potestatem secum attulisset. Crediderũt enim Iudæi remigrationem animarum, vt dictum est circa cap. Concordiæ 16. & 56. sicut & hodie multi Iudæorum credere dicuntur, tertiò vnunquemq; renasci. Quidam ergo Ioannem Baptistam esse credebant, vt qui Herodis sententiam sequebantur. Alii Eliam, quòd scirent tempus Messiæ iam instare, intra quod prædixerat Malachias venturum Eliam, sicut ipsi intelligebant. Alii verò Hieremiã, fore quòd tam liberè inuehereturr in scribas & Pharisæos, quemadmodum fecerat olim Hieremias. Ex Iosepho filio Goriõ, qui descripsit Hebraicè historiam Iudaicarum rerum à captiuitate Babylonica vsq; ad Pilatum, licet colligere rationem quare de aduentu Hieremiæ fuerit apud Iudæos opinio. Dicitur enim lib. 1. cap. 17. Hieremias cùm arcam abscondisset (de quo &. 2 Machab. 2.) dixisse: Non sciet homo, neq; cognoscetur locus, donec venero ego, & Elias prophera famulus Domini, tunc restituemus arcam in locum suum intra sancta sanctorum. Alii indefinitè vnum aliquem antiquorum prophetarum esse credebant in carnem reuersum. Circa quas vulgi varias opiniones obseruãdum, & quomodo vulgus semper magis pronum sit ad le quendum falsa, quàm amplexandum veritatem, & quàm multiplex sit falsitas, nec secum aliquo modo constans, cùm veritas sit simplex & vnica. Deinde quàm rectè dictum sit à Poeta: Scindicitur incertum studia in contraria vulgus.

]DICIT ILLIS IESVS, [1]VOS AVTEM QVEM ME ESSE DICITIS? RESPONDENS. &c.] Postquam discipuli turbæ opiniones recitassent, euocat eos per secundum interrogationem ad opinandum aliquid maius de se. Est autem emphasis in pronomine, vos. Separat enim eos à turbis, significétq; eos meritò aliam eamque constantem de se debere habere existimationem. quasi dicat: Illa quidem de me turbæ opinantur, sed vos qui mecum estis semper, qui & miracula plura vidistis, & doctrinam meam indesinenter audistis, quem me esse dicitis? Profundius vero D. Hieronymus philosophatur in pronomine, vos, ac si significari intelligit Apostolos non tam homines Christo dici quàm deos, quia cùm dixisset, quem dicunt homines; iam subiecit: Vos autem, quasi extra hominum numerũ eos seperans. Deinde notat in priori quæstione dictum esse, filum hominis: in hac vero, me, quia, inquit, qui de filio hominis loquuntur homines, sunt: qui vero diuinitatem eius intelligunt, non homines, sed dij appellantur. Porro quando Dominus de plebis opinione interrogat, omnes respondent, diuersis scilicet diuersorũ opiniones referentibus, sed omnibus discipulis interrogatis, Petrus, fere semper aliis feruẽtior (quod diuina dispensatione ita factum est, propterea quod primus Apostolorum & caput futurus erat) tanquam os Apostolorum pro omnibus respondet, dicens: Tu es Christus filius Dei viui. Vbi notãdum, singulis istis quatuor dictionibus; Christus filius Dei viui; addi articulos, idq; non ociosè. Nam articulus additus ad, Christus, significat eum non dici Christum, sicut in veteri testamento plerique, reges scilicet, sacerdotes, & prophetæ: sed ipsum esse illum singulariter expectatum Messiam. Sic & additus articulus ad, filius, significat ipsum singulari ratione dici filium Dei, & non sicut omnes sancti. Porro articuli additi ad, Dei & viui, vel, vt habent Græca, viuentis, significant eum non cuiuslibet Dei esse filium. Nam sunt & gẽtibus sui dij & deorum filij, sed veri Dei, nempe eius qui solus dicere potest: Viuo ego; quiq; solus habet immortalitatem, cùm gentium dii sint mortui. Nã per illud epitheton,

epitheto, viui, & alibi frequenter in scripturis Deus A verus à diis gentium secernitur. Notandum autem quod Petrus duo dixerit, & ipsum esse Christũ, & esse filium Dei. quamuis vtrunque in altero includatur. Christum enim dicit, contra turbæ varias opiniones. Filium verò Dei, quia Dominus ipse se filium hominis vocauit. Quasi dicat: Alij alium & alium te esse opinantur. Nos te Christum esse confitemur. Tu te filiũ hominis vocas, nos verò etiam filium verum veri Dei. Et ideo solus Matthęus adiecit in Petri responsione illud, filius Dei, quia ipse solus Dominum induxit se in sua quæstione vocantem filium hominis. Lucas autem Petrum dixisse refert Christum Dei, id est, qui à Deo est vnctus. B Nam sunt & vnctitij hominum.

]RESPONDENS AVTEM DIXIT EI: BEATVS ES SIMON BARIONA, &c.] Beatum Christus Petrum, hoc est, fœlicem pronunciat, eo quòd singulari patris cœlestis beneficio & gratia cognitionem filij est assecutus, quam ab omnibus accipere non potuit. Beati enim in scripturis dicuntur, quibus aliquid peculiari Dei beneficio & indebita gratia contingit, maximè si illud pertineat ad vitam æternam. Sic beati dicuntur, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus, inquit, es, quia hanc C cognitionem ex sola patris mei cœlestis reuelatione accepisti. Non enim caro & sanguis, hoc est, parentes tui aut necessarij, aut vlli omnino homines hoc tibi docuerunt, tibique persuaserunt, sed pater meus cœlestis. Nemo enim nouit filium nisi pater. &: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me, hoc est, credit in me. Beneautem Dominus beatum Petrum pronuncians, Simonem vocat, & Bariona, id est, filium Ioæ idque primùm ob distinctionem eius ab aliis. Vice enim agnominis, quo carent Hebræi, ponitur, Bariona, Hebræorum more. Secundò, vt sic magis eluceſcat eius beatitudo, quia qui filius ho- D minis tantum prius erat, iam etiam factus sit discipulus patris Christi, id ab eo discens, quod à suo patre aut ab vllo homine discere nõ potuit. Et qui Simon tantum vocatus erat, iam ob singularem eius beatitudinem, etiam alio nomine quod eius beatitudinem & excellentiam indicaret, vocandus esset. Perinde enim est ac si quis homini plebeio in aulam regis ascito, & singularem eius gratiam assecuto dicat: Fœlix tu quidem huius vel illius filius, quoniam rex te singulari donauit beneficio, dicerisque post hac regni cancellarius, aut alio quodam authoritatis nomine. Ibi enim & proprij nominis & parentis plebei commemoratio fœ licitatem apertius commendat & subindicat. De- E inde secundùm Chrysostomum adiecit Dominus, Bariona, vt significaret se sic esse filium Dei viui, quomodo Petrus fuit filius Ionæ, hoc est, filium naturalem. Porro illud Bariona, duæ sunt dictiones, quarum Bar Chaldaica est, significans filium, qui Hebraicè dicitur Ben: Iona verò nomen fuit patris Petri, quamuis breuitatis causa (vt fere Hebræi nomina propria abbreuiant, dum multas habent syllabas) Iona dictum sit pro Ioanna. Sic enim scribitur Ioannis vltimo ἰωαν̃α, pro quo nos legimus Ioannis, cùm Ioannis primo scribatur ἰωαν̃ου, vbi & nostri libri correctiores habent, filius Iona, quamuis aliqui habeant Ioanna. Potest autem & mysterii significandi causa intelligi Dominum commemorasse nomen illud, Simon, & patris item nomen. Simon enim obediens dicitur, Ioanna verò gratia Dei, Iona columba. Itaque bene iam Simon dicitur & filius Iona, vel Ioanna, quia patris reuelationi obediuit, tactus filius gratiæ Dei & Spiritus sancti. Bene item carnis & sanguinis hic Dominus mentionem ingerit, significans per hæc homines, quemadmodum & Paulus & Galatas primo dicens: Continuò non acquieui carni & sanguini; vt hac ipsa appellatione eluceſceret homines non potuisse hoc illi reuelare. Quomodo enim id quod caro est & sanguis diuinitatem alicuius agnoscere per se, & alios docere posset? Caro enim per se tantum carnalia cognoscit. Diuus Hilarius autem per carnem & sanguinem significat se intelligere carnem & sanguinem Christi, vt sit sensus: caro mea & sanguis non reuelauit tibi, hoc est, quod de me cognoscis, non percepisti ex his quæ oculis tuis corporalibus in carne mea vidisti. Sic enim habet Hilarius Beatus, hic, quia vltra humanos oculos intendisse & vidisse laudatus est, non id quod ex carne & sanguine est continens, sed Dei filium cœlestis patris reuelatione conspiciens. Hæc ille. Quæri autem hic potest primum quare modò Dominus Petrum beatum dicit, cùm prius Ioannis 6. idem confitentem, non diserit beatum, nec alios item sic laudauerit, confitentes ipsum esse Christum & filium Dei. Nam & Nathanael in ipso principio ante conspecta miracula quæ modò viderat Petrus, dixit: Tu es filius Dei tues rex Israel; quod idem est cum eo quod hic Petrus confitetur. Deinde cur nunc Petrum peculiariter beatum pronũciat, cùm eandem fidem omnes Apostoli aut pene omnes videantur de Domino habuisse, cùmque Petrus omnium nomine videatur respondisse, sicut Dominus non Petrum solum, sed Apostolos omnes interrogauit, dicens: Vos autem quem me esse dicitis? Hinc enim apparet ipsum pro omnibus respondisse, quod aperte etiam Chrysostomus asserit, hoc loco sic scribens: Quando Dominus de plebis opinione interrogat, omnes respondent: sed omnibus discipulis interrogatis, Petrus tanquam Apostolorum os & caput pro omnibus respondet. Certè ex hac eiusmodi argumentatione hodie plerique colligunt hanc beatitudinem non pertinere ad solum Petrum, sed sicut Petrus omnium nomine respondit, ita etiam hæc à Christo ad illum dicta, ad omnes in illo esse dicta, contra quos postea latius. Ad primum horum duo sunt respondenda. Primum, quòd reliqui qui Dominum, Christum & filium Dei confessi prius fuerant, non habuerunt tam perfectam de ipso opinionem quam modò habuit Petrus. Nam Christũ eũ confitentes non habuerunt de illo opinionem supra communem illam Iudæorum opinionem carnalem de expectato illis Messia, quem putabant regnaturũ in hoc mundo carnaliter, & in magna mũdi gloria. Et filium Dei prædicantes, non naturaliter Dei filiũ existimabant, sed quomodo sancti omnes Dei filii dicuntur, quamuis singulariter interfactos omnes cum Dei filium esse crederent ob eximiam eius sanctitatem. Petrus verò eum naturalem Dei filium hac confessione prædicauit, quẽadmodum testatur D. Hilarius lib. 6. de Trinitate, locum hunc excutiens: Interrogo, inquit, quid illud sit, quod Petro neque caro, neque sanguis reuelauit, sed pater qui in cœlis est. Generalis professio.

Mystica nominum Petri interpretatio.

1. an. 1.

Ioan. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

professio quid habet meriti? aut quæ reuelationis A
est gloria in publica cõscientia? Si ex adoptione est
filius, vnde hæc in Petro beata confessio est, hoc fi-
lio deferente quod est commune sanctorum? Vltra
humanam autem intelligẽtiam se fides Apostolica
protendit. Et post pauca: Quid istud est quod nunc
in Petro pater reuelat, quod beatæ cõfessionis glo
riam sumit? Nunquid patris & filij nomen nesciebat? Atqui frequenter audierat. Sed loquitur quod
vox humana nondum protulerat; Tu es Christus
filius Dei viui. Nam tametsi in corpore manens,
Dei filium se esse professus, tamen Apostolica fi-
des nunc primùm in eo naturam diuinitatis agno-
uit, & cætera quæ sequuntur eodem spectantia. Di- B
cendum secundò, quod non tunc cùm, vt scribitur
Ioan. 6. Petrus diceret: Et nos credimus, & cogno-
uimus quia tu es Christus filius Dei; beatus dictus
est, vel quia non tam excellentem adhuc de Domi-
no habuit existimationem quàm modo: vel potius
tum quia omnes id credere asseruit quod non om-
nes tunc credere Dominus ibi ostendit, tum quia
non interrogatus de fide quam haberet, Christum
confessus est. Iam verò cum interrogatus de fide,
synceram illam & sublimem, ac reliquorũ omnium
hominum existimationem excedentem liberè pro-
fiteretur, tempus & locus exigebat vt beatus pro- C
nunciaretur, maximè cùm eo fine Dominus iam in
terrogasset omnium de se existimationem, vt reie-
ctis falsis opinionibus rectam de se fidem in Apo-
stolis confirmaret. Ex quibus etiam patet quid ad
secundam quæstionem principalem sit respondendum, nimirum Petrum, si propriè loquamur, non
respondisse pro omnibus, quemadmodum fecerat
supra Ioan. 6. quando eius responsio à Domino nõ
tam est approbata quàm correcta: sed suam fidem
pro se professum esse, vt qui aliorum fidem cogno
scere non potuerit, eò quòd cordis secreta nõ pos-
set rimari, nec consultatione aliqua præuia ab aliis
acceperit quid omnium nomine respondendũ es-
set. Itaq; quamuis Dominus pluraliter omnes in-
terrogaret: Vos autem quem me esse dicitis; non ta
men quemadmodum suprà respondet? Nos credi- D
mus & dicimus quia tu es Christus filius Dei viui;
sed cæteris silentibus, & fortè dubitantibus quid
esset respondendũ, solito fidei feruore omnes præ-
ueniens, ac veluti cauere volens ne quis indignam
Domino proferret sententiam, suam pro se senten-
tiam proloquitur, quam omnes sequi & approbare
optaret. Cùm enim Dominus turbæ opinionem ab
Apostolis interrogaret, omnes aliorum opinionem
respondere potuerunt, quam quisq; à diuersis an-
diuerat: verùm cùm propriam eorũ opinionem in-
terrogaret, nemo vnus omnium nomine loqui po-
tuit, nisi qui corda omnium nouisset, aut consulta-
tione præuia eorum sententiam ab omnibus didi-
cisset, quam consultationem hic præcessisse impro-
bum fuerit dicere. Suam ergo suo nomine Petrus E
protulit sententiam & fidem, quam certum est ex
verbis Domini nõ fuisse in omnibus Apostolis: ve-
risimile quoq; ex verbis Domini iam dictis Petro,
eandem nunc saltem tam perfectam non fuisse ni-
si in solo Petro. Cùm enim singulariter Dominus
Petro dicit: Pater meus reuelauit tibi; satis signifi-
cat aliis nõdũ sic reuelasse quomodo Petro. Quod
cõfirmat D. Hilarius sic scribens loco prædicto, vbi
hæc verba expendit: In cunctorum (inquit) Aposto
lorum silentio, Dei filium reuelatione patris intel-
ligens, vltra humanæ infirmitatis modum, super
eminentem beatę fidei suæ confessione locum pro
meruit. Quibus verbis aperte significat soli Petro
id reuelatũ fuisse modò, ac per eam singularem fi-
dem consequutum locum supereminentiorem aliis
Apostolis. Quod autem Chrysostomus & alij non-
nunquam dicant Petrum fuisse os Apostolorum, &
omnium nomine respondisse, non sic accipiendum
quasi id responderit quod omnes sentirẽt: sed quia
cum omnes interrogati essent, ipse solus respon-
derit quod omnes eorum aut penè omnes sentire pu-
tabat, & quod omnibus respondendum fuisset.

ET EGO DICO TIBI, QVIA TV ES PETRVS, ET SVPER HANC PETRAM, &c.

Post commendatam Simonis cõfessionem & bea-
titudinem quam à patre acceperat, adiungit & pro
missionem supereminentiæ & dignitatis quam a
se erat accepturus propter hanc confessionem. No
tandum autem quod dicat: Et ego; quasi dicat: Si-
cut tu dixisti mihi, Tu es Christus: ita ego vicis-
sim dico tibi, quia, id est, quòd tu es Petrus. Qui-
bus verbis quidam intelligunt iam à Christo im-
positum Simoni nomen Petrus, antea ei promis-
sum, cùm diceret Dominus Ioan. 1. Tu vocabe-
ris Cephas, quod interpretatur Petrus. Alij cum
August. intelligũt nomẽ Petrus antè illi impositũ,
nunc confirmatum esse, & nominis prius impositi
rationem iam explicatam, cùm subditur: Et super
hanc petram ędificabo Ecclesiam meam. Circa quę
verba videndum quid per petram hanc, super quam
Dominus dicit se ædificaturum suam Ecclesiam, sit
potissimùm intelligendum, maximè ob contentio-
sos quosdam nostræ tempestatis homines. Cùm
enim communiter etiam ab antiquissimis & om-
nibus catholicis scriptoribus per petram hanc Pe-
trus ipse intelligatur, ac inde colligatur Petri in-
omnes Apostolos primatus, quem in tota Ecclesia
eius in sede Romana successores hæreditario iure
obtineant, quidam hunc primatũ in Petro aut suc-
cessoribus eius tollere cupientes, omnibus neruis
hunc non esse necessarium, nec genuinum huius lo
ci sensum ostendere conantur. Et imprimis Augu-
stinum proferunt, qui doceat per petram hãc Chri
stum ipsum intelligendum esse, scribens sic super
Ioãnem tractatu vltimo: Ecclesia fundata est super
petram, vnde & Petrus nomen accepit. Non enim
à Petro, petra: sed Petrus à petra: sicut non Chri-
stus à Christiano, sed Christianus à Christo voca-
tur. Ideo quippe ait Dominus: Super hanc petram
ædificabo Ecclesiã meam; quia dixerat Petrus: Tu
es Christus filius Dei viui. Super hanc ergo, in-
quit, petram quam confessus es, ædificabo eccle-
siam meam. Petra erat Christus, super quod funda-
mentum etiam ipse ædificatus est Petrus. Funda-
mentum quippe aliud nemo potest ponere, præ-
ter id quod positum est, quod est Christus Iesus.
Vnde idem Augustinus cùm in lib. quodam contra
epist. Donati interpretatus fuisset Petrum esse pe-
tram, in qua fundata sit Christi Ecclesia, locum il-
lum sic retractat in libro Retractationum priore,
capite vigesimoprimo. In hoc libro, inquit, dixi in
quodam loco de Apostolo Petro, quod in illo tan-
quam in petra fundata sit Ecclesia; qui sensus etiã
cantatur ore multorum in versibus beatissimi Am-
brosii, vbi de Gallo gallinaceo ait: Hoc, ipsa petra
Ecclesiæ, canente culpam diluit. Sed scio me post-
ea sępissime sic exposuisse quod à Domino dictum
est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædifica-
bo ecclesiam meam; vt super hunc intelligeretur
quem

quem confessus est Petrus dicens: Tu es Christus A
filius Dei viui; ac si Petrus ab hac petra appellatus
personam ecclesię figuraret, quę super hanc petram
ædificatur: & accepit claues regni cœlorum. Non
enim dictum est illi: Tu es petra, sed tu es Petrus:
petra autem erat Christus, quem confessus Simon,
sicut eum confitetur tota ecclesia, dictus est Petrus.
Harum autem duarum sententiarum quæ sit proba
bilior, eligat lector. Hæc ille. Quæ Augustini loca
nouatores huius temporis diligenter annotauerũt,
ac subinde ea proferunt, approbantes quidem Au-
gustini sententiam, eatenus quatenus significat se
malle per petram non intelligere Petrum: sed ta-
men fere non sequentes eum, in eo quod per pe- B
tram vult intelligẽdum esse Christum, quòd dutior
& coactior videatur interpretatio, subintelligere su
per hanc petram, quam confessus es, & ob id per
Petram, fidem ipsam in Christum quam professus
fuit Petrus, intelligere malentes, super quam ædifi-
cata ecclesia, firma persistit contra omnes aduersa-
rias potestates. Et huius suæ interpretationis au-
ctores proferunt quosdam antiquorum patrum. Et
imprimis Hilarium, qui lib. 6. de Trinitate loco su-
perius citato sic habet: Super hanc igitur confes-
sionis petram, ecclesiæ ædificatio est. Et post pauca
loquens de fide Petri, quam hic confessus est: Hæc
(inquit) fides ecclesiæ fundamentum est, per hanc
fidem infirmæ aduersus eam sunt portæ inferorum. C
Hæc fides regni cœlestis habet claues. Hæc fides
quę in terris soluerit aut ligauerit, & ligata sunt in
cœlis & soluta. Sic ille. Afferunt & Cyrillum lib.
4. de Trinitate sic scribentem: Petram opinor per
agnominationem, aliud nihil quàm inconcussam
& firmissimam discipuli fidem vocauit, in qua Ec-
clesia Christi ita fundata & firmata esset vt non la-
beretur, & esset inexpugnabilis inferorũm portis
imperpetuum manens. His addunt & Chrysosto-
mum & Theophylactum: quorum ille in hunc lo-
cum scribens, Petram interpretatur fidem & con-
fessionem: iste verò sic habet, Quia confessus erat
eum Dei filium Petrus, dixit quòd hęc confessio
quam confessus est, fundamentum erit futurum
credentium, ita vt omnis homo extructurus fidei D
domum, hoc iacturus sit fundamentum. Probant
autem etiam rationibus Petrum non posse intelligi
petrã super quam ædificata est Ecclesia, nempe eis
quę mouerunt Augustinum, vt magis in aliam in
clinaretur sententiam, qua per petram Christus in-
telligeretur, nimirum quia Paulus dixit: Funda-
1. Cor. 3. 1. Cor. 10 mentum aliud nemo potest ponere, &c. &: Petra
erat Christus; & quia non est dictum Simoni: Tu
es Petra, sed tu es Petrus; vnde volunt nomen, Pe-
trus, sic esse deriuatum à petra, vt Petrus sit qua-
si petreius, ac si quis à lapide lapidonem diceret,
aut à saxo saxeum. Et magis adhuc confirmant de-
bere aliud intelligi per Petrum & per petram, quia
dixit Dominus ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, id est, super
hanc petram, non ἐπὶ τούτῳ πέτρῳ, id est, super hunc E
petrum, cùm tamen saxum Græcis æquè dicatur
πέτρος atque πέτρα. Verùm contra hos per pe-
tram hanc debere intelligi ipsum Petrum, primum
quidem planus literę contextus demonstrat. Cùm
enim pronomen, hanc, demonstret aliquam pe-
tram de qua fuit sermo, nec de alia petra habitus
est sermo quam ea qui dictus est Petrus, satis li-
quet aliam petram non monstrari per pronomen,
hanc. Ex mutatione autem generis quàm nihil po-
test colligi euidens erit, si cogitemus Christum nec
Græcè, nec Latinè hęc dixisse Simoni, sed linguã
tunc Iudæis vulgari, nempe Syriaca. Non enim
Dominus ei imposuit nomen Græcum, Petrus, sed
quemadmodum patet ex Ioannis primo capite no-
men Cephas, quod Syriacum magis est quàm He-
braicũ, nisi quòd à Græcis est addita litera s. Nam
Hebraicè petra dicitur Ceph, Syriacè verò Ce-
pha, quod nomen in Bibliis Chaldaicis ferè posi-
tum est, vbi in Hebraicis est סלע Selagh, vt Psal.
39. Et statuit super petram pedes meos; & aliis lo-
cis, etiam his quibus mystícè per petram Christus
significatur, vt Numer. 20. vbi dicitur Deus dedis-
se Hebræis aquam de petra, quam Paulus inter-
pretatur significasse Christum. Si ergo cogitemus
Christum dixisse pro Petrus & hanc petram, Tu es
Cepha, & super hanc cepha ædificabo Ecclesiam
meam; quomodo certum satis est eum dixisse, vt
iam patet ex Syriaco euangelio, nemo non mox cer
tissimum esse videbit, aliud non esse intelligen-
dum per id super quod dicitur ędificanda Ecclesia,
quàm eum cui dictum est, Tu es Cepha. Sicut si
apud nos diceretur, Tu es saxum, & super hoc sa-
xum ædificabo; aliud nemo intelligeret significari
per saxum & per hoc saxum. Istud si perpendisset
Diuus Augustinus, non iudicasset esse dubitandum
quid per petram debeat intelligi, sed certissimum
habuisset, per petram debere intelligi Petrum. Sic
enim dicit: Non enim dictum est ei, Tu es petra,
sed tu es Petrus, significans se non dubitaturum,
si dictum fuisset ei; tu es petra; quomodo dictum
esse Simoni in ea lingua qua Dominus vtebatur,
ex dictis est luce clarius. Cepha enim petra inter-
pretatur & saxum, quamuis Græci maluerunt com-
mutando nomen Syriacum in Græcum dicere Pe-
trus quàm petra, quòd masculinum πέτρος, magis
viro conueniat, quàm fœmininum ἡ πέτρα, cum a-
lioqui vtrunque nomen illis idem significet. Quod
autem interpres Matthęi Græcus, quisquis is fuit,
mutauit genus, hinc videtur factum, quod sicut
pro nomine proprio viri magis conuenit masculi-
num, Petrus: ita dum appellatiuè saxum signifi-
candum est, magis apud eos receptum est dicere
ἡ πέτρα quàm ὁ πέτρος. Porrò hanc loci istius intelli-
gentiam, quam primùm contextus literę indicat, ac
deinde certissimam facit idioma quo Christus est
vsus, postremò confirmat etiam concors omnium
patrum interpretatio, quorum omnium sententias
quoniam prolixum esset afferre, & alij, inter quos
maximè Pighius libr. 3. de Ecclesiastica Hierarch.
eas prolixè citant, aliquot tantùm in medium pro-
ducemus. Itaque Tertullianus Apostolorum tem-
poribus vicinus lib. de præscriptione hæreticorum
sic habet: Latuit aliquid Petrum ædificandę Eccle-
siæ petram dictum, claues regni cœlorum consecu-
turum? &c. Origenes in Matthæum de Canone
noui testamenti: Petrus, inquit, super quem Chri-
stus fundauit Ecclesiam, duas tantùmmodo epi-
stolas scripsit. Iterum homil. 5. super Exodum: Ma-
gno illi Ecclesiæ fundamento, petræque solidissi-
mę, super quam Christus fundauit Ecclesiam suam,
vide quid dicatur, Modicæ fidei quare dubitasti?
Sic & Cyprianus in variis locis super Petrum di-
cit fundatam Ecclesiam. In epistola ad Iubaia-
num: Manifestum est, inquit, vbi & per quos remis-
sio peccatorum dari possit. Nam Dominus pri-
mùm Petro, super quem ædificauit Ecclesiã suam,
& vnde vnitatis originem instituit & ostendit, po-
testatem istam dedit. Et infra in eadem: Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiam suam,quæ vna est,fundauit super vnum. A
Iterum ad Cornelium: Petrus, super quem ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia, vnus pro omnibus loquens,& Ecclesiæ voce respondens ait: Domine ad quem ibimus? &c. Basilius lib.2.aduersus Eunomium: Per hanc,inquit, vocem intelligimus Ionæ filium qui fuit ex Bethsaida,Andreæ fratrem, qui ex piscatore in Apostolatus ministerium vocatus est. Qui quoniam fide præstabat, Ecclesiæ in se ædificationem susce pit. Ambrosius in sermone ad commissam sibi Ecclesiam de natali Petri & Pauli: Diximus,inquit, frequenter ipsum Petrum à Domino Petram nuncupatá,sicut ait: Tu es Petrus B
& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Longum nimis esset & supernacaneum cæteros adducere,cùm ex his Græcis & Latinis patribus satis pateat quæ fuerit ab initio Ecclesiæ semper in his verbis intelligentia. Quod autem aduersarij imprimis quidem D.Augustinum, eiusque rationes pro se adferunt,dicendum Augustinum quidé nusquam asserere, non posse intelligi Petrum esse petram supra quam ædificanda sit Ecclesia,sed expendendum relinquit,vtrum sensum ex duobus quos ponit quis amplecti debeat, liberum studioso faciens vtrum amplecti malit. Rationes autem quæ mouent eum vt significet se malle per petram intelligere Christum,parum sunt efficaces. Nam quod mouet eum quia non est dictum: Tu es petra, sed Petrus,prius solutum est. Quod autem affert ex Paulo de fundamento,nihil etiam vrget, cùm Paulus de primo loquatur fundamento cui omnes innituntur, cui & Petrus innitebatur. Alioqui enim & Apoc.21.duo-
Ephes.2. decim fundamenta ciuitatis nouæ Hierusalem dicũ tur esse duodecim Apostoli,& Paulus ipse Ephesios ædificatos dicit super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Cæterùm authoritates quas affetunt aduersarij ex Hilario, Cyrillo, Chrisostomo, & Theophylacto,nec illis patrocinantur,nec communi intelligentiæ quicquam obsunt, sed eandem omnino cõfirmant. Nam præterquam quod in aliis scriptorum suorum locis aperte dicunt super Petrum fundatam Ecclesiam, etiam illis locis hoc dicunt,in quibus interpretantur petram,fidem & cõ-
fessionem Petri. Et fidem quam intelligunt esse pe- D
tram quæ sit fundamentum Ecclesiæ, non intelligunt quemadmodum aduersarij, fidem cuiusuis hominis,aut fidem in genere acceptam, sed singulariter fidem ipsius Petri,quam quandoque dicunt petram & fundamentum Ecclesiæ: aliquando ipsum Petrum,eo quòd hæc duo in idem coincidant, propterea quòd Petrus petra sit dictus & fundamentũ, ratione suæ fidei solidæ. Quo modo hos patres esse intelligendos patet euidenter ex Theophylacto,qui sic in hunc locum scribit: Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quòd super eum ædificauit Ecclesiam. Quia enim cõfessus erat eum Dei filium Petrus, dixit quòd hæc confessio fundamentum erit futurum credentium, &c. Ex E
quibus verbis patet Theophylacto idem esse,Ecclesiam fundatam esse super Petrum, & supra illius fidem & confessionem. Idem patet ex Chrysostomo, qui postquam exposuisset,petram, hoc est,fidem & confessionem,adiecit: Hic aperte prædixit magnam eorum qui crediturí & erant & sunt multitudinem fore,& sublimiora ipsum sapere facit,& Ecclesiæ pastorem constituit. Ecce his verbis: & super hanc petram ædificabo,intelligit ipsum constitutum pastorem Ecclesiæ. Et mox subiicit, Alium deinde honorem ei præbet, cùm dicit; & ego dabo tibi claues regni cœlorum. Intellexit ergo illis verbis; & super hanc petram, &c. quendam honorem illi delatum, quod non erit,si intelligas significari super fidem in genere fundatam Ecclesiam. Et tandem concludens dicit: Tu verò mecum ex his omnibus quanta sit potestas eius intellige. Ego tibi dico,inquit: Tu es Petrus, & super te ædificabo Ecclesiam meam. Idem obseruare licet in locis citatis ex Hilario & Cyrillo, quorum ille in Matthæum super hoc loco scribens apertè interpretatur per petram Petrum, eumque fundamentum vocat,quamuis aliquis parum syncerus annotauerit in margine in libris à Frobenio excusis, Ecclesiæ fundamentum fides; cùm tamen sic scribat: Dignus iudicatus (de Petro loquitur) qui quod in Christo Dei esset primus cognosceret. O in nuncupatione noui nominis fœlix Ecclesiæ fundamentum, dignaque ædificatione, illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. O beatus cœli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, &c. Quomodo quæso his verbis significatur, quemadmodum notatur in margine, Ecclesiæ fundamentum esse fidem, & non potius ipsum Petrum? Cyrillus verò etiam apertius sic interpretatur libr. 2. Comment. in Ioannem circa illa verba; Tu vocaberis Cephas; sic scribens: Nec Simon fore iam nomen sibi,sed Petrus prædicit, vocabulo ipso C
commodè significans, quod in eo,tanquam in petra lapidéque firmissimo, suam esset ædificaturus Ecclesiam. Hęc ille. Ex quibus paret horum patrum sententiam cum reliquis consonam esse,nec eos fidem vocare Ecclesiæ fundamentum, nisi Petri fidem,propter quam sicut Petrus dictus est,ita quoque petra & fundamentum Ecclesię. Etsi enim singulorum fides rectè dicatur fundamentum spiritualis ędificij, quod fidelis quisque sibi ędificat per virtutum operationem, totius tamen Ecclesię Christianę fundamentum, nullius fides dici potest nisi solius Petri, qui primus inter Apostolos hãc fidem in Christum ex patris reuelatione accepit & professus est, quam excipiens ab eo tota fidelium Ecclesia contra omnes aduersariorum insultus fixa perseuerat. Itaque sicut Abram per suam fidem in Deum,factus est Abraham,hoc est pater multarum gentium, quę illius fidem erant imitaturę: ita Simon per suam fidem factus est Petrus, hoc est, saxum,cui inędificanda erat fidelium Ecclesia,quę illius fidei innixura erat, illiusq; fidem exceptura ac imitatura. Ex quibus etiam satis consequi videtur, non sic quod dicitur de ædificanda Ecclesia super Petrum, pertinere ad successores ipsius Petri in sede Romana,sicut ad ipsum Petrũ. Successores enim sicut capita sunt Ecclesię Christianæ totius quæ illis in episcopatu existentibus est in terris: ita etiam sunt fundamenta & primi lapides, super quos Ecclesia in terris existens fundatur. Petrus verò non solùm fuit fundamentum fidelium qui cum ipso fuerunt in terris,sed totius omnino Ecclesiæ fidelium, qui post eum vel crediderunt, vel crediturí sunt in Christo. Vnde quanquam quę sequũtur Petro promissa: Et tibi dabo claues regni cœlorum, &c. æquè pertineant ad Petri successores, atque ad ipsum Petrum, vt pòst dicetur, hæc tamen promissio; ædificabo Ecclesiam meam super te; propriè ad ipsum Petrum pertinere videtur, sicut illi proprium est nomen Petrus, & non commune cum successoribus, cuius nominis ratio explicatur his verbis; & super

per hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

ET PORTÆ INFERI NON PRAEVALEBVNT ADVERSVS EAM.] Dixerat se Dominus ædificaturũ Ecclesiam suam supra Petrum,eiusque fidem: addit nunc quàm erit huiusmodi ædificium propter suum fundamentum stabile. *Et porta* (inquit) *inferi*, &c. Vbi videndum quid per portas inferi intelligi debeat. Quidam enim per portas has, vel vitia vel hæreticorũ doctrinas intelligũt, quòd per hęc electi homines ducantur ad tartarũ: alijdæmones ipsos singulos: alij tormenta persecutorum: sed vt non omnes in explicatione consentiunt, ita nec explicant satis rationem istius locutionis, qua portæ inferi dicuntur non prævaliturę Ecclesię Christi. Cuius locutionis ratio vt percipiatur, notandum quòd B
Dominus in superioribus verbis de Ecclesia sua loquitur tanquam de domo aliqua, aut ciuitate, dum dicit eam ædificandam supra petram. Huic ergo domo aut ciuitati in qua Dominus, quę Petrus regem & Messiam cõfessus erat, regnaturus erat, Dominus opponi veluti alteram ciuitatẽ in qua diabolus regnabat & regnat, quam Hebraica phrasi per portas inferi significat. Mos enim Hebræorum est, per portas ciuitates & regna
Gen 22. significare, vt in illo Geneseos: Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Itaque per portas inferi significat regnum satanæ, quod cõtrarium est regno Christi, quod est ecclesia, & sensus est; Regnum diaboli regno Christi variis modis infestum, illudque oppugnans nunc per blãdimenta voluptatum & amorem rerũ huius seculi, nunc per hæreticorum falsa dogmata, nunc per tyrannorum persecutiones, nunquam omnibus suis machinis & armis prævaliturũ Ecclesiæ Christi, subuertere posse. Vnde patet relatiuum, eam, referendum non ad petram, sed ad Ecclesiam, vt significetur duorum regnorum aut ciuitatum inter se contrarietas.

ET TIBI DABO CLAVES REGNI COELORVM.] Claues hic non propriè, sed metaphoricè accipi debere nemini dubium est, sed quid metaphoricè per claues sit intelligẽdum, incertum satis est. Communiter enim sequenti sententia; *Quodcunq; ligaueris*, &c. intelligitur explicari quid per promissas claues fit accipiendũ, ac ea sententia potestas remittẽdi vel retinendi peccata significari intelligitur. Ideoq; per claues regni cœlorum intelligitur fere potestas ligandi, & potestas soluendi, aut potestas discernẽdi, aut potestas absoluendi aut ligandi. Theophylactus enim explicans hunc locum in Matthęũ sic habet: Claues aut intelligas, quę ligant & soluunt, hoc est, delictorum vel indulgentias, vel pœnas. Habent enim potestatem remittẽdi & ligãdi, qui sicut Petrus episcopatus gratiá assecuti sunt. Hæc ille. Vnde satis patet eum per has claues intelligere potestatem soluendi, & potestatẽ remittendi. Et quidẽ rectè duæ hæ potestates dici possũt duæ claues regni cœlorum, vt quarum altera regni cœlorũ ianua aperiatur, altera verò claudatur. Recentiores verò Theologi fere intelligunt claues has esse potestatem discernendi inter peccatum & peccatum, quam vocant clauem scientiæ, & potestatẽ ligandi ac soluendi, quam vocant clauem potestatis quę duæ claues se habent tanquam duæ vnius ostij claues, quarum vna quidem non potest ostiũ A
aperire, sed tãtummodo viam parat, vt altera claue ostium statim aperiri possit. Sic enim hic potestas ligandi & soluẽdi est quasi secũda clauis, quæ seram aperit & ostium: & discernendi scięcia quasi prior clauis est, quę ostẽdit cui ostium sit aperiendum secunda claue. Verùm Theophylacti & aliorũ veterũ assignatio, præter alias causas hoc videtur conuenientior, quod magis Euangelicis verbis conueniat, si modò sequenti sentẽtia quæ sint claues regni cœlorũ sit intelligendum, quódque potestas ligandi & soluendi, discernendi scięntiam aut authoritatẽ in se cõprehẽdat & includat. Nec satis videtur vnde hũc assignãdi modũ recentiores desũpserint, nisi fortè à Rabano, qui sic habet. Claues autem regni cœlorum ipsam discretionem & potentiam nominat: potentiá, qua ligat & soluat: discretionẽ, qua dignos vel indignos discernat. Idẽ habet & Gratianus dist.20.in prin. In negotiis diffiniendis non solùm est necessaria scientia, sed etiam potestas. vnde Christus dicturus Petro: *Quodcunque ligaueris*, &c. prius dedit ei claues regni cœlorum. In altera dedit ei scientiam discernendi inter lepram & lepram, in altera potestatem eiiciendi aliquos ab Ecclesia, vel recipiẽdi. Et omnino videri potest hos authores istam sententiam mutuatos ex D.Hieronymo, qui in hũc locũ scribens, & comparans sacerdotes nostros cũ veteribus sic habet: Episcopus vel presbiter pro officio suo cùm peccatorũ audierit varietates, scit qui C
ligandus sit, quíve soluẽdus. Quibus verbis requiritur ad rectum vsum potestatis ligandi & soluẽdi scientia. Secundùm hunc autem modum intelligendum quod dicitur de clauibus regni cœlorũ & illud: *Quodcunque ligaueris*, &c. ea quę hic promissa sunt retro, non illi solùm, sed omnibus etiá Apostolis, episcopis item & sacerdotibus competunt. Vnde Theophyl. Quamuis autem, inquit, soli petro dictum sit, *Dabo tibi*; omnibus tamẽ & Apostolis concessæ sunt claues. Quando? quũ dixit, Quorumcũq; remiseritis peccata, remittũtur. Etenim quum dixit, *Dabo*, futurum tempus signat, nempe post resurrectionem. Sic & Rabanus. Hæc autem ligandi atq; soluendi potestas quamuis soli petro data videatur à Domino, tamẽ & cęteris Apostolis datur, necnon etiam nunc in episcopis atq; presbyteris omni Ecclesiæ. Sed ideo specialiter claues regni cœlorum & principatũ iudiciariæ potestatis petrus accepit, vt omnes per orbem credentes intelligant, quia quicũque ab vnitate fidei vel societatis illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuá possunt regni cœlestis ingredi. Hæc ille. Verùm quoniam sicut petro singulariter dictũ est, *Tibi dabo*; ita etiam ei singulariter aliquid promissum videtur quod reliquis non fuerit commune, sicut id etiá antiquissimi patres intellexerũt, ideo videtur quærendus alius huius loci intellectus & E
explicatio, vt illud etiá omittamus, quod per claues regni cœlorum non possit videri significatam tantùm esse potestatem cognoscendi de peccatis, eaque remittendi vel retinendi, eo quòd pleraque alia etiam pertineãt ad pastorale officiũ, quòd hic petro promissum omnes intelligunt. Nam, vt alios non commemoremus, in epistola Alexãdrinæ synodi scripta à D.Athanasio, cæteriśq; episcopis Ægyptiorum, dicitur inter cætera potestatẽ hic promissam, petro & successoribus eius sintẽ hic promissam, petro & successoribus eius singulari esse priuilegio concessam. Itaque per claues

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per claues quid intelligendum

regni cœlorum petro promissas rectius intellexerimus metaphoricè significatam plenariâ ac suprema potestatem gubernâdi Ecclesiâ Christi. Cuius metaphoricæ locutionis ratio est, quòd suprema potestas domus, sicut & vrbis, penes eum est, cuius est suprema potestas clauiũ, hoc est, cuius imperij est intromittere in ædes vel vrbẽ, aut excludere ædibus vel vrbe quos vult. Et cui claues domus traduntur, ei totius similiæ ac domus cõmittitur administratio. Sic & principibus, cùm intra suas ciuitates recipiuntur, offeruntur ciuitatis claues à ciuibus, quo recognoscũt se agnoscere penes illum esse summam ciuitatis potestatem. Hinc cũ Dominus Isaiæ 22. pollicereturEliacim filio Helchiæ, ministro regnis Exechię, summâ in aula regis & ciuitate Hierusalem potestatẽ, dicebat per Isaiam: Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiẽt, & nõ erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat. Præmiserat enim illic loquens de hoc Eliacim ad Sobna, qui supremus aulæ regiæ moderator erat, & deiici ea potestate debebat: Et expellam te statione tua, & de ministerio tuo deponã te. Et erit in die illa, vocabo seruum meum Eliacim filium Helchię, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo cõfortabo eũ, & potestatem tuã dabo in manus eius, & erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda. Post quæ verba cùm sequatur quod dictum est de clauedomº Dauid, satis patet quid per promissam hanc ipsi Eliacim clauem significetur. Ad quẽ Isaiæ locũ alludẽs spiritus sanctus de Christo per Eliacim prefigurato dicit Apocal. 3. Qui habet clauẽ Dauid, q aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Proinde & in eo Apocalypsis loco rectè intellexerimus significari Christum habere plenariã potestatem in regno Dei patris sui. Sicut ergo ipsi Eliacim promittitur claues domus Dauid, & Christus clauem Dauid & regni sui paterni dicitur habere: ita & petro Dominus regni sui cœlestis claues promittens, suprema post se in eo regno potestatẽ accepturum illum significare voluit. Dixerat Petrus eum esse Christum, quo agnouit eum esse regem, & cùm subiecit: *filium Dei viui*, cælestem regem ipsum esse agnouit. Et Dominus ipse tanquam rex promisit se suam Ecclesiam, in qua scilicet esset regnaturus, & pro rege recipiendus, super illum ædificaturum. Commodè ergo nunc etiam Petro regem illum & cœlestem regem prædicãti promittit se regni sui claues daturum, hoc est, suprema post se in suo regno, quod Petrus primus agnouit, authoritatẽ & potestatem. Secundum hanc intelligendi rationẽ & scripturis, & communi loquendi modo, ac intentioni Christi conuenientem, non erit inquirẽdum quot sint & quę sint claues Petro promissę, sed satis fuerit dicere hac locutione metaphorica, promissam Petro summam in Ecclesia authoritatem & potestatem. Ad hanc autem potestatẽ his verbis sic intellectis petro promissam pleraque pertinent, & non tantùm vt secundũ alterã intelligẽtiam, remittere peccata & retinere, sedomnia, quæcunque sunt necessaria regno Christi, hoc est, Ecclesię ritè gubernandę. Itaque sicut ad eum qui supremam post regẽ in aliqua ciuitate assecutus est potestatem, multa pertinẽt, nimirum recipere intra ciuitatẽ quos vult, & rursus ciuitate eiicere, qui legibus reipublicę suę viuere noluerint, proponere item populo leges sui regis, & secundum eas leges etiam noua statuta condere pro exigentia tẽporis & personarum, ac magistratus ciuitatis ordinare qui secum ciuitatem gubernẽt, vt ad quam ritè moderandam solus vnus non sufficiat, & alia his similia: ita ad eum qui in regno Christi suprema post ipsum fungitur potestate, spectat in primis intra Ecclesiam recipere per baptismum, quotquot se promptos exhibent ad viuendũ legibus Ecclesiæ, aut offeruntur Ecclesiæ per credentes. Secũdò, ad eundem pertinet proponere & inculcare his qui intra Ecclesiã iam sunt recepti, leges Christi, ac secũdùm eas pro varietate tẽporis & personarum statuere quæ ad finem Christianæ reipublicæ sunt vtilia. Deinde eiusdẽ potestatis est reipublicæ Christianæ viuere eos qui legibus his reipublicæ Christianæ viuere noluerint, sed bonum pacis & iustitiæ perturbãt, è Christi republica eiicere, ac communione sanctorum excludere, & rursum eosdem postquã ad cor redierint, peracta satisfactione ad communionem admittere. Postremùm, eiusdẽ est publicos Ecclesię ministros instituere, diaconos, presbyteros, episcopos, & alios ordines necessarios Ecclesiæ ordinare, non pro suo libito, sed secundũ leges Domini sui, per quos & cum quibus omnia faciat quæ faciant ad salutẽ fidelium, & ad promouendum & stabiliendum regnum Christi. Hæc autem omnia ex parte quidem omnibus etiam episcopis, sicut Apostolis, competunt: vnde & illi suo modo accepisse claues regni cœlorum dici possunt, sed plena, perfecta & suprema illorum potestas penes Petrũ & successores eius est, à quibus alij suam acceperũt quam habent potestatem: vnde singulariter petro claues sunt promissæ, per quas plena & suprema hęc potestas est designata. Quòd si quæratur: Quãdo claues istę iam Petro promissę, petro datę sunt? Dicendum tunc datas, quando coã. vlt. Dominus post trinam interrogationem nũ ipsum diligeret præ cæteris petrus, ter ei suas oues commẽdauit, dicẽs: pasce oues meas, aut agnos meos. Cũ enim eum pastorem omnium ouium suarum cõstituit, claues vtiq; regni sui illi cõcredidit: nec aliud erat dicere, pasce oues meas, quàm si dixisset: Do tibi claues regni mei, hoc est, suprematn potestatẽ administrandi regnũm meum in terris. Ad pastorale enim officiũ, quod se ad omnes Christi oues extẽdit, pertinet hęc potestas, & ea omnia quę huic potestati suprà diximus conuenire. Et certè ita necesse fuit vt Christus abiturus ad patrẽ, vnum aliquẽ in terris designaret & cõstitueret, qui omnibus esset præfectus, sicut necesse est vt rex aliquis profecturus in longinquam regionem, vni alicui relinquat regni gubernacula, penes quẽ sit suma potestas, si velit regnum suum à seditionibus esse liberum. Hic itaq; vide quę sit petri præeminentia & dignitas. Quę em Christus propria habuit, hæc Petro tanquam primo suo post se in terris vicario communicauit: Petra ipse & Cepha per naturam: Fundamentum Ecclesiæ ipse propriè & per naturam, præter quod aliud nemo potest ponere. Clauem Dauid illius humeris pater cœlestis propriè imposuit. Sed hęc omnia etiam Simoni cõmunia secum facit, petram illum appellãs, supra quã fundanda sit Ecclesia, ac claues regni cœlorum ei promittens, & demùm committẽs. Ex his autẽ satis etiã intelligitur, cùm dicuntur claues regni cœlorum petro promissę, regnum cœlorũ accipi potius pro Ecclesia hic in terris militãte, quã regno cœlorum, quod extra hunc mundũ in cœlis est. In

Ecclesiã enim militante Petrus suprematn accepit potestatem non autem in Ecclesia in cœlis triumphãte. Quamuis autẽ potestas Petri in terris futura esset, hęc tamen non est dicta ei: Dabo tibi claues regni terrarum, sed regni cœlorum; vt intelligeret suam potestatem extendi tantum ad spiritualia quæ pertinent ad regnum cœlorum, & non ad temporalia, nisi quatenus referuntur ad spiritualia.

Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in coelis. Quandoquidem Dominus his verbis videtur voluisse explicare, ad quid datutus esset Petro claues regni cœlorum, consequentia sermonis videbatur exigere vt diceret, quicquid vel cuicunq; aperueris vel clauseris, vt sic explicaretur propria officia clauium: verùm quo clarius esset quã potestatem per promissas claues significaret, transit ad aliam metaphoram, vtens verbis ligandi & soluẽdi, ac significans potestatem per claues promissam se extendere ex parte sua principali, ad ligandum & soluẽdum homines eo vinculo, quo dicuntur ligati & soluti in cœlo. Proinde vt bene intelligatur quib. modis Petrus liget & soluat homines, videndum quæ sint vincula homines corã Deo obligantia, quæ ex scripturis quidem potissimùm duo esse cognosci possunt, nimirum peccatum & præceptum. Peccatum enim ligat, & vinctum facit hominem coram Deo, tum quia ipsum seruum diaboli factum non permittit Deo seruire, tum quia astrictum eum reddit & obnoxium diuinæ cõdemnationi. Vndè passim in scriptutis, maximè apud Isaiam cap. 42. 49. & 62. cùm significatur Christi munus, quod erat peccatores saluos facere, vincti soluendi fore prædicantur. Et prouerb. 5. dicitur: Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Præcepta quoq; vincula quędam sunt, quia per ea ad aliquid faciẽdum vel omittendum obligamur. Vnde Sapiens loquẽs de præceptis sapientię: Intice, inquit, pedem tuum in compedes illius, & nę acedieris (vel, vt habent Græca, ne sis inimicus) vinculis illius. Et postea eodem cap. nempe Eccles. 6. Vincula illius alligatura salutis, vel, vt Græca elegantius habent, κλωσμα ὑακινθινον, id est, filum hyacinthinum. Itaque ea ratione qua peccatum dicitur vinculum, tripliciter dicitur episcopus ligare & soluere. Primùm enim ligat in peccato, dum alicuius peccata propter eius infidelitatem & impœnitentiam non remittit, sed diuino iudicio obstrictum facit aut diffinit. Sic à peccatorum vinculis soluit, cùm consideratione fidei & pœnitentię, eius peccata remittit, idque vel per baptismum, inter fideles recipiens eum qui prius fuit infidelis: vel per pœnitentiæ sacramentum, Ecclesi ræursum reconcilians eum qui relapsus fuerat. Atque de hoc ligandi ac soluendi modo communiter potissimum intelligitur hæc Domini sententia, quasi idem per hanc à Domino significetur, quod per illam Ioan. 20. dictam Apostolis omnibus: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Secundò ligant sacerdotes ratione peccati, cùm satisfactionem pœnitentiæ confitentibus imponunt: solũ uunt verò, cùm de ea aliquid dimittũt, vel per eam purgatos ad sacramẽtorum communionem admittunt. Vnde Aug. lib. de vera & falsa pœnitentia ca. 10. Opus enim iustitiæ, inquit, exercent (sacerdotes scilicet) in peccatores, cùm eos iusta pœna ligant: opus misericordiæ, cum de ea aliquid relaxant, vel sacramentorum communioni cõciliant. Est & tertius ligandi & soluendi modus, cum aliquis intra Ecclesiam existens admonitus vt resipiscat, & obedire renuens, iudicio Ecclesiæ præscinditur à sanctorum & sacramentorum cõsortio per excommunicationem, idemq; post pœnitentiæ declarationẽ, negatæ communioni admittitur, & Ecclesiæ reconciliatur. De quibus tribus ligandi & soluendi modis latius in 4. sentẽ. dist. 18. Ea autem ratione qua præceptum est vinculum, ligat Petrus aut Petri successor, cum ad aliquid faciendum lege data fideles astringit: sic item soluit, cum ob causas rationabiles statuta quædam tollit, aut ab eorum obseruatione quosdam absoluit. Ad quem ligandi & soluẽdi modum pertinet etiam ille modus qui secundus ponitur à Magistro, sicut qui tertius ab eo ponitur, satis includitur in primo: ita vt sicut duplex tantum est vinculum, scilicet peccatum & præceptum, sic satis fuerit duos modos ligandi & soluendi assignare. Alterum, quo ligare est diuino iudicio propter impœnitentiam obstringere, quod fit aut non recipiendo inter fideles eos qui indigni sunt, aut eiiciendo extra fideles eos qui sunt rebelles. Soluere verò à peccato est diuino iudicio ac condemnatione liberare, idq; vel recipiendo eos qui infideles prius fuerant per baptismum, vel prolapsos reconciliando per pœnitentiæ sacramentum. Alterum, quo ligare est ad aliquid faciendum astringere: soluere verò, ab eodem liberare. Vterque autem hic ligandi & soluendi modus ex parte omnibus quidem episcopis & sacerdotibus competit, perfectè verò & plenè ei tantum conuenit apud quem est summa Ecclesiæ potestas per claues significata. Vnde singulariter Petro dictũ est, ac singulariter ei competit: Quicquid ligaueris, &c. Quibus verbis datur ei potestas quosuis obligandi vel soluendi siue vinculo peccati siue vinculo præcepti vt statuere & præcipere omnibus possit quod sit ad fidem Christianæ reipublicæ commodum & expediens. Est autem & alius ligandi ac soluendi modus, qui Petro eiusque successoribus aut propriè aut perfectè tantum conuenit, quiq; à plerisque etiam his Domini verbis comprehenditur, idq, rectè nempe vt soluere, sit nodos emergentiũ difficultatum circa ea quæ sunt fidei diffiniendo dissoluere: & ligare, sit diffiniendo hæreses & errores arcere, ne quę damnata sunt credantur: sed & hic modus satis etiam continetur & includitur in secundò. Porro quod hic generaliter dictum est Petro, quodcunque ligaueris erit ligatum, & quodcunque soluueris erit solutum; sic est accipiendũ, quomodo si à rege alicui iudici à se constituto diceretur; quencunque absolueris, absolutũ habeo: & quencunque condẽnaueris, cõdemnatum habeo. Et quicquid statueris, statutum habeo, &c. Non enim tunc iudici huic potestatem dare intelligetur absoluendi vel condemnandi, & statuendi pro sua voluntate, sed secundum iustitiæ æquitatem, secundum merita subditorum, & vtilitatem eorum. Ita & hic approbandum in cœlis iudicium Petri dicit, sed si iustum fuerit, nec aliquem errorem contineat, & secundum leges Christi pronunciatum sit. Cum autem hic locus inter cætera Euãgelij loca sit vel præcipuus quo Catholici probant & petri inter Apostolos, & successorũ Petri in Ecclesia Romana primatũ super omnes episcopos. Hæretici huius tẽporis contra planũ literæ sensum insurgẽtes, maxime id studeant & laborant, quo ostẽdant primum Petrum nõ habuisse

Vincula coram Deo obligantia quæ

Refellitur hæresis contra primatũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patri & successoribus eius in fide gentes.

inter cæteros Apostolos aliqué primatum aut præeminentiam, ac deinde etiamsi Petrus aliquam præeminentiam habuerit,non tamen consequi eandem ad ipsius in Ecclesia Romana successores hæreditario iure deriuari. Quorum argumenta quædam, quæ magis videri possunt vrgere, operæpretium fuerit in medium ad ducere atque dissoluere. Inprimis ergo ex eo quod singulariter Petro dictum est:Tibi claues regni dabo; volunt non rectè colligi posse eius primatum. Primùm, quia quod hic singulariter dicitur Petro promissum, nusquá legitur ei singulariter datum, sed contra omnibus Apostolis communiter, vt cùm mox postea eis-
Matt.18. dem verbis dicitur omnibus Apostolis: Quæcun B
que alligaueritis super terram.&c. & cùm rursus
Ioan20. post resurrectionem dicit omnibus: Sicut misit me pater,& ego mitto vos. Quorumcunque remiseritis peccata remittuntur eis,&c.Quibus verbis manifeste Dominus singulis Apostolis dat potestatẽ se extendentem ad omnes homines. Vnde D. Cyprianus lib.de Simplicitate Prælatorũ aduersus Nouatianum his verbis dicit Dominum Apostolis omnibus parem potestatem tribuisse, vt hoc fuerint Apostoli quod fuit Petrus, pari consortio honoris & dignitatis prædíti. Secundò,quia quæ hic Petro promissa sunt,non tam Petro quam toti Ecclesiæ promissa sunt & data, cuius typum Petrus gessit confitendo Iesum esse Christum filium Dei viui. Sic enim in variis locis docet D.Augustinus, Ecclesiam habere claues regni cœlorum, eam soluere & ligare, eom retinere & remitterre peccara.Tractatu enim vltimo in Ioannem sic scribit,ostensurus cuius sit remittere peccata. Hoc,inquit,agit Ecclesia spe beata,in hac vita ærumnosa, cuius Ecclesiæ Petrus Apostolus propter Apostolatus primatum gerebat generalitate figurata personam. Quod enim ad ipsum propriè pertinet,natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus idemq; primus Apostolus. Sed quando ei dictum est: Tibi dabo claues regni cœlorum,& quodcunque ligaueris super terram,&c.vniuersam significabat Ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis tentationibus velut imbribus D
fulminibus,tempestatibusque quatitur, & non cadit,quoniam fundata est super petram.vnde & Petrus nomen accepit.Vnde li.1.de doctrina Christiana cap.18.Has,inquit,claues dedit Ecclesiæ suæ,vt quæ solueret in terra,soluta essent in cœlo: & quæ ligaret in terra, ligata essent & in cœlo. Et aliis plerisque locis similia habet Augustinus. Præter Augustinum autem, etiam Origenem afferunt, qui in Matth.Homilia 1.asserit, quæ hic Petro dicta sunt,non vni Petro competere, sed pertinere ad omnes qui imitantur Christum veram petram.Huius enim Origenis inter cætera hæc sunt verba: Verè ergo ad Petrum quidem dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam E
meam, & portæ inferi non præualebunt ei;tamen omnibus Apostolis, & omnibus quibusque perfectis fidelibus dictum videtur,quoniam omnes sunt Petrus, & petrh, & in omnibus ædificata est Ecclesia Christi,& aduersus nullum eorum qui tales sunt portæ præualent inferorum.Tamẽ ex eo quod sequitur videamus.Putas soli petro dantur à Christo claues regni cœlorum, & nemo alius beatorum accipiet eas? Si autem commune est inter omnes quod dicitur:Dabo tibi claues regni cœlorum;quo modo non omnia quæ superius relata sunt ad Petrum,omnium videantur esse communia? & cætera.Et inquiunt, vt maximè Petrus fundamentum Ecclesiæ dictus,sit, ita vt quidam patrum hunc locum intelligunt,quid hoc ad pontifices Romanos Et vt ita sit, quod Petro soli promissæ sint & datæ claues regni cœlorum,quid hoc ad pontificem Romanum:Vbi Petri testamentum, in quo has ipsis claues legauit? Vbi scriptura,qua Christus eos,in hac potestate Petri,successores fecit? Et quo magis ostendant Romani pontificis authoritatem nó se extendere ad omnes,D.Grægorium, qui & ipse fuit Romanus Pontifex,afferunt, qui oblatum sibi & Romanis pontificibus nomen vniuersalis episcopi,suscipere renuit, asserens temerarium esse si quispiam hoc nomen admitteret, vt videre est epistolarum libro.4.epistola 76.80.& 82. & aliis eiusdem libri. His autem eorum argumentis paucis est respondendum. Itaque ad primum eorum argumentum, quo volunt id quod hic singulariter videtur Petro promissum,non esse singulariter Petro datum, sed contrà omnibus Apostolis communiter, ex superius dictis patet responsio. Claues enim Petro singulariter promissæ,ei etiam singulariter datæ sunt, cum præsentibus aliis Apostolis post resurrectionem ei singulariter dictum est: Pesce oues meas; inter quas oues Christi cum etiam fuerint reliqui Apostoli, consequitur his verbis ei C
etiam Apostolorum curam esse commissam, ac eorundem posterem esse constitutũ,sicut eidem prius etiam de Apostolis reliquis dixerat:Et tũ aliquándo conuersus confirma fratres tuos; quod certe ad pastorale pertinet officium.Cum autem Dominus post resurrectionem omnibus dixit:Sicut misit me pater & ego mitto vos,Quorum remiseritis, &c. quamuis possit dici,quemadmodum frequenter patres dicunt, etiam omnibus Apostolis claues esse traditas, loquendo de clauibus, vt per eas accipitur communiter significari potestas remittendi & retinendi peccata tamen sicut ibi clauium nulla fit mentio, ita non est nec esse dicere claues hic Petro promissas omnibus esse traditas, imò secundum eũ sensum quo Petro hic promissæ sunt, non sunt Apostolis ibi aut alibi claues traditæ, cum, vt dictum est per traditas claues suprema in regno cœlorum authoritas & potestas significata sit,quæ singulariter Petro promissa,singulariter eidem est tradita, cùm dictum est ei:pasce oues meas Sic nulla item clauium mentio cum postea omnibus dicitur Apostolis:Quæcunque alligaueritis, &c. Et quanquam potestas ligandi & soluendi his iam verbis omnibus.Apostolis videatur tradi à Domino,tamẽ quia eam priusquam singulariter Petro promisit imò tradidit,satis significauit eam singulariter illi competere. Iam & ipsa verborum diuersitas quibus Dominus vsus est Matte.18.ad omnes loquens, & hoc loco Petro loquens, excellentiam aliquam petri in potestate ligandi & soluendi designat,quemadmodum annotauit Origenes homil.6.in Matthæum sic scribens: illa quæ superius soli Petro sunt dicta, videntur etiam istis omnibus dicta, qui ter peccantes arguerint, si auditi non fuerint, & alligauerint super terram, iudicantes peccatorẽ sicut ethnicum & publicanum. Sed quoniam oportebat aliquid maius habere. Petrum præ illis qui ter arguerant, ideo illi quidem sic dicit:Et tibi dabo claues regni cœlorum,& quæcunque solueris super terrã,erunt soluta & in cœlis: & quzcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis.Non ergo modica

differentia

differentia est,quód Petro quidem datæ sunt claues non vnius cœli,sed multorum cęlorum,vt quęcunque ligauerit super terrã, sint ligata nó tantùm in vno cœlo,sed in omnibus cœlis:& quæ soluerit super terram, sint soluta non solùm in vno cœlo, sed in omnibus cœlis.Ad eos autem qui multi sunt ligatores & solutores in terra sic dicit, vt soluant & alligẽt non in cœlis, sicut Petrus,sed in vno cœlo, quia non sunt in tanta pefectione sicut Petrus, vt alligent vel soluant in omnibus cœlis. Hæc ille. Quoniam autem Cypriani authoritate probant omnium Apostolorum potestatem & authoritatem fuisse parem & æqualem, ipsius Cypriani verba proferenda sunt, ac sententia eius in illis inquirenda Habet ergo sic tractatu tertio:Loquitur Dominus apud Petrũ:Ego tibi dico, inquit,quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo ecclesiam meam,& portæ inferorum non vincent eam. Tibi dabo claues regni cœlorum, &c. Et idem post re-
Io.10. surrectionem suam dicit:Pasce oues meas.Et quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat,& dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Accipite spiritum sanctũ. Si cui remiseritis peccata,remittuntur illi:si cui tenueritis,tenebuntur;tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua authoritate disposuit. Hoc erant vtique Apostoli quod fuit Petrus,pari consortio prædíti & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur,vt Ecclesia vna monstretur.Hæc ille, cuius sententia melius intelligetur,si adiunxerimus similem quandam Hieronymi sentẽtiam quę est lib. 1.contra Iouinianum hoc modo:Super Petrũ fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes fiat Apostolos,& cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Ex quibus satis patet quid authores hi senserint, nimirum omnibus Apostolis eandem Apostolatus dignitatem & authoritatem traditam, cùm diceretur illis:Sicut misit me pater, &c.sed tamen postea inter Apostolos authoritate pares, Petrũ caput constitutũ, quãdo ei dictũ est:Pasce oues meas qua Domini constitutione,Apostolorum authoritas ita est Petro subiecta,ac si eam ab ipso,non à Domino immediatè accepissent, sicut & eadẽ sua authoritate secundùm Petri præceptum,si opus fuisset, vti debuissent. Et vt melius intelligatur paritas authoritatis Apostolorum cum præminentia Petri, cogitemus sic fuisse inter Apostolos, ac si pontifex summus, legatis aliquibus quos vocant à latere, omnem suam plenariam potestatem in omnes cuiuscunque regionis cõcedat,ex quibus pontifice defuncto vnus in pontificem deligatur, cæteris seruantibus plenariam illam quam acceperãt potestatem. Tunc enim his cum pontifice in potestate paribus, pontifex nihil aliud præ illis habet, quàm quòd illorum est caput,idq; necessarium nimirum vt secundùm Hieronymum schismatis tollatur occasio, & origo omnis potestatis ab vno procedentis & pendentis monstretur. Ad id autem quod ex Augustino argumentantur, Ecclesiam in Petro claues accepisse, eamq; remittere & retinere peccata;dicendum dupliciter intelligi posse, Ecclesiam accepisse in Petro claues. Primò, quia claues non soli Petri personæ datę sunt, sed ei sic sunt datæ, vt ab eo imperpetuum Ecclesia accipiat in illius successoribus, atque episcopis & sacerdotibus.Verùm non hac de causa Augustinus dicit Ecclesiam accepisse claues in Petro, Ecclesiæ figuram gerente, sed aliade causa, nimirum quia non tam ipsos sacerdotes per quorum ministerium fit remissio & retentio peccatorum, dicit retinere & remittere peccata quàm totam Ecclesiam, & vniuersos ac singulos fideles iustos, qui efficiunt Ecclesiam. Hunc enim loquendi morem habet in multis locis Augustinus, vt hos dicat remittere peccata, eo quòd eorum precibus ac merito remittuntur peccata peccatoribus, quódque propter coniunctionem atque vnionem peccatoris per charitatem cum iustis charitatem habentibus, peccata remittuntur. Eosdem dicit ligare ac retinere peccata, eò quòd ob id alicuius peccata retineantur, quia à fidelibus veris ac Ecclesiæ viuis membris cordis prauitate disiunctus est. Vnde in loco adducto supra libro 1. de doctrina Christiana, postquam dixisset Christum dedisse has claues Ecclesiæ, vt quę solueret in terra soluta essent in cœlo, &c subiicit, scilicet vt quisquis in Ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet, non ei dimitterentur: quisquis autem crederet, seque ab his correctus auerteret, in eiusdem Ecclesiæ gremio constitutus, eadem fide atque correctione sanaretur.Et tractatu 120. in Ioannem circa illum locum: Quorum remiseritis peccata; sic habet: Ecclesiæ charitas, quæ per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata dimittit, eorum autem qui non sunt eius participes,tenet.Hũc autem loquẽdi modum adinuenisse videtur Augustinus, propter argumenta Cypriani & Donatistarum, quibus concludebant eos qui ab hæreticis sunt baptizati, rebaptizandos esse, eo quòd hæreticus non posset dare spiritum sanctum quem non haberet,nec remissionem proinde peccatorum.Itaque Augustinus quo ostenderet quomodo remissionem peccatorum accipere potuerit is qui ab hæretico est baptizatus,dicit Ecclesiam & iustos qui in ea sunt, esse eos qui remittunt peccata eorum qui sibi per fidem & charitatẽ vniuntur:nec propriè eos remittere qui sacramẽta administrant, sed per eorum ministerium ipsam Ecclesiam, hoc est,iustos fideles.Hanc esse sententiam Augustini,& hanc esse causam nouæ locutionis, quæ Augustino fere est propria, satis patet ex libris de baptismo contra Donatistas. In quorum tertio,capite 18.sic habet, loquens de auaris quibusdam episcopis,raptoribus & fœneratoribus,qui cùm intra Ecclesiam existentes, baptizabant tempore Cypriani, non tamen à Cypriano eorum baptismus irritus habebatur, vt rebaptizandos putaret qui ab illis erant bapizati.Remissam, inquit, peccatorum non dabant, quæ per orationes sanctorum,id est, per columbæ gemitum datur, quicunque baptizet,si ad eius pacem pertinent quibus datur.Non enim raptoribus & fœneratoribus diceret Dominus.Si cui dimiseritis peccata, remittentur illi:si cui tenueritis, tenebuntur. Foris quidem nec ligari aliquid potest,nec solui, vbi non sit qui aut ligare aliquid possit aut soluere: sed:soluitus qui cũ columba fecerit pacẽ,& ligatur qui cum coluba non habet pacem,siue aperte foris sit, siue insidiosus esse videatur. Itaque Augustinus eos dicit soluere & ligare, non quorum ministerio, sed quorum meritò peccator soluitur & ligatur, cùm communis aliorũ intellectus sit dicere eos soluere & ligare

Universidad de Deusto
Biblioteca

gare quibus ministerium sacramentorũ est concreditum. Hunc singularem Augustini loquendi morem plerique etiam hodie non aduertentes aut aduertere nolentes, docuerunt omnes Christianos habere potestatem absoluendi à peccatis, ac claues regni cœlorum non intelligendas esse, potestatem aliquam solis sacerdotibus conuenientem, sed charitatem omnibus iustis communem. Secundum hunc loquendi modum, qui apud Augustinum frequenter recurrit, videntur accipienda quædam dicta ab Origene, vt cùm supra dixit omnibus perfectis competere quæ hic soli Petro dicta sunt. Nam & ipse ligare & soluere magis tribuit alicui ratione meriti, quàm ratione ministerij. Sic enim eadem homilia in sequentibus habet. Quoniam autẽ qui episcopatus vendicant locum, vtuntur hoc textu, quemadmodum Petrus, & claues regni cœlorum acceptas habentes à Christo, docent quòd qui ab eis ligati fuerint, in cœlo esse ligatos: & qui ab eis soluti fuerint, id est, remissionem acceperint, esse & in cœlo solutos: Dicendum est quòd bene dicunt, si opera habent illa propter quæ dictum est illi Petro: Tu es Petrus, & tales sunt, vt super eis ædificetur Ecclesia Christi, si portæ inferorum non prævalent eis. Alioquin ridiculum est vt dicamus eum qui vinculis peccatorum suorum ligatus est & trahit peccata sua sicut funem longum, & tanquam iuge iorum vituli iniquitates suas, propter hoc solum quod episcopus dicitur, habere potestatem huiusmodi, vt soluti ab eo, sint soluti in cœlo: aut ligati in terris, sint ligati in cœlo. Sit ergo episcopus irreprehensibilis, &c. Hæc ille, qui similia habet & homilia 6. in Matthæum, vbi post verba superius citata sic sequitur: Quanto ergo melior fuerit qui ligat, tãto qui alligatur: amplius quàm in vno cœlo alligatur: & quanto melior fuerit qui soluit, tanto beatior erit qui soluitur, quoniam in omnibus solutus est cœlis. Itaque quoniam Augustinus & Origenes in his locis non proprium, sed accommodatitium loci huius de ligando & soluendo sensum sequuntur, ex illis iam dictis eorum sententiis nihil colligi potest contra genuinum loci huius intellectum superius explicatum, secũdùm quem soluere & ligare ei tribuuntur, cuius ministerio, non cuius merito peccata remittũtur vel retinentur. Certè Origenes apertè satis significat se allegoriam, qua fere gaudet, secutum in loci huius tractatione, quandoquidẽ sicut dicit omnibus perfectis competere illud: Tibi dabo claues regni cœlorum, &c. ita & illud: Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. cùm propriè tantum in Simonem quadret; tu es Petrus, nec possit id nisi allegorice dici omnibus esse commune. Sed & Augustinus dicens his verbis Ecclesiæ datas claues in Petro, quia Petrus propter Apostolatus primatum figuram gerebat Ecclesiæ, primatum Petri manifestè confirmat, & significat Ecclesiæ, & omnibus fidelibus claues non nisi allegorice conuenire, nimirum quia eius figuram Petrus gerebat. Sicut enim propriè Petri fides erat, quam ille confessus est, cùm dixit: Tu es Christus; & tamen in ea confessione Petrum dicit Augustinus figuram gessisse Ecclesiæ: Ita propriè Petro conueniunt quæ à Christo dicta sunt, & tamen quia Petrus omnium fidelium figuram gessit quodammodo, etiam omnibus fidelibus illa quodammodo competunt. Porro quod scripturam requirunt, qua probetur concessum Petri inter Apostolos primatum, ad ipsius etiam

A in Ecclesia Romana successores pertinere; suo more faciunt, quo semper omnium quæ fidei sunt probationem ex solis scripturis petunt, cùm pleraque sint, quæ sola traditione sine scripturis ab Apostolis ad nos peruenerint, quæ non minoris apud nos ponderis esse debent & fidei quàm ea quę ab Euangelistis sunt præscripta, quandoquidem eorum authoritatem traditio Ecclesiastica & consensus omnium commendat, sicut eadem traditio scripturarum nobis authoritatem statuit. Inter ea ergo quæ sunt traditionis Ecclesiasticæ, etiam istud est quod Romanę Ecclesiæ, in qua Petrus primus præsedit, quamque suo sanguine consecrauit, episcopis

B

sit successio in ea potestate quæ petro inter Apostolos singulariter est data. Quam Ecclesiasticam traditionem probat consensus omnium patrum ab initio nascentis Ecclesiæ ad nos vsque. Quorum vt aliquas saltem proferamus authoritates, ipse Clemens testatur sibi à Petro traditam eandem potestatem ligandi & soluendi, quam ipse à Christo acceperat. Scribens enim ad Iacobum fratrem Domini de Petri excessu, suæ etiam ordinationis his verbis meminit: Simon Petrus, vbi finem vitæ suæ adesse sensit, in corona fratrum positus, apprehensa manu mea: Hunc, inquit, episcopum vrbis constituo, &c. Ipsi trado à Domino mihi traditam potestatem ligandi & soluendi, vt de omnibus quęcunque decreuerit interris, hoc decretum sit in cœlis. Clementis successor Anacletus in Epistola omnibus Ecclesiis scripta sic habet circà finem: Si difficiliores ortę fuerint quæstiones, aut episcoporum aut maiorum iudicia fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur, quonsam hoc Apostoli statuerunt iussione saluatoris, vt maiores & difficiliores quæstiones semper ad sedem referantur Apostolicam, super quam Christus vniuersam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum Petrum principem Apostolorum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. D Athanasius cum vniuersis Ægyptiorum, Thebaidorum & Libyorum episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis, sic scribit ad Fœlicem

D

pontificem Romanum: A patribus in Nicæua synodo est definitum consonanter, vt si quisquam episcoporum aut Metropolitanum, aut comprouinciales vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi & soluendi speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentum à Deo fixum & immobile percepit, quoniam ipsam formam vniuersorum titulorũ lucidissimam Dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim Vertex sacer, in quo omnes vertuntur, sustentantur, reuelantur, & sicut in

E

Christo Christiani, & in petra, id est, Christo, Petrus renouantur Ecclesiæ. Tu es (sicut diuinum refertur eloquium) Petrus, & super fundamẽtũ tuum, Ecclesiæ columnę, id est, episcopi, qui Ecclesiam sustinere, & propriis humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ, tibique claues regni cœlorum cõmisit, atque ligare & soluere potestatiuè quæ in terra & quæ in cœlis sunt promulgauit. Tu profanarum hæresum & impetitorum, & omnũ impẽ stantium depositor, vt princeps & doctor, caputque omnũ orthodoxæ doctrinæ immaculatę fidei existis. Hæc ibi. Alia testimonia citare superuacaneum fuerit, cùm certa sit omnium hac de re concors sententia, eaque ex prædictis satis cognosci possit.

Quod

Quod afferunt ex Gregorio, non solum non infirmat, sed etiam confirmat catholicam sentẽtiam. Gregorius enim nomẽ vniuersalis episcopi etiam oblatum recipere & admittere noluit, non quòd putaret illud sibi ac Romanis pontificibus nõ competere. Dicit enim illud Romanis pontificibus oblatum à concilio Chalcedonensi, quod vnum ex illis quatuor fuit quibus Gregorius indicat tãtum deferendum, quantum quatuor Euangeliis. Non ergo à tali cõcilio oblatum putauit non competere Romanis pontificibus. Sic enim conciliũ illud errasse putasset, idque in negotio fidem cõcernente. Sed à tali nomine cũ prædecessoribus suis abstinuit, tum humilitatis causa, tũ ne videretur Romanus Pontifex, solus esse episcopus in Eccl sia

A

B

Christi. Ideoque arguit Ioannem episcopũ Constantinopolitanum superbiæ & temeritatis, quòd nomen illud sibi vendicasset, à quo oblato pontifices Romani cùm eo vti possent ob rationabiles causas abstinuerũt. Vnde de Petro sic loquitur in epist. 76. lib. 4. ad Mauricium Augustũ: Ecce inquit claues regni cœlorum accepit, potestas ligãdi & soluendi tributa: cura ei totius Ecclesiæ & principatus committitur, & tamẽ vniuersalis Apostolus non vocatur, & vir sanctissimus consacerdos meus Ioannes vocari vniuersalis episcopus conatur. Et epist. 82. ad ipsum Ioannem, Num quidnam inquit, si cut vestra sanctitas nouit, per venerandũ Chalcedonense cõcilium huius Apostolicæ sedis antistites, cui Deo disponẽte deseruio, vniuersales oblato honore vocati sunt? Sed tamen nullus vnquam tali vocabulo appellari voluit, nullus sibi hoc temerariũ nomẽ arripuit, ne si sibi in principatus gradu gloriã singularitatis attriperet, hanc omnibus fratribus denegasse videretur. Hæc ille. Ex quibus intelligere licet quare Romanus pontifex, etsi vniuersæ Ecclesiæ Christi curã cõcreditã habeat, non se tamen appellet vniuersalẽ episcopum: sicut nec petrus se vocabat vniuersalẽ Apostolum, cùm tamen ei vniuersę Ecclesiæ cura commissa esset. Et hæc quidem præsenti loco sufficere puto pro responsione ad argumẽta aduersariorũ.

C

[c] AT ILLE [a] TVNC [f] PRAECEPIT DISCIPVLIS SVIS, [b] ET [h] COMMINATVS EST EIS] Post commendatam & approbatam Petri confessionem, Dominus & prohibet suis ne cui dicant se esse Christum, nec prohibet simpliciter, sed, vt habent Marcus & Lucas, cum interminatione, & passionem suam ac resurrectionem prædicit, significans & quare in suis cognitionem sui iam augere & roborare voluerit (nimirũ quia appropinquabat tempus passionis, ad quod eos voluit præparare, cõfirmãdo illos fide in se) & qua re ac quamdiu tacendum illis esset, nec prædicandum quòd ipse esset Christus. nempe quia nondũ esset tẽpus suæ glorificationis, nec cõueniret ante resurrectionis gloriã & crucis ignominiã illud de

D

E

se passim prædicari: tunc autem commodum tempus fore prædicationis illius, cũ à mortuis resurrexisset. Hac enim de causa & vsque ad illud tempus Dominũ prohibuisse ne cui dicerẽt quòd ipse esset Christus, Lucas manifestè satis significat, sic scribens: *At ille increpans eos præcepit ne cui dicerent hoc, dicens: Quia oportet filium hominis multa pati & reprobari*, &c. Sicut ergo ante passionem suam, imò ante passionis suæ prædictionem conueniebat Dominum in suis veram in se fidem confirmare: ita ante passionem non conueniebat Christum passim prædicari vulgo, idque primùm ob id quia sicut dictum est, tũc nõdum erat tempus suæ glorificationis. Oportebat enim Christum pati, & ita intrare in gloriã suam. Secũdò, quia mains & incurabilius fuisset multorum scandalum in cruce Christi, si ante crucem ab Apostolis passim fuisset prædicatus esse Christus. Tertiò quia huiusmodi prædicatione magis fuissent accẽsi Scribæ & Pharisæi ad persequẽdum Christum quos sciebat populi fama, & miraculorũ magnitudine satis ad necessariam mortem sibi inferendam accendendos. Postremùm, sicut Apostoli ante passionẽ & resurrectionem non potuerũt intelligere mysteriũ aduẽtus Messiæ, & regni eius modũ cõmunẽ Iudęorem opinionem excedentem: ita nec docere alios potuerunt, quomodo esset Christus, ac proinde cõueniebat eos penitus silere, quis ipse esset. Hic autem obseruandum quàm sancta ac plena prudentiæ sit dispẽsatio Dei, qua veritatis perfectam cognitionem ordine quodam mũdo voluit innotescere. Quãquã enim Christũ agnoscere, sit vita æterna, & Deus tam esset cupidus salutis hominũ vt pro eis filium suum miserit in mundum crucifigendum, tamen ante tempus Christũ suũ prædicari, & agnosci noluit. Quod electis haud quaquã fraudi fuit, qui nihilominus per spiritũ sanctum, quãtã satis eis esset ad salutẽ Christi cognitione non fuerunt destituti. Porro quæritur hic à D. Hieronymo, & itẽ ob Origene, quomodo Christus iã suis prohibeat, ne se dicãt esse Christũ, cùm priùs quando eos misit ad prædicandum, præceperit eis prædicari adnentum suum. & addiderit, vt scribitur Matth. 10. Ante reges, & præsides stabitis propter me. Et omnis qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. quæ indicat eum tunc cùm illos mitteret, requisisse confessionem nominis sui. Ad quam quæstionem Origenes variis modis respondeti posse disputando ostendens, eo magis inclinatur quod re vera magis est amplectendum, nimirũ vt dicatur Apostolos in prima sua missione nõ prædicasse apertè Iesum esse Christum, sed pœnitẽtiam agendã, & appropinquasse regnũ Dei: & si quid de Iesu prædicauerint, nihil aliud de eo prædicasse, quàm quòd vir esset admirabilis, potẽs in opere & sermone. Ea verò quæ apud Matth. cùm mittuntur Apostoli, dicũtur de cõfessione nominis Christi, pertinere ad tẽpus futurũ post resurrectionem, quemadmodum etiã supra ostensum est. D. Hieronymus autem respõdet in hunc modũ: Mihi, inquit, videtur aliud esse Christũ prædicare, aliud Iesum Christũ: Christus commune dignitatis est nomen, Iesus proprium vocabulũ saluatoris. Ex quibus Hieronymi verbis satis patet eũ legisse nobiscũ, quia ipse esset Iesus Christus, cũ tamẽ Iesus in Græcis plerisque & antiquis Latinis absit, & sensui videatur obesse. Nam quare diceretur vetasse ne dicerẽt quòd ipse esset Iesus, cùm eum sic vocari omnes satis cognouissent? Itaque si legatur, Iesus, vel debet oratio sic ordinari; ne dicerent quòd ipse Iesus esset Christus, quamquam tunc fatendum sit duram esse Euangelistæ locutionem. Vel nomen, Iesus, hic positum erit nõ tã pro proprio hominis nomine, quàm vt saluatorem significet, vt sensus sit ipsum vetuisse ne se dicerent esse saluatorem Messiam.

[a] EXINDE [e] COEPIT, IESVS OSTENDERE DISCIPVLIS SVIS ET [i] DOCERE, &c.] Dum dicit Euangelista: *Exinde cœpit*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pit ostendere; significat satis & causam quare priùs Dominus voluerit in suis confirmare cognitionem sui, & causam quare noluerit aliis se manifestari. Porrò Origenes philosophatur in verbo ἐπετίμησε id est, ostendere. Annotauit enim non esse dictũ, cœpit dicere vel docere, sed, ostẽdere, hoc est, secũdùm eum, clarè & manifestè aperire: quoniam sicut, inquit, corporalia ostendi dicũtur, sic ostẽdi dicũtur à Christo ea quæ loquebatur. Verum cùm Marcus, pro ostendere habeat docere, non est locus huic annotationi, sed ostẽdere simpliciter positũ est pro indicare, quẽadmodũ vertit quidam. Quod autem dicit Dominus: *Oportet filium hominis multa pati*, &c. sic accipiendum: Oportet secundùm præfinitionem patris, & scripturarum præ- B dictionem, propter salutem hominum. Notãdum autẽ tria hominũ genera nominari à quibus passurus erat: nempe seniores, per quos intelligũtur hi qui sua authoritate rempublicã Iudæorum gubernabãt. Non enim hoc nomine hic tam significatur ætas quàm authoritas, sicut & apud nos nomine presbyteri, quod hoc loco Græca habẽt: Principes sacerdotum, de quibus priùs dictũ est circa caput Concordiæ 9 & scribas, sub quibus etiam comprehenduntur Pharisæi, sicut alias frequenter. Præter causam autẽ propriam huic loco, ob quam iam suam passionem suis prædixit, nimirum vt significaret causam prædictæ prohibitionis, alia est communis ratio, ob quam & nunc frequẽter postea suam passionem illis prædixit, nempe vt minus tempore passionis scandalizarentur, vt quam non potuerint dicere fuisse inopinatam, nec existimare quòd eam propter naturæ imbecillitatẽ passus fuerit. Quomodo enim id de eo existimare meritò possent, qui prænouit, & prædicit, & festinat potius vt patiatur? Est & alia causa propria prædictioni in hoc loco factæ, nimirum vt quemadmodum patet ex sequentibus, suo exẽplo ad tolerantiã malorum suos inuitaret & præpararet. Suam autem passionem & mortem iam tantùm generaliter prædicit, necdum passionum suarum species D aut mortis genus explicans, quẽadmodum postea facit, sed tantùm in genere dicens; *Oportet filium hominis multa pati, & reprobari, & occidi*, gradatim eis passionem suam & mortem semper perfectius ingerens, & etiam hac in re ordinem illum naturalem obseruans, quo à generalibus ad specialia deuenitur, ac dispẽsationẽ patris secutus, quo perfectam veritatis cognitionẽ ordine quodã mundo reuelat. Dicit autem tria ad passionem suam pertinentia, nempe, *multa pati, & reprobari, & occidi*, quia passio eius ante mortem consistebat in duobus, nempe in pœna malorum quæ illi inferebantur, & ignominia multiplici per reprobationẽ significata. Porrò Marcus dicit: *Palam verbum loquebatur*, tum quia antè idẽ dixerat, sed tectè, vt cùm Ioannis 2. dixit: Soluite templum hoc, &c. Et Ioannis sexto, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et Ioannis tertio, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c. tum vt indicet quare Petrus iam accepit occasionem reprehendendi Dominum, quam priùs non accepit ex eius verbis.

«ET APPREHENDENS EVM PETRVS COEPIT INCREPARE EVM[a] DICENS.] Audiens Petrus Dominum dicentem se reprobandum & occidendum: idque sua confessione quam approbauerat Dominus, indignum esse iudicans, pro solito suo in Dominũ amore vehementi, etsi adhuc imprudenti, apprehendens vel assumẽs (nam Græcis eadem est dictio in vtroque Euãgelista προσλαβόμενος, hoc est, apprehẽsum eum ad se, quod facere solent qui familiarius aliquid sunt dicturi) cœpit illũ increpare, non ex indignatione, sed amãtis affectu, ita vt istud increpare, nõ sit aliud quàm reprehẽdere, quomodo amicus amico quippiam ingratũ narrãti dicere solet apud nos, Ne dicas. Huiusmodi enim increpationẽ alienam ab indignatione & magnitudine significant Petri verba. Sicut autem in superiori Petri responsione ardor fidei elucescit, ita in hoc ipsius facto ardor amoris in Dominum declaratus est, sed quo imprudẽter iam & sine discretione Dominum amabat. Cogitare enim debuisset eum quẽ cõfessus erat esse Dei filiũ, nihil increpatione dignum aut agere, aut dicere posse. Expendere itẽ quod dixisset Dominus oportere sic fieri, ac ideo visum esse patri. Verũ quo minus hæc perpenderet, amoris nondũ perfecti, sed adhuc nimis humani vehemẽtia fecit. *Absit*, inquit, *a te Domine*. Pro quo significantius, vt etiã notauit Hieronymus, Græcè est, ἵλεως σοι κύριε, hoc est, propitius tibi Domine. In qua oratione Diuus Hieronymus subaudit, sis vel esto, quomodo & Augustinus aliquot locis legit. Alij malunt subintelligendum esse, sit tibi Deus. Et quidẽ rectè. Nam verisimile est Petrũ Hebraicè C vel Syriacè loquentẽ, vsum hic illa deprecãdi aliquid aut detestãdi forma, quæ frequens in Bibliis Hebraicis recurrit, nempe חלילה לך Chalilachlach, quæ ponitur 1. Regum 24. 2. Reg. 23. 3. Reg. 21. Quibus locis nos legimus: Propitius sit mihi Dominus, & in vno horũ locorũ, nempe 2. Reg. 23. etiam Septuaginta habent sicut hic habetur: ἵλεως μοι κύριε: at 3. Reg. 21. Septuaginta habẽt, μεμοὶ γένοιτο παρὰ θεοῦ, id est, ne mihi fiat à Deo, hoc est, vt phrasim Hebraicam quidam pulchrè vertunt, absit à me per Deum, vel auertat à me Deus. Eadem phrasis est Genes. 18. in verbis Abrahæ ad Deum, vbi eã noster interpres vertit per Absit. Absit, inquit, a te vt facias hãc rem. Similiter Gen. 44. loquitur Ioseph; Absit à me vt sic agam. Itaque bene hic vertit interpres; *Absit à te Domine*, melius quàm si vertisset, propitius tibi esto, aut etiã propitius tibi sit Deus, quãquam hoc secundũ cum nostra lectione coincidat. Hebraica enim phrasis ad verbum significat, prohibitio sit mihi, vel tibi, hoc est, vt Latini dicere solẽt, Dij prohibeãt, aut, Dij meliora. Vnde huius phrasis significatio sequẽtibus verbis apertius explicatur, cũ subditur: Nõ erit tibi hoc. Vbi tibi, cũ emphrasi est legẽdũ.

E

«QVI CONVERSVS, [b]ET VIDENS DISCIPVLOS SVOS, COMMINATVS, &c.] Conuersus dicitur Dominus, quia faciem suam conuertit ad Petrum sibi collateralem, aut se sequentem, indignationem hac conuersione ostendens. Aut etiam quia faciem suam conuertit ad omnes discipulos, quia Marcus dicit; *& videns discipulos suos*. Quoniam autem omnibus discipulis audientibus Petrum Dominus reprehendit, coniectura est Petrum non omnino abduxisse Dominum extra discipulos, vt nullo audiẽte eum reprehenderet, sed apprehensa tantùm eius manu aut vestimento secretius illi locutum, quamuis sic vt quidam Apostoli etiam id audire possent. Vnde illud, προσλαβόμενος, fortè nõ rectè sic vertitur, cùm abduxisset eum. Porro pro *commi-*

natus, rectius interpres vertisset, increpauit. Est A enim idem verbum quod mox vertit, increpare. Cuius verbi, nempe ,varius est vsus in Euangeliis. Nunc enim significat cum interminatione vel indignatione aliquid præcipere aut prohibere alicui, vt cùm dicitur increpasse dæmones, ventum & mare. Aliquando est simpliciter reprehendere, vt cùm supra Petrus dicitur increpasse Dominum. Interdum est id quod propriè est increpare & corripere, vt hoc loco. Noster autem interpres vertit nũc per increpare, nunc per comminari, nunc per præcipere vel imperare. Omnibus autem discipulis audientibus Petrum redarguit, quoniam & illi simile quid vel patiebantur, vel pati poterant quale Pe- B trus. Seuerè autem adeo Petrum redarguit, etsi pio affectu erga Dominum commotum, vt doceret in his quę Dei sunt nullum esse locum humanę rationi aut affectui, & quanto zelo commoueri nos oporteat in eos qui affectu quouis humano nos ab his quæ Dei sunt auocare conantur.

VADE, INQVIT, POST ME SATANA, &c.] Quæ Christi verba sic distinguit Diuus Hilarius, vt post illa verba Petro dicta; Vade post me: quibus eum Dominus hortetur vt exemplum suæ passionis sequatur: deinde quæ sequuntur dicta sint in dæmonem, per quem opinio hæc Petro C suggerebatur: Satana scandalum mihi es. Non enim, inquit, conuenit existimare Petro sataną nomen & offensionem scandali deputari, post indulta illa beatitudinis & potestatis tanta præconia. Verùm hanc distinctionem & intelligentiam refellit Hieronymus, quòd hic error, inquit, Apostolicus non possit videri incentiuum diaboli, cùm profectus sit à pietatis affectu. Nec inconueniens est Petrum dicere vocatum satanam. Satanas enim dictus est, vel quia diaboli ea in parte imitator, quòd Christi mortem sicut ille impedire vellet, vel simpliciter quia aduersarius voluntati diuinæ & Christi. Non enim satanas nomen est proprium dęmoni, sed generaliter significat idem quod Latinis aduersarius. Itaque conuenienter Petrum, satanam vocat, quòd aduersarium se illi præberet, cùm ipse D se putaret illi amicum exhibere. Porro Origenes, & post eum Diuus Hieronymus differentiam faciunt inter hoc dictum Petro & illud quod suprà dæmoni Dominum tentanti dictum est, quòd hic Dominus dixerit Petro: ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, id est, vade post me satana: quod perinde sit atque, sequere me, non præ tuis consiliis. Suprà autem diabolo tentatori tantùm ὕπαγε σατανᾶ, id est, discede, facesse satana. Sed parum firma hæc est annotatio. Siquidem & in Luca & in Matthæo, item in plęrisque Græcorum libris legitur dictum dæmoni ὕπαγε ὀπίσω μου. Vnde simpliciter à se repellentis oratio habenda est, qua non indignè etiam E Petrus repulsus fuit cùm re vera satanam ageret, reuocando à iussis Dei. De hoc loquendi modo vide in cap. Concordiæ 15. Quod autem sequitur: Scandalum es mihi, vel, vt habent Græca, scandalum meum es: idem est quod, obstaculum mihi es, & impedimentum mihi præbes ne patris iussa perficiam. Scandalum enim Græca dictio, impedimentum viæ & offendiculum significat. Intelligendum tamen est quod dicit Dominus Petrum sibi esse scandalum, quantum scilicet erat in ipso Petro. Nam Dominus scandalum pati non potuit, quod non patiuntur nisi vel imperfecti & paruulis similes, vel peruersi & maligni. Nisi intelligatur

Petrum fuisse scandalum Christo secundum carnem, quæ Petri suggestione cœperit horrere mortem, sicut imminente passione. Vnde bene subiungit de abnegando semetipsum, vt quemadmodum ipse non sequebatur carnis voluntatem, sed patris, ita & nos faciamus. Cùm autem his verbis: Scandalum es mihi: Dominus reddiderit causam quare eum dixerit satanam, & quare eum à se reiecerit: addit etiam causam erroneæ huius opinionis in Petro, Quia, inquit, non sapis, hac scilicet in parte, ea quæ sunt Dei, sed ea quæ sunt hominum, hoc est, quæ sunt humana, nempe fugere passiones & ignominias, vitare mortem, & similia. Vbi notandum Dominum non dixisse: B sed ea quæ sunt dæmonis: vt intelligamus Petrum illud suggessisse non ex afflatu dęmoniaco, sed ex humano affectu: & rursum intelligamus, non tantùm diabolica sapere, sed etiam humana & carnalia, frequenter esse aduersari Deo & satanam agere. Prudentia enim carnis mors est, & inimica est *Rom. 8.* Deo. Legi enim Dei non est subiecta. Conferenda autem nunc hæc verba Domini ad Petrum, cum his quę mox prius ad eum sunt dicta. Ibi enim quia non humana, sed diuina, non quę caro & sanguis, sed quæ pater reuelauit, loquebatur, beatus pronunciatur, Petrus mutato nomine vocatur, ac fundamentum Ecclesię fore dicitur. Hic verò, quia non iam sapit diuina, sed humana relicitur, sataną vocatur, ac scandalum esse dicitur. Vnde intelligimus quanta sit differentia hominis sibi relicti, & eiusdem diuina gratia adiuti: deinde quàm nõ sufficiat Dei gratiam aliqua in re percepisse, si non eadem perseueret assistere. Itaque quo Petrus sibiipsi inno tesceret, nec se ob pronunciatam beatitudinem efferret, & nos quæ dicta sunt in eo disceremus, bene dispensatione & permissione diuina factum est, vt post insignem illam commendationem, in hãc prolapsus infirmitatem talem à Domino audiret increpationem.

bET[a] TVNC IESVS [b] CONVOCATA TVRBA CVM DISCIPVLIS SVIS DICEBAT, &c.] Quoniam Petrus carnali affectu D Dominum à morte auocare conabatur, non satis habuit Dominus hunc eius affectum redarguere, sed insuper docere cœpit quàm necesse esset nõ sibi solùm, sed suo exemplo omnibus ponere huiusmodi affectus, & mala quæ Deus immiserit aut permiserit prompto suscipere animo. Ideoque omni turba conuocata, ad omnes hæc dicit, quoniam ad omnes pertinebant qui salutẽ quærebant æternam. Si quis, inquit, vult post me venire, id est, me sequi, & meus esse discipulus. quasi dicat: Multi sunt qui pedibus me magis sequuntur, quàm imitatione, & alij alia de causa me sequuntur: sed quisquis volet esse verus sectator meus, huic necesse est ante omnia abneget seipsum, &c. Dicit autem: si quis vult: nimirum in libertate nostra nobis relinquens vtrũ amplecti maluerimus. Dicit in genere, si quis, hoc est, quisquis vult, &c. vt intelligamus ad omnes istud pertinere, nec quenquam nisi hac ratione posse esse illius sectatorem. Quod si autem ilne posse esse illius sectatorem. quasi dicat: Multi sunt qui lud quod supra dictum est Petro: Vade post me, sic est accipiendum, quomodo intelligit Origenes, iam hic cùm dicit Dominus: Si quis vult post me venire, intelliget ipsum explicare quid sit illud quod supra dixit: Vade post me, verùm illò non videtur Dominus respexisse. Porro duo requirit ab eo qui sequi se volet. Primũ, vt abneget semetipsum. Est autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem abnegare seipsum, valedicere propriis affectibus & desiderijs, ac apud se statuere nolle deinceps illa sequi quæ amor proprius suggerit, sed ea quæ diuinæ sunt voluntatis, qualiacunque sunt illa, & quantumcunque sunt carni & nostræ humanæ voluntati inimica. Quæ sanè abnegatio, res est carni difficillima. Caro enim desiderat huius mundi honores & voluptates, longâ & ab omni incommodo liberam vitam in hoc mundo. Hæc ergo abnegatio exigit vt ne in his humanis desideriis carni acquiescere statuamus. Rursum amor suiipsius etiã in bonis quæ quis facit operibus, se frequẽter magis spectat, ac suum bonum quærit, potius quàm vt Dei voluntatem adimpleat. At abnegatio suiipsius requirit, vt in omnibus Deum potius quàm nos spectemus, nec tam quid nobis bonũ quàm quid illi gratum sit consideremus. Hoc tamen loco abnegationem sui Dominus maximè requirit, ad hoc vt valedicamus affectibus illis, quibus longam in hoc mũdo vitam optamus, & mala ac incommoda carni effugere studemus. Itaque requirit vt non tantùm abnegemus diabolum & mundum, aut parentes & filios aut vxores, sed, quod est omnium difficillimũ, etiam nosipsos, qualem abnegationem alibi vocat odire animam propriam. Vnde Lucæ 14. dicit: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest esse meus discipulus. Cùm autem quis seipsum abnegauerit, necesse est secundò, vt tollat crucem suam, hoc est, vt mala quæuis quæ propter Deum illi ab impiis inferuntur, aut quæque incommoda quæ in hac vita ei Deo permittente obueniunt, prompto & lubenti animo suscipiat & tolerer. Etsi enim nemo sit qui crucem à Deo impositam non cogatur ferre, tolunt tamen tantum ij qui cum alacritate aut saltem lubentes iis quæ ipse immiserit veluti humeros supponũt. Lucas addit, quotidie, quo significatur, nunquam non perferendum aliquid ei qui piè vult viuere in Christo, ac ei perseuerantia vsque in finem opus esse. Cæterum quanquam horum duorũ, quæ Dominus exigit à discipulo futuro, hic sensus esse videatur à Domino intentus, qui iam est explicatus, non est tamen prætereundus intellectus Diui Gregorij, qui duo hæc paulò aliter explicat, nimirũ eo sensu qui suo & nostro seculo maximè conuenit. Itaque illũ intelligit abnegare seipsum, qui desinit esse quod erat, & incipit esse quod non erat, id vitans quod erat per vetustatem peccati, & ad id nitens ad quod per nouitatem vitæ vocamur: Tollere autem crucem suam, affligere corpus per abstinentiam, & crucifigere carnem cum vitiis & concupiscentiis, aut etiam per compassionem animi affligere seipsum. Quem sensum etiam D. Hieronymus hic secutus est, sic scribens: Qui deponit veterem hominem cum operibus suis, denegat semetipsum, dicens: Viuo autem non ego, viuit verò in me Christus, tollitque crucem suam, & mundo crucifigitur. Quod autem sequitur in verbis Domini; & sequatur me; dupliciter accipitur. Quidam enim illud accipiunt, vt sit diuersum à duobus præcedentibus, vt significetur non esse satis abnegare seipsum & tollere crucem suam, nisi quis etiam sequatur Christum, hoc est, in illis spectet Dei non suam gloriam, aut præter mala quæ patitur, etiam incedat per vestigia conuersationis Christi. Alij, & rectius quidẽ, accipiunt eam partem appositam, non vt diuersam à præcedentibus, sed vt significetur eum qui volet venire post Christum sequi posse, & debere per illa duo quæ dicta sunt. Fieri enim non potest vt qui seipsum verè abnegauit, & tollit crucem suam, non sequatur Christum. Et alioqui absurdum est dicere tria hæc requiri ab eo qui vult venire post Christum, nempe abnegare se, tollere crucem, & sequi Christum, cùm venire post Christum, sit sequi Christum. Itaque perinde esset ac si diceretur: Qui vult me sequi, sequatur me. Hieronymus intelligit illud; & sequatur me, non esse diuersum à præcedenti, sic scribens post supradicta verba ipsius: Cui autem mundus crucifixus est, sequitur Dominum crucifixum. Vide autem etiam quæ circa illud Matt. 10. c. Concordiæ 55. sunt annotata: Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus: quare scilicet crucis fiat mentio.

A

B

C

D

E

[1] QVI ENIM VOLVERIT ANIMAM SVAM SALVAM FACERE, PERDET EAM, &c.] Dixit quę sint facienda ei qui se sequi volet: addit nunc & causam ob quam illa sint meritò facienda, nimirum ob fructum qui sequitur eum qui suam tollit crucem, & damnum quod sequitur eum qui crucem tollere recusat, atque sic iam necessarium esse ad salutem ostendit, quod prius in voluntate omnium posuit, dicens: si quis vult post me venire. Porro quę dicenda sunt circa has duas sententias quas Dominus frequenter repetit, vide circa dictum Matthæi locum, vbi dicitur: Qui inuenit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Cæterum quod sequitur: Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, &c. non satis apparet quomodo hæreat cum præcedentibus propter coniunctionem, enim. Nam dicendum videbatur, Quid autem, vt iam subsumendo ostenderetur quàm tum damnum sit compendio vitæ temporalis, verè perdere animam. Sed quemadmodum vt illud: Qui enim voluerit animam suam saluam facere, &c. bene hæreat cum precedenti sententia, aliquid huiusmodi est subintelligendum quod illis sententiis probetur: Et meritò quidem me quisque sequi debet abnegando seipsum, & tollendo crucem suam: Sic & hic ante hanc sententiam aliquid subaudiendum videtur in hunc vel similem modum: Itaque ne quis vere perdat animam suam, sed eam verè saluam faciat, præstat eam in hoc mundo nolle saluam facere, sed potius perdere eam propter me. Expressa enim illa conclusione, ad quam indicandam & probandam duæ illæ sententiæ allatæ fuerant, iam aptè sequitur etiam ratio secunda, qua ostenditur & quàm inutile sit lucrum vitæ temporalis, imò totius mundi cum perditione animæ, & quam irreparabile sit damnum perditionis animæ. Est autem hęc ratio desumpta à sententiis vulgi de perditione vitę temporalis, vt sit hic sensus: Sicut nemo tam stultus est, vt velit iactura vitę huius corporalis lucrifacere, si possibile esset, vniuersum mundum, tum quòd vita perdita nullus ei esset rerum huius mundi vsus, tum quòd vitam perditam nulla re recuperare posset: sic multò magis stultum est lucro vitę temporalis, imò totius mundi, facere veram animę iacturam post hanc vitam, quando ei nihil prodesse poterit acquisitio rerum in hoc seculo obtentarum, nec perditam animam vlla re redimere. Nam quod dicitur: Aut quam dabit homo commutationem pro anima suæ; intelligere oportet de anima perdita. Anima enim nondum perdita redimitur pretio sanguinis Christi, ac bonis

ac bonis operibus, secũdùm quod Daniel dixit Nabuchodonosor: peccata tua eleemosynis redime. Itaque quod hic dicitur, simile est illi quod dicitur in Psal. 48. Frater non redimit, redimet homo, nõ dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ.

[h] QVI ENIM ME CONFVSVS FVERIT ET VERBA MEA, [b] IN GENERATIONE, &c. Coniunctio, *enim*, probat illam sententiam prædictam: Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam; sic & contraria sententia hic indicata, nempe, qui me confessus fuerit, confitebor & ego eum; probat sententiam alteram prædictam: Qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet eam. Portò non satis Latine interpres noster vertit in Luca; *qui me erubuerit & sermones meos*, (eo quòd erubescо sit absolutum) & minus Latine in Marco, *qui me confusus fuerit, & verba mea*; Græcè apud vtrumque Euangelistam est eodem modo: ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με, καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, quod Latinius sic verti potest: Quemcunque enim puduerit mei & meorum sermonum. Sed interpres voluit imitari constructionem & locutionem Græcã. Proinde certum est in Marco malè quosdam legere pro confusus & confundetur, confessus & confitebitur. Additur autem in Marco, *in generatione ista adultera & peccatrice*; eo quòd apud impios prędicatio Christi & Euangelij, ob humilitatem crucis ridicula sit, ac proinde apud illos posit esse ratio erubescendi Christum &, Euãgelium. Per generationem autẽ adulteram & peccatricem, non tãtùm intelligere voluit Iudęos, sed omnes etiam impios, sine quibus mundus nunquam erat futurus, sed qui prædicationem nominis Christi & omnis virtutis ac iustitię semper esset irrisuri, quos adulteros vocat ꝙ à Deo defecerint ad idola, aut certè ad creaturarum nimium amorem. Quod autem dicit; *filius hominis erubescet eum*; sic est accipiendum, quia filius hominis talẽ indignum iudicabit quem inter suos agnoscat, & dedignabitur suis connumerare, veluti pudore afficiendus coram patre & angelis, si connumeraret. Addit autem commodè; *cum venerit in gloria*; nimirum gloriam suam opponens humilitati primi sui aduentus, ob quam quosdam pudet eum confiteri aut suscipere, quia duobus modis intelligi potest quis erubescere Christum, videlicet vel quia pudet in eum credere cuius crucem mundus irridet; vel quia pudet eum in quẽ iam credit confiteri & prædicare, Itaque notandæ in hac sẽtẽtia antithęses pulchræ inter gloriam Christi & eiusdẽ humilitatem: inter eum qui non erubescit, & eum qui postea erubescet: inter peccatores coram quibus aliquis nunc erubescit, & patrem cœlestem ac angelos sanctos, coram quibus tunc Christus erubescet. Perinde enim est ac si dixisset: Qui me iá abiectum à mundo habitum erubescit, hunc ego aliquãdo glorioſus toti mundo erubescam. Qui me coră peccatoribus meritò contemnendis, & quorum iudicium irrideri deberet, erubescit, hũc ego vicissim coram sanctis angelis erubescam, apud quos inhonorari extremæ est ignominię & infœlicitatis. Quique ne perdat honorem peccatorum, veretur meã humilitatẽ prædicare, hic in mea gloria perdet honorem meum & sanctorum angelorum. Itaque videte à quib⁹ malitis honorari à peccatoribus, an à me glorioſo & sãctis angelis. Dicta sunt autem quædam etiam ad hanc sententiã spectantia circa illud Matthæi 10. Omnis ergo qui cõfitebitur me, &c. Ex illis intelligi potest quomodo hæc sentẽtia generalius accipi potest, vt nõ solùm intelligatur erubescere Christum quem pudet in Christum credere, aut eum confiteri, sed etiã quẽ pudet quamuis veritatẽ prædicare, aut quamuis iustitiam operari.

A

B

C

D

E

[4] FILIVS ENIM HOMINIS VENTVRVS EST IN GLORIA PATRIS SVI, &c. Hac sententia, quę in Concordia rectè subiũgitur post superiorem sentẽtiam posità à Marco & Luca (declarat enim & confirmat illud quod in ea dictum est, quòd filius hominis erubescet cùm venerit in gloria) Matthæus, qui hanc solus posuit, idẽ probare voluit, quod reliqui duo Euangelistæ superiori sententia, nempe quòd qui iam voluerit præterito Christo animam suam saluã facere, perdet eam: & contrà, qui propter Christum perdiderit, saluam eam faciat. Norandum autem, quòd in hac & superiori sententia dicatur filius hominis vẽturus in gloria patris sui. quo significatur eandẽ esse filij hominis gloriã quæ est patris, ac proinde & eandem esse substantiam. Portò celeberrima est, & in scripturis frequenter obuia sẽtẽtia, qua dicitur hic in iudicio nouissimo reddendum vnicuique secundum opera sua. Ea enim etiã eisdem verbis habetur Psalm. 61. Tu reddes vnicuique secundum opera sua. & ad Rom. 2. Thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuique secũdum opera sua: Aliis autem locis idem, etsi aliis verbis, frequenter dicitur, vt 1. Cor. tertio: Vnusquisque autem propriam mercedẽ accipiet secũdum suum laborem. Et 2. Corint. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum. Et alijs infinitis pene locis idem inculcatur. Quæ tamen omnes sentẽtiæ generales, quoniam non videntur verificari in paruulis & fatuis, intelligendæ videtur pronunciatæ distributione, vt vocant, accommoda, nimirum de operantibus, sub quibus non comprehenduntur pueri & fatui, vt qui non tam operẽtur quàm patiantur, aut saltem non operantur humana, quòd careãt in agẽdo vsu rationis. His autem sentẽtijs Spiritus sanctus in primis quidẽ refellere voluit eos qui fidei suę aut veri Dei agnitioni & inuocationi nimis fidunt, cõtra quos supra dixit Dominus: Nõ om. is qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorum, sed qui facit volũtatem patris mei, &c. Et Hiere. 6. dicit Dominus per prophetã: Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Quoniã si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra. &c. habitabo vobiscum. Proinde his sentẽtijs mirè retunditur eorum doctrina, qui hodie in extollenda fide, & operibus hominum deprimendis nimis sunt immodici. Similiter his sententijs Spiritus sanctus refellere voluit fiduciam quorũdam in virtutibus & benefactis aliorum, etiãsi illa non imitentur. Vnde Ioannes Baptista populũ admonuit vt facerent fructus dignos pœnitentiæ, nec confiderent in Abrahã patre ipsorum, ac promissionibus eis factis. Et ex cap. Ezech. 18. patet satis ad hunc finem has sentẽtias toties in scripturis inculcari. Postremùm his sententijs scriptura testari voluit Deum citra omnem personatũ dele-

Matt. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum, omnes iudicaturum iuxta quod quisque in A nentus fuerit, secundùm testimoniũ quod opera de eo perhibent. Ad hunc enim finem adfert hãc sententiam D Paulus ad Romanos 2. addens: Nõ enim est acceptio personarum apud Deum.

ET DICEBAT ILLIS: AMEN DICO VOBIS, SVNT QVIDAM DE HIC STANTIBVS, &c.] Quoniam dixerat filium hominis venturum in sua gloria, idque vel maximè prouocare posset, vt eum qui abiectus videbatur prædicarent, non solùm omni pudore posito, sed etiam cõtempta propter eum & morte, & omnibus huius mundi bonis: ideo oportunè iam confirmat quod dixerat se venturum in gloria: & quoniam B quod dixerat de suo aduentu, in tempora lõga differendum erat, ne ob id minus crederetur, promittit etiam, in præsenti vita, post breue tempus se reuelaturum quibusdam suã gloriã, & regnum suũ, & cum solita sua asseneratione promittit, dicens: Amen dico vobis; pro quo Lucas habet, λέγω ὑμῖν ἀληθῶς. Dico vobis verè nimirum exponens dictionem Hebraicam Amen, quemadmodũ etiam alibi. Porrò quod hic dicitur quosdam ante mortem visuros filium hominis in regno suo, variè intelligitur. Quidam enim intelligũt istud Dominum dixisse de sua transfiguratione. Nam eam omnes Euangelistæ mox subiungunt, veluti ostendere volentes implerum tum fuisse quod his verbis Dominus fore promisit. Tũc enim quidam illic stantium, nẽpe tres Apostoli quos secum sumpsit, viderunt filiũ hominis venientẽ in regno suo, hoc est, in ea claritate in qua veniet iudicaturꝰ, & qua cũ sanctis suis erat regnaturus. Aut simpliciter venientem in regno suo, id est apparẽtem in gloria regni sui. Sic quod dicũt Marcus & Lucas; donec videant regnum Dei, intelligunt, donec videant gloriam & maiestatem regni sui. Alij intelligunt istud Dominum dixisse de gloria in qua ab omnibus Apostolis vidẽdus erat post resurrectionẽ, & in ipsa ascensione. Tunc enim omnes viderunt eũ
Matt. 26 in regno suo, secũdùm quod Dominus ipse eis di
Mar. 28. xerat in vltima cœna: nõ bibam de hoc genimine vitis, donec illud bibam vobiscum nouũ in regno meo. Tunc illis dixit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Tunc illum viderunt deiẽcta morte triũphasse, ac glorioso & impassibili corpore resurrexisse. Tunc in ipsa ascensione angeli eis dixerunt: Quemadmodum vidistis eum ascen
Actum 10. dentem in cœlum, sic veniet. Secundùm hunc intellectum dicit Dominus quosdam illic stantiũ vi

tas cum Moyse hacum eo loquentes. ‖c loquebantur cum illo
* b. &
* a. autẽ
† h. aut
a b. o. Iesu
‖b. rabbi
† c. Nescíes quid diceret
* b. &
a b. obũbrans
† b. venit
◁ b. o. charissimus.
‖b o. audite illum
† b. o. Iesum tantum
◁ b. interrogabant
‖ b. qui

facta est[b] de nube dicens: Hic est filius meus ▷ dilectus, [a] in quo mihi bene cõplacui, ‖ [c] ipsum audite. Et[c] dum fieret vox, [a] audientes discipuli ceciderunt in faciem suã, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere: Leuantes autem oculos suos, [b] & statim circumspicientes, [c] neminẽ[b] amplius[c] viderunt nisi † solũ Iesũ [b] secũ [&] [c] inuẽtus est Iesus solus. [c] Et descẽdentibus illis de mõte præcepit illis[a] Iesus, [d] ne cuiquã quod vidissent narrarẽt: nisi cũ filius hominis à mortuis resurrexerit, [a] dicẽs: Nemini dixeritis visionẽ donec filius hominis à mortuis resurgat. [c] Et ipsi tacuerũt, [b] & verbũ continuerũt apud se, conquirẽtes quid hoc esset, cũ à mortuis resurrexerit, & nemini dixerũt in illis diebus quicquã ex his quæ viderant. [c] Et ▷ interrogauerũt eũ[a] discipuli eius[c] dicẽtes: Quid ergo dicunt[b] Pharisæi & scribæ, quia Eliã oporteat venire primũ. ‖ At ille respondens ait illis: Elias[a] quidẽ venturus est, & [b] cùm venerit primò[a] restituet omnia, [b] & quomodo scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur, & contemnatur. [c] Dico autem vobis, quia [b] & [c] Elias[a] iam[c] venit, & [a] non cognouerunt eũ sed[a] fecerunt in eo quæcunque voluerunt, [b] sicut scriptũ est de eo[a]. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis.

FACTVM EST AVTEM POST HAEC VERBA, FERE DIES OCTO, ET ASSVMPSIT, &c.] Si verba superiora; *Sunt quidam de hic stantibus*, intelligantur de Christi transfiguratione, iam manifestũ est quare ab omnibus Euangelistis hæc narratio subiungatur superioribus, nimirum vt quod promissum erat à Christo, ostenderẽt esse impletum. Si verò secundùm aliorum intelligentias prædictas superiora intelligãtur, dicendum Dominũ hac sua transformatione voluisse specimen quoddã dare suę glorię, in qua dixerat se venturum in nouissimo die, & voluisse B inciperẽ adimplere promissionem illam. Sũt quidam de hic stantibus, &c. quæ tamen postea perfectius esset implẽda. Atque ob id (quod ad literalẽ quidem attinet rationem) Euangelistę tempus rei iam gestæ post prædicta verba accuratè annotauerunt, videlicet vt indicarent vel iam impletũ esse quod promissum fuit; vel cœptũ adimpleri, quia transfiguratio hæc prælibatio fuit regni Christi pòst magis aperiendi. Porrò dissonantia quę inter C Euangelistas videri esse posset, quòd Lucas octo dierũ meminit, Matthæus verò & Marcus sex die rũ post superiora à Christo dicta, sic ab omnibus bene dissolui solet, vt dicatur Matthæum & Marcum intermedios tantùm dies cõnumerasse, Lucã verò etiam duos extremos dies, & illum scilicet quo Christus locutus est, & illum quo in monte est trãsfiguratus. Verùm non est necesse huc cõfugere, cùm non dicat absolutè Lucas octo dies, sed fere octo dies. Ideo autem dicit ferè octo dies, D vel quia non constitit ei satis dierũ numerus, vel quia non post integros octo dies hæc facta essent: sed sex integros & duorum dierum extremorũ aliquã partem. Cæterùm videtur etiam mystica habere rationem, quare dierum numerum tã accuratè Euangelistæ annotauerunt, nimirũ vt indicaretur, post sex mũdi ætates octauo die futurã omnium resurrectionem, ac Christũ in sua gloria vẽturum, cuius hæc Domini transfiguratio velut primitiæ quędam aut indicium fuit. Sicut enim in E octaua die facta est resurrectio Christi, ita & generalis resurrectio octaua die futura est, quãdo scilicet cõpletus erit cursus dierũ qui septenario numero semper recurrunt. Quoniã autẽ nondum erat tempus glorificationis, non manifestauit Dominus suam gloriã omnibus Apostolis: & tamẽ quoniã pro fidei confirmatione gloriã suã quibusdam aperire debuit, quosdam ex Apostolis delegit, qui glorię Christi cõspectę postea idonei essent testes apud alios. Itaque tres ad hoc delegit, vt secũdùm legem in ore horũ triũ verbũ hoc cõfirmaretur, & tres illos, quos inter duodecim Apostolos primo semper loco habuit, vt qui ob id ψ primi & præcipui essent inter Apostolos, præ aliis etiam perfectiore Christi cognitione donati debẽrãt, ac certiores futuri essent gloriæ Christi post resurrectionẽ testes. Iacob. ergo iste, cuius hic fit mentio, non ille est qui dicitur frater Domini à Paulo, & scripsit primam epistolam Canonicam, quem Paulus coniungit Petro & Ioanni, ad Galatas 2. Hic enim dicitur, Iacobum & Ioannẽ fratrem eius: proinde in æquiuocatione nominis erranit D. Augustinus scribẽs super epistolã ad Galatas de Iacobus, cuius ibi cum Petro & Ioanne fit mentio: Petrus, inquit, Iacobus & Ioannes honoratiores in Apostolis erant, quia ipsis tribus se in mõte ostendit in significatione regni sui, cũ ante sex dies dixisset: *Sunt quidam de circunstantibus*, &c. Errasse in ipso nomine videtur etiam D. Ambrosius hoc loco scribens super Lucã, cum Iacobo, cuius hic fit mentio, tribuit illud quòd primus conscenderit solium sacerdotale, quod dicendũ erat de Iacobo minore, qui primus fuit Hierosolymorum Episcopus, nisi fortè successerit Iacobo Zebedæi ab Herode interẽpto. Hos ergo Apostolos tres secum seorsum sumens Dominus, ascendit cũ eis in montem, eumq; excelsum, tum quòd hic locus, vt pote secretus, commodus esset orationi. & ostensioni gloriæ suæ: tum vt hoc ipso ascensu doceret eum qui cœlestem suam gloriam vellet mente cõspicere, oportere relictis omnibus terrenis curis & cogitationibus supra se eleuari ad cœlestiũ cõtemplationem. Porrò mons iste quis fuerit nõ explicatur in scripturis, creditur tamen communiter fuisse mons Thabor, clarus victoria Barac & Deborę, qui & Ithaburius dicitur Iosepho. De hoc monte sic scribit Brocardus: A Nazareth duabus leucis versus orientem est mons Thabor, in quo Dominus trãsfiguratus fuit, sunt in eo adhuc ruinæ varię palatiorum & turriũ, quę hodie sunt latibula leonum & aliarum bestiarum. Altitudini huius montis testimoniũ præbet D. Hieronymus sic scribens lib. de locis Hebraicis: Thabor terminus Zabulon. Est autem mons in medio Galilææ campo, mira rotunditate sublimis, distãs à Dioecesarea decem milibus contra orientalem plagam, qui confinium quoque inter tribum Isachar & Nephtalim fuit. Apertius autem Iosephus altitudinem huius montis exprimit, qui lib. 4. de bello Iudaico ca. 2. testatur altitudinẽ eius esse triginta stadiorum, in septentrionali plaga inaccessam, in vertice autem viginti stadiorum planicię patere, quam seipsum dicit quadraginta dierũ spacio mu

TRANSFIGVRATVR DOMINVS. Matth. 17. Marci. 6. Lucæ 9. CAPVT LXVII.

†c. & post dies sex
▷ b. o. cord ipsi
‖ a. vestimẽta aũt
‖c. & vestitus
† c. albus & resplẽdens
▷ a. o. alba.
‖ a. o. sicut
† b. apparuit
▷ b. E.

*FACTVM est autem post hæc verba † [1] ferè dies octo, & assumpsit [c] Iesus [1] Petrum & Iacobũ, & Ioannem [a] fratrem eius, [c] & ascendit in mõtem vt oraret, [c] & duxit illos in montẽ excelsum seorsum [a] solos. [c] Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera, & trãsfiguratus est ▷ ãte eos. [a] Et resplenduit facies eius, sicut Sol, ‖ & vestimenta eius facta sunt † [b] splẽdẽtia & ▷ [1] candida [b] nimis ‖ velut nix, [b] qualia fullo non potest super terram candida facere. [1] Et ecce † [c] apparuerunt illis [c] duo viri, erant autem ▷ [1] Moyses & Elias, [b] & erant ‖ [1] loquentes cum Iesu, [c] visi in maiestate: & dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Petrus vero, & qui cum illo erãt, grauati erant somno. Et euigilãtes viderunt maiestatem eius: & duos viros qui stabant cùm illo. Et factum est cũ discederent ab illo, * [c] respondens [1] Petrus † dixit [c] ▷ ad Iesum [a] Domine ‖ [b] præceptor, [1] bonũ est nos hic esse, [b] & [a] si vis, [1] faciemus [a] hic [1] tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. † [b] Non enim sciebat quid diceret, [b] erant enim timore exterriti. [c] Hæc autẽ adhuc illo loquẽte ecce [b] * facta est [1] nubes [a] lucida, [c] & ▷ [1] obumbrauit eos & timuerunt intrantibus illis in nubẽ. [1] Et [a] ecce [1] vox †*

[b] facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

xo circũdedisse,vt in eo monte cõtra Romanos A Iudæi defenderent se.Memorat autem Lucas Dominum ascendisse in montem vt oraret,sicut hoc Domino fuit familiare, ac inter orandũ trãsfiguratũ fuisse.Quòd sicut docemur secedere,& mentem subleuare cùm orandũ est: ita & illud monemur, nos orantes quodammodo in Deum transformari,quo certè cupidius orare & cũ Deo colloqui debeamus. Quomodo autem intelligendũ sit quod dicunt Matthæus & Marcus, Dominum trãsfiguratum,vel,vt habent Græca, μετεμορφώθη, id est,transformatũ,polchrè & doctè tractauit D. Hieronymus, sic scribens: Quod dicit, *transfiguratus est ante eos*;nemo putet ptistinam eum formam, vel amisisse corporis veritatem,& assumpsisse corpus vel spirituale,vel aereũ,sed quomodo transformatus sit Euangelista demonstrat, dicens:*Et resplenduit facies eius sicut sol*,&c.Vbi splendor faciei ostenditur,& candor describitur vestiũ, non substãtia tollitur, sed gloria commutatur. Transformatio splendorem addidit, faciem non subtraxit. Hæc ille.Sed & Lucas satis indicat quo modo illa trasformatio vel transfiguratio debeat intelligi,cùm pro eo quòd alij dixerunt, *transfiguratus est*,ipse dixit,*& facta est species vultus eius altera*. Non dicit aliam faciem factam aut aliam faciei figurã,sed speciem.A verbo μετεμορφώθη, quod hic ponitur in Matthæo & Marco,deriuatur dictio Metamorphosis,qua dictione Poetæ prophani vocabant fabulosas suorum deorum transfiguratio C nes quibus lonem in taurũ aut aliud quid mutarũ fingunt,& sic de aliis. Vnde ad hanc vocẽ alluisse videtur Petrus cum de hac Christi admirãda metamorphosi verba esset facturus,epistolæ suę secũde cap. 1. Præmisit enim:Non enim doctas(vel arte compositas) fabulas secuti, notã vobis fecimus Domini virtutem & præsentiam,sed speculatores facti illius magnitudinis ; significãs hanc Christi transfigurationem admirabiliorem,verioré & certiorem fuisse fictis illis poetarum transformationibus. Porrò testẽ Damasceno aliter iam Christi orantis facies resplenduit,aliter facies Moysis , cũ locutus fuisset cum Deo in monte Sinai. Claritas enim faciei in Moyse extrinsecus aduenit ex colloquio cũ Deo.Vnde allegoricè tractans hanc claritatẽ Paulus 2. Corint. 3.Nos verò,inquit, omnes, D reuelata facie gloriam Domini speculantes,in eãdem imaginẽ transformamur à claritate in claritatem tanquã à Domini spiritu.Claritas verò faciei in Christo fuit ex innato gloriæ diuinæ fulgore, aut etiam ex beatitudine animæ Christi, quæ ab initio cõceptionis semper beata,tamẽ dispẽsatione diuina radios suæ beatitudinis nõ diffundẽs in corpus iam ad tempus permissa est sic in corpus suã gloriã diffundere,quomodo eã diffundet in resuscitatis sanctorũ corporibus : nisi quòd tũc diffusa in corpus gloria erit ei velut cõnaturalis,quę E nunc in Christo fuit velut trãsitoria passio. Qualis,inquit Hieronymus , futurus est Dominus tẽpore iudicãdi,talis Apostolis apparuit.Et rursum: Trãsformatus est,inquit,Dominus in eã gloriam, qua venturus est postea in regno suo. Præterea Moyses tãtùm habuit claritatẽ faciei,eãq; talẽ quę velamine appositio faciei non trãsparuit: Christus verò in toto corpore tantam habuit claritatẽ , vt ea transparente , vestimenta eius viderentur esse candida & fulgentia sicut nix.aut,vt Greci habẽt,sicut lux.Vnde discẽdũ quãta sit futura claritas corporũ nostrorum ignobiliom post resurre- 1. Cor. 8. ctionẽ de qua claritate Paulus:Seminatur,inquit, Matt. 13. in ignobilitate surget in gloria.Et Dominus: Tũc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.

¶ Et ecce, apparverunt illis duo viri, erant autem Moyses &c.] Christo in gloria sua apparenti conueniebat adesse quosdam etiam gloriosos, tum vt sua præsentia ipsius gloriam magis illustraret, tũ vt suo testimonio autoritatem Christi & verborum eius Apostolis commendaret. Hos autẽ nullos alios potius esse conueniebat quàm Moysen & Eliam, tum quòd hi inter omnes veteres prophetas maximè fuerunt Iudæis admirabiles,ob insignia eorum facta & miracula:tum quòd Moyses legis auB ctor,Elias verò præcipuus esset prophetarum.Itaque horum præsentia demonstratum est & quãta esset Domini excellentia,vt cui illi summè omnibus admirabiles cederẽt,& rursum legem ac prophetas , in quæ duo fere diuiditur vetus testamẽtum,Christo testimonium cõcorditer reddere, tãtùm abest vt , quemadmodum Pharisæi calũniabantur,legi ac prophetis ipse cõtrarius esset. Vnde Paulus iustitiam Dei in Euangelio manifestam Rom 3. dicit testificatam à lege & prophetis. Et Philippus supra dixit Nathanaeli:Quem scripsit Moyses Ioan. 1. in lege,& prophetę,inuenimus Iesum à Nazareth. Matt. 2. Et frequenter Dominus legem & prophetas con- Ibidem 7. iungit,significans totam veteris testamẽti scriptu- Matt. 22. ram.In his,inquit , duobus mandatis vniuersa lex pẽdet & prophetæ.&:Hæc est enim lex & prophetæ:&:Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Ioãnem. Peculiariter autẽ hi duo testes iam testimonium perhibebant mortis Dominicæ,quia, vt habet Lucas dicebant excessum,vel,vt habent Græca, ἔξοδον, id est exitum,hoc est,mortem eius quam in Hierusalẽ erat subiturus. Hoc enim erat quod supra dictum à Domino Apostoli abhorrebant,& veluti absurdum habebant , vnde oportebat eos horum testium authoritate confirmari,vt intelligerent easdem illas scripturas quæ Christum promiserant,etiam hanc eius mortem prædixisse ,& iam olim sic à patre cœlesti ordinatum esse vt hãc mortem subirent.Quòd autẽ Moyses & Elias etiã ipsi in maiestate , hoc est , in gloria & in claritate apparuerunt, non tantùm valebat ad maiorẽ gloriæ Christi commendationem, sed etiam ad hoc, vt intelligerent gloriã quam in Christo videbant, non illi fore propriam,sed communicãdam etiam his qui secundùm superiorem Domini doctrinã sequerentur Christum tollendo crucem,& perdẽdo animam suam,quemadmodũ per hæc & Christus in suam gloriam,in qua iã apparebat,esset intraturus, & ipsi quoque iam in gloria apparebãt. Siquidẽ & Moyses & Elias pro Dei gloria multa grauia vsque ad vitæ frequenter discrimẽ perpessi sunt,vt nulli alij ante Christũ magis.Hi duo testes videntur notari & Apocalip. 11. circa secundum Domini aduentũ,cùm dicitur;Dabo duobus testibus meis , & prophetabunt diebus mille ducẽtis sexaginta,amicti saccis.Hi sunt duæ oliuæ,& duo candelabra in conspectu Domini terræ stãtia Et si quis voluerit eis nocere , ignis exiet de orẽ eorum , & deuorabit inimicos eorum : & si quis voluerit eos lædere,sic oportet eum occidi.Hi habent potestatẽ claudẽdi cœlũ,ne pluat diebus prophetiæ ipsorũ , & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem,& percutere terrã omni

omni plaga quotiescunque voluerint.Cùm enim A dicitur,ignis exiet de ore eorum,& deuorabit inimicos eorum,& habẽt potestatem claudendi cœlum ne pluat,alluditur ad facta Eliæ:cùm verò dicitur,habent potestatem cõuertendi aquas in sanguinẽ,& percutere terram,&c. alluditur ad facta Moysis.Sed & Malachiæ vltimo vbi promittitur aduentus Eliæ ante nouissimum Messiæ aduentũ, præmittitur de Mose:Mementote legis Moysi serui mei,quã mandaui ei in Horeb,ad omnẽ Israel præcepta & iudicia.Et sanè D.Hilarius existimat Mosen & Eliam præcursuros secundum Domini aduentũ eosque in Apocalypsi designatos prædicto loco,in quo tamen communiter etiã antiqui patres intelligũt significari per duos testes, Enoch & Eliam,de quibus paulò pòst latius.

B ¶ Petrvs vero, et qvi cvm, &c. Domino orãte,Petrus & qui cũ ipso erãt more suo dormiebãt grauati somno,quẽadmodũ & postea orante Domino cũ instaret tẽpus passionis:vnde conijcere licet prolixitatẽ orationis Christi,& obseruare infimitatem Apostolorũ quã benignè adeo Dominus tolerabat & fouebat,donec ad maius robur proueheret.Non enim,vt quidam intelligũt, putandũ eos somno grauatos propter splẽdorem oculos eorum & mentẽ grauantẽ. Nõ enim ante somnũ hunc viderunt gloriã Christi,& duos illos viros,sed(vt habet Lucas)postquam euigilassẽt & experrecti essent.Proinde quod præcedit in Concordia cũ Matthæo & Marco,quòd apparuerint illis Moses & Elias, intelligendum est positum per anticipationem,sicut & quod Lucas ante hæc verba dicit hos visos fuisse in maiestate,& dixisse excessum Iesu complẽdum in Ierusalem.Porrò causæ variæ assignantur,ob quas Petrus vbique aliis feruẽtior diceret:Bonum est nos hic esse;quæ omnes simul concurrere potuerunt,sicut eas ex ipsis Euãgelistarum verbis colligere facile licet. Lucas enim habet:*Et factum est cum discederent ab ipso, Petrus ait ad Iesum*.Quibus significauit satis eum hæc dixisse animo retinendi Mosen & Eliam iam D abire parãtes.dixit idem Moysen,& Eliam narrasse exitum quem completurus erat Iesus in Ierusalem,vnde intelligũt plerique illum hæc dixisse ex horrore mortis , quã à Christo & se cupiuerit auertere,volẽs ob id in monte permanere ne Christus mortem in Ierusalem subire cogeretur.Ex ipsis autẽ Petri verbis patet ista eũ dixisse ex summa spectaculi delectatione,quę illũ velut ebrium reddiderat, ac omniũ quæ mundi erant oblitum. Dicit enim : *Bonum est nos hic esse* , & quàm bonum,significat cùm subdit:*Faciamus hic tria tabernacula*, significans eã fœlicitatem se velle esse perpetuam,nec velle cum alia commutare.Iam ex eo quòd Marcus dicit velut rationẽ huius sermonis E Petri reddens:addit : *Non enim sciebat quid diceret, erant enim timore exterriti* ; patet etiam Petrum hęc dixisse ex animi cõsternatione,qua extra se rapiebatur,stupore & pauore eos ob nouitatẽ miraculi peruadente & occupãte.Itaque vt causas has simul colligamus,quoniã Petrus à diuino illo aspectu cõsternatus fuit,& simul tamẽ mira dulcedine & voluptate perfusus,cupiens abeuntes Mosen & Eliam semper retinere,ac mortem Christi quam horrebat impedire:Bonum est,inquit, nos hic esse,&c.Porrò annotandum illud quod est in Luca,*nescions quid diceret*,non esse idem omnino cum eo quod est in Marco:*Non enim sciebat quid diceret*.In Luca enim verbum,*diceret* , est præsentis temporis, cùm Græcè sit λέγῃ. In Marco verò est futuri tẽporis,cum respondeat in Græcis Aorista Coniunctiui futurum significãte λαλήσῃ.Rursum iu Luca pro,quid,est relatiuum ὃ.id est, quod Græcè enim est,μὴ εἰδὼς ἃ λέγει , quod sic verti potest,nõ intelligens quod dicebat,vt significetureũ nõ satis intellexisse quæ loquebatur,hoc,est,incõsideratè locutum esse, vt solent animo cõsternati. In Marco verò est,οὐ γὰρ ἤδει τί λαλήσῃ, quod verti potest: Non enim sciebat quid loqueretur, id est, loqui deberet aut loquendum esset.Itaque cũ præ feruore Petrus tacere non posset,locutus est incõsiderata & nõ intellecta, eo quòd præ consternatione animi ignoraret quid aliud melius loquideberet.Bene autem dicitur à Luca eum non intellexisse quod dicebat.Non enim loquebatur ea quæ aũditis cõsona erant.Increpauerat enim suprà eũ Dominus à morte reuocantem,duos hos grauissimos testes iam audiuit dicentes de eius excessu quem in Ierusalem erat completurus:Quibus nõ conuenit quòd Petrus in monte manere vult. Iã imprudentiæ etiam erat, existimare eis opus esse tabernaculis manu humana factis,quos tãta videbat gloria conspicuos. In hoc tamen Petri voto, etsi inconsiderato & imprudenti , obseruandũ id quod Deus per ipsum demõstrare voluit, nimirũ quanta sit futurę gloriæ illicibilitas. Si enim temporalia hæc & imperfecta gloriæ Christi ostensio C tanta voluptate conspicientium mentes perfudit, vt omniũ iam obliti extra se raperẽtur,& omnib. posthabitis hac sola semper frui desiderarẽt , quã solida voluptas continget sanctis,cùm ipsum Dominum videbunt in decore regni sui , nõ duobus stipatum,sed immensa Angelorum & sanctorum multitudine nec humanitatis tantùm gloriã contemplantes, sed ipsam etiam eius diuinitatẽ facie ad faciem conspiciẽtes ? Deinde in hoc Petri voto obseruandum,quæ sit differentia gloriæ euangelicæ & gloriæ veteris testamenti.Cùm enim Israeliticus populus gloriam Dei, qui in monte Sinai descenderet daturus legem,vidisset & audisset, adeò sunt perterriti & pauore concussi,vt dicerent Moysi:Loquere tu nobis,& audiemus. Nõ loquatur nobis Dominus,ne fortè moriamur. Et adeo non potuerunt ferre gloriam Dei, vt nec gloriam *Exod. 26* vultus Mosaici ferre potuerint nisi velamine appositio.Hi autẽ etsi nõnullo pauore ob spectaculi insolentiam correpti essent , tamen tantùm abest vt conspectam gloriam refugiãt , vt eius perpetui cupiant esse spectatores. In euangelio enim Deus se magis amandum exhibet quàm metuendũ : in veteri verò lege omnia magis erant terribilia. Si autem quæratur quomodo Petrus agnoscere potuerit Mosen & Eliam, quos priùs nũquã viderat, ne quidem in ipsorum imaginibus,cũ Iudęis imaginũ vsus fuerit illicitus:Dicẽdum, verisimillimũ esse, Petrum eos agnouisse ex colloquio ipsorum cũ Iesu,in quo aut Dominus eos propriis cõpellauerit nominib. aut ipsimet expresserint qui fuerint. Fieri enim potest vt vterque ea dixerit per quæ Christi mortem ipsi facto vel verbo prophetauerunt:vt Moyses quidem dixerit sic Christũ in crucẽ sustolli debere , quomodo ipse exaltauerit in deserto serpẽtem:Elias verò sic illũ debere expandi in crucem,quomodo ipse expansus fuit supra per mortuum puerũ vt illũ viuificaret. Ac sic illũ torrente passionum pertransito subleuãdũ in glo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo apparuerint Moyses & Elias

riam,quomodoipse transito Iordane curru igneo raptus fuerit in cœlũ. Quòd si rursum quęratur quomodo Moses & Elias hic apparuerũt, an in propria persona,an nõ,& si in propria persona,an in proprio corpore, an in alio:respõdetur ad hanc quæstionẽ in glossa ordinaria super Lucã hoc modo:Sciendũ est non corpus vel animas Moysi vel Eliæ ibi apparuisse, sed in subiecta creatura illa corpora fuisse formata. Potest etiã credi angelico ministerio hoc factũ esse,vt angeli eorũ personas assumerent. Hæc ibi.Verùm hanc responsionẽ nõ approbat D.Thomas in 3.parte,quòd secũdũ hãc rationẽ nõ possint videri testes veritatis hoc loco Moses & Elias,si non fuerint hic verè, sed tãtũ imaginariè,vt omittamus quòd nõ satis verũ etit, quod omnes asserunt Euangelistæ, Mosen & Eliã hic Domino astitisse. Idẽ Thomas asserit eã glossam desumptam ex libro de mirabilibus sacrę scripturæ, asscripto quidẽ Augustino,sed falsò.Et tamẽ in libris de mirabilibus sacræ scripturę, quos nos habem⁹ titulo Augustini ,sed iudicio quisdã etiã falsò ei asscriptos, legitur sententia planè cõtraria.Lib.enim. 3.c.10 sic legitur:Sed dũ Elias manẽs in corpore ad talẽ cõductionẽ venerit,quid de Moyse dicendũ? vtrũ in corpore iterum ad hãc ostẽsionẽ aderat,an ex aere simulatũ, sicut Samuel visus est,habitum fingebat?& si suo corpore venit indutus,si hac vice resurrectionẽ suam , quæ cæteris nõ nisi in nouissimo est futura, compleuit? De qua quæstione autores vna eadẽq; sententia prolata non differenter dicunt,q⁹ dum Dominus cũ tribus discipulis suis & Elia, nõ cum imaginatis sed veris corpotibus conueniſſe nõ dubitãtur, & ipse Moyses in suo vero corpore de sepulchro resũpto videtur. Sed Dominus Iesus primogenitus mortuorũ rectè creditur.Moysi iterum post hãc visionem corpus sepulturæ commendatur,vt ipsum in nouissimo die quãdo resurgent mortui,assumere possit.Hæc ibi. Vbi non dubitatur quin Elias etiã in proprio corpore affuerit: & post quæstionẽ de Moysis corpore propositã, dicitur omniũ esse sententiam,illum etiam proprium corpus assumpsisse quod mox deposuerit. Proinde aut D.Thomas lapsus est memoria , aut aliũ habuit librũ qui sub Augustini nomine titulum habuit de mirabilibus sacræ scripturæ. Sicut autem prior sentẽtia Diuo Thomæ non est probabilis,ita nec secunda de assumpto & rursum depositio vero corpore Moysis, sed probabile magis secũdùm Thomã habetur,Eliã in vero ibi corpore adfuisse:Mosen verò in propria quidem anima adfuisse , sed corpore quodã assumpto,quomodo apparẽt Angeli. Atq; sic vult D.Thomas intelligẽdum quod scribit hoc loco D. Hieronymus in hunc modum , Scribis & pharisęis tentantibus se, & de cœlo signa petẽtibus dare noluit,sed prauam postulationem cõfutauit responsione prudẽti.Hic verò vt apostolorũ augeat fidem , dat signum de cœlo, Elia inde discedente quò conscenderat , & Moyse ab inferis resurgẽte. Quod & Achaz per Isaiã præcipitur, vt petat sibi signum de inferno vel de excelso. Quod enim hic dicitur Moses ab inferis resurrexisse,intelligi vult D.Thomas dictũ de anima quæ corpus Angelorũ more assumpserit. Quę autem fuerit Augustini in his libris,quos constat esse ipsius,sententia in hac quęstione,patet ex lib. de cura pro mortuis agẽda,in quo c.15.asserẽs aliquãdo ex mortuis quosdã mitti ad viuos , probat id primò per Samuelẽ Sauli apparentẽ: & quoniam quidã dicunt nõ ipsum Samuelẽ apparuisse , sed malignũ aliquẽ spiritum in eius persona, affert testimonium Ecclesiast.46.vbi dicitur : quòd Samuel mortuus prophetauerit.Et subiũgit:Sed sibi libro ex Hebręorũ , quia in eo nõ est canone,cõtradicitur,quidde Moyse dicturi sumus,qui certè & in Deuteronomio mortuus, & in euangelio cum Elia qui mortuus nõ est,legitur apparuisse viuentibus?Ex quo dicit solui quæstionẽ de martyribus aut iustis aliquibus apparentibus quãdoq; ipsis hominũ aspectibus,non solũ in somnis , sed etiam in vigilia. Dubitat tamẽ,& supra vires intelligentiæ suę esse liberè profitetur,quomodo fiat huiusmodi apparitio sanctorũ, ã in propria ipsorum persona, ã per Angelorum ministerium in eorum persona ex dei iussu apparẽtium,& præsentium iis qui sanctorũ meritis aliqua percipiunt solatia. Itaq; videri potest ex hoc libro desumpta illa glossæ sentẽtia quã D. Thomas tenuit tanquã desumptã ex libro qui fallo asscriptus sit Augustino.Nã in hoc libro quãuis neutrã par tẽ Augustinus velit asserere,magis tamen videtur eò propendere,vt putet Angelorũ ministerio fieri sanctorũ appatitiones & beneficia quę quasi à præsentibus sanctis videntur hominibus præstari.Sed quandoquidẽ ipse Augustinus rẽ hanc altiorẽ esse fatetur, quàm vt à se possit attingi:& abstrusiorẽ, quàm vt à se valeat perscrutari, præstat in hac quæstione nõ nimis esse curiosum, sed modũ apparitionũ Deo cõmittere. Illud tantùm addam,non debere videri derogare veritati,si cũ Angeli in sanctorũ persona apparere dicũtur; ipsi sancti dicãtur apparere,cùm ipsi Angeli in veteri testamẽto apparẽtes in ꝑsona dicãt:Ego sum Dominus Deus. Porrò occurrit hic etiã alia præter supetiores ratio,qua ostendatur quàm cõueniens fuerit vt in mõte cum Domino Moyses & Elias in gloria apparerent colloquentes. Hi enim duo postquã ieiunassent 40.diebus, viderunt gloriã Dei in mõte Horeb,atq; cũ eo locuti sũt:postquã conspectã gloriã Moysi vultus mirè resplenduit,& Elias mox igneo curru raptus est in cœlũ. Itaque ob id hi duo cum Domino in mõte gloriã suam ostendente, qui & ipse 40.diebus ieiunauit, apparuerunt , vt eorum gloria Christi gloriæ cõparata obscuraretur,ac ostenderetur Christũ gloriosum illum ipsum esse, cuius gloriam in monte Horeb cõspicientes, etiã ipsi glorioſi effecti sunt, quodq; gloriam suam , quam vel olim vel nunc habebant.ex eius colloquio mutuati essent.

c HAEC AVTEM ADHVC EO LOQVENTE, ECCE d FACTA EST NVBES e LVCIDA.] Valde conuenienter nubes hæc diuinitus facta est.Primùm quidem, vt per eam veluti corrigeretur quod Petrus dixerat de construẽdis tabernaculis,ac ostẽderetur Christum non opus habere tabernaculis humana manu factis.Vnde velut hanc causam significare volẽs Matthęus: *Adhuc* , inquit,*eo loquente, ecce nubes lucida.* Secundò,nube ista factum est ne apostoli magnitudine splendoris absorberentur,sed lucem intolerabilẽ nubes tẽperaret.Vnde dicitur nubes hæc eos metuentes obumbrasse. Postremùm,nubes ista facta est ad ostensionem præsentiæ Dei patris.Sic enim in veteri testamento ferè in nube gloria Domini apparuit,ac præsentia ei⁹ ostẽsa est, vt patet ex variis scripturæ locis,idque ob id ꝙ nubes res sit cœlestib⁹ vicinior,quæ in scripturis Dei dicitur elseuata

se tabernaculũ.Nubes,inquit,& caligo in circuitu eius.Cumq; in dedicatione templi Salomonici nebula implesset domum Domini,dixit Salomõ:Dominus dixit vt habitaret in nebula.Sed nubes illa qua olim Deus suam gloriam & præsentiã declarauit,dicitur ferè fuisse tenebrosa,vt Exo.19.in datione legis.Hæc verò dicitur fuisse lucida,vt intelligamus differentiam veteris legis & nouæ:& illã quidem plenam esse vmbris,hãc verò ipsam exhibere veritatẽ:in illa Deũ se præbere metuendum, in hac verò amabilẽ. Itaque quia nubes hæc Dei præsentiã declarauit,vox Patris è nube dicitur esse facta, quæ nõ ita potuisset cognosci cuius fuisset,nisi nubes Dei præsentiã declarauisset. Et hactenus quidẽ maiestatis Christi gestus quidam datus est oculis corporeis,ipsa autem Patris vox,sicut & verbis Eliæ & Moysi, datũ est aliquid etiã autibus,vt per duos hos certissimos sensus digna de Iesu opinio cõciperetur. Neq; enim pro testimonio patris aut nubes sola sufficit,aut vox sola, sed vtrumq; coniunctũ,certũ reddidit Patris testimõnium.Porro sicut in Christi baptismo Trinitatis mysteriũ reuelatum est,Patre per vocem, Spiritu sancto per columbam demonstrato:ita & hic tota Trinitas sese voluisse ostendere videtur,Spiritu sancto in nube apparẽte.Ipse enim est illa nubes obumbrãs,qua obumbrata virgo Maria Christum concepit,quæ nubes & nos obũbrans,carnalium desideriorum æstũ in nobis extinguit , & ad cœlestia à terrenis subleuat. Et bene quidẽ in baptismo Christi,quod fuit sacramẽtum primæ nostræ regenerationis,Spiritus sanctus in specie columbæ apparuit:in transfigurationis verò eius quæ est sacramẽtũ secũdæ nostræ regenerationis, quæ erit in corporũ resurrectione, Spiritus sanctus in nube obumbrãte apparuit:quia in prima regeneratione dat innocẽtiam,in secũda verò subleuatis in cœlũ dat ab omnibus malis securitatẽ.De verbis autem illis;*Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, dictum est suprà 14.c. Concordiæ circa Christi baptismum. Quod autem nunc additur;*Ipsum audite*, additum videtur tum ad corrigendum votum Petri dolentis abire Moysen & Eliam,tum ad confirmandos animos discipulorũ, ne detrectarẽt ei credere,& obedire etiã in his quę docturus erat , aut in specie diuersa ab his quæ docuerũt lex & prophetæ,aut carni inimica,qualia erãt quæ mox docuerat de tollẽda cruce. Itaq; perinde est ac si dixisset:Nõ est quòd doleatis Mosen & Eliam discedere.Omnia enim in hoc magistro vestro vnico filio meo , in quo solo mihi per omnia cõplacitũ est,habetis. Ipsum audite,& nihil fuerit quod nõ multo plenius & clarius sitis edocẽdi,quã ab ipso Mose & prophetis.Vaticinati sunt illi de Christo,quẽ cùm præsentẽ habeatis, ne posthac requiratis pollicentes futura,sed præsentẽ ipsum audite ex me loquentẽ.Nemo loquitur certiora.Quicquid ab huius oratione dissonat, reiiciendũ est.Ipsum ergo audite,& audiendo credite & obtẽperate, quãtũuis inimica carni exigat. Hũc si audieritis,per cũ mihi dilectum efficiemini & vos mihi dilecti:per hũc gloriosum,& vos quoque efficiemini eiusdẽ gloriæ cõsortes.Cùm enim dicit;*Ipsum audite*,non simpliciter auditum exigit pater,sed fidẽ item & obedientiã. Nam frequẽter in scripturis,audire pro morem gerere & credere ponitur.Videri autem potest Deus in illis verbis, *Ipsum audite* , alluisse ad illud Deut. 18. quo dicit Moyses, Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris,ipsum sicut me audietis. Cæterum quoniã naturale est vt insolita & inopinata mentẽ humanã perturbẽt, & quia diuinã maiestatem humana infirmitas capere nõ potest,sicut nõnullus pauor Apostolos corripuit ex conspecta claritate Christi,idémq; pauor in eis augebatur cũ intrarent in nubem:ita audita hac noua voce plena diuinæ maiestatis , maiori adhuc timore correpti sunt,ita vt præ nimio timore, necnõ & reuerẽtia diuinæ maiestatis quam agnoscebant esse præsentem,procíderent in facies suas. Verum diuina benignitas nõ diu patitur eos qui suæ maiestatis causa turbãtur,& metu concutiuntur,metu illo detineri, sed post turbationẽ mox subinfert mẽtis trãquilitatem. Vnde & nunc Dominus Iesus accedẽs ad discipulos tactu simul & voce sua metum ab illis depellit dicens : *Surgite,& nolite timere*. Nec inefficax fuit Christi contactus & vox. Mox enim leuatis oculis circumspicientes viderunt Iesum, eumq; solum,vt intelligerẽt vocẽ illam ad Iesum pertinere,non ad Mosen,vel Eliam. Deinde vt intelligeremus vnũ Iesum nobis satis superq; esse, & postquã legis ac prophetarum vmbra discessit, omnia in Euangelio reperiri.Obseruanda hic Domini humilitas, qua diuinæ gloriæ intolerabilem splẽdorem velut in laterna occulere dignatus est, suorũ & nostræ capacitati sese attẽperans. Vabet autem nobis historia hæc etiam literaliter tãtum tractata.Primùm ad cõfirmationem nostræ in Iesum fidei.Etsi enim omnia eius dicta & facta eum satis demonstrarent esse Christum, hæc tamẽ historia apertissimè eũ declarat sic fuisse hominem, vt præter humanitatem haberet diuinã maiestatem nostri causa occultatã,ipsumq; esse qui à patre hominibus saluator sit datus,ac mortẽ ipsum subire debuisse salutis humanæ causa , quæ ferè sunt nostræ fidei mysteria. Vnde Diuus Petrus hu 2. Pet. 1. ius dominicæ trãsfigurationis meminit,nimirum quod sciret quãtũ per hãc fides nostra cõfirmaretur. In qua sanè trãsfiguratione videndũ quã variis modis nostra fides sit confirmata. Dominus enim ipse suam maiestatẽ insolita claritate prodit, accedunt testes omniũ grauissimi,qui mortis incertum & rationẽ testantur:postremũ accedit & pater ipse se verè præsentem declarans. & omnium maximum de filio suo testimoniũ præbẽs.Secundo valet hæc historia,vt præter fidẽ,nostrã ad bona operandũ ignauiam excitet, & ad mala quæq; exemplo Christi patienter tolerandũ nos inuitet, dum ostensione gloriæ Christi,metũ venturi iudicis in gloria nobis incutit,ac securos facit de potẽtia eius qua poterit reddere vnicuiq; secundũ merita,docẽtque non alia ratione gloriæ Christi nos posse esse cõsortes,quã si & ipsi tollamus crucem nostram,ac parati simus ob gloriam Dei , præter cæteras,etiam animam nostram perdere. Nam ad hũc finem Dominum iam coram Apostolis fuisse trãsformatum præcedentia satis indicant. Quod *Mysticus sensus.* autem ad mysticum attinet sensum, præter animago giam supra indicatã,qua scilicet intelligitur hic Christum in sua gloria vẽturum ſub figuratum specie diei,terribilem angelorum frequẽtia,addq; octaua die,terribilem impiis,amabilem simul & amabilẽ,terribilem iustis,moraliter satis fuerit intelligere, ab his qui adhuc versantur in humilibus huius mũdi rebus, nõ posse Iesu gloriã aut maiestatem scripturarũ cõspici,sed si quis eius volet esse spectator,necesse

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ei vt præteritis omnibus creaturis visibilibus in sex diebus creatis, in mõtem cœlestem cum Domino mente ascendat, ac mundo transcenso, altioris prudentiæ cacumẽ petat. Sic enim videbit gloriam Iesu sedentis in dextera patris. Sic maiestatem Euangelicæ doctrinæ & ipsius Christi in scripturis contẽplabitur, audietq; & Moysen & prophetas ei testimonium perhibentes, necnon & patris interius docentis vocẽ audiet, reuelantẽ quis & quantus sit in speciem humilis Iesus. In tribus autẽ his gloriæ Christi spectatoribus rectè intellexerimus omne hominũ genus, propterea quòd à tribus filiis Noe omne genus humanum sit dissẽminatũ, & in tribus mundi partibus dispersum, cui gloria Christi erat vbique reuelanda. Sic fere D. Ambrosius. Porro quòd Dominus etiam iam præcepit Apostolis, nihil horum quæ modò videbant cuiquam dicere, donec à mortuis resurrexisset, comprobat illud quod supra dictũ est, Dominum noluisse planè & apertè se Christũ prædicari, ac vera gloria conspicuum esse, donec iuxta patris mãdatum pro peccatis hominum morte sua satisfecisset, idq; ob causas prius dictas. Quod dicit Marcus: *Et verbum continuerunt apud se*, verbum Hebraica phrasi, videtur positum pro facto, quẽadmodum sæpè in scripturis. Lucas enim veluti exponens Marcum dicit: *& nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant*, quanquam possit, verbum, etiam accipi, propriè pro verbo & sermone qui erat de transfiguratione. Cùm dicit Marcus: *Conquirentes quid hoc esset, cùm à mortuis resurrexerit*, vel (vt habent Græca) inter se disputantes quid esset à mortuis resurgere significare voluit eos nõ intellexisse quod Christus dicebat de sua resurrectione, sicut & postea dicitur, & ipsi nihil horum intellexerunt, aut non intellexisse quorsum diceret de sua resurrectione.

ᵉET INTERROGAVERVNT EVM, DISCIPVLI EIVS ᵉDICENTES: QVID ERGO DICVNT, &c.] Causa huius interrogationis dupliciter potest reddi. Primò, vt intelligamus eos iã certissimos factos quòd ipse esset Christus, admirari quomodo Scribæ, hoc est, legisperiti ex scripturis docerent Eliam debere venire priusquam veniret Christus. Id enim docebant ex Malachiæ testimonio, non distinguentes inter duos Christi aduentus, quos scripturæ satis significãt, ac, vt est verisimile, hoc argumento apud populũ probantes, Iesum non esse Christum. Ideo autem iam potius quàm priùs quæstionẽ hanc Domino proposuerũt, etsi & prius persuasi essent quòd ipse esset Christus, quòd iam longè certiores de eo effecti essent, quódque ex viso prius Elia venissent in memoriam traditionis scribarũ. Hãc quæstionis causam indicat D. Chrys. Aliter intelligi potest. Apostolos, quia iam viderant Christi gloriam, & audierant mentionem resurrectionis imminentis, post quam putabant eum glorioſe regnaturũ, admiratos quid illud esset quod scribæ dicerẽt de aduentu Eliæ quem viderant recessisse. Nam talem quæstionis causam indicat Diuus Hieronymus. Dicũt autem: *Quid Scribæ dicunt*, &c. Et non; quare ergo scripturæ dicunt, siue quòd ipsi in scripturis non essent exercitati, ea tantùm cognoscẽtes quę ex traditione Scribarum in plebe indocta ferebantur: siue etiã notare volentes, quo argumẽto Scribæ apud populum vterẽtur ad persuadendũ nondum venisse Christum, aut rẽgnũ eius. In Marco autem legimus etiam additum de Pharisæis. Græca tamen tãtùm habent, quid dicunt Scribæ; non enim Pharisæorum, sed Scribarum erat ostendere quæ erant scripturarum. Vnde Herodes cupiẽs ex scripturis cognoscere locum nativitatis Messiæ, Scribas populi accersisse dicitur, non Pharisæos.

ᵉATILLE RESPONDENS AIT ILLIS: ELIAS ᵃQVIDEM VENTVRVS EST.] Respõsio hæc Christi de Elia dupliciter intelligitur. Cõmuniter enim intelligitur Dominus loqui de duplici Elia, nempe Elia vero, quem dicit vẽturum, ante scilicet secundum suum aduentum: & Elia in spiritu, nempe Ioanne Baptista, quem dicit venisse, ante primũ scilicet suum aduentum. Quidam tamẽ intelligunt Dominum semper loqui de Elia eodem, & aduentu eodem, & illud quod Dominus dicit; *Elias quidem venturus est, & restituet omnia*, sic volunt accipiendum, vt his verbis non asserat aliquid postea futurum, sed confirmet verũ esse quod dicebant Scribæ, vt sit perinde ac si dixisset: Rectè dicũt Scribæ, ante aduentum Messiæ venturũ Eliam, & restituturũ omnia: sed ego dico vobis, hoc ipsum iam esse impletum, quod illi ignorant esse impletum, sed adhuc futurum expectant. Venit promissus ille Elias sicut & Messias, sed non est ab eis agnitus, sicut nec Messias agno scitur. Hic sensus etsi videri possit non alienus ab intentione Domini, cauendum tamen ne eum sequentes negemus pertinaciter venturum aliquãdo Eliam verum ante secundum Domini aduentũ. Sunt enim hodie pleriq; qui hunc esse loci huius sensum genuinum cõtendunt, idq; ob id quòd non putent verum Eliam venturum cum Enoch ante iudicium, quemadmodũ credidit semper Ecclesia Christi: ideoq; & testimoniũ illud Malachię de Eliæ aduentu, putant solùm de Ioãne Baptista intelligendũ esse, dicturi etiã proculdubio Enoch & Eliam non viuere adhuc in mortali corpore, sed in trãslatione esse mortuos, quemadmodum existimant pleriq; Iudæorũ. Contra quos primò quidem dicendum, omnes patres verba hæc Christi; Elias quidem venturus est, & restituet omnia: secundùm priorem intellectum intellexisse de vero Elia venturo ante secũdum Domini aduentum, vt patet ex Chrysostomo, Hieronymo, Theophilacto in cõment. D. Greg. hom. 12. in Ezechielẽ, Augustino item in variis locis. Deinde prophetiã Malachiæ præterquã q; omnes patres de Elia illo assumpto venturo ante secũdum aduẽtum Christi intelligunt, etiam ipsa verba apertè arguũt de secundo aduẽtu Christi esse intelligenda, & non de Ioãne, saltem potissimùm, quemadmodum ostendit hoc loco D. Chrysostomus. Primò enim, inquit, ideo additũ est, etiam Thesbitẽ, (sic enim habent Septuaginta) ne de Ioanne putaretur debere intelligi hæc prophetia, qui propter ministerij similitudinẽ etiã ipse dicitur Elias. Deinde dicitur: antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, quibus verbis non significari primum Christi aduentum sed secundum, ex scripturis est euidẽs. Tempus enim primi aduẽtus dicitur tempus gratiæ, dies salutis, tempus acceptabile. Dies verò vindictæ aut nouissimi iudicij, vocatur dies Domini magnus & horribilis, aut terribilis, vt Iohel. 2. Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, antequã veniat dies Domini magnus & horribilis. Sic & Soph. 1. Iuxta est dies Domini magn', iuxta est & velox nimis; Dies irę dies illa, dies tribulationis & angustiæ, &c. et ex his quæ præcedunt in Malachia patet de qua die sit sermo. Præcedit enim; Ecce dies veniet succẽsa quasi caminus, & erunt omnes superbi & omnes faciẽtes impietatẽ stipula, & inflamabit eos dies veniẽs, &c. Iam & quod sequitur in testimonio Malachiæ, idẽ confirmat: ne forte veniã, & percutiam terram anathemate. In primo enim suo aduentu non venit ad percutiendum, sed ad saluandum. Non enim, inquit, veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem. Certè is qui Ecclesiast. est auctor, locum hunc intellexit de vero hoc Elia. Nam cùm de eo scribit cap. 48. post alia tandẽ habet: Qui inscriptus est in iudiciis temporum, lenire iracundiã Dei, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Quòd autem etiam Enoch viuus hinc trãslatus seruetur in aduẽtum Antichristi, probari solet per illud ẽ eccles. 44. Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam. Sciendum tamen Græca hic non habere, in paradisum, sed tantùm, trãslatus est: & pro illo, vt det gentibus pœnitentiam, Græcè est, in exemplum pœnitentiæ generationibus. Quo significatur ipsum ideo trãslatum, vt homines videntes quomodo Deus curam gerat eorum qui illi placent, resipiscerent, & pœnitẽtiã agerent. Itaque ex hoc testimonio secundùm Græcorũ lectionem parum quod ad hãc rẽ pertinet probari potest. Verùm ex epistolæ ad Heb. 11. cap. efficacius probatur Enoch nondum mortuum esse. Dicitur enim ibi: Fide Enoch trãslatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. Ex scriptis autem omniũ fere patrum qui fuerunt ab Apostolorum temporibus, patet quid à primitiua Ecclesia, ex Apostolorum vtriq; traditione semper creditum fit de Enoch & Elia. Quod vt fiat manifestum, quorundam sententias hic adducemus. Itaque vetustissimus Irenæus sic habet lib. 5. contra hæreses: Enoch placens Deo, in quo placuit corpore translatus est, translationem iustorum præmonstrans. Et Elias sicut erat in plasmatis substantia, assumptus est, assumptionem patrum prophetãs, & nihil impedit eos corpus in translatione & assumptione eorũ. Per illas enim manus, per quas initio plasmati sunt, per ipsas & assumptionem & translationem acceperunt. Assuetæ enim erant in Adam manus Dei cooptare, & tenere, & baiulare suum plasma, & ferre & ponere, vbi ipsæ velẽt. Vbi ergo prius positus est homo, scilicet in paradiso, quę nadnodum scriptura dicit: Et plantauit Deus paradisum in Eden contra orientem & posuit ibi hominẽ quem plasmauit, & inde proiectus est in hunc mundum non obediens. Quapropter dicunt presbyteri, qui sunt Apostolorum discipuli, eos qui translati sunt, illuc translatos esse. Iustis enim hominibus & spiritum habentibus præparatus est paradisus, in quem & Paulus Apostolus asportatus audiit sermones inenarrabiles quantum ad nos in præsenti, & ibi manere eos qui translati sunt vsque ad consummationem conspicantes incorruptelam. Hæc ille, qui & subdit; Non debere videri impossibile tantis temporibus illos permanere viuentes, nec putandũ Eliæ eatnẽ in igneo curru quo assumebatur, fuisse consumptam. In cuius verbis notandum, quod dicit ab Apostolorum discipulis se didicisse hos duos trãslatos adhuc viuere in corpore eo in quo sunt translati. Tertullianus lib. aduersus Iudæos sic habet de Enoch: Enoch iustissimum non circumcisum, nec sabbatha zantẽ de hoc mundo transtulit, qui necdum mortem gustauit, vt æternitatis candidatus tam nobis ostenderet, nos quoque sine legis onere Moysi Deo posse placere. In quibus verbis notandum, quòd dicit, necdum mortẽ gustasse eum, & æternitatis esse candidatum. De eodem sic scribitur in tractatu de Sion & Sina aduersus Iudæos sub titulo diui Cypriani: Enoch, qui ante diluuium Deo iustus complacuit, & ideo de isto mundo in carnis suæ natiuitatẽ viuus translatus est in loco vbi Deus scit, ex quo loco consummationem mundi innouare habet in hoc mundo, vt de etiam translatus est ad confundendũ & reuincendum Antichristum. De vtroque sic scribit D. August. lib. 9. de Genesi ad literam cap. 6 probaturus quomodo homines si permãsissent in statu innocentiæ, translati fuissent sine morte ex hac vita. Neque enim, inquit, arbitrandum est Eliam vel sic esse iam sicut erunt sancti, quando peracto operis die, denarium pariter accepturi sunt: vel sic quemadmodum sunt homines qui ex ista vita nondum emigrarunt: de qua ille tamen non mortẽ sed trãslatione migrauit. Iam itaq, aliquid melius habet quàm in hac vita posset, quamuis nondum habeat quod ex hac vita rectè gesta in fine habiturus est. Aut si quisquam putat hoc Eliam mereri non potuisse, si duxisset vxorem, filiosque procreasset, quid de Enoch respondebit, qui filius genitis Deo placens non mortuus, sed viuus trãslatus est? Cur ergo & Adam & Eua si iustè viuentes, caste filios procreassent, non eis possent trãslatione nõ morte succedentibus cedere? Nam si Enoch & Elias in Adam mortui, mortisque propaginem in carne gestãtes, quod debitum vt soluant, creduntur etiam reditturi ad hanc vitam, &, quod tandiu dilatum est, morituri, nunc tamen in alia vita sunt, vbi ante resurrectionem carnis, antequam animale corpus in spirituale mutetur, nec morbo, nec senectute deficiunt: quanto iustius atq; probabilius primis illis parentibus præstaretur. &c. Hæc ille, qui lib. 2. de Peccato Originali cap 23. dum exempla ponit quæstionum de quibus salua fide dubitari licet, & de quibus dubitare non licet: Veluti, inquit, cùm quæritur, qualis vel vbi sit paradisus, vbi cõstituit Deus hominem quem formauit ex puluere, cùm tamen esse illum paradisum fides Christiana nõ dubiter. Vel cùm quæritur, vbi nunc sit Elias, vel Enoch, an ibi, an alicubi alibi, quos tamen non dubitamus in quibus nati sunt corporibus viuere. De his duob' in variis locis apertissimè tradit ecclesiæ fides D. Gregorius qui lib. 9. Moralium cap. 4. sic habet: Duo illi prædicatores eximij dilata morte subtracti sunt, vt ad prædicationis vsum in fine reuocentur. De quibus per Ioannem dicitur: Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ astãtes. Quorum vnum in Euangelio per semetipsam veritas pollicetur, dicens: Elias venturus est, & restituet omnia. Idem Gregorius testatur duos hos Antichristo occursoros, & ab eo occidendos. cap. 12. lib. 24. Moralium. Idem habet Damascenus lib. 4. cap. 27. Diuus Hilarius tamen scribens in Matthæi caput vigesimum, existimat duos illos, quos occursuros Antichristo Apocalypsis significat, fore Mosen & Eliã, tum quod illi in transfiguratione cum Domino apparuerint, tum quod locus Apoc. apertè illos duos

Universidad de Deusto
Biblioteca

duos videatur notare, vt suprà est annotatum. Vn A de & circa Domini transfigurationem sic scribit: Ad futuri formam, atque ad facti fidem Moses & Elias in monte constiterãt. Ex his satis patet quæ fuerit in Ecclesia fides de Enoch & Elia, & omnes patres in hoc loco intellexisse Dominum affirmare venturum ante secũdum suum aduẽtum Eliam secundùm vaticinium Malachiæ. Itaque præstat priorem huius loci intelligentiã sequi, secundùm quã dicendum, Dominũ non aperte satis respõdisse ad propositã quæstionem, eo quod non apertè distinxerit duos suos aduentus, idque ob id quòd mysterij nondum satis essent capaces discipuli, sic tamen respondit, vt scrupulum illis exemerit, ne propter dilatum Eliã dubitare possent de aduentu Messiæ, cùm apertè dicat Eliam veniſſe, ũmq; significet fuisse Ioannẽ. Quoniam enim sic opinione publica receptum erat, Eliam præcessurum Christum nec verum Christi aduentum satis diiudicabant, Dominus ne hoc videretur obtigisse, quo minus veniſſe Christum crederent, & eum agnoscerẽt iam missum qui mittẽdus erat, Eliam ait veniſſe Ioannem signoficãs. Quod autẽ dicitur; & restituet omnia, brevitatis causa dictum est pro eo quod habet Malachias: Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Nam & hoc loco pro, conuertet, Septuaginta idem habẽt verbum quod est hoc loco apud Matthæũ, ἀποκαταστήσει, id est restituet. Quẽadmodum autem dictum est in cap. Concordiæ 2. sic intelligendum est quod dicitur Elias omnia restituturus, quomodo Christus dicitur Paulo instauraſſe omnia quæ in cœlis & quæ in terris, nimirum quia homines inter seſe & cum Angelis dissidentes, inter se & cum Angelis atque Deo pacificauit. Sic enim & Elias omnia restituet, quãdo incredulos Iudæos gẽtibus credentibus vniet & ad fidem patriarcharũ redire facier. Porrò Marcus profuturo ἀποκαταστήσει, id est, restituet, habet præsens ἀποκαθιστᾷ, id est restituit, sed præsens illud æquivalet futuro. Significatur enim verè dici illum restituturum, & quòd debeat restituere omnia. Aduertibum autem primo, quod hic & suprà in B quæstione discipulorũ pro, prius, Græco more positum est, non est coniugendum cùm, restituet, sed vt pateat ex propria quæstione iungendũ est cum, venerit, quod verbum nõ esse futuri temporis, sed præteriti docẽt Græca, quæ habẽt ἐλθὼν πρῶτον. Quod autem sequitur in Marco: *Et quomodo scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur*, obscuram habet connexionem, & variè intelligitur. Theophylactus enim hanc partem intelligit interrogatiuè legendam, ac argumento quodam ostendi hic à Domino, quæ dicta sunt de aduẽtu Eliæ, non in primo Christi aduentu implenda, sed in secũdo; eo quòd si Elias, quẽadmodum de eo prædictum est, omnia restitueret in primo Christi aduentu, consequeretur Christum nõ passurum à Iudæis, quod esset cõtra scripturas. Itaque sensus est: Elias certè venturus est, & cùm venerit restituet omnia. Quòd si autẽ huius aduentus ante primum Christi aduentum debuit esse, quomodò ergo scriptum est de Messia oportere eum multa pati? Si enim ille omnia restituet, nõ erũt reliqui Iudæi increduli à quibus ille patiatur. Cõsequẽs ergo est alium esse Messiæ aduentũ, ante quem vẽturus Elias restituet omnia, quamuis nec primo huic aduentu suus defuerit Elias. Videtur autem hic sensus esse satis coactus. Proinde alij locum hũc non interrogatiue pronũciãt, sed affirmatiuè. Et erit commodus sensus etiam sine aliquo subintellecto, quod orationem quæ videtur imperfecta perficiat, si coniunctio, &, intelligatur superesse, quemadmodum supra lxp. 17. ex phrasi Hebræorum, vt sit sensus: Elias vẽturus restituet omnia. sicut scriptũ est de filio hominis, vt multa patiatur; vt intelligatur Dominus velle cõfirmare fidem passionis suæ ex fide venturi Eliæ, ac ostendere, tam esse credendum se moriturum, quàm quòd Elias sit vẽturus, eo quòd vtrumq; sit in scripturis prophetarum. Quoniam enim à fide passionis Christi alieni erãt Apostoli, ex omni occasione eã confirmat. Sic fere Caietanus. Alij subintelligũt, & quomodo scriptum est in filiũ hominis, vt multa patiatur, sic eueniet ei. Et pronomen, ei, quidam ad filium hominis referunt, sed melius secundùm Bedam refertur ad Eliã, vt significetur Eliam passurum, sicuti & filius hominis Christus quẽadmodum postea dicitur filius hominis passurus, sicut Elias in spiritu passus est. Atque hunc sensum credo aptiorẽ aliis, vt intelligatur Dominus ex passione Ioannis cõfirmare secuturã suam passionem, & ex sua rursum, venturi Eliæ passionem, vt intelligãt Apostoli non esse nouũ si Christus ab impiis patiatur, cùm hoc ferè cõmune sit sanctorum maximè insignium, & qui vitia conantur extirpare. Quoniã enim à passione Christi alieni erant Apostoli, & de gloria Christi ac regno magis cogitabãt, ideo Dominus inducit hic mentionem suę passionis & vtriusq; Eliæ, vt sic eos ad fidẽ passionis suæ erigeret, & à somnio gloriæ ac regni auocatos præpararet ad tolerantiam malorum imminẽtiũ eis, sicut & posteà cùm filij Zebedæi peterẽt illi in regno suo assidere proximi, mẽtionem mortis & passionis suæ induxit. In his autẽ Domini verbis quæ sequuntur, duæ occurrunt difficultates, altera in Marco, altera in Matthæo. In Marco quidẽ, quia dicitur; *Elias iam venit, & fecerunt in eo quæcunque voluerunt, sicut scriptum est de eo*, cùm nullum quis dare possit scripturæ testimonium, quo peculiariter de iis quæ passus est Ioannes sit aliquid prædictum. Hanc difficultatem vt effugiant quidam, istud, *sicut scriptum est de eo*, referunt ad illud, *Elias venit*, & non ad id quod sequitur, *Et fecerunt illi quæcunque voluerunt*, quòd per parenthesim legunt in medio positum, vt sit sensus: Elias iam venit sicut scriptum est de eo, nempe Isaiæ 40. Vox clamãtis in deserto, &c. Verũm omnino videtur per hanc partem significatum, scripturã etiam de supplicio Ioannis aliquid dicere, sicut de eo quòd oportuit pati Christũ, in Euthymij commentariis scribitur: Prædixit enim Isaias de Ioannis etiam passione: verùm quo loco prædixerit, & quibus verbis, non indicat. Notatur in margine caput 49. sed in eo nulla apud nos significatio mortis Ioãnis. Proinde nisi prior illa distinctio placet, aut dicendum de morte Ioannis scriptũ fuisse in libro aliquo qui intercideri, aut in his quæ passus scribitur Elias intelligẽdum etiam mysticè scriptũ quæ passurus esset Ioãnes, vt qui per Eliam fuit præfiguratus. Sicut enim illũ Iesabel regina, ita hunc persecuta est Herodias, & vtraq; vtrunq; ob seuerius vindicatam religionem. In Matthæo autem dubiũ occurrit, quomodò dicitur: *Sic & filius hominis passurus est ab eis*, cùm non ab eisdem passus sit Dominus, à quibus Ioannes.

Ioannes. Sed dicendum, quòd quemadmodũ verba præcedentia non agnouerunt eum, & fecerunt in eo quæcunq; voluerunt, debent intelligi habere suppositũ quoddã generale, nempe impij, aut simile aliquid: ita & relatiuum, eis, ad generale illud refertur, vt sit sensus: impios feciſſe quę voluerunt in Ioanne, & ab impiis quoque Christũ passurum, quanquam & Pharisæi ac scribæ in nece Ioannis consenserint, & ad eius captiuitatẽ inuerint, vt priùs dictum est, & Herodes quoq; Christo illuserit, & eius morti consenserit, vt etiam ob id rectè ab eisdem Ioannes & Christus passi dici possint. Porrò notandum quòd dicitur, *fecerunt in eo quæcunque voluerunt*. Illo enim significatur feciſſe non quæ debuerunt feciſſe, quæque iustum erat facere, sed pro sua libidine feciſſe.

EIICITVR DÆMONIVM, QVOD NON POTVERVNT eiicere discipuli. Matthæi 17. Marci 9. Lucæ 9.

CAPVT XVIII.

Factũ est autẽ in sequẽti die, descendẽtibus illis de mõte, & occurrit illi turba multa & occurrẽtes videns Iesum stupefactus est, & expauerũt [&] salutabãt eũ. Et cum veniſſet ad turbã, interrogauit eos: Quid inter vos conquiritis? Et ecce accessit ad eũ vir ex turba genibus prouolutus ante eum [&] dicens: Domine magister, attuli filium meum ad te habẽtem spiritũ mutũ, obsecro te respice in filium meum: [&] misere de filio meo, quia vnicus est mihi, & lunaticus est, & malè patitur. Nam ecce spiritus apprehendit eum, qui vbicunque eum apprehẽderit subitò clamat, & allidit illum, & discerpat eum cum spuma, & spumat, & stridet dentibus suis, & aresc it, & vix discedit dilaniãs eum [&] sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam, & obtuli eum discipulis tuis, & rogaui discipulos tuos, & dixi vt eiicerent illum, & non potuerunt exrare eum. Respõdens autẽ Iesus, dixit: O generatio incredula & peruersa, quamdiu apud vos erò quãdiu patiar vos? afferte huc illũ ad me. Et attulerunt eum. Et cùm accederet, & cùm vidisset eum, statim eliſit eũ dæmonium, & spiritus conturbauit illum, & elisus in terram, volutabatur spumãs. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia, & frequenter eum in ignem & in aquam misit, vt eum perderet: sed si quid potes adiuua nos, misertus nostri. Iesus autẽ ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credẽti. Et cõtinuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et cùm vidisset Iesus concurrentem turbã, comminatus est spiritui immũdo, dicẽs illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpẽs eum, exiit ab eo. & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent: Quia mortuus est. Iesus autẽ tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit, & curatus est puer ex illa hora, & reddidit illum patri eius. Stupebãt autem omnes in magnitudine Dei. Et cùm introisset in domum, tũc accesserũt ad Iesum discipuli eius secretò [&] interrogabant eum, & dixerũt: Quare nos non potuimus eiicere eum? Et dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidẽ sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

† a homo ▷ b. dixit
* & ‖ c. abdit * b. discipulis suis
† b. Quid respondens
◁ a ait ‖ eo insidelis
† a o quousque ero vobiscũ. vsq; quo
† c. o increpauit illum Iesus.
† c o increpauit Iesus spiritum immundum.
† c curauit puerũ
A. 21. 11. B. 12 C. 17. 9 ▷ b non eiicitur
n nisi. o per orationẽ & ieiunium.

FACTVM EST AVTEM IN SEQVENTI DIE, DESCENDENTIBVS ILLIS DE MONTE, &c.] Dominus qui ad perfectiora quædam agenda seſe à turbis subtraxerat, montemque conscenderat, nimirum vt oraret, & gloriæ suæ specimen perfectioribus discipulis exhiberet, his peractis, rursum seſe demittit, inuisens relictos alios discipulos & turbam: suo exemplo, vt & aliàs, docens prædicatorem nonnunquam seſe è turba subducere debere, ac se cretis vacare precibus, vt & alacrior redeat, & alacrius recipiatur. Mox tamen ad intermissa pascendi populum officia redire, nec dedignari illorum se accommodare infirmitati & ignorãtiæ, quãtumuis se sentiat vulgo superiorem, cùm nec ipse Dominus post tantam gloriam ac tam præclarum Patris testimonium dedignatus sit rudiũ discipulorum ac populorum consortium. Sequenti ergo die post transfigurationem, (cùm, vt est verisimile, totam noctem Dominus in monte in orationibus peregisset) descendentibus illis de monte, vel potius, vt habent Græca, cùm descendissent illi de monte, (Est enim hic Græcis præteritum, cùm supra, quãdo etiam legimus in Matthæo & in Marco, *descendentibus illis de monte*, sit participium præsentis temporis, vt significetur illa quæ priùs dicta sunt contigisse inter descendendum, hæc verò post descensum) veniens Dominus ad discipulos alios à se relictos, videt turbã multam circum eos, inquit Marcus, & legis peritos disputantes cum eis, qui cùm vererentur congredi cum Domino, nacti iam occasionem, diuexare rudes discipulos instituerant, quo vel speciem victoriæ apud imperitam obtinerent plebem. Quorum dolus sicut hic satis notatur, ita cõtrà notatur etiam plebis erga Christum reuerentia, ac Christi quãta fuerit apud plebem authoritas, quam apud populum simplicem & non malignum parat syncritas doctrinæ & vitæ sanctimonia, cùm eam agnoscere nolit frequenter superba & sibi placens humana sapientia. Omnis enim populus mox vt vidit Iesum, accurrens salutauit eum, obuius eum vltrò susçipiens. Dicitur autem apud Marcum populus etiã obstupuisse viso Iesu, nimirũ ob inopinatum eius & subitum aduentum, cùm nescirẽt vbi priùs fuisset, aut vnde veniſſet, & propter aduentus eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius oportunitatem,quasi præcognouerit scriba-
rum inuasionem, ideoq; ad discipulorum auxiliũ
venerit.Forsitan & splẽdor aliquis relictus in vul
tu Christi ex præcedente transfiguratione, causa
fuit admirationis populi & obstupefactionis,quẽ
admodum splẽdor vultus Moysi,postquã è mon-
te descendisset. Cui bene conuenit quod additur
in Marco, *& expauerunt*, quanquam duas illas dic-
tiones Græca non habeant. Idem Marcus habet
Dominum interrogasse eos: *Quid inter vos conquiri-
tis?* pro quo Græca habẽt:Et interrogauit scribas:
Quid conquiritis(vel disputatis)cum illis,nempe
discipulis: quo videtur Dominus notare scribas, B
quòd ipsi scripturarum cognitionẽ sibi pollicen-
tes,ac magistros aliorum se profitẽtes,se absente,
cũ his qui tãtum discipuli essent,& scripturarum
rudes discreparẽt.Nostra ergo litera vt quàm pro-
ximè accedat ad Græcorum lectionem,sic est acci
pienda: Et interrogauit eos,nempe discipulos &
scribas inter se disputantes: Quid inter vos con-
quiritis,id est,disputatis?Interrogat autem Domi
nus,etsi disputationis conscius,vt sic discipulos à
scribarum diuexatione liberaret,& miraculo occa
sionẽ præberet.Dominus enim qui ad tẽpus suos
confundi ob impotentiã patrandi miraculi,& di-
uexari à scribis permisit,vt sibi melius innotesce-
rẽt,& de sua incredulitate redarguti ad perfectio-
rem fidẽ proficerent, mox & in tempore suis ad- C
fuit à cõfusione & à vexatione liberaturus,ne illo
rum confusio in ignominiam etiam Euãgelij ver-
geret,docens etiam eos qui sibi adhærent, in finẽ
non à se relinquendos,etsi ad tẽpus relicti videan
tur, idq; ob ipsorum vtilitatem. Quæ autẽ fuerit
disputationis inter scribas & discipulos materia,
non apertè quidẽ dicitur, sed tamẽ satis colligi po
test ex sequentibus,cùm dicitur ad Domini quæ-
stionem respõdisse qui filium suum dæmoniacum
attulerat. Hinc enim apparet disputationis occa-
sionem fuisse ex eo quòd discipuli non potuerũt
eiicere dæmonium.Verisimile enim ex eo scribas
obiecisse discipulis, vanè illos sibi polliceri pote-
statem eiiciendi dæmones,nec virtute diuina illos D
eiicere cùm eiiciunt,sed dæmoniaca,quæ aliquan
do impediri potest,cùm diuina non possit,aliáque
similia obiecisse,vt aliud ex alio inter disputandũ
incidere solet.Itaque quanquam Dominus inter-
rogaret scribas, aut scribas simul & discipulos
quid disceptarent,nullus tamen eorum respõdet:
tũ quòd respõdere non auderent,eo quòd discipu
li cõfusi essent de sua impotentia, scribæ cõscij de
suo calumniandi studio:tum quòd is qui disputa
tioni dedit occasionem,præ nimio salutis filij desi
derio omnes præueniens, suam causam Domino
quàm velocissimè studeret commendare,de expo
sita eius erga omnes benignitate bene confidens,
vt non putaret sibi opus esse discipulorum patro-
cinio,ac de eius potentia maiorem habens fidem E
quàm de discipulorũ. In quo præter piam pro sa-
lute filij paternámque solicitudinẽ, obseruãda est
ipsius orãtis & humilitas & ardor.Humilitas qui-
dem,quia in genua ante Dominum procidit,Do-
minum ac magistrum eum appellans:ardor verò,
quia exclamauit, & calamitatem filij in suã mise-
riam redundantem tam diligenter exposuit,duas
causas in oratione proferẽs,quibus misericordissi
mum Dominum ad misericordiã flectere studuit,
nempe quòd filius esset,isque vnicus pro quo de-
precabatur,quodq; malo grauissimo, tristissimo,

& insuperabili discipulis miserè affligeretur. Sic A
ad seriã & ardentem orationem maximè cõpellit
vrgens aliqua necessitas.Notandum autem quòd
Matthæus Lunaticum vocat, quem Marcus dicit
habere spiritũ surdum & mutũ. Lunaticus enim
propriè dicitur, qui morbo comitiali aut caduco
laborat:sic dictus vel quòd eum pati putãtur ferè
qui interlunio nati sunt,vel quòd pro mutatione
Lunæ is morbus accidat ex augmento aut decre-
mento humorũ cerebri quibus dominatur Luna.
Cùm autẽ hic morbus dicatur à medicis esse mor
bus naturalis,meritò hic dubitatur quomodo Lu
naticus iste dicatur habere spiritum immundum.
Non enim verisimile est, quod sentit Caietanus,
hũc præter ægritudinem naturalem,à qua diceretur Lunaticus, habuisse etiam spiritum malũ ad-
iunctum,qui reddiderit eum surdũ & mutũ.Nam
quæ Matthæus tribuit Lunatico,quatenus luna-
ticus dicitur, ea Marcus tribuit dæmoni. Mat-
thæus enim dicit: *Lunaticus est,& male patitur.Nam
sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam.* Marcus au-
tem: *Frequenter cum in ignem & in aquam misit.* Sed
& Matthæus apertè significat, Lunaticũ hunc,
quatenus talẽ,habuisse dæmonium,cùm curatio-
nem huius scribens,dicit: *Increpauit illum Iesus, &
exiit ab eo dæmonium,& curatus est puer.* Nec rursum
eorum sententia est probabilis, qui putant hunc
lunaticum ob id dictum habere spiritum im- C
mundum,quòd huiusmodi morbus & omnia si-
milia mala sint immissiones (vt ipsi volunt) an-
gelorum malorum.Sic enim omnis languens di-
ceretur habere dæmonium.Deinde dæmoniũ in-
gredi solitum in hunc puerũ,& non exterius ma-
nens ipsum diuexasse,verba Christi præter cætera
aperte declarant,cùm dicitur: *Surde & mute spiri-
tus exi ab eo,& ne amplius introeas in eum.* Igitur aut
dicendum est,hunc puerum Lunaticum dici,non
quòd verè talis esset, sed quòd similia pateretur
qualia Lunatici pati solent,quia scilicet non sem-
per affligeretur, sed certis temporibus, cadens,
spumans,séque collidens.Sic enim videtur senti-
re D.Hieronymus,qui super cap. 4. Matthæi ex- *Qui sint Lunatici*
ponens qui sint Lunatici, de quibus in Euange-
lio:Non veros,inquit,lunaticos, sed qui putabã-
tur lunatici,&c.vt supra habitum est in cap. Cõ-
cordiæ 25. Aut dicendum morbum comitialem,
etsi putetur esse naturalis, & causæ quædã natu-
rales concurrant,nõ esse tamen pure naturalem,
saltem frequenter,sed accidere ex dæmonio inte-
rius hominem possidente & affligente certis tẽ-
poribus.Sic enim aperte sentit Origenes,sic scri-
bens in præsentem locum homil. 4. in Matthæũ:
Primùm quæramus quare lunaticus appellatur,
qui à spiritu immũdo vexatur:& quare passio ip-
sa nomẽ accepit à luna,quæ post solem, magnum
luminare vocatur.Medici ergo loquãtur sibi quæ
volunt,qui nec immundum spiritum arbitrãtur,
sed corporalem aliquam passionem, & dicũt hu-
mida moueri in capite,secundùm aliquam cõpa-
rationem ad lumen lunare, quod humidã habet
naturam.Nos autem qui Euãgelio credimus, di-
cemus hanc passionem immundum spiritũ in ho
minibus operari. Obseruat enim quædã schisma-
ta lunæ,& sic operatur, vt ab obseruatione lunæ
pati homines mentiatur,& per hoc culpabilẽ Dei
creaturam ostendit, vt omnes iniquitatem in ex-
celso loquantur,qui existimant ex efficacia stella
rum consistere causam omnium infirmitatũ, siue

generalium,siue specialium,&c.Certè nostros ca A
ducos eadem videmus pati quæ hic arreptitius
dicitur passus,quos frequẽter ea pati videm⁹ quæ
nõ naturalia possũt videri,sed planè diabolica:vt
cùm certos quosdã blasphemãt sanctos, quorum
inuocatione passio curari solet. Itaque credide-
rim hãc passionem frequẽter,sicut & phreneſim,
à diabolo fieri in hominibus. Et fortè ob id dicit
Hieronymus:Non veros lunaticos,sed eos qui pu
tabantur lunatici,vt significaret passionem à qua
communiter aliqui dicuntur lunatici,non fieri à
Luna,vt creditur,sed à dæmone.In quem sensum B
hoc dixisse D.Hieronymum magis erit verisimile,
si audiamus quid hoc loco scripserit D.Chrysost.
Nõ turberis,inquit,si lunaticus est appellatus:pa
tris enim dæmoniaci hęc vox est.cęterùm & Euã
gelista multos lunaticos curatos alibi ait,& com
muni omnium consuetudine ipsos nominans.Vt
enim elemẽto illi ac luminari dæmones detrahãt,
secũdùm lunares cursus aggrediũtur & remittũt
homines.Vnde hæc falsa opinio apud multos con
ualuit,quòd Luna varietate sui cursus operetur,
quod minimè verùm est.Hęc ille.Restat explicare
singula quæ pater pueri recensẽt, morbi grauita-
tem Domino exponens.*Vbicunque*, inquit, vel vt
habent Græca, ὁπὡς ἂν, quod etiam potest esse
quandocunque, *spiritus apprehenderit* (non e- C
nim vbique aut semper eum spiritus afflixit)*subi-
tò clamat*, vocem scilicet,sed inarticulatam ædens,
quia dixit Marcus eum habere spiritum mutum.
Deinde verò Marcus quatuor dicit,quæ ordine se
qui solent in arreptitiis & caducis. *Allidit*, inquit,
*illum, & spumat, & stridat dentibus suis, & are-
scit.* In quorum verborum primo suppositum est,
spiritus:in reliquis tribus,puer ipse. Pro allidit,
autem,græce est ῥησσει,quod magis est,lacerat.Si
gnificatur tamen idem,nempe quòd dæmonium
ipsum in terram deiiceret,ac miserè conuelleret.
Pro quo Lucas habet σπαράσσει,id est,lacerat,vel
dissipat eum.Non enim Græca habent duo illa
quæ nos legimus,*Elidit & dissipat eum*; sed tan-
tùm, *dissipat eum.* Casum & conuulsionem sequi- D
tur spuma.Vnde addidit Marcus; *& spumat*:Lucas
verò, *dissipat eum spuma.* Hanc sequitur stridor
dentium,dehinc ariditas.Hinc dicit Marcus, *stri-
det dentibus suis,& arescit*, id est, sine sensu effi-
citur,impos factus omnium suorũ membrorum,
ac huiusmodi vexatione planè contabescens.Lu-
cas his addit id quo pater præter mali grauitatem
significauit etiam mali diuturnitatem.*Vix*,inquit,
discedit dilanians eum. Quod autem Matthæus
breuitati in recensendo hoc miraculo,sicut & a-
liàs ferè semper studens, his omnibus omissis di-
cit: *Sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam;*
ex Marco patet non in primo isto sermone patris E
dictum,sed in secunda respõsione, quam omit-
tens Matthæus,coniunxit quædam secundæ re-
sponsionis dicta cum dictis in prima responsione,
nihil in hoc veritati præiudicans.Deinde verò ab
omnibus subiungitur id quod pater significauit
malum filij esse admodum potẽs,vtpote quòd in-
superabile fuerit omnibus simul discipulis.Obtu
li,inquit,eum tuis discipulis,quandoquidem scili
cet te præsentem non inueni,& rogaui,eos vt eii-
cerent dæmonium,cumque omnes conarentur,
non tamen potuerunt.

RESPONDENS AVTEM IESVS DIXIT: OGENERATIO INCREDVLA ET PERVERSA.] In Mateo omnes penè La- A
tinorum libri habent Dominum respondisse eis,
cùm Græca habeant ἀποκριθεὶς,id est,ei, quom odo etiã
quidam Latini codices habẽt: quanquã rectè in-
telligi possit Dominum omnibus respõdisse,quo-
niam pater pueri omnium nomine causam dispu
tationis de qua Domin⁹ interrogauerat, exposue
rat.Quoniam autem incredulitas patris & ipso-
rum quoque discipulorum,causa fuit impotentię
eiiciendi dæmonium,vt patet ex sequẽtibus,hinc
Dominus desumpsit occasionem in genere redar-
guendi Iudaicæ gentis incredulitatem & peruersi
tatem,reiiciens etiam impotẽtiam discipulorum
de qua pater pueri querebatur in ipsum qui que-
rebatur.Et rectè quidem iam in genere redarguit
Iudæorum incredulitatẽ pertinacem, quòd multi
præsentium,vt est verisimile,de discipulis & Chri
sto inconuenientia cogitauerint.Itaque cum do-
lore & indignatione dicit:*Ogeneratio*,hoc est, na-
tio, *incredula, & peruersa*, hoc est, distorta. Non
enim hic peruersa simpliciter malã significat,sed
id quod propriè ea dictio significat, quod nostro
sermone dicimus, *Verkeert*.peruersum enim ho-
minem propriè dicimus,qui nulla ratione ad me-
liorem frugem reduci potest.Itaque non tantùm
incredulam dicit generationem Iudæorum, sed C
etiam peruersam, significare volens pertinacem
eorum incredulitatem,vt à qua tot ẽditis miracu
lis non potuerint auocari,& adduci ad fidem. Sic
& Moyses Deuter.33.Iudæos vocat generatiõnẽ
prauam & peruersam,quòd nec inaudita illa pos
tenta & prodigia,quæ in salutem suam facta vide
runt,in fide erga Deum: nec horrendæ adeo re-
bellionis suæ vltiones, quas identidem experti
erant,in timore:nec tam incomparabilis Moy-
sis mansuetudo,& infinitus pro eis labor,in offi-
cio ergo ipsum retinere poterant.Ob hanc ergo
insuperabilem Iudęorum infidelitatẽ addidit Do
minus;*quousque ero vobiscum, quamdiu patiar vos?*
Quibus verbis non vult significare, sed dubi-
tare quanto tempore cum illis esset conuersatu-
rus sed tãtùm significat se molestè & cum dolore
ferre eorum pertinacem incredulitatẽ,quam om-
nino cuperet illos deponere.Venisse enim se vt
per fidem ipsos ad salutem perduceret,idque om
nibus modis agere: illos tamen nulla ratione ad-
duci posse vt fidem suscipiant per quam saluẽtur:
ita vt omnem suam apud eos operam perdat.Re-
ctè tamen etiam hac locutione intelligitur Domi
nus significare voluisse se desiderare mortem, vt
vult Chrysostomus,ac futurum aliquãdo vt pro-
pter pertinacem infidelitatem Iudæi derelinquã-
tur à Christo,gentibus ipsum recipientibus.Quã
quam autem his verbis Dominus nonnullam in-
dignationem & iram declararet,ex his tamẽ quæ
sequuntur demonstrauit se nõ hominibus,sed vi
tio iratum, cùm, vt annotauit Diuus Hieronymus, subiecit: *Afferte huc illum ad me.* Non e-
nim sic indignabatur vt à benefaciẽdo desisteret,
sed sic,vt beneficiis adhuc nouis illos ab infideli-
tate cui indignabatur,auocare studeret, docens
certè & nos,non hominibus, sed vitiis indignari
debere,& quomodo & nos id demonstrare ac de
clarare possimus.Iubet autem adduci illum ad se,
quem absentem curare potuisset,nõ quidem pro
prer ostẽtationem.Nam, vt postea dicitur, accur
rẽte turba mox sanauit hunc lunaticum,quia no-
lebat hominũ applausũ videri captare.Sed vt præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sente dæmoniaco mali magnitudo astantibus innotesceret pro defectione discipulorum, & cognosceretur dæmonum contra Christū contrarietas in redargutionem Scribarū, ac patris imperfecta fides patesceret, eaque perficeretur ãte filij curationẽ. Iustus enim ordo exigebat, vt antè Dominꝰ ab infidelitate mentem patris liberaret, quàm à dilaniatione membrorū corpus filij, maximè cùm illa impedimẽtum fuerint quo minus per discipulos filius fuerit liberatus. Adducitur itaque filiꝰ ad Dominum. Cùm autem adhuc accederet tantùm inquit Lucas, (nam Græca nõ tantùm habent; & cùm accederet, sed, cũ adhuc accederet ille) & cũ filius vidisset Iesum, vt habet Marcus, nec adhuc ad Christum venisset mox spiritus cœpit puerum conturbare, conuellere & dissipare: quo ostensum est quàm ille abhorreret Christi præsẽtiam, ac occasio fidei perfectioris data est patri, vt nõ dubitaret Christi virtute dæmonium pellendum, quod ad solum aspectum ipsius videbat sic trepidare & sæuire. In illo Marci, *& cùm vidisset eum*; dubitari potest num sit sensus: cùm Christus vidisset puerum, an cùm puer vidisset Christum. Nam nõ esse sensum, & cùm spiritus vidisset Iesum, Græca apertè docent, eo quòd πνεῦμα; id est, spiritus, sit illis neutrius generis, participium autem ἰδὼν, quod hic ponitur absolutè, sit masculini generis. Et magis conuenit intelligere, cùm puer vidisset Iesum. Iam autem vt manifestior fieret pro discipulorum defensione mali grauitas, ac patris imperfecta fides manifestata corrigeretur, quærit Dominus ex quanto tempore hæc passio puero acciderit. Respondit ille, *ab infantia*, adiiciens præter diuturnitatem mali etiam pericula extrema quæ frequenter filius sit passus. *Frequẽter*, inquit, *eum in ignem & in aquam misit, vt eum perderet.* Ex quibus verbis, præter magnitudinem mali, duo nobis intelligere datum est. Primùm, quòd diabolus non semper, vt quidam putant, propter meritum propriorum peccatorum quosdam possidet & diuexat. Ab infantia enim puer huic malo fuit obnoxius, non quidem, vt certum est, ob propria saltem actualia, peccata, & fortasse etiam nõ ob peccata parentum, sed vt manifestaretur gloria Dei in ipso, quemadmodum postea dicitur de cæco à natiuitate. Secundum est, quòd diabolus exitialis sit humani generis hostis, nihil non tentans quo eos qui eius potestati sunt permissi perdat crudeliter. Nihil tamen illum amplius posse, quàm ei à Deo permittitur, ac Dei angelorumque custodiam non deesse etiam his qui ei permissi sunt diuexandi. Vnde etiã hæc narratio profuit & ad augendam patris fidem, vt cognoscaretur scilicet ea virtute posse pelli dæmoniũ, qua hactenus impeditũ fuit ne perficeret quod volebat: & ad refellendam Scribarum calumniam qua calumniabantur Dominum in Beelzebub eiicere dæmonia. Non enim collusione aliqua, sed planè inuita secedere ad hominibus dæmonia hinc satis liquebat. Porrò patet in fide infirmus metuens ne ob diuturnitatem incurabile esset malum quasi ob id Dominus interrogasset de tempore: *Si*, inquit, *quid potes, adiuua nos, misertus nostri*; longè sanè interior in fide illo, qui etsi diuturno & incurabili morbo laborabat, dixit: Domine, si vis, potes me mundare. Vnde sicut tunc Dominus fidẽ eius cõfirmans, alludendo ad eius verba dixit: Volo mundare: ita nunc imperfectam huius fidem redarguens, eamque perficere volens, etiam alludendo ad eius verba dicit *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* Non dicit, possum certè, sed indignus es cui prẽstem quod possum propter incredulitatem tuam, sed summa verborum vsus modestia, suam potentiam aliorum potentiæ quodammodo subiicit, imò de sua potentia omnino silens, omnia fidei tribuit. Neque enim vel sic dicit quomodo videbatur dicendum: Possum certè si potes credere, sed si potes credere, supple, scito quòd omnia possibilia sunt credẽti, commẽdans sanè nobis egregiè loquẽdi modestiam, & simul fidei apud Deum energiam & vim. Additur autem græcis articulus non ociosus, π. τ. δ. δύνασαι πιστεῦσαι, id est, hoc si potes credere, vt sit sensus: Si potes vel illud tãtùm quod sine oĩ labore ac sumptu facile potes, nempe credere. Bene autem nõ dixit omnia potest credens obtinere & accipere, sed generaliter omnia possibilia sunt credenti, vt intelligamus credentem & omnia posse accipere à Christo quæ cupit, & vicissim in nomine ipsius omnia facere quæ cupit. Itaque pater pueri ex sua fide intelligẽs pendere optatam filij salutem, & in fidei confessionem alacer prorumpit & imperfectæ suæ fidei respectum ac meritum deprecatur, dicens cum lacrymis: Credo Domine, adiuua incredulitatem meã, hoc est, imperfectam meam fidem. Sic enim hic accipere oportet nomen incredulitatis, nec sit in verbis contrarietas. Hæc autem verba; *adiuua incredulitatem meam*; non sic videntur accipienda quasi his petierit fidem suam perfici à Domino, vt sit idem cum eo quod Apostoli postea orabant, dicẽtes, Domine adauge nobis fidem: sed tantùm voluit petere, vt quoniã audiuit à fide omnia pendere, Dominus sua potentia id suppleret quod fidei imperfectio non impetrabat, vt sit sẽsus: Credo Domine te posse, sed si quid adhuc fidei deest, tu quæso id supple, vt si non sufficiat mea fides, id tamen quòd volo adiuuante me tua potentia, consequar. Precatio sanè nobis perneccssaria, vt qui propter fidei aut fiduciæ imperfectionem frequenter non impetramus quod volumus. Vnde Iacobus præcipit, vt qui orat, postulet in fide, nihil hæsitans. Sed benignus adeò Dominus est, vt si fidei nostræ imperfectionẽ aguoscamus, eãque adiuuari petamus nõ sit etiam imperfectam fidem reiecturus, sed voti compotes faciet, quemadmodum ex his quæ sequuntur patet. Sequitur enim: *Et cùm vidisset Iesus accurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo*, vel increpauit spiritum immundum. Hæc autem increpatio vel comminatio nihil aliud intelligi debet quàm præceptum Christi vrgens & imperiosum quemadmodum in superioribus sæpe dictum est, increpare vel comminari accipi simpliciter pro dirè & imperiosè præcipere. Nã quomodo & quibus vel bis comminatꝰ sit Iesus spiritui, Marcus testatur: *Increpauit*, inquit, *dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.* Quibus verbis autoritatiuam suam potestatem indæmones declarãs, duo præcepit dæmoni, vt & exiret, & amplius eum non repeteret, eo quòd per vices & diuersa tẽpora illum repeteret. Dominus enim suum beneficium voluit esse nõ temporarium, sed perpetuum. Cùm autẽ in Matthæo legimus; *& increpauit illum Iesus*; videtur relatiuum, *illum*, ad puerum debere referri, quia de dæmonio ante

ante hæc verba nulla fit mẽtio apud Matthæum. Vnde aliqui intelligunt etiam puerum increpatũ à Christo, quòd ob peccata sua pateretur dæmonij vexationẽ, Verùm cùm ab infãtia hęc perpessus dicatur à patre, magis conuenit eã increpationem ad spiritus referri, sicut apud alios Euangelistas, vt relatiuum, *illum*, referatur apud Matthæũ ad id quod etsi nõ sit expressum priùs ab illo, indicatum tamen est satis, cùm dicit puerum fuisse lunaticum, & cum subdit; *exiit ab eo dæmonium.* Quòd autem, vt habet Marcus, dæmonium exclamans, & multum discerpens eũ, vel vt potius ęrca verti debent, cùm exclamasset, & multum eũ dilaniasset, id est, conuulsisset (sunt enim participia præteriti temporis Græcis) exiit ab eo relicto ipso tãquã mortuo, demonstrabat quàm ęgrè ferret quod cogeretur Christo obedire, ac hominẽ relinquere, quẽtorquere sibi volupe erat. Indicat hoc factum etiam nobis quàm ęgrè secundũ mentẽ sãtanas homines Christo cõcedat, quo firmius nos Christo adhęrere conuenit, ne vnquam illi in nos aliquid permittatur. Simile habitũ est in cap. 1. Marci Concordię cap. 27. Cùm ergo hac permissione dæmonij malitia & nocendi studium ostensum fuisset, suam contrà dominus potentiã & bonitatem ab omni malo dęmonum liberantem declarans, manu sua pueri manum cõtingẽs, eumq; eleuans, sic mox eum desperatum restituit, vt nõ sensim viribus suis redderetur, sed subitò, quasi prius nihil nocumẽti pertulisset. Nec iam illũ sibi, vt verè potuisset, suóque seruitio vsurpauit, sed reddidit illum patri eius, cui dæmoniũ sic illũ subtraxerat vt verius dęmonis esset mãcipiũ quã patris filius. Itaq; meritò omnes stupebãt propter magnificentiã potentiæ diuinæ, quam conspicie bant magnificè operari in Christo. Non enim putabant ipsum propria operari virtute, vnde non dicitur: Stupebant autem omnes in magnificẽtia eius, sed Dei. Magnificentia autem hęc erat, quòd imperio solo tam potens malum adeò citò & perfectè sublatum erat.

ET CVM INTROISSET IN DOMVM, TVNC ACCESSERVNT AD IESVM DISCIPVLI.] Ceperat discipulos solicitudo quędam humana, ne quid imprudentes offendissent Dominum, & sua culpa virtutem ęndi miracula semel ipsis à Domino traditã perdidissent. Itaq; oportunitatem loci nacti, cùm scilicet in domũ introisset Dominus, semotis arbitris seorsum Dominum rogant: Quare nos nõ potuimus eiicere eum, cùm semel nobis à te tradita sit potestas eiiciendi quosuis dæmones? Dominus itaque, qui suorum imperfectionẽ apud populũ aperire noluit, quòd futuri essent totius orbis magistri, seorsum impotentiæ ipsorũ causam ad ipsos pertinẽtem indicat, cùm apud populum causam impotẽtiæ eam indicauerit, quæ ad ipsum populũ & patrem pueri pertinebat. In quo obseruandũ, doctrinam & vitiorum correptionẽ tempore & loco oportuno dispensandam esse, vt quę ad omnes pertinẽt, apud omnes doceantur: quę publica sũt, publicè corripiantur: quæ verò ad certas quasdam personas pertinẽt, maximè eas quę populo præsũt, priuatim admoneãtur, ne temerè tales traducti, vulgo veniant in cõtemptũ, apud quem eorũ authoritas est necessaria. Redditur autẽ apud Matthæũ à Domino duplex causa quare Apostoli nõ potuerint eiicere illud dæmoniũ. Primò enim dicit: *Propter incredulitatem vestram*, hoc est, diffidentiam & fidei imbecillitatem. Sic enim etiam hic accipitur incredulitas. Et quidem suprà imputauit Dominus incredulitati patris quòd nõ fuerit electum dæmoniũ, significans si satis credidisset, filium suum curãdum fuisse etiã à discipulis. Hic verò incredulitati discipulorum imputat, quia & hæc partim fuit in causa. Nam si fuisset in eis tanta quanta oportebat, potuisset alienæ diffidentię esse præsidio. Sępe em̃ fiduciæ magnitudo in operãte miracula supplet imperfectionem fidei eius qui miraculũ & sanitatẽ expectat. Causa autem diffidentię, quę iam fuit in discipulis, esse potuit, quia fortè cernebant, & ex parte audiebant mali magnitudinẽ & atrocitatem: aut quia metuebant ne potestas eis tãtùm competeret dum essent in legatione, aut quia, vt habet Hilarius, Domino in monte demorãte, & ipsis cum turbis residẽtibus, quidam tepor ob Domini absentiã eorum fidem retardauerat. Porrò quòd dominꝰ fidem suorum augeret, ac doceret quanta sit eius vis, si modò fortis sit & vehemens, subiicit: *Amen quippe dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis*, &c. Accipitur autẽ hic fides, nõ pro ea virtute à qua dicimur fideles, quomodo accipitur à Paulo, cùm tres dicit esse virtutes, fidem, spem, & charitatem, inter quas charitas sit maxima, pro firmo scilicet assensu eorum quę de deo & Christo sunt credẽda, quam fidem habent omnes Christiani, & tum habebant omnes Apostoli. Sed accipitur pro fide signorum quam Paulus ponit ad Cor. 12. inter diuisiones gratiarum quas spiritus sanctus diuersis impertitur varię prout vult. Huiusmodi autẽ fides, nõ est aliud quã fiducia impetrãdi vel faciendi miracula cũ opus est aut vtile, inuocato nomine Dei. Qualem fiduciam habere veram & non præsũptuosam nõ ita facilè est, sed valde excelsum & difficile. Non enim ad hanc in nobis efficiendam sufficit fides omnipotentiæ & summæ bonitatis diuinę, quę tamẽ ad eã ante omnia requiritur, & ad eã multũ valet: sed præterea requiritur vt adsit libertas vera ad Deum quæ nascitur ex testimonio bonæ cõscientiæ ac mẽte trãquilla, placideq; cõposita, vnde Ioãnes 1. epist. c. 3. Charissimi, si cor nostrum non repręhenderit nos, fiduciã habemꝰ ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus ab eo. Est autẽ magni certaminis ex placabilitate ac quietę talem erga Deum libertatem, vt credat quis illum sibi daturum quicquid postulauerit. Quòd autem dominus fidem grano sinapis comparat, non est intelligendum, vt quidam volunt, ipsum significare fidem etiam paruã sufficere ad transferendum montes, & quiduis impetrandũ. Nam præterquã quòd vel ex hoc loco sensus hic satis potest refelli (nam vel paruam saltem fidem habebant discipuli, quos propter diffidentiã dicit Dominus fuisse impotentes) D. Hieronymus eum ostendit etiam refelli ex Apostolo Paulo, qui ad hæc domini verba alludens maximæ & perfectæ fidei tribuit transferre mõtes. Si, inquit, habuero omnẽ fidem (vel, vt Hieronymus legit hoc loco, totam fidem, id est, perfectam) ita vt montes transferam, &c. Igitur per fidẽ grano sinapis comparatã, Dominus significare voluit fidem acrem vehementem, feruẽtem, & efficacem: sicut granũ sinapis maximã cum atteritur acrimoniam & vehementiam habet, & in terram proiectum magnam de se producit arborem. Non enim hic Dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus videtur respexisse ad quantitatem grani si napis, sicut suprà cùm regnum cœlorũ cõparauit grano sinapis, sed tãtùm ad eius qualitatem & efficaciã. Origenes autem & Theophyl. illum secutus, dũ dicunt omnem fidem grano sinapis comparari, nõ volũt quamlibet fidem comparari grano sinapis, sed per omnem fidẽ, cũ Paulo, ad quẽ sese refert Origenes, intelligunt fidem perfectam. Qualem fidẽ Dominum hic requirere etiã ex alia sententia Domini simili huic manifestũ est. Dicit enim, Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis: Tolle, & iacta te in mari, fiet. Ideo autẽ Dominꝰ singulariter in his sẽtentiis meminit translationis mõtium, quòd res omniũ difficillima, & impossibilis vulgo habeatur, trãsferre montẽ verbo. Id etsi nõ fecerint Apostoli, sicut non legitur eos fecisse (quamquã fecisse potuerint, etiamsi nõ sit scriptum) nõ tamẽ ob id cõsequitur, eos nunquã talem fidem habuisse. Nam quod hic dicitur: *Si habueritis fidem*, &c. *dicetis monti huic transi, & transibit*, ex alia simili sententia superius ex Matthæo allata patet sic esse intelligendũ, si dixeritis monti huic, transi, trãsibit. In hunc enim modũ multa Hebræi loquũtur per coniunctionem, &. Idem dicendũ de simili sententia quæ est Luc. 17. Ideo ergo non sunt per Apostolos translati montes, quoniã nunquã iusserunt, & ideo nõ iusserũt, quia nulla necessitas aut vtilitas ita ad Dei gloriã fieri exegit, propter quã solã miracula sunt facienda. Alioquin enim non ex fide procedit rerum quę suprà naturam sũt tentatio, sed ex vana curiositate aut temeraria audacia procedit illa præsumptio, cui nõ pollicetur Deus se cooperaturum, sed fidei. Fecerunt autẽ Apostoli etiam maiora quàm sit trãsponere montes. Multos enim mortuos suscitauerunt. Iã autem æquale non est montes transponere, & animã hominis reuocare, sed istud illo lõgè maius. Insuper, inquit D. Chrysost. dicunt nonnulli, posteaquosdam Apostolis sanctitate multõ minores id re postulãte fecisse. Vnde patet, quòd si opus fuisset, mõtes quoque & ipsi Apostoli trãstulissent. Sanè ꝙ D. Chrysostomꝰ dicit quosdam fecisse, verum esse testatur Eusebius in sua historia dẽ Gregorio episcopo Neocæsariensi auditore Origenis. Sic enim de hoc Gregorio inter cætera eius miracula legimus lib. 7. Eccles. historiæ c. 25. In quodam loco ruris angusti quũ res posceret Ecclesiam construi, rupes quędam vicini montis ex parte Orientis obiecta, ex alia verò præterfluẽs fluuius, spatium quãtum Ecclesiæ sufficeret denegabat. Et cùm alius omnino non esset locus, omnesq; mœstitiã gererent, quod solum ad construendam Ecclesiam non haberẽt, ille fide plenus, pernoctasse in oratione dicitur, & Dominũ Iesum promissionis suę admonuisse fideliter, qua dixit: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, tolle te, & mitte te in mare, & vtiq; fiet.* Cúmque hæc plena fide atq; deuotione deposceret, ad lucem coeuntibus populis inuenta est rupes importuna fecessisse tantum, quantum spatij ad cõdendã quærebatur Ecclesiam. Hęc ibi, quibus simile est quod de eodẽ ibi narratur de lacu siccato. Idẽ Faber se legisse testatur in historia quadam Tartarorum, in qua sic habebatur: Iuxta Baldacem mõs diuina virtute trãslatus est oratione cuiusdam viri sancti, cùm improperarent Tartari Christianis illud Euangelij: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, &c. Cæterum D. Hieronymus quò ostendat etiam Apostolos transtulisse montem, intelligit per montẽ hic à Domino significati metaphoricè ipsũ diabolum, qui iam à Domino fuit translatus ex lunatico, vt significetur etiã ipsos, si habuerint fidẽ, posse eiicere dęmonẽ, qui apud Hieremiã secundùm mysticum sensum vocatur mõs, dum dicitur cap. 15. Ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersã terram. Verùm hic sensꝰ vt est mysticus, nõ est à Domino principaliter intẽtus. Notãdum autem, quòd hac sententia Dominus nõ tantùm commendare voluit fidem faciendi vel impetrandi miracula, ne ad nos eã vel parum vel nihil pertinere putemus, sed in genere fiduciam quibus impetrandi à Deo, vel faciendi per Deum, quod recto rationis iudicio voluerimus ad nostram aliorumque salutem, ac Dei gloriam. Vnde Matthæi 21. vbi similis est sententia subiungitur: Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Proinde cùm petendum quid à Deo erit, curandum nobis ante omnia, vt mens fiduciã colligat, sine qua nihil profutura est oratio, quam quomodo parare possimus, superius est dictum. Quoniam autem Dominus ideo meminit translationis montiũ, vt significaret rem quãlibet difficilem ac naturæ impossibilem, credenti esse possibilem, ideo subiicit, *& nihil impossibile erit vobis*.

Matt. 21

A B C D E

ꝟ. HOC AVTEM GENVS IN NVLLO POTEST EXIRE NISI, &c. Alterat. hic reddit Dominus causam quare non potuerint eiicere dæmonium discipuli, quã solam ponit Marcus, nimirum quòd huiusmodi dæmoniorũ genus quale fuit illud de quo iam dictum est, oratiõe & ieiunio eiici debet, quibus nõ vacauerant discipuli illi in multitudine versãtes, sicut Dominus vacauerat qui iam rediit cum tribus à recenti precatione, in qua totam noctem & magnam diei partem, si nõ integrã, transegerat ieiunus permanens. Occurrit autem circa hanc Domini sententiã duplex potissimum difficultas. Primò, de quo genere Dominus loquatur. D. Chrysost. intelligi istud dictum nõ de certo aliquo dæmonũ genere, sed de omnibus generaliter dęmoniis, ad quę expellenda multum valet oratio & ieiunium. Verum hic intellectus non videtur conueniens, tũ quòd omnino Dominus significet se de aliquo certo dæmonum genere loqui, dum dicit: *Hoc autem genus*. tum quòd Apostoli frequenter dęmonia expulerãt sine ieiunio & oratione, cum hic dicatur: *Hoc autem genus in nullo*, id est, per nullam rem, *potest exire, nisi in oratione & ieiunio*, id est, per orationem & ieiunium. Itaque alij intelligunt de dæmoniis lunaticis. Vnde Theophylactus in Marcũ habet, Vel lunaticorũ, vel omne dæmoniorum genus alio modo egredi non potest, nisi precatione & ieiunio. Verũm nõ apparet quare peculiariter lunaticorũ genus requirat precationem & ieiunium, cùm alia dæmonia frequenter sint nocẽtiora. Proinde rectius intelligetur Dominus nõ quidẽ in genere de omnibus loqui dæmoniis, nec peculiariter lunaticorum genus designare voluisse, sed genus dęmonum & pessimorũ & qui iamdiu aliquẽ possederunt, vt malum ferè in naturã sit versum, quale erat dęmoniũ prędictũ quod ab infantia dæmoniacum hunc afflixerat, etiam in ignem & in aquam illum frequẽter mittens, cupidum perditionis eius. Altera difficultas est, quomodo Dominus iam exigat ad expulsionẽ quorundam dęmonum orationem & ieiunium, cùm in superiori sententia solam fiduciam perfectã significauerit sufficere ad perficiẽdum quiduis, ac proinde etiã ad expellendum quoduis dæmoniũ. Ad quod dicendũ primùs quidem Dominũ indicasse id qđ ad omnia miracula facienda est generale. hic verò id quod est peculiare, & proprium ad expulsionem quorundam dęmonum. Nec excludit illud generale istud peculiare, quia nõ est dictum, solam fiduciam sufficere, sed fiduciam perfectã esse necessariam, & sine illa nõ posse fieri miracula, cui non obstat quod quandoq; etiam orandum est & ieiunandum ad certa quędam miracula perficiendum. Deinde oratio & ieiunium quę Dominus requirit proficiscuntur ex fiducia perfecta, atq; obid requiruntur vt eam augeant, ac magis magisq; excitent. Qui enim perfectam in Deũ habet fiduciã non dubitat seriis, ardentibusq; vacare precibus, donec quod vult impetret. Et rursum huiusmodi precibus mirè intenditur fiducia in Deo. At huiusmodi preces requirunt ieiuniũ, & abstinentiã carnis ab omnibus deliciis, quę nomine ieiunij significatur. Itaque Diuus ille Gregorius, q innixus verbis Christi rupem transtulit, non putauit solam fiduciam sine precibus perficiẽdam quod volebat, sed quoniam magnam habuit fiduciã in oratione & ieiunio, pernox perseuerauerit, donec exoraret quod optabat. Sic ergo & hic Dominus docere voluit, fide non vulgari opus esse expulsuris pessima dæmonia, sed quæ deprecationi adeo sit intẽta, vt etiã corpus ab omnibus deliciis abstineat; donec exoret quod orat. Ex quibus patet quare oratio requiratur, & cum oratione ieiuniũ, nimirum vt ad orandum animus magis sit expeditus, & ipsa oratio ardentior sit & perseuerantior. Est tamen & alia ratio peculiaris quare expulsuris dæmones necessaria sit oratio & ieiunium, nimirum quia per hæc duo homo in spiritualem quandam naturam ascẽdit, qua aduersus spiritus luctam habet aptiorem. Per ieiunium enim domatur carnis rebellio, per orationẽ roboratur in nobis spiritus. Quo autem quis carnem magis habet spiritui subiectã, & spiritum in Deo roboratum, eo aptior est & fortior, vt cum impuris spiritibus congrediatur, qui his armis instructos nõ secus metuit quàm angelos Dei bonos: destitutos verò etiã si nomen Dei & Christi inuocent, non formidat. Vnde cùm Iudæi quidam exorcistæ tẽtarent inuocato nomine Christi quẽ Paulus prædicauit, eiicere dæmones, quia his armis erant destituti, respondens spiritus nequam dixit eis: Iesum noui, & Paulum scio, vos autem qui estis? Et infiliens in eos homo in quo erat dęmonium pessimũ, & dominatus amborum inualuit cõtra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Act. 9. Ex his patet & orationẽ ieiunium coniunctum requirere, & ieiunium orationem, vt neutrum sine altero sufficiat: orationẽ tamen esse præcipuum horũ duorũ, vnde & prio ri loco ponitur, quomodo & angelus Tobiæ loquens hęc cõiunxit dicens: Bona est oratio cum ieiunio. Caietanus orationẽ & ieiuniũ quę hic à Domino exigũtur, putat debere referri nõ ad eũ qui est curaturus, sed ad eũ qui est curandus, vt significetur ex parte curaturorũ requiri fidẽ: ex parte verò lunaticorum curandorũ, ieiunium & orationẽ tempore illo quo à dæmonio nõ affligũtur. Et D. Chrysost. ac Theophyl. intelligũt Dominũ his verbis exigere ieiunium &, orationẽ & ab eo qui est

A B C D E

sanaturus, & ab eo qui est sanandus. Verùm cùm hęc discipulis interrogãtibus quare nõ potuissent eiicere dæmoniũ, seorsũ sint dicta, veluti pro causa, quam solam Marcus ponit, magis intelligendũ significatũ esse hæc esse necessaria sanaturo, vt intelligit Origenes, cuius sententia hoc loco diligenter est annotãda. Habet autem sic: Videamus etiã illud quod dicit; Hoc genus non eiicitur nisi in ieiuniis & orationibꝰ; & si aliquãdo oportuerit nos circa curationem tale aliquid patientiũ permanere, non adiuremus, neq; interrogemus, neq; loquamur quasi audienti spiritui immundo, sed permanentes in orationibus & ieiuniis impetremus patienti salutẽ à Deo, & abigamus ieiuniis & orationibus nostris malignos spiritus. Hæc ille, cuius tamen verba cautè sunt legẽda, ne putemus eũ prohibere adiurationes dæmonum, & loqui eis: sed nec his solis fidamus, adiiciamus autem etiã ieiunia & orationes. Nam & ipse Dominus adiurauit dæmonia, interrogauit, locutusq; est eis, vt etiã patet in eiectione huius dęmonij, etsi surdi & muti. Cęterùm vt omnis Christi doctrina ad spiritus ędificationem maximè tẽdebat, & corporali dęmonum eiectione spirituale eorum eiectionem per se futurã demõstrare voluit: ita rectè intelligimus hac sententia docere ipsũ voluisse, quibus modis à demonis potestate quis secundùm mentem liberari possit, maximè is qui similis fuerit huic dęmoniaco lunatico, qui secundùm mysticum sensum designat eũ q à teneris annis assueuit peccatis, & vel per horatũ momẽta mutatur ad vitia, vel etiamsi quandoq; in eo impetus bonorũ operũ subrepãt, ita vt sanus esse videatur, frequenter tamen quasi abreptione spiritus à passionibus cõprehenditur, & miserè diuexatur, & à bono statu in quo stare putabatur cadit, nunc in ignẽ, nunc in aquã, hoc est in cõtraria planè vitia, superatus aliquando ab ira, aliquando à cõcupiscentia carnalium voluptatum. In quo impletur illud Sapiẽtis: Stultus vt luna mutatur, vt ob id etiã talis rectè dici possit lunaticus. Tales si, vt ferè accidit, & surdi sunt, vt humana doctrina eos non possit curare, ac ad melora reuocare: & muti, vt Dei opẽ per se implorare nesciant, piorum opera Christo sunt præsentãdi, cui nullum malum quantũuis atrox & in naturã versum, est immedicabile. Ad hunc perducti incipient cõturbari & dilaniari, exorta lucta inter spiritum resipiscere cupientẽ, & cupiditatẽ ad solita fortiter reuocãtem. Verùm si perstitãt adesse Christo, & fide, oratione & ieiunio certent cum vitiis, omnipotẽti efficacia Christi sic curabũtur, vt mortui peccato & mundo resurgant in nouitatẽ vitę. Quod enim lunaticꝰ iste expulso dæmone veluti mortuus relictus est, significabat à seruitute satanę ad Christũ nõ licere plenè transire, nisi tanquã mortui planè reddamur. Quod Dominus illũ qui veluti mortuꝰ iacebat manu sua erexit, illęque surrexit, significat nõ satis esse vt peccato simus mortui, sed superesse vt iustitiæ incipiamꝰ viuere, atq; ad id opus nobis esse imprimis Dei adiutorio, subsequi autẽ oportere & nos libera nostra volũtate. Vide aũt, inquit Theophylactus, ꝙ Deus qui dẽ adiuuat nos, deinde à nobis bona opera exigũtur. Dicit enim, *Erexit illũ Iesus*, hoc erat Dei adiutorium; *& surrexit*, hoc est illiꝰ in bonis studiũ. Et glossa ordinaria: hoc ĩquit, genꝰ dęmonij, id est, ista carnalium voluptatũ mutabilitas, nõ vincitur, nisi spiritꝰ orõne cõfirmetur, & caro per ieiuniũ maceretur.

Ecclo. 27

Sensus mysticus

Universidad de Deusto
Biblioteca

STATERE INORE PISCIS INVENTO SOLVITVR didrachma, ac mors Christi prædicitur. Matthæi 17. Marci 9. Lucæ 9

CAPVT LXIX.

* autem ¶ dixit ◁ addit discipulos suos * b quia sic ottra-detur est ‖ b tradetur

[b]T in de profecti prætergrediebantur Galilæam, nec volebat quenquam scire.[a] Cõuersãtibus autem eis in Galilæa, [c] omnibúsque mirantibus in omnibus quæ faciebat, [b] docebat *discipulos suos, & ¶[b] dicebat ◁ illis:[a] Iesus:[c] Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: *[b] Filius[c] enim[b] hominis ‖ futurũ est vt tradatur[c] in manus hominũ,[a] & occidẽt eum, & [b] occisus, [c] tertia die resurget.[b] At illi ignorabãt verbum[c] istud, & erat velatum ante eos, vt nõ sentirent illud, [b] & timebant interrogare eum[a] de hoc verbo.[a] Et contristati sunt vehementer.[b] Et venerunt Capharnaum.[a] Et cũ venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrũ, & dixerunt ei: Magister vester nõ soluit didrachma? Ait: Etiã. Et cũ intrasset in domũ, præuenit eũ Iesus, dicẽs: Quid tibi videtur Simõ? reges gentiũ àquib. accipiũt tributũ vel censũ? à filiis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij: vt autem nõ scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies statere: illum sumens da eis pro me & te.

EBT INDE PROFECTI PRÆTERGREDIEBANTVR GALILÆAM, &c.] De ordine horum cũ præcedentibus nulla potest esse quæstio. Sed dubitari potest quomodo Marcus dicit; *prætergrediebãtur Galilæam*; quo videtur significari eos declinasse & præterisse Galilæam; cùm tamen hæc generentur in Galilæa, & Matthæus dicat: *Cõuersantibus eis in Galilæa*, qui simul cum Marco dicit Dominum venisse Capharnaum Galilææ ciuitatem. Verùm sciendum Græca pro, *prætergrediebantur Galilæam*, habere paulò aliter, παρεπορεύοντο διὰ τῆς γαλιλαίας, quod quidam sic vertit: *iter fecerunt per Galilæam*; quamuis hac versione non explicetur præpositio παρὰ, quę eodẽ teste significat elã, & velut in transcursu obitérq; eos fecisse iter per Galilæam. Vnde in hoc sensu oportet etiam intelligere nostram literam, cui non repugnat quod dicit Matthæus: *Conuersantibus autem eis in Galilæa*. Nã cùm iter facerent per Galilæam, vtiq; in Galilæa conuersabantur. Ordo ergo historiæ sic se habere videtur: Vbi Dominus reddidisset patri filium suu sanũ, stupebãt omnes, vt habet Lucas: Dominus autem illum vulgi stuporem nihil morans, atq; ad id sese parans quod ex patris decreto faciẽdum imminebat, illinc mox digressus, hoc est, ex finibus Cęsareę, in quibus verisimile est superiora esse gesta, & in quibus dixerat necessariò sibi eũdum Hierusalem, versus Hierosolyma per Galilęam recta iter instituit, & ne illi aliqua morarieret, aut quisquã impediret ne relicta in totũ galilęa Hierusalem adiret illic permãsurus & occidendus, noluit quenquam scire, sed latere voluit quãtum fieri potuit: vtq; iã ibat ad suppliciũ, ita suorum animos vt id recte ferrent, nec in illo nimis scandalizarentur, cõfirmare & munire voluit, rursum illis suam passionem & resurrectionem prædicens, quam prædictionem tres quidẽ Euangelistæ rursum simul commemorant, sed tamẽ diuersa occasione eam adferunt. Nam Marcus quidem hanc prædictionem adducit pro causa ob quam noluit quenquã scire. Sic enim habet secundùm Græcos: *Nec volebat quenquam scire. Docebat enim discipulos suos*. &c. Non enim est Græcis ὅτι, id est, autẽ, vt nos legimus, sed γάρ, id est; em. Itaq; significatur ideo neminem voluisse scire, quia discipulos docebat iam instare tempus suę passionis subeũdę in Hierusalem. Qua ratione attenta, illud quod Marcus dicit; *nec volebat quenquam scire*, videtur sic intelligendum: Non volebat quenquam scire quòd iam iter faceret per Galilæam, eam derelicturus & profecturus in Hierusalem, ne scilicet eius profectio aut retardaretur, aut impediretur à Galilæis, quorũ proculdubio magna pars eum diligebat, & retinere cupiuisset. Non posse enim intelligi Christum voluisse plane latere, vel ex eo satis patet, quòd dicitur post hęc venisse Capharnaum, vbi certum erat eum omnino latere non potuisse. Lucas verò occasione, admirationis populi dicit à Domino prædictam eius passionem & mortem. *Omnibus*, inquit, *mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos*, &c. significare volẽs Dominum turbis admirantibus iussisse discipulos suos magis cogitare quæ breui erat passurus, quàm quæ modò de eo prædicabant gloriosè turbæ. Matthæus verò nullam occasionem huius prædictionis adferens simpliciter dicit: *Conuersantibus illis in Galilæa, dixit illis Iesus*, &c. significare volens dominũ hęc prędixisse pro confirmandis & muniendis suorum animis, idque cùm adhuc esset in Galilæa, & nondum eorum qui erant in Hierusalem odium & malitiã multum expertus esset, vt magis crederent planè voluntariam &à patre prædestinatã fuisse eius passionem. Quod autem dicit Lucas: *Ponite vos in cordibus vestris*, (vel, vt habẽt græca, in auribus vestris) *sermones istos*, dupliciter potest accipi. Cõuniuersaliter enim intelligitur per sermones istos designari sermones & verba Domini sequentia, quibus prædicit suam mortem, vt significetur Dominum turbis magnificè de ipso sentientibus & loquẽtibus, suos peculiariter auocasse ab attentione eorũ quę turbę de eo gloriosè loquebantur, ad cõsiderationem humilitatis qua postea erant offendẽdi, & ad cuius imitationem erant præparandi. Itaque secũdùm hunc sensum, emphasis est in pronominibus, vos & istos, namper, vos, distinguit suos à turbis, per istos, sua verba à verbis turbarum, vt sit sensus: Sinite illos mirari in factis meis, vos autem attente percipite non tã illorum quam hos meos sermones, eosque infigite cordibus vestris, tum ne etiam cum ipsis aliquãdo à me deficiatis, tum quòd ea magis meminisse oporteat quæ oportebit vos in me imitari. Potest tamẽ etiã aliter locus hic intelligi, vt per sermones istos demonstrentur verba populi, & sit hic sensus: Attẽdite ad ea quæ modò de me homines loquũtur, vt in ea de me sẽtentia in qua nũc estis, perseueretis. Futurum est enim vt longè aliter mecum acturi, sint homines. Ad hunc sensum inuitat coniunctio, enim, quæ secundùm priorẽ sensum videtur esse superflua. porrò dominus in hac iterata passionis suæ prædictione,

ne, omissis quibusdam ptiùs dictis, aliquid tamen iam amplius dici de ea, nempe quòd tradẽdus sit in manus hominum, nimirum à Iuda, aut etiam à seipso & patre. Nã & patrem Paulus dicit filium suũ tradidisse pro nobis. Rom. 8. & ipsum filium semetipsum, ad Ephes. 5. Magis autẽ conuenit accipere de traditione Iudę, quia ea hic dicere instituit quæ ad suam pertinerent ignominiã. Quòd autem sequitur apud Marcum & Lucã, discipulos ignorasse verbum istud, id est, sermonẽ hunc, & fuisse velatũ ante illos, hoc est, vt habent Græca, absc͞onditum ab illis, vt non sentirent, id est, intelligerent illud, videtur esse contrarium ei quod Matthęus dicit: *Et contristati sunt vehementer*. Ex eo enim sequitur eos verba Domini intellexisse. Ad quod quidam parum probabiliter dicunt, quosdã intellexisse, & hos cõtristatos: alios verò non intellexisse, existimãtes eum loqui in parabolis. Alij dicunt omnes fuisse cõtristatos de morte Domini quam intelligebant: sermonem verò qui erat de resurrectione, nõ intellexisse, de quo priùs inter se præcipui Apostoli disquirebant, vt dictum est. Verùm postea Lucæ 18. post repetitã tursum mortis & resurrectionis prędictionem dicitur: *Et ipsi nihil horum intellexerunt*. Proinde dicendum potius, discipulos, quia tam apertè & frequẽter audiebant Dominum mortem suam prędicentem, putasse quidẽ ita futurum quẽadmodum asserebat, & ob id contristatos fuisse, idq; vehementer, quia scilicet vehemẽti illum amore prosequebãtur: ignorasse verò quomodo is quem nõ dubitabant esse Christũ, quem gloriosè regnaturũ expectabãt, talia pateretur, & quam ob causam mortẽ esset passurus, cùm eam effugere posset. Itaq; mysterium verborum Christi, eorumq; rationem ac concordiam cum ea quam de ipso habebant fide ignorabant, cùm verborum significationem satis assequerentur, vt quæ erant apertissima. Timebãt autẽ eum interrogare de hoc sermone, quia metuebant audire quæ nollẽt, videlicet illud: Adhuc & vos sine intellectu estis: maximè quia increpatum audierant à morte reuocantem.

¶ET CVM VENISSENT CAPHARNAVM, ACCESSERVNT QVI DIDRACHMA, &c.] Didrachma legendũ est in plurali numero, & per ch: non autem didracmam, vel didracma. Dicitur enim in singulari numero didrachmum, nũmus valens duas drachmas: sicut & tetradrachmum, nummus valens quatuor drachmas. De his autẽ didrachmis quorum hic fit mentio, & quæ à Domino exigebantur, variæ sunt sententiæ. Diuus Chrysostomus enim de his sic scribit hoc loco:

Quæ didrachma. Quænam sunt ista didrachma? Quãdo Ægyptiorum primogenita Deus interfecit, tunc Leuitica tribum accepit, & quoniam huius tribus minor numerus erat, quàm primogenita Iudæorũ fuissent, pro deficientibus ad supplẽdum numerum, siclum iussit deferri. Cõsuetudo igitur ex illo tẽpore obtinuit, vt primogeniti hoc vectigal persoluerent: cùm itaque primogenitus esset Christus, Petrus quoq; discipulorum primus esse videretur, ipsum adeunt. Putat itaq; Diuus Chrysostomus didrachmum à Christo exactum secundùm legem Moysi, tanquam à primogenito. Verùm in hac sententia multiplex est error. Primùm enim id quod debebant ex lege primogeniti, semel tantùm persoluendum erat, idq; post mensem à nãtiuitate, persolutumque fuisse pro Christo in die purificationis, suprà patuit. Deinde pretium persolnẽdum pro primogenito non erat didrachmũ, nec, vt habet Chrysostomus, siclus, sed quinq; sicli, vt priùs ostensum est ex cap. Numer. 18. vt alia quædam omittãtur post indicanda, ex quibus patebit huius sententiæ falsitas. Proinde verò similior videri posset sentẽtia D. Hilarij, qui & ipse putat didrachma hæc secũdùm legem psolui solita, sed secundùm aliã legem, nempe eam qua Exodi 30. præcipitur, vt omnis qui est in numero filiorũ Israel, viri scilicet à vigesimo anno, & supra, pro redẽptione & propitiatione sua dent in vsus tabernaculi dimidiũ sicli. Ideo autem videri posset hæc sententia esse vera, quia idem est didrachmũ & dimidium sicli: sicut idem est stater valens duo didrachma, & siclus. Quod patet ex D. Hieronymo super 4. Ezech. Siclus, inquit, stater est, hoc est drachmæ quatuor. Et Iosephi. lib. 3. Antiquit. cap. 12. exponẽs id quod dicitur Exodi 30. de dimidio sicli: Siclus, inquit, Hebræorũ nummus quatuor drachmas Atticas habet. Vnde sequitur idẽ esse didrachmum & dimidiũ sicli. Sed tamen non esse veram hanc Hilarij sentẽtiam, sicut nec Chrysostomi, sequentia docent, ex quibus satis patet didrachma hæc non exigi secundùm legem, sed secundum præceptum Romanorum, quibus Iudæi iam erant facti tributarij. Quærit enim Dominus à Petro, à quibus reges terræ acciperẽt tributum vel cẽsum, quo manifestè significatur, didrachma hæc exacta fuisse pro tributo & censu Romanis debito. Nã & Matthæus vtitur dictione Romana κήνσου, id est, census. Incertum tamen quãdo & à quo primùm hoc tributũ didrachmi à Romanis cœperit imponi Iudęis, an scilicet à Pompeio, qui vt scribit Ioseph. lib. Antiquit. 14. cap. 8. Hierosolymam sub conditione fiscalium Romanis exposuit, aut, vt habent apertius Græca, τὰ ἱερὸν ἅλωμα ὑποτελῆ φόρου ῥωμαίοις ἐποίησε, id est, Hierosolyma fecit Romanis obnoxia tributo. An ab Augusto in ipsa descriptione, quẽadmodum supra dictum est, quod sanè vel ob id est verisimile, quod Pompeius non legatur etiam Galilæam fecisse tributariam, sed Iudæam tãtùm & Hierosolyma. Quare autem didrachmi tributum Iudæis sit impositum, colligi potest ex his quæ Iosephus scribit de Vespasiano post subactos sibi vi Iudæos. Sic enim habet lib. 7. de bello Iudaic. cap. 26. Stipendium, (vel, vt est Græcè, φόρος, id est, tributum, nã & stipendium significat tributum debitũ principibus) vbicunq; degerent Iudęis indixit, binasq; drachmas singulis annis deferre in Capitolium iussit, ita vt antehac Hierosolymorum templo pendebant. Quemadmodum ergo id quod dicitur Exodi 30. de dimidio sicli dando in vsus tabernaculi vel templi, fuit typus tributi quod Iudæis imposuit Vespasianus. ita verisimile est idem etiã fuisse typum tributi eisdem impositi à Pompeio, aut ab Augusto. Nõ etiam Vespasianus omnino nouum tributum Iudęis imposuit, sed quod Iudęis priùs fuerat impositum Iudææ inhabitantibus, hoc Vespasianus non in Iudęa tantùm indixit, sed Iudæis, vbicunque terrarum agerent. Porrò quantum nostræ monetæ valuerit didrachmum, & ex consequenti etiam stater, qui didrachmi duplum est, vt etiã hoc loco est manifestum, facillimè cognosci potest, si sciatur quantum valuerit drachma. Dictum est autem suprà drachmã fuisse numisma Atticum, idem valẽs quod numisma Ro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

manum,quod dicebatur illis denarius, nēpe tres A
ſtuferos cum medio noſtræ monetæ. Sicut enim
talis nūmus argēteus dicebatur Romanis Dena
rius,eo quòd valeret decem aſſes æreos: ita eiuſ
dem ponderis nummus argenteus dicebatur At
ticis drachma,quòd eius pōdus eſſet octaua pars
vnciæ argenteæ. Nam drachma propriè nomen
eſt ponderis,nimirū octaua vncię pars,quę dein
de diuiditur in tetna ſcrupula, & horum ſingula
in binos obolos, ita vt drachma ſex contineat o
bolos.Sed ſicut alia ponderum nomina ad numiſ
mata ſunt tranſlata, propterea quòd numiſmata
certo pōdere cuduntur, ita etiā nomen didrach
ma.Itaque didrachmum valebat ſeptem ſtuferos
noſtrates,aut,quod idem eſt,ſeptem ſolidos Gal- B
licos Turonicos, eratque vnus nummus qui etiā
dicebatur ϛατὴρ,id eſt,bos,quòd nota bouis percuſ
ſus eſſet:vnde natum apud Græcos adagium,ϛατὴρ
ἐπὶ γλώττης ἑστηκώς,id eſt, bos ſuper linguam fixus
eſt,vel firmatus;cōtra eos vſurpatum,qui aut pe
cunię auctoramento loquendi libertatem perdi
derunt,aut mulctæ itrogandæ metu,quæ dicen
da ſunt reticent.Id ob id annotādum duxi,vt in
telligamus quare potius hic tributum debitum
à Iudęis vocetur didrachmum,quàm duæ drach
mæ, quare Attico nomine Romani hoc tributū
vocabant, nempe ob id, forte quòd numiſma ip
ſorum eius ponderis non haberet proprium no- C
men Latinum.Ex his patet erraſſe hoc loco Ly
ranum, qui quoniam drachma valet ſex obolos,
exiſtimans obolum idem eſſe quod paruum Tu
ronenſem, vt ille loquitur, hoc eſt, quod vocant
Galli denariolum,duodecimam ſcilicet partē ſo
lidi Gallici,vel ſtuferi noſtratis,didrachmum pu
tat valuiſſe duodecim paruos Turonēſes, hoc eſt,
ſolidum Gallicum,aut ſtuferum noſtratē, cùm ex
prędictis conſtet valuiſſe ſepties tantum quantū
ille exiſtimauit. Stater autem nomen item Atti
cum,ſignificans propriè mediam vnciam, ad nu
miſma trāſlatum,valebat,vt patet ex dictis,qua
tuordecim ſolidos Gallicos, aut ſtuferos noſtra- D
tes,qualis eſt nummus quem vocamus *eenen halfuen Daelder*.Nec obſtat quòd Siclus,quē diximus
idem eſſe Hebręis quod ſtatet eſt Atticis,dicatur
in ſcripturis habere viginti obolos, drachmā ve
rò diximus habere ſex obolos,vnde ſequitur ſta
terem comprehendiſſe viginti quatuor obolos.
Oportet enim intelligere obolos in quos diuidi
tur ſiclus, in ſcripturis fuiſſe maiores obolis At
ticis. Ex prædictis etiam patet, Lyranum & poſt
eum multos in eo erraſſe, quòd putauerunt,tan
tùm quemlibet capitaneum dominus(vt ille loqui
tur)hoc eſt, patrefamilias ſoluiſſe annuatim hoc
didrachmi tributū.Patet autem ex dictis didrach
mum in ſingulos homines fuiſſe ſtatutum, quo- E
modo olim ſemiſiclus in numerum hominum,id
eſt,viritim non domiſticatim fuit conſtitutus, in
eos quidē qui maiores viginti annis eſſent,quod
perinde eſt ac ſi binas operas in ſacra publica cō
ferre iuberentur. De his videre quis poterit Bu
dæum in libris de Aſſe, ex quo pro magna parte
hæc ſunt collecta. Iam & illud intelligi poteſt ex
ſuperioribus qui fuerūt hi de quibus hic dicitur,
acceſſerunt qui didrachma accipiebāt; id eſt, qui
didrachma ſoliti accipere erant, aut quibus hoc
ex officio incumbebat, nimirum qui dicuntur in
Euangeliis publicani,à publicis vectigalibus quę
recipiebāt nomine Romanorum.Hi ergo in Ca-

pharnaum petunt à Domino didrachmum,quod
ſingulis annis viritim erat Romanis perſoluen
dum, ſiue quia ciuitas Nazareth, vt erat parua,
ſubiecta eſſet Capharnaum Metropolitanæ ciui
tati,vt vult Diuus Hieronymus,ſiue quia Domi
nus,vt ex ſuperioribus patet, habitabat cum ſuis
in Capharnaum, adeo vt Matthæi nono dicatur
ciuitas eius. Tributum enim iſtud & cenſus poſt
illam primam deſcriptionem factam ſub præſide
Cyrino, nō ſoluebatur amplius in his locis vnde
quiſque erat oriundus, ſed in ciuitatibus in qui
bus aut ſub quibus quiſq; habitabat.Tributi au
tem huius receptores pro magnitudine ſignorū,
Dominum reuerentes, non audebant ab illo re
petere,ſed diſcipulū conueniunt,idq; petrum,vel
quòd is tum ſolus adeſſet Domino, vel quòd vi
derēt illum Domino magis eſſe familiarem Huic
ergo dicūt: *Magiſter veſter non ſoluit didrachma?* Quæ
verba non ſunt legēda affirmatiuè,vt intelligan
tur aſſerere Dominum necdum ſoluiſſe debitum
didrachmum.Nam verbum *ſoluit*,non eſſe præte
riti temporis, ſed præſentis, docent Græca, quæ
habent,ὁ τελῶν. Itaque interrogatiuè ſunt legen
da,vt ſit ſenſus:An magiſter veſter non ſoluit,id
eſt,non tenetur ſoluere, aut non ſolet ſoluere di
drachma:quaſi dicat:An aliquo priuilegio & prin
cipis cōceſſione exemptus eſt à tributo? Sic enim
interrogatiuè legendū eſſe etiam Petri reſponſio
declarat,dum dicit *ναί*, etiam,hoc eſt, certè ſoluit,
hoc eſt, ſoluere ſolet. Quamuis autem intelligi
poſſet exactores interrogaſſe malitioſè, vt experi
rentur num contradiceret Cæſaris voluntati,
ſubornati à Phariſæis, magis tamen videtur ſim
pliciter interrogaſſe cum mānſuetudine, ſtudio
potius accipiendi quàm calumniandi.

ET CVM INTRASSET IN DOMVM, PRAEVENIT EVM IESVS, DICENS, QVID.] Apparet Petrum promiſiſſe Publicanis
dicturum ſe magiſtro de ſoluēdo tributo, verùm
priuſquā de eo Dominū Petrus admoneret, præ
uenit eum Dominus, declarans ſe occulta quæq;
cognoſcere,ac proinde ſe talē eſſe tantùm qui tri
butis homini ſoluendis meritò non deberet eſſe
obnoxius.Quod cùm hac ratione ſatis demōſtraſ
ſet,idem tamen etiā ratione humana cōmonſtra
uit,& quod re ipſa oſtēdit,etiam verbis compro
bauit. Circa quam tamen rationem dubiū naſci
tur. Nam ſecundùm eam videtur probari omnes
iuſtos & Chriſtianos eſſe liberos à ſolutione ve
ctigalū & tributorū. Omnes enim ſunt filij eius
regis cuius ſunt omnia regna. Sed & ipſe Domi
nus hac ratione non ſe tātùm videtur velle pro
bare eſſe liberū,ſed etiam Apoſtolos.Infert enim
pluraliter; *ergo liberi ſunt filij*. Et addit: *Vt autem non ſcandalizemus eos*;quo videtur ſignificare, etiā Pe
trum non niſi vitandi ſcandali cauſa pro ſeipſo
cenſum perſoluere debuiſſe. Accedit his,quòd &
ipſe Auguſtinus ex hac Chriſti ratione videatur
colligere & aſtruere immunitatē omnium Chri
ſtianorum.Is enim lib.1.quæſtionū Euang. quæ
ſtione 23.ſic habet: Quod dixit, *Ergo liberi ſunt fi
lij*,in omni regno intelligēdum eſt liberos eſſe re
gni filios.id eſt,nō eſſe vectigales.Multò ergo ma
gis liberi eſſe debēt in quolibet regno terreno fi
lij illius regni,ſub quo ſunt oīa regna terræ. Hæc
ille.Non eſſe autem Chriſtianos liberos à tribu
tis principum,apertè docet Paulus ad Roma. 13.
præcipiens omnem hominem eſſe ſubditum po-

teſta

teſtatibus ſublimioribus, ac tribuere illis debitū A
vectigal,ac tributū,non tantùm propter iram,ſed
etiam propter cōſcientiam. Dicēdum ergo,quòd
cùm Dominus infert ex conceſſis à Petro; *ergo li
beri ſunt filij*;nō eſt ſenſus,ergo liberi ſunt filij Dei,
ſed,vt iam auditum eſt ex Auguſtino,ergo liberi
ſunt filij regis cuiuſlibet in regno ipſius. Ex quo
vltetius aliam vult ſignificare Dominus conclu
ſionem quam ſubticet,nēpe, ergo liber ſum ego,
cùm ſim filius regis regni iſtius & omniū regno
rum mundi:quam relinquit intelligendam,ex eo
quòd oſtendit rationem libertatis cōſiſtere in fi- B
liatione regis.Loquitur aūt Dominus cùm dicit;
ergo liberi ſunt filij; de filiis propriè dictis, nēpe na
turalibus, vnde ex ea cōcluſione bene conſequi
tur ipſum Dominum fuiſſe liberum, non autem
omnes Apoſtolos,& omnes Chriſtianos tanquā
Dei filios. Quāquam autem dixerit Dominus; *vt
autem non ſcandalizemus eos*;non tamen ob id ſigni
ficari voluit,etiā Petrum non eſſe debitorem niſi
ratione ſcandali. Primùm enim dici poteſt, Do
minum de ſe loquutum pluraliter: deinde ſcāda
lum Chriſti etiam quodāmodo in ipſum Petrum
recidiſſet, vt qui negotij illius erat mediator. Ad
authoritatem Auguſtini reſpōdet D. Thomas in C
ſecunda ſecundæ quęſtione 104.arti.6.ad primū:
Illos qui facti ſunt filij Dei per gratiā,liberos eſſe
in quolibet regno ſecundùm mentem, à ſeruitu
te ſcilicet peccati, non autem liberos à ſeruitute
corporali. Verùm quoniam hæc ſolutio non po
teſt videri ſufficiens, eo quòd in cōcluſione Do
mini, vnde infert Auguſtinus libertatē filiorum
Dei,nō ſit ſermo de libertate ſpirituali, ideo Ca
ietanus in Cōmentariis addit aliam ſolutionem,
dicens, per filios ſummi regis intelligi poſſe epi
ſcopos,presbyteros,& clericos, eo quòd tales p
ſunt in regno Dei tāquam regis filij,conſtituti ad
hoc vt regnum eius gubernent,cōſeruent & pro- D
moueant,quod eſt filiorū regis. Dici enim poteſt
melius Auguſtinum,dum dicit filios ſupremi re
gis liberos eſſe in quolibet regnō terreno, loqui
de filijs naturalibus;ſicut de his eſt ſermo in con
cluſione Domini,vnde illud infert Auguſtinus,vt
quod Auguſtinus dicit pluraliter,tantùm locum
habeat in Chriſto, habiturum tamen locum etiā
in pluribus,ſi plures eſſent filij naturales.Si enim
accipiatur loqui de his q quouis modo ſunt Dei
filij,oēs ergo homines voluit dicere liberos,cùm
omnes ſint ratione creationis Dei filij.Dicit autē
filios regni ſub quo ſunt oīa regna, eſſe liberos.
Iam Chriſtiani,etſi per gratiā ſint Dei filij,nō ta
mē propria locutione ſunt filij regni,&c.Regnū
enim ſub quo ſunt oīa regna terræ, regnum Dei E
eſt, quo regnat tāquam omnium creator & Do
minus. Regnum verò,cuius filii ſunt Chriſtiani,
regnum eſt ſpirituale, & regnum Eccleſiæ, ſub
quo nondum ſunt omnia regna terræ.

VT AVTEM NON SCANDALIZEMVS EOS, VADE AD MARE, ET MITTE,&c.] Poſtquā oſtendit ſe non teneri ad tributa ſoluen
da, docet etiam quare tamen illud ſoluere velit:
nēpe tollendæ offenſionis vel ſcādali cauſa,quod
hoc loco non erat negligendū,ſicut ſupra docuit
ſcandalum Phariſæorum negligendū, quòd nec
dum exactorib⁹ cognita eſſet cauſa libertatis ip
ſius.Ideoque videri poteſt non dixiſſe: Vt autem
non ſcandalizentur illi, ſed, *vt autem non ſcandali
zemus eos*, ſignificans non tantùm acceptum, ſed
etiam datum ſcandalum futurum, ſi qui ignora
batur eſſe Dei filius, cenſum negaſſet. Eſt & alia
cauſa quare modò ſcandalū horum negligere no
luit,cùm ſupra docuerit Phariſæorum negligen
dum, nempe quòd nunc,ſalua veritate nunc reue
landa,vitari illud potuit,non autem in ſcādalo
illo Phariſæorum. Nunc enim necdum palam aſ
ſerendum erat quòd ipſe eſſet Dei filius,tunc ve
rò ob datam occaſionem docendum erat, cibum
nō coinquinare hominem,vnde Phariſæos tamē
ſcandalizandos prænouit, ſed ex malitia magis
quàm iuſta aliqua cauſa.Docemur itaque ex hac
diuerſitate, obſeruare tempora & loca,ſecūdùm
quæ oportet non contēnere eos qui ſcandalizan
tur,& ſecundùm quæ oportet cōtemnere.Docē
mur in hoc Domini facto quiduis & facere & pa
ti pro vitando ac ſubtrahendo ſcādalo proximo
rum,quod ſalua iuſtitia & veritate licet,idq; etiā
aliquādo quando non eſſet alioqui ſcādalum da
tum,ſed acceptum. Rurſum in eodem docemur
miram ipſius pro nobis ſuſceptam humilitatem,
quandoquidem is qui Dei erat filius, omniumq;
dominus & princeps, non dedignatus eſt veluti
ſeruus,hominibus etiā impiis tributum reddere,
ſubiectionē proteſtans.Quidigitur nos illius no
mine facere & pati grauabimur, quo aliquos lu
crifaciam⁹, aut etiā ne accepta à nobis occaſione
perdantur? Iuſſit itaque Dūs per Petrum tribu
tum exolui,ſed vt oſtēderet ſe nihil in hoc mun
do poſſidere proprium,vnde tributum exoluen
dum deberet,& ſimul declararet ſuā maieſtatem,
quòd ſcilicet non tantùm terrę ac hominum,ſed
etiam piſcium & maris (cui nullus princeps do
minari poteſt)dominium haberet,e mari & piſcis
ore petendum iubet tributum ſoluendum. Duæ
enim dictæ rationes videntur eſſe potiſſimæ, ob
quas Dominus petere quod eſſet ſoluēdum, vo
luit.Nam quòd aliqui putāt id ideo factum à Do
mino,quòd iam nihil eſſet in loculis quos porta
bat Iudas,aut quòd ea quæ erāt in loculis tanquā
rem pauperum,in vſus ſuos cōuertere nefas du
xerit,nobiſque idem exemplum dederit, dilutius
videtur,cùm à mulieribus illis Galilæis quę illum
ſequebātur,& miniſtrabāt ei de facultatibus ſuis,
accipere tantillum facilè potuiſſet,cùm etiam ex
his quæ dabantur & ſeruabantur in loculis, non
pauperes tantùm alerentur, ſed ipſe quoq; cum
ſuis hinc ſibi neceſſaria paratet. Itaque hoc facto
dupliciter Dominus oſtendit ſe à tributo ſoluen
do fuiſſe liberum, & ſicut dādo tributum vitauit
ſcādalum publicanorum, & ſuam humanitatem
oſtendit:ita hoc miraculo cauit ſcandalū diſcipu
lorum, eiſque maieſtatem ſuæ diuinitatis cōpro
bauit. In quo facto quid primū, inquit Hierony
mus,miter neſcio,vtrum præſciētiam,an magni
tudinem ſaluatoris. Præſcientiam,quòd nouerat
habere piſcem in ore ſtateris,& quòd primus ipſe
capiendus eſſet. Magnitudinem atque virtutem,
ſi ad eius verbum ſtatim ſtater in ore piſcis crea
tus eſt,& quod futurum erat, ipſe loquēdo fece
rit.Hæc ille,qui per hæc indicat duob⁹ modis in
telligi poſſe, ſtaterem inuentum in ore piſcis, &
vtrouis modo intellexeris, æquè admirandam
Chriſti vel præſcientiam,vel virtutem & poten
tiam.Quare autem Dominus ſtatere inuento, id
eſt,duobus didrachmis, iuſſit reddi pro ſe & Pe- *Quare ſolutum tributum pro Petro*
tro,& nō etiam pro aliis Apoſtolis ſuis didrach
mum ſoluerit,aliquam ingerit quæſtionem. Non

enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ea potest dici fuisse causa quā reddit Chrysostomus, quia scilicet etiā Petrus fuit primogenitus, vt supra ostēsum est. Nec ea quā reddit Lyranus, quia scilicet dominus Petrum iam fecerat veluti capitaneū suorum Apostolorū, & tributū hoc tātùm per capita familiarum esset soluendū. Ostensum enim superius viritim fuisse pensitandum. Ex quo etiam patet esse planè vanā Titelmani suspicionem & opinionem, putantis tributum hoc exigi solitum à transeuntibus ciuitatem Capharnaū, & simplex quidē didrachmum soluendum cùm quis solus transiret: duplum autē, dum cum aliquo comitatu. Dictum est enim non à trāseuntibus, sed ab habitātibus Capharnaum soluēdum fuisse, & Dominum staterem non pro se & suo comitatu iussit dari, sed pro se & Petro. Quòd ergo pro se & Petro iussit dari, vel ob id potest videri factum, quòd tunc solus Petrus Domino adesset, vel potius ob id, vt Petrū huius negotij mediatorē, & miraculi executorē, pro eius fide simplici, obedientia & opera, veluti mercede quadā honoraret. proinde sicut in hoc facto obseruanda est simplicitas fidei in Petro, nihil dubitante de nouo & inaudito Domini præcepto: ita similiter obseruādum in ipso Domino, quomodo rursum Petrum præ aliis honorauerit prærogatiua noua, cùm eum tāti miraculi voluit esse executorem, & participem, indicās satis etiā ipsum secum à tributi debito iure debere esse liberū. propter peculiarem excellētiam ei deputatam. porrò qui hodie Euāgelici vocari volunt, ex hoc Domini facto impugnāt Ecclesiasticam immunitatem, docentes, præter omnem rationem & iustitiam à tributorum, vectigalium, & id genus aliorum solutione clericos sibi vēdicare immunitatem, quā nec Dominus pro se & suis vendicare voluit, frequenter ad idem probandum inculcantes illud Pauli: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, quod de secularibus dictum est potestatibus, atq; ob id ex eo inferentes omnem eum subditum esse oportere secularibus potestatibus ac tributum & vectigal illis persolu ere. qui homo sit, ac solum eum ab eorum subiectione exēptum esse qui non sit homo. In gratiam scilicet suorum principum hæc passim docentes, quo habeant impietatis & erroris sui defensores & patronos. Ad cuius confirmationem adduci etiam posset illud quod hoc loco scribit Diuus Hieronymus: Dominus, inquit, noster & secundū carnem & secūdum spiritum filius regis erat, vel ex Dauid stirpe generatus, vel omnipotētis verbum patris. Ergo tributa quasi regum filius non debebat, sed qui humiliratem carnis assumpserat, debuit adimplere omnem iustitiam. Nosque infœlices, qui Christi cēsemur nomine, & nil dignum facimus tanta maiestate. Ille pro nobis & crucem sustinuit, & tributa reddidit: nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij regis à vectigalibus immunes sumus. Videri enim potest Diuus Hieronymus hoc arrogantiæ tribuere, q̄ Ecclesiastici principibus non soluant tributum. Ad quæ vt paucis respondeamus, dicendum primò, ex hoc Domini facto non posse id quod illi volunt colligi, sed potius contrarium. Dominus enim declarat se soluere non quod iure deberet, sed tantum ad amouendum exactorum scandalum, non ex malitia oriturum, sed ignorātia. Nec se tantùm vult ostendere esse liberum, sed etiam suos Apostolos, vt qui essent veluti de curia (vt dicitur) & de familia filij regis. Filius enim regis cum tota sua familia liber esse solet in quolibet regno. Certe Petrum Ecclesiasticorū primum satis demōstrauit liberum esse, vt dictum est. Deinde quod ad Pauli attinet autoritatem, alia est ratio principum fidelium, & alia infidelium. Quoniam enim in hos Ecclesia nullum habet ius, etiā Ecclesiastici illis debēt subiectionem cùm agunt in illorum regno, non solùm ob vitandum scandalum, sed quòd illi potestatem à Deo acceperunt, à qua eos nec religio, nec status clericalis eximit. Secus est de principibus fidelibus, quorū concessione clerici suam immunitatem in naturali æquitate fundatam habēt, quæ etiam Ecclesiasticis canonibus est cōfirmata, quibus illi principes tanquā fideles & Ecclesiæ subiecti contraire non possunt, sed obedire tenētur. De Hieronymo dicendum, non illum voluisse arrogantiæ tribuere Ecclesiasticorum libertatem, sed comparat Christi humilitatē pro nobis susceptam cum clericorū honore pro Christi nomine illis concesso, excitare nos volens vt charitati Christi, & honori ac prærogatiuæ, qua per illum fruimur, respondeamus, ac dolens nos nihil facere dignū honore attributo. Alioqui ex his verbis Hieronymi Ecclesiastica immunitas multum cōfirmatur. Dicit enim: Nos pro illius honore tributa nō reddimus, significās à Christianis principibus in honorem Christi, altaris ministris libertatē cōcessam. & iure ac merito cōcessam, q̄ honor Christi sic exigeret, quodq; clerici veluti filij regis habēdi essent.

De immunitate Ecclesiastica.

A
B
C
D

CONTENDENTIBVS DISCIPVLIS PRO PRIMATV humilitas docetur. Matthæi 18. Marci 9. Lucæ 9. CAPVT LXX.

[E]Ntrauit autem cogitatio in eos quis eorum maior esset. At Iesus videns cogitationes cordis eorum[b] * cùm domi esset, interrogabat eos: Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidem in via inter se disputauerant quis eorum maior esset. Et residens vocauit duodecim. [a] In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? [b] Et ait illis: Si quis vult primus esse, erit omniū nouissimus & omnium minister. [c] Et [a] aduocans Iesus paruulū †[b] apprehendit puerum, [c] & [d] statuit eum [e] secus se e in medio eorū, [b] quem cùm complexus esset, Δ[a] ait [b] illis: [a] Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Et [f] quisquis †susceperit [e] puerū istum [aut] ∇ vnum ex huiusmodi pueris [f] in nomine meo, me [recipit]: [b] & quicunq; me †susceperit, [b] non me susc.pit, sed [d] recipit [b] eum qui me misit. [c] Nā qui minor est inter vos ōes, hic

* qui.

A. 20. 104. B 10. 104. † b accepimus Δ a & dicit.

hic maior est. Δ[b] Respondens[c] autem [b] illi, [b] Ioannes dixit: Præceptor, vidimus quēdam in nomine tuo eijcientem dæmonia qui non sequitur nos, [b] & prohibuimus eum, [c] quia non sequitur nobiscū. †[b] Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere [b] eum. Nemo est enim qui faciat virtutē in nomine meo, & possit citò malè loqui de me. [b] Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. ‖ Quisquis enim potū dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

‖ a. o. qui. ‖ c. o. quicunque. † b. o. receperit. § a. puerum talē. ‖ a. o. suscipit. † c. o. receperit. A. 10 55. Δ b. Respondit dicens. ‖ b Magister. † b. Iesus autē ait. A. 10. 55.

INTRAVIT AVTEM COGITATIO IN EOS QVIS EORVM MAIOR ESSET, &c.] Plerique existimāt huic contentioni occasionem præbuisse, q̄ Dominus pro se & Petro didrachma iusserit exolui, velut Petrū præ aliis omnibus honorās. Idq; videri potest ex Matthæo, qui post commemorationem illam de didrachmis, subiungit: *In illa hora accesserunt*, &c. Sed hanc non fuisse occasionem contentionis, partim quidem ex eo videri potest, quod Lucas & Marcus hanc contētionem etiam cōmemorantes, nullam prius fecerint mentionem didrachmi, certissimum verò ex eo fit, q̄ Dominus in domo existens in Capharnaum iussit stateremē peti ex ore piscis, cùm vt Marcus testatur, discipuli de primatu cōtendissent inter se in via, antequā venissēt in Capharnaū. Nec rursum crediderim causam fuisse, q̄ supra audissent Petro promissas claues regni cœlorū, aut q̄ tres tātùm secum duxerit in montē, in quo quid actū fuerit, reliqui ignorauerūt: sed ipsam prædictionem mortis & resurrectionis, cuius ante hāc contentionem meminerunt tres Euangelistæ. Sic enim etiam postea, cùm Dominus ascēdens Hierusalem rursum prædicaret suam passionē & resurrectionem, accesserunt duo filij Zebedæi cum matre petentes primū locum in regno Christi, q̄tum à resurrectione in terris fore gloriosum æstimauerūt. Et in nouissima cœna, tursum ad mētionem mortis facta est inter Apostolos hæc eadem contentio, teste Luca. Ita ergo & modò audiētes illum breui moriturum & resurrecturum, ac tūc illum putātes regnaturum in terris, cœperūt hac occasione inter se disceptare, qui primū in regno eius locum habiturus esset. Qua in re notādum, quāta æquabilitate Christus discipulos habuerit, vt licet Petrū & filios Zebedæi ad secretiora quædā præ aliis admiserit, nequaquā tamen inter eos constaret quem Dominus reliquis voluisset præstare, aut principē agere. Notādum & illud, quanta Domini fuerit in tolerādis suorū imperfectionibus benignitas, quantaq̄ illorum ruditas, ac gloriæ cupiditas ante acceptum spiritum, vt qui adhuc Christi regnum mundanum arbitrabātur, quiq; humano affectu primatū desiderabāt. Porrò in ipsa Euāgelistarum narratione videtur esse aperta quędam contrarietas. Lucas enim & Matthæus dicere videntur quæ non possunt constare cum his quæ narrat Marcus. Nam Lucas dicit eo gitasse discipulos de primatu, ac eam cogitationē Dominū cognouisse, cùm Marcus dicat eos inter se etiā disceptasse. Et Matthæus dicit Apostolos accessisse & interrogasse, q̄s esset maior, Marcus verò aduocatos à Domino dicit, & interrogatos siluisse. Sed dicendū, Euāgelistas sæpenumero ob id videri non cōsentire, quòd vnam eandemq̄ rem narraturi diuersis modis eam introducant, dum vnus narrat quę alius præmisit. Ita enim hic Euangelistæ tres, Christi doctrinam de humilitatis affectu introducturi, diuersimodè ad eius narrationē peruenerunt: & Lucas quidem principiū tantùm cōtentionis commemorat, nempe cogitationem Apostolorū, dicens, Dominum cogitationem cordis eorum cognouisse, quāuis eam cogitationem etiā verbis prodidissent, quod eorum rediscēptationem nō audiuisset, sed virtute diuinitatis suæ cognouisset quasi cordiū secreta rimabatur. Marcus verò medium cōmemorat, ipsam scilicet cōtentionēm, & Domini interrogationem, Matthæus autē id quod postremo gestū est. Nam intelligi potest, discipulos ad interrogationē Domini silentes, postea cùm, vt dicit Marcus, Dominus sedisset, & duodecim aduocasset, resumptis animis quæstionē quæ inter ipsos fuerat agitata, Domino proposuisse, vt qui scirēt nihil posse illi esse occultum. Ideoq̄ notāt quidam illos causa honestatis mutasse quæstionem, vt cùm in via disceptassent quis eorum esset maior, nunc non de se tantùm, sed absolutè quærāt quis maior, id est, maximus esset in regno cœlorum. Intelligi tamē etiam potest, discipulos hāc quæstionem Domino non proposuisse, sed Matthæum, qui brevitatis studiosus in narrandis his quæ sunt facti, mox ad ipsam Domini doctrinam deuenire studebat, dixisse discipulos hæc interrogasse, quod cogitationibus suis quæ Domino erant cognitæ, ea interrogarent; et si, vt testatur Marcus, cogitationes suas prodere verbis erubescerēt. Simile habitum est supra Matthæi 12. in capite Cōcordiæ 38. vbi Matthæus dicit Scribas interrogasse, quod Marcus & Lucas dicunt interrogasse Dominum. In quibus & similibus magis est inspicienda Euangelistarum intētio quàm verborum significatio. Voluit enim Matthæus significare de primatu quæstionem moram à discipulis, priusquā de eo Dominus differeret, quod hoc sua narratione satis significat. Cæterùm quod dicit: *In illa hora*, positum est, pro illo tēpore. Non enim eadem hora qua Dominus Petro cōmendauit exolui didrachma, hæc contigerunt, cùm verisimile sit illū tunc mox abiisse & fecisse imperata, quem tamē huic doctrinę Domini constat interfuisse, cùm Marcus testetur Dominum aduocasse duodecim. Per regnum autem cœlorum discipuli intellexerūt regnum messiæ, quod etsi in terris expectabant, diuinum tamen & cœleste esse crediderunt.

A
B
C
D
E

ET AIT ILLIS: SI QVIS VULT PRIMVS ESSE, ERIT OMNIVM NOVISSIMVS.] Vbi Dominus consedisset, ipsa sessione declarās se rem seriam traditurum & ipsos duodecim aduocasset, non primùm ad eorum rediēdet quæstionem, sed potius ad ipsorum passionē, volens pestilentissimum ambitionis affectū suorum mentibus eximere, atque ad humilitatem potius eos reuocare, quod agit & hac sententia ex Marco desumpta, & mox alia quæ sequitur ex Matthæo. Vt autem hæc Marci sententia rectè intelligatur, primum sciendū verbum, *erit*, Hebraico more hic positum, pro imperatiuo, sit, vel esto. Nō enim est sensus, eum qui affectat primatū, per huiusmodi ambitionē fieri apud Deum omnium nouissimū, quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamuis hic sensus sit verus: sed significatur quid A fieri debeat ab eo, qui volet esse primus, quod patet ex eo quo additur; *& omnium minister*. Deinde sciendum, dupliciter aliquē dici primum vel magnum in regno cœlorum, & iuxta hoc dupliciter etiam potest intelligi hęc sententia. Dicitur enim aliquis primus, dignitate meriti: & rursus dicitur aliquis primꝰ, dignitate Ecclesiastica. Si ergo hæc sententia intelligatur de primo in meritis & acceptatione apud Deū, significabitur hic qua via qs possit hunc primatū apud Deum assequi, nimirū si se omnibus submittat, & omniū seruum exhibeat. Si verò intelligatur de primo in dignitate B Ecclesiastica, significatur hic quomodo sese gerere debeat is qui huiusmodi adeptꝰ est & acceptauit primatū, non autē quomodo ad illum primatum aspirare debeat. Et quidē priori modo magis intelligēdam hanc sententiam sequētia videntur exigere, quia scilicet sequitur apud Matthæum. *Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum*. Et in Luca: *Qui minor est inter vos omnes, hic maior est*. Hæ enim sententiæ apertè sunt intelligendę de maiore, id est, maximo vel primo in acceptatione diuina non de primo in authoritate & dignitate Ecclesiastica. Rursum C tamen posteriori modo magis intelligendā hanc sententiam ob id videtur, quòd secundo hoc sensu Dominus hanc sentētiam postea repetit Matthæi 20. & Marci 10. quādo collatione facta primatus Ecclesiastici cum primatu gentili, docet aliter se gerere debere primos in regno cœlorū & Ecclesia Dei, quàm se gerere solent primi in regno mundano. Proinde vt sententia hęc & illi loco conueniat. & sententiis Matthæi & Lucæ hic positis, cōueniens faciet vtrumq; sensum simul hac sententia intelligere Dominum comprehēdisse, vt significauerit & quomodo quis primus apud Deum fieri possit, & quomodo in primatu acce- D pto ritè sese gerere debeat, vt verè etiam apud Deum sit primus aut magnus: *Fiat*, inquit, *omniū nouissimus & omnium minister*. Vbi per hoc quod additur, *omnium minister*, exponitur quid sit quod dicitur, *omnium nouissimus*, id est, postremus. Facit enim quis se omnium postremū, qui omnium se seruum exhibet & ministrum. Esse enim seruum apud mundum, est omnium postremum. Seruum autem se omnium exhibet, qui omnibus, quod in ipso est, prodesse cupit, non propter proprium commodum, sed illorum vtilitatem, nihil dedignatus facere quod prodesse possit, authoritate qua fungitur, & honore quo afficitur, in subditorum vtilitatem vtens, non verò ad proprtiam elationem & gloriam.

ᶜET ᵃADVOCANS IESVS PARVV- E LVM, ʰAPPREHENDIT EVM, &c. Quò efficacius Dominus persuaderet & doceret quod volebat, non verbis tātùm agere voluit, sed Prophetarum more etiam rebus. Aduocauit itaque paruulum vt eius mōstratione rem poneret ante oculos, & qualem, quantam, ac quàm synceram, atque ab omni simulatione liberam suis necessariam esse humilitatem demōstraret: Apparet autem hunc paruulum valde fuisse ętate paruulum, tum q̄ Græcè vocetur nomine diminutiuo παιδίον, quod propriè significat puellum: tum quod apud Marcum dicatur Dominus hunc cōplexus, p̄ quo Græcè est ἐναγκαλισάμενος, id est, cùm accepisset eum in vlnas, quomodo fieri solet infantibus aut valde pueris. Quod obseruatum non nihil facit ad emphasim, vt scilicet intelligamus, Dominum non inuitasse ad imitationem cuiusq; pueri, sed pueri admodum pusilli. Porrò quæ de hoc puero dicit Marcus, videntur ab eo dicta ordine præpostero. Dicit enim: *Accipiens puerum statuit eum in medio eorum, quem cum complexus esset* (vel cùm in vlnas accepisset, *ait illis*; cùm priùs intelligendum videatur, Dominum illum accepisse in vlnas suas, ac deinde in medio statuisse. Vlnis autem suis puerū complectebatur, vt reipsa declararet, quàm singulari affectu innocētiam amaret, & quàm eos quoque amaret qui pueri innocentiam imitarentur. Ob quod & secus se illum posuit, vt habet Lucas, quod nequaquam cōtrariatur ei quod Matthæus & Marcus dicunt, eum positum in medio eorū. Fieri enim potest, & ipsum Dominum cōsedisse in medio Apostolorum circunstantium se, & alioqui illud, *in medio eorum*, nihil est aliud secundùm Hebraicā phrasim, quàm inter eos. Putatur autem puellus iste fuisse Martialis ille, qui postea discipulus Petri existens in Germaniam missus est ab illo, prædicandi Euangelij gratia, de quo vide glossam in capite vnico, de sacra vnctione. Hoc itaque puello inter Apostolos & corā eis posito, dixit Dominus cum solita asseueratione, quò magis hæreret quod dicebat: *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis*, ab hac scilicet vestra ambitione, eaque deposita, *efficiamini sicut paruli, non intrabitis in regnum cœlorū*. quasi dicat: Curiosè vos scrutamini quis vestrum maior sit futurus, ac de primatus honore contenditis; ego verò, si quales nunc estis perseueraueritis, & non cōtra potius quisque se cæteris humiliorem effecerit, non solùm primatu, sed etiā ipso ingressu cœlestis regni indignos omnino fore affirmo. Quod autē dicit; *efficiamini sicut paruli*; sic est intelligendum, vt quales sunt paruuli per ætatem, tales nos simus per voluntatē. quod tamen rursum dupliciter fit: benè scilicet & malè. Malè enim imitamur paruulos, dū puerliter desipimus, absurda sectantes, ac carnis affectibus nimis adhuc indulgētes, cuius puritiæ Paulus arguit Corinthios: aut dum in dogmatibus pietatis incerti fluctuamus, & circumferimur omni vēto doctrinæ, quam puritiam dānat ad Ephes. 4. Bene autem illos imitamur, dum imitamur illorum innocentiam & syncritatem, ita vt vacemus omni malitia, inuidia, dolo, ira, ambitione, &c. ad quod hortatur nos Petrus cap. 2 prioris epistolæ. Vtrumq; complexus Paulus 1. Corinth. 14. Nolite, inquit, pueri effici sensib', sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. Quanquam autē necesse sit vt ingressuri regnum cœlorū, per oīa sint paruuli malitia, & illorum in omnibus imitentur innocētiam, ad propositum tamen saluatoris est vt efficiamur similes paruulis in honorū contemptu & submissione. Vnde videri potest, Dominū, cùm requirit hic vt efficiamur similes paruulis respexisse ad eorum quātitatem, vt sicut illi sunt parui corpore, sic nos simus parui animo. Cui sensui consonat quod apud Lucam dicitur: *Qui minor est inter vos omnes*, &c. & quod postea apud Matthæum & Marcum pro παιδίοις, id est, puellis, ponitur μικροῖς, id est, paruis, cùm nos legimus, pusillis. Cùm autē Dominus hac sentētia ab ambitione deterruerit, & humilitatis necessitatē ostenderit, subiungit aliam sententiam, qua & ostendit

dit maximum humilitatis meritum, & adquęstionem inter Apostolos agitatam directè respōdet, cùm subiicit: *Quicunque ergo humiliauerit se*, &c. Cùm autem videretur inferendū ex superiori sententia: Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus, ipse intrabit in regnum cœlorū; infert amplius; hic est maior in regno cœlorum, ille, inquā, maior, hoc est maximus, de quo vos quęritis. Nam Græcis non est otiosus articulus ὁ μείζων, & comparatiuꝰ Græco more pro superlatiuo ponitur. Et bene non infertur tantum; *ipse intrabit in regnum cœlorum*; sed, *hic est maior in regno cœlorum*: B quia nō dicitur in prima parte: Quicūq; ergo humiliauerit se sicut paruuli; sed. sicut paruulus iste. quo videtur significare perfectā humiliationem & submissionem, quia paruulus ille, vt dictum est videtur fuisse valde puerulus. Sicut enim ex superiori sententia bene consequitur per humilitatē puerilem ingressum esse in regnum cœlorū: ita ex eadē etiam bene sequitur, per perfectam humilitatem aliquem fieri magnū, imò maximum in regno cœlorū. Quia enim omnis qui se humiliat exaltabitur, ergo & qui maximè se humiliat, maximè exaltabitur. Notandū autē quòd dicit, *qui humiliauerit se*. Non enim sufficit verba, gestus & vestes humiliare, quod etiam hypocritæ faciunt, sed C seipsū, hoc est, animum & cor, vt quis de se submissè sentiat, honores & applausus huius mūdi non appetat. Notandū & illud, quàm mirabili ratione apud Deum paratur excellētia, & quàm diuersa via in regno cœlorū quis fit magnus, ab ea qua vt in plurimū quis fit magnus in regnis terrarum. Porrò quod dicitur; *quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste*; non sic est intelligendum: qui humiliauerit se ad eum modū quo iste paruulus se humiliat. Nondū enim humiliare se nouit paruulus, qui necdū nouit quid sit humilitas. Sed ita intelligēdum est: Quicunque humiliauerit se, ita vt sit sicut paruus iste, humilis scilicet per virtutem, sicut iste per ætatē: aut paruus animo, sicut iste est paruus corpore.

ᵍET ᶦQVISQVIS SVSCEPERIT PVE- D RVM ISTVM IN NOMINE MEO, ME SVSCIPIT.]D. Chrysostomꝰ hęc ad id dicta putat, vt significaret Dominus, nō eum tantùm suā accepturum mercedē qui effectus esset paruulo similis, sed & eum qui paruulos susceperit. Magis tamē ad id dicta videtur, vt significaret Dominus quanti faceret humiles & paruulos, & quàm magni tales sint coram ipso & patre eius. Id enim vt proposito deseruit, ita his sentētiis pulchrè signi ficatur. Si enim cùm quis puerū & humilem susceperit noīe Christi, in illo Christus sese susci pi reputat, & in Christo etiā pater cœlestis, necesse certè est puerum & humilē quantumuis abiectū E in hoc mundo, magnū admodū esse in regno cœlorum. Porrò cùm Lucas dicit *puerum istū*, pronomen demonstratiuum *istum*, quod demonstratiuū est substātię debere accipi pro demōstratiuo qualitatis, hoc est, pro, talem, patet ex Matthęo & Marco: quorum hic habet, *vnum ex huiusmodi pueris*: ille, *puerum talem*, qui scilicet sese humiliauerit sicut paruulus iste. Non enim dominus hic tā vult demonstrare pueros ætate, quam volūtate: quod patet, quia in contraria sentētia postea dicit: *Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis, qui in me credunt*; quod non dictum esse de puerulis ætate satis est apertū. Itaq; magis demōstrare voluit eos qui per A puerū in mediū adductum significabātur, quàm ipsum puerum aut ætate illi pares. Verbo autē susciēdi aut recipiēdi, quo propriè significatur receptio in hospitium, vult Dominus generaliter significare, omne beneficij genus humilib' suo nomine impensus, sibi impendi, hoc est, tam gratum sibi esse. ac si ꝓpriæ suę personę impenderetur, eo quòd per humilitatē Christo qs efficiatur simillimus. Et ne id parum esse putetur, adiicitur apud Marcum & Lucā, quod & supra habitum est Matthęi 10. propter quod hic à Matthęo omissum videri potest: *Qui me susceperit, recipit eum qui misit me*. Marcus verò idem efficacius effert, dicens, *Qui me susceperit, nō me suscipit, sed eū qui misit me*. Quod intelligendum est Dominum dixisse secundùm cōmunem loquendi vsum. Frequenter enim dicere solemus: Quod mihi facis, nō mihi facis, sed Deo; volentes significare nō tātùm nobis id fieri, sed etiam Deo, aut non tam nobis quàm Deo qui illud sit remuneraturꝰ aut vendicaturꝰ tanquam sibi factum. Significatur ergo prēmium susceptionis Christi non tale id fore quale à puro homine posset expectari, sed quale à Deo suscepto, ac beneficiis affecto. Quare autē qui humilem susceperit, & ipsum Christum & patrē cœlestem censetur recipere, rationē subnectit Dominꝰ apud Lucam, cùm dicitur: Nā qui minor est, cordis scilicet humilitate, inter vos omnes, hoc est: qui omniū vestrū maximè est alienus à superbia & ambitione, hic est maior, vel, vt habēt Græca, hic est magnus, apud me scilicet & patrem meū, magnus scilicet in regno cœlorū. Ex qua ratione satis patet ad quid dictæ sint sententiæ superiores.

ʰRESPONDENS AVTEM ILLI IOANNES DIXIT: PRÆCEPTOR VIDIMVS. &c.] Theophylactus existimat Ioānem hæc iā ideo respondisse Christo, hoc est, subiecisse verbis Christi, quòd audiens humilitatis necessitatē & commendationem, metuerit ne per arrogantiā peccauerit, prohibendo illum qui cùm nō sequeretur Christum, in nomine tamen illius eiiceret dæmonia. Prohibitio enim eius est qui authoritatem aliquā sibi vendicat. Verùm magis videtur occasionem horū quę Ioannes Domino dicit fuisse, quòd dominus dixerat de puero & quouis humili: *Si quis talem puerum receperit in nomine meo, me recipit, & eum qui misit me*. Occasione ergo illorū verborum, *in nomine meo*, motus videtur Ioannes, vt Domino narraret de eo quem eicientem dæmonia in nomine Iesu prohibuerant, tacitè interrogare Dominum volens, num bene eum prohibuissent, quando recepisse solùm puerum in nomine ipsius, tes esset ipsi tātopere grata. Quasi diceret. Est tanti aliquid tuo nomine feciſſe, vt te & patrem is susceperit, qui tātùm puerum talem in nomine tuo suscipit, q.d est sentiēdū de iis qui in tuo nomine virtutes faciunt? Nos talem quēpiam qui in nomine tuo eiiciebat dæmonia prohibuimus, eo quòd nō sequeretur te nobiscū, hoc est, quòd nō se nobis cōiungeret, nec in nostro ageret comitatu. Itaq; ob id Ioānes hæc Domino proponit, vt discat num illud à se bene factum fuerit: vn de constat illum priùs non prohibuisse alium ex inuidia aliqua, sed zelo bono, etsi indiscreto. Ex Ioannis itē narratione colligitur Apostolos etiam adhuc agēte cū ipsis Domino solitos eiicere dæmonia, inuocato nomine Iesu: quod quidā cernētes, inter quos iste de quo hic est sermo, tētarūt si

Universidad de Deusto
Biblioteca

militer per eiusdem nominis inuocationem dæmonia eiicere, & quod tentabant perfecerunt, etsi à Christo missi nó essent, Domino hoc sit permittente & fieri volēte, tum vt hac ratione ostenderetur efficacia nominis Christi etiā per prauos aut imperfectos operantis, & Euangelica prædicatio confirmaretur: tum vt emēdarentur hi, aut ad perfectionē proueherentur qui miracula operabātur. Per malos enim etiā eiici dæmones, & miracula fieri in nomine Christi, supra dixit dominus Matthei 7. Incertum tamen an hic de quo est sermo, bonus fuerit an malus, nisi quod verbis Christi significetur adhuc fuisse imperfectus, ob quā suā imperfectionē nec sequebatur Christū, abhorrens scilicet à vitæ illa asperitate in qua viuebant Apostoli omnibus relictis. Verisimile tamē habuisse aliquā in Iesum fidem, vt sine qua nó fiāt miracula. Respondet ergo Dominus talem nō prohibēdū, duas affetés apud Marcū rationes. Primò, quia qui facit virtutem, id est, miraculum in nomine Christi, etiam si illud nó magnopere prædicet, nec Christo per omnia obediat, tamen non potest citò malè loqui de eo. Si enim id facere incipiat, res ipsa redarguet eum. Dicetur enim ei: Qua fronte pergis maledicere nomini illi quod tā efficax esse ipse expertus es? Cogitur ergo nomē illud vel ex parte amare, aut saltem illi nō detrahere, quod & ad salutem illius facit, & ad profectum Euāgelicæ doctrinæ. Secundò, prohibendum nó esse efficacius docet, quia, inquit, qui non est aduersus vos, pro vobis est etiāsi vobiscū non sequatur me, nec corporaliter vobis iungatur. Quasi dicat: Hic homo cùm non sit contrarius vobis, (eadē enim agit quæ vos, ac re ipsa nomen meū hominibus commendat,) pro vobis est, ac vestrum negotium adiuuat. prima ergo ratione ostēdit, non posse esse cōtrarium: secūda etiam esse fautorem & adiutorem. Nec videri debet hæc secunda sententia, qua significatur hominem illum qui Christū non sequebatur, non fuisse contrarium, sed adiutoré, contraria illi sententiæ quæ supra habetur Matthæi 12. Qui non est mecum, cóntra me est. Nā ibi per eum qui non est cum Christo, nō significatur is qui Christum nō sequebatur cū discipulis corporaliter, sed aut diabolus ipse, aut generaliter quisquis nō fauet Christo, nec ea agit quę Christi sunt. Itaq; tantū abest vt hæc sententia illi possit videri contraria, vt ex ea potius sequatur, eāque confirmet. Si enim qui nó est cū Christo, cóntra Christum est: ergo per locum à contrario, qui non est aduersus Christum, pro Christo & cū Christo est. Significatur enim vtraque sentētia, non esse medium inter esse cum Christo, & aduersari ei. Videtur autem hæ sentētiæ, sicut aliæ pleręque, è vulgi sermone mutuatæ, & à Domino suo proposito prout commodum erat accommodatæ. His autē docemur, non reiiciendum esse, nec prohibēdū, si quid homines praui, etiam si sint hæretici, faciant vel doceāt, quod gloriæ Christi & euangelico profectui non obsit, sed contrà potius prosit, quāquā id boni quod faciunt aut docēt, siniſtra intētione faciant aut doceant. Optandum enim per quoslibet ac quamuis occasionem Christi gloriā promoueri, quomodo Paulus gaudebat Christū prædicari per occasionem ab his qui voluerunt pressurā suscitare vinculis eius, vt scribit ad Philip. 1. Et Augustinus lib. de consensu Euangelist. super hūc locū. Illud, inquit, prohibere debuerunt Apostoli, quod extra eorum erat societatem, vt illi vnitatē Ecclesiæ suaderent, non illud in quo cum illis erat, nomē scilicet magistri & Domini eorū in expulsione dæmonum cōmendās, sicut Ecclesia Catholica facit, non improbans in hæreticis sacramenta communia, sed diuisionem, vel aliquā aduersam pacī veritatiq; sententiā. Docemur & illud, gratiam Christi etiam per indignos operari, quodq; per sacerdotes sanctificētur homines, etiam si ipsi nō sint sancti. Porrò quod in Marco sequitur: *Qui enim potum dederit vobis*, &c. videtur esse tertia ratio, qua Dominus ostendit non prohibendū quenquam q̄ in nomine suo operaretur miracula, in hunc sensum: Adeò nó est prohibēdus quisquis in nomine meo dæmonia eiicit, vt quidvis, quantumuis exiguū, si modò in nomine meo fiat, à quocunque id fiat, adeo sit mihi gratum, vt non sit caritatū suamercede. Quisquis enim vel potum aquę tantùm vobis dederit, nō propter humanam aliquam gratiam, sed propter nomē meū, videlicet quia Christi estis discipuli, verè dico vobis, non carebit mercede sua. Itaque hac sententia significat illū quem prohibuerāt, pro eo quod nomine Christi fecit, etiam mercedem suā acceptūrum, si non æternam, saltem aliquā temporalem. Non enim cùm dicitur nō perditurum mercedē, quicunque potum aquæ alicui nomine Christi dederit, significatur æternæ vitæ mercedē omnibus talibus dandā, sed opus tale sine remuneratione vel in præsenti, vel in futura vita nō relinquēdum. Eandem sententiam Matth. c. 10. supra habuit, proinde vide circa eam in cap. Concordiæ 55.

SCANDALVM PVSILLORVM CAVENDVM DOCETVR.
Matthæi 18. Marci 9. CAPVT LXXI.

†a quis autem 4 c. 9. de pusillis istis qui credunt C. 17. 98 Nec expedit †a vt suspendatur in collo Matth. duo hæc si mul complexus est hoc modo

†c T quisquis scādalizauerit vnum ▷ ex his pusillis credentibus in me, †bonū est ei, b magis †a si circūdaretur mola asinaria in collo eius, b & in mare mitteretur, a & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniāt scādala: verūtamē væ homini illi per quē scandalū venit. c Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illā, a & proiice abs te: c bonum tibi est debilem introire in vitā, quàm duas manus habentē ire in gehēnā, in ignem inextinguibilem, b vbi vermis eorum non moritur, & ignis nō extinguitur: c Et si pes tuus scādalizat te, amputa illum: bonum est tibi claudum introire in vitam æternā, quàm duos pedes habentē mitti in gehennam ignis inextinguibilis, b vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur †c Quod si oculus tuus scandalizat te, a erue eum & c proiice abs te: bonum tibi est ▷ vnum oculum habentē in vitam intrare, quàm duos oculos habentē mitti in gehennam ignis, b vbi vermis eorum nō moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur. ‖ bonū est sal, quòd si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacē habete inter vos. a Videte ne cōtemnatis

temnatis vnum ex his pusillis: Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciē patris mei qui in cœlis est. ‖ *Venit enim filius hominis saluare quod perierat.* ‖ *Quid vobis videtur, si fuerit ali cui cētū oues, & errauerit vna ex eis, nōne relinquit nonagintanouē in montibus, & vadit quærere eā quæ errauit: & si contigerit vt inueniat eā, amē dico vobis, quia gaudet super eā magis, quā super nonagintanouē q̄ nō errauerūt. Sic nō est volūtas ātе patrē vestrū qui i cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis:*

A c. 18. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eā & proice abs te, bonum tibi est ad vitam ingredi debilē vel claudū, quàm duas manes vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

ET QVISQVIS SCANDALIZAVERIT VNVM EX HIS PVSILLIS, &c.] Cœptum Domini sermonem Ioānes interruperat, cui cū satisfecit Dominus, redit rursum ad intermissum sermonem, & quemadmodum supra cœpit ostendere, quāti faciat paruulos ex præmio quod manet eos qui paruulos honorāt, & beneficiis afficiunt: ita nunc idem vult ostendere ex contrario, nempe pœnæ magnitudine, quæ manet eos qui paruulos & humiles cōtemnunt, ac malo aliquo afficiunt. Et omninò erat hæc sententia in Cōcordia iungenda cum superiori capite. Verùm quoniā Dominus accepta occasione, in genere de scandalis differere cœpit, & ad dehortādu à scādalis sermonem deflectit, eaque materia prolixè hic à Domino tradita, propriocapite esset digna, visum est ab hac sententia, quæ opponitur illi sententię: *Qui susceperit vnum paruulum talem*, &c. nouum caput exordiri. Vt autem plenius intelligantur quæ hic prolixè & alibi sparsim de scandalo dicuntur, conueniens fuerit vim & vsum huius vocabuli exactius excutere. Itaque dictio, scādalum, qua Latinus interpres frequēter vtitur in scripturis, Græca vox est, idem significans Græcis quod σκώλοψ & προσκομμα. Sicut enim hoc postremum deriuatur ἀπροσκοπτεῖν, quod offēdere significat & impingere: ita duo alia teste Hieronymo lib. 2. cōtra Pelagianos à ruina dicta sunt. Videntur enim cuidā deriuata à σκάζω quod est claudico, eo q̄ claudus inflectens se videatur tendere ad ruinā. His Græcis dictionibus apud Hebræos maximè respondet dictio מכשול Michschol, quamuis Septuaginta interpretes tribus illis dictionibus sæpius exprimant dictionem Hebraicam מוקש Mokesch, quam & D. Hieronymus frequēter vertit per scādalum, cum Hebræa illa vox potius significet laqueum, à lacasch, quod est illaqueare & irretire. Eodem tamen redit sensus, siue laqueum quis vertat, siue scandalum. Dictioni autem Græcę σκάνδαλον, aut Hebraicæ מכשול Michschol apud Latinos nulla dictio magis respondet quàm offendiculum vel offensio, accipiendo tamen has voces vt significent id in quod quis ambulās in via impingit & offendit. Nam vt verbum offendo significat & impingere, & ad iram prouocare: ita duabus vocibus prædictis D. Hieronymus vtitur aliquando pro peccatis quibus Deum offendimus. Sic enim accipitur offensio in oratione Manassis, cùm dicitur: Malum coram te feci, statuens abominationes, & multiplicans offensiones. Sic & offendiculum Hieremiæ 4. Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. Vbi Græcè est βδελύγματα, id est, abominationes. Itaque scādalum propriè quidem significat id quod in via impedimētum præstat viatori, in quod ambulans aliquis impingit, vt rectè dicatur scandalū esse impedimētum viæ, offendiculum viæ, aut occasio ruinæ & lapsus. Vnde aliquando conuenit vocabulum hoc Græcū exponere per impedimentū & obstaculum, vt supra cùm Dominus dicit Petro: Scandalum mihi es; hoc est, obstaculo & impedimento mihi es: aliquando per offendiculum vt alias ferè semper. In propria sua significatione accipitur Leuit. 19. Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum. Hic enim Hebręis est Michschol, & Græcis σκάνδαλον. Verùm sicut ruina & lapsus metaphoricè trāsferuntur nuncad perditionem quamuis corporalem, nunc ad perditionē spiritualem, perditionem scilicet peccati & æternæ damnationis: ita & vocabulum, scandalū, significat per metaphorā nunc occasionem perditionis corporalis, nocumentum aut malum corporale, nunc occasionem perditionis aut mali spiritualis. Priori modo accipitur in multis locis veteris testamenti, vt in illo Psalmi, cùm dicitur de impiis: Funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerūt mihi. Et rursum. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem. Hic enim secundum sensum literalem per laqueum & scandalum significantur insidiæ, quibus impij virum iustum, Dauidem scilicet, subuertere conabantur. Pro occasione perditionis & corporalis & spiritualis, accipitur Exodi 23. cum de idololatris pellendis Dominus præcipit: Non habitent in terra tua, ne forte te faciant peccare in me, cum seruieris diis eorum, quod tibi certe erit in scandalum. Significatur enim cultum idolorum fore occasionem perditionis in præsenti vita & futura, quamuis ad literam magis sit sermo de perditione corporali, vt ferè semper in veteri testamento. Sic & Saul dixit se daturum Dauidi Michol filiam suam, vt fieret ei in scandalum, hoc est, vt esset ei occasio perditionis suæ. In nouo testamento verò accipitur semper pro eo quod est occasio alicui vt labatur in recta via veritatis aut iustitię, hoc est, occasio vt quis à veritate excidat aut alienetur, vel à iustitia. Sic Ezechiel capit. 14. vocat idola, scandala iniquitatis: sic suprà Matt. 13. impij vocantur scandala colligenda de regno Christi. Sic Paulus crucem & Christum crucifixum, dicit Iudæis esse scandalū. Idem cum Isaia Christum illis dicit factum petram scandali, & lapidem offensionis. Dupliciter enim aliquid est occasio peccati, aut scilicet quia ipsum sua natura tale est vt aliquē in errorem & peccatum pertrahat, aut quia cū illud sua nautra tale non sit, alius tamen sua prauitate & cæcitate illud sibi facit errotis & peccati occasionē, quod nō absolutè dicitur scandalum, sed his vel illis dicitur esse scādalū. Hoc modo Christi crux aut Christus crucifixus scandalum dicitur, sed Iudæis incredulis, qui sua prauitate & voluntaria cæcitate impingunt & offendūtur in Christo, propter crucem eius ob quā alienantur à fide in eū, & incidūt in infidelitatem. Sicut si lapis aliquis in lubrica via positus ad hoc vt ingredientes innixi super eum, non cadant, fiat negligentia alicuius & volūtaria oculorū clausione occasio ruinę eius. Sicut autē dupliciter aliquid dicitur scādalum, propriè scilicet & impropriè, ita dupliciter aliquid dicitur scandalizare. Proprię enim scandalizat, quod per se suaque natura occasionē ruinæ & mali præbet,

1. Cor. 1. Rom. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo accipitur hoc verbũ in isto capite, quo modo & de sacerdotibus dicit Malachias capite 2. Scãdalizastis plurimos in lege, hoc est, peccare feciſtis in legem. Impropriè verò dicitur scãdalizare, quod alicuius vitio occasio est ruinę hoc est, quod est occasio accepta nõ data, quomodo Christus dici potest scandalizasse, imò & doctrinã suã ipsemet quosdam scandalizasse dicit, Ioan. 6. Hoc, inquit, vos scandalizat? cùm quosdam videret ob non intellectum ipsius sermonẽ cõturbari & alienari à se. Ex dictis patet primũ nõ satis rectè quosdam diuidere scandalũ in scandalum actiuum & scandalum passiuum, vt actiuũ sit ipsa ruinæ occasio, passiuum verò ipsa ruina. Nam vocabulũ ipsum aliud non potest significare quàm ruinæ occasionem & ipsum offendiculum, nec aliquis, quod sciam, est scripturæ locus, vbi necesse sit cõfugere ad scandalum passiuum. Nã cùm dicitur: Omnes vos scandalũ patiemini in me in ista nocte, nõ aliter accipitur scandalum quàm in aliis scripturę locis. Sensus enim est: patiemini aliquid quod vos offendet, & à fide in me alienabit. Sic à scandalo quod vocãt actiuo, hoc est, occasione mali dicitur aliquis scãdalizari, quia talem occasionẽ patitur. Deinde patet non planè diffiniri nomen scandali quod vocãt actiuum, sicuti vsurpatur inscripturis, cõmuni hac nominis illius diffinitione: Scandalũ est dictum vel factum minus rectum, prębẽs alteri occasionẽ ruinæ. Quæ diffinitio desumpta videtur ex D. Hieronymo in cõment. super Matth. ca. 15. circa illud verbũ: Scis quia Pharisęi audito hoc verbo scãdalizati sunt? Vbi sic habet: Quia crebro teritur in ecclesiasticis scripturis scandalum, breuiter dicamus quid significet σκώλον & σκάνδαλον, nos offendiculum vel ruinam & impactionẽ pedis possumus dicere. Quando ergo legimus: Quicunq; de minimis istis scandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto factóue occasionẽ ruinæ cuiquã dederit. Hæc ille: Verùm, vt cœpimus dicere, hæc finitio non explicat plenè vocabulũ, scandalum. Nam, vt patet ex dictis, etiã crux Christi & ipse Christus scãdalum dicitur. Et Petrus ipse: Idola & homines impij, etiã propria locutione scandala dicũtur. Ea tamen finitio vulgaris conuenit ẽs est ad explicandum nomen scandali, sicuti in hoc capite de scandalis loquitur Dominus, & sicut Paulus frequenter loquitur de scãdalo. In qua finitione notandum, non dici dictum vel factum malum, sed minus rectum: Dicitur autẽ minus rectum, & quod per se malũ est, & quod etsi per se bonum sit & licitum, tamen quia indiscretè & per imprudentem dilectionem fit aut dicitur, fit aliis occasio alicuius peccati vel erroris, quomodo Paulus scandalum esse docet, edere idolothyta coram infirmis & imperfectis in fide. Tunc enim quis etiam vera docens, aut licita faciens, ruinæ occasionem aliis præbet, cùm apud eos illa dicit aut facit qui per infirmitatem & imperfectionem nondum possunt intelligere verè illa dici aut licitè fieri, ita vt per illa non ædificentur, sed contrà potius alienentur à veritate, aut alterius exemplo prouocentur ad faciendum contra conscientiam, quod illicitum putant, aut generaliter in aliquem errorem & peccatum incidat. Sic Diuus Paulus Petrum reprehendit, quòd sua simulatione pro loco & tẽpore bona, gentes scandalizaret, quòd cogeret eos suo exemplo Iudaizare, ad Galat. secundo. Idem eos qui idolothyta manducabant coram infirmis, aut qui quouis cibo, neglecta discretione ciborum, coram imperfectis in fide vescebantur, scandalizare dicit 1. ad Corinthios nono, & ad Roman. 14. capitibus: quòd huiusmodi facto infirmis peccandi occasionem darent, condemnandi scilicet illorum factum, aut imitandi illorum factum contra conscientiam. Ex quibus patet quibus maximè competit scandalizari, & quibus scãdalizare. Scandalizari enim maximè competit aut malis, quibus per propriam malitiam etiam optima fiunt scandala: aut bonis, sed ita adhuc imperfectis, vt maiorum exemplis & factis facile cõmoueantur ad lapsum, aut liceat à bonis dictorũ vel factorum rationem assequi non valeant. Scandalizare verò primùm & maximè competit apertè malis, vt quorum tota vita & doctrina scandalis est plena. Deinde doctis quidem, sed charitate destitutis, vt docet Paulus 1. Corinth. 8. dicens: Scientia inflat, charitas verò ędificat. Postremùm verò etiam doctis & charitate plenis, sed quibus aliquando deest discretio, etiam optimos quandoque destituens, per cuius carentiam Petrus gẽtiles scandalizabat. Nam quòd solet dici, in perfectos non cadere scandalum nec actiuũ, nec passiuum, hoc est, nec scandalizare, nec scãdalizaris non absolute verum est, cùm Petrum tanquã scãdalizantem Paulus reprehenderit. Sicut enim nõ facilè reperias aliquem quantumuis perfectũ qui sine peccato viuat, ita nec quisine scãdalo. Nemo enim facilè est qui non aliorũ prauis factis nonnihil offendatur & commoueatur, aut qui non aliquando quid malè faciat & indiscretè. Sed cõmunis illa sententia sic est accipienda, ꝙ quo quis est perfectior, eo minus aut scandalizatur aut scãdalizat, cùm vtrũq; ex imperfectione proueniat. Nec obstat quod dicit Propheta: Pax multa diligẽtibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et rursus 1. Ioan. 2. Qui diligit fratrẽ suum, in lumine manet & scandalum in eo nõ est. Nã sententiæ istæ, quibus intelligendum est, diligentes Deum & proximum non pati scandala, id est, non offendere, non impingere, sic sunt intelligendæ, quomodo illa, Qui ex deo natus est, non peccat: quia nõ frequẽter, nec grauiter, nec peccato vsque ad mortẽ peccat. Deinde scandala quæ patiuntur illi, ob id propriè non sũt scãdala, quòd diligentibus Deum omnia etiam mala & peccata cooperantur in bonũ, sicut reprobis omnia pene etiã bona cooperãtur in malum. His premissis, ad verborum Christi explanationem est accedendum. Circa quæ hoc primùm notandum, D. Chrysost. sicut cùm diciturin superiori sententia: *Qui susceperit vnum paruulum talem*, verbum, susc̃ipere, accipit pro honorare: ita in hac sententia quæ illi est contraria, scandalizare accipere pro despicere & vituperare. Nec mireris, inquit, si scandali vocabulo cõtumeliam & vituperium intellexit, cùm multi propter pusillanimitatem non parùm, si contempti vituperatióque sint, scandalizentur. Sic & Theophylactus, *scandalizauerit*, exponit per, iniuria afficerit. Et videri omnino posset etiam ideo debere sic accipi hoc loco verbum scãdalizare, quod postea Dominus idem repetere volens quod hic dicit: Videte, inquit, ne contemnatis vnum ex his pusillis. Verùm cùm in sequentibus verbum hoc non sic accipi certũ sit, præstat ipsum sic etiã hoc loco exponere, quomodo proprie debet accipi, ꝑ eo quod est, occasionẽ ruinæ, aut peccati, & perditionis alicui præbere.

Nam

nam de huiusmodi scandalis spiritualibus, quę sci licet sint occasio alicuius mali spiritualis, quod ad animã pertinet, ex sequentibus patet hic esse sermonẽ. Fortè autẽ ideo Dominus contrariam superiori prolaturus sententiam, nõ dicit: Qui autem inhonorauerit, aut maleficio affecerit vnum puerum talem: sed, *qui autem scandalizauerit*; quòd sic spiritualior esset eius doctrina, & generalior. Nam Christo magis cura erat salus spiritualis suorum paruorũ quam corporalis: & qui pusillos inhonorant, ac malè tractant, hoc ipso eosdem etiam scãdalizant. quamuis non hoc tantummodo pusilli scandalizentur. Prẽterea, vt patebit ex sequẽtibus omne pusillorum scãdalum ferè prouenit ex eorum cõtemptu & neglectu. Cæterùm D. Hieronymus ideo putat peculiariter dictum de pusillorũ scandalo, quod perfectiores & maiores non scandalizentur. Nota, inquit, ꝙ qui scãdalizatur, paruulus est: maiores enim scandala nõ recipiunt. Itaq; D. Hierõymus hic vocari pusillos intelligit qui in fide aut virtute adhuc sũt imperfecti: quomodo & Origenes intelligit. Sic ramẽ non posse intelligi omnino superiora conuincunt. nam etsi hoc loco pro pusilli, sit alia dictio quã superius nẽpe μικρὸς, id est, paruus, cùm superius sit παιδίον, id est, puer, vel puell°, vtrobiq; tamen omnino videntur eidẽ significari p pueros vel paruulos, & pusillos. Sed superius non dicuntur aliqui pueri vel paruuli ab imperfectione fidei vel virtutis, sed ab humilitate animi. Ergo nec hoc loco, quamuis verũ sit quod dicit Hieronymus, pusillos in fide maximè esse scãdali capaces, quemadmodum docet Paulus Rom. 14. & 1. Cor. 8. Proinde pusilli etiã hoc loco dicuntur homines simplices & humiles, qui in hoc mũdo non magnifiunt: sed contemnuntur à mundo, quales esse debẽt omnes qui credunt in Christũ, etsi non omnes tales facilè scandalizentur. Vt autem Dominus significaret magnitudinẽ vindictæ & supplicij quod manet eũ qui vel vnum aliquẽ ex paruulis Christi quantumuis humilem & abiectum scandalizauerit, subiungit apud Matthęum: *Expedit ei vt suspendatur mola asinaria collo eius, & demergatur in profundum maris*. Quæ verba sic intelligit D. Hieronymus, vt significetur, ei qui scandalizauit vtile esse pro expiatione sui delicti, grauissimum aliquod supplicij aut mortis temporalis genus subire, vt suppliciũ ęternũ euadat qd cõmeruit. Expedit, inquit, ei; quia multo melius est pro culpa breuẽ recipere pœnã, quàm ęternis seruari cruciatibus. Nõ enim puniet Deus bis in idipsum. Hunc tamen non esse horum verborum sensum, patet satis ex Marco, qui habet: *Bonum est ei magis, (id est, melius foret ei) si circũdaretur collo eius mola asinaria, & in mare mitteretur*. Quibus verbis non significatur expedire vt supplicio temporali tolerato, quis effugiat supplicium æternum. Nõ enim dicitur: Melius est ei vt circundetur, &c. sed, *melius esset ei si circundaretur*. Quod multi intelligunt hoc modo, vt fiat comparatio huius pœnæ temporalis ad pœnam æternam: Melius esset ei si mergeretur in profundum maris, quàm erit ei, pro eo qd scandalizauit pusillum, hoc est, atrociores subiturus est pœnas, quàm si saxo collo eius alligato, demergatur in profundum maris. Verùm ex Lucæ cap. 17. vbi hæc sententia repetitur, manifestum fit quæ sit huius loci genuina intelligentia, nimirum quòd comparatio fiat illius pœnæ temporalis ad peccatum scandalizantis. Sic enim habet: *Vtilius illi est si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiectus in mare, quam vt scandalizet vnum de pusillis istis.* Itaq; & in hoc loco oratio sic est supplenda: Quisquis scandalizauerit vnum ex pusillis istis, melius esset ei si mitteretur in mare, quàm vt hoc faciat, hoc est, præstaret eum temporale illud malũ pati, quàm malũ aliquod in pusillum aliquem admittere, quia scilicet pro scandalo suo grauiores sit subiturus pœnas. In Matthæo ergo, ex pedit, pro expediret positum est, sicut & in Marco, bonũ est, pro bonũ esset, indicatiuũ scilicet pro subiunctiuo. Nõ eũ significare voluit Dominus quid pati melius sit ei qui scandalizauit, postquã scandalizauit, sed quid melius ei fuisset pati quã scandalizare. Et in Matthæo oportet etiã subintelligere cõparatiuũ magis omissum ex phrasi hebraica, sicut & postea omittitur: Bonũ est tibi debilẽ introire in vitã, pro melius est. Porro quòd Dominus mentionẽ faciat molæ collo appensæ, &c. teste D. Hieronymo secũdùm ritũ prouinciæ locutus est, quo Maiorũ crimi nũ ista apud veteres Iudęos pœna fuerat, vt i pro fundũ ligato saxo reus demergeretur. Itaque quo crassis & rudibus adhuc significaret magnitudinẽ criminis & pœnę eius qui scãdalizat, eõmodè hoc sensibili vtitur exemplo, quod etiam bene conuenit æterno supplicio significando, quod manet scãdalizantes paruulos Christi. ni enim peccatorum suorum & iudicij diuini pondere grauati, deficiendi & demergendi sunt nõ in profundũ maris, sed, quod grauius est, in profundũ inferni. Cæterũ mola asinaria, pro quo Græcè est μύλος ὀνικὸς, intelligi potest quomodo intelligit D. Hilarius, mola quã asinus aut iumẽtum quoduis circũagit, ad differẽtiam molę trusatilis, quæ hominum manu circumfertur. Aut significatur mola inferior, siquidẽ illa Græcis dicitur ὄνος, nomine scilicet eodẽ quo illis dicitur asinus siue quòd in morem asini omneonus ferat, siue quòd circa eam mola superior vertatur, vt sit ab ὀνέω, moueo, circumago. Significare autem Dominus voluit ingẽs saxum, vt & per magnitudinem saxi, & matis profunditatem, certũ & ineuitabile exitium intelligeretur. Apud Marcum etsi nos etiam legamus, *mola asinaria*, græcè tamen nõ est quemadmodum in Matthęo, μύλος ὀνικὸς sed. Λίθος μυλικὸς, id est, saxũ molare. Et cõtrà Lucę 17. vbi nos legimus, *lapis molaris*; Græcè est, quemadmodum hic in Matthæo, μύλος ὀνικὸς, id est, mola asinaria. Verùm hoc ad rem nihil facit. Notãdum autem, quòd quanquã Dominus in hoc capite peculiariter auocat à scandalo pusillorum credentium in se, nõ tamen solùm cauendum esse ab illorum scãdalo: paulus enim frequenter præcipit vt Christiani ita viuant, nequid etiã inter dulis fit in vita ipsorum scandalo & offendiculo. Sine offensione, inquit, hoc est, sine scandalo & offendiculo estote Iudęis, & gẽtibus, & ecclesiæ Dei. 1 Corin. 10. Et rursum: Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. 2. Corinth. 6.

ꝟ VÆ MVNDO A SCANDALIS, NE-CESSE EST ENIM VT VENIANT, &c.] Quoniã res est maximè noxia scandalũ, Dominus accepta occasiõe de scãdalo differere voluit generaliter: tria circa illud docẽs, nẽpe scandalorũ nocumentum, necessitatem, & studiosam vitationẽ. primò ergo dicit: *Væ mundo à scandalis*; quorum verborum hic est sensus: Malè erit hominibus in mundo habitantibus propter scandala quæ in mundo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõtingunt. Quod dominus dicit, vel quia difficile est hominibus in mũdo habitantib. obiecta vbiq; scãdala effugere, vt in illis nõ impingãt & cadant: vel potius quia propter scandala mundus, hoc est homines, multis malis & supplicijs afficientur à Deo & in præsẽti & in futura vita. Quare autẽ væ dicat mũdo propter scãdala, significat, cùm subiũgit: Necesse est enim vt veniant scandala, &c. Qua sentẽtia quoniã hæretici tollere conãtur arbitrij libertatẽ, quasi ex ea sequatur homines nõ posse nõ cõmittere scandala, & quoniã ea sentẽtia quidem abutũtur in excusationem suorũ peccatorũ, oportet eã diligentius tractare. In primis ergo certum est, nõ vno modo aliquid dici necesse esse aut fieri. Quantũ autẽ proposito sufficit, dicitur aliquid necessariò futurũ absoluta necessitate, quod scilicet à nullo impediri potest quin fiat, quomodo Deo necessariò semper est futurũ, aut homines necessariò morituri. Aliud verò dicitur necessariò futurũ necessitate cõditionata, quæ scilicet est ex præsuppositione alicui⁹ causæ ad quã illud necessario sequitur: quomodo medicus videns aliquẽ malã seruare diætam, dicere solet: Necessariũ est hunc ęgrotare, quia scilicet & quãdiù tali vtitur diæta. Atque hoc modo dicitur: *Necesse est vt veniãt scandala.* Quia enim Dominus cõsiderabat magnã naturæ humanæ corruptionẽ, & malas hominũ mẽtes, earũque naturã esse vt aliquãdo erũpant in facinora ad quę omnes sunt proni, hinc dicit, necesse esse vt eueniãt scãdala, quia nimirũ præsuppositã huiusmodi hominũ prauitate, fieri nõ poterat quin aliquãdo scãdala euenirẽt. Et vt expressius simile habeatur, quã sit illud de eo qui mala vtitur diæta, sic dictũ est: *Necesse est vt veniant scandala*; quomodo si quis cõsideratis naturæ hominũ inclinationibus, dicat necesse esse, vt fiant generationes & commixtiones coniugum. Per quod nulli homini adimitur libertas abstinẽdi à coitu, quia necessitas illa generaliter enunciatur, nec in aliquem cadit singulariter hominẽ. Sic & hic nõ dicitur, necesse est hunc vel illũ scãdalizare, sed generaliter, *necesse est vt veniant scandala.* Atque vt apertius sensus loci explicetur, id quod hoc modo dicitur esse necesse, nihil aliud quàm certò sic futurũ pronunciatur, vt bene annotauit Diuus Chrysostomus. Ex his patet necessitatẽ hanc non referendã ad Dei prouidẽtiam & præordinationẽ. Non enim propter Dei præordinationem & dispositionẽ sũt scãdala futura, quia Deus illa non ordinat fieri, sed tantùm præuidet futura. Nec tamen necessitas hæc refertẽda est ad Dei præscientiam, vt propter Dei præscięntiam dicatur necesse esse vt veniant scandala. Nõ enim quia deus præscit, ideo euentura sunt scandala: sed contrà, quia sunt euentura, ideo Deus illa præscit futura, quomodo id quod oculis corã fieri video, nõ ideo fit quia video, sed ideo video quia fit corã me. Sed necessitas ista scandalorum referenda est ad hominũ corruptionem & malitiã, quod satis significat Dominus cùm præmisit. *Væ mundo à scandalis*, nam cùm tunc subiungit; *necesse est*, &c. satis insinuat, necesse esse vt in mundo fiant scandala. In mũdo, inquam, de quo Ioannes: Mũdus totus in malo positus est. Necessitas tamẽ hęc ad hominum malitias generaliter relata, nulli hominũ necessitatem imponit, nec vim infert, nec libertatẽ aufert, vt patet ex dictis. In hunc modũ intelligendũ est etiam illud Pauli, Oportet hæreses esse. Huiusmodi tamẽ necessitas in his orationibus significata, potest etiam quodãmodo referri ad diuinã prouidentiam & prædispositionem, non quidem tãquam quę disposuerit facere aut fieri scãdala & hæreses, sed tãti illa facturos, disposuit illa fieri permittere, in bonum suorũ electorum. Adeo enim ille bonus est, vt nullũ malum fieri permitteret, nisi propter bonum aliquod. Vnde in Paulo adiicitur, vt qui probati sunt manifesti fiant; vbi coniunctio, vt, vel accipitur tantùm consecutiuè, vel accipitur vt designet finem propter quem Deus disposuit nõ fieri vel facere, sed permittere fieri hæreses. Porrò ne quis quia dictũ fuit necesse est vt veniant scanda la; arbitrij libertatem sublatam ob id putaret, & necessitatẽ scandala committendi aliquibus imposuerit, aut prætextum peccatorũ suorum hinc desumeret, Dominus velut præuidens futuros qui hæc verba malè intelligerent, subiecit: *Veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit*, hoc est, per quem obiicitur alicui occasio ruinæ & impedimentum salutis præstatur. Quo significat, etsi necesse dixerit vt eueniant scandala, nullum tamen ad scandalizandum cogi, aut necessariò scandalizare, sed volũtariè & liberè. Alioqui enim nõ posset ei væ imminere, cùm nemo sit puniendus pro eo quod non habet in sua potestate, sed quod aut coactè aut necessariò committit. Cæterùm scãda la de quibus Dominus loquitur, sunt lęsiones, iniurię, & persecutiones iustorũ, mala exempla, doctrinæ erroneæ, & postremùm etiã bona & licita quædam, sed indiscretè aut inoportunè facta.

ᵉET SI SCANDALIZAVERIT TE MANVS TVA, ABSCINDE EAM, ET PROICE, &c.] Quandoquidem scandalum res est noxia, non tantùm facienti, sed etiam patienti, ideò postquã grauissima supplicia imminere dixit scandala obiicienti, dehortans à scandalizando, commodè iam docet etiam cauendum, ne quis offendiculo patiatur. Itaque quemadmodum mos docuit ob necessitatem futurorum scandalorum nemini impositam necessitatem scandalizãdi, ita & iam docet ob eam necessitatem neminem necessariò scandalizari. Porro quomodo intelligi debeat sermo iste allegoricus, de abscindẽdis manu & pede, ac eruendo oculo, suprà dictum est Matthæi cap. 5. in cap. Concordiæ 40. Hoc tantùm addendum, quòd quamquã ibi hæ sentẽtiæ generaliter sunt explicatæ, vt per manum & oculum non solùm homines nobis necessarij & chari intelligantur, sed quæcunque res charæ, etiã affectus nostri, hic tamen conuenit potissimum intelligere, Dominum significare voluisse resecãdum à nobis cõsortium eorum hominum, qui impedimento sũt ad assequẽdam salutẽ. Dixit enim de his per quos scãndala obuenerunt. Admonet ergo iam vt cauea mus nobis à talibus, præscindẽdo scilicet eos quãtumuis nobis necessarios & charos, à nostro consortio. Et addit: *Bonum est tibi* &c. significare volẽs, melius esse vt vel soli vel cum paucis amicis saluemur, quàm cum plurimis perdamur: quemadmodum quisq; præstare iudicat, manu vel pede amputato temporalem vitam conseruare, quàm illis seruatis totum corpus perdere. Ideóque eorum tantùm membrorum abiiciendorum meminit quæ bina habemus, vt sunt manus, pes, oculus, quo significaret consortium hominum qui nobis sunt velut altera manus, pes, vel oculus. Quòd si sigillatim per manum, pedẽ & oculum, diuersa intel

intelligere placet, quoniam Marcus tres de his habet distinctas sententias, per manũ intelligi poterunt hi qui nobis velut collaterales sunt, vt amici & vxor: per pedem, ministri, qui vbiq; nostri causa discurrunt: per oculum, doctores & magistri. Aut per manũ, amici, quorũ opera vtimur: per pedem, hi quibus innitimur, vt parẽtes: per oculum, charissimi, vt filij & vxor. Nõ potuit autem Dominus dicere: si caput tuum scãdalizat te, abscinde illud: quia hic sermo Domini allegoricus mutuatus est ab his quæ pro conseruanda vita temporali homines facere solent, qui pro ea aliquãdo manum vel pedem sinũt sibi amputari, caput autem non possunt. Itaque Caietanus intelligit etiã significatũ possibiles ac tolerabiles abdicationes præcipi, vt non præcipiatur abscissio, si caput te scandalizet, aut si vtraq; manu vel oculo vtroq; carẽdũ esset. Quòd autem in Marco habetur: *Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur*, desumptum est ex Isaiæ vlt. cap. vbi Propheta de fœlicitate iustorum & supplicijs impiorum loquitur. Significatur autem his verbis duplex impiorum pœna in inferno, iuxta illud, Duplici contritione cõtere eos, corporis scilicet & animæ, aut culpæ & pœnæ. Nã per vermem significatur conscientiæ remorsus, & cõtinua admissorum malorum ruminatio in anima: per ignẽ verò, sensibilis pœna in corpore. Ideo autẽ apud Isaiam vermis sit mẽtio, quia præcedit: Et egrediẽtur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me. In quibus verbis per cadauera impiorũ significatur æterna impiorũ mors. Est enim allegoria tracta à victoribus, qui strage peracta, cùm furor resederit, egrediuntur ad contemplandum cæsos. Sic post piorum triumphos cũ rege suo Christo prodibũt, ad videndũ impios & rebelles, iusto iudicio destinatos, atque æternæ morti addictos, quod est eorũ cadauera videri illis exposita. Quoniam ergo cadauerum facta est mentio, rectè subiecit de verme qui arrodere solet cadauera, & ex putrefactione cadauerum nascitur.

ᵇ OMNIS ENIM IGNE SALIETVR, ET OMNIS VICTIMA, &c.] Videntur hæc durè hærere cũ superioribus, & alioqui ob curus est horum verborũ sensus. Potest autẽ illud: *Omnis enim igne salietur*, intelligi tripliciter. Primò, vt dictio, *omnis*, non omnes comprehendat homines, sed tatu bonos, iustos, & electos, sicuti in sentẽtia secuda. Secũdùm quem intellectum hic sermo est de igne tribulationis, quo electi saluũtur, hoc est, à corruptionibus præseruantur & purgantur, & redditur ratio eius quod dixit, abscindendum esse pedem vel manum, & eruẽdum oculum scandalizãtem. Quoniam enim huiusmodi fieri non possunt sine dolore & afflictione, subiungit hæc Dominus, dicens omnem electũ, & qui Deo placere volet, debere saliri igne tribulationis. Rursum quoniam sapiẽtia, circumspectione & discretione opus est vt quis scandala caueat, & nec scandalizet, nec scandalizetur, addit, *& omnis victima sale saletur.* Alludit autem Dominus in his duabus sentẽtiis ad id quod in Leuitico præcipitur, omnem oblationem debere igne & sale saliri. Nam cap. 2. sic legimus: Quicquid obtuleris sacrificij sale condies. Nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Itaq; sensus erit iste: Quẽadmodũ nulla oblatio iuxta Moysi præscriptũ legitima est, nisi per ignem trãseat, & sale condiatur, ita quisquis volet esse victima spiritualis quæ Deo sit grata, necesse est igni tribulationis probetur, purgetur, & veluti saluti pręseruetur, & sale sapiẽtiæ euãgelicæ condiatur, ne vel corrumpatur malorum contagio, vel suo contagio alios corrumpat & scandalizet, sed potius per suã incorruptionem aliis eximit corruptelam. Secũdùm hũc ergo sensum Saluator indicat quid vmbra illa legalis significauerit. Sic autem dicitur aliquis saliri igne, quomodo dicitur baptizari in igne superius. Secũdò, intelligi potest Dominus locutus de eodem igne, de quo supra: *Ignis eorum non extinguitur*, si dictio, omnis, tantùm malos comprehendat, & referatur ad eos de quibus in præcedẽti sententia est sermo: *Ignis eorum non extinguitur, & vermis eorum non moritur*, vt hic iam explanetur quomodo ignis eorum non extinguitur, nimirum quia omnis talis igne veluti saliendus est, hoc est, in igne seruandus incorruptus, igne sic in ipsum agẽte, vt nõ consumat, sed tantùm cruciet. Secundùm hunc sensum quod sequitur: *Et omnis victima sale condietur*, contraria erit tẽtentia superiori, vt sit sensus: Omnis peccator igne salietur, & contrà omnis victima Deo grata sale sapientiæ salietur, atq; ab æterna corruptione præseruabitur. Tertiò intelligi potest dictio, *omnis*, comprehendere omnino cunctos homines, bonos & malos, vt significetur omnem hominem igni saliendum, quamuis non eodem modo nec eodem igni, sed vel igni tribulationis in presenti vita salubriter hominẽ saliri debere, vel igni infernali post hanc vitã infeliciter saliendũ esse. Sic enim intellecta hæc sententia etiã conuenit proposito nempe vt ostẽdatur, melius esse abscindẽdo vnam manum lucrari vitam, quàm illa salua, mitti in gehennam ignis. Primus autẽ sensus omnium maximè videtur conueniẽs: secundùm quem notãdum quàm aptè Dominus, postquã mentionem fecit vermis & ignis impiorum, hic subiũgat de igne & sale, quibus saliendi sunt qui gehẽnam effugere volent. Ignẽ enim tribulationis pręseruatur quis ab igne inextingnibili, & sale præseruatur quis à vermibus, qui oriuntur ex humoribus sanguineis quos sal exsiccat. Porro quoniã Dominus salis fecit mentionem, ab ipso salis exẽplo sermonẽ suũ deflectit, admonendum suos, quãta in ipsis meritò esse debeat incorruptio vitæ & doctrinæ, vt qui sint electi in salem terræ dicens: *Bonum* (id est vtile) *est sal. Quod si sal infatuum fuerit, in quo illud condietis?* significans ipsos ad hoc delectos, vt sua sapientia aliorũ stultitiam condiant, aduigilare debere ne hãt insipidi & insulsi: alioqui enim desperatũ sore de eorum reparatione, per quos alij erãt cõdiendi. In hunc enim sensum hoc exẽplo Dominus vtitur & supra Mat. 5. & infra Luc. 14. Ideo autẽ Dominus hoc exemplo hic vtitur, vt significet illis maximè cauẽdum ne scandalizentur aliqua re, hoc est, vel minis hominum, vel cupiditate aliqua & humano affectu suam acrimoniã & incorruptionem perdant. Aut potius ob id, vt eos notaret ambitionis prędecẽtis quasi dicat: Si vos delecti in sal terræ, peragatis humano isto ambitionis affectu inter vos de primatu contendere, efficiemini planè insulsum sal, nec spes esse poterit vestræ restitutionis. Cui intellecti bene conuenit quod sequitur, *Habete in vobis sal, & pacẽ habete inter vos.* Sal sapiẽtiæ scilicet habete, ne hominum more insipienter ambiatis honores, ne hominum more insipienter ambiatis honorum primatus. Pacem habete, ne hominum more inter vos cõtendatis. Hæc enim verba cùm sint à

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marco in fine posita, videntur ab dehortandum ab eo pertinere ad quod Dominus hūc sermonē suscepit, vt fuerint quasi cōclusio & finis sermonis Dominici. Nec obstat quòd secūdùm prædictam explicationem sal in prædictis Domini verbis nō videatur accipi eodem modo. Nam cùm dicitur, *Victima sale salietur*, &: *habete sal in vobis*, sal pro sapientia accipitur: cùm verò dicitur: *Quòd si sal insulsum fuerit*, &c. per sal significatur Apostoli. Non, inquam, hoc obstat: quia Apostoli & homines nō dicuntur sal, nisi propter sal quod habent in se.

2 VIDETE NE CONTEMNATIS VNVM EX HIS PVSILLIS. DICO ENIM VOBIS.] Postquam admonuit Dominus amputanda omnia scandala, rursum redit ad dehortandum à scandalizando pusillos & humiles. Et quoniam humiles & simplices mundus facile cōtemnit, & ob id quia contēnit, minimi ducit illos scandalizare, ob id Dominus non dicit: Videte, id est, cauete ne scandalizetis, sed, ne contemnatis vnum ex his pusillis, causam scilicet scādalorum etiam eximere volens. Quare autem non sint meritò contemnendi, negligendi & nihili faciendi, quantumuis humiles & abiecti, causam subiungit, dicens: *Dico enim vobis quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cœlis est.* Quibus verbis potest intelligi Dominus duo significare. Primùm, humilium & pusillorum quos mundus contemnat, dignitatem, eò quòd angelos habeant qui diuinū vultum assidue contemplantur. Secūdò, humiles & pusillos, etsi per se impotentes ad vindicādum, tamen habere angelos qui eorū causam agant apud deū, deferentes & accusantes apud eum illos qui ipsis iniuriam aliquā intulerint, & scādala obiecerint. Porrò circa illud; *Angeli eorum*; sciendum, ex multis quidem scripturis esse euidens, angelos à Deo constitui populorum & regionum custodes & curatores, vt patet ex cap. Exod. 23. Daniel. 10. Apoc. 12. aliisq; locis. Kursum ex multis scripturis patet Deū iustis hominibus mittere angelos custodes. De vnoquoq; enim iusto dicitur: angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis: Et: Immittet angelus Domini in circuitu timentiū eum, & eripiet eos. Verūm quia hic dicitur; *Angeli eorum*; D. Hieronymus non dubitauit asserere, vnumquemque hominem habere angelum aliquem sibi à Deo deputatum ab ipsa natiuitate, quod & alio simili scripturæ loco colligit, nempe quia Actuū 12. cùm Rhode puella nunciaret Petrum stare prę foribus, alij dicebant angelum eius esse. Cùm enim dicātur quidam angeli horum vel illorum, significari vidētur angeli qui illis vel his sunt à Deo deputati. Itaq; sic habet hoc loco D. Hieronymus: Magna dignitas animarum, vt vnaquęq, habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Et in Isaię caput vlcimū scribens sic habet: Quòd autem vnusquisque nostrū habeat angelos, multæ scripturæ docent, è quibus illud est: *Nolite contemnere vnum de minimis istis, quia angeli eorum vident quotidie faciem patris qui in cœlis est.* Et puella Rhode Petrum Apostolum nunciante, alij angelum ipsius esse credebant. Origenes tamen ex hoc loco non intelligit, nisi iustis angelos deputari: nam de iustis hic solùm est sermo, & proponit inquirendum an iustis deputentur angeli à sacramēto regenerationis, an ab ortu natiuitatis, quia scilicet eos præuidit Deus fore iustos, & in suum regnum prædestinauit. Sententia tamen D. Hieronymi, qua & ab ortu, & omnibus asserit angelus deputatus, obtinuit, & in ecclesia passim recepta est. Vnde lib. de diligendo Deo, qui & aliter Meditationū inscribitur sub titulo Augustini, citatur illa D. Hieronymi sentētia. Sic eīm habetur cap. 12. Maximū æstimo & illud fuisse beneficium, quòd angelum pacis ab ortu natiuitatis meæ ad me custodiendū vsq; ad finē meum mihi dedisti. Vnde quidā sanctus ait: Magna est dignitas animarū, vt quæq; habeat ab ortu natiuitatis ad custodiam sui angelum delegatum. Et quidem meritò obtinuit D. Hieronymi sentētia, quia cùm Dei prouidētia etiam ad malos se extēdat, rebúsque humanis per angelos Deus prouideat, cōsequitur etiā malos homines habere suos angelos, sine quibus & in plura ac grauiora nōnunquā inciderent peccata & grauius in illos sęuirēt iniqui dęmones. Vnde singulis prouinciis angelos à Deo esse præpositos colligūt sancti ex illo Deut. cap. 32. secundùm Septuaginta: Constituit fines gentium secūdum numerum angelorū Dei. Sed quoniam peculiaris quædam est Dei prouidentia circa electos, quos ad æternam vitā præparat, hinc scripturæ peculiariter dicūt angelos mitti in custodiam & protectionē iustorū. Vnde Theophyl. Omnes, inquit, homines, & maximè fideles, suos angelos habēt. Et D. Chrysostomus intelligit ideo dictum de angelis pusillorum, quòd semper videt faciem Dei, vt significetur angelos eorum esse excellētiores. Illo enim significat illorum præcipuū honorem. Porrò circa hanc angelorum custodiā hominibus à Deo deputatam, consideranda inprimis magna Dei erga nos dignatio & benignitas, vt qui proprios suos seruos, nostros cōstituerit custodes. Deinde consideranda nostra dignitas, vt consideratione nostræ dignitatis & nostrorū custodū, vereamur quicquā committere & nostra & illorum dignitate indignum. Vnde Apostolus dicit mulieres debere habere velamen super caput & propter angelos. Postremùm hinc fiducia in nobis est confirmanda, vt minus metuamus diaboli illusiones & incursus, aut imminentia quæque mala, & vt magis cōfidamus orationes nostras Deo & sanctis eius commendari, sicut eas per angelos Deo pręsentari & offerri docet scriptura. Circa illud verò: *Semper vident in cœlis faciem patris mei*, notādum, angelos etiam cùm non sunt in cœlo, sed ad nos missi sunt, non carere beatifica Dei cōtemplatione, sed vbicunque sunt, Dei qui vbique præsens est, perfrui contemplatione, atque ratione eius contemplationis dici esse in cœlo. Circa quod vide D. Gregorium lib. 2. Moralium cap. 2. & 3. vbi sic habet: Et faciem ergo patris semper vident, & tamen ad nos veniūt, quia & ad nos spirituali præsentia foras exeunt, & tamen ibi se vnde recesserant per internam contemplationem seruant. Cæterùm Dominus etiam aliam rursus reddit rationem priore maiorem, quare pusilli non sint contemnendi, cùm subdit.

VENIT ENIM FILIVS HOMINIS SALVARE QVOD PERIERAT. QVID VOBIS VIDETVR, SI &c.] Quasi dicat, Non tantùm propter angelos cauendum ne quis etiam vnum ex pusillis contemnat, ita vt nullam habeat salutis eius rationem, & scandala obiicere ei nihil faciat (nam de huiusmodi contemptu hic est sermo) sed etiam propter me filium hominis. Ego enim veni vt saluem quod perierat, proinde qui

qui meus esse volet, cauere debet ne quod ego saluare & saluū uaui aut saluū voluī, ipse rursum perdat. Simili ratione & Paulus vsus est in dehortando scādala, ad Rom. 14. & epist. 1. ad Corinth. cap. 8. Ibi enim dicit: Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Hic verò: Et peribit in tua sciētia frater, propter quem Christus mortuus est. Sic autē peccantes in fratres, & percutientes cōscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Porrò ad quid Dominus parabolam de oue errabunda hic adduxerit, patet ex eo quod in fine applicādo parabolam dicit: *Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis.* Itaque parabola illa significare voluit quàm sit sibi & patri suo curæ etiam vnius tantùm pusilli salus, atq; ob id ei qui patri placere voluerit, cauendum studioſe, ne vel vnū tantùm pusillorum scandalizare, & suo scandalo perdere paruifaciat. Dixerat se ad id venisse in mundum vt saluaret quod perierat, ac ob id cauendum significauit, ne quis perdat quod ipse venerat saluaturus: subiecta autem iam parabola ostendere voluit, quanta cura quærat saluare etiā vnumquemlibet perditorum, ac rursus quāto gaudio afficiatur de inuēto etiam vno perdito, atque quò etiā magis à scandalizando vel vnum pusillorum deterreret, cùm in applicanda parabola dicendum videretur: Sic non est voluntas mea, &c. maluit dicere: Sic nō est voluntas coram patre meo. Itaq; gradatim fortius à scādalo pusilli dehortatur, prius angelorum, deinde sui, ac postremùm patris mentionem ingerens, ac significans & angelos, & filium hominis, ac patrem ipsum cœlestē inimicos fore ei qui vel vnū tantum scādalizauit. Potest autem parabola ipsa à communi consuetudine desumpta, explicatius proposito Domini accommodari in hunc modum: Quemadmodum si quis centum oues habeat, & vna tantum ex eis errauerit, non siniteam esse perditam, quin potius quantumuis minimi momenti vna ouis sit ad reliquas collata, tamen maiore cura eam quærit, quàm reliquas seruat; ac rursum maiore gaudio afficitur de ea reperta, quā de reliquis saluis: sic & ego & pater meus non vult vel vnā etiam suarum ouium, hoc est, vnum suorum electorum (quos certo numero elegit) quantumuis pusillum & abiectum, perire, quinimo singulari cura vnumquemlibet talium quærit reliquis suis ouibus coniungere repertum, ac singulari rursus gaudio afficitur cùm repertus fuerit & ab errore suo reuocatus: vtiā ob id duplici nomine cauēdum sit, ne quis vel vnum credentium quantumuis pusillum & abiectum scandalizet & perdat, tum quòd tā singulari cura sit quæsitus à Deo, tum quòd tam singulare gaudiū eius inuentio & salus Deo attulerit. Secūdùm hanc parabolæ explicationē & accommodationem, quæ est genuina, non est opus sigillatim explicare quid per centum oues significetur, & quid per vnā quæ errauit, quid rursum per 99. quæ non errauerūt. Sed de hac parabola amplius Lucæ in capite Concordiæ 93. vbi hac parabola ad finē paulò diuersum, rursum vsus est Dominus, adiūcta illi alia similis generis de perdito drachmate. Cæterum quod dicitur quis gaudere super vna oue reperta magis quàm super 99. saluis, intelligendum est de maiori gaudio actuali. Certum enim est maius esse gaudium habituale super pluribus quàm vna: sed quoniam de recenti bono nouum & actuale est gaudium, magis gaudere dicitur super vna quàm super pluribus.

CONDONANDVM FRATRI IN NOS PECCANTI DOCETVR MATTHÆI 18. CAPVT LXXII.

SI autē peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solū, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecū adhuc vnū vel duos, vt in ore duorū vel triū testium stet omne verbū. Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ: Si autem ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amē dico vobis, quæcunque alligaueritis super terrā, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terrā, erunt soluta & in cœlo. Iterū dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Tunc accedēs Petrus ad eū dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittā ei? vsque septies? dixit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Ideo assimilatū est regnum cælorū homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere oblatus est ei vnus qui debebat ei decē milia talēta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorē eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille orabat eum dicēs: Patientiā habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autē dominus serui illius, dimisit eum, & debitū dimisit ei. Egressus autē seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicēs: Redde quod debes. Et procidēs conseruus eius rogabat eum dicens: Patientiā habe in me, & omnia reddā tibi. Ille autē noluit, sed abiit, & misit eum in carcerē donec redderet debitum. Videntes autē conserui eius quæ fiebāt, contristati sunt valdè, & venerūt & narrauerūt domino suo omnia quæ facta fuerūt. Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequā, omne debitum dimisi tibi: quoniā rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui: sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eū tortoribus, quoad usq; redderet ei vniuersum debitū. Sic & pater meus faciet vobis si nō remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

SI AVTEM PECCAVERIT IN TE FRATER TVVS, VADE, ET CORRIPE EVM.] Postquā docuit cauendū ne in quem fratrem peccamus, commodè etiam subiicere Dominus voluit, quid faciendum cum frater aliquis peccat in nos, vtrobique docens nos diligentem cæ 17. monitioni de scandalis hæc subiiciuntur. Frater autem hic intelligendus est non quilibet proximus aut homo, sed is qui nobiscū est eiusdē religionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

religionis, Christianus scilicet. Sicut enim suprà A peculiariter Dominus dehortatus est à scandalo credentium, ita & hic singulariter docet quomodo eius cui nobiscum est eiusdē religionis salus, postquā peccauit, nobis sit prouidenda. Ad ethnicum enim & infidelem hæc non pertinere, patet tum ex eo quod dicitur postea; *dic ecclesiæ*, tum quia dicitur, *si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut* 1. Cor. 5. *ethnicus & publicanus*. Proinde D. Paulus cùm præcepisset non habere commerciū cum fornicariis, explicat de quibus hoc sit intelligendū. Si, inquit, is qui frater nominatur inter vos est fornicator aut auarus, &c. cū eiusmodi nec cibū sumere. Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nōne de iis qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris B sunt, Deus iudicabit. Porrò quid sit fratrem peccare in aliquem; non satis cōuenit inter interpretes. Propriè enim peccare in aliquem, est illi iniuriam aut malum aliquod inferre. Atque hoc modo aecipiunt hoc loco D. Chrysost. Augustinus, & Hieronymus, intelligētes eum qui passus est ab alio iniuriam, mitti hic ad iniuriantem & lædentem. Verùm hæc interpretatio quibusdam non placet, tū quòd correptio ista fratris nō tantùm sit adhibenda cùm quis in nos peccauit, sed multo magis cū in Deum, tum quòd non tātum læsus fratrem lædentem corripere debet, sed & alius quisque, qui cōscius est iniuriæ quam quis patitur, imò multo magis alius quàm læsus, ne iste videatur propriā iniuriam persequi. Itaque intelligunt illud, *in te*, C pro coram te, vel te cōscio, te præsente, atque vidente. Atque ob id intelligūt Dominum accepisse peccare in aliquem, pro peccare corā illo aut illo vidente, quia ita Christianus quisque debet esse addictus gloriæ Dei, & dilectioni proximi, vt omni peccato offendatur tanquam in se commisso, etiamsi non directè in ipsius vergat læsionem aut iniuriam, sed in iniuriam Dei aut proximi cuiusli bet. Sicque rectè ostendunt omnem eum peccare in aliquem, qui coram illo, & illo cōscio quid cōmittit. Quod quidam etiam sic declarant, nempe quia quisquis alio vidēte & præsente peccat, is suo exemplo, quod in ipso est, eum scādalizat, ac D proinde etiam in illum peccat. Apparet tamē peccare in aliquem, hic accipi debere, quomodo accipiunt sancti patres prædicti, & quomodo oratio Luce 17. illa propriè est accipienda, quia apud Lucam dicitur: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi: & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. Hinc enim patet in illum aliquem dici peccare, qui potest ei peccatum dimittere, hoc est, qui læsus est. Vnde & hoc loco Petrus auditis his Domini verbis dixit: *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* Ex quo satis patet quem Petrus intellexerit peccare in se. Itaque dicendū E secundùm proprium & primum sensum, illum peccare in aliquem, qui directè illi iniuriam aliquam irrogat, ac Dominum, eum qui sic ab alio læsus est, propriè hoc præcepto constringere ad lædentis se non vindictam, sed correptionem. Cui læso duplici sanè nomine præ aliis conuenit fratris peccantis & lædentis eum correptio, nimirum tum tum quòd ei fratris peccatum est notius, ac ipsum magis vrit, tum quòd eius fraterna admonitio efficacior esse possit apud eū qui læsit, cùm viderit etiam illum salutis suæ studiosum cui iniuriam intulit. Verùm quoniam quilibet peccantis quouis modo fratris saluti studere debet, & quoniam, vt dictum est, quoduis peccatum proximi etiam quod directè non videtur esse contra nos, debemus existimare in nos esse admissum, hinc etiam hoc præcepto quilibet Christianus ad correptionem cuiuslibet fratris peccantis coram se, astringitur, qui & dimittere pœnitēti debet, etiam id quod in se non est priuatim & directè admissum, quia pro illo non debet vltra offendi, nec vindictam aliquam à Deo postulare. Præterea hunc morem scriptura habet, vt in notatione vitiorum & commendatione virtutum, ferè proponat in vtroque ordine crassiora, vulgoque notiora, & significet ex his quæcunque illis quouis modo coniuncta sunt, à notioribus scilicet nobis, sicut docenti conuenit, inducere nos studens in ea quæ minus nota sunt. Quod maximè quidē patet in præceptis decalogi, quibus Deus non tantùm illa præcipere vel vetare voluit, quæ verbis ipsis nudè acceptis significantur, sed & alia quæ crassis illis operibus, siue bonis, siue malis sunt coniuncta. Ad hunc ergo modum intelligi etiam hic potest Dominum id potissimum peccatum quod in nos admittitur expressisse, vt in eo doceret quid cuilibet in quibuslibet peccatis proximi sit faciendum. Quoniam enim id nobis est notius, & nos magis vrit quod in nos admittitur, ideo ex illo per synecdochē cōmodè indicauit, quo pacto cū proximo sit agēdum cùm quiduis ille peccat, etsi id priuatim nobis nihil videatur detrahere. Duo autem Dominus in primis præcipit vt faciamus fratri peccanti in nos, videlicet vt & corripiamus, & id priuatim faciamus. Vade, inquit, & corripe, hoc est, ne fratris peccatum negligas, sed vade, non quidem vt iniuriam tibi illatam vindices, nō vt illum apud alios traducas aut accuses, sed vt illum corrigas & emendes. Itaque corripe eum & argue, reducēdo illi in memoriam quod admisit, & illius iniquitatem declarando: sed inter te & ipsum solū corripe, tum vt non tantùm salutis eius sis studiosus, sed & famæ eius conseruandæ, tum vt ille videns te & salutis & famæ suæ curā gerere, magis ad pœnitentiam moueatur: qui si semel pudorem & verecūdiam amisisset, fortè in peccato suo induraretur, & quem voluisti facere correctiorem, facies peiorem. Sequitur: Si te audierit, hoc est, si tuam admonitionem & correctionem receperit, tibique obtemperauerit agendo pœnitentiam, lucratus eris (vel potius lucratus es) fratrem tuum. Ex quibus verbis D. Augustinus colligit, non leue esse peccatum quod in fratrem & in hominē admittitur, vt per quod homo incidit in perditionem. Agnosce, inquit, quia in hominem peccando peristi, nam si non perieras, quomodo te lucratus est? Nemo ergo contemnat quādo peccat in fratrem. Colligit & illud, quo fine frater sit corripiēdus, non scilicet vt nostræ iræ & passioni indulgeamus, sed vt peccantem luctemur. Verùm D. Chrysostomus & Hieronymus etiā aliquid amplius hinc colligunt, nimirum fratris salutē à nobis quærendam tanquam nostrum bonum, & ipsius perditionem velut propriū damnum esse habendam. Si enim fratrē pœnitentem lucrari dicimur, ergo & peccantē perdidimus. Hinc ergo ostēditur, quanta debeat inter Christianos esse animorū communio. Porrò si nō audierit qui peccauit, hoc est, si facti sui culpam nolit agnoscere, aut potius

potius si in peccato suo perseuerare pergat, nōdū A tamen Dominus vult illum esse negligendum & sibi relinquendum, sed omnem vult moueri lapidem, omnia tentari, quo frater à peccato & perditione reuocetur. Proinde secūdò iubet eum moneri & corripi, adhibito secum vno vel duobus, tum vt plurium autoritate cōmoueatur, tum vt possit apud ecclesiam conueniri sub testibus. Secundam enim hanc rationē indicat Dominus, cùm subiungit illud legis præceptum, vt in ore duorū, vel triū testium stet, id est, consistat, ratúmq; sit ac firmū, omne verbum. Priorem verò etiam rationē indicat, cùm dicit: *Quod si non audierit eos.* Nec hic ergo Dominus quiescere nos voluit, sed tertiò eum iubet deferri apud ecclesiam, hoc est, fideliū congregationem, in qua viuit vterq;, vt multitudinis & eorū qui multitudini præsunt authoritate & re B uerentia vel metu emendetur. Dicit autem: *dic ecclesiæ*, & non, dic episcopis & præsidibus ecclesiæ, quamuis his maximè sit dicēdum, nec ecclesiæ dicendum sit nisi illis præsentibus: sicut nec fidelū congregatio ecclesia dicenda est, si nō adsint eius rectores & præsides. Dicit, inquam, *ecclesiæ dic*, vt multitudinis cōsensum reuereatur. Itaq; in primitiua ecclesia secundùm hoc Christi præceptū denunciabantur peccatores post vnam & alterā correptionē toti ecclesiæ alicuius loci, hoc est, Chri- 1. Cor. 5. stianis legitimè cū suo episcopo aut pastore congregatis, ibique, si impœnitentes persistebant, omnium consensu & approbatione excōmunicaban C tur ab Episcopo. Vnde Paulus incestuosum Corinthium tradens Sathanæ, dicit se id facere cum congregatis secum secundùm spiritū Corinthiis. Ego, inquit, absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens eū qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cū virtute Domini nostri Iesu Christi tradere huiusmodi hominē Sathanæ, &c. Et Tertullianus in Apolo. cap. 39. cùm describit qualis suo tēpore fuerit disciplina Christianorum in congregationibus ipsorum, inter cætera sic habet: Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura diuina. Nam & iudicatur magno cū pondere, vt apud certos de Dei conspectu, summūq; futuri iudicij præiudicium est, si quis ita deliquerit, vt à cōmunicatione orationis & conuentus, & omnis sancti commercij relegetur. Præsident probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti, &c. Verū postea cùm optimus ille primitiuæ ecclesiæ status remissus est, & ob instabilis vulgi tumultus non conueniret pleraque agi arbitrio & consensu vulgi, cœptæ sunt denunciationes fieri tantū ad ecclesiarum præsides, quorum etiam priùs ab initio semper fuit prima authoritas in iudicando & excommunicando peccatores denunciatos, quamuis non sine cōsensu & approbatione fidelis multitudinis. Proinde D. Chrysostomus exponens hic nomē ecclesiæ, habet, præsulibus scilicet & præsidentibus. Vnde factum deinceps vt harum rerum cura committeretur ab episcopis, ipsis archidiaconis, & officialibus, quēadmodū hodie obseruari videmus. Porrò *Quid significet Ecclesia.* ecclesiæ nomē dictio est Græca, significans cœtū, congregationē & multitudinem, sicut & synagoga: nisi quòd hoc nomen dicitur à congregando, illud verò à conuocando. Detiuatur enim illud à σωάγω, congrego: istud verò ab ἐκκαλέω, id est, euoco. Vnde in veteri testamēto Septuaginta interpretes duas illas Hebraicas dictiones עדה ædā, & קהל kahal, indifferenter vertūt συναγωγὴν aut ἐκκλησίαν. Itaque in veteri testamento nomen hoc simpliciter significat multitudinē & cōgregationē, adeo vt & pro malorū collectione legatur po- *Psal. 1.* situm, vt in illo Psal. Odiui ecclesiam malignantium. Et Prouer. 5. Vtrumque nomen in eodem significatu in malā partem ponitur: Penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ & synagogæ. Verùm sicut tēporibus Apostolorum in Græca lingua nomē synagogæ fuit appropriatum cōgregationi Iudæorū, & domui in qua Iudæi congregabātur: ita nomen ecclesiæ ab ipsis Apostolis appropriatū est congregationi & multitudini Christianorū, vt res noua nouam etiam & distinctam à cōgregatione Iudæorum haberet nomenclaturā. Et sanè nomē ecclesiæ magis conuenit fidelium congregationi, nomen verò synagogæ Iudæorum congregationi. Nam ecclesiæ nomen significat multitudinē conuocatam, synagogæ verò nomen, multitudinem congregatam. Itaque illud significat conuenientis multitudinis maiorem libertatem & volūtarium conuentum magis quàm istud, quod coactionem magis significat. Annotauit istud D. Augustinus *Psal. 81.* Psal. 81. sic scribens: Nostram Ecclesiam Apostoli nunquam synagogam dixerunt, sed semper ecclesiam, siue discernendi causa, siue quòd inter congregationem, vnde synagoga, & conuocationem, vnde ecclesia nomen accepit, distet aliquid, quòd scilicet cōgregari & pecora solent, atque ipsa propriè, quorum & greges propriè dicimus: cōuocari autem magis est ratione vtentium, sicut sunt homines. Hæc ille. Certè Athenienses cùm conuentum, peculiariter ἐκκλησίαν vocabant. Nā quoties ad magnæ alicuius rei spectaculum homines ex agro accersebant, Διάκλησιν appellabant, σύγκλησιν autem de cōsulibus dicebatur. Itaque in nouo testamento nomen, ecclesia, ponitur pro congregatione fidelium, & aliquando quidem pro multitudine omnium fidelium in toto orbe dispersorum, qui per euangelicam tubam euocati sunt in eandem fidē, spem & charitatem, & ad eiusdem fœlicitatis consortiū, vt cùm suprà dicitur; *super hanc* *Mat 16.* D *petram ædificabo ecclesiam meam.* Et ad Ephes. c. 5. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam suam. Aliquando verò pro multitudine fidelium in certo alioquo loco existentium sub suo pastore, vt cùm dicit se Paulus scribere ecclesiæ Thessalonicensium, & Ioannes se- *1. Thes. 1. Apoc. 1.* ptem ecclesiis Asiæ. Et in hac significatione plerunque accipitur pro multitudine fidelium, etiam si non sit corporaliter congregata: aliquando verò pro tali multitudine corporaliter in loco aliquo congregata, vt hoc loco, & rursum cùm Actuum 18. Paulus dicitur in Cæsarea salutasse E Ecclesiam. Malè autem quosdam asserere, ecclesiam esse tantùm cōgregationem iustorū aut prædestinatorum, vt Lutherus asseruit, ac proinde ecclesiam esse inuisibilem & planè spiritualem, vel ex hoc loco patet, cùm præcipimur dicere ecclesiæ, quam vtique ne cognoscere quidem possumus, si tantùm iustorum est congregatio, cùm soli Deo iusti sint cogniti. Sed vt ad rem redeamus, iubet Dominus ecclesiæ denunciari fratris bis admoniti peccatum, non quidē vt in multitudinis autoritate famine diffametur, sed vt multitudinis autoritate sanerur. vnde dicit: *Si autem ecclesiam non audierit,* significans cum ideo denunciandum ecclesiæ, vt

ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab ea admoneatur & corrigatur. Si, inquit, ecclesiam nō audierit, iam tanquā incorrigibilē & insanabilem non amplius habe vt fratrem, sed sit tibi tanquā ethnicus & publicanus. Quo significatur, ab eius cōsortio abstinendum esse, nec communicandū ei neque in diuinis, neq; in humanis. Vult enim Dominus talem sic habēdum, quomodo Iudæi habere solent ethnicos & publicanos, à quorum mensa & consortio omni sic abstinebant, vt pollui se existimarent si quouis modo cū eis communicassent. Sic autem à fratris impœnitētis consortio abstinendum esse, duplici de causa indicat D. Apostolus in epist. 1. ad Corint. nēpe tum vt ille destitutus consueto consortio, ac ob id pudefactus resipiscat, tum ne suo cōtagio immedicabili alios inficiat: Nescitis, inquit, quia modicū fermētum totam massam corrumpit? Auferte malum ex vobisipsis. Non est tamen, vt ex eodem Apostolo
1 Cor. 5. satis patet, frater sicut ethnicus habendus, nisi cū iam ab ecclesia fuit eiectus & excommunicatus, quod ab ecclesia fieri debere cùm admonētem audire noluerit, indicat Dominus mox in sequentibus, cùm subiicit: *Quæcunque alligaueritis*, &c. Porrò circa hoc Domini præceptum de correctione fratris, & modo in correctione seruādo possunt ex scripturis & factis approbatis nōnulla moueri dubia. Primò enim si frater peccans semper est corri-
Quomodo corripiendus frater. piendus, quomodo dicit Sapiens: Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriā facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne
Prouer. 9 oderit te. Deinde si ad correptionem fratris peccātis omnes tenētur, necesse erit ergo omnibus negotiis posthabitis huic rei insistere, cùm peccātiū plena sint omnia. Iam si seorsum & priuatim semper est corripiendus primò, quomodo Paulus pa-
1. Tim. 5. Act. 5. lā Petrum reprehendit non præmissa secreta admonitione, qui etiā Timotheo præcepit: Peccantē corā omnibus argue? Et Petrus Ananiæ & Sapphiræ secretum peccatū & publicauit, & puniuit sine secreta admonitione? Et in capitulis religiosorum fiunt proclamationes de culpis, nulla admonitione secreta præmissa. Et in iudicio tum ciuili, D tū Ecclesiastico fiunt accusationes sine præuia admonitione, quæ accusationes etiā canonico iure sunt approbatæ. Nā c. qualiter & quando 2. de Accusatione determinatur, quod accusationē debeat præcedere inscriptio, sicut denunciationē admonitio. Præterea cùm Dominus nō nisi post trinā admo-
Tit. 3. nitionem vult aliquem habeti sicut ethnicum & publicanum, quomodo Paulus dicit Tito scribens: Hæreticum hominem post vnam & alteram correptionem deuita. Postremùm, si Ecclesiæ communitas habēdus est sicut ethnicus & publicanus, licebit ergo cum eo edere & consortium habere, qua hæc licēt nobis cum ethnicis, cùm tamē Paulus distinguat inter ethnicos & fratres peccantes, permittens nobis cum illis edere, cū his verò nō. E Pro horum solutione, sciendum primò præceptū hoc de correctione fratris pertinere quidē nō solùm ad Ecclesiæ præpositos, quāuis ad eos maximè pertineat. teste Augustino, sed & ad omnem fidelem: tamen cùm sit affirmatiuum præceptū, secundùm naturā & conditionem præceptorum talium, nō obligat pro omni tempore, sed pro eo solùm tēpore & loco, quo oportuna & vtilis est eius obseruatio & executio, ad eum finē ad quem est constitutum, videlicet ad emendationem peccantis fratris. Proinde cùm vel propter conditionem corripiendi, vel propter qualitatem corripientis non speratur peccantis emendatio, sed potius verisimiliter metuitur eius ex correptione depravatio, videlicet quòd incipiet insectari corripientem, aut veritatē ostēsam impugnare, aut simile quid, nō obligat, saltem quemlibet, hoc præceptū, imò obligatur quisque potius correptionē hic præceptā omittere, ne spargat margaritas ante porcos, & illi conuersi disrumpant eum. Ob hāc ergo causam Sapiens derisorem, cuius scilicet prauitas notissima est, quem experientia aut indicia quædam docuerunt veritatem irridere, contemnere, & impugnare, arguendum non esse docet, vt ne & ille deterior fiat, & correptor sibi nihil nisi odium lucrifaciat. Frustra enim niti, inquit quidam, & nihil aliud laborādo quā odium quærere, extremæ dementiæ est. Sciendum secundò, quædā peccata esse occulta, quædā publica. Et publica quidem, quoniam vergunt in scandalum totius multitudinis, pro scandalo amouendo mox publicē sunt corripienda, idque ab his maximè qui authoritatē habent, propter quod Timotheo episcopo præcipit Paulus vt eos qui publicè peccarent, aut quorum peccatū esset publicum & omnibus notū, coram *Galat. 2.* omnibus argueret. Et Petrū ipse publicè mox reprehendit, quod factum ipsius esset publicum, & in multorum vergeret scandalū. Secreta verò peccata, priusquam publicētur & denuncientur Ecclesiæ, secreta sunt admonitione corripienda, nisi illa sint talia, vt nisi mox denūcientur, sint in alicuius communitatis aut multorum dispendium magnum cessura, nec tēpus aut locus sit secretæ admonitionis: aut si sit, nō est spes correctionis eius qui peccare aliquid disposuit. Tunc enim prætermissa admonitione secreta procedendū est ad publicam denunciationē, si modò spes aliqua sit per eam peccatū illud impediēdum aut corrigēdum, quia magis oportet habere rationē detrimēti multorum quàm famæ vnius. Secus est, si peccatū occultum tantùm noceat ei qui cōmittit, aut mihi qui illud cognosco. Tunc enim secūdum hoc Domini præceptū obligor ad secretam fratris prēmonitionem, tempore & loco oportunis, secundum quod supra dictū est. Nam de huiusmodi peccato occulto Dominus significat se loqui, cùm non dicit absolutè: Si peccauerit frater, sed, *si peccauerit in te*. Vnde Augustinus lib. de verbis Domini super hūc locū: Apostolus dicit, Peccantem coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Aliquando ergo scias corripiendum esse fratrē solū, aliquando autem coram omnibus. Quid autē antè facere debeamus intendite & videte. Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Quare? quia in te peccauit, tu scis quia peccauit. Quid est, in te peccauit? Quia enim secretū fuit quando in te peccauit, secretum quæ-
re cùm corrigis quæ peccauit. Nam si solus noīi quia in te peccauit, & eum vis coram omnibus arguere, non es corrector, sed proditor. Sciendū ter tiò, duplicem esse delinquentis correptionem, secundum quod peccatum alicuius, ad cuius remedium adhibetur correptio, dupliciter considerari potest, videlicet aut vt est nocium ei qui peccat, aut vt est nociuum etiam aliis qui ex eo scandalizantur, aut malū aliquod reportāt. Vna ergo correptio est quæ adhibetur in remediū peccati, quateus nociuum est ei qui peccat, & hæc est correptio de qua Dominus hic loquitur: quę quoniā ex charitate

charitate fratris fieri debet, dicit correptio fraterna, & pertinet ad omnes, secundùm eum modum & ordinem quem Dominus hic præscribit, quādo vt dictum est, hic modus & ordo est in præcepto, hoc est, in secretis peccatis, quando spes est correctiōis. Altera correptio est, quæ adhibetur in remedium peccati, quatenus vergit in malū communitatis aut multorum. Et talis cùm sit actus iustitię, cuius est conseruare rectitudinem & æquitatem, pertinet potissimum ad iudices seculares, & prælatos Ecclesiasticos, nec prærequirit etiam in secretis peccatis secretā admonitionem, cùm nō tam adhibeatur in correctionem eius qui deliquit, quàm ad bonum iustitię conseruandum. Nam huiusmodi correptione frequenter etiam occiditur qui pecauit, & punitur etiam qui de admisso peccato pœnituit. Licitè ergo, imò iustè pro officio suo iudex, siue secularis, siue Ecclesiasticus, & eorum ministri quibus ex officio suo id incūbit, peccata communitatis offensiua traducunt & accusant, atque alios etiam iuramento & obedientia illis debita adigunt ad traducendum & denunciandum alicuius crimen occultum, si modò tamen illud per aliqua indicia, puta per infamiam & malas suspiciones, cœperit manifestari. Nā alioqui non possunt, cùm nō ipsi, sed solus Deus iudex sit occultorum iudiciorum. Rursus licitè quis læsus, in iudicio, siue seculari, siue Ecclesiastico accusat & denunciat lædētem, etiam si secretum sit nocumentum illatum, si modò non zelo vindictæ, sed solius iustitiæ id faciat, aut pro damni illati reparatiōe, quamuis
1. Cor. 6. id frequenter sit imperfectionis magnæ. Quare enim, inquit Paulus non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudē patimini? Notandū quare tò, corripere fratrem delinquentē sic esse debitum ex Domini præcepto, quomodo dare eleemosynā egenti: proinde sicut nō est necesse requirere egentes, sed satis est vt occurrentibus egenis, & his cum quibus viuere nos cōtingit, subueniamus: ita non est necesse vt peccātes quos corripiat quis requirat, sed satis est hoc beneficium impēdatur his qui occurrūt, & his quibus vitę huius necessitate coniungimur. Quod rursum saluator satis significat cùm dicit: *Si peccauerit in te*. Cùm enim debetur aliquid alicui determinatę & certę personę, siue sit bonum spirituale, siue corporale, oportet illud ei impendamus, non expectantes vt nobis occurrat, sed soliciti vt eum inquiramus: cùm verò aliqua debentur non certæ personæ, sed cōmuniter omnibus proximis, non oportet nos quærere quibus impendamus, sed sufficit nos paratos esse ad impendendum quibusuis, & impēdere his qui occurrunt, vt docet Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana. Sicut tenemur bouem proximi lapsū in foueam extrahere, non sic tamen vt teneamur quærere si qui sint lapsi boues, sed vt si quis occurrat lapsus, hunc extrahamus. Ex quibus omnibus patet ferè solutio ad argumenta priùs proposita. De facto autem Petri dicēdum, ipsum secretū peccatum & publicasse & puniuisse tāquam Dei executorem, cuius reuelatione & non humana cognitione peccatum cognouit. De religiosorū proclamationibus respondet Diuus Thomas secunda secundæ quæst. 33. artic. 7. ad 4. huiusmodi proclamationes esse de leuibus culpis quæ nōn derogāt famæ, & esse magis commemorationes oblitarū culparum quās quis de seipso confiteri deberet, quā accusationes vel denuntiationes. Nam si talia es-
sent per quæ fratris famæ & honori detraheretur, non esse sine præmissa secreta admonitione ea denunciandā, etiamsi prælatus virtute obediētiæ & iuramenti ad hoc adigeret, cùm obediēdum Deo
Tit. 3. sit magis quàm hominibus. Ad id quod Paulus dicit: hæreticum vitandum post secūdam correptionem; dicendum, ipsum non loqui de illis admonitionibus & correptionibus de quibus hic Dominus, sed de illis quibus Ecclesia & præsides eius corripere debent iam denunciatum, ante quam ex communicetur. Tito enim episcopo hæc scribit, quem vult eum qui de hæresi in Ecclesia est denūciatus & diffamatus, post vnam & alteram Ecclesiasticam & publicā monitionem deuitare, & præcipere ab omnibus esse deuitandum. Vnde & hūc morem seruat Ecclesia, vt denunciatum non excommunicet, nisi post binam aut ternam publicā monitionem, cùm scilicet declaratus fuerit contumax & prefractus. Ad id quod vltimò adducitur, patet solutio ex expositione illius partis; sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Non enim significare voluit Dominus fratrem ab Ecclesia eiectū sic habendū, quomodo nos Christiani habemus ethnicum & publicanum, sed quomodo Iudæi, apud quos Dominus hęc dixit, habebāt duplex illud hominum genus. Proinde mirandum quòd hoc loco scribit Caietanus: Libenter, (inquit) videre seruari hanc definitam à Iesu Christo pœnam non audiētium Ecclesiam, quòd scilicet sufficeret eos haberi vt ethnicos, hoc est, vt ipsi quidem ex vi excommunicationis haberētur vt ethnici & publicani, & nō involuerentur innocentes alij loquentes cum eis, qui nullū peccatum incurrunt loquētes & comedentes cum eis. Hęc ille. Ergo irrationabi-
1. Cor. 5. le Pauli præceptum, qui vult fidelem cum fornicario fratre nec cibum sumere. Irrationabile & Ioānis præceptum, qui dicit: Si quis venit ad vos, & hāc doctrinam nō affert, nolite recipere eum in domū, nec Aue ei dixeritis, Epist. 2. Videamus autem iam etiam, quàm sit hoc Domini præceptū æquum & salutare ac cōmodū. Quid enim æquius quàm vt frater diligat fratrem? Quòd si autem fratris dilectio exigit, vt à morte corporali quis fratrem suū præseruet, & omnia faciat ac tentet, quò eum ab imminēte morte eripiat, multo magis exigit dilectio fraterna, vt à morte spirituali imminēte quis fratrem suum, cúmque spirituale eripere omnibus modis tentet, etiamsi pro ea re aliquid molestiæ & laboris sit subeūdum. Iā quis modus conuenientior, iustior, & efficacior reducendi fratrem peccātē esse possit, quàm vt is primùm admoneatur suæ salutis priuatim, idque ab eo qui lęsus est & offensus? Cùm em quis videt alīū suæ saluti ac simul famę cōsulere, efficaciter sanè commouetur ad peccāti sui agnitionē & detestationē, idque eo efficatius, si fiat ab eo quē lęsit, quique rat lapsus, hunc extrahamus. Ex quibus omnibus patet ferè solutio ad argumenta priùs proposita. De facto autem Petri dicēdum, ipsum secretū peccatum & publicasse & puniuisse tāquam Dei executorem, cuius reuelatione & non humana cognitione peccatum cognouit. De religiosorū proclamationibus respondet Diuus Thomas secunda secundæ quæst. 33. artic. 7. ad 4. huiusmodi proclamationes esse de leuibus culpis quæ nōn derogāt famæ, & esse magis commemorationes oblitarū culparum quās quis de seipso confiteri deberet, quā accusationes vel denuntiationes. Nam si talia es-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonus medicus morbum aliquē curaturus,priùs A tentat eis pharmacis mederi quæ naturæ quā minimū obsint.non priùs ea remedia adhibens quæ naturæ vim sint illatura,quàm leuiora non succedere expertus fuerit. Iam quid mansuetius Dominus statuere potuisset,,quā vt frater nulla recipiēs remedia,nullos admittens,nō lapidetur,nec occidatur,sed ea tantùm pœna puniretur,vt habeatur sicut ethnicus & publicanus quod ipsum etiā ob prefracti illius & incurabilis salutem constituit,si fortè vel hac ratione corrigi possit?Cùm autem & tam æqua,& tam salutaris sit hæc Christi doctrina,dolendum eam ita planè negligi apud Christianos:dolendum item multò magis ei vix vllum esse locum apud eosdē.Primùm enim, vt omittam plerosque,cùm ab alio læduntur,non solùm non esse solicitos de fratris salute, sed mox ad vindictam aut accusationē iudiciariam procedere, aut ad insectandam amaris verbis lædentes se prosilire,quotusquisque etiam eorum qui boni habētur B nec vindictam aliquam expetunt, est, qui non à correptione hac fraterna cessēt vel tædio molestię & laboris in corripiendo suscipiendi,vel metu alicuius inimicitię & odij eorum qui sunt corripiendi,dum metuitur ne noceant in temporalibus rebus,siue quas adipisci adhuc cupiditas appetit, siue quas adhuc amittere formidat infirmitas.Rursum inter eos qui corripiūt,quàm rarus est qui id amico & fraterno faciat affectu,& nō potius cū aliquo supercilio & amaritudine? Sed magis deplorandū illud,q̄ vt sint parati aliqui ad corripiendum secundum ordinem à Domino præscriptum pauci admodum sint quos verisimile sit meliores & nō peiores potius euasuros ex admonitione et si amica & blanda,cùm præ superbia aut peccatum agnoscere nolint,sed excusationes quærāt in peccatis,aut ab alio se admonen ægrè admittant. Pauci enim sunt,qui cum propheta dicunt ex cor
Psal.140. de,Corripiet me iustus in misericordia,& increpabit me;oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum.Iam vt sit qui vlterius secundum ordinem à Domino traditum impœnitentē velit sanare,vix inueniet qui patiantur illi in corripiendo & denunciando fratrem adiungi.Maximè autem deplorandum illud,quòd is sit Ecclesiæ status,vt vix sit locus denunciandi impœnitentem Ecclesiæ,sicut Dominus id præcipit.Neque enim in publico Ecclesiæ conuentu peccatores amplius denunciātur,quod certè multos à peccando efficaciter abstraheret:neque prelati ipsi,& in Ecclesia deputati D (apud quod solos,Ecclesiæ personam reputantes nūc fieri debet denunciatio,mutato ob causas prisstino Ecclesiæ ritu)in hoc incumbūt vt publicos peccatores Euāgelico modo sanēt:sed aut ad grauissima crimina conniuentes, leuioribus intendūt, aut in peccātium punitione suū magis quæstum spectant quàm illorum emendationem,gaudentes quandoque(proh dolor)ob maioris lucri spem,in præuaricantiū multitudine & impœnitētia,vt ob id à denunciatione Euāgelica boni etiam fibi putent frequenter cessandū,quòd intelligant E se nō consequuturos per eam optatum finē. Certè inter causas,ob quas Dominus in hoc mundo bonos pariter cum malis grauissimis calamitatibus affligit,deputat Augustinus lib.1. de ciuitate
Augustin. in regula. Dei,omissionem huius fraternę correptionis pro præcipua causa,vt videre licet cap.9. Qui Augustinus cōsiderata æquitate, necessitate, & salubritate huius præcepti in regula sua planè Euāgelica prolixè illud prosecutus est,docens quomodo illud impleri debeat.Qui locus quoniam non parum facit ad intelligendum,quomodo hoc præceptum implendū sit,præstat eum hic inserere. Habet autē sic:Si hanc de qua loquor oculi petulantiam in aliquo vestrū aduerteritis,statim admonete,ne cœpta progrediatur,sed de proximo corrigatur. Si autē & post admonitionē iterum vel alio die quocūque,id ipsum eum facere videritis, iam velut vulneratum sanandum prodat quicūq; hoc potuerit inuenire, prius tamen & alteri vel tertio demonstratum, vt duorum vel trium possit ore cōuinci,& competenti seueritate coerceri. Nec vos iudicetis esse maleuolos, quādo hoc indicatis Magis quippe innocentes non estis,si fratres vestros quos indicando corrigere potestis, tacēdo perire permittatis. Si enim frater vn⁹ vulnus haberet in corpore quod vellet occultari cū timeret secari,nónne crudeliter abs te fileretur, & misericorditer indicaretur?Quātò ergo potius debes manifestare,ne deteri⁹ putrescat in corde? Sed antequam aliis demonstretur,per quos conuincendus est,si negauerit priùs,Preposito debet ostendi,si admonitus neglexerit corrigi,ne fortè possit secretius correptus nō innotescere ceteris. Si autem negauerit,tunc neganti adhibendi sunt alij,vt iam coram omnibus possit nō ab vno teste argui,sed à duobus vel tribus conuinci:conuictus verò secundùm præpositi vel etiam presbyteri ad cuius dispensationem pertinet, arbitrium, debet emendatoriam subire vindictam.Quam si ferre recusauerit,etiam si ipse non abscesserit,de vestra societate proiiciatur.Nō enim & hoc fit crudeliter, C sed misericorditer,ne contagione pestifera plurimos perdat.Hæc ille.In cuius verbis non debet videri esse cōtra Christi constitutionem,quòd præcipiat,Preposito prius ostendi peccātem,quàm testes adhibeat.Non enim vult præposito ostendi tanquam personę publicę,quę sua authoritate illum possit punire,sed tanquam personæ priuatę, cuius admonitio plus valere possit propter authoritatem,apud fratrem peccantē.Non enim Dominus post secretam monitionem ante testium inductionē omnia alia media, quę charitas suggerere potest,vult excludere,sed tantum dicit testes adhibendos,quamquam non semper statim.Loquitur enim de testibus quibus in iudicio peccans convinci possit.Quòd si etiam de testibus talibus intelligatur Dominus loqui,qui peccantem docere possint,& testari ei malum esse quod facit,iam prepositus ille,de quo Augustinus,comprehēditur sub illo vno de quo Dominus: *Adhibe tecum adhuc vnum*,&c.Ad quem sanè modum conuenit in Ecclesia inter Christianos eum qui credit propter qualitatis suę humilitatē admonitionem suā nō profuturam,sed potius obfuturam,suggerere fratris peccatum ei cuius authoritatem scit apud ipsum aliquid valere.Et vt paucis cōcludendo materiam hanc absoluā,in hoc Domini præcepto,sicut & in aliis plerisq;magis attendenda est Domini intentio quā verba.Intentio autē eius hoc loco est,studiosè tentandum modis quibuslibet aptioribus,vt vel frater peccans resipiscat,vel si id impetrari nō potest,à contagio ipsius alij præseruentur.Quòd si vel pro altero vel vtroque horū aliquid secus fieri cōueniat quàm à Domino præscriptum est,fiat.Si verò vel alterum horum, vel neutrum

neutrum horū,aut eo modo quem Dominus præscripsit,aut alio, aliquo,expectari non possit, geniat apud se iustus, & peccantium correctionē & sanorum præseruationem Domino fideliter eommendet.porro quàm malum sit correptum nō acquiescere cortipienti,testatur multis locis Sapiēs. Nam Prouerb.13.Egestas,inquit,& ignominia ei qui deserit disciplinam:qui autem acquiescit corripienti,glorificatur. Et cap.15. Qui abiicit disciplinam,despicit animam suam:qui autē acquiescit increpationibus,possessor est cordis.et cap.19 B Viro qui corripientem dura ceruice contemnit,repentinus ei superueniet interitus,& eum sanitas non sequetur.In quem modum & aliæ multa habet,infœlicitatem & incurabilitatem significātia eius qui correptiones non admittit.Quoniam autem sunt qui hunc locum vel maxime proferunt, quo probent concilium esse supra pontificem Romanum,adeo vt à concilio monitus, excommunicari ab eo possit nisi resipiscat,quoniam & ipse comprehendi videtur sub illo verbo Domini: *Si peccauerit in te frater tuus*; quia nomine fratris significatur Christianus:dicendum verum quidem esse quòd circa illum seruari debeant etiā ea quæ hic Dominus docet,excepto eo quod tertio loco C dicitur de denunciatione Ecclesię facienda. Nam Ecclesię suę denunciari non potest,in qua habeat prefectum.Et quamquam denunciari possit Ecclesię cuius ipse est membrum,ad hoc vt ab ea moneatur,nō tamen ad hoc vt ab ea ligetur, cùm non sit in ea aliquis ei præpositus à quo possit ligari,sicut nec episcopus aliquis particularis à sua Ecclesia cuius est episcopus,ligari potest.

AMEN DICO VOBIS, QVAECVNQVE ALLIGAVERITIS SVPER TERRAM, ERVNT,&c.]Theophylactus secutus Origenem intelligit hanc sententiam pertinere ad vnumquēlibet in quem frater aliquis peccauit,qui post tertiam admonitionem præcipitur,illum impœnitentem habere sicut ethnicū & publicanū. Sic enim habet:Si tu,inquit, offēsus habes eum qui te iniD ria affecit sicut ethnicum & publicanum,erit ille in cœlo talis.Si autem soluetis eum,hoc est,ignoueris;erit ei & in cœlo condonatum. Non enim solùm quę soluunt sacerdotes sunt soluta,sed quæcunq;& nos iniuria affecti vel ligamus vel soluimus,& ipsa erūt ligata vel soluta.Hęc ille.Quibus verbis non hoc voluit significare Theophylactus, quemlibet habere eandem illā potestatem soluendi & ligandi quam Dominus Apostolis cōcessit,& quam habēt sacerdotes,quemadmodum asseruit Lutherus:sed quomodo qui offensus est ab aliodicitur illi remittere offensam,modo tamen diuerso E ab eo quo sacerdos dicitur remittere nomine Dei peccatum:sic etiam dicitur Theophylacto soluere peccatum vel ligare.Et siquidem is pœnitentia fratris motus,iniuriam illi remittat, remissa erit etiam in cœlo;si verò ob illius impœnitētiam iniuriam non remittat sed habeat sicut ethnicum & publicanum,nō remittetur etiam in cœlo.Itaque Theophylactus intelligit hac sententia significatum à Domino,non paruifaciēdum aut cōtemnēdum,si quis aliquem ob suam impœnitentiam habeat sicut ethnicum.Quāquam autem hęc eius intelligentia sanè intellecta sit catholica, quam & quidā sequitur in Paraphrasibus, aliena tamē est ab Ecclesiasticorum omnium patrum intelligētia qui his verbis sicut supra Petro,ita iā ipsis Apostolis,& in ipsis eorum successoribus,Ecclesiarū præsidibus intelligunt à Domino datam potestatē soluēdi & ligandi. Quia ergo dixit fratrem impœnitentem bis admonitum deferendum Ecclesiæ,& si illam non audierit,habendum sicut ethnicum,ne *Titum 3* quis contemnat Ecclesiasticam authoritatem,quæ penes prędides est,& qua cōtumax ille est anathematizandus,vt sic habeatur ab omnibus fidelibus sicut ethnicus & publicanus,hinc Dominus hac sententia ostēdit quanta sit potestas Ecclesię,& eorum qui Ecclesię prędunt,eiusque personā gerūt, vt sciant quia à talibus condemnantur,humanam sententiam diuina sentētia roborari & approbari, sicq;tales duplici ratione ad sanitatem compellit, tum mundana scilicet infamia,tum metu iudicij & condemnationis cœlestis.Porro cùm, vt suprà dictum est,duplex sit modus ligandi & soluendi, secūdùm quòd duplex est vinculum in scripturis, peccatum & præceptum:hic potissimū est ad propositum prior ille ligandi & soluendi modus qui est ratione peccati,secundùm quem modum dupliciter soluere & ligare contingit,iuxta duplex forum Ecclesiasticum,exterius scilicet & interius. Exteriori enim foro,in quo,sicut in foro ciuili,secundùm dicta & allegata testium nocēs condemnatur,& innocens absoluitur, conuenit ligare in peccato,per excommunicationem soluere verò à peccato,per absolutionē ab excommunicatione.Qui legandi & soluendi modus, cùm tantùm requirat potestatem iurisdictionis, competere & committi potest quibuslibet clericis,etiam nō sacerdotibus,quemadmodum hodie fieri videmus. Interiori verò foro,quod & forum pœnitentię vel conscientiæ dicitur,in quo peccator aliquis propria confessione se accusat coram Dei vicario,con *1.Cor.5* uenit etiam ligare in peccato,& ab eo soluere,per retentionem peccati,aut eius remissionem sacramentalem:qui ligandi & soluendi modus, cùm non tātùm potestatem iurisdictionis requirat, sed etiam potestatem ordinis,solis sacerdotibus competere potest,quamquam non omnibus cōueniat, eo quòd non omnes habeant iurisdictionis potestatem.Cùm autem propositio maximè conueniat prior ligandi vel soluendi modus,hinc hoc loco excommunicatio fundata est.

ITERVM DICO VOBIS, QVIA SI DVO EX VOBIS CONSENSERINT SVPER,&c.]Variè hęc sententia à diuersis ostēditur quomodo proposito Domini deseruiat.Verùm rectissimè dicetur etiam hac sentētia Dominū significare voluisse,quanta sit Ecclesiæ hoc est,congregationis fidelium,cui denunciandū impœnitentē fratrem suprà voluit,potestas,videlicet quòd si vel duobus tantùm cōsentiētibus impetraturi sint illi quicquid volent,multò magis totius alicuius ecclesiæ iudicium sit pertimescendū,& quod illa voluerit,à Deo sit approbādum.Vnde satis patet potestatem illam ligandi & soluendi,de qua suprà dixit Dominus,pertinere ad totam ipsam Ecclesiam cui frater est denunciandus,quamquā hāc potestatem non sic habeat Ecclesia,vt eam vnusquisque qui est Ecclesię membrū habeat,sed sic vt ipsa sit penes Ecclesiæ caput,nempe episcopum & pastorem,qui,vt dictum est suprà,cōsentiente & approbante fidelium multitudine solet vti in primitiua Ecclesia hac potestate sicut nunc eadem vtitur in persona totius Ecclesiæ,etsi eius cōsilus & approbatio nō ita iā requiratur,quòd eam requirere nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam obiustas causas expediat,quemadmodum tamen vtile erat in primitiua Ecclesia. Certè ad finẽ & intentionem hãc,dictam esse à Domino hãc sententiam & sequentem; *Vbi enim sunt duo*, &c. satis ostendit locus ille Pauli 1.ad Cor.5.suprà citatus,cùm dicit se iudicasse Corinthium illum incestuosum tradere satanæ,sed cõgregatis cum suo spiritu Corinthiis in nomine Domini Iesu Christi. Qui paulus illum eundem pœnitentem cùm absoluendum iudicaret,requirit & Corinthiorũ cõsensum,scribẽs Epist.2.cap.2. Obsecro vt confirmetis in illum charitatem.Cui autem aliquid donastis,& ego.Nam & ego quod donaui,si quid donaui,propter vos,in persona Christi. D.Hieronymus & Chrysostomus aliò referunt hanc sententiã,intelligẽtes Dominum,qui toto superiori sermone ad concordiam prouocauit,& cõtentionis supplicia posuit,concordiæ iam præmia polliceri, vt tum minis,tum promissis,ad concordiam & pacem nos cõgregaret.Non dicit autem absolutè:Si duo consenserint super terram,sed *si duo ex vobis*, hoc est,ex fidelibus,qui non mundana,sed diuina inter se dilectione cõsenserint:Dicit autem,super terram,sicut supra dixit, *quæcunque alligaueritis & solueritis super terram*,terræ in qua viuunt homines vtrobiq; opponens cœlum in quo regnat pater: ac sic concordiæ vim magis demonstrans,vt quæ Deum in cœlis faciat approbare ea quæ in terris fiunt.Quod autem dicit, *de omni re quecunque petierint fiet illis*,sic est intelligendum, quo modo supra illa generalis sententia: *Omnis qui petit*, *accipit*.Et alioqui Dominus præsupponit duos consentientes,qui Apostolis sunt similes,quiq́ue diuina inter se charitate consentiunt,non petituti nisi recta & rectè.Rationem autem efficaciæ consentientium in impetrando,assignat ex presentia sui in medio talium,dicens:*Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo*(id est, propter me, & causam aliquam ad me pertinentem)*ibi sum in medio illorum*,quasi dicat,ob meam præsentiam exaudibilis patri efficietur eorum oratio.Aut ideo dicit se esse in medio eorum, vt significet etiã se adimpleturum ea quę illi petũt, eorũq́ue conatus adiuturum,vt quod superiori sententia patri tribuit,iam etiam sibi tribuere intelligatur.Dicitur enim Christus esse in medio aliquorum consentientium,nó solùm propter præsentiam suæ diuinitatis,secundùm quam vbique est,sed magis ratione specialis suę gratię & assistentię,qua illorũ orationes Deo patri facit acceptas,tanquam à se simul fusas,aut eas ipsemet acceptat & adimplet.His ergo sententiis dupliciter commendat fraternam cõcordiam, tũ scilicet propter ipsius in impetrãdo vim apud Deum patrem,tum quod illa singulari sui præsentia sit decorata.Hinc ergo discendum quãtum tribuendum sit synodis & generalibus conciliis pro fidei,& morum custodia in nomine Christi cõgregatis & celebratis. Cæterùm Diuus Hieronymus & Theophylactus secuti Origenem,has duas sententias etiam spiritualiter intelligunt, sic vt vni etiam homini cõueniant.& significetur quòd vbi corpus & anima,vel tria hęc,nempe spiritus,anima,& corpus consenserint,& nõ intrà se bellam habuerint diuersatũ voluntatum,de omni re quã petierint impetrẽt à patre.Bona enim necessariò est oratio,vbi est talis concordia.

TVNC ACCEDENS PETRVS AD EVM DIXIT: DOMINE QVOTIES PECCABIT, &c.] Cùm Petrus audisset fratrem peccantem in se corripiendum,& eidem pœnitẽti peccatum esse cõdonandum, dubitare cœpit quoties id esset faciendum,& putans se magnum aliquid dicere,quærit numy quel septies,fortè memor illius quod dicit Sapiens Prouerb.24.Septies in die cadit iustus.& resurgit. Dominus verò longè Petri exceders benignitatem,non septies tantùm, sed etiam septuagies septies dimittendum pœnitenti docuit. Vbi notandum, illud, *septuagies septies* dupliciter accipi. Augustinus enim accipit,vt per illud tantùm significentur septuaginta septem,vt scilicet non indicetur multiplicatio numeri posterioris per priorem,sed tantùm posterioris ad priorem adiectio,ac si diceretur interposita cõnectione,septuagies & septies.Sic sanè hęc orõ, septuagies septies,accipitur Gene.4.cùm dicit Lamech in nostra lectione:De Cain septuplum vltio dabitur,de Lamech verò septuagies septies.Apud Hebræos enim inter duos hos numeros ponitur coniunctio.D.Hieronymus autem & Theophylactus hanc orationem sic accipiũt,vt significetur numerus septenarius septuagies à Domino multiplicatus,vt septuagies septies efficiant 490.Quomodo accipiendã hanc orationẽ ex græcis omnino apparet,quę habẽt,ἑβδομηκοντάκις ἑπτά,quod est ad verbum,septuagies septem,quod manifestè satis indicat septenarij numeri per septuagenariũ multiplicatione.Et tamen etiã in Genesi pro eo quod Hebręa habẽt septuaginta & septem vel septuagies & septies,interpretes Septuaginta verterũt sicut hic habetur, ἑβδομηκοντάκις ἑπτά,id est,septuagies septem,vt videri etiam possit Dominum ad illum locũ alludisse, & sic iam voluisse multiplicari septuplam remissionẽ Petri, quomodo Lamech olim multiplicauerat septuplam punitionem Cain. Origenes ipse etsi Græc⁹, illud ἑβδομηκοντάκις ἑπτά videtur accepisse pro septuaginta septẽ.Nec multum refert vtrouis modo accipiatur,cùm eodẽ recidat sensus,& sit manifestũ numerũ talem determinatũ pro indeterminato esse positũ,& significatum esse à Domino,quòd quotiescunq; hominem offendi cõtigerit,toties debere offensã remittere ei qui offendit.bene autẽ Dominus numero septenario vsus est,quòd hic sit inscripturis numer⁹ remissionis & indulgẽtię.Quòd si per septuagies septies intelligatur 77.iam obseruari potest huius numeri mysteriũ,nempe quòd sicut in septuagita & septẽ generationibus Lamech punitas est:(nã 77.filios habuisse dicit Iosephus,qui omnes diluuio perierunt)ita saluator noster,per quẽ peccatũ abolitũ est,in septuagesima & septima generatione natus est.Nã in geneologia lucę à Deo & Adã vsq;ad Christum inclusiuè sunt 77.generationes.

IDEO ASSIMILATVM EST REGNVM COELORVM HOMINI REGI, QVI VOLVIT, &c.] Postquam dixit Dominus dimittendum fratri pœnitenti,etiam si septuagies septies peccet, quò ostẽdat quàm sit id & æquũ & necessarium,parabolã pro suo more,& consuetudine Pallesthinorum adiungit,vt quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest,per similitudinẽ atque exẽplum teneatur.Ideo,inquit,quia scilicet oportet semper ignoscere ei qui semper resipiscit,aut vt intelligatis quàm sit & æquũ & necesse fratri peccatũ semper remittere cùm pœniteat,scitote regnũ cœlorũ assimilatum esse homini regi,hoc est,in regno cœlorum quo desit Ecclesia Dei,

pei,perinde cõtingere atq; si fuerit rex aliquis,&c. Porrò quò parabola hæc secundùm saluatoris intentionem explicetur,nec singula quæ in ea dicũtur sensui mystico curiosè nimis & superflue accommodentur,præcipua Domini intẽtio est spectanda,& quę illi sunt accõmoda,in parabola obseruanda,teliquis prætermissis,quæ pro exempli decore & perfectione sunt addita.Intentio autem Domini est,hoc exemplo ostendere Deũ patrem misericordissimum quidem esse erga peccãtes,in eosdem tamen esse seuerissimum,si nolint illi vicissim benigni esse erga peccantes fratres & conseruos.Proinde obseruandum parabolam hãc ex tribus constare partibus.In prima parte proponitur rex aliquis,qui cùm cœpisset rationẽ & computum inire cum seruis suis,& vnus oblatus esset qui deberet summam maximam cui nó esset soluendo,nempe decem milia talentorũ,& ob id rex iussisset quod iustum erat,illum cum omnib. suis vẽdi,quo persolueretur debitum,mox tamẽ regali sua manificentia & benignitate,seruo humiliantę se,& debitum quidem agnoscenti,sed tãtùm dilationem solutionis petenti,totum etiam illud immensum debitum remisit,nõ quod seruus talem benignitatẽ alioqui fuisset prometitus, sed quod dominus eius misericordia erga eum moueretur. vnde dicitur; *Misertus autem eius*.In secunda parte proponitur idem seruus mox à consecuto tãtę remissionis beneficio,longè minus debitum,nempe centũm denarios repetiisse à conseruo,& repetiisse cum summa austeritate & crudelitate,nimirum iniiciendo illi manus violentas,& suffocãdo, hoc est,premendo collum eius,nec illi sese multum & suprà quàm decebat apud conseruũ,humiliãti, ac eisdẽ verbis,quibus ipse prius dominum suum precatus erat,tãtùm dilationem solutionis deprecanti,non solùm nó remisisse paruum illud debitum,sed nec petitam solutionis dilationẽ cõcessisse,verùm in carcerem eum coniecisse,donec vniuersum debitum redderetur,cui tamẽ duplici nomine benignitatẽ debebat, tum scilicet quia secum vnius & eiusdem cõditionis,tum quia domini illius seruus,cuius tantam in se expertus erat benignitatẽ.In tertia parte proponitur;quomodo indignitate huius summę crudelitatis collatęcum benignitate regis summę,offẽsi grauiter sunt ipsi mùm quidem conserui,ita vt illam non ferentes domino suo eam referrent,& de ea cõquererentur:deinde verò etiam ipse dominus,ita vt seruo vocato acdurè reprehẽso de sua ingratitudine,& summa crudelitate,& deinde tortoribus tradito, remissum semel debitum vsq;ad extremum iusserit ab eo repeti.Prima ergo parte significatur,Deũ patrem regem ac dominum omnium, rationem quidem requirere factorũ ab hominibus, sed tãtæ esse benignitatis,vt si quis debitum suorũ peccatorum,etiãsi maximum sit & plurimum,cui soluendo nulla ratione par esse possit,agnoscens sese humiliet,& eius benignitatem ac lõganimitatem precetur ex sola illius misericordia,maiorẽ sit cõsecutur⁹ benignitatẽ,quàm petere aut sperare ausus fuisset,vniuersi illi debito penitus remisso. Qualis Dei inopinata benignitas etiã in parabola filij prodigi significatur postea.Secũda parte significatur,quãta sit simul & ingratitudo & crudelitas eius,qui inopinabilẽ clementissimi Domini benignitatẽ expertus in remissione maximi debiti quo quisq;certè Deo est obstrictus,paruum recusat debitum in se admissarum tninriarum cõseruo remittere,sed extremam ab eo vltionẽ & vindictã crudeliter requirit, cui duplici nomine magis debebat exhibere benignitatem,quàm Dominus eius ipsi exhibere debebat.debitum enim fratris peccantis,quantumuis sæpe & grauiter in fratrem & cõseruum committatur,minimũ sanè est in comparatione debiti quo quisq;Deo est obnoxius,quemadmodum incomparabile est debitum μυρίων ταλάντων id est, decem milium talẽtorum, ad ἑκατὸν δηνάρια,id est,centum denarios.Quemadmodum eñ talentum lõgè maius est denario, & decem milia longè plus sunt quã centum: ita & longè maiora & longè plura sunt peccatorũ debita,quib.Deo quisq;est obstrictus,quàm possint esse fratris in frattem.Talentũ enim,quemadmodum docet Budæus,vt minimum valet sexaginta minas Atticas,hoc est,libras argenti.Libra autem cẽtum denarios.Vnde cùm deni coronati in libra constituì possint secundùm eiusdem computationem rectam,consequitur talentum vnũ valere sexagies denis,hoc est,sexentis coronatis:vnde centum talenta valent centies sexcentos coronatos, hoc est,sexaginta milia:& mille talenta valẽt sexcẽta milia coronatorum:ac proinde decem milia talentorum valent decies sexcenta milia coronatorũ,hoc est,sexagies cẽtum milia coronatorum, aut,quod idẽ est,6000000.sexies mille milia, quæ summa planè incomparabilis est ad centum denarios,qui tantum valent decem coronatos. Tertia parte significatur,eorũ qui in proximos suos nolunt esse clemẽtes ingratitudine & crudelitate offendi & ãgelos & iustos quosuis& Deum ipsum, adeo vt qui alioqui est clementissimus,ira plenus seuerissimè in illum q ui talis est sit animadversus,nihil remittẽs,sed omnia simul debita exigẽs: quę quoniam nunquam persoluere poterit,in perpetuum in gehennę carcere ipsum torqueri oportebit.Quòd autem in hac parte significatur debitum remissum semel,iterum Deumpropter ingratitudinem repetere,cùm paulus dicat dona Dei esse sine pœnitentia,sic est accipiendũ,nõ quòd re- *Rom 11*
deat propriè reat⁹ peccatorũ præcedẽtium semel dimissorum,sed quod virtute contineatur in illa ingratitudine & in crudelitate in fratrẽ admissa, eo q̃ peccata illa remissa efficiant vt ingratitudo illa & crudelitas tã graue peccatum reputetur,& pro ea tã seuerè quis puniatur,ac si priora peccata ei nunquã fuissent dimissa.Si enim non præcessisset præcedentiũ remisio peccatorum,non esset tam graue peccatum huiusmodiin cõseruũ crudelitas,quamquam alioqui per se peccatummagnũ. Quamquam autẽ per quoduis peccatum sequens peccatorum remissionem,possint peccata remissa dici quodammodo redire ratione ingratitudinis inquam homo incidit propter remissa illi semel peccata,& ratione cuius peccatum sequens aggrauatur:tamẽ peculiariter redire dicuntur per crudelitatem in cõseruũ admissam postacceptam à Deo peccatorum remissionem,eo q̃ crudelitas huiusmodi directè sit contra acceptũ remissionis beneficium.Ob quam cõsiderationem etiam alia tria peccatorum genera solent assignari.ob quæ peculiariter dicuntur remissa peccata redire,quæ simul cum eo peccati genere,de quo hic est sermo, his versibus memoriæ causa comprehenduntur:*Fratres odit,apostata fit,spernit q;fateri: Pœnituisse piget,pristina culpa redit.* vide D.Thomã in tertia

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte quæst.88.Prima ergo parabolæ pars oftendit indulgentissimam Domini cœlestis clementiã in supplices seruos.Secunda execrandam quorundam in conseruos inhumanitatem. Tertia seuerũ Dei in tales iudicium.Iudicium enim,inquit Iacobus,sine misericordia ei qui non facit misericordiam.Itaque Dominus applicans parabolam suo proposito,infert:*Sic & pater meus cœlestis faciet vobis.* hoc est,tam seuerè etiam vobiscum aget, tradens vos torturæ, ac vniuersum simul à vobis debitum,maximum sanè ac insolubile,exigens,etiam quod remissum erat,perinde habens ac si non esset remissũ,si nõ remiseritis vnusquisq;fratri suo, idq;nõ solùm ore tenus, aut eatenus vt vindictã nõ requiratis,ipso facto,sed etiam de cordibus vestris.Ideo enim,teste Hieronymo,addidit Dominus:*de cordibus vestris*, vt omnem simulationem fictæ remissionis auerteret & excluderet. Quamquam etiam secundùm Augustinum accipi possit additum ad hoc,vt si per charitatẽ frater qui peccauit fit seuerè correptus,aut disciplina aliqua sit ei imponenda:tamen in corde lenitas non recedat.In hac autẽ parabolæ applicatione Dominus etiam efficaciorem indicat rationem,ob quam faciles esse debeamus ad condonandum proximis, quàm sint rationes in parabola indicatę,nimirum condonandum illis esse,non solùm quia conserui eiusdem Domini,sed etiam quia fratres eiusdem patris.Porro quò intelligatur quã bene Dominus debitum quo quisque Deo est obstrictus maxima summa,nempe decem milibus talentorum expresserit:debitum verò hominis in hominem parua admodum summa,nempe centum denariis,considerandũ quàm frequẽter & variè quisq;in Deum peccet,nimirum in dies singulos, imò in horas: deinde quanta sit Dei,in quem peccant homines excellentia & dignitas:rursũ quàm magna,multa & indesinentia eius in nos beneficia:postremùm quàm sint planè iniqua quæ in illũ peccantur,vtpote contra naturalem ipsam æquitatẽ:cùm contrà hominis in hominem peccatum nõ possit esse adeo frequens & varium,sitq;in æqualem,& eum qui vicissim in alterum quandoque peccat,ac postremùm leuiora sunt quę frequẽter homo in hominem peccat,vtpote frequenter magis cõtra iustitiam humanam & institutam quàm naturalẽ. Quòd si philosophari libeat in numero decem milium talentorum,rectè acceperimus numerũ denarium expressum,propter transgressionem decalogi:per milia,multitudinem,per talenta,magnitudinẽ peccatorum designatã.In decalogũ enim & multis modis & grauiter offendimus plerique.

Iacobi.2

DOMINVS RELICTA GALILÆA VENIT IN IVDÆAM, nec recipitur à Samaritanis. Matthæi 19. Marci 10. Lucæ 9. Ioannis 7.

CAPVT LXXIII.

ET[a] factũ est,cùm consummasset Iesus sermones istos,[b] inde exurgẽs[a] migrauit à Galilæa. [d] Erat autẽ in proximo dies festus Iudæorum scenopegia.Dixerunt autẽ ad eum fratres eius:Transi hinc,& vade in Iudæã,vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis:Nemo quippe in occulto quid facit,& quærit ipse in palã esse.Si hæc facis,manifesta teipsũ mũdo. Neque enim fratres eius credebant in eum.Dixit ergo eis Iesus:Tempus meũ nondum aduenit,tempus autem vestrum semper est paratum.Nõ potest mundus odisse vos,me autẽ odit:quia ego testimonium perhibeo de illo,quòd opera eius mala sunt.Vos ascẽdite ad diem festum hunc: ego enim non ascendam ad diem festum istum,quia meum tempus nondum impletum est.Hæc cùm dixisset ipse mansit in Galilæa.Vt autem ascenderunt fratres eius,tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifeste,sed quasi in occulto.[c] Factum est autem,dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Hierusalem. Et misit nuntios ante conspectum suum,& euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum,vt pararent illi.Et non receperunt eum,quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cùm vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes,dixerunt:Domine,vis dicamus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens:Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere,sed saluare.Et abierunt in aliud castellum.

ET, FACTVM EST CVM CONSVMMASSET IESVS SERMONES ISTOS,&c.] In primis hic rursum constituendus est ordo sequentium,in quo constituendo vt magnum negotium exhibet narratio Lucæ,ita multum certè hallucinatus est Osiander, quantumuis sibi de reperto ordine placens.Pro hoc ergo ordine constituendo primò illud probãdum,eandem esse migrationem Christi è Galilæa, quam Matthæus & Marcus præcedentibus subiungunt, cum ea quam Ioannes scribit in principio capitis septimi factam propter scenopegiæ festum.Id autem manifestum,ex eo quòd post vtranque migrationem è Galilęa,Christus non redierit in Galilęam:ergo cùm neutra alterato potuerit præcedere,eadem sit necesse est.Matthæus enim & Marcus apertè satis significant post eam migrationem de qua loquuntur,Dominũ non rediisse ante suã passionem in Galilæam.Idem & Ioannes satis significat,quando ante hanc profectionẽm è Galilæa,scribit Dominum ambulasse in Galilęa,& noluisse in Iudęa ambulare propter Iudæos illum interficere quęrentes,& quãdo post hanc profectionẽ multa Dominũ in Iudęa dixisse & fecisse commemorat, nulla reditus in Galilæam facta mentione,qualem reditum superius bis & tertiò accurate describserat.Rectè ergo intellexit Osiander eandem esse migrationem è Galilęa,cuius meminerunt Matthæus & Marcus,& eã cuius meminit Ioãnes: quanquã diuersas migrationis huius causas indicent:iste festiuitatis gratia,illi mortis in Iudæa subeundę gratia è Galilęa ascendisse significantes.Sed in eo errauit Osiander nimis voluntariè,quòd cùm Matthæus dicat; *migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanẽ*,Marcus verò,*Et inde exurgens, venit in fines Iudæa,vltra Iordanẽ*,hæc verba Marci, *venit in fines Iudæa vltra Iordanem*, ponit ante ascensum Domini in Hierusalem quem

describit capite septimo Ioãnes: Matthæi verò eadem illa verba ponit in fine 10.cap.Euangelij Ioannis,vbi dicitur Dominus post enceniorum festũ fugiens Iudæos venisse trans Iordanẽ: quo loco Marci etiã verba erant collocanda,cùm sint eadẽ cum verbis Matthæi, eademq; apud vtrumq; & præcedant & sequantur, vt certum sit vtrumq;de eodem Christi in fines Iudęæ aduẽtu loquutum.Igitur etsi Matthæus & Marcus dicãt Dominum deserta Galilęa venisse in fines Iudęæ trans Iordanẽ,non est tamen intelligendũ aduentum illũDomini in hunc locum statim sequutum illam Domini è Galilæa migrationẽ,sed intelligẽda sunt in medio ea quæ Ioãnes à cap.7.vsque ad finem cap.10. scribit Dominum dixisse, & fecisse in Iudæa & Hierusalem in duabus festiuitatibus scenopegiæ & enceniorum. Quæ à reliquis Euangelistis sunt prętermissa,quòd illorum esset institutum, Christi gesta in Galilæa facta describere, nullius autẽ ascensus eius in Hierusalem aut Iudæam facere mẽtionem:nisi eius qui mortẽ eius proximè præcederet, præterito omni illo Domini ascensu in Hierusalẽ,quo frequenter causa festiuitatis eò ascendit, qualis ascensus Ioãnes frequenter meminit.Secundò,probãdum hanc Domini è Galilæa profectionem, eãdem esse cum ea cuius & Lucas meminit post præcedẽtia,cùm dicit;*Factum est autem dum cõplerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Hierusalem*,&c.Nam Osiander hanc Domini in Hierusalem profectionem putat factã post ea quæ Ioannes scribit vsque ad finem 10. cap. cùm iam post encenia declinans Iudæorum furorem Dominus venisset trans Iordanem in fines Iudææ,vt habẽt reliqui Euangelistæ. Quod falsum esse primùm quidẽ ex eo patet,quòd cùm ante hæc verba Lucas simul cum aliis duobus Euãgelistis Matthæo & Marco, descripserit gesta & dicta à Domino in Galilæa,& inter ea commemorauerit Dominum semel & iterum prędixisse exitum quem cõpletu rus erat in Hierusalem,ac deinde subiungat,sicut & Matthæus & Marcus,de Domini profectione, satis significat eam de qua loquitur profectionẽ factam è Galilæa. Quod secundò euidẽtius fit ex eo quòd in Hierusalem iturus per Samaritanorũ regionem transire debebat.Nam inter Galilæam & Hierusalem Samariæ regio media est, vnde supra Ioãnes cap.suo 4.dixit,Domino volenti è Iudæa secedere in Galilæam,necesse fuisse vt transiret per mediam Samariam. Vt autem ex finibus Iudææ quæ sunt vltra Iordanem,quis ascendat in Hierusalẽ,non est necesse vt transeat Samariam, in quam non est verisimile Dominum relicta recta via voluisse declinare, cùm prohibuerit suis intrare ciuitates Samaritanorũ.Postremùm,si ea profectio,cuius meminit Lucas, cõtigit post enceniorum festum.&,vt vult Osiander tempus assumptionis Christi,de quo Lucas,vno tãtum aut altero mẽse præcesserit Domini passionem,quomodo verisimile esse poterit tam breui temporis spatio omnia ea contigisse, quæ Lucas narrat facta & dicta à Domino, à fine capitis noni vsq; ad finem capitis decimi octaui,vbi describitur Christi in Hierusalem ascensus ille, post quem statim est crucifixus,maximè cùm inter ista Domini gesta in principio capitis decimi Lucas commemoret post hoc tẽpus assumptionis ordinatos à Domino septuaginta discipulos, eosque missos ad prædicãdum in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus, eosdemq; reuersos ad Dominum: post quod tam varia Domini gesta & dicta multis capitibus Lucas prosequitur, quæ omnia non potest esse verisimile tam breui rẽporis spatio contigisse,cùm Osiander tamen putet omnia quæ Lucas narrat, eo cõtigisse ordine quo ab eo narrantur. Ex his ergo satis constare puto hanc Domini profectionem,quam Lucas dicit eum instituisse in Hierusalem completo tempore Assumptionis eius,eãdem esse cùm illa quam è Galilæa factã apertè testantur Matthęus,Marcus & Ioannes.Secundùm quem intellectum,plus temporis reliquũ erit,nimirum tẽpus sex mensium aut circiter,quo intelligi poterit facta missio & reuersio 70.discipulorũ, & alia pleraq; quæ post eam Lucas recensет:quãquam non omnia quæ post hanc Domini profectionem è Galilæa, & missionẽ septuaginta discipulorum Lucas cõmemorat, necesse sit intelligere contigisse post hæc, cùm certum sit quædam, & verisimile sit pleraq; à Luca esse per recapitulationem cõmemorata, & dicta vel facta à Domino cùm adhuc ageret in Galilęa. Duo enim sunt animaduertenda in Luca, ne lectorem perturbet eius narratio à fine capitis noni vsq; ad finem capitis 18.Primò,quòd cùm circa finẽ capitis noni dicit Dominum cõpleto tempore assumptionis suæ firmasse faciem suam vt iret in Hierusalem (quo satis significat Dominũ mox profectũ recta in Hierusalem) & capitibus sequẽtibus frequenter profectionis Domini mentionem faciat,vt circa finem cap. 10. circa mediũ cap.13.circa medium cap.17. circa finem cap.18. non scribit tamen eum venisse in Hierusalem,nisi in fine cap. 19. Ne enim hæc narratio quem perturbet,aduertendũ illa loca,quibus dicitur à Luca Dominus iuisse in Hierusalem, non accipienda de vna & eadem profectione,quæ tum cõpleta fuerit cùm id factum est quod scribitur cap.19. Post enim migrationem è Galilæa patet ex Ioanne Dominum bis aut ter venisse in Hierusalẽ aut Iudæam, & tamen solius illius aduentus in Hierusalem Lucas mentionem fecit,quo insidẽs asinæ vrbem intrauit, quòd cum Matthæo & Marco non statuerit cõmemorare alia à Domino dicta vel facta in Hierusalem,præter ea tantùm quę circa eius passionem ibi cõtigerunt.Secundò,obseruãdum in Luca, quod posteaquam cœpit narrare, Dominum relicta Galilæa instituisse iter in Hierusalem, & tamen multa illius mẽti occurrerent dicta aut facta ab ipso in Galilæa,quæ in sua narratione essẽt prætermissa,& vtile esset cognoscere, ea iudicauit ante passionis descriptionẽ, & eorum quæ ad passionem pertinẽt, per recapitulationem inserẽda esse.Hinc est quòd tam multa cõmemoret sine alicuius ordinis & cohærẽtiæ significatione, quæ priùs habita sunt in Matthæo & Marco:quãuis verisimile sit etiã quædam eorũ à Matthæo & Marco p præoccupationẽ esse narrata:quædã etiã bis à Domino dicta esse,& eo loco & tẽpore quo Matthæus aut Marcus ea referunt,& rursum eo tẽpore vel loco,quo Lucas ea ponit.Quod cùm frequẽter fieri potuerit,totã pone Lucæ sequẽtem narrationẽ, etsi in multis cõcidentem cum Matthæi præhabita narratione, in sequẽtibus seorsum collocauimus. Reliqua quæ ad Euangelistarum concordiam & ordinis consequentiam pertinent,suis locis dicentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERAT IN PROXIMO DIES FESTVS A IVDAEORVM SCHENOPEGIA.] Non est legendum schenopegia, per aspirationem, sed sine aspiratione, scenopegia. Græca enim dictio est, quę Græcis dicitur σκηνοπηγία, significās fixionem tabernaculorum. Nam componitur ex σκηνὴ, quod scena est vel tabernaculū, & verbo πήγω, pro quo Latini litera p in f mutata, sicut frequenter, dicūt figo. Hac ergo dictione significatur illa Iudæorū festiuitas, quæ in scripturis dicitur festum tabernaculorum, quod à decimaquinta die mensis septimi celebrabatur septē diebus ab Hebræis habitantibus in tentoriis & tabernaculis, in memoriam eius quòd patres eorum quadraginta annis habitauerūt in deserto in tabernaculis, Deo illos B pascēte mana de cœlo præstito, vt scribitur Leuit. 23. Itaque ꝙ hic dicitur dies festus, non de vna die est accipiendum, sed de toto illo festiuitatis tēpore quod septem dies cōplectebatur: vnde Græcè nō est dies festus, sed, ἑορτὴ, id est, festum vel festiuitas. Idem dicendū & cùm in sequentibus dicitur de die festo: Occasione ergo iam instātis solennitatis huius, dixerūt ad Dominum fratres eius, hoc est, cōsanguinei, nō illi quidem qui erāt ex Apostolorum numero, Iacobus, Simō, & Iudas, sed alij quidā necdum credēres in eum, vt postea dicitur: Trāsi hinc, & vade in Iudæā, vt & discipuli tui, scilicet qui in ea sunt, videant opera tua quæ C hic facis in Galilæa. Hæc dixerunt consanguinei, non, vt quidā sentiunt, quòd cuperent eum à Iudeis (quos sciebāt ipsum velle occidere) perditum esse (non enim id verisimile esse potest) sed ꝙ humanis affectibus obnoxij, partim iudicarēt illum gloriæ auidum, sed tamen subtimidum, atq; ob id relicta Iudea latitare in Galilæa, vnde freti ꝓpinquitatis iure cōfidentius & contēptius quàm par erat, cum admonuerūt, partim quod cuperent ex cōsanguinei operibus suam gloriā maiorem fieri. Vnde subiungunt: *Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse vt palam esse*; hoc est, cùm cupiat ipse esse celeber & omnibus manifestus. Quibus verbis notant eum & cupiditatis gloriæ, & timiditatis. quasi dicāt: Cùm quæras celeber esse apud omnes, atq; ob id per varia loca discurras, teipsum prædicans, & per admiranda quædam opera gloriam hominum venās, meritò nō deberes in obscura Galilææ regione delitescere, sed in celebri Iudæa diuersari. Locum enim Galilææ obscurum vocant respectu Iudeæ, quòd locus ille minus esset celeber quàm Iudea, in qua celebriores, nobiliores, & doctiores Iudæi habitabāt, Scribæ, Pharisæi & sacerdotes: vbi Iudæorum erat metropolis, ad quam hoc tempore ob festiuitatem cōfluxuri erant, ex omnibus tribubus Israel, & pleriſq; E etiā gentibus, admodum multi. Vnde & subdūt, *Si hæc facis, manifesta teipsum mundo*; manifestationē in Iudæa vocantes manifestationem coram mundo, eo quòd ibi esset præcipua Iudæorum portio, quodq; in Iudæam & Hierusalem cōuenturi iam erant Israelitæ & Proselytæ ex omni natione mundi, per quos fama Iesu per vniuersum mundum spargi certius posset. Quod autem dicunt; *Si hæc facis*; dupliciter accipi potest: aut dubitatiuè, vt sit sensus, Si ea facis quæ homines de te prædicant, vel si hæc facis ea virtute qua te facere prædicas. Aut assertiuè, vt si, pro cùm, sit positum, & sit sensus: Cùm hæc, id est, talia facias. Priori sensui magis cōuenit quod subdit Euangelista: *Neque enim fratres eius credebāt in eum*; quo videtur causam tedere, quare sic dubitādo dixerint: *Si hæc facis*. Si tamen alter sensus placeat, intelligetur Ioānem illis verbis reddere causam, quare tam cōtemptim & confidenter Christo fratres eius sint loquuti. Intelligendū autem Euāgelistam non voluisse asserere nullos fratres credidisse in Dominum, sed non hos aut non omnes credidisse. Porrò pro eo quòd nos habemus, *in palā esse*, Græcè est, ὅτι παῤῥησίᾳ ἔναι, hoc est, ad verbū, in libertate esse. Quod Caietanus intelligit de libertate à persecutionibus, vt sit sensus. Qui quærit à persecutionibus esse liber, quēadmodum tu quæris, qui ob Iudeorum persecutiones declinas Iudeā, non facit opera sua in occulto, sed palam, vt per ea multos sibi paret fautores, & liberetur à persecutoribus. Verùm ne cui placeat nouus hic sensus, παῤῥησία nō quāuis significat libertatem, sed libertatem & audaciam in dicendo. Itaq; sensus est, quærit esse in libertate, hoc est, vt liberè & palā de eo omnes loquantur: proinde bene vertit noster interpres, sicut & infra rursum ponitur, παῤῥησίᾳ, cùm nos habemus; *nemo tamen palam loquebatur de ille.*

DIXIT ERGO EIS IESVS, TEMPVS MEVM NONDVM ADVENIT, &c.] Quamquam consanguinei Domini imperiosè nimis & contemptim illum admonuissent sui officij, ex suo affectu ipsum æstimantes: Dominus tamen pro sua mansuetudine leniter eorum confidentiam atq; adhortationem correxit, significans in eo quòd pro hominum salute gerebat in terris, nihil habere iuris carnalem propinquitatem, sed totum hoc quoniam erat cœleste. ex patris cœlestis authoritate temperandum esse, rursum se nō ad illorum morem quærere gloriam mundi, vt cuius odium in se prouocaret potius, vera loquendo, & affectibus humanis contraria. Dicit ergo: *Tempus meum nondum aduenit*. Quod quamquam Diuus Augustinus intelligat de tempore glorificationis. & Diuus Chrysostomus de tempore mortis & crucis, propter illud tamen quod sequitur, *Tempus autem vestrum*, &c. magis conuenit simpliciter accipere de tempore ascendendi in Iudæam & Hierusalem. Significare autem voluit Dominus se non aliorum hominum more facere opera sua singula prout occurrit, sed certis temporibus, prout ea nouit patrem præscribere sibi, & prout scit ea maximè facere ad Dei gloriam illustrandam, & profectum Euangelij prouehendum: & ex cōsequenti etiam significat non competere illis authoritatem illam, quam sibi vendicabant, adhortandi illum ad ascendendum in Iudæam. Sensus itaque est: Mihi nondum est oportunum tempus ascendendi in Iudæam, tum quòd pater nondum velit me ascendere, ex cuius præscripto, non autem hominum, omnia facio quæ facio: tum quòd obstet Iudæorum in me odium, ob quod mihi non est vobiscum palam ascendēdum, sed in occulto. Vobis autem qui ex præscripto Dei non viuitis, quibus denique cum mundo bene conuenit, semper oportunum tempus est petendi Hierusalem. Quòd enim Dominus non solùm propter Patris voluntatem, cuius ipse rationem haberet, non autem fratres eius; sed etiā propter odium Iudæorum, à quibus illi periculum esset, nō autem fratribus, dixerit, illorum tempus aduenisse, suum verò non, satis patet ex eo quod subiecit: *Non potest mundus odisse vos*

se vos, &c. Hac enim sententia omnino videtur vo- A luisse reddere rationem quare dixerit suum tēpus nondum aduenisse, illorum verò paratū esse. Porrò cùm id quod dicit Dominus; *Non potest mundus odisse vos*; videatur esse cōtrarium quotidianæ experiētiæ, qua videmus impios inter se dissentire, *prou.15.* ita vt dicat Sapiens: Inter superbos semper sunt iurgia, considerādum ad quod propositū Dominus istud dixerit. Nihil enim aliud voluit dicere Dominus, quàm, Non potest vos mundus ea ratione qua me odit, odisse, vtpote qui similes estis mundo, cùm me odiat ob dissimilitudinē. Odium enim oritur ex dissimilitudine, & amor ex simili- B tudine: & plane naturale est vt simile amet sibi simile: & vnumquodq; diligat quod suū est, ad qd significandū non solùm dicit: Non odit vos mundus, sed, non potest odisse vos, quādiu scilicet tales estis, quia de mundo estis, & illi similes estis. Similitudo tamen ex accidenti quodam nonnunquam est odij causa, nimirū quatenus illa alicui impedimentū præbet ne rem optatā cōsequatur: vnde est quod figulus odit figulū, & superbus superbum. Insuper animaduertendum non dicere Dominū: Non possunt homines mali vos odisse, sed non potest vos mundus odisse, nomine mūdi C vniuersitatem mundanorum designās, quæ non potest esse cōtraria hominibus qui sunt de mundo, sicut cōtraria erat Iesu, vt qui dissimilis esset omnibus, & nō solùm quibusdā mundanis. Quamiā autem mundi mentionem fecerāt fratres Domini, dicentes, manifesta te mundo, rectè & Dominus ecōtra mundi mentionem ingerit: & quoniam illi ad glotiā mundi venādam adhortabantur, rectè significat fieri non posse vt mundus ipsum amet & laudet: sed & se mundi glotiā quærere, vt qui à traducēdis & redarguēdis malis mundi operibus non cesset. Et illi quidem ad miracula faciendā hortabātur per quæ mundo erat admi- D rādus: Dominus verò doctrinæ suæ, per quā mundo erat exosus, meminit, vt propter quam potius quàm ob miracula ædenda in mundum venerit. Causa ergo diuersitatis inter se & fratres suos reddita, veluti inferendo subiūgit: *Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego enim non ascēdam ad diem festū istum*, quæ posterior pars vt vocū habeat sensum sic est intelligēda: Non vobiscum, aut non adhuc ascendā; qui sensus satis indicatur cùm sequitur; *quia tēpus meum*, quo scilicet mihi est ascendendū, *nondum impletum est*, id est, nondum aduenit. Vnde Græca non habent, non ascendam, sed οὐκ οὐκ ἀναβαίνω, id est, nondum ascendo, hoc est, ascensurus sum. Et quidā testatur antiqua quædam Latinorum exemplaria pro non, habere nōdum. Cæterùm D. Augustinus & Cyrillus vim faciūt, & em- E phasim intelligūt, in pronomine, hunc, & istum, intelligētes Dominum qui nos venerat ad spiritualem festiuitatem vocaturus, nolle ascēdere ad carnale & vmbratile Iudæorū festum, quod iam cessaturum erat. Et cùm sequitur; *Tēpus meum nondum impletum est*; intelligit de tempore celebrandi suam spiritualem festiuitatem. Et quoniā hic locus contrarius videtur ei quod sequitur; *Tunc & ipse ascendit ad diem festum*; intelligunt ascendisse quidem illum ad festum, non tamen ad celebrandum illud festum Iudaico more cum gaudio carnali, sed potius ad docendū populū. Verùm prior intelligētia simplex est & genuina. Discēdum autem hic in fratribus Christi, quā familiaritas deroget authoritati & reuerētiæ personæ alicui debitæ, & ad inuidiam atq; cōtemptum propendere faciat. In Christi verò facto discendum, ferendum etiā nobis esse cùm domestici nos infectantur, vilipendunt, & cōtemnunt. Rursum in Euangelico negotio non acquiescendum cognatorum affectibus. In verbis autem eius discendum, quàm diligenter obseruandum nobis sit vt ex præscripto Dei & suo tempore omnia agamus. Rursum mundi amicitiam non posse nos tueri, nisi malis eius operibus consentiamus: nec in mundi amicitia nobis gaudendum esse, sed potius in odio eius communi nobis cum Domino.

FACTVM EST AVTEM DVM COMPLERENTVR DIES ASSVMPTIONIS EIVS, ET IPSE, &c.] Dies assumptionis simpliciter accipi possent dies quibus assumi debebat à Galilea, & ascendere in Iudæā. Verùm secundùm omnū interpretationē rectius dies assumptionis intelliguntur dies quibus Dominus per mortem, & passionem suā assumendus erat è mūdo ad patrem. Nā Act. 1. cùm dicit Lucas Dominum assumptū in cœlis, Græcis est verbum, vnde deriuatur nomen ἀνάλημψις, hoc est, assumptio, hic positum. Sicut ergo suprà Lucas mortem Domini designauit vocabulo digno eius maiestate, cùm eā vocauit excessum: ita & modò morte eius notās, vsus est dictione digna maiestate Domini. Nā moriturus quidem erat, sed nō detinendus in morte. Sic & Ioānes: Sciens, inquit, Iesus, quia venisset iam hora eius vt trāsiret ex hoc mundo ad Patrē. Non dicit autem Lucas, cùm cōpleti essent dies assumptionis, sed, dum cōplerentur. Nondum enim tēpus passionis & ascēsionis impletū erat; quod secūdùm prædicta vt minimū adhuc sex aberat mēsibus, sed tēpus illud iā cœpit appropinquare & proximum fieri, atq; ob id dicit, *iam complerentur*, id est, dum appropinquarent & inciperent adimpleri. Porrò cùm sequitur, *Et ipse faciem suam*, &c. cōiunctio, &, ex phrasi Hebraica quoad sensum supereſt, vt & alias apud Lucā. Dicit autem; *firmauit faciem suam*; significare volens magnanimitatē & constantiam Domini, quam exterius etiā ipso vultu præ se ferebat volendo ire in Hierusalem, quāquam sciret, sicut prædixit, se ibi occidendū: vt intelligamus illū & voluntarie & cupidè mortem subiisse, nostræ salutis causa. Firmauit ergo faciem suam, hoc est, non iam, vt prius, huc & illuc ibat, perābulans vicos & ciuitates, sed imperterrita mente rectā iter instituit in Hierusalem ipso etiā vultu firmum animi sui decretum præ se ferens, veluti morti occurrere gestiens per quā & ipse erat assumendus ex hoc mūdo ad patrem, & nos saluandi eramus à morte. Quādoquidem ergo Dominus turbam aliquam, saltem Apostolorum secū ducebat, hinc prēmisit ante se nuncios, qui sibi & his quos secum habebat, hospitium & vitæ necessaria pararent. Et quoniam è Galilea si quis rectà voles pergere in Iudæam, tēle undum est per Samariæ regionem, prēmissi nūcij ingressi sunt in ciuitatem quandam vel vicum (non enim intelligendum de præcipua ciuitate Samaritanorū, quæ Samaria dicebatur, cùm Græce semper ἡ Σαμάρεια, quod interpres vicum vel castellū vertere solet, vt mox postea) Samaritanorum, vt pararent illi hospitium scilicet. Sic enim potissimum videtur intelligendum, quanquam aliqui intelligant hos præmissos ad hoc vt præpararent hominēs ad

recipien

Universidad de Deusto
Biblioteca

recipiendum & audiendum Christi prædicationem. Verùm quoniam sequitur; *Non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem*; quo significatur causa repulsionis communis Christo cum aliis Iudæis vel Galilæis volentibus proficisci in Hierusalē, magis simpliciter est intelligēdum, Samaritanos noluisse Christum cum suis recipere, quomodo Galilæos alios quosuis soliti erant nolle recipere, nimirū ad hospitium. Ex quo iam rursum & illud colligitur, q; cùm Dominus modò proficisceretur in Hierusalem, proxima fuerit aliqua Iudæorum festiuitas iamiam celebranda, quam cùm certum sit non posse dici festiuitatem Paschalem qua Dominus mortuus est, vt quę adhuc aliquod mēsibus abfuerit, satis quisq; aduertere poterit hanc Domini in Hierusalē profectionem, cuius meminit modò Lucas, candē esse cum ea qua dicit Ioannes, Dominum à Galilæa profectum ad festum sęnopegiæ. Nō enim Samaritani quolibet tēpore reiecerunt ascendētes in Hierusalem; sed quo tempore videbant quosdam petere Hierusalem adorationis causa, & propter festiuitatem aliquam ibi celebrandam. Id enim Samaritani indignissimè ferebāt, quòd haberent tēplum propriū, extructum in mōte Garizim à Sanabalath præfecto Darij, in gratiam Manassis generis sui sacerdotio Hierosolymis pulsi: in quo templo ita contendebant adorandum, & non in Hierusalem, vt hinc plerumq; seditiones & cędes designatæ fuerint inter Iudæos & Samaritanos; quēadmodum suprà annotatum est ex Iosepho, circa cap. Ioannis 4. in cap. Concordiæ 23.

CVM VIDISSENT AVTEM DISCIPVLI EIVS IACOBVS ET IOANNES, DIXERVNT.] Credi potest hos duos fuisse illos qui à Domino missi fuerunt ante ipsum ad parandū, aut Petrum quidem & Andreā præmissos fuisse, & illis redeūtibus, ac Samaritanorum repulsionē nunciantibus, hos duos tāquam primos pro Domino contępto, zelasse. Bene autē hi duo vt pulchrè annotauit Ambrosius, præsumpserūt quod ad sermonem ipsorum ignis de cœlo descēderet, quoniam filij erant tonitrui. Hi ergo ægrè ferētes Dominum talem ac tantum contemni à Samaritanis, zelo quodam accēsi, etsi indiscreto, paratos se offerunt ad vindicādum, Eliæ exēplo, inhumanitatem ciuium, igne cœlesti illis imprecato: sed prius Domini cōsensum & voluntatem super ea re requirunt; dicentes: *Domine vis dicimus*, pro, dicamus (nam Graecè est θέλεις εἴπωμεν;) hoc est, vis vt iubeamus (nam Hebraica phrasi, dicere pro præcipere positū est) *ignem descendere e cœlo qui consumat illos, sicut Elias fecit?* Nā hæc verba in Græcis addūtur, quæ tamen explicādi gratia videri possunt ab aliquo addita, qui explicare voluit exēplum quod imitati illi Apostoli voluerunt. Dominus autem vt ostenderet quantā oporteat esse mansuetūdinem Euāgelici doctoris, increpatione coercuit illorum vindicandi zelum, dicens: *Nescitis cuius spiritus estis.* Et additur Græcis pronomen, ὑμεῖς, vt sit; *Nescitis cuius spiritus estis vos*, quod pronomen nequaquam est otiosum. Separat enim eos ab Elia, cuius sibi exemplum imitandum proposuerunt. Hæc autem verba quidā hic intelligunt, vt sit sensus: Nescitis quo spiritu moueamini. Putatis enim vos spiritu diuino & zelo iustitiæ cōmoueri, quēadmodum motus fuit Elias; cùm re vera moueamini spiritu humano, & zelo impatientiæ ac iracundię. Verùm ex sequētibus Domini verbis magis patet Dominū significare hic voluisse distinctionē inter Apostolos & Eliam, nō quoad diuersitatem zeli (quāquam quoad zelum etiā re vera fuerit diuersitas inter eos) sed quoad factū ipsum quod exēplo Eliæ imitati voluerunt, nēpe quòd illius facti (quod in Elia non vituperatur, sed laudatur) imitatio non cōueniat his qui Euangelicū hauserunt spiritum. Itaq; sensus est: Nescitis cuius spiritus vos esse oporteat, vt estis, pro esse debeatis, accipiatur quēadmodum in illo Pauli, sicut estis azymi. Aut nescitis ad quem spiritū delecti estis vos, nēpe quòd ad aliū quàm ad spiritū veteris testamenti, qui viguit in Elia & aliis Prophetis. Nō quòd alius natura & re sit spiritus Euāgelicus à spiritu Prophetarū, sed quòd pro exigētia diuersitatis tęporum, vnus idemq; spiritus alius sit & alius, secūdùm diuersos effectus. Quēadmodū enim cùm vnus idemq; sit Dei spiritus qui datus est olim Hebræis, & in noua lege Christianis: illi tamē dicūtur paulo accepisse spiritum seruitutis & timoris, hi verò spiritū adoptionis filialis & spiritum amoris: ita & Eliæ spiritus hic significatur fuisse spiritus zeli & vindictæ, spiritus verò Euangelicus, spiritus māsuetudinis & tolerātiæ. Quoniā enim Hebræis tanquā adhuc pueris & imperfectis eōueniebat timor Dei, hinc & in Prophetis Dei spiritus sese frequenter exeruit, vindicādo impios, vt sic saltem ad Dei timorē illi adducerentur. Cōtrà quoniam lex noua lex est amoris, ad quē homines māsuetudine & benignitate adducuntur, eaq; lex Dei benignitatem hominibus erat ꝓpositura, hinc in Christo & Apostolis eius Dei spiritus sese maximè exercere debuit per māsuetudinis & benignitatis opera, quāquā idem spiritus Apostolos etiam nonnunquā, cùm Dei & Euāgelij gloria ita exigebat, impulit ad vindictam, quēadmodum patuit in Petro occidente Ananiam & Sapphyrā, & Paulo, qui Elymā magum cæcitate percussit, & dixit sibi datā potestatē vleiscendi omnem inobedientiam. Verùm huiusmodi vltionem & rarius leguntur intulisse Apostoli, & non in vindicando propriā iniuriam ea potestate vsi leguntur, sicut hic parati erant duo isti Apostoli, qui spiritum Euangelicum nondum perfectè acceperant. Ab hoc autē vindicandi sese spiritu adeo alienus fuit Dominus, vt Iudęos etiā defleuerit, quos à pditione reuocare non potuit, vt Petrum in gladio percutiētem prohibuerit, sanato hoste suo vulnerato, vtq; in cruce etiā oraret pro persequentibus & crucifigētibus ipsum. Itaq; suos docere volēs ad quem spiritum essent delecti, idque illos ex suo spiritu discere volens, subiecit: *Filius hominis non venit*, in hoc scilicet primo suo aduentu, *animas perdere, sed saluare*; quasi dicat. Et vos ergo qui me potius quàm Eliā imitari debetis, alienos esse oportet à vindicandi & perdendi studio, & in hoc vnum incūbere vt saluetis cum in corpore, tum in anima quoscūq; potestis. Itaq; his verbis Apostoli cohibiti, ac mox Domino obedientes, abierunt simul cum illo in aliud castellum, vel vicum. Nam & hic Græcis est κώμην, quod vicum vel pagum propriè significat. Insigne sanè lenitatis & māsuetudinis exēplum, ob quod edēdum in profectū suorum Apostolorum, quāquam sciret se non recipiendū à Samaritanis prędictis, tamen præmisit nuncios, qui illi hospitiū pararēt. Sic enim suos docere voluit non indi

indignè ferre, si quādo postea mundum peragrātes prædicādi gratia viderent se à quibusdam repelli. Quanquam autem in vno loco sit repulsus, in alio loco tamē receptus est. Quo Apostolis & nobis demonstratum est, quod quālibet repellāmur à multis, nihil tamen deerit, cùm semper futuri sint q nos recipiāt, & necessaria suppeditent. Portò quæ in Luca sequūtur de tribus volētibus sequi Christū, sed in quibus singulis aliquid desiderabatur, posita sunt suprà cū narratione Matthæi in cap. Concordiæ 29. ob causas ibi redditas. Fieri autem potest, quòd cùm Matthæus ibi tantùm duorū meminerit, Lucas verò hic trium, nō eodem tēpore & loco contigerint quæ de tribus narrantur: sed quod Matthęus narrat de duobus, eo tempore contigisse quo de eis narrat, tertium verò, cuius solus meminit Lucas, eo tępore, quo quæ apud ipsum præcedūt, omnia tamen Lucam ob argumenti similitudinem simul coniunxisse, quemadmodum sæpe faciunt Euangelistæ.

IN ITINERE CVRAT DECEM LEPROSOS.

Lucæ 17. CAPVT LXXIIII.

ET factum est dum iret in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerūt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longè, & leuauerunt vocem dicentes: Iesu præceptor miserere nobis. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens ei, & hic erat Samaritanus. Respondens autē Iesus dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit.

ET FACTVM EST DVM IRET IN HIERVSALEM, TRANSIBAT PER MEDIAM, &c. Quandoquidem eam Domini profectionem in Hierusalem, de qua in capite superiori dictum est, constat fuisse per Galilæam & Samariam: & post profectionem hanc nō potest colligi ex aliquo Euangelistā Dominum rediisse in Galilæam, aut aliquando rursum Samariam transiisse, imò contrà potius ex Euangelistis patet Dominum relicta iam penitus Galilæa, posthac diuersatum in Iudæa & finibus eius: hinc miraculum hoc decē leprosorum curatorum, quod Lucas post multa interposita describit cap. 17. contigisse, cùm Dominus proficiscens in Hierusalem trāsiret Samariam & Galilæam, sed sic describit, vt nullum significet cum his quæ ibi præcedunt ordinem, iudicamus meritò hoc loco interserēdum esse, vt intelligatur in ea profectione, cuius fit mentio in capite præcedenti, miraculum hoc cōtigisse, cùm post eam non posset inter-ligi contigisse, nec alia sit ante eam in qua videri posset contigisse. Et quidem miraculum hoc superioribus hic subiūctum, indicat miram Dei benignitatem, vt qui etiā repulsus non cessaret opem suā indigentibus misereri, atq; inter eos etiam illi à cuius populo repulsam passus fuerat. Rursum, quomodo superior Lucæ narratio indicat Samaritanos nondū Euāgelicę doctrinę fuisse capaces, ita hæc docet Samaritanos & gentiles præferendos Iudæis. Dicit ergo Euangelista: *Factum est* (hoc est, contigit) *dum ē Galilæa iret in Hierusalem, transibat* (quēadmodum necesse erat rectum iter arripienti) *per Samariam & Galilæam.* Id autē præmittit, vt miraculi narrandi locum opportunum arripiat. Quanquam mysticè etiam possimus intelligere transitu Domini significatum, non Iudæos tantùm, sed & Samaritanos, & Galilæos ad ipsum pertinere: quorum illos tanquam ethnicos Iudæi contemnebant: istos verò tanquam semipaganos reputabant. Sequitur: *Et cum ingrederetur quoddam castellum*, vel vicum, pagum aut ciuitatem (nam est tursum κώμην, & forte ille locus significatur in quem dicitur superiori capite Dominus ingressus postquam in altero castello repulsus fuisset) *occurrerunt ei decem viri leprosi.* Non occurrerunt postquam ingressus esset vicum vel ciuitatem, sed Domino in locum illum ingressuro occurrerūt extra ciuitatem vel vicum. Non enim licebat eis in ciuitatibus aut hominum consortiis conuersari. Ob quod etiam agnoscentes morbum suum, propter fœditatem suam, quam tanquam contagiosam Iudæi abominabantur, non accedunt propius, sed procul stantes, voce sublata acclamauerunt Domino. Et loco quidem procul stant, oratione autem prope fiunt. Prope est enim Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Orant autem paucis quidem verbis, sed feruenter & efficaciter, *Iesu* (inquiunt) *præceptor miserere nostri.* Non exprimunt qua in re misericordiam sibi exhiberi postulent, tantùm misericordiam eius implorant, nihil dubitantes quin si tantùm misereretur illorum, & vellet & posset eos curare, quantumuis multi essent, & incurabilis eorum esset morbus. Non enim eleemosynam se petere satis declarabant, eo quòd præceptorem eum vocarent, credentes eum à Deo datum hominibus magistrum, ac quærentes ab eo misericordiam, quatenus magister esset à Deo hominibus datus. Audiit clamorem Iesus fiduciæ testem, nec surda pertransiit aure, sed mox conuertit oculos in illos. Fœlix clamor, qui facit attentum & aspicientem Dominum. Eius enim inuitatus sic prouocatus, non potest non esse salutaris, & exhibere imploratum beneficium. Itaque sequitur: *Quos vt vidit*, non oculis tantùm corporeis, sed oculis etiam misericordiæ suæ, *dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Non prius eos mundat quàm sacerdotibus sese ostendere præciperet, quemadmodum tamen olim fecit circa leprosum illum, de quo Matthęi 8. sed mittit sacerdotibus manifestandos, vt inter eundum curarentur, idque festandos, vt inter eundum curarentur, idque fecit, probare volens & aliis declarare illorum fidem, & ex fide nascentem obedientiam. Cùm eadem, & ex fide nascentem obedientiam. Cùm enim sacerdotes lepram tollere non possent, sed tantum iudicare an aliqui leprosi essent, an non, & pro

Psal. 144

Universidad de Deusto
Biblioteca

& pro curatione sacrificiũ offerre, nisi hi fuissent humili fide præditi, cogitare potuisset, vt qd nos mittis necdũ curatos ad sacerdotes? Semel enim illi nobis adiudicauerunt leprã, nec quicquã ipsi de lepræ morbo dubitamus, contractã autem semel lepram illi nequaquã tollere possunt, sed tãtùm pro curata sacrificiũ offerre. Frustra ergo nos mittis ad illos, cùm nec illorum iudicio nobis sit opus, nec illotum legalis expiatio impẽdi possit. Nihil aũt tale cogitãt, sed simplici humilitq; prẽditi fide, certò cõfidebãt se ideo mitti ad sacerdotes, quòd antequã ad illos peruenirẽt, mundandi essent. Non enim alia ratione intelligebãt sibi id à Domino præcipi. Itaq; secundùm fidem eorum contigit, vt inter eundum mundarẽtur. Et hactenus quidẽ declaratur omnibus istis decem parẽ fuisse fiduciam: at sequẽtia ostendunt, non patem omnibus fuisse gratitudinẽ. Vnus enim, inquit, ex illis cùm vidit & aduertit se esse mũdatum, mox regressus est, tum Deum glorificans, idq; magna voce (quod testimonium fuit & magnæ lætitiæ & animi non parum grati) tum Iesu gratias agens, idque cum summa reuerentia, prosternẽdo nimirum se in faciẽ suam ad pedes Iesu. Quum enim iam mũdatus esset, nõ dubitauit appropinquare Iesu, quẽ à lõge stans priùs inuocauit. Portò quò magis miremur huius gratitudinẽ, subijcit Euangelista: *Et hic erat Samaritanus.* Cum enim Israelitę magis videri vellent, & meritò magis esse debuissent religiosi reliquis nouem, qui Israelitæ erant, non redeuntibus ad glorificãdum Deum, & agendum gratias Iesu, solus Samaritanus gratũ se erga Deum & Christũ declarauit, reipsa vincens Iudæorum religionẽ. In quo sanè facto, tanquã typo quodam demonstratum est primò, ex multis vocatis, & euãgelicum beneficiũ percipiẽtibus, paucos electos fore. Deinde nouissimos fore primos, ac primos cõtrà fore nouissimos, hoc est, in euãgelij gratia potiores fore gentiles ipsis Iudæis, ac illos præ his pro Dei benignitate bibus cõmuniter exhibita magis fore gratos Deo patri & Christo filio eius. Cùm ergo his modis gratitudinem suã Samaritanus declarasset, Dominus non ignarus beneficium ad omnes decem puenisse, quanquã vnus solus esset q beneficiũ grattarum actione agnosceret, primùm qdem taxat aliorũ ingratitudinem, ac deinde huius gratitudinem cõmendat & remunerat. Itaq; respondens Iesus, hoc est, subijciens verbis & factis Samaritani, dixit, Nõne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Quęrit autem non tanquam ignarũs, sed huiusmodi interrogationibus ingratitudinem aliorũ magis taxans. Sensus est enim: Cùm certum sit decẽ similiter ab eodem morbo esse mũdatos, qd est quod non similiter oẽs idem agnoscãt beneficium, sed inter tã multos, vnus solus gratitudinem animi declarare venerit? Cumq; his verbis Dominus videretur cõpellare & interrogare Samaritanũ, ille tamẽ non solùm gratus existens, sed etiã modestus, obmutuit, vtpote qui venerat suo functurus officio, non aũt accusaturus alios. Illo ergo obticescente, Iesus conuersus ad circunstantes, ait: *Ex decem nullus inuentus est:* hoc est, nullus cõpertus est, aut nullus extitit (sic enim Græcis accipitur reperiri) *qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena,* hoc est, Samaritanus genere alienus à gente Iudaica. Quibus verbis & reliquorum ingratitudinem taxat ex comparatione ipsorum cum hoc alienigena, & huius gratitudinem ex cõparatione eius cum reliquis magis extollit. Rursum his verbis declarat se cognitorem secretorum, dum & reliquos mundatos significat, & cuius quisque gentis esset se cognoscere demonstrat, quamuis id fortè ex vestitu deprehendi potuerit. Notandum autem ex verbis istis, quòd cùm Samaritanus rediens non tantùm Deum glorificaret, sed etiam coram Iesu procidens, illi gratias ageret, Dominus tamen tantùm meminit gloriæ Deo datæ, nulla facta mentione gratiarum actionis sibi redditæ. Quo satis significauit, se vnicè Dei patris sui gloriam quærere, ac à nobis quærendam esse, non autem se spectasse hominum applausus ac laudes sibi tanquam homini attributas. Portò cùm hæc Dominus ad circumstantes loquutus fuisset, subindicans gentes Iudæis præferendas, conuersus appellauit Samaritanum humi prostratum adhuc: *Surge,* inquit, *vade,* secutus scilicet de beneficij nunc tibi collati perpetuitate. Ac pro more subiungit illud fidei elogium, *Fides tua te saluum fecit.* Quo, præterquam quòd fidei vim & energiam docere & commendare, vt & aliàs frequenter voluit, etiam rursum modestiæ exemplum exhibuit, dum quod gratus ille alienigena ipsi tribuerat, & acceptum ferebat, ipse vicissim fidei illius tribuendum & acceptum ferendum pronunciat. Cæterùm in hoc alienigena discere licet, quòd nihil cuiquam obest ad hoc vt Deo placeat, etiamsi haledicti generis sit, modo bonam habeat voluntatem, vt nullus gentilis desperet, & nullus de sanctis parentibus glorietur. Notandum autem, communicationem morbi decem hos leprosos, quos homines reliqui fugiebant, coadunasse, & per morbi communionem etiam Samaritanum coniunctum Iudæis; cùm alioqui Iudæi non conterenatur Samaritanis, vt dicitur Ioannis 4. Illud enim si ad mores accommodare velimus, nos docet, neminem debere alium per superbiam contemnere, & suo consortio indignum habere, sed nos cum omnibus socios gerere, vt qui omnes simus leprosi. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Vnde secundùm allegoricum sensum, quem prosequitur Theophylactus, decem isti leprosi, propter numeri perfectionem omne genus hominum signant, lepra malitiæ infectum, ac turpitudinem peccati circumfetens, atque ob eam extra ciuitatem regni cœlorum cõstitutum. Itaque dum decem curantur à Domino, inter quos erant Iudæi & gentiles, significatum est, Dominum venisse ad salutem totius humani generis, & Iudæorum, & gentium, quas præ Iudæis Deo fore gratiores, & eius misericordiam magis agniturás & celebraturas, in alienigenarũ deinde & glorificante Deum prædemõstratum est, vt priùs dictum est. Secundùm moralem autem sensum, docemur hæc historia, ei qui sanitatis spiritualis cupidus est, opus esse & ardenti ac humili fiducia, qua Dei imploret misericordiam, indignum se agnoscens qui illi appropinquet: & rursum vt post perceptam Dei benignitate sanitatem, gratum se illi declaret à quo curatus est, sic vt Deo patri simul & Christo gratias agat, quòd vtrique salus nostra sit ferenda accepta. Reliqua quæ de lepræ significatione, & lepræ spiritualis curatione dicenda hîc essent, dicta sunt suprà in capite Concordię 44.

Rom. 3.
Sensus allegoricus.
Sensus moralis.

DOC

DOCET IN TEMPLO IN FESTO SCENOPEGIÆ.

Ioannis 7. CAPVT LXXV.

IVdæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebãt: Vbi est ille? Et murmur multũ erat in turba de illo. Quidam enim dicebãt: Quia bonus est. Alii autẽ dicebãt: Nõ, sed seducit turbas. Nemo tamẽ palam loquebatur de illo propter metũ Iudæorũ. Iam autẽ die festo mediante ascendit Iesus in tẽplũ: & docebat. Et mirabãtur Iudæi dicẽtes: Quomodo hic literas scit, cũ non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatẽ eius facere, cognoscet de doctrina vtrũ ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriã propriã quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nõnne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legẽ? Quid me quæritis interficere? Respondit turba & dixit: Dæmoniũ habes, quis te quærit iterficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnũ opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circũcisionẽ, non quia ex Moyse est, sed ex patribus, & in sabbatho circunciditis hominem. Si circuncisionẽ accipit homo in sabbatho vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbatho? Nolite iudicare secundũ faciem, sed iustum iudicium iudicate. Dicebãt ergo quidã ex Hierosolymis: Nonne hic est quẽ quærunt interficere? Ecce palã loquitur, & nihil ei dicũt. Nunquid verè cognouerunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autẽ cũ venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens: & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis: & à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quẽ vos nescitis. Ego scio eũ, & si dixero, quia nescio eũ, ero similis vobis mendax: sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebãt ergo eũ apprehendere: & nemo misit in illum manũ, quia nondum venerat hora eius. De turba autẽ multi crediderunt in eum: & dicebãt: Christus cùm venerit, nunquid plura signa faciet, quã quæ hic facit? Audierunt Pharisæi turbã murmurãtẽ de illo hæc, & miserunt principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderet Iesum. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicũ tẽpus vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. Quæretis me, & nõ inueniũtis, & vbi ego sum vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionẽ gẽtium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quẽ dixit: Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego sum vos non potestis venire? In nouissimo aũt die magno festiuitatis stabat Iesus. Et clamabat dicẽs: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. (Hoc autẽ dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum, nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus) Ex illa ergo turba cùm audissent hos sermones eius, dicebãt: Hic est verè propheta. Alij dicebãt. Hic est Christus. Quidã autẽ dicebant: Nunquid à Galilea venit Christus? Nonne scriptura dixit quia ex semine Dauid: & de Bethlehẽ castello, vbi erat Dauid, venit Christus? Diſsẽsio itaque facta est in turba propter eum. Quidã autẽ ex ipsis volebãt apprehẽdere eum, sed nemo misit super eũ manus. Venerunt ergo ministri ad põtifices & Pharisæos. Et dixerũt eis illi: Quare non adduxistis illũ? Responderunt ministri, Nunquã sic locutus est homo sicut hic hõ. Responderũt ergo eis Pharisæi: Nunquid & vos seducti estis? nunquid ex principib. aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legẽ, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide quia à Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

IVDÆI ERGO QVÆREBANT EVMIN DIE FESTO, ET DICEBANT: VBI EST ILLE? Cũ Dominus suis verbis ablegasset à se cognatos suos, illi existimantes ipsum nõ venturum ad diem festum metu Iudæorũ, profecti sunt soli, ipse, illis ascendentibus, ad tempus remãsit in Galilæa. Posteaquam aũtẽ abiissent fratres eius ad diem festum, tum profectus est & ipse, veniens in Ierusalẽ non manifestè, comitatus scilicet discipulorũ, vt solet, multitudine, exquã faciẽ cognosci potuisset, sed veluti furtũ & occulte, tũ vt tãquã verus homo ad tẽpus declinaret odium Iudæorum, tũ vt animos populi expectatione sui magis acenderet, sicq; maiore fructu suo tẽpore prodiret in publicũ. Ergo, inquit Euãgelista, quoniã scilicet cum adesset Ierosolymis, non tamen prodibat in publicum hominum cœtũ, quemadmodum cõsueuit, Iudæi requirebant eũ in die festo, dicentes: Vbi est ille? Quæ verba etsi intelligi etiam possent fuisse bonorũ verba, qui eũ requisierint cupidi doctrinæ eius, vt illud pronomen, ille, per admirationem sit ab eis dictũ tamen quoniam in sequentibus & præcedentibus Ioannes fere Iudæorũ nomine inimicos Christi qui erãt in Ierusalẽ, significat (dixit enim in principio capitis, quærebant eũ Iudæi interficere. & mox subiungit, nemo palam loquebatur de illo propter metũ Iudæorum) magis conuenit intelligere hæc fuisse inimicorum Christi & malorũ Iudæorũ verba, vt intelligamus hos quæsiisse Dominum in die festo, nimirum quod cupidi essent per occasionem inijcere in illum manus, & per contemptum dixisse: Vbi est ille? nolẽtes eũ aut proprio aut honoris aliquo noie appellare. Itaq; in eum velut absentẽ varii sermones in populo ferebantur, quòd nõ esset eadem omnium de Iesu opinio, nec eadem omnium studia. Vnde dicit Euangelista: Et murmur multum, vel murmuratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

multa erat inturba de illo. Quidã enim (quos ve A
risimile est fuisse Galilæos, & è media plebe) qm̃
miraculis ab illo æditis interfuerũt, & sermones
audierunt ac mansuetudinem e congressu fuerãt
experti, dicebant Iesũ esse bonum virum, & indi
gnum de quo quis male loqueretur, aut in quẽ
aliquid acerbius moliretur. Alii autẽ, nẽpe Iudæi
sacerdotes & Pharisæi, quos iampridẽ male vre-
bat Iesu gloria, ediuerso negabant illum esse bo-
nũ virũ, sed seducere turbã asserebãt. Cùm enim
Euãgelista dicit alios dixisse: seducit turbas; signi
ficare satis videtur hos fuisse sacerdotes & Pha-
risæos, qui se turbis non connumerabant. Porrò
cùm plerique essent qui de Iesu bene sentirẽt, &
clancularijs susurris bonũ eum esse prædicarẽt,
nemo tamen palam audebat de illo loqui, in bo B
num scilicet, propter metum Iudeorũ Ierosolymi
tanorum, quorũ proceribus intelligebant Domi
num esse inuisum: Circa hæc obseruandũ primò,
quàm cæca sint eorum judicia, quorũ mentẽ in-
uidia & superbia possidet, quib. pleni Pharisæi,
sacerdotes, & Iudæorum proceres, eum qui aper
te bonus erat, vt vulgus ab illis passionib. liberũ
facile valuit iudicare, seductorẽ non erubescunt
appellare, in quos proinde competit illud Isaiæ, Isa. 5.
Væ qui dicitis malum bonũ, & bonum malum.
Secundò obseruãdum quam inimicum & noxiũ
veritati sit impiorum dominiũ. Nã propter hos
nemo recte sententium de Domino, palã de eo
loqui ausus est. Postremum obseruãdum hic exẽ
plum, quo sese consolẽtur, qui cum inculpate vi
uant, & veritatem syncere prædicent, tamen à
multis etiam magnẽ apud mundum reputatiõis
male audiunt. Sicut enim Dominum quidãbonũ
asserebant, alii verò seductorẽ appellabant: ita
quicunque emicuerit in aliqua gratia, à quibus-
dam bonus, ab aliis seductor esse prædicatur.

IAM AVTEM DIE FESTO MEDIAN
TE ASCENDIT IESVS IN TEMPLVM
ET. &c.] Pro die festo mediãte, Græce est τῆς μεσούσης, quod interpres, vt participiũ partici-
pio redderet, vertit, die festo mediante, cùm D
vt sensus esset clarus, vertendum fuisset, cùm iã
mediũ esset festiuitatis, hoc est, quarta die festiui
tatis. Itaque cũ iam animos hominum suo de si-
derio iritasset, & tanquam verus homo odiũ iu-
dęorum, quamdiu id cõuenire iudicauit, declinas
set, tandem cũ oportunum iudicauit, sese manife
staturus ascẽdit in templũ, & docebat populum.
Quod ad tẽp° latitauit Dominus, infirmitatis hu
manæ à se susceptæ demõstratio fuit: mansuetu-
dinis itẽ & modestiæ exẽplum, dum noluit liuo-
rem Pharisæorum nihil præter occidendi occasio
nem captantiũ, magis sua præsentia in principio
exhibita prouocari. quod verò postea prodiit, di
uinæ potestatis demonstratio fuit, cùm non aude
rent, nec possent in illum iniicere manus qui iã
dudum id perficere statuerant, i tidẽ hoc factum
est propter eos quos sciebat sua doctrina profe-
cturos ad salutẽ, atque vt ostenderet se salutis ho
minum & gloriæ paternæ adeo cupidum fuisse,
vt ob eã non mutueret aliquã hominũ vim. Non
enim tantum tribuendum erat quorundam per
uersitati, vt simplicibus in totum Euangelica do-
ctrina subtraheretur. Iudæi autẽ quum doctrinã
illius calumniari non possent, tamen apud popu
lum ei autoritatem studebant adimere, admiran
tes φ cũ esset idiota & literatũ rudis, sacra volu-
mina populo prælegeret & exponeret, atque ex A
eis interdocẽdum testimonia depromeret, velut
insimulare volẽtes eum quod dæmonium habe
ret, aut arte aliqua magica cõsecutus esset scien
tiã earũ literarũ quas non didicisset. Cùm enim
Ioannes Iudæos dicat fuisse qui dixerunt: Quo
modo hic scit literas cum nõ didicerit, & Iudęos
fere introducat pro hostibus Domini, crediderim
malos fuisse qui hęc dixerunt, & eo animo dixis
se quo dictũ est. Illud autẽ, scit literas, dupliciter
accipi põt. Aut simpliciter, p eo φ est nosse lege
re. Aut poti° pro eo quod est nosse & intelligere
scripturas. nam dictio Græca γράμματα, etiam
verti potest per, scripturas. Sic & Paulus dicit Ti-
motheum ab infantia scisse sacras literas. Magis B
enim credo scribas & Pharisæos admiratos quod
Dominum audirent scripturas explanantẽ & ci-
tantem, quam quod simpliciter eas legeret: nõ di
dicisse autem illum literas aut scripturas, non so
lum cognouerunt ex fama, sed etiam ex eo quod
scripturarũ lectionẽ, intelligentiã, & explanatio
nẽ verisimile est tantũ tunc doceri solitã in Hie-
rusalem, tanquã in publica Iudæorum academia,
in qua habitabãt principes sacerdotum & scribę
legis doctores. Hic ergo quoniam sciuerunt re-
sum nõ fuisse alicuius discipulum mirantur quo
mõ sciat literas quas nõ didicerat. Cumq; ex hoc
ipso φ sine magistro homine diuinas literas didi C
cisset, diuinã eius scientiam & autoritatem colli
gere merito debuisset, pro suo fastu & iudia hoc
ipsum trahunt in calumniam autoritatis eius, ve
lut dæmoniacã insimulare volentes ex eo vnde
certo constabat esse diuinam.

RESPONDIT EIS IESVS ET DIXIT,
&c. Quoniam admirabantur Iudęi quomodo Do
minus literas sciret, & quantumuis res ipsa satis
declararet diuinitus illum edoctũ, tamen demo-
ni tribuere eius scientiã maluerunt, Dominus ip
se eorum arcanorũ conscius clancluario eorum
murmuri respondens, docet vnde literas didice-
rit, ac eorum impiã suspicionẽ submouet, idque
more suo, leniter, mansuetudinis & modestiæ
rursum prębens exẽplũ. Cumque Iudęi de lite-
rarum & scripturarũ cognitione inter se veluti
admirando conquirerent, studentes hoc modo
doctrinę eius derogare, Dominus non directe
respõdet quomodo & à quo literas didicerit, sed
qualis & à quo sit eius doctrina, ex consequenti
etiã significans quomõ & à quo literas didicerit.
Mea, inquit, doctrina non est mea, hoc est, doctri
na quã ego doceo non est ex me profecta primo
& originaliter, sed est originaliter eius q me mi- E
sit in mundũ. nẽpe Dei patris, proinde q me hãc
docuit, docuit literarum ac scripturarũ cognitio
nẽ. Quoniã autẽ quærere quis poterat, quomo-
do cognosci possit doctrinã ei° esse à Deo, subii-
cit: Si qs voluerit voluntatẽ eius facere, &c. notãs
causam ob quã Iudęi non intelligerent doctrinã
eius esse diuinã, nimirũ quod Dei nollent facere
volunt atẽ, cuius tamen volebant videri cultores
religiosi. Porro quod dicit, Si quis voluerit volun
tatẽ eius facere, dupliciter ĩtelligitur. Augustinus
enim intelligit singulariter de voluntate illa Dei,
qua vult homines credere ĩ Christum filium su-
um, de qua prius dictum est: Hoc est opus Dei vt
credatis i eum quẽ misit ille. Itaq; secundum eũ
sensus est ac si diceretur. Si quis voluerit credere
in me, hic intelliget qualis sit doctrina mea. Ad

quem sensum accõmodat illud Isaiæ 7. secundũ
Septuaginta: Nisi crediderit is nõ intelligetis. Alii
vero melius intelligunt generaliter de omni Dei
voluntate, vt significetur bonam hominis volun
tatem & studium obsequendi Deo, multum con
ferre ad discernẽdũ, an doctrina aliqua sit ex Deo
an nõ. Spiritualis enim omnia diiudicat, animalis
autem homo nõ percipit ea quæ sũt spiritꝰ Dei.
Nã sicut bona dispositio palati dat gustui vt pos
sit discernere differentias saporũ, sic bona volũ
tatis dispositio dat intellectui discernere doctri-
nã diuinã ab ea quæ nõ est talis: hæc enim vt con
traria bonæ dispositioni volũtatis sentitur, illa au
tem vt cõformis. His ergo Dominus significauit B
in ipsorum voluntate cõsistere, vt intelligãt qua
lis sit eius doctrina, & per ipsos stare quo minus
intelligant, nempe quòd haberent mentẽ, ira, iui
dia, & odio excæcatã, ac quæstui & honorib. mũ-
di magis deditam quã studio perficiendæ volun-
tatis diuinæ. Cæterùm dubitare hic quis posset,
quare Dominus tantũ duo faciat membra, dicẽs,
vtrum ex Deo sit, an ego ex meipso loquar; & nõ
adiiciat etiam tertium, an ex diabolo, maxime cũ
Iudæi doctrinã eius tãquam dęmoniacã insimu-
lare voluerint: Sed dicendum, tertium illud mẽ-
brum comprehendi sub secundo. Quisquis enim
non loquitur ex Deo ex seipso loqui dicitur cũ
quicquid sit in nobis non ex Deo, dicatur esse ex
nobis, etiã si sit in nobis ex diaboli suggestiõe, eo
quòd diabolus id in nobis non efficiat, sed tantũ C
mala nostra volũtas diabolicæ acquiescẽs sugge-
stioni. Postquam autem Dominus indicauit vnã
rationem qua quis cognoscere possit qualis & à
quo sit doctrina eius, subiũgit & aliã rationẽ qua
id rursum certissimè cognosci possit: Qui, inquit,
loquitur à semetipso: hoc est, qui non est missus
à Deo, & loqtur ea qua à Deo nõ accepit, hic nõ
Dei quærit gloriam, sed suã propriam. Quod quã
sit verum, in omnibus patet hęreticis, qui doctri
na non diuina, sed sua, suam quærũt apud homi
nes gloriam. Contrà qui quęrit gloriam Dei qui
misit illum hic quoniã ea loquitur quæ à Deo ac
cepit, quęque ad Dei qui misit eum faciũt gloriã,
& à mendacio atque falsitate est alienus, & ab in D
iustitia. A mendacio quidẽ, quoniã loquitur quæ
Dei sunt qui mentiri nequit. Ab iniustitia verò,
quoniam non quęrit docendo sibi gloriã quæ so
li Deo debetur. Itaq; ecõtra vult significare Do-
minus, eũ qui loquitur à semetipso, & nõ esse ve
racem, & esse iniustum. Verax enim talis non est,
quoniam falsa docet, aut sua inuẽta & dogmata
pro diuinis proponit. Omnis enim hõ ex seipso
est mendax, cùm ergo ex seipso loquitur, mẽda-
cem esse oportet. Iniustus est talis, quoniã alienũ
vsurpat, gloriam scilicet quæ Deo debetur, nõho
mini. Non dicit autẽ Dominus: Qui autẽ ex Deo
loquitur gloriã Dei quærit, quemadmodũ dicen
dum videbatur, vt secunda sententia priori esset E
contraria directe: vel quod ea sententia nõ sit vs
quequaque vera, (nam sunt qui diuina docẽtes
gloriam suam docendo quærunt) vel quod ea se
tentia non iam ostenderetur quod ostendendũ
erat, suam scilicet doctrinam esse ex Deo. His enĩ
duabus sententiis generaliter prolatis in tertia
persona, Dominus & suam doctrinam vindicare
voluit à suspicione mala, quã de ea Pharisæi ha-
bebant, significans eam non esse humanam, sed
diuinã ac veracẽ, quod per eam nõ suam. sed pa-
tris sui quæreret gloriam. Et simul etiã Pharisæo
rum & scribarum doctrinã notare voluit tãquã
humanam & non diuinã, vt qui pleraque loque
rentur à seipsis, docentes doctrinas & mandata
hominum & per suam doctrinam quærẽtes non
Dei, sed suam apud homines gloriam. Itaque à
Pharisæorum calumnia sese vindicans, eandẽ in
ipsos retorquet sed id solitã sua modestia, loquẽs
in tertia persona, vt nec apertè illos insectaretur,
nec se apertè commendaret.

NONNE MOYSES DEDIT VOBIS, &c.
Hæc quæ cum superioribus non videntur habere
aliquam aptam cohærentiam duobus potissimũ
modis tractãtur ab interpretibus. Nam Caieta-
nus quidem intelligit, Dominum qui prius dixit:
Si quis voluerit voluntatem eius facere, &c. nũc
ostendere Iudæos non esse tales, & ob id nõ co-
gnoscere, qualis sit eius doctrina. Secundũ quẽ
intellectũ quod dicitur: Quid me quæritis inter
ficere; dictum est ad declarandum, ipsos nõ face
re legem Moysis, vt sit sensus: Neminẽ vestrũ fa-
cere legem pater, quia nulla est causa iusta ob
quã me quæratis interficere, cũ lex Moysis præci
piat; Insontem & innocentem non occidi. Alijin
telligũt hic Dominum ordiri nouũ argumẽtũ, vt
postquam suam doctrinam vindicauit à Phari-
sæorum calumnia, eorum etiã in se odiũ aggre-
diatur ostendere esse iniustũ. Itaq; quoniam eũ
criminabantur φ sabbathũ soluisset, & legẽ præ
uaricaretur, cõtrà ostendit eos multò magis esse
præuaricatores legis, vt qui insontem occidere
cõtra legem patarẽt: ac ob id significãs illos nõiu
stè ipsum persequi ob legis, sicut illi putabant,
transgressionem, cum, si veri essent legis zelato-
res, deberent ipsi imprimis illam obseruare, Secũ
dum hunc intellectum illud: Quid me quæritis
interficere; vel potest sicut in primo sensu cõiũ
gi per coniunctionẽ causalem enim, hoc modo.
Nemo ex vobis facit legẽ. Nam ꝓpterquam cau
sam me quæritis occidere; Aut secũdũ quosdam
cõiungẽdum est p illationẽ, ergo, hoc modo: Cũ
nemo ex vobis faciat legẽ, qd ergo me quæritis
interficere tanquam legis transgressorẽ, cũ vnus
quisq; ab eo debeat esse immunis, φ in alio vult
punire; Sic fere Cyrillus & Chrysostomus, q ta
mẽ sic tractant hũc locũ: vt nesciasan velit illud:
Quid me, &c. cõiungẽdum p enim, an per ergo,
ex quo tamẽ pẽdet loci huius intellectus. Potest
hic locus etiã sic tractari & cõiungi cũ præcedẽ
tibus, vt intelligamus Dominum postquam ostẽ
dit suã doctrinã esse à Deo, & se esse veracẽ, nec
esse in se iniustitiam. voluisse significare nõ esse
mirũ si doctrinã eius nollent agnoscere & reci-
re, cũ ne Moyses quidẽ legẽ, quã tanti tñ facere
videri volebant, obseruarẽt, vt q insõtem occi-
dere quærerent: sicq; Dominus sermonẽ suũ cõ
tinuans, occasionẽ accepit etiam vindicandi ab
altera eorum calumnia, qua tanquã legis trasgres
sorẽ eum accusabant. Itaq; cohærẽtia & ĩtelligẽ
tia huius loci erit ista: Cum doctrina mea plane
sit diuina, & ego veracissim, atq; ab omni iniustitia
alienus, nõ est tamẽ mirum φ & meam doctri-
nam & me non recipiatis. Nam cum Moyses ille
quẽ vos pluris facitis quàm me, dederit vobis le
gẽ quã à Deo accepit, nemo tamẽ vestrũ cũfactis
pręstat. Vt enim alia omittam p q̃ vos legis esse
pręstat. Vt enim alia omittam p q̃ vos legis esse
transgressores demõstrare possem, quam habetis
iustã causam, ob quam me quæritis ĩterficere cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moyses vobis præceperit nõ occidere insontem & innocẽtẽ: Certè nõ habere vos cõtra me causã aliquã iustã superiori rõne demonstratum est, quod ostensum est me veracẽ esse, & ab iniustitia liberum. Ex istis patet, quòd quamuis illud, Nemo vobis facit legẽ, verũ sit de omnibus Iudæis, cùm nemo fuerit qui nõ aliquãdo legẽ trangrederetur: tamen à Domino peculiariter solùm est dictũ cõtra malos nẽpe eos qui ipsum quærebãt interficere, & grauiter legem transgrediebantur.

RESPONDIT IVRBA, ET DIXIT: DÆMONIVM HABES, &c.] Nõ Iudei, nec Hierosolymitani istud Domino respõdisse dicuntur, sed turba, quam verisimile est ignaram fuisse, eiº, quod contra Dominum primores Iudæorũ fuerant machinati, vt supra habitum est. Itaque cũ ipsi nihil tale cõtra eum cogitassent, & ad sẽ verba Domini pertinere putarent, pro more pertur batẽ & sine ratione loquentis turbę, dicunt eum dæmonium habere. Idq; vel ob id quod dęmõ pater sit oĩs mendacij, quod Dominum iã loqui æstimabãt: vel potius simpliciter sic dixerunt Dominum habere dæmonium, quomodo nos cõmuni sermone eum qui loquitur absona, insanire dicimus, Teutonicè dicentes, *Ghy raest*, quomodo Festus præses paulo rõnem vitæ suæ reddenti, & de Christo disserẽti inquit: Insanis Paule. Hic autẽ præter naturã tumultuantis vulgi, etiã obseruãdum rursum patiẽtiæ exemplum à Christo nobis relictum, qui cum dæmones ciiceret, patiẽter tamen audiuit eos qui ipsum dicebant dæmoniũ habere, nec referens maledictum pro maledicto, cum vere dicere posset illos habere dæmonium: tranquille respondens, & ad salutarem cõuertẽs se doctrinam, docens nos, vt quoties nobis ab aliquibus falsa obiiciuntur cõuitia, patienter tolere mus, & vera quæ possumus nõ obiiciamus, sed salutaria monita prædicemus. Vnde sequitur,

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EIS VNVM OPVS FECI, ET OMNES MIRAMINI, &c.] Cùm turba ignoraret q̃ illum quidam interficere studerẽt, & qui illud sciebãt, fateri nollent, Dominus ipse, qui prius quæsiuit; Quid me quæritis interficere; causam aperit odij eorum in se, eãdemq; efficaci ratione ostẽdit nõ esse iustam: Vnum, inquit, opus feci; nempe q̃ sanaui hominem in sabbatho, & ob id omnes miramini. Quæ verba posteriora D. Cyrillus intelligit per interrogationem pronunciãda. Melius tamẽ secundum alios assertiue legũtur, vt intelligatur Dominus asserere causamquam prius quęrebat, ob quam scilicet male essent illi affecti: Mirati autem hic rursum nõ in bonum ponitur, sed in malum, pro turbari & tumultuari, vt exponit Theophylactus. Non enim vult eos opus illud mirari tãquam diuinum, sed tanquam malum, & cõtra Dei legem factum. porro illud, propterea, quod sequitur, Theophylactus coniungit cum præcedẽti & omnes miramini propterea. Alii tamẽ melius sequentib. cõiungũt, positumq; est Hebraico more, quemadmodum aliquoties in prophetis, non vt redditiuũ causæ, sed vt sit particula excitãs ad audiendum quod dicendũ est, vt sit sensus: Itaq; vt non miremini, sed intelligatis factum meum obnoxium nõ esse calumnię, aduertite: Ecce Moyses dedit vobis circumcisionem. Sic accipi illud, propterea. Hier. 30. satis patet, cùm postquã Dominus dixit de plaga populi Israelitici, Insanabilis est dolor tuus, propter multitudinẽ iniquitatis tuæ, & dura peccata tua hæc feci tibi, sequit, propterea omnes q̃ comedunt te, deuorabuntur, & vniuersi hostes tui in captiuitatẽ ducentur, &c. sensus enim est: Itaq; vel veruntamẽ ne desperetis, scitote q̃ omnes qui comedunt te, &c. Sic c. 32. & aliis locis. Cęterum Dominus, qui supra c. 5. Ioãnis, hoc suum factum de quo est sermo, ostendit se licite fecisse in sabbatho, ex operatione patris sui, nec ea rõne apud eras sumpopulum aliq̃d profecit: nunc populari magis rõne ostendit suũ factum liberum à calumnia esse debere, cõparando suum factum cum circunsiõis opere, quod in sabbatho frequenter fiebat, idque ex præcepto Moysis quẽ illi maximi faciebant, quiq; sabbathi religionẽ introduxit. Rõ autem qua Dominus vsus est, talis est, Moyses dedit vobis præceptũ circunciśiõis octauo die fiendæ, vnde fit vt frequenter in sabbatho circuncidatis hominem, cum in sabathũ dies octaua circunciśionis frequenter incidat. Si ergo homo circunciditur in sabbatho, vt lex Moysis nõ soluatur, quę octauo die circunsionem fieri mãdat, nec indignamini Moysi q̃ hocita fieri præcipit, nec mihi indignari meritò deberetis qui nõ in aliqua parte hominẽ in sabbatho læsi aut læsum curare studui, quemadmodũ fieri præcepit, sed totũ hominem sanum feci in sabbatho. Quãto enim melius est hominem sanare quã vulnerare, & totum sanare quàm in parte, tanto magis, si sabbatho licitum sit necesse est. Proinde ne iudicetis secundum faciem, hoc est, personarum qualitatem, ita vt Moysen eo quòd magnæ sit apud vos autoritatis in simili negotio absoluatis, in quo me humilẽ & cõtemptum apud vos condemnatis: sed quemadmodum lex toties vobis p̃cipit, iustũ iudicium iudicate, æstimantes, s. factũ ex se ipso, & nõ ex qualitate facientis, quod si feceritis, autme simul cum Moyse absoluetis, aut illum mecum cõdemnabitis. In hac ergo rõne Dominus è regione circuncisionis ponit sanare totum hominẽ. Circuncisio enim ĩfert vulnus egẽs curatione partis. Ideóque cõtra ægritudinem vulneris dicit, sanum feci: contra verò curationem partis læsæ, quæ curatio etiam in sabbatho circũcisis debet adhiberi, dicit, totũ sanum feci. Cæterum illud, nõ qa ex Moise est circuncisio, sed ex patribus, simpliciter videtur à Domino appositum, ad explicandum quomõ dicat Moyses dedisse circunsionem, nimirum quòd eam in lege præceperit, quanquam prius fuerit ĩstituta, ne quis Dominum argueret ĩsciti æ, quasi putauerit Moysen fuisse auctorẽ circuncisionis, cum tantũ fuerit confirmator. Cyrillus tñ profundiori ĩtelligentia accipit partem additam, vt significaretur Moysen ideo voluisse circuncisionem seruandam etiã in sabbatho, quia non putauit consuetudinem patrum propter honorẽ sabbathi à se introducti cõtemnendam. Sicque vlterius ex consequenti significatum à Domino intelligit, etiam se iure paternam consuetudinẽ sabbathoante ponere, vt quoniam pater in sabbatho operatur, etiam ipse, eademq; pater, ĩ eo operetur, sicut ipse prius dixit. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Secundum priorẽ intellectum, qui simplicior est, coniunctio, quia, p̃ quòd est accipienda, vt sit sensus, non quòd ex Moyse sit, sed est ex patrib. circuncisio: secundum posteriorem, coniunctio q̃ accipitur causaliter. Sensus enim est secundũ Cyrillum

illum: Moyses præcepit circuncisionem in sabbatho seruandam, non quia ipse eam primus præcepit, sed quia ex patrib. dimanauit. Idem Cyrillº illam partem, vt non soluatur lex Moysi, vult nõ cum præcedentibus iungendam esse, sed cum sequentib, vt ordo sit: Mihi indignamini qa totum hominem sanum feci ĩ sabbatho, vt non soluatur lex Moysi, de seruãdo scilicet sabbathi otio. Nam de hac lege iam pars hæserit intelligenda, & non de lege circuncisionis. Et erit sẽsus: Iudæos fuisse indignatos Christo ad eum finem vt non soluere tur lex Moysi, quam Dominum iam soluisse & soluere voluisse putabant.

DIXERVNT ERGO QVIDAM EX HIEROSOLYMIS, &c.] Ioannes Euangelista, qui toto hoc capite diuersas admodum diuersorũ contra Iesum contradictiones narrare instituit: post p̃dictas, pergit aliorum quorundam alias contradictiones, & ipsius Dñi ad illas responsionem commemorare, vt ex diuersis illis contradictionib. Iudæorum malitia pateseceret, & ex Dñi respõsionibus omnib. ambiguitatis ratio de cordib. piorum tolleretur. Itaq; cum superius introduxisset quosdam offensos in doctrina eius, q̃ nescirent vnde esset, ĩã inducit alios offensos in origine eius, q̃ nescirent vnde esset: cumq; suprameminerit quorundã q negabant Iesu necem intentari, iam aliorum meminit, qui idpsum quod Dominus asseuerat cõfirmant. Ergo, inquit, cum Christus ad p̃dictum modum in templo doceret, dicebant quidã nõ e turba illa quę ascendit ad diem festum, q̃, vt suprà dictum est, forte ignorabat molimen principum, sed qdãex Hierosolimis, vel, vt habẽt Græca ἐκτῶν ἱεροσολυμιτῶν, ideest ex Hierosolymitanis vel Hierosolymitis, quib. principum suorum studium facile potuit esse cognitum. Nònne hic est quem quærunt, s. principes nostri interficere? Ecce q̃ prius cum ad necem quęreretur latuit, hic nunc loquitur, & nõ solum nihil ei faciunt, sed nec quicquã ei dicunt. An principes nostri iã vere persuasi sunt esse Christum? Sed id nõ est verisimile. Scimus enim hunc vñ sit, Christus autem cum venerit, nemo scit, id est, sciet, (nã præsens pro futuro positum est) vñ sit. Circa q̃ verba non nulla est difficultas. Quomõ enim dicunt, hunc scimus vñ sit, cum postea cap. 9. dicant. Nos scimus quoniam Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vñ sit. Deinde quomõ dicunt: Nemo sciet vñ sit Christus, cum mox postea fateantur se è Michæa didicisse Christum e Bethleem nasciturum, quemadmodum id suprà Herodi etiã respõderãt? Neq; enim sufficit dicere, Iudæos veluti insanos sibiipsis dixisse cõtraria, prout pro occasione dicendum occurit: sed quantumuis insane & maligne hæc dixerint, rõnem aliquã horum dictorum necesse est fuisse. Itaq; in alio sensu hic dicunt. Hic scimus vñ sit, & in alio postea Hunc nescimus vñ sit. Hic enĩ significare volunt scire ex quib. parentib. sit progenitus. Alibi verò, se nescire an à Deo missus esset, sicut Moyses, an nõ. Quod autem dicunt: Nemo sciet vnde sit Christus, nõ videtur intelligendum de loco vnde Messias esset oriendus, sed de parentib. messiæ, quos fore incognitos suspicati sut verisimiliter, primum ex illo Isaiæ 53. Generationem illius q̃s enarrabit? Vbi per generationem nõ est itelligenda natiuitas, sed progenies, cũ sit Hebræis דור, dor, & videtur propheta significare voluisse pro genẽsem Messiæ fore inenarrabilem præ multitudine, quanquam Iudæi forte, intellexerint de progenie ex qua Xps nasceretur. Deinde idẽ putare potuerunt ex eo q̃ apud Michæã, postquã dictũ est Messiã exiturũ è Bethlehẽ, sequtur, Et egressus eius, vel egressiones eius (est enĩ Hebræis pluralis numerus) ab initio à dieb. æternitatis. Præterea idem credere potuerunt, ex eo q̃ de Messia dictũ est à Dauide: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedec, vt hinc collegerint incognitos fore Messię parẽtes, sicuti & parẽtes Melchisedec, vt ĩdicatur hoc loco epistolæ ad Hebræos. Postremùm idem colligere potuerũt ex hac aut simili scriptura, Descẽdet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terrã. Certe istos asserere voluisse parentes Messiæ fore incognitos apparet etiã ex sequẽti Domini responsione, qua ostendit illos nescire vñ esset, quia nescirẽt Deũ à quo esset, & in mundum exiuisset. Et tamẽ siue exprædictis, siue aliis quibusdã scripturis intellexerint egressum Messiæ fore icognitum, & carnales parẽtes eius. absurde tũ id colligerunt. Nã si parentes debebant esse incogniti, quomõ sciri posset q̃ ex Bethlehẽ & ex semine Dauid esset natus? Debuissent vtiq; ex scripturis ĩtellexisse originem Messiæ secundum diuinitatem fore occultã: secundũ humanitatem verò manifestam sedga in Messia vtramq; nõ nouerunt naturam, aut qa nõ nouerunt distinguere quæ scripturarũ loca ed diuinitatem pertinebant, & quæ ad humanitatem, ideo confundebantur & fallebãtur. *Hebr. 7.* *Psal. 71.*

CLAMABAT ERGO IESVS, &c.] Etsi Hierosolymitani illi nõ dicerent audiente Domino prædicta, tamen Dominus omnium cõsciº, cũ apud se cognosceret quid de se quidã in turba loquerentur, ad illa respondit inter docendũ, clamãs, iã hoc est, clariore voce ista dicẽs, forte ideo q̃ aliquãtulũ ab ipso (vt verisimile est) abfuerint illi calumniatores, vel certè vt ita pondus maius verbis suis adderet, porro illud, Et me scitis, & vnde sim scitis, varie intelligitur. Augustinus enĩ & alii plerique sic intelligunt: Scitis quidem me ex parte, quia nouistis metanquam hominẽ, & faciẽ meam agnoscitis: & vnde sim ex parte scitis, qa scitis me esse ex Nazareth, ac progeniẽ meã carnalem cognoscitis. Iam autem per sequẽtia ĩtelligetur Dominus ostendere: eos tamẽ ipsum ex altera parte non cognoscere. nec scire vndeesset. Alii sic ĩtelligũt: Si mõ verũ fateri velletis, scitis quidẽ me quòd sim Messias, & quod à Deo processi. Aut meritò scire deberetis quis ego sim, & vnde sim, nempe quòd à meipso nõ venerim, sed quod Deus me miserit. Id enĩ vobis testãtur scripturæ, Ioannes, pater ac opera, sicut supra cap. 5. Dominus ostendit. Alii rursũ ĩtelligunt Dominum hæc respondisse per ironiam, qua significauerit eos falli, neq; id scire quod iactabãt. Aut do minũ hæc dixisse ex eorum sententia, veluti concedendo eis quomodo dictum est c. 5. Ioã. circa illud: Si ego testimonium perhibeo de meipso, &c. Vt hic sit sensus: Dicitis vos me scire, & vnde sim scire. Atqui vt id ex parte vobis cõcedã à meipso tamen non veni, sed est verus, &c. Secundum quem intellectum coniunctio, &, eùm dicitur, & à meipso nõ veni, Hebraico more habet vim aduersatiuam, quemadmodum mox infrà: Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misitin illũ manus. Et s ne hic sensus videtur esse conueniẽtior,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum quod in sequentibus toties Dominus negat Iudæos se cognoscere, tum quod Iudæi nõ scirẽt etiam vnde Iesus esset secũdum humanitatẽ. Ex Ioseph enim prognatum credidertunt, & in Nazareth natum, non in Bethlehem. Itaque Dominus ostendit illos nescire vnde sit, cũ subdit: A me ipso non veni in mundũ ad prædicãdi munus, sed qui misit me est verus. Deus scilicet, qui solus verax vel verus est, cũ omnis homo & dæmon sit mendax. Deum autẽ nunc significat appellatione veri vel veracis, sicut & cap. 8. Ioannis sequẽti, quia hic Deum introducit tanquã auctorem suæ doctrinę. Vnde sicut Ioan. cap. 6. Deũ Patrem viuẽtẽ vocat, cum significare vult etiam se esse per illum auctorem vitæ, dicens: Sicut misit me viuens Pater, &c. ita & modo dũ suam doctrinam vult significare esse verã, & se esse veracem, commode Deũ qui misit illum, verum autveracẽ appellat. Aut iõ hic dicit Deum veracẽ, vt significet et meritò illos ei testimonium perhibenti de filio suo credere debere. Dicit autem illos Deum qui misit ipsum, nescire, tum quod illud nescirent sub ratione mittentis, tum quod illius mãdata nõ seruarent. Qui etñ, inquit Ioannes, dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, hic mendax est. Significat autẽ ex consequenti illos etiam nec nosse ipsum, nec scire vnde sit, secundum id quod de eo maxime erat cognoscẽdum. Magis enim referebat scire vnde esset missus, quam vnde secundum carnẽ prognatus. Sic & cum subiungit, Ego scio eum, significat illos à se dicere debere illum qui se misisset. Quod autẽ in nostris libris sequitur, Et si dixero qa nescio eum, ero similis vobis mẽdax. Sed scio eum, totum nõ est in Græcis, vt nec in antiquissimis Latinis, nec in Augustini cõmẽtariis, vt satis sit certum verba hęc ex ca. 8. vbi similis est locus, esse huc transcripta. Debet autem similitudo quę his verbis significatur, per cõtrarium intelligi, vt satis patet ex loco sequẽtis capitis, vnde istud desumptum, vt sensus sit: Ero similis vobis mẽdax, quia sicut vos dicitis nosse eum qnẽ nõ nouistis: ita ego dicerem me non nosse eum quẽ tamẽ noui. Quod autẽ dicit, Ego scio eum qa ab ipso sum, & ipse me misit, dupliciter potest accipi. Aut vt, quia pro quòd accipiatur, vt sit sensus: Ego noui eum, nempe q ab ipso sim, & quod ipse me misit. Aut potius vt quia, accipiatur causaliter, & declaret Dominus se scire eum, tum quia ab ipso sit, tum quia ipse eum miserit: quorum primum dicit propter suam diuinitatem, secundum quã est à patre: secundum vero propter suã humanitatẽ, secundum quam est missus. Missio enim eius est incarnatio, & ad prædicandi munus delegatio.

QVÆREBANT ERGO EVM APPREHENDERE, ET NEMO MISIT, &c. Illud ergo, dupliciter hic accipi potest. Aut vt significet Euãgelista auditores propter verba prædicta, in quibus Dominus eos notauit de ignorãtia Dei, & diuinam suam originem indicauit, accensos ad cõprehendendum ipsum. Aut potius vt intelligatur Euangelista cõfirmare quod Hierosolymitani pdicti dixerunt, Nonne hic est quem querunt iter ficere? & reddere rationem, quam illi non intelligentes sunt admirati. nẽpe quare principes quærentes Dominum interficere, iam palam prædicãtem non comprehenderunt. vt sit sensus: Verum ergo est quod quærebãt eum principes apprehẽdere. & tamen nemo misit in illum manus. qa nõ A dum venerat hora eius, hoc est, tempus à se & patre diffinitum passioni eius. Non ergo dicit, nẽdũ venerat hora eius, quasi Dominus temporib. esset obnoxius, & à fato aliquo cęlestium corporum mors & passio eius penderet, sed quòd omnia tẽpore oportuno & à se diffinito fieri voluerit. prout de notanda hic cõtra fati assertores D. Augustini sententia, qui hoc loco illud, quia nõdũ venerat hora eius, exponens, sic habet: Hoc est, inquit, qa nolebat. Quid est enim, nõdum venerat hora eius? Non enim Dominus sub fato natus est. Hoc nec de te credendum est, quãto minus de illo per quẽ factus es? Si tua hora voluntas est illius: illius hora quæ est, nisi voluntas sua? Non ergo horã dixit qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi. Tempus enim expectabat quo moreretur, quia & tẽpus expectare voluit quo nasceretur. Hæc ille. Sed ad rem. His verbis Euangelista notare voluit & Christi diuinã potestatẽ, qua inuisibiliter eorũ malitiã miserabili modo coercuit, & eiusdẽ passionẽ fuisse illi non coactam, sed voluntariam. Notatur & magna Iudeorum insania ac cęcitas, qui cum absentem Dominũ quærebant, hoc est, desiderabant, sinteffugere, & in præsentem manus inicere nõ valerent, noluerunt tamẽ vel exhuius modi re illius agnoscere potentiã, & conatum suum esse frustraneum quamdiu itle vellet.

EX TVRBA AVTEM MVLTI CREDIDERVNT IN EVM, ET DICEBANT, &c.] Quanquã inquit, principes illũ quærerẽt interficere, tamen multi ex turba propter signa & miracula quæ vel tum agebat coram eis, vel ab eo prius viderãt aut audierant esse facta, credidernnt in eum tãquam expectatum Messiam. Quo notatum est, quemadmodum aliàs frequenter, infirma & stulta mundi eligere voluisse, vt confunderet fortes & sapientes: ac simpliciores, eoquod ab inuidia & ambitione essent liberi, capaciores fuisse doctrinæ Christi & fidei in eũ, quã doctiores & eos qui apud mundum magni erãt nominis. Quod autẽ dicunt, Christus cum venerit, nõ sic est accipiendũ quasi adhuc putauerint hi Christum venturum, cùm iã dicãtur in Iesum credidisse tanquã Christum: sed sic sunt accipienda hæc verba: Si adhuc Christ⁹ esset venturus, nunqd plura signa facturus esset quã quæ hic facit? Loquuntur enim ex aliorum sententia nõ sua, velut aliis concedẽtes q adhuc Christ⁹ esset venturus, & ex ea colligentes suæ sententiæ veritatem. Quasi dicant: vt demus Christũ adhuc venturũ, num ille cum venerit facturus est plura signa? Certe nõ est verisimile, cum hic & quãplurima & maxima fecerit. Magis ergo credendum, hunc esse expectatum illum nobis Messiã. D. tñ Chrysostom⁹ ex his verbis colligit imperfectionem fidei ipsius turbæ, cum tamen id nõ sit necesse, quãquã bene in eo notet turbæ imperfectionem, quod miracu lis magis quã doctrina Christi sit ad fidem cõmota. Cæterum Pharisæi & principes Iudæorum, quorum partes erant imperitã multitudinem ad Christum allicere, adeo sunt occasione fidei & bonæ propensionis vulgi erga Christum, accensi ad persequendum illum, vt quod ad tempus differre statuerãt, iam diutius nõ differendum esse putarẽt, re ipsa satis declarãtes, vt annotauit Chrysostomus, magis eos torsisse gloriã Domini apud populum, per quam suæ gloriæ diminutionem metue

metuebant. quàm sabbathi violati, sicut illi putabant, trangressionem. Tanta pestis est ambitio, religionis & doctrinæ prætextu fucata. Vt autẽ nõ ipsimet venirent ad comprehendendũ Dominũ, non pudor aut pietas eos coercuit, sed metus populi à populo expectandi. ob quod ministros mittunt tanquam periculis expositos. Verum hi qa non poterant apprehendere nolentem, missi sũt vt audirent docentem. Vnde sequitur,

DIXIT ERGO EIS IESVS: ADHVC MODICVM TEMPVS VOBISCVM SVM.] Dominus semper declarans se non latere quicqd aliqui contra ipsum clam dicerent aut molirẽtur etiam iam præsentib. his qui missi erant dicit quę opportuna erant, significãs frustra illos se quærere modò ad mortẽ, nec necesse esse vt tam ardenter ipsum ad mortem quærerent. breui fore vt ipse se sponte morti, ad quam tum frustra petebatur, offerret, ac tum etiã quę situm inueniri nõ posse, vt ob id potius quamdiueo frui licet, nudè eũ amplecti deberent, quàm ante tẽpus ipsum vellent perdere. Dicit ergo, Adhuc modicum tẽpus vobiscum sum, & vado ad eũ qui me misit. In qua oratione coniũctio, &, potest accipi, vt aliquoties, p causali, quia, vt sit sensus: Modico tẽpore vobiscũ sum quia vado, hoc est, moriturus sum, &c. Aut potiũ hic est sensus: Adhuc modicũ tẽpus vobiscum sum, & post illud tẽpus vado ad eũ qui me misit. Videntur autẽ duo illa verba præsentis tẽporis, sũ & vado, aut, vt est Græcis, ὑπάγω id est abeo, posita Hebræa phrasi pro futuris, ero & vadam, aut abibo, nisi dicamus Dominũ ideo vsum verbo, sum, quod illud sibi tanquã Deo magis cõpetere. Hac autem sententia dupliciter significat Dominus suam mortẽ fore sibi voluntariã, nempe & quia asserit se fore cum eis, idqs modico tẽpore, nimirum tẽpore sex mensium, & quia dicit se iturum ad eũ qui se misit. Nam ite aut abire, volunta riè fit. Rursum hac sententia bis Dominus reprimit conatum eorum qui venerant eum cõprehensuri, nempe & quia dicit se adhuc aliquãdiu fore cum eis, quantumuis id illi impedire conarẽtur, & quia dicit se iturũ ad Deum qui misit illũ. veluti eos terrere volens, quasi de ipsis apud patrem sit conquestutus, eosq; accusaturus. Eosdẽ autẽ etiam magis reprimit, cum subiicit, Quærẽtis me, tunc scilicet, & nõ inuenietis. Quæ verba dupliciter potissimũ intelliguntur. Nam sunt quidam inter quos Caietanus & Rupertus, qui hũc locum & similẽ cap. 8. sequẽti intelligunt de quęsitione in malum accepta, quali nunc Iudęi ipsũ quærebãt, vt sit sensus: Cùm ego per mortẽ hinc abiero, tum quæretis me sicut modo quæritis, quãdo scilicet quæritis me in sepulchro detinere, vel potius qũ audientes me resurrexisse, desiderabitis rursum me cõprehendere. sed non inuenietis, quia è sepulchro vobis inuitis exibo, & post resurrectionem vobis inuisibilis & incõprehensibilis ero. Verùm quia hęc eadem quæ modo Dominus dicit Iudæis, postea cap. 13. dicit etiam Apostolis, & quia omnino loqui videtur de quęsitione qua quæsituri eum erãt postquam abiisset ad patrẽ, (Dicit enim prius; vado ad eum qui me misit, ac tũ subiungit; quæretis me) magis his locus intelligẽdus est secundum alios de quæsitione in bonum, vt sit sensus: Vbi abiero ad eum qui me misit, tum pleriq; vestrum quæret & desiderabunt præsẽtiam meam corporalem, cupientes, si A cut modo, audire me docẽtem, & videre mea signa, sed non inueniẽt meam præsentiam corporalẽ. Certe dubium non est quin pleriq; Iudæorũ, qui iam etiam Dominum persequebatur, post ascensionem frequenter eius præsentiam desiderauerint, vt cum cõmoti prædicatione & miraculis Apostolorum, compuncti corde dixerunt, Viri fratres quid faciemus? aut etiam cum graui à Romanis premerentur obsidione. Tum sane verissimile est multos dixisse: O vtinam audire modo & videre eum datũ esset, quẽtã turpiter spreuimus. Sic Apostolis Dominus dixit: Venient dies in quib. desideretis videre vnũ diem filii hominis, & non videbitis. Iam quod sequitur: Et vbi ego sũ, vos nõ potestis venire, si superior sẽtetia intelligatur priori mõ de quæstione mala, sic est intelligẽdũ, vt significet Dominus se post resurrectionẽ altiori loco cõstitutũ fore, quã vt illuc quisquã persecutorũ suorũ peruenire possit. Si autem posteriori mõ intelligatur, vt magis est intelligenda, iam hac sententia similiter significatur nominũ eo loci futurũ, quo illi per humanæ naturæ imbecillitatem cõscendere & venire nõ possunt. Sic enĩ intellecta hac sentẽtia & Iudæis cõpetit & Apostolis, sicut dixi Iudæis: Quò ego vado, vos nõ potestis venire, & vobis dico mõ. Sunt tamen qui hęc verba aliter volunt intelligenda esse; eum dicuntur de Iudæis, & cùm Apostolis Iudæis enĩ dictũ esse, non potestis venire, propter infidelitatem eorum. Apostolis vero, quia necdum satis erant idonei, aut quia decretum erat à patre vt per eos prædicatio euangelica per mundum spargeretur. Itaq; notant cum Augustino non esse dictũ à Domino, non poteritis venire, sed non potestis, pro hoc scilicet tempore, aut quamdiu tales estis. Vnde Petro Dominus dixit: Quò ego vado, nõ potes me mõ sequi. sequeris autẽ postea. Verũ cùm Dominus dicit: Quæretis me & nõ inuenietis, ac deinde subiungit, vbi ego sum vos nõ potestis venire, ex ipso dicendi ordine videtur omnino hac vltima sententia velle declarare quare quæsituri illum inuenire non poterunt, ac proinde dicens, non potestis. nõ tẽpus præsẽs notare voluit quo illa dicebat, sed potius tempus futurum quo eũ eum quæsituri erant, nec tamen inuenturi, vt potestis, p futuro, potentis, accipiendũ sit Hebraica phrasi: sicut &, sum, videtur positũ pro, ero, quan quã recte secũdũ Augustinũ dici possit, Dominũ ideo dixisse: vbi sum ego, & nõ, vbi ego ero. quia ibi tum erat Dominus secundum diuinitatẽ, quo iturus erat secundum humilitatem. Sensus itaq; est: Quæretis me absentẽ, sed non inuenietis me præsentem vobis corporaliter. &, hoc est, quia (nã hic recte cõiunctio hæc isto loco exponi potest) vbi ego ero & iam sum, vos nõ poteritis venire, vestra scilicet opera, aut quandiu grauati estis hoc mortali corpore in quo me quæretis. Notandum enim, non dicere Dominum, vbi ego ero, vos non poteritis esse, sed venire. Venit enim, qui sua opera & virtute aliquò peruenit. proinde Dominus hac sententia, & cũ ea vtitur modò apud Iudæos, & cũ postea apud Apostolos, significat se esse natura potentioris quàm sint reliqui homines, vt qui eò ire possit, quo alii nõ possint venire. Et qa Apostoli eo ire non poterant promittit Dominus se illos ad se assumpturum. Si abiero inquit & præparauero vobis locum iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIXERVNT ERGO IVDÆI AD SE- A
METIPSOS: QVO HIC ITVRVS EST, &c.] Ostendit Euãgelista quã absurda cogitauerint & dixerint Iudæi propter nõ intellecta verba Domini: quæ etsi sciret Dominꝰ non intelligenda ab illis, coram eis tamen dixit, quia ꝓficiebant ad hoc vt ministri à Pharisæis missi intelligerent suam conscientiam ab illo notatam esse ipsi cognitã, ac potentiam eius esse tantam, vt nihil in eũ possent nisi ipse vellet. Rursũ in hoc profecerunt Domini verba, vt obscuritas sermonis excitaret inquirendi diligentiam, & certiorem inueniret fidẽ sermo reb. postea exhibitis intelligendus. Itaq; cum Iudęi hunc Dominisermonem nõ intelligerẽt, & perodium in Dominũ, non intellecta studerẽt incalumniã & derisum trahere, vt fieri solet ab his B
qui eius quẽ odiunt verba non intelligunt, dixerunt ad semetipsos, hoc est, ad seinuicẽ, aut inter sese: Quò hic iturus est, quia nõ inueniemus eũ? Nunquid in dispersionẽ gentiũ, hoc est, ad gẽtes dispersas & diffusas per vniuersum terrarũ orbẽ est iturus, & relicta terra hacsãcta, ac populo Dei ſancto, docturus impias & profanas gentes? Sermo insaniã summam simul & superbiam præ se ferens. Insaniam quidẽ, quia ex eo ꝙ dixit, quæretis & non inuenietis; & vbi ego sum vos nõ poteſtis venire; intellexerunt significatũ ipsũ iturũ ad gentes, quasi non possint & ipsi eò venire, quorũ consanguinei iam ex magna parte in oẽs gẽtes erant dispersi. Superbiamvero, quia dignior es se reputabant, quàm qui gẽtes accedere velẽt. Verũ quod Domino per opprobriũ obiecerunt, hoc postea ipsi sustinuerunt, quia electi è terra sancta vbiq; dispsi sunt, & quantumuismalitio C
sẽ hæc dicerẽt, tñ per hæc nostrã salutẽ, Domino ita volẽte, prophetauerunt, vt annotauit diuus Augustin. Iturus enim erat Dominus relictis Iudęis ad docẽdũ gẽtes, non prẽsẽtia corporis sui sed tamẽ pedibꝰ suis, hoc est, per mẽbra sua.

IN NOVISSIMO AVTEM DIE MAGNO FESTIVITATIS STABAT IESVS, ET CLAMABAT, &c.] Apud Græcos adiecto μεγάλῃ, id est, magno, additur articulus τῇ, vt sit repetẽdum substantiuũ, die, & sit sẽsus: In nouissimo die, die inquã, magno festinitatis, ne intelligamus significari multos fuisse dies festiuitatis magnos, ac in eorum vltimo hęc cõtigisse. Vñ Syriacum Euangelium apertius hẽt, die autem illo D
magno, qui erat vltimus festi. Dies autẽ iste huius festiuitatis nouissimus, videri posset intelligẽdus fuisse dies septimus, vt aliqui intelligunt eo quòd Leuit. 23. dicatur: A quintodecimo die mẽsis septimi erunt feriæ tabernaculorum septẽ dieb. Domino, Verùm cũ dies iste dicatur hic fuisse magnus, & certum sit eum dici magnũ ob quietẽ in eo die agẽdam, intelligẽdum potius diẽ hunc fuisse octauum. Nam hic, sicut & primus, celeber erat & sanctus, sic vt in eo nullum opus fieri posset quomodo non fuisse sãctum diẽ septimũ, satis patet ex his quæ prædicto capite scribuntur. Ibi enim dicitur: Die primo & die octauo erit sabbathũ, hoc est, requies, nulla facta mẽtione de singulari obseruatione diẽi septimę. Nõ enim Iudæi vnquam duo sabbatha, hoc est, festa in quib. operari nõ licet, cõtinuè celebrabãt. Hic autẽ octauus dies sic quidẽ coniungebatur festiuitati tabernaculorum septẽ dieb. celebrãdæ, vt & ad eam ptineret, & proprium tñ habe ret nomen. Vocatur enim in nostra litera, cœtus & collectæ, aut Hebraicè עֲצֶרֶת atsereth, hoc est, retẽtio vel prohibitio, qa trãsactis septẽ diebꝰ solẽnitatis. adhuc vno die populꝰ retinebatur, aut qa prohibebatur operari omne opus seruile, sed collectus esse debebat ad celebrandã festiuitatẽ. Hic autẽ dies oportune à Domino delectus est ad sublimẽ huius doctrinę cõmendationẽ, & omnium ad se inuitationem, tum ob maximum auditorũ numerũ tunc præsentem, tum quòd iã omnes de reditu cogitarent, quib. proinde iter ingressuris Dominus parare voluit viaticum fidei euãgelicę tum etiã vt magni festi diẽ eximium & vltimum insigni sermone consecraret & terminaret. Primus enim dies nõ tã multos exteros habuit prẽsẽtes atq; nouissimus, & dieb. intermediis operib. mundi negotiis & voluptatib. populus vacabat. Itaq; eo die tanquã cæteris commodiore stans Dominus, & nõ solum apertè de se loquẽs, sed etiam intẽta voce clamans, tũ propter turbæ multitudinem, vt ab omnib. audiretur, tum vt ostenderet se neminẽ formidare, ac postremùm re ipsa declararet se dicturũ quæ magnopere referret omnes scire & audire, omnes veram sitiẽtes doctrinam & salutem, dulciter inuitat, vt ad se fontem vitæ exuberãtissimũ veniãt, & bibãt potũ illũ salutarem, qui animã reficiat, & omnem æstum cupiditatũ huius mundi restinguat. Si qs, inquit, sitit, veniat ad me, & bibat Dũ dicit: Si qs significat se nec velle excludere quẽquã volentem, nec velle cõpellere quenquã nolentem, sed paratum esse quemuis volentem suscipere, mõ veniat sitiens, hoc est, ardenter desiderãs, spiritualia scilicèt bona, salutarem doctrinã ac veram sa- C
lutem. Posset tamen forte intelligi Dominus vtab solute dicit. Si quis sitit; etiã loqui de quouis sitiente, etsi necdũ habeant sitim spiritualiũ rerũ, vt inuiter Dominus etiã eos qui sitiunt terrena, honores, diuitias, voluptates. Nam & hi si ad Xpm venerint, haurire ex eo poterunt vñ suam sitim restinguant, in quo veriores honores, diuitiæ & voluptates percipiuntur quã in mũdo, per quem etiã sitis illa terrenarũ rerũ tollitur. Quod enim Dominus hic dicit: Si quis sitit, &c. id ẽdẽ eo ꝙ habetur, Omnes sitientes venite ad aquas, ideo vt videri possit Dominus, ad illum locũ hic allusisse, ac significare voluisse, se esse eũ de quo ibi loquitur Propheta. Porro apud Isaiã nomine sitientium generaliter etiam cõprehendi eos qui sitiunt terrena, omninoapparet ex his quę sequũtur: Quare appenditis argentum vestrũ nõ in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Quibus verbis videtur increpare eos qui terrena sectantur, quæ verè satiare mentẽ hominis nõ pọssunt. Cũ autem Dominus sitientes inuitat ad se dicens; veniat ad me; significat se fontẽ omnisboni, ac dehortatur illos ne eant ad huius mundi sapiẽtes, ac ad Pharisæos, quorum doctrina dilutior est & frigidior quã vt sitim restinguere possit. Item ne à vanis mundi rebus quærãt suæ siti satisfieri. Non solum autẽ exigit vt ad se veniat qui sitit, sed etiam vt bibat. Venit ad Christum, qui cupidus est audiendi doctrinã eius: bibit autẽ ex fonte Christi, qui credit eius sermonib. ac credendo haurit spiritum euãgelicum. Aut venit, qui credit; bibit, qui per charitatẽ Christum sibi incorporat. Sicut ergo sitienti corporaliter opus est non tantùm ire ad fontem, sed etiam bibere ex eo: ita nõ satis

satis est venire ad Christũ, sed ex eodem bibere oportet, credendo in eum fide per charitatẽ formata. Et quoniam venire ad Christum, & bibere ex eo, est credere in ipsũ, ideo bene subiũgit: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, &c. Cũ enim dicendum videretur, qui bibit ex me, dicit: Qui credit in me, vt exponẽret quid sit venire ad ipsũ & bibere. Vult aũt hac significare sentẽtia fructum quẽ cõsequuturi sint bibẽtes ex ipso, videlicet quòd nõ tantũ illorũ siti satisfiet, sed adeo sint replẽdi ex potatione huius fontis, vt ex ipsis flumina fluant profluxura, idq; aquæ viuæ ac ppetuò currẽtis, ad irrigandũ & reficiẽdũ etiã alios. Argumentum enim abundãtiæ interioris, est co B
piosa in exteriora deriuatio. Cæterũ illud, sicut dicit scriptura, incertũ est an præcedẽtib. cõiungi debeat, an sequẽtib. Quomiã enimnõ occurrit apertus aliquis scripturæ locus vnde illud desũptum videri possit, Flumina de ventre eius fluẽt, D. Chrysostomus & Theophylactus cũ præcedentib. coniungũt, vt sit sensus: Qui credit ĩ me, sicut scriptura dicit esse credendũ in me, nõ vt significetur modus quo in ipsum est credẽdũ, sed tantũ significetur scripturã etiam hoc exigere ꝙ ipse exigeret, nẽpe fidẽ in se. Quidam tamen intelligũt illud, sicut dicit scriptura, additũ esse prę cedentib. vt significetur modus quo credendum C
est, vt fides sit efficax: quia videlicet non satis sit quouis modo credere ĩ eũ, sed opus est vt credãt sicut scriptura requirit, nẽpe fidẽ quæ per dilectionẽ operatur: aut vt dicitur Para. 16. Qui toto corde etedũt in eum. D. Hieronymus aũtẽ sequẽtib. cõnectit, asserens in prologo super Pentateuchum, & rursum in prologo super Paralip. hanc scripturã vnã esse ex quatuor quæ in nouo citantur testamento, nec reperiũtur in Septuaginta interpretibus, indicans ptiori loco hoc testimoniũ desumptũ ex Prouerbiis, sed locũ nõ notãs. Itaq; diuus Thomas & Rupertus desumptũ credunt D
ex 5. Prou. cap. vbi legimus: Deriuẽtur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Quãdoquidem nullus est alius in Prouerbiis locus, vnde videri possit istud desumptum. Atq; etiam illic ꝓcedit quod conuenit illi quod hic præcedit: Bibe aquã de cisterna tua, & fluẽta putei tui. Verùm admiratiõe nõ caret, si illum locum notare D. Hieronymus voluit, quomõ dicat hoc testimoniũ nõ haberi in trãslatione Septuagita, sed tãtum in Hebraica veritate. Æque em apertè inuenitur hoc testimoniũ apud Septuaginta loco prædicto, atq; in nostra lectione, quæ est secundùm Hebraã veritatẽ. Nã Septuagintafic habẽt: ὑπερεχείσθω σοι τὰ ὕδατα ἐκ τῆς σῆς κοιλίας, ἐκ δὲ σῆς πλατείας διαρρεύσθωσαν τὰ σὰ ὕδατα, id est, Effundãtur tibi aquę e tuo fonte, ĩ plateas tuas deriuẽtur tuę aquę. Nisi forte ideo E
Hieronymꝰ in Hebraico hoc testimoniũ positum dixerit, quòd verbum illud imperatiuũ. Deriuentur, vt nos legimus, verti etiã possit p futurum indicatiui, sicut hũt Hebræa, vt sit, Deriuabũtur fõtes tui foras. quod si illo loco Dũm intelligamus hic secundum sensum, non secundum verba desumpsisse hanc scripturam, intelligendum est, ipsum illum locum citasse non secundùm literalẽ sensum, sed secundum mysticum. Nam secundũ sensum literalẽ Sapiens ibi adhortatur viros, vt relictis meretricibus & adulteris mulierib. propriæ vxori adhæreant, atq; ex ea suæ concupiscentiæ satisfaciant, filiosq; ac filias legitimas & proprias suscipiãt, qui cum honore in publicũ egrediantur, & à parentibus honesto cõiugio mancipẽtur. Secundùm mysticum autẽ sẽsum, sicut toto illo libro per meretricem hæreses & errores significantur, per vxorem verò cœlestis sapientia, ita hic significatur, Aquã sapientiæ salutaris bibẽdam è cisterna & puteo scripturę sanctæ, ita fatu- rũ vt pleni cœlesti sapientia & spiritualib. bonis, deriuentur fontes nostri etiam ad alios: & tamẽ cum aquas nostras aliis diuidere debeamus, præcipimur eas habere soli, quia sic eas aliis cõmuni care debemus, vt tamẽ per eas hominum laudẽ nõ quæramus: quã si ambimus, fiunt alieni, nẽpe dæmones, participes nostri, surripientes à nobis fructum prædicatiõis. Vñ diuus Gregorius in tertia parte curæ pastoralis cap. 25. vbi hunc locum Prouerbiorum pulchrè tractat: Aquas, inquit, & in plateis diuidimus, & tñ soli possidemus, quando & exterius latè prædicationẽ fundimus, & tamen per eã humanas laudes assequi minimè ambimus. Quod si non placeat scripturam hanc ex illo Prouerbiorum loco esse desumptam, vt idparum est verisimile, & tamẽ Hieronymi distinctio placeat, dicendum Dominum alludere ad ea loca, in quib. per ꝓphetas abundantia gratiæ spiritualis credentib. communicanda, per flumen promittitur, vt Isaiæ 4. 42. 43. 44. 48. Ezech. 36. Ioã. 7. Certe D. Cyprianus lib. 2. epist. 3. significat se intellexisse Dominum hic allusisse ad Isaiæ loca, c. 43. & 48 cum post citatam scripturam ex c. 43 subiicit. Item denuo prædicanitur, & aute prędicitur, Iudæos. si sitierit & Dominum Christum quæsierint, apud nos potaturos. Si sitierint, inqt per deserta, adducet illis aquam, de petra producit illis. Findetur petra, fluet aqua, & bibet plebs mea. Qđ in Euangelio adimpletur, quando Christus ictu lanceæ finditur in passiõe. Qui & admonens quid per prophetã sit antè prædictum, clamat & dicit. Si quis sitit, veniat & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura flumina, &c. In Syriaco Euan. legitur, sicut dicunt scripturæ; vt de vno aliquo scripturę loco nõ sit accipiendum, sicut & mox postea, cũ dicitur: Nõne scriptura dicit, qa ex semine Dauid, scripturę nomẽ poni videtur pro plurali, scripturæ. Sed ad rem Flumina, inqt Dñs, de ventre eius fluent aquæ viuæ. Per ventrem, cor & mentẽ hominis significat, quæ sicut venter, è fõte illo primo, qui est Christꝰ, in se susci pit aquam spiritualem, idq; adeo copiosè, vt & ipsa fiat fõs, imò vt flumina aquę viuę de se effundat, hoc est, copiam spiritualiũ operationum & effectuũ, qua hõ semper ad meliora proficiat, & alios quoq; irriget, fœcundet, & secum trahat, quemadmodũ flumina multo ĩpetu delata & circumiacentes agros fœcundant, & occurrẽtia omnia simul corripiunt. Hęc ergo flumina aquæ viuæ, sunt verba sanctę predicatiõis quę à mentib. predicatorum defluunt, qualia profluxisse è ventre eorum qui prius ex fonte illo primo, nempe Christo, biberunt, Apostolorum scilicet & Euangelistarũ, scripta ipsorũ simul & predicatiõis fructus testãtur. Rursus flumina aquę viuę, sunt quę uis virtutum opera, quib. proximus iuuatur, & propria hominis salus promouet. Hinc ergo discendum qualis sit gratia Christi, per fidem semel susceptа, nimirum ꝙ hęc eum in mentẽ intraue rit, nõ stat, neq; euacuatur, aut deficit, sed oĩ fonte magis manat, in bona opera semper erũpens, quodq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòdq; hæc nō satis habet illi prodesse qui eā ac cepit, sed per eū etiā aliis festinat aliquib. modis prodesse. Porro illud, flumina aquæ viuæ, sic quidā accipiūt, cū sit oratio trāsitiua, vt per aquā viuam metaphoricè significetur ipse Spiritꝰ factus per flumina verò, ipsius spiritus in homine effectꝰ & operationes. Sed rectiꝰ accipietur intrāsitiue, vt sit sēsus: flumina quę sunt aqua viua, vt & spūs ipse intelligatur esse aqua viua, & effectꝰ ipsius: quomodo apud Hieremiā prophetam Dominus se vocat fontē aquæ viuæ, hoc est, fontē q est aqua viua. De viua aūt aqua dictū est circa cap. Ioan. 4. in cap. Cōcordię 23. vbi Dominꝰ etiā pollicetur aquā viuā, quā qui biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā æternam. Sed ibi quidē dicit aquā suā futuram in bibentibus fontē, hic verò etiā amplius dicit, flumina scilicet aquæ viuæ fluxura ex his qui biberint. Quanquā aūt Domini sententia modo sic sit exposita, vt per flumina aquæ viuę intelligātur ipsæ externæ operationes & spiritualiū donorū effectus, melius tamē per flumina aquæ viuæ intelligitur ipse Spiritus sāctꝰ, & copia gratiæ spiritualis in mēte hominis diffusa, quę fluere dicitur e vētre hominis, quia per externas operationes sese prodit, & velut scaturit. Hic enim intellectꝰ magis cōuenit alteri loco simili qui est suprà Io. 4. & rursū sequentibus. Nā Ioannes exponens Domini metaphoricū sermonem, subiicit: Hoc autē dixit de spiritu quem accepturi erāt credentes in eū. Quo satis significat, per flumina aquæ viuæ, ipsum spiritū esse intelligēdum, qui pluraliter per flumina est significatus propter largitatē gratiæ & donorum quæ credentes erant accepturi, post ascēsionem scilicet. Qua re autem Euāgelista dixit Domini verbum intelligendum de spiritu quem credentes non tum accipiebant, sed erant accepturi, subiungit rationē dicens: Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Circa cuius sententiæ primam partem sciēdum, Græca nō habere, Nondum erat spiritus datus, sed, nondū erat Spiritus sanctus, quomodo etiā legisse D. Augustinū patet satis ex ipsius commentariis. At quoniā ea lectio prima frōte impium sēsum præ se ferebat, quasi scilicet spiritus aliquando nō fuerit, offensus quispiam, vt est verisimile, mutauit sāctus, in datus. Verùm nihil erat periculi in Græcorū lectione. Sēsus enim est, vt indicat Augustinus, Spiritum sanctum nondum fuisse in credentibus. Nō enim, inquit Augustinus, non erat spiritus Dei q erat apud Deum, sed nōdum erat in eis qui crediderunt in Iesum. Quod tamē rursum intelligi debet, sicut & nostra litera, de spiritu sēsibiliter & cōmuniter dando credentib: in ea copia, vt esset in eis velut flumina aquæ viuæ, quemadmodum datus est in die Pentecostes & postea. Atq; hunc sensum satis indicat Euangelista, dū & præmittit de spiritu quē accepturi erāt credentes, & subdit de Christi glorificatione, post quā spiritus erat dādus. Credo autem Ioannē, cum dicit, nōdū enim erat Spiritus sanctus datus, respexisse ad vaticinia prophetarū, quibus promittitur spiritus Dei effundendus in fluminis modū in credētes, & ad id quod suprà dixit Ioannē Baptistā de Domino perhibuisse testimonium. Hic est qui baptizat in spiritu, vt dicens iā? Nondū erat spiritus datus, significare voluerit. Nondum datū spiritū, & illum nondū fuisse in credētibus secundum quod pro-

A missum erat per prophetas & Ioānem, hoc est, illorum promissiones nondum fuisse impletas. Eò Euangelistā respexisse magis erit verisimile, si supra in verbis Dñi illud: sicut dicit scriptura: ad sequētia referatur. Causa autem quare ante Christi glorificationē, hoc est, ascensionē nō sit datus, nec debuerit dari spiritꝰ modo prædicto, duplex potissimū est. Vna, ex parte Christi, nēpe quia de re spiritū tam cōmuniter & tā copiosè erat Christi iam regnantis, & de deuicta morte, ac abolita per crucē inimicitia iter Deū & hominē triūphātis, vt orbis videret quid mortē sua nobis apud patrē humano generi prius offensum, impetrasset. Vnde paulus citans ꝓphetæ testimonium: Ascēdēs, inquit, Christus i actum, captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominib. Altera, ex parte discipu
B lorū & omniū credētem, nēpe q hi, quādiu Christum secundùm carni cognouerunt, & antequā ille in cœlos cōscendisset, nō habebant dignā ad huc de Domino existimationē, nec illius plenitudinis spititualis adhucerant capaces. Vnde Dominus in vltima cœna: Si, inquit, nō abiero, paracletus nō veniet ad vos. Si autē abiero, mittā eum ad vos. Ex dictis patet quòd illa Domini promissio: Qui credit in me: flumina de vētre eius fluēt, potissimum pertineat ad fideles primitiuæ ecclesię: sicut & illud Marci vltimo, Signa autē eos q crediderint, hæc sequētur: In nomine meo dæmonia
C eiiciēt, linguis loquēturnouis, &c. In primitiua enī ecclesia Spiritum sanctum fuisse i fidēlib. in modum fluminis. res ipsa declarauit, cū hoc tēpore minus efficax sit in credentibus Spiritus sanctus, quanquam & iam pro rōne fidei spiritus mētem hominis īpleat. Quantum enī, inquit Augustinus, vas fidei homo attulerit ad fontem, tantum īplet.

EX ILLA ERGO TVRBA, CVM AVDISSENT, &c.] Græca ꝓ, ex illa ergo turba, habent, multi ergo ex turba. Ostendit autē Euangelista fructū & efficaciam prædicatiōis Xpi. Cùm, inquit, audissēt hos, id est, tales sermones, plenos scilicet cœlesti doctrina, cōmoti & celsitudine verborū, & dicentis afficacia, dixerunt pleriq; Hic est
D vere propheta. Vbi notandum, Græcis ad nomē, propheta, nō addi articulum, vt intelligamus hos tantum simpliciter asseruisse eum esse ꝓphetam aliquem, quomodo Samaritana illa dicēs: Domine video quia ꝓpheta es tu. Alii verò magnificētius de Dño sentientes dicebant non tantū prophetam esse, sed etiam Christum illū expectatū vnde hic Græcis est cum articulo ὁ χριστος. His quidam cōtradicebant, quòd cum scriptura promitteret Christū nasciturum ex semine Dauid & ciuitate Bethlehem, Iesum Galilæum putarent in Nazareth, vbi educatus erat, etiā natum, ac proinde nec natum esse ex semine Dauid, sed ex parentib. Galilæis, nō Iudæis. His autē Dominus nihil
E respōdet, nec scrupum hunc illis eximere studuit, quòd malitiosè hæc loqueretur. nec veritatis discendæ essent auidi: quā si discere cupiuissent, Dominum accessissent, scrupū suum illi proponentes, aut ex aliis facile cognoscere potuissent eum fuisse ex semine Dauid, quandoquidem id multis fuerat cognitū, ex parentib. item & cognatis itel ligere potuissent, nō in Nazareth, sed in Bethlehē ipsum fuisse natum. Offenderat hic scrupus etiā Nathanaelē, sed ya veritatis erat studiosus, nullo etiā adhuc viso signo, adiit Dominū auditurus quid doceret, cuiꝰ doctrina mox ad fidem pertractus

ctus est, scrupro interim suo posit posito. Itaq; A quibusdā afferentibus ipsū esse Christū, aliis vero negātibus, dissensio facta est in turba propter eū. Quidā verò, vt pote qui peiores erant: & imodestiores, nō tantum verbis gloriæ Christi aduersabantur, sed etiā manus illi appetebātur iniicere verū, vt & prius, eorum conatus & studium diuina virtute repressum est, adeo vt & satellites qui missi fuerant ad comprehendendum, re infecta redierint ad dominos suos. Porro cum ex præcēdētibꝰ appareat ministros hos missos fuisse ante nouissimū festiuitatis diē, & iā significetur in nouissimo die venisse eos ad principes & Pharisæos, intelligēdū nō eodem die missos fuisse & rediisse, sed illos forte Dominum diuersis diebus audiB se docentem, & expectasse tempus & locū ōpportunum comprehendendi Dominum, aut pridie huius diei fuisse missos, & hoc die redisse ad suos dominos. Cæterùm vt in pontificibus, hoc est prīcipibus sacerdotū (Græcè enim est ἀρχιερεῦσι) & phariſæis ardēs studiū perdēdi Dominum apparet, cū dicunt: Quare non adduxistis illum: ita in satellitum verbis obseruandū, quale de Domino perhibeāt testimonium, Nunquam, inquiunt, sic homo locutus est sicut hic homo, significātes se nō metu multitudinis: aut alia quauis simili causa oC misisse quæ imperata erant, sed quod sermone eius ita essent trāsformati, vt quod decreuerāt reluctātibus animis efficere nō potuerint: nō viderāt ædi miracula, tantū pauca loquentē audierāt, & mox conuersis mentibus, contēptis phariſæorū iussis, satellites, immite hominū genus, & ad omne facinus mercenarium, redeunt ad suos, nō verentes ante ipsos Iesu hostes tam gloriosū de illo testimonium proferre. Certè in his ipsis satellitibus apparuit quàm verè dixerant de Domino nunquā sic homo locutus est. Quis enim talis tā breui sermone subitò in sui admiratione trahere & trāsmutare posset. Effecit hoc nō verborū leD nocinium, sed quod doceret, sicut supra dictū est, Matt 7. 1. Cor. 4. non sicut Scribæ & Pharisæi, sed sicut potestatē habēs quoq;, vt de se dicit Paulus, sermo eiꝰ esset nō in persuasibilibus humanæ sapiētię verbis, sed in doctrina & virtute spiritus. Nunquam, inquiunt, sic homo locutus est, & bene, quia nūquam fuit talis aliquis homo, qui simul & homo esset & Deus. Significant autem meritò se abstinuisse ne iniicerent illi manus, quē tātæ experti fuerāt esse in dicendo efficaciæ & sanctimoniæ. Cęterum vt tale testimonium satellites mutatis animis Domino perhiberent apud Pharisæos, diuina dispositione factum est, ad coarguēdam eorum cæcitatē E & malitiā, & vt quod illi moliebātur ad Domini ignominiā, proficeret ad ipsius gloriā. Traducta satis iam erat eorū obstinata malitia, dum imperita multitudo, Galilæi rudes, Samaritani, Cananęi Ethnici, cōmoti dictis & miraculis Iesu credidērunt illi. Vt autem etiā magis redargueretur, accessit & improborum satellitū, magistris suis & dominis alioqui gratificari studētiū, prælarū testimonium. Agebant illi totis viribus vt doctrinam Iesu subuerterent, sed conatu in diuersum exeunte, dum modis omnibus extinguere molīūtur, cōfirmant & illustrāt. Sic nouit Dominus dissipare consilia ptincipum, ac dispergere superbos mente cordis sui. Quanquam autē satellitū testimonium eos pessimè haberet, & eos non parum grauaret, dissimulant tamē furorem animi sui, ministris mitius quàm pro cogitationum vesaniaquentes. Quid, inquiunt, accidit vobis: Num etiā vos qui nostri estis, nec ad promiscuam multitudinē pertinetis: seducti estis ab illo, sicut imperita turba. An non perpenditis, neminem ex optimatibus aut phariſæis, a pud quos est legis cognitio credere in eum. in quē certè crediturī essent, nisi persuasi essent doctrinam eius à lege Mosaica discrepare, quos proinde vos magis sequi debetis turbam, quæ ignorans legem, Deo est execrabilis & maledicta. In quibus nouissimis verbis videtur phariſæi alludere ad illud Deuter. 27. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huiꝰ, nec eos opere perficit. Animaduertendū hic quæ sit natura fastus eorum q sibi placent de sapiētia & sanctitate, nimirum quod alios præ se fastidiose contemnāt veluti rudes & maledictos, & suū institutū omnibus sacrosanctum esse velint, ita vt satis esse putent, ad ostendendū aliquid esse iustum & rectum quod ipsi sic faciant & sentiant.

DIXIT NICODEMVS AD EOS, ILLE QVI VENIT AD IESVM NOC. &c.] In tā frequenti concilio Phariſæorū & pontificū, præter vnum non est repertus, qui in tā scelleratis molitionibus, innocentiæ & iustitiæ patrocinaretur, per quem tamen declaratum satis est & illos falsò dixisse, nullū principū credidisse in Iesum, & nusquā deesse qui veritati faueant, ac innocētiā amant. Hic erat Nicodemus ille, de quo Ioā. 3. qui ex cōgressu quodam habito cū Iesu, etsi nondū adeo profecisset vt crederet illum esse Messiā, aut vt pro eo hominum gloriā contēneret, tantum tamen profecit, vt iam aliquousq; Domino patrocinaretur. Verum quoniam sociorum suorum in Iesum furorem aduertit, & illorū timuit malitiāu thoritate armatam: sic suum moderatus est patrocinium, vt suum erga Iesum affectum bonū nō aperte proderet, nec illum condemnaret, sed tantum legis, cuius erant professores, eos admoneret, velut zelo legis ea loquens pro Iesu, quæ pro malo quoq; viro, sed nondum conuicto dici poterāt. Nunquid, inquit, lex nostra, &c. quasi dicat: Nos legē præfitemur, & de illa gloriamini tur bā ob legis ignorantiā execrantes, verum videte num quod Iesum condēnatis inauditum, eumq; perdere quæritis, cōueniat legi quā profitemur. Num lex nostra iudicat & condēnat hominē, si nō prius illum audierit pro se loquentē, & cognouerit quid faciat, hoc est, excusserit ea quæ facit qui defertur. Saltem hoc iuris tribuātur huic, q est commune omnium, & quod à lege cōceditur etiā maleficis. In verbis ergo Nicodemi notādū, q illud, ἐὰν μὴ, melius verteretur, si non, quāmnisi, quia alioqui dicendū fuerat. Nunquid lex nostra non iudicat quenquā, nisi, &c, Deinde, quod lex dicitur iudicare, audire & cognoscere, quia secundum eā homo iudicat, audit & cognoscit. Porro ad hoc tā æquum tamq; ciuile Nicodemi patrocinium cum non haberēt quod hiscerent, non solum non respiciunt, nec placantur, sed ipsius etiam authoritatē contempta conuitio petunt hominē, insurgentes contra eum, quasi non zelo legis dixit, quæ dixit, sed ex affectu erga Iesum: promore eorū, qui nolentes audire sana cōsilia, reddunt suspectos eos qui bene cōsulunt, tanquā ex affectu loquentes. Nunquid, iuquiunt, etiam tu Galilæus es: Circa quę verba notandum, quosdā intelligere per contemptum phariſæos vocasse

Nicode

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nicodemum, Galilæum, veluti Iesu Galilæi discipulum aut fautorem: quemadmodũ Iulianus: postata Christum, Galilæum appellabat: & Christianos, Galilæos. Verum huic intelligentiæ obstat quod Græca habent pro Galilęus, ἐκ τῆς γαλιλαίας id est, ex ipsa Galilæa. Itaque sensus est: Nũquid etiam tu es patria Galilæus vt ob communẽ cum homine isto patriã huic faueas, quemadmodum ei fauent Galilæi? vnde subiiciunt: Scrutare scripturas, & vide, id est, cognosce quod à Galilęa Prophetanon surgit. Vbi notandum Græcã habere pręteritũ, surrexit, & nomini, Prophæta, nõ addi articulum, vt non voluerint significare illũ singularem Prophetam inde non expectandum, sed neminem Prophetarum præcedentiũ inde exortũ fuisse, & ex præteritis colligendum significẽt de præsentibus. Hæc autem Pharisæorum responsio non solum erat falsa, sed etiam temeraria & stulta. Falsa quidẽ, nã ex Prophetis antiquioribus satis verisimile est quosdã fuisse Galilæos, vt patet de Delbora Prophetissa, quæ videtur fuisse extribu Nephtali vel Zabulõ. Temeraria, quia quãuis nullus fuisset propheta Galilæus, non tamẽ ob id cõcludẽs erat nullũ esse posse Stulta, quia Nicodemus nõ affirmarat Dominũ esse prophetũ, sed quisquis esset, non tamen iuxta legem debere cõdamnari, nisi cognita causa. Sed nullũ est iudiciũ vbi mentem occupauit liuor, odium, & ambitio.

ET REVERSI SVNT VNVSQVISQVE IN DOMVM SVAM.] Ad hoc profecit Nicodemi iustum, etsi non sufficiens, patrocinium, vt eius interpellatione in præsens malignũ hoc cõciliũ dissolueretur. Vnde discendũ, quantũ sæpe alicuius admonitio talis qualis, valeat ad impiorum conatũ reprimendũ. Sic enim in multis locis experientia docet, paucos Nicodemos & Iosephos plurima mala auertere. Itaq; prędictis vtrocitroq; tractatis, dimissum est concilium, ac suam quisq; domũ abiit, dilata nõ mutata sacrilega voluntate. Nondum enim venerat tempus Iesu.

ADVLTERAM MVLIEREM ABSOLVIT.

IOANNIS 8. CAPVT LXXVI.

IEsus autem perrexit in montẽ Oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eũ, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio: In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accũsare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus, & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt qui te accusabant, nemo te condamnauit? Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.

IESVS AVTEM PERREXIT IN MONTEM OLIVETI, ET DILVCVLO ITERVM.] Omnia quæ sunt ab illo loco: Et reuersi sunt vnusquisque &c. vsque ad illud q̃ sequitur, iterũ ergo locutus est eis: in plerisq; Græcorum libris nõ legũtur, adeo vt nec Chrysostomus, nec Theophylactus, qui cõtinua in Ioannẽ scripserũt commentaria, nullam horũ faciãt mentionẽ. Nec Euãgelium Syriacum iam recens æditũ habet hanc historiam de adultera. Quin & D. Hieronymus lib. 2. cõtra Pelagianos, significat historiã de muliere adultera nõ in omnibus haberi cõdicib⁹, etiam Latinis. In euangelio, inquit, secundũ Ioannem in multis & Græcis & Latinis codicibus inuenitur de adultera muliere, q̃ accusata est apud Dominũ. Eusebius Cæsariensis Eccles. hist. lib. 3. in fine, testatur Papiam Ioannis Euangelistæ auditorem, historiam de hac muliere habuisse tãquã canonicã, eãque haberi in Euangelio quod dicitur secundũ Hebræos, hoc est, Euãgelio Nazarenorũ. Sic enim scribit de Papia post multa. Vtitur sanè idẽ Papias testimoniis ex epistola Ioãn. & Petri similiter prima. Simul & historiã quãdã subiũgit de muliere adultera, quæ accusata est à Iudæis apud Dominũ. Habetur autem in Euãgelio q̃ dicitur secundum Hebræos, scripta istaparabola. Hæc ille, vt nos quidẽ legimus in Ruffini versione. Cæterũ Græca sic habẽ: τὸ ἐπενεχθὲν ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἐπὶ γυναικὶ ἐν μοιχείαις ἐπὶ κατηγορίᾳ τῆς ἁγίας γραφῆς, ἐν τοῖς κατὰ Ἑβραίους εὑρίσκεται, id est, expositũ autẽ vel iuxtà protulit & Caliam historiam de muliere accusata apud Dominum de multis peccatis, quam cõtinet Euãgeliũ secundum Hebræos. Ex quibus satis patet hãc historiam non inprimis fuisse ab Euangelistahoc loco descriptam, sed vel ex apocrypho illo Euãgelio additam, quæ tamen authoritatẽ obtinuerit, non quod in apocryphis scripta fuerit, sed quod eã papias è suo doctore audierit, quodq; hãc Ecclesiæ cõsensus vt Euãgelio dignã cõprobarit, vel Ioannẽ post semel descriptum à se Euangelium, adiecisse hanc partem suo Euangelio, vt ob idcõtigerit in quibusdã codicibus haberi, in quibusdã nõ. Vt vt est, quanquam aliquãdo de historiæ huius firmitate dubitarelicuerit, nũc tamẽ propter Ecclesiæ cõsensum dubitare nõ licet, sicut nec de historia Susannæ. Dicit ergo Euangelistã, q̃ pharisęis discedentibus in domos suas, Iesus postquam tota die populum docuisset, nec esset qui in Hierusalem illum inuitaret, concessit in montem oliueti, aut, vt est Græce, ἐλαιῶν, id est, Oliuarũ, sic dictũ ob multitudinem olearum ibi nascẽtiũ. In hoc monte distante à Hierusalem itinere sabbathi vt scribitur Act. 1. noctibus orare solitus fuit Dominus, atq; in eo erat Bethania, in qua apud Mariã, & Marthã Domino erat gratũ hospitiũ, ad q̃d è Hierusalẽ semper diuertere solet, vt patet etiã ex his quæ scribũtur à trib⁹ Euãgelistis circa eius passionẽ. Quãquã autẽ ingrati essent ciues Hirosolymitani, & propter metũ principũ nemo illũ auderet recipere in domũ suam, Dominus tamẽ nõ cessans à benefaciendo, sed præ se ferens quàm

quàm ardenter cuperet hominũ saluté, ob eã nihil metueret pharisæorũ impias cõspirationes, ipso diluculo docẽdi gratia reuersus est in templũ, omnisq; populus suauitate doctrinæ Christi priꝰ degustatæ allectus, certatim confluit ad ipsum, vt eodẽ cibo spirituali iterum pascatur ac reficiatur: quemadmodum qui semel mellis dulcedinẽ delibauit, iterum atque iterum degustare mel ardẽtiꝰ optat. Itaq; hunc populi ardorẽ pius Dominꝰ suo nõ fraudauit desiderio, sed sedens docebat eos, & esurientibus pabula vitæ ministrauit. Domino autẽ in docẽdo, & populo i audiẽdo occupato, Scribę & Pharisęi insidias struũt, & apud se machinãtur qua ratione deprehendãt in eo vel aliquã accusationis causam, quam vt nanciscãtur, mulierẽ in adulterio deprehensam adducunt ad eũ, quasi sciscitaturi eius sententiã, & parati stare eius iudicio. Itaq; eam statuunt in medio, hoc est, ante oculos Iesu, & venenato animo, fictõq; ore hæc illi verba proponũt: Magister hæc mulier mõ deprehensa est in adulterio, &c. MAGISTRVM vocãt, cuius discipuli esse nolebant, quemq; seorsum apud populum seductorẽ vocabant. in quibus proindeim plerum illud Psalmistæ: Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Et iterũ. Melliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Cęterũm qui alios enecare veneno studẽt, illud mel lecitcumlitum & tẽperatum porrigunt, vt lurida veneni lues, mellis permixta dulcedini facilius lateat. Ita hæc verborum blanditiis & sermone adulatorio Pharisæi suæ malitiæ virus absconderẽ tagunt, vt suarum fraudum laqueis Dominũ facilius implicent, & incautum inuoluant. Proponũt criminis magnitudinem & certitudinem, dicentes mulierem non solùm adulterasse, sed modò deprehensam in adulterio: Pro modo, Græcis apertius est ἐπαυτοφώρῳ id est, in ipso actu, vt, sinficiari nõ possit, nec opus sit testium prolatione: addũt Moysis legẽ, qua Leui. 20. iacitũ est adulteros & adulteras lapidib. obruẽdos esse, ac tũ demum eius sententiam requirebant, non discendi gratia, sed tẽtandi, hoc est, experiendi num eã esset cõtra legẽ absoluturus, vt si hoc faceret, possent eũ accusare tanquam manifeste contrariũ legi diuinæ. Viderant & audierant ipsius erga peccatores cum quibus edebat & conuersabatur indulgẽtiã, audierant ipsum quibusdam dixisse: Remittũtur tibi peccata tua: rursum illum aliquoties ipsis obiecisse illud Oseæ: Misericordiam volo, & non sacrificium. Hinc certò sibi persuaserunt omnino futurum vt hãc adulteram absolueret, sicq; haberent vnde accusarẽt eum. imò futurum sperabãt, vt pro muliere tumultu coorto, lapidibus obrueretur ipse. Itaq; illud, vt possent accusare eum: si est accipiendum, vt possent eum accusare tanquam legis transgressorẽ, contra quam omnino credebant eum iudicaturum. Alii intelligunt, vt possent eum accusare tanquam contrariũ legi. si eam absolueret, & si non absolueret, tanquã imitẽ, nec tantæ mãsuetudinis quantum præ se ferebat, & cuius specie populum ad se attrahebat.

IESVS AVTEM INCLINANS SE DEORSVM DIGITO SCRIBEBAT IN TERRA.] Dominus qui nouerat arcana cordiũ, & cuius conscientiam nihil omninoquantumuis occultũ fugiebat, imprimis quidem non erat ꝰe, sed facto illis respondet, inclinans se deorsum, & digito scribens in terra. Quid autẽ scripserit incertum est, quanquã verisimile sit tale fuisse, quod ad incutiendũ illis pudorem momẽtũ aliquod attulerit. Vnde D. Hieronymus lib. 2. cõtra Pelagianos, intelligit eũ scripsisse accusãtium & omniũ mortaliũ peccata. Proinde causa vna, cur Dominus modò in terra scripserit, & sese inclinauerit deorsũ, est, vt ipse suo facto accusatores admoneret, demisso fastu & supercilio descendere intra se metipsos, & iuxta diuinã legem excutere conscientiã suã, ac tales se exhibere erga proximum, qualem experiri vellent iudicem Deũ erga se. Altera cã magis mystica est, vt ostenderet se eũ esse, qui quandã digito legem in tabulis scripsit lapideis. Ideoq; nõ baculo scribit, sed digito. In terra autem iã & nõ in lapide: vt significaret, olim quidem legem scriptã in lapide propter duros, ac prępter illos legem seuerã traditã: nunc aũt à se scribendã digito suo. hoc est, spiritu diuino in terra cordis humani nouã legẽ, in qua seueritas legis MOYsaicæ esset remittenda. Has causas indicat D. Augustinus in commentariis, lib. 4. de cõsensu Euã. etiam alias duas causas indicans, nimirum quod Dominus in terra scripserit, ad ostendẽdũ quod ũli, nõ in cœlo cũ Apostolis, sed in terra essent scribendi, secundum illud Hiere. 17. Domine receden tes à te in terra scribentur, aut ad significandum quod se humiliando, (quod capitis inclinatione monstrauit) signa faceret in terra. Cæterũm dum consideramus quod Dominus etiã secundo scripserit in terra, idq; omnes factum dicant, vt Dominus velut aliud agens illis pręberet citra pudorẽ abcũdi locũ, videri posset etiã ob id primo scripsisse, vt dũ velut aliud agebat quàm ab eo petebatur, significaret ad se nõ pertinere vtillorũ quæstioni satis faceret, de qua quid agendũ esset aperte ex lege edocti erant. Vnde æditio Complutensis post illa verba: scribebat i terra: hoc loco addit, μὴ προσποιούμενος, id est, dissimulans, aut ꝓpositã quæstionẽ nõ ad se assumens. Cui bene cõuenit q̃ sequitur: Cũ ergo perseuerarent interrogantes, hoc est, interrogare eum, quo significatur Dominũ velut coactum illorum iproba postulatiõe, ad diffinitionẽ causæ propositæ ꝓcessisse. Quam sic diuina sua sapientia temperauit, vt eluderet eorum expectationẽ, & sic eriperet peccatricẽ e manibus lapidantium, vt tñ contra legẽ eam non absolueret, ne posset accusari tãquam legi cõtrarius, contra legẽ eam absoluendo: aut cõtra suam mansuetudinem & officium faceret, secundum legẽ eam cõdemnãdo, cum nõ venisset in mundum ad cõdemnandum ipsum, sed ad saluandum. Putabant illi se inuenisse rationẽ, qua eum accusare possent tanquam legis trãsgressorem, at Dominꝰ ipse hinc ꝺesumit occasionem ostendendi eos esse legis trangressores, & omnes peccato esse astrictos. Putabant vndiq; se suis retibus cõclusisse Dominum, vt nõ esset euadendi locus. quin deprehẽderetur vel esse contrarius legi, vel nõ esse tã mitis erga peccatores quã prædicabatur, & vel peccaret in iustitiam legis, vel in misericordiam à se prædicatam. Sed Dei sapientia mediam inuenitiustitia misericordiaq; temperatam viam, qua nõ solùm cauit vt ab illis nõ posset capi, sed cõtra etiã illos caperet, vt hic demõstratum sit quã vere dixerit Sapiens Prouerb. 12. non est sapientia, non est prudentia, nõ est consilium cõtra Dominum. Et prophetes Dauid: Incidit in foueam quam fecit. Et propheta Dauid: Incidit in foueam quam fecit. Sententia, autem, quã mãsuetus simul & iustꝰ po

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus sua sapientia mirabili protulit, erat: Qui sine peccato est vestrū, primus in illā lapidē mittat. Non dicit, Qui sine peccato est, ne seipsum ad lapidandum illam constringeret propria sententia sed qui sine peccato est vestrū vt illos à mulieris impetitione cessare faceret. Porro pro illo; qui sine peccato est, Græcis est vnadictio, ὁ ἀναμάρτητος, q̄ potest etiā significare impeccabilem hoc est, eum qui nō potest peccare, quāuis hoc loco magis cōueniat eā vertit sicut vertit interpres, teste D. Hieronymo li. 2. contra Pelag. in quo etiam ſ habet: Absq; vitio, quod Græce dicitur κακία, hominē posse esse alio, ἀναμάρτητον, id est, sine peccato esse nego. Id enim soli Deo cōpetit, omnisq; creatura peccato subiacet, & īdiget misericordia Dei. Cōtinet autē hæc sententia iustitiā absolutissimā, quæ nō hoī. sed soli Deo competit. Absolute enim & perfectæ est iustitiæ, vt qui alium punit ipse ab omni sit peccato immunis Cæterūm efficacia sētētię & verborum Christi in eo relucet quod nemo cōtra eius sententiam sese opponere ausus est, nemo ea, plata se præsumpsit ostendere à peccato immunem, nemo eius sētentiam contemnere ausus est, sed mox percussi sunt in conscientia, & suorum admonitipeccatorum, ac metuebat q̄sq; ne Iesus cui videbant omnia occultanō esse inco
1. Reg. 17 gnita: proderet in publicum ipsorū facinora. Quē admodum enim Goliath Philistæus vt (Regū meminit historia) Davidica funda lapideq; percussus, humi prostratus est semianimis, & destitutus viribus obtrūcatur: Ita Pharisæi telo iustitiæ ac gladio verbi Dei percussi, animo consternati sūt. Domini enim hęc sententia vt lapis, duram frōtē animi eorum percussit, & quemq; suæ culpæ cōscium, ac pudore simul & metu plenum reddidit. Itaq; sententia hac audita non amplius ibi morā dum trahunt, vnus post alium exibāt, incipiētes à senioribus vsque ad postremos, siue quia seruare volebant ætatis ordinem, vt posttemi primis exitū deferebant: siue quia seniores grauiorum sibi criminum conscii erant, vt etiam in illis impletū sit illud Danielis: A senioribus egressa est iniquitas. Græca pleraq; exemplaria habent plus, audiētes
Dani. 13. autem hęc, & à cōscientia redarguti, exibant, &c. At Dominus data sententia iterum se inclinās, digito scribebat in terra, tum vt, sicut dictū est, vultum aliò vertens liberiorem illis exeundi fiduciā præberet, tum vt indicaret iudicem non solū ante sententiā, sed & pōst intra se debere descendere ac perpendere, num quid tale commiserit q̄ī alio iudicat & punit, tum vt ostenderet se digito suo scriptutum secundam legē in mentib. hominū, sicut olim in tabulis lapideis secundò lex di-
Exod. 31. gito Dei fuit scripta. Quemadmodū enim tabulæ primæ propter peccatū Iudæorū cōfractæ sūt, vt opus fuerit nouis: ita & vetus lex sublata est, q̄ eam Iudæi nō seruarent, & noua subintroducta est, vt dicitur Hie. 31. Sic fere Rupertus. Digressis accusatorib. remansit Iesus solus, exclusis scilicet tentatorib. non autem discipulis, & mulier stans in medio, hoc est, corā Iesu, in loco in quo prius eam Pharisæi statuerant. Relicti ergo sunt duo, inquit Augustinus, misericordia & miseria. Et q̄dē mulier stabat inter metum & spē anxia. Trepidabat enim, vt est verisimile, ex cōscientia, mutuēs ne ab illo esset punienda in quo peccatū inueniri non poterat, ipe tamen bona confirmata non cū reūtibus aufugit, sed permansit stans, spē bona illi præbente clemētia Domini, quę sese & verbis & ipso vultu proferebat. Tandē ergo erectus Dominus vbi videt solitudinē, & mulierem trepidā, blande cōpellās illā, dixit: Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Quærit autem nō tanquā ignorans, sed vt spē mulieris augeret, significans se nō posse eam absentibus accusatoribus cōdēnare, quos præsētes pudore suffusos discedere fecit. Addit autem, nemo te condemnauit? vt mulierē confitētē neminem se cōdemnasse, locus esset suæ setētię, & omnib. constaret se in nullius præiudicium illam absoluere. Itaq; cum iam & deficerēt accusatores, & condemnatam eam nō esse cōstaret, Dominus qui prius iustitię plenā protulit sētētiam, eaq; pudefactos aduersarios repulit, mō misericordiæ & mansuetudinis protulit sententiā, qua trepidam mulierē à metu liberatā, à se tranquillam dimisit. Nec ego, inquit, te condemnabo, aut, vt est Græce, condemno. Quasi dicat: Quādoquidē illi te relinquerūt indēnatam, nec ego illis futurus sum inclementior, quanquā secundū sententiam supra à me prolatā metuere posses ne ego te sim cōdēnaturus. Non enim veni ad condemnandum, sed ad saluandū peccatores Proinde vade de remisso à me tibi peccato securа. Verū neculpare quis Dominum posset quasi peccatis faueret, & Dominus ipse doceret quod sit veræ pœnitētis officiū, adiecit, & noli amplius peccare. Quibus verbis intelligunt aliqui à Domino non tam prohibitū omne peccatū, vt sine quo sēsset homi nem viuere non posse, quàm peccandi voluntatē vt, noli peccare, sit, nō habeas voluntatē peccādi. Sed extra Domini propositū est hæc annotatio & interpretatio, cū Græce sit, μηκέτι ἁμάρτανε, id est, ne amplius peeces. Interpres autē frequenter, noli, vertit, pne. Porro hoc facto Dominus exemplum exhibere voluit Euangelicæ mānsuetudinis, & peccatoribus omnibus spem veniæ à se ipetrā dæ offerre, ac docere eos q̄ pastores populi Christiani futuri erant, quanta lenitate ac mānsuetudine vti debeant aduersus eos quipeр infirmitatē ꝓlapsi sunt in aliquod peccatum. Aliam enim esse conditionem legis veteris & nouæ. Illam enim peccatores seuere, punire, hāc peccatores ad resipiscentiam inuitare. Nemo tamen ex duplici sententia hic à Domino prolata colligat, aut non punienda adulteria, quæ olim secundum leges etiā Christianorum Cæsarū morte puniebātur, sicut & in veteri lege: aut punire non posse aliū, quiipse peccato sit obnoxius. Nam quod adulteram non cōdemnauit, sed absoluit, aut impunitam dimisit, non od id fecit vt doceret quid omnibus esset faciendum, sed quoniam non venerat vt esset iudex externus scelerū, sed prœco misericordię paternę, vnde pro suo officio non debuit condemnare, sed potiꝰ absoluere. Sicut autē reliquis suis exemplis aut Euangelicæ suæ doctrinæ præceptis, nullum voluit Dominus facere præiudicium eorum quæ cuiq; ex officio pro salute reipublicæ conueniunt, ita nec hoc suo facto. Quod autē pharisęis dixit: Qui sine peccato est vestrū, &c. non voluit docere neminem alium punire debere q̄ ipse sit peccator: sic enim omnia mala ipunita manerēt, sed dolosos ac arrogātes Pharisæos, ita vt digni erāt pudore afficere voluit, ac docere qualis merito esse debeat alterius accusator & iudex. D. Augu. epist. 54. ad Marcellinū, hoc Christi exēplo & dictis defendit episcoporum pro reis apud iudices interceſſionem, inter cætera sic scribens: Sic etiam ipsos criminum vltores, atq; in hoc officio non ira propria concitatos, sed legum ministros, nec suarum, sed alienarum examinatarū iniuriarum vindices, quales iudices esse debent, tetruit censura diuina, vt cogitarēt propter sua peccata misericordiam Dei necessariam, nec putarent ad culpam sui officii pertinere, si quid erga eos misericorditer agerent, quorum vitæ necisq; haberēt legitimam potestatem, &c. Et postea: Qui eū esset vtiq; sine peccato, ait mulieri, quā perterriti illi reliquerant: Nec ego te condemnabo, vade, iā de inceps noli peccare. Potuit eīn metuere flagitiosa mulier, ne illis discedentibus qui sua peccata cognouerant, vt peccato parcerent alieno, illā iustissimè iam ipse damnaret qui erat sine peccato. Ar ille non cōscientia pauidus, sed plenus clemētia, cùm illa respondisset se à nemine fuisse dānatam: Nec ego, inquit, te damnabo Tanquam diceret: Si malitia tibi parcere potuit, quid mirtuis innocentiam. Et ne delictorum nō donator, sed approbator videretur: Vade, ait iam deinceps noli peccare, vt se homini peperciſſe, nō hominis culpam sibi placuisse monstraret, &c. Cæterū secundum Rupertum hæc mulier typus fuit Ecclesiæ ex gentib. cōgregādæ, quæ deserto vero suo Deo, fornicata fuit cum diis suis falsis, & ab ipsa Iudæorum synagoga accusata, atque ad dignam vltionem sępius petita, à Christo est absoluta, qui synagogam Iudæorum etiam sub peccato conclusam esse redarguens, ostendit ab illa merito hāc non accusandam aut execrandam.

RVRSVM DOCET IN TEMPLO, ET LAPIDANTIVM se manibus eripit. Ioannis. 8. CAPVT LXXVII.

TErū ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sū lux mundi, qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumē vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de te ipso testimoniū perhibes, testimoniū tuum non est verū. Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verū est testimoniū meū: quia scio vnde veni, & quo vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado: vos secundū carnem iudicatis, ego non iudico quēquā & si iudico ego, iudiciū meū verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, pater. Et in lege vestra scriptum est: Quia duorū hominū testimonium verū est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimoniū perhibet de me, qui misit me, pater. Dicebāt ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque patrē meum: si me sciretis, forsitā & patrē meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in tēplo, & nemo apprehēdit eū, quia necdum venerat hora eius. Dixit ergo eis iterum Iesus: Ego vado & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebāt ergo Iudæi: Nūquid inteficiet semetipsū, quia dicit: Quò ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos deorsū estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ego vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enī non credideritis, quia ego sū, moriemini in peccato vestro. Dicebāt ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus principiū qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed qui me misit verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mūdo. Et non cognouerunt quia patrē eis dicebat Deū. Dixit ergo eis Iesus: Cū exaltaueritis filiū hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor: & qui me misit mecum est, & non reliquit me solū, quia ego, quæ placita sunt ei, facio sęper. Hæc illo loquēte multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæos: Si vos mānseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Respondерunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquā, quomodo tu dicis, Liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amē amē dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: seruus autē non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Scio quia filii Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus nō capit in vobis. Ego, quod vidi apud patrē, loquor: & vos quæ vidistis apud patrē vestrum facitis. Responderunt, & dixerunt ei: pater noster Abrahā est. Dicit eis Iesus: Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autē quæritis me interficere, hominem qui veritatē vobis locutus sum, quam audiui a Deo. Hoc Abrahā non fecit. Vos facitis opera patris vestri: Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrē habemus Deū. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me, ego enim ex Deo processi & veni: neque enim à meipso veni, sed ille me misit. Quare loquelā meā non cognoscitis? quia non potestis audire sermonē meum: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia nō est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mēdax est, & pater eius. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico, quare vos non creditis mihi, qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderūt ergo Iudæi, & dixerūt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmoniū habes? Respondit Iesus: Ego dæmoniū non habeo, sed honorifico patrē meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meā, est qui quærat & iudicet. Amen dico vobis: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmoniū habes. Abrahā mortuus est & prophetæ. Et tu dicis: Si quis sermonē meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abrahā qui mortuus est, & prophetæ mortui sunt: Quē te in æternum Nunquid tu maior es patre nostro Abrahā qui mortuus est, & prophetæ mortui sunt: Quē

Universidad de Deusto
Biblioteca

teipsum facis? respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me, quē vos dicitis, Quia Deus vester est. & non cognouistis eum, ego autē noui eum. Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? dixit eis Iesus: amen dico vobis, antequā abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eū, Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

ITERVM ERGO LOCVTVS EST EIS IESVS, DICENS: EGO SVM LVX MVNDI.] Quanquam laborent quidā horū cum superiori facto aptā ostendere cohærentiā, tamē cum satis constet superiorē historiam esse superaddi tā (quemadmodū præter prædicta, etiā varietas Græcorū exēplariū satis indicat) & hæc immediate coniuncta prius fuisse cū his quæ præcedūt p dictam historiam, magis videndum quā habeant ista connexionē cum illis quæ historiā præcedūt. Itaq; cū Dominus totus in hoc esset, vt ad credendū sibi auditores prouocaret, & persuaderet à se vno omnia petēda esse, sicut propter id superiori sermone se dixit fontē vitæ: ita nūc se lucē vocat, quā q sequitur, nō possit errare, allegoriis vtēs & parabolis, diuersis quidē, sed ad idē tēdēti bus, imitatus hac in parte Prophetā Dauid, q de Deo loquēs, prius illum fontē vocat vitæ, ac deinde lumen. Quoniā, inquit, apud te est fons vitę & in lumine tuo videbimus lumen. Aut quoniā suprà Nicodemus suos Pharisæos iuitauit ad audiendum Iesum, & cognoscendū quis ipse esset, & quid faceret, potest videri illos postera die cōuenisse ad audiendum illum, ac Dominum conscium eorum quæ de se dicta essent, cœpisse iā illis præsentib. aperire quis esset. Hactenus enim in capite suo septimo Ioānes nō introduxit pharisæos Christo respondētes. quemadmodū facit hoc cap. 8. Verùm magis nobis spectandū quid, quàm qua occasione Dominus sit locutus. Ego, inquit, sum lux nō solius Iudeæ, sed totius mūdi. hoc est, omniū hominū. Lucē autem se vocat, & secundum diuinam, & secundum humanā naturam. Secūdum diuinam enim naturā lux est, qa secundum eā mētes hominū occultis suis radiis perstringit, suggerēs quæ sunt iusta & salutaria, vnde de eo dixit supra Ioannes: Erat lux vera q̄ illuminat omnem hominē venientē in hunc mūdum. Secūdùm humanam itē naturālux est, quia in assumpta humanitate verbo simul & exēplo fugatis ignorantię & peccatorū tenebris, docuit & demōstrauit quæ sūt iustitię & virtutis. Porro cum in scripturis per tenebras metaphoricè nō solū errores & peccata, sed etiam afflictiones & mentis angustiæ significentur, & per lucē lætitia & recreatio, rectè etiā intellexerimus Dominum se vocare lucem mundi, quòd per suū Euangeliū ac salutiferū nuntium afflictas omnes mētes venerit exhilaraturus. Emphaticè autēdicit: Ego sū lux mundi, significans prēter se neminem esse lucem mundi, & si quis sit, peripsum esse participatione scilicet sui luminis, ratione cuius Apostolos supra dixit esse lucem mundi. Neq; ergo Moys ē significat fuisse lucē mūdi, vt qui paruā tantū mundi partē obscuro solum lumine non veluti sol, sed veluti lucerna illustrauit: neq; rursū Philosophos gentiliū, aut Pharisæos Iudæorū doctores, vt qui mūdo tenebras potius offuderint, quā ex eo fugauerint, sed se vnum toti mūdo hoc esse spiritualiter, quod sol visibilis mundo corporaliter. Hæc est illa lux, de qua pater cœlestis Isaię 49. Dedi te in lucē gentiū, vt sis salus mea vsque ad extremū terræ. & Zachatias: Visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his q̄ in tenebris & invmbra mortis sedēt, &c. Et Simō senex: Lumē ad reuelationem gentium. Quoniā aūt Dominus se lucē vocauit, hinc in allegoria hac perfistēs, adiicit: Qui sequitur me, nō ambulat, aut, vt est Græcè & apud Augustinū, nō ambulabit, hoc est, nō cō uertabitur in tenebris, ignorantiæ scilicet & peccatorum, sed habebit lumen vitę, hęc est, lumē q̄ hic vitam animę largitur, aut quod ambulantem deducit ad vitā æternā. Hoc lumen est Christus ipse, aut spiritus eius sanctus, qui per suā gratiā habitans in mentib. fidelium prælucet eis, demōstrans quid faciendum, & quib. actibus ad vitam quis perueniat. Nō dicit aut ē Dominus, quia lux sum mundi, ideo per me omnes accipiunt lumē vitæ, sed qui sequitur me, credēdo scilicet & obedīdo mihi, habebit lumen vitæ. Sicut enim sol visibilis, etsi sit totius mūdi lux, nō præbet lumē cæcis, & oculos suos claudētibus: ita nec spiritualis ista mundi lux lumen suum illis prębet qui eam oblatā amplecti nolunt. Porro D. Aug. illud, sed habebit lumē vitę. refert ad futurū seculū in quo sequētes modo Christum, cōsequentur lumē regni cœlorū. Verùm prior intelligentia est conuenientior, quod hęc pars opponatur illi, nō ambulabit in tenebris, quę ad præsentē pertinet vitam. Sicut aut̄ Dominus dicens: Ego sum lux mūdi, se ab aliis doctoribus hominum separat: ita & cū subdit, Qui sequitur me. Significat enim eos q̄ sequuntur alios, nō liberāri à tenebris, & quanquā ab illis acipiāt aliquod sapientiæ & intelligentiæ lumen, non tamen habere ab illis lumen vitæ.

DIXERVNT ERGO EI PHARISÆI: TV DE TE IPSO TESTIMONIVM PERHIBES.] Quoniam magnifica de se Dominus dixerat, Pharisæi purum hominē esse credentes, & maliciose semper Domini dicta euertere studentes, occurrerūt dicētes: Tu de teipso testimoniū phibes, ideoq; testimonium tuum nō est tanquā verum recipiendum. Non enim creditur proprio hominis de se testimonio, ob falsitatis suspicionē quod ex nimio suiipsius amore ꝓfectum credatur. Itaq; Dns huic obiectioni respondet trib. rationibus, quib. ostendit se non esse, sicut illi putabāt, purum hominē, sed Deū, vt ob id ipsius de se testimonio sit meritocredēdum, nec de falsita te possit esse suspectum. Prima rō est: Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum tn̄ est testimonium meū, quia scio vnde venio, ꝓ veni in hunc mundum scilicet, & quò vado, pro vadā, hoc est, scio ꝙ sim filiꝰ Dei, q̄ è sinu patris inhūc mundum descendi per assumptionē humanæ naturæ, quiq; eandem paulopost sum subuecturus in dexterā & gloriā patris. Ideoq; non dubito de meipso testimonium perhibere, & testimonium meum

meum verum asseuerare. Vos autē nescitis qui sim, vnde scilicet venerim, aut quò vadā, atq; ob id meum de me testimonium tanquā puri hoīs reiicitis. Hac ergo ratione Dominus quāquam significare voluerit sibi de se testificāti meritò credendum esse, propter suam diuinitatē, & personę suæ authoritatē, nō tamen aperte suam diuinitatem manifestat, sed de se perinde loquitur, atq; si quis legatꝰ veniret à Cæsare, magna nomine Cæsaris promittens si iussa eius capesseremus, cūq; fidē ei negaremus, diceret. Ego scio vnde veni & quò vado, ego certus sū me Cæsaris esse legatū, ad hæc ipsa quæ proposui, ab ipso mandatū: ad eūdem & redibo, rationem gesti negotii, redditus, dignaq; pro laboribus meis prēmia acceptus, proinde quæ de mea legatione testificor, vera sunt: vos aūt qui nescitis vnde venerim & quò vadā, fidē habere mihi cunctamini. Secunda rō, qua etiā Dominus inter se & pharisæos discretionē facit, est: Vos iudicatis de rebus & personis secundum carnē, hoc est, carnali & humano iudicio, ideoq; iudiciū vestrum frequenter non est verum & iustū, quemadmodū patet in iudicio quo de me iudicatis. Ego verò etsi ꝓ meo officio nūc neminē iudicem (non enim veni vt iudicē mundum, sed vt saluificē) tamē si velim modo de quibusdam iudicare, & si quando quid de me aut aliis iudicem, iudicium meum nō est sicut vestrū, carnale, ac proinde falsum, sed verum est, quia in iudicando ego nō sum solus, sed mecū iudicat q̄ misit mē pater, cū quo vt vnius sum & iudiuiduę naturæ, ita & indiuisæ voluntatis & actionis. Hac ergo ratione ostendit Dominus veritatē sui de se testimonii, ex veritate sui iudicii, & rectè, quia iudicium nihil est aliud quàm quędam de aliqua re testificatio. Ex superiori autē explicatione patet quomodo sit accipiendum illud, Ego nō iudico quenquam; quanquā idem & melius fortè accipi possit hoc modo: Ego à meipso nō iudico quenquā. Aut, ꝙ idē est, Ego solus, & tanquam homo tantum vt vos me videtis, & esse putatis. Nā hūc sensum Dominus in his quæ mox sequuntur indicare videtur. Differentia ergo inter se & illos indicat, quod illi secundum carnem, ipse vero secundum Deū iudicaret: illi à seipsis, ipse vero nō à seipso: illi tanquam homines, ipse vero nō tanquam homo, sed tanquam Deus, & vnum cū patre. Tertia ratio est: Et in lege vestra scriptum est, quia, id est, quod duorum hominū testimoniū verum est, hoc est, pro vero habendum est, cū dicitur. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbū. Ex quibus verbis nō consequitur duorum testimonium semper esse verum, vt non est semper verum, sed pro vero habendum secundū legis constitutionem. Non enim verum fuit duorum testiū testimonium, qui contra Susannā, aut Naboth, aut Christum ipsum testati fuerunt. Sub hac autem lege Dominus sic subassumit: Ego sū qui testimoniū perhibeo de meipso, quatenus scilicet diuina natura perhibet testimoniū de homine quē cernitis, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Ex quibus reliquit nobis inferendum Dominus, quod propter auditorū incapacitatem noluit ipse inferre: Ergo si secundū legem duorum hominum testimonium, qui & falli possunt & fallere, legitimum habetur, & pro vero recipitur, multo magis duarū personarū diuinarū, in quas nulla fallaciæ aut erroris suspicio potest cadere. Ex his patet solutio dubii quod circa hanc rationem moueri posset, quomodo scilicet Dominus ex lege illa colligat suū de se & patris testimoniū recipiēdum merito esse, cū duorū hominum testimoniū non recipiatur, si alter illorum pro se testetur. Nam dum Dominus suū de se testimonium cōiungit, cum testimonio patris, significat se testimoniū de se homine perhibere quatenus patri cōsubstantialis, hoc est, quatenus Deus, ac proinde quodammodo alius à se hoīe. Pater autē & filius de homine Christo simul restimonium perhibēt per opera & verba, quæ per illum hominē diuina natura operata est & locuta hominis illius excellentiam & authoritatē diuinam planè declarantia. Porro ex his rationibus aperte refellitur & Sabellii error & Eunomii, cū hinc & personarum pluralitas & earundē æqualitas aperte colligatur.

DICEBANT ERGO EI: VBI EST PATER TVVS? RESPONDIT IESVS: NEQVE me, &c.] Quoniam audierūt eum patris sui facientē mentionem, rogant vbi sit pater ille de quo loquebatur. Rogant autem malitiosa & subdola mēte, vt est verisimile. Nam ex Domini verbis æque facile nunc intelligere potuerunt ipsum vocare patrē suum Deum, atque id intellexerunt suprà Ioannis quinto, quando dixerat: Pater meꝰ vsque modo operatur, & ego operor. Sed maluerunt Dominum ipsum aperte confiteri patrē suū esse Deum, vt haberent manifestius iustam causam accusandi & persequendi ipsum. Dicunt ergo: Vbi est pater tuus; vt adeuntes scilicet illū, audiamus quod de te testimoniū perhibeat. Porro huic quæstioni Dominus non directè respondet, sed quoniam hæc quæstio processit ex ignorātia sui & patris de quo loquebatur ad ipsā ignorantiam respondet, Neque, inquit, me scitis, pro nouistis, neq; patrē meū. Non nostis me, iuxta id scilicet quod potissimum sum, nempe diuinitatē, & ob id neq; patrē meum nostis. Quod si me nosceretis, forsitan, pro vtique: non enim ἂν hic est dubitantis sed confirmantis & patrē meum cognosceretis. Qui enim, inquit alibi, videt me, videt & patrem meum. Porro quod dicit Dominꝰ Iudęos neq; ipsum, neq; patrē nouisse, non est intelligendum ob id dixisse, quia, vt supra dixit. Nemo nouit patrē nisi filius, & nemo nouit filium nisi pater. Nam ex sequenti sententia, & loco alio simili, qui est Ioan. 14. patet eum loqui de notitia quę cadere potest in hominē. Sed ad propositum Domini dupliciter intelligi pōt & declarari, Iudæos qui patrē Christi ex parte aliqua nouerunt, tanquam creatorē cæli & terræ, & legis Mosaicæ authorē, non cognouisse patrem. primo, quia sicut non cognouerunt Iesum esse naturalē Dei filiū, ita patrē eius cælestem non nouerunt esse sub nomine patris in diuinitate distinctum personaliter à filio & spiritu sācto, aut nō nouerūt esse patrem Iesu. Secundo, magis ad propositum Domini Iudæi non nouerunt patrē Iesu, nō solum sub relatione paternitatis, sed nec absolutè cōsidera tum, quomodo mox in sequentibus dicit eos nō cognoscere Deum, & Ioānes in prima sua epistola dicit eos non cognoscere Deum, qui eius mandata non seruant. Pro quo notādum, quod Deus à nobis hic in seipso cognosci nō potest. Sed tā in suis operibus & verbis: proinde qui opera & verba diuina manifestè nō agnoscit nec appro

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat pro diuinis.Deū certè qui per illa cognosci A deberet,declarat se nō verè cognoscere,cuius in stitiam,bonitatem,potētiam,& sapientiā in operib. & verbis eius relucentē nō agnoscit,nec recipit.Itaque quoniam Christus suis operib. & verbis satis demonstrauit longe alium & maiorem esse quā exterius videbatur,Iudæi ipsi' opera & verba nō agnoscentes,sed calumniantes.nec eū quis & quātus esset cognoscere valuerunt, nec ipsum patrē Iesu,quādoquidē Deus pater in nullo alio se luculentius demōstrauit,& cognoscendū hominib. obtulit quā in operibus & verbis filii.Nō cognouerūt ergo Iudęi Deū,quia eiusopera & verba nō agnouerunt.Vnde in sequentib. B Domin' ostensurus eos nō cognoscere Deū dicit. Quare loquelam meā non agnoscitis?Iam quod ad secundam attinetsententiam,qua Dominus significat se esse mediū perueniendi ad cognitionē Dei patris,dum dixit:Si me sciretis, &c.si sequamur priorem rationem declarandi superiorē sententiam,hæc sententia sic esset declaranda:Si cognoscer etis me esse Dei filiū,cognosceretis etiā Deum esse naturalem meū patrē, quia vnū relatiuum sine alio cognosci nō potest.Quod si secūdam sequamnr rationem,quæ magis est amplectēda,qui Iesum cognoscit,etiā Deum patrē eius cognoscit,quia per ipsum & in ipso se Deus certius & plenius cognoscendū præbuit, operās & loquēs in ipso.Vñ Philippo ostēsurus q̄ per ipsū pater cognoscitur,dicit:Verba quæ ego loquor C vobis, à meipso nō loquor, sed pater in me manēs ipse facit opera.Deinde cū datum fuerit cognoscere q̄d sit Christus,tum demum locupletissimè percipitur Dei cognitio quanta hic à nobis haberi pōt.Qđ si autē Christus ignoretur, iam etsi Deus ex creaturis suis aliqualiter cognoscipossit, non potest tamen perfectè cognosci, nimirum q̄ sit hominum redēptor,iustificator,& saluator

HÆC VERBA LOCVTVS EST IESVS IN GAZOPHILACIO DOCENS IN TEMPLO.]Gazophylaciū non accipitur hic pro ipsa arca pecuniaria,quā iuxta altare prim' instituerat rex Ioas,vt scribitur 4.Reg.12.sed pro ipso atrio i quo arca illa erat posita:nisi velimus,in gazophylacio,exponere pro iuxta gazophylacium. D Significatur autē atrium maius fuisse in quo hęc Dominus dixerit,ideoq; locus iste tam diligēter à Ioāne notatus est,vt indicaret Christi libertate,& Iudęorum ipotētiā,q in tali loco,vbi minime alioqui tolerabile erat,Domino hæc tam magnifica de se testificanti manus nō iniecerunt,etsi id maxime prius cupiuissent.Cū autē addit Euāgelista docens in tēplo,significare voluit Dominū hæc dixisse inter docendū.hoc est,cū multo pluribus,quā sint hic annotata, corā populo dissereret.Iustas enim ad populū Dominus orationes habuit,quoties eum Euāgelistæ docuisse memorāt.quanquā Euāgelistæ satis sibi duxerīt paucula ex illis narrasse,in quib.inesset plenius E Domini de se testimonium,magisq; obseruādū.

DIXIT ERGO ITERVM EIS IESVS, EGO VADO, ET QVÆRETIS ME, &c]Ergo.inquit,hoc est-quoniam illi cupiebant eum comprehendere,quanquam nemo mitteret in eū manum q̄ cohiberentur à diuina eius virtute,Iesus iterum dixit eis,quod nuper eis eadem occasione dixit.Ideo enim Euāgelista dicit,iterum, vt significaret Dominum quod modo dixit Iudæis,etiam prius ill's ob similem dixisse occasionem,vt patuit cap.7.Ioan.præcedēte. Ego, inquit,vado,hoc est.mox abiturus sum, ex hoc mundo scilicet,ad patrem, ac tum vos qui me iam præsētem spernitis,quæretis me.hoc est, desiderabitis meam præsentiam,cupiētes videre v num diem filii hominis:& quoniam plerique vestrum obstinato animo in me absentem credere recusabunt,sicut modò in præsentem credere recusant,ideo in peccato suo morientur, hoc est, per peccatum suum,nempe infidelitatem,morti tradentur æternæ.porro quo intelligatis quā frustra meam præsentiā tunc vestrum plerique sint quæsituri,& ob id magis me iam vobis præsentem amplectamini,ac rursum intelligatis quàm longe superioris sim præ vobis naturæ,quò ego iturus sum,nemo vestrum suapte opera & virtute poterit peruenire.Hæc loci huius explicatio conuenit cum ea explicatione,quā in simili loco capitis septimi diximus conuenientiorē.Alii autem,inter quos Diuus Augustinus,illud,quæretis me, malunt intelligere de quæstione in malum accepta,qua scilicet impii Christum etiam post resurrectionē rursum quærebant ad mortē, aut qua eum in suis membris persequebantur ,propter illud quod sequitur,& i peccato vestro moriemini,vt sit sensus:Ego à vobis mox sum abiturus, ac nec tunc quidē cessabitis me quærere & persequi,,pinde in hoc vestro peccato quod i me committitis,nolendo mihi credere, sed psequendo,moriemini,hoc est,vsque ad mortē perseuerabitis.Verum cum dicat;ego vado, ac deinde subiiciat,& quæretis me,videtur Dominus significare ipsos aut ipsorum plerosq; quæsituros illum post abitum,quomodo non quærebāt eum præsentē.Quod autē dicit,& in peccato vestro moriemini',nō ad eosdē,aut saltē non ad omnes referendum est quos dicit se absentē quæsituros,sed tantum ad incredulos,vt ipsemet Dominus postea explanat. Cæterum incertum est an per illud,in peccato vestro moriemini.significetur peccatum illis fore mortis ęternæ,aut etiā tēporalis per Romanos inferendę causā,vt ppositio,in,pro per,sit posita,an vitā illorum finiendam in peccato.Vterque enim sensusconueniēs est,quamuis prior sequenti explanatiōi Christi magis videatur congruere.Porro Iudęi nonnihil commoti & territi hoc Domini sermone,nec tamen eum intelligentes,non quidē Dominum interrogant,reuerētia forte prohibiti aut pudore, sed inter sese mussitant,absurdiora iam etiā horum verborum occasione suspicātes.quā suprà cap.Ioa.7.Nunquid,inquiunt,interficiet semet ipsum,quia dicit,&c.Quæ autē conuenientia intelligere aut suspicari ex verbis Domini,ipsum sese interfecturum?An qui se interficit , aliquò vadit?Aut si aliquo vadit,an non eo etiā Iudæi abire poterāt?similī modo,cum eorum pleriq; se interemerint,maxime in Romanorum oppugnatiōe,vt patet ex Iosepho,vt rursum iā in eorum opprobrium cōuersum sit, quòd per cōuitium hic domino obiecerunt.Sed quo minus miremur tā crassam Iudæorum inter se interrogationē,videntur significare voluisse,se suspicari ipsum sese per mortem sibi illatā subducturum e manib.ipsum persequentium,vt iō occasione verborum dñi dixerint;Nunquid interficiet seipsum,nō quod putarent se etiam nō posse sibi ipsis

ipsis mortem inferre,sed q̄ dubitarent se nō posse illum post mortem sibi illatam assequi & inuenire.Et tamen absurda erat etiā ista cogitatio. nō enim vt manibus eorum eriperetur, opus erat mortem sibi inferre,cū potuerit naturali morte aut alia ratione illorum manibus subtrahi.

ET DICEBAT EIS:VOS DE DEORSVM ESTIS,EGO DE SVPERNIS.] Legēdum non est,vos deorsum estis,sed, vos dedeorsum estis. quomodò legitur apud Augustinum & in antiquis Latinis quibusdā codicibus. Nam Græca habent ἐκ τῶν κατὰ, id est,ex his quę deorsum sunt,aut ex infimis. Intelligunt autē quidā ideo Iudæos dici esse deorsum, Dominum verò de supernis,quia illi esse ex inferioribus rebus acceperunt,atque ex ipsa terra:Dominus verò è patre diuinum suum esse habuit.atque in eodem sensu intelligunt,quod explanandi gratia additū est,Vos de mundo hoc,id est,inferiori isto, estis, ego nō sum de hoc mundo,sed alio, nempe cœlesti & supermundano.Alii verò,quia ex hoc loco quidam hæretici collegerunt Dominum non accepisse carnem suam ex hoc mundo,& quoniā infra Apostolos suos etiam dicit non esse de hoc mundo,intelligūt Iudæos ideo dici de deorsum esse,& de mundo,quod secundùm affectum tales C sint,inferiora & terrena sapientes:Dominū vero non esse de hoc mundo,sed de supernis, quòd nō terrena, sed cœlestia saperet.Rectè autem vtraque interpretatio simul comprehederetur, vt ideo Iudæi intelligantur esse de deorsum & demūdo, quod vt ex terra suam habebant originem,ita etiam terrena saperent : Dominus verò de supernis & non de hoc mundo,quòd vt cœlestē habebat 1.cor.15. originem,ita & cœlestia saperet:Vnde Paulus vtrumque cōplectens ait:Primus homo de terra terrenus,secundus homo de cœlo cœlestis.porro Theophylactus,post Chrysostomū,intelligit Dominum his verbis velle tollere suspicionem illā, D quam de ipso habebāt Iudæi,vt sit sensus : Cum non sim de hoc mundo, nec mundanum aliquid & terrenū affectem.fieri non potest vt ad tantam deueniam insaniam,vt meipsum occidē.Sed si cō sideremus quæ Christus mox ex his infert,magis apparet ipsum his verbis nō respōdisse ad Iudeorum suspicionem,sed explicare voluisse quomodo dixerit:in peccato vestro moriemini, & quo ego vadam,vos nō potestis venire.Significat enim se ob diuinam suam naturam in cœlum cōscēsurum,vnde venit in hunc mundum : ipsos autē q̄ sint ex terra origine & affectu,non posse propriis vitibus in cœlum cōscendere,nisi ipse eos illò trahat,& ad se assumat,quod futurum nō est nisi in ipsum credant.Vnde bene infert etiā rationē alterius à se dicti:Dixi,inquit,ergo vobis,hoc est, qa de deorsum & de hoc mūdo estis ex vobis ,nati scilicet in peccatis,& in eis viuentes;ideo dixivo E bis quòd moriemini in peccatis vestris. Ne autē putaremus quod dixit,moriemini,ad omnes pertinere,nec id posse eos effugere , ideo declarādo subiecit:Si enim non credideritis, quia, id est, q̄ ego sum,moriemini in peccato vestro.aut,vt est Græcè,in peccatis vestris,sicut in loco mox præcedente.Superius enim singulariter dixit, in peccato vestro,notās eorū i nfidelitatē, quæ peccatorū omnium fons est:hic verò pluraliter in peccatis notās varia eorum peccata,quę infidelitas aut adfert aut seruat. Illud autē;ego sum;quidā intelligunt esset pfectā orationē,& subaudiendū,quod ego sum de supernis,aut Messias.Alij rectius intelligunt ideo absolute Dominū dixisse; Ego sū; vt significaret se Deum esse,& hoc de ipso credēdum esse.Solus enim Deus de se dicere ,,prie potest Ego sum;cū sit actus purissimus ,nullius mutationis capax,quam præteritum & futurum significāt.Vnde Moysi nomē suum explicās Deus dixit:Ego sum q̄ sum;quare & ab esse deriuatum est Exod.3. nomē illud sacrum Dei tetragrammatō Iehoua.

DICEBANT ERGO EI: TV QVIS ES? DIXIT EIS IESVS:PRINCIPIVM,&c.] Quoniam ergo Dominus absolute dixit,Ego sum nec explicauit quis esset, interrogant Iudæi: Tu B qui es;quasi nihil hactenus viderint autaudierint, vnde scire possent quis esset. Cæterùm obscurum valde est quod ad hanc interrogationē Dominus respondisse scribitur. Et nostræ quidem lectionis prima facie hic videtur esse sensus: Ego sum principium qui etiam vobis nunc loquor. Secundum diuinitatem sum principium oīum creaturarum,vnum idēq;cum patre : & secundū humanitatem nunc vobiscum loquor,vt vos doceam quid de me credere debeatis.In hunc sensū diuus Ambrosius locum hunc aliquoties citat,& nominatim lib.3.de fide c.4.Nec de principio,inquit,resident aliquid quæstionis, cū interrogatus in carne:Tu qui es?respōderit,Principium , qui & loquor vobis.Sic autem principium accipitur in casu nominatiuo,& relatiuum,qui,non ad principium,sed ad pronomen,ego,refertur.Verū huic intelligeutiæ obstat lectio Græca,quæ pro dictione,principium,habet accusatiuum fœmini generis,τὴν ἀρχήν. Pro inde Diuus Augustinus hoc in commodum ex Græcorum librorum collatione sentiens(quos D.Ambrosius peritus licet linguę Græcæ,nō videtur in hac sententia consuluisse) putat subaudiēdum verbum,credite,vt ab eo regatur accusatiuus,principium. Eius in hunc locum ista sunt verba:Vt scirent Iudæi quid illum credere deberent,respondit,principium. Non tā quam diceret,principium sum,sed tanquā diceret principiū me credite:quod in sermone Græco euidēter apparet,vbi fœmini generis est, principium.Velut si veller dicere,se esse veritatē,& dicētibus,Tu quis est?responderet,veritatē, cū videretur ad id quod dictū est:Tu quis es , respōdere debuisse,veritas,id est,veritas sum.Sed altius respondit,cum videret eos ita dixisse,Tu quis es,ac si dicerent:Quoniam abs te audiuimus; Nisi credideretis quia ego sum,quid re esse credemus?Ad hoc respondit,princip iu m Tanquā diceret,principium me credit.Et addidit: Qui & loquor vobis ideest,quia humilis propter vos factus ad ista verba descēdi.Nāsi principiū,sicuti est,ita maneret apud patrem, & non acciperet,formam serui,& homo loqueretur hominibus,quomodo ei crederēt,cū E infirma corda intelligibile verbū sine sensibili voce audire nō possent?Ergo,inquit,credite me esse principium,quia vt credatis nō solum sum,sed & loquor vobis.Hæc ille. Ex quibus apertum est eum non legisse;qui & loquor;etsi sic habeat eō textus,sed,quia & loquor,quomodo quędam Latina habent exemplaria,& bene,quia Græcis nō est relatiuum , is. id est, qui.sed ὅτι, id quod , vel quia.Porro D. Augustini explanatio nimis coacta videtur ,siue spectes constructionem accusatiui, principiū ,siue causam quam intelligit significat

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis verbis,quia & loquor vobis. Proinde rectius secundum Græcos illud τὴν ἀρχὴν, accipitur positũ aduerbialiter,vt subaudiatur præpositio κατὰ, & sit sensus:principio,imprimis,vel omnino quẽ admodum Græcis dictiones plęreque in accusatiuo casu aduerbialiter ponuntur,per subauditioñe præpositiõis κατὰ, vt τὴν πρῶτην, prícipio τὸ τέλος, id est,tandẽ,in fine,denique. Verùm hoc licet cognito,nõdũ sublata est omnis huius loci difficultas Nouã enim difficultatem adfert apud Grẽcos dictio auceps ὅτι, quæ potest esse nomen relatiuũ significans quod,si scribas per diastolẽ ὃ, τι, aut cõiunctio significans quod aut qa,si subnota uerisὅτι,ὃ τι. Sanè quomodo hũc locũ itellexerit diuus Chrysostomus,nõ satis ex eius Cõmẽtaris licet intelligere. Pauciſſimis enim verbis locũ istũ pertransit,scribẽs in hęc verba: Principium qui & loquor vobis,hoc est, Sanè indigni estis q sermones meos audiatis,& quis sim intelligatis. Vos vt me tentetis semper loquimini,mihi autẽ nõ attenditis,& in omnibus vos nunc reprehendere nõ possum. Sic & Theophylactus. Cęterum Euthymius Chrysostomi sectator & abbreuiator sicut & Theophylactus,veluti explicare volẽs obscuram Chrysostomi in hoc loco explanationẽ dicit,defectiuũ esse sermonem istum iuxta cõsuetũ loquendi morẽ,ac perficiendum hoc modo:Omnino superfluũ est etiã φ vobis loquar,quia scilicet omni sermone indigni estis, vtpote tentatores. Itaque secundum quod indicat Euthymius, illud τὴν ἀρχὴν, Chrysostomo accipitur pro omnino quõ accipitur apud Gregorium Nazianzenũ sermone de pascate, διὰ πεφρικήσεις ἐκεῖνος. οὐ δὲ, δὲ, ἐμὲ τὴν ἀρχὴν, id est, nõ pęierabis, ille: tu vero, neq; iuraueris omnino. Et illud ὅτι, Chrysostomo accipitur infinite pro quod cõiunctione, nõ pro quia, vt verbum λαλῶ per subiunctiuũ reddẽdum sit hoc modo:Omnino quod & loquar vobis, supple, indigni estis, vel superfluum est. Hæc est ergo vna ratio, qua locus hic explicari potest. Quod si autẽ dictionẽ ὅτι, accipiamus pro relatiuo neutri generis, poterit hic esse sensus: Id sum quod etiã loquor. id est, locutus sum (præsens pro præterito (vobis principio, cũ scilicet dixi me esse lucẽ mundi. Vel sicut τὴν ἀρχὴν, pro omnino, accipiatur. sẽsus est: Omnino id sum quod etiam locutus sũ vobis me esse. Si vero ὅτι, accipitur pro quia, poterit istud commodè cum sequentibus legi cõtinuè, in hunc sensũ: Vos cũ toties iam ex me audieritis & quis sim, & ad quid venerim, tamen ad hue quasi nihil audieritis sic interrogatis: Tu quis es. Ego vero illud imprimis vobis respõdeo, quia nõ solum veni in mundũ, sed etiã loquor vobis. veritatẽ vobis prædicãdo, ideo multa habeo, id est, possum de vobis loqui & iudicare, quoniã erit vobis illud grãuissimæ cõdẽnationis occasio, quod mihi palã sic loquẽti nolueritis credere. Hęc intelligẽtia cõuenit cũ eo quod postea Dominus dicit: Si nõ venissem, & locutus fuissem eis, peccatum nõ haberent, Secundum hanc intelligentiam Dominus nõ respondet illis quis sit, vtqui digniores essent audire quid ipsi essent, quam quis Christus esset cui insidiabantur: Sed huic itelligentiæ obstat, quod desideretur id qđ respondeat illi, principio vel imprimis. Ordinẽ enĩ significat: Quasi diceret Dominus, primũ hoc iam dico. Cui subiici conueniebat quid secundò dicere, & quid tertio, Proinde quibusdam placęt nõni Græci authoris enarratio, qua etiam hæc pars cũ sequentibus iungitur, sed illud ὅτι, accipitur vt sit relatiuũ. Habet autẽ sic: καὶ χρίσεις ἀπίαχεν, ὅτι περ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς ἀπρισον, ἔχων ἀπηρέμα λαλῆσαι καὶ κρίνειν id est, Et Christus respondit. Quod quidẽ vobis ab initio dixi, habens innumera iudicare & loqui. Initio enim sermonis habiti à Domino cũ Iudæis capite Ioannis 5. vnde ferè omnes sequẽtes dimanarunt, dixit Dominus sibi à parte omne iudicium contraditum. Nõnus ergo intellexit Dominum iam respõdisse se esse eũ qui haberet multa quę loqueretur & iudicaret de eis, hoc est, iudicẽ vt omnium ita & ipsorum, quod initio eis dixit, cũ primum ei calumniam tanquam blasphemo intẽtare cœpissent, vt habetur capite Ioannis quinto. Itaque sensus secundùm eum est. Ego sũ id φ etiã à principio vobis dixi, nẽpe, Habeo multa de vobis loqui & iudicare, hoc est, is sum qui possum vos cõdẽnare, & in multis reprehendere, vt Dominus ad retundẽdam superbiam eorũ qui ex contemptu & dolo rogauerunt quis esset, intelligitur illis iudiciariam suam potestatẽ obiecisse, vt & alias fecit. Quidã illud quod Grẽcè est, τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, accipiendũ putat. vt sit particula confirmantis, & sit sensus: Omnino sic est vt & loquor vobis, vt intelligatur Dominus, quia satis dixerat quis esset, cũ dixit, quia egosũ, Iudæis rogantibus quis esset, nõ respõdisse quis esset, sed tantùm confirmasse quod dixerat: Si nõ credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris; & quod dixerat de illorũ peccatis, declarasse cùm subiicit: Multa habeo de vobis loqui & iudicare. Quæ quidem intelligentia omniũ videtur esse cõuenientissima, poteritq; & ob similẽ intentionem in nostra litera accipi, hęc esse dicta à Domino secundùm intelligentiam proximo posita ante Nonni enarrationem. Sic fere Syriacũ Euang. quod habet; etiam id quod cœpi loqui vobiscũ. Porro cũ dicitur; Multa habeo de vobis loqui; habeo, Græco more, cũ infinitiuo pro, possũ positũ est, quamuis quidam intelligãt, habeo vobis loqui & iudicare, hoc est, ex cõmissione patris mihi incumbit vt in posterum vos in multis iudiçem. Dicit autem duo, loqui de vobis & iudicare, hoc est, in multis possum vos reprehendere, vel accusare apud patrem, & nõ solum accusare, sed etiam condemnare. Iam quod sequitur; Sed qui misit me verax, &c. duram videtur habere cõnexionẽ. Itaque quidam sic connectunt: Possum conqueri multa de vobis apud patrem, & decernere etiã in vos sed non est necesse vt faciam. Nã pater meus verax est & fidelis, & ob id non deerit causæ meæ, cùm ab eo profectus sim, & secundum mandatũ eius hęc loquar mũdo. Aliter verò & rectius ad hunc modũ, Multa quidem in vobis reprehendere possem, & in multis cõdemnare, sed omissis aliis vnum hoc vobis dicam ad redargutionem vestri vniuspeccati, nempe infidelitatis, quòd is qui me misit, verax est, & ego quæ ab eo audiui & accepi, hæc sola loquor in mundo ac proïde vera sit necesse est mea doctrina, cui tamen credere & obedire recusatis. Nam ob id eũ qui se misit veracem dicere omnino videtur Dñs vt & se suámque doctrinam veracẽ significaret, cũ subiiciat; & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo. Cæterùm audisse se Dominus à patre dicit quæ loqueb atur, quoniam omnẽ suam cognitionẽ a patre accẽpit, a quo accepit & esse. Sic

& Ioan

& Ioannes Baptista suprà dixit: Quod vidit & audiuit, hoc testatur.

ET NON COGNOVERVNT QVIA PATREM, &c: Malè pro, eis, multi libri habẽt, eius, secundùm quam lectionem intelligi solet hic sẽsus: Nõ cognouerũt Iudæi quòd dicebat Deum esse patrẽ suum. Sed impertinẽs esset iste sermo, quia in sermone mox præcedenti nõ significatur Deũ esse patrẽ Iesu. Græca verò habẽt: ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν, id est, quod patrẽ ipsis dicebat. Nec additur, Deum, quemadmodũ nec in antiquis exẽplaribus Latinis. Est autẽ sensus: nõ cognouerũt quod patrem dicebat, id est φ de patre suo loqueretur. Sic enim dictũ est; patrẽ illis dicebat, pro de patre illis loquebatur. quomodo dicere solumus; hunc dico; pro, de hoc dico. Vnde August. habet: Nõ intellexerũt, Iudęi φ de patre illis dicerat. Itaq; nostra litera qua legimus; patrẽ eis dicebat Deũ; sic est ordinanda: Nõ cognouerũt φ patrem Deũ eis dicebat, id est, de patre Deo illis loquebatur. Cũ enim diceret, Qui misit me verax est, &c. nõ intelligebant eũ hoc dicere de patre suo, cum ex his quæ prius illis frequẽter dixisset, idmeritò facilè intelligere debuissent. Cũ ergo ex hoc sermone necdum cognoscerent quod de patre suo loqueretur, (quod si cognouissent, etiã intellexissent quis ipse esset, & quod Deꝰ esset) Dominus sequenti sermone aperte explicat patrem suũ esse de quo locutus est & quem dixit misisse se, aperitque quando sint ipsum cognituri qui iã illũ cognoscere nõ poterãt. Vnde sequitur.

DIXIT ERGO EIS IESVS, &c.] Exaltationem vocat suam crucifixionem: vt patet ex expositione Ioan. cap. 12. Sic autem Dominus suã mortem frequenter designat, nõ solũ propter eleuationem à terra factam per suspensionẽ inligno sed etiam propterea φ per mortem suam meruerit à patre exaltari, sicut suprà Euangelista Lucas mortem Christi nõ ignominiæ nominibꝰ, sed honoris appellauit, cũ eam excessum vocauit & assumptionem. Quod enim aliis erat humiliatio, hoc Christo erat exaltatio, & finis oĩs humiliationis & depressionis. Cũ ergo, inquit, exaltaueritis filium hominis, & me vos putabitis peritus extinxisse, tum φ modo cognoscere nõ vultis cognoscetis quod ego sum, & quod à meipso facio nihil. sed sicut docuit me Pater hoc loquor ita vt oĩa & verba & facta mea ab illo sint. Istud impletũ est primũ tempore quo Dominus crucifixus est, quando à signis quę tũc fiebãt, quibus cõtradici non poterat, cognouerunt illum esse verè diuinũ hominẽ, ita vt cõpuncti corde percuterent pectora sua, & quidam dicerẽt: Verè filius Dei erat iste. Deinde & quando quidã illorũ cognouerunt certò illũ resurrexisse à mortuis. Præterea & quãdo misso in Apostolos Spiritu sancto viderũt miracula in ipsis & per ipsos ædita, ac'pi ritũ Christi sese potẽtissimè exerentem in credẽtibus, & omnes aduersariorum machinas demolientem. Et tunc enim cõpuncti corde plerique dixerũt Apostolis: Quid faciemus viri fratres. Postremum etiam quando per Romanos grauiter afflicti, senserunt diuinam vltionem illis à Domino prædictã ob peccata in ipsum & suos cõmissa. Nõ en im quod hic dicitur, cognoscetis, tãtũ ad credituros referri debet, sed etiã ad ĩcredulos quorũ quidã satis cognouerunt occisum à se leũ, fuisse Messiã, & plane diuinũ hominẽ, vt patet

de principibus sacerdotum, quibus custodes nũ tiauerũt Christi resurrectionẽ. Porro illud quod sequitur. Et qui misit me cecũ est, &c. Caietanꝰ cõiungit cũ, cognoscetis, vt sit sensus: cognoscetis quod ego sum, & quod à meipso facio nihil, & φ qui me misit, est mecum, vt tria significãtur ipsi cogniturí. Potest tamen illud accipi seorsũ, vt sit cõtinuatio eius φ supra de se Dominus dicere cœperat. Qui misit me, verax est, ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo: vt postquam duo illa quæ de se dixerat, significauit illos suo tempore cognituros, vlterius iã subiiciat: Et qui misit me, mecum est. ne intelligeremus eum sic esse ab eo missum, vt ab eo sit desertus, sed sciremus eum q missus est, omnia facere ex volũtate & cooperatione mittentis. nõ reliquit, inquit, me pater, vnquam solum, sicut reliquit ad tempus quosuis sanctos, quia nõ, vt alii, etiã Moyses & Dauid, ego ab eius voluntate aliquando deficio, sed quæ placita sunt ei facio semper. Quę ratio debet accipi tanquã signum eius quod dixit, mecum est, & nõ reliquit me solum, si modo tamẽ intelligatur dixisse patrem secum esse, nec vnquã reliquisse, ratione deitatis quæ est illi vna cũ patre. Nam si intelligatur dicere patrem secũ esse secundum humanitatem, potest, etsi nõ sit necesse, his verbis intelligi significari causã meritoria cõtinuatæ gubernationis diuinæ in õnibus quæ Christus fecit. Etsi enim iure per sonæ diuinę Christus homo habuit continuitatem diuinęprę sẽtię & gubernationis, eandẽ tamẽ etiã habuitra tione meriti: quemadmodum intrauit in gloriã suam merito mortis suæ, quæ illi debebatur alioq ratio naturę diuinæ, in vnitatẽ personę cũ humanitate coniunctæ. Dominus enim significare volens suam doctrinam & opera omnia esse diuina, nihilque omnino esse quod non sit à Deo, de missius, vt & alibi, propter incapacitatem auditorũ dese loquitur, quasi homo esset tantum, qui à Deo edoctus esset, & illum sibi semper habere cooperantem & præsentem.

HÆC ILLO LOQVENTE, MVLTI CREDIDERVNT IN EVM. DICEBAT ERGO IESVS, &c. Describit Euangelista fructũ doctrinæ Christi in quibusdã, qui illi occasio fuit noui sermonis. Vnde videre est vt nũquã desint apes, quæ ex floribus verbi Dei mel sugãt, vtcũque inde aranei venenũ hauriant. Cũ enim, inquit, verba ista Dominus loqueretur: plerique auditorum aduertẽtes rationabilia esse quę dicebãtur, & tãta cõstãtia ac efficacia sermonis ab eo prolata, crediderunt in eum, fide licet adhuc imperfecta & initiatiua. Proinde vt hos ĩ fide iã cœpta Dominus cõfirmaret, tali ad eos vsus est exhortatione. Si nõ, vt quidã olim, à me defeceritis. sed itavt cœpistis manseritis in sermone meo, id est, pseueraueritis meæ doctrinæ credere, & meis præceptis obedire, tunc vere discipuli, &c. Tria illis per quuntur. primò dicit, vere discipuli mei eritis, vel estis, vt habẽt quædã Græca, significans nõ vere esse discipulos & sectatores suos q ad tempus tãtum credunt, quia nõ sunt discipuli Christi co rã Deo, qui prænoscit eorum instabilitatem, etiã cum apud homines habentur discipuli. Sic de q busdam dicit & Ioannes: Ex nobis exierũt, sed nõ erãt ex nobis. nam si fuissent ex nobis, permãsissent vtique nobiscum. Quoniam autem discipuli

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est discere,& doceri ab eo cuius est discipulus,hîc Dominus ne quis paruum putet esse discipulum eius,adiicit secundo,& cognoscetis veritatẽ ; per accipiendũ scilicet à me spiritũ sanctum;de quo Ioan. 16 Dominus dixit Apostolis: Adhuc multa habeo vobis dicere,sed nõ potestis portare modò. Cũ autem venerit ille spiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem. Nec enim Philosophi veritatem, quæ saluum & beatum hominẽ facere posset,docuerũt,sed potius falsitatẽ & errores varios : nec Moses qui vmbris veritatem tantùm deliniabat, sed nec discipuli Christi,ipso adhuc in carne agẽte,omnẽ veritatem Euangelicam cognoscere potuerũt,quod scilicet Iesus Deus esset & homo,qque per cruce eius omnibus credẽtibus in eũ salus parata esset. Porro ne quis parum esse duceret cognoscere veritatem,Dominus tertio adiecit;Et veritas liberabit vos;vt si nõ delectat veritas,delectet libertas. Nõ enim liberare hic accipitur simpliciter pro eo q Latinis feresignificat,nẽpe è periculis & malis subducere,& eximere:sed ꝓ liberũ & ingenuũ facere. Nõ enim hic Græcis est verbũ σωω ; sed ἐλευθέρωσει,quæ vox ad libertatem pertinẽt,quæ seruituti opponitur. Id ita esse etiam Iudæorum stomachus indicat,dicẽtiũ:Nemini seruiuimus vnquã. Itaque,liberabis,hic exponendũ est per liberos,& ingenuos reddet,quo significatur etiã ab aliqua seruitute liberãdos,nẽpe seruitute ea quæ libertati spiritus & Euangelicæ libertati opponitur:qualis est seruitus peccati & legis veteris. Annotauit & Augustinus vim Græcæ dictionis lib.de verbis Domini sermone 48. Veritas ergo Euãgelica liberat,hoc est,liberos facit,quia eos qui prius grauabãtur seruitute peccati & legis,ab ea seruitute eximit , efficiẽs vt qs dominetur peccato,ac libera mente quæ Dei sũt faciat. Hæc est enim libertas Euangelica,quę nõ mutat statum fortunę,corpus eximens à iure heri,sed animum liberat à vitiis,à prauis ac mũdanis cõcupiscentis,à tyrannide diaboli,à metu mortis persecutionũ,à seruitute Pharisaicarum constitutionum,à iugo legis iuxta literã seruãdę. Veritas enim Euãgelica docet veteris legis cęremonias vmbras tantum fuisse,ac proinde rebus ipsis exhibitis,non esse ãplius illis insistẽdũ:docet quæ caro cõcupiscit planè esse noxia,abhorrere abeis hominem faciens: Docet Dei eximiam erga homines benignitatem,ad amorem eius vicissim hominem impellens & prouocãs,quo amore percognitam veritatem accendente,iam efficitur homo liber & ingenuus,vt & concupiscẽtias prauas superet,& quæ virtutis sunt prõpto animo exequatur. Sic ergo veritas liberos facit, quomodo ignorantia veri seruos facit peccati. Porro Iudæi, siue idem illi qui prius in Christum credidisse dicũtur vt intelligamus eorum fidem admodũ infirmã fuisse,siue potius secundũ Augustinũ , aliqui necdum credierãt (quandoquidẽ his Dominus mox obiicit;quæritis me interficere cũ ꝓpter suam carnalem habetudinẽ nõ intelligerent Dominum loqui de libertate spirituali:sed de corporali seruitute locutum putarent,ꝙ propter superbiã qua sibi placebant in maiorum suorum nobilitate,nõ ferrent libertatem sibi tanquã seruis ꝓmitti,reſpõderunt indignabũdi. Semen Abrahæ,sumus,& nimini seruiuimus vnquã,&c. Hoc est,ingenui ex ingenuis prognati sumus,nec solũ ingenui,sed etiam nobiles,& nullius vnquã serui fuimus:quomodo ergo libertatem tu nobis promittis quasi serui simus manumittẽdi? Hæc responsio &,crassitudinẽ & superbiã populi Iudaici declarat vt qui carnalia tãtum saperet,& in rebus carnalibus suam poneret fiduciam,& gloriam spirtualium quæ nos Deo cõmendant negligẽs. Dominus illos duobus nominibus taxauerat , & ꝙ veritatis essent ignari,& ꝙ seruitutem seruirent: Illi vero prius dissimulant in quo magis eos cõueniebat turbari,ad id autem qđ Iesus erat & minoris momẽti,stomachantur. Siquidem veritatis ignorantia,mentis vitium est: seruum esse,fortunæ malum est nõ animi. Magis autẽ ostẽdit eorum superbiam,qnon vererentur falsissimè dicere,Nemini seruiuimus vnquam,cum constet eos prius seruisse in AEgypto (vnde toties dicũtur in scripturis liberati de domo seruitutis) accedinde frequẽter interra promissionis diuersis fuisse subiectos,ita vt dicat scriptura. Et dominati sunt eorum q oderunt eos. Præterea etiã seruisse Babyloniis,ac postremum etiã illo tẽpore Romanis. Qui dã tamẽ intelligunt eos loq de seruitute naturali hoc est,qua ex sua natiuitate & origine fuissent aliquorum serui. Caietanus intelligit eos dicẽtes, neminiseruiuim⁹ vnquã,nõ loq de maioribꝰ suis, sed tantum sese cõprehendere & suas psonas. Nec obstare ꝙ Romanis subessent,qa illis nõsuberãt vt serui,sed tantum vt tributarii,sub Cæsare per præsidem gubernati tanquam liberi. Ruptus intelligit istos,etsi cõscij essent satis suæ seruitutis, malitiosè tamen & subdole dixisse,Nemini seruiuimus vnquam,expectantes scilicet vt Dominus illis obiiceret seruitutem,quã tunc sub Romanis seruiebant,vt sic illum apud præsidem accusare possent tanquã eum q cõtrarius esset Cæsari, & promitteret libertatem à seruitute Romanorũ.

Libertas euangelica.

RESPONDIT EIS IESVS: AMEN AMEN DICO VOBIS, QVIA OMNIS QVI, &c.] *Etsi* Iudæi falso gloriarentur se nemini vnquã seruisse , Dominus tamen non coarguit eos mendacii, quod ab omni contentione esset alienus,quòdque nihilad salutẽ faceret de seruitute corporali disceptare,quæ generositati animæ nihil officit,sed pro sua ad docendum oẽs facilitate ,indicat longe aliud esse seruitutis genꝰ à qua libertatem promiserat,quam Iudæi suspicabantur,nimirum seruitus peccati longe turpior & calamitosior seruitute corporali , à qua neminem vendicat quamlibet magna maiorum nobilitas: Omnis,inquit, quicunque sit ille,& à quibuscunq; sit genitus,sine Iudęus,siue Græcus,etiã si rex sit & imperator,qui,facit peccatum, seruꝰ est peccati. Vbi inquirendum,cuius peccati seruus sit qui facit peccatum. Nõ enim videtur illiꝰ peccati dicendus seruus , quod fecit aut facit, cum illud actus quidem sit qui transit . Proinde videtur genitiuus peccati,debere accipi pro ipsa cõcupiscentia praua,quæ in ipsis dominatur peccatoribus,quomodo accipitur Paulo ad Romã. cap.9. vbi multus est sermo de seruis & seruitute peccati,vbi inter cętera dicit,quod ad huius facit Dominicæ sententiæ confirmationem & declarationem: An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obedieudum , serui estis eius cui obeditis,siue peccati ad mortẽ,siue obeditionis ad iustitiam: Sic & petrus,cum dixisset quosdam seruos esse corruptionis,subiecit: A quo enim quis superatus est,huius & seruus est. Quid sit autem

Quis sermo.

1. *Pet. 2.*

à quo peccator superetur,ostendit Iacobus dicẽs: Iacobi 1. Vnusquisque tentatur à cõcupiscentia sua abstractus & illectus. Itaque aliter accipitur peccatũ, cùm dicitur,qui facit peccatum; & cùm dicitur, seruus est peccati;nisi velimus vtrobiq; peccatũ acciperein genere,vt quomodo Paulo dicũturali qui serui iustitiæ quia quæ iustitiæ sunt faciũt,ita & seruus quis dicatur peccati. Beneautẽ peccator setius dicitur peccati,quia peccatũ in eo vires suas habet & dominatur,ita vt illum obnoxium teneat æternę morti,cuius peccatũ est stimulus,sic vt seipsum ab eo debito & vinculo liberare nequeat. Deinde qa ipsum sua vi cõtinuè ad aliud & aliud peccatũ trahit,adeo vt in peccatoris persona dicat Paulus,Nõ enim qđ volo bonũ,illud ago,sed qđ odi malum,illud facio. Nõ ꝙ necessitate aliqua & prẽter voluntatem propriã homo aliquod peccatum cõmittat,sed quod homini per peccatum auerso à Deo,& eius gratia destituto tanta sit infirmitas spiritus, vt non possit oĩa peccata vitare,tantaque fortitudo concupiscẽtiæ in carne,vt frequenter in peccatum hominẽ pertrahat. Quam seruitutem meritò per peccatũ homo incidit,eo quòd faciendo peccatũ abutitur sibi concessa à Deo arbitrii libertate, vtendo ea cõtra rectã rationẽ & præcepta eius qui ei libertatẽ illam dedit. Iustũ enim est vt qui sese deiicit ab ordine rectæ rationis,contortę rationis seruituti subiiciatur. Hanc seruitutẽ & eius turpitudinem etiam Philosophi agnouerũt. Siquidẽ Diogenes dicere solitus est,inter seruos ac dominos malos ꝓter vocabula nihil interesse,nisi quod mancipia seruirent dominis,domini cupiditatib. significans vtrosque esse seruos, miseriorẽ tamẽ seruire seruitutem dominos quàm mancipia,si sint improbi. Et Socrates existimabat nullos fędiorẽ, miseriorẽq; seruire seruitutẽ,quàm qui & animo & corpore seruirẽt voluptatib. Vnde est illud in paradoxis Ciceronis: Omnes sapiẽtes esse liberos, omnes verò stultos seruos esse. Et Horatius li. 2. Ser. Saty. 7. de cupidinoso scribit: Vrget enim mentem dominus nõ lenis,& acres Subiectat lassos stimulos,versatq; negantẽ. Et Sophocles cùm ex eo iã cõfecto ætate quæreretur,vtereturne rebus venereis: Dii meliora,inquit,Liber verò ego istinc,ficut à Domino agresti & furioso profugi.

SERVVS AVTEM NON MANET IN DOMO IN ÆTERNVM: FILIVS MANET, &c.] Parabola est hic sermo,& exemplum à rebus humanis petitum. Sic enim se habent res humanæ,vt seruus non maneat in domini sui domo inæternum,aut saltẽ vt non habeat ius manẽdi ĩ domo semper,cum possit à domino ablegari,aut diuẽdi alteri. Filius verò manet,hoc est,habet ius manẽdi,futurus scilicet ipsius domus hæres. Sic enim verbum, manet,est exponendum. Nã alioqui & seruus quandoque semper manet in domo,& filius non manet in ea inæternũ,cũ cõtingat filiũ sese à patre subtrahere & alienare. Hac aũt parabola Dominꝰ nos ĩcitare voluit ad ambiendã libertatem filialem,vt sciliçet nos qui oẽs ex ipsa natiuitate & conuersatione serui sumus peccati coram Deo,effici studeamus ex seruis,filii Dei quo possimus cum ipso,q propriè & p naturã est filius Dei,ĩ domo Dei ac regno eius permanere inæternũ,& nõ cũ seruis aliquando eiciamur à cõspectu & domo eius. Siquidẽ iã in domo Dei,nẽpe mundo hoc aut ecclesia,serui filiis cõiuncti habitãt,sed eiiciẽdi,& separãdi ab eis in nouissimo die. Quod ĩ Abrahã designatũ est,qui filius concubinaru dedit munera,ablegãseos à se, *Genes. 25.* Isaac autem omnium suorum bonorũ hęredẽ instituit,tanquã germanum & genuinum filiũ,pro quo ad ipsum dixerat Sara: Eiice ancillã & filiũ eius. Nõ enim erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ. Quoniã autem filialis illa libertas obtineri non potest nisi per ipsum Dei vnigenitũ & naturalem filium,qui cùm nõ fecerit vnquam peccatum,non est,nec fuit vnquã seruus peccati,rectè Dominus intulit: Si ergo vos filius liberauerit, &c. quæ cõclusio sic ex periotib. infertur: Ergo cũ omnes sitis peccatores,& ob id serui peccati, & solus is qui absolutè est filiꝰ Dei,filius scilicet vnigenitus & naturalis,filius qui nullo mõ est seruus peccati,ius & potestatem habeat tãquã hæres & dominꝰ ĩ domo patris sui,vos reddendi liberos, si is vos liberos reddiderit. Tũ re vera eritis,liberi,qa assequunti libertatem nõ corporalẽ: sed spiritualem, quę sola vera libertas est, sicut sola peccati seruitus,vera seruitus est. Facti autem p filium liberi,tãquã etiã filii manebitis cum illo ĩ æternum ĩ domo patris eius. Itaq; trib. sententiis ꝓcedentib. syllogistica forma ab Euangelista disposĩtis,Dns ex ordine docet,primum ĩ cognitum multis seruitutis genus: secundò,ambiendã merito ab ea seruitute liberationẽ: ac tertio,p quẽ eã cõsequ possimus. Porro D. Chr. exẽplũ illud. Seruus nõ manet ĩ domo,&c. alio refert q̃ modo sit dictum,ĩtelligens Dominum illo exemplo occurrere voluisse ei quod Iudæi dicere poterãt. Nã cum dixisset: Qui facit peccatũ seruus est peccati; dicere illi poterant: Immolationes habemus ,illæ nos eripere possunt ab hac seruitute,vt nõ sit opus p te liberari. Itaq; scđm eũ Dominus iduxit: Seruus nõ manet in domo,&c,vt significaret Moysen qa seruus fuit,nõ posse suis cæremoniis libertatem suis cõseruis præstare , ꝙ seruus nõ habeat ius manẽdi ĩ domo,ac proinde multo minus potestatẽ suis cõseruis libertatem præstãdi. Se vero solũ id posse tãquã filiũ, q habeat ius hæreditariũ domus patris sui, ac obid possit libertate donare seruos domesticos. Hæc intelligẽtia etsi bene cõueniat cõclusioni quę infertur,nõ tñ satis cõuenit præcedenti illi sententiæ: omnis q facit peccatũ seruus est peccati. Nã si in sequentibus Moysen notare voluit Dominus,iam nomẽ serui aliter accipietur quàm in præcedẽti sententia,cũ nõ cõueniat intelligere Moysen à Domino vocari seruũ rõne peccati,sed rõne cõditiõis, *Heb. 3.* sicut apud Paulum,inter Moysen & Christum ponitur differentia. Notandum autem quod cũ supra Dominus dixerit,veritas liberabit vos,nũc in cõclusione dicat: Si filius vos liberauerit,siue quia ipse filius sit illa veritas de qua suprã est locutus: (Dicit enim postea de se: Ego sũ veritas) sive potius qa filius liberat per cognitam veritatẽ, quã ipse per spiritũ suum sãctum docet eos qui permanẽt in sermone eius. Obseruandum circa hãc Domini doctrinam,primum eos solos apud ipsum pro veris discipulis haberi,qui permanẽt in sermone Christi semel percepto. Nã qui in eo non permanẽt,etiã multo studio,& multorũ libro- *2. Cor. 3.* rum lectione nunquã assequuntur perfectè Dei & veritatis cognitionem. Deinde,Christũ so lum esse qui nos vera libertate donare possit, de qua Paulus: Vbi spiritus dñi,ibi libertas. Neq; enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim vera est libertas carnis vel mũdana: & liber A
tatẽ spiritꝰ neque lex Moysi adferre potuit, quę
per occasionem magis fecit seruos peccati, vt do
1. Cor. 15 cet Paulus: Virtus enim peccati, lex, neq; doctrina
Philosophorum, qui tamen hanc libertatem polli
cebantur, cum multis erroribus & vitiis ac morte
æterna manerent obnoxij. Postremùm obseruan-
In quibus libertas Christiana. dum ex verbis Christi libertatem illam verã quã
ipse suis adfert, non consistere in eo vt quis dein
ceps omnia pro libito faciat, sed potissimum in li
beratione à seruitute peccati, ac deinde etiã à ser
uitute legis veteris, quę propter transgressionẽ
& peccata reprimenda instituta per occasionẽ pec
cati vires magis auxit, queq; quod ad ceremonias
attinet, quę libertatis euangelicæ erãt, præfigura
uerat. Nõ ergo libertas hæc à seruitute corporali
hominibus exhibenda liberat, neque ab obedien B
tia eorum mandatorũ quæ Christus per se aut su
am ecclesiam propter spiritus profectũ instituit,
sed effieit vt quæ facienda sunt libere quis perfi-
Galat. 5. ciat, imo & maiora & plura præstet quam iperan
tur. Proinde Paulus studiosè præcauere volẽs, neq
libertate euangelica abutãtur: Vos, inquit, fratres
in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in
occasionem detis carni, sed per charitatem spiri
tus seruitute inuicem. Et Petrus: Quasi liberi, in-
1. Per. 2. quit & nõ quasi velamen habentes malitiæ liber
Multiplex libertas. tatẽ, sed sicut serui Dei. Et quidẽ libertas quã Chri
stus suis in hac vita præstat, in his quæ dicta sunt C
cõsistit: cæterum hanc libertatẽ sequitur etiam p
Christũ & alia post hanc vitã libertas perfectior,
Rom. 8. qua electi liberi erũt non solum à dominio pec-
cati, sed omni etiam peccato, ac omni penitus ma
lo corporis & spiritus, & malorum item omniũ
metu. Itaque colligenda ex scripturis multiplex
libertas homini cõueniens, nimirũ libertas mun
dana siue corporalis, quam libertatem fortunę ap
pellare licebit, quod ab illa pendeat, & illi subie-
cta sit, & est libertas indifferens, neq; bona dicen-
da, nec mala. Libertas arbitrii, bõa qdẽ, vt pote q̃
donũ sit Dei, sed q̃ ad bonũ & malũ sit indifferẽs.
Libertas carnis, ad mala tantum propensa. Liber
tas gratiæ, ad bonum tantum propensa. Libertas D
gloriæ, ab omni mali formidine liberans.

SCIO QVIA FILII ABRAHÆ EST IS SED QVAERITIS ME INTERFICERE &c.] Postquam Dominus ostendit de qua seruitute loqueretur, excludit etiam illud vnde suam ingenuitatem Iudæi ostendere volebãt, ostendens eos vane gloriari in eo quod essent semen Abra hæ vt qui corã Deo tales propter operum diſsimi litudinem non haberentur, nec filii eius essent se cundũ spiritũ, ac ob id non essent liberi libertate spirituali, de qua ipse loquebatur. Scio inquit, q̃ E
estis filii (vel, vt est Græcè, semen) Abrahæ, secun
dũ carnis scilicet originem, sed quæritis me inter
fieere, idq; nõ ob aliq̃ crimen meum, sed quia ser
mo meus non capit, hoc est, nõ habet locũ in vo
bis. Ne enim dicere possent se iuste illum quętere
occidere, ideo hãc partem adiecit: In qua verbũ,
capit, neutraliter positum est pro, locum habere,
Nam Græcis est χωρεῖ, verbum deriuatũ à dictione
χώρα, quæ regionem & locũ significat, tribui-
turq; verbum illud Græcũ & rei eõtinenti & rei
contentæ. Nõ habebat autem locũ sermo Christi
in Iudęis, quia corũ illorum plenum erat inuidia, sui
perbia, aliisque vitiis, & passionibus ac erroribꝰ
quibusdam præoccupatum erat. Passiones enĩ &
errores mentem præoccupantes impediunt eam à
discretione veri. Annotauit autem D. Chryso-
stomus Dominũ nõ dixisse; nõ capitis sermonem
meũ, sed, sermo nõ capit, ad significandam doctri
næ sublimitatem & magnitudinem. Itaque vtrũ-
que rectè intelligitur significatum, & doctrinę su
blimitas, & illorum propter vitium eorum incapa
citas. Quia autem dicere poterant se ideo sermo
nem eius non recipere, quia à seipso loqueretur,
& simul vt ex se suoque exemplo ostenderet ipsos
alium habere patrem secũdũ spiritum quã Abra
ham, ideo subiecit: Ego q̃ vidi apud Patrem, id est
q̃ certa & euidenti notitia ab eo didici & accepi, lo
quor, & vos quæ vidistis apud patrem vestrũ, id
est, quæ ab eo didicistis, & in illo considerastis fa
citis. Vbi sciendum Græcis in prima sententia ad
dimeum, vt sit oppositio inter patrem meũ & pa
trem vestrum: & in secunda sententia additur, igi
tur. Et vos igitur, &c. quo significatur hic sensus:
Quemadmodum ego quæ vidi apud meũ patrẽ,
loquer: ita cõsequens est & vos facere quę vidistis
apud vestrum patrem. Pro, facitis, Græca dictio
ποιεῖτε, ambigua est, & potest verti etiam perí pera
tiuum, facite, quomodo eã D. Chrysostomũ acce-
pisse putat diuus Thomas in Cathena aurea: vtsit
sensus, Sicut ego verbis & re ostendo & exprimo
patrem meũ, ita & vos rebus ipsis exprimite A-
braham, quem gloriamini esse patrem vestrum.
Atqui hunc sensum secutũ Chrysostomum, ex il-
lius interpretatione colligere non licet, q̃ ea nõ
minus sit ambigua quàm ipse contextus. Habet
enim sic: Quemadmodũ, inquit, ego verbis & re
ostendo patrem, ita & vos. Certè Theophyl. & Eu
thymius Chrysostomi sectatores ita aperte intel
ligũt quomodo noster vertit interpres, vt perpa-
tẽ illorum Dñs intelligatur designare nõ Abra-
ham, sed diabolum q̃ sequentib. magis cõuenit, &
responsioni Iudęorum mox subiectæ. Siquidẽ illi
intelligentes se & suum patrẽ notari alicuius cri
minis, nec alium intelligentes patrem quam A-
braham, rursum obiiciunt: Pater noster Abrahã
est; qua si dicant: An de illo vis malè loqui, & dice
re nos ab eo didicisse quæ bona nõ sunt? Itaq; Do
minus apertius eorum in cognatione Abrahãglo
riationem excludere volens, & quem illorũ patrẽ
vocet, explicare subiecit: Si vt vultis haberi, verè
estis filii Abrahę, opera Abrahæ facite. Cõuenit e
nim vt germanus alicuius parentis filius expri-
mat illũ nõ similitudine vultus tantũ, sed etiã mo
rũ & operũ. Proinde credite sermoni Dei, quem
admodũ ille credidit, & reputatum est ei ad iusti-
tiam. Suscipite illum quem Deus misit, quemad
modum ille coluit studiosè nuntios Dei. Pleni e-
state à cęde innocẽtis, quemadmodum ille inno
centes defendere studuit, & omnẽ humanitatem
excoluit. Breuiter, vt ille fecit, & vos iustitiã & iu
stos amate, Dei sermones & Dei nuntios suscipi
te. Sic enim explicandũ illud: Opera Abrahę faci
te. Neque enim singula opera Abrahæ ad literã
eos imitari voluit, vt nõ super inductionẽ cuiusq̃
super vxore sua Sara, quęcũ olim ob rationabiles
causas licita esset, iam cœperat non esse licita. An
notauit autem Origenes, quemadmodũ citatur
in Cathena, nõ frustra dictũ esse pluraliter; opera
Abrahę, ne putemus satis esse si imitemur vnũ A
brahæ opus, nempe fidẽ, ob quã Deo placuisse dici
tur. Notãdum & illud, Græca non habere ἐκεῖνος, quem

quemadmodum interpres testatur sẽ legisse, dum A
vertit, facite. sed imperfectum ἐποιεῖτε, vt hęc sen-
tia secundum græcorum lectionem sit vertenda
hoc modo: Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ
faceretis. Cui magis conuenit quod sequitur: Nũc
autem quęritis me interficere. Ratiocinatur enim
Dominus à destructione cõsequẽtis ad destructio
nem antecedentis. Nam cõsequens præcedentis
conditionalis destruit, eum dicit: Nunc autẽ quæ
ritis me interficere, hominẽ nõ malũ nec inuitũ,
sed qui veritatẽ vobis locutus sum, non quãuis,
nec quam ex meipso locutus sum, sed quã audi-
ui & accepi à Deo. Hoc, id est, tale quid Abraham
nõ fecit vnquã, sed potius cõtraria fecit. Hinc ergo
relinquit inferendũ oppositum antecedentis: Nõ
estis ergo filii Abrahæ germani. Pro qua cõclusio
ne inferenda Dominus aliam addit sententiã af-
firmatiuam, quæ etiam sequitur ex præcedẽtib & B
negatiuam illam cõclusionem in se virtualiter
cõtinet. Vos, squit, facitis opera patris vestri. Quę
sententia sic ex præcedentib. inferri potest. Igitur
non facitis opera Abrahæ, & proinde nec pater
vester merito est dicendus: sed facitis opera alte-
rius, qui q̃ eũ imitamini, merito dicẽdus ẽ pater
vester. Cum dicitur: Hoc Abrahã nõ fecit, prono
men, hoc, demonstrat genus operis, & nõ opus i
diuiduale, vt accipiatur pro, tale. Græca tamen e-
tiã verti possent: Hoc Abrahã nõ feciſſet, supple, si
ætate illius fuissem. Est enim aoristus primi ἐποί-
ησεν, qui hoc modo frequẽter accipitur. Circa lo
quendi autem rationẽ & modũ, quo Dominus C
hic vtitur in patris & filii nominibus, aduertendũ
quod sicut supra Dominus, cuius tota doctrina
est spiritualis, cum de seruitute loqueretur, serui
tutẽ spiritualẽ significauit, quæ sola corã Deo re
putatur seruitus: ita & hic de patre & filiis loquẽs
loquitur de paternitate & filiatiõe spirituali, qua
sola apud Deũ quis æstimatur pater aut filius, se-
cundum mentem & spiritum. Sicut enim est ser
uitus secundùm spiritũ, ita & filiatio, quæ cõsistit
in imitatione & morũ similitudine. Et meritò q̃
alium imitatur, illius filius dicitur, quòd quemad
modũ pater corporalis per semẽ suum filium ge
nerat corpore & vultu sibi similẽ, ita qui alium D
Iacobi 1. veluti per semen quoddam in mentem eius deie-
ctum, efficitur illi mente similis. Vnde Iacob. in-
dicãs semẽ spiritualis generationis, dicit de Deo:
voluntarie nos genuit verbo veritatis.

DIXERVNT ITAQVE EI: NOS EX FORNICATIONE NON SVMVS NATI, &c.] De fornicatione spirituali omnino videntur loqui, nempe idololatria, quę in scripturis frequẽ ter fornicatio vocatur. Id enim significant cùmdi cunt: Vnum patrem habemus Deum. Itaque quo niã intellexerunt Dominũ nõ de patre corporali loq, sed spirituali, nec de carnis generatione, sed
Osee 1. de vitæ institutione, omisso Abrahã, Deũ patrem E
spiritualẽ se habere obiiciunt. NOS, inquiunt, non
sumus secundum cultũ & mores, nati ex fornica
tione, hoc est, idololatria, quasi dicerent: nõ sumꝰ
filii fornicationũ, de qualib. loquitur Oseas, hoc
est, id ololatræ ex idololatris progeniti. sicut sunt
reliquæ gentes. Vnũ enim tantùmodo habemus
patrem nempe Deum; nec, vt aliæ gentes, falsum
Deum colimus: nec, vt Samaritani, Deum verũ si
mul cum diis gentium. Patrẽ ergo suum, Deũ vo
cant, non solum ratione creationis (sic enim om-
nium gentium Deus erat pater) sed etiam rõne
cultus & religionis, qua eũ colebant, & ab eo in-
stituti erant. Sic & Moyses docet Deũ illis esse pa
trem, dicens: nunquid non ipse est pater tuus qui
possedit te, & fecit, & creauit te? Et ipse Deus ob Deut. 32.
peculiarem suam erga Israeliticum populũ pui-
dẽtiam, vocat illum filium suũ, & primogenitum Exod. 4
filiũ. Filius, inquit, meus primogenitus Israel. &:
Ex Aegypto vocaui filium meum. Euthymius
post Chrysostomum & Theophylactum intelligit
dictum Iudæorum de fornicatione corporali, & il
los sese voluisse (separare à posteritate Ismahel, Osee 11.
aut potiꝰ Moab & Ammõ, addẽs etiã quosdã intel
ligere, Iudæos his verbis notare voluisse Domi
num natum ex fornicatiõe. Sed prior intelligẽtia
est probabilior. Itaq; Dominus heut suprà exclu
sit eos à cognatione Abrahã in quo gloriabãtur,
ita & nunc eripit eis patrẽ Deum. inquo itẽ vane
gloriabãtur. Si, inquit, vt iactatis, Deus re vera pa
ter vester esset, cùm filiorum germanorum natu-
ra sit amare & patrẽ & omnia quę patris sui sunt,
diligeretis profectò me. Ego enim ex Deo proces
si & veni. Quæ duo verba sic distinguunt Aug. &
Hilarius, vt procedere ex Deo, dictum sit de ęter
na eius natiuitate ex patre: vẽnisse autẽ in mun-
dũ scilicet, de aduentu eius in carnem. vtsit sẽsus:
Ego enim secundum diuinitatẽ processi ex Deo,
natus ab æterno ex eius substantia: & per humã
itatẽ assumptã veni in hunc mundum missus ab
eo. Alii tamen vtroque verbo idem significari in
telligunt, nimirum aduentum in carnẽ & prædi- C
cãdi munus, idq; rectius videri debet, si spectemꝰ
similem locum qui est Ioannis 16. vbi dicitur: Pa
ter amat vos, quia vos me amastis, & credidistis
quia à deo exiui. Exiui patre, & veni in mundum:
iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.
Quãuis autẽ róne humanitatis assumptæ dicitur
processisse Christus à deo, tamen etiã in huius-
modi locutione significatur eius diuina natura,
quia nõ diceretur exiuisse à deo, aut processisse ex
deo, nisi ante assumptã humanitatẽ fuisset apud
deum. Sicut etiã ratione humanitatis dicitur ire
ad patrem & tamen in ea locutione etiam signifi
catur eius diuinitas, cum solꝰ deus possit ad deum D
suis viribꝰ conscendere. Cõuenit item intellectus
iste declarationi dominicæ quã abiungit: declara-
turus eni quòd ex deo processerit & venerit, sub-
iicit: neq; enim à meipso veni, vt pseudoprophe-
tæ, s. sed ille me misit. non solùm vt prophetas, q
postquam nati sunt, & ad adultã venerunt ætatẽ,
missi à deo dicuntur ad prædicandum: sed etiam
misit me singulari quadam ratione, quia cum ab
æterno apud ipsum essem, hominem me in mun-
do inter homines esse voluit & fecit. Postquã au
tem ostendit dominus se ex deo processisse, ac ob
id merito debere diligi ab eis si velint deum habe
re pro patre suo, rectè admirando subiicit: Quare
loquelam meã nõ cognoscitis, vel rectius agnoſ- E
citis? Quasi dicat: Cùm ergo deum gloriemini es
se patrem vestrum, qui fit vt non agnoscatis lo-
quelam meã esse diuinã, & ex ea cognoscatis me
à deo patre vestro missum esse? Sicut enim Petrus Mat. 26
ex loquela agnitus est, cum dictum est ei: Galilæꝰ
es, nã & loquela tua manifestum te facit, & sicut
communiter ex loquela agnoscitur vndè quis sit
oriundus: ita dominus cum diuinã haberet mani
festæ loquelam, ex qua nõ solum agnosci poterat
quòd missus esset vt alii prophetæ, sed etiã singu

Universidad de Deusto
Biblioteca

lari illo prædicto modo,admiratiuè dicit: Quare loquelam meã nõ cognoscitis? Quemadmodum enim miracula faciebat non sicut alii prophetæ, sed,modo quodã excellentiore,nẽpe imperãdo,vt ex eis colligi posset singulariter Deum esse cum ea:ita modus eius loquẽdi diuinior erat:& diuinitate etiam ipsius satis exprimebat,cum docuisse dicatur tanquã potestatẽ habẽs.Et ex his ergo quæ loquebatur,& ex modo loquẽdi ipsũ agnoscere debuissent.Causam autẽ quare non agnouerint eius loquelã,ipse reddit,dicens: Quia non potestis audire sermonẽ meum.quasi dicant:Ipse vobis dicã quid in causa sit quo minus agnoscatis loquelã meã.Ratio est,quia tanto me odio & inuidia prosequimini,aliæq; multæ passiones & errores animũ vestrum occupauerunt,vt propter hæc non possitis audire ita vt æquum est,benignis scilicet auribus,sermonem & doctrinammeam, quã si liberati ab erroribus & malis passionibus, animi iudicium perturbantib. atentè in silentio audiretis & attenderetis,nihil dubiũ quin facilè loquelam meã & me ea agnosceretis. Significat ergo illos sibimet causam esse suæ ignorãtiæ,nec negare vult inesse illis facultatem liberi arbitrii, sed quòd per passiones prohibiti non possent ferre,& æquis auribus audire doctrinam eius.quomodo is qui aliquẽ graui odio prosequitur,dicere solet:Nõ possum videre illũ aut audire loquẽtem,quod,non posse,non differt aut parũ ab eo quod est,non velle.Vnde Theophy. exponit,non potestis,ꝓ nõ vultis:similter & Euthymius, qui audire accipit pro intelligere,vt sit sensus:Nõ potestis,vel non vultis intelligere quæ dico.

Cap.2. VOS EX PATRE DIABOLO ESTIS, ET DESIDERIA PATRIS VESTRI VULTIS,&c.]Postquã Dominus Iudæis & patrẽ Abraham,& patrem Deum eripuit,iam quod priꝰ rectè significauit,aperte pronũciat qs eorũ sit pater.Vos,inquit,estis ex patre diabolo,nõ origine, sicut intellexit Manichæus.sed imitatione, qꝰ satis significat Dominus cũ subdit,& quia scilicet extali estis patre,ideo desideria patris vestri vultis facere.Et significare volẽs quomodo & in qb. illum imitentur,in sequentib.duo illius peccatorũ genera adducit,nẽpe homicidii & mendacii, dicẽs:Ille homicida erat ab initio; quãdo scilicet sua suasione primos parentes transgredi faciens mãdatũ Dei.obnoxios eos,& in eis omnes homines fecit morti corporali & æternæ,quãdo tursũ & Cain impulit ad fratris occisionem. Inuidia enim diaboli,mors introiuit in orbem terrarũ. Sequitur.Et in veritate nõ stetit.Quod varie intelligitur.Quidã enim intelligũt de veritate iustitiæ. vnde D.Chrysostomus interpretatur:In veritate non stetit,hoc est,in vitæ rectitudine. secundùm quã interpretationẽ intelligitur,eũ à Deo cũ reliquis angelis qui perstiterunt, creatum rectum & bonũ,sicut Deus ab initio creauit hominẽ rectũ, sed in ea rectitudine ꝓprio suo vitio nõ stetisse, id est,perstitisse & perseuerasse,verũ ea mox excidisse,cum scilicet primum per superbiã elatus cuperet æqualis fieri altissimo,recusans subesse suo creatori:ac deinde cum per inuidiam primos parentes perdere studuit.nã ad hoc secundũ refert hanc partem D.Chrysostom.Caietanus intelligi hunc locum de veritate fidei. Siquidẽ secundum D.Thomæ sententiã,angeli omnes in fide creati fuerunt,qua crediderunt supernaturalẽ beatitudinem, ad quã suis meritis peruenire possẽt.Itaq; diabolus nõ stetit in veritate fideisupernaturalis beatitudinis,hoc est,nõ perseuerauit in ea in qua fuit à Deo cõditus.Verum magis apparet Dominum loqui de veritate verborũ.tũ quia mox veritati,de qua loquitur,ꝓponit mendaciũ, dicẽs: Cùm loquitur mendaciũ,&c.tum quia subiicit: Ego autẽ si veritatẽ dico,non creditis mihi. proinde magis crediderim Dominum loqui de veritate illorũ verborum,quib.Dominus dixit ad Adã: Quacunq;die comederis de lignoquod est in medio paradysi,morte morieris.In horum enim verbotum veritate diabolus nõ stetit,hoc est,eã non est amplexatus,sed contra eam ausus est pronunciare falsissimè:Nequaquã morte moriemini,sed eritis sicut dii.sciẽtes bonum& malũ.Secundum hunc intellectum nullã adfert difficultatem id quod pro ratione aut declaratione subiungitur, qa nõ est veritas in eo.Sẽsus enim est:In diuinorum verborum veritate nõ stetit,necmirum,quia nõ est in eo veritas,hoc est.nõ loquitur veritatẽ, aut nõ amat veritatẽ.At secundum alias intelligẽtias nõnulla est difficultas occasione huius partis.quia,vt annotauit Augustin.li.11.de Ciui. Dei,c. 14.sic videtur sonare:In veritate nõ stetit,qa non est veritas in eo,tãquã ea sit causa cur in veritate non steterit,quia nõ est veritas in eo,cum potius ea sit causa vt in eo veritas non sit, ꝙ in veritate nõ steterit.Proinde existimat D. Augustꝰ locutio nẽ hic esse minus vsitatã, & cõiunctionem,quia, nõ causam significare, sed indicium & signum: quasi quis quærat,vnde ostẽdatur quod in veritate nõ steterit;ac deinde dicatur:Quia non est veritas in eo.Esset autẽ,si in veritate stetisser.Quæri autẽ solet occasione huius loci & alterius simi lis, qui est 1.Ioan.3.vbi dicitur:Ab initio diabolus peccat;vtrum diabolus ab initio suæ cõditionis sẽper fuerit malus.Et sunt qui existimant, eũ mox in ipso suæ creationis instanti & initio fuisse malum,nõ, vt Manichæi sẽtiebant,ex sua cõditiõe,sed ex propria sua voluntate,qua mox cum creatus esset,per superbiã sui creatoris recusauit subesse impetio.Quorum sẽtentiam etsi ab hæresi Manichæorum alienã esse testetur D.Aug.cap. 13.lib.11.de Ciuit Dei;tamen scripturis non esse conformẽ docet ca.15.eiusdem lib.eo ꝙ sub persona principisBabyloniæ figurãs diabolum.Isaias ait:Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer,qui mane oriebaris:Et Ezechiel sub persona regis Tyri: In deliriis paradysi Dei fuisti omni lapide prætioso ornatus.Et quia hic dicitur:in veritate nõ stetit;vnde cõsequitur eum in veritate aliquãdo fuisse.Proinde cõmunis sententia habet, diabolum creatum in naturali quadã rectitudine, aut quod cõmunius tenetur,& est ꝓbabilius,ingratia cum angelis q perstiterunt creatum,aliqua mora licet breui in ea fuisse,ac mox ex ea per superbiã excidisse.Nec cõtrarium habetur ex prædictis scripturarum locis:nã cum hic dicitur:Homicida fuit ab initio,nõ initium suæ creationis significatur, sed mundi & hois,nõ emꝫ homicida esse potuit priusquã hõ creatus esset q occideretur.Nec illa pars, ab initio,addit cum illo,i veritate nõ stetit,cui etiã si intelligatur addi,nihil tamẽ aliud significabitur,quã ꝙ ab initio mundi,id est, statim postquã mundus esse cœperat & hó,in veritate non stetit.Nõ enim initium illud primum instãs & indiuisibile accipiendum, quo vel diabolus esse cœpit

cœpit vel mundus.Sic & illud accipiendũ,Ab initio diabolus peccat,de initio mundi, vt significetur ipsis mundi primordiis diabolũ peccare cœpisse,cùm decepit primos parẽtes.quãquã possit ea sententia & sic accipi,vt sit sensus:Diabolũ primũ fuisse qui peccarit.quomodo etiã accipi posset quod hic dicitur:Ille homicida fuit ab initio, significetur illum fuisse primum homicida,& ꝓinde ipsum esse patrem omnium homicidarũ.D. Augustinus illud Ioannis:Ab initio diabolus peccat,intelligit de initio peccati,vtsit sensus:Ipsum indesinenter peccare à quo tempore cœpit peripsum peccatũ.Porro quid sit quod hic dicitur ; & veritas in eo non est,patet satis ex Ioanne,qui in epistolis suis multũ imitatur sermones Domini a se descriptos in Euangelio.In epist.eiꝰ 1.ca.1.sic habet:Si dixerimus quoniã peccatum non habemus ,ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est.Et ca.2.Qui dicit se nosse Deũ,& mãdata eius non custodit,mẽdax est, & veritas in eo non est. *Psal.5.* Hinc enim satis patet, quod nõ esse veritatem in aliquo,idẽ sit cum eo quod dicit psalmista de quibusdã:Non est in ore eorum veritas,hoc est,non loquuntur veritatẽ,quomõ & 1.Mach.7.dicitur de quibusdam:Nõ est veritas & iudiciũ in eis.Sicut autẽ cum de hominib.quibusdam dicitur,nõ esse veritatem in ore eorũ,nõ significatur omnia eorum dicta esse falsa,sed eorum sermonẽ plenũ esse mendacii,ita,vt non possit quis eis tuto credere:ita ☉ cum dicitur in diabolo nonesse veritatem,nõ significatur nullã in illo omnino esse veritatẽ.Sicut enim per naturalia sua,que testeDionisio integra manserunt,multa vera,cognoscit:ita & vera pleraque loquitur,sed tamẽ etiã cum vera loquitur,studet per ea quæ loquitur hominescdecipere,ita vt ad mẽdaciũ & errorẽ omnia illius dicta vergãt,nec vnquã illi tutò credi possit, põt etiã intelligi,veritas nõ est in eo,hoc est,in eius affectu.quod est,ipsũ non amareveritatẽ,quã cum loquitur,ad decipiendũ loquitur.aut coactꝰ loquitur.Postquã aũt dixit Dominus diabolũ nõ stetisse in veritate,& veritatẽ in eo non esse,vt ostenderetur ipsum esse patrem omniũ qui loquũtur mendacia,& veritatem odiunt;ostendendum erat, vnde haberet quod nõ veritatem ;sed mendacia loqueretur,nempe quod ex seipso.Vñ subiecit Dominus.Cum loquitur mendaciũ, ex propriis loquitur:Quæ sententia dupliciter accipi potest.Altero modo,vt significetur ;diabolum aliquando loqui veritatem,sed ;tunc non loqui ex propriis.Altero,vt significetur eũ semper loqui mendacium,quia etiam cũ vera dicit,cum intentione loquitur fallendi,vt sit sensus.Cum loqtur, mendaciũ scilicet,ex propriis loquitur, hoc est, non loquitur ex his que ei vel à Deo vel ab alio sunt communicata,sed quæ habet ex seipso,nẽpe sua corrupta voluntate.Quod bene declarat Dominus cum subdit,quia mendax est,&pater eius. Quibus verbis Manichæi intellexerunt id quod prima facie videtur significari,diabolũ esse mẽdacẽ,& patrẽ ipsius diaboli etiam esse mendacem, afserentes hinc vnũ esse principiũ omniũ malorũ,distinctum ab alio omniũ bonorum principio. Verum hunc detestabilem errorem totus etiam mũdus damnauit.Proinde secundum ecclesiasticorum patrũ intellectũ.relatiuum, eius , non ad diabolum,sed ad mendacium debet referri, quod includitur in adiectiuo,mẽdax,& prius expressũ fuit,vt significetur diabolum nõ solum esse mendacem,sed etiam esse patrẽ,hoc est,principem & authorem primum mendacii:quomodo nisi intelgatur,non probabitur id quod erat hac parte ꝓbãdum,nempe ipsum cum loquitur mendacium ex propriis loqui.Si enim habet patrem diabolꝰ, à quo sicut naturã malam ita & mendacium accepit,non ergo ex propriis loquiturmendacium, sed ex his quæ à patre suo accepit.Nunc vero qm dicitur esse diabolus pater mendacii, aperte probatur illum ex propriis loqui mendacium,& differentia inter diabolum & hominẽ insinuatur, q cum & ipse sit mendax, & mendacium loquatur nonnunquã,non tamen ex propriisloquiturmendacium,sed ex diabolo,ad cuiusexemplum &sug gestionem loquitur mendacium,sicut in spiritu veritatis loquitur veritatem.Proinde doctè hoc loco Aug.ostendit significatam inter hominem & diabolum differentiam,sicscribens:Diabolum dominus dixit patrẽ mendacii.quid est hoc?Audi quid sit . Replica modo ipsa verba,& intelli ge.Nõ oĩs enim q mentitur, pater mendacii sui est.Si enim ab alio mendacium accepisti,& dixisti,tu quidẽ mentitus es,proferendo mendacium, sed pater mendacii ipsius nõ es,quia ab alteroac cepisti mendacium.Diabolus autẽ à seipso mendax fuit , mendaciũ suum ipse genuit,quod à nemine audiuit.Quomõ Deus pater genuit filium veritatem,sicdiabolus lapsum genuit quasi filium mendacium Hæc ille.Sicut autemhic relatiuum, eius,refertur ad substãtiuum in adiectiuo præcedente inclusum:ita contra prouerb.14. refertur ad adiectiuum ꝓcedẽtissubstãtiui,cum dicitur:In timore Domini erit fiducia, fortitudinis, & filiis eius erit spes,nempe timentis Dominum. Ab hac loquendi ratione nõ abhorret quod est apud Plinium lib.28.ca.de lacte,Stomacho,inquit, accõmodatissimum caprinũ, quoniã frõde magis quã herba vescuntur,scilicet caprę,quæ in voce capri num intelliguntur.Per hæc ergo etiã bene id cõprobat Dominus quod in primis probandum suscepit,nempe diabolum esse patrem omniũ qui mendacia amplectentes veritatẽ odiunt.In libro quæstionũ veteris & noui testamenti,qui Augustino inscribitur,cap.90.& 98.vbi hic locus tractatur.legitur;mendax est sicut & pater eius. Vñ per eum qui dicitur hic esse pater Iudæorũ,doce tur intelligi Cain,qui primus fuit inter homines homicida,& dictus sit diabolꝰ ob opera ei cũ diabolo cõmunia,& hunc significari fuisse mẽdacem vt qui simulauerit se nescisse vbi esset frater suus Abel,& patrem eius,nempe Satanam, etiam esse mẽdacem.Verùm hæc interpretatio tanquã ꝓposito Domini non cõuenies,nec Augustino digna, reiicienda est.nec priori interpreationi quicquã videri debet obesse oppositus Græcis articulus ὁ πατὴρ, qui cuidã scrupulum mouit.Sic enim dictum est cum articulo.diabolus est mẽdax,& πατὴρ αὐτοῦ ,quomodo nos diceremus.est mendax, & est ipse pater mendacii.Et alioqui certũ est articulũ Græcis frequenter superuacaneum esse.vt additus nihil plus significet quã omissus, quem admodum Gallicè vtrumq; dici potest:*Il est le pere* aut *Il est pere de mensonge*.Et Teutonicè.*Hy is vnder*, aut. *den vnder vander lueghene.*

EGO AVTEM QVIA VERITATEM DICO NON CREDITIS MIHI.QVIS EX VOBIS.]inter duas illas conditiones quas dia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bolo Dominus tribuit alteram, nempe homicidii, A spondeat veritati, conterit ad cõuitia. Itaque Iudæi quoniam cõuicti erãt esse filii diaboli, ad maledicta confugiunt, miera animi impotentia regerentes in Dominũ quæ nullam vel similitudinẽ veri habebant. Nonne, inquit, bene dicimus nos. Quib. verbis significant se id prius Domino obiecisse aliquando, ipsum autẽ rẽ ipsa iam cõfirmare illorum dictum. Porro Samaritanum Dominũ vocabant, non quod origine eum talẽ esse putarent, sed per contemptũ & vilipensionem. Nam Iudæi Samaritanos execrantes, quẽ vehementer odiebant, Samaritanũ appellabãt: quomodo christiani quoslibet per cõtemptum Iudæos vocãt. Aut B Samaritanũ appellabant, quòd quemadmodũ Samaritani Iudæos nobile semen Abrahæ, vilipẽderet, aut quòd legis & cęremoniarũ videretur esse transgressor. Dęmonium autẽ habere dicebant, quod, vt dictũ est in c. 10 an. 7. insana & absona cũ loqui iudicarẽt, cũ illos dicebat ex patre diabolo, & non ex Deo esse, se verò suamq; doctrinam tũ opere videretur commendare. Vnde cap. 10ãnis sequẽti multi dixisse dicuntur: Dæmoniũ habet, & insanit, quid eum auditis? Alii dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habẽtis. ex quo loco satis patet illos sic dixisse Dominũ habere dæmonium, quomodo solemus nos dicere aliquẽ insanire, quẽ absurda loqui iudicamus. Proinde aptè Dominꝰ respondit: Ego dæmoniũ nõ habeo, C sed honorifico patrẽ meum; quasi dicat: non loquor insanię verba, sed ea loquor per quæ studeo patris mei gloriã apud homines promouere. Ad insanã Iudæorum calumniam & contumeliã clementissimè Dominus respõdit, alterum conuitiũ, nempe Samaritani nomẽ, dissimulans, siue quia nihil aliud erat quã impotentis iræ maledictum, omni ratione carẽs, siue secundum Augustinum, quia ipse nomẽ Samaritani lubenter secundũ ęius significationẽ cognouit sibi competere, sicut se in quadã parabola apud Lucam per Samaritanũ designauit. Samaritanus enim cũstos interpretatur. Ad dæmoniaci autem vocabulum intrẽtatũ, quoniã derogabat gloriæ Dei & veritati doctrinæ suæ, respondit quidẽ, sed ita vt nõ regesserit maledictum quod in illos merito retorqueri potuisset, sed mansuete & simplici negatione tãtũ depulerit à se, qui alioqui inter docẽdũ, & vitia hominũ reprehendẽdum pro gloria dei vehemẽs erat, liber & acer. Quo nos docuit, vt quoties agitur de gloria Dei, quoties aduersus impios defendẽda est euangelica doctrina, vehemẽtes simus & acres: quoties vero nos ipsi cõuitiis incessimur, lenitatẽ præstemus, sic vt nec ad omnia respondeamus, sed ea tantũ, idq; cum modestia, à nobis de E pellamus, ad quæ, sine periculo fructus euãgelici non possemus obticescere. Dicit autẽ Dominꝰ se honorare patrẽ suum, per ea scilicet verba, ratione quorum eũ dicebant habere dæmoniũ, quia per illa ostendit quod rudæi homicidæ & mendaces nõ essẽt filii Dei, sicut gloriabantur. quodque vera esset doctrina sua. per hęc enim pater honorabatur. Dicit ergo. honorifico patrẽ meũ, vos autem me quia patrẽ meum honoro, inhonoratis, vel, vt habent quidã codices Græci & Latini, inhonoratis, cum scilicet Samaritanum & demoniacum appellatis. Ne autem id dicere videretur, quasi doleret se ab eis inhonoratũ & ignominia affectũ, ac gloriæ cupidus putaretur, subiecit: Ego autem non quæro gloriam meam. Ego tanquam homo

1 Ioan. 3. nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, nõ audit nos. In hoc cognoscimus spiritũ veritatis & spiritũ erroris. Circa prædicta domini verba, obseruanda primũ, vt annotauit D. Gregorius, Dñi mãsuetudo, qui cũ veniret ad iustificandũ peccatores, nõ dedignatur tamen se ex rõne ostẽdere peccatorẽ nõ esse, & sese peccatorũ redargutioni posse. subiicere. Secundo obseruãda nota illa, qua dignoscitur num quis ex Deo sit natus annũ.

RESPONDERVNT ERGO IVDÆI &c.] Solet conuicta impietas, dum nõ habet quod respondeat veritati, confugere ad cõuitia. Itaque Iudæi quoniam cõuicti erãt esse filii diaboli, ad maledicta confugiunt, miera animi impotentia regerentes in Dominũ quæ nullam vel similitudinẽ veri habebant. Nonne, inquit, bene dicimus nos. Quib. verbis significant se id prius Domino obiecisse aliquando, ipsum autẽ rẽ ipsa iam cõfirmare illorum dictum. Porro Samaritanum Dominũ vocabant, non quod origine eum talẽ esse putarent, sed per contemptũ & vilipensionem. Nam Iudæi Samaritanos execrantes, quẽ vehementer odiebant, Samaritanũ appellabãt: quomodo christiani quoslibet per cõtemptum Iudæos vocãt. Aut Samaritanũ appellabant, quòd quemadmodũ Samaritani Iudæos nobile semen Abrahæ, vilipẽderet, aut quòd legis & cęremoniarũ videretur esse transgressor. Dęmonium autẽ habere dicebant, quod, vt dictũ est in c. 10an. 7. insana & absona cũ loqui iudicarẽt, cũ illos dicebat ex patre diabolo, & non ex Deo esse, se verò suamq; doctrinam tũ opere videretur commendare. Vnde cap. 10ãnis sequẽti multi dixisse dicuntur: Dæmoniũ habet, & insanit, quid eum auditis? Alii dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habẽtis. ex quo loco satis patet illos sic dixisse Dominũ habere dæmonium, quomodo solemus nos dicere aliquẽ insanire, quẽ absurda loqui iudicamus. Proinde aptè Dominꝰ respondit: Ego dæmoniũ nõ habeo, sed honorifico patrẽ meum; quasi dicat: non loquor insanię verba, sed ea loquor per quæ studeo patris mei gloriã apud homines promouere. Ad insanã Iudæorum calumniam & contumeliã clementissimè Dominus respõdit, alterum conuitiũ, nempe Samaritani nomẽ, dissimulans, siue quia nihil aliud erat quã impotentis iræ maledictum, omni ratione carẽs, siue secundum Augustinum, quia ipse nomẽ Samaritani lubenter secundũ ęius significationẽ cognouit sibi competere, sicut se in quadã parabola apud Lucam per Samaritanũ designauit. Samaritanus enim cũstos interpretatur. Ad dæmoniaci autem vocabulum intrẽtatũ, quoniã derogabat gloriæ Dei & veritati doctrinæ suæ, respondit quidẽ, sed ita vt nõ regesserit maledictum quod in illos merito retorqueri potuisset, sed mansuete & simplici negatione tãtũ depulerit à se, qui alioqui inter docẽdũ, & vitia hominũ reprehendẽdum pro gloria dei vehemẽs erat, liber & acer. Quo nos docuit, vt quoties agitur de gloria Dei, quoties aduersus impios defendẽda est euangelica doctrina, vehemẽtes simus & acres: quoties vero nos ipsi cõuitiis incessimur, lenitatẽ præstemus, sic vt nec ad omnia respondeamus, sed ea tantũ, idq; cum modestia, à nobis depellamus, ad quæ, sine periculo fructus euãgelici non possemus obticescere. Dicit autẽ Dominꝰ se honorare patrẽ suum, per ea scilicet verba, ratione quorum eũ dicebant habere dæmoniũ, quia per illa ostendit quod rudæi homicidæ & mendaces nõ essẽt filii Dei, sicut gloriabantur. quodque vera esset doctrina sua. per hęc enim pater honorabatur. Dicit ergo. honorifico patrẽ meũ, vos autem me quia patrẽ meum honoro, inhonoratis, vel, vt habent quidã codices Græci & Latini, inhonoratis, cum scilicet Samaritanum & demoniacum appellatis. Ne autem id dicere videretur, quasi doleret se ab eis inhonoratũ & ignominia affectũ, ac gloriæ cupidus putaretur, subiecit: Ego autem non quæro gloriam meam. Ego tanquam homo

homo scilicet, non quæro gloriam meã, sed gloriam Dei, & saluẽ hominum. Quamuis autem ego secundum quod homo gloriam meam quatenus homo sum, non quærã, nec vlciscar eos qui ignominia me afficiunt, est tamen qui gloriã meã quærat, & non solum quęrat, sed etiã iudicet, vindicando de his qui me ignominia afficiũt. Vult enim pater vt omnes honorificẽt filium sicut honorificant ipsum: & qui hoc recusant facere, seuere, ab eo vel in hac vita, sicut Iudæi, vel saltẽ in futura vindicabũtur. Sciendũ autẽ Græca nõ habere futura, quærat & iudicet, sed ἐζητῶν καὶ κρίνων, id est quærẽs & iudicans, vel, est q quærit & iudicat. Vt nõ significetur pater quæsiturus, sed quærere & iudicare cũ est oportunũ. Nec est istud cõtrarium illi quod alibi dictum est: pater nõ iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Nã ibi est sermo de iudicio vniuersali, hic verò significatur patrẽ vlcisci siue in hac vita siue post eam, inobedientiam & ignominiam filio illatam. D. Augu. intelligit Dominum hic loqui de iudicio discretionis, vt sit sensus: Est qui quærat & iudicet, hoc est, discernat suo tẽpore gloriam meam à gloria cuiuscunque creaturæ, quãdo me scilicet sedere faciet in dextera sua, qui & modò satis discernit inter me & alios homines, per opera & doctrinam quam per me profert mũdo. Porro quoniam Iudæi Domini sermonẽ veluti insanum & à dæmone profectum calumniabãtur, Dominus cõtrà quam salutaris sit ipsius doctrina liberè proclamat, nequaquã reueritus Iudæorum contradictiones, nec ob eorum conuitia à docendo quę piis & electis ibi præsentib. essent salutaria, cessans. Amen amen, inquit, dico vobis, qui quis sermonẽ meum non simpliciter audierit, sed auditũ etiam seruauerit, obtẽperando ei, nõ videbit, hoc est, nõ experietur, nec sentiet mortẽ inęternũ, qa ab æterna morte erit liber, & mors corporis ei mors nõ erit, sed somnus & migratio. Somnꝰ, quo ad corpus aliquando excitandi: migratio, quoad animã fęlicius in altero seculo victurã. Circa quę verba notandum, idem iã à Domino promitti seruantib. sermonẽ eius, quod supra promisit manducantibus carnẽ eius, vt intelligamus verbũ Dei æquari hac in parte eucharistiæ. Vtrũq; enim est panis mentem hominis nutriens & viuificans.

DIXERVNT ERGO IVDÆI: NVNC COGNOVIMVS, &c.] Cum mansuetissimè Iudęis insaniam sibi obiicientib. Dominus respõdisset, & quæ salutis eorũ essent docuisset, cõtrà illi sermonẽ eius intelligentes de morte corporali, tursũ insaniã ei obiicĩt. tanto quidẽ furore, vt etiã proprii sui honoris obliuiscerentur. Nam cũ dicunt: Nunc cognouimus, significãt se id prius cũ illi hoc obiecerunt, nõ cognouisse, aut non satis cognouisse. Mirantur autẽ quomodo Dominus ĩ mortalitatẽ promittat seruantibus sermonẽ eius, cum ea nec Abraham, nec prophętis cõtigerit, quos tamen constat seruasse sermonẽ Dei, atque ob id colligũt, ipsũ se anteponere illis, quod polliceretur ea quę illi non solũ non potuerunt aliis E præstare, sed nec ipsi sunt assequuti ex obseruatione mãdatorũ Dei. Porro Dominus omisso dæmoniaci nomine furibunde sibi intentato, quod prꝰ à se simplici depulerat negatione, ad reliqua pro suo more mãsuete respõdet. Et primũ quidẽ ad illud quod postremo loco dixerunt: Quẽ teipsũ facis? quo significauerant eũ sciꝑ sũ exaltare, & sibi A vsurpare personam alienam. Ad hoc enim respõdet Dominus, dicẽs: Si ergo glorifico meipsũ, gloria mea nihil est. Quæ sententia secundum Chrysostomũ sic est intelligenda, quomodo illa supra c. 5. Si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ meũ nõ est verum, vt scilicet Dominus eã loquatur ex Iudæorum & nõ ex sua sententia, & concedẽdo dicat. Aliter tamẽ & rectius sic intelligetur, quomodo aliæ multæ similes: Si ego ex meipso, aut ego tanquã homo, qualis à vobis sũ esse putor, glorifico meipsũ, inanis & pro nihilo æstimanda esset gloria mea. Nunc autẽ nõ ego me glorifico, sed est pater meus quime glorificat. Hæc autẽ patris glorificatio non intelligenda est tantum consistere in his quę pro filii gloria pater B fecit in baptismo, & in monte Thabor, aut post mortẽ in resurrectione & ascẽsione eius, sed & in omnib. quæ filius dixit aut fecit. Hæc enim cũ filius non à seipso dixerit & fecerit, sed pater per illum loqueretur & operaretur, & filii gloriã diuinã aperte satis cõprobarẽt, dicitur filius per illa non seipsum glorificasse, sed pater ipsum glorificasse. Sic & prophetę nõ seipsos glorificauerunt, cùm ex Dei mandato dicerent aliquid ad gloriãeorum pertinens. Sed tunc seipsum quis glorificat quando suis, hoc est, nõ diuinis dictis vel factis gloriã sibi venatur & parat & apud homines. Clare aũt aperit eis Dominus quẽ vocet patrẽ suum, cum subdit, quẽ vos dicitis quòd Deus vester sit, signi ficans in veritate nõ esse ipsorum Deũ, sicut gloriabantur. Vnde subdit; & non cognouistis eũ, qa scilicet sermonẽ eius & opera quæ per me ædit C non agnoscitis, nec mandata eius seruatis, quorũ vtrumque arguit hominẽ non vere & intime agnoscere Deum. In hunc enim sensum Dominũ dixisse illos nõ cognoscere Deũ, patet, quia mox de se dicit. Ego autem noui eum, & sermonẽ eius seruo. Nam quod dicit, sermonẽ eius seruo, indicium esse vult cogniti à se Dei. Differentia autẽ, quã hic reddit Dominus inter se & Iudæos, quo ad cognitionẽ Dei. eò tendit, vt significet rationẽ quare illi non credant patri filium glorificanti, ipse verò tam libere audeat pronunciare quæ ad suam facerent gloriam. His autẽ veluti munimentis prædictis, secundò respõdet ad id quod de Abraham obiecerũt. Nũquid tu maior es patre nostro, &c. ostẽditq; se illo maiorem esse, & simul in D dicat illum nõ esse mortuũ ea morte de qua ipse erat locutus. Abraham, inquit, pater vester exultauit vt videret, hoc est, gestiuit, & sumopere optauit videre diẽ meum, hoc est, aduentum meum in carnem. Et quod summe desiderauit videre, cum magno etiã mentis gaudio est assecutus. Vidit enim diem meũ oculis spiritualibus, quia iã agnouit me in mundum venisse, ob id gauisus est, q per mesciat se & totum humanũ genus à morte redimendum, & in cœlos subuehẽdum. Diuus Augustinus illud, vidit & gauisus est, refert ad tẽpus quo Abrahã fuit in carne, vt tunc dicatur vidisse diẽ Domini, hoc est, cognouisse, & ob id gauisus fuisse. Incertum autẽ reliquit, an quod E prędestare, sed nec ipsi sunt assequuti ex obseruatione mãdatorũ Dei. Porro Dominus omisso dæmoniaci nomine furibunde sibi intentato, quod prꝰ à se simplici depulerat negatione, ad reliqua pro suo more mãsuete respõdet. Et primũ quidẽ ad illud quod postremo loco dixerunt: Quẽ teipsũ facis? quo significauerant eũ sciꝑ sũ exaltare, & sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum ceeli ex suo semine incarnādum. D. Chry A
sostomus similiter illud, vidit & gauisus est, refert
ad tēpus quo Abraham fuit in carne: sed per diē
Domini intelligit tēpus passionis eius, quā Abra
Gen. 22. hā præuiderit & præcognouerit, cū postquā filiū
suum immolare pararet, hircum pro eius obtulit
redēptione. Caietanus autē colligit debere hanc
partem ad illud tēpus referri, & de die æternita-
tis locum hunc intelligēdum, quòd Iudæi ex his
Domini verbi intellexerint Dominum fuisse vi-
sum ab Abrahā, & vicissim illum vidisse cum in
mūdo hoc ageret. Dicunt enim, & Abraham vidi
sti? Verum prima interpretatio videtur simplicior
quia locus hic de die aduētus Dominiin carne in
telligitur, & eum tunc Abrahā vidisse, quando in
limbo inferni existens, intellexit desiderata Chri
sti incarnationē, impletā esse & perfectā. Nec ob-
stat id quod mouet Caietanum. Nam dicendum,
Iudæos, vt frequēter, pro suo carnali sensu. Domi
ni verba male intellexisse, & putasse ipsum locutū
de visione corporali, cū loqueretur de spirituali.
Itaque Iudæi Dominū significare putāt es Abra-
ham vidisse illum oculis corporalibus, & proinde
tum vidisse cum in mūdo hoc degeret, nouā rur-
sum calumniam Christo obiiciunt, dicētes: Quin
quaginta annos nondum habes, & Abrahā vidi-
sti? Dicendū erat, & Abraham vidit te, verū quo C
magis absurditas appareret, dicunt, & Abraham
vidisti? Porro quoniam hic dicitur de quinquagī
ta annis, D. Irenæus lib. 2. cap. 40. colligit Domi-
nū maiorē annis quadraginta prædicasse euange
liū, ac ad ætatē quinquagenariā accessisse, cū hęc
illi Iudæi obiicerēt, quod & cōfirmant author ita
te eorū qui hæc se audiuisse à Ioanne prædicabāt.
Verum hæc sententia tanquā Euangelistis con-
traria ab omnib. reiicitur. Et Eusebius lib. 3. cap.
39. notat Papiam Ioānis discipulū, q ex Apostoli D
verbis nō satis intellectis tradiderunt quædā, vn
de data est aliis erroris ansa, inter quos numerat
etiā Irenęū. Alii pro quinquaginta legunt qua-
draginta. Nam si legitur apud Chrysostomū, qui
cōmēti vice adiicit, ac si iā prope accederet ad eā
ętatē. Verū scriptorū vitio verisimile est quinqua
ginta mutatū in quadraginta, q ineptū nimis iu-
dicarēt Iudæos obiicere de annis 50. cum ab illis
tā lōge adhuc Dominus abesset. Proinde quidam
suspicantur Iudæos existimasse Dominū seniorē
fuisse quā erat, ob maturitatē & grauitatē vultus
& ob multū laborē ī prædicationibus, vigiliis, &
orationibus. Theophylactus curiosū nimis esse
putat iuquirere quare dixerint potius de annis
50. quā 40. putās casu factum esse, q eis in mentē
B simpliciter venerit ille numer⁹. Probabilissimum
autē est q appellatione quinquaginta annorum
spectauerint ad motē sui seculi, hoc est, iubilei, q
interdum seculum appellatur, quasi dixerit: Nou
dum seculum iplesti, & audes dicere vidisse te A
brahā? Huic confine est quod Theoph. eōmemo
rat quosdā dixisse quinquaginta annorum factā
mētionē ob honorē anni iubilei. Porro quanquā
nōs Iudæos redarguere potuisset de malo verbo
rum suorum intellectu, potius tū ad eorum iter
rogationē respondere voluit, vt apertius iā suam
diuinitatem declarās, ostenderet se Abrahā esse
maiorem, atq; ob id dicit: Amen amē dico vobis,
antequā Abrahā fieret, vel nasceretur aut esset, C
ego sum. Nō dicit, ego fui, sed, ego sum, quemad-
modum superi⁹, vt ostenderet Iudæis se eū esse q
olim dixerat Moysi: Ego sum q sum. Iudæi ergo
hāc vocem tāquā blasphemā nō ferentes, cucur-
rerunt ad lapides, vt pēnalegis cōtra blasphemos
statuta eum occiderent. Vbi eorum manifest⁹ ap
paret furor, cum sine sententia iudicis ad lapida-
tionem se parāt, nō habita etiā cōsideratiōe loci,
nempe templi. Verū Dominus, q iā verbis suam a
pertē significauit diuinitatem, eādem reipsa ostē
dit, cum abscōdit se ab eis, teddendo se illis inuisi-
bilem. sicq; exiuit è templo, è manib. eorum elap
sus, docēs nos suo exēplo, vt, cū etiā possimus re-
sistere, irā superbientium humiliter declinemus.

CÆCO NATO RESTITVITVR VISVS. IOANNIS 9. CAP. LXXVIII.

IEt præteriens Iesus vidit hominē cæcum à natiuitate, & interrogauerūt eū discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, an parētes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parētes eius, sed vt manifestētur opera Dei ī illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox, quādo nemo pōt operari. Quādiu sū in mūdo, lux sū mūdi. Hæc cū dixisset, expuit in terrā, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos e-ius, & dixit ei: Vade, laua ī natatoria Siloæ, quod interpretatur missus. Abiit ergo & lauit, & venit vi-dens. Itaque vicini & qui viderāt eū prius quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alii dicebant: Quia hic est. Alii autē Nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat: Quia ego sum. Dicebāt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respōdit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutū fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloæ, & laua. Et abii, & laui, & vi-di. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunteū ad Pharisęos qui cæcus fuerat. Erat autem sab-bathum quando lutū fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisęi quo-modo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Pharisęis quidam: Non est hic homo à Deo qui sabbathum non custodit. Alii autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid di-cis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes: Hic est filius vester quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & qui cæcus natus est, quomodo autem nunc videat nescimus, aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius quoniam timebant Iudæos. Iam enimcō spirauerant Iudæi, vt si quis eū confiteretur esse Christū, extra synagogam fieret. Propterea parētes eius dixe-

dixerunt: Quia ætatē habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominē qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio, vnū scio, quia cæcus cum essem, modo video. Dixerūt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respodit eis: Dixi vobis iam, & audiuistis, quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerūt ergo ei & dixerūt. Tu discipulus illius sumus autē Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc em mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos: Scimus autē, quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatē eius facit, hunc audit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquā. Respon-derunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Ie-sus quia eiecerunt eum foras, & cū inuenisset eū, dixit ei: Tu credis in filiū Dei? Respondit ille, & di-xit: Quis est Domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adorauit eum. Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui nō vident videant, & qui vident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex Phari sæis qui cum ipso erat, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis nō ha beretis peccatum. Nunc vero dicitis: Quia videmus, peccatum vestrum manet.

ET PRÆTERIENS IESVS VIDIT HO A MINEM CÆCVM A NATIVITATE, &c.] Quantū, tēporis intercesserit inter præceden tia & hoc miraculū, nō constat. Non enim quia dicitur: & præteriens vidit, &c. existimandum est hoc contigisse mox cum Dominus se absconden do exiuisset è templo. Tūc enim exeunti non ad erāt discipuli, quos constat modo adfuisse. Itaque nihil aliud voluit Euangelista, quam quòd cū Do minus q. dādoq; in Ierusalem alicubi præteriret, vidit hūc cæcum. Post præcedentem enim Dñi eū Iudæis & Pharisæis variam disceptationem, miraculum iā subiungere voluit Ioannes, quod noua Pharisæis occasio fuit persequēdi Christū, cum, si voluissent, ex ipso intelligere potuissēt ve ra esse quæ de se superius magnificè prædicaue- B rat. Ioannes enim sua narratione maxime, psequi tur dicta & facta Domini, quæ in Ierusalē Phari sæis & Ierosolymitanis fuerūt occasiōes psequen di ipsum. Miraculi autē huius exordium cœpit à visione & aspectu Domini, qui vbique faustus & salutaris legitur fuisse. Intelligendum autem Do minum nō obiter aspexisse hunc cęcū, sed studio se illum aspexisse, defigendo etiā intuitum in il-lum. Alioqui enim non adduceret Euangelista di scipulorum quęstionem, occasiōne aspectus hui⁹ factam. Nam cum viderent Dominum studiose il lum aspicientem, interrogauerunt eū: Rabbi quis peccauit, &c. Cuius quæstionis occasiōnē fuisse C verisimile est, quod cū Dominus superius paraly ticum in Ierusalem curasset, dixisset: Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare. Vnde intelli gentes morbos ob peccata accidere, mirantur cu ius peccato hic contraxerit cæcitatē à natiuitate. Et quidem suam ruditatem magnam in hac quæ stione ostendere videntur, cum quærunt nū ipse peccauerit qui cæcus natus erat, quasi fieri posset vt quis peccaret, antequā nasceretur. Verū secun dum Chrysostomum & Theophyl. nō hoc dicūt quasi alterum illorum duorum supicarētur esse verum, sed quod neutrum iudicarent cōueniēter dici posse, vt non tam interrogando quā dubitā-do hæc dixerint, & admirādo, quasi dicerēt. Para-lyticus quidē, ppter peccata sua ægrotabat, sicut D ārte tunc didicimus, de hoc autē quid dicis? Quis peccauit, vt cæcus nasceretur, an ipse, an parētes eius? Neutrum enim nobis videtur dici posse, q nemo peccare possit antequā natus sit, & iniustū videatur filios puniri pro parentum peccatis. Sūt qui intelligunt discipulos tunc adhuc secundum vulgarē Iudæorū opinionē credidisse animarum in multa corpora transitum, & animā in alio mū do versantem, si peccet, pœnam quandā recipere in corpore quod assumit. Nā ex hac opinione, de qua supra nonnihil, videntur huic cæco postea di cere Pharisæi; In peccatis natus es totus.

RESPONDIT IESVS: NEQVE HIC PECCAVIT, &c.] Omissa redargutione rudita tis suorū discipulorum, ad doctrinam varitatis, p suo more Dominus cōuertitur, docens nō sēper propter peccata immitti hominibus morbos, sed nonnūquā ob ostēsionē gloriæ Dei in eis. Quod tamen cū fit, non est quod homo cōqueratur, tū quod Deus omniū creator creaturis suis vti pōt, vt maxime nouit expedire illustrādæ gloriæ suæ, quòd id ad maius profectū hominis, nēpe spiri tualē vtilitatē eius, pueniat. Neq; ingt hic pecca uit, neq; parētes eius, supple, vt cęcus nasceretur, (Nō enī ab omni peccato illos significare voluit immunes esse,) sed, supple, ideo cæcus nat⁹ est, vt manifestētur opera Dei in illo. Dicit pluraliter, o-pera Dei, & nō opus Dei, quia nō tantū vnū illud opus Dei, nēpe curatio cæcitatis, erat in illo mani-festāda, sed in genere opera Dei erāt in illo ma-nifestāda, hoc est, ostendēdū erat in illo qualia es-sent Dei opera, quātæ, s. potentiæ, & quātæ rursū bonitatis, quomodo semper etiā in sabbatho ope retur quæ ad salutē hominū pertinēr, & q opera Iesu sint à Deo. D. Irenæus lib. 5. illud opera Dei, intelligit de operib. creationis, quorū Christus se declarauit nūc authorē, dū ex luto homini resti-tuit visum, significās se eū esse qui olim hominē plasmauit ex limo terræ. Cū autē his verbis Do-minus subindicaret se miraculū hoc ad quod se iā parabat nō operaturū aucupandæ gloriæ cā. & propter ostentationē, sed propter gloriā Dei, id-ipsum apertius significare volēs, subiūxit. Me o-portet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Dicit oportet, nō q ad hoc cogeretur vo-luti seruus à domino, sed significare volens senō à seipso facere quæ faciebat, verū ex mādato & cō missione patris. Dicit; opera eius qui misit me, sig nificās eadē esse opera sua & patris sui: quāquam Rupertus intelligat opera eius qui misit, opera q pater mittēs filio iniūxit & mādauit vt facer et. ve rum altera intelligētia vt est simplicior, ita ,pposi to magis cōueniēs. Dixerat em opera dei ī eo ma nifestāda, vtergo significaret illa ipse esse ma nifestāda,

Universidad de Deusto
Biblioteca

da subiicit: Me oportet operari opera eius qui mi A
sit me, donec dies est. Vbi per diem intelligit D.
Augustinus ipsum Christũ, quia sequitur; quãdiu
sum in mundo, lux sum mundi, quæ tamẽ intelli
gẽtia nõ videtur cõueniẽs satis, cũ significetur diẽ
ĩstam de qua Dominus loquitur, nõ semper fore,
sed noctẽ illi successuram. Proinde Kuperus
& alii per diem intelligunt totum præsens se-
culũ vsque ad iudicii diem nouissimũ & per no-
ctẽ seculum futurũ, vt significetur Dominũ vsque
que ad consummationem seculi operari debere o-
pera eius q̃ misit illum, opera scilicet ad salutem
hominis pertinentia, ad quam promouendã mis
sus fuit in mundum, quę opera Christus indefinẽ
ter etiã iam in dextera patris residens operatur B
per suum spiritũ, & suos prædicatores atq; docto
res. Post finem autem seculi venturã noctẽ, quan
do non solũ ipse cessabit ab operibus talibus, sed
nemo omnino poterit operari quæ ad suam vel a
liorum pertinent salutem. Nec huic intelligẽtiæ
videri debet obstare, quod Paulus præsens seculũ,
noctem: futurũ verò, diem vocet. Nam ille quidẽ
hanc vitam noctem vocat, propter errores & ig-
norantiã multã in qua adhuc viumus: diẽ vero,
futurum seculum, quod tunc omnia quæ modò la
tẽt, erunt manifesta. Hic vero alia ratione, dies pre
sens seculum, nox futurum significat, nempe ob
operationis facultatem quæ diei conuenit, & ces
sationem ab opere, quæ conuenit nocti, iuxta il- C
lud Psalmistę: Cùm ortus est sol, exiuit homo ad
opus suum, & ad operationẽ suam vsq; ad vespe- Psal. 103.
ram. Verum si ipsa Domini verba attentius cõ-
deremus, omnino apparet Dominum vocasse di-
em tempus corporalis suæ in mundo præsentię:
noctẽ verò, tẽpus suæ absentiæ, in quo ex decreto
patris vacaturus erat à doctrina & miraculorũ o-
peribus, sic vt p sese corporaliter ea nõ esset exhi
biturus, sicut ea exhibere per sese debuit, quãdiu
erat corporaliter in mũdo. Cũ enim subiicit: Quã
diu sum in mũdo, &c. significat se quãdoq; nõ fo
re in mundo, quomodo iam erat, secundũ corpo-
ris scilicet visibilẽ præsentiam, quã moxerat iub
ducturus mũdo. Quod autẽ ait: Venit nox in qua
nemo potest operari; alluxit more suo ad noctẽ D
vulgaré, in qua nõ possunt homin es operari: hinc
allegorię ως significans instare tempus in quo abi
turus à Iudæis nihil esset apud eos operaturus eo
rum quę tum pro eorũ salute per sese faciebat. Ita
q; sensus est: Me oportet operari opera eius qme
misit, donec est dies. & donec mihi ex patris decre
to in vita hac est agendum. Post diem autẽ venit
nox, in qua, vt docet experientia, nemo potest
pro pter tenebras operari. Ita & instat tẽpus meæ
absentiæ, quando non amplius, vt modo, apud ho
mines operabor quę pro illorũ faciũt salute. Vt
autem intelligeremus quare tempus suæ præsen- E
tiæ diem vocet, & nõ simpliciter illi dici diẽ, quo-
modo tẽpus vitę cuiuslibet hominis, dies illi est,
subiecit: Quãdiu sum in mundo, lux sum mundi,
significans tempus illud nõ illi solũ esse diem, sed
toti etiam muudo, nec diem solum ob operandi
facultatem, sed etiam ob lucẽ, quã sua præsentia
mũdo adfert por doctrinã & opera viæ æternę. Igi
tur tempus suæ absentiæ etiam significat duplici
nomine fore Iudæis noctem, nempe, tum quod ad
adfuturus esset eis sol iustitiæ, tum quod ipse tan
quã in nocte nihil esset corpotaliter apud eos pro
illorum salute facturus. Dicit autem; quamdiu sũ

in mũdo, lux sum mundi, non quod post asceñio
nem desineret esse omnino lux mũdi, sed q̃ de-
sineret sic prælucere hominibus, quomodo tunc
prælucebat, per seipsũ docendo, & miracula ęden
do, & quomodo post ipsum lucere cœperũt Apo
stoli, quibus proinde dictum est: Vos estis lux mũ
di. Porro quamquã secundum hunc intellectum,
illud: Venit nox quando nemo potest operari, po
tissimum dixerit Dominus, ad significandũ se nõ
operaturũ sicut tum operabatur, tamen ex conse Matth.
quenti etiam significatur, tantum in hac vita &
nos posse bona & Deo grata operari, & quãdiu
dies est, hoc est, quamdiu nobis est à Deo datum
agere in hac vita, operari deberi opera Dei: post
hunc diem venturam noctem, quando ea operare
ri nõ licebit pro salute nostra promerenda.

HOC CVM DIXISSET, EXPVIT IN TERRAM, ET FECIT LVTVM, &c.] Cũ prædictis verbis ostendisset Dominus se nõ ad o-
stentationem, sed ob patris gloriam, & secundum
patris præscriptum operari miracula, etiã in sab-
batho, quia donec dies est; pergit ad miraculum,
quod nouo iam modo operatus est, nimirum lu
to, nõ quouis, sed ex sputo suo facto, oculis cęci
apposito, eique mãdãs vt abiens lauaretur in na-
tatoria Siloæ. Quod Domini factum vt multa ĩ se
cõplectitur, ita multas habet mysticas rationes.
Et primo quidem iis rebus ad aperiendum huic
cæco oculos vsus est Dominus, quibus nemo du
bitare potuit huiusmodi virtutem nõ facile, imo
quæ potius cæcitatem adferre nata essent (lutũ e-
nim oculis iniectum excæcare solet) vt magis ei
potentia pateret, & totũ esse opus suę virtutis cõ
staret. Vnde & indicauit etiam in aliis quibuscũ-
que operibus, omnia se solum sua virtute perfec
re, & dum adhibere cooperantes aliquas creatu-
ras dignatur, nequaquam id facere quasi ad opus
perficiendum illis indigeat, sed ad honorãdũ crea
turas suas, quas ita ad bonitatis suę ministerium
& virtutis suę cooperationem admittit. Sic & in
veteri testamento multa leguntur à prophetis fa
cta p res aliquas, quæ ad illa perficienda nullã cõ
stabat, imo quandoque cõtrariam haberenaturã,
vt opus ipsum diuinæ potentiæ magis asscribere
tur. Secundò, luto à se facto super cæci oculos po
sito, Dñs significauit se eum esse qui olim exlu-
to hominem fecerat, & proinde dominũ esse sab
bathi qui nõ deberet legibus sabbathi astringi,
quomodo id ab eo exigebant Phariæi. Ista eoque
data opera nunc sicut & alias, miraculũ hoc i sab
batho operari voluit, idq; noua hac ratione q̃ o-
pera quędam in se includebat, vt cęci Iudeitandẽ
aliquando expgefierent, & eũ supra hominẽ esse
agnoscerent, quanquam ex his eorum plerique
magis ad calumniandum & prosequendum ipsum
suo vitio sunt irritati, vt illis factum sit offendi-u
lum, qđin resurrectionem datum erat. Tertio hac
noua ratione cęcum Dñs curare voluit, vt & ma-
gna huius fides atq; obedientia omnibus innotes
ceret, q̃ permisit ea sibi adhiberi, atq; lõga via nõ
recusauit aquas adire, vnde humana ratione nul
la spes esse poterat curationis: & rursum vt mi-
raculum fieret celebrius ex cõspecto à multis cę
co eunte & redeunte. Postremum, hac ratione de
mõstrauit Dñs, qua ratione homines à excitate
spirituali, quam omnes nascendo cõtrahim⁹, cu
rari possint, nimirũ si agnoscentes se lutũ habere
sup oculos positũ, hoc est, peccati forde ĩfectos
adeant,

adeant baptismalis fontis lauachrum, recepturiin A
eius ablutione illuminationẽ mentis per Spiritũ
sanctum: simulq; docuit nõ oportere nos diffide-
re, aquis baptismi adesse gratiã curandi mẽtem,
cum ex eius institutione eam prædicatur habere
vim, quam ex sua nõ habẽt natura. Hæc sane ra-
tio probe conuenit cum eo quod Ioannes diligẽ-
ter annotauit, nomẽ Siloæ significare, si interpre-
teris, missum. Neq; enim videri potest id obiterse
cisse, sed secundum ecclesiasticorum patrũ intelli
gentiam, subindicauit mysterium hic latere, & na
ratoriam Siloę significare aquam baptismi, cuius
fons est ipse Christus, missus à Patre in mundũ
hunc, ex cuius latere in cruce profluxit nobis na-
tatoria, in qua qui oculos suos luto peccati obli-
tos abluunt, ablutis peccatis visum recipiũt, ita ta
men, vt visus restitutio nulli nisi Christo asscribi B
possit, qui per res ex sese ad hoc iucfficaces eam
operatur. Vide Ambros. lib. 3. de Sacramẽtis, ca. 2.
vbi hanc postremã facti Dominici rationem pul-
chre prosequitur. Itaque q̃ significauit missio
Naaniam Syri ad aquas Iordanis, &, eiusdẽ in eis
dẽ ablutio: hoc missio huius cęci ad aquas Siloæ,
& in eisdem ablutio. Aquarum Siloæ etiam fit mẽ
tio Isaiæ 8. vbi dicitur: Pro eo q̃ abiecit populus
iste aquas Siloę, quę vadunt cum silentio, & assum
psit magis Rasin & filium Romeliæ, propter hoc
ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis
fortes & multas, regem Assyriorum & omnem glo C
riam eius, &c. Vbi per aquas Siloæ designatur re-
gnum Dauid & tribus Iudæ, quod, quia abiecit po
pulus decem tribuum, magis eligens regibus Da-
masci & Samariæ esse subiectus, quàm stirpi Da-
uid, ob id eos seruire fecit Dominus regi Assyrio
rum, cuius potentia inundationi fluminis cõpara
tur. Iuxta autem anagogen secundũ D. Hierony-
mum significatur etiam ibi, quod omnis hæreti-
cus & infidelis, qui Hierusalem. hoc est, eccle siã
oppugnare voluerit, derelinquens aut contem-
nens aquas Siloæ, fontis qui salitin vitam æternã,
tradetur Assyriorum principi, hoc est, diabolo.
De fonte autẽ Siloæ sic scribit illo loco D. Hiero-
nymus: Siloam autem fontem esse ad radices mõ
tis Sion, qui nõ iugibus aquis, sed incertis horis
diebusq; ebulliat, & per terrarũ concaua, & antra D
saxi durissimi, cũ magno sonitu veniat, dubitare
nõ possum⁹, nos præsertim qui in hac regione ha
bitamus. Hæc ille. Ex hoc igitur fonte, maxime eũ
interruptis vicibus manet, & sit in ea regione a-
quarum penuria, facta etat κολυμβυθρα, id est, nata
torium vel natatoria, vt hic vertit interpres, aut
piscina, vt vertit Ioan. 5. de qua piscina etiã fit mẽ
tio 2. Esdr. 3. Dicitur autẽ hic fons Hebraice שִׁלֹחַ
Schilloahh, nã sic legitur Isaiæ 8. aut mutatis pun
ctis, שִׁלֹחַ schelah h, nam sic legitur 2. Edræ 5. At
Chaldaice dicitur שִׁילוֹחָא Schilouhha, ide Græ E
ci pro ש vsit σ extrita aspiratione, & ad finẽ μ ad-
iecto, fecerũt Siloã, quod magis secũdũ Chaldai
cam quam Hebraicam, pronunciationem signifi
cat missum. Siloæ fontis meminit & Iosephus lib.
6. de bello Iudaico cap. 6. dicens eum fuisse aquæ
dulcis & multæ. Porro ne quis miretur quod sic
à Domino cæcus qui illum nõ nouerat, permise-
rit se attrectari, & luto oculos suos perũgi, aduer
tendum Euangelistã breuitati studentem nõ om-
nia scripsisse quæ circa ea quæ narrat sunt dicta
vel facta, verum multa reliquisse nobis intelli-
gẽda, sine quibus quę narrat minimè possunt itel

ligi commode esse gesta. Intelligendũ ergo Domi
num prius interrogasse cæcum, quemadmodum
supra paraliticum, num vellet sibi visum restitui,
atque ex discipulis intellexisse Iesum, cuius nomẽ
ex fama ei cognitum, proculdubio erat; esse quitu
tum ei super oculos ponere pararet aut illum ex
turba didicisse Iesum esse qui præteriret, eoq; in
tellecto Domino acclamasse, vt ei misereretur. Ve
rismile item Dominum illi dixisse: Vade ad Si-
loæ aquas, & ibi visum recipies: quanquã promis
sionis illius nõ meminerit Euangelista. A ratione
enim alienum est, rem sic nude gestam esse, vt ab
Euangelista describitur. Sic ergo iam etiam intelli
gi poterit, quomodo cæcus iste postea dicat: Ille
homo qui dicitur Iesus; cum illũ tunc adhuc non
vidisset.

ITAQVE VICINI, ET QVI VIDERANT EVM PRIVS, &c.] Post descriptã mi-
raculosam cæci illuminationem, Euangelista pro
lixè cõmemorat quomodo miraculũ hoc ad mul
torum cognitionem peruenerit, & à multis exa-
ctè examinatum, multipliciter celserit in Dei glo
riam quãtumuis illud pleroſque male haberet &
vreret; qui quo magis huic miraculo detrahere
studuerũt, hoc magis reddiderũt illustre. Deinde &
cotẽdit sequens narratio, vt ostẽdatur quãta cõsta
tia & libertate cęcus miraculum & authorẽ præ
dicauerit, & quod ob id reiectus, à Christo sit sus
cept⁹ & ad profectioré eius cognitionẽ perduct⁹.
Pro eo autem quod nos habemus: quia mendicus
erat (quomodo nobiscum legit etiam Theophyla
ctus,) Græci codices fere habent, quia cæcus erat:
vt significetur quoldã vidisse eum prius quod cæ
cus fuisset. Verum nostra lectio est cõueniẽtior,
secundùm quã significatur hunc cæcũ prius mul-
tis visum fuisse & cognitũ, ob id quod publice mẽ
dicus esset, vt cõiunctio, quia, accipiatur causali-
ter, quamuis etiam secundum hãc lectionem pro
quod accipi possit, vt significetur vidisse illos eũ
quod esset mẽdicus. Porro vt omnia quæ hic nar-
rantur, gloriæ Dei inseruiebant; ita quod mendi-
cus hic fuerit, duplici nomine momẽtum aliq̃ ad
gloriam Dei habuit. Nã hinc multis notus erat,
idque causam tũ dedit, vt ad notitiam plurimorũ
hoc factũ peruenire t. Et rursum hac re Christi be
nignitas cõmẽdata est, non spectans aliquod suũ
commodum ex miraculis, vt qui etiam mendicos
curare dignatus sit nullo pro illis rogante, & in
quibus nihil videri poterat præter Dei gloriã spo
ctare. Ita ad miraculi commendationẽ & Dei glo
riã faciebat, q̃ tum vicinis, tum aliis multis qui-
bus ob mẽdicitatẽ fuerat notus, dicẽtibus: Non-
ne hic est qui sedebat (ante templum scilicet, quẽ-
admodum claudus ille de quo Act. 3.) & men-
dicabat: alii dicebant ipsum esse, alii negabãt. Hoc
enim declarãt miraculum tantum fuisse, vt qui il
lum prius probe nouerãt, nõ possent facile adduci vt crederent eũdẽ esse. Declarant præterea hę c
cum sequẽtibus diligentem veritatis factã inquisi
tionem, quod ad confirmationẽ miraculi multũse
cit. Ad idem seruit, quod aliis discẽtibus, & mi
raculum ignorãtibus, ipse cæcus libere & intrepi
de (quemadmodũ gratũ decebat) omnem cõfite-
tur veritatẽ, neque veritus suam cõfiteri excitatẽ
& mẽdicitatẽ, neque metuẽs Iesu nomẽ (quod Iu
dæis scimit esse exosum) apud omnes prædicare:
suo exemplo nos docẽs, Dei beneficia nobis ex-
hibita nõ esse retiecnda, sed palam à nobis cum
oportunũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

opertunũ fuerit prædicanda,etiã si necesse sit hoc fieri cũ cõfessione alicuius quod apud homines est aut habetur ignominiosum. Dixit autem cæcus: Ille homo qui dicitur Iesus;nõ per contemptum,sed ꝙ adhuc à Domino esset alienus,sola illum fama cognitum habẽs.Iã gloriæ Dei etiã inseruit,quod cæcus nesciret vbi esset Iesus, nec illum agnouerit.Sic enim omnis suspicio tolleretur,vt videri nõ posset ad gratiam loqui. Rursum ad idem fecit,quod à vicinis & notis perductus sit ad Phariseos,vt & apud illos diligens fieret facti examinatio,& certa cognitio,quodq;etiam apud illos liberẽ veritatem confessus sit cæcus,quãtum uis illis'sciret gratũ fore,si vel taceret,vel diffiteretur,sciretq; satis timendum sibi si veritatẽ cõfiteretur. Quamuis autem quidam intelligãt istos vicinos,notos cæcum hunc ad Pharisæos nõ malo duxisse animo.sed quodcuperent illis indicare Dominum,quem persequebãtur',nequaquã esse hominem malum,qui tantum scilicet fecisset miraculum:magis tamen cum Augustino & Chrysostomo videtur itelligẽdũ, eos malo animo hoc fecisse,vt ob id quæ fierint vbi esset Iesus, quod parati essent illum cõprehensum,tanquam sabbathi violatorem tradere Pharisæis:quod cũ facere nequiuerint,curatum cæcum adducunt,vt per eũ ostendant sabbathũ à Iesu violatum. Nã & ob id videtur Ioannes mox subiunxisse:Erat autẽ sabbathum, &c. Aut prædicti cæcum adducũt animo medio,vt Pharisæorum scilicet de hoc facto iudicium audirent,quod partim bonũ,partim malum apparebat,ita vt de illo ipsi pronũciare non auderent. Cùm itaque cæcus adductus esset, Pharisæi etsi ab adductoribus didicissent facti ordinem, tamen quo certius eis de facto cõstaret, cęcũ quem vicini prius interrogauerant iam secundo interrogauerunt ,quomodo vidisset,hoc est,visum, recepisset.Nam sic oportet verbum hoc semper hic exponere,cũ Græce sit ἀναβλέπω. Cessit &hoc ad Dei gloriã & miraculi cõfirmationẽ,vt dictũ est,quod illi non cõtẽti vicinorum relatione,cæcum interrogauerunt,quodq;illẽ,etsi cõscius suæ pauperis tatis,nihil vereretur apud potentes, & magni nominis hostes Iesu,simpliciter & constãter vt res habebat,narrare quod in se gestum erat. Audito ergo huius testimonio,variatum est sententiis inter illos,quod & ipsum ad Dei gloriam faciebat. Nã ostensum est tantam esse virtutis diuinę vim, vt nõ possint nõ eam etiam hostes quandoque agnoscere,& vbique habeat qui eamagnoscant Quidam ergo Pharisæorum pro ingenio hominum desperatorum,tam inaudito diuinę potentię miraculo adeo nõ potuerunt moueri vt de Domino melius sentirent,vt mox ex diei religione mutuarentur occasionem calumniandi factũ planè diuinum,quod diei religionem dicebat & cõmendabat,itaque dixerũt: Nõ est hic homo à Deo,quantumuis frequẽter eum in ore habeat, cũ sabbathũ nõ custodiat. Quibus verbis nõ tantum præsens factũ notare videntur,sed & signum illud ꝙ scribitur Ioannis quinto,& alia quæ sabbatho fecit Dominus, quasi dixissent; iste sabbathum pro nihilo habet,vt qui illud iam frequenter violauerit. Alii autem etsi congruum illis fuisset ostẽdere qualiter sabbathũ nõ fuerit ĩ prædictis factis violatũ, quoniã Pharisaico adhuc errore detinebantur,& tamẽ à signorũ magnitudine superabãtur, contrà dicunt: Si hic homo non est missus à Deo ac illi gratus,sed peccator est,quomodo potest hęc signa facere: significantes peccatores nõ posse signa facere.saltem talia,qualia scilicet Iesus fecit, maxima scilicet & planè diuina. Nam & diabolus sua habet falsa signa quæ per suos nonnunquam ędit. Nec ob hanc Pharisæorum sententiam oportet multum disquirere,quomodo ergo Dominꝰ dixerit suprà,quosdam qui in nomine eius miracula fecisent,condemnandos in die iudicii. Nã hãc Pharisæorum sententiã , cũ Pharisęorũ sit , non oportet omnino esse veram. Et tamen etiam vera est,si intelligatur de miraculis quæ qs diuina virtute ędit, in testimonium suæ sanctitatis quomodo Dominus sua ędidit ,dicens: Opera quę ego facio,ipsa testimonium perhibent de me. Nõ enim potest peccator vera miracula ędere in suę sanctitatis confirmationem, quanquam bene in doctrinæ & nominis quod prædicat commẽdationem. Dicunt autẽ isti pluraliter,hęc signa, vel, vt est Græcè τοιαυτα σημεῖα,id est talia signa respiciẽtes scilicet nõ ad vnum illud de quo tum agebatur, sed & ad alia pleraque quæ Christus fecerat: Itaq; sentẽtiisde Iesu variantibus,schisma,hoc est,dissidium & dissensio erat inter illos: proinde rursũ interrogant cęcum,vt suam ipsę de Iesu proferret sententiam,de quo inter ipsos non conueniebat. Tu,inquiunt,quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos: vel,vt habent Greci,quia aperuit,vt sit sensus: Quem tu dicis esse illum,ob hoc quod aperuit oculos tuos. Quam interrogatiõẽ Theophylactus post Chrysostomum putat fuisse eorũ qui inter Pharisæos bene de Iesus entiebant, & miraculo patrocinabãtur,qui scilicet dixerũt,quomodo potest homo peccator,&c. vt hi testimoniũ cęci quæsierint,quo per eum qui senserat virtutem,cõfutatent calumniatores. proinde notat eos beneuolè interrogasse. Non enim dixisse,quid dicis de illo qui lutum fecit,aut sabbathũ violauit, sed miraculi recordatos dixisse,qui aperuit oculos tuos quasi exacuentes,curatum , vt pro Iesu quę digna erãt diceret. Rupertus verò hęc verba tribuit parti aduersę,quæ dixerat: Non est hic homo à Deo,&c. vt intelligatur hos testimoniũ cęci quæsiisse,vt si ille metu adductus de Iesu male loqueretur , aut saltem non audere bene loqui, haberent quo refellerent illos qui de Iesu bene sentiebãt. cũ ad illos miraculũ nõ attineret: verò bene de illo loqueretur,causam haberẽt sęuiẽdi in ipsum,& eiiciendi eum extra synagogã. Verùm rectius apparet vt intelligamus ab vtraque parte communiter factam hanc interrogationẽ,& vtrosque expectasse ex cæci respõsione quod pro ipsorum faceret sententia. Mendicus atque simpliciter & intrepide pronunciat qd sentiret. Ego,inquit,dico esse eum Prophetã, nõ quod putaret ipsum esse,illum singularem Prophetã , de quo Moyses Deut. 18. vt intellexit Liranus. Nã Græcis nõ est dictum cum articulo ὁ προφήτης, sed sine articulo, proinde simpliciter Prophetam asseruit, significans eum à Deo missum esse , & veracẽ esse doctorẽ. Nam talis (vt suprà est probatum) Propheta dicitur, etiamsi nihil futurum prædicat: quasi adhuc hic à Iesu non audierat.

NON CREDIDERVNT ERGO IVDAEI DE ILLO , QVIA CAECVS FVISSET ET VIDISSET, &c]. Cũ primum pharisæis & Iudæis miraculum à cæco exponeretur,facile credidẽrũt ꝙ propter operationẽ qua sabbathũ violatũ putabant,

purabant,gauderent se occasionem habere calũniandi Dominum , & ostendendi illum nõ esse à Deo. Verũ cum iam & quorundam Pharisæorũ authoritate,& ipsius cæci sententia,quã postulauerunt velut parati illi stare,nõ permitterẽtur tale miraculũ ei tribuerecũ quo nõ esset Deus,incõtrarium dilabuntur , præter spem sanè sperantes hunc non esse qui cæcus fuisset,etsi omnibus satis ob publicam notus mẽdicitatẽ. Proinde priusquam id credendum sibi putarent, parentes eius aduocandos & audiendos statuerunt, si forte illi metu adducti,(vt sunt fere timidi quibus est res augusta domi)aliquid dicerẽt quod ad miraculũ obscurandum facere posset. Verum vt semper veritas & pietas fit illustrior,quo magis impii suis mẽdaciis & ipietatibus obscurare & supprimere nituntur:ita & nũc malitiosa hæc Iudæorũ curiositas profieiebat ad miraculi gloriã & cõfirmationem. Hac enim ratione factũ est, vt certissimũ esset hunc quem manifestum erat videre,à natiui tate cæcum fuisse, parentibus , qui peculiaribus etiã indiciis filiũ suũ certissimè nouerãt , id certo etiam apud illos quos metuebant cõfitẽtibus,etsi filii cęcitatem scirent nonnihil in suã recidere ignominiã. Rursum & hoc ad miraculi cõmẽdatio nẽ facit, ꝙ parentes dicerent præ metu,se nescire nec modum,nec authorem miraculi. Nã per hoc ostensum est eos non ad gratiã authoris testificatos hunc esse suum filium,& cæcum natũ fuisse. Itaq; Pharisæi aduocatos parẽtes interrogãt tria, si filius eorũ sit,si cæcus natꝰ sit,& quomodo nũc visum receperit. Rigide autem iuterrogant,putãtes illos exterrere,sicq; aliquid dicturos ꝙ in calumniam prædicati cederet miraculi. Non enim dicunt : Hic est filius vester qui cæcus natus est, sed quem vos dicitis,quia,id est,quod cæcus natꝰ sit;notantes eos id falsò dicere solitos, quo tamẽ nihil potest improbabilius suspicari. Quis enĩ pater talia mẽturi cũ sua ignominia vellet de filio? Nec dicunt simpliciter : Quomodo nunc videt; sed quomodo ergo nũc videt? quasi dicerẽt : Aut falsum est, quod nunc videat aut illud , quod cæcus natus sit: sed videre eum, constat verum esse ergo falsum siteſt necesse,quod cæcus fuerit natꝰ. Duobus ergo his eos ad negationem inducere conantur,& per hoc quod dicunt;quem vos dicitis & per hoc quod subdunt;quomodo ergo nũc videt: Tribus autem interrogationibus factis parentes caute respondent, de duobus cõfitentes se esse certos ,ignorare verò ꝙ tertiò quærębatur, modum scilicet & authorem redditi visus. Et ad dunt;ipsum interrogate,ætatem habet,ipse de se loquatur;vel,vt est Græce, περὶ ἑαυτοῦ λαλήσει,id est de se loquetur,vel pro se loquetur. Hęc,vt ex Euãgelistę narratione patet,dixerunt,nõ quod nescirẽt sed quod Pharisæos metuerent,malentes solũ filium venire in periculum,quam communi periculo inuolui cum filio. Qua in re etsi nec gratos sa tis se erga Deum & Iesum,nec pios erga filiũ declarauerunt,tamen etiam in hoc seruierũt gloriæ miraculi,quod interrogationẽ de modo & authore miraculi remittũt ad eũ qui curatus erat , qui in eiusmodi quæstione omnibus merito fide dignior erat. Sic enim significabant,nullũ certius de re loqui posse,illiq; potius quam cuiuis alteri credendũ esse,ac proinde illos imprudẽter,eius testimonio pręterito,aliorũ requirere testimoniũ. Por ro ex eo quod conspirauerãt Iudæi eos eiiciẽdos Synagoga,qui cõfiterentur Dominum esse Christũ,animaduertere licet iam tum pererebu isse atque iactari cœptum fuisse eum esse Christũ. Fieri autem extra synagogam erat,alicui interdici cõmercio & consuetudine reliquorum Iudæorũ, vt nõ liceret ei ingredi cum reliquis synagogam, aut templum,& omnino alienus esset ab omni iudęorum congregatione,quod apud iudeos summæ ignominiæ loco habebatur: quomodo apud Christianos habetur excommunicatio. PRO eo autem quod nos habemus;extra synagogã fieret; Græcè iucũdius est per vnã dictionem , ἀποσυναγωγος γενηται,id est,aposynagogos fieret. Itaq; sic tũc dicebãtur quidam aposynagogi,quomodo apud nos quidam dicuntur 'excommunicati,hoc est,cõmunione fidelium priuati & interdicti. Nec hic mos interdicendi quibusdã cõsuetudine hominum tãtùm fuit apud Iudæos,sicut & modò est apud fideles,sed & apud ethnicos quõdam simile erat. Apud Romanos enim quibusdam aqua & igni iter dictũ dicebatur: quæ pœna maxima esse solet,priusquã inciperent gladio animaduertere in malefi cos: eaque tententia eiiciebantur ciuitate,& omni ciuiũ cõsuetudine eis interdicebatur, ac vita ipsa pronunciabantur indigni,quod vita hominũ cõsistat in aquæ & ignis vsu,elemẽtorum scilicet homini vitæ maximæ necessariorum. Et Cæsar lib. 6. de bello Gallico,de Druidis loquẽs sic scribit : Si quis aut priuatus,aut publicus eorum decreto non steritt,sacrificiis interdicũt,hæc pœna apud eos est grauissima. Quibus est interdictũ,ii numero impiorum ac sceleratorũ habentur. Iis omnes decedũt,aditũ,sermonemque defugiũt,ne quid ex cõtagione incommodi accipiant: neque iis petẽtibꝰ ius redditur,neque locus vllus cõmunicatur,Hęc ille. Tales erãt quoque qui apud Romanos dicebantur,homines sacri,hoc est,detestabiles & deuoti,traditique in exitium extremum,ita vt quocunque loco,quocunque tẽpore,à quibuscunque eos impunè interfici liceret,& pro huiusmodi erãt leges sacratæ,sicut apud nos sunt leges excõmunicationum. De quibꝰ oĩbus latius vide apud Budæum in secundis annotationibus , in pandectas. Cæterum quoniam hodie plerique ab Ecclesia ejecti & excommunicati sese consolantur constitutione horũ Iudæorum,qui ejecerũt e synagoga eos qui Christum confiterentur, addendũ hoc supradictis,videndum esse nõ tam qui ejiciãt & excommunicent,quàm qua de causa quis ejiciatur,iustane an iniusta. Quoniam enim manifestè iusta erat causa Iudaicæ iustius ejectionis , nõ erat illa merito formidanda. Verùm hærerici, qui hoc se exemplo fere cõsolantur , nõ ob id ejiciuntur ab Ecclesia, quod Christum cõfiteãtur , sed quod illum malè cõfiteantur aut quod de eius Ecclesia male sentiant, à qua etiam non tam ejiciuntur, quàm seipsos separẽt. præterea, vt habet Augustinus, tũc nõ erat malum fieri extra synagogã. ꝙ synagoga ob ĩcredulitatẽ à Deo deseri cœpit & Christus nouã suã Ecclesiam ædificabat. De iniusta autem excõmunicatione , quæ lata est à iudice Ecclesiastico,sciendum quod ea nõ sic liget vt per eam quis priuetur participio suffragiorum Ecclesiæ,aut propter eam debeat ex conscientia sese subtrahere a sacramẽtorum communione,& fidelium cõsortio, nisi quãtum ratio scandali , quod alias inde emergeret,id exegerit,vt docet Adrianꝰ in Quotlibetica quæstione 6. Vnde Gelasius papa quema

Separatio etiam gẽtibus in vsu

Universidad de Deusto
Biblioteca

quemadmodū citatur causa 11.quæst.3. Cui, in A qꝫ,est illata sētētia,deponat errorē,& vacua est Sed si iniusta est,tanto eamcurare non debetquā toapudDeum & eius Ecclesiam neminem potest grauare sententia iniqua.Ita ergo ea se non absol ui disideret, qua se nullaten⁹ perspicit obligatū Sic & sub Hieronymi sentētia dicitur. 24.quæst.3. Si quis non recto iudicio eorum qui præsunt Ec clesiæ depellatur,& foras mittatur,sūpse anteanō exiit,hoc est,si non ita egit vt mererētur exire,ni hil leditur in eo quod non recto iudicio ab homi nibus videtur expulsus.Semper tamen sententia pastoris etiam cum iniusta est,timenda est,vt dici tur sub nomine Gregorii. 11. q.3. cap Sententiā pastoris;& eadem sub nomine Vrbani,cap.Quib⁹ episcopi.Timēda quidem,nō quòd in foro cōsci- B entiæ liget,sed quia ratione scandali:& ne quis vi deatur Ecclesiasticam cōtemnere authoritatem, ciparere quis debet,& cauere ne negligendo aliquem scandalizet,&in contemptus suspicionē ve niat.Atq; ob id vt citra scādalum possit non pa rere excommunicationis huiusmodi sentētiq,de bet canonicè probare iniustitiam excōmunicatio nis contra se latæ,quam antequā probare possit, debet à superiore humiliter absolutionē petere, nisi in illis casibus,in quibus talis est error ex par te sententiæ,qui sententiam nō solùm iniustā,sed etiam faciat esse nullam,vt cū fertur ab eo qui in ipsum non habet authoritatē, videlicet à iudice nō suo,vel à iudice excommunicato : vel cū lata C est post appellationem legitime interpositā,vel cū in forma excōmunicationis intolerabilis fue rit error expressus,vt si quis excommunicetur qa peccātum aliquod committere nolit,aut bonū ali quod omittere, quemadmodū ꝓpate in cap. Per tuas,de senten.excommunicat. quāuis ibi duo tā tùm posteriora excipiantur.In tribus enim illis po tissimum casibus sentētia excommunicationis nō solùm est iniusta,sed etiam nulla.In aliis vero etiā si sit iniusta,tamen aliqua est,& ideo antequā de beat quis admitti ad probationē iniustę excōmu nicationis ,gratiam absolutionis implorare de bet,ne vt dicitur in prędicto capitulo,sentētiā Ec clesiasticam contemnere videatur,& per hoc am plius ex suo contemptu ligetur.Nec hoc cōtrariū D est ei, quod suprà in Gelasii authoritate dicitur,nō opus esse vt quis desideret se absolni ab iniusta sententia.Nā hoc intelligendum est quātū ad rea tum,hic verò prēcipitur de absolutione impen denda,ad cautelam,vt in textu dicitur.Quod si m iustè excommunicatus iniustitiā probare cano nice nequeat,humiliter eam sustinere debet , aut secundùm sententiæ formam ob scandalum vitā dum satisfacere,si possit salua veritate vitæ & iu stitia.Vbi & hoc notandū , aliquando iniustā esse sententiam excommunicationis,ex parte excō communicati,eum tamē sit iusta ex parte excom municantis ,vt cùm quis pro falso crimine in iu dicio per testes probato excommunicatur. E

VOCAVERVNT ERGO RVRSVM HOMINEM QVI FUERAT CÆCVS,ET DIXERVNT EI,&c.] Cum ex parentum respōsio ne nihil potuerunt venari quod pro suo faceret desiderio,& parēt eos remisisset ad filiū,illi nec dum desistendum sibi esse rati,vocauerunt rursū eū qui fuerat cæcus,dicentes ei:Da gloriā Deo; hoc est, secūdum Chrysostomū,gloriam istius mi raculi tribue Deo,non Iesu,cōfitere quia nihil iste in te est operatus,sed quòd Dei beneficio ex cęco factus sit videns.Secundum quā intelligentiam obseruandus ordo, quo ad calumniandū hoc mi raculum impietas hic processerit.Primo enim ca lumniabantur illud,tanquam factum hominis pec catoris,qui à Deo nō esset, sed qui sabbathum violasset.Id cū viderent congruere minime,spera bāt audire nō fuisse illum cæcum,nec factū in eo miraculū quod dicebatur.Cum autem factum ip sum ipsa re & parentū testimonio euidētius esset quàm vt negari posset,facti laudē à Iesu quē ode rāt,auertere studuerūt, idq; sub prætextu religio nis,dicentes;da gloriam Deo;ac per hoc significantes,illum nō dare Deo gloriā,sed Deum igno minia afficere,quandiu miraculū Iesu tribue - bat,quem se scire dicebāt esse peccatorē, ac pro inde scirē etiam quòd per illum, & cum illo Deus non operatur.Verum per illud:Da gloriam Deo, magis videntur simpliciter exegisse confessionē veritatis.Nā sic hæc oratio accipitur Iosue 7.vbi ad Achan dicit Iosue:Fili mi, da gloriā Domino Deo Israel;quod quid sit patet ex eo quod sequi tur:Et cōfitere , atquæ indica mihi quid feceris. Et videtur hæc oratio fuisse modus obtestādi , & veluti adiurandi aliquem,ad extorquēdum abeo veritatem ad gloriam Dei. Sic &1.Reg.6. sacerdo tes Philisthiim,consulunt suis,vt factis anis au reis dent gloriam Deo Israel,hoc est,veritatē te stentur,& suam iniquitatem cōfiteantur.Itaque quod dicūt:Da gloriam Deo:hunc habet sēsum: Ad gloriam Dei cōfitere nobis omnem rei veri tatem.Quibus verbis sub obtentu religionis eū inducere voluerūt,vt vel miraculum negaret,vel præstigio aliquo,non diuino modo factū diceret, Huic intelligentiæ conuenitquodcæcus constan ter respōdet se cæcum fuisse,& nunc videre.Con uenit & quod Augustinus hanc partem sic expo nit:Da gloriam Deo,hoc est,nega quod accepisti, Addūt autem:Nos scimus quia hic homo est pec cator:hoc est,sceleſtus & impius,quasi dicant;sci mus eum hoc miraculū vel non fecisse , vel non diuina ratione fecisse.Et quidē nunc dicūt se scire ipsum esse peccatorē,cum prius interrogati à Do mino:Quis ex vobis arguet me de peccato:nihil haberent quod illi obiicere possent vel auderēt. Porro cæcus fortiter simul &circūspectè respō dens ait : Si peccator est, nescio , &c. Id autem non dicit veluti dubitaret. nam suprà Prophetā esse dixit,& mox ostendit eum non esse peccato rem,sed esse à Deo. Itaque ideo dicit, nescio , vt eorum nugas & calūnias more dubitantis repel lat,& signficet se id excutere nolle , vt sit sen sus :An peccator sit necne,nō iam excutio nec pronuntio illud tantùm dicam , quod a me sub obtestatione nominis diuini requiritis,& de quo liberè pronunciare possum,vt pote quod in me experiētia didici,cūprius essem cæcus,modo vi deo.Illi autem,vt nunquam quiescit inuidia,spe rātes se aliquid audituros,quod in calumniam ra pere possent,& vnde ostendere possent miraculi modum non fuisse diuinum,aut ex re aliter natra ta falsitatē comprobare posse,iterū eum interro gauerunt:Quid fecit tibi?Quomodo aperuit ocu los tuos?Mendicus autē,qui hactenus, quamdiu res inquisitione indigebat,remisse locutus est, iā cōfidentior factus,cū videret eos tantum quære re quod calumniari possent,stomachando aduer sus impudentem eorum malitiam,respondit eis:

Dixi

Dixi vobis modò,quomodo aperuerit oculos me A os,& id semel audistis.Quid iterū vultis eadē au dire?nunquid ētiā vos mecum & cum aliis eius discipulis,vultis discipuli fieri.vt ob id iam dili genter iterum atq; iterum de operib.eius inquiratis?Id dicit per ironiam sciens illos nolle dis ipulos eius fieri,& ob id significans indignos illos esse quib.eadem repetantur,vt qui non bono ani mo,sed malo,ad eadem reuoluerentur percōta tiones.Dicit,nunquid & vos, significās se iam il lius factum discipulum , aut velle fieri , nisi for tè hoc dixerit propter alios qui iam erāt discipu li Iesu.Porro Græci codices habent:Dixi vobis iā, & nō audistis.Quid iterum vultis audire; vt pri⁹ audire,accipiatur pro credere:secundum,pro cor poralibus auribus percipere.Sed nostra lectio cō uenientior videtur. B

MALEDIXERVNT ERGO EI, ET DIXERVNT:TV DISCIPVLVS ILLIVS SIS,&c.Ex odio nominis Christi,& magna animi superbia,offensi Pharisæi,mordaci libertate cæci,maledixerūt ei.Quod nō significat hoc loco, ipsos ei malè precatos esse, sed conuitiatos esse. Nā Græce est ἐλοιδόρησαν , id est,cōuitiati sunt.ꝙ verbum etiā est 1.Co. 4.vbi nos legimus:Maledi cimur & benedicimus. Proinde notādum etiam, quòd cū nos habemus,Tu discipulus illius sis,(ꝙ increpationem significat,) Græce pro sis est ἦς, id est,es.ꝙ sit:Tu discipulus eius es , quod nō im prǽcationē sed conuitium magis significat. Intel lexerūt enim illum se vocare Iesu discipulū,cum C diceret:Nunquid & vos vultis,&c.Quidam tamen vertit pro ἦς, esto, vt scilicet sit ꝑeratiuus à bary tono ἦς, ἔτ , & per crasim ἦς. Porro quo intelliga tur quomō dicātur Pharisæi cōuitiati dicētes;Tu discipulus illius sis vel es ,notandum quod Basi lius interrogatus quid sit λοιδορία , id est, cōui tium, respondit:Omne verbum quod ex animo ignominia afficiendi dicitur,conuicium dicitur, etiamsi ipsum verbum nō videatur esse cōtume lioſum.Et hoc manifestum est ex Euangelio dicē te de Iudæis,quod conuitiati sunt ei,& dixerunt ei:Tu es (vel sis) discipulus illius.Hęc ille in quę stionib.cōpendio explicatis, quæstione 24. Itaq; D maledixerunt & conuitiati sunt ei,quia illi obie cerunt ꝙ ignominiosū esse putauerunt,& qa ani mo vituperandi dixerūt,quale maledictū,inquit Augustinus,sit super nos & super filios nostros. Addunt autē rationem sed insipientię plenā,qua re nolint Christi esse discipuli,sed Moysi:Nos,in quiunt,scimus quia,id est, quòd Moysi locutus est Deus,hūc autē nescimus vñ sit,hoc est cuius spiritu instructus ad nos venerit. cùm auditu tan tùm à maiorib.intellexissent Moysen fuisse à Deo dicunt se eius exactam habere notitiam:Nos,in- E quiunt,scimus,cùm verò Iesū corā vidissent mi racula facientem,& audiuissent diuina manifeste loquentem,nescire se dicunt vñ sit,sese condēnā tes & alio nomine.Si enim nescierunt, quare to ties pronunciauerunt non esse à Deo,imo diabo lico spiritu afflatum esse?Tāta autē horum fuit insipientia,vt nō posset nō eā mox mēdicus iste & deprehendere & redarguere,cuius cū inter di sputandum (vt fieri solet)cresceret fiducia,cōfir matus veritatis conscientia & Dei gratia,fortiter contēptis omnib.periculis,ausus est Christi cau sam agere,apud viros magni nominis,quos sētie bat omnibus technis moliri perniciem Iesu.Itaq; ex miraculo redditi sibi visus,colligens& conuin cens merito non debet illos ignorare,vñ profe ctus esset Iesus:In hoc,inquit,enim mirabile est, hoc est,In isto sane mirabile quiddam accidit)nā γάρ, enim, pro sane hic est positum)qa, id est,ꝙ vos nescitis vnde sit,&,hoc est,cum tamen) phra sis est enim Hebrœa(aperuerit meos oculos:Sci mus autem ꝙ deus peccatores nō audit,id est,ex audit:(audire enim hic positum est pro audire cū effectu,qđ est exaudire;quemadmodū mox post ea vertit interpres,cum Græcis eadē si dictio(sed si quis dei cultor est,sic vt non solum cæremo niis externis veneretur sed volūtatem eius faciat, ob temperando mādatis eius,(quod vere est deū colere)hunc exaudit.His ergo mendicus refellit quod prius dixerunt;NOS scimus quia hic homo peccator est.Porro quoniā illud;deus peccatores non audit,non videtur absolute verū, nā peccato rem publicanum orātem deus mox exaudiuit.D. Augustinus putat hunc istud dixisse tanquā ad huc iniūctum,hoc est,nondum habentem vnctio nem spiritus sancti.Verum quoniā hęc sententia multis est scripturis conformis,magis dicendum Psal. 33. cæcum hoc dixisse secundum communem regu lā à Iudæis passim creditā,& in scripturis funda- Prou.28. tā.Dicitur enim:Oculi domini super iustos,& au Isaia.1. res eius in preces eorum. Clamauerunt iusti , & dominus exaudiuit eos.Contrà verò de impiis:Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius e rit execrabilis.Et:Cùm multiplicaueritis oratio nem,non exaudiam.Manus enim vestræ sangui ne plenę sunt.Dicit ergo,scimus,quod ex scriptu ris ita apud Iudæos esset receptum,quòdq; hac ī parte etiā ipsi Pharisæis contentirent cū ipso,vt qui prius dixerat.Quomodo potest homo pecca tor hæc signa facere.Regulare enim est non exau diri à deo peccatores,hoc est,perseuerātes ī pecca to.Tales enim soli secundū scripturę morem di cuntur peccatores:nam qui non perseuerāt,non peccatores,sed pœnitentes vocandi sunt. Quod si quibusdā in rebus deus etiam peccatores exau diat,non obstat hoc prædictis sententiis , qa hoc non est regulare,sed ratum.Scripturæ autem ple tęq; quæ sunt regularia,docent.His autem dictis necdū cōtentus cęcus,ad vlteriora progreditur, ex nouitate miraculi ostendens efficacius,Iesum non solum non esse peccatorem,sed esse à deo,ꝙ est contra id quod secundo dixernnt,nescire sci licet se vnde esset Iesus.A sęculo,inquit, non est auditum,&c.Quasi dicat:Multa qdem memorā tur miracula,quæ deus olim gessit ꝓmaiores no stros,sed sanctos,non peccatores,& tamen si re petamus ab orbe condito,nunquā auditum est quēquā extitisse qui cęco nato oculos aperire,& vlsum quem nunquā habuit, imo qui em natura negauit,ꝓberet.Si non esset hic à Deo,quemad modum vos vultis non esse , non posset facere quicquā,eorum,ſ.quæ facit.cum illa nēe sua vir tute,nec alia quā diuina facere possit.De eo autē quod significat cæcus iste,eum qui non est à deo non posse facere vera miracula, dicēdū est.sicut supra de dicto Pharisæorum, videlicet quod hæc dixerit eo quod noua Christi doctrina non esset ibutus. aut potius qa secūdum quod scripturę in dicāt,regulare sit vt solis iustis gratia miraculorū concedatur.Deinde solis iustis competit facere mi racula vera quomō Christus fecit.in testimoniū scilicet sanctitatis.Et postremum,etiā peccatores

Universidad de Deusto
Biblioteca

miracula ædentes,quatenus ea ædunt,à Deo sũt, qui per eos operatur,& nomen filii sui hominib. commendat.Verum hic mendicus intellexit eum tantũ qui iustus esset,à Deo esse. Porro Pharisæi hac mendici fiducia prorsus efferati,eum iã spes nõ esset fore vt ille vel corruptus,velmetu territ⁹ desisteret à prædicãdo Iesu,ad extrema veniũt,ad quæ cõuicta impietas solet descendere,ad oppro bria scilicet & vim.Itaq; exprobrant ei pristinã cæcitatẽ,exprobrãt fortunæ tenuitatem, sed sine rõne obiiciunt, vt cæca fere est malitia,quasi scilicet hæc illi ob scelera sint diuinitus inflicta,qua ſiq; sceleroſus nascatur:qui pauper aut cæc⁹,aut alioqui vitiato corpore nascitur, In peccatis, inquiũt,natus es totus.Et additur Græcis,Tu,quod contẽptus emphasim habet:Tu in peccatis nat⁹ es totus .Dicunt,totus,secundũ quosdam,vt fignificent quod nõ solum secundum animam in peccatis natus esset,secũdum quã omnes in peccatis nascuntur,sed quod etiã à natiuitate peccatorum vestigia in corpore per cæcitatem appare rent.Aut secundũ Chrysostomũ dicũt;totus natus es,vt significẽt toto tẽpore vitæ & à primæua ætate semper in peccatis fuisse.Vel potius, sicut quidam indicat,dicunt totũ in peccatis natum, quod secundũ eos omnia eius, mẽdicitas scilicet cæcitas,& impudentia,argueret hominẽ à natiui tate sceleſtum. Addunt autem cum impatientis animi arrogantia: Et tu doces nos? Vbi vtrũque pronomen magnã habet emphasim.quasi dicãt: Et tu tã vilis homo,indoctus plane, & manifeſtè sceleſtus,doces nos,qui legis professionem & religiõis apicẽ tenem⁹? Qui paulò ante emẽdicabas stipẽ,hic apud tantos viros audes philosophari? Nec his contenti,cõnitio addunt vim,non ferentes sibi os obturatum esse ab homine paupère & idiota, & ob id eiicientes eum foras,extra synagogam,vt est verisimile,efficiendo eum apostynagogũ,quamuis simpliciter intelligi possit ejectũ è concilio illo & congregatione . Obseruandum hic in Pharisæis,quã indefesso studio impii veritatem obscurare nitantur, quanto furore,dũ conuincuntur,contra veritatis assertores exagitẽtur. quamqimpotenti superbia nõ sinunt ii qui se aliquid esse credũt,meliora sibi suggeri ab iis quos præ se contẽnunt.In cæco isto obseruandũ,quanta sit veritatis vis, quãq; hęc fortes & intrepidos facit etiam eos,qui alioqui quosuis metuebant. Obseruanda item constãtia,quã Christianus quæ neminem veritus in cõfessione nominis christi imitari debeat.Obseruandũ , quales Christus suæ gloriæ & sui nominis patronos diligere voluit,cõtra potẽtissimos nominis sui calũniatores. Nam in isto exẽplum æditum est, quomodo per pauperes & indoctos nomen suum prædicandũ esset in vniuerso mundo,& obturandum os omnium qui contra illud loquerentur iniqua.

AVDIVIT IESVS QVIA EIECERVNT EVM FORAS, ET CVM INVENISSET,&c.] Ejectum à Pharisæis Dominus , cũ audisset quæ ille pro sui nominis confessione passus esset, requirens suscepit,& ad perfectiorẽ sui cognitionẽ deduxit,ostendens se curam habere eorum qui propter se aliquid patiuntur,nec relinquere eos sine consolatione . deinde illos perfectiore sui cognitione dignos esse , qui accepta cognitione bene vtuntur. Itaq; cum nõ obiter,sed,vt est magis verisimile,quæ tum illũ à se,inuenisset, dixit ei: A Tu credis in filium Dei?Ille auidum se declarans credendi,dixit:Quis est Domine vt credã in eum Putant autem plerique; hunc iam credidisse,Iesum esse filium Dei,sed ignoraſse Iesum esse qui cum ipso loqueretur.vt quem adhuc de facie non nouerat,atq; ob id dixisse:Quis est Domine,cupiẽs sibi Iesum demonstrari.Verũm magis probabile est,ipsum è comitatu & turba cognouisse Iesum, qui sanauerat ipsum,esse eũ qui secum loquebatur,(nam Dominum eum vocat) nondum tamẽ cognouisse Iesum esse filiũ Dei,hoc est,expectatum illum Iudæis Messiam.Nam sicut filius Dauid,ita & filius Dei vulgo fuit cognomẽtum Messiæ,quemadmodũ ex hoc loco aduertere licet & aliis aliquot,vt Ioan.cap. 1.& Matth.cap.16.Itaq; cum dicit Dominus:Tu credis in filium Dei,perinde est ac si dixisset: tu credis in Messiam: Addi tur autẽ Græcis hoc loco articulus, quemadmodum & in aliis similibus locis : ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, vt intelligamus ,ppria & peculiari ratione vocari Dei filium.de quo dictum est in cap. Concor.17. circa primum caput Ioãnis.Cum ergo qui cęcus fuerat,animi sui ad credendum promptitudinem declaraſset,Dominus ei se manifestat,dicens: Et vidisti eum,& qui loquitur tecum,ipse est.nõ dicit:Ego sum qui te sanaui,sed submisse primũ & obscure;Et vidisti,inquit , eum; deinde & manifestius,Et qui loquitur tecum,ipse est.Videtur autem dedita opera dixisse:Vidistieũ,vt occinino in memoriam suæ sanationis illũ reducat, & per eã magis ad credendum,quod secundo dicit,qui loquitur tecum ipse est,prouocet & confirmet. Non enim credere potuit illum mẽtiri,quem ex virtute in se ostensa supra ostendit Prophetam esse & à Deo missũ esse.Porro eo quod Dominus dicit, qui loquitur tecum , ipse est,ſ.filius Dei, apertissime Nestorii error refellitur,cum ex eo ostẽdatur,vnum eundemq;esse in persona filium hominis qui vtiq; loquebatur ac videbatur , & filium Dei.Mendicus autẽ auditis verbis Iesu, tractus à patre mox credit,fidẽq; suam confitetur, nõ verbis tantum dicens: Credo domine, sed & opere. Nam procidens adorauit eum,nõ tanquam Prophetam tantum,sed tanquam filium Dei.

ET DIXIT EI IESVS: IN IVDICIVM EGO IN HVNC MVNDVM VENI.] Pronomẽ ei,non habent Græca,sed tantum:Et dixit Iesus; vt intelligatur nõ ei tantum Dominum hæc dixisse,sed omnib. audientib & præsentib. Quoniam eni Dominus mẽdico illi,cum cæcus esset & corpore & mente,primum quidẽ visum corporalem restituit,ac deinde etiam spiritualem,hinc occasionem desumpsit differendi quę sequuntur de cęcitate &visu spirituali , vt ex omni oblata occasione solitus fuit desumere initiũ alicuius doctrinę spiritualis:in iudiciũ, inquit,ego in hunc mundũ veni.Hic iudicium D.Chrysostomus expõit condẽnationem,nempe Phariseorum & illũ similiũ. Verum iudicium,de quo hic Dns loquitur, non tantum pertinet ad eos de quib. mox dicitur,vt qui vident,cæci fiant,verum & ad eos de quib.dicitur,vt qui nõ vident, videãt.Proinde rectiusper iudicium intelle xerimus decretũ illud patris,quo mirabiliter decreuit sed tamen iuste,p filii sui in hunc mundum aduentum,efficere vt qui non vident viderent,& finere eos qui videbant, cæcos fieri.Quod ad illa iudicia Dei pertinet , quæ Paulus considera ns exclamat cum admiratiõe,vocãs ea imperſerutabilia.Hoc est,quod D.Augu- aliis verbis dicit,Dominũ hic loqui de iudicio discretionis,& per iudiciumintelligi discretionem,qua mirabiliter non videntes electi discernendi erant à videntibus reprobis:Itaq; sensus est: Ego veni ĩ hunc mundum ĩ iudiciũ,hoc est,vt per me iudicium & decretum patris mirabile impleat, quo rerum vices permutentur.In hac tamen locutiõe præpositio,in,aut coniunctio,vt,in explicatione posita,debet consecutiue accipi,& nõ vt causam designet finalẽ,quatenus iudicium hoc pertinet ad eos qui ex videntib,cæci futuri erant. Non enim voluit Deus eos qui videntes,dicuntur,fieri cæcos per Christũ,per quẽ omnes voluit saluos fieri.sed decreuerat iusto iudicio suo permittere. Itaq;sic in horum iudicium dicitur venisse filius, quomodo dicitur positus in ruinammultorũ.Poro non videntes de quib.hic loquitur Dominus, sunt hi quos sapientes mundi,vt cæcos in rebus Dei,contemnebant:quiq; vt perparũ de diuinis rebus cognoscebant,ita nec volebant videri illas cognoscere,sed suam ignorantiam agnoscebant. qualis erat hic mendicus. Apostoli,& alii pleriq; è vulgo,deinde & gentes quas Iudæi pro cęcisha bebant,vt & re vera erant manifestæ.Vidẽtes verò qui cæci erant futuri,sunt hi,qui in reb. diuinis multa sane viderunt vulgo incognita,& se ad huc plura quã viderat,videre arbitrati sunt,suam in multi ignorãtiam agno scere recusantes.quales erant Pharisæi,Scribæ,& gentiũ Philosophi.Illi ergo nõ vidẽtes,per Christum vidẽtes facti sunt quia eis datum est oculis spiritus agnoscere quæ vere beatum hominẽ facere possint.Isti vero vidẽtes,occasione Christi cæci facti sunt,hoc est, declarati esse cæci,& magis magisque excæcati sũt, quia occasione doctrinæ & miraculorum Christi per superbiam,inuidiã,aliasq; passiones adeo sũt excæcati,vt manifestam veritatẽ non possent agnoscere,sed impingerent in lapidem illũangulare, qui illis factus est petra offensionis & scandali. Quod ergo hic dicit Dominus,simile est illi;Confiteor tibi pater rex cæli & terræ,quoniam abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus , & reuelasti ea parvulis.Ex prædictis patet, quomodo hæc Domini sententia non contrarietur illi quod dictum est:Non enim misit Deus in mundum filiũ suum vt iudicet mundum. primumenim illo loco sermo est de iudicio retributionis,quo redderetur vnicuiq; secundũ opera eius,cum hic sit sermo de iudicio electionis & reprobationis,quod discretionis dicitur.Deinde Dominus hic nõ tam vult significare officium suum ad quod venerit in mundum,quàm quid ex suo aduentu sit in mundo secuturum,vt ex dictis patet.Porro Phariſęi quidã qui tũ forte aderant Iesu,aut animo nõ syncero comitabantur illum,calumniandi ansam vndiq; captantes,audientes futurum vt videntes cæci fierent,& satis animaduertẽtes Dominum loqui de cæcitate non corporali,sed spirituali,atq; ob id suspicantes se notatos qui se pro videntibus haberi volebant,dicunt Domino:nunquid etiã nos cæci sumus? Id cum arroganti animo & maligno interrogarent, delaturi Dominum apud Phariseorum ordinem,si audirent quod nolebãt,Dominus caute admodũ & prudenter respondet. Nam cum in verbis præcedentib.significauerit eos esse ve lfuturos cæcos,quemadmodũ & supra aperte apud Mattheum dixit de Pharisæis: Cæci sunt,& duces cæcorum,tamen veluti nõ diceret eos esse cęcos ex eo quod audire nolebant,redarguendi & conuincendi eos nouam arripit occasionẽ.Nam cum sciret illos sine fructu audituros si diceret apertè eos esse cæcos,imo illos hinc magis ad odium & calumniam exacuẽdos,ex eo quod nolebant haberi,eos sic conuincit,vt id ostendat eos condemnare,vnde sibi placebant & gloriabantur, significans tamen etiam satis illos re vera esse cæcos: Si inquit,cæci essetis,peccatum non haberitis. Quę sententia potissimmm duob.modis accipipotest. Altero,vt sit sẽsus:Si vos cæcos esse agnoscęretis, & insciti am vestram fateremini,peccatum nõ haberetis,quia ad medicum accederetis,qui cæcitatem à vobis depelleret,eaq; depulsa peccatum infidelitatis & cum eo etiam reliqua tollerẽtur.Sic enim intelligit D.Augustinus,& probat hunc intellectum ex eo quod sequitur:nunc vero dicitis, videmus,& quia prius non videntes & videntes intelliguntur qui se agnoscunt nõ videre, aut putãt videre.Altero modo rectius sic intelligitur: Si essetis cæci hoc est,si non haberetis scientiam scripturarum,vnde,si velletis.possetis veritatẽ agnoscere,si non essetis naturali & scripturæ humanę illustrati,ita vt ex ignorãtia cõtra me peccaretis, nõ haberetis peccatum.tantum scilicet,quantum nunc habetis,imo nõ haberetis peccatũ,quia simplicitati vestræ venia daretur,& à me illustraremini.Nunc vero,cũ dicatis vos videre,etiam vestro iudicio condemnati estis,ita vt peccatum vestrũ maneat quod in me committitis,quod quoniã videre vos puratis,nõ potest tolli à vobis. Sic fere Theophylactus.qui tamen & aliam præmittit expositionẽ quæ est Chrysostomi de cæcitate corporali.Siquidem Chrys.intelligẽs Pharisæos de cęcitate corporali interrogasse Dominum , nũ & ipsi cæci essent,quasi cupientes audire nũ tam absurdum & ridiculũ aliquid dicturus esset,cum dixisset videntes fore cæcos,accipit etiã dictũ Domini de cæcitate corporali,vt Dominus significaueritcæcitatem corporalẽ,quãilli ignominiam putabant,non illis inutilẽ fore, sed profuturã. quia si cæci fuissent non fuisset peccatum infidelitatis eorum tantum,quãtum iam erat cùm oculis corporalib.ea Domini contemplati erant, vnde eius diuinitatem agnoscere facile potuissent. Verũ hæc interpretatio nõ cõuenit illi quod sequitur:Dicitis quia videmus,nec verisimile est pharisæos de cæcitate corporali interrogasse.Habet autem communis nostra lectio hoc modo:Nunc vero dicitis, quia videmus.Peccatum vestrum manet. Verum apud Græcos est cohærẽtia,quę apud nos desideratur.Peccatũ ergo vestrum manet; quomodo iã legitur etiã in multis impressis Latinis.D.Thomas sentiens nostræ lectionis incommodũ,legit: Nũc vero quia dicitis,videmus,peccatum vestrũ manet.Et videri posset, Augustinum sic legisse,q exponendo habet:Quare:Quia dicẽdo, videmus, medicum nõ quęritis,in cæcitate permanetis.Sed hæc lectio Græcis non conuenit , apud quos ὅτι, id est,quia,solito more superfluũ est .Dicit autem Dominus,dicitis vos videre, tum vt indicet eos vera non videre,tum vt ostendat eos ex propriis verbis cõuinci.Et hactenus quidem de literali hi storiæ huius explanatione . Cæterum cum Dominus dicens : in iudicium,&c.satis significaueritmiraculo hoc illuminationis cæci,voluisse se mentium illuminatorem agnosci,& typicum om

Luca. 2.

Ioan. 3.

Matt. 15.

Rom. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nino fuerit, quod luto posito super oculos cæci, A ablutione eius in aquis Siloe, visū illi restituerit, tota hæc historia, sicut & aliæ, paucis mystice est tractanda. Itaq; cæcus iste aut gentilitū populū aut electum quenq; designat, qui cū à natiuitate cæc⁹ esset, Christo ipsum oculis suæ benignitatis aspiciente, pro gloria Dei in ipso declarāda visū recipit, dū agnoscēs peccati sordē mentis oculos oblitos esse, accedit ex præcepto Christi ad fontē baptismatis, atq; in eo abluitur. Qui vbi baptizatus fuerit, & illuminatus, cogitare debet se tentatiōibus expositum fore, & Christi nomen sibi cōstāter corā hostibus eius confitendum esse, nec propter metum eorum negandum, etiāsi ob id opus B fuerit excōmunicatum fieri. Iuxta illud: Odio eri

Sensus mysticus.

tis omnib. hominibus propter nomē meum. &c. Extra synagogas facient vos. Quemadmodum sanè fecerūt Apostoli, quorū typus quidam in hoc cæco præcessit, vt dictum est. Quod si autem quis constanter Christū prædicet & cōfiteatur, Iesus talem ab hominib. propter se reiectum & in hac vita inueniet, ac cōsolabitur, perfectiore sui cognitione eum donans, & post hanc vitam recipiet ad se ostendens ei suam diuinitatem. Theophyl. per lutum ex sputo Christi factū, intelligit Christi carnem à spiritu sancto in vtero virginis formatam, quo luto vnguntur oculi hominis, dū datur homini in Christum credere. Sed mysteriū luti, vt superius ex Ambrosii sententia est indicatum, simplicius est & minus coactum.

DISSERIT DOMINVS DE VERO PASTORE ET ouibus: IOANNIS 9. CAP. LXXIX.

AMen dico vobis, qui nō intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocē eius audiunt, proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cū proprias oues emiserit, ante eas vadit, & illum sequuntur, quia sciunt vocē eius. Alienū autē nō sequūtur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocē alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amē dico vobis, quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures sūt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. fur non venit nisi vt furetur & macłet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abūdantius habeant. Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suā dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocē meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso, potestatē habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alii dicebant: Hæ verba non sunt dæmonium habentis: nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

AMEN AMEN DICO VOBIS, QVI C NON INTRAT PER OSTIVM, &c.] Certū est istud caput in Concordia nō potuisse à præcedētib. separari, cū hæc à domino sint dicta cōtinuo cū mox præcedētib. sermone, ita vt Caietanus putet rectius principiū huius capitis auspicādū fuisse ab illo loco. In iudiciū ego in hūc mundū veni; quia ibi est principiū sermonis Dominici, cui⁹ occasionē præbuit illuminatio cæci. Quoniā ergo Pharisæi indignabātur se à Domino notari cæcitatis, & pro videntib. se habebāt, adeo, vt ob id se exhiberent vulgi pastores & doctores: & rursū quoniā pharisæi nō solū dedignabantur esse Christi discipuli, sed & grauiter ferebāt tā multos Christo adhærere, ipsis derelictis, Domin⁹ hāc subiūgit p arabolam veri pastoris indicia exprimentem, qua & illos notat nō esse verospastores cum tamen tales haberi vellent, & se ostēdit verum esse ouium Dei pastorem, ab ipsis Pharisæis ac pleriſq; qui ante ipsū prō magnis Prophetispopulo se obtruserant, lōgè diuersum. Et rursum ea dē parabola indicat, qui fiat vt Pharisæi quidē & illotū discipuli Christum verū pastorē nō agnoscāt, pleriq; verò è vulgo simplices & idiotæ, qui ab illis cæci habebātur, & nō videtes, sequerētur & agnoscerēt. Docet enī hæc parabola vtrūq; & D quis sit pastor, & quæ sint oues. Pro cōueniētiaute & expedito huius parabolę intellectu, sēperob oculos habendū Dominū sub exēplo pastoris & ouium corporaliū, loqui de pastore & ouib. mysticis; ac proinde primo videndū quomodo totus hic parabolæ sermo quadret pastoribus & ouib. corporalibus, ac deinde per similitudinē omnia aptare pastori & ouib. mysticis. Quod ergo attinet ad exemplū vnde petita est parabola, ita in rebus mundanis esse constat, vt qui ſquis in caulbs ouiū intrat, nō per ostiū sed aliunde irrūpens, vtpote per feneſtram, aut maceriā diruptam, is non pastor sit, sed fur & latro. Fur quidē, qui furripit fraude alienum: latro, quia vi oues rapit, raptalq; dilaniat & occidit. Qui verò per ostium intrat in ouile, is ex hoc ipso cognoscitur esse pastor, cui pater familias oues suas cōcredidit. Huic ostiari⁹, hoc est, vel ipse paterfamilias, vel is cui ille totius suę domus custodiā & omnes claues tradidit, ingrediendi facit facultatē, aperiendo ei ostiū. Nec ostiarius tātum illum agnoscit, sed & oues vocē eius audiunt, hoc est, agnoscunt, cum ad latronis & furis vocem incognitam expauescant. Vt autē ipse ingressus ad oues mox ad vocem suā agnoscitur ab eis, ita & ipse vicissim eas agnoscit, adeo vt nominatim etiā singulas vocare norit. atq; sic figillatim

figillatim vocatas educit è caulis non ad laniena, A est ouium dominus: alius pastor, qui a patrefamised ad salutaria pascua, illæq; vocatæ parent vocā ti voce amica notaq;. Cum autem iam eductæ è septis quib. continebantur, prodierint in liberos campos, non ipse domi remanens permittit vagari quocunq; sed ne quid aberrent, aut ab occurrēte lupo impetantur & dispergantur, antecedit totum suum gregem, vt suo ducatu viam illis cōmōstret, & a noxiis præmuniat bestiis. præcedit autem eas non mutus, sed subinde voce sua prouocans ad sequendum, & ab errore reuocans, nec sinens in via diutius hærere. Itaq; ille, quoniam agnoscunt sui pastoris vocem ad quam se dirigunt, antecedentem pastorem prōpte sequuntur. Eum vero qui non est ipsarum proprius pastor, sed alie B ni gregis pastor forte est, non sequuntur, licet precedentem & vocantem, sed abhorrent & refugiunt ab eo tanquā ignoto. Hæc est ipsius exempli breuis & clara explanatio, in quo dominus nō ad omnium qdem pastorum morem, sed ad quorundā morem, qui suo maxime ꝓposito deseruiebat respexit, illum scilicet morem, secundum quem i qbusdā regionib. pastores ouium greges præcedunt, quem morē forte tunc Iudæa habuit, vt eū habet Campinia in Brabantia, cū in multis locis econtrariò pastores gregem suum sequantur, propellentes magis quam inuitātes. Cæterum in applicatione huius parabolæ ad propositū Domini, negotiū aliquod exhibet nomen ostii, quod nō C satis appareat quid per illud sit intelligēdū. Nam coactius videtur, nec sequenti explanationi Domini conueniens, quod diuus Chrysostomus p ostiū scripturas intelligit, vt is dicatur intrare pe ostiū, qui scripturis instructus ad oues Dei pascēdas secundum scripturas accedit. Et quo minus p ostiū videatur intelligi posse ipse Christus (quomodoī telligit Augustinus, eo quòd postea dicat Domin⁹: Ego sum ostium) obstat illud, quod Dominus dicens: qui autem intrat per ostium pastor est ouiū: etiam se vult significare pastorem esse ouium. Deum autem est vt dicamus Christum intrare per seipsum. Quod si non dixisset postea Domin⁹. Ego sum ostium, nulla esset in hac locutione difficultas. Intelligeretur ènim illum intrare p ostium, D qui iusta via ad oues accedit, hoc est, qui à Deo vocatus & missus, ac recta intentione, hoc est, ad dei gloriā & ouium salutem accedit, & pascendi munus suscipit. Et contra, illum nō intrare per ostiū sed aliunde, qui non iusta via ad eas accedit, vtpote non missus à Deo, nec illius gloriā ac ouium salutem intendens, sed vel suam gloriā, vel propriū commodum. Et certe non obstante eo ꝙ postea Dominus se ostium vocat. sic hoc loco rectè intelexerimus. Nam quare & quomodo se ostium dicat, & quomodo illud huic loco conueniat, postea dicemus. Itaque per ostium rectè acceperimus E iustitiam vel ipsum Deum. Nam & iustitia & ipse Deus, ostium est oues custodiens, & per quod ad pascendas oues sit accedendum. Iam ostiarius vel intelligendus est ipse Deus, aut vt distinctam habeamus personam ab ostio & pastore, ipse spirit⁹ sanctus quomodo intelligunt Augustin. & Theophyl. ipse enim spiritus sanctus est cui à Deo patre totius suæ Ecclesiæ cura cōmissa est, q suis donis hominem instruens, & omnem veritatē edocens, sic demum aperit ei ostium, hoc est, dat ei iusta ratione ad pascendas Dei oues accedere. Sicut ergo in ipso exemplo alius est paterfamilias, qui

lias præficitur ouibus: alius ostiarius, qui cognoscens pastorem, liberū dat ei ad oues aditum: ita in re per exemplum significata. Deus pater, velut ouium dominus est intelligēdus: filius, pastor: spiritus sanctus, ostiarius. Sic tamen vt per hęc nō intelligamus vnum alio maiorem vel minorem. Porro per oues parabolice significantur electi & prædestinati a Deo. vt & in aliis pleriſq; locis scripturæ, idq; quam cōmode factum sit & conuenienter, dictum est circa illud Matthęi: Ecce ego mitto vos sicut oues, &c. in capite Concordiæ quinquagesimo quinto. Ouile, est ipsa ouium congregatio & multitudo, certo aliquo loco subvno pastore de gens. Applicatio ergo exēpli hæc est. Qui ad Dei populum veluti illū pasturus & recturus sese ingerit, non accedens iusta & recta via, neque per Deum illuc accedens, sed vel per humanæ cupiditatem gloriæ, vel per spem cōmodi temporalis, illicito modo accedens, is fur est & latro. Fur quidē, quia alienum sibi vsurpat. Latro, quia animas hominū impiis & falsis suis doctrinis crudeliter occidit. Qui autem recta via ad Dei populū regendum & pascēdum accedit, videlicet a Deo ad hoc missus, & recta intentione id suscipiens, is sol⁹ verè est pastor ouium. Huic spiritus sanct⁹, cui veluti ostiario cura ouilis Dominici cōmissa est, & sine cuius fauore nemo recte potest suscipere admi nistrationem populi Dei, veluti ostium aperit, cū C docendo eum, & suis donis instruendo, dat ad populum Dei pascendum liberum aditū. Quo accedente, mox electi quiq; & prædestinati vocē eius diuinā, qua quæ Dei sunt inclamat, audiunt & agnoscunt, vnde & credunt ei atque obtemperāt, cum vocem alienorum, furū scilicet & latronum, qui praua, vanitates & errores suggerūt, horrēāt & abominentur. Ipse autem verus pastor, pprias oues vocat nominātim, quia sigillatim singulorū curam gerens, ad bonū exhortatur singulos, idque blanda amicaque voce, qua singulos compellans educit eos ad pascua, dum prouocat vt depositis errorib. omniq; pristino torpore, in quo mox & tenebræ eos cōtinuerunt, ad scripturarum & veritatis intelligentiam accingantur, quo mentes eorum salubriter pascantur & pinguescāt. Ad quę pascua dum prouocat, nequaquā ipse domi otiosus desidet, sed ante eos vadit, exemplo sanctæ cōuersationis eis prælucens, ac viam qua illis eundum sit commonstrans, & simul solicitus vt eos ab omnib. lupis & noxiorum incursu præseruet. Sic autem exmplo prælucens, ante eos vadit, vt tamen interim etiam subinde sua voce illos excitet, & ad sequelam inuitet; ne quid errent aut alicubi hæreant: & illi prōpte illum sequūtur, quod vocem eius agnoscant, ament & approbent, puēri proinde per eum & ad veritatis cognitionē in hac vita, & post eam ad vberrima regni cęlorū pascua. At quoniam nō agnoscunt nec approbāt vocem alienorum, qui errores, mūdana, aut vana docent, hinc tales non sequūtur, sed abhorrentes eorum vocem fugiunt ab eis, veluti sibi male a tā libus meruentes, qui tamen etiam suos habēt greges, hoc est, sectatores, verum non oues Dei, sed hircos, & fues. Hac ergo parabola dum ostendit Dominus discrimē furis & pastoris, & indicat officia veri pastoris, taxauit Pharisæos & Scribas, tanquam non ingressos per ostium ad pascendū populum Dei: taxauit & illos qui anteipsum sese

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro magnis populo Dei obtruſerant, quale erant Iudas Gaulonites & Theudas, de quib. Act. 5. Se verò ſignificauit longe ab illis eſſe diuerſum, verum eſſe paſtorem qui per oſtium ſit ingreſſus, cui proinde quotquot eſſent ad vitā præordinati, qui verè oues erant, doli expertes, ſimplices & innoxii, Chriſti vocem agnoſcētes, prompte obedirēt, Phariſæis & mundana docentib. derelictis, qui tamen & ipſi ſuos habebant ſectatores, ſed ſues & hircos. Proinde intelligerēt quomodo fieret vt tā multi è vulgo Chriſto adhærerent, nulli autē aut admodū pauci ex principibus. Porro dubitari hic poteſt, quomodo dicatur in parabola, oues paſtoris vocē audire, & fugere vocem alienorū, cū multi electi, longo tempore veritatem non velint agnoſcere, ſed errores pleruncq; ſectentur, vt patet in Paulo & Auguſtino: ſicut cōtra qui nō ſūt electi, aliquando ad tempus veritatem recipiunt, & verū paſtorem ſequuntur, ſicut patet de Iuda. Et rurſū quidam poſt receptam veritatem in errores ꝓlabuntur, audientes vocem alienorū, ac deinde ab errore reſipiſcentes, ad veritatem redeūt. Quam quæſtionem tractans prolixè & pulchrè diu⁹ Auguſtinus, primum dicit quoſdam ſic ad eam reſpōdere, quòd oues, cum oues ſunt, audiū t vocem veri paſtoris, & fugiunt vocem alienorum. Quod ſi prius non audierunt, nō tum erant oues, ſed lupi: aut ſi quando poſtea nolint audire, iam tum deſinunt eſſe oues, facti ex ouib. lupi. Verum hanc reſponſionem nō putat ſufficientē eſſe, quòd in ſcripturis legatur de ouib errātibus, quæ cum errāt, audiunt alieni vocem, & tamen ſunt oues. Proinde eò deducit diſputationem, vt dicat intelligendum eſſe omnes oues Dei, hoc eſt, electos, ſaltem tandem aliquando audire veri paſtoris vocē, eaſque ſolas veri paſtoris vocem vſq; in finē audire. Sicut enim in rebus mūdanis vſu venire videmus, vt quādoq; ouis aliqua è ſuo grege, & à ſuo paſtore aberrans alteri gregi ſub alieno paſtore iūgat. D ex cuius conſuetudine, prioris gregis & paſtoris conſortium obliuiſcitur, vt proprii paſtoris non agnoſcant amplius vocem, quo tamen ſuam ouem requirente, & ad priorem gregē reducente, mox fit vt proprii paſtoris vocem & prioris gregis conſortium agnoſcere incipiat ouis errabūda: ita etiā inter oues Dei, quædā ad tempus alienum paſtorem ſequuntur, ſed fere cum reniſu aliquo mētis, nec ſic vt ſe penitus illi dedant & addicāt, quę cū à ſuo paſtore requiruntur, qui nullam ſuarū ouiū ſinit perire, mox ita audita eius voce rapiuntur, vt ſeſe penitus illi addicant. Cæterum aduertē dū prædictam parabolā dictā à Domino potiſſimum contra eos, qui cum ſe populi Dei doctores exhibeant & profitentur, aliena tamen à diuina tradūt doctrina: vnde & ex ipſa Domini præcipua intentione quadrat contra omnes hæreticos, ad oſtēdē dum eos non intrare per oſtium in ouile ouiū, ac proinde fures eſſe & latrones. Et tamen per quandam accommodationem hæc parabola etiā à pleriſque intelligitur dicta, ad notandum eos qui adminiſtrationem Domini gregis ſuſcipiunt per aliquam dignitatem Eccleſiaſticā, nec legitima via, ſed detorta in conceſſa obtentam, etiamſi in illa exiſtens nō male prædicādo doceat, vt qui vel honorum humanorum vel pecuniarū cupidus aſpirat ad præſidentiam ouilis Dñici, eoq; aut vi aut armis curat ſeipſum intrudi in ſedē paſtoralē, aut Simoniaca labe, pactoq; pretio laborat ad omū

A Dominicarum regimen aſſumendum, non attendens verbum Pauli ad Hebræos ſcribentis: Nemo ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tāquā Aaron. Sed inter hos & illos, de quib. primo loco dictum eſt, eaeſt, differētia, q̄ hi etſi mala arte & intentione paſtoralem curam ſuſceperint, à veris omnibus Chriſti audiri poſſint & debeant, quod quę Chriſti ſunt doceant: illi verò, quod ſua doceant, non ſint audiendi. Et tamen etiam iſtis parabola hæc ſuo modo conuenit. Nam quiſquis illici tomodo paſtoralem curā ſuſcepit, fur eſt & latro, quia non quærit ouiū Chriſti ſalutem, ſed ꝓpriū duntaxat commodum, ſinens vt in plurimum, cō miſſum ſibi gregem diſcipari, fame contabeſcere, atque in præcipitia vitiorum prolabi. Qui verò debita ratione aſſumitur ad gregis Chriſti moderationem, canonica ſcilicet electione, ad quam nec ambitione, nec auri cupiditate anhelauit, paſtor eſt ouium, quoniam non ſuam ipſius, ſed ouium perquirit vtilitatē, ab eis ſæuam luporum arcens rabiem, & quicquid ipſarum officit ſaluti. Huic oſtiarius aperit, quoniā Deus illi præſtat ingreſſum in gregis ſui directionē, & autor eſt promotionis eius ad culmen regiminis: cum contra de aliis, ambitione, fauore humano aut pretio ad faſti C gium Eccleſiaſticæ dignitatis eleuatis, dicat Dominus per Prophetam: Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui, id eſt, nō ap ꝓbaui. Nō enim ipſis Deus ianuam aperit, ſed ābitio, cupiditas, anaritia aut alia tetra animi labes ingreſſum præbet. Huiuſmodi boni paſtoris & vocem lubēter ſubditi audiunt, & opera bona quib. eis prælucet, ſtudioſe imitantur: cum contra eius quem intelligunt malis artibus in ouile Domini intraſſe, nec tā gratam habent etiam ad bonum adhortationem, nec vitam ac mores (qui plerunque improbi ſūt & corrupti) trahūt in imitationem. Vide latius in 7. lib. Cyrilli ſuper Ioannem addito per Clichtoueum. Notādum autē in prædicta parabola quinq; notari quæ ſunt vero pudori neceſſaria, & tria quæ ſunt verarū ouiū indicia. Paſtori enī neceſſaria ſūt imprimis, vt intret per oſtium. Deindē, quomā ſine ſpiritus gratia & ope intrare & paſcere non poteſt, vt oſtiarius ei aperiat. Dehinc tertiò, vt cū iam ingreſſus eſt, non ſit mutus apud oues, ſed vocet eas. idq; nominatim, hoc eſt, vt & diligēter ſtudeat ſingulorū mores cognoſcere, & illis cognitis ſingulos ſtudeat cōpellare & admonere prout cuiq; opus eſt, vt ad impleat illud Sapientis: Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges cōſidera. Quarto loco neceſſe eſt, vt oues ſuas educat voce ſua, ab E ignorantia & erroribus ad cognitionem veritatis, à torpore ad bonorum operum ſolicitudinem, à terrenarum rerum amore ad cœleſtium ſpem & deſiderium. Poſtremum requiritur poſt hæc omnia, vt & ipſe ante oues ſuas præeat, ſuo exēplo prouocans ad pabula regni cœleſtis, ac ſolicitus ne quid ſuo gregi noxium occurrat. Itaq; hæc qui que quæ parabola ſuo ordine comprehendit, abſolutum reddiderint paſtorem. ouibus autem neceſſarium eſt primum, vt veri & boni paſtoris vocē audiant lubenter. Deinde vt euocanti obtemperent, ac præeuntem ſequantur. nam alioqui nihil profuerit audiuiſſe. poſtremum, vt alienum non ſolum non audiant nec ſequantur, ſed etiā ab eo fugiant, obturantes aures ſuas diabolo, hæreticis, & omnibus praua ſuggerentibus. Quæ tria ſi ad ſint

Hebr. 5.

Oſee. 8.

Prou. 27.

adſint ouibus, nec eis quicquam defuerit eorum quæ ad ſalutem eis ſunt neceſſaria.

HOC PROVERBIVM DIXIT EIS IESVS. ILLI AVTEM NON COGNOVERVNT. [παροιμία, id eſt, adagium vel prouerbium, quod proprie eſt cōmune aliquod dictum vel ſēntia quæ in ore omniū verſatur, hic accipitur & parabola aut allegoria, quemadmodum & infra Ioan. 16. ſicut etiā cōtra parabolæ nomen accipitur pro prouerbio. vnde indifferēter dicimus, parabolæ vel prouerbia Salomonis. Quoniā ergo in parabolis Dominus illis locut⁹ eſt, per quas illos no tare minus erat calumniæ ipſorū expoſitū, illi, vt & alias ferē, nō intellexerunt quid ſignificarēt ea B quæ loquebatur eis. Proinde Dominus explicatius locuturus, & indicaturus quorsū prædictā parabolā propoſuerit, videlicet vt ſe ab aliis Iudęorū pleriſq; doctoribus ſepararet, ſubiicit, aperte qdē de ſe loquēs, nō tamē aperte Phariſæos & Scribas inceſſens, vt ne illos nimium exaſperaret.

DIXIT ERGO EIS ITERVM IESVS AMEN AMEN DICO VOBIS, QVIA EGO SVM OSTIVM OVIVM.] Non eſt quod quis miretur Chriſtum ſe iam vocare oſtiū ouiū, cùm ſuprà dictum ſit p oſtiū intelligendā rectā viā, iuſtitiā, aut Deum ipſum. Primū enim ipſe, Chriſtus, eſt recta via, iuſtitia, & Deus ipſe, vnde ipſe inquantū homo & paſtor, nō inepte dicitur C intraſſe in ouile ouiū per oſtiū, q̄ eſt ipſemet quatenus Deus. Deinde vocans ſe oſtium, hāc ſibi tribuit appellationem tantùm reſpectu aliorum paſtorum & ouium, qui per ipſum ingredi debeāt. non autem quatenus ipſe ſe poſtea dicit paſtorē. Nam hac conſideratione, oſtium per quod ipſe ingreſſus, non tam ipſum quàm Deum patrē intelligere conuenit. Quod ſi quæſequūtur diligenter aduerterimus, omnino apparebit, Dominū nōhic velle explicare ſe eſſe illud oſtium per qđ dixit in parabola nō intrare fures & latrones, intrare vero paſtores ouium, ſed ſe iam noua parabola, faciēte tamen ad prioris parabolæ declarationē, vocare oſtium, ad diſtinctionem furum & latronū, ad D quorum etiā diſtinctionē ſe vocat poſtea paſtorē bonum. Nā cùm peruerſi doctores & populi duces etiā ſe exhiberēt veluti oſtia ouium, promittentes illis per ſe aditum ad fœlicitatē & ſalutē, Dominus contrà dicit: Ego, non illi qui ante me venerunt, ſum oſtium ouium, quod mox repetēs declarat ſe potius dixiſſe propter oues quā paſtores. Nā declarādo quare ſe oſtium dixerit, ſubdit: Per me ſi qs introierit, ſaluabitur, &c. Saluari verò ouium eſt, nō paſtorum, quorum quaten⁹ tales ſunt, eſt ſaluare. Et tamē etiam ex his verbis cōſequitur Dominum eſſe oſtium omnium poſt ſe paſto E rum, cum omnes tales debeāt etiā eſſe oues. cum ergo in ſuperiori parabola de oſtio facta eſſet mētio & paſtore, hinc Dominus occaſionē deſumēs ſeparandi ſe ab aliis, primum quidē ſe oſtiū eſſe oſtendit nō illos, deinde ſe paſtorē nō illos. Dicit ergo; ego ſum oſtium ouium, id eſt, is per quē oues habēt aditum ad conſortium populi Dei, ac ceſſum ad patrē & ad ſalutem veram, dum ſcilicet in me credunt, meisq; præceptis obtemperant. Ne mo enim, inquit, venit ad patrē niſi per me. Et Paulus: per ipſum acceſſum habemus ad patrē. Et, Habentes, inquit, fiduciā in introitu ſanctorum ī ſangu ine Chriſti. Sequitur; Omnes quotq̄ venerunt, fures ſunt & latrones. Et additur apud Græ

Ioan. 6.
Rom. 5.
Hebr. 10.

A cos; quotquot venerunt ante me. Nō dicit, quotquot fuerunt ante me, ſed quotquot venerūt, à ſe ipſis ſcilicet, cō miſſi à Deo, de quibus dicitur: Nō mittebam Prophetas. & ipſi currebant: nō loque Hie. 23
bar ad eos, & ipſi prophetabant. Notat autē eos Dominus qui ante ipſum ſe Chriſti nomine populo obturſerūt, vt Iudas & Theudas: aut etiā alios pſeudo prophetas, quos ad ſui differētiā oſtēdit non fuiſſe oſtia ſalutis, ſed cōtrà fures & latrones, vnde, inqt, nō audierūt eos oues, qui q̄audierūt, finaliter ſcilicet, & ſic vt ſeſe illis omnino adderent, oues non erāt. Repetit autē ſe eſſe oſtiū. vt oſtendat quare ſe non illos dixerit oſtiū. Ego, ſi quis, ſum oſtium, quo ſcilicet acceditur ad Deū, ad ſaluté æternā, ad conſortiū ſanctorū. Nā ſi qs per me, hoc eſt, fidens in me, introierit, ſaluabitur & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Quibus verbis Dominus ſe verè eſſe oſtiū declarat ex officio oſtii materialis. Officium enī oſtii o utilis eſt, ſeruare oues in ouili concluſas ab aeris iniuria, ab incurſu noxiarū beſtiarū: ac deinde præbere ouibus exitum ad paſcua prodeuntib. & introitum à paſcuis reuertentibus. Oſtium ergo eſt Chriſtus ſi quis per fidem in illū ingreſſus fuerit in cōſortiū fideliū, talis, & in præſenti vita ſalu⁹ erit à peccatis, à diaboli peteſtate: & omnium malorum oppugnatione, Chriſto ipſum cū reliquis protegēte, & in futura vita tranſlatus in regnū cœlorū æterna fruetur ſalute. Idē ingredietur, hoc eſt, ſecure conuerſabitur, ad omnia quæ volet liberè ſeſe conuertet Hebraiſmus etiam eſt hęc locutio, quo in ſcripturis per introitū & exitū ſignificari ſolet omnis actio cui ſe homo applicuerit. Vnde in Pſa. dicitur: Dominus cuſtodiat introitū tuū, & exitū tuum, id eſt, in omnib. ad quæ miſeris manū ſiue domi, ſiue foris. Sic Dauid ſcribitur fuiſſe ingrediēs & egrediens ante filios Iſrael, hoc eſt, liberè & familiariter coram eis conuerſatus. Pſal. 120.
Plerique tamen hæc duo, ingredietur. & egredietur, latius & ſubtilius exponunt, vt ingredi ſit 1. Reg. 29.
exerceri in vitę contēplatiuę officiis, & intra ſe per cogitationem & meditationem deſcendere: egredi verò, exerceri in vitæ actiuæ officiis. & ad externa ſe conuertere charitatis officia, quibus proximus iuuetur: & quę ſint aliis in exēplū. Quē intellectum cum aſsignaſſet D. Auguſtinus, addit & alium, in quo magis ſe aſſerit oblectari ingreſſū ſcilicet intelligens introitum in Eccleſiā Chriſti: egreſſum verò, diſceſsioaem ex hoc mundo ad patriam cœleſtem, quomodo aliqui intelligūt etiā illud Pſalmi: Dominus cuſtodiat introitū tuum & exitum tuum. Qui ſenſus ob id placet diuo Auguſtino quod ſequatur. Ego veni vt vitam habeāt, & abundantius habeant, quod intelligit, vt vitā habeant ingredientes, & abundantius habeāt egredientes. Porro qui per oſtium, quod eſt Chriſtus, ingreſſus & egreſſus fuerit paſcua inueniet illi ſcilicet de quibus prolixè Ezechielis trigeſimo quarto: In paſcuis, inquit Dominus, vbertimis paſcā eas, & in montibus exceſſis Iſrael erunt paſcua eorū, &c. In hac enim vita inueniet paſcua diuinæ Pſal. 120.
doctrinæ, ſacro ſancti corporis & ſanguinis Domini atque cōſolationis internæ, ita vt in nullo vnquam defectum patiatur: in futura verò, vbertima illa paſcua ex diuina cōtēplatione, quę neq; oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor cōprehēdere poteſt. Cæterū ſunt qui intelligunt Dominum ob id bis dixiſſe ſe eſſe oſtium, vt prius quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

significaret se esse ostium pastorũ,& ob id bis sub A iunxisse:Quotquot venerũt,fures sunt & latrones;quia scilicet nõ venerũt per ostium quod sũ ego:& secundo significaret se esse ostium ouium, atq; ideo subunxisse;per me si quis introierit,saluabitur;quod est ouium.Sunt etiam qui hãc partẽ,p me si qs introierit;referãt ad pastores sic eã intelligẽtes:Si quis per me suscepit animarum regimen,hic saluabitur post hanc vitam,& ingredietur,hoc est,aggredietur oues Christi bona fide & & ex animo pascere.Et egredietur,hoc est,munere pastorali ritè perfunctus emigrabit ex hac vita ad æternam fœlicitatem,vbi inueniet pascuavitæ æternæ.Sed superior intelligentia videtur esse cõuenientior,qua intelligamus Dominum se primo quidem vocare ostium,ad distinctionẽ aliorũ qui etiam volebant haberi ostia salutis:secũdo vero id repetere,vt probet quod dixit se esse ostiũ. Huic enim intelligentiæ bene conuenit quod sequitur,Fur non venit,nisi:&c.Hac enim differẽtia inter se & furem,ostendit saluandum eum q per se fuerit ingressus;ac proinde se verè esse salutis ostium:contrà vero perdendos eos,qui per fures fuerint ingressi,eosque imitati fuerint,& proinde tales fures nõ esse salutis ostia,sicut haberi tamẽ volebant.Fur,inquit,non venit,nisi vt furetur, & & furto ablatum mactet & perdat. Quod parabolicè significat,pseudoprophetas falsosque doctores hoc agere,vt oues alieni domini sibi auferãt ad proprium commodum:quod dum fic, easdem mactant,prauis suis doctrinis;occidendo in anima & tandem etiã perdunt,in æternam damnationem eas præcipitando.Quod enim dicitur,fur C non venit nisi vt mactet & perdat: quanquam in ipso exemplo sit verum,tamen in applicationead fures,de quibus Dominꝰ loquitur,sic debet intelligi.nõ quasi illi intendant simpliciter mactare & perdere,sed quia hoc consequitur,& sic illi se habent ac si intenderent.Quadrat autem hęc sentẽtia rectè in diabolum,cuius ministri sunt pseudoprophetę,ac proinde de illo eam quidam intelligũt,vt illi se Christus opponat,cũ potiꝰ intendat Dominus notare pseudoprophetas, vt ex precedẽtibus patet:Contra quos de se dicit: Ego veni vt oues me sequentes vitã habeant,in præsenti per gratiam:& abundantius quid habeant,in futuro per diuini vultus contemplationem,per quam nõ vitam tantum habebunt, sed etiam beatã vitam, D & ab omni miseria liberam. Sic fere Anguſtinus & Chrysostomus: Potest tamen & sic intelligi. Ego veni vt oues morbidæ & mortuæ vitam habeant,& accepta vita etiam abundantius habeant, saginatę scilicet omni virtutũ genere,& per quotidianum profectum magis semper ac magis abũdantes,quomodo Paulus admonet Thessalonicẽses,quo sic ãbulent vt abundent magis. Aut simpliciter,veni vt vitam habeant,tum in hoc, tum ĩ futuro seculo:& abundantius habeant,hoc, ditiores per me fiant in vtroque itẽ seculo. Sic enĩ directe se furi opponit,quem dixit sua quęrere,& E vitam auferre aliis.porrò quanquam illud. Fur
1. Thess. 4. non venit,dictum sit à Domino potissimũ contra pseudoprophetas, sicut & percedentia,tamen sicut illa acommodantur etiã iis qui Ecclesiasticã aliquam dignitatem & pastoralẽ curam illicitatione assequuntur:ita & istud eis accommodati potest,quia non ob aliud veniũt ad ouilis Dominici administrationem,quã vt quæstũ faciant, cũ graui subditorum grauamine & incõmodo etiam spirituali,vt quos etiã suis prauis exẽplis, aut doctrinæ negligentia mactant & perdunt.

EGO SVM PASTOR BONVS BONVS PASTOR ANIMAM SVAM DAT. Postquam se ostium esse asseruit & ostendit, iam etiã occasione eius quod dixit:ego veni vt vitã habeant,pastorem se esse & asserit & ostendit, nec pastorem tãtum,sed bonum pastorem,ad differentiã mercenariorum,q& ipsi pastores dicuntur,sed non sunt boni pastores,à quib.iã se separat, sicut mox suprà separauit à furib.& latrombus . Sicut ergo suprà exemplo vulgari parabolicè significauit indicia pastoris mystici,& eorũ q in ouili Dei fures sunt & latrones,ita nunc ostẽsurus se nõ tantum pastorẽ esse,sed bonum etiã esse pastorẽ,exẽ B plo vtitur vulgari,quod continet diuersas conditiones pastoris boni,& mercenarii:quo exemplo indicat parabolice quomõ in reb. diuinis pastor bonꝰ à mercenario pastore possit dignosci.primũ ergo oportet exemplum hoc vulgare ad literã explicare,vt sic melius intelligamus quomodoappliandum sit intentiõi Domini.Bonus,inqt,ouium pastor,cum opus est,etiã animam suam dat, hoc est vitã suam expõit periculo & se occidi patitur pro ouib.suis saluandis, pugnans pro eis contra irruentes latrones & lupos:quemadmodũ patuit in Danide,qui pro seruando grege suo opposuit se leoni & vrso,& de seipso testatur, primi Regũ decimoseptimo.Mercenarius autem, qui scilicet mercede conductus pascit alienas oues , &, hoc est(nam coniunctio, &, ponitur hic expositiue) C qui nõ est talis ouium pastor vt eius sint propriæ oues,quãquam bona fide reb.tranquillis gregem procuret;tamẽ si ingruat vitæ periculum , hoc si est,si viderit lupum venientem,magis ,p se quam pro ouibus solicitus,mox rẽlinquit oues, ac fuga vitæ suæ consulit.Vnde fit vt ouib.inermibus defensore destitutis,lupus oues rapiat & dispergat. Causa autem quare mercenarius fugiat,est, quia mercenarius est,hoc est.quia sui compendii gratia gregem pascendũ suscepit.nec pertinet ad eũ de ouibus,pro,nec est illi cura de ouibus . Græce enim est, καὶ ὁ μισθωτὸς ἐστὶ καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων, hoc est,ergo nõ pertinet ad eum de ouibus,quod nos dicimus nostra] lingua : *Hy en trecKet hem niet aen.* quoniã ergo mercenarius suumtãtum quærit cõ D modum,nec ex animo afficitur gregi alieno,hinc vbi periculum perdendæ vitæ aut alterius incommodi imminet,proditis & desertis ouibus fugit Hęc est exempli ad literã explanatio,quod quatenus ad alterã eius partẽ,de pastore scilicet bono, pertinet,Dominus postea sibi accõmodat , dum hinc ostẽdit se esse bonum pastorem , qa animã suã daturus erat pro ouib.suis. Altera vero parte, quæ est de mercenario,verisimile est eum notasse Scribas,Pharisæos & Sacerdotes,q auaritiæ dediti,gregẽ Dei nõ tanquã suum, sed tãquam alienum pascebant,commodi tantum sui & lucri gratia,detrectãtes venire in periculum ,p salute ouiũ vt pro illis sese opponerent omnib.illis qui quoquo mõ oues perdere studerent,siue mala doctrina siue alia ratione.Et simul hac parabola docere voluit Dominus quib.indiciis verus Euangelicus pastor à mercenario possit discerni , sicut prioridocuit quib.ĩdiciis fur dignosc atur à pastore.non enim idẽ sunt fur vel latro ĩ ouili Domini & mercenarius.Nã fures quidem & latrones , sunt hæretici

retici & pseudo prophetæ,& quotquot mala aut A vana docent.Mercenarii vero veritatẽ directe docent & in rebus trãquillis gregẽ Domini rectegubernare videntur,& ingressi sunt per ostiũ,quiale gitime secundum canonum constitutiones pastoralẽ curã susceperũt,sic vt ab hominibus nõ possint redargui,& vocem eorum audiũt oues quas ad pascua frequẽter educũt,& nihil à vero pastore differre videntur nisi cum periculis ingrudiẽtibus declarant se proprii commodi rationẽ habere,non salutis ouium.Et quidem Pharisæi ac scribę fures esse notantur,quatenus populum à Christo auocabant:mercenarii,quatenus quælegis sũt docebant,sed proprium cõmodũ magis quã Dei quærentes gloriã.De qualibus mercenariis pasto Ezec. 34 B ribus loquitur Dominus apud Ezechielẽ. Vę pastoribus Israel,qui pascebãt semetipsos,nõne greges à pastoribus pascũtur,&c. Quis autẽ verè sit mercenarius censendus, paucis verbis bene expressit August.Sunt,inquit,quidã Ecclesię præpositi,de quibꝰ Paulus Apostolus dicit:Sua quærentes nõ quæ Iesu Christi.Quid est, sua quęrentes?Nõ Christũ gratis diligẽtes , non Deũ ppter Deum quærentes ,temporalia commoda sectantes,lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes.Hæc quãdo amãtur à præposito,& propter hæc seruitur Deo,quisquis est talis, mercenarius est,inter filios se nõ cõputet. Hæc ille.Fugit autẽ à mercenarius, & dimittit oues aduenięte lupo nõ solùm quando corporaliter oues,relqt,sed etiã quando per timorem alicuius periculi C silet, nec se lupo opponit.Lupus est,q vel praua doctrina oues corrumpere studet,vel malis exẽplis eas quantũ in se corrumpit,vel sæuitia & persecutione insurgit cõtra oues.Vnde,inquit Augustinus,si qs ob crimen est communicandus est,nõ excommunicetur quia,times ꝙ inimicus factus nocebit cũ potuerit,& ob id taces , nõ increpas, lupum venientem vidisti,& fugisti,corpore lęti sti,animo fugisti.Porro quomodo fugere aliquãdo pastori liceat,dictũ est,circa illud Matthęi.10. Dum vos persequentur in vna ciuitate , fugite ĩ aliam,& alioqui in hac parabola satis indicatur, mercenarii esse,si quis fuga sua sibi cõsulat,oues D autẽ lupo expositas relinquat:nõ autẽ si fine aliquo ouiũ suarum periculo quis fugiat eum qui nõ oues,sed pastorẽ tantũ persequitur. Cęterũcit caprædictã parabolã duplex occurrit difficultas. Primum enim ex ea videtur consequi,omnes Ecclesiasticos pastores præter solũ Christũ esse mercenarios,quia significatur illũ esse mercenarium, cuius non sunt oues propriæ.Nullius autẽ pastoris:prętquam Christi,electi sunt oues ,pprię,cũ
Ioan. 20. Petro dictũ sit:Pasce oues meas,non tuas.Deinde in parabola significatur,mercenario fugiente oues rapi à lupo,cũ Dominus dicat postea ; nemo rapiet oues meas de manu mea.Adhæc dicẽdum, E parabolis multa dici quæ magis exemplo vnde parabola desumitur conueniunt,quàm ipsi rei ob quam parabola assumitur.Vnde nõ oportet in accommodatione omnia rebus per parabolã significatis sic studere adaptare,quomodo illa in exẽplo inueniuntur.Et tamen etiã illa quæ de mercenario & ouibus sunt obiecta,aliquo modo in re à Domino potissimùm significata ostendere licet. Nã etsi cuiuslibet pastoris oues, sint Christi oues,vt ob id ,pprie Christus sit earum dicendus verus pastor,tamẽ quatenus quidã iudiuidua charitate Christo couiuncti vnum cum illo sunt effecti, & membra illius facti,ita vt dicere possint cũ Paulo: viuo autem iam nõ ego , viuit vero in me Chri- Galat. 2. stus.catenus & ipsi veri sunt pastores,& oues eis commissi,r,propriæ eorũ sunt oues, quas pascunt non tanquam alienas , sed tanquam suas,morte etiam pro earum salute obire parati. Quod vero ad oues attinet,quas parabola significat rapi à lupo,dicendum mercenario fugiẽte fieri frequẽter, vt vere Dei oues ad tempus à lupo rapiãtur,& in errores pertrahantur,ac deide vt multi,qui videbantur esse Dei oues, perpetuo in errore detineãtur.postremum etiã veræ Dei oues à lupo rapiũtur & disperguntur,dũ destitutæ patrono, variis externis malis afficiũtur.Vnde Dominus cõqueritur de ouibus suis à pastoribus derelictis,quod sint factæ in deuorationem omnium bestiarũ agri.proinde istud nõ est contrarium ei quod postea dicit Dominus,neminem oues suas, hoc est, electos,rapturum de manu eius.Ex hac autem parabola oportet discere sextam conditionẽ necessariam bono pastori,supra quinque cõditionesin priori parabola notatas superius.Et continet cõditio hic significata duo,nempe vt bonus pastor non suum quærat ex ouibus commodum,sed ouium salutem:deinde vt adeo eam quęrat,vt etiã propter eam animam suam dare sit paratus.Pertinet autem hæc parabola non tantũ ad instructionem pastorum Ecclesiasticorum,sed etiam pastorum secularium,hoc est,iudicum,de quibus etiam Dominus conqueritur Iere.23. & Ezech.34. vbiè regione mercenariorum & malorũ pastorũ prommittitur verus pastor Christus.

EGO SVM PASTOR BONVS, ET COGNOSCO OVES MEAS,&c.] Cum prius se se pastorem bonum asseruisset,& ob id probandam parabolam adduxisset,boni pastoris & mercenarii discremen continentem:nunc idem illud repetit,vt ex prædictis parabolis se verum & bonum esse pastorem declararet. Cum enim suprà duas præmiserit parabolas,quarũ priore pastor dignoscitur à fure,pesteriore vero bonus pastor à mercenario,ex vtraque parabola se Dominus ostendit & pastorem esse , & pastorem bonũ. Nã ex priore parabola demonstrat se pastorem esse, cum dicit, cognosco oues meas.& cognoscũt me meæ.In illa enim dictum erat de pastore,propriãs oues vocat nominatim,& oues vocem eius audiunt & cognoscunt.Ex secunda verò parabola, ostendit se esse bonum pastorem , cum dicit , & & animam meam pono pro ouibus meis. Nam in secunda dictum erat:Bonus pastor animam suam dat prooouibus suis.Porro illud quod inter duas has partes insertum est,nempe;sicut nouit me pater,& ego agnosco patrem, non est vt noua sẽtentia à superioribus separãdũ , sed sic cum illis iungendum, vt altera collationis pars intelligatur præcessisse , & sit sensus: Sic cognosco oues meas,& vicissim illæ me cognoscunt,sicut nouit me pater,& vicissim ego cognosco patrem. Theophylactus tamen post Chrysostomum intelligitil lud.Sicut nouit me pater,&c.nouam esse sententiam & absolutam , & alteram collationis partẽ esse,& ego cognosco patrem,vt sit sensus: sicut nouit me pater , ita & ego cognosco patrem , vt significetur filii & patris cognitio esse æqualis. Quod ideo hic additũ vult,ne putaremus cognitionẽ qua oues Christũ agnoscũt,æqualẽ esse cognitio

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnitioni qua ille oues cognoscit, qa dixerat, cognosco oues meas, & cognoscunt me meę. Verùm prior distinctio & intelligentia aptior est. Et alibi enim Dominus apud Ioannẽ suum cũ electis cõmercium cõparat suo cum patre cõsortio, vt Ioã. 6. Sicut misit me viuẽs pater, & ego viuo propter patrem: & qui mãducat me, & ipse viuet propter me. Et: Sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. In quibus tamẽ collationibus intelligendum est, semper similitudinem esse ex parte, & non per omnia æqualiter quomodo & in præsenti loco. Nõ enim tã perfectè nos nouimus Christũ quàm ipse patrẽ: sed sicut est inter patrẽ & filium mutua cognitio: & inter Christum pa- Ioan. 7. storem & oues eius: & qualis est inter patrẽ & filium cognitio, talis & inter Christum pastorẽ & oues eius. Cognoscit eum pater filium, quia illũ pro naturali suo filio amplectitur, & omnia eius itimè cognoscit, curat & approbat: sic & Christ⁹ oues suas cognoscit, quia & cognoscit ab æterno 2. Tim. 2 quisint à patre prædestinati, iuxta illud Pauli. Nouit Dominus qui sunt sui: & eosdem amãdo solicitè curat quæ ad salutem eorũ pertinent. Cognoscit, filius patrem, quia illũ ꝓ patre suo agnoscit & omnia sua se ab illo accepisse & habere agnoscit. Sic & oues Christũ pastorẽ agnoscũt, quia agnoscũt illum vnũ datũ esse hominibus pastorem, per quẽ solũ sit spes salutis, & rursum omnia sua ad illum tanquam boni omnis authorẽ referunt, omnia illi accepta ferentes. Itaque per hãc similitudinem significatur, nõ vulgarẽ esse cognitionẽ qua ipse Christus cognoscit oues suas. & vicissim cognoscetur ab eis, nec talẽ esse qualis est qua omnia vt Deus cognoscit, & qua etiã dæmones ipsũ cognoscunt, sed cognitionem affectiuam, quæ amorem in se includit. Sicut antẽ Dominus hac similitudine cõditionem pastoris in prima parabola indicatã ostendit nõ simpliciter sed excellenter sibi cõpetere: ita & cõditionẽ boni pastoris in secunda parabola indicatam, excellẽter sibi conuenire ostendit, cũ dicit: Et animam meam pono ꝓ ouibus meis. Plus enim est ponere animam, quàm dare animã, quia, vt patet ex sequẽti declaratione Domini, nemo proprie ponere dicẽdus est animã suam, nisi qui eam habet in sua potestate & manu. Solus ergo Christus potuit ponere, hoc est, de ponere animã suam, quia sicut ille seipsum vltro tradidit manibus persequentium, à quibus iamcaptus, seipsum si voluisset liberare potuisset: ita cũ voluit, spiritum suum emisit, potestatem habens illũ vel emittẽdi prius vel retinendi diutius. Alii verò, qui seipsos aliis occidendos etiã sponte tradunt, aut qui sese ipsi interficiunt, nõ ponũt animas suas; sed tollit eas ab illis gladius. Nã etsi in eorum fit potestate effugere gladiũ & mortem, nõ Isaie. 23. tamen est in eorum potestate immisso gladio animam retinere. De hac positione animæ Christi vaticinatus est Isaias, dicens: Si posuerit pro peccato animã suam, videbit semen longinquum. Et rursum: Fortium diuidet spolia, pro eo q̃ tradidit in mortem animam suam. Vbi Hebræa habent; eo q̃ effudit in mortem animam suam.

ET ALIAS OVES HABEO, QVÆ NON SVNT EX HOC OVILI ET ILLAS, &c.] Ne quæ de ouibus suis dixerat, tantùm illis cõuenire putarentur qui tum in illum crediderunt, q̃ soli illum tunc agnoscebant, ideo falsam hanc opinionem eximens subiecit, & alias oues habeo, loquens de prædestinatis inter gentes, quos & oues vocat, & se habere dicit, quia secũdũ patris prædestinationem erãt oues, eosq̃ habebat. Sic & post ea electi inter gentes, filii Dei vocantur, cùm dicit Ioannes Christum non tantum moriturum pro gente, sed etiam vt filios Dei qui erant dispersi cõgregaret in vnum. Has autem oues dicit nõ esse ex hoc ouili, quia non erant ex congregatione fideli um qui erant apud Iudæos. Et illas, inquit, oportet secundum patris præscriptũ, me, per Apostolos scilicet meos, adducere ad cõsortium fideliũ, Ioan. 12. ad veritatem & vnitatem fidei. Græce tamen pro adducere est ἀγαγεῖν, quod Chrysostomus & Theophylactus interpretantur cõgregare. vt significetur illas oues dispersas esse &, pastore carere. Et si et, ex duob⁹ scilicet populis, Iudaico & gẽtili, vnũ ouile, vel vt Græce, vnus grex, fieriq; simul omnium vnus pastor; cùm modo non sit vnus omnium pastor, quamdiu illæ adhuc dispersæ suo carent pastore, aut alienos sequuntur pastores aut potius dissipatores. De hoc pastore vno, & ouium dispersarũ collectione, Isa. 40. Iere. 23. Eze. 34. & aliis plerisque prophetarum locis.

PROPTEREA ME DILIGIT PATER, QVIA EGO PONO ANIMAM MEAM, &c.] Duo insequentibus declarat. videlicet & quam gratum sit patri quod ponat animam suã ꝓ ouibus, & quare dicat ponere se animam suã, nempe quod illam habeat in sua potestate. Vtrumq; horum cognoscere nobis expediebat, vt hinc & patris & filii erga nos dilectionem maximam adueterememus. Patris quidem, quod ille filio mãdauerit ponere animam pro nobis, eumq; quod poneret animam propter nos, diligeret alioqui dilectissimũ. Filii verò, quod tã voluntarie pro nobis mortem passus sit, quam vitare poterat, & cui nõ erat vt nos obnoxius. Verum difficultas nõnulla est circa illa verba; Proprerea me diligit pater, qa ego pono animam meam. Significatur enim, volũtariam Christi mortem, causam esse dilectionis filii in patre, cũ pater filiũ ab æterno dilexerit, nec possit temporale esse causa æterni. Hunc scrupũ sentiens & mouens Chrysostomus, dicit Dominum hic ꝓpter auditores per dispensationẽ de se submissius loqui, vt & alibi. Id vt recte est dictũ, ita vlterius videndũ quomodo dispensatorius hic sermo verus sit. Itaq; quomodo filius aliquis sciẽs se patri à pueritia semper fuisse atq; etiamnum esse charissimum, si nunc opus aliq̃ faciat quod sciat patri suo fore gratissimum, recte ac vere dicere poterit: Propterea me diligit pater quia opus hoc pfeci; non quasi significare volens iã patris erga se dilectionem incipere, cũ sciat vnice se semper à patre fuisse dilectũ, sed quia ĩ opere illo peculiarẽ rationem amoris patri se præbere nouit, propter quã sibi in eo cõplaceat: sic & propositus sermo est accipiendus. Quasi dicat filius patris Christ⁹: (loquitur autẽ secundum suã humanitatem) In hoc erga me peculiarem rationem amoris & complacentię habet pater, vel hoc ei in me summe placet, & ex ea parte me habet gratissimum q̃ sic ei i amore & dilectione erga homines consentiam, vt etiam mori pro eis velim. Eodem redit quod D. Thomas dilectionẽ istam patris intelligit effectũ dilectionis paternæ, quo scilicet decreuit pater filium propter voluntariam eius mortem clarificare & exaltare, vt sit sensus: Quia ego pono, hoc est, positurus sum (nam præsens tursu pro futuro posit

positum est) animam meã, ideo pater diligit, me, hoc est, nouo dilectionis signo & affectu me statuit donare. Quomodo etiã recte dicimus: Quia hic homo Dei mandata implet, ideo Deus illum diligit, hoc est, peculiarem amoris rationem erga illum habet, aut peculiarẽ suæ dilectionis effectũ ei impẽdit & parauit: cum alioqui dilectio diuina omnem nostram dilectionem & mandatorũ Dei obseruationem præcedat. Dispẽsatorio ergo hoc sermone Dñs de se tanquã homine loquẽs, signi ficat se diligi à patre, eo quod nos diligat, innuẽs proinde magnam esse patris erga nos dilectionẽ vt qui propter nos suum diligat filium. Theophyla⁹ & alium indicat subtiliorẽ intellectum, quo intelligatur hic significari ratio dilectionis, qua ab æterno pater filium dilexerit, nimirum quia pater videret filium sibi per omnia similẽ esse, & seruare characteres suę erga homines charitatis, ob quam similitudinem per filiũ quibusdã naturæ vinculis necessariis & ineuitabilibus ab initio semper dilexerit. Itaq; sensus esset: Ideo patet me diligit, idq; ab æterno, quia adeo sum eiusdẽ cũ eo voluntatis, vt etiam positurus sim animam meã, quia hoc scio illi esse gratum. Porro cũ sequitur; vt iterum sumam eam; coniũctio, vt, cõsecutiuè videtur accipi, vt dicat conditionem & euentum eius quod dicitur, in hunc sensum: Ponam quidẽ animam meam, sed ita, vt iterum eã sumã. Quan quam & ſnaliter accipi potest. Ad tempus enim mori voluit Christus, vt glorioſè resurgeret, sicq; tam sibi quàm omnibus in se credentibus vitam deuicta morte cõpararet. Sic certè accepisse Theophylactum apparet, cũ dicit: An non magnæ dilectionis opus suscepit filius, ignominioſe moriẽs pro nobis, & non solum moriens, sed & iterũ accipiens animam, vt occidat mortem, & nobis immortalitem per resurrectionẽ pararet? Caietanus vt scrupum de dilectionis paternę ratione supra positum effugiat, hanc partem: vt iterũ sumã eã: cõiungit non cum; animam meam pono, sed cum illo; dilexit me pater, vt ordo literæ sit iste: Quia ego pono animam meam, propterea pater me diligit ad hoc, vt iterum sumam eam, hoc est, ideo ex patris dilectione habeo vt meipsum sim resuscitatur⁹. Sed coacta nimis videtur & cõstructio & intelligentia. Cæterum ad declarationem eius quod dixit, ergo pono animam meã, subiũgit: Nemo tollit eam à me. Quod quomodo verum est, cum Iudæi dicantur Christum interemisse & occidisse, vt Act. 1. & alibi patet, nisi quia intelligẽduest nemo tollit eam à me, inuito & nolẽte, Vnde; sequitur, sed ego pono, id est, ponam eã à meipso, hoc est, spõtaneè & vltro. Quod patuit, quãdo Matt. 15. omnibus cõsummatis, quum voluit magna voce spiritum suũ tradens in manus patris, expirauit. Quod videns Centurio agnouit eũ homine maiorem esse, & diuinam illi inesse virtutem. Quod autẽ dixit de ponenda anima sua, magis adhuc ꝓ sequitur, vt & suam potentiam, & suam erga nos charitatẽ nobis inculcaret, & commendaret Potestatem, inquit, habeo ponendi eã, & potestatẽ habeo iterum sumendi eam. Quam duplicẽ potestatem nemo habere potuit, nisi qui Deus simul esset & homo. Hominis enim est animã habere, sed solius Dei eã ponere, & positã assumere. Vnde patet Dominũ hic peculiari ratione dicere se ponere animã suã, cum alioqui secundum phrasim Hebraicam in scripturis, ponere animam, ó- nibus cõueniat hominibus, & sit idẽ q̃ mori. vn de Petrus de se Domino dicit: Animam meã pro te ponam, id est, pro te moriar aut morti exponam. Et Ioannes nos exhortatur: Sicut Christus animam suam ꝓ nobis posuit, ita & nos debemus ꝓ fratribus nostris animas ponere, hoc est, mori aut morti exponere. Itaque omnes etiã homines habent potestatem ponendi animã, imo ónes eã ponunt cum moriuntur. & tamen Domin⁹ de se singulariter dicit, potestatem habeo ponẽdi animã: quia ipse solus eam emittere potuit quando voluit, habẽs in potestate sua nõ solum causã mortis, quam & nos habemus, sed etiã mortem, quam nos non habemus. Cæterum dubitari hic potest quomodo nomen animæ hic debeat accipi an pro ipso spiritu hominis, q̃ est altera hominis pars; an ꝓ vita corporali. quomodo frequẽter accipitur. et quidem D. August. accipit pro ipso spiritu altera hominis parte, atque ex hoc loco do cet refelli hereſim Apollinaristarum, quinegabãt Christum habuisse animam rationalem, sed ipsam diuinitatem illius suppleſſe in carne locũ Verum iam quęrit idem Augustinus secundum qd posuisse Christ⁹ dicẽdus sit animã suã, an secũm suam diuinitatẽ, an secundum humanitatem, & si secundum humanitatem, num secundum animam, an secundum carnem. Et probat ipsum se cundum diuinitatẽ nõ dicẽdum posuisse animã, quia illa à diuinitate etiã i morte nõ fuit separata. Certum itẽ esse ipsum secundum animã non posuisse animã, quod anima à se ipsa non potuerit esse separata. Proinde cõcludendum ipsum se cundum carnẽ posuisse & assumpsisse iterum animã, nõ quod caro eã habuerit ex se potestatẽ, sed ex diuinitate carni vnita. Caietanus autẽ animã hic accipit pro vita corporali, quemadmodũ videtur accipi cum dicitur: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Quo modo si hic etiã accipiatur, dici potest Christum etiã secundum suã diuinitatem aut hypostasim diuinã posuisse animã suam, & eam iterum assumpsisse; quia diuinitas carni & spiritui sẽper manens vnita, vitã corporalẽ quam nascẽdo assumpserat, in morte deposuit, dum spiritum à carne separauit: & eandem vitã rursum assumpsit dum spiritum carni in resurrectione vniuit, in qua vnione vita corporalis consistit. Quanquam autem hic possit recte anima pro ipsa vita accipi, nihil tamen min⁹ hinc error Apollinaris conuincitur, quia vita nõ dicitur anima, nisi ratione spiritus viuificantis, qui propriè dicitur anima. Porrò quo magis intelligamus etiam partem serga nos dilectionem, & non temere quis putet Christum posiurumsuam animã, subiicit: Hoc præceptũ accepiã patre meo, hoc est, id nequaquãex meipso sũ facturus sed pater hoc mihiquatenus hominipræcipit, vt scilicet ponam animam meam pro salute mundi, & iterum sumam eam. Mira semper humanitate suam cum diuinitate confirmat & insinuat. Nam quatenus homo accepit mandatũ, quatenus Dei⁹ potestatem habuit animam ponendi & resumendi. Cum autem hęc prolocutus esset Iesus & noua & inaudita, aclonge supra vulgarem hominũ censum, rursum, in populo variatum est sententiis, sicut supra cap. 7. etiã contigisse scriptum fuit. Plerique enim dicebant, quod iã & ante non semel dixerunt, si quando prodebat illorum sec reta cõfilia, aut si quid supra hominũ captum loqretur

Dæmo

Quomodo Christus animampo suerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dæmonium habet,& insanit. Carent enim sēsu communi quæ loquitur. Quid igitur hunc inuat audire? Rursum alii ex ipsis verbis, ex quibus illi iudicabant Dominum insanire, contrariū colligūt vt semper eadem malis sunt occasio scandali, & bonis atque electis occasio ædificationis. Hęc, inquiunt, verba manifestè arguūt eū qui ea locutus est nō agitari dęmonio. Sapiūt enim virtutē diuinam, & raram quandam præ se ferunt prudentiam omnibus aptè sibi cohærētibus, & apertis rationibus cōfirmatis. Et addunt; Nunquid potest dęmonium cęcorum oculos aperire? quasi dicāt: Si nō suadeamini à verbis, ab operibus moueamini. Dictis enim astipulātur facta, & qualis est oratio, talia sunt facta. Loquitur excedētia sensū humanū, sed idem facit excedētia virtutem humanam, imo & dæmoniacam. Num insanus & malo dæmonio obnoxius potest aperire cæcorū oculos? Exoculare videntem dæmonū est, sed oculos aperire cæco nato virtutis est diuinę. Id cū cōstet ab hoc esse factum, non potest eius oratio à noxio dæmone proficisci, cuius facta cōstat à beneficio Dei profecta esse. Ad hanc cōtrouersiā nihil respondit Dominus, nos iterim docēs nō semp esse cōtendēdum cum improbis, & factis potius declarandū quid possimus quàm verbis, & nonnūquam malorum furori cedendum, nec vnquā oportere obliuisci mansuetudinis euangelicæ.

MITTVNTVR SEPTVAGINTA DISCIPVLI, ET redeunt. Lucæ 10. CAPVT LXXXX.

POst hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ātē faciē suā in omnē ciuitatē & locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidē multa, operarij autē pauci. Rogate ergo Dominū messis, vt mittat operarios in messē suā. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neque perā, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis. In quācunque domū intraueritis, primū dicite: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet sup illū pax vestra: sin autē, ad vos reuertetur. In eadē autē domo manete, edentes & bibētes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite trāsire de domo in domum. Et in quācunque ciuitatē intraueritis, & susceperint vos: māducate quæ apponuntur vobis, & curate infirmos qui ī illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in vos regnū Dei. In quamcūque autē ciuitatem intraueritis, & nō susceperint vos, exeuntes in platēas eius, dicite: Etiā puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos: tamē hoc scitote, quia appropinquauit regnū Dei. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quā illi ciuitati. Væ tibi Chorozaī, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sūt in vobis olim in cilicio & cinere sedētes pœnitērent. Verūtamē Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quam vobis. Et tu Capharnaū vsque ad cœlum exaltata, vsque infernū demergeris. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit: me spernit: qui autē me spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine etiā dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo: Et ait illis: Videbā satanā sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatē calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur, gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit in Spiritu sanctō, & dixit: Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quod abscōdisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiā pater quoniā sic placuit ātē te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater: & quis sit pater nisi filius & cui voluerit filius reuelare, & cōuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ & reges voluerūt videre quæ vos videtis, & non viderūt & audire quæ auditis, & non audierunt.

A.9. 55. A.10. 55. L.6. 55.

A.13. 47.

A.11. 74.

POST HÆC AVTEM DESIGNAVIT DOMINVS ET ALIOS SEPTVAGINTA.] Hoc loco inter ea quæ superiori cap. posita sunt ex Ioan. cap. 10. & illa quæ eodem cap. Ioānis sequuntur de gestis encæniorum tēpore, interponendū omnino videtur quod Lucas scribit cap. 10. de ordinatis & missis 70. discipulis, cum aliis quibusdam sequentibus apud Lucā per aliquot capita. Nā cum ea quæ hactenus ex Ioanne per aliquot capita sunt posita, cōtinuo inter se ordine hęreant, & in Ierusalem omnia cōtigerint, vt verisimile sit cōtigisse omnia statī post scenopegię festum, & inter illud festum, ac festum encęniorū aliquot menses intercesserint, cōueniētissime intelligitur tempore illo intermedio factā hāc 70. discipulorum ordinationem & missionē, quę nec ante festum tabernaculorū intelligi potest facta, cū dicat Lucas post ascensum Christi in Ierusalē factam esse: nec post encęniorum festū cùm post illud & passionē Domini, breue nimis sit tēpus, quàm vt videri possit in ipso factā hanc missionem cum aliis multis à Luca narratis per multa capita. Proinde cum supra ostensum sit Dominū impleto tēpore assumptionis suæ, de quo Lucę 9. penitus reliquisse Galilæam, nec eam ante mortē repetiuisse, cōsequi videtur hāc discipulorū missionē factā in Iudæa & locis circūuicinis, in quibus cum hactenus nō prædicasset, diuersari instā te sua passione in Iurisalem cōplenda voluit. Et alioqui optima est huius capitis cū superiori capite ex Ioanne connexio. Nam cū ibi se bonū esse pastorem docuerit, his misertus turbarū, quod essent vexati & iacentes sicut oues nō habentes pastorem, cōstituit tanquam bonus pastor eos q secum populum salutari pascerent doctrina. Porro de numero discipulorū iam designatorū aliqd est cōtrouersiæ. Nā Latinorū quidē libri etiam antiquissimi omnes habēt fuisse septuagīta duos, Græco

Græcorū verò septuaginta tātùm. Itaq; Beda eius numeri quē legunt Latini rationē assignans, ideo 72. missos dicit, quia totidē mundi gentibus euāgelium prędicandum erat, sicut in prima missione 12. sunt ordinati propter 12. tribus Israel, quibus euangelium primò erat prædicandū. Nā post linguarum confusionē factā in constructione turris Babel, fuisse in mundo linguas 72. colligi solet ex Genes. c. 10. vbi 72. ponūtur personæ, à quibus diuisæ sunt gentes in terra iuxta linguas suas. Græci verò 70. ordinatos à Domino asserunt, propter figurā quę scribitur Exodi 15. vbi dicūtur filij Israel in Elim inuenisse 12. fontes aquarū & 70. palmas iuxta fontes. Et rursum ad imitationē Mosis, qui sicut habebat 12. principes tribuum, ita etiam elegerat à principio egressus 70. seniores, cū quibus familiarius conuersabatur, vt patet Exodi 24. qui etiam postea cum conquereretur se ipsolū nō posse ferre onus populi, ex mandato Dei, 70. seniores elegit, quibus Deus spiritum Moysis impertiait, vt scribitur Num. 11. c. Vnde & postea māsit ea apud Iudæos consuetudo, vt in Ierusalem essent 70. seniores veluti senatores, qui cum principe sacerdotum populum Israeliticum iudicarent & gubernarent, de qualibus sit mentio Ezech. 8. Dicebantur autem seniores nō tam ob ætatem quàm morum grauitatem & prudentiam, à quibus proinde crediderim deriuatū vt ab ipsis Apostolis presbyteri, hoc est, seniores dicerētur, qui populo Christiano præessent in munere docendi, & sacramēta administrandi; quemadmodum id nomen adhuc permanet in sacerdotibus. Sicut ergo ratio numeri, quē Græci assignant, conuenientior est quā ea quā Beda assignat, aut alius quisquā de numero septuaginta duorū: ita probabilior est Græcorum lectio, quā post omnes Græcos etiā Hieronymum secutū patet, cū ad Fabiolam scribens, in māsione sexta sic habet: Nunquā prius occurrerunt fontes puriſſimi, nisi vbi magistrorum doctrina prorupit. Nec dubiū quin de Apostolis duodecim sermo sit, de quorū fontibus deriuatæ aquę totius mūdi sicitatē rigant. Iuxta has aquas septuaginta creuerunt palmæ, quos & ipsos secūdi ordinis intelligimus præceptores, Luca Euangelista testante, 12. fuisse Apostolos, & 70. discipulos minoris gradus, quos & binos ante se Dominus præmittebat. De quibus & Paulus refert, q̄ apparuerit Dominus primū vndecim, deinde Apostolis omnibus, alios volens intelligi primos, & alios secundos Christi discipulos. Hæc D. Hieronymus. Quin & Dorotheus martyr, teste quodā, in cōpendio rerū apostolicarū & propheticarū nominatim recēsens discipulos, 70 tātū facit, nō septuaginta duos. Proinde Valla apud Latinos cōtrariū accidisse putat in numero istorū discipulorū, quā accidit in nominā do numero interpretum veteris testamenti, quos 70. nominamus, cū cōstet fuisse 72. cum è singulis tribubus delecti essent sex, vt testatur Iosephus lib. Antiq. 12. c. 2. Sicut ergo illi cum 72. essent, dicuntur ferè 70. quod, vt est verisimile, studio factū est, non aliter quàm apud Romanos Centumuiri dicti sunt iudices è singulis tribubus quę trigintaquinq; erant (è quibus terni delecti, cētū & quinque numerato erant) sic cōtrà cum 70. tantū essent isti discipuli, quos dā putat scripsisse 72. q̄ putarēt iam factū à Domino in discipulis, qd factum fuerat in 70 interpretibus, vt scilicet ex singulis tribub⁹ sex fuerint delecti, q̄ Apostolos 12. elegerit, non tamen singulis tribubus singulos. Certè & D. Ambrosium legisse 70. tantùm, patet, cum exponens hūc locū, Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos, Ad septuaginta, inqt, dicit hoc. Vt ex his omnibus verisimile sit codices nostros Latinos esse vitiatos, cùm tū & Augustinus sic legat, & mirè consentiant Latinorum exēplaria. Quanquam, vt nec illud fileamus, videatur probabile seniores illos quibus Deus impertiuit spiritum Mosis, (ad quorū imitationē discipuli isti sunt instituti) fuisse non tantùm 70. sed 72. cùm præter seniores 70. quos dicitur Moses fecisse stare circa tabernaculū, duo adhuc remanentes in castris, Eldad scilicet & Medad, qui ipsi descripti fuerāt, etiam spiritu prophetico donati fuerint, vnde Iudæi asserunt fuisse 72. descriptos, & ex vnaquaq; tribu sex fuisse delectos, vt videri possit ad huius imitationem Eleazarum pontificem misisse ad Ptolomeū 72. seniores, delectis sex ex singulis tribubus qui illi sacra Biblia in linguam Græcā verterent. Verùm prolixior de hac re disputatio curiositatis notari posset, nisi ea necessaria fuisset ad rationē numeri nō sine causa à Domino obseruati inuestigandā. Itaq; cum iam Dominus multos sibi delegisset discipulos, qui ex frequenti secū consuetudine Euāgelio prædicando pro tēporis exigentia apti essent, cūq; iam rempus suæ passionis appeteret, vt non liceret ipsi diu Iudæorum ciuitates inuisere & perābulare, auctiorem iam numerū discipulorū quos ante se mitteret delegit, per quos citò Euangelij prædicatio in oēs Iudęæ & vicinarū regionū ciuitates peruenīret. Et quemadmodū in principio fui regni & p̄dicationis 12. elegit, veluti 12. principes & patres 12. tribuū Israel: ita regno suo increscente 70. vel 72. delegit alios veluti 70. populi Israelitici senatores, quorū opera vteretur ad imitationē Mosis, regni sui speciem & maiestatem hac ratione declarans. Potest etiā intelligi hic numerus obseruatus ab ipso ad imitationē illorū 70. cū quibus Iacob ingressus est Ægyptū, vt scribitur Genes. 46. & Deuteron. decimo. Porro sicut duplex hic ordo discipulorū suas habet in veteri testamēto præcedentes figuras: ita ipse forma erat & exēplar quoddam duplicis ordinis in Ecclesia Christi instituendi, nimirū ordinis episcoporū & minorū sacerdotum, quemadmodum id ab initio semper Ecclesiastici patres intellexerūt. Vnde D. Clemēs in epistola ad Iacobum fratrem Domini, Petrum refert dixisse Dominum docuisse, episcopos vicē Apostolorum gerere, eundémque Petrū in sinuasse, reliquorum discipulorū vicem tenere presbyteros debere. Proinde hinc colligere argumentū ad probandum distinctionem ordinis episcopalis ab ordine minorum sacerdotum, contra eos qui omnes sacerdotes volūt esse æquales. Septuaginta enim hos discipulos non fuisse æquales 12. Apostolis, patet ex eo q̄ post 12. Apostolos à Domino ordinati, non peruenerunt ad eorum nomen, sed permānsit ipsis duodecim nomē Apostoli proprium. Et rursum q̄ ex horū proculdubio numero, ab Apostolis Matthias sit pro Iuda in Apostolorū collegiū ascitus, prouectus nimirum ex ordine incferiori ad superiorē. Porro quæcunque Lucas hic commemorat Dominum fecisse circa hos 70. eisque dixisse, & præcepisse vsque ad illum locum; Væ tibi Corozaim, habita sunt in c. Cōcordiæ 55.

Lex discipuli fuerint 72.

A

B

C

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum hic proprium habet Lucas, ꝙ istis mãdatum commemoret, vt neminẽ per viã salutarent, quãquam dubitandum non sit istud etiã 12. Apostolis dictum fuisse. Hoc autem præcepto non penitus omnẽ salutationem suis prohibere voluit. Quomodo enim conueniret id quod humanitatis est & beneuolentiæ eum prohibere, qui iubet etiam inimicis benedicere, eósq; salutare, hoc est, salutẽ eis imprecari? Sed hyperbolicus est sermo, quo suis seduliratem & celeritatem in iniuncto opere commendauit, innuens omnem vanam confabulationem, quæ salutationem consequi solet, in via esse fugiendam, omnésque itineris moras, ac occasiones distractionis spiritus à cogitatione eorum quæ eis demandata erant, esse amputandas. Simile præceptum Helizeus eadẽ de causa dedit Giezi famulo suo, cùm eum mitteret ad opus quod festinationem exigebat, dicens, vt scribitur 4. Reg. 4. Si inueneris hominem, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. Vbi, vt intelligamus quid sit salutare, Hebræa habent benedicere. quomodo & Septuaginta verterunt. Inter sacculum autem & peram hoc interest, ꝙ per sacculum significetur repositorium pecuniarum, est enim Γλῶσσόκομον, id est, marsupium, crumena: per peram verò, cibariorum repositorium. Quæ ab illo loco, Væ tibi Corozaim, habentur, vsque ad illud, Qui vos audit; habita sunt superius ex Matthæi cap. 11. in cap. Concor. 47. Quàm cõmodam autem habeant cum superioribus in hoc loco connexionem, per sese satis patet: quanquã dubitari possit an hoc loco & tempore sint à Domino dicta, an potius Lucas ob eorum cõuenientiam cum superioribus hic commemorare commodum duxerit, quæ alio loco & tempore dicta erant. Et quod sequitur, Qui vos audit, &c. simile etiam Apostolis dictum fuit in ipsorum missione, vt videre est in capite Matth. 10. & cap. Cõcor. 55. circa finem. Eis enim ibi dictũ legimus: Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ q me misit. Quo etiam cõtrariũ significatũ est eius qđ hîc apertè ponitur: Qui vos spernit, me spernit: Qui autẽ me spernit, spernit eum qui me misit: Hoc tantùm interest in hunc Lucę & illũ Matthæi locũ, quod ibi dicatur: Qui vos recipit, (quod de receptione in hospitiũ propter ea quæ sequuntur videtur accipiendũ) hîc verò dicitur: Qui vos audit, id est, qui vestræ doctrinæ credit, vestrisque præceptis obtemperat, quę meo nomine iniungitis. Circa quæ verba notandũ quanta sit ecclesiasticorum præpositorũ potestas, quámq; cauẽdum ab eorum inobedientia & contemptu, cùm illis recta præcipientibus nõ secus quàm Christo, cuius vice funguntur, sit obediendũ, eorúmque contemptus pro contemptu Dei reputetur. Vnde similiter & ad Samuelem, cùm à Iudæis spernerentur, Dominus dicit: Non te spreuerunt, sed me. Et Moyses rebellibus Iudæis dixit: Non contra nos est murmur vestrũ, sed cõtra Deum. Qui & Deut. 17. necandum statuit eum qui sacerdotis iudicio & præcepto recusaret obedire.

1. Reg. 8. Exod. 16.

REVERSI SVNT AVTEM SEPTVAGINTA DVO CVM GAVDIO DICENTES: DOMINE.] Sicut Lucas cap. 9. & Marcus c. 6. missioni Apostolorum mox subiunxerunt eorum reuersionem: ita & nũc Lucas post 70. ablegationem commemorat quę illis redeuntibus à Domino sunt dicta, omissis his quæ medio tẽpore facta sunt vel à 70. vel à Domino, cuius facta medio illo tẽpore gesta verisimile est Lucam postea narrate, cũ inter cætera dicit c. 13. Ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalẽ. Premiserat enim hos 70. in omnem ciuitatem & locũ quo erat ipse venturus, vt sibi venturo viam pararent. Itaque reuersi 70. ad Dominum, narrantesq; ei ꝙ fecerant, cum gaudio dicebant: Domine non tantùm morbi pelluntur per nos, sed etiã dæmonia subiiciuntur nobis per inuocatum nomen tuum super ea. Dixerat enim dominus his cum mitterẽtur, tantũ illud: Infirmos qui in domo sunt curate; nec apertè dederat eis potestatẽ super dæmonia, quẽadmodũ dederat 12. Apostolis. Proinde gaudẽtes narrant non tantùm morbos curatos, sed etiã dæmones expulsos. Et quidẽ recte in eo fecerunt, ꝙ ad Dominum à quo missi fuerunt reuersi sint, eiq́ue renunciauerint quæ gesserãt, & miraculorum virtutem illi tribuerint, dicentes: in nomine tuo; Quo & nos docemur, euangelicum doctorẽ omnem suæ prædicationis fructum & gloriã referre debere Christo, quem habet officij sui authorẽ, quemadmodum dictum est circa reditum Apostolorum cap. Concord. 57. Verùm humani cuiusdã affectus & imperfectionis erat, ꝙ suum gaudium declarauerint magis de eiectis dæmoniis, quam de profectu & fide auditorũ, de qua magis erat gaudendum: quódque in seipsis haberent aliquã cõplacentiam, ob id ꝙ sibi dæmonia subiicerentur. Dicunt enim; subiiciuntur nobis. Dominus autem ait illis: Videbam sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Quod variè intelligitur. Quidam enim accipiunt istud dictũ de lapsu diaboli è cœlo propter suam superbiam, quem lapsum cùm nullus hominum viderit, Christus se vidisse testatur, diuinitatẽ suam insinuans. Comparatur autẽ secũdũ hunc intellectum sathanas è cœlo cadens, fulguri è cœlo in terras subitò delabenti, ꝙ cùm ille clarus prius esset in cœlo, & insignis dignitatis, ob tumorem animi subitò deiectus est à summis ad ima, claritate sua perdita & extincta. Hunc intellectũ secutus D. Greg. & post eũ quidã, intelligunt Dominum quo muniret suorũ animos aduersus morbũ inanis glorię, qui his videbatur obrepsisse, proposuisse hac sentẽtia exemplum Luciferi, qui ob superbiam à tanta fœlicitate subito excidisset. Sic enim habet Gregorius lib. 23. Moral. ca. 7. vbi quatuor arrogantiæ species designat: Sancti Apostoli ab hoc elationis vitio reuocãtur, qui de prædicatione redeuntes, cũ elati dicerent: Domine in nomine tuo etiam dæmonia nobis subiecta sunt; ne de hac miraculorũ singularitate gauderẽt, ilico eis respondet Dominus, dicens: Videbam sathanã velut fulgur de cœlo cadentem. Ipse enim singulariter elatus dixerat: Super astra cœli exaltabo soliũ meum, sedebo in mõte altissimi in lateribus aquilonis, similis ero altissimo. Et mirè Dominus, vt in discipulorum cordibus elationem premeret, mox iudiciũ ruinæ retulit, quod ipse magister elationis accepit, vt in authore superbiæ discerent, quid de elationis vitio formidarẽt. Hęc ille. Theophylactus etiam hunc reddens sensum istius sententiæ, intelligit Dominũ significare voluisse, non mirandum esse velut rẽ nouam, ꝙ dæmonia nomini suo subiicerentur, cum princeps eorũ olim è cœlo ceciderit. Ad quod propositum si placet accipere hanc sententiam, præstat eam accipere in sensu quem alij sequuntur, cuius & Theophylactus

Isaiæ 14.

lactus meminit, secundùm quem intelligitur hęc sententia non de illa diaboli ruina, qua in initio cecidit è cœlo in hunc caliginosum aẽrẽ propter suam superbiam. sed ea ruina, qua verbo Dei incarnato, deiici cœpit à sua potentia, tyrannide, & gloria quam habuit ante verbi incarnationem in hoc mundo, vt Dominus discipulis dęmonũ subiectionem admirantibus, ne tanquam rem nouã admirarentur, & vt causam huius subiectionis intelligerent, responderit, se iam olim vidisse principem dæmoniũ, qui illos fortes reddebat, cecidisse, perdita quam habebat potestate, atque ob id fieri vt & illi facilè vincantur. Secundùm hunc sensum si illud è cœlo iungatur cũ participio, cadentẽ, vt significetur sathanas è cœlo cadens, per cœlũ, intelligenda erit celsitudo, potẽtia & gloria, q̃ habuit antequã Deus assumpto corpore in terris versaretur, cũ pro Deo passim diabolus in idolis coleretur, & p vitia hominibus dominaretur, & obsessis à dæmoniis omnia loca plena essent. Alioqui illud, è cœlo, coniungi potest cũ, fulgur, vt sit sensus: Postquã assumpsi humanã naturam, videbã sathanam cadentem, sicut fulgur cadit è cœlo. Vsus est autem Dominus fulguris exemplo, vt significaret velocitatẽ lapsus illius, quodq; à summa celsitudine subitò sic sit eiectus, vt fere euanuerit. Potest & sic intelligi, & forte cõueniẽtius, Ne putetis vos mihi rẽ nouam & incognitã narrare. Sciebã enim cum vos emisi ad prædicandum euangelium meum, ruituras esse sathanæ vires, imo cũ dæmonia eiiceretis, ipse ego vobis aderã, ac videbam quod vos non videratis, sathanam ipsum fulguris ritum cadere, viréq; eius euanescere. Hic enim sensus cõuenit verbo imperfecti prẽteriti, Videbam. Nã secundum alios sensus magis dicendum erat, Vidi. Porro Dominus potestatem eiiciendi dæmones, de qua illi gaudebant, nõ solũ confirmans, sed etiam augens subiicit: Ecce dedi, vel, vt habent Græci, δέδωκα, hoc est, do vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnẽ virtutem, id est, fortitudinẽ & potentiam inimici, s. diaboli, & nihil vobis nocebit. In quibus verbis ad literam per serpentes & scorpiones intelligenda sunt ipsa venenata animalia, hominibus maximè inimica, noxia & metuenda, quę diabolo aptè cõiungit, tum ꝙ ipse venenosus & inimicissimus sit humano generi, tum ꝙ p illa animalia hominibus nocere studeat, per cuius item deceptionem factum est vt illa animalia iam sint hominibus inimica & nociua, cũ nihil homini ab illis periculi fuisset, si in integritate perstitisset. Vnde Dominus dicens; supra serpẽtes & scorpiones & omnem virtutem inimici, significat etiã serpentes & scorpiones esse virtutem inimici, vt pote per quos propter peccatum diabolus hominibus præualet & nocet. Simile huic est quod in psalmis iusto promittitur: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem. Quod etiam corporaliter & ad literã impletum fuisse frequenter in iustis experientia docuit: quẽadmodũ & illud, nihil vobis nocebit, sic corporaliter impletũ est in fidelibus, vt nec venena, nec venenata quicquam eos læderent. sicut patuit in Paulo, qui viperã illæsus excussit, & Ioanne, qui veneno infectũ potũ sine nocumento ebibit. Cæterũ secundùm mysticum sensum per serpentes & scorpiones, dæmones rectè intelliguntur: & p serpentes quidẽ, eos qui in aperta aliqua crimina per trahere conantur, quia serpens aperte hominem impetit: per scorpiones verò, qui cauda occulte hominẽ verberant, eos qui in vitia occulta, spiritalia, s. trahere studet, vt intelligamus Dominum his verbis omnibus fidelibus dare potestatem superandi omnem diaboli tẽtationẽ, siue qua aperte, siue qua occulte eos impetit, vt nihil eis noceat, sed omnia potius eis cooperentur in bonum: quemadmodum & illud: Signa eos qui crediderint hæc sequentur, &c. mystice sic intelligitur, vt omnibus conueniat fidelibus, & in eis quotidie impleatur.

Psal. 90. Aster. 28. Sensus mysticus.

VERVNTAMEN IN HOC NOLITE GAVDERE, QVIA SPIRITVS, &c.] Postq̃ suis Dominus potestatem de qua gaudebant cõfirmasset, & auxisset, tum demum oportune eorũ lætitiam, quæ inanem sapiebat gloriam, moderare & temperare studuit, dicens: Veruntamen in hoc nolite gaudere, &c. Circa quæ tamen verba quæri potest, quomodo gaudium istud Dominus prohibeat, cum de omni bono & dono Dei sit gaudẽdum, & deinde gaudium hoc discipulorum de eo fuerit, in quo nomen Iesu illustrabatur. Sed dicẽdum primùm, quòd gaudium discipulorum, quatenus culpabile erat & immoderatum, Dominus prohibere voluerit. Erat autẽ culpabile & immoderatum, quatenus gaudebant sibi subiici dæmonia, quódq; quia in eo ipsi essent præ aliis singulares, humanã aliquam complacentiam habebant. Vnde hunc eorum affectum notans Dominus dicit, ne gaudeatis quòd vobis subiiciuntur. Gaudendum enim quòd spiritus subiicerentur nomini Iesu, ad gloriã Dei, & hominum vtilitatem. Deinde dicendum, Dominum nõ simpliciter gaudiũ hoc voluisse excludere, sed ab illo ad gaudiũ maius, perfectius, & iustius voluisse erigere, vt sit sensus: Non tam in eo gaudeatis quòd spiritus vobis subiiciuntur, quàm ꝙ nomina vestra scripta sunt in cœlis. In illo ergo minus vult esse gaudendum, quàm in isto, quia illud non ad propriã hominis spectat salutem, sed ad aliorum vtilitatem, cõmune etiam reprobis: istud verò ad propriã pertinet salutem, solis iustis conueniens. Deinde quia gaudium illud tumorem & superbiã generare solet, istud verò gaudium gratiarum actionẽ, & omnis boni operis strenuam solicitudinem. Porrò nomina aliquorum scripta esse in cœlis, non est aliud, q̃ illos haberi apud Deum in numero iustorum, & eorum quibus cœlestia regna sunt parata, hoc est, vt Paulus dicit, esse cives sanctorũ & domesticos Dei. Et est locutio huiusmodi desumpta à cõsuetudine humana, qua aliquorũ nomina ascribi solent ciuibus, dum ciuitate donabãtur, aut qua reges aliquos amicorũ numero inscribere solebant. Sic ergo scriptura Dei est annumeratio alicuius inter amicos Dei. Vnde toties in scripturis fit mẽtio de libro vitæ vel viuentiũ, qui nihil est aliud quàm notitia Dei qua nouit ordinatos à se ad vitam æternam. Porro quo intelligatur quomodo scripturа quosdam dicat deleri è libro vitæ, & iustis pro præmio promittat nõ deleri è libro vitæ, vt patet Apocal. 3. cum prædestinatus à Deo ad vitã æternam non possit ab illa excidere, nec quisquã mereri possit vt prædestinetur: notandum ꝙ dupliciter quis dicitur ordinatus à Deo ad vitam æternam, videlicet vel ex prædestinatione diuina, vel ex gratia & iustitia quã habet. Quicunq; enim gratiam Dei habet & iustus est, ex hoc ipso est dignus vi-

*Nomina scripta in cœlis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea æterna & ad eã ordinatus. Sicut ergo prædesti- A natio diuina nunq̃ deficit, nec falli potest: ita qui ex ea ordinati sunt ad vitã æternã, ab æterno semper fuerunt in libro vitæ descripti, semperque in eo scripti permanent, nec vnquam ex eo delẽtur, vnde dicuntur simpliciter scripti in libro vitæ. Sed quemadmodum gratia & iustitia nõ ab initio fuit in homine, & postquam acquisita est nonnunquã deficit, amissa per sequens peccatum: ita qui ex ea ordinati sunt ad vitam, non semper in libro vitæ fuerunt scripti, sed scribi cœperunt, cùm credere & Deo placere cœperunt, & postquam conscripti sunt, deleri ex eo possunt. vnde tantùm secundum quid dicuntur scripti in libro vitæ. Et tamẽ ratione posterioris huius cõfiderationis scriptura potissimum aliquos dicit in libro vitæ descriptos. B
Philip. 4. Nam Paulus asserit, adiutorum suorum de quibus ibi loquitur, nomina scripta in libro vitę, quos non est verisimile ipsum voluisse asserere/esse prędestinatos, & proculdubio saluandos, sed potius, quemadmodum de Ephesiis dicit, iam esse factos per fidem & charitatem ciues sanctorum, & domesticos Dei, quod vtique non erant antequam crederent. Nam tunc Ephesios dicit fuisse peregrinos & aduenas. Ex his colligere licet, quomodo intelligendũ sit quod in quadam collecta secreta, quæ Diuo Augustino tribuitur, oramus dicentes: Deus cui soli cognitus est numerus electorũ in superna fœlicitate locandus, tribue quæsumus C vt vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus, & omnium fidelium nomina, beatæ prædestinationis liber ascripta retineat. Intelligẽdum enim orare nos, non vt aliqui prædestinentur, aut vt prædestinati ab æterno maneant prædestinati: sed vt qui iam per fidem sunt inter sanctos connumerati, & ad vitam ordinati, in fide & iustitia perseuerent, nec per peccatum excidant à sanctorum numero, & spe cœlestis vitæ. Hinc etiã colligere licet non esse firmum quod ex Domini verbis colligit Caietanus, asserens ex eo ꝙ Dominus dicit nomina horum discipulorum fuisse scripta in cœlis, clarè haberi, hos omnes fuisse prædestinatos & esse beatos, atque hoc respectu melius fuisse collegium 70. quàm 12. Apostolorum, quorum vnus fuit damnatus. Magis enim verisi- D mile est Dominum dicere nomina eorum scripta in cœlis, propter præsentem eorum fidẽ & iustitiã, quàm propter æternam Dei prædestinationem: sicut contrà de impiis dicit Hieremias: Recedentes à te in terra scribentur, impietati tribuens cõ-
Hier. 17. scriptionem in terra, non æternæ Dei reprobationi: ac significans conscriptionem illam sequi hominum peccata & demeritum. Et alioqui etiamsi ratione diuinæ prædestinationis dicat Dominus horum nomina scripta in cœlis, non magis hinc consequitur omnes simpliciter esse saluatos, quã consequitur saluatos esse omnes 12. Apostolos, ex eo quod Dominus dixit ad illos: Sedebitis & vos E super sedes duodecim, iudicantes 12. tribus Israel; de cuius veritate post dicetur. Hoc vel ob id anno tare visum est, ꝙ ab his qui discipulorum horum nomina recensere studuerunt, recensentur quidã qui à fide recta defecerunt, vt Philetus & Hermogenes. Recensentur autem discipulorum nomina à Volaterrano lib. 19. Vrbanorum commentariorum, sed multo plura recensentur quàm 70. vel 72. & fere omnia sunt collecta ex Actis & Pauli epistolis: & connumerantur quidam, quos certum est post Christi ascensum ad fidem conuersos, vt Eunuchus Candacis reginę conuersus à Philippo diacono, & Philemon conuersus à Paulo. Recensentur etiam apud Vvicelium in Hagiologio ipsius 70. nomina ex libello cui titulus, Cultura vineæ Dominicæ: sed inter illa etiam, præter alios de quibus dubitari potest, commemorantur Philemon & Lucas, quem ex euangelij eius procemio magis apparet cum Domino non fuisse familiariter versatum. Eusebius ecclesiasticæ historiæ lib. 1. cap. 14. testatur se 70. discipulorum nomina nusquam reperisse scripta, credi tamen vnum ex illis fuisse Barnabam, qui Pauli in prædicatione fuit socius: ac Clementem in 4. dispos. libro etiam Cephæ cuiusdam qui ex eis fuit, facere mentionẽ, & Matthiam item ex horum fuisse numero, nec non & Tattheum quendam, alium ab Apostolo Iuda Thaddeo, de quo nouam ibi refert historiã. His verisimiliter coniungendus est Ioseph ille, qui cognominabatur Barsabbas & Iustus, & cum Matthia constitutus fuit, cum pro Iuda alius surrogandus esset. Et rursum 7. forte diaconi primi, ac Ananias qui Paulum baptizauit. De reliquis nihil certi habeo aut valde probabile.

In ipsa hora exvltavit in spiritv sancto, et dixit: confiteor.] Postquam discipulos de subiectione dæmonum gaudentes Dominus admonuit qua in re potissimum gaudere debeant, commẽdè etiam ipse cum gaudentibus discipulis gauisus est, sed gaudio dissimili. Nam illi quidem humano affectu gaudebant, placentes sibi in dęmonum subiectione: Dominus verò spirituali gaudio gauisus est, non id ꝙ dæmones suo nomini subicerentur, vnde nomini eius multum accessit gloriæ, sed ꝙ Dei benignitate, veritatis cognitio discipulis infipiẽtibus reuelata esset: quod ferè aliud non erat quàm gloriari & gaudere quòd nomina eorum scripta essent in cœlis. Itaque quod prius verbis docuerat, iam etiam reipsa declarauit, quale scilicet debeat esse gaudium nostrum, & quibus in rebus, nempe in cognitione Dei, quemadmodum
Ier. 9. apud Ieremiam dicit Dominus: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. Rursum hac sua exultatione & gratiarum actione Dominus nos & illos docuit, non nobis arrogare ex donis Dei vllam gloriæ portionẽ, sed illi omnia accepta ferre à quo sunt omnia bona. Exultauit, inquit, in Spiritu sancto, id est, per Spiritum sanctũ, qui habitãs in Christo homine, ad actualem hanc exultationem eum commouit. Græcè tamen nõ est prępositio, in, nec adiectiuũ, sancto, sed tantùm, exultauit spiritu, vt sensus esse possit: Eultauit spiritu suo & animo, ad differentiam exultationis corporalis, ad cuius discrimen deipara virgo dixit, Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Vnde & nostra litera accipi potest, vt significetur eum exultasse in animo & spiritu suo qui est sanctus. Cæterum hæc gratiarum actio Christi simul cum illis sequentibus, Omnia mihi tradita sunt, &c. habita & exposita sunt supra in c. Concordiæ 47. ex Matthæi ca. 11. Quæ verò postea sequuntur: Beati oculi qui vident quæ vos videtis, &c. habita sunt in Matth. cap. 13. in cap. Concordiæ 51.

PRO

PROPONITVR PARABOLA DE SAMARITANO.

Lucæ 10. CAPVT LXXXI.

ECce quidam legisperitus surrexit, tentans illũ, & dicens Magister, quid faciẽdo vitã æternam possidebo? At ille dixit ad eũ: In lege quid scriptũ est? quomodo legis? Ille respondẽs dixit: Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnib. viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximũ tuũ sicut teipsũ. Dixitque illi: Rectè respõdisti, hoc fac & vines. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesũ: Et quis est meus proximus? Suscipiens autẽ Iesus, dixit: Homo quidã descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despolitauerũt eũ, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto. Accidit autẽ vt sacerdos quidam descenderet eadẽ via, & viso illo, præteriuit. Similiter Leuita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. Samaritanus autẽ quidam iter faciens venit secus eum, & vidẽs eum, misericordia motus est: & approprians alligauit vulnera eius, infundẽs oleũ & vinum: & imponens illũ in iumentum suum duxit in stabulum: & curã eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcũque supererogaueris, ego quũ rediero, reddã tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiã in illũ. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

ET ECCE QVIDAM LEGIS PERITVS SVRREXIT, TENTANS ILLVM, ET DICENS.] Nulla significatur à Luca huius historiæ eũ præcedentibus continuatio. Nõ enim dicit, & ecce tunc, sed tantum, & ecce. Transit enim ad alia commemoranda, quæ memoriæ tum occurrebant, quæ quo tempore, quove loco sint gesta, sicut & multa quæ sequentibus narrãtur capitulis, sciri non potest, sicut nec necesse est cognoscere, proinde quo ordine ea Lucas posuit, & nos in Cõcordia multis capitibus sumus prosecuti. Cæterum hãc historiam nõ tũ contigisse quando superiora à Domino dicebantur discipulis, satis ex Luca patet. Nam tunc seorsum discipulis Dominus loquebatur. Græca enim habẽt: Conuersus ad discipulos suos seorsum dixit: Beati oculi, &c. Hæc verò historia cõtigit populo præsente, & verisimiliter in synagoga, vbi multis doctoribus sedẽtibus, & Domino cũ eis disputante, iste surrexerit. Dicitur enim: Ecce quidã legispiritus surrexit. Itaque hic legispiritus audiens Dominum proprio more de vita æterna & regno cœlorum differentem, adiit Dominum nõ discendi quidem animo, sed tentandi, nimirum experiri volens quid respondet, num forte aliquid legi contrariũ dicturus esset ad vitam æternam, quam prædicabat consequendam expediens. an aliquid minus dicturus esset, quàm ipsemet ex legis intima cognitione intellexerat ad vitam æternã quàm maximè expedire & sufficere. Pharisæos enim & scribas sibi in eo placuisse, quod intelligerent maximum omniũ mandatorum esse illud quod scribitur Deuteron. 6. ac speras se Dominum illud ignoraturũ, patet eo quod postea quidã legisdoctor eum interrogauit tentando: Quod esset mandatum magnũ in lege? vt scribitur Matth. 22. Marci 12. Illum enim legisperitum non fuisse eundem cum isto, quemadmodum tamen putauit quidam, vel ex eo præter alia satis patet, quòd ibi Dominus respondet duo maxima mandata, hic verò ipse legisperitus. Quãquã verisimile sit Lucam alterius illius legisperiti non fecisse cum Matthæo & Marco mentionem, quod hoc loco de alio legisperito similia narrasset, satis habens duo prima legis mandata semel commorasse. Quærit autẽ iste scriba non vt ille apud Matth. quod sit mandatũ magnũ in lege: sed quid faciendo, inquit, vitam æternã possidebo? Quam eãdem quæstionem etiam postea Lucas cap. 17. cõ-

A memorat Dominus propositã, nõ à scriba, sed à principe quodam diuite, quem adolescẽte fuisse Matthæus testatur, neque tentandi animo, sed discendi. Porro quoniam hic scriba Dominum tẽtando interrogauit, & de lege tentauit, commodè Dominus ipsum ad legem remittit, & conatũ illius repellens, dum ostendit se legi nõ contrarium, & simul illum argues, quod illud ab alio interrogaret, quod ab ipso alii discere deberent: ac proinde notans illum interrogantem vel nescire quod scire ex nominis professione teneretur, vel nõ simplici B sed subdolo animo interrogare quod sciret. In lege inquit, quid scriptum est? Quomodo tu legis in ea scriptum esse, qui legisdoctor appellaris? Quasi dicat: Non est quod existimes alia te auditurum ex me quam quæ in lege continẽtur. Ea cùm scire te nearis, mirum est te interrogare quasi nescias.

ILLE RESPONDENS DIXIT, DILIGES DOMINVM DEVM TVVM, &c.] Hinc colligere licet etiam scribas iam intellexisse duo esse præcipua legis præcepta, in quibus, vt Dominus posita dicit, contineretur tota lex & prophetæ. Cæterum vt ad primi præcepti, de quo varia scribũtur, veram perueniamus intelligẽtiam, imprimis sciẽdum Lutherum ob malam eius intelligentiam asseruisse hoc præceptum, sicut & illud: nõ concupisces, homini esse impossibile, nec posse abhomine impleri in hac vita, eo ꝙ fieri non possit quin in hac vita homo alia amet præter Deum, quẽ proinde non possit diligere ex toto corde. Rursum quia non potest fieri vt homo diligat Deum concupiscentia & affectu carnis, vt quæ semper volũ- Lutheri tati diuinæ contranitatur, & proinde fieri nõ pos- error. D sit vt ex omnibus viribus animæ Deum diligat. Hinc autem vlterius docuit, hominẽ in omni etiã opere bono semper peccare, quod in omni opere ab sit hæc totalis & perfecta Dei dilectio. Porro sua de hoc primo præcepto sententiam confirmat authoritate D. Augustini, qui in quibusdã locis docet hoc præceptum non perfici nec impleri in hac vita, sed implendum in vita futura. Nã libro de perfectiõe iustitiæ sic habet: In plenitudine charitatis (loqtur de charitate futuræ vitæ) præceptũ illud implebitur: Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua. Nam cum est adhuc aliquid carnalis cõcupiscentiæ, quod vel continendo frenetur, non omnimodo ex tota anima diligitur Deus. Similia

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet D. Augustin. in plerisq; locis de precepto; Nō A concupiscees, quod in hac vita asserit non impleri, q̄ sine concupiscentia non possimus esse. Vt ergo intelligamus quàm malè blasphemam hanc suam doctrinā & ex huius p̄cepti verbis, & ex diuo Augustino Lutherus cōprobare nisus sit, sciendū p̄ceptum hoc dupliciter intelligi posse, idq; tursum ex duplici parte, nempe ex parte verbi, diliges, & ex parte dictionis, totus vel omnis. Nam verbū, diliges, (quod hic Hebraica phrasi positū est p̄ imperatiuo dilige) accipi potest, vel vt eo p̄cipiatur specialiter actus & operatio atque affectio volūtatis quæ dilectio dicitur, qua homo feratur affectu & actu in Deum tanq̄ rē summè bonā, vt, hoc mandatū dilectionis sit speciale mandatū, singula rē quendā volūtatis actū & affectum erga Deum B exigens. Vel potest accipi, vt non tantū actualis & interna illa affectio voluntatis eo verbo præcipiatur, sed & dilectio quæ habitualis dicitur, & est in homine etiā cùm de Deo non cogitat, nec in illum actu affectione fertur, ratione cuius habitualis dilectionis etiam omnia hominis opera quæ ex illa profluūt, pertinent ad mandatum dilectionis, ita vt sit generale mandatū, cōprehendens omnia q̄ Deo sunt placita, & ab eo præcepta. Sic & totalitas, de qua dicitur, ex toto corde & tota anima, dupliciter p̄r intelligi. Altero modo, vt significetur omnē vim animæ intendendā ad dilectionem Dei ita vt homo præter Deū nihil diligat, & tātū diligat quātū ab eo est diligibilis. Altero, vt totus C accipiatur vulgari modo, quo dicimus aliquē totū esse in studiis, & toto corde studiis addictū esse, quia scilicet præcipua eius occupatio & cogitatio est in studiis, nec aliud quid præter studia magno pere amat & curat, solis studiis intimè afficitur, reliquis verò frigidè & obiter. Itaque si totalitas primo modo accipiatur, siue verbo, diliges, intelligatur p̄cipi speciaiter actualis volūtatis affectio, siue habitualis, & generaliter etiā omnis externa in ternæ dilectionis per opera demōstratio, certū est hoc præceptū adimpleri in hac vita non posse. Fieri enim nō potest, vt homo affectuali dilectione sic toto corde in Deū feratur, vt nihil aliud vel actu, vel habitu amet, aūt tam perfectè eū cōplectatur quàm amari ab ea potest, q̄ propter annexā cōcupiscentiā carnis, aliquid affectionis habeat cor ad ea quæ sunt carnis & non Dei. Proinde nō D potest etiā impleri, si p̄ter internā dilectionē intelligātur generaliter etiā p̄cipi externa dilectionis opera, cū nec hæc si toto corde ab homine fieri possint, vt omnis vis cordis in ea intendat, cum ex parte aliqua cor p carnis cōcupiscentiā vitiatū in cōtraria, nēpe carnalia, saltē habitu feratur. Sic sane de hoc præcepto tāquā generali mādato, locutus est Augustin. li de perfect. iustitiæ. vbi dicit ipsum in hac vita non adimpleri. Affirmat enim esse generalē iussionē, sicut generalis p̄hibitio est, Nō cōcupiscees. Si verò totalitas secūdo modo intelligatur, non est dubiū quin impleri possit hoc præE ceptū, siue accipiatur vt sit speciale p̄ceptū, siue vt generale. Nā si intelligatur vt sit speciale p̄ceptū, dilectionis, s. actualis internæ, diligitur Deus ex toto corde, cū quis in Deū tanquā summum bonū sic fertur affectu & voluntate, vt eū præponat vniuersis rebus cōmutabilibus, ac pro supremo vitæ suæ fine eligat, quibuslibet carere malēs quàm Deo, ac summopere desideratis vt vniuersæ totius vitæ actiones illi sint ad plenū subiectæ, etiāsi nō ignoret id per carnis imbecillitatē nequaquā futurū. Sic quidā præceptū istud accipiūt, asserentes p̄ceptū esse affirmatiuū quod pro conditione præceptorū affirmatiuorū obligat semper, sed nō pro semper, vt loquuntur, hoc est, omni tempore, sed nō pro omni tēpore. Proinde disputant quo tēpore obliget hoc præceptū, vt opus sit hunc affectū & volūtatis actū elicere, & per eū dicto modo ferri in Deū: quod sane vt est summè vtile homini & meritorium, ita difficillimū ei qui nondum renūciauit carnalibus affectibus. Et quidam quidē existimant hoc p̄ceptum implendum à Christianis diebus Dominicis, q̄ hi constituti sint vt in eis fideles mentem suā in Deū eleuent: alij verò nullū tempus certū esse putant quo ad hunc actū homo obligetur, quāuis necesse sit eū aliqñ Deo exhibere. De quo latius in Confessionali Godscalci cap. 12. Si verò accipiatur hoc præceptum vt generale mandatum, non tam exigens actualē illā voluntatis affectionem quàm habitualem dilectionē cum operum bonorum exhibitione quæ sint internæ dilectionis testimonia, diligitur tunc Deus ex toto corde, cū quis ex intima & syncera erga Deū affectione occupatur potissimū in his quæ Dei sunt, præ omnibus illi placere studēs, ac solicitus vt nō tantū quædā Dei mandata perficiat, sed cuncta, idque non segniter, nec tristi animo, sed gnauiter & hilariter, dolens ex animo si quid vel ab aliis, vel à se per carnis infirmitatē admittatur contrarium diuinæ voluntati. Id vt nō ab omnibus æquè pfectè præstatur, ita nō omnes q̄ Deū ex toto diligūt corde, æquè perfectè diligunt, sed vnus alio magis. His præmissis distinctionibus, inquirendū an p̄ceptum hoc secundùm mentē legislatoris, & verū scripturæ intellectū, intelligendū sit esse speciale, an potius generale præceptū. Deinde vtro modo secundū vsum scripturæ totalitas intelligi debeat in hoc præcepto. Quod ergo ad prius attinet, accipiendū hoc præceptū vt generale mandatū, non internā tantùm & actualē præcipiens dilectionē, sed etiā habitualē atq; externa opera, sicut & secūdùm dilectionis p̄ceptum quod sequitur, patet q̄a Dominus in illis duobus præceptis dicit cōprehēdi totā legē & prophetas, hoc est, omnia alia præcepta. Deinde, vt probat Diuus Bernardus sermone 50. super Cantica, vbicunq; in scripturis dilectio exigitur, non tam exigitur dilectio affectus, q̄ charitas operis. Cùm enim Dominus dixisset: Diligite inimicos vestros, mox velut indicare volens quomodo sint diligēdi, infert de operibus: bñ facite his qui oderunt vos. Et de sui loquens dilectione: Si, inquit, diligitis me, sermones meos seruate. Et si qs diligit me, sermonē meum seruabit. Rursum, qđ apertè institutū p̄bat Ioannes, dicit: Nō diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & veritate, significās eā esse verā dilectionē, quæ in operibus cōsistit, atq; eā exigi præceptis dilectionis. Vnde Bernardus: Est, inquit, charitas in actu, est & in affectu. Et de illa quidē quæ operis est, puto datā esse legē hominibus, mādatúmq; formatū. Hęc ille. Qui non ideo tātùm videtur dicere mandatū hoc potius de dilectione quæ in opere consistit, q̄ de ea quæ in affectu est intelligendum, q̄ affectus dilectionis hic non possit esse perfectus, & proinde non ex toto corde, quia etiam dilectio quæ in opere consistit, hac ratione non potest esse perfecta. Sed videtur etiā ad hoc respexisse, quòd dilectio affectus actualis non possit in nobis esse perpetua

Præceptū dilectionis an generale.

petua nec diuturna, intelligens scilicet hoc præce A ptum obligare pro omni tempore. atque includi in eo q̄ dicitur, ex toto corde. Si ergo nō impletur hoc præceptum in affectu, impletur autem in habitu & externa operatione, cū homo in omni operatione, sua retinet habitualē dilectionē, qđ tūc fit, cū nihil vult aut facit dilectioni Dei contrarium. Quod autem totalitas illa de qua in præcepto, secundo modo accipi debeat, patet ex iniuitis scripturis, quibus dicuntur aliqui sancti feciſse aliquid ex toto corde, & tota anima. De Dauid enim Dominus loquens ad Ieroboam, ait: Nō fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata
3. Reg. 14 mea, & secutus est me in toto corde suo faciēs qđ placitum esset in cōspectu meo. Ecce Dominus ip se dicit: Dauidem, qui tamē aliquādo grauiter etiā peccauerat, in toto corde se secutum, dicturus p̄ culdubio etiam ipsum dilexisse se in toto corde B suo, cùm hoc sit Deo aliquem diligere ipsum into
Psal. 118. to corde, sequi illum in toto corde. Et idem Dauid non veretur ad Deum dicere: In toto corde meo exquisiui te. Et iterū: De præcatus sum faciem tuā in toto corde meo. In toto corde meo scrutabor mandata tua. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, & similia multa, quæ qui intelligit, facilè etiam intelligit quomodo præcipiatur Deus diligendus ex toto corde, & quomodo quod præceptum est impleri possint. Sicut autem exigit Dominus vt diligatur ex toto corde, ita etiā vt eū quę ramus ex toto corde. Deuter. enim 4. dicitur: inuenies eum, si tamen toto corde & tota tribulatione animæ tuæ quæsieris eum. Quomodo quę si uisse & ob id inuenisse Deum Iudæos tempore Aſę, testatur scriptura 2. Paralip. 15. In omni, inquit, corde suo iurauerūt, & in tota voluntate quę sierūt eum, C & inuenerūt. De Iosia 4. Reg. 23. dicitur, quodreuersus sit ad Dominum in omni corde suo & i to ta anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi. Vbi tria illa ponūtur quę Deut. 6. ponuntur in hoc dilectionis præcepto de quo nunc egimus, & præterea dicitur cōuersus ad Dominum iuxta omnem legem Moysi. An nō hic dicitur Iosias dilexisse Deū ex toto corde &c. Quod certè de Dauide apertè dicitur Eccles. 47. vbi legimus: De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum. Vbi illud, de omni cor de suo ad vtruque verbum referendum videtur. Alioqui non est specialis & singularis laus dilexis- D
2. Reg. 6. se simpliciter Deū. Sic de Dauide etiam dicit scrip
1. Par. 29. tura, quod totis viribus saltabat ante Dominum. Et idem de se dicit: Ego totis viribus meis præparaui impensas domus Dei mei. Ex his aliisq; multis euidentissimum est malè & cōtra scripturas Lutherum sic intellexisse hoc dilectionis præceptū, vt nemo illud in hac vita impleuerit aut implere possit, accipiendo dictionem, totus, primo modo, quomodo si in prædictis accipiatur scripturis: fal E sa erunt omnia quę in eis dicūtur. Nec minus deprauatē Augustinum pro se adducit, ex quo suam quidem hausit sententiam, sed ab Augustini intētione eam detorquens aliò. Augustinus enim intelligit quidem præceptum hoc de totalitate primo modo, atque ob id asserit non posse in vita hac impleri, secutus forte eum huius præcepti intellectū, (qui tamen vsitato scripturæ mori loquendi non cōuenit) vt hoc præcepto reprimeret Pelagiauorū errorem & iactantiam. Verūm idem Augustinus docet mandatum hoc sic intellectum, non esse homini infirmo sub pœna peccati mandatum, sed tātum propositum vt scopū & finem, ad quem conari homo debeat vt aliquando perueniat. Idem docet de præcepto: Non concupiscees; quo ipse proprio intellectu intelligit nō tantùm prohibitum ne cōcupiscētiis cōsentiamus, sed etiam ne sit in nobis aliqua cōcupiscentia. Vnde in libro de perfectione iustitiæ post verba superius posita sic sequitur: Tunc ergo erit iustus sine omni peccato, quādo nulla lex erit in membris eius repugnans legimentis eius, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliget Deum, quod est primum, summunque mandatum. Cur ergo non præciperetur homini ista perfectio, quamuis eam in hac vita nemo habeat? Nō enim recte curritur, si quò curren dum est nesciatur. Quomodo autē sciretur, si nullis p̄ceptis ostenderetur? Hic videre licet Augustinum primum affirmare perfectionem illā iustitiæ præceptam esse homini, deinde explicare rationem qua præcepta, est, nēpe nō vt reum faciat eum qui non præstat hanc perfectionem, quod tamen includitur in ratione præcepti proprie dicti, sed vt veluti præscriptum quoddam & ordinatio demonstret homini finem, ad quem in vitæ stadio conati debet & cōtendere. Sic de præcepto altero; Non cōcupisces, dicit in libro 1. de nupt. & concupisc: cap. 29. Ad hoc ergo, inquit; dixit lex homini: Nō cōcupisces, vt in eo præcepto sciret & quo debeat in hac mortalitate proficiendo conari, & quo possit in illa immortalitate beatissima peruenire. Nisi enim quandoque proficiendum esset, nunquam iubendum esset. Sic & Diuus Bernardus sermone prædicto, satis indicans se legisse hanc Diui Augustini sententiam, docet præceptum hoc, si de affectuali dilectione perfecta atque continua accipiatur, impossibile quidem esse, non tamen ad peccatum obligare, sed finem ad quem tendendum sit indicare. Cùm enim dixisset, lege Dei præcipi charitatem in actu & operatione, subiicit: Aut si placet tibi magis de affectuali datum fuisse mandatum, non inde contendo, dummodo acquiescas & tu mihi, quod minime in vita ista ab aliquo hominum possit vel potuerit adimpleri. Quis enim sibi arrogare id audeat, quod se Paulus ipse fatetur nō comprehendisse? Nec latuit præceptorem præcepti pondus hominum excedere vires, sed iudicauit vtile ex hoc ipso suę illos insufficientiæ admoneri, & vt scirent sane ad quem iustitiæ finem niti pro viribus oporteret. Ergo mandando impossibilia, nō prætiaticatores homines fecit, sed humiles, vt ōne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, &c. Ex quibus patet Augustinum & Bernardum, dum dicūt hoc præcepto impossibile aliquid homini præceptū, nō loqui de præcepto proprie dicto, cuius est reū facere eum qui ipsum non adimplet, sed vt præceptum dicatur omne præscriptum & ordinatio alicuius nos admonens, quomodo præscripta philosopho præcepta dicuntur. Lutherus verò intelligens hoc præcepto perfectissimam dilectionem & iustitiam homini in hac vita impossibilem præcipi voluit etiam ipsum sic intellectum propria ratione dici præceptum, vt peccet quisquis id non obseruat & implet, colligens proinde iustum in omni etiam bono opere peccare. Quam impiam in Deum blasphemiam scriptura aperte condemnat asserens, onūs Christi esse leue, & mandata eius non esse grauia, multo erga minus impossi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilia. Vnde Diuus Hieronymus ad Damasum ait: Execramur etiam eorum blasphemiã, qui dicunt impossibile aliquid homini præceptũ esse, & mãdata eius non à singulis posse seruari. Restat ostẽdere, quomodo sint intelligendæ & distinguendæ quatuor illæ partes quæ ponuntur in hoc præcepto, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Nam pro horum explicatione & distinctione, varia nimis dicuntur à variis. Proinde imprimis hic aduertendum, membra ista huius præcepti in diuersis scripturæ locis in quibus præceptum hoc ponitur, diuersimode tradi. Nam Deut. 6. vnde originaliter hoc mandatum desumptum est, tria tantum ponuntur, scilicet ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine. Pro fortitudine autẽ D. Hieronymus 4. Reg. 23. vbi etiam hæc tria ponũtur, vertit virtute. Matthæi 22. ponuntur duo horum, scilicet, ex toto corde, & ex tota anima: & dimisso illo, ex tota fortitudine, ponitur tertium, ex tota mente. Marci vero 12. ponuntur quatuor, nempe ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex tota virtute, hoc est, fortitudine. Quæ quatuor etiam hic apud Lucam ponuntur, sed nõ eodem ordine, nec eisdem verbis in nostra quidem litera. Nam hic quarto loco ponitur, ex omni mẽte, cum apud Marcum tertio ponatur. Et cum ibi & in Deut. dicatur, ex tota virtute vel fortitudine; hic legimus, ex omnibus viribus tuis. Græcis tamen etiam hic est, quemadmodum in Marco & Deuteron. ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, id est, tota fortitudine vel virtute, vt certum sit id quod nos legimus, ex omnibus viribus, non intelligendum esse de viribus animæ, hoc est, potentiis, quomodo intellectum, affectum, memoriam, & alias animæ potẽtias vocamus animæ vires (quomodo tamen pleriq; intelligunt) sed simpliciter, ex omnibus viribus, accipiendum pro eo quod est, ex tota fortitudine, & quod dici solet, pro virili, quomodo dicimus aliquem totis viribus alicui rei incumbere, hoc est, pro virili dare rei operã. Porro pro tertio illo quod est in Deut. ex tota fortitudine tua, Hebræi quidem vertendum putant, ex tota substãtia, vel diuitiis tuis. Secuti Thargum, quod habet, substantiam. Itaq; tria illa quę ponuntur in Deuter. sic distinguunt, vt primum præcipiatur Deus diligi ex toto corde, quia cor est quod opus bonum vel malum facit. Deinde ex tota anima, vt etiam si causa requirat, non trepides pro eo exponere animã hoc est, corporalem vitam. Postremum, ex tota substantia tua, vt scilicet potius omnium rerum tuarum dispendium incurrere velis, quam ab amore Dei deflectere. Verùm magis est acquiescendum intelligentiæ Euangelistarum, imo ipsius Christi, qui pro tertio illo verbo habet, ex tota fortitudine tua. Et certe si Hebræa dictio bene obseruetur, propriè significat vehementiam, vt sit sensus: ex tota vehementia tua. Et si quidẽ hæc pars bene obseruetur, intelliget ex ea satis quod suprà dictum est, præceptum hoc nõ obligare ad perfectissimam illam dilectionem, quam quidam hic volunt præceptam, cum ea tãtum præcipiatur quã vires nostrę ferunt, & proinde quæ nobis possibilis est. Nostri has partes variè intelligunt & distinguunt. Nam D. Thomas per cor, quod primo ponitur loco, voluntatem intelligit: per reliqua antẽ tria. tria actuum principia quę mouentur à voluntate, intellectũ scilicet, qui per mentem significatur, appetitum inferiorem, qui per animã, vim executiuam exteriorem, quæ per virtutem seu fortitudinem aut vires, vt præcipiatur nobis Deus diligendus, sic, vt tota nostra intentio in Deũ feratur, quod est, ex toto corde: & intellectus noster subdatur Deo, quod est, ex tota mẽte; & appetitus noster reguletur secũdum Deum, quod est, ex tota anima & exterior noster actus obediat Deo, quod est, ex tota fortitudine. Chrysostomus, vero super Matthæũ accipit contrario modo quàm dictũ est, cor & animã. Aug. lib. 1de doct. Christiana refert cor ad cogitationes, animam ad vitam, mentẽ ad intellectum. Quidam dicunt, ex toto corde, id est, intellectu: anima, id est, voluntate: mente, id est, memoria. Secundum Græcorum Nisenum cor significat animam vegetabilem, anima sensitiuã, mens intellectiuam, vt significetur debere nos ad Deũ referre, quod nutrimur, sẽtimus, & intelligimus. Hæc D. Thomas 2.2.q.44. artic. 5. Sunt & alii modi quibus plerique hæc distinguunt, vt quisq; fere proprium quid sit secutus. Cæterum cum ex tanta varietate nihil certi possit haberi, magis videndum quid scripturis sit conforme: ex quibus obseruatis dicendum videtur non esse curiosè assignãdam harum partium distinctionem, sed siue tres siue quatuor partes ponantur, in hoc præcepto idem semper significari, nec aliud per plures partes, quam si solum dictum esset: Diliges Deum ex toto corde tuo. Nam in hac parte reliqua includuntur, quæ non nisi maioris explicationis gratia adiecta videntur, ob quod factum est, vt nõ semper eadẽ, nec æque multa sint apposita. Quod enim in illo, ex toto corde, reliqua includuntur, patet quia in scripturis aliquando illud solũ ponitur, aliquando additur secũdum, nempe ex tota anima, aliquando vero etiam tertiũ, ex tota fortitudine tua cum tamen semper idem scriptura velit significare. Nã, vt supra citatum est. Dauid dicitur in toto corde secutus dominũ: Iosias verò ex toto corde, anima & virtute, cùm nihil minus significare voluerit scriptura de Dauid quam de Iosia. Et Deuter. 4. dicit dominus se inueniendum, si tamẽ quęratur in toto corde & in tota tribulatione animę, vel, vt habẽt Hebręa, in tota anima. & 1. Reg. 7. Samuel tantùm exigit vt reuertantur ad dominum ex toto corde, idem tamen proculdubio exigens quod Moses. Itaque in hoc etiam dilectionis præcepto, ad illud, ex toto corde, maioris emphasis & declarationis causa addita sũt nũc duo, nũc tria. Cordis enim nomine, & affectus & intellectus includitur, proinde ad illius explicationem additur, ex anima & ex mẽte: quorũ illud affectũ significat, istud intellectum. Vnde apud Marcum pro mente habemus intellectũ. Rursum ad hoc vt toto corde dicatur quis aliquid facere, necesse est pro virili faciat, vnde adiectũ est explicationis gratia, ex tota fortitudine tua. Quo autem melius intelligatur quid sit diligere Deũ ex toto corde, obseruandus est locus vnus, qui est 4. Reg. 10. vbi dicitur Iehu fecisse quod rectum erat & placuit in oculis Dei, & omnia quæ erãt in corde Dei fecisse contra domum Achab, non tamen ambulasse in lege Domini Dei Israel in toto corde suo, quod nõ recesserit à peccatis Ieroboã. Hinc enim discimus illum non diligere Deum in toto corde, qui non studet omnia eius præcepta adimplere. Itaq; præceptum hoc sic explicari poterit: Diliges Dominum Deum tuum, &c. hoc est, Non tantũ timeas

Quid ex toto corde.

psal. 77

Dominum

Dominum Deum tuum, sed etiã diligas, idq; nõ lingua tantũ & verbo, (quemadmodũ de quibusdam dicitur, dilexerunt eum in ore suo, cor autẽ eorum non erat rectum eorã eo.) sed etiã ex corde neq; corde diuiso aut remisso, sed corde toto, integro & perfecto. Quod vt verè præstes, ante õnia requiritur vt ppensa Dei erga homines bonitate summa, eiusq; æquitate & perfectione animaduersa sic toto affectu in illum tãquã summum bonũ feraris, vt nihil illi in amore præponas, aut in amoris societatem & æqualitatem admittas, sed illũ præ omnibus intimè ames: reliqua verò ꝓpter illum, aut saltem nõ contra eius voluntate aut præceptum. Deinde, vt mente & cogitatione sic circa illum occuperis, vt in omnibus viis tuis illũ cogites, omnium tuarũ seriarum actionum & studiorum illum tibi finem præstituens, ac nunquãillius penitus obliuiscens, sed semper solicite cogitans de mãdatis eius, ac in lege eius meditãs die ac nocte. Postremum, vt quæ nouisti illi esse grata quẽ interna dilectione ꝓsequeris, exequi studeas, idq; non ex parte, sed ex toto, nec frigide, negligenter, aut animo tristi, sed pro virili, & quantum humanæ vires ferre possunt, omni cum diligentia & sedulitate, solicitus ne quid prætermittas eorum quæ tibi ab eo sunt præcepta. Hoc modo si Deũ dilexeris ex toto corde, necesse quoq; est illũ propter se diligas potissimum, non autẽ præcipuè ob bonum ab eo tibi consequendum, ne teipsũ plus quàm illũm diligas: necesse item vt non tantum omnium rerum temporalium iacturam, sed etiã vitæ propter illum ferre sis paratus: & si res exegerit, etiam feras potius, quàm illum offendas, ne illa plus quàm Deum diligere argueris: Rursum, vt Dei honorem in omnib. & ante omnia desideres & spectes, cum id sit diligere, amico bene velle, Deo autẽ nihil optari potest boni nisi honor. Deinde, vt quæcunq; Dei sunt ames; eisq; bene afficiaris, & cõtrà quæ Deo sunt ingrata, perfecto odio ꝓsequaris, adeo vt te maximè torqueat improborum derelinquentium legem Dei vita: nec alia vllare magis animo diserucieris, quàm dum cõtingit te in aliquo Deũ offẽdisse, (vt nemo viuit sine peccato) aut quod nõ perfectius eius volũtati obsecundos. Postremo, vt zelo accensus his pro viribus resistere studeas quæ honori diuino derogãt. Ex qua explicatione patet & quã generale sit hoc mandatum, & quã pauci sint qui illud præstent. Sed tempus est vt ad secundum mandatum expliẽandum deueniamus.

Prouer. 3.

Et proximvm tvvm sicvt teipsvm.] Sicut in primo præcepto duo præcipiũtur, scilicet diligere Deũ, & modus diligendi, nẽpe ex toto corde, &c. ita in hoc præcepto, qđ desumptum est ex Leui. 19. duo etiã præcipiuntur, nempe diligere ꝓximum; & modus dilectionis, sicut teipsum. Circa quem notandum est nõ dici, dilige proximum tuum quãtum teipsum, quia ordo naturæ & charitatis (de qua scriptum est, ordinauit in me charitatem) habet vt plus me quã ꝓximũ diligã: Sed dicitur, sicut teipsum, hoc est, eo modo quo teipsum diligis. Hunc autẽ modũ intrẽ docet cõsistere D. Thomas secunda secundæ q. 44. art. 7. nimirum vt quis ꝓximum diligat sãcte, iuste & vere. Sancte, vt. s. proximum quis diligat propter Deum, sicut seipsum debet ꝓpter Deum diligere. Iuste, vt condescendat proximo in malis, sed tantum in bonis, sicut & suæ volũtari sa-

Cant. 2.

Modus quo proximus diligendus.

tisfacere homo solum in bonis debet. Vete, vt nõ diligat aliquis proximum propter propriã vtilitatẽ vel delectationem, sed ea ratione velit proximo bene qua sibi, ex amore scilicet amicitiæ, non amore cõcupiscentiæ. Verum hos nõ esse modos à scriptura intentos, cum præcipitur quisque ꝓximum diligere sicut seipsum, patet imprimis, maxime quo ad primum modum, quia cùm dicitur: Dilige ꝓximum tuum sicut teipsum, nõ præcipitur ꝓpria dilectio & eius modus, sed præsupponitur. Nõ est enim sensus: Dilige ꝓximum sicut teipsũ diligere debes, sed sicut teipsum diligis. Præsupponitur ergo ꝓpria dilectio & eius modus, tanquam certa & indubitata, atq; ea cõstituitur vt regula & exẽplum dilectionis proximi. Nõ potest autem intelligi præsupponi ille propriæ dilectionis modꝰ, quo quis seipsum diligat propter Deum, cum ille modus nõ sit certus & indubitatus, multis hoc modo nõ diligentibus seipsos, ac proinde prius præcipiendus fuisset iste modus diligendi seipsũ, anteqũ præciperetur: Dilige proximum sicut teipsum. Consequitur ergo ꝙ hic præsupponatur dilectio propria, naturalis, & eius modus hoc est, dilectio propria, talis qua quis seipsum diligit naturaliter sic, vt velit sibi bonũ, nolit sibi malum, velit alios sibi benefacere, nolit ipsos sibi malefacere. De quali dilectione & dilectionis modo nõ erat nobis respectu nostri aliquod dandum præceptũ. ergo est etiam modus, quo ad exemplum ꝓpriæ dilectionis iubemur diligere proximum, vt. s. etiã illi velimus bona obuenire, mala nolimus: vtq; tẽpore & loco oportunis illi studeamus benefacere: semperq; caueamus malefacere. Atque hunc esse modum de quo præceptum est, intelligendũ patet ex eo quod Dominus hoc præceptum Matt. 7. sic aliis verbis explicauit. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Quod enim hac sententia veluti explicauerit istud dilectionis ꝓximi præceptum, patet ex eo qđ subiungit: Hęc est enim lex & Prophetæ; quod Matt. 22. dicit de duob. istis dilectionis præceptis & Paulus de præcepto dilectionis proximi: Qui, inquit, diligit ꝓximum, legem impleuit. &: Plenitudo legis, est dilectio. Etsi autem modus quo ad exemplum propriæ dilectionis proximus est diligendus, is potissimum & primo sit intelligendus qui Dominica illa sententia significatur, & ex cõsequenti etiã ille modus qui negatiua illa Tobiæ sententia indicatur: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu alteri aliquando facias; tamen etiam simul in modo dilectionis intelligitur rectè id qđ apud D. Thomam tertio ponitur loco, videlicet vt amicè ꝓximum diligat homo, sicut se ipsum diligit. & ꝓpter illius bonum, proximum diligat. Alioqui si proximũ diligat propter bonum quod ab eo sibi prouenit, nõ tam ꝓximum quam se diligit. Similiter & quod apud D. Thomam secundo ponitur loco, videlicet vt iustè proximum diligat, sicut seipsum iustè diligit dilectione naturali, quę hic præsupponitur, qua homo nõ vult sibi in aliquo malo cõdescendere. Nõ enim hic præsupponitur quæuis sui dilectio, quia nõ dilectio sui corrupta, qua homo sibi malum aliquod vult, aut sibi ipsi male facit. Quanquam hic modus iuste scilicet & debite diligẽdi tum seipsum, tũ proximũ, magis intelligendus sit cõtineri & præcipi primo dilectionis mandato: Diliges Deum ex toto corde tuo; sicut modus diligẽdi tum se, tum proximum

Rom. 12. Ibidem.

Tobiæ 4.

propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter Deum, eodem mandato cõprehenditur, quia in eo includitur, vt quæcunque præter Deũ diliguntur rectè, propter Deum sint diligenda. D. Augustinus dilectionem sui putat satis præceptã primo præcepto: Sic enim habet epist. 52. Cũ illa dilectione quam diuina lex imperat, debeat homo diligere Deum, & seipsum & proximum nõ tamẽ ex hoc tria præcepta data sunt, nec dictum est, in his tribus, sed in his duobus præceptis totalex pẽdet & Prophetæ, videlicet vt intelligeretur nullam esse aliam dilectionem qua quisq; diligit seipsum, nisi quod diligit Deũ. Qui enim alitẽr se diligit, potius se odisse dicẽd' est. Quia igitur nemo nisi diligendo Deum, diligit seipsum, non opus erat vt dato de Dei dilectione præcepto, etiã seipsum homo diligere iuberetur, cum in eo diligat se ipsum quod diligat Deum. Debet ergo & ꝓximũ diligere tanquã seipsum, vt quẽ potuerit hominẽ vel beneficentiæ cõsolatione, vel informatione doctrinæ, vel coertione disciplinæ adducat ad colendum Deum. Hæc ille. Porro quemadmodum in in primo præcepto, ita etiam in hoc verbum, diliges, accipiendũ, nõ tantum vt actualẽ vel habitualem, voluntatis affectionẽ designet, sed vt etiã cõprehendat externa opera ꝓximo ex huiusmodi affectione exhibẽda, vt satis manifestum est ex parabola quã Dñs subiungit, qua docet quomodo ꝓximus sit diligendus. Et rursum ex Paulo dicẽte Qui diligit proximum, legem impleuit: Quid autẽ ꝓximum sit intelligendũ, & ex parabola patebit, & prius ꝓlixè dictũ est in capite Cõcordiæ 40. Itaq; præceptum hoc sic latius explicari potest: Nõ solum nõ odies ꝓximum tuum, hoc est, quẽuis homine eũ quo tibi aliqd est negotii, & q tibi quauis ratione adiunctus est: sed etiã diliges, idq; nõ ficta dilectione, verbo. s. & lingua, neq; otiosa aut impfecta, sed si nõ quantũ teipsum, tamen eo modo quo teipsum naturaliter diligis, vtquemadmodũ tibi bene esse cupis, & bene facis, al' osque tibi benefacere vis ita & ꝓximo ex vero affectu bene esse cupias, nec cupias tantum, sed etiã quantum in te est, tẽpore & loco oportunis benefacias, tum in corporalibus, tum in spiritualibus rebus. Sic quemadmodum tibi nõ cupis esse malẽ, nec alios tibi vis malefacere: ita nec illi malẽ esse cupias, nec vnquã quibuslibet in rebus, siue fortunæ, siue corporis, siue animi malefacias. Rursum quomodo tibi bene vis propter tuã vtilitatẽ & salutẽ, ita & illi bene velis nõ propter tuã, sed illi' vtilitatem & salutem. Qualẽ sane proximi dilectionem necesse est etiam cõsequatur, & dolor ob mala quę proximo accidunt, & gaudium ob bona quæ obueniunt, & zelus cõtra eos q aut mala inferre putant, aut bona auferre & impedire, quemadmodum hæc cõsequuntur propriã tuipsius dilectionem.

DIXIT QVE ILLI: RECTE RESPONDISTI, HOC FAC ET VIVES.] Approbat primum Dominus eius respõsionem, dicens: Recte respodisti. Nã, vt postea dicit, in duob. illis mãdatis vniuersa lex pendet & Prophetę. Deinde ad id quod rectè dictum erat, etiã faciendum hortatur, dicens: Hoc fac & vives, quasi dicat: Nõ satis tibi esse putes quod qd sit optimũ, scias præaliis sed hoc quod optimè respodisti, etiã opere adiple, & vives vita æterna de qua quęsiuisti, quę hic quẽm ꝯcipit per gratiam, & perficitur per futurã gloriã. Nõ enim sufficit ad vitam legis cognitio, sed obseruatio. Itaque hac sua respõsione Dominus ostendit ꝓpositæ quęstioni satisfactũ esse, ac se nõ esse legi in sua doctrina cõtrariũ, suspicionem quoq; Scribę & gloriationem reprimit, vt quẽ à legis cognitione de qua sibi placebat, ad opera vocabat.

IPSE AVTEM VOLENS IVSTIFICARE SEIPSVM, DIXIT AD IPSVM.] Quẽadmodum Scriba ille, q postea Dominum tentans interrogauit de primo mandato legis, audita Domini prudenti respõsione, ea cõmotus, deposito tentandi animo, syncere Domini probauit respõsum, ita vt ei diceret Dñs vt est apud Marcũ, Non longe es à regno Dei, ita & hic laudatus à Domino quod recte respõdisset, & verbis Domini commotus, intelligi posset, depositotentãdi animo, Dominum iam secundo interrogasse bono animo, vt ab ipso doceretur qs esset eius proximus: cupiens regnoscere numillud præceptum ꝯpleuisset necne, vt illud, volens iustificare seipsum, in hoc num exponatur, pro eo qđ est, cupiens ex animo sibi iustitiã accumulare, & iustus aut iustior quam erat fieri. Verum cõmuniter istud ab omnib. intelligitur in malum, idq; rectius. Nã postea Luc. 16. Dominus in malum dicit de Pharisæis Vos estis q iustificatis vos coram hominib. Itaq; iustificare hic positum est pro declarare & ostendere iustũ. Quemadmodum enim superiori respõsione sẽ declarauerat doctũ, Domino approbante eius respõsionem, ita iam se voluit mõstrare etiam iustum. Nam cum expertus esset quod prior eius interrogatio tentatiua cessisset sibi ad gloriam & doctrinæ, sperabat & hanc interrogationem sibi cessuram ad laudem vitæ. Et quis, inqt, est meus ꝓximus? Quod Theophylactus existimat eum interrogasse, quasi putauerit solum iustum iusto proximũ esse, se vero omnes antecellere virtute & iustitia, ac proinde nullum se habere sibi proximum, vtẽphasis sit in pronomine, meus, & intelligatur iste voluisse seipsum iustificare, quia aliis se iustiorẽ mõstrare voluerit. Rectius alii existimantistumputasse, proximos suos tantum esse iustos vel Israelitas, atq; id respõsurum Dominum speraisse, seq; hac ratione iustum declarandum, vt qui se exhibebat proximum iustorum, & Israelitarum. Simplicius tamen fuerit intelligere istum hac interrogatione se voluisse iustificare, qa voluit declarare se licitum esse de legis diuinæ intelligentia, quod est iustorum. Sicut enĩ inter Iudæorum peritos apparet fuisse cõtrouersiã de primis & maxime necessarius mandatis, ita etiã qs proximi nomine esset intelligendus: vnde per interrogationem eius de quo quæstio erat apud Iudæos, voluit sibi probitatis nomen iste Scriba cõparare, vtquia assiduevers faretur in lege Dei, & de ea intelligenda esset solicitus. Significare ergo voluit Lucas istum nõinterrogasse quæstionem hanc discẽdi studio, aut vitæ melioris desiderio, sed tantũ ostẽtationis gratia.

SVSCIPIENS AVTEM IESVS DIXIT: HOMO QVIDAM, &c.] Male legitur, suspiciens, quomodo qui legunt, intelligũt Dominũ suspexisse in cœlum q de re magna locuturus esset, & cõpateretur calamitati humanæ generis de qua erat in parabola dicturus. Legẽdum enĩ, suscipiẽs, quomodo legitur etiam in antiquissimis Latinorũ exẽplaribus. Nam Græce est ὑπολαβών quod est, suscipiens. Positũ est autẽ suscipiens pro excipiens, & succedens in vicem respõdẽdi. Ad quem modum dicit Vergilius: Excipit Ascanius. Et Xenophon: καὶ ὁ κῦρος ὑπολαβὼν εἶπε, id est, & Cyrus suscipiẽs dixit.

Itaque

Itaq; significarat Dominum suscepisse propositã quæstionẽ, & ad eam respõdere instituisse. Quod videri potest Euangelista dixisse, ad differẽtiã eius quod Dominus in prima fecit interrogatione, quãdo nõ susceptã quęstionẽ ad respõdendum, sed eandem in interrogantem reiecit. Verũ quoniã scriptor aliquis indoctus nõ intelligebat qđ hoc loco significaret, susciens, mutauit illud in, suspiciens, quasi Dominus hæc dicturus suspexerit in cœlum. Porro parabola hęc qua Dominus iã vsus est, ab interpretibus diligenter explicauit de Christo & salute per illam humano generi prẽstita, videturq; D. Ambrosius existimasse hunc parabolę intellectum, primò & proprie à Dominoesse ꝯtentum. Vnde intelligit Dominum per eam significare voluisse se esse illum proximum q diligendus esset ab omnib. & à Scriba quærente, qs est meꝰ ꝓximus. Verũ eum certum sit Dominum ingenere docere voluisse quis pro proximo habẽdus sit, oportet priusquam mysticus ille sensus quo parabola ad Christum referatur, tractetur, ostendere quomodo parabola proposito Domini deseruiat, & ad quæstionem legisperiti pertineat. Itaq; quoniã Pharisæi & Scribę proximi nomine interpretebantur fere significari suæ gentis homines, aut q eis benefacerent, ita vt huic legi adderẽt: Odio habebis inimicum tunm; hinc Dñs hac parabola indicat, proximum nõ cõcludi Iudaicis terminis, sed vnumquenque hominemsub hac appellatione cõprehendẽdum. Nõ tamen Domino curę fuit simpliciter tantum respõdere ad propositam quęstionem, & ei satisfacere, sed accepta occasione ꝓmore plus docere voluit quã quærebatur. Quoniam enim Iudæi de religione & pietate gloriabant ac Samaritanos veluti irreligiosos abominabantur, nec vt proximos habebãt, hac parabola simul ad reprimendum Iudæorum fastum notare voluit illos gentilib. & Samaritanis in vera pietate, & dilectionis proximi obseruatione esse inferiores, cum inuentus sit Samaritanus illi misericordiã exhibuisse, quem hi qui primas religionis partes in Iudaico populo obtinebant, sacerdos scilicet & Leuita, prętereierant: indicans etiam veram pietatem & religionẽ magis cõsistere in subleuatione miserorum, quã in externis cæremoniis, de quib' sibi placebant sacerdotes & Leuitæ. Rursum, quoniam Scribæ magis studebant intelligere quã seruare legem, curiose de dictionib. disputantes, Dominus hoc exemplo proposito nõ tantũ docere voluit quis proximus habẽdus, sed quomodo sit diligendus, vnde concludens admirationem pronocat, dicens: Tu fac similiter. Ad hæc ergo ónia significanda Dominus appositam assumpsit parabolam, de qua dubitari potest num sit res gesta an nõ. Certe tanquam res gesta narrata est à Domino quemadmodum & aliæ quædã parabolę, quæ tamen non acciderunt, sed appositẽ cõfictæ sunt ad id quod docendum erat. Primo ergo in hac parabola ob oculos ponit hominem valde miserũ & miseratione dignũ, locum eõuenientẽ calamitati eius obseruãs. Homo, inquit, quidam descẽdebat ab Hierusalem in Iericho, (Hierusalẽ enim in nõ tamen est locis, Iericho vero in cõuallib.) & in via incidit in latrones. Periculosus enim fuit locus inter Hierusalem & Iericho, quemadmodum patet testimonio D. Hieronymi, qui in epistola ad Eustochium virginẽ, dicit inter Hierusalem & Iericho fuisse locũ qui dictus est Adomim; hoc est, sãguinum, quia multus in eo sanguis crebris latronum fundebatur incursibus. Et scribẽs in Matth. cap. 20. dicit, multos latrones fuisse in Iericho, qui egredientes & descẽdẽtes de Hierusalẽ interficere & vulnerare cõsueuerũt. Itaq; apte hũcloco insuã narratione delegit Dñs. Duplicem autem hominis istius calamitatẽ notat, cũ subdit, latrones primum spoliasse eum omnib. quæ habebat, ac deinde nõ hoc cõtẽtos etiã vulnera inflixisse, ita vt semiuiuus, aut, vt habent Græca, semimortuus, quã quam hoc idem sit, relinqueretur in via, mox periturus si nemo succurreret, vt qui sibiipsi opẽ ferre, & medicum quærere nõ posset. Multis ergo nominib. hunc Dominus notat miseratione dignũ, nempe quia homo, quia omnib. exutus, quia grauiter vulneratus, quia mox periturus, quia ab omnib. destitutus, postremum quod sibi succurrere nõ valeret. Tam misero autẽ homine ob oculos posito, vt Iudæorum crudelitatem & immisericordiam graphice depingeret, secundo loco producit sacerdotem & Leuitam, quorum maxime interest huic misereri, tum quod primas religionis partes sibi vẽdicarẽt, tum quod hic homo in eorum regione inuentus esset, imo etiã Iudæus esset atque Hierosolymitanus, quemadmodũ satis indicatur cũ è Hierusalem descendisse dicitur in Iericho, qui tamen nulla erga tam miserũ cõmoti sunt misericordia. Accidit, inquit, vt sacerdos quidam descenderet per eandem viã, & cũ vidisset illum, nõ solum nullum impẽdit beneficiũ, sed sine etiã cõmiseratione prætériit, cũ & ob religionis professionem potissimum debuisset præstitisse Dei præceptũ, cuius obseruatio illi gratior est quàm victima & holocausta, & ob generis ac ciuitatis vinculum maxime erga illũ misericordiamoueri. Post hæc accidit, vt eadem transiret Leuita qdã à quo merito quis itẽ expectasset obseruationem præcepti diuini, quod deditus tẽplo frequenter sacris operaretur. Sed & is quoq; viso saucio prætériit, neque quicquam opis attulit fratri & populari suo. Hac autem narratione cũ iã Dominus Iudæorũ crudelitatem & prępostéram religionẽ notasset, è regione intolerandæ huiusmodi in sacerdote & Leuita crudelitatis, opponit tertio loco summã humanitatem eius à quo minime illa expectanda videbatur, ita vt ex oppositione magis & illorum crudelitas: & istius humanitas ostendatur. Itaq; Samaritanum introducit, quales præomnibus gentib. Iudæis maxime auersabãtur, ficut & illi Iudæos, vtà Samaritano minime expectanda videretur tanta humanitas Iudæo hominiexhibita. Samaritanus, inquit quidam dũ iter faceret, venit iuxta eum, & cũ vidisset eũ, mox misericordia motus est erga eũ et si Iudæũ, cũ ipse esset Samaritanus. Nec tantum misertus est, sed neglecto itineris dispendio, propius accessit, & obligauit vulnera eius, infundẽs prius oleũ & vinũ, quę, fortè secum pro vitiatico assumpserat, quorũ cõmistura vulneribus curandis commoda erat, q oleum sit lenitiuum, vinum vero malorum humorum arrosiuũ. Nec hoc officio cõtentus, impositum illũ iumentum suum, ac deportauit in stabulũ, hoc est, diuersorium & hospitium meritorium, ne quis intelligat de stabulo iumentorũ. Nã Græce est πανδοχεῖον, vos hinc dicta, quodquoslibet recipiat, quòd Latini vocant diuersorium meritorium, aut etiam stabulum à stando & quiescẽdo, qd nomen apud Cyprianũ lib. 3. epist. 13. ponitur pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro diuersorio. Deductum autē hominem in suū A diuersorium,etiā diligentius curare studuit,aduocans scilicet chirurgum. Et cùm altera de itineris necessitas vrgeret,nondum tamen satisfactū sibi putabat,nec illum hospiti proprio sumptu curā dum reliquit,sed prolatis duobus danariis dedit stabulario,id est,hospiti meritorio ,vt tātisper illius curam haberet,quousq; ipse peracto itinere rediisset,dicens:Habes pretium,de me cura hūc, & quicquid vltra summam hanc impēderis,non peribit tibi,sed ego reuersus resoluā.His omnib⁹ cum Dominus pulchrè exaggerasset huius humanitatem, subiecit:Quis horū trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? Circa quam tamē Domini interrogationē occurrit difficultas,primum quia Dominus significat reliquos præter Samaritanum non fuisse proximos ei qui incidit in latrones: quod si verū esset,nō debuis- B sent illum diligere , & à peccato erāt immunes. Deinde,quia per verba hæc videtur Dominus eò dixisse parabolam istam,vt doceret eum solū esse proximum nobis,qui nos beneficio affecit,ac ꝓ inde talem solum diligendum,secūdum illud præceptum:Diliges proximū tuum sicut teipsum;qđ esset consentire cū Iudæorū doctrina.cui contrarium frequenter Dominus docuit. Huic quidem difficultati locus non est,si cum Ambrosiointelligeretur Dominū hac parabola voluisse significare se esse proximum illum,qui sit à Scriba diligēdus.Verūm cùm hæc non sit prima Domini intētio, nec huic intelligentiæ conueniat quod sequitur:Vade & tu fac similiter;nō licet eò cōfugere. Dicēdū ergo interrogationis Domini hunc esse sēsum:Quis horum trium videtur tibi se exhibuisse proximū, & proximi officio functus erga eum q C incidit in latrones:vt non voluerit significare Dominus illos nō fuisse proximos,sed nō gessisse se tanquam proximos,nec agnouisse illum tanquā proximū Postquam autē Dominus significauit, Samaritanum,etsi genere alienum,se proximū misero illi præbuisse;& illū pro suo proximo rectè agnouisse,illudq; Scriba ipse affirmauit,tum subiūgens: Vade,& tu fac similiter;significat ꝓ proximo habendum omnem eum qui ope nostra indigeat,in quē incidere contingit sine discrimine gētis & personarum:nec simpliciter habendum,sed etiam dilectionem,quam proximo debemus operę comprobandum,atq; in huiusmodi misericor D dia miseris exhibita putandū maiorem & solidiorē cōsistere pietatē,quam in sacrificiis illis legalibus,ob quæ sacerdotes & Leuitæ se religiosos putabāt.Itaq; sensus illius.Vade,& tu fac similiter; est iste:Sicut hic Samaritanus,etsi à misero illo genere alienus,se proximum illi exhibuit,& ꝓ proximo suo agnouit:ita & tu proximum tuū agnoscito,in quēcunq; incideris ope tua egentē,necessitis sit tibi agnoscere eum tibi esse proximū,sed vt impleas dilectionis proximi præceptum,eū ꝓ vi E ribus inuato,atq; ad Samaritani exēplum veriorem religionem existimā sitam esse in iuuādo miseros,quā in externorum sacrificiorū oblatione, ob quā sibi placent sacerdotes & Leuitæ,cùm erga proximorum miseriā nullo charitatis affectu moueantur,non aduertētes illud;Misericordiā volo,& nō sacrificium.Illud em Oseæ vt apertè Dominus Pharisæis & scribis aliquando obiecit,ita nūc occulte per exēplum istud indicare voluit & in memoriam reducere.Sic intellecta Domini interrogatione & vltima respōsione,patet quomodo Dūs hac parabola aptissimè quod quereba tur,nēpe qs esset proximus,doceat,& ꝓter hoc etiā alia,ob quæ supra dixim⁹ hoc exēplū ab ipso assumptum.Porro quanquā id parum ad rē facere videatur,sciendum illā Domini iterrogationē; quis horū trium,&c.ex Græcis potius sic esse vertēdā:Quis horum trium videtur tibi proximꝰ fuisse eius qui incidit in latrones,nō illi,vt quemadmodum nō est interrogatum,quis est mihi ꝓximꝰ,sed substātiuē,quis est meus proximus , ita & ꝓ substātiā Dūs respōderit. Græce em est πλησίον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος. Illud , Vade,iperatiuus est,Hebræorum more positus ꝓ interiectione hortātis, Agedū. Cęterū hac domini parabola ꝑmunitiesse debēt sacerdotes & religiosi apud Christianos ac quotquot præ aliis merito sanctiores esse debēt,ne in externis cæremoniis,quib.præ aliis plꝰ dediti esse debēt,adeo fidāt, vt interi negligāt miseris ꝓ viribus succurrere , ne ipsi ab his qui ꝓphani habētur,& minus sancti,apud Deum i vera pietate inueniātur inferiores.Nā hac in parte etiā apud nos simile quid in quibusdā obseruare licet,quale est qđ in Iudęorum sacerdotib. notatur. hoc quidē ꝓ parabolæ explicatione & accōmodatione secundum primam Domini intētionē.Por ro quoniā tā accurrate hæc parabola à Domino est cōficta,& in ōnibus fere suis parabolis Dominus præter id ad qđ primo parabolæ assumuntur mysteria quædā cōmendare voluerit nobis,nō potest videri vana(quemadmodum hodie quidā volūt)illa parabolæ istius tractatio,qua ipsa de Christo exponitur,cum oia optime quadrāt ad mysterium redēptionis ꝟ Christum pfectæ explicadum, & ātiquissimi etiā patres,Hieronymus,Augustinus,Ambrosius,& alii de Christo eā intellexerit, vt credendum sit etiā hunc sensum Dominum in parabola intendisse,& ab Apostolis p manus susceptū.Itaq; p Samaritanum,de quo ista parabola Dominus se ꝛignificauit,& recte,tum ꝙ à Iudæis velut Samaritanus cō temneretur, & probri causa Samaritanus dictus esset:tum ꝙ id nomen , si significatum spectes, ꝓbe in ipsum quadrat.Significat em custodē,à verbo Samar,qd est custodire. Samaritanus ergo erat,quia is erat,de quo in psalmo vigesimo sexto:Nisi Dominus custodierit ciuitatem,frustra vigilat q custodit eam Cæterùm p hominem qui descēdit ab Hierusalem in Iericho,intelligendum vniuersum humanum genus, qđ i primis nostris parētib. è paradyso i quo fruebatur sublimi illa & trāquilla atq; pacifica vita, excidit in vallem hanc lachrymarum,vbi oia mutationib.ad instar lunæ sunt plena. Hierusalē em in sublimi ciuitas sita,interpretatur visio pacis: Iericho vero,ciuitas in valle,lunā significat:ꝓinde illud nomen cōuenit ad significandū paradisum,istud verò ad significandum mundum istum instabilē in quē homo iectus est.Qui cum descēdisset,incidit in latrones, quia in crudeliū dæmonum venit potestatem, à quib. tutus erat quādiu fuit in Hierusalē cōtinuit,q illum & exuerunt ac spoliauernnt vestib.innocentiæ atq; virtutū, & iā exutum etiā plagis multis affecerunt,reddentes illum obnoxium peccatis ignorātiæ veri,ac ibecillati operādi recta,ita vt iā iaceret abiectus, destitutus.ac desperationi mortiq; ꝓximus,nō tamen adhuc mortuus,sed semiuiuus & semimortuus,aut quia adhuc in illo erāt motus vitæ,sed

Sensus istius.

imperfecta

imperfecti,quib.scilicet ad bonum ferebatur,sed quod præstare non potuit:aut quia nondum de eo etsi grauiter vulnerato plane desperatum erat,vt cui adhuc spes vitę,& sanitatis erat in Christo:aut quia viuens vita corporali vitam spiritualem perdiderat.Sic autem vulneratam iacentē humanam naturam sacerdos & Leuita,hoc est,lex & prophetæ,à quib.eius sanitas expectāda videbatur , pertransierunt,reliquentes eam vt erat vulnerata & semimortua,etiam si viderent eā iacentē,& morbi ac calamitatis eius magnitudinem agnoscerēt. Aut(quod ad primam parabolę intentionem magis accedit)in sacerdote & Leuita pertranseuntibus,rectè intelligimus Iudæorū sacerdotes & doctores,suis potius rebus & commodis incūben- B tes quam aliorum saluti,neglexisse deploratorum hominum saluti consulere,sicut sacerdos & Leuita,de quib.parabola,pergebant qua cœperāt, nequid dispendii in reb.huius mundi paterentur , si circa miseri curam occuparentur.Cū igitur sacerdos & Leuita vel non possent, vel negligerēt hominī semiuiuo succurrere,Samaritanus quidā,nēpe Christus,per assumptam humanitatem etiam iter faciēs è Hierusalē cœlesti in Iericho,& vallē huius mundi,cum post legem & Prophetas & Iudæorum sacerdotes veniens videret humanæ naturæ calamitatem,non eam præteriuit aut neglexit,sed'etsi ab hominib.multis esset affectus probris, etsi proprio suo genere alienꝰ esset à nobis, tamen vere se nobis proximum exhibuit.Itaq;misericordia motus,non nostris commotꝰ meritis, propius etiam nos accedens per suam nobiscū cō uersationem.mox cœpit obligare vulnera nostra vinculo doctrinæ & gratiæ suæ,infundens oleū & vinum,quæ solus ille secū in via assumpsit,ac nobis infundere potuit,hoc est , gratia ac charismatib.spiritus sancti,& sui sanguinis effusione nos curans,quorū vtrunq; necessarium fuit nostræ curationi.Hæc enim rectè per oleum & vinum quis intellexerit,in quib . etiam duabus materiis omnia pene sacramenta quib. curamur , consistunt. Aut per oleum & vinum,lenitatē & mordacitatem,intellige doctrinæ Christi, quæ alibi quidem mansuete procedit & exhilarat,alibi vero pstringit & mordet,vnde sic apte temperata vndiq;iuuat.Non satis autem illi fuit hoc modo obligasse hominis vulnera,optimo doctrinæ suæ temperamento adhibito,sed preterea etiam illū imposuit in iumentum suum,peccata nostra susciens in corpore suo,ac de suo dependens quod nos commeruerамus,& rursum quia nos membra sua fecit,suiq; corporis participes, vt vnū simus cū eo corpus,sicq; hominem detulit in stabulum suū & diuersoriū,hoc est,Ecclesiam,quę rectè πανδοχεῖον dicitur,quod sine discrimine quosuis recipiat,sed tanquam hospites & peregrinos.Hic quoniā corporali præsētia per sese hominis curam gerere nō semper potuit,quod proficiscendū ei esset in cœlum vnde venerat hospitib.suis saucium hominē curandum commisit.Hi sunt Apostoli & Apostolorum successores.per quos etiam hodie curat humanum genus,& à latronum violentia colligit in Ecclesiæ diuersorium,vbi solum curantur peccatorum vulnera.His dedit duos denarios, duo scilicet testamenta,quę vnius imaginem regis tenēt, nempe quod sint eloquia Dei.Dixit autem:Quicquid superrerogaueris.ego cum rediero reddā tibi.Doctores enim & pastores de suo quoq; apponunt,quod ad hominum cedat vtiliratem,dū dilatant diuinorum sermonū interpretationes:ac pro conditione temporum ac personarum quędā constituunt & ordinant seruanda,pro quibus mercedem accipient,Domino redeunte in secundo aduentu.Tunc enim dicere poterūt: Domine duos denarios tradidisti mihi,ecce alios duos supra impendi.Et ille dicet eis:Euge serue bone & fidelis, &c.Et hæc quidem parabolæ explicatio ad Christum pertinens.Cæterum conclusio parabolę secundum hāc tractationem,accommodari potest, vt cum D.Ambrosio intelligamus Dominū significasse se esse proximum nostrum secundū humanitatem,quem tanquam hominem debeamꝰ diligere vt nosipsos:tanquam Deum verò extoto corde,vt in Christo vtrunque dilectionis præceptum adimpleatur.Aut potius intelligemus Dominum suo exemplo nos docuisse, omnem eū pro proximo habere qui ope nostra indigeat, etiāsi genere sit alienus,imò hostis sit:sicut ipse, etsi alienus à nobis genere, & nos illius essemus inimici,tamen nos pro proximis suis agnouit.

MARTHA DOMINVM SVSCIPIT HOSPITIO.

LVCÆ 10. CAPVT LXXXII.

FActum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddā castellū,& mulier quædā Martha nomine,excepit illum in domum sum,& huicerat soror nomine Maria,quæ etiā sedēs secus pedes Domini,audiebat verbū illius.Martha autē satagebat circa frequens ministeriū,quæ stetit,& ait:Domine,nō est tibi curæ,quòd soror mea reliquit me solā ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet . Et respondēs dixit illi Dominus:Martha solicita es,& turbaris erga plurima.Porro vnum est necessarium.Maria optimam partem elegit,quæ non auferetur ab ea.

FACTVM EST AVTEM DVM IRENT, ET IPSE INTRAVIT, &c.] Huius historiæ narratio eò spectat potissimū, vt illa ostenderetur quomodo Dominus magis sit delectatus eorum studio qui auidi essent à se audiēdi,verbū dei, quàm qui ipsū corporaliter pascere studerēt:magisq;studuerit cū hospitio alicubi esset receptus, hospites sua doctrina pascere,quam ab illis pasci desiderauerit: sicq;suo exēplo discipulos docuerit qualiter se gerere debeāt in domib.eorū qui ipsos suscipiūt,nēpe vt nō varietatē & lautitias fercu- E lorū requirāt,& ipsi potius hospites suos replere studeāt sacris & diuinis doctrinis,àquibus Domini exēpli imitatione longe abesse pleroq;verbi diuini concionatores experientia docetquotidiana. Proinde hæc historia apte subiūcta est à Luca post descriptā missionē discipulorum, vt iā ostenderet Dominū suos facto docuisse,quod illis cū mitterentur verbo docuerat & præceperat.Castellū autem in quohic dicitur Martha Dominū suscepisse in domum suam,satis certum est fuisse Bethaniā. Nam hanc Ioānēs cap.11.dicit fuisse castellū Mariæ & Marthæ sororum Lazari:quare castellum, quemadmodū sępe in Euangeliis,accipi debet nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro eo quod nos dicere solemus castrũ vel castellum,sed pro vico,pago,aut ciuitatula.Bethania,inquit D.Hieronymus lib.de locis hebraicis,villa in secundo ab ælia miliatio in latere montis Olueti,vbi saluator noster Lazarũ suscitauit,cuius monumentũ Ecclesia nunc ibidem extructa demonstrat.Non tamen putandũ est conuiuiũ hoc quod Martha nunc dicitur parasseDomino,esse illudde quo Ioānis 12.vbi etiam Martha dicitur ministrasse.Hic enim dicitur Martha suscepisse illum in domum suam,cum illud conuiuium factum sit in domo Simonis leprosi,vt patet ex Matthæo & Marco,vt alia præteream quæ historiæ diuersitatẽ satis demonstrant.Proinde quod dicitur; dũ irent, nõ de illa Domini in Hierusalem profectione est accipiendum,qua Dominus ante sex dies Paschæ venit Bethaniã,illinc profecturus in Hierusalem, sed vel de profectione qua post missos discipulos circuibat ciuitates & castella in quibus prædicauerãt,aut potius de profectione in Hierusalẽ,siue ea cuius meminit Lucas cap.9.(quam ex Ioanne ostendimus factã ad celebrandum festum sceno-pegiæ)sine qua alio aliquo tẽpore per Bethaniam ascẽdit in Hierusalem.Nam supra diximus,post relictam Galilæam Dominũ in Hierusalẽ frequenter conscẽdisse. Notandum autem,quod nõ Maria simul cum Martha,sed sola Martha dicitur Domi num suscepisse in domum suã.Nã cum Maria hęc sit ea quæ dicitur in Euangeliis Magdalena, vt suprà ostensum est cap.55.& Magdalena è Galilæa Dominum secuta sit in Iudæã, vt dicitur Marc.15. non ipsa habitauit hoc tẽpore in Bethania,sed verisimile est eam fecisse Dominum familiarem Marthæ & Lazaro fratribus suis,vt per eã Martha susceperit Dominum in domum suam.Hic mihi imprimis aduerte miram Domini dignationẽ.In propria venit,& tamen tanquã hospes susci pi dignatur.Omnes pascebat,& tamen ab aliis pasci voluit,qui quo pascerentur,pascentib.pręstitit.Domin' ergo à famula, creator à creatura hospitio susci pi dignatur.Fœlix certè Martha,quæ tanti dignatione hospitis celebre nomẽ obtinuit.Sed ne quis doleat se huius fęlicitatis expertẽ esse,quasi hi soli beati sint qui Christũ in propria persona susci-pere in domos suas meruerũt,cogitet a Domino dictũ esse:Quod vni ex minimis meis fecistis,mihi fecistis,propter quod ī nouissimo die quibusdã dicturus est:Hospes erã & collegistis me.Pulchre autẽ Euãgelista describit, quomodo duæ sorores in diligendo Iesu cõcordes,in ostensione dilectionis diuersæ fuerint,ac cùm vna esset vtriq; pietas erga Dominum,diuersa tamen fuerit pietatis functio:quomodo in vno corpore varii sunt membrorum vsus,& in corpore Christi,quod est Ecclesia, varia sunt dona spiritus.Maria,inquit,etiam sedẽs secus pedes Domini,audiebat verbũ illius.Vbi illud,etiam,additum videtur vel ad significandum ipsã nõ obiter audisse verbum Iesu,quomodo & distracta Martha audire potuit,sed sic audiuisse, vt etiã sese totam ad audiendũ composuerit,feria ta ab omnibus negotiis domesticis : vel vt simpliciter significetur eam simul cũ aliis mulieribus assedisse pedibus Iesu.Notatur autem his verbis mira huius mulieris in audiendo auiditas,vt quæ rapta duleedine verborum Christi.& amore veritatis discendæ,omniũ oblita fixe assederit pedib. Iesu.Notatur item & duplex conditio auidis doctrinæ diuinæ necessaria, nempe tranquillitas ab omni mentis & corporis perturbatione & distractione,& humilitas ac reuerentia doctoris. Et illud quidem notat verbũ sedebat:istud verò,quod ad pedes Iesu sedisse dicitur.Illud necessarium esse docet scriptura,dicens: Vacate & videte quoniam ego sum Dominus.Istud,cum dicit: Humilibus Deus dat gratiam.Quãto autem,inquit Augustinus de verbis Domini,sermone 27.humilius ad pedes sedebat, tanto amplius capiebat.Confluit enim aqua ad humilitatẽ conuallis, denatat de tumoribus colliș.Et bene specialiter hæc mulier secus pedes Domini sedere elegit, quod illos osculando & lachrymis rigando.peccatorum suorum remissionem impetrauerit.Martha autem satagebat,id est,anxiè torquebatur,vel,vt est Græce significatius περιεσπᾶτο : id est, distrahebatur siue distendebatur,circa frequẽs ministeriũ,aut,vt Græce clarius, περὶ πολλὴ διακονίαν id est,circa multam ministrationẽ.Maria ergo sedebat vni rei intenta.Contra Martha huc illucque distrahebatur circa plura,sursum ac deorsum cursitans, ac solicite satagens ne quid omniũ deesset,quæ ad suaui ter excipiendum tantum hospitem cum suis discipulis pertinerent.Demonstrauit & hæc,diuersa licet ratiõe,multum se & amare & reuereri Dominum,vt cui digne excipiẽdo tota esset intenta,nihil satis esse putans,sed diligẽter omnia & affatim administrare cupiens Mariam ergo amor Iesu nõ patiebatur auelli ab illius pedibus.Martham verò idem amor sursumac deorsum circumagebat,nec patiebatur adhærere Domino. Cùm aũt ægre omnibus obeundis suffĩeeret, quæ tractãdo Domino parare cupiuit,& videret sororem feriatam assidẽtem pedibus Iesu,nõ expostulat cum sorore, quã sciebat auelli nõ posse,sed Iesum subincusat,qui illam suis sermonibus ab ea quæ tũc necessaria videbatur functione remoraretur. Domine,inquit, non est tibi curæ quod soror mea passa est hactenusme solã ministrare? Iube igitur vt me adiuuet, qua si dicat,a lioqui scio non auelletur abs te, nisi tu iusseris.Tanta est dulcedo verborum tuorum.

ET RESPONDENS DIXIT ILLI DOMINVS : MARTHA MARTHA, SOLICITA.]Quæmadmodum vtraq; soror pie Domino afficiebatur,ita vtriusq;Dominus delectabatur affectu,sed Mariæ quietẽ prefert solicitudini Marthæ.Et quidem expectandum humano iudicio videbatur, vt Marthæ suggestionibus & precibus acquiesceret,ac Mariam sorori adesse præciperet. quòd illa adeo Dominum diligeret, vt dispendiũ sermonum Christi,quorum & ipsa auida erat,ferre eligeret,quo tantum hospitem digne excipere t vsque ad fatigationem multam ea in re incumbens. Maria verò se suámque voluptatem & commodum in Christo quærere videbatur, etiam cũ tempus exposceret & locus,à Dominico subtrahẽs se ministerio,quasi immemor omni rei suũ esse tempus.Quis enim prædicator famelicus alicubi hospitio receptus,non preferret eam potius quæ tota suo ministerio esset intenta,quam quæ otiose sederet audiendi cupida?Verum lõge sec' Christus iudicabat,quam hominũ iudicio iudicaturus putari poterat,declarans iam rursũ semagis & suauius refici eorum auditate qui ab ipso auditos sermões traiiciũt in viscera animarũ suarum vt salui fiant,quam variis & lautis ferculis magna in gratiam ipsius sedulitate paratis.Sic & Ioannis 4.cum discipuli famelicum Dominũ ad mandu

manducandum inuitarent,respondit se habere cibum quem manducaret illis incognitum.Id cum non intelligerẽt,subiecit:Meus cibus est vt faciã voluntatem eius qui misit me,vt perficiam opus eius.Videamus autem conueniẽtiam responsionis Domini.Vtriusque enim mulieris functiones oboculos ponit,eisque ad inuicẽ comparatis Mariæ functionem præfert,& ob id eam non interpellandam aut auellendam ab eo quod agebat asserit.Primum ergo quod ad Martham interpellantem pertinet,dicit,Martha,Martha , solicita es & turbaris erga plurima.Duplicatio nominis vel facta est ad mouendam attentionem eius , quæ distracta erat,vel in signum beneuolentię ipsius erga Martham. Ex proprietate enim hebraici sermonis,nomen alicuius sæpe geminatur,ad significãdum affectus vehemẽtiam, quomodo in Psalmis nomen Deus aut Dominus frequẽter duplicatur, quomodo & Dominus supra dixit:Non omnis q dicit mihi Domine,Domine,quomodo itẽ apud Marcũ Iudas salutans Dominũ scribitur in Græcis dixisse:Rabbi rabbi.in signum scilicet magnæ beneuolentiæ.Non obiurgat Dominus Martham, etsi interpellantem & subincusantem ipsũ,ac sororem ab eo quod optimũ erat auocãtem, sed blãde eam compellans,indicauit solicitudinis & turbationis nimietatem,eiusq; functionẽ inferiorem esse functioni sororis.Solicita,inquit,es & turbaris.Solicitudinẽ enim sequitur turbatio.Erga plurima,pro circa multa. Nam Græcè positiuus est περὶ πολλα, id est, circa multa, vt & Augustinus legit.Et verisimile est interpretẽ vertisse,plura,quandeinde aliquis mutauerit in plurima. Nam plura, teste quodam,habent quidã vetustissimi codices Latini.Vide autem Domini in respõdendo Marthæ nõ solũ mansuetudinem,sed etiam humanitatem.Nõ prius enim eam admonet de solicitudinis superfluitate,quàm ab illa perstringẽdi sumeret occasionem.Cum enim prius solicitudinẽ illam nõ iudicaret notandam,quod aliqui hospitalitati esset deferendum, quodq; ea solicitudo eximio erga ipsum amore & honore proficisceretur,tamen postquam illa auellere tentauit sororẽ ab auditu,tum Dominus arrepta occasione illam verberat,sed blãdè & modestè ob hospitii & affectus eius honorem.Eatenus enim hospitalitas veneranda est,quatenus nõ abducit à magis necessariis.Multis circa quę Martha distrahebatur Dominus vnum opponit,cum subdit:Porro vnũ est necessarium,aut,vt est Græce,ἑνὸς δέ ἐστι χρεία ,id est vnius autem est indigentia aut necessitas,vel.vno autem est opus.Quod dupliciter intelligi potest, quemadmodum indicat Theophyl.Altero mõ,vt his verbis intelligatur Dominus voluisse solicitudinem suã Martham remittere & minuere debere.& sit sẽsus : Frustra circa multa & varia nostri cã turbaris Martha.Nõ enĩ multis indigemus alimentis,sed vno solo nobis opus est,nempe vt comedanus qualitercũqi;,non variis. Aut sic: Non oportet te circa tã multa tumultuari,vni rei intẽtam te esse oportebat,si quid rectè curatũ velles. Nõ enim tam multa simul recte curabis, sed nec multa ad id quod agis sunt necessaria.Secundum hos intellectus,quod sequitur,Maria optimã partem elegit,&c.à superioribus est separatũ , vt intelligendum sit Dominũ postquam Marthã monuit aliquid solicitudinis remittere,deinde hac sẽtentia excusasse,& commendasse factũ sororis.Altero modo intelligi potest his verbis Dominus significasse,vnum aliquid esse hominib.ad salutem necessarium,nẽpe attentionẽ doctrinæ cœlestis, ac studium rerum diuinarũ, vt ex his verbis iam inferatur sententia quæ sequitur ; Maria optimã partem elegit,& sit sensus:Tu quidẽ Martha circa multa occuparis,verũ præ multis istis, vna res est quæ omnibus est necessaria , nempe studiũ & cognitio Dei.Istud vnum quoniam Maria elegit, meliorem partem quam tu elegit.D. Augustinus subtiliori intellectu accipit his verbis commendari vnitatem e regione distractionis Marthæ , vt sit sensus:vnitas est necessaria, vnitate opus est;& intelligatur Maria commendata ob mentis vnitatẽ, quę tota fixa erat in vno,nempe Domino propulsata omni distractione.Priores intelligendi modi orationis filo & occasioni dicẽdi magis conuenire videntur.Porro cùm nos legamus per superlatiuum ;Maria optimã partem elegit; Græce est positiuus, τὴν ἀγαθὴν μερίδα ,id est , bonam partem. Articulus tamen appositus indicat nõ simpliciter Mariæ partem bonam dici, sed excellenter bonã, hoc est,meliorem parte Marthæ,quæ etiam bona erat.Vnde Augustinus legit, meliorem . Habet enim; Maria meliorem partem elegit.Non tu malã, sed illa meliorem.Nec secus legisse videtur D.Ambrosius in commentariis hæc subiiciens :,Nec tamẽ Martha in bono ministerio reprehenditur , sed Maria quod meliorem partẽ elegerit, antefertur. Non male ergo interpres vertit,optimam,potius quàm bonam,quo sententiæ plenitudinẽ melius efferret.Quod autem dicit Dominus partẽ Mariæ non auferendam ab ea, accipiendũ est , vel vt simpliciter significetur eam per ipsum Dominũ non auellendam ab optimo quod elegit, quemad modum fieri petiuit Martha:vel subtilius,vt signi ficetur eam partẽ neque in futura vita ab ea auferendam, quando à Martha auferenda erat circa multa distractio.Elegerat enim Maria contemplationi insistere,quæ in futura vita non auferetur, sed perficietur.Cæterum in duabus his sororibus Augustinus,Gregorius. Theophylactus , aliique patres tum Græci,tum Latini iutellexerũt expressum quendam typum duarũ vitarũ quæ sunt in Ecclesia Christi,nẽpe vitæ practicæ vel actiuæ per Martham significatæ , & contemplatiuæ significatæ per Mariam : sicut & in duabus sororibus vxoribus Iacob ęqdẽ vitæ intelliguntur figuratę, practica scilicet in Lia,contemplatiua in Rachel. Vitæ enim actiuæ est,cum Martha occupatam esse circa corporalia ministeria,vt circa filiorum æducationem,pauperũ curam,& id genus alia.quę non sine corporali labore, fatigatione ac distractione obeuntur. Contemplatiuæ vero est , cum Maria,sepositis curis corporalium occupationũ ac mentis distractionibus,vacare intelligentiæ & meditationi rerum diuinarũ.Proinde hic ex verbis Domini docemur primo,vitam contẽplatiuã, qua deo & diuinis rebus vacatur præferendam actiuę etsi & illa in suo genere sit bona propter qd & Paulus virginalem statũ præfert coniugio.Qui enim,inquit,sine vxore est,solicitus est quæ sunt domini,quomodo placeat deo.Qui autẽ cũ vxore est,solicitus est quæ sunt mundi,quomodo placeat vxori,& diuisus est. Docemur secundo , eos qui sese tradiderunt vitæ actiuæ, non debere tanquã otiosis obmurmurare his qui requieti à corporalibus ministeriis,vacant cœlesti doctrinæ ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuinis rebus, nec tales auocãdos temerè ab optimo, circa quod versãtur, ad corporalia ministeria. Vnde & Petrus simile quid cum eo quod hic Dominꝰ indicauit, dicẽs: Nõ est, inquit, æquũ nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Itaq; hinc videre licet quã malè quidam hodiesancto sacerdotum & religiosorum otio inuidẽtes aũt obmurmurantes, eos ad seculi negotia & corporalia ministeria auocant, volẽtes eos patres familias fieri, pauperum curam susciperc, manibus laborare vnde sibi aliúsque victum parẽt, quasi desint in seculo qui hęc quãtum necesse est obire possint. Verum vt hi male cum Martha Mariam ab optimo auocare student: ita videndum his qui Mariæ partem elegisse se se profitentur, vt Mariã etiam verè imitentur, ita vt sedeãt quidem, hoc est, à seculi distractionibus sint quieti, sed sedeãt iuxta pedes Iesu, & audientes verbum illius, vt ne eorum otiũ sit desidiosum, sed sanctum. Sunt enim qui sedent quidem & otiantur, sed quasi iuxta ollas carnium, quemadmodum Israelitæ in Aegypto, nec sedent audientes verbum Christi, sed intenti fabulis & rebus nihili. Iuxta pedes autem Iesu sedent audientes verbum illius, qui humiliter sese Christo submittunt, fixe vestigiis ac exemplis conuersationis eius inhærentes, intenti iugiter scripturarum sanctarum ac verborum Christi meditationi, aures suæ mentis diuinis inspirationibus aperientes & præbentes, solicite discentes quod eos in vera pietate alat & proficere faciat, aut etiam quod alios aliquando doceant. At vt quis hoc modo verbum Christi possit audire, necesse est imprimis vt sedeat, sepositis scilicet mundanis negotiis, ac sedatis animi perturbationibus & passionibus: deinde vt sedeat iuxta pedes Iesu, humiliando seipsum. Remanserunt, inquit Augustinus, in illa domo quæ susceperat Dominum, in duabus fœminis duæ vitæ, ambæ innocentes, ambæ laudabiles. Vna laboriosa, altera otiosa, nulla facinorosa, nulla desidiosa. Ambæ innocentes, ambæ inquam, laudabiles, sed vna laboriosa, altera otiosa: nulla facinorosa, quam cauere debet laboriosa: nulla desidiosa, quam cauere debet otiosa. Hæc ille. Itaque qui Mariæ partem amplexus est, Mariam referre studeat: qui Marthæ partem prælegit, Marthæ sedulitatem imitetur, sed memor sit Dominicæ admonitionis, vt ne superflua sit eius circa externa solicitudo, nec obstrepat his qui Mariæ otium otiantur. Porro ex Ecclesiastica institutione hæc Euangelica historia in templis decantatur in assumptione gloriosæ virginis Marię, idque ob id potissimũ, quod cum non habeat ea festiuitas proprium sibi Euangelium, finis huius historiæ per accommodationem optime conuenit diuæ virgini. Ipsa enim etiam dicta Maria, ea die optimam partem consecuta est, quæ nũquam auferetur ab ea. Quod autem quidam totam etiam hanc historiam allegorice studeant diuæ virgini accommodare, ostendentes quomodo recte ipsa dicatur castellum, in quod Christus sit ingressus: quomodo item in hac vita & Marthæ officium obierit & Magdalenæ, quia scilicet Dominum intra veteri sua hospitia susceperit, eumque solicite pauit & enutriuit, & tamen etiam intenta semper fuit verbo diuino & contemplationi: hæc, inquam, accommodatio vt non plane reprehendi debet, tum quod nihil quàm pietatẽ resipiat, tum quod à magnis sit profecta authoribus, nempe Bernardo & Anselmo. ita tamen non potest non videri esse coactior, & forte nec ab Ecclesia, cùm hoc Euangelium instituerit, intenta. Poterit autẽm simplicius, & ad formandos hominum mores vtilius, euangelium hoc ea die sic tractari, vt quemadmodum illud, Maria optimam partem elegit, quę, &c. accomodatur fœlicitati ad quam assumpta virgo peruenit: ita doceantur homines optimam partem nõ esse quærendam aut expectandam in hac vita, sed cum Maria virgine post hanc vitam. Et rursum doceantur per ea quę in historia præcedunt de Martha & Maria sororibus, quomodo ad Mariæ optimam illam partem peruenire possint, nimirum si cũ Martha in bonis operibus sint seduli, sed sic vt menti distractio & turbatio caueatur, studeantq; cũ Maria etiam vni illi rei quæ necessaria est, esse intenti, & ad vnũ omnia referre. Cum enim, vt supra dictum est, in duabus his sororibus duę vitæ sint figuratę, actiua & contemplatiua, quanquam duæ hæ vitæ, suo modo inueniantur etiam in Ecclesia militante hic in terris, tamen actiua magis pertinet ad præsentem fidelium vitam: cõtemplatiua verò ad futurã sanctorũ vitam, quæ sola est contemplatiua perfecte, vt quæ ab omni actionum labore sit libera, cũ nullius vita his in terris adeo sit cõtemplatiua, vt non communicet etiam cum actiua. Vnde D. Augustinus explicans duas vitas in sororibus istis figuratas, præsentem, inquit, & futuram, laboriosã & quietam, erumnosam & beatam, temporalẽ & æternam. Itaq; vt ad Marię matris Domini partem perueniamus, hic interim donec in laboriosa ista vita agendũ est, Marthã imitemur, suscipiẽdo Christum in domum nostram, siue corporaliter per pauperum susceptionem, siue spiritualiter per fidẽ & charitatem, Christum intra cordis nostri viscera recipientes, seduli simus in operibus etiam externis, quibus Christo & suis seruiamus. Non tamen sic addicti simus officiis Marthæ, vt non etiam sororem Mariam imitemur, sedẽtes ad pedes Iesu, eiusque sermonibus tempore & loco opportunis intẽdentes, & de vno illo imprimis necessario soliciti. Sic enim si hanc laboriosam vixerimus vitam, aliquid in Martha, & aliquid in Maria imitantes perueniemus ad optimam illam Mariæ virginis partem quam in assumptione adepta est, nec alio modo adepta, quàm huiusmodi vita mixta Marthæ & Mariæ officiis. Vnde factum est vt sicut ingrediente Iesu in quoddam castellum ipsa excepit illum in domum suam, ita vicissim ipsa egrediente ex hoc mundo & ingrediente in castellum cœleste, Iesus exceperit illam in domum suam. Hæc tractatio vt planè moralis est, ita minus est coacta, & maxime conuenit commodo eo quo Euangelium hoc tractauit D. Augustinus, de verbis Dominis sermone 26. & 27. sed allegoricam D. Bernardi & Anselmi tractationem paucis in se includit.

Act. 6. — Quæ in assumptione virginis hæc historia legatur.

DOCET ORATIONIS ET MODVM ET VIM.

LVCÆ II. CAPVT LXXXIII.

ET factum est, quum esset in quodam loco orãs, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eũ: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Ioãnes discipulos suos. Et ait illis: Cũ oratis dicite, Pater sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnũ tuum. Panem nostrum quotidianũ da nobis

Act. 6.

nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debẽti nobis: Et ne nos inducas in tentationẽ. Et ait ad illos: Quis vestrũ habebit amicũ, & ibit ad illũ media nocte, & dicet illi: Amice cõmoda mihi tres panes, quoniã amicus meus venit de via ad me, & nõ habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondẽs dicat: Noli mihi molestus esse, iã ostium clausum est, & pueri mei mecũ sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsãs, dico vobis: Et si non dabit illi surgens eò quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamẽ eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim quipetit, accipit & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nũquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos, cũ sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quantò magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?

Luc. 11. 43.

ET FACTVM EST CVM ESSET IN QVODAM LOCO ORANS, VT CESSAVIT, &c.] Cùm pleraq; Lucas maximè in sequentibus scribat veluti miscellanea, non est laborandum vt ostendatur quomodo hæc hæreant cũ præcedentibus. Non enim vbiq; quærenda est cõnexionis ratio. Porro quod hic apud Lucã Dominus scribatur hanc precandi formam tradidisse eum à quodam discipulo rogatus esset, non debet videri contrarium ei quod Matthęus eam commemoret traditam à Domino nõ rogato, in sermone illo prolixo, qui dicitur sermo in monte. Nam primũ dici potest Dominum hãc orandi formã bis tradidisse, semel ex seipso ad docendum Apostolos: secundò, cùm rogatus esset à discipulo isto qui videri potest fuisse vnus ex septuaginta, qui Dominum priꝰ docentem hãc orãdi modũ non audiuerit. Deinde & quidem probabilius dici potest, Matthæum orãdi formã à Domino traditã inseruisse prolixo illi sermoni loco oportuno, quanquã alio tempore à Domino esset tradita, quemadmodum verisimile est ipsum in eũ sermonem multa assripsisse, quæ alio tempore sũt à Domino dicta, vt ex Luca apparet. Voluit enim Matthæus in principio sui Euangelii, sermone quodã Domini à se desctipto summã ferè totius Euangelicæ doctrinæ concludere. Quia tamen fieri potest vt bis hæc precãdi forma sit à Domino tradita, & ne nimia fiat Euangelistarũ cõfusio, visum est in Concordia eam bis ponere, quemadmodum insequentibus multa ex Luca habetur, quæ in Matthæi sermone aut alibi apud eũ sunt habita. Factum est, inquit, id est, accidit, cùm esset in quodã loco orans, quemadmodũ frequẽter facere solebat, tum ob assumptæ carnis dispensationẽ, tũ in nostrũ exemplum, postquã ab oratione cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine doce nos orare, &c. Videbat enim præceptorẽ nouũ vitæ institutum & exercere & admonere, nouã ergo etiam orationẽ quæsiuit vitæ instituto conuenientem, vt ne eius discipuli hac in parte inferiores, essent discipulis Ioannis. Docet itaq; Dominus præscripta illis forma, & quam paucis sit orandum, & quæ sint suis discipulis petẽda. Cum, inquit, oratis, dicite: Pater, &c. Hæc autẽ oratio, vt à nobis quidẽ legitur apud Lucam, pauciora habet quam oratio apud Matthæum. Omittitur enim, noster qui es in cœlis, & Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, &, Sed libera nos à malo. In Græcis tamen codicibus tota ponitur etiã hoc loco ista oratio, sicut in Matthæo, nisi quòd nõ additur illa coronis, quæ à Græcis adiecta est in Matthæo. Sed & apud Augustinũ lib. de verbis Domini super Lucã, sermone 28. tota ponitur vt apud Matthęũ, qui sermo totꝰ est apud D. Ambrosium lib. 5. de sacramentis ca. 4. vt dubiũ sit vtrius sit. Nã D. Augustinus in Enchiridii ca. 115. & 116. aperte docet apud Matthæũ orationẽ Dominicã septẽ cõtinere petitiones vel partes: apud Lucã verò quinq; tãtùm, vt hinc verisimilius sit Latinorũ libros hoc loco correctiores esse Græcorũ libris, in quib. probabile est ex Matthæo adiecta esse quæ hic videbãtur desiderari, vt & alibi factũ est. Ostendit aũt Augustinus loco prædicto orationẽ Lucæ breuiorẽ in verbis, non minus secundum sensum cõtinere quam oratio Matthęi. Tertia enim illa petitio: Fiat voluntas tua, &c. continetur in duabus præcedẽtibus. Non enim sanctificari potest nomen Dei, nisi fiat eius volũtas ab hominibus in terra: & si aduenerit in nos regnũ Dei, pulso regno satanæ, vtiq; volũtas eius fiet in terra sicut in cęlo. Sic & vltima illa pars, Sed libera nos a malo, includitur in præcedẽti, Et ne nos inducas in tentationẽ, imo vna eademq; est petitio, quemadmodũ indicat aduersatiua, sed. Non enim dictũ est: Et libera nos a malo; verũ sed libera nos a malo; vt sciat vnusquisq; ĩ eo se liberari a malo, quod non infertur intentionẽ. Præterquã autem quod oratio apud Lucã pauciores habet partes, etiamin quibusdã dictionibus differt ab oratione Matthæi. Nam in tertia petitione, quotidianũ, legimus, eum in Matthæo legamus, supersubstãtialem. Græcis tamen eadẽ est dictio, ἐπιούσιον, de qua prolixe super Mat. ca. Cõcordiæ 41. In eadẽ petitiõe pro, hodie, quidã Græci codices hic habẽt καθ' ἡμέραν id est quotidie, quomodo & Latinos quosdã codices habere testatur quidã, & ego in antiquo codice scripto reperi, quẽ mihi exhibuit Reuerẽdus Dominꝰ Abbas Tongerlensis. Offendit lectorũ vox eadem repetita quotidianũ, quotidie. Atqui, vt ĩ Matthæo dictũ est, ἐπιούσιον non quotidianũ significat, sed potius essentialem aut substantialem, vt sit: panẽ nostrum essentialem da nobis quotidie. Quæ tamen precatio non est diuersa ab illa; da nobis hodie; vt in Matthæo. Primũ enim, vt in Matthæo est dictũ, hodie, accipi potest pro toto vitæ tempore. Deide qui petit sibi quotidie a Deo dari cibũ, nihil aliud quam diuinũ petit cibũ, & eũ sibi singulis diebus dari, qui singulis diebus sufficiat. Estq; hac in parte quod in Luca habetur, da nobis quotidie, cõueniẽtius, quod hæc præcatio omni horæ diei magis cõueniat, quã illud, da nobis hodie. In quarta autem petitione προοφειλήματα, id est, debita, vt est apud Mattheũ, hic est ἁμαρτίας, id est, peccata, verũ hæc dictionum diuersitas nihil varietatis in sensu continet. Quid est enim, inquit Augustinus de verbis Domini debitum, nisi peccatũ: Sed & de eo satis in Matthęũ. In eadẽ petitione pro illo quod est in Matthęo; sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; hic est, siquidẽ & nos dimittimus omni debenti nobis; quo clarius exponitur id quod habet Matthæus, vt intelligamus remissionem quam im

Universidad de Deusto
Biblioteca

moramus,fundari ſuper remiſſione aliis exhibita. Ex hac autem varietate palam eſt,quàm Euangeliſtæ non fuerint de verbis ſuperſtitioſi. Præſcripſerat enim hanc precandi formam ſummus magiſter Chriſtus, & tamen in tantula precatiuncula non conſentit Lucas cum Matthæo,quædam omittens,quædam immutans, eadem tamen retinens ſententiam. Et certè conſentaneum vero eſt Lucam ſi oraſſe, vt nobis orandi formam tradidit authore Chriſto, vt hinc diſcere poſſimus non tàm de verbis ſolicitos nos eſſe inter orandum oportere, quam vt ſpiritu oremus & mente, & attendamus potius quid oremus quàm quibus verbis, quamuis in publicis precibus à præſcriptis verbis non ſit recedendum, ne offendicula naſcantur & diſſenſiones. Cætera quæ ad orationis huius pertinent explicationem, quære circa Matthæum in ca. Concordiæ 41.

ET AIT AD ILLOS: QVIS VESTRVM HABEBIT AMICVM, ET IBIT.] Poſtquam docuit Dominus quid ſit orãdum, in ſequentibus oſtẽdit quæ ſit orationis vis, maxime ſi ſit perſeuerans, vt ſic & ad fiduciam impetrandi inter orandum, & ad conſtantiam inuitaret, quæ duo ſunt orationi ſumme neceſſaria. Quo ergo ad hæc inciteret magis, parabolam aſſumpſit de amico exorãte amicum per improbam & inſtantem precationem. Quam parabolam anagogicè explicare ſtudent plerique, intelligentes per amicum quem acceſſit amicus. Deum hominum amatorem, & omnia quæ in parabola dicũtur quodãmodo Deo applicantes. Verùm vt ea explicatio valdè variè tractatur & coacte, ita nõ eſt opus, imò alienum à Domini intentione, parabolã iſtam hoc modo tractare, cùm non ſit allegoria in hoc Domini ſermone, ſed exemplum ſit humanum, ex quo per comparationem vult oſtendere quãta ſi vis orationis apud Deũ. Et ſciendũ eſt duo eſſe parabolarum genera in Euangeliis, quemadmodum docet D. Auguſtinus lib. 2. quæſt. Euang. ca. 45. Aliquando enim Dominus adhibet parabolas ſeu rerum comparationes ſecundum ſimilitudinem aliquam, argumento ſcilicet ſumpto per locum a ſimilibus, vt cùm dicitur: Sicut illud, ita & iſtud. Tales ſũt parabolæ quę habentur Matth. 13. & quæcũq; hactenus ſunt habitæ. Aliquãdo adhibet Dominus parabolas, vt ex diſſimilitudine aliquid probet, argumẽto ſumpto per locum a minori affirmatiue, aut a maiori negatiue, vt cum dicitur: Si hoc, quanto magis & hoc: aut ſi non illud, quãto minus iſtud, quale eſt illud: Si fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quãto magis vos modicæ fidei? Huius ſecundi generis parabola eſt, quæ poſt ea ponitur Lucę 16. de villico iniquo, quem dominus ipſius laudauit, de prouidẽtia qua ſibi in futurũ proſpexit: qui nõ poteſt intelligi gerere iuſtorum perſonam, vt qui domino ſuo non faciãt fraudem, quemadmodum fecerat villicus ille, ſed per contrarium ſignificatur quòd ſi laudatus eſt a domino ſuo, qui fraudẽ illi faciens, per largitiones in futurũ ſibi proſpexit, quãto magis a Domino deo laudari merebitur, quiſquis ſecundum illius præcepta ſibi amicos facit de diuitiis ſibi creditis? Talis etiam parabola eſt Lucæ 18. de iniquo iudice, qua idem docere voluit Dominus quod præſenti parabola, nempe quæ ſit orationis perſeuerantis vis. In illa enim parabola Deum comparans cum iniquo iudice, nõ vult eõditiones iniqui iudicis Deo eũ tribuẽdas, ſed per diſſimilitudinem vult ſignificare, quod ſi apud iniquum iudicẽ tãtum valuit perſeuerantia viduę precantis, quãto magis apud neũ fontem iuſtitiæ & miſericordiæ, valebit oratio iuſtorũ ſupplex & perſeuerans? Talis ergo & præſes eſt parabola, vt nõ minus coacta ſit tractatio parabolæ, qua conditiones amici dormientis quis Deo accomodare ſtudet, quam ſi conditiones iniqui iudicis Deo velit applicare. Proinde accommodatio parabolæ ſecundum intentionem Domini hoc modo eſt per argumentum a minori facienda: Si tãtũ valet inſtans amici precatio apud amicum hominem, vt ſi inoportuno tẽpore, quo iuſte negari poterat, petit ab eo aliquid, ille etſi non moueatur reſpectu amicitię, tamẽ victus improbitate precãtis, etiã amplius offerat quã petebatur, multo magis valebit apud Deum hominibus amiciſſimum, cui nullum tempus eſt inoportunum, quinq; precãtium improbitate non offenditur, ſed delectatur, adeo vt quod iuſte negari poterat, aut etiam debebat, veluti perſeuerantia precantis victus concedat, idq; etiã copioſius quam petebatur, vel obid maxime differẽs dare quod petitur vt accẽdẽs deſideriũ vberius donet quod petitur. Per hanc accommodationem patet exemplum adductũ duo oſtendere, nempe quod perſeuerantia orationis etiã id impetrat quod iuſte poterat negari, & quod plus impetrat quam petebatur. Ideo enim dicitur in exemplo: Dabit ei quotquot habet neceſſarios, hoc eſt, non tantum tres panes quos petebat, ſed quotquot habet neceſſarios. Præterea verò exemplum indicat nos ad Deum tanquam ad amicum ſummа cũ fiducia accedere debere, quomodo ille de quo in parabola, fretus amicitia, etiam intempeſta nocte non eſt veritus amicum dormientem interpellare, & recuſantis exaudire, oſtium improba & inuerecunda perſeuerantia pulſare. Si enim amicus egens nõ veretur amicitia fretus amicum hominem inoportuno tempore tam improbe ſolicitare, multo magis nos confiſi de Dei erga nos beneuolentia, non debemus veteri illum adire, atq; ab eo quæ neceſſaria ſunt petere, qui nos vt filios ſuos ſumme amat, cui grata eſt orãtis improbitas, & qui dando exhauriri nõ poteſt. Poſtremum parabola indicat etiam qualia debeamus a Deo petere, nempe bona, & quæ ad vitæ ſpiritualis ſubſtẽtationẽ nobis & aliis ſunt neceſſaria & vtilia, quẽadmodũ ille, de quo in exẽplo, panes dicitur petiſſe, non autẽ eiborũ lautitias. Quod ſi ad myſteriũ referre velimus numerũ ternarium, quare ſcilicet de tribus panibus facta ſit mentio, dici apte poteſt, fidem, ſpem, & charitatẽ inſinuatas. Hæc enim tria & quę ad illas pertinent virtutes maxime ſunt petẽda. Porro in exẽplo & parabola iſta, locutio eſt ꝛ propria. Incipit enim Dominus ſermonem ſuum a quæſtione, & quæſtionem non finit, ſed interrũpit eam, dicendo affirmatiue, Dico vobis, cum dicendum fuiſſet, non ne ſi perſeuerauerit, &c. Aut incipiẽdum erat: Si quis veſtrum habeat amicum, &c. Pro accuſatiuo autem, improbitatẽ vt nos legimus, Græce eſt ἀναίδειαν, quod proprie eſt impudẽtiam & inuerecundiam. Eleganter tamen vertit interpres, ſi modò rectè intelligatur. Non enim hic opponitur improbitas probitati, ſed quomodo ꝛ prob⁹ dicitur interdum qui vrget nec ceſſat, etiam in bonã partem, vt cum dicit Vergilius: Labor improbus omnia vincit, ita hic improbitas accipitur pro vrgente & inuerecunda perſeuerantia.

ET

Duo parabolarũ genera.

ET EGO DICO VOBIS: PETITE, ET DABITVR VOBIS: QVÆRITE, &c.] Applicat modo Dominus præcedentem parabolam ſuo propoſito, quamuis non omnia in parabola indicata explicet. Et ego, inquit, dico vobis, quibus verbis ſua illos authoritate confirmat ad fiduciam impetrandi. Eſt autem ſenſus: Quemadmodum ille qui amicum interpellat, petendo, quærendo, & pulſando impetrat quod vult: ita & vos ad eius exemplum petite à Deo, & dabitur vobis. Præſupponit autem petenda ea quæ ſuperius docuit oranda, quæque & in præcedenti parabola & ſequenti etiam indicat, nempe ante omnia, cœleſtia & ſpiritualia bona, quæ à cœleſti patre filios cœleſtes petere conuenit, ſicut à terreno patre terrena. Magnificentiſſimus, inquit Baſilius, eſt rex noſter, & indignatur, ſi quis exigua illũ petat. De Alexandro rege legitur, quod cũ puerillus vnus ex ipſius amicis filiabus ſuis ab Alexandro dotem peteret, iuſſit illum capere talenta quinquaginta, quumque is reſpondiſſet, deeem ſatis eſſe: tibi quidẽ, inquit ſatis eſt tantum accipere, mihi verò non ſatis eſt tantũ dare, notans regiæ beneficentiæ eſſe, maxima & vltra ſpem concedere. Antigonus Macedonum rex Thraſillo Cynico petenti drachmam, Non eſt, inquit, munus regium. Cynico ſubiiciente: Talentũ igitur da. At non eſt, inquit, Cynicum tale munus accipere, indicans petenda ea quæ digna ſunt petente & eo qui rogatur. Sic ergo & nos petere a Deo debemus digna nobis, & eo quẽ petimus. Porro quæ hic apud Lucã ponuntur, habita ſunt & expoſita in Matthæi cap. 7. in capite Concordiæ 43. Nec eſt hic quicquam peculiare, niſi quod in fine pro, ſpiritum bonum, Matthæus habet, bona: & q in parabola de patre quem orat filius, tertium addit de ouo & ſcorpiõe, quod nõ eſt in Matthęo. Non eſt autem neceſſe myſticam aliquam ſignificationem requirere in pane & lapide, piſce & ſerpente, ouo & ſcorpione, quod tamen quidam faciunt, ſed nimis variè & coactè. Nam ſicut præcedens parabola, ita & hæc aſſumpta eſt, vt per comparationem argumento a minori imò a cõtrario oſtendat patris cœleſtis in exorando facilitatem, quemadmodum patet in parabolæ accõmodatione illud tantum pro literali ſenſu notandum pani opponi lapidem, quòd lapis formam panis habeat: alluſumque videtur ad locum vulgarem, quo panem expectanti lapidem quidam porrigunt, iuxta illud Plauti: Altera manu fert lapidem, panẽ oſtentat altera. Quod adagium in eos quadrãs, qui amicos ſe ſimulant cum nocere ſtudeãt, trãſlatum eſt ab iis qui canes oſtentato pane pelliciunt, deinde accedentibus ſaxum illidunt. Piſci antẽ opponitur ſerpens, quòd piſcis in multis cum ſerpentibus cõueniat, volubilitate ſcilicet, lubricitate, & progreſſu. Ouo autem ſcorpius opponitur, quòd ſcorpium porrigere quidam ſoleant vacuo oui putamini incluſũ, ſicut & ipſæ dipſades fallunt, ſtruthiocamelotũ manibus putaminib. occultantes ſeſe. Significatur ergo, quod cum patres terreni, etſi ſint mali, filiis ſuis petentibus non dant, quemadmodũ inimici facere ſolent, pro neceſſario pane inutilem lapidem, aut pro piſce & ouo vtili & delectabili ſerpentẽ & ſcorpiũ noxios, ſed dant eis bona quę præcati ſunt. multo magis pater cœleſtis natura optimus daturus eſt filius ſuis petẽtibus, ſe & eis digna. Itaq; parabola & eiuſdẽ cõclu ſio indicat & qualia ſint a Deo petenda, & quales eſſe debeant qui a Deo ſunt exaudiendi, nẽpe tales qui illum diligãt, quique illum vt patrem ſuum inuocare poſſunt.

REPREHENDIT PRÆPOSTERAM PHARISÆORUM mundiciam. Lucæ 11. CAP. LXXXIIII.

ET cum loqueretur rogauit illũ quidã Phariſæus, vt pranderet apud ſe, Ieſus autẽ ingreſſus recubuit: Phariſæus autẽ cœpit, intra ſe reputãs, dicere, quare nõ baptizatus eſſet ante prãdiũ. Et ait Dominus ad illũ: Nunc vos Phariſæi, quod de foris eſt calicis & catini, mũdatis, quod autẽ intus eſt veſtrum, plenũ eſt rapina & iniquitate. Stulti: nonne qui fecit quod de foris eſt etiã id quod de intus eſt fecit? Verũtamẽ quod ſupereſt, date eleemoſynã, & ecce omnia munda ſunt vobis. Sed ve vobis Phariſæis, quia decimatis mentã, & rutã, & omne olus, & præteritis iudicium & charitatẽ Dei. Hæc autẽ oportuit facere, & illa non omittere. Væ vobis Phariſæis, quia diligitis primas cathedras in ſynagogis & ſalutationes in foro. Væ vobis, quia eſtis vt monumẽta quæ non apparent, & homines ambulantes ſupra, neſciunt. Reſpondẽs autẽ quidam ex legiſperitis, ait illi: Magiſter, hæc dicens, etiã contumeliã nobis facis. At ille ait: Et vobis legiſperitis væ, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt, & ipſi vno digito veſtro nõ tangitis ſarcinas. Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarũ, patres autẽ veſtri occiderunt illos, profectò teſtificamini quod conſentitis operibus patrum veſtrorũ, quoniã ipſi quidẽ eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra. Propterea & ſapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas & Apoſtolos, & ex illis occident, & perſequẽtur, vt inquiretur ſanguis omniũ Prophetarũ, qui effuſus eſt à conſtitutione mũdi à generatione iſta à ſanguine Abel, vſque ad ſãguinẽ Zachariæ, qui periit inter altare & ædẽ. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione: Væ vobis legiſperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis. Cum autẽ hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi & legiſperiti grauiter inſiſtere, & eius opprimere de multis, inſidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accuſarent eum.

A 25 110.

ET CVM LOQVERETVR, &c.] Poſt ea quæ præcedenti capite ſunt habita, ſequitur apud Lucam de eiecto dæmonio muto, & diſputatione hinc nata: verum hoc miraculum cum ſecuta diſputatione ſupra capite Concordiæ quadrageſimo nono ſuo poſuim⁹ loco, quo ex Matthæo & Marco manifeſtum erat eſſe reponendum. Itaque iam ſubiungẽdum erat quod deinde ſequitur apud Lucam, de reprehenſa a Domino phariſęorũ religione, quod fic a Luca ſubiũgitur diſputationi ſecutę ex eiectione dæmonis, vt tamen nullus ſignificetur ordo, nec intelligere cogamur, ſicut nec poſſumus, ſtatim poſt eam diſputationẽ hæc quæ ſequuntur contigiſſe. Non enim dicit: Et cum iam ſequuntur contigiſſe. Non enim dicit: Et cum hæc loqueretur, ſed tantum, & cum loqueretur, vt ſignificetur quodam tempore cum Dominus po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulam doceret Phariſæum rogaſſe illum vt ſecum A prãderet. Quo autem tempore aut loco iſtud contigerit incertum eſt, ſicut & de multis aliis quæ ſe quuntur in Luca, quę ob id eo erant ponẽda loco, quo apud Euangeliſtam inueniũtur. Itaque cum quodam tẽpore Dominus loqueretur ad populum, quidam Phariſæus, vel quod iam eſſet vtcũq; Domino affectus, vel quòd videri vellet illi eſſe bene affectus, rogauit illum vt prandere tet ſecum. Nõ recuſauit Dominus, nulli ſe nõ prãbẽs, vt omnes ad ſe attraheret. Ingreſſus ergo mox accubuit, prætermittens ſtudio morem Phariſæorũ & Iudęorũ, quo, vt habet Marcus capite 6. ſolebant ſe ſtudioſè abluere ante cibi ſumptionem. Quare Phariſę° id animaduertens cœpit intra ſe reputans dicere, id eſt, tacita ſecũ cogitatiõe quærere quid eſſet cauſæ B quòd Dominus non eſſet baptizatus, hoceſt, lotus manibus, priuſquam accumberet. Porro græca nõ habent, cœpit intra ſe reputans dicere, quare. &c. ſed, Phariſæus autem cum vidiſſet, adn iratus eſt quod non eſſet lotus. Obſeruanda autem hic natura ſuperſtitioſæ & præpoſteræ religionis, quę in rebus externis potiſſimũ collocat ſanctitatem, nimirum quòd ea in huiuſmodi rerum, etiãſi planè ſint inutiles ad ſanctitatem, neglectu mox offenda tur & ſcãdalizetur, ſuſpicionesq; malas & peruerſa gignat iudicia. Ieſus itaque intelligens quanta eſſet euangelicæ & veræ pietatis peſtis, illa Phari- C ſæorum religio vana, acriter illam coarguit, ac reprehenſionis argumẽtum pro ſuo more deſumit, imprimis ab his rebus quæ in manibus erant, his ſcilicet quæ in mẽſa erãt appoſita, calice & catino: quorum illud eſt vas vnde ſumitur potus: iſtud, vnde cibus. Nam catinus vel catinũ, pro quo Græcè eſt πινακ, ſcutellam ſignificat & lancẽ, vnde apud Matt. cap. 23. eſt, paropſis. Græca itẽ dictio ſcutellam ſignificãs. Quæ enim hîc à Domino dicta Phariſæis & Scribis commemorat Lucas, eadẽ & Mathæus habet cap. 23. ſed alio tẽpore & loco hæc dicta narrat, vt videri poſſit hæc Dominum ſæpius dixiſſe: quãquam fieri poſſit vt vel Lucas, vel Mathæus acce pta occaſione ea coniunxetint verbis, Chriſti, quę etſi alio tempore dicta, habebant cum D his quæ tum à Domino dicebantur affinitatem. Id enim frequenter ab Euãgeliſtis factum eſſe, valde probabile eſt. Cæterũ quo rectè intelligatur quod Dominus hic dicit, ſciendum hunc ſermonem de mundatione calicis & catini & eſſe parabolicũ. Nã ſub exemplo calicis & catini vult Dominus ſignificare internam & externam hominis mũdationẽ, vt ſenſus à Domino intentus ſit iſte: Miraris Phariſæe, quod nõ lauerim manus ante prandiũ: exter nam enim mundiciem miro ſtudio ſectamini, verè ſimiles iis qui exteriora poculi catiniq; mundant diligenter, interiora reliquentes ſordida. Nam cum ſoliciti ſitis ne illotis manibus cibum ſumatis, ne gligitis tamen quod intus eſt veſtri mũdare, cum E illud plenũ ſit iniquitate & rapina. Hanc ſimilitudinem à Domino indicatã Lucas ponit im perfectã. Nam cum cœpiſſet de calicis mũdatione externa, dicens, quod deforis eſt calicis & catini mundatis; ſubiungit de interna hominis mundatione, dicens quod autem intus eſt veſtri, plenum eſt, &c. cũ dicendum videretur, quod autem intus eſt illorum. Sed hac digreſſione notauit Domini ſermonem eſſe parabolicum. Apud Matthæum autem ſecundum rectiorẽ lectionẽ ſimilitudo tota ponitur. Sic enim habet: Mundatis quod deforis eſt calicis & patopſidis, intus autẽ plena ſunt rapina & immũditia. Quibus verbis & ad literam ſignificat calices ablutos in ſe continere male parta, & parabolice ſignificat externum hominem ab eis diligenter mũdari, interioris hominis munditia neglecta. Porro aduerbium, nunc, cum dicit Dominus, Nũc vos Phariſæi, videtur poſitum tanquam contemptim & vehementer dictum. quidam intelligit ſignificatum etiam tunc cùm minime conueniebat, ablutiones huiuſmodi inſtitutas & obſeruatas à Phariſæis, nimirum cum adueniente luce Euangelica, etiam Moſaicæ ablutiones & omnes legis cæremoniæ eſſent abolendæ. Dicit autem, vos Phariſæi, notare volens non tantum perſonas præſentes, ſed totum Phariſæorum ordinem, quibus ob præpoſteram mundiciem obiicit ſtultitiam & inſipientiam, dicens: Stulti. nonne qui fecit quod deforis eſt, etiam id quod de intus eſt, fecit? quaſi dicat: O vos imprudentes, & peruerſi iudicii. Cùm propter Deum & religionis cauſa diligentem mũdandi corporis curam habeatis, cur non etiam eadem ratione animo mundando incumbitis, cùm à Deo ſint condita & corpus & anima? Oportet enim intelligere Dominum hic præſupponere cauſam inſtitutæ, à Phariſæis, corporalis mundationis, nempe quod ea non fuit inſtituta ciuilitatis cauſa, ſed quaſi per eam Deo quis placeat, vt per quam Dei opus mundaretur. Niſi enim hæc intelligatur ratio præſuppoſita, non conuenienter ad eos refellendos ſubiiceret Dominus, qui fecit quod deforis eſt, &c. Et hactenus quidem Dominus oſtendit, interiorem mundiciam non minus, imo magis curandam quàm exteriorem. Nã quod non minus, ſecunda ſententia: quod autem etiam magis, præcedens parabola demonſtrat. In ſequenti vero ſententia oſtendit interiorem munditiam apud Deum ſufficere, & quomodo ea haberi poſſit. Veruntamen, inquit, quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Inqua ſententia illud, quod ſupereſt, quod non eſt apud Auguſtinum, nec Ambroſium. Beda dupliciter intelligi poſſe indicat, nempe vt ſit ſenſus: quod ſupereſt neceſſario victui & veſtimento, aut quod ſupereſt, id eſt, quod tam multo ſcelere præoccupatis ſolum reſtat remedium. Verùm neutrum sẽ ſum Græca patiuntur, quæ non habent τὸ περίσσον neque τὸ λοιπὸν ſed τὰ ἐνόντα quæ dictio à Græcis exponitur per ὑπάρχοντα id eſt, ea quæ adſunt & quæ habetis, idemque voluit ſignificare interpres per, quod ſupereſt, vt ſit ſenſus: Date in eleemoſynam id quod vobis ſupereſt, id eſt, adeſt. Significare enim voluit nõ poſſe iddari quod iam præteriit & conſumptum eſt, ſed tantum quod ad huc adeſt, & in manibus eſt. Verum circa hoc Domini conſilium de curanda munditia perfecta per eleemoſynam, occurrit dubium quomodo Dominus eis, quos modò fecit ſceleratos & raptores, perfectam munditiam polliceatur per ſolam eleemoſynam, nulla etiam mentione facta de reſtituendis his quæ iniuſtè parta fuerunt, quod ante omnia eis fuerat ſuadendum & præcipiendum. Itaque quidam & Caietanus hac apparẽti abſurditate moti pro, date, magis putãt verbum indicatiuũ vertendum, datis. Nam Græca dictio δότε anceps eſt ad date vel datis. Intelligunt ergo Dominum nõ docere quomodo munditia mentis ſit paranda, ſed quomodo Phariſæi ſibi perſuaſerint ſe coram deo mundari à rapina, aliiſque vitiis animi, nem

nempe ſiex iniuſte partis facerent eleemoſynam, A male agimus. Declarat hoc etiã Zachęus, dũ ait: quam alibi Dominus notat. eos facere coram hominibus, vt viderẽtur ab eis. Tales certè & hodie inueniũtur nimis multi, qui à rapinis & iniuſtè ac quiſitis credũt ſe purgari, ſi hinc faciãt eleemoſynas: & Auguſtini tẽpore fuerũt plerique, qui occaſione huius Dominicæ ſententiæ ſibi promittebant per eleemoſynas ſalutem æternã, etiamſi ſceleratiſſimè viuerent, & vitam ſuam corrigere negligerent, vt teſtatur D. Auguſt. in Enchridio cap. 75. & alibi. Quibus non erit huius erroris occaſio, ſi pro, date, legeretur datis. Idem erit ſẽſus noſtræ ẽctionis, ſi ironicè & reprehẽſiuè intelligatur dictũ illud, Date. Hanc tamẽ Domini ſententiã potius Danie 4. præceptiue eſſe accipiendam, quomodo omnes veteres acceperũt, vel illud ſatis oſtendit, quod apud B Matthęũ Dominus cõſiliũ Phariſęis ſuggerit, quomodo poſſint verã & perfectam aſſequi mũdiciẽ. Mũda, inquit, prius quod intus eſt calicis & paropſidis, vt fiat & id quod de foris mundum. Sicut ergo ibi modum perfectæ mũditiæ aſſequẽdæ tradidit ita & hic voluiſſe i ſimili loco, veriſimile eſt. Ad eleemoſynam autem auaros & iniuſtos Phariſæos Dominus etiã poſtea apud eũdem Lucã inuitat, per parabolã de villico iniquitatis. Et omnino hoc Domini conſiliũ ſimile eſt cum illo Danielis, quo propheta docuit Nabuchodonoſorem modũ impetrandæ reconciliationis diuinæ: Peccata tua, inquit, eleemoſynis redime. Non voluit autẽ Dominus eleemoſynam de iniuſtis fieri bonis, aut eã ſolam ſufficere raptoribus & iniuſtis Phariſæis, ſed præſupponit eam debere debitè fieri. & ei etiã reliqua eſſe coniungẽda, quæ ad ſalutem ſunt neceſ C ſaria homini, quemadmodũ in ſimilibus ſẽtentiis ſemper eſt præſupponendũ, vt cũ dicit Dominus: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Deus pater peccata veſtra; cum ad conſequendam à Deo peccatorum remiſſionẽ, etiã alia ſint neceſſaria. Et quidẽ illud τὰ ἐνόντα, ſatis indicat de quibus ſit facienda eleemoſyna, nẽpe de his quæ quis habet, qualia non ſunt ea quæ iniuſtè habentur. Et alioqui illud τὰ ἐνόντα, exponi põt per licita, & quæ ſũt in hominis poteſtate. Deriuatur ab ἔξεστι, quod ſignificat licere, vt intelligatur Dominũ ex propoſito ſignificare voluiſſe, eleemoſynã nõ dãdi ex iniuſtis bonis, ſed tantũ ex his quæ D quis habet in ſua poteſtate. Eleemoſynam autem ſingulariter Dominus ab iſtis expetit, quod ea ſit contraria rapinæ & iniuſtitiæ, ac ob id aptum medĩũ mundandi ſe ab iniuſtitia & rapina, cũ cõtraria curentur contrariis. Itaque ſenſus eſt, vt interiora veſtra per rapinã & iniuſtitiam coinquinata mũdẽtur, date ex his quæ in veſtra ſũt poteſtate eleemoſynã, vt qui aliena iniuſte accepiſtis iã econtra largiamini veſtra aliis: ſicq; fiet vt mũdato animo, omnia etiã exteriora mũda ſit vobis coram deo. Sicut enim coinquinatis corde nihil eſt mundũ apud Deũ, ita mũdis corde nihil eſt apud Deũ immundũ. Proinde D. Baſilius interrogatus, nũ hac Dominiſententia ſignificatũ ſit, omniũ peccatorũ remiſſionẽ per eleemoſynã haberi poſſe. reſpõdet Ipſa, inquit, conſequentia eorũ quę præcedũt, declarat quod dictũ eſt. Quũ enim antea dixiſſet, ꝙ purgatur externa poculi & patinæ pars: quod vero intra vos eſt, plenũ eſt rapina, doloq; ac malitia ſic induxit; Veruntamẽ quod ſupereſt, date eleemoſynã, & ecce omnia munda ſũt vobis. Omnia videlicet hæc quæ rapiẽdo & auaritia peccam° ac

Luca 19.

Ecclę 30.

1. Reg. 8.

ſtea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stea apud Lucam quidã Phariſæus introducitur
Luc. 18. glorians apud Deum,& dicens:Decimas,do omnium quę poſſideo,vbi pro decimas do,Græce eſt verbum hic poſitum ἀποδεκατῶ. Non vult autẽ Dominus reprehendere in Phariſæis quod decimas etiam olerum darent,cum poſtea videatur a perte aſſerere illas eſſe neceſſarias,ſed quòd cũ in minimis eſſent ſtudioſi,maiora legis negligerent, vt ſenſus ſit.Væ vobis,quòd cum religiõis gratia decimetis omne olus,tamen præteritis iudiciũ & charitatem Dei : tanquam etiam intelligi poſſit illos ob huiuſmodi decimationem reprehenſos, non quòd factum illud malum eſſet,ſed quòd per hypocriſim & ſanctitatis ſimulationẽ fieret,quẽadmodum ex eo patuit,quòd præterirẽt maiora legis. Vnde apud Matthæum dicitur : Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ.Cæterũ cũ dicitur; & præteritis iudicium & charitatem Dei,nomen iudiciũ,quod varie à diuerſis accipitur.dicendum eſt ſecundum ſcripturę phraſim poſitum eſſe pro iuſtitia. In ſcripturis enim facere iudicium & iuſtitiam,eſt iuſte & cũ æquitate conuerſari.Itaque duo dicit:Iudicium & charitatem Dei. Iudicium, quo ad homines cum quibus viuimus: charitatẽ quoad Deum quem colimus.Cum autẽ ſubditur Hæc autem oportuit facere,& illa non omittere; hæc,refertur ad iudicium & charitatem:& illa,ad decimationes:ſignificatúrque ante omnia neceſſarium eſſe charitatem & iudicium ſeruare, ac ſecũ do loco decimationes illas habendas:quo Dominus ſignificauit ſe illas non reprehendere, ne haberent quod calumniari in ipſo poſſent tanquam legi contrarium.Verum circa hanc Domini ſentẽtiam duę occurrunt difficultates.Altera,vtrum ſecundum legem veterem Iudęi obligati erãt ad ſoluendum decimas olerum,& herbarum minimarum.Quod enim obligati eſſent ex his verbis Domini apparet,cum dicatur,oportet illa nõ omittere.Quod autem nõ fuerint obligati, apparet primum ex eo quod Leuit.27.explicentur decimarũ ſoluendarum certæ ſpecies,cum,quod ad fructus pertinet,dicitur:Omnes decimę terræ,ſiue de pomis arborum,ſiue de frugibus,Domini ſũt.Quod autem ad animalia pertinet,dicitur:Omnium decimarum bouis & ouis & caprę,quę ſub paſtoris virga tranſeunt,quicquid decimum venerit,ſanctificabitur Domino.Hoc tamen loco pro, de frugibus,Hebraice eſt,de ſemine terræ:ſed Deuter.14. ſpecies decimarum enumerãtur decima frumẽti, & vini,& olei,hoc eſt,vt & alibi dicitur, decima dearea vel de toreulari.Vbi pro eo quod apud eos prẽmittitur:Decimam partem ſeparabis de cũctis frugibus tuis quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos; Hebræa habent: Decimando decimabis omnem prouentum ſeminis tui,quem producit ager annuatim. Vbi notandum videtur dictũ eſſe ager non terra,vt hotti parui non ſint comprehẽſi,& ſignificatum ſatis ſit de minimis illis herbis quæ cum copia non prouenĩũt,decimas nõ eſſe leuitis dandas.Et merito,cũ ipſimet Leuitę hortos habere poſſent,e quibus quantum ſatis eſſet, huiuſmodi herbarum poſſent colligere.Proinde veri ſimile eſt de mẽta,ruta,&c.decimas ſecundum legem non fuiſſe omnino neceſſarias,ſed phariſęos earum ſolutionem velutineceſſariam obſeruaſſe, volentes videri exacti legis obſeruatores,quę Leuiti.27.& aliis quibuſdam locis videtur requirere decimas omnium ex ſemine terræ prouenientiũ.

Id eò eſt veriſimilius,quod videatur Dominus ſignificare decimationem mentę & omnis oleris, eſſe Phariſaicũ inſtitutum,non legis præceptum, ſicut & ablutionem calicum & manuum, de qua prius egit.Nec obſtat quod Dominus dicat, hæc oportuit facere,& illa non omittere. Nã primum demonſtratiuum,illa,referri poteſt,nõ ad olerum decimationem,ſed ſimpliciter ad decimationem, vt ſit ſenſus:Ante omnia oportuit hæc grauiora legis facere,& tamen interim etiam nõ omittere decimationem. Aut oportebat pro cõuenienter poſitum eſt,vt intelligatur Dominus olerũ decimationem approbaſſe,vt quę legi eſſet conſentanea, etſi non eſſet neceſſaria. Aut loquitur Dominꝰ ſecundum Phariſæorum de decimis ſoluendis iudicium nõ reprehendendum,vt ſit ſenſus.Hæc præcipua legis oportuit ante omnia facere, & tunc,ſi ita viſum vobis eſt ,etiam illa oportuit non omittere. Altera difficultas eſt,vtrum decimarum ſolutio hodie ſit in obligatione ex præcepto diuino. Quod enim ex diuino præcepto ſit neceſſaria,Canoniſtę pleriq; cõtra Theologorum ſententiã pro bant ex hac Domini ſententia,ad idem probãdũ varias ſcripturas ex veteri teſtamẽto citantes,quibus decimarum ſolutio exigitur,& ad hæc etiam authoritates D. Auguſt.& Hierony.quæ habẽtur 16.quæſt.1.in fine. Item aliquot pontificũ decreta les epiſtolas,in quibus aperte dicitur,decimas nõ ab homine,ſed à Deo inſtituras,& deberi ex diuino præcepto,vt cap.parochianos,de decimis, &c. tua nobis,eodem.In illo enim dicitur:cũ decimæ nõ ab homine,ſed ab ipſo Domino ſint inſtitutæ, quaſi debitum exigi debent . In iſto vero dicitur, Deũ decimas ſibi reddi præcepiſſe in ſignum vniuerſalis dominii,eaſque deberi ex diuino mandato.Quæ omnia argumenta quantumuis videãtur Canoniſtis quibuſdã concludere id quod ipſi volunt,non tamen id eſſe verũ,patet,quia cũ præceptum de ſoluendis decimis in veteri teſtamento ædituꝫ à deo,ſit præceptum iudiciale,& non præceptum decalogi,omnia autẽ cæremonialia & iudicialia præcepta legis nõ ſint vi legis antiquatæ amplius in obligatione,ſed tãtum moralia præcepta decalogi,eo quod ſint præcepta naturalia, cõſequitur manifeſte decimarũ ſolutionẽ hodie nõ eſſe in obligatione ex ſola vi legis Moſaicæ.Nec enim dici poteſt decimarum ſolutionem nõ a lege primũ inſtitutam,ſed debitã eſſe iure naturæ eo quod eas ante legem dediſſe legantur Abrahã & Iacob.dederunt enim illi non ex debito,ſed voluntarie,quemadmodum patet ex eo quod eas ſe Iacob Domino daturum vouerit. Nã votum fieri debet de his quæ alioqui nõ ſunt in præcepto.Deinde ſi vel ex iure naturali, vel ex iure diuino decimę eſſent hodie in obligatione,non poſſet circa earum ſolutionem põtifex diſpenſare, nõ poſſet contra eas fieri præſcriptio, & quacunque cõſuetudine, præſcriptione,aut humana conſuetudine nõ obſtante decimæ ſecundũ præceptũ legis Moſaicæ omnib.miniſtris altaris eſſent ſoluendæ, & non ſolum curatis.Nam contra legẽ Dei nulla valet præſcriptio quãtumuis multorũ annorũ,nulla cõſuetudo,nulla diſpenſatio,nulla cõſtitutio. Cõſequitur ergo decimarum ſolutionẽ iam eſſe neceſſariam ex iure Canonico,innitente tamen iuri diuino veteris legis, humana cõſtitutiõe vel cõſuetudine renouato.Proinde paucis reſpõdendũ eſt argumentis in cõtrariũ adductis. Et primum quidem

Vtrũ decimæ ex diuino præcepto.

quidẽ,ſcripturas quas afferunt ex veteri teſtamẽto certũ eſt nihil amplius probare , quã decimas illo tẽpore fuiſſe ex iure diuino neceſſarias , ſicut eodem iure tũc neceſſaria erat primogenitorum oblatio,quæ iam non eſt neceſſaria.Nec amplius probari poteſt ex hac Domini ſentẽtia. Phariſæis enim quibus Dominus loquebatur, illo tẽpore decimarum ſolutionem neceſſariã fuiſſe ſignificauit Dominus,non autẽ legẽ de decimis in poſterum à ſuis ſoluendis ſtatuere voluit , non magis quàm dum diceret leproſo mundato: Vade,oſtẽde te ſacerdoti,& offer munus tuum quod præcepit Moſes,ſtatuere voluit quid in poſterum à leproſis mundatis ſemper eſſet faciendum.Sed & hoc notandum,in verbis Domini nõ eſſe dictum,quemadmodum quidam citant.Hęc oportet facere,ſed hæc oportuit facere.quãquam etiamſi dictum eſſet,oportet,nihil hinc magis colligi poſſet quã dictum eſt.Quod verò ad ſentẽtias & authoritates patrum Auguſtini & Hieronymi cap.Reuertimini,& cap.Decimæ,pertinet,non hinc probari poteſt Canoniſtarumſententia.ſed potius infirmari. Nam quod ad Hieronymum ſpectat,capitulum illud,Reuertimini,deſumptum eſt ex eius commẽtariis in Malachiæ cap.3.vbi exponit legis præceptum,quod,vt iam probatum eſt,non obligat amplius vi illius legis,proinde nihil hinc amplius colligi poteſt,quàm ſupra dictum eſt.subiũgit autem Diuus Hieronymus eodem loco, quod cũ magis facere videatur pro ſentẽtia Canoniſtarũ omiſſũ eſt in prędicto capitulo à Gratiano.Quod,inquit, de decimis primitiſque diximus,quæ olim dabãtur à populo ſacerdotibus & Leuitis , in eccleſiæ quoque populis intelligite, quibus præceptũ eſt non ſolum decimas dare & primitias , ſed & vendere omnia quæ habent,& dare pauperibus,& ſequi Dominum Saluatorem.Quod ſi facere nolumus,ſaltem Iudæorum imitemur exordia,vt pauperibus partem demus ex toto , & ſacerdotib.ac Leuitis honorem deferamus.Hic Hieronymus dicit,etiam eccleſiæ populis præceptum eſſe dare decimas,ſed idem addit etiam primitias dare illis eſſe præceptum,quas non puto Canoniſtas ſicuti decimas requirere à Chriſtianis.Oſtendit autem diuũs Hieronymus quomodo eccleſiæ populis & decimas & primitias dare ſit præceptum,cum dicit:Iudęorum imitemur exordia,vt pauperib.partem demus ex toto , & ſacerdotib.ac Leuitis honorem deferamus,interpretans honorẽ illum conſiſtere in neceſſariorum ſuppeditatiõe. Significat ergo eatenus nos debere præceptũ de decimis & primitiis ſeruare, vt de bonis noſtris partem erogemus pauperib.& Dei miniſtris , ad quod & naturali & euangelica lege Chriſtiani obligantur,non autem eiſdem legibus ad decimarum quotam aut primitiarum ſeparationẽ.Obſeruãdum ergo in D.Hieronymo,quomodo dicat de decimas præceptas Chriſtianis:deinde eundem dicere decimas etiam pauperib. eſſe ſoluendas,ac proinde hinc non poſſe colligi iure diuino decimarũ quotam eccleſiæ miniſtris &curatis eſſe debitam. Idem dicendum de Origene , qui homilia 11.ſuper Numerum ea habet, quæ multò magis Canoniſtarum ſententiam iuuare videntur.Nam ibi aſſerit ſe putare etiam Chriſtianos veterẽ legem de decimis & primitiis obſeruare debere ſecũdũ literam,ſicut & alia nonnulla legis mandata, atque ad id probandum affert hunc euangelii locũ quem iam tractamus, & reiicit reſponſionẽ qua quis dicere poſſet Dominũ hæc dixiſſe non ad diſcipulos ſuos,ſed ad Phariſæos, eo quòd ad diſcipulos dixerit:Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum,nõ intrabitis in regnum cœlorum,vnde infert dicens:Quod ergo vult fieri à Phariſęis,multo magis & maiore cum abundantia vult à diſcipulis impleri. Verum hoc loco Origenes,ſicut & Hieronymus,nõ tãrum de cimarum,ſed etiam primitiarum,de quib.ibi potiſſimum agit, ſolutionem requirit a Chriſtianis. Et rurſum eum quoque nõ requirere præciſe decimarum quotam aut primitiarum ſeparationem tanquam præcepto Dei nobis neceſſariã.patet ſatis ex illius verbis. Sic enim habet : Decet & vtile eſt etiam ſacerdotibus euãgelii offerre primitias. Ita enim & Dominus diſpoſuit,vt qui euangeliũ annũciant,de euangelio viuant: & qui altari deſeruiunt,de altari participent. Et ſicut hoc dignũ & decens eſt,ſic econtrariò & indecens & indignum exiſtimo & impium,vt is qui Deum colit & ingreditur eccleſiam Dei,qui ſcit ſacerdotes & miniſtros aſſiſtere altari,& aut verbo Dei aut miniſterio eccleſiæ deſeruire,vt de fructib. terræ quos Deus dedit,ſolem ſuum producendo, & pluuias ſuas miniſtrando,non offerat primitias ſacerdotibus.Non mihi videtur huiuſmodi anima habere memoriã Dei,nec cogitare,nec credere quia Deus dederit fructus quos cepit,quos ita recondit quaſi alienos a Deo.Si enim a Deo ſibi datos crederet,ſciret vtique munerãdo ſacerdotes, honorare Deum de datis & muneribus ſuis.Hæc ille.ex quibus ſatis patetquomodo primitias requirat,nẽpe vt ſacerdotib.Dei Chriſtiani de ſuis bonis communicent.Sic & poſteà etiam de decimis ſoluitur dicens:Quomodo abundat iuſtitia noſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum,ſi illi de fructibus terręſuæ guſtare non audent priuſquam primitias ſacerdotibus offerant,& Leuitis decimęſe parentur,& ego nihil horũ faciens, fructib. terræ ita abutar,vt ſacerdos neſciat,Leuites ignoret,diuinum altare nõ ſentiat?Ad hoc ergo tendit tota Origenis,ſicũt & Hieronymi,intentio,vt ex præcepto veteris legis fideles excitẽt ad faciendas oblationes & ſtipendia miniſtris eccleſiæ debita, etiam ſecundùm euangelicam legem,non autem vt certam oblationum ſpeciẽ & quantitatem preſcribere velint.Proinde pro meliori intelligentia Hieronymi & Origenis,notãda doctrina D.Thomæ,qui 2.2.quæſt.87.docet, præceptum veteris legis de ſolutione decimarum partim fuiſſe morale & naturale, partim fuiſſe iudiciale. Quatenus enim illo præcipiebatur vt ſuſtentarentur qui pro populi ſalute diuino cultui erãt addicti,eatenus erat inditum rationi naturali,quia ratio naturalis hoc faciendum dictat. quatenus verò certã partẽ miniſtris Dei exhibendã præſcribit, eatenus iudiciale,ex Dei ordinatione robur habẽs.De authoritate autẽ D.Auguſtini dicendũ,etiã ex ea nõ poſſe colligi quod volunt Canoniſtæ. primum, quia etiam in ea dicitur,quemadmodum apud Hieronymum,decimas pauperibus debitas eſſe.Decimę enim,inquit,tributa ſunt egentiũ animarũ. Et poſtea:Decimæ ex debito requiruntur,& qui eas dare noluerint,res alienas inuadunt,& quãti pauperes in locis ſuis vbi ipſe habitat,illo decimas non dante mortui fuerint,tãtorum homicidiorũ reus ante æterni iudicis tribunal apparebit,quia rem à Deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo delegatam paupertib. suis vsibus reseruauit A Deinde dici non improbabiliter potest, hāc authoritatem non esse Augustini. Estenim desumpta ex sermonib. de tēpore, Augustino quidē inscriptis, sed quorum plerique apud Ambrosiū & alios etiam inueniuntur, vt suprà patuit de sermone illo quo oratio Dominica apud Lucam exponitur. Desumpta, inquam, est ex sermone 219. qui cōpositus videtur ex tractatu quodam Augustino iscripto, de rectitudine catholicæ cōuersationis, in quo ad verbum ferè eadem habētur quæ in prædicto caquāquam & ille tractatus, qui est in tomo nono, ab quodam asseratur non esse Augustin. Determinatam enim decimarū partē, quam satis est certū à fidelibus in primitiua ecclesia non fuisse sacerdotibus, saltem ex necessitate, exolutam, necdum B tempore Hieronymi & Augustini credo saltē generaliter ab omnib. persolui cœpisse, sed sacerdotes enutritos ex spōtaneis fidelium oblationibus. quæ erant loco primitiarum & decimarum: quan quam verisimile sit plerosque ex Iudæis & gentibus conuersos, & primitias & decimarū certam partē sacerdotibus & ante Augustini tēpora & illius tēpore spōtaneè solitos offerre, vt qui i ea religione vnde venerunt ad fidē, soliti essent suis sacerdotibus illa offerre. Quod enim etiā apud gentes primitias & decimas offerre diis & sacerdotibus consuetudo fuit, vel illud satis testatur, quod ante legē Moysi fecerunt Abraham & Iacob, quos verisimile est id suo deo & eius sacerdoti Melchi sedec exhibuisse, quod gētibus, inter quas agebāt, moris erat suis diis & sacerdotibus exhibere. Sane Romanos hūc ritum decimas cōsecrādi diis obseruasse constat. Nā Herculi decimas dare locupletibus ac nobilibus antiquus mos fuit: & Luculus, quia hūc ritū seruasset, auctior factus est postea auctore Festo. Et Cyrum regē Persarū victis Lydis decimam quoque prædæ dedisse Ioui testatur Herodotus. Liberum quoque patrem, qui & Bacchus dicitur post deuictos Schytas aliosque populos magno Ioui primitias obtulisse scribit Ouid. lib. 3. Fast. his verbis: Te memorāt Gange, totoque oriente subacto, Primitias magno sepositisse Ioui. Itaque cùm non facile ostendi possit, quando primum, & à quo primum decimarum certa pars sit præcepta in ecclesia Christiana, verisimile est in multis locis decimarum solutionē consuetudine introductam fidelibus sponte offerentibus, quod ex veteri lege & ritu gentium didicerāt esse iustissimum. Deinde verò refrigescente fidelium deuotione, in multis conciliis prouincialibus & à multis pontificibus, ne quid deesset ministrorū necessitati, exactam certam decimarum portionē, nec non & primitias, quæ etiam soluēdæ hodie essēt, nisi consuetudo cōtra præscripsisset. Nā 16. quę. 7. cap. Decimas, dicitur: Oportet nos decimas & primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus ab omni populo acciper e. Ad auctoritates autem de E cretalium epistolarum aut sanctorum patrū, quibus dicitur decimas non ab homine sed à Deo esse institutas, & deberi ex diuino præcepto, dicēdū illis auctoritatib. significari, decimarum solutionem nō esse originaliter ab homine primū institutam, sed à Deo in veteri lege, ex qua tamen institutione non essent iam in obligatione, nisi per consuetudinem & humanam constitutionem iā factę essent rursus debitæ, quę consuetudo & humana cōstitutio æquissima est, vt quæ æquitati diuini p-

cepti veteris legis innitatur, & aptissimum contineat modum implendi legem naturalē & euangelicam, qua cōstituit Dominus vt ii qui euangeliū annunciant, de euangelio viuerent. Decimarum ergo solutio est iuris diuini etiam euangelici, quo ad sustentationem necessariam ministris ecclesię: quoad autem determinatam decimæ patris quāti tatem, est iuris diuini Mosaici, quod cōsuetudine piorum & ecclesiæ iusta constitutione est renouatum, atque ob id meritò ad æquissimam decimarum solutionem homines prouocētur, docēdi sūt diuino iure eos obligari ad easdē, & ad id rectissimè eitantur veteris legis testimonia quibus decimæ exiguntur, vt passim fit in Canonibus, in quibus etiam districtè prohibetur prædicatorib. mēdicantibus, ne præsumant in sermonibus suis vel alibi ea proponerē, quę euocare possint auditores à decimarum solutione, sed potius verbo & opere ad earundē solutionē illos informent, li. 6. de decim. cap. 1. Diseretioni. Et in clemētinis, cap. Cupientes, de pœnis discernuntur excommunicatiōi subiacere ipso facto, religiosi quicontra canonem prædictum præsumunt in sermonibus suis vel alibi aliqua proferre, vt audiētes à decimarum solutione retrahāt: omnibusq; religiosis iniūgitur, sub obtestatione diuini iudicii, & interminatiōe maledictionis ęternæ, vt certis quibusdam diebus eo canone præscriptis, auditores in concionib. suis C ad decimarū solutionē informent, si ad hoc ab ecclesiarum rectorib. vel vicariis aut loca tenentib. eorundem requisiti fuerint. Porro quandoquidē in materiam decimarum incidimus, pro intelligentia quarundam scripturarum & canonum, an notandum quales fuerint decimæ veteris testamē ti, & quales modo sint decimæ in obligatione. Itaque, vt apērte docet D. Hieronymus super Ezechielis cap. 45. & citatur in Decret. Gregorii, de decimis cap. 1. Decimā partem, quatuor fuerunt decimarum genera debita in veteri lege. Primo enim decimam partem omnium frugū populus ex lege debebat Leuitis. Et rursū ex ipsis decimis Leuitæ, hoc est, inferior ministrorū gradus, decimas dabāt sacerdotibus, & hæc est, inquit Hieronym⁹, quæ appellatur δευτεροδεκάτη. De duplici hac decima habetur expresse Numeri 18. erant aūt tertio & alię decimę, quas vnusquisque de populo Israel in suis horreis seperabat, vt comederet eas cum iret ad templum in vrbe Ierusalem & in vestibulo templi, & sacerdotes ac Leuitas inuitarent ad cōuiuia. De qua decima dicitur Deutero. 12. & 14. Ibi enim fit mentio de decima quadam comedēda coram Deo in loco quem Domin⁹ elegisset, quod non videtur de decima illa Leuitis debita, de qua Num. 18. & Leuit. vltimo, intelligi posse, cum illa Leuitis data esset pro illorum hereditate. Nicola⁹ tamen existimat duo illa Deutero. loca nō de alia decima intelligenda, quam de qua dicitur Nu. 18. & comestionem, de qua ibi dicitur, non referendam ad absumptionem decimæ, sed aliorum quę sponte afferre debebant vltra decimas, vt hinc coram Deo in festiuitatibus epularentur. Alii vero, quia aperte dicitur Deu. 14. & comedes decimā, &c. intelligūt ex decima villa debita Leuitis, licitū fuisse populo dū decimas adferret in loco quā Dominus elegisset, simul edere cum Leuitis, nec fuisse hāc decimā diuersā à decima illa de qua Numeri 18. quorum sententia satis videtur probabilis, tū quia si illa decima de qua in Deuter. est diuersa

Quatuor decimæ veteris testamenti.

ab ea de qua in Numeris, oportebit etiam dicere duplicia fuisse primogenita, quæ Israelitæ debuerint offerre. Primogenita enim debebātur ex lege sacerdotibus, & tamē dicitur Deut. 14. comedes de cimā frumenti, &c. & primogenita de armentis & ouibus tuis, tum quòd illa sententia conueniat cum illo Malachiæ 3. inferte omnem decimam in horreum, vel, vt est Hebraicè, in domum thesauri, vt sit cibus in domo mea, & rursum, cū eo quòd legimus factum tēpore Ezechię. 2. Paralip. 31. Hinc enim apparet decimam non colligi solitā à Leuitis in singulis ciuitatibus, sed à populo allatam in Ierusalē, & hinc per quosdam dispensatores distributā ministris altaris, quomodo & in canonibus olim erat constitutum, vt decimæ essent sub manu B episcopi, illęque omnibus distribueret sacerdotibus. Sic enim dicitur à Gregorio 7. 16. q. cap. 1. Decimas. Has verò decimas sub manu episcopi fore censemus, vt ille qui cæteris præest, omnibus iustè distribuat, nec cuiquam personæ honorabilius exhibeat, vnde alij scrupuloso corde moueantur, sed sint omnia communia, quia inhonestum videtur vt alij sacerdotes habeant, alij verò detrimentum patiantur, &c. Verùm quo minus putari possit eadem esse decima de qua in Deuteron. & in Numeri, obstat sententia D. Hieronymi, & magis Ioseph, qui Iudaicarum rerum peritus erat. Hic enim lib. 4. antiquit. cap. 6. fic præscriptum à Mose morituro tradit: Sit autē & decima exceptio (vel, vt est Græcè, ἀφαίρεσις, id est, electio vel separatio) frugum vobis, præter eā quam distribuit Dominus sacerdotibus & Leuitis dari, quæ vendatur quidem per prouincias, & ad epulas ministretur & hostias quæ in sacra vrbe sunt celebrandæ: Iustum est enim ex his quæ de terra nascuntur, quam Deus possidere vobis concesserit, vt ad honorē eius qui hæc tribuit perfruantur. Hæc ille. Quartò autē erant & aliæ decimæ, quas non singulis annis, sed tertio quoque anno pauperibus recondebant alendis, quæ secundum Hieronymum dicuntur Græco sermone πρωτοδεκάται, de quibus decimis habetur Deuter. 14. in fine. Nunc autem simplices tantùm decimæ sunt in obligatione, quæ, scilicet, clericis sunt debitæ. Hæ D tamē triplicis sunt naturę. Aliæ enim dicuntur prædiales, vt quæ proueniunt ex prædiis. Aliæ personales, vt quæ debentur ex negotiatione, artificio, & huiusmodi industriis personarum. Aliæ mixtæ, vt quæ proueniunt de animalibus & eorum fœtibus, quæ partim sunt prædiales, à prædiis vnde viuunt: partim personales, propter hominum circa ea animalia industriam & curam: Et prædiales quidem dari debent illi ecclesiæ in cuius parochia prædiū situm est: personales verò ecclesiæ parochiali in qua aliquis habitat, & ecclesiastica recipit sacramenta, vt patet in cap fina. de parochiis. Mixtæ verò debent dari vbi est consuetudo, aut si non est consuetudo, si continuè pascuntur in vna, dentur illi parochiæ: E Si autē partim in vna, partim in alia, diuidantur, vt notatur in cap. ad Apostolicæ, de decimis. Et quidem personales decimæ, quæ in multis etiam locis non dantur modo consuetudine præscribente, non leguntur apertè præceptæ in veteri lege, in quibus tantùm præcipitur de decimis prædiorum & animalium, quòd Iudæi ex instituto & patrio ritu pastores essent & agricolæ. Itaq; personales decimæ vbi soluuntur, modò introductæ videntur ex consuetudine, quemadmodum quarūdam retum decimas indicat Innocentius tertius introductas, non ex

Tripartita natura decimæ ecclesiast.

A lege diuina, sed sola consuetudine, cum dicit capite in aliquibus, de decimis. Illæ quippe decimæ necessariò soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. Videri tamē posset etiam Iudæos solitos fuisse persoluere decimas personales, eo quòd scriptum sit: Ipsi Leuitæ de cimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum. Nam ex hoc loco quidam Canonistæ probant, personales decimas etiam esse iuris diuini. Verùm per opera ibi intelliguntur illæ operationes quæ in cultura terræ obeuntur, vt satis patet ex Hebræa dictione, & ex eo quod præcedit: Afferemus decimam partem terræ nostræ Leuitis. Et hactenus quidem de decimis. Pergamus ad B reliqua. 2. Esdræ 10.

VÆ VOBIS PHARISÆIS, QVI DILIGITIS PRIMAS CATHEDRAS, &c.] Postquam notauit Dominus Phariseorum præpositeram religionem, & iniustitiam, notat modò eos etiam superbiæ & hypocriseos. Superbiæ quidem, cum dicit: Qui diligitis primas cathedras, &c. Non dicit, qui primas obtinetis cathedras, & salutamini in foro, sed qui hæc diligitis: quia non ipsæ res, sed earū affectus & desiderium est culpabile. Hypocrisis autem, cum dicit, Væ vobis, quia estis vt monumenta quæ non parent, id est, apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt ea esse monumenta. Quo Dominus significat parabolicè, quēadmodum sepulchra mortuorum sub terram occultata, continent intra se putredinem & corruptionē, sed quæ hominibus est incognita: ita & Pharisæos, cū vitiorū impuritate interius pleni essent, eam tamen exteriori sanctitatis specie tegere, atque ita fieri, vt homines qui cū ipsis conuersabantur non aduerterent eorum impuritatem in animo latētem. Apud Matthæū autē hæc parabola clarius & paulo aliter effertur. Habet enim sic: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia: sic & vos à foris, quidem paretis hominibus iusti, intus verò pleni estis hypocrisi & iniquitate. Apud Matthęum ergo comparantur sepulchris apparentibus, hic verò sepulchris non apparentibus: proinde apud Matthęum apertius notatur sanctitatis externa simulatio prēter interiorem immunditiam, quanquam vtrumque etiam hic satis significetur parabola quidem simili, sed nō eadem. Erit tamen eadem parabola, sed expressius apud Matthęum posita, si locus hic Lucę sic intelligatur: Estis vt monumenta quę non apparēt, hoc est, quorum interior pars non est conspicua, & homines supra ambulantes nesciunt quid illa intus habeant. Atq; in hunc modum magis esse intelligendum puto, quòd verisimile sit Lucam eadē cum Matthæo dicere voluisse. Porrò Græci in tertio isto væ habent: Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia estis vt monumēta, &c. sed ea verba, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, videri possunt desumpta ex Matthæo, & addita ab aliquo, eo quòd sequatur dictū horum verborum occasione à legisperito, Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. Hinc enim videbatur Dominus superius etiā taxasse Scribas. Verùm nomen Scribæ rarissimum est apud Lucam, qui ferè eos vocat legisperitos, & præterea cum Dominus subiiciat: Et vobis legisperitis væ, magis apparet superioribus verbis apertè tantùm taxasse Pharisæos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESPONDENS AVTEM QVIDAM, &c.] Differebant à Pharisæis legisperiti, quod apud nos religiosi & theologi. Illi enim ex sua profession & ordine præ aliis maiorem sanctitatē præ se ferebant. Hi verò maiorem in scripturis doctrinam. Erat tamen magna inter eos connexio, eo quòd vtri que essent capita populi, multi etiam ex legisperitis essent & Pharisæi. Itaque quod Pharisæis dictum erat, quidam legisperitus etiam in suum ordinem dictū esse interpretans, eo quòd legisperiti etiam obtinerent primas cathedras in synagogis, & cum Pharisæis magnā haberent familiaritatē, eorūque institutū approbarent, ait Domino, Magister, hæc dicens etiā nobis legisperitis cōtumeliam facis, vel contumelia afficis. Vbi notandum, mentem superbā, cum arguitur, interpretari sibi fieri cōtumeliam, cū contra iustus & humilis reprehensionem pro beneficio accipiat. Deinde & illud, quòd qui sibi male conscius est, etiam in alios liberè dicta, interpretatur in se dicta esse. Itaque occasione data ab hoc legisperito, Dominus etiam propria quadam ratione ostēdit imminere væ ipsis legisperitis, vt vanum eorū deprimat supercilium. Et vobis, inquit, legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus quæ portare nō possūt, vel, vt Græcè, φορτία ἄβαστακτα, id est, oneribus portatu difficilibus, & ipsi vno digito vestro nō tangitis sarcinas. Quo sermone allegorico pulchrè significat Dominus eos multorū & grauissimorum præceptorum observationē severe exigere à populo, interim sibi indulgētes omnē licētiam, omnē impositi oneris grauitatē fugere, cū cōtrà fieri oporteret, vt seipsos potius arctarent, aliis verò multa indulgerent. Onerabant autem Scribæ hommes dupliciter. Primo, quia præcepta omnia legis seuerissimè interpretabantur, & ad viuum atque exactissimè eorum obseruationē exigebant. Legis enim præcepta D. Petrus in Actis testatur fuisse iugū quod, inquit, nec nos nec patres nostri portare potuimus. Itaq; hac cōsideratione Dominus non dicit, væ Scribis, quòd onera portatu difficilia imponerent populo, sed quòd cùm hoc facerent, ipsi nec vno digito ea tangerent, nisi intelligamus eos notatos ob id quòd legis præcepta nimis rigide & seuerè exigerent, sicut quidam apud nos nimis facilè iudicant aliquem cōmittere peccatum, quod dicitur mortale. Altero modo onerabant Scribæ homines, quia præter præcepta legis Mosaicæ, instituebant multas alias graues cæremonias & cōstitutiones, quæ cū deberent esse leuamēta & compēdia seruandæ legis, onera tantùm erant grauātia, non iuuantia, & vix portabilia. Ad hunc tanè modum dupliciter etiam peccant quidam Christiani doctores, qui rigidè Dei præcepta ab aliis exigunt, seueras pœnitentias iniungunt, ac suas quasdam constitutiones inutiles & grauissimas adiungunt, cùm ipsi in seipsis sint remissi: nec diuinorū, nec suorum præceptorum curam habentes. Quomodo autem ecclesiæ constitutiones, non sint dicendæ onera importabilia vel grauia: dictum est circa illud Matth. 11. Iugum meum suaue est, in cap. Concor. 47.

Actuum 15.

VÆ VOBIS QVI ÆDIFICATIS MONVMENTA PROPHETARVM, &c. Circa hunc locum dubium est, quomodo Dominus dicat, væ his qui ædificabant monumenta, id est, sepulchra prophetarum, cum hoc fuerit laudabile & bonum. Rursum quomodo Dominus ex eo quòd isti ædificant eorum sepulchra, quos patres eorum occiderunt, colligit eos testificari quòd consentiāt & approbent opera patrum iuorum. Ex eo enim potius cōtrariū fuerat inferēdū, quòd, scilicet opera patrum suorum reprobarent, sicut apud Matthæum dicuntur hoc fecisse in testimonium reprobationis. Correspōdēs sanè apud Matthæum locus non habet tantam obscuritatē, quantam habet præsens locus. In Matthæo enim habetur sic: væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritè, quia ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorū in sanguine Prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis quia filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Quanquam enim & hic quæri possit, quomodo væ dicatur his qui ædificabant sepulchra iustorū, & dicebant: Si fuissemus, &c. cùm & facere illud & dicere nō fuerit malum, tamen facilè dici potest, Dominum nō absolutè eos velle reprehendere, quòd illa facerēt & dicerent, sed quòd ea nō verè sed hypocriticè facerent, vnde præmittit, Hypocritæ, cùm re vera similes essent his quos patres suos vocabant, etiam si verbis & factis videri vellent illis dissimiles. Verùm huius præsentis apud Lucam loci non potest esse tam facilis explicatio. Pro huius ergo explicatione aduertendum, duplici intentione monumenta erigi cæsis. Nam aliquando eriguntur in laudem cæsorum, & occidentium vituperium, aliquando in vituperium cæsorum, & laudem ac trophæum eorum qui eos occiderunt, quemadmodum patet in locis in quibus hostes cæsi sunt. Itaque cum Scribæ & Pharisæi videri vellent ædificando Prophetarum sepulchra colere Prophetas, & damnare occisores eorum, tamen quia hoc non vero sed hypocritico fecerunt animo, & quia verè erant affectu & imitatione filij occisorum, quos & patres suos vocabant, Dominus eorum factum retorquet in contrarium, tanquam id fecerint vt patrum suorum impietatem approbantes, statuerent illis trophæa. Filiorum enim est, parentum crimina tegere & occultare: & ea quæ in parentibus laudi ducunt, posteritati cōmendare. Proinde cùm monumentis Prophetarum sumptuosè extructis, aleret memoriam criminis eorum quos parentes suos vocabant, & qui verè erant eorum etiam secundum affectum parentes, bene Dominus hinc colligit eos consentire operibus patrū suorum, & væ interminatur ob sepulchrorum ædificationem. Itaque sensus verborum Domini hic est. Quanquā vos ædificando Prophetarum sepulchra, videri velitis colere prophetas, & damnare eos qui ipsos occiderunt, ego tamen contrà, væ vobis ob id dico. Nā cùm patres vestri verè sint qui Prophetas occiderunt, vel vobis ipsis id confitentibus qui illos patres vestros vocatis, profectò testificamini ipsa sepulchrorum ædificatione, quòd consentitis operibus patrum vestrorum, eáque approbatis. Filiorū enim est, facta patrū suorum quæ laudant posteris nota facere, & contrà eorum crimina studiosè tegere: & sub cineres condere. Quemadmodum ergo apud Matthæum Dominus alludit ad nomen patrum & filiorum, ita & hic vis verborum Christi in eo consistit, quòd hi, quibus væ dicit, filij erant. & filios se vocabant eorum qui Prophetas occiderant.

Matth. 23.

PROPTEREA ET SAPIENTIA DEI DIXIT: MITTAM AD ILLOS PROPHETAS, &c.] Propterea, inquit, hoc est, quia vos consentitis operibus patrum vestrorum. Sapientiam autem Dei seipsum vocat. Nam apud Matthæum est; Ideo ego dico vobis. Porro Dei se sapientiam modò vocat, q. hæc non dixerit tanquā homo, sed tanquam Deus, qui mirabili cōsilio omnia prudēter temperat, & est omnium futurorum præscius. Ideóque & per præteritum dicitur, dixit, non dicit, quo intelligeremus ipsum hoc iam olim decreuisse, & per suos Prophetas prædixisse. Cùm dicitur, Prophetas & Apostolos, per Prophetas intelligi possunt doctores veteris Testamenti: per Apostolos nouj, aut p vtrumq; doctores noui Testamēti. Siquidem & Euangeliū suos habuit Prophetas. Ex illis, inquit, occident. hoc est, quosdam illorum occident. Non enim omnes illos occiderūt. Cum autē sequitur, Vt inquiratur sanguis, cōiunctio, vt, debet accipi consecutiuè: si referatur ad occident & persequentur. Non enim ideo occiderunt vt sanguis illorū requireretur, sed istud ad illorum occisionem consecutum est. Potest tamen accipi vt finalē causam denoter, si referatur ad verbum, Mittam, vt sit sensus: Mittā ad vos eos, quos tamen scio occidendos à vobis, vt iusta Dei vindicta veniat super vos, & omnes cognoscāt quàm iusta sit vltio Dei grauissima in vos. Vt finis signi sit eatus non sit finis missionis secundùm se acceptę, sed acceptæ cum præscientia occisionis Prophetarum, non impeditæ, sed permissę à Deo. Cæterū illud; à generatione ista; quamuis aliqui putent coniungi posse cū, effusus est, melius tamen coniungi debet cum verbo, inquiratur: tum quia Matthæus habet; vt veniat super vos omnis sanguis: tum quia subiicitur: Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Sanguinem autē requiri ab aliquo, est secundùm scripturę phrasim, vltionē effusi sanguinis aut perditi hominis sumere de aliquo. Sic de Deo Dicitur: Requirēs sanguinem eorum recordatus est. Et Ezech. 3. pastori, cuius negligentia ouis aliqua perit, dicit Dominus. Sāguinē eius de manu tua requiram. Sic per contrarium dicitur sanguis amoueri ab aliquo, quando efficitur vt super eum non veniat vltio, quomodo Salomō ait ad Banaiā, iubēs ei interficere Ioab: Interfice, inquit, eum. & sepeli, & amouebis sanguinem innocētem qui effusus est à Ioab, à me, & à domo patris mei. In his ergo locutionib⁹ sanguis ponitur pro vltione sanguinis, quemadmodum & in Matthęo, cùm dicit Dominus; Vt veniat super vos omnis sanguis iustus; & cùm dicūt Iudęi: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ex his locutionibus est etiā illud: Sanguis tuus super caput tuū, hoc est, exitium tuū tibi soli imputetur, nec requirat Domin⁹ à me vltionem effusi tui sanguinis. Et illud: Sanguis vester super caput vestrū; hoc est, exitium vestrū & perditio non requiretur à nobis, sed vobis solis imputabitur. Verùm quomodo dicit Domin⁹ sanguinem omniū Prophetarū & iustorū qui effusus est e mundi constitutione, hoc est, exordio, requirendum à generatione illa Iudæorū, cui tūc loquebatur, cùm sanguis corū qui iniustè à patribus corū fuerant occisi, non potuerit illis imputari? Ad hāc dubitationem nō paruam respondet D. Hieronymus super Matthęū, & Beda sup Lucā: moris scripturarū esse duas generationes hominū cōputare, bonorū scilicet & malorum, hoc est, omnes bonos sub vna cōprehēdere generatione. & rursum omnes malos sub vna: & proinde cum dicitur omnē sanguinem Prophetarū requirendū à generatione ista, per generationē istam demōstrari omnē quæ à principio mundi fuit impiorū generationē, cuius & Iudæi, qui tēpore Christi fuerunt, pars quędam præcipua fuerunt. Ab hac autē generatione certū est requiri in præsenti vita, & requirendū magis in futura omnem iustorū sanguinem ab illa effusum. sed secundùm hūc sensum nihil noui & peculiare intelligitur Dominus comminari Iudæis sui temporis, quemadmodum tamen voluisse comminari totus cōtextus indicat. Proinde aduertendum in scripturis quandoque dici Deum punire parēturn peccata in filiis, idque tunc maximè, quando filij parentum impietatem non solū non fugiunt, nec simpliciter imitantur, sed etiam exuperant & consummant, ita vt Deus ad vindictam peccatis condignam tardus, tandem peccatorum perseuerātia & magnitudine velut coactus & victus, tā grauē & seueram de filiis sumat vltionem, vt nō tantùm eorum iniquitates vlcisci videatur, sed & maiorum, quibus peccantibus Deus sic pepercerat vt non condigna omnino eis supplicia inferret. Sic in Amalechitis per Saulem vindicauit, quod eorum patres Israelitis restiterunt cùm egrederentur de Aegypto. Sic cùm completæ essent iniquitates Amorrheorum, Dominus illos per Iosue deleuit, introductis in illorum terram Israelitis, qui non potuerunt illam terram obtinere priusquam illorum iniquitates essent completæ, vt dicitur Gene. 15. Cùm enim filij parentum suorum peccata imitantes, aut etiam superantes, eo maiorē vltionem diuinam promereantur, quo magis Dei patientia & longanimitate abutuntur, cúmq; per huiusmodi imitationem parētum suorum peccata consummentur & compleant, rectè cōpleta & seuerissima vltio diuina de huiusmodi consummatoribus iniquitatē sumpta, dicitur esse vltio omnium iniquitatum quas etiā parentes eorum admiserunt, non quòd parentes eorum non suā persoluerint etiam pœnam, aut quòd filij vltionem aliquam patiantur quam non promouerunt, aut grauiorē quàm promeruerint, sed quòd filiorum Dei bonitate abutētium tanta sit iniquitas, vt sicut per eam consummant parentum suorum peccata, ita in eis diuina vltio consummet & suppleat, quod parentum peccatis deerat vindicatis. Itaque apud Matthęum Dominus præmittit: vos implete mensurā patrum vestrorum, ac tum velut in cōsummatores huius mensuræ venturum dicit omnē sanguinem iustū, qui ab exordio mundi effusus est. Rursum & illud notandum, parentum peccata nō dici puniri in filiis, nisi quatenus sunt filij cum parentibus suis vna generatio & vnus populus, ita vt in ipsis filiis etiā parētes & tota generatio dicātur puniti, quēadmodum Abraham cōtrariò in suo semine accepit promissam sibi terram, quatenus vnū quid cum sua posteritate. Nā si quidē filij considerētur vt singulares personæ, non sumit Deus de illis nisi pro singulari eorum peccato singularem vindictā. Si verò considerentur vt vna cum parentibus generatio, sic generalem de eis vindictā dicitur Deus sumere, qua nō singulares tantùm personæ, sed tota etiam generatio plectitur, quam tamen generalem vltionem vt certo tempore Deus inferret, filij promeruerunt. Dominum autem loqui de Iudæis sui temporis, ranquam his qui vnus erāt cum patribus populus, patet cùm dicit apud Matthęū de Zacharia; quem occidistis inter templum & altare. Occidistis, inquit, nō in vestra persona, sed in pa

Universidad de Deusto
Biblioteca

tribus vestris. Itaque à Iudæis, aut potius à generatione Iudæorũ quæ erat tempore Christi, tãquam consummatrice peccatorum parentum suorũ, per effusionem sanguinis Christi & Apostolorũ eius, & tanquam generatione vna cum patribus præcedentibus requisita est vltio sanguinis omnũ Prophetarum, quãdo per Titum & Vespasianum crudelissimo excidio perdita est gens Iudæorum, succensa ciuitate sancta Hierusalem, & aliis ciuitatibus eorum destructis, multisque eorum crudeliter occisis, ac reliquiis venundatis & dispersis in omnes gentes, sed & generatione eorum tota à Deo reprobata, & in eius locum alia generatione, nempe populo gentium, delecta. Tũc adimpletum est quod orat in persona Christi Propheta Dauid contra Iudæorum gentem: In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Dei, & peccatum matris eius non deleatur. Porro cum sequitur; A sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, &c. notandum ipsum Abel computari inter Prophetas. Fuit enim proculdubio spiritu diuino affiatus, per quem & prægnouit venturum quãdoque mundi saluatorem, quem & suo sacrificio & morte sua præfiguravit. Verùm de quo Zacharia hic fit sermo, quæstio est. Sunt enim qui putant Zachariam, cuius hic fit mentio, fuisse patrem Ioannis Baptistæ. De quo sic scribit Basilius in sermone de Christi natiuitate: Sermo, inquit, quidam fertur, & hic ex traditione ad nos delatus, ꝙ Zacharias cùm Mariam in virginum locum post Domini partũ adscripsisset, à Iudæis occisus est inter templum & altare, accusatus à populo, velut per hoc cõfirmans admirabile illud & decantatum signum: Virginem quæ genuit, & virginitatem non corrupit. Idẽ habet & Origenes homil. in Matth. 26. vbi etiam hanc sententiam ex Domini verbis confirmari dicitur, quia scilicet dicitur in Matthæo, quem occidistis inter templum, &c. Alij putant hunc Zachariam fuisse illum qui vnus est inter Prophetas duodecim. Nam hic in sua Prophetia dicitur fuisse filius Barachiæ, quemadmodum & hic dicitur. Hunc autem Origenes dicit in scripturis quibusdam non manifestis haberi occisum fuisse gladio inter templum & altare. Verum vtrãque hanc sententiam fortiter reiicit Diuus Hieronymus, quod neutra scripturæ alicuius certa auctoritate fulciatur. Proinde cum eo rectius sentiendũ, Zachariam, cuius hic fit mẽtio, esse illum cuius fit mentio 2. Paral. 24. filium scilicet Ioiadæ sacerdotem, qui populũ derelinquentẽ legem Dei liberè redarguens, lapidibus obrutus est à populo iuxta imperium regis Ioas, i dq; in atrio domus Domini. Hoc enim cõuenit cum eo quod hic dicitur periisse inter ædem, id est, tẽplum & altare, holocaustorum scilicet, quod erat in atrio ante introitum templi. Tantùm obstare videtur quod Zacharias iste dicatur in Matthæo filius Barachiæ, cũ in Para. dicatur filius Ioiadæ. Sed primũ fieri potest Ioiadã fuisse binominẽ, deinde Barachiam scriptũ esse pro Ioiadam, quòd alius quidam Zacharias legatur filius Barachiæ. Nã Hieronymo teste pro Barachiæ, legitur in Euangelio Nazareorum, Ioiadæ. Quærendũ rursum vlterius, quare istius Zachariæ Dominus meminit, dicens; vsque ad sanguinem Zachariæ; cùm hic ante quadringentos annos tum mortuus esset, & post eũ multi Prophetæ sint à Iudæis occisi. Huius autem, omissis aliis rationibus, duæ potissimum conuenientes rationes possunt

Psal. 108

Quis Zacharias intelligatur.

A reddi. Altera hæc, quòd Zacharias ille vltimus sit qui in canonicis scripturis legitur interfectus à Iudæis. Altera, quòd scriptura tãtum explicat petitionem vindictæ in Abel & Zacharia. In Abel, cum dicitur: Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. In Zacharia, cum narrat illum moriẽtem dixisse: Videat Dominus & requirat. Quia enim de vindicta sanguinis prophetarũ Dominus loquebatur, par fuit vt illorum sanguinem cõmemoraret, quorum vindicta petita traditur in sacra scriptura, vt ex his duabus vltionibus petitis intelligantur similiter petitæ vindictæ omniũ aliorum prophetarũ, ac proinde rationabiliter sit dictum; vt inquiratur sanguis omnium prophetarum; tanquam petẽs vindictã à sanguine Abel, cuius sanguis clamauit ad Deum, vsque ad sanguinẽ Zachariæ, qui moriẽs dixit: Videat Dominus & requirat. Cæterũ quo Dominus confirmaret quod dixit, & certitudine superuenturæ vltionis ad resipiscentiã pronocaret infideles, adiecit: Ita, hoc est, profectò, (Græcè enim est ναὶ, pro quo in Matthæo est, Amen) dico vobis, requiretur ab hac generatione.

B

VÆ VOBIS LEGISPERITIS, QVI TVLISTIS CLAVEM SCIENTIAE, &c.] Verbum, tulistis, dupliciter hic accipi potest, quemadmodum & Græca dictio ἤρατε. Tollimus enim gladium ad iter, & tollimus quod ab aliis auferimus. Itaq; iuxta secũdam significationẽ exponit Theophylactus, quod sequitur, Ipsi non introistis, &c. sit declaratio illius; tulistis clauem scientiæ; & sit sensus: væ vobis, qui cum deberetis aliis aperire viam ad scientiam, contrà abstulistis ab hominibus clauem scientiæ. Nam nec ipsi introitis, & eos qui introibant, id est, introire volebant aut incipiebat, prohibuistis. Qui sensus maximè conuenire videtur cũ illo quod habet Matthæus; Væ vobis, quia clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim nõ intratis, nec introeuntes finitis intrare. Intelligit autem Theophylactus per clauem scientiæ, vel doctrinam legis synceram, quam Scribæ suis interpretationibus abstulerũt, qua potuissent ad Christum homines deduci, vel fidem in Christum per quam peruenirut ad scientiam & veritatis cognitionem, secundùm illud Isaiæ: Nisi credideritis, non intelligetis. Simplicius tamen fuerit verbũ, tulistis, primo modo accipere, vt sit, recepistis in vos & vẽdicatis vobis clauẽ scientiæ, hoc est, doctrinam aut munus docẽdi alios. Sicq; Ambrosiũ accepisse patet ex eius commentario, cùm sic scribit: Arguũtur etiam adhuc sub nomine Iudæorum, & futuro supplicio statuuntur obnoxij, quia cùm doctrinã sibi diuinæ cognitionis vsurpent, & alios impediant, nec ipsi quod profitentur agnoscant. Itaque secundũ hunc sensum non dicit Scribis Dominus, væ, ob id quod tulerint clauẽ scientiæ, sed væ, referendum est in sequentia ad hunc modum: Væ vobis qui, vel quia cùm receperitis in vos clauẽ & scientiæ, tamen ipsi non introitis per eam clauem ad veram scientiã, & regnum cœlorum, & quod petius est ac magis cõtra vestrã professionem, eos qui introire cœperunt, quantum in vobis, prohibuistis, auocantes eos à fide in me, per quam est hominibus via ad veram sapientiam & regnum cœlorum. His hodie similes sunt omnes hæretici, qui auctoritatẽ docendi alios sibi vsurpantes, aut etiam legitimè aliquando nacti, & ipsi Christi exeunt Ecclesiam, & alios ne ingrediãtur prohibent.

C

D

E

Isaiæ 7.

CVM AVTEM HÆC AD ILLOS DICERET, COEPERVNT PHARISÆI ET LEGISPERITI, &c.] Cùm Dominus libertate magna diuina præ se ferẽte authoritatẽ proferret sermones hos, subamaros quidẽ, sed salutiferos, si voluissent recipere pharmacũ, Scribæ & Pharisæi præ superbia non ferẽtes se tam liberè reprehẽdi, vehementer offensi sunt: cumq; nõ possent obiecta negare crimina, quòd taciti apud se agnoscerẽt vera esse quæ dicebãtur, nec auderent palam in illum moliri aliquid mali, cœperũt grauiter insistere, hoc est, vrgere Dominum variis quæstionibus, insidiãtes ei, & quærẽtes aliquid venari de ore eius quo posset eum accusare, ne priuato quodã odio, sed studio religionis illum viderentur persequi. Habet enim hoc hypocrisis, vt nihil tam impium moliatur, cui non prætexat impietatis fucũ. Porro pro illo; os eius opprimere de multis; Græcè est, ἀποφομίζειν ἀντὶ τοῦ περιπλέκειν. Non enim est ἐπισφομίζειν, quomodo legisse videtur interpres. Nam illud est propriè os alicui occludere. in qua significatione vsus est eo verbo Paulꝰ ad Titũ 1. ὃν δεῖ ἐπισφομίζειν, id est, quibus oportet silentiũ indici, vel, vt nos legimus, quos oportet redargui. Verũ hic est ἀποφομίζειν, quod verbũ apud probatos autores significat memoriter recitare, vt annotauit quidã, sed ea significatio huic loco nõ conuenit. Theophylactus dupliciter exponit. priori modo: Fit, inquit, τὸ ἀποφομίζειν, cũ plures interrogant vnũ de aliis atq; aliis argumẽtis, tũ enim qui nõ potest respõdere, speciẽ præbet insipientis. Itaque secundum eum sensus erit, cœperũt Dominum de multis interrogare, vt sic eum ad hęsitantiã deducerent, nec habens quod omnibus respõderet, videretur insipiẽs & indoctus. In quem sensum etiam potest accipi nostra litera, si intelligatur sic, cœperunt os eius opprimere de multis, id est, per multas quęstiones ei propositas. Altero modo exponit, vt ἀποφομίζειν sit illaqueare aliquẽ, & ab ore eius capere illũ. Cũ enim, inquit quis capitur ex his quæ dicit, ἀποφομίζεσθαι videtur, hoc est, ab ore trahi & condemnari. Quæ explicatio magis conuenit cum eo quod sequitur; quærentes aliquid capere ex ore eius; vt ibi Lucas seipsũ intelligatur exponere. Neq; enim ila, insidiantes ei, & quærentes, &c. competunt in eos qui occludunt os loquentis. Simili modo, etsi nõnihil dissimili, exponit hoc verbum Eutychius. Significat, inquit, ἀποφομίζειν, extemporales & non consideratas responsiones dolosarum interrogationum expetere quæ explicatio maximè conuenit propriæ verbi significationi, & sequentibus. Vnde bene vertit quidam, captiosè interrogare.

A

B

C

DOCET NON TIMENDAM MORTEM CORPORIS

Lucæ 12. CAP. LXXXV.

MVltis autẽ turbis circunstãtibus, ita vt se inuicẽ cõculcarẽt, cœpit dicere ad discipulos suos: Attẽdite à fermento Pharisæorũ, quod est hypocrisis. Nihil enim opertũ est quod non reueletur, neque absconditũ quod non sciatur. Quoniã quæ in tenebris dixistis, in lumine dicẽtur: & quod in aurẽ locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autẽ vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habẽt amplius quid faciant. Ostendã autem vobis quem timeatis, timete eum, qui postquã occiderit, habet potestatẽ mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque passeres væneũt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis. Dico autem vobis: Omnis quicunque confessus fuerit me corã hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei: qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.

A. 56. 64. B. 18. 64 A. 20. 55. B. 4. 51. C. 8. 51. A. 10. 55 B 8. 66. C. 9. 66. A 12. 49. B. 3. 49. A. 10. 55 B. 13. 122 C. 21. 122

MVLTIS AVTEM TVRBIS CONCVRRENTIBVS, &c. Pro, multis turbis concurrẽtibus, Græcè est, ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου, id est, cõgregatis myriadibus turbę, hoc est cõgregata innumera turbæ multitudine. Siquidem myrias, quod propriè significat decem milia, Græcis ponitur pro immẽsa multitudine. Porro ante hæc verba Græci habẽt, ἐν οἷς, id est, inter quę, vel interim aut interea, quæ tamen verba non solum noster interpres sed & quidam omisit, cum tamen non sint otiosa. Videtur enim significari, ꝙ interea cũ ea cõtingerent quæ superiori sunt capite dicta, hæc quæ sequũtur gesta sint, vt significetur istorũ cũ superioribus cõtinuus ordo. Proinde cum quæ modo sequũtur nõ sint gesta in domo aut cõuiuio illo cuius fit mentio in principio ca. præcedentis, apparet omnia illa væ, quæ supiori capite habentur, nõ dicta Domino in cõuiuio, sed palã præsente populo, quẽadmodũ & Matth. cõmemorat: Lucã tamen propter oportunitatẽ cõmemorasse veluti in illo cõuiuio dicta, quòd optimè hærerent cũ eo quod ibi dixerat Dominꝰ de præpostera Pharisæorũ mundãtione, occasione neglectæ à se ablutionis manuũ. Pro cõcurrẽtibus, vt nos ferè legimus, antiqui codices teste quodam habent, circunstãtibus, atque sic habebant duo codices antiqui satis, quorum copiam mihi fecit abbas Tõgerlensis, sic legit & Dionysius, & conuenit ea lectio magis cũ Græcis, quæ non habent, concurrẽtibus, sed congregatis. Itaq; cum Dominus Pharisæorũ & Scribarũ hypocrisim sermone ad illos directo aperte redarguisset, nec illi hinc meliores redderẽtur. sed potius peiores, sicq; declaratum esset insanabilem esse illorum malitiam, voluit Dominus palam eorũ hypocrisim traducere, ne quis incautus eorum simulatione falli posset, proinde relictis Scribis & Pharisæis, multis turbis iam ipsum circunstantibus, adeo vt se inuicem conculcarent, conuertit sermonem suum ad discipulos suos, quos ante omnes ab hypocrisi liberos & munitos esse oportebat. Attendite, inquit, hoc est, cauete vobisipsis (nam Græca non habent solũ προσέχετε ἑαυτοῖς, id est, attendite vel cauete, sed προσέχετε ἑαυτοῖς, id, est, cauete vobisipsis) à fermento Phatisæorum. Attendite,

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quam,tum ne eorũ hypocrisi decipiamini,& re
ctum putetis quicquid illi recte videntur dicere &
facere,tum ne & vos illos imitãdo eorũ fermento
inficiamini & corrumpamini.Ne autem dubitare
tur quid dicat Phariſæorum fermentum, adiecit;
quod eſt hypocriſis;id eſt,iuſtitiæ & pietatis ſimu
latio. Et rectè hypocriſim fermẽtum metaphoricè
vocauit,quod ſicut modicum fermentum totã fa-
rinæ maſſam cui cõmiſcetur & ſub qua latet,cor-
rumpit:ita ſimulatio latẽs in animo omnia opera
quantumuis in ſpeciem bona vitiat:proinde quo-
niam ante omnia opus eſt in his quę acturi ſumus
bona voluntate & bona intentione,bene Domin⁹
ante omnia à ſuis requirit vt ſibi ab hypocriſi ca-
ueant.Nam Græca non ſolum habent: Attendite
vobis,ſed præmittitur aduerbium πρῶτον, id eſt,pri
mùm,vt ſit ſenſus: Ante omnia & in primis caue-
te vobis;quanquã quidam illud,primum,referant
ad præcedentia.Admonuit & ſuprà ſuos Dominus
vt à fermento Phariſæorum ſibi cauerent,Mat.16.
& Marci 8.circa quem locum in cap. Concor.64.
dictum eſt quomodo hic dicatur fermentum Pha-
riſæorum eſſe hypocriſis, ibi verò doctrina eorũ.
Hypocritica enim erat eorum & cõuerſatio & do
ctrina,à qua hypocriſi ſuos frequẽter Dominus de
hortatur, quòd nihil magis noxiũ ſit bonis operi
bus,nihil eiſdem magis inſidians & periculoſum.
Sic ſanè & hodie Chriſtiani monendi frequenter,
vt à fermẽto hæreticorum ſibi caueant,quod verè
etiam eſt hypocriſis. Nã ſub prætextu veritatis &
reſtituendæ religionis,falſa & impia conantur per
ſuadere ſubdolè & cautè, vt niſi quis ſibi probè
caueat, facile ſit eorum fermento inficiendus, vt
non poſſit Chriſtianum Paſcha edere in azymis
ſyncerit atis & veritatis.

NIHIL ENIM OPERTVM EST QVOD NON REVELETVR, NEQVE ABSCONDITVM, QVOD.] Pro reueleturſciatur, Græcis ſunt futura indicatiui,reuelabitur & ſcietur, quẽ-admodum & in Matth.c.10.Videtur autem Domi nus hac ſententia & ſequẽti dehortari velle ab hy- pocriſi,ꝙ quicquid in præſenti vita eſt occultum, ſit aliquãdo vel in præſenti vita, vel certe in nouiſ ſimo iudicij die deregendum. Quoniam enim hy- pocriſis eſt vitium latens, eique vitiò ſe homines ſubiiciunt,vt per illud ſua vitia tegãt;recte Domi- nus ad dehortãdum ab hypocriſi, è regione dicit: Nihil eſſe opertũ in præſenti vita,quod nõ aliquã- do reuelabitur in futura ſcilicet vita,& procedendo à ſpecie ad genus, vt vnico verbo omne occult- tũ cõprehendat,& exponat qđ dixit,ſubiicit; neq; abſconditum quod non ſcietur ; quod probat ad- iungens,Quoniã quæ in tenebris dixiſtis,in lumi- ne, id eſt palam dicentur,vel,(vt habẽt Græca,au- dientur,)& quod in aure, (vel,vt habent Græca & veteres codices melius, in aurem) locuti eſtis in cubiculis vel penetralibus, prædicabitur in tectis. Quibus ſignificatur omnia hominũ dicta quantũ uis occultã,manifeſtanda. Opponit lumẽ tenebris & tecta penetralibus, & ſignificat nec tenebras, nec modum dicendi ſecretum,ſcilicet in auré,nec locum, ſcilicet in penẽtralibus & cubiculis, poſſe aliquid retinere ſemper occultum,ſed omnia palã eſſe detegenda, & veluti in tectis prædicanda. In quo alludit Dominus ad morem paleſtinæ regio- nis, in qua tecta domorum plana erant, vt ex illis concionem ad populum habere licuerit,vt dictum eſt circa Matthæi cap. 10.in ca.Cõcor.55.vbi hæc eadem paucis quibuſdam mutatis habentur dicta diſcipuli,ſed in ſenſu longe diuerſo.Nam,vt & ibi annotatum eſt, hic iſta dicta ſunt de reuelatione occultorum futura in nouiſſimo die, quando, vt habet Paulus,Dominus illuminabit abſcondita te nebrarum,& manifeſtabit cõſilia cordium:ibi verò dicta ſunt de reuelatione per Euangelicam Apo ſtolorum prædicationem futura, de qua priorem illam ſententiam hic poſitam;nihil enim opertum eſt,&c.etiam eſſe accipiendam potius, a pud Mar cum cap. 4.& Lucam cap.8.dictum eſt in ca.Con cor. 51. Nam ter hanc à Domino dictam legimus ſententiam. Videri autem poſsit etiam hic locus accipiendus de reuelatione futura per diſcipulorũ prædicationem,quod hic eadem ſequantur quę a- pud Matthæum, de non timendis ſcilicet his qui corpus occidunt,quæ optimam cum hoc loco co- hærentiam haberent,ſi de Euangelica acciperetur reuelatione:nullam autem habere videtur,ſi acci- piatur de reuelatione nouiſſimi iudicij, aut certè non tam apertam.Certè de Euangelica reuelatio- ne interpretatur Diuus Chryſoſtomus in Cathe na Thomæ. De hac ergo reuelatione ſi intelligere etiam velit quis hunc locum. intelligẽdum Domi num ſuos ab hypocriſi auocare, quod per eos om nia occulta Dei myſteria & hominũ vitia ſint pu- blicãda,quos ob id meritò ab omni hypocriſi eſſe maxime alienos cõuenit.Quoniam,inquit,quæ in tenebris,& in aurem, atque cubiculis dixiſtis,hoc eſt,quæ in paruo Iudææ & Galilææ loco docuiſtis, per vos & veſtros ſucceſſores in lumine dicentur, & in tectis prædicabũtur,hoc eſt, per vniuerſum orbem omnibus palam annunciabuntur.Pro hoc ſenſu non parum facit quod Græca non habeant; Nihil enim,ſed, οὐδέ, id eſt, nihil autem opertum eſt,quomodo & veteres codices ſcripti habent, & nominatim duo qui erant ad manum. Itaque non neceſſariò intelligendum eſt Dominum reddere cauſam quare cauẽdum ſit ab hypocriſi Phariſęo- nam,ſed videtur Dominus nouã auſpicari doctri- nam,qua,ſicut apud Matthæum,ſuos doceat quid ſit eis faciendum.

DICO AVTEM VOBIS AMICIS MEIS, NI TERREAMINI AB HIS QVI.] Si de reuelatione per Euangelicam Apoſtolorum prædicationem ſuperiora accipiantur, hæc ideo à Do- mino, ſicut & apud Matthęum, ſunt ſubiuncta, vt quoniam cõtra liberam Euangelij prædicationem multi inſurrecturi eſſent,ſuos muniret cõtra mor tis & omniũ quæ homines inferre poſſunt malo- rum metum.Si vero ſuperiora accipiãtur de reue- latione nouiſsimi iudicij vt per eam ab hypocriſi Dominus auocaret, ſimiliter hæc ſubiuncta recte ſunt, vt quoniam facile illi offendũt impios,qui ſi- ne hypocriſi omnia dicunt & faciũt, & veritatem liberè verbis & factis prædicant, ſuos Dominus muniret ne mali alicuius metus eos abduceret à ſyncera veritatis Euãgelicæ prędicatiõe.Quod au- tẽ Dominus diſcipulos vocet amicos ſuos, Theo- phylactus intelligit ratione amoris, quo diſcipuli Dominum amauerũt, ideóque dictum;dico vobis amicis meis ; ꝙ hic ſermo nõ quibuſcunque con- ueniat,ſed his qui Deum ex tota Diligunt mente, & dicere poſſunt cum Paulo:Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti ? Magis tamen apparet Domi- num ſuos vocare amicos,ratione amoris quo ipſe eos proſequebatur,quòd hac ratione alibi eos vo- cet amicos,vt cùm dicit;Iam nõ dicam vos ſeruos ſed

ſed amicos;&:Maioremcharitatem nemo habet, quàm vt animam ſuã ponat quis prò amicis ſuis. Commodè autem iam cũ ad mortem pro ſe ſubeundam & martyriũ adhortaturus ſit, ſuos vocat amicos,hoc eſt,dilectos à ſe, tum vt blanda appel latione, & ſuo erga illos amore ad redamandum eos,prouocet etiam vſq; ad mortem pro ſe ſubeũ dam:tum vt,intelligerent Dominum,bene illis cõ ſulere,dum ad mortis contemptum eos adhorta- tur,& illius tanquam amici præſidio freti,nõ me- uerent eos qui corpori mortem inferre poſſent. Quod ſi velimus eos amicos vocatos ratione mu tui amoris,cõprehendenda eſt ratio Theophyla- cti cum iam dictis rationibus.Porro tres rationes quibus Dominus hic vtitur ad dehortãdũ à timo re malorum,& mortis ab hominibus inferendæ, habitę ſunt & declaratæ in cap.Concordię 55.cir ca cap.Matthæi decimum. Tantum in verbis eſt quædam inter Matthæum & Lucam differentia. Nam in prima quidẽ ratione pro eo quod habet Matthæus;animam autem non poſſunt occidere, Lucas habet;& poſt hoc non habẽt amplius quid faciant,quo apertius quiddam amplius ſignifica- tur quam apud Matthæum,nẽpe quod poſt mor- tem corporis aliquid amplius fieri & accidere poſ ſit hominiſed non ab homine,& proinde mortẽ corporis nõ eſſe metuendam tanquam omnium terribilium vltimum,propter quã tanquam omni um malorum maximum,omnia alia huius mun- di mala homines metuunt. Iam pro eo quod ha- bet Matthęus:Timete eum qui poteſt & animam & corpus mittere in gehennam,hic dicitur.Time te eum qui poſtquã occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam.Quo amplius etiam quid ſi gnificatur,nimirum,Deum & præſentis vitæ mor tem inferre poſſe,quã & homo inferre poteſt: & æternam mortem,quam non poteſtinferre homo homini. Itaq; comparatio inter homines & Deũ, qua Dominus docet nõ metuendos homines, ſed Deum potius metuẽdum,apud Matthæũ quidem conſiſtit in eo quod homo tantum habeat poteſta temin alterã hominis partem, eamque ignobilio- rem:Deus verò in vtrãque.Apud Lucam verò cõ- ſiſtit in eo quod homo tantum habeat poteſtatem in his quæ pertinent ad præſentem vitã,Deus au- tem in his quæ pertinent & ad præſentem vitã,& ad futuram.Ille enim expendit duas hominis par- tes,iſte verò duos ſtatus vitę hominis, & duplicẽ mortem.Additur autem apud Lucam cõfirmatio nis gratia,Ita,id eſt,ſane,(eſt enim τοῦτο,) di- co vobis,hunc timete.In ſecunda ratione quę inci pit ibi,Nonne quinque paſſeres dipondio vel re- ctius dupõdio væneunt,pro his verbis eſt in Mat- thæo:Nõne duo paſſeres aſſe vęneũt,ſed de hac di uerſitate dictũ in Matthæo. Pro illo,vn⁹ ex illis nõ eſt in obliuione coram Deo.Matthæus habet,vn⁹ ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro, quod eodem redit;Nã generaliter dictum eſt à Lu ca,quod Matthæus in ſpecie dixit. Vnus, inquit, ex illis non eſt in obliuione corã Deo, vt ſcilicet à à Deo ei nõ prouideatur de eſca,aut ſine eius cog nitione aut volũtate moriatur&capiatur:In tertia tia ratione quæ incipit ibi:Dico autem vobis,omn is quicunque,&c.nihil eſt differentiæ inter Mat thæum & Lucam, quod ſaltem annotatu di- gnum eſt,niſi quòd Mattheus habeat,coram patre meo qui in cœlis eſt,hic verò dicatur,corã angelis Dei.Sed hęc apertum eſt eodẽ recidere.Illud notã dum in Matthæo & Luca,apud Græcos verbum, confiteri,conſtrui non cum accuſatiuo, ſed cum datiuo & præpoſitione ἐν, vt ſit ad verbũ;omnis qui confitebitur in me ,confitebor & ego in illo, quomodo & legitur in Cypriano Epiſtola 6. lib. 3.Hinc poſt Chryſoſtomum Theophylactus ad- notat quare dictum ſit.qui confitebitur in me, & & non.qui cõfitebitur me;nempe quod confiteri non valeamus niſi virtute & gratia Chriſti adiuti aut niſi in Chriſto maneamus: Verum ſimplicius fuerit dicere,cõfiteri in aliquo,poſitum ex phraſi Hebraica pro confiteri aliquem, quemadmodum in Pſal.43.In nomine tuo cõfitebimur;pro, nomẽ tuum confitebimur & prædicabimus. Et in alio Pſal.In nomine ſancto tuo inuocabimus, pro,no- men ſanctum tuum inuocabimus. *Pſal. 19.*

ET OMNIS QVI DICIT VERBVM IN FILIVM HOMINIS, REMITTETVR ILLI. Harum ſententiarum quis ſit genuinus ſẽ- ſus,dictũ eſt in ca.Cõcor.49.vbi ex Matthæi.12.& Marci.3.eadẽ habentur.tantum hic videndũ quo- modo hæ ſententiæ propoſito loco ſeruiãt. Id au- tem bene indicauit Beda,dicens:Ne ex eo quodait eos qui ſe negauerint eſſe negandos, vna cũctorũ negantiũ cõditio putaretur, cõtinuo ſubiecit; Et omnis qui dicit verbum,&c.Itaq; quoniam dixit de negantibus ſe,his iam ſubiunctis ſentẽtiis oſtẽ dit variis modis quoſdam ipſum negare, nec om- nium idem eſſe & æquale crimẽ.Fortè,& ideo has ſubiecit ſententias,vt ſignificaret quam magnum ſit peccatum eorum qui ipſum ſemel agnitum ne garent poſtea,& blaſphemarent quemadmodum fecit impius Apoſtata Iulianus.Tales enim non fi- lium hominis,ſed filium Dei cõculcant, & ſpiri- tui gratiæ contumeliam faciunt,vt habet Paulus. *Heb. 10*

CVM AVTEM INDVCENT VOS IN SYNAGOGAS, ET AD MAGISTRATVS, &c.] Quoniam propter confeſsionem nominis Chriſti,ad quam iam eſt adhortatus Dominus,fi- deles rapiendi erant ad principum tribunalia, vt ſuorum ibi factorum & prædicationis rationẽ red derent,ne homines rudes & illiterati nimis eſſent, de eo quod apud doctos & potentes,reſpõdẽdum eſſent ſoliciti,ac in illorum cõſpectum venire tre pidarẽt,cõgruo iam ordine Dominus his verbis iſtã ſolicitudinem & trepidationem ab eis exime- re ſtudet:quemadmodũ ſupra exemit mortis me- tum,vt neq; mortis aut quorumuis malorũ met⁹, neq; inſcitiæ & imperitiæ cõſcientia eos à veritā- tis prædicatione abſterreret.Dicit autẽ Dominus, in ſynagogas,propter Iudæos:ad magiſtratus& po teſtates,propter gentilium tribunalia.Dicit, quali ter aut quid reſpõdeatis.Qualiter, propter modũ dicendi:Quid,propter ea quę ſunt dicenda: Nam de vtroque ſolẽt eſſe ſoliciti homines:pro, reſpon deatis,dictio Græca ἀπολογήσησθε,plus quid ſignifi cat,videlicet reſpondere accuſanti pro defenſione cauſæ intentatæ,vt ſit ſenſus.Nolite ſoliciti eſſe & anxie cogitare quibus modis verba facturi ſitis,& qua ratione inſtituturi defenſionẽ, qđve adducta ri pro defenſione cauſæ: quemadmodũ vulgus re rũ facit,qui ſolent vtroque modo perichitari ſi vel formam agendi,neſciant,vel parum inſtructi ſint ad refellendum quod obiicitur.Spiritus enim ſan ctus docebit vos in ipſa hora,qđ & multo magis etiã qualiter oporteat vos dicere.Cætera quę hic erant dicenda, dicta ſunt ſupra in cap.Concordiæ 55.vbi ex cap.10.Matthæi habentur eadem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOCET ABIICIENDAM DIVITIARVM SOLI-citudinem. LVCAE 12. CAPVT LXXXVI.

AIt autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo, vt diuidat mecũ hæreditatem: At ille dixit ei: Homo, quis me cõstituit iudicem, aut diuisorem super vos? Dixitque ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquã vita eius est ex his quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens: Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia nõ habeo quo congregem fructus meos? Et dixit, hoc faciam. Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico vobis, Nolite soliciti esse animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori quid induamini. Anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum. Considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos: quanto magis vos pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod nimimum est potestis, quid de cæteris soliciti estis? Act. 42. Considerate lilia, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, Neque Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si ergo fœnum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos, pusillæ fidei? Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli, hæc enim omnia gentes mundi quærunt: Pater autem vester scit, quoniam his indigetis. Verumtamen quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sæculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit: vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

AIT AVTEM EI QVIDAM DE TVRBA: MAGISTER, DIC, &c. Quemadmodũ occasione reprehẽsæ in Pharisæis & Scribis hypocriseos, Dominus suos dehortatus est ab hypocrisi, & adhortatus ad liberã veritatis prædicationem eriam ad mortis vsque cõtẽptum: ita nũc alia data occasione ab Euãgelista narratur ipsum etiam suos dehortatũ ab auaritia & solicitudine. Proinde optima est horum cum prædẽtibus connexio & cõsequentia, etiam si forte nõ cõtigerint hæc statim post præcedentia. Nã quemadmodum in Christianis omnibus, & maxime in prædicatoribus & pastoribus abesse imprimis debet omnis Pharisaica hypocrisis, & pro hypocrisi adesse libera veritatis cõfessio cum mortis & omnium malorum contemptu: ita ab eisdem longe abesse debet pecuniæ studium morbus toti fere vulgo cõmunis, quo mores recti corrũpuntur nõ aliter quã hypocrisi, aut mortis metu, & honorũ humanorũ appetitu. Vt igitur & hunc affectum penitus eximeret Dominus ex animis discipulorũ, velut, humilem & indignum aggressis cœleste negotiũ, oblatum est argumentũ per quod ita fieret. Cum enim esset frequentissima turba circa Iesum, quidam è turba non est veritus Dominum interpellare pro consequenda hereditatis terrenæ portione, cũ hactenus nemo rem tam humilem ausus fuisset petere ab illo. Qui sane declarauit se teneri magis studio cõsequendæ hæreditatis terrenæ quã æternæ, nec dignam dignã de Iesu habere opinionẽ, dũ ab eo terrena postulauit, qui verbo & exẽplo terreno rum docens contẽptum, tantum prædicauit regnum cœlorum, & quæ ad illud pertinent consequẽdum. Magister inquit, dic fratri meo vt diuidat mecũ hæreditatẽ; quasi dicat: Magister, frater meus occupat cõmunẽ hereditatẽ, ac tergiuersans progat aut penitus recusat partitionẽ. Hic quæso mihi tua succurrat authoritas quã habes apud oẽs. Præcipe illi vt mecũ diuidat hæreditatẽ. Dominus

A itaque veluti indignans quod à negotio cælesti, ad quod solu à patre missus fuerat, interpellaretur ad carnales ac sordidas curas, simulque docere suos volẽs, nõ oportere iplicarin gotiis prophanis eum qui gerit munus Apostol cũ, respõdit. Homo, quis me cõstituit iudicẽ aut diuisorem super vos. Quibus verbis significat, illũ, etsi rẽ per se iustã peteret, male tamẽ à se eã petere, vt qui nec à Deo nec ab homine cõstitutus esset ad administrationẽ ei⁹ quod petebatur negotii. Mundũ habere suos iudices, qui lites tam humiles dirimere & possint & debeant. Iudicẽ se non negat cõstitutũ neque diuisorem, sed super vos, inquit, dissidentes scilicet de re terrena. Proinde Christi exemplo docentur omnes ecclesiastici nõ imiscere se secularib. negotiis

B quæ illis nõ sunt commissa, secundũ illud Pauli: 2. Tim. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, nec intermittenda ab illis spiritualia propter temporalia, secũdum illud: Nõ est æquũ nos deser- Act. 6. quere verbũ Dei, & ministrare mensis. Cuius contrariũ, proh dolor, nimis faciũt hodie plerique sadotes, episcopi, & religiosi itẽ prælati, qui terrenis occupationibus toti dediti, spiritualia docẽdi, scripturas orandi, missarum officia celebrandi negotia intermittunt penitus, & spiritualium rerum cura tanquam minus necessaria in alios inferiores reiecta, temporalium rerum curã in se penitus recipiũt, & ei grauiter incũbunt. Nec est quod

C quisquam se exemplo defendat B. Augustini, aut virum illum sanctissimum calumnietur. tanquã qui exẽplũ Christi non sit secutus, quod, (vt scribitur à Possidonio in vita ipsius) iudiciis secularibus diutimẽ dis fuerit intẽtus & occupatus totos aliquan dodies. His enim quomodo & quare vacauerit sanctus ille vir, patet ex eodẽ Possidonio, & ipsomet scribẽte in libro de opere monachorũ cap. 29. vbi dicit, ecclesiarũ quibus seruiebat cõsuetudinẽ hoc tum exegisse: vt episcopi dirimendis litibus Christianorũ vacarẽt, idq; profectũ ex præcepto Pauli,

quanquam

quanquam ille huiusmodi negotiis nunquã vacauerit. His, inquit, nos molestiis affixit Apostolus, non vtiq; suo, sed eius qui in eo loquebatur arbitrio, quas tamen ipsum perpessum fuisse non legimus. Aliter enim habebat se apostolatus eius discursus. Nec dixit: Secularia igitur iudicia si habueritis ad nos deferte, aut nos constituite ad iudicandum: sed eos qui cõtẽptibiles sunt in ecclesia, hos, inquit, collocate. Ad reuerentiam vobis dico. Sic nõ est inter vos sapiens quisquam, qui possit inter fratrem suũ iudicare, sed frater cũ fratre iudicatur, & hoc apud infideles. Sapiẽtes ergo qui in locis & consistebãt, fideles & sanctos, non qui hæc arq; illac propter Euangelium discurrebant talium negotiorum examinatores esse voluit. Vnde nunquã de illo scriptum est, quod aliquãdo talib. vacauerit, à quibus nos excusare non possumus etiamsi cõtemptibiles simus, quia & hos collocari voluit si sapientes defuissent, potius quã vt negotia Christianorum deferentur in forum. Quem tamẽ laborem non sine cõsolatione Domini suscipimus pro spe vitę æternæ, vt fructũ feramus cum tolerantia. Hæc ille. Audis eum & consuetudine & Pauli præcepto adactum, intelligis aliam causam fuisse Apostolorum, & multo magis Christi, quam episcoporum tempore Augustini: ex qua item intelligere licet non esse hoc tempore eãdẽ nostrorum episcoporum causam, quando fora secularia sunt Christianorum fora & tribunalia. Sed & idẽ Augustinus non sic vacauit dirimendis litibus & iudiciis, vt ab his quæ magis sunt episcopi officia, nempe prædicationibus, aliisq; id genus episcopalibus officiis cessaret aut impediretur, sed hæc velut præcipua imprimis curans, illa tamẽ veluti secundaria nõ omittebat. Idem Augustinus sermone quodam in dominica post ascensionem Domini, pulchre philosophatur cur Dominus diuidere noluit hęreditatem sicut rogatus fuit. Merito, inquit, non audiuit fratrem interpellantem & dicẽtem: Domino dic fratri meo, diuidat mecũ hæreditatem. Domine, inquit, dic fratri meo. Quid, vt diuidat mecum hæreditatẽ. Et dominus: Dic homo, quare enim vis diuidere, nisi quia homo? Cũ enim dicit alius: Ego sum Pauli, ego autem Apollo, nonne homines estis? Dic homo, quis constituit me diuisorẽ hæreditatis inter vos; Colligere veni non dispergere. Ideo inquit, dico vobis: Cauete ab omni cupiditate, cupiditas enim cupit diuidere, sicut charitas colligere. Quid est autem, cauete ab omni cupiditate, nisi impleamini charitate? Nos charitatem pro captu nostro habentes interpellamus Dominum contra fratrem, sicut & ille cõtra fratrem, sed non hac voce, nõ hac postulatione. Ille enim dixit: Domine dic fratri meo, diuidat mecum hæreditatem. Nos dicimus: Domine dic fratri meo, teneat mecum hæreditatem. Hæc ille.

DIXITQVE AD ILLOS: VIDETE ET E CAVETE AB OMNI AVARITIA, QVIA.] Post redargutionem importunę huius auari hominis petitionis, Dominus eius occasione & omnes quidẽ generaliter munire satagit aduersus auaritiæ pestem, & deinde suis speciatim discipulis solicitudinẽ etiã necessariorũ eximere. Itaq; quodad prius attinet, dixit ad illos, nempe discipulos & circũstantes turbas; Videte & cauete ab omni auaritia. Vbi notantũ Græca nõ habere, omni: sed tãtũ, auaritia, & pro auaritia non est πλεονεξία, quę dictio significat pecuniæ amorẽ, sed πλεονεξία, dictio

A dicta à plus habendo, qua sæpenumero vsus est D. Paulus, & est hæc dictio longe generalior quam sit φιλαργυρία. Nam πλεονεξία est, quandoque plus habetur quam est necesse aut sufficiat, nec tantũ cõsistit in pecuniis, sed & in aliis rebus, vt frugibus vestibus, & id genus similibus. Atque ob id videri potest interpres addidisse, omni dicens, ab omni auaritia, ne intelligeremus tantum superflua ꝓ liberi pecuniarum cupiditatẽ, quã auaritiæ nomine ferè concipimus significari, sed & omnẽ aliã auaritiæ speciẽ nomine πλεονεξίας significatã, cupiditatẽ scilicet quãuis acquirendi aut retinendi plus quã necesse sit aut cõueniat, autpluriũ quàm cõueniat possessionem. Nam in sequenti parabola quidam notantur auaritiæ ob multitudinem frugum, & nõ tam ob cupiditatem, quàm possessionem & retentionẽ. potest & illud, ab omni auaritia, sic intelligi: Cauete nõ tantũ ab aperat & manifesta auaritia quam committunt fures & latrones, sed etiam ab ea quæ speciem habet iustitiæ, qua scilicet quis iustis titulis plus habere desiderat aut retinere. Sanè quemadmodũ diligentur monendi sunt qui virtuti sunt addicti, vt sibi caueant ad hypocrisi: ita omnes generaliter frequenter admonendi, vt sibi caueãt ab omni auaritia, vt forte à nullo magis vitio homines sint dehortandi, tum quod vitiũ hoc latissime se extendat, & quam plurimos in omni gradu occuper, cũ tamen rarissimi sint qui hoc vitiũ in seipsis agnoscere velint, (A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, inquit Hiere. & Isaias: Vnusquisque ad auaritiam suã declinauit, à summo vsque ad nouissimum.) tũ quod Hier. 6. 8. hoc vitium multorum sit causa malorũ. Radix e- Isaiæ. 56. nim omnium malorum est cupiditas, inquit Paulus, vbi pro cupiditas est φιλαργυρία, id, est, studium 1. Tim. 6 pecunię, tum etiam quod hoc vitium admodũ grue sit in seipso. Vnde Paulus πλεονεξίαν, vocat εἰδωλολατρίαν, id est, cultum idolorum, & Eccl. 10. dicitur: Auaro nihil est sceleslius. Et rursus: Nihil est iniquius quàm amare pecuniã, hic enim & animã suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit ĩtima sua. Quæ tamẽ videntur accipienda dicta hyD perbolice, cum quædam sint vitia grauiora quàm sit auaritia. Affert autem Dominus conuenientem rationem ab auaritia dehortatoriam, quia, inquit nõ in abundantia cuiusquã vita eius est ex his quæ possidet, quam orationem quidam sic ordinant, quia vita hominis nõ est in abũdãtia cuiusquam ex his quæ possidet, id est, cuiusquam rerũ temporalium, vt cuiusquã referatur ad, ex his quæ possidet. Verum secundum hanc constructionem relatinũ, eius, non habet antecedens, proinde certum est sic intelligendam: nõ in abũdantia alicuius hominis est vita ipsius hominis, &c. Græca habent, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ τὴν ζωὴν αὐτοῦ ἐστίν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, hoc est, ad verbum, Non in abundare alicui vita ipsius est ex substantiis eius. Vbi datiuus. τινὶ, id est, alicui, non videtur referri posse ad verbũ περισσεύειν, id est, abũdare. quomodo omnes intelligunt tamen. (Nam sic dicendũ fuisset per accusatiuũ τινα, id est, aliquẽ) sed potius referri debere ad verbũ, est, vt sit sensus: Nõ cõsistit alicui vita ipsius ex his quæ possidet propterea quia abũdat. Est tamen idẽ sensus, siue vertatur, cuiusquã, siue cuiusquã. Semper enim significatur ꝙ non propterea, quia quis abũdat diuitiis, vita etiam eius ex tali abundantia abundat, hoc est: fœlicior est & longior, sed contra potius, abũdantia & miseriorem & breuiorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

breuiorem efficit hominis vitam. Miſetiorem qui A dem, quia ſecum affert multas ſolicitudines: Breuiorem verò, quod frequenter occaſio ſit vt quis abutens non ſolum vitam gratiæ perdet, ſed etiã obtietate nimioque luxu ante tempus vitã corporalem finiat, aut vt exigente diuina iuſtitia propter ſua peccata citius ab hac vita tollatur. Eſtautẽ hæc ratio à Domino reddita admodum cõueniẽs. Quia enim diuitiarum amatores exiſtimant quod multo tempore in magna fœlicitate diuitias ſint poſſeſſuri, & quaſi diu fœliciter victuri, vndequaque opes colligunt, & collectas retinent: contrarium Dominus aſſerit, vt ſublata cauſa parandarum & ſeruandarum opum, ceſſet harum ſtudium.

DIXIT AVTEM SIMILITVDINEM AD ILLOS, DICENS: HOMINIS CVIVSDAM DIVITIS, &c.] Quo Dominus craſſo populo altius infigeret quod dixit, aptiſſimam affert B ſimilitudinem & exemplum, quo oſtendit abundãtiam non adferre fœliciorem & longiorem vitam, ſed eam contrà ſequi potius ſolicitudinem, & vitæ breuitatem. Hominis, inquit, cuiuſdam diuitis, ſcilicet multos habebat agros, multaſq; poſſeſſiones, vberes fructus attulit ager, vel, vt habẽt Græca, ἐυκάρπησε, quod magis regionem ſignificat, vt intelligamus agrorum multitudinem & magnitudinẽ. Hic admiranda Dei benignitas, qui cum ſciret hominem hunc non vſurum copia iſta ad vllum bonum, tamen etiam in hniuſmodi hominem ſuã benignitatẽ effundere voluit. Pluit enim ſuper iuſtos, & ſolemq; ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, omnibus quidem occaſionem bonorum præbens operum, quanquam impii Dei bonitatem ſibi vertant in maioris ſupplicii cumulum: quemadmodum ſane iniuſto contigit, qui cũ videret agro C rum fertilitatẽ, nõ cogitabat Deo, à quo ſolo sũt omnia, gratias ſibi agendas, nec memor communis naturæ diuinorumq; præceptorum cogitabat ea eſſe impartiẽda egenis quę ſibi ſuperfluerẽt, ſed apud alios dicere verecundum & parũ honeſtũ fuiſſet, cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? Circa quod obſeruandum, auaris abundantiam non adferre maiorem trãquillitatem & fœlicitatem, ſed potius ſolicitudinem, & miſeriã. Proinde pulchre Baſilius, qui homilia quadam eleganter rhetoricis coloribus parabolam hanc expẽdit. Quis, inquit, non miſereatur hominis tantopere obſeſſi implicatique, & ipſa agri fœlicitate infelicis, præſentib. bonis miſeri, futuris miſerioris. Quid, terra illi ſegetes germinat? non, ſed gemitus. Annonæne illi vberem meſſem congregat? nequaquam. Nam curas, dolores, miſeras anguſtias coaceruat. Non aliter quàm egeni ſolent, lamentatur. An nõ, hanc vocem emittit qui paupertate præmitur: Quid faciã, vnde victum, vnde veſtitum conquiram. Eadem hæc verba diues iſte ſonat, cui animus dolet curis eroſus. Quod enim alios exhilarat, hoc tabeſcit E auarũ. Nõ enim gaudet quod domi omnia repleã tur, ſed pungitur animo ex affluxu diuitiarũ. Hæc ille. Itaque in hoc auaro oſtẽſum eſt illud Iob dictum de auaris: Cum ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit & omnis dolor irruet ſuper eum. Quod exponens D. Gregorius 15. moral. cap. 11: ſic habet: Prius quippe anhelat per auaritiam cõcupita cõgregate. Et cũ quaſi in quodã ventre auitię multa cõgreſſerit, ſatiatus arctatur, quia dũ anxiatur quæ liter acquiſita cuſtodiat, ipſa cum ſua ſatieras ãgu

Iob. 20.

ſtat. Ad cuius declarationem cum diuitis huius exẽplum adduxiſſet, tãdem infert: O auguſtia ex ſatietate nata. De vbertate agri anguſtatur animꝰ auari. Dicens nanque, quid faciam, profecto indicant quia votorum ſuorum affectibus preſſus, ſub quo dam rerũ faſce laborabat. Bene ergo dicitur: Cum ſatiatus fuerit arctabitur: quia mẽs auari quę priex abundantia requiem quæſierat, poſt ad cuſtodiã grauius laborabat. Hæc ille. Iam & illud in hoc auaro obſeruandum, abundantiam nõ tantũ adferre ſolicitudinem & miſeriã, ſed quod mirãdũ eſt, etiã maiorem egeſtatem, & indigentiã. Prius enim quam agri vberes attuliſſent fructus, nõ egebat homo iſte nouis horreis: nunc verò magis egere cœpit, & de indigentia cõqueri. Illud enim, non habeo: indigentis eſt. Sic ſemper in diuitibus cũ diuitiarũ copia creſcit & inopia, quod ſemper de augenda familia & ſtatu cogitent. Nõ habeo, inquit quò cõgregem fructus meos. Habebat vtique ſiuo luiſſet. Pauperum enim ventres & domus vacuæ, horrea illi eſſe poterant, quo non illis tantũ, ſed & ſibi longe tutius fructus repoſuiſſet, vnde nõ tantum in multos annos, ſed in perpetuum ederepotuiſſet. Verum preſentem tantum vitam attendẽs, & ſe ſibi tantum natum exiſtimans, iac terrę communes fructus ſuos tantum faciens, nihil horũ cogitauit, qui ob id in quam ſtulta & impia inciderit conſilia, ſequentia declarant. Si enim charitatẽ & veram prudẽtiã adhibuiſſet ſibi icõſiliꝰm, dixiſſet ab illis perſuaſus ſibi ipſi: Circũſpice quam multis deſit quod tibi ſupereſt. Agnoſce cui debeas etiã iſtam animi fœlicitatem. Sortem indulſit Deus, vt de colligas vſuram bonorum cœleſtium. Permuta fluxa bona pereuntibus, terrena cœleſtibus, humana diuinis. Ita lucro fuerit tibi tua liberalitas. Sed quoniam hæc nõ adhibuit in conſilium, cũ ſic æſtuaret animo, tandem ſtultitiæ & incogitatię impulſu ſic dixit apud ſe: Hoc faciam: Deſtruã horrea mea, & maiora faciam, vel, vt habent Græca, ἐποικοδομήσω. Recte quidem dixiſſet, ſi tãtũ dixiſſet, & feciſſet illud: Diruam horrea mea. Digna enim erãt demolitione horrea iniquitatis, excindẽda merito erant quæ male erant ædificata, deſtruenda domꝰ auaritiæ cuſtos, oſtẽdẽda ſoli ſqualẽtia frumẽta, pferendæ è carcere diuitiæ vinctæ, exponẽda pauperibus quæ diu in horreis cõcluſa fuerant. Verum inſipienter nimis adiecit, & maiora ædificabo. Quid enim, inquit Baſilius, tande ſtatues, vbi illa impleueris, & annus alter rurſus fructũ attulerit fertilitatem? Num rurſum diues, & rurſum ędificabis? Quid obſecro ſtulti, quàm in infinitũ laborare, cum cura ædificare, & rurſum cũ cura diruere? Iam vero non tantum inſipientiam, ſed etiã impietatẽ ſonat quod ſubiecit, & illuc, inquit, congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea. Congregaturum ſe dicit, qui an in craſtinum viueret ignorabat, immemor & incertitudinis vitę ſuæ, & quot pericula fructũ collectionẽ antecedere poſſint: quæ ſi perpẽdiſſet, dicere debuerat ſecundũ Iacobi doctrinam; ſi Deus voluerit. Nã & grãdo calamitate, & æſtus ſideratione, è mediis manibus fructus eripit, & pluuia importune è nubibus ſuperfluas eos corrumpit. Omnia ſe dicit cõgregaturum, nimirũ nec pauperib. nec ſacerdotibus portionem aliquã etiã debitam relinquens. Itaque terra quidem ipſa commodam ſe ſua fœcunditate exhibebat, cum in aruis profundam ſegetem, plumoſq; racemos in palmitibus oſtenderet, oleam

Iacobi. 4.

fructibus

fructibus ſcaturientem monſtraret, & ex pomis ac A nucibus omnigenos cibos polliceretur. Ille verò erat incommodi ingenii, nulliuſque fœcunditatis modum habens, & iam egenis inuidens. Sibi nata eſſe dicit, & ſua vocat, quæ in communem hominum vſum communis omnium hominum pater Deus, communiſque omnium mater terra ſuppeditauit, quæq; hinc ſecum auferre non poſſet, nec in ſua haberet poteſtate. Neque enim (inquit Ambroſius ſuper Lucam) noſtra ſunt, quæ nobiſcum auferre non poſſumus. Quid, inquit Baſilius, ais tua? vnde ea in vitam attuliſti? Quemadmodum ſi quis in theatro ſedilia occupet, ac deinde ſuperuenientes excludat, ſibi proprium vendicans, quod omnium vſui patet, ad eum modum ſe diuites gerũt. B Cum enim quod commune eſt, priores inuaſerunt ex præoccupatione in propriũ ſibi faciunt. Quod ſi quiſq; quod ſuæ neceſſitati leniendæ ſufficeret, auferret, & quod ſuperfluum eſſet ei relinqueret qui indigeret, nullus opulẽtus, nullus inops eſſet. Nonne nudus ex vtero elapſus eſt? nonne nudus in terram reuertẽris. Iſta quæ habes vnde tibi orta ſunt? Si vltro fortuitóq; dicis, impius es, cum non agnoſcas qui ea creauit, nec gratiam habes ei qui ea tibi dedit. Si verò cõfiteris à Deo profecta eſſe, die mihi, quia de cauſa acceperis? Nũ iniuſtus Deus eſt, qui ea, quæ victus ſunt, inæqualiter diſtribuit? Cur tu diues, ille verò pauper eſt? An non ideo planè vt & tu benignitatis & fidelis diſpẽſationis mercedẽ recipias, & ille magnificis tolerantiæ præmiis C honeſtetur? Hæc D. Baſilius, oſtendens illum naiẽ dixiſſe, quæ nata ſunt mihi & bona mea, qui deinceps oſtendit, etiã auaros eſſe fraudatores & raptores, quòd quæ diſpenſanda acceperunt, ea ſibi propria faciant. Famelici, inquit, panis eſt quem tu detines: nudi veſtimentum eſt, quod tu in tuis capſulis ſeruas: diſcalceati ſolea eſt, quæ apud te computreſcit: egeni pecunia eſt, quam tu defoſſam habes. Ergo totidem iniuria afficis, quot præbere potuiſti. Similia, imò eadem habentur ex D. Ambroſio diſtinctione 47. cap. Sicut hi, Nam homilia Baſilij ſuper illo verbo: Diruam horrea mea, &c. tota etiam eſt apud D. Ambroſium, paucis quibuſdam D additis, ſermone 81. Veriſimile eſt enim D. Ambroſium homiliam Baſilii Græcã Latinitate donaſſe, quemadmodum in Hexaemero ſuo, & libris de Spiritu ſancto ait. Baſilij item Hexaemeron & libros de Spiritu ſancto vertit, aut ſaltem imitatus eſt, multis tamen de ſuo additis. Sunt autem ſimiles multæ apud antiquos patres, ſentẽtiæ, quibus aſſeritur eos eſſe raptores, & inuaſores alienorum, & fures, qui ſuperflua reptinent & pauperibus nõ elargiũtur. Nam diſtinct. 42. in principio ex Hieronymi ſententia dicitur: Aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. Sic & Auguſt. ſermo. 219. de tempore: Quicquid, inquit, nobis Deus pluſquam opus eſt dederit, non nobis ſpecialiter dedit, ſed E per nos aliis erogãdum tranſmiſit: quòd ſi non dederimus, res alienas inuaſimus. Ex his tamen & ſimilibus ſententiis non eſt intelligendum, tales auaros qui ſuperflua retinuerũt ſecundum leges humanas licitè acquiſita teneri ad reſtitutionem propriè dictam, quemadmodum hi qui contra humanas leges, aliquid vſurpant: ſed raptores dicuntur, quia iniuſtè, hoc eſt, malè retinent, quæ aliis ex præcepto Dei erant diſpenſanda. Porrò cùm omnibus neceſſe ſit ſuperflua in pauperes, erogare, maximè ad id obligãtur Eccleſiaſtici, qui præter quàm quòd

erant

Deum pro ſua parte & hæreditate elegerunt, & ob id terrenarum rerum magis debent eſſe cõtemptores, magisq; præ aliis virtutibus & bonis operibus abundare, bona obtinent quæ Chriſti pauperis ſunt patrimonium, & pauperũ bona ſingulariter dicuntur. Sed redeamus ad conſiderationem huius propoſiti auari. Hic ergo præter prædicta etiam in eo eſt reprehendendus, quòd non ſolùm ſua dicat quæ nata erant è terra, ſed etiam bona, cũ diuitiæ & abundantia rerum temporalium, ſint res indifferentes, quæ per ſeſe nec bonum nec malum faciant hominem. Multo autem magis reprehendend' propter ea quæ in ſuo cõſilio ſubiecit, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos B plurimos, &c. Animæ bona dicit, quæ corporis non mentis ſunt bona. Annos plurimos ſibi pollicetur, qui nec de craſtino ſecurus eſt. O, inquit Baſilius, bruta verba. Si ſuillam animam haberes, quid ei pro re læta niſi hoc ipſum renunciares? Adeóne peculiaris es, adeóne bonorum animæ imperitus, vt ei carnalibus eſcis ablandiaris, & quæ à latrina excipiuntur, ei pro bellariis mittas? Si anima virtutem habet, ſi bonorum operum plena eſt, ſi Deo familiaris eſt, habet multa bona, & oblectatur pulchra illa animi oblectatione. Requieſcite inquit, à labore, comede, bibe, epulare magno ſcilicet apparatu aut, vt habent Græca, εὐφραίνου, hoc eſt, gaude. Vox certè Epicureorũ, & tamen quã pleraq; Chriſtianorũ pars approbat. Quid enim aliud fere quæC runt homines, quàm vt à laboribus, ad quod fic ſunt nati homines ſicut auis ad volatum, hic poſſint quieſcere, vt lautè comedere & bibere illis contingat? Sed audiamus Dei de hoc homine iudicũ, audiamus quid Deus decreuerit, cùm ille apud ſe iſta decreuiſſet. Ille enim in occulto quidem loquebatur, (cogitabat enim, dixit, apud ſe) & tamen verba eius in cœlo exaudiebantur & examinabantur. Inde igitur ei reſponſa veniunt à Deo interna ſua inſpiratione, conſcientiam eius alloquente. Stulte, inquit, hac nocte animam tuam repetent à te. Stultum pronunciat eum diuinum iudicium, quem humanum iudicium circunſpectũ diceret & prudentem, vt qui ſibi in futurum proſpiceret. Et quidem merito ſtultus dicitur, quòd abundantiam ſibi vertit in occaſionem anguſtiæ & inopię, quòd ſibi nata putauit, quæ multis nutriendis data erãt, quòd per temporalia bona non cogitauit æterna ſibi paranda, quòd temporalia animæ bona eſſe duxit, quòd ſibi iam ſecurus plurimos pollicebatur annos, quòdque de his eſſet ſolicitus, quibus nunquam erat fruiturus. Quòd autem ſi talis non ab homine, ſed à Deo ſtulti nomẽ eſt cõſecutus, quid de his dicendum qui ea ſibi coaceruant, quibus, etiamſi plurimos viuant annos, nunquam ne velint quidem frui vel vti, vt qui pecunias pecuniis ſemper addere nõ ceſſant, ſola auri ſpecie capti, quod eſt omnium auarorum peſsimum & intolerabiliſsimum genus. Hac, inquit, nocte repetent animam tuam à te. Bene dicit, hac nocte. Nam quanquam quod ad literam ſpectat, dictum ſit, hac nocte, quòd in nocte fere auari huiuſmodi apud ſe conſultent, (Cùm enim cuncti dies eorum doloribus & laboribus ſint pleni, ne per noctem quidem mente requieſcunt, vt dicitur Eccl. 2.) tamen myſtico intellectu recte intelligitur etiam ideo dictum, hac nocte, quòd talis in tenebris craſſiſſimis inſipientiæ detineretur, quódque huiuſmodi hominis apud ſe cogitatio & conſultatio, tantùm ſomnium quoddam,

eſſet

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset diutinæ fœlicitatis. Non dictum est ei: Hac no A
cte morieris, sed, quod grauius erat auditu, animā
tuam, cui hæc omnia parasti, cui multos, & fœlices
annos in hac vita pollicitus es, repetent à te, minis-
tri scilicet diuinæ iustitiæ. Quo significat, statum
aliquem vitæ esse post hanc vitam, & animam ho-
mini à Deo commendatam, velut quoddam depo-
situm, de quo aliquando ratio reddenda esset, suotē
pore repeti ab homine per angelos qui eā diuino
statuant tribunali. Conuenit autem verbū, repetēt,
impiis potius quam iustis, vt hoc loco annotauit
Theophylactus. Ab impiis enim inuitis, & propter
vitæ præsentis immodicum amorem reluctantibus
animi eorum exigitur. A iusto autem non exigitur
aut repetitur, sed ille eam gaudēs & exultās com-
mendat Deo patri spirituum. Subditur ad maiorē B
stultitiæ eius condemnationem: Quæ autē parasti,
cuius erunt? quasi dicat: Tua certè non erunt, cùm
terrena tantum paraueris, quæ necesse est mundo
relinquas, nec tibi manifestū est cuius hæc erunt, vtrū hæredis an
peregrini, amici an inimici, quod ipsum etiā adau- Iob 20.
get mœrorem. Itaq; in hoc impletum est illud Iob:
Non est satiatus venter eius, & cum habuerit quæ Psal. 38.
concupierat, possidere nō poterit. Et illud Psalmi-
sti: Thesaurizat, & ignorat cui cōgregabit ea. Porrò
ne hoc exemplum, tantum ad voluptatem narra-
tum putare quis posset, sed ad nostram commoni-
tionem, nempe, vt Dei in hoc homine sententiam C
metuētes, studeamus huic esse dissimiles, adiecit
Dominus: Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in
Deum dives. Sic, inquit, est, hoc est, etiam omnis ta
lis similiter est stultus. Aut potius: Sic est, id est, sic
se habet qui sibi thesaurizat, &c. hoc est, cum mi-
nimè sperat, vita præsens simul cū rebus auferetur,
cumq; præterea nihil habeat, prorsus infelix & de- Rom. 10.
ploratus recta petit gehennam. Nō est Græcis: Sic
est qui, &c. sed tantum, sic qui thesaurizat: vt libe-
rum sit subaudire verbum quod est commodissi-
mum. Notat autem Caietanus, non tantum dictum
esse: Qui sibi thesaurizat, sed additum, & non est in Matth. 6.
Deum dives, vt intelligeremus Dominum nō dam-
nare thesaurizantem sibi, nisi simul adiunctam ha-
beat alteram conditionem, scilicet, nō esse diuitem D
in Deum, ad differentiam eorum qui sibi thesauri-
zant, & simul diuites sunt in Deum, abundantes in
bonis operibus. Verùm magis apparet duas illas
partes sic à Domino coniunctas, vt significaret fieri
non posse vt quis sibi thesaurizet, & sit in Deum
dives. Nam Matthæus satis docuit non posse fieri
vt quis & hic thesaurizet & apud Deum, ad hoc
afferens illud prouerbiū: Nemo potest duobus do-
minis seruire. Certe sic intellexit Beda, cum scri-
bat: Ergo qui vult esse in Deum dives, non sibi the-
saurizet, sed pauperibus possessa distribuat. Dici-
tur autem hoc loco is sibi thesaurizare, & qui in
suum vsum ac suam tantum voluptatem multa con
gregat & congregata conseruat. Cæterum obscu- E
rior est illa oratio, non est in deum dives. Quidam
pro, in Deum, vertit erga Deum; vt hic sit locutio
qualis est in Paulo: Diues in omnes qui inuocant
eum, id est, erga omnes. Itaque intelligit illum dici
hic diuitē in Deum, id est, erga Deum, qui Dei no-
mine in pauperes est beneficus. Deus enim cu-
piēs refocillari in membris suis per eos quibus su-
peresset res, sibi imputat factum quod suo nomine
pauperibus impenditur. Porro cùm Græca non ha-
beant pro, diues, nomen substantiuum, πλούσιος, sed
participium πλέτων, rectius sic, verti poterit. Qui si
bi thesaurizat, & non in Deo ditescit, vt duo parti-
cipia θησαυρίζων & πλέτων, similiter reddatur per
suum verbū, & εἰς θεὸν, accipiatur pro ἐν θεῷ, sicut su-
perius aliquoties εἰς pro ἐν positum est. Dicitur au-
tem ditescere in Deo, primum quidem is qui per
eleemosynas multa sibi apud Deum merita parat.
Deinde generaliter quisquis abundat in operibus
bonis. Diuitiæ enim in Deo, sunt acquisitio virtu-
tum & meritorum. Sic Paulus Timotheum docet 1. Tim. 6.
vt præcipiat diuitibus huius seculi bene agere, di-
uites fieri in bonis operibus, facile tribuere, com-
municare, thesaurizare sibi fundamētum, bonum in
futurum, vt apprehendant vitam æternam.

B DIXITQVE AD DISCIPVLOS SVOS: IDEO DICO VOBIS, NOLITE, &c.] In supe-
rioribus quidem Dominus promiscuam multitu-
dinem allocutus est, omnes dehortans ab auari-
tia; iam verò eadem occasione conuersus ad discipu
los suos, dehortatur eos etiam à solicitudine rerum
necessariarum. Hos enim oportebat nō solum abes-
se ab auaritia, & superfluorum cupiditate, sed etiam
præ aliis vacare omni solicitudine huius vitæ, ne
qua res illorum animos remoraretur ab euangeli-
co negotio, vt omittam etiam ob id hæc discipulis
dicta esse, quia hi fere soli, non autem turbæ capa-
ces fuerint huius doctrinæ. Infert autem Dominus
ex prædictis, solicitudinem rerum necessariarum
abiiciendam, quemadmodum & apud Matthæum
idem intulit, postquam docuisset thesaurizandos
thesauros non in terra, sed in cœlo, nec fieri posse
vt quis & Deo seruiat & mammonæ. Proinde illa-
tio horum ex præcedentibus talis est: Quandoqui-
dem is Deo displicet, qui solicitudine rerum coa-
ceruandarū tenetur, quemadmodum patuit in pro-
posito per parabolā homine, qui nō displicuit, quia
multa habuit, sed quia de illis retinendis solicitus
fuit. Rursus quandoquidem humana solicitudo ni-
hil facit ad fœlicitatem vitæ, & quia vita hominis
à solo pendet Dei arbitrio, vt patet ex prædictis;
ideo dico vobis discipulis meis, quos vt ad perfe-
ctionem maiorem vocaui, ita oportet præaliis vul-
garem hanc solicitudinem reiicere: Nolite soliciti
esse, &c. Habentur enim hæc omnia vsque ad illud,
Nolite timere pusille grex, Matth. cap. 6. in c. Con-
cordiæ 42. Nec est hic quicquā peculiare notatu
dignum præter duo, quorum alterum est, quòd cū
apud Matthæum generaliter dicatur de omnibus
volatilibus: Respicite volatilia cæli, hic peculiari-
ter dicitur de coruis, considerate coruos, quemad-
modū & Psalm. 146. de coruis singulariter dicitur:
Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruo
rum inuocantibus eum. Sic & Iob de eisdem aui- Iob 39.
bus singulariter dicit: Quis præparat coruo escam
suam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagian-
tes eo quòd non habeant cibos? Ad quæ scripturæ
loca videri posset Dominum hic respexisse. Ideo
autē secūdū plerosque scripturæ singulariter Deum
dicit coruos pascere, quòd pulli coruorum à parē-
tibus suis derelinquantur, eo quòd cum albi sint
iudicentur degeneres, actum diuinitus pascantur,
siue rore cœli, siue vermibus in nido enatis, siue
animalculis quibusdam circa nidum volitantibus.
Verùm hanc coruorum naturam nec scribūt histo-
riæ naturalis scriptores, nec apparet eam talem es-
se ex verbis Iob, quibus significatur Deum coruo
parare escā pro pullis suis, hósque extra nidū quæ-
rere sibi cibum. Proinde rectius dicetur coruorum
fieri

fieri mentionem, tum ad commendandum magis A
Dei erga homines prouidentiam ex illius proui-
dentia erga aues rapacissimas & odiosissimas: tū
quod corui sint voracissimi, multo egētes cibo, ob
quod & longius fugant pullos suos iam robustos,
quemadmodū scribit lib. 10. naturalis historiæ ca-
12. Plinius. Et Aristoteles lib. 6. de historia animal.
Corui, inquit, locis arctioribus: & vbi non satis ci-
bi pluribus sit, duo tātum incolunt, & suos pullos
cum iam potestas volandi est, primum nido eici-
unt, deinde regione tota. Alterum hic peculiare
est illud, Et nolite in sublime tolli. Quod D. Augu
stinus lib. 2. quæstionum euang. cap. 29. sic intelli-
git, vt significetur, Dominum postquā prohibuit
alimentorum solicitudinem, consequenter etiam B
admonuisse ne si contingat abundātiam rerum ne
cessariarum obuenire, ob id extollantur & super-
biant, quemadmodum fere homines solēt, propter
quod Paulus vult Timotheum præcipere diuitib,
vt non sublime sapiant. Similiter Caietanus intel-
ligit, dominum prohibuisse ne postquā adepti es-
sent eam perfectionem, vt non quærerent quid
manducandum aut bibendum, sibi ob eam perfe-
ctionem placentes superbirēt & extollerentur. Ve
rum hæ interpretationes non conueniūt Græcis,
quæ habent, μὴ μετεωρίζεσθε quod nō propriè per-
tinet ad tumorem, quod Græci vocant, μεγαλοφροσύνην, vel, ὑψηλοφροσύνην, vt est in prædicto Pauli loco, C
sed magis ne curem* ea quę supra nos sūt. μετέωρα
enim vocantur quæ sunt in nubibus, & in sublimi
aeris regione, de quib⁹ Meteorologica scripsit Ari
stoteles. Vnde nec illa quorundā interpretatio præ
senti loco conuenit: Nolite in sublime tolli, hoc est
nolite transcendere naturæ limites, quærendo plu
ra quàm vobis sint necessaria. Sed vel intelligen-
dum cum quodam, Dominū significare voluisse nō
esse anxiè astrorum cursum, & aeris cæliq; dispo-
sitionem obseruandam, quemadmodum pleriq; fa-
ciunt, obseruantes omnia tēpestatum præsagia, &
ex astrorum cursu de futuris consulentes, ac palle
scentes quoties astra minitātur annonę penuriam.
Is enim intellectus probe conuenit ei quod sequi-
tur de gentibus huiusmodi inquirentibus, quasne D
hac in parte imitemur etiam per Hieremiā admo-
net Dominus, dicens cap. 10. Iuxta vias gentiū no-
lite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ ti-
ment gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Aut
intelligendum Dominum alludere ad gestum ei⁹,
qui præ magna solicitudine angitur, vultum ad cę
lum attollens. vt sit sensus: Ne anxie oculos in cœ
lum subleuetis hæsitantes de diuina prouidentia.
In quē fere sensum interpretatur Theophylactus,
qui sic habet; In sublime tolli, prorsus nihil aliud
dicit, quàm distractionē & mentis instabilem ver-
sionem, nunc hoc, nunc illud cogitantis, & ab hoc
in illud salientis. Vnde bene quidam hic verbum E
μετεωρίζεσθαι, cum proprie significet sublimē esse,
vertit per verbū, pēdere: Quæ enim sunt in sub-
mi, ea nullo firmo fundamento nixa nutant & agi
tātur: hinc fit vt id verbum, dubitare, incertū & an
xium esse significet, quo sensu Latinis pēdere pro
prie dicitur. In Syriaco euāgelio est; Nec immore-
tur, vel suspēdatur mens vestra in illis. præter hoc
notandum circa Lucam, male legi in ipso: Hæc au-
tem omnia gentes mundi quęrunt. Nam legēdum
est, Hæc enim omnia, &c. quemadmodum in Mat-
thęo legimus. Nam Græca non habent δὲ, sed γάρ,
& codices scripti etiam in Luca habent, enim,
quemadmodum ego vidi in duobus qui ad manū
erant magnæ vetustatis. Deinde non est legēdum
iu Luca, Quęrite primum regnum Dei & iustitiam
eius, & hæc omnia adiicientur vobis, sed tantum:
Quærite regnum Dei, & hæc omnia, &c. Sic enim
non tantum Græca habent, sed & Ambrosius, &
duo illi codices quos dixi, quemadmodum & codi
ces pleriq; quibus quidam vsus est, atq; Dionysius
ipse. proinde quod deesse videbatur in Luca, stu-
diosus aliquis adiecit ex sexto capite Matthæi.

NOLITE TIMERE PVSILLVS GREX QVIA COMPLACVIT PATRI VESTRO.] Duæ sequentes iam sententiæ quæ solū sunt apud
Lucā, rectè sunt superioribus subiunctæ. postquā
enim variis rationibus solicitudinem vitæ & rerū
terrenarum à suis Dominus exemit, radicē iam
huiusmodi solicitudinis eximit, nempe timorē, vn
de procedit huiusmodi solicitudo, & qui consequi
poterat ex prohibita solicitudine. Vocat autē suo-
os discipulos pusillum gregem, ob numeri pauci-
tatem, & eorundem impotentiam ac infirmitatē.
Nam pro grex. Græcis est ποίμνιον, quod paruum
gregem significat, & maxime ouium. Quoniam
enim discipuli sibi timere poterant ob suam pau-
citatem & imbecillitatem, ab egestate, aliisque hu-
ius mundi malis, tanquam impares qui omnibus
illis malis superiores esse possent, maxime solicitu
dine illis prohibita, Nolite, inquit, timere, etsi sitis
grex pusillus. Non tamen illud grex pusillus, tan-
tum in discipulos competit, sed & in omnes qui
perfectionis discipulorum sunt imitatores, quod
hi ad reliquam hominum multitudinem sint pau-
ci, imo & in omnes veros & bonos Christianos,
nam & hi pauci sunt, si fiat ad infideles & malos
Christianos comparatio. His ergo etiam omnibus
dicitur: Etsi sitis grex pusillus, & pauciores & im-
beciliores, quam vt vestra virtute mala huius mū-
di quæ in vos consurgent superare possitis, ne ta-
men metuatis, ne quando quid desit rerum neces-
sariarum etiam vobis non solicitis, aut ne quid
mali, quod non sit vobis cessurum in bonum, vo-
bis obtingat. Siquidem beneplacitum est patri ve
stro (Græce enim est, εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν id D
est, Deus pater vester sua gratuita bonitate dispo
suit vobis dare regnum. Proinde cum Deus pater
vester sit, ac ob id pro paterna sua bonitate non
possit vestri curam deponere, cum etiam regnum
vobis quantumuis iam apud mundum humilibus
& contēptis dare disposuerit, idque disposuerit
ab æterno, non vestris prouocatus meritis, sed so-
lo suo voluntatis beneplacito, non est cur diffida-
tis, quin terrena huius mundi bona quantum ne-
cesse est, etiam sit suppeditaturus. Huius ergo re-
gni vobis destinati cōsideratione omnem metum
inopiæ rerum terrenarum excutite, imo quoniam
cœleste vobis regnum est præparatum in possessio E
nem, quibus proinde parum conueniunt terrenæ
possessiones, vt regno illi cœlesti aptiores sitis &
digniores, si quæ in hoc mundo possidetis, vendi-
te ea, & erogate ea in eleemosynā, turò thesauri-
zaturi hac ratione ad illud regnum ad quod ordi-
nati estis. Est ergo illud: Vēdite quæ possidetis, &c.
euangelicum non tam præceptū quam consilium,
quemadmodum patet ex eo quod diuiti cuidam
postea dixit Dominus: Si vis perfectus esse, vade &
vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Quod
consilium post Domini ascensionē adimpleuerunt
primitiæ in Ierusalem fidelium, qui diuenditis

Universidad de Deusto
Biblioteca

suis possessionibus,afferebant pretia earum ad pedes Apostolorum,pro distribuēda eleemosyna.Id autem consilium Beda indicat duobus modis posse impleri:Altero, cum quis collectam ex vēditis possessionibus pecuniam distribuit in eleemosynā atq; hic est proprius huius loci intellectus.Altero,cū quis omnibus suis diuēditis,aut pro Domino derelictis,nihilominus postea labore manuū operatur,vnde & sibi victū trāsigere,& aliis eleemosynā dare queat,quod est maximę perfectionis à Paulo exhibitę.Cætera quæ sequūtur de thesaurizādo in cœlis,habita sunt etiā superius ex Matt. cap.6.in capite Concord.42.tātum illud hic est peculiare:Facite vobis sacculos qui non veterascunt, Quā partē sic interpretatur Euthymius,vt per sacculos synecdochicè significetur thesaurus: & non veterascere,sit non deficere,ita vt secūda pars;thesaurum non deficientē in cœlis,sit interpretatiua primæ.Quæ interpretatio cum videatur coactior,

A dicendum potius allegorica illa locutione significari sic esse expendenda,& reponenda bona tēporalia,vt illorū non perdatur fructus, sed imperpetuum ex his fructus haberi possit.Illis enim qui faciūt sacculos vetustati obnoxios.sacculis præ vetustate frangi incipientibus,excidit pecunia,& sine
B fructu amittitur.Significat ergo Dominus per eleemosynas & pecuniarū in pauperes erogationē,hominem sibi facere sacculos nō veterascentes,quia in eis reponit suas facultates, vnde à Deo æternū consequetur fructū : Parare item thesaurū non deficientem in cęlis,quia huiusmodi erogatione sibi parat apud deum multa merita.Itaq; si quis distinctè requirat,quid per sacculos non veterascentes
C accipiendum sit,recte dixerit, pauperes ēsse illos sacculos,quod in eis expēsæ & repositæ facultates nunquam pereant.Vnde D.Laurentius tyrāno respōdit: Facultates,ecclesiæ quas requiritis,in cœlestes thesauros manus pauperum reportauerūt.

DOCET OFFICIVM FIDELIS SERVI ERGA VENTVRVM dominum. LVCÆ 12.

CAPVT LXXXVII.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.Et vos similes hominib. expectantibus dominū suū quando reuertatur à nuptiis,vt cū venerit & pulsauerit, cōfestim aperiant ei. Beati serui illi,quos,cū venerit dominus: inuenerit vigilātes.Amē dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discūbere,& trāsiens ministrabit illis.Et sive nerit in secunda vigilia,& si in tertia vigilia venerit,& ita inuenerit,beati sunt serui illi.Hoc autem scitote, quoniā si sciret pater familias qua hora fur veniret,vigilaret vtique,& non sineret perfodi domū suā.Et vos estote parati,quia qua hora non putatis filius hominis veniet.Ait autē ei Petrus:Domine ad nos dicis hanc parabolā,an ad omnes?Dixit autē Dominus: Quis putas est fidelis dispensator,& prudens,quē constituit dominus supra familiam suam, vt det illis in tēpore tritici mensuram? Beatus ille seruus,quem,cū venerit dominus,inuenerit ita facientem:Verè dico vobis, Quoniam supra omnia quæ possidet,constituet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo,Moram faciet dominus meus venire,& cœpit percutere seruos,& ancillas,& edere & bibere,& inebriari.Veniet dominus serui illius in die qua non sperat,& hora qua nescit,& diuidet eum, partémque eius cum infidelibus ponet.Ille autem seruus,qui cognouit voluntatem domini sui,& non se præparauit,& non fecit secundum voluntatem eius,vapulabit multis:qui autem non cognouit,& fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui nullum datum est,multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.Ignem veni mittere in terram,& quid volo,nisi vt accendatur? Baptismoautem habeo baptizari, & quomodo coarctor,vsque dum perficiatur? Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem.Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres:diuidentur pater in filium,& filius in patrem suum,mater in filiam, & filia in matrem,socrus in nurum suam,& nurus in socrum suam.Dicebatautem & ad turbas:Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis.Nimbus venit,& ita fit,& quum Austrum flantem,dicitis,Quia æstus erit,& fit:Hypocritæ,faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à vobisipsis non iudicatis quod iustum est Quum autem vadis cum aduersario tuo ad principem,in via da operam liberari ab illo,ne fortè trahat te ad iudicem,& iudex tradat te exactori,& exactor mittat te in carcerē.Dico tibi,non exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas.

A.24. 124.

A.24. 124.

A.10.55

A.1664

A.5.40.

SINT LVMBI VESTRI PRÆCINCTI ET LVCERNÆ ARDENTES, ETVOS.] Postquam Dominus discipulum suum & superfluis exuit,& ab omni solicitudine & cupiditate temporalium nudauit, regnique cœlestis ingessit mentionem,oportune iam ipsum ad ministrandū sibi inducit,atque regni illius vigilem expectationem.Is enim qui minister Christi esse voluerit, quique regnum illud securus expectare poterit, prius necesse est ab onere & solicitudine rerū terrenarum sit expeditus,quod onus deposuisse non satis fuerit,nisi deinde ad seruiendum Christo, & ad cœlestis regni participationem se accommodauerit,itaq; recte .subiungit Dominus , Sint lumbi vestri præcincti,& lucernæ ardentes. Quibus verbis additur in plerisque libris:in manibus vestris;
D vt sit sensus:& lucernæ ardentes sint in manib.vestris.Verum hæ tres dictiones non solum non sūt in Græcis,sed nec apud Diuum Cyprianum tractatu tertio,nec apud Diuum Ambrosium,nec ipsum quoque Dionysium Carthusienſem , nec erant in altero nostrorum codicum scriptorum.Itaque sensus est:Lumbi vestri sint præcincti , & lucernæ vestræ sint ardentes vel accensæ, vt ardentes regatur a verbo,sint ,à parte posteriori. Apud
E Augustinum lib.de continentia cap.7. legitur , Et lucernæ vestræ ardentes,nec additur, in manibus vestris,quæ tamen verba legisse apparet Diuum Gregorium in homilia,apud quem tamen non ponuntur lib.28 Moralium cap.7.vbi hanc sententiam citat & exponit.porro hæc Domini sententia , est locutio allegorica , qua significatur oportere

A re nos esse paratos ad occurrēdum venturo Domino,& ad arripiendum iter virtutis in nocte huius seculi.Similitudo enī est mutuata à more vulgari seruorum domino in nocte occurrētium, aut eorū qui nocte separāt ad iter,sicut & Paulus similitudine mutuata à pugnaturis,qui lūbis succīctis stant parati ad confligēdum cum hoste,dicit similiter:State succincti lūbos vestros in vèritate,hoc est,state,per veritatem fidei muniti & parati ad resistendum omni errori,& pugnādum contra spiritualia nequitiæ,vt exponunt Ambrosius & Theophylactus.Quo loco Pauli idem est Græcis participium quod loco isto,quamuis hic legamus,præcincti, ibi verò,succincti,ne quis in eo putet esse aliquid discriminis.Quoniam ergo nocte ambulaturi & lūbos debent habere præcinctos, ne vestium
B onus & prolixitas impedimentum eis præbeat,& lucernas debent habere accensas , ne in tenebris impingant,ideo duo hæc etiam à suis Dominus requirit,in lumborum quidem præcinctione significās vt cura rerum terrenarum deposita,quæ impedimēto est iter virtutis ingressuris,aut domino suo occursuris,expediti sint & prompti tum ad ambulandum viam virtutis,tum ad occurrendū Domino eos ad felicitatem hinc euocanti.In lucernis verò accensis significans opus esse vt mentes nostræ pulsis errorum tenebris , vera sint fide illuminatæ,& per charitatem accensæ , ne vero lumine destituti impingamus in tenebris ignorantiæ , aut
C cum fatuis virginibus inueniātur lampes nostræ extinctæ,sicq; cum sponso & sponsa nō possimus ingredi ad nuptias.Hic videtur genuinus huius loci intellectus,si sequentia consideremus,cui satis conuenit quod pro huius loci explicatione scribit D.Augustinus lib.2.quæst.Euan. quod.inquit,Dominus dicit.Sint lūbi vestri præcincti,propter continentiam ab amore rerum secularium:lucernę ardentes,hoc ipsum vt vero fine & recta intentione faciatis.D.Gregorius homilia 13. non inelegāter hunc locum aliter explicat,quāquam prēter prēcipuam Domini intētionem;Lumbos,inquit,præcīgimus,cum carnis luxuriam per continētiam coarctamus. Sed quia minus est mala nō agere , nisi etiā quisq;studeat & bonis operibus insudare,pro
D tinus additur;Et lucernæ ardētes in manibus vestris.Lucernas quippe ardētes in manib.tenemus, cùm per bona opera proximis nostris exēpla monstramus.De quibus profectò operibus dominꝰ dicit:Luceat lux vestra corā hominibus, vt videāt opera vestra bona,& glorificent patrem vestrū qui in cęlis est.Hæc ille;q duo hęc pulchrè prosequtur.

ET VOS SIMILES HOMINIBVS EXPECTANTIBVS DOMINVM SVVM.&c.] Quidam his verbis intelligunt Dominū prosequi parabolam in præcedenti sententia significatā, vt significetur ideo debere corū lumbos esse prēcinctos,& lucernas ardentes vt sic possint esse similes hominibus expectātibus dominum suum,qui, inquiunt,perpetuò stant accincti cum tedis, vt cū
E dominus fuerit reuersus,confestim aperiant ei:Sic enim quidam in paraphra.Verum magis apparet Dominum hic nouā parabolam à superiore diuersam præponere.Non enim oportet seruos dominum suum expectantes stare præcinctis lumbis, nec id facere solent . Itaque cùm priori sermone Dominus præceperit nos similes esse his qui se patāt ad iter in nocte:iam noua parabola similes nos esse vult seruis dominum suum nocturno tempo-

re à nuptiis reuersurum expectantibus.Quæ similitudoin tribus consistit primum,vt sicut illi serui, si sint prudentes & fideles,assiduè vigilant , quòd incertum habeāt quando dominus sit reuersurus à nuptiali conuiuio,quod vespertino tempore celebrari consueuit:ita & nos in nocte huius mūdi solicite caueamus ne obrepat somnus peccati , sed perpetuò vigilemus in bonis operibus occupati, quod incertum nobis sit quando Dominus noster venturus sit.siue ad vniuersale totius mundi iudicium.siue ad particulare cuiusq; iudiciū post mortem cuiusq; subeundum.Secundò,vt sicut serui vigilantes confidenter expectāt dominum suū,quem quòd à nuptiis reuersurus sit,expectāt venturum lętum & iucundum,& eorum vigilantiam collaB daturū:sic & nos discutientes torporis & peccati somnum,non metuamus Domini aduentū, sed cū fiducia illum expectemus,nobis venturum è gaudiis regni cęlestis(quæ per nuptias sæpe significātur)lætum ac hilarem,& nostram vigilantiam cō probaturū & remuneraturum.Tertiò, vt sicut illi venienti & pulsanti domino confestim aperiūt ostium domus,lætiq; suscipiunt:ita & nos dominū mox & lætanter suscipiamus eū venerit circa tempus mortis,& pulsauerit per immissā ægritudinē aut mortem.Secundùm hāc parabolæ accommodationem non sunt singula curiose applicanda rei propter quam parabola assumitur.Nō enim quærendum quod sit ostium quod domino veniēti sit
C aperiendum nobis,cum nō dicatur nos debere aperire ostium,sed oportere similes esse his qui cō festim aperiunt:id fiet si & nos Dominum venientem læti suscipiamus,quod nequaquam facerepossunt hi quos aduentus Domini inuenit dormientes & imparatos,nec expectantes . Quo autē nos ad similitudinem illorum seruorum Dominus prę mio & honore prouocaret, prosequens parabolā dicit:beati,hoc est, fęlices sunt serui illi,quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes . Et quare beatos pronunciet,addit,Amen,inquit , dico vobis,quòd dominus ipse vt ex nuptiis hilaris, ita etiam exhilaratus seruorum sedulitate,præeinget, se,parans seipsum ad seruiendū,& faciet illos discumbere,& transiens , hoc est , præteriens more
D ministrantium mensis,obseruansq; quid cuiq; desit,aut quisque desideret , ministrabit illis.Dicta sunt enim hæc ad literam de domino aliquo homine cum seruis fidelibus comiter & benigne se gerente,quem Christus fingit(vt nonnunquam fieri solet)exhilaratum primum nuptiali cōuiuio,deinde seruorum vigilantia,nouam cœnam seruis parare,vt qui fideles se seruos exhibuerūt, læti sint cū ipso in nuptiis exhilarato,& se vicissim illis veluti seruum exhibeat,quorum erga se fidelitatem re ipsa expertus est.Huiusmodi ergo domini factopa rabolice Christus significat,fœlices esse quos ipse inuenturus esset vigilantes in fide & bonis operibus,eo quod talibus veluti Dominus sit concessu
E rus accumbere in mensa regni cœlestis,& communicaturus illis suorum gaudiorum fruitionem, ac prouisurus ne quid illis ad iucundam vitam desit, imo largiter suppeditaturus quicquid desiderare possint.Sic enim satis est parabolā applicare,vt nō fit necesse ostendere quomodo Dominus se est præcincturus,aut quomodo trāsiens ministrabit illis.Rectè tamē intelligitur se Dominus præcingere,quando per iustitiam se præparat ad retributionem.erit enim(inquit Isaias) iustitia cingulū lum- Isaiæ 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

borum eius. Sic & transire intelligi cum Gregorio A non male potest, cum ab humanitatis forma in diuinitatis suæ cõtemplationẽ nos eleuat. Porro pulchrè & simpliciter hunc totum prędictum locum tractat D. Cyprianus tractatu de simplicitate prælatorum: Simus, inquit, tales quales esse nos ipse præcepit, dicẽs. Sint lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectãtibus dominum suũ quando veniat à nuptiis, vt cũ venerit & pulsauerit, aperiãt ei. Beati serui illi, quos adueniẽs dominus inuenerit vigilãtes. Accinctos nos esse oportet, ne cum expeditionis dies aduenerit, impeditos & implicitos apprehẽdat, Luceat in bonis operibus lumen nostrũ & fulgeat, vt ipsum nos ad lucẽ claritatis æternæ de hac seculi nocte perducat. Expectemus soliciti semper & cauti adB uentum Domini repentinum, vt quando ille pulsauerit, enigilet fides nostra, vigilantiæ præmium de Domino receptura. Si hæc mandata seruentur, si hæc monita & præcepta teneantur, opprimi dormientes diabolo fallente non possumus. Serui vigiles Christo dominante regnabimus. Hæc ille.

ET SI VENERIT IN SECVNDA VIGILIA, ET SI IN TERTIA VIGILIA.] Noctem veteres in quatuor diuidebãt vigilias vel custodias, quarum quælibet tres continebat horas, post quas prioribus custodibus succedebãt nouiC seruandis ciuitatum mẽiis & hostiũ aggressibus. Hinc est quod secundæ & tertiæ vigiliæ hic fit mẽtio, per quas profunda nox significatur. Nõ fit autem mentio quartæ vigiliæ, eo quod vltra tertiã vigiliã non cõsueuerit differri reditus à nuptiis. Nec primæ item fit mentio, quòd illud tempus in superiori sermone sit indicatũ. Porro locus hic ad literam dupliciter potest intelligi, & iuxta hanc duplicitatem etiã diuersa erit parabolæ ad rem significatam applicatio. Primò enim intelligi potest significari seruos fore beatos, si Dominus veniens in secunda vigilia inueniat eos vigilãtes, etiamsi in prima vigiliã nõ vigilauerint: & similiter sit Dominus veniens in tertia vigilia, inueniat eos vigilantes, etiamsi in prima & secunda nõ vigilauerint, vt qđ ad sensum præcipuè à Domino intentũ attinet, intelligamus significatũ beatos fore quoscunq; Dominus in morte inuenerit vigilãtes, siue in prima, siue in media, siue in vltima ætate inuẽti fuerint vigilantes, etiamsi in prima vel in secũda nõ vigilauerint. Hoc enim cõmuniter hic significatũ intelligitur, vt nõ desperet qui vel in media ætate aut vltima, hoc est, senectute inceperit vigilare. Altero modo sensus esse potest, beatos esse seruos qui nõ solùm vigilãr in prima vigilia, quod factu facile est, sed etiam in secunda, & si opus est, etiã in tertia, vt quacunq; vigilia nocturna Dominus veniat, inueniat eos vigilantes. Secũdum quẽ intellectũ significabitur hic à Domino opꝰ nobis esse persenerãti vigilia, nec satis esse vt ad tempus vigilemus, expectantes ipsum solicitè, vt deinde nõ ferẽtes morã ipsius, incidamus in torporem & somnũ, sed necesE se esse vt longanimiter illius aduentũ sẽper & in quacunq; ætate expectemus. Atq; hunc sensũ præcipuè à Domino intentũ esse, ex eo patere satispotest, quod Lucæ 21. vbi etiã propter certitudinem aduẽtus sui ad vigilandũ hortatur. Vigilate, inquit, omni tẽpore orãtes, vt digni habeamini fugere ista omnia quę futura sunt, & stare ante filiũ hominis.

HOC AVTEM SCITOTE, QVIA SI SCIRET PATERFAMILIAS QVA HORA FVR, &c.] Adiungit præcedenti parabolæ aliã parabolam, qua etiam docet propter incertitudinem aduentus sui semper esse vigilandum: sed præcedenti parabola ostendit præmium seruorum vigilantium, hac autem pœnam & malum eorum qui non vigilant. Apparet autem prima facie hanc parabolam non esse aptam, nec conuenire proposito. Nam de patrefamilias dicitur, quòd vigilaret si sciret qua hora fur venturus esset, & illius exemplo infertur, etiam nos vigilare debere, quia nescimus qua hora ipse venturus sit: cum cõtrario modo dicendum videbatur, Et vos igitur vigilate, quia scitis qua hora filius hominis venturus sit. Pro parabolæ itaque intellectu sciendum imprimis ad hoc potissimum spectare istam parabolam, vt intelligamus diem Domini venturam, sicut fur in nocte, tempore scilicet & hora qua non putatur, atque ob id nobis perpetuo vigilandũ esse, ne si dies illa nos dormientes inueniat, incidamus in tale malum, quale patitur paterfamilias dormiens à fure nocturno oppressus, qui paterfamilias vtique vt huiusmodi periculum effugeret, vigilaret si præsciret furis aduentum. Quod enim hac parabola significetur diem Domini similem fore furi nocturno, & per furem non intelligendum hic significari diabolum, quemadmodum, aliqui intelligunt, satis patet ex ipsa comparatione, & ex aliis multis locis Apostolorum, quibus verisimile est eos ad hæc Domini verba alluxisse. Paulus enim scribẽs ad Thessalonicenses: Ipsi, inquit diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Et Petrus: Aduenient autem dies Domini vt fur. Et Dominus ipse: Ecce venio sicut fur. 1. Thess. 5
Non est autem dies Domini sicut fur, nisi non vigilantibus. Vnde cuidam Ecclesiæ dicit spiritus Christi: Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Et Apostolus: Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat, &c. Dormientibus enim dies ille tanquam fur veniet, quia inopinatus aderit, ei sque vitam simul cum omnibus huius mundi bonis quibus indormiunt auferet. Vigilantibus vero non veniet vt fur, quia & D expectatus illis veniet, & nihil illis bonorum auferet. Sciendum autem quod apud Matthæum in Græco non est, si sciret qua hora fur venturus esset, sed, si sciret qua vigilia vel custodia, vt non sit comparatio horæ ad horam, quæ comparatio facit hic difficultatem. Annotandum secundò, Græcis tria illa verba, sciret, vigilaret, sineret, & hoc loco, & apud Matthæum capite vigesimoquarto, vbi eadem habetur parabola, esse præteriti temporis, vt sit sẽsus: Si sciuisset qua hora fur vẽturus erat, vigilasset vtiq;, & non permisisset perfodi domum suam. Itaque secundum hanc lectionem ob oculos proponitur paterfamilias aliquis, qui à fure oppressus est, & damnum passus, quia non vigilauit, qui & vigilasset proculdubio, si tempus aduentus, E imo aduentum furis præsciuisset. Huius ergo exemplo monemur etiam vigilare, ne in simile incidamus damnũ, quia & nobis maxime, si dormiamus, filius hominis vẽturus est sicut fur, hoc est, hora qua non putamus. Applicatio ergo parabolæ secũdum hanc lectionem talis est: Si sciuisset paterfamilias qua hora fur erat venturus, certe vigilasset, & vigilans non permisisset furẽ suffodere domum ac diripere quæ in ea sunt: nunc autẽ quoniam nõ præsciuit tẽpus aduẽtus furis, ideo nec vigilauit: & quoniam 2. Petri Apoc. 6 Apoc. 3. 1. Thess. 5

& quoniam non vigilauit, ideo fur hora inopinata A veniens, dormientis domum perfodit, & ingressus diripuit bona illius. proinde ne & vobis simile contingat, hoc est, ne & vobis dormientibus, quia nescitis qua hora venturus sit Dominus, aduẽtus illiꝰ vos opprimat imparatos, assidue vigilate, quia dies Domini sicut fur in nocte veniet inopinatus, dormientium domos perfodiens, & eorum bona diripiens. Quod ergo dicitur in parabola de patrefamilias, quòd vigilasset si sciuisset qua hora fur veniret, non ad hoc dicitur vt hac in parte illum imitemur, sed vt sic diceretur de illo, exempli necessitas exegit, quia vigilia corporalis non potest esse perpetua, simulq; significatur ideo nõ vigilasse illum, quia nescivit aduẽtus horam, vt nos caueamus ne B & nos eadem de causa non vigilantes incidamus in simile malum. Applicatio autem parabolæ secũdùm nostram lectionem talitet fieri potest, Paterfamilias si sciret qua hora fur esset venturus, vigilaret, &c. Ideo & vos huius exẽplo vigilate, quia cũ certum sit vobis diem Domini venturũ, veniet tamen ille tanquã fur in nocte, hora qua nõ putatis, quare ne vos imparatos dies illa tanquam fur opprimat, vigilate ad exemplum bonipatris familias. Si enim homines vigilãt ne pereat pecunia, multo magis vigilãdum vobis est, ne pereat anima. Nulla hic esset difficultas, si dictũ esset: Si sciret paterfamilias furem venturum in nocte, vigilaret vtiq;. Sic enĩ optimè inferretur: Ideo & vos estote vigiC lantes, quia filius hominis certò venturus est, sed hora qua nõ putatis, hoc est, tãquam fur in nocte. Hoc enim significare voluit per illud, qua horanõ putatis. Nũc autem videtur exemplum esse imperfectum, quia dicitur Si sciret qua hora fur vẽturus esset, vigilaret; sed vt sic diceretur, exempli necessitas exegit, vt dictum est. In hoc ergo consistit similitudo: sicut ille vigilaret cõtra furem, ita & nos cõtra diem Domini, quæ veniet sicut fur in nocte, vigilare debemus. Porro quæ hic dicuntur de aduentu Domini aut filii hominis, intelligẽda sũt & de aduentu eius vniuersali, quo scilicet ad omniũ iudicium est venturus: & de aduentu eius particulari, quo in cuiusq; morte venit ad singulos iudicãdum. Vtrunq; enim aduentum incertũ quoad tẽpus esse voluit, vt semper essemus vigiles, ac parati occurrere venturo, sic viuẽtes, quasi sẽper mori parati, aut nouissimum eius aduentum excipere. Quoniã autẽ hic significatur filiũ hominis venire in morte cuiusq; ad eum qui moritur, hinc pleriq; credũt, & est cõmunis sentẽtia, Dominũ, vnoquoque homine maximè Christiano moriente, adesse illi cũ sanctis angelis, quando etiam rationem vitæ reddit anima. Quidam tamẽ aduentum illius particularem intelligunt imperium eius, quo iubet vt anima à corpore seperetur. Et omnino crediderim in morte cuiusq; nũc illo nõ isto modo aduenire.

AIT AVTEM ILLI PETRVS: DOMINE AD NOS DICIS HANC PARABOLAM, AN.] Quoniam Dominus quædam dicebat E inter docendum quæ peculiariter pertinebant ad Apostolos, & quædam quę generaliter ad omnes, hinc Petrus omnium Apostolorũ, vt solet, nomine modò interrogat, num Dominus prædictã parabolã de patre familias propter Apostolos dixisset, an propter omnes. Et causa dubitãdi videri potest esse, quia Petrus sciebat se & condiscipulos suos electos ad officiũ patris familias, cuius officiũ est domui custodiendæ inuigilare: Dominus autem non respondit petro aperte, vt nec plerunq; respondere solet, sed per ea quæ pòst addidit, facit intelligere ea quæ sunt superius dicta, ad omnes quidem pertinere, sed pecũliariter ad Apostolos, eisq; similes ideoq; parabolam alteram adiungit, quæ proprie pertinet ad præpositos Ecclesiæ, quę tamen etiam suo modo ad omnes pertinet, vt patebit, & subiũgit tãdem: Omnt autem cui multum datũ est, multum, &c. significans satis prædicta ad omnes pertinere, sed tamẽ magis ad eos quibus plura dona sunt concessa. Est autem sequens parabola de seruo, quem dominus abiturus aliquò præfecit suofamulitio, qua ostendit & præmium quod fidelẽ manet præpositum: & pœnam quæ infidelẽ excipiet. Quisputas, inquit, est fidelis dispensator. &c. Dicit, quisputas, vel quisnã, significans raros esse qui fideles sint dispensatores, & similiter raros esse qui Ecclesiæ suæ bene præessent, quorum quę debeãt esse conditiones, pulchre subindicat hac parabola Primò enim debẽt agnoscere se dispensatores esse non dominos, vt non pro suo libito agant omnia, sed pro volũtate sui domini. Deinde fideles eos esse oportet, & simul prudentes. Fideles quidẽ vel fidos, vt non fallant: prudentes verò, vt non fallantur. Fideles, vt domini sui profectum & subditorũ vtilitatem syncere quærant: prudentes, vt nihil idi serete agant. Quæ duo Dauidi affuisse prædicatur Psal. 77.
cum de eo dicitur: Pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarũ deduxit eos. Tertiò, nõ sibi vsurpare aut assumere debent dispẽD sandi officium, sed constitui à Domino quem, inquit, dominus cõstituit super familiam suam. Vbi notandum, pro familiã Græcis esse θεραπείας, quę dictio proprie significat famulitium, vt, quod ad literam pertinet, intelligatur eum præpositum famulis, non liberis. Itaq; nomen familiæ hic accipi debet pro ipsis seruis alicuius domus, quę propria est dictionis significatio. Deriuatur enim à famulus, mutatione literæ v in i, vt sit familia pro famulia, cumq; primo nomen hoc tantum de seruis diceretur, deinde vsus inualuit vt etiã liberi nomine familiæ, & quicunque in eadem domo viuerent, comprehenderentur. Quod ergo ad rem pertinet, & subditi, & præpositi significantur omnes einsdem domini esse serui, inter eos tamen esse quendam ordinem. Postremum agnoscere debent præpositi Ecclesiarũ ad quid sint aliis præpositi à Domino, nimirum nõ vt accipiant ab illis, sed potius vt dent. Vt, inquit, det in tempore tritici mensuram, vel, vt est Græce σιτομετρίαν, quod cõmodius & elegantius verti posset, demẽsum, vnica dictione. Mos enim fuit (vt auctor est Donatus in Phormionem Terẽtianum) quaternos fruméti modios quolibet mense singulis seruis admetiri, idque demensum est appellatum, vel à mense, vel à metiendo, exquo more (inquit ille) Terentianum illud emanauit: quod ille vnciatim vix de dimenso suo suum defraudans genium comparsit miser, id illa vniuersum abripiet, haud existimans quanto labore sit mancipia minori mensura sese tolerãtes, peculium inde augebant. Id ergo sese tolerãtes, peculium inde augebant. Id ergo ra demensum Lucas σιτομέτριον appellant quod nomen nomen speciei, tritici, pro nomine generico frumenti accipiatur, quanquam quidam vertere maluerit, demensum cibũ, vt sit non à σῖτος quod frumentũ significat, sed ἀφ' οὗ τὸ σιτεῖν quod cibum significat. eo quod, inquit, serui non solo frumento significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mento alebantur. Sed hoc non cõuenit cũ eo quod A supra ex Donati sententia citatum est de demẽso. Ex his patet, quare, quod ad literã attinet, dicatur, vt det illi demensum vel frumenti mensurã idque in tempore scilicet congruo, nempe singulis mẽsibus. Quod autem ad rem intentam attinet, significatur ad hoc à Domino præfici quosdam suę familię, vt eis temporibus oportunis pabulum doctrinę spiritualis & sacramentorum, exhibeãt, idq; secundum modum indigentiæ & capacitatis quorumlibet. Dare enim spiritualia, officiũ est propter quod directè in Ecclesia est introducta superioritas: accipere autẽ temporalia, introductum est tanquam quiddam cõsequens & ad illud necessarium. Postquam autem indicauit Dominus cõditiones & officium boni dispensatoris, subiicit eiusdẽ fœlicitatẽ & premiũ, dicẽs: Beatus, id est, fœlix est ille seruus, quem cum venerit dominus, quiperegre profectus illum præficit suæ familiæ, inuenerit non solum ita prius fecisse, sed sic faciẽtem, quomodo ei vt faceret constitutũ erat. Et quare eum beatum dicat, ostendit dices: Verè dico vobis, quoniam, id est, quod non iam satis erit ei constituisse illum super famulitium suũ, sed expertus eius fidelitatem, super omnia etiam quæ possidet constituet illum, dicens ei, vt alia similis parabola habet explicatius: Euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituã. Per quę parabolice significat Dominus eos qui hic præfecti familiæ Christianæ, fide optima munus suũ obeũt, ab ipso C cum ad iudicãdum redierit, præficiendos omnib⁹ suis bonis: quod fiet, cum cœlestium suorũ bonorum eos participes faciet, idq; abundantius quam cæteros factos, quãdo simul cũ Christo regnabũt, iudicabũt nationes, & dominabuntur impiorũ, ac possidebunt eum cœlestibus etiã vniuersam terrã. Iusti enim, inquit Psalmista hæreditabunt terrã, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Declarato autẽ & officio & præmio boni dispẽsatoris, prosequitur Dominus etiã crimina & suppliciũ mali dispensatoris, cuius quidẽ crimina duo facit, quæ solent esse malorum seruorum, nempe cõseruorũ suorum, quibus præfectus est, oppressionem, & bonorum domini ad voluptates abusum. Quod si, in D quit, seruus ille à domino profectus famulitio dixerit in corde suo, id est, cogitauerit, moram facit dominus meus venire, id est, dominus meus differt reditum, eoque confisus cœperit percutere seruos & ancillas, in quos contra ob communem cũ eis cõditionem humanus esse deberet, & de bonis domini neporari ceperit edendo & bibendo guiose, veniet aliquãdo dominus serui illius, in die qua nõ sperat, & hora qua nescit, & offensus illius crimini bus diuidet eum, aut, vt habent Græca, διχοτομήσει αὐτὸν, id est, diffecabit eum (Nam διχοτομεῖν est in duas partes secare) partemq; eius ponet cũ infidelibus, id est, infidis seruis, hoc est faciet eum cõsortem sortis infidorum seruorum. Loquitur enĩ do E minus, quod ad exẽplum vnde sumitur parabola attinet, de domino aliquo, qui offensus seruo dissecat corpus sui serui in duas partes, occidens eum, & hac ratione faciẽs eum subire sortem, quã ante eum infideli serui subierũt: aut potius qui diuidit seruũ malũ à sua familia, non dignans cũ diutius suo cõtubernio, & infidis seruis in pistrino, aut carcere, aut aliis suppliciis cõiungens. Vnde nomen, iufidelis, hic nõ accipitur, quomodo incredulos dicimus infideles, sed vt opponatur fido, sicut suprà nomen fidelis pro fido est positum. Porro pro infidelibus, Matthæus ca. 24. vbi hęc eadem pronuntiat habet hypocritis. Fidus enim seruus neq; simulat, neq; dissimulat: infidus autẽ multa ad tẽpus simulat, quo fallens dominũ, administrandæ familiæ officium ab eo suscipiat. Per hęc ergo parabolicè significatur, quod si quis Christianæ familiæ præfectus ob morã aduentus Dominici se sperãs diu victurũ, aut discredens Dominũ ad iudiciũ venturũ, cœperit iniuria quauis cõseruos afficere, & bonis ei cõcessis ad suas voluptates abuti, is Domino veniente ad eum in morte aut in iudicio vniuersali, dissecabitur ab ipso, cùm corpus, ab anima misere auelletur, aut cùm à sactorũ cõsortio separabitur, ac æternæ morti addictus erit, sortemq; accipiet in inferno cum reliquis infidis seruis. Quod si cũ dicitur; partẽq; eius ponet cũ infidelibus, per infideles intelligere velimus incredulos, quemadmodũ pleriq; intelligunt, iam dicendum est, in hac parte Dominũ ab ipso exẽplo vnde sumitur parabola digredientem, id dixisse, quod nõ exẽplo, sed rei propter quã exẽplum assumptũ est cõuenit, quemadmodum frequenter Dominus facit in fine parabolarũ, quomodo ipsum etiam hic fecisse multũ veri simile est, tum quod apud Matthæũ pro infidelib. ponatur, & hypocritis, quod nomen secundũ vsũ Christi nõ solet accipi nisi pro fictè religiosis. tum quod apud eundẽ sequatur: Ibi erit fletus & stridor dẽtiũ, qua clausula digressio fit apud eũdẽ Matthęum ab exemplo parabolę ad rem intentã, & in parabola de rege qui fecit nuptias filio suo, Matth. 22. & in parabola de seruo inutili, ca. 25. Itaq; serui & dispẽsatoris mali pars cũ incredulis dicitur ponẽda, quia malus Christianus in iudicio separatus à fidelium consortio, iungendus est in supplicio cũ incredulis, quorũ damnatio certa est. Qui enim nõ credit, iã iudicatus est. In Matthæo autem dicitur de hypocritis, quia duo sũt damnãdorum genera, nempe increduli, & hypocritę, per quos mali significantur fideles. Porro quanquã hæc parabola proprie pertineat primũ quidẽ ad Petrum & eius successores, qui totius familiæ Christi sunt constituti dispẽsatores, vt meritò hæc responsa sint Petro interroganti, ac deinde etiã ad omnes episcopos & Ecclesiarũ rectores ac pastores, necnõ & ad seculares principes, tamẽ vt nemo est qui sibi soli viure debet, quiq; nõ etiam habet quo proximis prosit: ita suo modo hæc parabola etiã ad omnes pertinet, docens omnes vt si eo quod à Deo in bonum aliorum & suarum virium rectam gubernationẽ acceperunt, fideliter & prudenter vsi fuerint, à recedente Domino nostro cœlestibus bonis sint præsidi. Si verò contrà & iniurii fuerint in proximos & acceptis à Deo ad suas volũtates abusi fuerint, abiiciendi sunt è familia Domini in gehennam.

Sensus parabolæ.

ILLE AVTEM SERVVS QVI COGNOVIT VOLVNTATEM DOMINI SVI, ET NON, &c.] Adiungit superioti parabolæ Dominus etiã aliam parabolam à seruis desumptam, qua per exemplum humanum docet rursum differentiam esse inter homines, quodque cũ omnes sint serui Dei, & eunctì voluntati eius perficiendæ incumbere debeant, maiore tamẽ piaculo illa prætereatur ab iis qui pl⁹ cognitionis acceperint, & proinde ad hos peculiariter pertinere ea quæ dicta sunt de vigilando, & tamen eadem etiam pertinere generaliter ad omnes. Est autem hic parabolicus Domini sermo manifestus, si accommodes rebus humanis

Ita

Ita enim fieri in seruis hominum videmus, idque A iustè, vt si quis sit cui dominus communicauit arcana consilii sui, & cui indicauit quid fieri velit, quidque animo eius sit quam maxime gratũ, nec tamen is se primum quidem præparauerit ad faciẽdũ, deinde verò etiam fecerit quæ sciebat ex animo velle dominũ, multis plagis & verberib. à suo domino afficiatur. Qui vero fuerit de grege seruorum, cui dominus non sic indicarit animi sui voluntatem, si quid commiserit dignum admiaduersione, vapulet quidem, sed paucis plagis. Ad huiusmodi ergo in rebus humanis exẽplum docet Dominus parabolicè futurum etiam hominib. apud Deum, vt qui ampliori donatus est diuinæ voluntatis cognitione, si secundam eam non viuat, grauius sit puniendus à Deo: qui verò minori, minus B sit puniendus. Nam paucis & multis plagis non significatur in re cui parabola est accommodanda, numerus pœnarum, qua vterque sit puniend⁹ ad tempus, sed vnus altero diutius: sed differentia pœnarum, quæ consistit in eo quod vnus altero grauius sit puniendus. Notandum autem in hac parabola primùm, quod cùm in primo mẽbro dicatur is puniendus qui cognouit voluntatem domini, & eandem non fecit: in secundo tamen non dicitur puniendus, qui non cognouit voluntatem Domini, & eandẽ nõ fecit, sed qui non cognouit, & fecit digna plagis. Is enim non puniendus est, quia non fecit incognitam voluntatem, sed quia fecit digna C plagis. Verbi gratia, ethnicus aliquis qui nõ sic nouit Domini voluntatem vt Christianus, si adulteratus fuerit, vapulabit, non quia non fecit voluntatem Domini quam non cognouit, sed quia fecit digna supplicio. Notandum secundò, q differentia quę hic ponitur inter cognoscentem Domini voluntatem & non cognoscentem Domini voluntatis paribus. Nam alioqui quandoque nõ minor, imo grauior est iniquitas ignorantis quam sciẽtis, vt si sit ignorantia affectata, qualis est eorũ qui dicunt Deo: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Vnde illud, qui non cognouit, sic recte potest explicari, cui non est datũ sic cognoscere vt alteri datum est. Comparatiuè enim videtur intelligendum, quia sicut inter hominũ seruos nul D lus est, qui non aliquam domini sui cognoscit voluntatem: sic nec inter seruos Dei, cùm omnes Deo per insitam illis naturalem legem, suam voluntatẽ docuerit & semper doceat. Quod autem Dominus hac parabola docuit, vniuersalioribus confirmat sententiis, quibus rationem reddit dicti, cum subdit: Omni autem cui multum datum est, multum queretur ab eo, &c. quasi dicat: Et vt in genere dicam: Omni cui multum est datum, &c. Vidẽtur autem & hæ sententiæ à vulgo mutuatæ, vt frequenter facere solet Dominus, & esse parabolicæ ac exemplares, vt per quas ex rebus humanis diuina insinuantur. Sic enim est in rebus humanis, vt qui multũ beneficii alicui cõtulit, multũ etiam gratiE tudinis & beneficentiæ vicissim ab eo requirat: & qui alicuius fidei commendat aliquid custodiẽdũ vel in bonum aliorum dispẽsandum, multum etiã ab eo requirat, nempe quicquid deposuit custodiẽdum, aut rationem omnium dispensatorũ. Ad hoc ergo exemplũ rerum humanarũ significatur multam rationem Deum exacturum ab his, quibus multa sunt data aut commendata. Porro hæc duo, nempe datum & commendatum, quę in rebus humanis sunt diuersa, in rebus diuinis referri possũt

sunt ad idẽ, vt per duas sentẽtias distinctim traditas de dato & cõmendato, intelligamus significatũ bona nobis diuinitus cõmunicata sic data esse nobis in bonũ nostrũ, vt tamen etiã sciamus ea dispẽsanda in aliorũ vtilitatẽ, nec licere nobis vti eis ad libitum nostrũ, sed aliquando rationẽ de eis exigẽdã a nobis tanquã nobis commẽndatis. Vnde Petrus adhortatur nos dicens: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrũ illã administrantes, sicut dispensatores multiformis gratiæ Dei. Vel datum refertur ad dona homini pro seipso potissimũ collata, qualia sunt remissio peccatorũ, gratia gra- 1. Petri 4. tum faciẽs, fides, spes, charitas: commendatum verò, ad dona homini præstita pro aliorum directione & salute, siue sint naturalia, siue gratię gratis datæ, siue potestates & officia, siue bona temporalia.

IGNEM VENI MITTERE IN TERRAM, &c.] In præcedẽtibus Dominus per parabolas prouocauit discipulos suos, vt ad exẽplũ boni serui & dispensatoris quisq; pro ratione suorũ donorũ studeret quæ ei sunt commissa exequi, & domini sui voluntatẽ adimplere: nunc itaq; cõmodè subiicit quid maxime ab eis fieri velit, & ad quid dona quisque sua conferre debeat, nimirum vt Euangelii prædicatio longe lateque spargatur & fructum faciat. Ad hoc enim Petrum & reliquos constituit super familiam suam in dispẽsatores, ad hoc plus præ aliis datum fuit discipulis, & dandum erat. Ignem, inquit: veni mittere in terram. Per ignẽ hic quidam intelligunt ipsum spiritum sanctum, quem Dominus venit impartiri hominibus, aut Psal. 18. quod eodẽ redit, charitatem, & ardorẽ diuini amo Hie. 20. ris. Spiritus enim sanctus in ignis specie in Apostolos descendit die pentecostes: similiter & charitas recte ignis vocatur, quia per spiritum sanctum diffusum in cordibus nostris, & per charitatẽ peccati labes consumitur, spiritus accenditur, atque ad cęlestia mens subleuatur. Rectius tamẽ ad propositũ Domini, per ignẽ Euãgelica prædicatio ẽtelligitur, quę tamen nõ potest ignis appellari, nisi quatenus in ea vim suam exercet spiritus sanctus, propter quod in Apostolos Euangelium vbiq; prædicaturos in ignis specie descẽdit. Ignis ergo dicitur Euãgelica prædicatio, quia non vt lex vetus, nec vt humana doctrina, frigida esset & inefficax, sed in virtute cooperantis spiritus frigidos mundi homines accensura erat ad pietatis vitam, eosque a suis sordibus purgatura, ita vt consumptis peccatis, veluti fœno & stipula, animę hominũ innouarẽtur. Deinde q̃ longe lateq; dilatãda erat, omniaq; suis flammis ad se tractura, purgatura electos, vstura ipios qui audito euãgelio accẽdendi erant odio contra illud. Ignitum enim, inquit Psalmista, eloquiũ tuũ vehemẽter. &: Factus est, inquit, sermo Domini in corde meo sicut ignis exæstuans. Hunc ergo ignẽ Dominus e cœlo veniens, secum e cœlo attulit ideoque dicit se venisse vt illum mitteret in terrã, significans e cœlo illum in terram allatum, vt qui plane cœlestis sit, nec in terra inueniri potuerit, nisi e cœlo mitteretur. Quanto autẽ desiderio teneretur incendendi huius ignis, significat cum subiicit, & quid volo nisi vt accendatur? pro quo Græca habent καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη, id est, & quid volo, si iam accẽsus est? Quæ lectio dupliciter intelligitur. Caietanus enim hunc intelligit sensum, quid vltrius volo, si, id est, cùm iam accẽsus sit, vt sit sermo imperfectus, & relinquatur intelligendum quid vltrius velit Dominus, postquam ignis ab ipso in

Universidad de Deusto
Biblioteca

terram missus iam erat accẽsus,nimirum vt ignis A accensus cresceret & extẽderetur. Accensus enim erat ignis Dominicus in discipulis,& in Iudæa, de sidera bat ergo vlterius,vt per eos extẽderetur per vniuersum orbem. In hunc sensum etiam interpretari videtur D. Cyrillus citatus i cathena Thomæ. Theophylactus autem intelligit sensum esse: nihil aliud volo si iam accensus est,vel nihil aliud volo quam accensum esse. Vrget,inquit, vt accendatur ignis ille. Itaque,quid volo,positũ est pro eo quod est,nihil aliud volo: & Si iam accensus est, celeritatis habet emphasim, &c in, Si,subest tacita significatio voti. Vnde D. Hieronymus quibusdã locis citans hoc testimonium,habet,& quam volo vt ardeat. Hinc patet interpretem nostrum recte Græca vertisse secundum intellectum Theophylacti. Sic B enim significatur, quid volo nisi vt accendatur, quanquam videri possit,vt vult quidam,interpretem pro *si non*,legisse *ει μη* vel *η ου* et tamen etiãsi legit vt modo habẽt Græca,rectè vertit, sensum potius quam verba secutus. Sensus ergo est: illud vnice desidero, vt ignis ille per vniuersum orbem per vos accendatur. Euthymius Græcæ lectioni alium adhuc a superioribus diuersum indicat intellectum,hunc scilicet: Si ignis quem veni mittere, iam est accensus,vt re vera est in vobis accensus, quid amplius volo,hoc est,quid amplius in mũdo expectare & manere optem? vt significet Dominus tempus iam esse transeundi ex hoc mundo ad patrẽ post accẽsum ignem,ad quẽ venerat accendendum,qui accensus semel non esset extinguendus, sed per discipulos late correpturus vniuersum orbem salutari incendio. Sed secundum hunc intellectum non facile apparet quæ sit horũ cũ præcedentibus connexio,nisi quis dicat Dominum hic iam subiunxisse de tempore sui ex hoc mundo abitus,quia in prædictis parabolis mentionẽ fecit domini,qui abiens seruis suis sua commendauit.

BAPTISMO AVTEM HABEO,&c.] Secundum intellectum Euthymii in præcedenti sententia,Dominus his verbis iam apertius de morte sua prædicit,& causam indicat quare adhuc hic morari debeat in mundo,quanquam ignis quem venerat missurus,sit incensus. Secundum aliorum verò intelligentiam Dominus indicat hac sententia, quare nondũ fiat quod volebat, vt ignis ille in vniuerso mundo accensus esset,& quando id futurum esset, nimirum quia antequam id fieri posset, mortem pro hominum salute oppetere debebat, quam ob id cupidus humanæ salutis auide desiderabat. adeo vt propter eius dilationẽ animo arctaretur. Proinde pro cõiunctione,autẽ,rectius vertetur: Sed baptismo habeo baptizari, vt sic aduersatiuo modo significetur quare nondum fiat quod volebat. Non enim exilire potuit ignis iste de quo loquitur,nisi percussus, prius esset in cruce silex corporis ipsius. Tũc enim euãgelica doctrina spargi potuit per vniuersum mundum,& omnes accẽ E dere,quando salutis euangelicæ modus agnosci potuit,& prædicari,innoxiũ vltro pro noxiis sustinuisse mortẽ ignominiosam. Hanc autem suã mortem Domin⁹ tropo nouo baptismum vocat,sicut & Marci 10.nõ suam solum passionem,sed & filiorum Zebedæi: primum & in cruce proprii cruoris tinctione erat perfundendus,(baptismus enim nihil est aliud quam tinctio.) deinde quod mors illi fuit velut mortalitatis ablutio,& ad vitam cœlestem purgatio: ad cuius imitationem & nos bapti-

zamur,cum regeneramur in ipso. Potest autem magis videri hunc tropum originem desumpsisse ab eo modo loquendi,quo in scripturis per aquas tribulationes significãtur: & per aquarum immersionem,multorum malorum perpessio,vt cùm dicitur: Veni in altitudinem maris,& tempestas demersit me. nam & de Ioanne Euãgelista dicit Dominus,quod esset baptizandus baptismo, qui tamen in suo sanguine nõ est tinctus. Dicit autem se coarctari vsquedũ perficiatur, nõ,propterea quia precognitam mortem per infirmitatem naturæ humanæ horrebat semper,quemadmodum aliqui intelligunt. sed propter ardens obeundæ pro salute hominum mortis desiderium. Sicut enim spes quæ differtur affligit animam,ita & desiderium rei,quę differtur. Porro quoniam ignis quem Dominus in terram venerat missurus,cum esset accensus,magnos excitaturus esset in mũdo tumultus, ideo ne hinc turbarentur discipuli,recte etiam iam subiecit Dominus,quod & supra Matth. 10. in cap. Concordiæ 55. habitum est: Putatis quia pacẽ veni mittere,&c. quorum intelligentiam ibi require. dictũ est enim ibi,quare quinque in domo vna fiat mentio,& quæ sint illæ quinque personæ. Dicitur autem,tres induos,& duo in tres diuidentur, siue quia quandoq; duo credunt,& tres increduli in illos insurgunt: quandoque tres credũt,& duo in illos insurgunt, siue quia quãdo tres sunt contrarii duobus,duos etiam necessẽ est contrarios esse tri C bus,quæ intelligentia magis conuenit sequentib⁹. Cæterum diffidium istud quinq; in vna domo habitantium. plerique etiam antiquissimi patres mystice explicant,quod cum variè fiat ab eis,duobus potissimũ modis fieri potest vt minus coacte fiat. Primo,vt domus ista vna,mundus intelligatur,& pater accipiatur diabolus,cuius quidam per imitationem filii: mater,synagoga Iudæorum: filia, ecclesia primitiua ex Iudæis collecta: socrus rursum synagoga: nurus,ecclesia de gentibus; quia filij⁹ est secundum carnem synagogę Christus, qui spõsus est ecclesiæ. Itaque per euãgelicam predicationem factum est, vt filii diaboli ei facti sint aduersarii,& ecclesia tum Iudæorum,tum gentiũ aduersaria synagoge. In hunc modum Beda super Lucam. AlteD ro modo per domum vnam homo quisque intelligi potest,pater & mater intellectus vel ratio & voluntas,tres reliqui,appetitus irascibilis, appetitus concupiscibilis,& sensus. Itaque cum tres istæ irrationabiles potẽtiæ cum duobus illis rationalibus in infidelitate inter se ad malum & errores optime conuenirent, per euangelicæ prædicationis gladiũ diuisi sunt tres in duo,& in tres, quando iam caro concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnem,nec iam in vnum conueniunt quæ prius consentiebant.

DICEBAT AVTEM AD TVRBAS: CVM VIDERITIS NVBEM ORIENTEM,&c.] Postquam ad commonitionẽ discipulorum Dominus docuit ad quid in hunc mundum venerit,iam conuersus ad turbas, occasionem mẽtionis de suo in hunc mundum aduẽtu factæ, reprehendit eas ꝙ tempus aduentus sui nõ agnoscerent,ex variis rerum indiciis, cum in rebus longe leuioris momenti tam sagaciter cõiectarent tẽporum qualitates. Cùm,inquit, videritis nubem oriẽtem ab occasu,id est, occidentali cęli parte, statim dicitis: nymbus,id est,pluuia (Græcè enim est ὄμβρος pro quo nos dicimus imber) venit, & ita fit vt in-

pluri

plurimum: & cùm videritis austrum flantem, dici A ceſſe esset. Nõ enim istud exemplũ eadẽ occasiõe
nis ex obseruata cõsuetudine perducti,quia,id est, & ratione ac sensu hic positum est à Luca,qua oc-
quod æstus erit,& ita fit. Hypocritæ,qui scilicet simulatis vos esse cupidos discendæ veritatis,cuius ex animo nõ esse vos cupidos rei ipsa declarat,faciẽ,id est,dispositionem cœli & terræ nostis probare,hoc autem tempus aduentus Messię quomodo non probatis & animaduertitis,cũ illius obseruatio magis sit vobis tum vtilis,tum necessaria. & ex multis certisq; indiciis per prophetas significatis agnosci possit certius,quam ex cœli dispositione temporũ qualitates: Similia apud Matth. supra in cap. Concordiæ 64. ex cap. Matth. 16 habentur dicta à Domino ad Scribas & Pharisęos,quos etiam hic maxime notasse,quamuis turbas alloqueretur, ostendit nomen,Hypocritæ,quo fere nomine illos B taxare solet. Porro Theophilactus etiam mysticã indicat rationem quare Dominus in exemplo ne minerit nubis orientis ab occasu,& austri flantis, nimirum quòd ipse etiã Dominus esset nubes veniens ab occasu,id est,ab humana natura iam occidente,& multam iam ex peccato caliginem habente,nubes,inquã per assumptam humanitatem regens diuinitatem,& irrigatura per cœlestem doctrinam totum mũdum velut pluuia quadam. Auster item,ꝙ spiritus esset feruidus,& frigiditati aquilonis contrarius, ignem, quemadmodũ prius dixit,& æstum magnũ excitaturus in mũdo. Sic & D. Augustinus philosophatur in duob. illis signis quæ ponuntur loco prædicto apud Matthæum, in C rubedine scilicet vespertina,quę serenitatis futurę est indicium: & rubedine matutina,quæ tempestatem portendit. in illa quid intelligens sanguinem Christi in primo aduentu effusum in vltima mũdi ætate,cuius sanguinis rubedo,serenitatis nobis fuit indicium & causa,hoc est,reconciliationis nostræ cum Deo & indulgentiæ peccatorum: In hac verò ignem; qui præcessurus est Christum in secundo eius aduentu,qui instantis erit tempestatis & iræ diuinæ indicium.

QVID AVTEM ET A VOBISIPSIS NON IVDICATIS QVOD IVSTVM EST.] Hanc sentẽtiam Beda sic refert ad præcedẽtia,vt quoniam aliqui de turba causari poterãt, se prophetęæ lectionis ignaros,& proide ex prophe D tis se nõ posse probare tẽpus aduentus Messiæ,intelligatur Dominus iã his verbis ostẽdere voluisse, eos etiam qui literas nescirẽt,posse naturali suo ingenio, & ratione naturali illis insita dignoscere eum qui opera fecit quæ nemo alius fecit, supra hominem esse,& Messiam esse expectatum, vt sit sensus: Quid,id est; cur autem à vobisipsis, vel ex vobisipsis,id est,ex insita vobis naturaliter ratiõe nõ iudicatis de me,quod iustum est vos iudicare, Secundum quã huius interrogationis ad præcedẽtia relationem & coniunctionẽ,quod sequitur nouum erit caput,& nouum argumentum. Verũ cũ Græca non habeant,vt nos legimus, Cur autem E vadis,&c. sed,Cum enim vadis; certum est prædictam interrogationem ad sequentia, non autẽ ad præcedentia esse referendam, Sequentem autem parabolam omnino ad hoc adhibuisse Dominum apparet, vt inuitaret ad reconciliationem cũ Deo, quamdiu tempus est,ineundam,idq; exemplo humano,quo solent hi qui ad iudiciũ sunt pertrahendi ab aliquo,si sapiunt,laborare omnib. modis, vt cum illo redeant in gratiam priusquam ad iudicẽ pertrahantur,vt vbi exactum ius eos experiri ne-

cessẽ esset. Nõ enim istud exemplũ eadẽ occasiõe & ratione ac sensu hic positum est à Luca,qua occasione & quo sensu supra illud idem positum est Matt. cap. 5. in cap. Concor. 40 quemadmodũ annotauit doctè D. Ambros. Ille enim,inquit,de reconcilianda pace fratrum dissidentium dicendã putauit,hic de pœnitentia,& omnis emendatione delicti. Proinde illud. Quid autem & à vobisipsis,hũc commode habebit sensum: Cur autem etiam ex humanis vestris factis,& ex his quę facere soletis, non iudicatis quod iustum est fieri hoc tempore à vobis? Sic enim iam recte sequitur illatum à Domino paradigma, quod quomodo tractari debeat,satis patet ex his quę circa Matthei locũ dicta sunt: significare enim vult Dominus quod quemadmodum ipsi quibus loquebatur,cum aduersario suo citò composituri essent,ne petracti ad iudicem maius inciderent periculum: ita eos,si in re salutis ipsorum non minus saperẽt quam in rebus terrenis,meritò studere oportere,vt cum Deo redirent in gratiam,cum iamille vltro gratiam suã offerret ipsis, ne postea neglecta occasione hac seueritatem diuini iudicii experiri cogantur. Itaque sermone hoc (quod ad literam Dominus videtur consulere quid vtiliter facere possimus in rebus humanis) docet quid ad imitationẽ eius quod vtiliter faceremus in rebus humanis, facere debeamus in rebus diuinis. vt sit hic sensus: Quẽadmodum si haberes aduersarium aliquem,qui te ob de C bitum aliquod pertracturus esset ad principem & magistratum,vtiliter & cõsultò facere te existimares,si priusquam ad iudicẽ traharis, etiam adhuc in via cum illo componeres,sicque ab eo liberareris, ne fortè ille trahat te ad iudicẽ,&c. ita similiter multo magis cum adhuc es in via huius seculi, adhuc tibi spes est gratiæ diuinæ, quæ iam omnibus offertur per me, omnibus modis labora liberari ab ira Dei, à debito quod peccatis tuis contraxisti,ab accusatione quam contra te habet hostis humani generis,ne quando pertractus ad iudicium Dei,iudex te tradat in carcerẽ, torquerendũ quousque ad plenum satisfeceris,hoc est, in perpetuum. Itaque quanquam non sit necesse singula huius parabolæ persequi,vt dictũ est in Matthæo, rectè tamen per aduersarium,cuius hic fit mẽtio, intelligitur designari parabolice aut ipse Deus, quem omnis peccator habet aduersariũ: aut ipse diabolus,quem aduersarium nostrũ Petrus appellat,& ab accusando & criminando diabolus dict⁹ est. Nam quanquam apud Matthæum rectè diabolus per aduersarium intelligitur,quod ibi dicatur, esto consentiens aduersario tuo, hic tamen rectè intelligi potest,quia non dicitur. da operã vt recõcilieris ei,sed, liberari ab illo. Hic ergo diabolus peccatores trahit ad principem & iudicẽ Christũ, qui eosdem tradit angelis exactoribus diuinæ iustitiæ,mittendos in carcerẽ inferni,vnde non libe E rabuntur,quia nunquã debitum persoluetur. Ex prædictis etiã satis patere põt quomõ hic locus sic explicatus cum præcedentibus conueniat. Cũ enim supernus Dominus docuerit eos merito debuisse agnoscere tempus aduentus sui eosque redarguerit,quod tempus illud non agnouerint,qui tamen ex dispositione cœli temporum qualitates probare nossent: nunc docet temporis huius occasionem non esse negligendam, eosque redarguit quod pro salute æterna non id facerent quod pro rebus temporalibus facerent.

DO

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOCET POENITENTIAM AGENDAM OB DEI patientiam. Lucæ 13. CAP. LXXXVIII.

ADerant autem quidam ipso in tempore, nuntiãtes illi de Galilæis, quorũ sanguinẽ Pilatus miscuit cũ sacrificiis eorũ. Et respondẽs dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi præ omnib. Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Nõ, dico vobis: sed nisi pœnitẽtiã habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decẽ & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitãtes in Hierusalẽ? Nõ, dico vobis: sed si pœnitentiã nõ habueritis, omnes similiter peribitis. Dicebat autem hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidã plantatam in vinea sua, & venit quærens fructũ in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorẽ vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructũ in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam, vt quid etiam terrã occupat? At ille respondens dicit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, vsquedum fodiam circa illam, & mittam stercora, & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.

ADERANT AVTEM QVIDAM IPSO IN TEMPORE, NVNCIANTES ILLI DE, &c.] Cum in superioribus auditores ad resipiscentiam & reconciliationem cum Deo ineundam quandiu tempus est, adhortatus esset, commoda sese obtulit occasio, qua cęptam materiam prosequeretur, & ad pœnitentiam eos prouocaret per terrorem imminentis diuinæ vltionis. Aderãt, inquit, quidã in ipso, id est, in eodem tempore, nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinẽ Pilatus miscuit cum sacrificiis ipsorũ, id est, quos Pilatus inter sacrificandũ interfecerat, ita vt miscueretur eorũ sanguis cum sanguine hostiarũ suarum. Quales autem fuerint hi Galilæi, & ob quid Pilatus eos interfecerit, ex historiographis non constat, nec ex sacris scripturis. Cyrillus tamen, vt citatur in Catena, & post eũ Theophylactus ac Euthymius, existimant hos fuisse sequaces dogmatũ Iudæ Galilæi, cuius mentionẽ Lucas facit in Actis cap. 5. qui docebat, inquiunt, nullũ hominẽ dominũ esse vocandũ, neque Iudæos debere tributa soluere imperatori Romano, sed neque pro Romanis sacrificia offerre, atq; ob id Pilatũ indignatum iussisse hos interfici inter sacrificandũ, incertũ tamen an inter sacrificia quæ in tẽplo ritu Iudaico obtulerũt, an inter sacrificia propria quæ extra tẽplum obtulerint alicubi. Certe Iosephus lib. 18. antiquit. hunc Iudã, quem vocat aliquãdo Gaulanitatẽ, a liquando Galilæum, testatur in dieb. descriptionis, quæ fuit sub Cyrino tempore natiuitatis Christi, studuisse populum à Romanorum obediẽtia auocare, & auctorẽ fuisse quartæ sectæ apud Iudæos, quæ in vestitu & cæteris aliis cõsuetiẽs cum Pharisęis, circa libertatẽ retinuerit imobilẽ sẽtiã, solũ principẽ & dominũ dicẽs Deum, mortisq; multas & varias species sustinere pro nihilo ducẽtes. Idem Iosephus li. 20. testatur eiusdẽ Iudæ filios, Iacobum & Simonẽ, crucifixos ab Alexãdro quodam Iudæę prefecto, ob paternã quã sequebãtur sententiam. Siue autẽ ex huius Iudæ sectatoribus fuerint isti Galilæi, siue non, cõstat eorum cędem tum recẽs fuisse patratam ob aliquod eorũ facinus. Porro qui de his Galilæis Domino nũciasse dicuntur, fere intelliguntur hoc fecisse, vt Galilæorũ illorũ impietatẽ tam atroci & nouo supplicio punitam Domino indicarent & illorum seditiosum animum detestantes, Pilati factum cõmẽdarent, execrãtes illos velut maximos peccatores, ac cupientes scire quid de illis Dominus pronunciaturus esset. Eo enim animo istos hæc Domino narrasse apparet ex subiuncta Domini responsione, qua videtur corrigere voluisse illorũ opinionem, qua putauerant illos præ aliis fuisse peccatores, qui tam crudelem pœnam & nouam dederunt. Solet enim humana ratio peccatum secundum pœnã æstimare, & iudicare eos grauius peccasse qui in hoc mundo grauiora patiuntur, contra quem humani ingenii errorem totus liber Iob disputat. Itaque horum gloriationem, qui sibi placebant tanquam meliores occisis Galilæis, Dominus hoc loco reprimit, docens, ex vltione quæ de illis est sumpta, non colligendum ipsos fuisse grauiores peccatores: esse enim etiam ipsos æquabilis aut etiam maioribus obnoxios peccatis, ob quæ, nisi resipiscant, similiter sunt perituri: per hoc significans id demum colligendum esse ex vltione aliorum nobis etiam Dei iram imminere, nec eam nos euasuros, nisi peccatorum admissorum pœnitentiam agamus, ac ideo Deum quibusdam peccatoribus spectabiles quasdam pœnashic inferre aut inferri permittere, vt hinc alii admoniti resipiscãt. Duo ergo docet Dominus potissimũ. Primũ, ne ex vltionis modo & externis calamitatibus peccatorum modum statuamus, aut de proximis temerè iudicemus, cum sæpissimè in hac vita fiat vt qui meliores sunt, atterantur grauioribus molestiis. Secundò, vt omnem calamitatem vt in plurimum pœnam peccatorum agnoscentes, admoneamur ex ea peccatorum nostrorum & irę Dei in nos desæuituræ, nisi resipiscamus. Docemur autẽ & hoc ex Domini responsione, vt ex omnibus quæ narrantur ab hominibus occasionem sumamus ædificandi tum nos, tum alios, nec de rebus gestis vel accidentibus curiosè inquirendum, quare ea sic sint gesta, aut an iustè acciderint, sed ad ędificationem omnia conuertenda, sicut Dominus hic facit. Dicit autem omnes similiter peribitis, non significate volens eodem genere mortis perituros, sed simpliciter, omnes male & crudeliter ac inopinatò perituros, quanquam priori loco rectè intelligatur ideo dictum; omnes similiter peribitis, quia impœnitentes Iudæi post 40. annos etiam erant à Romanis occidendi inter sacrificandum, quemadmodum nunc hi Galilæi à Pilato Romano. Infesto enim paschæ Iudæi obsidione capti, à Romanis cæsi sunt, imp'etũque est illud Psalmistæ. Fiat mensa eorũ coram ipsis in laqueũ. Sic & eũ secũdo loco dicitur; omnes similiter peribitis, sicut illi decẽ & octo quos oppressit ruina turris in Siloe, rectè intelligitur significari etiam illos vltione diuina opprimendos inter ruinas ciuitatis. Porro piscinam Siloam in Hierusalem fuisse iuxta muros

Nehe. 3. muros ciuitatis, in quibus multæ fuerunt turres, patet ex Nehemia. Bene autem post cõmemoratã cædem Galilæorum, subiũgit Dominus necem Iudæorum in Hierusalem, vt per duo hæc exẽpla & Galilæos & Iudæos ad pœnitentiam vocaret, & vtrosque ob impœnitentiã perituros testaretur. Et rursum vt ex calamitatibus quæ ab hominibus inferuntur, & quæ fortuitę videntur & casuales, idẽ discamus & admoneamur.

DICEBAT AVTEM ET HANC SIMILITVDINEM: ARBOREM FICI HABEBAT, &c.] Coniunctionem, &, vt non habent Græca, ita nec vetera scripta Latina, nec Dionysi⁹. Itaq; cum omnibus interitũ minatus esset nisi ageret pœnitentiã, addit parabolã quæ rẽ ante oculos poneret, & quod futurum erat admoneret. Est autem parabola per se aperta satis, vt quod ad literã pertinet non sit in ea quicquam annotandum, nisi forte quod cùm dicitur; vt quid etiam terram occupat, pro occupat, Græca est καταργεῖ, quod proprie est onerare inutili onere, vt intelligamus non solùm inutiliter occupare terram, sed eandem etiã onerare, vt à qua sucũ trahat sine fructu. Deinde in illo: Et si quidem fecerit fructũ, eclipsis est aut aposiopesis. Nam subintelligendũ, bene erit, aut sinemus eam, aut aliud commodius. Porro hac parabola peculiariter Dommus notare voluit gentẽ Iudaicam, ac significare (vt in genere eam applicemus) popũlum illum diu à Deo expectatum vt fructum faceret, breni perdendum, si modo pergerẽt esse steriles, & in obstinata sua malitia persisterẽt. Vt autem per suas partes sigillatim parabolã accommodemus rei per eam significatæ, per ficũ in vinea plantatam, significatur parabolice synagoga Iudæorũ à Deo in mundi huius vinea singulari cura plantata. Sæpe enim Dominus steriles arboribus assimilat propter sterilitatem excindendis, & ficus quidem frequẽter meminit, quod ea regio ficuum ferax esset. Cæterum singulari ratione sic ui synagogam comparasse videri nunc potest, vt & alias, idq;, vt pulchre philosophatur D. Ambrosius, primũ quia sicut ista arbor foliis redundãs fluentibus spem possessoris sui cassã speratorũ prouentuum expectatione destituit: ita etiam synagoga legis diuinæ doctrina & cęremoniarum ornatu exuberans, & spem virtutis promittens, expectatũ bonorum operum fructum nunquam præstitit. Deinde quia sicut ficus eius est naturæ vt pro flore poma germinet, sed quæ fere pręter pauca ad maturitatem non perueniunt, quibus decidẽtibus alia poma succedunt quæ matureſcunt: ita Iudei, quasi primi fructus male feraeis synagogæ, grossi labẽtis similitudine corruerũt, pręter paucos fideles: eis autẽ cadẽtibus, de pinguedine religionis antiquæ nouus gentiũ populus emersit. Per dominũ huius vineæ & ficus, qui venit quærens fructũ, & non inuenit, Deus pater significatur, qui cum à tempore Mosis quæsierit & expectauerit fructũ bonorũ operũ à Iudæis, nó tamẽ inuenit. per cultorẽ vineæ qui proficu orauit, & se fossurũ circũ illã promisit, seipsũ Dominꝰ significat, qui curã gerit hominũ, & cultor est vineæ paternæ, qui pro Iudæis excindi dignis etiã ante suũ aduentũ, orauit, vt vel adhuc vno anno relinquãtur, tẽpore scilicet quo eos docturus erat per se & Apostolos suos, quã doctrina veluti sarculo quodã tẽtauit effodere duritiẽ cordis eorũ, & veluti simũ ad fructificationẽ mittere circa eos. Per tres autẽ annos, quib. Dominꝰ ficus fertilitatẽ expectauit, recte intelligũtur tres Iudeorũ gubernationes, ea videlicet, qua sub iudicib. regebãtur, ea qua sub regib. ante transmigrationẽ in Babylonẽ, & ea qua sub pontificibus post transmigrationẽ. Minatus ergo hac parabola ipsis fuit, sivt olim steriles esse perseuerarent, postquã iam fossi essent & stercorati à se, hoc est, cœlesti doctrina exculti, nihil reliqui fore quo minus velut infrugifera ficus exciderentur, quẽadmodũ eis postea per Romanos cõtingit. Quod si quis dicat, nõ sęper in frugiferã fuisse Iudæorũ synagogã in prædictis tribꝰ gubernationib. quidã enim omni tempore inter eos fructum attulerunt: Dicendũ, ꝙ multorũ malitia paucorum occultat virtutẽ, & ex eo quod in ipso abundat, quidquis iudicatur. Pleriq; autẽ & dominum vineæ, & ficum, & cultorẽ vineæ & tres annos aliter explicãt, verũm dictus iam explicãdi modus & est simplicior, & proposito Domini conuenientior. Cæterum quanquam excidium gentis Iudaicæ hac parabola Dominus peculiariter notare voluerit, nihil tamẽ dubium quin eadem in genere omnes & singulos tunc præsentes auditores, & in illis etiã nos ad quos eius doctrina peruentura erat, admonere voluerit, ne Deũ prouocantẽ & expectantẽ ad pœnitentiã negligeremus. Itaque per ficum hanc parabolicè etiam significatur quisque homo, maxime fidelis, in vinea Domini, hoc est, ecclesia plantatus, qui si etiam post triũ annorũ expectationẽ, hoc est, post multum tẽporis aut post iuuentutem, adolescentiam & virilẽ ætatẽ, ac demum post culturam eis ab ecclesiasticis cultori bus impensam pergant manere infrugiferi, excindendi sunt, & in ignem mittendi. Docet ergo parabola & longanimẽ Dei expectationem, & salutis nostræ in Deo desiderium. vt qui bona opera à nobis requirat velut fructum, vnde tamen ijlli nulla accedit vtilitas. Rursum docet quanta debeat exẽplo agricolæ ad imitationẽ Christi cura & desiderium esse in pastoribus, vt infœcundos homines ad fœcũditatẽ promoueãt, & ab ira Dei subducãt, nempe quod pro eis & Deum orare debeãt, & omnem quam possunt suam operam impendere.

SANATVR MVLIER CONTRACTA. Lucæ 13. CAP. LXXXIX.

ERat autem docens in synagoga eorũ sabbathis. Ecce mulier quæ habebat spiritũ infirmitatis annis decẽ & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursũ respicere. Quã cum videret Iesus, vocauit eã ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erectа est, & glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbatho curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbathi. Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocrita, vnusquisque vestrum sabbatho non soluit bouem suum: aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hanc autẽ filiã Abrahæ, quã alligauit satanas, ecce decem, & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbathi? Et quum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarii eius, & omnis populus

gaude

Universidad de Deusto
Biblioteca

gaudebat in vniuersis quæ gloriose fiebãt ab eo. Dicebat ergo: Cui simile est regnũ Dei, & cui simile æstimabo illud, Simile est grano sinapis, quod acceptũ homo misit in ortũ suum, & creuit, & factum est in Ba. 12
arborem magnã, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterũ dixit: Cui simile æstimabo regnũ Ang. 13
Dei? Simile est fermento, quod acceptum abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum.

ERAT AVTEM DOCENS IN SYNAGOGA EORVM SABBATHIS. ET ECCE.] Videri posset Lucas iam subiicere voluisse exemplum sici sterilis, vt quod parabolæ typus deliniarat, res ipsa iam subiiceret oculis. Nam cæremoniarum obseruatio veluti folia erant synagogæ, quæ videbantur ceu polliceri dulcissimum ac gratissimum Deo fructum veræ pietatis & charitatis erga proximum, quum nõ solum nihil huiusmodi in Iudæis plerisq; produxerit, verũ etiã amaros ædiderit fructus inuidiæ, odii, obtrectationis, blasphemiæ & superstitionis, quemadmodũ insequenti patet exemplo. Hac igitur ratione post D. Ambrosium intelligit quidam hęc subiuncta superioribus. Simplicius tamẽ fuerit nullam hic requirere cohærentiam, cum certum satis sit, Lucam, sicut & cæteros, pleraque coniunxisse obiter, & vno commemorato ad aliud transisse, prout interscribẽdum memorię occurrebat. Itaque quẽadmodũ iam alioquoties fecit, commemorare rursum volẽs peruersum Iudęorum, & maximè eorumqui apud eos primi erant, iudicium de factis Iesu optimis & salutiferis, sicut & quę sequuntur multis capitulis, explicat peruersa Pharisæorũ & Scribarũ de Christi factis iudicia, & ipsorum à Christo redargutiones. Erat, inquit, quodã tempore docens in quadã synagoga eorum die sabbathi, quando ad audiendam legem omnes Iudæi ab operibus vacãtes cõueniebãt in synagogã. Et ecce cùm sic ex more doceret sabbathis in die & loco celebri, aderat ibi in synagoga inter reliquos mulier quæ habebat spiritũ infirmitatis, id est, quæ affligebatur infirmitate quadam à dæmonio, idque iam annis decem & octo. Erat enim ex diaboli operatione adeo inclinata corpore in terram & contracta, vt nullo modo posset caput erigere, & sursum respicere. Hac autẽ narratione Lucas exponit mali magnitudinem & miseriam dignam miseratione Domini, idque tum à temporis lõgitudine, quo mulier hoc malo fuit obnoxia, tum à mali authore, qui non erat naturæ vitiũ aut imbecillitas, aut aliud quoddã humanũ accidens, se ipsum dæmoniũ, vt proinde malũ illud arte medicorũ nõ potuerit superari, sed eius solius virtute, qui virtutem omnem inimici reprimere & impedire potuit, tum etiã à specie mali. An non enim triste admodum erat spectaculum, videre hominẽ ex sui conditione à Deo per staturę rectitudinem à brutis distinctum, more pecudum versus terram semper spectare, nec posse cœlũ ad quod possidendũ creatus erat cõspicere? Discimus autẽ hinc plerosque morbos, & mẽbrorum impedimenta Deo permittente immitti hominibus à dæmoniis, quemadmodum & in Iob patuit. Et dignũ diabolo authore fuit hoc malum, & à Deo ad instructionem nostrã permissum est inferri mulieri, siue ob propria eius crimina, siue ob Dei gloriam. Sic enim demonstratum est diabolum hoc vnũ agere, vt homines à conditionis suæ nobilitate abstractos, similes faciat iumentis insipientibus, ac terrena tantã spectare & quærere doceat, idq; ipsũ hoc efficere in his qui virilem non habent animũ, sed muliebres sunt, & animo effœminato. Audiui A mus mali impotentiam & dęmonis malitiã, audiamus oppositam Domini potentiã & benignitatẽ. Cùm, inquit, hanc videret Iesus, hoc est, priusquã aut ab ipsa muliere, aut ab aliis pro eius sanitate interpellaretur, ad solũ eius aspectũ, (qui in Christo semper secuteræ salutis omen est) motus erga ipsam misericordia, ostendere volens se venisse vt dissolueret opera diaboli, & hominũ mala depelleret, suamq; quã præmisit doctrina miraculo cõfirmare volens, mox vocauit eam ad se, eiq; parenti & magna cum spe veniẽti ait: mulier, dimissa, id est, liberata es ab infirmitate tua. In quibus verbis dubitari potest quomodo & quare Dominus dixerit, liberata es, & non per imperatiuũ, liberata sis, vt solet vti imperatiuo in curandis morbis, maxime cũ necdũ mulier fuerit liberata, cum Christus hæc verba pronunciaret. Subditur enim postea q̃ imposuerit ei manus, quodq; tũ confestim erecta sit. Dicendum ergo, quod vel phrasi Hebraica es pro sis sit positum, indicatiuus scilicet pro imperatiuo, aut potius ideo dictum esse, liberata es, quã sis, vt mulieris fidem magis accenderet, ac suã potentiam declararet. quẽadmodũ & paralytico, de quo Matth. 9. non est dictũ: Remittantur tibi peccata tua. sed, remittũtur, vel, vt habent Græca, remissa sunt. Secundũ quẽ posteriorem modum probabiliorem sane dicendũ vlterius, quod impositio manũ, quamuis cõmemoretur à Luca post verborum prolationẽ, præcesserit tamen eam, quodque statim ad contactũ mulier fuerit sanata, aut quòd inter pronunciandũ verba illa cum contactu, sanabatur, vt liberata es, dictũ sit pro, iamiã liberaris, quemadmodũ in cap. Concordiæ 32. illud, vt habent Græca. Remissa sunt tibi peccata, dictum est positũ esse pro, iamiam remittũtur. Mox ergo vt Dominus eam tetigit viuifica sua carne, et que suis verbis sanitatẽ pollicitus est, mulier eius verbis credens, erecta est, liberata tam facili negotio a morbo tam diuturno, & plane immedicabili, & agnoscens plane cœleste esse beneficium, glorificabat Deum.

RESPONDENS AVTEM ARCHISYNAGOGVS, INDIGNANS QVIA SABBATHIS.] Cum archisynagogus iste, vt præ aliis sanctior haberi voluit, ita præ aliis de facto miraculo gaudere debuisset, idq; tũ Dei nomine, in cuius cedebat gloriã, tum proximi, cui salutẽ attulit: imo cùm & occasionẽ habuerit vt suo nomine gauderet, quod in ea synagoga, cuius ipse princeps esset, tale ac tantum miraculũ mirabiliter peractũ esset, tamen contra ex inuidia gloriæ Christi, aut potius propter peruersum & præposterũ pietatis iudiciũ, pro ingenio Pharisaico indignatus est. Indignatum enim dicit Euangelista, quòd Iesus sabbathis curasset, non quod ille a populo glorificaretur, vt intelligamus indignationẽ hanc non tam ex inuidia profectam, quã ex peruerso iudicio, quo imbutus Pharisæorũ fermento nonpotuit discernere qua in re vera pietas esset sita, zelum habens Dei, sed non secundum scientiam. Quanquã autẽ indignationẽ huius præcognouerit Dominus, voluit tamen, vt alias, in sabbatho miraculum illud ope

operari, tum quod nullo tẽpore magis diuina huiusmodi opera fieri fuerit cõueniens, quàm in die cõsecrato Deo & rebus diuinis, tũ vt haberet occasionem peruersam illam Pharisæorum opinionem reprehendendi, & animis eorum eximendi. Cùm autẽ indignaretur archisynagogus Christo, non est tamen ausus illum reprehendere, veritus eius potentiã & authoritatem, sed cõuersus ad turbã, ex indiscreto erga sabbathũ zelo, veluti ex suo officio, dixit, respondens, hoc est, subiiciens hæc verba ad factum Christi: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo venite & curamini, & non in die sabbathi. Vox certè multæ stultitiæ plena. Opus enim plane diuinũ inter ea numerat opera plane humana, quæ sex diebus erant operanda, quo dq; nudo contactu & verbo peractũ erat miraculũ, opus reputat in sabbatho prohibitũ cũ vtiq; sciret sabbatho licere loqui, & cibũ aliq; contingere, &, quod omnium maximè est admirandũ, indignum honore sabbathi existimat per quod Deus maximè glorificabatur & honorabatur. Hãc itaque tam stolidam vocem non tulit clementissimus Dominus, sed acriter confutauit, idque non ex scripturis. sed sic vt illius peruersum iudiciũ cõtra communem hominum sensum esse declararet, ratione sumpta à proposita materia, vt solet, nimirum à vinculi solutione, quam cum nõ iudicarent illicitam in boue & asino, iudicauerũt illicitam in homine, idque filia Abrahæ: & quam sathanas humani generis hostis misertimè & diuturno tẽpore ligatam tenuerat. Cõparans enim mulierem hanc cum boue & asino, tria in ipsa cõparatione dicit, quæ ad auxesim faciunt. Filiam enim Abrahæ vocat, vt sic ex cõparatione eius cum boue & asino, mulieris nobilitatem apud Iudæos indicaret, qui magnum quid esse putabãt esse filiũ Abrahę, vtq; hac nomenclatura cogitationem affinitatis ingeret, & indicaret quemque Iudæum non indignari debere ob sanitatem mulieri huic præstitam, sed potius tãquam sorori cõgratulandũ esse. Intelligi tamen etiam altiori sensu potest, filiam Abrahæ ipsam à Domino vocatã, ob fidei imitationẽ, quam præ se tulit, dũ vocata mox accessit, per quã forte etiam se in synagoga cõspectui saluatoris præsentauit, confidens ad solũ aspectum, illum misereor dia cõmouendũ, & nihil illi miserenti impossibile esse. Sic & sathanani alligasse eam commemorat, quo magis ostendat dignum esse eã solui, idque etiã, die sabbathi. Addit tertiò & tẽporis prolixitatem, vt vel huius consideratione ostendat hanc dignam fuisse sua misericordia, & omnium commiseratione, ideóque cum aduerbio, ecce, dicit; ecce decem & octo annis. Nec emphasi caret quod nõ dicit simpliciter; à vinculo; sed, à vinculo isto, tam misero scilicet, tam diuturno, tamque indigno humanæ conditioni. Porro hypocritam vocat Dominus archisynagogum, quòd ex iustitiæ zelo videri A vellet populũ admonere, cùm à vera iustitia lõge abesset. Quidam tum Græcorum, tum Latinorum libri habẽt pluraliter, hypocritæ, vt in hoc archisynagogo intelligatur Dominus alloqui omnes Pharisæos. ex quorum nomine & sentẽtia ille locutus fuerat. Singulariter habent vulgati Græcorũ codices, & D. Thomas in Cathena. & Dionys. pluraliter fere habent Latini codices, & exemplar Cõplutense, ac Euthymius. Quoniam autem sermo Domini perspicuam habebat veritatẽ, & ad sensum etiam communem humanæ naturæ consentaneus fuit, pudorẽ incussit obtrectatoribus eius, vnde sequitur: Et cùm hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius, vt quos tam aperta ratione redarguisset, cui nullo modo respõdere possent: cęterum omnis populus quòd non haberet animos prauis Pharisæorũ iudiciis & passionibus imbutos, gaudebat in vniuersis quæ gloriose fiebant ab eo. Claritas enim operum omnem quęstionem soluebat apud eos qui non erãt mente peruersa. Cæterum mulier hæc typum gessit cuiuslibet animæ terrenis addictæ, atque in genere totius humanæ naturę, aut peculiariter populi gentilis, qui diaboli machinatione palam impius & sceleratus calamitatem suam præ se ferebat, totus defixus in rebus terrenis, de rebus æternis ac cœlestibus ne cogitare quidem valens. Dominus itaque misericordiæ oculis intuitur humanam naturam, ac gẽtium nationem indigne nimis ac diutino tempore diaboli fraude ad terrena incuruatam, cum ipse hominem creasset rectum, vt cœlestibus intenderet, tandem in die sabbathi, in vltima scilicet mundi ætate, atque in plenitudine temporũ, ea ad se sua doctrina suóq; spiritu vocauit, ac verbo simul & cõtactu, hoc est, per assumptam à se humanitatem, suámque doctrinã erexit, sempérque erigit. Quod dum apud Iudęos faceret, Pharisæi & Scribæ, quorum personã gerit archisynagogus, obtrectabant ei, idque sub prætextu legis, calumniantes eum q̃ peccatores reciperet, & manducaret cum eis. Sed & post Domini ascensionem Iudæi indignabãtur, gentilem populum tam facilè ad Christi gratiã recipi, quod sic futurũ in hoc principe synagogæ typice adumbratum est.

DICEBAT ERGO: CVI SIMILE EST REGNVM DEI, ET CVI SIMILE, &c.] Græca non habent, ergo, sed autem, & tamen non male interpres vertit, ergo, quemadmodũ & quidam, quo significaret has parabolas dictas occasione gaudij totius populi, & silentij impositi obtrectatoribus Christi. Hac enim occasione per duas has parabolas disserere cœpit Dominus de regno Dei, per euangelicã prædicationem ex humilibus initijs in tantam amplitudinem promouendo, vt totum orbem ad se pertrahat. Cæterũ easdem has parabolas & supra dicit Dominus Matth. 13 in ea. Concordiæ 52. vbi late satis pertractatę sunt.

DOCET ANGVSTAM ESSE VIAM REGNI COELORVM Lucæ 13. CAP. XC.

ET ibat per ciuitates & castella docens & iter faciens, in Hierusalem. Ait autem illi quidam: A 7. 43.
Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Quum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine aperi nobis, & respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere: Mãducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes A 8. 45. A 13. 100.

Universidad de Deusto
Biblioteca

operarij iniquitatis, ibi erit fletus & stridor dentiũ, cùm videritis Abrahã, & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi. In ipsa die accesserunt quidã Pharisæorum dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Verumtamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem. Hierusalem, Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cum dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Mat.23.39. Luc.13.35. A.20. 1.21. A.23. 1.20.

ET IBAT PER CIVITATES ET CASTELLA DOCENS, ET ITER FACIENS.] Quanquã non sit necesse vbique ostendere rationẽ ordinis rerum ab Euangelistis narratarum, tamen hic videri potest ob id Euangelista digressus ad eorum quæ sequũtur narrationẽ, vt, quoniam superioribus parabolis significata est regni Dei amplitudo, iam ex Domini doctrina ostendat paucos tamẽ fore qui salutem & regnum Dei consequantur, quod occasione emunctã interrogãtis Dominus docuit, cum quodam tẽpore docẽdi gratia perambularet ciuitates & pagos, & iter faceret in Hierusalem. Hanc autem profectionẽ per ciuitates & castella, eam esse crediderim, ob quam Lucas suprà 10.ca. dixit Dominũ designasse 70. discipulos, eósque misisse binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus. Cæterùm profectio in Hierusalem, cuius hic fit mentio, quæ fuerit, an vltima illa qua ad mortem accessit, an ad aliquam imminentem solennitatẽ, incertũ est, cũ certũ sit post relictã Galilæam Dominũ frequenter accessisse Hierusalẽ, vt suprà ostẽsum est, nisi q̃ verisimile est Lucam significare voluisse, Dominum se iam præparasse ad subeundam mortem in Hierusalẽ, quam sibi sciuit imminere. Itaque cùm quodam tempore esset in via ad Hierusalem, quidam quoniam Dominum audiuit omnes inuitantem ad salutem, interrogauit illũ si pauci essent qui saluantur, id est, saluabũtur. Dominus autem suo more non respõdet directe ad propositam quæstionẽ. Nam quoniam ex curiositate profecta erat huiusmodi quæstio, nec multum vtilitatis in eo situm erat, si sciretur an multi saluãdi essent an nõ, Dominus ex proposita quæstione occasionem arripuit docendi, id quod magis erat necesse cognoscere, nẽpe modum quo ad salutem est perueniẽdum, & tamen sua responsione simul etiam quæstioni satisfecit, indicãs paucos fore qui salutem assequãtur, quia multi quærent intrare & non poterunt. Contendite, inquit hoc est, certate, & omnibus viribus conemini intrare per angustã portam, ipso verbo contendite, significans labore opus esse & conatu, ob ingrediendi per angustias portæ difficultatem, & conandum cuiq; vt veluti præripiat alteri ingressum, q̃ angusta porta paucos recipiat. Cæterùm quid per Angustã portam sit accipiẽdum, dictum est in capite Cõcordiæ 43. circa illud Matth. 7. Intrate per angustiam portam; verùm de veritate eius quod sequitur; quia multi quærent intrare, & non poterunt; dubitari potest. Apparet enim significare multis negatũ esse ingredi virtutis vĩa, eamq; plerisq; fore impossibilem. Itaque Beda exponit. Multi quærẽt intrare. salutis amore prouocati, & nõ poterũt, itineris asperitate deterriti, intelligẽs scilicet illud impleri in præsenti vita, & per; non poterunt; non significari absolutam in possibilitatẽ, sed quomodo dicere solemus: id hominem non posse facere, quod per infirmitatẽ non facit. Verùm si sequẽtia spectemus, patebit satis illud; Multi quærent intrare, dictum de futura vita. subditur enim in declaratione huius, quomodo postquã ingressus fuerit pater familias, tunc occipient quidã cupientes intrare, pulsare ostium frustra. Proinde cùm dicitur; multi quærent intrare; non debet intelligi de introitu in portam, vel per portam angustam, quam in Matth. eo dixi mus intelligendam viam virtutis, sed de introitu ad vitam & regnum cœlorũ, in quod nõ est alicui post hanc vitam introitus, nisi hic ingressi sint per portã angustã. Itaq; sensus est: Contendite quamdiu hic licet ingredi ad salutẽ per angustã virtutis portã, quia multi re vera quærent post hãc vitam & in nouissimo die intrare ad salutem, & non poterunt, quia non sunt modò ingressi per portã angustam, sed gradiuntur per latam & spaciosam.

A

B

CVM AVTEM INTRAVERIT, &c.] Quod dixit de quærẽtibus intrare, prosequitur Dominus latius per subiunctam parabolam, qua illud quod de quærentibus intrare dixit, in Iudæis euẽturum significat. Loquitur autẽ de se ipso Dominus sub similitudine alicuius patrisfamilias, qui postquã cum suis amicis quos ante ostium stãs expectauit, ingressus est domum ad cõuiuium, & clauserit ostium, admittere & agnoscere recusat eos qui post ea pulsant ostiũ. Porro Græca non habent, vt nos legimus, intrauerit, sed ἐισελθῃ, id est, introierit, secundũ quam lectionẽ Dominus de se loquitur sub similitudine patrisfamilias q̃ sedet in domo, ostioque aperto recipit amicos ad conuiuiũ paratũ venientes, deinde surgens domus suæ ostiũ claudit, nec aliis ingressum permittit. Noster interpres pro ἐισελθῃ videtur legisse εἰσελθων, aut εἰσελθῃ. Atq; hanc lectionẽ præfert Græcæ quidã, q̃ verbum surgẽdi patrũ quadrare videatur claudenti ostiũ patrisfamilias. Non enim surgitur ad claudendũ ostiũ, sed ad aperiendum. quod illud claudi soleat cùm itur cubatũ. Itaq; Dominus noster nunc se habet veluti paterfamilias aliquis, qui vel sedens in domo, vel stans ante ostiũ domus apertum, expectat & recipit veniẽtes amicos ad conuiuiũ vocatos, quia vsque ad mundi cõsummationẽ expectat quos recipiat, recipitq; qui digni sunt ad conuiuiũ fœlicitatis æternæ, ad quod iam omnibus per virtutẽ ostiũ patet. Erit autem veluti paterfamilias qui surrexit, aut intrauit, & clausit ostiũ, omnibus quidẽ in nouissimo die vniuersalis iudicij, cuiq; verò etiam in hora mortis, quia tunc non amplius expectabit recipiendos, nec erit vltra facultas ingrediendi, sed erit tunc veluti clausum ostiũ regni cœlorũ, quod iam cuiq; quãdiu viuit, & in genere omnibus hominibus vsque ad consummationem seculi, est apertũ. Quod autem dicit quosdam post ostiũ clausum

C

D

E

sum foris stantes pulsaturos, & dicturos: Domine Domine, aperi nobis; ac post primã repulsam subiũcturos, comedimꝰ corã te & bibimus, &c. nõ sic sunt accipienda, quasi hęc omnia sic sint ab impiis repellendis aut ab ipso Domino dicenda, sed per hæc quę commemorantur sic secũdùm exigentia parabolæ, significatur parabolicè tales tunc quidẽ summopere optaturos admitti ad ingressum, & nihil illis profuturam aut appellationẽ Domini, aut familiaritatẽ quam cum ipso Domino habuerunt in carne, sed veluti planè incognitos reciendos. Atque idem dicẽdum est de multis aliis parabolis similibus quę sequuntur. Itaque parabolicus iste Domini sermo sic est tractandus: Cùm paterfamilias ĩtrauerit & clauserit ostiũ, hoc est, cũ ego magnæ familiæ princeps & dominus post præscripti temporis adimpletionem cessauero expectare recipiendos in vitam æternam, & ingrediendi potestatem subtraxero, cúmque vos incipietis foris stare, id est, cùm continget vobis vt ingrediẽdi potestatem vobis sublatã videritis, & cœperitis pulsare ad ostium. dicẽtes: Domine aperi nobis; vel, vt habẽt Græca, Domine Domine aperi nobis, id est, cùm desiderabitis, idque summopere, (hoc enim significat geminatio illa, Domine Domine) admitti intra sanctorum numerum & in regnum Dei, & respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis, id est, ego vos velut incognitos habebo, nec inter seruos meos agnoscere dignabor, quanquam me Dominum agnoscere & nominare vel inuiti cogemini, tũc incipietis dicere: Mãducauimus corã te, &c. quasi dicant: quî fit vt nos non agnoscere te dicas, cùm nobiscũ familiariter sis conuersatus. prophana simul & sacra nobiscum habẽs communia, hoc est, vobiscum admirabimini & admirantes cogitabitis intra vos, quomodo nõ inter meos vos recipiam, & pro notis ac amicis habeam, cum quibus tam sum familiariter cõuersatus. Verùm ille pater familias constanter perget vobis, quod prius, respondere, dicens: nescio vos vnde sitis, hoc est, sicut inter meos non agnoscam vos, propterea q̃ me Dominum appellabitis & inuocabitis, ita nec ob familiaritatẽ quã mecum in terris habuistis. Nec tantùm velut alienos vos habebo, & velut incognitos excludam à gaudiis regni cœlestis, sed etiam procul à me esse iubebo, & iubendo faciam. Hoc enim significatur per hoc quod subditur dicendũ à patrefamilias: Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Sic enim noster interpres lõgè melius vertit quàm quidam, qui habet pro, operarij iniquitatis, qui patratis iniquitatẽ, cũ Græce nõ sit participiũ, sed ἐργάται ἀδικίας. Aliud enim est esse operariũ iniquitatis, aliud operari iniquitatem, si propriè quis loquatur. Illud enim de iis dicitur, qui in vita sua toti sunt addicti peccatis: istud verò iis cõuenit, qui actũ peccatum aliquod admittunt, de quo aliquid annotatum est in cap. Concordiæ 43. circa locum similem ex Matthæi cap. 7. vbi Dominus similiter dicit quibusdam in nouissimo die nihil profuturã; quod in nomine ipsius dæmonia eiecerint, & virtutes multas fecerint. Certum est autem parabolam prædictã à Domino dictam esse contra Iudęos sui temporis, cum quibus scilicet tum Dominus conuersabatur, tamen sicut omnia quæ ad illos dicta Euangelistæ commemorauerunt, ad nostram etiam institutionem scripta sunt: ita etiã hanc parabolam per accõmodationẽ rectè intelligimus dictam contra malos Christianos, in quos magis competit quàm in Iudæos, dicere illud: Manducauimus coram te, &c. eo quòd lõgè maiori & diuiniori cum Christo fruãtur iam familiaritate, coram ipso manducantes & bibẽtes pretiosum eius corpus, sanctumque eius sanguinem: in quorum item plateis iam Christus docet, quia per suos doctores eis palam patris voluntatẽ annũciat: verùm his, quoniam operarij sunt iniquitatis, nec per angustam portam intrare contendũt, nihil proderit in illo die quod inuocare ipsum nossent tãquam Dominum suum, aut quòd dicere poterunt se mirabili quadam eius cõsuetudine hic fruitos fuisse, sed velut planè incogniti habebuntur & abiicientur. Sciẽdum autem, quod ad lectionẽ & distinctionẽ rectam pertinet, illã partẽ; tunc incipietis dicere; correspondere illi; Cùm intrauerit paterfamilias; vt ante; tunc incipietis dicere, nõ sit perfectus punctus: non autem illã partem; incipietis foris stare, correspondere illi; cum intrauerit, vt orationem absoluat, sed legendum cum conIunctione, &, vt habent libri correctiores; & incipietis foris stare: pro quo melius verteretur; & inceperitis foris stare. Nam pẽdet adhuc eum aduerbio, cum, nec absoluitur sententia, nisi cum subditur, tunc incipietis dicere.

A

B

C

D

E

IBI ERIT FLETVS ET STRIDOR DENTIVM, CVM VIDERITIS ABRAHAM.] Dicit iniquos Iudęos excludendos, necnon & abiiciendos: addit iã quod his grauius videtur, nempe exclusionem & abiectionẽ secuturum grauem dolorem & horrorẽ, quæ per fletum & stridorem dentium significantur, vt dictũ est in cap. Concordiæ quadragesimoquinto, circa similem Matthæi locum capite octauo. Ibi, inquit, hoc est, in loco in quem discedere cogemini. vel, Ibi. hoc est, tunc erit fletus & stridor dentiũ, id est, dolor & horror maximus, cum videritis Abrahã, &c. Quibus verbis significat eorum calamitatem ex aliorum conspecta fœlicitate dupliciter augendam, primùm quod videbunt se alienos à Patriarcharum & Prophetarum consortio; ex quorum sequitur progenie natos esse gloriabantur, & in quorũ meritis sibi placebant, adeo vt propter illos persuaderent sibi nõ posse se reiici. Deinde, quòd ipsis exclusis qui se solos credebant recipiendos, viluri essent gentes ex omni orbis natione coniunctas Patriarchis in gaudio & fœlicitate regni cœlestis. quibus tamen cũ Patriarchis nulla fuit secundũ carnẽ cognatio, nulla cum Christo iecũdum carnem familiaritas. Subiicit autẽ: Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi: & sunt primi, qui erant nouissimi, qua sententia significat mirabilem fore rerum mutationem contra Iudæorum illorũ expectationẽ, vnde & addit aduerbiũ, ecce. Est autem sensus: & ecce sunt, id est, erunt tunc nouissimi qui olim erant primi, quia Iudæi, qui primi aliquando erant apud Deum & prælati gentibus, tunc erunt nouissimi, & gentibus inferiores: & cõtrà tunc erũt primi qui olim erant nouissimi, quia gentes erudelæ prælatæ erunt Iudæis quibus prius erãt inferiores. Cæterum Græca contrario modo habent hãc sententiam, & tamen sensus eodem recidit. Habẽt enim sic. Ecce sũt nouissimi, qui erũt primi: & sunt primi, qui erunt nouissimi, quo significatur gẽtes iam nouissimas esse, & Iudæis in Dei gratia inferiores, quæ in Dei iudicio præferendæ sunt propter fidem & bonam cõuersationem Iudæis, & econtra Interpres aut scriptor nostram quam habe

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus lectionem videri potest desumpsisse ex his lo
cis, quibus sic postea legitur apud Matth. & Mar-
um. Porro sicut superiora, ita & hæc per accom-
modationem quadrant in malos Christianos, eos
maximè qui inter Christianos modò primum ali-
quem obtinent locum. Et hi enim grauiter affligē
tur, cum videbunt & se à sanctorum excluſos con
sortio, quorum locum in hac vita obtinuerunt, &
alios hic à se despectos & viles habitos, sibi præla-
tos, ac sanctorum numero adiūctos. Et sic enim e-
tiam in plerisque continget vt sint nouissimi, qui
hic erant primi, & contrà.

IN IPSO DIE ACCESSERVNT QVI-
DAM PHARISÆORVM, DICENTES IL
LI, &c.] Quandoquidē Lucas hos Pharisæos ac-
cessisse dicit in ipsa, id est, in eadem illa die qua su B
periora Dominus dixit, videri potest notare voluis
se, illos offēsos illis Domini verbis quibus Iudæos
postponendos gentibus affirmauit, suggessisse illi
vt recederet, quod quo magis persuaderent, simu-
labant se bene ipsi affectos, & vitæ eius velle con-
sulere. Hos enim nó bono nec syncero animo Do-
mino illa suggessisse, satis significat Lucas, cum
Pharisæos fuisse testatur, quos ferè introducūt E-
uangelistæ veluti Christi hostes. Itaq; quidā Phari
sæorū siue offensi his quę cōtia Iudæos magna cū
libertate docebat, siue gloriā eius qua suā obscura
ri sentiebant, nō ferentes, aut etiā experiri volen-
tes, num metu mortis cōmoueri posset, & os eius
obturari, accesserūt, & simulata beneuolētia suadent ei vt exeat ac secedat, Herodis machinationē
indicantes, de quo quod nūciauerunt Domino ve
rūne fuerit, an ab ipsis Pharisæis effictū, vt Hero- C
dis nomine qui Ioannē occiderat Dominū terre-
rent, incertū est, nisi q secundū multis videtur pro
babilius. Cæterum videri potest hæc contigisse in
Galilæa, quòd in ea principatū haberet Herodes,
non autē in Iudæa, vt illius quod dicunt; Exi hinc;
sensus sit: Secede è Galilęa, quia Herodes princeps
huius prouinciæ vult te occidere. Id si verū est, di-
cendū hæc à Luca narrari per recapitulationē, vt
multa forte in his capitibus narrat quæ in Galilęa
gesta sunt, cū capite nono Christū cōmemorauer-
it Galilæā reliquisse. Non tamen planè necesse est
fateri hæc in Galilæa accidisse, sed fieri pōt hæc ac
cidisse, cùm relicta Galilæa in finibus Iudææ Domi
nus perambulando ciuitates & pagos diuersare- D
tur, vt intelligantur Pharisæi suggessisse Domino
vt penitus è Iudæorum regione secederet, perī-
culum enim esse ei tanquam Galilæo, ab Herode
Galilæorum principe, quasi cui à Iudæis de ipso
quærimoniæ essent depositæ. Non enim verisimile
est, Pharisæos optasse, vt relicta Galilæa Iudæam
aditet.

ET AIT ILLIS: ITE ET DICITE
VVLPI ILLI: ECCE EIICIO DÆMON.]
Si quod nunciauerunt Pharisęi verum fuit, Hero-
dem scilicet verē voluisse dominum occidere, q E
nimirum metueret ne populus illum sequens à se
deficeret, iam illud; vulpi illi, referendum omnino
est ad Herodem, quem dominus vulpem rectē vo
cauit, ob eius dolōsitatē & versutiam quæ in Ioā-
nem captum & occisum apparuit, vt quem simula
uerit se lubenter audire, & de morte eius contrista
tum, qua versutia iam etiā credidit se aliquid pos-
se contra consilium Dei. Deinde etiam ob id forte
vulpes dicitur, quod vineā Domini exercituū de
popularetur, præcipuos palmites ei⁹ deuastare stu
dens, & innoxiis insidiās, sicuti vulpes & vineis &
imbecillis animalibus est inimicum. Porro quod
Christus hic principem, vulpem vocauit, nō fecit
ex contemptu magistratus, sed ex authoritate spi-
ritus, & ad demonstrandam potentiam patris, qua
fretus nec illum, nec quēuis hominem metueret:
quam Domini libertatem non facile quisquā imi-
tari debet, tum quòd nemo ita sciat se præditū di-
uino spiritu, tum quod aliorum corda & renes ne-
mo vt Christus timari possit. Verùm Thophyla-
ct⁹ post Cyrillū citatum in Cathena, intelligit no
men vulpis non pertinere ad personam Herodis,
sed magis ad ipsos pharisæos, qui illud de Herode
cōfinxerant: vnde notāt Græca nō habere, vulpi il-
li, sed ἀλώπεκι ταύτῃ, id est, vulpi huic, veluti Domi
nus demōstrare voluerit præsentes Pharisęos po-
tius quàm Herodem. Et sane verisimile est fallum
fuisse quod de Herodis conatu significauerunt, q
& cum imprimis fama Iesu ad Herodem peruenis
set, de seipso honorifice senserit, cupieritque vi-
dere eum, vt dicitur Lucę nono, & postea cū à Pi-
lato ad ipsum missus fuisset, cupidè illum susce-
perit, & illesum à se dimiserit, vbi etiam Lucas dicit
eum cupiuisse à multo tempore videre eum, nimi
rum à tēpore quo fama Iesu ad ipsum peruenerat,
vt nono capite idem scripserat. Itaque quoniā pha
risęi isti subdola mente Dominum accesserūt, prę-
texentes Herodis conatum, & fingentes sibi cutā
saluatoris, Dominus illorum corda sciēs, mansue-
te & adumbrate pro suo more eis respō⁹et, dicēs:
Dicite vulpi huic, faciens quidem illos suspicari
Herodē, eo quòd singulari numero diceret, vulpi,
sed Pharisęos dolosos & subdolè sese in hoc nego
tio gerentes notans, dicendo, huic, non illi. Sed vt
vt est, siue Pharisæos, siue Herodē nomine vulpis
notare voluerit, hac sua respōsione significauit, ni
hil sibi esse periculi ab homine, neminémq; se ti-
mere: præscire quidem se occidendum, sed vitam
suam se habere in sua potestate, nec alio vel tem-
pore vel loco occidendum, quàm quo erat consti-
tutū. Iubet autem illud peculiariter dici; Ecce eii-
cio dæmonia, & sanitates perficio, tū vt notet cru-
delē Iudæorum ingratitudinem, qui eum possent
odisse & persequi qui talia eis impenderet benefi-
cia, nec aliud quàm benefacere nosset, quiq; ob id
amore potius quā persecutione dignus esset tum
vt suā diuinā notaret potētiā, quā frustra humana
potētia quantacunq; ea esset, impedire conaretur:
tū etiā quia sciebat id animos Pharisæorū potissi-
mùm dolere, quòd per miracula gloriā sibi apud
homines pararet. per illud autē, Hodie & cras; nō
certos dies significat, sed ex familiari loquēdi cō-
suetudine, tēporis breuitatē. Solēmus enim quādo
modicū tēpus significare volumus, dicere: Hodie
& cras. Itaq; sensus est: ecce omnib⁹ inuitis adhuc
modico tēpore opus meū pergā peragere, dæmo-
nia scilicet eiiciā, & sanitates perficiā. Sic & illud;
tertia die, significat tempus non multo post, vt sit
sensus: Et nō multo post aut breui per mortē sum
consummandus. Præsentia enim illa verba, eiicio,
perficio, & cōsummor, per futura sunt exponēda,
& consummor legendum est, non, vt quidam ma-
le, consumor, cùm Græce sit τελειοῦμαι, quod verbū
vt est commune, mauult quidam actiue accipere,
vt sit consummo, & sit sensus, & tertia die operi
meo supremam manum per mortem imponā. Ve
rùm magis conuenit accipere passiue, quia præce-
dit ἐπιτελῶ, id est, perficio. Alioqui enim perinde
esset ac si diceretur: Sanitates perficio hodie &
cras, & tertia die perficio, cum ἐπιτελῶ & τελειοῦμαι
actiuè acceptum idem significēt. Bene autē Domi
nus suam mortem consummationem vocat, non
cōsumptionem aut perditionē, sicut supra Lucas
eā vocauit exitum & assumptionem, & Dominus
ipse exaltationem & baptismū. Per illā enim Do-
minus magis est perfectus, & consummata sunt in
eo omnia quæ de ipso erāt scripta. Sequitur: Verū-
tamē, hoc est, priusquam tamen cōsummer, oportet me secundùm præscriptum scilicet & ordina-
tionem patris, hodie & cras & sequenti die ambu
lare. Circa quæ verba est nonnulla difficultas
Quomodo enim iā dicit, hodie & cras & sequēti
die, hoc est, tertia die ambulare se debere, cū mox
dixerit se hodie & cras eiicere dæmonia, & tertia B
die consummandum? Hanc difficultatem sentiens
Theophylactus, indicat orationē hāc sic intelligē
dam: oportet me hodie & cras, supple, manere in
hoc loco, & sequenti ambulare in Hierusalē, scili-
cet in qua elegi mortē subire. Similiter intelligit
Euthymi⁹: Oportet me hodie aut cras operari quę
dixi, & sequenti die ambulare, id est transire à vita
præsenti. Indicat autem Theophylactus illam ra-
tionem explicandi hunc locum, vt scilicet post ho
die & cras, pūctus fiat, & deinde subiiciatur, sequē
ti die ambulare, similem esse cum eo, quo, inquit,
sæpe dicere numerātes cōsueuimus: Ego Domini-
co, secūdo, & tertio die egredior, non quòd egres- C
surus sim Dominico & secūdo, sed solum duos il-
los dies enumeramus, vt manifestemus diem ter-
tiū, ita vt sensus sit: ego postquā transierit hic dies
Dominicus præsens & crastinus, tertia die egressū
rus sum. Verum hic explicandi modus coactior vi
detur, sicut multo magis & ille, quo hunc locū in-
telligit post Albertū Caietanus. Veruntamen quā-
uis non propter timorem Herodis, tamen oportet
me ambulare, & hinc abire hodie & cras & sequē-
ti die, hoc est, itinere trium dierum: vsq; in Hieru-
salem scilicet. Diuus Augustin⁹ libr. 2. de cōsensu
Euang. c. 75. & lib. 6. contra Iulianum Pelagianum
cap. 8. quoniam certum est Dominum non esse
mortuum tertia die postquam hæc dixit, & quia il
lud, tertia die consummor, non videtur conuenire
cum eo quod sequitur, oportet me tertia die ambu D
lare, putat mystice & figuratè intelligendū esse il-
lud. Ecce sanitates perficio. &c. vt hoc referatur ad
corpus eius, quod est Ecclesia, in qua primum qui
dem dæmonia eiiciūtur à Christo, cum relictis pa-
ternis superstitionibus credunt in eū gētes. & pec-
cata eis remittuntur. Perficiūtur autē secundo sa-
nitates, cum secundum eius præcepta viuitur vsq;
in finem resurrectionis, posteaquā diabolo & huic
seculo fuerit in baptismo renunciatum. Tertiò ve-
rò, in resurrectionis tempore consummabitur Ec-
clesia, & in Ecclesia ipse Christus, quando ad ple-
nitudinem angelicam per corporis immortalita-
tē perficietur ecclesia, quæ est corpus Christi. Hūc E
sensum & Beda secutus est super Lucam. Sed nec
hic sensus videri potest proprius esse. aut à Domi-
no præcipuè intētus. Quid enim verba hæc sic in
tellecta, pertinent ad id quod de Herode dixerunt
Pharisęi; quomodo rursū ea cōueniūt cū eo quod
sequitur; Verūtamen oportet me hodie & cras &
sequēti die ambulare? Proinde simplicius fuerit in
telligere per hodie, cras & sequenti die, iam signi
ficari idem quod prius per hodie & cras, nempe
modicum tēpus, vt sit sensus: Oportet me modico

A tempore solito more adhuc perambulare diuersa
loca, docendo & miracula operando. Nec id absur
dum videri debet, quòd iam dicat se tertia etiam
die ambulare debere, cum prius tertiæ diei cōsum
mationem sui tribuerit, miraculorum vero opera-
tionē ipsi hodie & cras, quia sic erat tertia die con-
summandus, vt tamē in ea die ambulare adhuc de
beret, vtpote in fine tertiæ diei occidendus: quēad
modū rectè dicere potuisset, eiiciam dæmonia hoc
& sequenti mense, & tertio mense cōsummabor.
oportet tamē antequam interficiar, me adhuc cō-
uersari inter homines, & huc illucque ambulare,
hoc & secundo & tertio mēse. Itaq; vtrobique per
hodie & cras & tertiam diē significatur modicum
tempus, post q aut in quo erat occidendus Domi-
nus, quemadmodum & apud Oseam capite 5. per
duos dies & diem tertiam breue tempus significa
tur, post quod afflictis ad Deum reuersis consola-
tio promittitur, cum dicitur: Viuificabit nos post
duos dies, in die tertia suscitabit nos. Ideo autē re-
petendo dicit secundo se miracula ad tempus ope-
raturum, quia cū prius id simpliciter dixisset, nūc
dicit q oporteat ipsum ea operari, & causā quare
oporteat, addit, quia, inquit, non capit Prophetam
perire extra Hierusalem. In qua oratione, capit,
ponitur impersonaliter, sicut & apud Græcos ἐπι-
χέιται, & est sensus: non capit, id est, non conuenit,
non decet, nec est possibile, quasi dicas, ipsa rerum
natura non fert. Ad quem modū frequenter Ter-
tullianus vtitur impersonaliter verbo, capit, imita-
tus Græcos, vt & ī multis aliis, apud quos illud χω-
ρεῖται pulchrè accipitur impersonaliter, p licet,
cōuenit, possibile est. Porro quod dicit nō cōueni-
re, aut fieri nō posse vt Propheta alibi pereat quā
in Hierusalem, intelligi dupliciter potest. Primum
enim accipi potest dictum peculiariter à Domino
de seipso, de illo scilicet eximio Propheta, de quo
Moyses: Prophetam suscitabit vobis Deus de fra- Deut. 18.
tribus vestris, quomodo Faber & alij quidā intel-
ligunt. Sic enim nullū est de veritate sententiæ du-
bium. Fieri enim non potuit vt alibi Christus mo-
reretur quàm in Hierusalē, quia vt ibi moreretur
à patre decretū fuit, vt ciuitatis illius impietas om
nibus declararetur, comprehendendo tamen no-
mine Hierusalem etiam suburbia ciuitatis aut po
tius intelligēdo nomine ciuitatis significari ciues
Hierosolymitanos, à quibus Christus occisus est.
Nam alioqui extra portas ciuitatis & non in Hie-
rusalem occisus est Dominus. Quod si in genere
accipiatur dictū de quouis Propheta, quemadmo
dum videtur accipiendū, eo q accusatiuo, Prophe
tam. non additur apud Græcos articulus, iam cum
certum sit multos Prophetas etiam insignes occi
sos extra Hierusalem: Dicendum, Dominum hic
vulgari modo hyperbolica aut ironica locutione
vsum, qua significare voluerit nusquam alibi ma-
gis conuenire vt Propheræ occidātur quā in Hie- E
rusalem, vt in qua communiter talia contigerint,
& innocentium sanguis frequenter ac copiosè ef-
fusus sit, tantamq; esse iniquitatē Hierosolymita
norum, vt crimen occidendi Prophetas aliis quo-
dammodo non permitterent, sed sibi vsurparēt, &
ferme proprium facerent, & proinde etiam ab eis
occidendum inter alios multos Prophetas ipsum
caput Prophetarum, vt sic impleretur mēsura ini
quitatum eorum, & veniret super eos omnis san-
guis Prophetarum qui effusus est. Dicit ergo Do-
minus, oportere se adhuc aliquando tēpore obam

Universidad de Deusto
Biblioteca

bulare per ciuitates & pagos, nec Herodem aut quemuis alium hoc posse impedire, quod fieri non possit vt alibi moriatur, id est, quod nusquam magis conueniat ipsum aut quemuis Prophetā mori quàm in Hierusalē, veteri scilicet illa prophetarū interfectrice. Quibus verbis præterquā quod Dominus significat se nō timere ab Herode mortem inferri posse: ac mortis locum ac tempus in manu se habere, etiam cædem suam retorquet in Pharisæos in Hierusalem principatum habētes significans illos quadam necessitate mala fore cædis suæ authores, qui Herodem fingebāt ipsi parare mortem inferre.

HIERVSALEM HIERVSALEM QVÆ OCCIDIS PROPHETAS, ET LAPIDAS EOS QVI, &c.] Quoniam superiori sententiæ Dominus meminit crudelis impietatis, qua Hierusalem vrbs regis magni diuinis beneficiis præ cunctis orbis ciuitatibus donata contra Prophetas Dei semper sæuiissent, & adhuc esset sæuitura, prouidens iam imminere insanabili ciuitati supremum excidium, & perpetuam Dei derelictionem, deplorat illam quòd toties spreta Dei bonitate meruerit extremam vltionem. Itaque exclamare cœpit; Hierusalem, Hierusalem; ipsa exclamatione & geminatione suam commiserationem, suúmque dolorem ac amorem salutis ipsius insinuans. Commemorat & Matthæus hanc deplorationem capite vigesimotertio, cùm, post multiplex væ Pharisæis & Scribis à Domino intermina tum, tandem eò peruenisset Dominus, vt diceret ab ipsis occidendos Prophetas & sapientes, atque ob id venturum super eos omnem sanguinem iustum. Vnde apparet Dominum non semel tantùm hæc dixisse, cùm alio tempore & loco (nimirum in Hierusalem & paucis diebus ante passionem) hæc Matthæus dicta commemoret quàm Lucas, qui hic illa commemorat dicta extra Hierusalem, quamquam fieri possit, vt alter Euangelistarum istud non suo loco commemorauerit, & vel Lucas per præoccupationem, vel Matthæus per recapitulationem, narrauerit, vterque tamen eo loco quo videbat hæc à Domino aliquando dicta, aliis Domini verbis commodè adiici posse ob conuenientiam eorum cum illis. Dicit ergo: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis Prophetas, &c. id est, tu illa interfectrix Prophetarum, & lapidatrix eorum qui ad te missi sunt, vel, vt habent aliqui, qui mittuntur ad te. Græca enim pro; quæ occidis & lapidas; habent participia cum articulo, quibus significatur quod nos per nomina diceremus, tu illa interfectrix & lapidatrix. Alloquitur autem procul dubio sub ciuitatis nomine ipsos ciues, vnde postea facta mutatione dicit, relinquetur vobis domus vestra. Sequitur, quod insigne est charitatis diuinæ indicium; Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Magnæ enim charitatis fuit, q̄ non semel tantùm, sed multoties adeo cupiuerit eius filios, hoc est, inhabitatores, omnésque Iudæos, qui ad eam tanquam matrem confluebant, ad se congregare, idque ea semper reluctante: sed id adhuc magis charitatem Dei arguit, quod nō simpliciter filios eius congregare voluerit, sed eo modo quo auis nidum suum, id est, pullos suos sub alas, hoc est, summo cum desiderio & solicitudine. Est autē Græcis pro dictione auis, ὄρνις, quæ dictio anceps est ad auem & gallinam. Et quidem mirus est amor omnibus ferè auibus ad confouendos & protegendos pullos, sed præcipuè gallinis. vnde magis conueniebat vertere, gallinā, quemadmodum apud Matthæum vertit interpres, cùm eadem sit dictio vtrobique. Porro quàm aptè Dominus se gallinæ comparet, indicat diuus Augustinus libro primo quæstionum Euang. capite 36. Hoc, inquit, genus animātis magnum affectum in filios habet, ita vt eorū infirmitate affecta & ipsa infirmetur, & quod difficilius in aliis animantibus inuenies, alis suis filios protegens contra miluum pugnat: sic etiam mater nostra Dei Sapientia, per carnis susceptionem infirmata est quodammodo, protegitque infirmitatem nostram, & resistit diabolo ne nos rapiat. Vide eundem tractatu 1. super Ioānem, vbi hoc expendit, quòd cùm reliquæ aues non agnoscantur ferè esse parentes nisi in nidis, gallina sic infirmetur in pullis suis, vt cùm pulli eam non sequuntur, matrem intelligas. etiam si pullos non videas, eo quòd fiat alis demissis, voce rauca, omnibus membris demissa & abiecta. Cæterùm dubitari hic potest, quomodo dicat Dominus se voluisse congregare, illam autem noluisse: per quod significatur, ipsa nolente non esse factum quod voluit Dominus, cùm Psalmista dicat; omnia quæ voluit Dominus fecit in cœlo & in terra. Et quidem pro facili solutione dicere quis posset, Domi num hic de se loqui secundum suam humanitatem, secundum quam multa quodam modo voluit, quæ tamē non fiebāt. Optabat enim quodam modo omnium omnino salutē pro omnibus mortuus. Verùm quoniam hic dicitur; quoties volui; quo significatur multoties & diuersis temporibus id voluisse & studuisse, satis certum Dominū non tantùm significare se id voluisse & studuisse, cùm iam in terris apud illos ageret, sed & ab initio, cum ad illos diuersis temporibus Prophetas suos mitteret: proinde hic significat suam diuinitatem, secundùm quam ab initio multoties voluit Iudæos ad se congregare, quare videdum quomodo quod secundum eam voluit non sit factum, cum omnia quæ voluit vt Deus etiam fecerit. Itaque Augustinus in Enchir. capite 97. docet non consequi ex hoc loco, non esse factum quod Dominus voluerit, quanquam dicatur Dominus voluisse colligere, & illam nolnisse, quia, inquit, illa quidem filios suos ab illo colligi noluit, sed ea quoque nolēte filios eius collegit ipse quos voluit. Verū magis apparet Dominū hic significare voluisse non esse factum quod ipse voluit, quia ipsa noluit: quēadmodum in simili loco de Hierusalem, Dominus dicit apertè per Ezechielem, non esse factum quod voluit. Sic enim Dominus per illum similiter suam pro Hierusalem solicitudinem, & illius ob incorrectam malitiam, perditionem proloquitur post multa: Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & nō es mundata à sordibus tuis, sed nec mūdaberis prius donec quiescere faciam indignationem meā in te. Itaque quod hic dicitur; quoties volui; non est intelligendum de voluntate Dei efficace, quam vocāt voluntatem beneplaciti, sed de voluntate Dei optatiua, quam vocāt voluntatem signi, eo q̄ hæc voluntas Deo tribuatur ratione quorundam operum Dei quę in nobis volūtatis nostrę sunt signa, de qua duplici Dei voluntate est dictum latius in cap. Concordię 41. circa illud orationis Dominicę: Fiat

Fiat voluntas tua. Dicit ergo se multoties voluisse, quia multoties illis occasiones varias obtulerit quibus ad ipsum pertraherentur, mittendo Prophetas, præcipiendo, inuitando, comminando. Porro ex hoc loco euidenter astruitur arbitrii nostri libertas & vis, quod scilicet in nobis situm est & nostra voluntate saluari, quanquam non sine Dei gratia nos præueniente, quam esse necessariam etiam hic locus ostendit, dum prius dicit Dominus se voluisse filios Hierusalem congregare. Si enim ille noluisset, nec ista velle potuisset: sed illo volente, ista noluit, vnde sine præueniente Dei gratia ¦bene quidem velle non possumus, sed præuenientem Dei gratiam nulla necessitate amplecti cogimur, sed liberum est eam vel amplecti, vel non. Et bene dicit se voluisse congregare filios Hierusalem, sicut gallina vel auis pullos suos sub alas, vt sicut ex ipsius comparatione cum aue vel gallina, desiderium salutis hominum in eo intelligeremus, ita & comparatione hominum cum pullis, intelligamus quantopere Dei gratia, protectione & veluti fomento egeamus, vnde orat Propheta Dominū, vt velut pullum se protegat. Sum vmbra, inquit, alarum tuarum protege me. Porrò quoniam Hierusalem toties monita & vocata obedire vocanti pertinaciter noluit, prædicit dignam illis venturam vltionem. Ecce, inquit, relinquetur vobis domus vestra deserta. In qua sententia Græci habent præsens ἀφίεται, id est, relinquitur, etiam in Matthæo, bene tamen interpres per futurum vertit, quod præsens pro futuro accipiatur, vt & alias in Euangeliis, nisi quod præsenti verbo significatur mox relinquendam domum eorum. per domum eorum quidam intelligunt ipsum templum, quod eum prius diceretur domus Dei, iam ob illorum peccata ob quæ derelinquendum erat & destruendum, domus illorum rectè dicitur. Alii vero rectius & generaliùs per domum eorum, ciuitatem aut etiam totam Iudæorum nationem aut habitationē intelligunt. Intelligitur autem communiter hac sententia Dominus significasse excidium vrbis Hierosolymitanæ & gentis Iudaicæ, factum postea per Romanos, vt quod hic dicitur, idem sit cum illo Psalmistę: Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Secundum quem sensum sic est locus explicandus: Vobis, id est, in vestram confusionem, vestrorumq; criminum vindictam, relinquetur domus, id est, habitatio vestra deserta ab omni inhabitatore. Verùm propter pronomen, vobis magis videtur hac sententia Dominus significare voluisse habitationem Iudæorum à Deo derelinquendam iam ipsis Iudæis, vt qui Dei præsentia & protectione se reddiderūt in dignos. Vnde Euthymius hic in Luca tātum legit; ecce relinquetur vobis domus vestra, vt illud, deserta, quod tamen iā passim habent Græca, videri possit huc ascriptum ex Matthæo. Idem Euthymius illud, deserta, in Matthæo interpretatur de derelictione diuina. Deserta, inquit, ab inhabitante in ea diuina gratia. Itaque sensus est: domus vestra, quam ego toties iam studui primum per prophetas, deinde per meipsum excolere, & cuius iam diu curam gessi, relinquetur vobis deserta à solita Dei gratia, quæ derelinquens vos vobisipsis, transferetur ad gentes. Hanc autem diuinæ gratiæ derelictionem secuta est illa, de qua alii intelligunt, solitudo facta per Romanos, sed de derelictione diuina magis esse intelligendum etiam sequentia indicant, per quæ Dominus declarare vult quomodo derelinquetur illis domus eorum deserta. Nam pro eo quod Lucas habet: Dico autem vobis, &c. Matthęus habet: Dico enim vobis, &c. Cæterum de veritate huius sententiæ & intelligentia non parua est difficultas. Et sunt qui, quoniam Dominus hæc dixisse, dicitur à Luca cum esset in via ad Hierusalem, intelligunt, quemadmodum prima facie videtur intelligendum, Dominum significasse se nō videndum à Hierosolymitanis, nisi cum veniret tēpus quo dicerent: Benedictus qui venit in nomine dñi; idque impletum fuisse in die palmarum, quando his verbis eum in Hierusalem deduxerūt, & exceperunt. Verum quo minus sic possit hic locus intelligi, obstat primum quod Matthæus hęc commemoret dicta à domino, postquam honorifica illa acclamatione deductus esset in Hierusalem. Nam quanquam fieri possit vt Matthæus nō suo loco illud commemorauerit, & recapitulando illud narrauerit, tamen nō aptè illud posuisset post acclamationem, qua domino in die palmarum acclamatum fuit, si de illa hoc Dominus dixisset. Quanquam enim Euangelistas non seruasse rerū ab ipsis narratarum ordinem, certum sit ex Euangelistarum inter sese collatione, tamen vnusquisque sic suam contexuit historiam, quasi omnia ordine sese cōsequerentur, eoque ordine omnia eon tigissent quomodo narrantur. Iam nemo facile dubitauerit quin locus hic eodem modo sit intelligendus apud Lucam quo apud Matthæū. Deinde etiam Matthæus non illo loco istud à Domino dictum cōmemorasset, ex ipso solo Luca satis esset manifestum non posse hunc locum de illa intelligi acclamatione, tum quod Lucas, qui cōmemorat istud dictum in via ad Hierusalem, non dicit dominū se dehinc abscōdisse Hierosolymitanis, vt non veniret ad eos, nisi eo tempore quo hoc ab eis est acclamatum, cum ex Ioannis historia constet Dominum postquam deseruit Galilæam (post quod Lucas semper de Domino loquitur tanquam existente in via ad Hierusalem) frequenter venisse in Hierusalem etiam ante diem palmarum, vt verisimile sit etiā post hæc verba ipsum fuisse in Hierusalem, quemadmodum indicat Concordia: tum quod locus iste de illa intellectus acclamatione nihil faciat ad propositum, tū etiam quod istud; Dico autem vobis, sicut nec illud: Ecce relinquetur vobis, non potest apte videri dictum tantū Hierosolymitanis, qui tunc non erant præsentes, & quorum plerique dominum post hæc verba viderunt saltem extra Hierusalem, sed in genere Iudæis, quorum metropolis erat Hierusalem, cum qua simul erant deserendi & exeindendi. Origenes homil. 26. Matth. & post eum quidam in Matthæum & Caietanus in Lucam intelligunt illud; non me videbitis, de visione per fidem, vt sit sensus: non me vidēbitis oculis fidei & intelligentiæ, hoc est, non cognoscetis quis ego sim donec intelligentes vestram desertionem, & ob id pœnitentes, dixeritis: Benedictus qui venit in nomine Domini, agnoscentes scilicet me esse benedictum patris, qui vobis veniam in cordibus vestris per fidem. In eundem sensum videri posset intellexisse & D. Hieronymus, qui sic explanat hunc locum, in Matthæum scribens: Quod dicit hoc vult intelligi: Nisi pœnitentiam egeritis, & confessi fueritis ipsum me esse de quo prophetæ cecinerunt, filium omni

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentis patris, meam faciem non videbitis. Sed A Beda in Lucam imitatus. D. Hieronymum indicat se illum intellexisse, quomodo potius debet intelligi, non visione, qua hic videtur per fidem, sed ea qua in secundo aduentu videbitur diuinitas ipsius. Addit enim verbis Hieronymi, in secundo aduentu, faciem meam non videbitis. Neutra tamen etiam harum expositionum conueniens videtur. Nam cùm dicitur, non me videbitis amodo, (nam amodo additur in Matt.) donec dicatis, &c. satis significatur postea illos aliquando illud dicturos, & tunc ipsum visuros eodem modo quo hactenus eum viderát, nempe corporaliter. Deinde in illo quod dicuntur dicturi: Benedictus qui venit, certum est verbũ, venit, non esse preteriti temporis, B sed presentis, cum sit Græce ὁ ἐρχόμενος, vnde non potest intelligi illos dicturos istud de primo Domini aduentu, sed de aduentu aliquo eius tũc futuro, cum illud sunt dicturi. Non solet autẽ scriptura de aliquo aduentu Domini loqui, quam eo quo vel venit in carnem, vel venturus est ad iudiciũ, proinde cõsequitur intelligendum istud esse de nouissimo suo aduẽtu. quo in claritate est venturus, quemadmodum & Augustinus docuit lib. 2. de consensu Euangel. cap. 75. Quare Theophylactus & Euthymius post Chrysostomum sic intelligunt: Nõ me videbitis amodo, hoc est, post breue tempus quo sum vobiscum adhuc in mortali hac carne conuersaturus, vsq; ad iudicij diem, quando vel inuiti cogemini me agnoscere esse Messiã, & illum dequo C dixit propheta: Benedictus q venit in nomine Domini; meq; cogemini adorare, quia mihi curuabitur omne genu, cœlestium, terrestriũ, & infernorum. Tunc enim rursum videbunt eum corporaliter. Videbunt enim, inquit scriptura, eum in quẽ transfixerunt. Soletautem Dominus Iudæis inprimo suo aduentu ipsum agnoscere recusantib⁹, secundi sui aduentus ingerere mentionem, quo illũ vel inuiti agnoscere cogentur, cum videbunt eum venientem cum potestate & claritate magna. Vnde passionis suæ tempore interrogatus num esset Christus, respondit se esse, & subiecit. Veruntamẽ Matt. 26 dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextis virtutis Dei venientem in nubibus cœli. Quod si alicui dura videatur hęc expositio, qua intelligitur impios & incredulos Iudæos (nã his Dominus loquitur) in nouissimo die cũ Dominum videbunt, dicturos illud: Benedictus qui venit in noĩe Domini, cũ ea vox sit excipientiũ alium cum gaudio, quo mali ipsum in iudicio non excipient, intelligendum significari à Domino, Iudæos qui in primo eius aduentu illum noluerũt agnoscere Messiam & benedictum Domini, diu ab ipso derelinquendos, & quamuis Messiam suũ lõgo tempore expectaturi essent, non prius tamen ipsum illos visurum corporaliter, quàm circa finẽ mundi conuersi fuerint ad fidem, dicturi tunc de Christo veniente ad iudicium: Benedictus qui venit. Tempus enim quo ad fidẽ cõuertetur Iudæorum natio, docet Paulus esse, cum intrauerit pleni tudo gentium. Tum autem fore consummationẽ Osee. 3 seculi, & mox venturũ iudicium docet postea Dominus dicens post prædicatum euangelium in vniuerso mundo ventutam consummationem. Hicsane itellectus vt optime cõuenit proposito, ita multum cõuenit cum illo Oseæ: Dixi, inquit Domin⁹, ad eam: Dies multos expectabis me: nõ fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filii Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. Et post hæc reuertentur filii Israel, & quærent Dominũ Deũ suũ, & Dauid regem suum, & pauebunt ad Dominum & ad bonum eius in nouissimo dierum. Quid hoc enim aliud est, quam Iudæorum domum relinquendam desertam, nec visuros regem suum, nisi post multam expectationem in nouissimo dierum, quãdo illum venturum mox ad iudicium cum gaudio excipient: Proinde putarim hunc esse genuinum huius loci intellectum. Cæterum videndum nobis, ne & nos perseuerantem Iudæorum militiã imitantes, post multiplices resipiscẽdi occasiones nobis oblatas mereamur à Deo penitus derelinqui. Terra enim sæpe venientem supra se bibens imbrem, & tamẽ proferens spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima. Heb. 6.

D

SANATVR HYDROPICVS IN SABBATHO.

LVCÆ 14. CAPVT. XCI.

ET factum est cum intraret Iesus in domũ cuiusdã principis Pharisæorũ sabbatho mãducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ. Et respondẽs Iesus dixit ad legisperitos & Pharisæos, dicẽs: Si licet sabbatho curare? At illi tacuerũt. Ipse vero apprehẽsũ sanauit eũ, ac dimisit. Et respõdẽs ad illos dixit: Cuius vestrũ asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbathi? & non poterát ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerẽt, dicẽs ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discũbas in primo loco, ne forte honoratior tẽ sit inuitatus ab illo, & veniẽs is qui te & illũ vocauit, dicat tibi: Da huic locũ, & tũc incipias cum rubore nouissimũ locum tenere: sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt quum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbẽtibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat autẽ & ei qui se inuitauerat: Cum facis prãdiũ aut cœnã, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, nẽ forte te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio: sed quũ facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorũ. Hæc cũ audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnã, & vocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam, rogo te habe me excusatum.

tum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nũciauit hæc domino suo. Tũc iratus pater familias dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait Dominus seruo Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: Quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

ET FACTVM EST CVM INTROISSET A IESVS IN DOMVM CVIVSDAM PRINCIPIS.] Pergit Lucas Euangelista commemorare Pharisæorũ cõtra Dominum technas, & quomodo eorũ peruersa iudicia & mores à Domino sunt notati & reprehensi. Nam hoc fere mulis agit capitibus. Factum est, inquit, hoc est, accidit, cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbathi die ad manducãdum panem, (neque enim dedignabatur Dominus ad illorum conuiuia accedere, etsi non syncero animo ab eis rogaretur, cupiens omnes lucrifacere), & ip si Pharisæi qui simul erant inuitati obseruabãt eũ, B num quid diceret vnde possent accusare eum, aut faceret quod contra sabbathi esset religionem. Superest autem, quod ad sensum attinet, hoc loco cõiunctio, &, apposita ex phrasi Hebraica, quemadmodũ sæpius apud Lucã. Cũ ergo obseruarent eũ ecce parata erat calumnię occasio. Aderat enim illic homo quidam hydropicus stans ante illum quem verisimile est ab ipsis Pharisæis iussum consistere in cõspectu Dnmini, vt illi occasionem offerrent faciendi quod reprehẽderent. Verùm misero huic profuit venisse in conspectu Domini. Sanitatem enim consecutus est, etiamsi verbis eam non peteret, siue quod sic fuit à Pharisæis instruC ctus, siue quod Pharisæos metueret propter sabbathum. Itaque cum Dominus ad aspectum misericordi moueretur misericordia, ac multo magis dolẽs ob Pharisęorum cæcitatem & malitiam, præuenire volens eorum calumniam, ac declarare se non ignorare quid apud se cogitarent, respondens ad illorum scilicet cogitationes & obseruationẽ (sic enim hic, respondens, positum est, quemadmodũ sæpe, vt sit, ad aliquid vel cogitatum, vel factum, vel dictum subiicere aliquid) dixit ad legisperitos & Pharisæos: An licet sabbatho curare? Qua interrogatione excludit eorum calumniam. Neque enim iustus calumniandi factum Domini locus illis esse potuit, qui interrogati num liceret, non D prohibuerunt, idque cum omnium se magistros profiterentur. Cum ergo illi interrogati iam obticescerent, quemadmodum & alias idem interrogati siluerunt, (neque enim docere poterãt licere, quandoquidẽ sic locuti fuissent contra suã observationem: neq; dicere audebãt nõ licere, quod me tuerent ab illo reprehendi, quemadmodum euenit) Dominus apprehensum hydropicum cõtactu suo illum sanauit, ac post redditam sanitatẽ non illũ in suam seruitutem sibi reseruauit, nec apud se ad ostentationem detinuit, sed mox à se dimisit. Sanauit autem non solo verbo, sed apprehendẽs illũ, vt stultitiam Pharisæorum sic cõfutaret, & exemplum quo postea eos redarguit, suo facto magis conueniret. Quoniam autem sciebat Dominus E hoc facto offensos animos Pharisæorum, vt postea natum corpus mederetur & mentibus prauis iudiciis infectis, respondens ad cogitationes ipsorum, quæstionem eis proponit, per quã ex rebus factis die sabbathi à seipsis, intelligere possent factũ eius multo magis ab omni calumnia liberũ esse debere. Congruenter autem, vt annotauit D. Augustinus, hydropicum animali quod in puteum cecidit comparauit, quia humore laborabat, & veluti è puteo in quo submergẽdus fuerat, subtractus fuerat Domino illum apprehẽdente: sicut illã mulierem quam alligatam dixerat, & ipse soluebat, comparauit iumento quod soluitur vt ad aquam ducatur. Porro non simpliciter Dominus ex illorum facto suum factum non esse dignum calũnia eorum ostendit, sed exemplo proposito simul etiã notat illorum & præposteram religionem & auaritiam, vt qui in eo quod, si opus erat dicendum, tantum fuit opus charitatis, arguerent eum violare sabbathum, cum in simili opere cupiditatis non indicarent se violatores sabbathi. Notat autem eos modestè tantum, & quod iustum est eis iudicandũ relinquit, nec tam aperte eos incessit, vt mox superius in synagoga ipsum archisynagogum, quod nõ vt ille aperte factum ipsius calumniarentur, sed in silentio cogitationes suas occultarent. Cæterũ hydropicus iste, typus quidam est, aut in genere cuiuslibet pẽccatoris, quem exuberans terrenarũ rerum, in quibus nunquã satiari homo potest, desiderium aggrauat, ac per dissolutam & lubricam vitam grauiter laborat: aut specialiter hominis alicuius, qui vel libidini seruit, vel diuitiis est intentus, vel fastu tumet. Singula enim hæc vitia ob quandam proprietatem hydrops morbus adũbrat. Nã quoniam hydropicus morbus ab aquoso humore vocabulum trahit, libidini significandæ recte adapratur, & vitæ lubricitati. Et quoniã quo magis hydropicus abundat humore, tanto amplius sitit, hydropico rectè assimilatur auarus. Nã quemadmodũ quo plus sunt potæ, plus sitiũtur aquę: ita crescit amor nummi, quantũ ipsa pecunia crescit. Rursum ob tumorem qui est in hydropico, ac proficiscitur ex epate vitiato, bene ei cõparatur quisquis inani tumet fastu nascẽte ex corrupto mẽtis iudicio, veluti ex epate vitiato, dum collocat gloriam in his rebus in quibus non est collocanda, ac stultissimę glorię apud homines parandæ siti laborat. Quamobrem quisquis cuiusuis vitii ratione laborat hydropi, grauatus concupiscentiis, sed nõ satiat⁹, sanabitur, si in sabbatho se Christi cõspectui obtulerit, hoc est, si otiũ agẽs a malis operib. morbumq: suum agnoscens, sanari à Christo desideret, ac ipsum semper ob oculos habeat. Sic enim minime in posterũ peccabit. Qui vero sese subducit à cõspectu Christi, sanitatẽ nequaquã recipere potebit. Quoniã autẽ peculiari ratione per hydropicũ significatur auarus aut superbus, recte ante pharisæos hydropic⁹ curatur, vt per alterius ægritudinẽ corporis, ĩ aliis exprimatur lãguor cordis & mẽtis.

DICEBAT AVTEM ET AD INVITATOS PARABOLAM, INTENDENS, &c.] Cõuiuio corporali exceptus dominus ĩ sabbatho, cõuiuium vicissim ipse instruit se ac sabbatho dignũ, variisq; ferculis adornatũ, vt pote salutarimiraculo ac doctrinis variis, put cuiq; cõuiuæ op⁹erat. Itaq; post sanatũ hydropicũ ad eos sanãdos salutari sua doctrina cõuertitur q grauiori morbo labora

Universidad de Deusto
Biblioteca

laborabant, vtpote spirituali & tecto, & primum A quidem secum inuitatos docet fugere superbiam, sectatiq́ue humilitatem, deinde vero inuitantē se docet fugere auaritiam, ac eleemosynis insistere. Cum enim Pharisæi superbia & auaritia maxime laborabant, hæc potissimū vitia in eis iam curari conueniebat. Sumit autem Dominus suo more occasionem docendi hæc ab his quæ ad conuiuium in quo tum erat pertinēt, docens semper ex repræsentij materiam ædificationis aliorum decerpere. Porro doctrinæ quam tradidit inuitatis, occasio fuit, inquit Euangelista, quod intendebat, hoc est, attendebat, & cōsiderabat quomodo primos accubitus eligerent, vel (vt potius vertendum puto) elegissent. Nō enim eum dicitur; intendēs quomodo primos accubitus eligerent, significatur Dominum hoc sermone illud intendisse, & pro suo scopo habuisse, vt significaret illos solitos eligere primos accubitus, hoc est, non significatur finis quē Dominus intenderit hac doctrina, sed occasio dicēdi hæc ad inuitatos ex his quæ in eis obseruauerat. Nām, intendens, est hoc loco idem quod attendens & considerans, cum Græcis sit ἐπέχων, quod hic idem est quod προσέχων, sicut & Act. 3. cum dicitur. Claudus iutendebat in eos; vbi Græce est, ἐπεῖχεν αὐτοῖς. Attendebat autem & considerabat Dominus eos eligere vel elegisse primos accubitus sine oculis suæ diuinitatis, quibus etiā occultos eorum affectus agnouit, sine etiam oculis corporalibus, ex signis quibusdam externis obseruatis in eis. Postquā ergo hoc obseruasset, dicebat ad inuitatos parabolā hāc: Cum inuitatus fueris, &c. Quæ Domini doctrina ad literā quidem sonat morale documentū de modo accumbendi in cōuiuiis seruando, verum præcipuam Domini intentionē C non esse id docere quod litera significat, vel ex eo satis patet, quod Lucas hanc doctrinam vocet parabolam. Ideo enim parabolam vocat, quod sub hoc sermone, quo ad ciuilem quandā incōuiuiis seruandam modestiam ad literam hortatur docere Dominus voluerit sectandam vbiq; & semper humilitatē & sui depressionem, fugiendam verò sui exaltationem, quod per hanc fiat vt quis plerunque ab hominibus, semper autē à Deo humilietur: per illam verò cōtrà fiat vt quis à Deo & hominibus exaltetur. Vnde in fine significans quorsum hanc dixerit parabolā, ad iecit sententiam generalē, omnis qui se exaltat, humiliabitur, &c. qua D sententia & alias Dominus vsus est, vt Luc. 18. & Matth. 23. Est ergo hęc Domini doctrina similis multis parabolicis sermonibus Salomonis, in quibus sub præceptis ciuilium virtutum & morum, spiritus sanctus ad veras virtutes informat sapiētiæ candidatū. Inter quæ etiam est cap. 25. quod huic documento saluatoris cōcordat, cum dicitur: Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorū ne steteris. Melius est enim vt dicatur tibi: Ascende huc, quàm vt humilieris corā principe. E Quanquā autem huius doctrinæ Domini ille sit præcipuè scopus qui dictus est, tamē recte intelligitur Dominus etiam id docere voluisse quo ad literam moraliter significatur, nempe seruandum illum à se præscriptum modum in diligendo accubitu, quantum & id cōmode & honeste fieri potest. Nec indigna videri debet hæc moralis doctrina, perfectioni doctrinæ euāgelicæ. Nam quemadmodum boni medici est non tantum grauioribus mederi morbis, sed & leuioribus, ita boni doctoris erat etiam quæ in ciuili conuersatione sunt inhonesta, resecare, & quæ sint ciuilis honestatis & decoris indicare, maxime in cōuiuio occasione commoda sese offerente. De quo vide Theophylactū, qui hanc Domini doctrinam tantum vt moralē ciuilitatis documentum tractat. Cauendū tamen ne nimis ad literam quis seruet hoc Domini ciuilitatis documētū. Sic enim frequenter ex huius curiosa obseruatione locus daretur cōtentioni & vanæ gloriæ, vt si quis pertinaciter vltimum locū sibi vendicare contēderet, alio eundem etiam vendicare studente. aut si quis ideo vltimum locum eligeret, vt deinde ab alio exaltatus, magis apud homines glorificaretur. Vnde D. Basilius docens hoc præceptum etiam ad literam obseruandū, & quomodo sit obseruandum, sic habet: Quandoquidē, inquit, præceptū est Domini vbiq; ad humilitatē nos assuefaciens, vt in prandiis accumbētes postremum locum præoccupemus; necesse est vt qui dani omnia secūdum mādatū facere studio habet, neq; hoc præceptū negligat. Si quidē igitur mūdaniquidā nobiscum accumbāt, exemplum ipsis eam ex hac parte fieri nos conuenit, vt non extollātur, neque primum locum quærāt. Vbi verò omnes inxta æqualem scopum conueniunt, quo in omni tempore humilitatis suæ probationē dent, extremum quidem occupare locum ad omnes iuxta Domini præceptum pertinet, & tamen rursus contentiosē circa hunc occupandum protrudi, reprobandum est, velut quod bonā ordinis disciplinā destruat, & tumultus causa sit. Sed & inter nos mutuo pertinaces esse, & de hoc contēdere, similes nos faciet his qui de primatu certant. qua propter oportet etiam hic considerare id quod nobis decorum est decernendo ac statuendo, ei qui suscipit permittere, etiam accumbendi ordinē, quemadmodum etiam Dominus admonuit, patrifamilias conuenire dicens harum rerum dispositionem. Sic enim & mutuo sufferemus nos in dilectione, omnia honestè & secundum ordinem faciētes, & non ad multorum ostentationem, neq; per iusum humilitatē exercere; per obstinatam ac vehementem contradictionem demonstrabimus, imo magis per obedientiam humilitatem perpetrabimus. Maior em̄ est ex cōtradictione arrogantiæ significatio, quàm ex primo accubitu, vbi ex præcepto ipsum susceperim⁹. Hæc ille docte simul & pie. Porro nuptiarū magis quam cuiusuis alterius conuiuii Dominus mentionem facit, quod ibi maxime primi accubitus ambiantur, tanquam in conuiuio celeberrimo & honòtificentissimo, quòdq; ibi maxime ignoretur qui sint etiam alij inuitati. Dicit ergo; Cum inuitatus fueris ad nuptias, & ad solenne aliquod conuiuium, non discūbas ex teipso sine iussu eius qui te inuitauit, in primo loco, ne forte aliquis honoratior te etiam sit inuitatus cui iubearis à communi inuitatore cedere cum rubore idque adeo sæpe, vt qui primum tibi vēdicaueras nouissimum tandem obtineas. Sed cum vocatus fueris, vade potius, & recumbe in nouissimo loco: Sic enim fiet vt ab inuitatore iussus ascēdere, gloriam ex humilitate consequaris. Cū enim dicitur, vt cū venerit qui te inuitauit, dicat tibi, &c. cōiunctio, vt, videtur debere accipi cōsecutiue. Non enim docere voluit Dominus eo fine, vltimum locum deligendum, sed quid contecturū sit. Nā alioqui Dominus doceret qua ratione gloriā quis venetur apud homines, cum contrà hic curare voluerit

voluerit inanis gloriæ morbum. Et in hunc quidē A modum habet se doctrinæ Christi explicatio & tractatio literalis, qua ciuilibus rationibus dehortatur ab accubitus primi electione, & adhortatur ad submissionem inter accumbendum: secundum præcipuum vero scopum suum ostendere voluit exemplo isto humano modestiam sequi gloriam, & contra arrogantiā humiliationem, quasi dicat: In omnibus te submisse geras. Sic enim fiet vt magis exalteris & glorioſius, cum contra si te extuleris, cum maiori pudore'fis deprimendus cum ab omnibus, tum à Deo. Vnde Ecclesiasticus. Quanto inquit, magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Et: B Eccl. 3. Gloriam præcedit humilitas. Et: Cōtritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus. Quorum istud quidem idē est cum eo quod Prou. 15. & 16. hic dicitur; omnis qui se exaltat, humiliabitur; illud verò idem cum eo; omnis qui se humiliat, exaltabitur. Sunt autem qui, quoniā hic sermo Domini parabola dicitur ab Euangelista, totū hunc sermonē intelligunt mystice, vt sub similitudine eius quod faciendum dicitur in nuptiis corporalibus, intelligatur significatum quid faciendum sit nobis in nuptiis spiritualibus, ad quas per euangelicam doctrinam omnes inuitantur, & per fidē admittuntur, nempe quod in ecclesiæ congregaC tione non habeat quis se alteri præferre in meritis, sed omnibus inferiorem agnoscere. Sic enim futurum vt ad aduentu eius qui omnes inuitauit, gloria ei sit qui sese humiliauit. Quam mysticam explicationem prosequitur prolixè Venerabilis Beda. Verum non ob id significatum hunc mysticum sensum dicitur hæc doctrina Domini parabola, sed ob causam superius indicatam, quanquam nō inepte sic etiā tractetur hęc parabola, si modò tamen dicatur accōmodatitiam esse tractationem, nec eum esse sensum quem Dominus potissimū significare voluerit, aut propter quem Lucas dicit hunc sermonem esse parabolam.

DICEBAT AUTEM ET EI QUI SE IN VITA VERATICUM FACIS PRANDIUM.] Postquam inuitatis opportunum doctrinæ spectaD lum exhibuit, admonens eos modestiæ, etiam inuitatori cōmodum missum exhibet, monens eum misericordiæ & benignitatis in pauperes. Porro per hoc quod dicit, noli vocare amicos, &c. certum est Dominum non plane damnare aut prohibere etiam amicos, fratres, & cognatos, alendæ dilectionis causa conuiuiis adhibere: sed summa eius quod hic docere voluit est, vt ne secundum vulgi existimationem satis humanos & benignos nō esse arbitremus, si humanitatem erga eos demonstrauerimus, qui paria nobiscum faciunt, vtque si meritorie & cum fructu vero & perpetuocō sequendo à Deo hospitales esse velimus, nō in diuites, sed in pauperes hospitalitatē præstemus. Do E cere enim Dominus voluit, cōuiuia diuitibus parata ex suo genere non esse æternæ vitæ meritoria, quod mercedem suam in hac vita recipiant: conuiuia autem pauperibus parata ex suo genere meritoria esse æternæ vitæ, quòd ea Deo intuitu eis parantur qui hic retribuere non possunt, pro quibus Deus suo tempore mercedem sit repēsurus. Hoc est ergo quod hic Dominus docet quod supra dixit: Si beneficeritis his qui vobis beneficiunt, quæ vobis est gratia? Proinde quod dicitur, noli vocare amicos, &c. cōsiliū potius est quā præceptū, consilium, inquam, quo Dominus suggerit modum, quo cum maiore fructu conuiuiū quispiā parari potest: & quo docet quomodo hospitalitatem sectemur nobis dignam, nec cōmunem nobis cū ethnicis. Itaque sensus est: Cum facis prandiū aut cœnam, id est, cū animus tibi est exhibere conuiuium aliquod, si vis illud bene & cum maxima tua vtilitate collocare, noli vocare diuites qui vel amici tibi sunt, vel cognati, vel vicini, (trita enim hæc hominū genera cōiuiis communiter adhiberi solent) ne quando & ipsi te vicissim inuitent, & fiat tibi retributio in præsenti vita, ac proinde amittas æternæ vitæ mercedem: sed pauperes voca, nec in ipsis æstima conuiuii impensam perire, quemadmodū vulgus iudicat, quòd non habeant vnde rependant. Hoc enim ipso beatus eris, quia non habent, id est, nō possunt retribuere tibi. (Habere enim cum infinitiuo Græcis accipitur pro posse.) Retribuetur enim tibi longe plenius suo tempore, quam à quoquam amico aut diuite hic retribui tibi posset, nō quidem potissimū in præsenti vita, in qua quicquid repēditur temporarium est, sed in resurrectione iustorum, quando erit tēpus retributionis, quando pro temporariis recipies æterna, pro temporali refectione perpetuam gaudiorum cœlestium fruitionem. Hæc est cœlestis magistri doctrina longe diuersa à mundi sapiētia. Hæc enim suadet diuites vocare, pauperes relinquere, quod illi vices rependere possint, illi nequeant. Dominus verò cōtra ob easdem rationes suadet pauperes vocare & non diuites, cūque fructus & vtilitatis causa diuites vocari soleant, pauperibus derelictis, Dominus contrà vel ob hanc causam docet potius pauperes vocādos, diuitibus relictis, causam, quæ homines mouet ad cōiuiia diuitibus exhibenda, suo more retorquens ad suadendum ea pauperibus potius paranda. Poterat Dominus etiam alias adducere rationes ad suadēdum hospitalitatem erga pauperes, videlicet quod veræ benignitatis & humanitatis sit, cum quieget pascere: veræ liberalitatis, egenti benefacere sine spe reditus gratiæ. Nam hospitalem remuneratus esse, affectus auaritiæ est. vt inquit Ambrosius. Verū sciuit Dominus retributionis spe maxime hominum animos commouendos, proinde p hāc ad hospitalitatē erga pauperes prouocat. Ex qua eius doctrina patet id qđ ex innumeris patet scripturę locis, opera bona meritoria esse vitæ æternæ, & quibus hic dicitur retribuendam suo tēpore mercedem. Quanquam autem conuiuia diuitibus parata, ex suo genere nō sint meritoria, pauperibus vero exhibita ex suo sint meritoria genere, tamen sicut hæc vitiari possunt ex adiuncta alia qua conditione, vt si pauperes quis inuitet ostētationis aut vanæ gloriæ causa, aut ob aliam causam aliquā vel malam, vel indifferentem: sic illa contingit ex circūstātiis esse meritoria, laudabilia, & grata Deo, vt si mutuę charitatis in Deo alendæ causa fiant, & non solùm ob amicitiā naturalē, aut ob spem reinuitationis, aut alias causas malas vel indifferentes: proinde intelligendum Dominum dissuadere inuitationem diuitum, vt in plurimū fieri solet: approbare autem pauperum vocationem, si cut omnia opera per sese bona, si scilicet debitis circunstantiis. Porro cū dicitur in litera; neque amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, (sic enim legdum est, & non, vt quidam libri habent, neque vicinos, neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque diuites) dictio, diuites, videtur referenda ad A omnia præcedentia, sicut postea dictio, pauperes, pertinet ad omnia sequentia, debiles, cęcos & claudos. Nam amicos, fratres, cognatos, & vicinos pauperes, ante alios vocare maxime cõuenit & meritorium est. Si quis enim, inquit Paulus, suorum & 1. Tim. 5. maximè domesticorũ curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Hoc Domini siue præceptum, siue consilium Iob gloriatur se seruasse, Iob. 31. dicens: Si comedit buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Qua ab infantia mea mecum creuit miseratio, & de vtero matris meæ egressa, est mecum. Seruauit & Tobias, qui inter cætera filio suo præcepit: Panem tuum cum esurientibus & egenis comede. Tobiæ. 4.

HAEC CVM AVDISSET, QVIDAM DE B SIMVL DISCVMBENTIBVS DIXIT,] Quoniã Dominus occasione cõuiuij in quo erat, differuit quædã de modo accedendi ad conuiuia, & vocandi ad conuiuia, ac inter cætera dixit retribuendũ his qui pauperes pascunt, in resurrectione iustorum, quidã intelligens, & bene, significari à Domino in resurrectione iustorũ tales vicissim à Deo pascendos, & ad mensam regni cœlestis recipiendos, tactus desiderio cœlestis illius conuiuii dixit: Beatus cui continget edere panem in regno Dei. In quo licet videre quanta fuerit efficacia verborum Christi, quisque eorum fructus, quod clementer adeò conuiuas sine omni morda citare docuerit. Hinc enim factum vt in cõuiuio Pharisaico quidam fastiditis epulis appositis anhelare inciperet ad epulas regni cœlestis: Nec est cur C hunc quis culpet tanquã animalem, & ex verbis Christi existimantẽ corporeas fore sanctorum remunerationes, cũ sequenti parabola Dominus huiusmodi errorẽ non corrigat, sed potius cõfirmasset, si in illo talis error fuisset. Quoniã autẽ iste beatum dixerat cui, cõtingeret edere panem in regno Dei, Dominus occasione hinc accepta per parabolã cœpit ostendere quibus hæc fœlicitas potissimum si obuentura, quiq; & qua ratione ab ea fœlicitate sint excludendi, nimirum quod Iudæi aut Iudæorum primores, ietsi primo adcõuiuium cœleste vocati, suo tamen vitio essent excludẽdi, & in illorum locum, successuri contempti quique D ex Iudæis, & gentium omnium promiscua multitudo vndique collecta. Hic enim est parabolæ præcipuus scopus. Itaque ad hoc cõmode & sine moracitate, maiorique cum gratia significandũ, introducit Dominus hominem quendam diuitem, qui in ciuitate aliqua cõstituerat exhibere cænam magnificam, quæ & multis constaret ferculis, & multis esset parata. (Solent enim cœnæ magnificentius quam prandia instrui.) Qui proinde ad hanc vocauit multos è ciuibus suis, viros diuites & honoratos, vt fieri solet. Sed his hora cœnæ rursus vocatis per seruum, & propter aliarum rerum occu E pationes friuolas venire recusantibus, indignatus eis quòd ad tam honorabile cõuiuium venire ob res friuolas prætermitterent, nec tamẽ permittere volens vt frustra expensæ cõuiuii factæ essent iussit sine delectu vocari in illorum locum primum quidem pauperes, debiles, cęcos, & claudos, & id genus in ciuitatis plateis ac vicis repertos, qui ob famem & inopiã nõ erant facile vt alii recusaturi, ac deinde istis nõ sufficiẽtibus ad conuiuiũ, etiã peregrinos & exteros quosque extra ciuitatem iuxta vias & sepes repertos, quos & compelli voluit, si forte vel grauarentur, vel præ pudore non auderent venire. Et parabola quidẽ sic se habet. Cæterum per hominẽ istum quanquam aliqui intelligant significatum Deum patrẽ, & per seruum ipsum filium missum à patre in mundum, rectius tamen per hominem hunc accipit Dominus seipsum, qui vere homo erat, significasse, vel ob id qđ vltima parabolæ cõclusio; Dico autem vobis, &c. videtur dicta à Domino magis ĩ persona sua quam in persona patris familias, de quo est parabola, vt post dicitur. Per cœnam magnam intelligunt quidam dispensationẽ Dominicã, per carnis susceptionem in nouissimis temporibus factã, conuiuium scilicet quo in præsenti vita in nouissima mundi ætate pascuntur fideles, quod cõstat ex pane verbi euangelici, & variis sacramentorum ferculis, & in his potissimum carne & sanguine Domini, sic eñ Cyrillus in Cathena, & Theophylactus. Alĩ vero per cœnã intelligunt fœlicitatẽ æternæ beatitudinis, cõuiuium scilicet, in quo sancti accumbent post hanc vitam, quod recte percœnam significatur, eo quod finẽ nesciat, nec aliud ei fit successurum conuiuium. Et quidem æternã fœlicitatem potissimum significari ex eo satis cõstat, quòd hæc parabola dicta sit occasione factæ mentionis de mãducãdo pane in regno Dei, & tamen nihil vetat quin simul intelligatur significari & conuiuium quo in præsenti vita pascitur militans in terris ecclesia, immo vt simul debeat intelligi, ipsa parabolæ cõsequentia exposcere videtur. Nam alioqui per horam cœnæ, tempus mortis aut extremi iudicii videbitur intelligẽdum, quo tẽpore non facile inuenitur qui per rerum terrenarum occupationes se à cœnæ participatione excuset. Sicut autem vna est ecclesia militans in terris & triumphans in cœlis, & vita æterna quæ post hanc vitam perficitur, hic incipit per fidem: ita vnum quodammodo est cõuiuium, quo pascitur militans, & quo triumphans ecclesia, quandoquidẽ vnus est Deus quo hic fruimur per fidem, & illic per speciem: vnus Christus quo hic fruimur sub sacraméti velamine, & illic sine velamine: vnus vtrobique panis, vnus idẽque potus, quãuis diuersimode paratus & sumptus. Hoc ergo conuiuium ad vtrũque seculum, sed maxime ad futurum pertinens, cœnæ cõparatur, tum quod in nouissima mundi ætate paratum, tum quod finem nesciat, vt dictum est. Magnę autem cœnæ, tũ ob multitudinem vocatorũ, tum ob copiam & abundantiam eius, quæ sine fastidio omnes accumbentes sic satu rat, vt nihil vnquã vel esuriant, vel sitiant. Ad hãc cęnam homo Christus, qui eam magnis sane sumptibus, pretio scilicet sui sanguinis parauit, per se ipsum quidem primum inuitauit multos, omnes scilicet Iudæos, Iudæorũque primores tanquã honorationes conciues suos, ac deíde per Apostolos suos ac prædicatores (quorum ordo per seruũ missum significatur) rursum vocauit hora cœnæ vt ad eã venirent qui à se prius erat inuitati. Veluti em hora cœnæ erat & est post Christi mortem quãdo iam cœlum reseratum est, omnia redemptionis nostræ mysteria propalata sunt, vt dicere possit seruus: Venite, quia iam parata sunt omnia. Venite modo per fidem, & gustate quoniam suauis est Dominus, & inebriamini ab vberibus consolationis eius. Haurite in gaudio de fontibus saluatoris. Parata est enim in conspectu nostro mensa, & calix noster inebrians quam præclarus est:

Per

Per eos autem qui & inuitati à Domino, & hora A cœnæ vocati per seruum, recusauerunt venire ad cœnam ob alias quasdam occupationes, significantur vel in genere Iudæi, vel ipsialiter Iudæorum primores sese à parata eis cœna subtraxisse, dum alij aliis rebus terrenis occupati nihil minus curabant quàm regnum Dei. Sunt autem res terrenæ, circa quas occupari solent homines, & per quas impediri solent, vel possessiones, vel voluptates. Possessionum autem alia infundis consistit, alia in pecudibus. Vnde per tres illos qui in parabola diuersis distenti occupationibus recusauerunt adire cœnam, significãtur quotquot quacunque rerũ terrenarum implicatione excluduntur à regno cœlorum, qui scilicet, vt habet Lucas in parabola seminantis, audierunt verbum Dei, & soli- B citudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Tria enim quibus homo impeditur à regno cœlesti his verbis significata, etiam significantur in hac parabola per tres recusatores. In primo enim ostenditur impedimentum diuitiarum, in secundo impedimentum solicitudinis, quanquam in vtroque vtrunque satis notetur impedimentum, vt non sit differentia nisi in materiæ diuersitate: in tertio verò notatur impedimẽtum voluptatis carnalis. Sũt qui non omnino malè in his tribus intelligunt si- 1. Ioan. 2. gnificari tria illa quæ Ioannes dicit esse in mundo, sub quibus vniuersa vitia comprehenduntur, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, C & superbiam vitæ: & superbiam quidem in primo notari, qui villam emerat: concupiscentiam oculorum in secundo, qui pecora emerat: concupiscẽtiam autem carnis in tertio, qui vxorem duxerat. Sciendum tamen nomine villæ hic non significari pagum, quemadmodum aliqui intelligunt, (ob id in primo superbos qui dominatum ambiunt significatos docentes) sed nec Græcã dictionem propriè significare villam, sed simpliciter agrum. Est enim Græcis ἀγρὸς, vnde nos mutuati sumus nomen agri. Sed & aliàs interpres hanc dictionem vertit villam, vt Matth. 22. cum dicitur in simili parabola, abierũt alius in villam suam; cùm villa propriè sit domus in agro, non ipse ager. Proinde, vt diximus, in primo sicut & in secundo D diuitiarum & solicitudinis terrenæ impedimenta potius notantur, & tamen in primo etiam rectè intelligitur studium honorum. Nam vt in mundo honorentur, fundorum & agrorum possessiones ferè ambiunt multiplicare homines. Non potuit autem Dominus commodè in parabola notare apertè studium honorum, quia illud non conueniebat parabolæ. Non enim solent homines studio honorum sese à solenni conuiuio subtrahere, sed potius ob honorum studiũ illud captare. Nec absurdum videri debet, quòd cùm bonum sit coniugium, & ad propagandam sobolem diuina prouidentia cõstitutum, adhibeatur à Domino ad si- E gnificandum id quod excludit à regno cœlorum. Nam quoniam multi per hoc nõ prolis fœcunditatem, sed desideria expetunt, idcirco, inquit Gregorius, per rem iustam significari non incongruè potest res iniusta. Sic enim & villam & pecora emisse, per sese malum non est, nec à regno cœlorum excludit, sed per hæc quæ exemplo conueniunt parabolæ, per quæ scilicet honesto prętextu homines excusare se solent à parato conuiuio, significantur ea quæ à conuiuio cœlesti homines excludunt ob conditiones quasdam in illis repertas. Notandum autem, quòd cum duo priores orent se haberi excusatos, tertius qui vxorem duxerat, quo nomine accipiuntur qui voluptati carnis operam dant, nõ addit illa aliorum verba; rogo te habe me excusatum; sed tantùm; ideo, inquit, non possum venire, vt intelligamus nihil ita obruere animum vt lasciuiam carnis, quæ fastidium imo, obliuionem parit rerum diuinarum. Vnde in Osea Osea 4. dicitur: Fornicatio, & ebrietas, & vinum auferunt cor. Qui enim diuitiis student, ac solicitudinibus distenduntur, non ita ferè vt luxuriosi omnem salutis suæ rationem negligũt, sed cupiunt alios pro ipsis orare, & curam habere, quamuis frustra. Quod autem reuersus seruus nunciauit excusantium responsa domino suo, iratúsq; dominus iusserit alios vocari: significat Dominum offensum Iudæis primò vocatis & venire renuentibus, mandasse Apostolis de recusatione Iudęorum, dolentibus & in oratione corã ipso conquerentibus, aliis prædicari euangelium. Et si per primos illos recusatores intelligantur Iudæorum primores, vt intelligẽdum videtur plerisque, iam per pauperes è vicis ciuitatis introductos ad conuiuium, intelligendi sunt abiecti & plebei Iudæorum, qui à Scribis & Pharisæis habebantur pauperes, debiles, cęci & claudi, vtpote incompositi & indocti, quales plerique per Apostolorum prædicationem post missum spiritum conuersi sunt ad Christum. Cõtempti enim quique magis fidem amplexi sunt, iuxta 1. Cor. 1. illud Pauli: Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes, non multi nobiles, &c. Per eos verò qui extra ciuitatem collecti sunt, & introducti ad cœnam, intelligendi gentiles, ad quos sine lege Dei viuentes vitam plane incompositam, & in viarum varietate errantes post Iudæorũ vocationem missi sunt Apostoli, vt impleretur electorum numerus, qui ex Iudæis compleri non potuit. Si autem, vt quibusdam placet, per primos recusatores intelligãtur in genere Iudęi, iam per pauperes, debiles, cęcos & claudos in vicis ciuitatis repertos, intelligẽdi gentiles, quibus mox postquã Iudęi se reddidissent indignos regno Dei, Apostoli ex mandato Domini Euangelium prædicarunt, qui scilicet vicini erant terræ Iudæorum, aut cum eis in eisdem morabantur ciuitatibus, quos Iudæi vt cæcos & claudos despiciebant, sicut etiam re vera pauperes & miseri erãt coram Deo. Per eos verò qui tertiò vocati sunt è viis & sepibus extra ciuitatem, intelligẽdi quamlibet obscuri populi in extremis orbis angulis commorantes, ad quos deinde prædicatorũ ordo extrusus est, & in finem vsque seculi extrudetur, quousq; impleatur electorum numerus. Ita q; duplici hac missione serui ad eos qui ab ipso Domino non erãt inuitati, significabatur iterum atque iterum miseris gentibus mittendos, qui eas vocãt ad lautitias cœlestes, donec Euãgelium ad omnes orbis angules perueniat, & impleatur domus Domini. Quod autem dicitur seruo iam emisso in vias & sepes, compelle intrare: indicat ardens desiderium & summam liberalitatem Domini cupientis suas delitias quamplurimos communicare: & rursum significat futuram ingentem vim prædicationis Euãgelicæ, ac planè diuinam, quæ effectura erat vt Ethnici qui beluino potius quàm humano ritu degebant, tam subitò ac in tanta multitudine ad tantam philosophiam eucherentur, vt videri possint coacti, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

vis quædam illis illata. Itaque coactio hæc quæ in A exemplo parabolæ, quidem accipi potest propriè, in re per parabolam significata non accipitur propriè. Nemo enim nisi voluntate ingreditur ad cœnam regni cœlestis: at voluntas propriè cogi non potest, cogi tamen & cõpelli eatenus dicitur, quatenus per quædam exteriora inducitur, vt ex nolente fiat volens. Huiusmodi autem coactio qua seruos suos vult vti erga quosdam, quantum est ad propositum Domini, in tribus potissimum consistit. Primùm scilicet in miraculorum operatione, quibus mirè perstracti sunt Ethnici ad fidẽ, & quodammodo coacti, dum non haberent quod contra dicere possent. Secundò, in prædicationis & doctrinæ assiduitate & constantia, dum non cessat doctor omnibus modis errantes ad veritatem per trahere, nunc blandiendo promissis, nunc terrendo æternæ damnationis comminationibus, prout

1. Tim 4. Paulus admonet Timotheum vt faciat: Prædica, inquit, verbũ, insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia. Vnde per Ie-

Iere. 4. remiam Dominus loquitur: Nunquid non verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petram? Tertiò, in vitæ synceritate & integritate, quam si in doctore viderint homines, mirè permouentur ad veritatis quam prædicat susceptionem. His duobus posterioribus modis Paulus se com-

1. Thes. 2. pulisse quodammodo Thessalonicenses insinuat, C cùm scribit: Vos testes estis & Deus, quàm sanctè & iustè & sine querela vobis qui credidistis affuimus, sicut scitis qualiter vnumquenque vestrum (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes testificati sumus, vt ambularetis dignè Deo qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. Præter istum autem cogendi ad cœnam Dei modum, conuenientem seruis à Deo missis, est quidam cogendi modus Deo propriè conuenies, quo scilicet per immissas aduersitates quidã ad ipsum venire quodammodo compelluntur, quomodo Apostolus Paulus ad fidem Christi pertractus est, quomodo etiam plerique fracti quibusdam aduersitatibus, ad Deum à quo receesserant redire coguntur. Ad cuiusmodi similitudinem etiam his D qui Dei vice in terris funguntur, siue in spiritualibus, siue in temporalibus, competit quidem cogendi modus, nimirum quo Ecclesiastici pastores per censuras Ecclesiasticas, & seculares principes per carceres, gladios & mortes, rebelles & inobedientes cogunt ad ordinem redire, aut in suo ordine persistere. De quo cogendi modo, quod ad Ecclesiasticos pertinet, loquitur potissimum Paulus, cùm dicit: Arma malitiæ nostræ non carna-

2. Cor. 10. lia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habẽtes vlcisci E

1. Cor. 4. omnem inobedientiam. Et: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Verùm cùm in parabola sit sermo de compellẽdis his qui necdum ad cœnã recepti sunt, hoc est, his qui sunt extra Ecclesiam, non debet illud, compelle intrare; potissimum intelligi de hoc vltimo cogendi modo. Nam hac compellẽdi ratione non est vtendum, nisi erga eos qui semel susceperunt fidem. D. Augustinus tamẽ intelligit, & intelligendum demonstrat de huiusmodi coactione, ostendens ex hoc loco principum secularium legibus & vindictis rectè hæreticos & schismaticos compelli ad vnitatẽ fidei & corporis Christi, contra eos qui illo tempore volebãt neminem cogendum ad fidem, in quorum sententia etiam se fatetur nonnũquam fuisse, mutasse tamen postea sententiam, cùm perspiceret fructum illius coactionis. Itaq; tractãs hunc locum, vult per pauperes è vicis ciuitatis collectos in secunda serui missione, intelligendas gentes, quæ antequam crediderant, non erant compellendæ, sed leniter introducendæ: per eos verò qui postea è viis & iuxta sepes colligi iussi sunt, & compelli introduci, hæreticos & schismaticos, quorum inobedientia est coercenda & cogenda. Intelligimus, inquit contra B Gaudentium, vias, hæreses, schismata, sepes. Viæ quippe significãt hoc loco diuersas opiniones, sepes autem peruersas opiniones. Et in epistol. ad Bonifacium sic argumentatur: Si miraculorũ terroribus cogendos voluisset intelligi, magis ad eos qui prius vocati sunt diuina miracula facta sunt maximè ad eos de quibus dictum est; Iudæi signa petunt: In ipsis quoque gẽtilibus talia Apostolorum temporibus miracula Euangelium commendauerũt, vt si talibus cogi iuberentur, priores (vt dixi) potius conuiuæ coacti esse merito crederentur. Quapropter si potestate quam per religionem ac fidem regum, tempore quo debuit, diuino C munere accepit Ecclesia, hi qui inueniũtur in viis & sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus, coguntur intrare, non quia coguntur reprehendant, sed quo coguntur attendant. Hæc ille, qui eandem expositionẽ sequitur serm. 33. de verbis Domini. Venerunt, inquit, de plateis & vicis gentes, veniant de sepibus hæretici, hic inueniunt pacem. Nã qui cõstruunt sepes, diuisiones quærunt. Trahantur à sepibus, euellantur à spinis. In sepibus hæserunt, cogi nolunt. Voluntate, inquiunt, nostra intremus. Non hoc Dominus imperauit. Coge, inquit, intrare. Foris inueniatur necessitas, nascitur inde voluntas. Hæc autẽ August. tractatio, etsi sanè sit admodum docta & accommoda, multum ad refellendum errorem illum, quo & suo & nostro D tẽpore hæretici volunt neminẽ authoritate principum cogi debere, exiliis, carceribꝰ & mortibus: tamen altera prius tradita explicatio magis videtur esse genuina, tũ quòd videatur per eos qui in viis & iuxta sepes sunt, magis significare Dominꝰ eos qui necdum crediderunt: tum q̃ per seruum missum magis significentur prædicatores & pastores quàm seculares potestates. Ideo autẽ in tertia potius quàm in prima vel secunda serui missione dicitur; compelle intrare; vt, sicut dictum est, significaretur ardens Domini desiderium, & subindicaretur vehementiorem & constantiorem prædicationem adhiberi oportere gẽtibus potissimum Barbaris, vtpote fortiter à dæmonibus detentis, E & in profundum errorum demersis, qui & pondere peccatorũ depressi vereri meritò potuissent ad cœnam magnifici intrare Domini. Concludit autem Dominus suã parabolam, dicẽs: Dico autem vobis, quod nemo virorum illorũ qui vocati sunt gustabunt cœnam meam. Quæ conclusio videtur dicta potius à Domino in sua persona, quã in persona eius de quo est parabola, vt iam parabolam reducat ad propositum, quemadmodũ in fine aliquando facere solet: tũ quia dicit, dico vobis, cùm prius introducatur paterfamiliãs loquẽs cum suo seruo: tum quia per illud; Dico vobis; Dominus

Augustin. epistol. ad Bonif. 50 & lib. 2. contra 2. epist. Gaudent. cap. 27.

affirmare

affirmare solet id quod attendere auditores vult. A Significatur ergo Iudæos primũ vocatos prorsus destituendos Dei vera cognitione, & à regni cœlestis gaudiis excludendos. Porrò quo & nos & ex huius parabolæ lectione fructum percipiamus, in ipso patrefamiliãs qui cœnam hanc parauit, obseruandum quanta sit Domini benignitas & liberalitas, quòd cùm sumptuosam parasset cœnã, & hi qui soli ab ipso erãt inuitati, & quibus solis ea cœna parata videbatur, sese ab ea subducerẽt, non tamen destitit seruos suos non semel tantùm, sed frequẽter emittere ad vocandũ eos quibus nulla spes B erat fruendi hac cœna, neminem quãtumuis pauperem & miserũ tam honorifica cœna indignum existimans, imò pauperes & miseros nominatim adduci iubens, nec adduci tantùm, sed etiam cogi, nõ prius seruos suos cessare volens quàm domus sua repleta esset, vt ob id meritò nos gentes ipsum honorare & laudare debeamus sup immensa eius erga nos misericordia, vt admonet Paulꝰ. In seruo

Rom. 15. patrisfamiliãs, de quo in parabola, obseruandum, quanta debeat esse pastoris Ecclesiastici cura & diligentia, vt quamplurimos ad conuiuium cœleste C fastidiosis, peculiariter Dominus vocari iusserit.

introducat, quódque omnem suæ prædicationis successum ad Dominum referre debeat, nihil nisi ad illius præscriptum facere, sedulus esse, vt quæ constituta ei sunt exequatur, neminem quantũuis abiectum indignũ existimare sua opera, in hoc vigilanter incumbere vt domus Dei impleatur exvndecunq; collectis, ne satis esse sibi putet si quosdam introduxerit. In his qui vocati sese excusauerunt, obseruandum nobis ne & nos ad cœnam vocati, similibus rationibus subducamus ab ea cùm tempus est introeundi ad eam, ne cùm volũtatem habuerimus intrãdi, intrare non valeamus. Valde enim tremenda illa sententia: Dico vobis, nemo virorum illorũ gustabit cœnam meã. In pauperibus vocatis à vicis & viis obseruandũ, neminem quantumuis peccatis deformatũ, quãtumuis rusticum & indoctum, quantumuis miserũ & contemptum in hoc mundo, se reputare indignũ debere magnifica Christi cœna, si modo vocanti seruo obedire nõ recusет. Imo qui pauper est, miser & abiectus, hoc ipso confidere debet magis, ex Dei dignatione se aptum hoc couiuio, q̃ tales reiectis diuitibus

DOCET OMNIBVS RENVNTIANDVM.

Lucæ 14. CAP. XCII.

IBant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suã, & venit post me, nõ potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendũ: ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? alioquin adhuc illo longe agẽte, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal, si autem sal euanuerit, in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

A. 10. 55.
A. 16. 66. B. 8, 66. C. 9. 66.
A. 5. 39. B. 9. 71.

IBANT AVTEM TVRBÆ MVLTÆ CVM EO, ET CONVERSVS DIXIT, &c.] Docet his Dominus quãti sit esse discipulum ipsius, nec putandum professionem discipulatus sui esse delicatam, cuius doctrinæ occasionem ei dedit, q̃ cum esset aliquando in via ad Hierusalem, & ad crucem pergeret, multam habebat hominum turbam se comitantem, veluti profitentium se illius esse aut optare fieri discipulos. Itaque docet hac occasione Dominus conuersus ad sequentes, non satis esse ad hoc vt quis discipulus eius sit, vt sequatur illum pedibus corporis, sed quiduis, quantumuis magnũ, quantumuis charũ, postponendũ Euangelicæ philosophiæ, deponendos omnes carnales affectus, animúmque parandum ad crucem E cũ ipso baiulandã, quæ etiam suprà Dominus requisiuit Matt. 10. in ca. Concordię 55. & Matt. 16. Marc. 8. & Lucæ 8. in ca. Cõcordię 66. ex quorum locorũ explanatione petẽdus est loci huius intellectus. Dicit ergo: Si quis venit ad me, (gressibꝰ scilicet corporis, vt tunc multi ad illũ venerũt: aut gressibus fidei, vt nunc venire ad ipsum licet) & non odit omnes eas personas quas naturali quodam impulsu homines diligũt: quales sunt potissimum parentes, deinde vxor & proles, tertiò fratres & sorores. Insuper autem quod est omnium difficillimum, si etiam non odit suam ipsius animam, non D potest meus esse discipulus. Porro odiũ hoc quod à discipulo suo Dominus requirit, non est simpliciter accipiendum, sed quatenus hi quos vult odio haberi contrariantur ipsius præceptis, & impediũt hominem ab adhæsione eius ad Christum. Apud Matthæum enim ca. 10. dicitur: Qui amat patrem aut matrem plusquam me; & non simpliciter, qui amat patrẽ aut matrem. Itaq; & hic non simpliciter vult patrem & matrẽ odiri, sed quatenus Christo contrarij. Plus autẽ hic Dominus exigit quàm apud Matthæum. Nã ibi exigit amorem sui supra parentes, hîc vero etiam odiũ parentum propter E sti præceptis & sequela auocat. Sic & propriã animam odire oportet, quia desideria eius nõ tantum debemus sublicere Christo, sed etiã odire in ea id quod Christi præceptis est cõtrarium, vt cum contra Christum optat vitę lõgeuitatem aut voluptates aliquas carnales. Qui autem non sic odit prædictas, non potest esse discipulus Christi. tũ quia non est capax doctrinæ Christi, tũ quia non poterit doctrinæ eius esse executor & obseruator. Requirit enim Euangelica philosophia multa quę sunt humanis affectibus cõtraria: proinde qui illis affectibus adhuc est obnoxius, non potest satis approbare eam philosophiam, & ad obiectam occasionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

superabitur ab affectib⁹ huiusmodi. Quorsum au- A
rem quis animam suam odire debeat, indicat Dominus cùm subiicit: Et qui non baiulat crucem suã, & sic venit post me, id est, me sequitur imitatione, non potest meus esse discipulus. De qua oratione, quod ad primam eius partem pertinet, dictum est circa Matthæi ca. 10. & 16. Cæterum cùm dicitur; non potest meus esse discipulus, dupliciter accipi hic potest nomen discipuli. Primò, vt eo nomine cõprehendatur omnis Christianus. Nam omni bono Christiano necessarium est odium præ dictum, & baiulare crucem suam. Secundò, vt eo nomine intelligatur Dominus solùm comprehendisse tales, quales erant Apostoli & septuaginta
B discipuli, qui scilicet non tantùm euangelica præcepta, sed & consilia obseruare perfectionis vel lent, quomodo hic accipi nomen discipuli, apparet ex eo quod in fine dicitur: Qui nõ renunciauerit omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulus; vbi generali illo modo quo omnis fidelis dicitur discipulus Christi, non videtur nomen discipuli accipi posse, cum non sit omnium Christianorum renuntiare omnibus quæ possident. Iam certum satis nomen discipuli in tribus his locis & sententiis eodem modo esse accipiendum: quare si speciali hoc modo quo postea videtur accipiendum, etiam hic accipiatur, dicendum à futuro discipulo Dominum peculiariter exigere odium parentum, &c. & baiulationem crucis, cum tamen
C hæc omnium sint Christianorũ, quòd ea maximè & sublimiori modo necessaria sunt futuro discipulo. Non enim ei qui perfectionis Christianæ candidatus est, sufficit odire parentes, reliquósque cognatos, & animam propriam, quatenus hi contrarij sunt præceptis Euangelicis, & ab his quæ ad vitam æternam consequendam sunt necessaria auocant, sed etiam quatenus auocant à consiliis Euangelicis, & à perfectione hominem remorantur, ita vt parentes & cognatos relinquat, & animæ suæ etiam in rebus licitis non condescendat: quod qui facit, ad crucem ferendam magis præ aliis debet esse promptus, vt cui plura aduersa sint occursura. De his qui hoc modo oduint parentes
Luc. 18. & cognatos, loquitur postea Dominus, quando Petro dicente: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti D
sumus te; subiũgit: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agrum propter nomen meum, centuplum accipiet.

QVIS ENIM EX VOBIS VOLENS TVRRIM ÆDIFICARE, NONNE PRIVS, &c.] Apertior esset hęc prior parabola, si interpres prononne, vertisset non, quomodo etiam quidam libri habent, & quomodo rectè vertit in posteriore parabola, cum in ea verterit quidam, nónne. Quoniam autem superioribus sententiis Dominus significauit quàm non sit delicata professio fieri discipulum ipsius, & quæ ad hoc sint necessaria; id- E
que ideo significauit, vt eos qui ipsum corporaliter comitabantur, & ostendebant se velle eius fieri discipulos, admoneret seipsos considerare & explorare, num ita essent affecti, vt discipulum eius esse oportebat: ideo parabolis quibusdam & exemplis humanis iam ostendit merito quenquam debere sese dispicere, examinare, & præparare priusquam aggrediatur negotium arduum sanè & nequaquam delicatum. Nec est hic laborandum, vt singula quæ in parabolis istis duabus dicuntur, ei propter quam assumptæ sunt accõmodentur, cum illud vt in nullis parabolis facere sit necessarium, ita multò minus hic, quòd tantum in hoc parabolæ istæ a Domino sint adductæ, vt ex prouidentia quam homines præstant in rebus humanis, non ita magni momenti, si diuina spectes, discamus qua prouidentia ad professionẽ discipulatus Christi nos debeamus præparare. Itaque non est magnopere inquirendum, quid per turrim in parabola significetur, quid per sumptus, quid per decem vel viginti millia, quomodo item mysticè rex impar alterius regis viribus, legationẽ mittens rogat ea quæ pacis sunt. Nam si quis hæc persequi velit, in multas incidat necesse est perplexitates, cùm ea non sit parabolarum ratio, nec ad significandum aliquid mysticè per illa Dominus hæc dixerit, sed tantùm vt ex cura & circunspectione qua aggredi homines solent ardua aliqua negotia humana, intelligamus qua cuta & circunspectione aggredi debeamus arduissimam professionem Euangelicæ vitæ aut perfectionis, vt perinde sit quasi diceret: Quemadmodum turrim ædificare volens, si sapit, non temerè aggreditur quod cogitat, sed antequã iaciat fundamenta, sedens per otium supputat quantis impendiis opus sit ad turrim absoluendam, & si deprehenderit rem familiarem angustiorem esse quàm vt ferre possit sumptus necessarios, abstinet, ne si semel iacto fundamẽto postea desiterit, nõ solum sumptus perdat, sed etiam omnibus fiat ridiculus. Et quemadmodum rex cum alio rege pugnaturus prius apud se expendit vires regni sui, & si compererit vires sibi esse ad conflictum impares, omnibus modis tentat pacem ab eo obtinere, ne si cũ illo confligat, grauius malum ac dedecus ferat: sic multò magis oportet vos expendere robur animi vestri, priusquam profiteamini vos fore sectatores meos, ne si impares huic negotio, quo non est aliud maius aut fortius, à semel cœpto resilueritis, & in grauiorem ignominiã apud Deum & angelos, & in maius damnũ salutis vestræ incidatis. Itaq; Dominus vtroq; istorum similium mouet, & fœdum & simul summi periculi plenum esse, post professionem Christianæ vitæ aut Euangelicæ perfectionis ad seculum hoc rursus deficere: sicut fœdum & damnosum simul est, in ædificium domus sumptus fecisse, neq; potuisse perficere. Sic enim pecunia & domo carẽdum est. Ita si imparibus copiis hosti occurrat, impẽsæ perduntur, & vita multorum in discrimen adducitur. Quare monet vt quam circunspectionem excitat in hominibus erga humana negotia, pudoris & damni consideratio, eandem erga diuina negotia in nobis excitet eorundem consideratio. Turpe enim esse & indignum, vt in hoc negotio diuino planè & arduissimo simus improuidi, qui in aliis leuioribus tam sumus circumspecti. Porrò quanquam hic sit scopus harum parabolarum à Domino intentus, non tamen mysterio carere videtur, quod Dominus peculiariter mentionẽ ingerit hominis ædificare turrim volentis, & regis in pugnã contra alium egressuri: sed priori quidem similitudine significauit discipulum suum similem esse ei qui non domum quãuis, sed excelsam turrim parat ædificare, quod perfectiorẽ vitam meditetur, quæ ab infidelium aut imperfectiorum fidelium conuersatione longe sit subleuata, & in cœlis peragatur; constructa ex multis bonarũ operationum virtutibus, veluti lampadibus quibusdã, ad cuius

ædificatio

ædificationem multa veluti sumptus quidam sint A
insumenda, nempe amici omnes, anima ipsa, & facultates vniuersæ, ac proinde ipsum sedentem, hoc est, quieta mente cogitare & expendere diligenter debere seipsum, num ferre possit hos sumptus ad talis ædificij ædificationem necessarios. Sic & posteriori similitudine significauit, discipulum suum veluti regem esse, qui eum alio sit concertaturus, quòd ipsum oporteat carnalibus imperare affectionibus, & in pugnam non leuem se parare contra carnem, mundum, & satanam, hostem sanè longè nobis superiorem, si nosipsos tantùm spectemus: proinde necesse est huic qui illi se hostem gerere velit, vt secum quieta mente dispiciat num possit suis viribus adiutis Dei gratia occurrere ei. Pulchrè autem, inquit Cassianus libr. B
de spiritu philargyriæ cap. 15. hic cum decem milibus, & ille cum viginti venire describitur. Amplior enim vitiorum nos impugnãtium numerus est, quàm virtutum pro nobis dimicantium. Cæterùm quemadmodũ superiores Domini sententiæ accipi possunt & generaliter, vt ad omnes pertineant Christianos, & specialiter, vt ad eos pertineant qui Christi & Apostolorum perfectionem sectantur: ita etiam hæ parabolæ accipi possunt, vt aut generaliter omnes doceat Dominus quid faciendum his qui Christianam vitam ambiunt, aut speciatim, quid his qui perfectionem Euangelicam sectantur. Quòd si parabolæ accipiantur dictæ propter eos peculiariter qui perfectionis sunt studiosi, iam intelligi potest significari præstare vt
C qui sentit se imparem adhuc ad perfectionem aggrediendam, desistat potius, & in communi Christianorum vita perstet, quàm aggrediatur quod se putat non posse exequi. Si verò accipiantur dictæ generaliter propter eos qui Christianã vitam amplecti volunt, non est intelligendum his parabolis Dominum voluisse præbere potestatem vt quis sine peccato fiat discipulus eius vel non, sed tantùm significasse, antequam quis nomen det sibi, expendendum quid negotium illud requirat, ac melius esse non inchoare, quàm post inchoationem deficere, quomodo Petrus dicit de quibusdã:
2. Pet. 2. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Proinde D
quod Dominus hic parabolis docuit, simile est ei
Eccles. 2. & 32. quod per Sapientiam apertè dicitur: Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, præpara animam tuam ad tentationem. Et: Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.

SIC ERGO OMNIS EX VOBIS QVI NON RENVNCIAT OMNIBVS QVÆ POSSIDET, &c.] Videtur Dominus hic iam suas parabolas applicare suo proposito, cum dicit: Sic ergo; verum ea applicatio satis est obscura, quòd inter id quod in parabolis dictum est faciendum esse ei qui vult ædificare turrim, aut in pugnã exire, E
nempe computare sumptus, & id quod hic dicitur faciendum futuro discipulo, nempe renunciare omnibus quę possidet, nulla sit similitudo. Deinde cum prędictæ parabolę adductę sint ad probandũ quod dixit de odio amicorum & cruce baiulanda, nunc infertur aliud ab illis de renunciandis omnibus possessionibus. Proinde videtur hæc conclusio sic intelligenda: Ergo vt ad eum modum quo ædificaturus aut pugnaturus vires suas expendit, etiam vos in negotio discipulatus mei robur verstrum libretis, scitote quod qũisquis ex vobis non etiam quemadmodum dixi de odiendis amicis & cruce baiulanda, renunciat omnibus suis possessionibus, non potest meus esse discipulus. Vt aduerbium, sic, non tantum indicet parabolarum applicationem, sed etiã illud, quòd, sicut superius dictum est, si quis non oderit, & qui non baiulat crucem suam, nõ potest esse discipulus: ita etiam discipulus non potest esse, qui non etiam renũciauerit omnibus possessionibus. Est autẽ renunciare omnibus possessionibus propriè, eis spõte cedere, & veluti vale dicto eas dimittere: quomodo eis renũciauerunt Apostoli, in quorũ persona postea dicit
Matt. 19 Petrus: Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te. Vnde istud proprie ad eos pertinet, qui nõ simpliciter volunt esse discipuli Christi, quomodo omnes in eum credentes dicuntur illius discipuli, sed ad eos qui sic discipuli dicerentur, quomodo Apostoli & septuaginta discipuli, quorũ perfectionem omnes fere primi credentes sectati sunt, velut necessaria esset possessionũ renunciatio, sicut sane in primis fidelibus ob mũdi conuersionẽ multum erat necessaria huiusmodi declaratio contemptus rerũ terrenarum. Nõ enim in primitiua Ecclesia primi fideles curiosè distinguebãt inter præcepta & consilia Euangelica, sed feruore deuotionis accensi, quicquid erat Euangelicæ doctrinę velut præceptũ amplexabantur & seruare studebãt, vt patet in his qui post ascensionẽ primi crediderunt in Ierusalẽ. Sicut tamen omnia præcedentia, quanquam maxime ad perfectionis Euãgelicæ studiosos pertinẽt, etiam suo modo pertinent ad omC nes Christianos, ita etiam & quod hic exigitur. Oportet enim omnem bonũ Christianum si non reipsa, saltem affectu renunciare omnibus possessionibus suis. Id fiet si animum illis nõ apponat, & paratus sit ea potius perdere quã facere quæ Christi præceptis sunt contraria; vt sicut odire debet amicos suos, & animã suam cũ Christo sunt contrarij: ita & relinquat possessiones suas, cũ earum retentio consistere non posset cum obseruatione mandatorum eius. Itaq; hoc modo accepit hic renũciare omnibus possessionibus Venerabilis Beda, qui distinguit inter renunciare omnibus & relinquere omnia. Paucorum enim, inquit, perfectorum est relinquere omnia, hoc est, curas mũdi post ponere: cunctorũ autem fidelium est renunciare omnibus, hoc est, sic tenere quæ mundi sunt, vt tamen per ea non teneantur in mundo. Dominũ tamen potissimũ loqui de renunciatione reali qua Apostoli omnia sua reliquerunt, & quam imitari debeant Apostolicæ perfectionis studiosi, etiã patet ex sequentibus, cùm subditur: Bonum est sal. Nam illud cum seqnentibus dictum est peculiariter de Apostolis, Matt. 5. & Marc. 9. Et tamen etiã parabola salis ad omnes Christianos suo modo pertinet, quandoquidem omnes tales esse debent, E
vt suæ cõuersationis & sermonis acrimonia, aliorum vitam insulsam cõdire possint, & à corruptione proximos eximere, ita vt tota hæc Domini doctrina peculiariter quidem pertineat ad primitiuæ Ecclesię fideles, & eos qui modo illorũ perfectionem sectãtur: generaliter tamen etiam suo modo ad omnes cuiusuis tẽporis Christianos pertineat, & admiranda sit Christi doctrina, vt quæ diuersis & admiranda sit Christi doctrina, vt quæ diuersis seculis, diuersisq; hominibus, cùm eadem sit, conseculis, diuersisq; hominibus, cùm eadem sit, conueniat diuersimodè pro exigẽtia status & vocatio Adiicit autem Dominus parabolam sanis eorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis hoc loco,qua & alibi vsus est,vt etiam per eam ostendat quanta esse debeat perfectio eorũ qui volunt fieri discipuli eius,& eos meritò expẽdere debere num ad huiusmodi munus pares esse possint. Bonũ,inquit,id est,bona res & vtilis est sal, quam diu scilicet vigorẽ habet. Valet enim & seruandis & condiendis omnibus cibis. Si autem sal euanuerit, id est, insipidum fiat,& vigorem suum perdat, nec perditum suum vigorem recuperare aliqua re potest, nec adeo vllius essẽ vsus, vt nec in terram, nec in sterquilinium vtile sit, in quod alioqui omnes mittũtur corruptiones,ita vt prorsus illud abiici oporteat,| conculcandum ab hominibus. Ita etiam significat Dominus præclarã rem,esse discipulum eius, atq; hunc sali similẽ esse oportere, vt sua tum vita, tum cõuersatione aliorũ corruptiones consumat: verùm videndũ ne qui aliis vice salis esse debet,ipse insulsus aut sit aut efficiatur. Sic enim futurũ vt veluti planè desperatus & omninò inutilis,longè cõtemptius abiiciatur in gehennam,quàm si salis locum nunquã occupasset. Adiecit autẽ Dominus post hæc,quod solet cùm maximi momẽti res monuit,quæ & dignæ essent summa animaduersione,& sine pressa attentione non possent intelligi,non solum propter parabolarum obscuritatem, sed multò magis ob rem à vulgi captu & affectibus alienam: Qui habet,inquit,aures audiẽdi,audiat. In qua oratione toties obuia apud Euangelistas & in Apoca. pro gerundio,audiendi, Græcis est infinitiu⁹ ἀκούειν, qui clarius verteretur per gerundium cum accusatiuo,ad audiendum: & sicut accipitur audire proculdubio pro attẽdere & expendere mente,ita de auribus nõ corporalibus, sed spiritualibus est sermo, vt sit sensus: Cui datæ sunt aures mentis aptæ ad attendendum his quæ dicuntur,eaq; expendendum ac intelligendum, is audiat, hoc est, attendat,& attendendo expendat, atque expendendo intelligat. Cæterum circa illud quod nos habemus; qui non renunciat omnibus quæ possidet; sciẽdum quòd Augustinus in Epist. ad Lætum,quæ est numer. 38.legit; qui non renunciat omnibus quæ sunt eius; & intelligit hanc vltimam conclusionem idem significare cum præcedentibus in principio sententiis,aut saltem eas includere. In eo enim,inquit, quòd vnusquisque renunciat omnibus quæ sunt eius, etiam illud continetur,vt oderit patrem suum,& matrem,& vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam. Omnia enim hæc propria eius sunt, quæ plerunque implicant & impediũt ad obtinenda non ista propria temporaliter transitura, sed in æternum mansura communia. Quo enim modo ibi nunc quædã mulier mater est, hoc ipso vtique non est mihi. Hæc ille, qui in sequentibus diligenter expendit pronomen, tuum,| & tuam, patrem tuum & animam tuã. Græca tamen habent, πᾶσι τοῖς ἑαυτῆ ὑπάρχουσιν. At ὑπάρχοντα Græcis dicũtur facultates & possessiones. Vnde Matth. 19. cũ nos legimus dictum iuueni diuiti: Vade,& vẽde omnia quæ habes; Græcis est τὰ ὑπάρχοντα.

IN FESTO ENCÆNIORVM ERIPIT SE LAPIDANtium manibus. IOAN. 10. CAP. XCIII.

Facta sunt autẽ encænia in Hierosolymis,& hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circũdederũt ergo eũ Iudæi,& dicebant ei: Quousque animã nostram tollis? si tu es Christus,dic nobis palã. Respondit eis Iesus: Loquor vobis,& nõ creditis,opera quæ ego facio in nomine patris mei,hæc testimoniũ perhibent de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas,& sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi,maius omnibus est:& nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi,vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderũt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cùm sis,facis teipsum Deum. Respõdit eis Iesus: Nõne scriptum est in lege vestra: Quia ego dixi, Dij estis? Si illos dixit Deos,ad quos sermo Dei factus est,& non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit & misit in mundum,vos dicitis, Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum. Si non facio opera patris mei,nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere,operibus credite,vt cognoscatis,& credatis,quia pater in me est,& ego in patre. Quærebant ergo eum apprehendere,& exiuit de manibus eorum. Et abiit iterum[a] & venit in fines Iudææ, † trans Iordanem[a] in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum,& mansit illic & sequutæ sunt eum turbæ multæ,[c] & conueniunt[b] iterum[c] turbæ ad eum,[b] & sicut consueuerat, iterum docebat eos,[a] & curauit eos ibi.[d] & dicebant, Quia Ioannes quidem signum fecit nullum: omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc,vera erant. Et multi crediderunt in eum.

A.19. B.10. † b vltra c d & a multi venerunt.

FACTA SVNT AVTEM ENCÆNIA IN HIEROSOLIMIS, ET HYEMS ERAT.] Post ea quæ habentur in Lucæ cap. 14. priusquam subiungeretur cap. 25 cũ sequentibus, interserenda omnino videbatur hæc ex Ioanne historia de gestis in festo Encæniorum, idque hac ratione, quia in fine huius historiæ dicit Ioannes Dominum postquam è manibus Iudæorũ exiuisset, abisse iterum trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans primùm. Hanc autem in istum locum protectionem omnino verisimile est etiam indicasse & Matthæum cap. 19. & Marcum cap. 10. cùm dicunt Dominum deserta Galilæa venisse in fines Iudææ trans Iordanem, vt supra ostensum est cap. Concordiæ 73. & ipsa alioqui narratio satis ostendit. Nam omnes hi tres Euangelistæ trans Iordanem Dominum profectum testantur, ac multos ibi conuenisse ad eum: Matthæus autem dicit eum etiam illos curasse, quod cum eo conuenit quod habet Ioannes, illos admiratos Christi miracula dixisse; Ioãnes quidem signum fecit nullũ, &c. Iam Matthæus & Marcus commemorant in hoc trans Iordanem loco Dominum Phatisæis ipsum interrogantibus disseruisse de matrimonij indissolubilitate. Id autem, etsi paucis verbis, etiam Lucas inter alia cap. 16. Phatisæis dictum narrat, quare

quare cum caput Lucæ. 15. nõ potuerit separari à capite eius 16. ob continuam verborum Christi & doctrinæ eius coram Phatisæis commemorationem necessarium fuit âte caput Lucæ. 15. premittere historiã ex Ioanne de gestis in Hierusalem in festo Encæniorum. Qui contextus quã bene se habeat,ipse per seipse satis ostendit. Siquidem cum eo quod tres Euangelistæ dicunt ad Dominum in loco trãs Iordanẽm existentem conuenisse multos,bene conuenit quod in principio cap. 15. dicit Lucas: Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirent illũ: quos eo in loco quẽ alii tres expresserunt, accessisse ad Dominũ, satis patet ex prædicta ratione. Nam Lucas veluti vno eodemque & loco & tempore cõmemorat dicta à Domino præsentibus Pharisæis,imo occasione Pharisæorum,quæ habentur capitibus eius. 15. & 16. inter quæ etiã est quod ad illos dixit de matrimonij indissolubilitate,qd ex Matthæo & Marco ad illos dictum in hoc trans Iordanem loco cõstat. Præmittenda ergo necessario fuit hęc ex Ioanne historia,vt Christum ad eum deducamus locũ, vbi dicta sunt quę Matthæus, Marcus & Lucas cõmemorãt. Porro dictio illa Græca quæ est apud Ioannem, Encænia, significat festiuitatem quandam Iudæorum, quã celebrabant in memoriam templi didicati & initiati, qualem nos dedicationem vocamus. Sonat enim Græcis ἐγκαινια, quasi dicas Latine sitialia, ab ἐν & καινος, id est, nouũ, vnde ἐγκαινίζω & ἐγκαινεω, innouo, initio, dedico. Nam vt Latinis initiare significat dedicare,& sacris addicere, ac consecrare: ita Græcis ἐγκαινίζειν, cum illud proprie significet innouare, sicut apud nos initiare proprie est incipere, vnde testatur Diuus Augustinus vsum suo tempore habuisse, vt si quis nouatunica indueretur, encæniare diceretur. Cæterũ quo intelligatur in cuius dedicationis memoriam hæc encænia apud Iudæos celebrabantur, aduertendũ in scripturis legi de triplici dedicatione templi Iudaici. Prima est quæ legitur 3. Regum 8. facta sub Salomone in mense septimo, qui correspondet nostro septembri. Sic enim ibi legitur: Dedicauerunt templum Domini rex & omnes filii Israel; vbi ,p, dedicauerunt, Græcis est verbum deriuatum à dictione ἐγκαινια, ἐνεκαινισε. Et sequitur: Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo septẽm diebus & septem diebus, id est, quatuordecim dieb. Præuenerũt enim solemnitatem tabernaculorum septem diebus ,p dedicatione templi. Verum cùm in memoriam huius dedicationis non legatur, nec fuerit apud Iudęos instituta annua aliqua festiuitas, deinde cũ ea dedicatio celebrata fuerit in mense septimo, vt testatur historia, hoc est, autumni tempore, hæc vetò Encænia in hyeme Ioannes testetur celebrata, certum est in memoriam illius dedicationis hæc Encænia non fuisse celebrata. Secunda fuit templi dedicatio, quæ facta est post secundi templi ædificationem à reuersis è captiuitate Babylonica, de qua legitur 1. Esdræ 6. & 3. Esdræ 7. & facta videtur fuisse in mẽse Adar, qui illis est duodecim⁹, correspondens nostro Februario. Sic enim legitur 1. Esdræ 6. Compleuerunt domum Dei istam, vsque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sext⁹ regni Darii regis. Fecerunt autem filii Israel sacerdotes & Leuitæ & reliqui filii trãsmigrationis dedicationem domus Dei in gaudio. An autem in hoc mense Adar,& quo mensis die hæc dedicatio fuerit celebrata, ex scripturis sacris non potest cõstare, sed Iosephus dicit eam celebratam 25. die mensis Adar, paulo scilicet ante festum Pachæ, de quo sequitur apud Esdram. Hoc autem loco pro eo quod nos habemus dedicationem, Græcis est dictio hoc loco posita ἐγκαινια, significans hic non festiuitatem annuam, sed ipsam templi consecrationem. Et in huius quidem dedicationis memoriam, Encænia, de quibus hic est mentio, fuisse celebrata existimant Chrysostomus, Theophylactus, & post hos quidam. Verum nec hæc sententia est probabilis ob easdem illas causas. ob quas certum est hæc Encænia non fuisse celebrata in memoriam dedicationis Salomonicæ. Neque etiã legitur nec fuit ob hanc dedicationem annuã festiuitas instituta, neque ei sententiæ conuenit quod Ioannes dicit: & hiems erat. Tertia fuit dedicatio facta mense nono (qui correspõdet fere nostro nouembri) à Iuda Machabæo, post repurgationem templi ab Antiocho prophanati, & extructionem noui altaris, quæ dedicatio nõ templi proprie fuit 1. Mach. 4. sed altaris tunc recenter extructi. Sic enim de hac legitur: Et cogitauit de altari holocaustorũ quod prophanatum erat quid de eo faceret. Et incidit illi consilium bonum, vt destruerent illud, ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminauerũt illud gentes, & demoliti sunt illud, & ædificauerunt altare nouum secundũ illud quod fuit prius, &c. & post pauca: Et ante matutinum surrexerunt quinta & vicesima die mensis noni (hic est mensis Casseu) centesimi quadragesimi octaui anni, & obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum quod fecerunt. Secũdum tempus & secundum diem in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est. Et sequitur: Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia. In huius dedicationis memoriam Encænia, de quibus hic mentio fit, fuisse celebrata, patet tum ex eo quod hyemis tempore hæc sit facta, tum quod à Iudamachabæo instituta fuerit annua festiuitas ob factam illam templi purgationem & altaris dedicationẽ, quæ & hodie dicitur à Iudæis celebrari. Sic enim subditur loco prædicto: Et statuit Iudas & fratres eius & vniuersa ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum, per dies octo à quinta & vicesima die mẽsis Casleu, cum lętitia & gaudio. Hinc 2. Machab. 1. Iudæi Hierosolymitani dicũtur & scripsisse Iudęis in AEgypto habitantibus, vt & ipsi hanc festiuitatẽ in mense nono, qui Casleu dicitur, celebrarẽt. Sic enim ibi legimus: facturi igitur quinta & vicesima die mensis Casleu, purificationem templi, nec ista rium duximus significare vobis, vt & vos quoque agatis diem scenopegiæ, & diem ignis, qui datus est, quando Nehemias ædificato templo & altari obtulerit sacrificia. Vbi notandum obiter nostrã lectionem corruptam esse vitio scriptorũ, vt est verisimile. Legendum enim esset, vt & vos quoque agatis vt diem scenopegiæ, &c. quemadmodũ ex Græcis patet codicibus, quihabent ὡς ποιησητε καὶ τὴν πυρὸς. Non enim exigunt, celebrari festum scenopegiæ, id est, tabernaculorũ, quod in septimo mense, qui dicitur 3 Reg. 6. Ethanim, celebrandũ erat, sed vt ad instar illius festiuitatis celebrent altaris dedicationem, nimirum octo diebus, & cum ramis palmarum, quemadmodũ eiusdẽ libri cap. 10. explicatur, vbi sic dicitur: Qua die autem tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit ea A dem die purificationē fieri vicesimaquinta mēsis, qui fuit Casleu, & cum lætitia diebus octo egerūt in modum tabernaculorum, recordantes quòd ante modicum temporis diem solennem tabernaculorū in mōtibus & in speluncis more bestiarū egerant. Propter quod thyrsos, & ramos virides & palmas præferebat ei qui prosperauit mundare locum suum. Et decreuerunt cōmuni præcepto & decreto, vniuersæ gēti Iudæorum omnibus annis agere dies istos. Fuerūt autē & aliæ dueſestiuitates (vt hoc obiter indicemus) institutæ Machabæorū tempore: altera à Iuda Machabæo propter occisiō nē Nicanoris, celebranda tertia decima die mēsis Adar, pridie diei Mardochæi, vt scribitur 2. Macha. vltimo: altera à Simone eius fratre, cum arx Sion recepta esset ab hostibus, & mundata, quæ festiui- B tas celebranda erat tertia & vicesima die mēsis secūdi, vt scribitur 1. Machab. 13. Sed verisimile has festiuitates mox exoleuisse, vt nec hodie à Iudæis seruātur. Cæterū quoniā ex institutione Iudę Machabæi, Encænia adhuc tēpore Christi seruabātur, patet quanta fuerit etiam tunc apud Iudæos authoritas iustorum à Machabæis, vt mirum nō sit si ecclesia libros Machabæorum tanquam canoni cos recepit. Rursum hinc etiā licet colligere argumentū contra eos qui præter authoritatem scripturæ nihil putant hominibus præcipi posse aut C institui aliquid noui ad Dei cultum pertinēs, cum festiuitatē hanc ab hominibus institutam, sua etiam præsentia Dominus dignatus sit cohonestare.

ET AMBVLABAT IESVS IN TEMPLO IN PORTICV SALOMONIS.] Ambulat Dominus in hac festiuitate non in plateis, sed in domo patris sui, quasi paratū se offerēs ad docendum & benefaciendum. Ne autem in ipsis interioribus templi, aut in eo quod propriè erat templū, in quo non licebat ambulare, sed nec ingredi nisi solis sacerdotibus, ambulasse Dominus putaretur, adiecit Euangelista; in porticu Salomonis, loco scilicet ad ambulandum parato, in quo verisimile est Dominum docuisse, quoties in tēplo docuisse dicitur. Dicitur autem porticus Salomonis, non quod eam Salomon ædificasset. Nā quam Salomon ędificauerat, vna cū templo à Chaldæis in D cendio perierat, vt satis patet ex 4. Reg. vltimo: sed forte quod eodem loco & ad similitudinem eius quam Salomon olim ædificauerit, hæc porticus constructa fuerit, aut quod in ea vel stare ad loquēdum populo cōsuetus sit Salomon, aut demorari pro sacrificiis peragendis. Nam certa ratio nō constat nec redditur à commentatoribus. De porticu autem quadā ante tēplū cōstructa à Salomone sic legitur: Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensurā latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudi
1. Reg. 6. nis ante faciem templi.

CIRCVNDEDERVNT ERGO EVM IVDÆI, ET DIXERVNT EI: QVOVSQVE, &c.] Ergo, inquit, quoniam scilicet eum iam præsentem habebant, & in conuenienti loco, Iudæi ve luti ex condicto conuenientes aduersus eum, circumcinxerunt eū, ne scilicet elabi & effugere posset, ni prius illorum voluntati satis fecisset, & veluti cupidi discendæ veritatis, cum re vera ansam calūniandi venarentur, dixerunt ei. Quousque animam nostrā tollis, id est, suspendis, hoc est. Quādiu animos nostros aut nos suspensos tenes verbo rū tuorū, ambiguitate: Si tu es ille Christus, quem expectamus (nā Græcis dicitur cū articulo ὁ χριστὸς) dic nobis palā & libere, posito scilicet omni metu & verborū inuolucro. In qua quidē quæstione mire patet malitiosa Iudæorum insipientia, tū q cum velint de se perhibere testimonium, de quo prius dixerant: Tu de te ipso testimoniū perhibes, testimonium tuum non est verum, tum quod iā aperte sibi dictum velint, quod prius aperte satis & verbis indicauerat & operibus comprobauerat Dominus, fingentes se cognoscēdę veritatis cupidos quā ex superioribus Domini verbis & factis agnoscere noluerunt. Non enim bona mēte istud quærunt, sed subdole, vt si fateretur aperte se esse Christū, propriis oris eius verbis accusare posset apud Pilatū. Opera enim eius incusare non valentes, captionem quandā ex verbis eius inuenire cupiebant. Iā & hinc considerare licet eorū peruersitatem, q cum per sermonē erudit, & ad credendum, in se admonet, dicunt ei: Quod signum ostendis nobis, quid operaris vt credamus tibi, vt patet Ioā. cap. 6. Cum autē opera demonstrat quæ ipsum arguebāt esse Christū, dicunt ei: Si tu es Christus, quemadmodū multi propter opera tua existimant, dic nobis palam. Dominus autem etsi eorū vafriciē compertam haberet, & multis modis quę stionis eorum tum malitiam, tum insipientiam re fellere posset, ac dicere, qui fit vt testimoniū meu C requiratis, quem prius Samaritanorum ac dęmoniacum asseruistis, de quo & dixistis, testimoniū tuū de te ipso non est verū; & constituistis vt extra synagogā fieret quisquis me Christū cōfiteretur, mansuete tamē illis respondet, docens nō in omnibus cearguēdos esse rētatores, sed multa patienter ferēda. Dicit ergo frustra eos quærere vt diceret num esset Christus, cū quod cum prius id satis dixerit, credere tamē noluerint: tum quod opera ipsius aperte testarētur quis esset, quib. potius credendum fuerat; quā verbis ipsius. Loquor, inquit, vobis, & non creditis: Vbi pro loquor, Græcis est εἶπον, id est, dixi, quod scilicet ego sim Christus. Id em̄ satis supra significauit. Itaq; sensus est: Iam aliquoties dico & dixi vobis quod quæritis, nec tamē creditis mihi. Quid ego opus est rursum dicere? Ipsa opera quæ facio, id est, miracula quę ędo in nomine patris mei, id est, ex mandato & potestate patris mei, hæc testimoniū perhibēt de me certissimum. Testantur enim me missum à Deo, & me eius esse filium, cū eū prædicem patrem meū, in cuius nomine hæc constat fieri. Sed vos vt non creditis verbis, ita nec factis meis, idque mirum nō est, quia nō estis ex ouibus meis, quos ab æterno mihi pater designauit, & cōmendauit. Oues enim meæ, hoc est, electi & prædestinati à pare vocem meam tanquā sui pastoris vocē audiūt, hoc est, agnoscunt credentes & obedientes mihi, & ego vicissim agnosco eas pro meis ouib. curā eis pastoralē impendens. Et quoniā illæ vocem meam agnoscunt, ob id sequuntur me tanquam E suum pastorem, qui eos ad læta educit pascua, nec falluntur sequentes. Nā ego eis sequentibus do & in præsenti per fidē, & maximē in futuro seculo vitam æternā, nec peribunt in æternum, mea mirum manu eas protegente, &, id est, quia nemo rapiet eas è manu, hoc est, potestate & protectione ac possessione mea. His autē verbis alluditur ad ea quæ ante hāc historiam Ioannes commemorauit dicta Iudæis à Domino de ouibus & pastore, proinde

proinde horum plenior intellectus ex his quæ ibi A dicta sunt & annotata pendet. Hic tamē dubitari potest, quomodo dicat Dominus: Non creditis mihi, quia non estis ex ouibus meis. Esse enim ouem Christi, est esse electum & prædestinatum, sed diuina electio & prædestinatio non est sita in nostra potestate, ergo nec culpandi erūt qui non credūt, si ideo nō credūt quia non sunt ex ouibus Christi, hoc est, quia nō sunt electi. Ad quod dicendū, quod & esse ouē Christi & credere, partim in Dei gratia, partim in nobis sitū est. Nemo enim credit nisi quē pater præueniente sua gratia trahit, & tamē nemo etiā credit nisi volens, sic vt quis sit ex ouibus Christi, partim est ex gratia prædestinationis, partim ex spontanea credentis voluntate. Ita etiā vt quis non credat, nec sit ex ouibus Christi, partim in Deo situm est, qui gratiā fidei iusto suo B iudicio non dat, & quo sdā nō prædestinauit, partim in hominibus qui credere recusant, & ab ouibus Christi sese sua praua separant voluntate. Itaque dū dicitur: Nō creditis mihi quia non estis ex ouibus meis; intelligi potest reddi ratio incredulitatis eorū, vel ex parte ipsorum, quia scilicet nollēt esse ex ouibus ipsius, & suo vitio nō essent oues Christi: vel ex parte Dei, quia scilicet nō essent ex electorū numero. Atque ad id magis videtur Dominus respexisse, vt significeturideo non esse datū eis credere, quia non essent ex electorum numero, ex quo si fuissent, datum vtique etiam eis foisset credere, sicu in Actis dicit Lucas, ad prædicationem Pauli credidisse quotquot erant præordinati ad vi tam æternam. Non esse autem electū, non est cau- C sa incredulitatis proprie dicta, sed causa per accidens, vt loquūtur physici, quomodo scilicet absentia nautę, causa est submersionis nauis. Hinc ergo discimus, vt ex aliis scripturæ locis, fidem esse donum Dei, & effectum prædestinationis diuinæ.

PATER MEVS QVOD DEDIT MIHI, MAIVS OMNIBVS EST: NEMO.] Hic probat Dominus quod dixit, non rapiat oues meas quisquam de manu mea. Probatur autem id apertius & clarius secundū lectionem Græcorum, qui habent hoc loco: Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est. Secundum quam lectionem hic est sensus & argumentatio. Hinc constat quod nemo poterit manu mea rapere oues meas, quia D pater meus qui dedit mihi oues meas, maior est, id est, fortior & potētior omnibus, & proinde nemo potest eas rapere de manu patris mei, quate nec è mea manu quisquā rapere poterit, quia ego & pater vnum sumus, natura & potentia. ac proinde vna est & mea & patris manus, vt quod de manu illius nō potest eripi, nec è mea possit rapi. Secūdū nostrā tamen lectionē legerunt D. Augustinus & Hilarius, hunc sensum intelligētes: Id quod pater meus dedit mihi, natura scilicet & potestas, quā pater meus generando dedit mihi, maius omnibus est, hoc est, superat omniū siue hominū, siue dęmonū vim, & præterea nemo potest rapere quicquā E de manu patris mei, ac proinde nec de mea, quia ego & pater sumus vnū per naturā & potentiam. Itaq; secundum hanc lectionem & intelligentiam duplici ratione probat Dominus quod dixerat, & illud, dedit mihi, accipiendū de datione æterna per generationē, cum secundū alteram lectionem vna tantum sit ratio, & intelligi possit pater dedisse filio oues etiā secundum humanitatem. In nostra tamen lectione, quidā per id, quod dedit pater, in telligunt ipsam ecclesiam & oues Christi, iuxta illud supra ca. 10. 6. Omne quē dat mihi pater, ad me veniet. Istud autē datū à patre filio, maius omnibus esse intelligūt, siue quia filio charius sit quā vniuersa creatura, sic enim intelligit Titelmanus, vt significet se nō permissurum oues suas perire & eripi sibi, quod eas omnibus rebus pluris faciat. Siue quia grex Christi, etsi ex sese pusillus & infirmus, tamē Christi & patris virtute, omnibus suis aduersariis superior sit. Sic enim accipitin annotationib. quidam. At D. August. & Hilarii interpretatio probè se habet, vt nō sit necesse huc cōfugere. Porro per illud, Ego & pater vnum sumus, apertissimè cōuincitur & Sabellii hæresis & Arrii. Nā per verbū, sumus, personarum pluralitas significatur: per vnum verò, naturæ vnitas. Non enim accipi potest illud, vnum sumus; dictum tantum de vnitate voluntatis, quemadmodum voluerunt Arriani, vt hoc testimonium, quo contra eos nullū est apertius, eriperent Catholicorum manibus. Nā si tantum ratione vnitatis voluntatis dictum sit hic; ego & pater vnum sumus; non conuenit hęc sententia præsenti loco, quia sic intellecta nō est efficax ad ostendendum id ad quod ostendendū pronunciata est, nimirum ex eo quod nemo quicquā rapere potest è manu patris, recte consequi, neminē etiā oues rapere posse e manu filii. Id nō satis animaduertit quidam, dū in annotationibus super epistolā 1. Ioannis, scribit ex hoc loco Arrianos nō posse cōuinci, & probabili cōiectura videri posse istud dictum de consensu animorum, sicut illud Ioann. 17. Pater sancte serua eos in nomine tuo, vt vt sint vnū sicut & nos. Sane Iudæi ipsi illud, Ego & pater vnū sumus, de naturæ & potestatis vnitate, non autem de consensu animorum dictum se intellexisse demonstrauerunt cū ex his verbis intellexerunt Dominum se significasse esse Deum, quorum intelligentiā Domin⁹ nō reprobat, sed cōfirmat. Nō enim dici potest Iudæos intellexisse Dominum se significasse Deum esse, non quia dixit ego & pater vnum sumus, sed quia Deum vocauit patrē suū, quemadmodum quidā, ex sequentibus putat colligendū. Nā & alias frequenter Dominus Iudæis loquens. Deum patrem suum vocauit, nec tamē quando aliud non adiecit, ex ea sola appellatione intellexerunt eum blasphemare, & significare se deum esse, deinde cum Ioanne Euangelista post ea verba, Ego & pater vnum sumus subiunxerit. Sustulerūt ergo lapides Iudęi, satis significat occasione eorum verborū quæ à domino dicta vltimo loco commemorauit, Iudæos ad lapides cucurrisse. Proinde cum Arriani hac quidem in parte Iudæorum impietatem sectati sint, quod simul cum eis non potuerunt ferre assertionem æqualitatis filii cum patre, in eo tamen superauerunt Iudæorū & impietatē & cæcitatē, quòd his clarissimis domini verbis noluerunt intelligere significatam à domino æqualitatē sui & patris, quā E significatam his verbis ob eorum claritatem & dilectionem, Iudæi bene intellexerunt. Hi ergo Iudæi, quoniam eam æqualitatem significatam illis verbis intelligebant, vt vere significabatur, existimantes eam assertionem blasphemiam esse, lapides rursum tollunt, vt & suprà capite 8. fecisse Ioannes commemorauit, vt eum tanquā blasphemum lapidarent iuxta legem, quæ præcepit blasphemos obrui lapidibus. Hinc ergo conuicti sunt, quod non discendi causa ipsum interrogauerunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerunt,vt diceret eis palam num esset Christ⁹,sed A vt haberent occasionem aliquam accusandi aut impetendi illum.

RESPONDIT EIS IESVS:MVLTA BONA OPERA OSTENDI VOBIS,&c.]Non iam Dominus,vt olim,mox se à lapidare volentibus abscondit,sed iam alia ratione diuinitatis suæ virtutem ostẽdere voluit,quod & fecit,cum eos qui iam lapides sustulerant,& iam ipsum quã tũ in eis erat lapidabant,ita diuina sua virtute repressit,vt vellent nollent,cessarẽt à lapidando,& audirent ipsum alloquentem eos,& reprehendentem.Ingerit autem Dominus mox mentionem operum suorum bonorum,eum sciret tamen eos modo non ob opera,sed ob verba sua commotos esse,tum vt per commemorationem beneficiorũ suorum,eorum animos mitigaret,furoremque eB orum reprimeret:tum quia opera illa comprobabant,vt postea docet,veritatem dictorum verborum,idemque quodammodo loquebãtur & testabantur quod verbis illis de se asseruerat,ita vt qui verba illa non reciperet,nec opera probare posset: & contra qui opera,ea probaret,verba quoque illa reiicere non deberet.Multa,inquit,bona opera ostẽdi,hoc est,exhibui vobis,hoc est,multis vos affeci beneficiis ex patre meo,id est,ex mandato & potestate patris mei,sanando scilicet infirmos,ve stros,excitando mortuos,ac viã salutis vobis annũciando,propter quod eorũ operum me iam lapiC datis,hoc est,lapidare intenditis,& quantũ in vobis est lapidatis? Ideo enim dixit potius,lapidatis, quam vultis lapidare,vt significaret eos iã ad lapidandũ paratos,& quantum in ipsis erat,quod volebant opere complesse,repressos autẽ diuina fuisse virtute,ne quod volebant perficerent,nisi fortè quidã iã lapides aliquos Domino permittente in ipsum iecerint.Iudæi itaq; his verbis Domini ꝓuocati,vt vel crimen proferrent,vel amentiã suã & ingratitudinẽ profiterentur: De bono,inquiũt, opere,id est,propter bonum opus non lapidamus te,id est,lapidare te paramus,sed de blasphemia, id est,propter blasphemiã,&,hoc est,quia tu cùm sis homo,facis teipsum Deũ,hoc est,ingeris te ꝓ Deo,& vsurpas tibi diuinitatẽ. Vsitato enim modo loquendi dicunt;facis te Deum;cùm nemoD prorsus possit se Deũ facere.Porro cõiunctio,&,cũ dicitur;& quia tu homo cùm sis,non est hic coniunctio significatiua alterius criminis,quasi significẽ tur duo esse crimina,ob quæ ipsum lapidarẽt Iudæi,sed vel accipitur expositiuè,vel emphatice, quasi diceretur,de blaphemia,& de tam enormi blasphemia.

RESPONDIT EIS IESVS,&c. Quoniam Iudæi Dominum calumniabãtur blasphemare,ꝙ se hominem diceret esse Deum,primo quidẽ Dominus ex scripturis,quibus illi plurimum tribuebant,desumpto argumẽto ostendit nullã esse blasphemiam dicere se hominẽ esse Deum vel filium Dei.Deinde demonstrat certo argumento se vere esse Deum & vnũ cũ patre.Quod ergo ad prius attinet,sic,dicit: Nonne scriptum est in lege vestra, Psalmo scilicet 81.(Nam nomine legis hic comprehenditur totum vetus testamentum,cum alibi lex distinguatur à Prophetis & Psalmis:) Ego dixi,Dii estis:Quod potissimum dictũ est de iudicibus,sacerdotibus,& prophetis populi Israelitici,quos in Exodo aliquoties deos scriptura vocat,vt cùm dicitur:Diis non maledices: de quibus in principio Psalmi prædicti dicitur: Deus stetit in synagoga deorũ,in medio autẽ deos diiudicat.Vbi per deos, præfectos populi qui Dei vice & autoritate in terris funguntur,intelligendos sequentia testantur.Ex hac autem scriptura contra intentantem sibi à Iudæis blaphemiam pergit argumentari,non solum monstrando ꝙ secundũ scripturã sine blasphemia potest dici homo deus,sed etiam ꝙ si secũdũ scripturã homo vocatur Deꝰ ex minori Dei dono nulla sit blaphemia se hominẽ ex singulari & maiori patris dono dici Deũ & filiũ Dei.Si inquit illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est. Vbi subaudiendũ est,Deus,pro supposito verbi,dixit: aut potius dictio,scriptura,posita postea,referẽda est ad vtrumque verbũ,dixit & potest. Porro illud; ad quos sermo Dei factus est,videtur indicare rationẽ quare scriptura quosdam dixerit Deos,nimirũ ratione sermonis diuini facti ad eos,quod tamẽ nõ videtur quomodo quadret.Principes eñ & iudices qui in Psalmo illo dicuntur dii,sic appellãtur non tam ob sermonem Dei ad eos factum,quàm ob authoritatem diuinam eis communicatã: proinde illud,ad quos sermo Dei factus est,sic videtur accipiendũ,hoc est,quibus commissa est potestas,& demandatum munus aliis imperandi. Hebraica enim phrasi,verbum Domini factum ad aliquẽ,significat aliquod illi à Domino datum negotium.Nisi forte in psalmo illo,vnde istud testimonium desumptũ est,per deos non tantum iudices, sed in genere Israelitæ intelligendi sint;vt in gene eos ad æquitatẽ adhortari Dominus intelligatur, & hic Saluator explanet rationẽ quare Israelitæ dicantur dii,nimirũ ob cõsortiũ diuini cũ eis sermonis. Sane D. Aug.intelligit hic Dominum significasse quosdã ratione sermonis diuini dictos deos ac per Dominum insinuasse se vere esse Deum, vt qui sit ipse sermo Dei. Si enim propter sermonẽ Dei factũ ad quosdã,illi dicti sũt dii participatiue,ergo nõ per participationẽ,sed per naturã necesse est esse Deũ ipsum sermonem & verbũ Dei. Post explanatam autẽ scripturã adiecit Dominus ad argumenti sui confirmationẽ,etiã itrefragabilitatem eius,dicens,& nõ potest solui scriptura,id est,destrui & irrita falsáve esse,aut tãquã falsa negari.Cæterum in eo quod sequitur,quem pater sãctificauit & misit in mundũ,vos dicitis quia blasphemas,obscura est locutio,cuius obscuritas vt tollatur,sciendũ est quod coniunctio,quia,ex Græca phrasi hic posita abundat,ratione cuius cõiunctionis quidã mutarũt blasphemas in blaphemat, cũ in secunda persona legendũ esse,& Græci codices testẽtur & Latini emẽdatiores. Deinde subintelligẽdũ est,illi vel mihi,vt hic sit ordo mihi:quem pater sanctificauit,vos dicitis,blaphemas,&c. Porro verbũ,sanctificauit,sic accipit D. Augustinus vt cõueniat Christo secundum diuinam eius naturã,secundũ quam est filius Dei,exponens sanctificauit per,sanctum ab æterno genuit. Verũ præterquam quod ea verbi acceptio satis sit coacta,etiã E nõ conuenit proposito. Nam sic nõ ostenderetur à Domino quod erat ostendendum,nempe se hominem esse filiũ Dei,& vnũ cum patre. Proinde melius cum Hilario lib.7.de Trinitate,vbi totum hunc locum late prosequitur,verbũ,sanctificauit, sic exponitur,vt Christo cõueniat quatenus homini,eúque pater sanctificasse intelligatur,non eo modo quo alios homines,sed singulari aliquo modo,nẽpe quia ipsum segregauit ab vniuersis mortalibus humanã eius naturam vniens diuinitati in vnitatem personę ac per hoc ipsum sine mẽsura replẽs omniplenitudine gratiarum spiritus,de qua nos omnes accipimus:ex qua sanctificatione Christi hominis factum est,vt Christus homo dicatur filius Dei. Hunc autem singularem sanctificationis modum satisfignificauit,cum dixit; quẽ pater sanctificauit,& nõ,quem Deus sanctificauit. Alios enim dixit deos dictos,quia sermo Dei factus fuit ad illos:se vero filium Dei esse,quia pater ipsum sanctificauit. Si autem pater illum vt pater sanctificauit,fecit ergo illum sanctum suum filiũ quod fieri non potuit nisi per gratiam vnionis,ex qua profluxit omnium gratiarum plenitudo in Christum hominem. Hoc est ergo patrem sanctificasse Christum,quod Petrus dicit Actuum decimo,Deum vnxisse eum spiritu sancto. Et Psalmista:Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Sicut autem Dominus de se homine loquens suam diuinitatem insinuauit,dicens; quem pater sanctificauit,ita etiam cum subiunxit & misit in mundum. Proprie enim nemo mitti dicitur ab aliquo in locum quendam,nisi antequã mitteretur esset,& apud eũ esset à quo mittitur: vnde significat se & fuisse antequam in mundum mitteretur,& apud patrem fuisse. Misit autem pater Christum in mundum,dum eum hominem mundo visibilem fecit,& ad docendum ac redimendum delegauit:proinde bene prius dicitur,sãctificauit:& deinde,misit in mundũ. Nõ enim prius illum misit in mundum,& deinde sanctificauit,sed sanctificando illũ modo prædicto misit in mundũ. Quanquam autem Dominus,colligat se citra blasphemiam dicendũ filiũ Dei,ex eo quod pater ipsũ sanctificauit & misit in mundũ,& pater ipsum sanctificauerit & miserit in mundũ,quatenus hominẽ: non tamen intelligendũ est,quẽadmodũ aliqui intelligunt,Dominum velle concludere,se quatenus homo est,esse filiũ Dei multo magis quã illi homines qui in scripturis dicuntur dii,cũ nihil aliud sint quã homines. Nam quanquã Christus quatenus homo ratione suæ singularis sanctificationis possit dici filius Dei & Deus,ad eũ modũ quo in scripturis homines dicuntur dii,tamen sic hac ratione se filiũ Dei iam vellet appellandũ colligere,declinaret ab illo quod prius dixit:Ego & pater vnũ sumus: ad cuius tamen confirmationẽ hæc ab eo dicuntur. Ita D que contra Iudæos calũniantes ipsum tanquam blasphemũ ob id quod cum esset homo,deum se esse significaret,Dominus hoc loco vult ostendere se hominẽ,esse ratione sanctificationis filiũ Dei non quod secundum eã naturam sit filius Dei, secundum quam est sanctificatus & missus,sed quod ratione illius sanctificationis vna sit humanæ & diuinæ naturę persona. Quoniã autem Iudæi impossibile existimauerunt quod homo esset Deꝰ,manuduxit eos autoritate scripturæ,quæ homines docet factos deos,hinc significans non debere reputari blasphemũ quod se hominem Deũ diceret,innuens itẽ se nõ vt alij,sed natura & vere Deũ esse,sed ea vtens verborum temperie,ne id ex verbis eius Iudæi & infideles intelligere facile possent,fideles autem possent. Quod si quæratur,quomodo dicat Dominus Iudæos reputasse ipsum blasphemũ,quod dixisset; filius Dei sum, cum in superiori sermone non dixerit aperte filium Dei se esse,nec Iudæi ipsum arguerint quòd

A filium dei se dixerit,sed quod se deum fecerit, quod intellexerunt ex illo:Ego & pater vnum sumus.dicendum,dominum videri etiã in his verbis allusisse ad testimoniũ Psalmi quod adduxit,post quod in psalmo sequitur,& filii excelsi omnes, vbi pro eodem accipitur esse deos & filios dei.De *Psal. 81.* inde dominus in illis verbis,Ego & pater vnum sumus.sic significauit se deum esse,vt etiam filius dei esset: &sic filium dei,vt etiam Deus esset, cum Deum,patrem vocat,& cumillo se vnum esse dicit.

SI NON FACIO OPERA PATRIS MEI NOLITE CREDERE MIHI. SI AVTEM, &c.] Postquã à se dominus blasphemiæ calumniam exclusit,pergit iam id cõfirmare & comprobare,quod illis calumniãdi & indignandi fuit occasio.nempe,Ego & pater vnum sumus,apertius iã diuinitatem suam & æqualitatẽ ac vnitatem naB curæ cum patre astruens,quã probat ob operum identitate.Ab vnitate enim operationum consequitur necessario & vnitas naturæ atque potẽtię. dicit ergo: Si non facio opera patris mei &c. Non dicit:Si nõ facio opera taliaqualia pater meus,sed, si non facio opera patris mei,vt significaret eadẽ esse,non solum similia,vel æqualia opera sua & patris. Hoc enim necesse erat adducere & probare,vt ostenderetur filium non solũ similẽ & æqualem esse patri,sed vnum cum eo. Opera autẽ patris de quibus loquitur,sunt,solo imperio resuscitare mortuos,expellere dæmones,curare quæuis morborũ genera Si,inquit,non facio opera quę nemo operari potest nisi Deus pater meus,liberũ vobis facio non credere mihi asserenti me esse filiũ Dei,& vnum. cum patre.Contrà si facio ea opera, C vt me facere res ipsa declarat,etsi propter susceptã naturæ infirmatatẽ,aut propter odiũ mei quod animos vestros occupat,non vultis credere mihi verbis de meipso testificanti,saltẽ operibus credite idẽ,quod ego verbis de me testificantibus,vt ex operibus cognoscatis,&,hoc est,credatis quod pater in me,& ego in patre,id est,quod ego & pater vnũ sumus,& indiuidua societate alter alteri cohæreat.Quod enim prius dixit,ego & pater vnũ sumus,nũc dicit, ego in patre,& pater in me, quo apud Ioannẽ etiã postea significauit naturæ vnitatem, idque valde apte. In omnibus enim creaturis nõ possunt inueniri duo,quorum vtrũque proprie loquendo dicatur esse in alio,idque ideo, quia nõ reperiuntur duo quorum sit vna eademque numero natura.Quia vero vna est patris & filii natura & substantia,& patris substantia tota est in filio,& filii vicissim in patre,ideo tot' pater in filio,& totus vicissim filius subsistit in patre.Eodẽ autẽ modo quo hic ab operibus probat se vnum esse cũ patre,idque de se credendum,etiam postea argumentatur in vltima cœna c.14. dicens Philippo:Nõ credis quia ego in patre,& pater in me E est.Verba quæ ego loquor vobis,à meipso non loquor.Pater autem in me manens ipse facit opera. Nõ creditis quia ego in patre,& pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

QVÆREBANT ERGO EVM APPREHENDERE, ET EXIVIT DE MANIBVS EORVM. Græca pro ergo,habent rursum,vt sit: QVÆREBANT ERGO RVRSVM EVM APPREHENDERE, ET EXIVIT DE MANIBVS EORVM. Quæ verba ergo,videntur indicare eos modo voluisse Dominum comprehendere,quemadmodũ olim tentauerant,vt scribitur supra ca.7.& 8.Quãquã ergo diuina Christi virtute,eiusque efficacibus verbis retracti fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

à lapidatione, tamen vt erant impersuasibiles, nõ penitus deposuerunt animum persequendi ipsum sed quemadmodum olim, ita & modo tentabant eum comprehendere, verum ipse rursum diuinam suam virtutum declarãs, exiuit è manibus eorũ. Modus autem quo exiuit, cum hic nõ explicetur, videtur fuisse ille qui descriptus est capite 8. quãdo scilicet reddidit se Iudæis inuisibilẽ. No semel autem ad hunc modum, sed frequenter subtraxit se Iudæorũ manib. vt mõstraret quod neq; tempore passionis comprehẽsus, aut in cruce detentus fuisset, nisi voluisset. Secedit autem in fines Iudææ cedens Iudæorum furori, & absentia sua mitigari faciens eorum morbum. Porro trans Iordanẽ vadit in eum locum, vbi erat Ioannes olim baptizans in principio, non temerè hunc sibi diligẽs locum, sed, quod ad literam quidem attinet, ob id, vt occasione loci prouocarentur homines ad conferendum Iesum cum Ioanne, & in memoriam eis reducerentur præclara Ioãnis de Iesu testimonia in eo loco perhibita, quẽadmodum occasione loci euenisse mox Euangelista Ioãnes cõmemorat, satis significãs ob quam causam Dominus illum locũ delegerit suo secessui. Locus autem quẽ Euangelista notare voluit, dicens, in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum, fuit Bethabara, vbi cõprimo dixit Baptistam trans Iordanẽ baptizasse, ac de Christo post se venturo præclara testificatũ, eundemque tibi digito demonstrasse præsentem. Deinde vero capite 3. eundem Ioannẽ baptizasse mutato loco dicit in Aenon, iuxta Salim. Quoniã autem in Bathabara olim ad Ioannem Dominus venerat, ideo hic dicit eum iterũ abiisse in eum locum, in hoc ergo loco deserto cõmoratus est aliquamdiu Dominus, veluti pertæsus ciuitatũ impietatem. Et ecce pleriq; tum celebritate loci propter Ioannem, tum magis fama Christi, quæ nusquam eum latere permisit, exciti venerunt ad eũ, quib. solicita suæ benignitatis officia impẽdit. Docebat enim, vt habet Marcus: & languidos curauit vt habet Matthæus. Cæterum quoniã miracula etiam hic operabatur, occasione loci prouocati sũt pœnitentes qui conuenerant. primum quidẽ ad comparandum Iesum cum Ioanne quoad miracula, vnde dixerunt: Ioannes quidem signũ facit nullum, cum scilicet iste multa & magna faciat signa. Nam altera comparationis pars causa breuitatis est prætermissa. Quod autẽ significare voluit eos dixisse Euangelista tale est: Si Ioanni credidimus qui nullum fecit signũ, multo magis huic, qui tot tantaque operatus est signa, quibus dictorũ suorũ fidem conciliat. Deinde vero etiam occasione loci memores Ioannis de Iesu testimoniorum diserunt; omnia autem quæcũque dixit Ioannis de eo vera erant, hoc est, multa quidem & præclara Ioannes de hoc testatus est & prædixit, quæ omnia vera fuisse cum ea diceret, iam res ipsa satis declarat. Itaque per hæc duo, nẽpe cõsiderationem excellentiæ Iesu supra Ioãnẽ, & recogitationẽ testimoniorum Ioannis de Iesu, factum est vt multi illi crederent in eum. Græci enim habent; multi illic crediderunt in eum. Nec est otiosum aduerbium, illic, sed significat quòd locus ille mire profuerit. Porro nõ caret mysterio etiam secessus iste Domini è Iudæa & Ierusalem in locum desertum, eumq; iuxta Iordanem, cum magno fructu subsecuto. Typus enim fuit, significans relicto ob incredulitatẽ Iudaico populo Dominũ transmigraturũ ad desertas gentes, apud quas Iordanis esset, hoc est, baptismatis fons, atque hic multos credituros in eũ quẽ Iudæi nõ solũ noluerant agnoscere sed & persecuti sunt capitali odio. Quod autẽ trans Iordanẽ abiit Dominus, ibiq; ad eũ multi venerunt mystice significat, authore Theophylacto, necesse esse vt per baptisma quis veniat ad Christũ. Trãsmissio enim Iordanis, baptismi significat transitum.

PROPONVNTVR PARABOLAE DE OVE, DRACHMA, & filio perditis. LVCÆ 15. CAP. XCIIII.

A 18. 71 *Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirent illũ. Et murmurabãt Pharisæi & Scribæ, dicẽtes: Quia hic peccatores recipit, & mãducat cũ illis. Et ait ad illos illis, nonne dimittit nonagintanouẽ in deserto, & vadit ad illã quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudẽs, & veniẽs domũ conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ meam quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quã super nonagintanouẽ iustis, qui nõ indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmã vnã, nonne accẽdit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat eã? Et quũ inuenerit, conuocat amicas & vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quã perdideră. Ita dico vobis, gaudiũ erit corã Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Ait autẽ, Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri. Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ mẽ contingit, & diuisit illis substantiam. Et non post multos dies cõgregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Et postquã omnia consummasset, facta est fames valida ĩ regione illa & ipse cœpit egere. Et abiit: & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos, & cupiebat implere ventrẽ suũ de siliquis quas porci mãducabant, & nemo illi dabat: In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus? ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicã ei: Pater, peccaui in cælum, & corãte, iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrẽ suũ: Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collũ eius, & obsculatus est eum. Dixitque ei filius: Pater, peccaui in cælum, & coram te iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos Cito proferte stolam primam, & induite illũ, & date annulum in manum eius, & calceamẽta in pedes eius*

eius, & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro, & cùm veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum, & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est, autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

ERANT AVTEM APPROPINQVANTES EI PVBLICANI ET PECCATORES, VT, &c.] Inter multos qui in fine capitis præcedẽtis dicti sunt ab aliis Euangelistis conuenisse ad Christũ, eodem loco etiam accesserunt eum peccatores & Publicani, quales olim eodem loco causa doctrinæ & baptismi ad Ioannem confluxerant. Tantã enim Dominus præse tulit erga omnes benignitatem, vt nemo quantumuis multis & grauibus obnoxius peccatis, quantumuis aliis abominãdus, ob suam impuritatem vereretur accedere illum etsi sanctissimum, & ab omni vitio alienissimum. Tanta rursum doctrinæ eius fuit efficacia & dulcedo, vt & eos qui iam vitiis & rebus huius seculi penitus erãt addicti, ad se traheret discendi causa. Id videntes Scribæ & Pharisæi, qui nusquã aberant à Domino, vbique & semper quærentes quod carperent, cùm eõgratulari meritò debuissent peccatoribus resipiscere cupiẽtibus, & collaudare Domini benignitatẽ, quòd neminẽ fastidiret, aut à se submoueret, solito suo more eõtra Dominum murmurabant, id in eo reprehendentes, quod summè fuerat prædicandũ, idque ex suo ingenio & more, sanctitate alicuius indignum reputantes, quod certissimũ veræ sanctimoniæ signum est. Hic, inquiũt, peccatores recipit, & manducat cum illis. Similem calumniã Pharisæorum descripserunt suprà Matthæus ca. 9. Marcus ca. 2. & Lucas cap. 5. vt est in cap. Concordiæ 33. Quòd autem dicunt tale est: Hic qui nouam quandã sanctimoniam profitetur, tamen non vitat malorum consortia, sed notos & infames etiam peccatores ad colloquium admittit, & adeò non fugit cõgressum, vt cibum etiam cum illis capiat, non cogitans quod malorum contubernio contaminẽtur boni. Itaque Dominus vt suum factum à Pharisæorum calumnia vindicaret, & illorum fastuosam sanctitatem coargueret, tres parabolas proposuit, diuersis argumentis eodem tendentes, nimirum vt ex his quæ in quotidiana accidunt consuetudine, intelligerent omnes quanta cura peccatores sint ad resipiscentiam inuitandi, quantaque benignitate recipiendi cùm resipiscunt, & quantopere sit ombus gaudendum de eorum resipiscentia & receptione, tantũ abest vt quis obmurmuret, aut inuideat, ac reprehendat. Dicit ergo Euangelista:

ET AIT AD ILLOS PARABOLAM ISTAM DICENS: QVIS EX VOBIS HOMO, QVI, &c.] Primam hanc parabolam etiam Matthæus suprà habuit capite 18. in capite Concordiæ 71. sed contractius illic posita est quàm hoc loco, & ad alium tendit scopum. Illic enim dicta est, vt ex ea intelligentes & quãta cura Deus quẽlibet peccatorem requirat, & quanto cum gaudio resipiscentem suscipiat, duplici hoc nomine caueamus ne quem quantumuis pusillum & abiectum scandalizemus. Hic vero ad eum finem dicta est, vt intelligentes quãta cura peccatores sint requirendi, & quanta clementia suscipiendi, non obmurmuremus iis qui eos requirunt, & suscipiunt, sed congaudeamus recipientibus & receptis, quemadmodum suprà mox dictum est. Esset autem clarior lectionis nostræ contextus, si & in prima parabola, & in secunda, quæ eũ prima omnino est similis generis, pro nonne legeretur aduerbium, non quemadmodum in capite 92. diximus in aliis duabus parabolis apud Lucã esse faciendum, ne duæ simul sint interrogatiuæ dictiones diuersæ in vna quæstione, quæ faciũt orationẽ imperfectam. Et tamen hic rursus quidam in prima parabola vertit, nónne, cùm in secunda vertat, non. Porro vt commodè parabolæ istæ tractentur, sciendum quod in duabus his prioribus quę similis sunt generis, Dominus ex his quæ in rebus humanis quisque erat facturus, & in quotidiana cõsuetudine accidere solent, ostendere voluit non esse mirandum si peccatores admitteret & reciperet. Sibi enim ad instar hominis qui ex multis ouibus vnam perditam, aut mulieris quæ ex multis drachmis vnam perditã diligenter requirit, & ob repertam vehementer gaudet, aliosque ad congaudendum sibi prouocat, merito summã esse curam vt perditum & adhuc errantem quemque ad electorum numerum pertinentem in viam reducat, electisque coniungat, eoque cũ Publicanis & peccatoribus lubenter congredi, vt ad resipiscentiam eos prouocaret, ex qua & sibi & secum Angelis Dei singulare gaudium sit prouẽturum, atque ob id Pharisęos & Scribas, qui illud iniquè ferebant, declarare se diuersam à Deo atque sanctis eius Angelis mentem habere, ac proinde prauam & sathanicam. Hic est parabolarum scopus à Domino intẽtus, quemadmodum patet ex applicatione ipsius, quanquã ea ab ipso non nisi ex parte fiat. pro more enim suo reliqua relinquit nostræ intelligẽtiæ. Et quidem intellecto scopo intẽto à Domino per has parabolas, iam hic consistere liceret, vt nõ inquireretur vlterius quid mysticè per hominem habentem centum oues in prima parabola significetur, quid per centum oues, quid per 99. relictas in deserto, & sic de reliquis: & in secunda, quid per mulierem, quid per decem drachmas, &c. Quæ enim de homine habente centum oues, & muliere habente decem drachmas dicũtur, non tam ob id dicuntur, vt per ea aliquid mystice significatum intelligamus, quàm vt ex comparatione illarum personarum cum Christo intelligerent omnes illius factum à calumnia liberum esse, & Pharisæorum murmurationem iniustã esse & impiam. Iam in comparationibus vnius cũ alio non est necesse

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud cui aliquid cõparatur significationem habere mysticã. Tamen quoniã in his parabolis, & aliis omnibus, quanquã sint nudæ cõparationes, antiquissimi patres, Græci pariter & Latini, mysticé aliquid significatum intellexerunt per ea quæ in exẽplis humanis dicũtur, sicut etiã satis apparet ex singulari exemplorum delectu, & rei diligenti descriptione & narratione, hinc vlterius videndum quæ sint hãrũ parabolarũ mysticæ significationes quæ sic commodè tractabuntur, si dicamus in prima quidem parabola Dominum induxisse exemplum hominis habẽtis centũ oues, vt significaret se verũ esse pastorem, cui à patre oues rationales sunt commissæ: per centum oues, significasse certum & perfectum electorũ numerum (Centenarius enim numerus perfectus est) per vnã vero oũe perditã. vnumquemq; electum adhuc errãtem. Per hoc quod relictis 99. in deserto, homo ille abiit ad illam quæ perierat donec inueniat eam, significauit se singulariter venisse in hunc mũdum, vt peccatores requireret, nec destiturum donec in ueniat quotquot ad electorum numerũ pertinẽt. Per hoc quod homo ille inuentam ouem erratice non increpat, aut præ ira percutit aut occidit, sed imponit in humeros suos gaudens, aliisque conuingit, & domum veniens etiam vicinos & amicos ad congaudendum inuitat præ nimia gaudij magnitudine; significauit se nõ indignari oui errabundæ ob pristinos errores, sed singulari dilectione & prouidentia prosequi, nec se tantùm ob eius salutẽ gaudere, sed secum omnes cœlestes spiritus sibi amicos & vicinos. Sic & in secunda parabola rectè intelligitur se ob id cõparasse mulieri, quòd ipse esset sapientia patris: per decem drachmas, rursum certum & perfectum electorũ numerum significasse, quòd & denarius numerus sit perfectus. Perfectus est autẽ electorum numerus, quia tot sunt quot esse conueniebat & oportebat. Per drachmas rectè significantur electi, quòd imaginẽ & similitudinem Dei in se impressam habent, aut potius signaculum illud dẽ quo Paulus: Nouit Dominus qui sunt eius. Per drachmã perditam idem significatum quod per ouem perditam. Per hoc quòd mulier accẽdit lucernam, & euertit domum, vel, vt potius legendum esset, euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam; significatum diuinam sapientiam per assumptam humanam naturam quã luce suæ diuinitatis impleuit: fugasse tenebras huius mundi, ac mundum hunc veluti domum suam repurgasse, & circumeundo per ciuitates ac vicos, mittendóque Discipulos in vniuersum mundum, diligenter quæsisse vnumquemque perditum peccatorem, déq; eius salute cum suis Angelis singulari & magno affici gaudio. Hæc mystica parabolarũ istarum tractatio, & per singulas partes accommodatio conuenit intentioni & scopo Domini. Cæterùm est apud patres & alia mystica harum parabolarum tractatio qua per centum oues & decẽ drachmas, intelligitur Angelica simul & humana natura, vt 99. oues relictæ in deserto, & nouem drachmæ non perditæ, sint Angeli propter nonẽ choros Angelorum: vna autem ouis & drachma perdita significet humanam naturam perditam in Adam, ad quã inueniendam Christus relictis in cœlo Angelis, venit in hunc mundum, magno & infatigabili labore quærens repertam Angelorum numero cõjungere. Verùm istud non esse quod Dominus significa- A re potissimum voluerit, patet ex conclusione quæ parabolas suo proposito accommodat dicens: Ita dico vobis, quia gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente; quo satis significatur per vnam ouem aut drachmam perditam se significasse vnum quemuis peccatorem potius quàm totã humanam naturam. Neque tamẽ ea partium tractatio tanquam vana est reiicienda, quia, vt dictum est in parabola Samaritani, Dominus in omnibus ferè suis parabolis, præter id ad quod primò & principaliter assumuntur, mysteria aliqua nobis voluit commẽdare, quemadmodum & factis ac miraculis suis, quæ mysteria in parabolis & factis Domini significata cùm patres ab initio concorditer intellexerint, verisimile est eos accepisse per manus ab Apostolis. Sin minus, vana certè ob patrum authoritatem haberi non potest huiusmodi tractatio. Quod autem dicitur in conclusione primæ parabolæ, maius esse gaudiũ in cœlo super vno peccatore pœnitẽtiam agente, quàm super nonaginta iustis qui non indigent pœnitentia, duplicem habet quæstionẽ. Primùm enim qui sunt iusti, non egentes pœnitentia, cùm scriptura dicat non esse iustum qui non peccet, ita vt vnusquisq; dicere debeat: Dimitte nobis debita nostra. Deinde quomodo maius est gaudiũ de vnius peccatoris conuersione, quam multorũ iustorum iustitia; cùm maius bonum sit multorum iustitia & innocentia, quàm vnius pœnitentia: Ad hæc dupliciter respondeti potest. Primò, vt dicatur Dominum loqui de his qui putabant se iustos, nec egere pœnitentia, quales erant Pharisæi contra quos hæc dicta sunt, quemadmodum aliqui intelligunt illud à Domino dictum occasione simulis calumniæ: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Maius enim esse gaudium Deo & Angelis de vnius peccatoris vera pœnitentia, quàm de multorum præsumpta iustitia, nullũ est dubium. Quod si, vt magis est intelligendum, accipiatur Dominus locutus de iis qui sunt iusti secundùm eum modum quo in scripturis aliqui dicuntur & sunt iustis dicendum ipsum asserere tales non indigere pœnitentia, quia in statu salutis cõstituti non egẽt status mutatione, quam includit nomen pœnitẽtiæ, nec tali egent pœnitentia, quali hi qui ex professo sunt peccatores. Maius autem gaudium dicit esse de vno pœnitente quã multis iustis, ad eum modũ quo in hac eadẽ parabola dixit apud Matthæum, hominem aliquem magis gaudere super errabunda oue reperta, quã super 99. quæ non errauerũt, videlicet quia maius actuale & sensibile gaudium est de vnius pœnitentia quàm multorũ innocentia: quomodo pater aliquis magis gaudet de vnius filij restituta valetudine, quàm de multorum filiorum qui nunquam fuerunt in periculo integra sanitate, etiamsi omnes filios ex æquo diligat, aut sanos etiam magis diligat. Cogitandum enim Dominum in multis vulgarissimè locutum, atque de diuinis ac spiritualibus rebus disseruisse, tanquam de humanis. Cæterũ D. Gregorius etiam aliam indicat rationem dissoluendæ quæstionis secundæ, scribẽs in homilia in hunc mõdum. Plus autem de conuersis peccatoribus quã de stantibus iustis in cœlo gaudium esse fatetur, quia plerumque hi qui nullis se oppressos peccatorũ molibus sciunt, stat quidem in via iustitiæ, nulla illicita perpetrãt, sed tamen cœlestem patriam non anhelant, tantoque sibi in rebus licitis vsum præbent, quãto se perpe-

trasse nulla illicita meminerunt. Et plerunq; pigri remanẽt ad exercenda bona præcipua, quia valde sibi securi sunt, & nulla commiserint mala grauiora. At contrà nonnunquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti inardescunt in amorem Dei, seséq; in magnis virtutibus exercent, cũcta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis lętantur, flagrant desiderio, ad cœlestem patriam anhelãt, & quia se errasse à Deo considerant, dãna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo de peccatore conuerso quàm de stãte iusto gaudium fit in cœlo, quia & dux in prælio plus eum militẽ diligit qui post fugam reuersus hostẽ fortiter premit, quàm illum qui nunquã terga præbuit, & nunquã aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat, quæ post spinas vberes fruges profert, quàm eam quæ nunquã spinas habuit, & nunquam fertilem messem producit. Hæc ille. D. Cyprianus libro de duplici martyrio hęc omnia prædicta sic ferè paucis complexus est: Nõ hoc sic accipiendum est quasi Deo & Angelis eius gratius sit post lapsum redire ad pietatẽ, quàm circa lapsum perseuerare in innocentia. Sed scriptura suo more loquitur secundùm affectus humanos, illud testatũ esse volens, Deo gratissimã esse peccatorũ conuersionẽ. Non enim quærit mortẽ peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Atq; interdum piorum hominũ lapsus quamuis enormes diuina dispensatione vertuntur in summũ Ecclesiæ profectũ. Sic lapsus est Apostolorũ princeps, sic Paulus doctor gentium, sic Maria Magdalene, quibus nũc Ecclesia præcipuè gloriatur, quorũ lapsus cesserũt in stabilimentum ac solatiũ domus Dei. Præterea nõ hîc loquitur de verè iustis, sed de iustitia Pharisaica, quemadmodũ alibi dicit: Non est opus sanis medico, sed malè habentibus. Hæc ille.

AIT AVTEM: HOMO QVIDAM, &c.] Eodem tendit hæc parabola quo duæ præcedentes, sed alio modo proposita est quàm duæ præcedentes, & alterius est ab illis generis: quædam etiã apertius quàm illæ significat, & rursum plura præter illos significat, ita vt ob eorũ quæ per eam docentur multitudinem, plurima eius sit vtilitas. Superioribus enim parabolis apertè quidem notatur gaudium Angelorum de conuersione peccatoris, & ex consequenti notatur obmurmuratio Pharisæorum, hîc verò ea apertè notatur & reprehenditur. Deinde superioribus parabolis significatur quidem quanta cura requirat Dominus peccatorem: hac verò, quanta benignitate respiscẽtem & reuertentem suscipiat, & qualis esse debeat vera peccatoris pœnitentia, quantáq; huiusmodi pœnitentiæ sit vis apud Deum, ita vt summè vtile fuerit hanc tertiam parabolam superioribus adiecisse, ne intellegeremus citra motũ & studium nostræ voluntatis homines peccatores ad salutem & veritatem adduci sola cura & gratia Dei. Superiores enim parabolæ commendant nobis præuenientem Dei gratiã quæ peccatores prærequirit: hæc verò tertia commonstrat necesse esse etiam vt peccatores Dei gratiam requirant & ambiant. Porrò superiores parabolæ exempla sunt, ab his quæ in quotidiana accidunt consuetudine desumpta, non sine comparatione huiusmodi exẽplorum ad rem eam ad quam declarandam assumuntur: hæc verò citra expressam aliquam comparationem, certi alicuius hominis factũ proponit veluti rem gestã, ex qua relinquitur intelligendum allegoricè quòd significandum erat secundùm exigentiam rei de qua agebatur. Cuius generis parabolas plerasque habet Lucas, vt ca. 10. parabolã de homine qui incidit in latrones: ca. 14. parabolam de homine qui fecit cœnam magnam: cap. 16. de diuite epulone: & eodem de eo qui habuit villicum iniquitatis: cap. 18. de duobus qui orandi gratia ascenderunt in tẽplum: cap. 18. de homine nobili, qui abiit in regionem longinquam. His parabolis similes sunt duæ illæ quæ Dauidi propositæ fuerũt, altera à Nathã propheta, de rapta oue pauperis à diuite: altera à muliere Thecuitide, de duobus filiis, quorum vnus alterum occiderat. Quales parabolæ magis sunt ænigmata & obscuræ allegoriæ quàm nudæ parabolę. Vt autem hęc parabola, in qua sub exemplo humano diuina & spiritualia significãtur, cõmodè ad indicandam Domini intentionem tractetur, oportet imprimis eam ad literam tractare, veluti narrationem rei aliquãdo gestæ circa duos vnius patris filios, ac tũ indicare quę sint significata à Domino huiusmodi narratione, non disquirẽdo singula anxiè, cùm certum sit in omnibus parabolis multa dici pro exigentia exempli quod assumitur, magis quã pro significatione rei propter quã parabola proponitur. Dicit ergo: Homo quidam habuit duos filios, quorum adolescentior, qui scilicet per adolescentiam minus sapiebat, nec, vt accidere solet, ferebat subesse imperio patris etsi benignissimi, sed libertatis auidus erat, dixit patri suo: Pater, da mihi portionẽ substantiæ quæ me cõtingit, id est, quæ mihi obuenit, & ad me pertinet; quasi diceret, experiri cupio, qd ex hoc lucri facere possum meo marte, perlustrare volo regiones, vt ex multarum rerũ vsu prudentiam mihi cõparem. Pater, vt erat indulgens, filij petitionem recusare noluit, tum quòd rem iustam aut certè non iniquam petere videretur: tum quia inuitũ retinere non iudicauit expediens. Itaque partitus est inter duos filios substantiam, vnicuique assignans suam portionem cum potestate vtendi vt vellet, non tamen sine spe profectus. Ac maior quidem nõ sese separauit à domo paterna, sed se suáque omnia in eius potestate reliquit, habens cum illo omnia cõmunia, nimirum prudentia sua, quàm per annos maiorem habuit, secum cogitans hac ratione se sibi suisque rebus melius consulere. Minor vero intra dies paucos diuenditis omnibus, cõtracta prætenta pecunia, peregrè profectus est in regionem longè à patria dissitam. Ibi autem cõstitutus, cum sui iuris iam esset, & a patre semotus, qui illum ad honestatem suis consiliis prouocare posset, ex iese vero per adolescentiam non saperet, & ad vitia ac luxum non solùm pronus esset, sed etiam aliorum consortio iuuenum inuitaretur, factũ est vt breui tempore dissipauerit omnem substantiam suam, idque non infœlicibus negociationibus, aut alias infortuniis, sed viuendo luxuriosè, hoc est, agendo cum meretricibus in omni luxu vestium & conuiuiorum, vt adolescentibus, vtpote ad libidinem & luxum pronis, vsuenire solet. Non enim per hoc quod dicitur, luxuriosè, inhonesta tantũ venus significatur, quãuis ea maxime, sed & omnis luxus significatur, quãuis ea maxime, sed & omnis luxus libidinis causa fieri vestium & conuiuiorum qui libidinis causa fieri fere solet. Vnde postea expostulat senior filius, q hic deuorauit substantiam suam cũ meretricibus. Postquã autẽ omnia consummasset, id est, cõsum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pfisset,orta est fames ingens in regione illa in qua A iuuenis peregrinabatur, vnde etiã ipse amicis iam simul & re destitutus, cœpit egere, adeò vt præ inopia,gladio,vt dici solet,acerbissimo,is cui olim graue erat subesse clementissimo patri,coactus sit sese tradere in seruitutem ciui peregrino & barbaro,qui illum non ciuili alicui labori & seruitio applicuit, ꝙ forte nullum artificium quale in ciuitatibus exerceri solet,didicisset,sed è ciuitate misit in villam suam, hoc est, in agrum suum(Græcè enim est εἰς ἀγρους)idq; non vt pasceret oues aut boues, sed vt pasceret porcos, quos pascere dedecorosissimum est officium apud omnes homines,sed maximè apud Iudæos abominantes carnem suillam. Cúmque liberali genere natus in tam fœdam seruitutẽ sese demisisset ventris gratia,non est tamen B vel hac ratione assecutus quod quærebat. Cupiebat enim implere ventrem suũ non solum frumento, nec tantùm ipsis leguminibus quibus pauperes in magna egestate vesci solent, sed etiam siliquis,hoc est folliculis ipsis, quibus legumina includuntur,quas porci manducabant, & tamẽ nec has quisquã illi dabat ad saturitatem, ita vt semper esuriret,nec vnquam pleno esset ventre, ipsisque iam etiam porcis esset infœlicior,quibus seruiebat verius quam imperabat. Nomine enim siliquarum hic signmficari leguminũ folliculos, quæ propria est significatio eius nominis,quod alioqui varia significat,apparet ex eo quod additur; quas porci manducabant. Nã Plinius de fabis loquens C lib.18.ca.12.ait : Nam siliquæ caulésque gratissimi sunt pabulo pecori. Et Ambrosius ad hanc nominis significationem respexisse videtur, cùm in hũc locum scribens sic habet : Qui autem aptior huiusce modi hominibus cibus, quàm is qui siliquæ modo intus inanis, foris mollis est, quo corpus non reficitur, sed impletur; vt sit magis oneri quàm vsui.Eodem respexisse videtur Diuus Augustinus dicẽs:Siliquæ quibus porcos pascebat,seculares doctrinæ sterili vanitate resonantes, de quibus laudes idolorum fabularumq; ad deos gentiũ pertinentiũ vario sermone atque carminibus pererepant. Nescio tamen,si huic significationi nominis,siliqua, cõueniat dictio Græca hoc loco posita à Luca, nempe κεράτιον, quæ Græcis dicitur à κέ- D ρας. hoc est,cornu. Dicitur autẽ etiam arbor quædam siliqua,quę Græcis Ceratonia dicitur,Latinis siliqua Græca, quòd fructum ferat siliqua obtectũ fabæ cuiusdam more, de qua Columella libr. 15. ca.10.Siliquam Græcam, quam quidam ceration vocant, & Persicum, ante brumam per autumnum serito.Huius fructus etiam dicitur siliqua,& est lignosus falcatus digitali longitudine,latitudine pollicari, quatuor intus grana continens, quæ ceratia à cornu similitudine appellãtur. Plinius li. 15.cap.24.vocat has siliquas prædulces, de quibus forte locutus est Horatius, dum dixit : Pasci siliquis & pane secundo.Ad hanc significationem re- E spexisse videri potest Euthymius author Græcus, sic scribens : Siliquæ ad breue spatium gustui dulcescunt,deinde vt plurimũ constringunt.Dulcedinem siliquarum notauit etiã D.Chrysostomus in homilia super hac parabola,similiter& Theophylactus,vt dicetur postea. Et hactenus quidem parabola proponit filij iunioris insipientiam,& quæ eam secuta est miseriam:deinde verò proponit eiusdem ex miseria natam seriam pœnitentiam, patrisque erga eum summam benignitatem.In se,inquit, reuersus, hoc est, iam tandem per summam inopiam & miseriam ad sui considerationem conuersus, qui prius per illecebras huius mundi velut mente captus erat, & extra se raptus,nihil eorum quæ ad suã spectabat salutẽ considerans, dixit:Quanti,id est,quàm multi, non solũ vernaculi serui, sed etiam mercenarij, qui mercede conducti suam operam aliis locant, in domo patris mei abundant,non dico siliquis quas ego desidero,sed panibus : ego autem tam diuitis patris filius, qui olim mercenariis patris mei longè eram fœlicior, iam in extera regione etiã mercenarius effectus, longè sum infra illorũ fœlicitatem, cum fame hic peream. Atque hic quidẽ primus erat ad salutem gradus, reminisci vnde deciderat, & quò reciderat. Restabat vt ne animum planè deiiceret, & desperans sibi necem inferret, aut fame penitus enecati sineret.Itaque ex cõsideratione elementiæ paternæ spem bonam concipiens,sic apud se proposuit & consultauit:Deposito mœrore qui me in terram prostratũ detinet, resumpto animo qui in summa infœlicitate hac totus iacet, reiecta segnicie istius sordidæ pastoralis curæ surgam, & ibo confidenter ad patrem meum, non quòd habeam aliquid quo me purgem, aut quod stultitiæ meæ prætexam, sed vnam spem habens in paterna eius clementia,ob quam petere audeam, non quidem vt in pristinum locum me recipiat, nam eo me planè indignum feci,sed vt saltem inter suos mercenarios habeat. Itaque non eleuabo, nõa negabo culpam admissam,non hanc meam miseriam fortunæ,aut malorum consiliis ex consortio imputabo, sed paternam eius benignitatem compellans, simpliciter apud illum confitebor meam culpam. Plus enim apud illum valebit simplex confessio, & animus sibi vere displicens,quàm accurata purgatio.Dicam ergo ei.Pater,(nimirum hac appellatione ad clementiam eum commouẽs) peccaui in cœlum & coram te, id est, & Deum offendi & te, iam non sum dignus qui vocer filius tuus,proinde illud tantùm peto, vt misertus mei me habeas eo loco quo vnumquemlibet è mercenariis tuis.Porrò reperto hoc salutari & vnico in summa desperatione consilio,supererat tertio loco vt mox exequi studeret quod illi rectè in mẽtem venerat. Itaque surgens venit ad patrem suum. Cùm autem needum peruenisset ad ædes paternas.& adhuc lõgè esset,vidit illum pater ipsius, vt est oculata pietas.nec tamen iusta ira permotus refugit ab eo,ac sese illi subtraxit,sed mox ad aspectum miseriæ eius quam præ se ferebat nuditate, macie,vultúsq; tristitia, misericordia motus est, iustam iram flectens ad misericordiam.Nec misericordia simplici motus est,sed tanta, vt non expectato filij aduentu,ipse non tantùm procederet obuiam venienti, sed etiam accurreret,ac pietate natiua victus.nec dum auditis filij precibus irrueret in collum eius, ipsúmque oscularetur, non abhorrens eius sordes contingere. Hæc tametsi erant eximia argumenta propensi ad ignoscendum animi, ac benignitatis quam prius separare non poterat filius. nõ tamen ob id meditatam illam à se orationem plenam humilitate intermisit,quanquam integrã non est elocutus, siue quòd stupor aut singultus vocem intercepit : siue quod patet mox illius orationẽ abruperit,in quo maior adhuc quã in prædictis obseruanda benignitas proponitur. Siquidẽ non solum non intonat iuuenis verbis, nec minitatur verbera

bera, aut abdicationem, sed omnium iniuriarum A immemor,filio seipsum dãnante ipse absoluit,cũque seipsum filius abdicaret,ipse pater restituit in pristinam dignitatẽ. Versus enim ad famulos ait: Citò proferte stolam primam,& induite illum.Est autem stola, vestis genus ad talos vsque demissæ, quæ non seruis aut mercenariis cõuenit, sed filiis. Porrò Græcis hic additur duplex articulus, τὴν πρώτην, qui sic explicari posset:stolam illam primam,aut illam stolam,illam,inquam,primam; vt intelligamus non de qualibet stola dictum, sed certa quapiam.Quod autem dicitur,primam,quidam putant positũ pro præcipuam,sed rectius intelligitur significare pristinam, vt intelligamus filium exutum stola qua in domo patris indui solebat cùm abiret à patre, atque eandem à patre as- B seruatam iussam afferri. Iubet autẽ & annulo manus ornari,& pedes nudos calceamentis. Quin & præ nimio gaudio iubet è stabulo vitulum adduci, non quemuis,sed vitulum saginatum,aut vt item hic est Græcè cum duplici articulo, τὸν μόσχον,τὸν σιτευτὸν,id est,illum vitulum,illum,inquam,saginatum, vt certũ & insignem vitulum accipiamus designari, eoque mactato omnes domesticos suos ad congaudendum sibi prouocat:quemadmodum in præcedentibus parabolis fecit qui perditam ouem inuenit:& mulier quæ reperit perditam drachmam vnde & ipse dicit de filio ; perierat, & inuentus est.Perierat autem mihi,scilicet sicut mortuus erat mihi,& mihi reuixit. Mirabilis sanè his C cuiusdã patris proponitur clementia, non solùm superans spem filij, sed & omnium opinionem. Quis enimputet in toto terrarũ orbe huiusmodi patrem reperiri posse? Et hactenus quidem de filij prodigi resipiscentia, & patris erga eum clemẽtia. Sequitur tertio loco de filij seniotis indignatione, & patris rursum etiam erga hunc non minus admiranda benignitate.Erat autem, inquit, filius eius senior in agro, non quidẽ porcos pascens, sed terræ colendæ intentus, aut prospiciens quid agerent mercenarij & serui. Et cùm ex agro reuersus appropinquaret domui paternæ,audiuit symphoniã,id est,concentũ musicũ lætantiũ conuiuarum, & chorũ,id est,multitudinẽ concinentium.& cùm intellexisset causam nouæ & insolitæ lætitiæ, & D præ omnibus magis se communi gaudio adiungere debuisset,seruis congratulantibus fœlicitati fratris,ipse indignatus noluit intrare. Quod cùm resciisset pater, cupiens etiam hunc communis lætitię participem esse,non neglexit indignabundum, sed egressus ad illum, cœpit non, vt iustè poterat, increpare illum de iniusta & impia indignatione, sed rogare illum blandè, vt omisso stomacho iungeret se communi conuiuio, paternam suam clemẽtiam etiam in hunc mirè ostendens. Ille verò nec tanta optimi patris comitate miteſcit, sed & cum patre arrogãter expostulat, & fratrem impiè accusat, dicens : Ecce tot annis seruio tibi, & E nunquam mandatum tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi vel hœdum, vnde cum amicis meis epularer iucundè. Sed postquam filius tuus (neque enim præ indignatione dicere voluit, frater meus)hic qui deuorauit cum scortis substantiam suam (aut, vt habent Græci,tuam, quod est odiosius) venit, occidisti illi quod habuisti pretiosissimum & delicatissimum, nempe vitulum illum saginatum. His auditis patet impia expostulatione non est commotus ad iram, nec, ne magis eum exasperaret, superbam & falsam eius obmurmurationẽ redarguit, cùm ostendere potuisset in quam multis frequenter mandatum eius præteriisset, vt nemo est qui non aliquando peccet, ac deinde quàm multis ipsum affecisset beneficiis,inter quę etiam hoc ei prestitit cura paterna,vt ei salua mãserit sua substantia, vtque in ea flagitia, eámque miseriam non prolapsus esset in quam frater ipsius:sed his prætermissis studet blãdis verbis indignantis animum placare, ac veluti satisfacere expostulanti filio,suggerens illi quid esset in hoc negotio efficij ipsius. Fili,inquit, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt; quasi dicat : Non est quod queraris quasi minus tibi faciam aut fecerim quàm fratri tuo,tu enim particeps semper fuisti omnium meorum gaudiorum,& omnia mea in tua sunt potestate,vbique sunt communia. Quod verò ad id quod in fratre tuo iam a me gestum est, epulari & gaudere te, non indignari & inuidere oportebat, idque non solùm quo patris gaudium tua congratulatione augeres, sed etiam quia hic ob quem gaudemus, frater tuus est, qui cùm nobis fuerit mortuus,iam reuixit : cum perditus nobis fuerit,iã inuentus est.Hactenus literalis ipsius exempli tractatio,quam ideo lõgius prosecuti sumus,vt imagine à Domino tam accuratè deliniata, probè inspecta & cognita, melius solidam rerum mystice significatarum intelligentiam assequamur. Varij enim admodum multa & diuersa pro explicatione huius parabolæ dixerunt. Itaque in hac parabola tres personæ obseruãdæ proponuntur,duorum scilicet filiorum,& patris eorundem. Et in patre quidem summam clementiam exhibente vtrique filio, certum est Dominum adumbrasse Deum patrem suum,aut,quòd hic eódẽ redit,seipsum verè hominem factum. In duobus autem filiis quanquã plerique intelligant significari duos populos,gentilem scilicet & Iudaicum, nec in sensus omnino sit aljenus à Domini intentione, vt post dicetur,tamẽ si occasionem huius parabolæ obseruemus, satis apparet primò & principaliter in duobus istis filiis Dominũ significasse iustos & peccatores. Dicta est enim hæc parabola à Domino occasione Pharisaicæ indignationis,qua Pharisæi indignabantur non quòd gentes reciperet, sed publicanos & peccatores, qui vtiq; ex Iudæis erant, vt ostendit Diuus Hieronymus in epistola quadam ad Damasum Papã, in qua prolixe & docte ad pontificis petitionem tractat hanc parabolam. Est autem in tomo 3.& incipit, Beatitudinis tuæ.Itaq; vt in genere parabolæ scopũ ostẽdamus, docere hac Dominus voluit, inexplicabilem esse Dei erga peccatores reuertentes misericordiã atq; clementiam, adeo vt ea homines alios etiam iustos, aut iustitiæ nomine sibi placentes, licet horũ fratres, qui præcipue hinc gaudere deberent, offendat. Atque ita tacite arrogans Pharisæorum supercilium perstrinxit,qui fratrẽ illum maiorem, de fœlicitate minoris dolentem tum referebant, damnantes quod in ipso Saluatore,Dei elementia in præsenti congressu cum publicanis & peccatoribus tam præclare sese exereret. Vt autem ad singularem partium tractationem descendamus, per adolescentiorem filiũ,peccatores designãtur,propterea quod adolescentia ad vitium prona sit, quódque iuuenilis cuiusdam stultitiæ & instabilitatis sit,deserto optimo Deo patre,vitiorum seruiti sese addicere. Quod autem pater ad petitio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem filij iunioris,diuiserit filiis substantiam, signi A ficat,Deum vnicuique homini dedisse liberum arbitrium, vt viueret vnusquisque nõ ex necessitate imperantis Dei,sed ex sua voluntate. Liberum enim arbitrium est velut portio substantiæ quæ ad nos pertinet,quia humanæ naturæ debetur,ac per illud à cæteris distamus animantibus, deditque illud nobis Deus velut quasdam facultates, quibus nutriri ac diteſcere possemus.Vnde annotauit Diuus Hieronymus pro eo quod nos habemus, substantiam,Græcis esse τὸ βίον. Bios autem, quod propriè est vita, significat Græcis facultates quibus vita sustentatur. Nec iam hic quærendũ quomodo filius iunior dicatur petisse portionẽ substã- B tiæ, cùm omnes ex natiuitate habeamus liberi arbitrij potestatẽ. Non enim singula sunt nimis curiosè persequenda, cùm non omnia sic possint inueniri in re significata quemadmodũ in exemplo. Satis ergo est hoc intelligere significatum, quòd quemadmodum pater parabolicus noluit filiũ in uitum retinere,sibique seruire:ita & Deus omnes nos reliquit in manu proprij consilij, potestatem faciens viuendi vt volumus. Potest autem substantiæ diuisio etiam referri ad omnia Dei dona, quæ diuersis diuersa Deus distribuit. Quòd autem iunior accepta sua substantia peregrè profectus est in regionem longinquam,significat peccatorẽ non ferentem mite iugum Domini,iuuenili quadã stul C titia & inconsideratione elongare se à Deo, non locorũ spatiis,sed affectu,propter quod dicit Psal- Psal. 72. mista: Ecce qui elongant se à te, peribunt. Quòd filius à patre separatus,& in regione lõginqua degens,dissipauit substantiã suam viuendo luxuriosè,significat peccatorem à Deo iam elongatum,ac his coniunctũ qui longè sunt à Deo, naturales liberi arbitrij vires,ac cætera Dei dona inutiliter expendere, eisque abuti, ac perdita carnalique vita corrumpere. Omnis enim peccatorum vita rectè per luxuriam significatur, ob vitæ huiusmodi lubricitatem & carnalitatem,quódque omnis inordinatus rerum terrenarum amor & vsus, fornicatio quædam sit secundùm scripturas.Quòd post omnia consumpta facta est fames, non simplex, sed D valida in illa regione,ac ob id cœpit egere, significat ꝙ bonis vniuersis naturæ simul & gratiæ aut cõsumptis,aut corruptis,intellectu scilicet per peccata obscurato, & voluntate effecta infirma ad bonum & multum inclinata ad malum,tum demum peccator inter malos viuens incidit in summam inopiam panis spiritualis, nempe verbi diuini, & virtutum quibus mens nutritur & confirmatur. Quamdiu enim necdum omnia sunt consumpta, habet peccator ex Dei dono vnde vtcunque mentem in bono nutrire possit, suggerit enim semper ratio optima,& ad bonũ inclinat voluntas. Deinde si consumptis omnibus nõ est in regione illa longinqua,sed in regione fertili patris sui,hoc est, si non est in malorum consortio, sed inter bonos, potest ab aliis panes spirituales quibus inopiam subleuet, mutuo accipere. At quando omnia sunt consumpta,& in regione quis est longinqua, necesse est vt fiat fames valida, & incipiat egere qui prius in Dei donis erat diues. Quod inopia cogente iunior filius abiẽs adhæserit vni ciuium,aut,vt legit diuus Hieronymus, vnde principibus regionis illius, significat peccatorem suis cõsumptis in summa inopia constitutum,magis magisque elongari à Deo, ac iam perfectè ac toraliter subiici dæ-

moni, atque in eius venire potestatem, qui ciuis est & princeps regionis peccati. Hic itaque illum in suam receptam potestatẽ,veluti in villam suam mittit ad pascendum porcos, siue quia illum iam impellit vt se totum prodigiosis immergat vitiis, & ab vrbanis luxibus degeneret ad brutales, ac tota sua impia vita pascat impuros dæmones, quorum cibus est ebrietas, luxuria, fornicatio, & vniuersa vitia, siue quia eum ita proficére facit in malo, vt iam & aliorum malorum fiat dux & magister. Porci enim inquit Theophilactus,sunt omnes qui in luto vilium & materialium affectionum volutantur. Nam porcorum oculi nunquam possunt sursum spectare, aliam sortiti formationem. Vnde & porcorum pastores cùm non possunt compescere porcum clamãtem,resupinantes illum efficiunt vt minus clamet.Etenim quasi in spectaculum veniant, spectãtes quæ nunquam viderunt,& aspicientes sursum stupescunt & silẽt. Tales sunt oculi eorum qui malè æducati sunt:nũ quam vident ea quæ sursum sunt. Tales pascit is qui multis in malitia præest,vt est scorrorum hospes,vel Publicanorũ princeps,aut latronum. Hæc Theophylactus.Quòd autem porcorum pastor in regione famis cupiebat saturare ventrem suum de porcorum siliquis, nec dabatur; significat peccatorem huiusmodi semper quidem desiderare, vt ventrem suum,hoc est,carnalem appetitum satiet his rebus quibus dæmones & impij homines pascuntur & delectantur, nunquã tamen eam satietatem assequi, quod nihil rerum huius mundi mentem hominis saturare queat, ac diabolus ipse semper in peccatoribus maius desideriũ peccandi accendat.Potest autem per hoc quod dicitur; nemo dabat illi saturari de siliquis porcorum;intelligi significari, quemadmodũ indicat Diuus Hieronymus, quod diabolus cum aliquem sua arte deceperit, & proprium ei imposuerit iugum,accendat quidẽ in eo desiderium vanorum delectabilium, priuet tamen eum concupitis.Cùm enim iam perfectè hominem possident dæmones, inuidẽt ei satietatem appetitus,quam tamen suppeditabant priusquam illum sibi plane subiecissent. Hic sanè intellectus magis conuenit cum exempli narratione. Porro per siliquas rectè significata sunt vitia & res carnales, secundùm vtramque vocabuli significationem superius positam. Sunt enim veluti vacui leguminum folliculi,quia promittunt quidem saturitatem,ac præ se ferunt quasi in eis cibus lateret, cum re vera sint inania, & appetitum fruentiũ eis non saturent, sed distendant & crucient. Deinde quemadmodum fructus arboris,quæ siliqua dicitur, dulcedinem habet & asperitatem : ita peccatum ad tempus delectat, cruciat vero perpetuo. Sic enim Theophylactus.D.Ambrosi⁹ & Augusti E nus siliquas mystice interpretãtur steriles scientias seculares. Quam interpretationem post priorem adiunxit etiam D.Hieronymus, sic scribens: Possumus autem & aliter siliquas interpretari. Dæmonum cibus est, carmina poetarũ,sæcularis sapientia,rhetoricorum pompa verborum.Hæc suã omnes suauitate delectant, & dum aures verbibus dulci modulatione currentibus capiunt, animam quoque penetrant,& pectoris interna deuinciunt. Verum vbi cum summo fuerint studio ac labore perfecta, nihil aliud nisi inanem sonũ & sermonum strepitũ suis lectoribus tribuant,nulla ibi saturitas veritatis, nulla refectio iustitiæ reperitur.

Studio

Studiosi earum in fame veri, & virtutum penuria A persecuerãt.Hæc ille. qui deinceps docet quomodo seculares authores sint legendi cum fructu,insectans in sacerdotes Dei,qui omissis Euangeliis & prophetis, comœdias legũt amatoria Bucolicorum versũ,verba canunt,& id quod in pueris necessitatis est, crimen in se faciunt voluptatis.Sane ista posterior siliquarũ interpretatio, etsi etiã huic explicationi conuenit,qua per iuniorem,in genere peccatores intelligũtur, maxime cõuenit ei tractationi,qua per prodigum hunc filium populus gentilis intelligitur,de qua postea nonnihil. Aduertendum autem quàm graphice Dominus in ea quę hacten⁹ tractata est parabolę parte depinxerit,& ob oculos posuerit,(quo magis quisq; peccatum detestaretur)ad quantam nõ solum miseriam,sed etiã vilitatem peccator sese deiiciat,nimirum ad quantã se deiecit is,qui cum diuitis esset patris & opti B mi filius,apud quem omnibus bonis abũdabat,in eam tum miseriam, tum vilitatem deuenit,vt ex diuite fieret inops,& ex filio fieret subulcus ac seruus eius qui nec siliquas ad satietatem prebuit. Quomodo enim aptius potuisset peccatoris tum miseriam,tum vilitatẽ,ac rursum diabolici imperii iustitiam ac crudelitatẽ nobis proponere? Id enim,inquit Hieronymus,quod in Ezechiele cũ in Ezec.25 crepatione dicitur ad Ierusalem: Et factũ est in te peruersũ vltra mulieres quę ante fornicationẽ tuã & post te sunt fornicatę,in eo quod dedisti merces,& mercedes tibi non sunt datę;videmus in filio minore cõpletum.Substantiã suam in regione principis perdidit,& post perditas facultates,missus ad porcos,egestate contabuit.Hæc ille. Vt autem prędictis Dominus insinuauit peccatoris miseriam & vilitatẽ, ita sequentibus indicat, quo- C modo multis extrema calamitas,& peccatorũ magnitudo,resipiscentiæ est occasio ac qualis debeat esse peccatoris resipiscentis pœnitentia. Quod ergo in se reuersus filius prodigus dixit:Quãti mercenarii,&c.significat peccatores eos qui de numero sunt filiorum Dei,hoc est,electorum, cũ in profundum peccatorũ venerint, tandẽ per vitiorum fastidium, & proprię tum miseriæ,tum vilitatis considerationem ad sese rędire,ac secum cum cordis maximo gemitu deplorando comparare statum virtutis vnde exciderunt,& statum peccatiin quẽ prolapsi suo sunt vitio. Cæterum per mercenarios,cum quorum fœlicitate filius suã cõparat D infœlicitatẽ, intelligi primò rectè possunt hi qui sola spe bonorum tẽporalium à vitiis abstinẽt, & Deo seruiunt,qui longe meliore sunt cõditione, quã hi qui precipites se dant in scelera. Quoniam enim sese seruant in familia patris cœlestis, ideo abundãt panibus,hoc est,multis bonis à Deo fruũtur,etiam secundum animam,nutriti pabulo verbi diuini.Sicut enim sub aliquo patrefamilias qui dam sunt serui,quidam mercenarii,quidã filii: ita E triplex est discretio eorũ qui sunt in familia Dei. Aut enim metuentes supplicia abstinent à malo, & sunt in dispositione seruili : aut lucra tẽporaliũ bonorũ venantes, exequuntur quæ eis præcepta sunt,& assimilãtur mercenariis:aut ex amore Deo seruiunt, & filiorum habent affectum. Secundo-per mercenarios intelligi possunt imperfecti quique,qui in seruitio diuino spectant ferè beatitudinis ęternę consecutionem, & non perfectũ filiorũ affectum induerunt, ita vt solo amore Deiipatris virtutibus insistãt, vt intelligatur ea quærimonia:

Quãti mercenari,&c.eis competere,qui à magnis donis in vitiorum sunt abyssum prolapsi.Habent enim isti ad alios,sicut filii ad mercenarios:Qui enim magna à Deo sortiti sunt bona,veluti filii sunt: qui verò parua velut mercenarii.Quod autem filius prodigus post comparationem suæ infœlicitatis cum fœlicitate mercenariorum,dixerit: Surgã &ibo,&c,significat peccatorem post considerationem suæ conditionis, secũdo loco ex consideratione diuinæ clemẽtiæ,concipere spem misericordiæ impetrandæ,ac ob id proponere apud se cum omni humilitate ac simplici confessione peccatorum, Dei implorare & quærere misericordiã,sic tamen, vt non audeat petere restitutionem in pristinũ statum ac priora dona, sed tantum vt intra eius familiam recipiatur,ac donetur gratia incipientium,iuxta illud:Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quã habitare in tabernaculis peccatorum.Primum ergo proponit se surrecturum è vitiorũ fordibus in quibus iacet,ac deinde relicto vitiorũ sta- Psal. 83. tu,iturum affectu ad eum quem nouit esse patrẽ suum,tum etiam paternã clementiam paterna cõpellatione imploraturum,dicendo:Pater peccaui in cœlum & coram te. Quę quidẽ confessio optime conuenit ei qui hominẽ patrẽ alloquitur,vt scilicet prius dicat se in Deum, ac tum in hominem peccasse:& tamen etiã bene conuenit homini alloquenti Deum patrem in hoc sensu ; Pater peccaui in cœlum, quia scilicet in conspectu cœli non veritus sum tam grauia committere crimina: & insuper corã te peccaui, qui et si sis nobis inuisibilis,omnia tamẽ vides quæcunque vbuis aguntur locorum. Aut peccaui in cœlũ,quod ei præposuerim terrena:peccaui coram te,quod tuã voluntatem posthabuerim meæ.Sancto huiusmodi proposito facto,tertio loco necesse est vt quod proposuit exequatur,quod significatur cum sequitur:Et surgens venit ad patrem suum.Porro vt trib. istis gradibus eleganter præscriptus est veræ pœnitentiæ modus,ita sequentibus pulchre deliniatur sũma & inopinabilis Dei erga peccatores benigni- Psal. 9. tas. Quod ergo dicitur;cum adhuc lõge esset,vidit eũ pater ipsius,&c. significat Deum sua gratia præuenire peccatorẽ iuxta illud:Desiderium pauperũ Psal. 31. exaudiuit Dominus, præparationẽ cordis eorum audiuit auris tua.&:Dixi;cõfitebor aduersum me iniustitiam meam Domino,& tu remisisti impietatem peccati mei.Amplexus enim cũ osculo,ipsam gratiã reconciliantem significat, quæ his signis est descripta,ad significandũ magnitudinẽ affectus & effectus diuinæ benignitatis ergapœnitentẽ.Quod autẽ subiicitur filius nihilominus dixisse quod ꝓposuerat,significat peccatorẽ vere pœnitentẽ,etsi sentiat in se diuinę benignitatis consolationẽ,non tamen cessare ab humili suorum peccatorũ & sue indignitatis confessione.Quod tamen non dicitur addidisse,quod etiã dicere proposuerat, sic me sicut vnum de mercenariis tuis ; significare potest, peccatorem cum in se sentire cœperit diuinã consolationem,veluti absorptum à paterna benignitate se totũ iacere in patris gratiam, nihilq; petere, sed tantũ cõfiteri suum peccatũ & indignitatem. Quod autẽ post hæc pater iusserit filiũ indui prima stola,annulo manus, & calceamentis pedes ornari,simpliciter rectè accipitur tantũ significare, quod Deus adeo delectatur humili peccatoris cõfessione, vt quia homo sese indignũ reputat, ipse ei pristinam gratiam & dignitatẽ restituat.Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Ezechielis 16. his tropis significat Dominus lo A
quēs ad Ierusalem, qualiter eam multis modis de
corauerit; dices: Vestiui te discoloribus, & calceaui
te hyacinto, & cinxi te byſſo, & indui te subtilibus.
Et ornaui te ornamēto, & dedi armillas in manib.
tuis, & torquē circa collum tuū. Quod ſi ſeorſum
quid ſtola, quid annulus, quid calceamēta ſignifi-
cent, eſt dicendū, rectiſsimè per ſtolam intelligitur
veſtis illa, quā qui non habet, non poteſt intereſſe
regis cōuiuio, nempe charitas, quæ operit peccato
rū multitudinem, & ornat hominem veluti veſte
filiofamilias digna. per annulum, artabo familiari
tatiserga Deum, qui eſt ipſe ſpiritus ſanct⁹, iuxta
1. Ioā. 4. illud: In hoc cognoſcimus quod in eo manem⁹, &
ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis B
Epheſ. 1. Vnde Paulus: Inquē, inquit, credentes, ſignati eſtis
ſpiritu promiſſionis ſancto. Per calceamēta, cuſto
dia diuinæ gratiæ, qua affectus hominis ita muniā
tur: vt ſuper & inter ſcorpiones & ſerpētes ſecu-
rus ambulet, nec alicubi coluber inſidians plātam
ingredienti s inuidat. Aut per annulum, qui poſt
ſtolam indutā datur manui, ornamentū bonorū o-
perum ſignificatur: per calceamenta pedib. data,
officium prædicandi aliis Euangeliū pacis. iuxta il
Epheſ. 6. lud Pauli: Calceati pedes in præparationem Euan
gelij pacis. Conuenit enim vt qui in ſe excellentē
Dei miſericordiam expertus eſt, aliis eandem an-
nunciet, quemadmodū paulus fecit. Vitulus autē
ſaginatus, omniū conſenſu ſanctū Chriſti corpus
deſignat, cuius etiā eſu Deus peccatores poſt re- C
conciliationem dignatur. Velut vitulus enim eſt
Chriſtus ipſe, propter ſacrificium, quo oblatus eſt
in cruce, & quotidie offertur in altari: veluti vitu-
lus autē ſaginatus, quia impinguatus plenitudine
charismatum, atq; ad id impinguatus, vt de eius
pinguedine etiā nos in ſpirituali conuiuio impin-
guaremur. Mactatur vitulus iſte peccatorib. acde-
inde in communi totius familiæ cōuiuio cum læ-
titia omnium editur, primū quidē pro ſalute om-
nium offertur in memoriam immolationis factæ
in cruce, & deinde communiter à fidelib. ſumitur
cum lætitia mentis; & gaudio etiam Angelorū ob
reconciliationem humanæ naturæ cū Deo, & gra-
tiam Dei factam peccatoribus. poteſt tamē per vi
tulum ſaginatum, qui paratur filio prodigo reſipi D
ſcenti, intelligi etiam, (& fortaſſe cōuenientius pro
intētione Domini, & ſequentium exigentia,) pec-
catoribus in principio ſuæ cōuerſionis frequēter
dati, vt magna conſolatione interni gaudii affician
tur, quo ſic confirmentur in via Dei: qualem con-
ſolationem & delitias nūquā ſenſerunt iuſti pleri
que, qui iugiter in virtutibus & bonis operibus
fuerunt occupati, qui ſignificantur per eū, de quo
ſequitur, filiū ſeniorem in agro laborantē. Quæ-
ſtio proinde ſic naſcitur, quomodo ſi filius iſte ſe-
nior perſonam gerat iuſtorum, dicatur indignatus
patri ob fratris receptionem. Non enim hoc iuſto E
rum eſt, obmurmurare Deo, inuidere gratiæ fratri
collatę. Hinc ſane plerique eā maluerūt ſeq huius
parabolæ tractationem, qua per iuniorē populus
gentilis, per ſeniorem populus Iudaicus intelligi-
tur. In Iudæos enim indignè ferentes tā facile ad
Euangelicam gratiam admitti gentes, optime qua
drat illa ſenioris indignatio. Verum cū hic non
ſit ſenſus à Domino primo intentus, vt ſupra oſtē
ſum eſt, dicendum eſt primum quidē quod ea quę
hic dicuntur de filio ſeniore gerente iuſtorū per-
ſonam, dicta ſunt à Domino; ad notandū ipſos pha
riſæos & Scribas, qui iuſti volebant haberi, quibus
Dominus per factum filii ſenioris, quod nemo nō
culpandum fateretur, inſinuare voluit quā inique
& impie ipſi tanquam iuſti, indignarētur publica-
nos & peccatores recipi à Chriſto. Perinde enim
eos facere, atq; filius ille ſenior, quem quiq; male
feciſſe non negaret: Deum tamen etiā omnib. mo
dis ſtudere per filium ſuū vt Phariſæorum obmur
murationē reprimeret, eiſq; ſatisfaceret, ac com-
uiuii & gratiæ Euāgelicæ participes faceret, ac ſic
fere eos tectē conpellare: Eſto vos iuſti, ſitis ſicut
filius ille beneplacens patri. Obſecro vos iuſtos &
mundos, ne obmurmuretis in reſipiſcentia & ſalu
te fratrum veſtrorū, de qua gaudet tota ſanctorū
familia. Deinde dicendum per hanc de filio ſenio-
re narrationem ſignificatum, eſſe tantam Dei erga
peccatores benignitatē, vt eam iuſti nunquā ſatis
queāt admirari, vtq; indigātio & obmurmuratio
hinc naſci poſsit, ſicut, inquit Theophylactus, inſa
miliari colloquio ſæpe cum beneficiis quempiam
affecimus, & deinde gratias egerit: dicimus, repre-
hendunt me omnes quod tanta in te beneficia con
tuli, quamuis forte nemo nos reprehendat, atta-
men magnitudinem beneficentiæ oſtendere volē
tes, ita fingim⁹. Poſtremū cū Hieronymo & Caieta
no etiam rectè intelligitur ſignificatū, in iuſtis qui
buſdam adhuc ſcilicet imperfectioribus, ex conſi
deratione immenſæ benignitatis diuinæ erga gra-
ues peccatores, naſci aliquid inuidiæ & obmurmu
rationis, at Deū tamē & pro horū ſalute viciſsim C
eſſe ſolicitū, ac per internas ſuas inſpirationes cor
rigere oborientes animo huiuſmodi cogitationes,
ac reducere adſaniores cogitationes. Quæ pro my
ſtica tractatione eorū quæ de filio ſeniore dicūtur
ſufficiūt, vt non ſit neceſſe magis particulatim per
ſequi ſingula. Porro quoniā hæc Phariſæorum ob
murmuratio, cuius occaſione hæc parabola dicta
eſt, & quæ hac parabola notata eſt, veluti prælu-
dium quoddam fuit eius indignationis, qua poſtea
Iudæi obmurmuratuerunt gentium ad gratiā Euā-
gelicā receptioni, ſine legis obſeruatione, quarum
gentium vocatio, & receptio, in receptione pu-
blicanorum & peccatorum etiā figurabatur, ideo
non male, nec extra Domini propoſitum, plerique D
etiam veteres intellexerunt per duos vnius patris
filios, duos populos: gentilem per iuniorem, ob in
ſipientiā eius: Iudaicum per ſeniorem, propter ma
iorem eius ſapientiam. Si enim id ſpectemus quod
dictum eſt, nempe quod res quæ tum gerebatur
præludiū fuerit eius quod poſtea magis erat futu-
rum, veriſimile eſt Dominū præter eum ſenſum
myſticū & allegoricum, qui ſuo propoſito potiſ-
ſimum ſeruit & iam tractatus eſt, etiam hunc alte
rum ſignificaſſe, in quē ſane pleraque parabolæ
optime quadrant, vt vel ob id etiam ad eū ſenſum
reſpexiſſe videri poſsit Dominus. In quo tamē ſen
ſu tractādo breuiores erimus, q pleraque ex prio
ri tractatione ſumi poſsint. Itaque duorū populo
rum, quorū vnus erat pater & conditor, iunior
nēpe gentilis à Deo patre ſuo deficiens, acceptas
ab eo facultates, in regione longinqua diſsipauit
cum ſcortis. Acceperat enim à Deo dona naturæ,
vt inuiſibilia eius per ea quæ erāt viſibilia cognoſ
ceret, & ex pulchritudine creaturarū cōſequenter
intelligeret creatorē. Sed quia veritatem in iniuſti
tia detinuit, & pro Deo idola coluit, cum illis Deo
derelicto turpiter fornicatus, naturæ bona vniuer
ſa conſumpſit, & cōſumptis omnibus, cœpit egere
virtutibus.

virtutibus, derelicto fonte virtutum. Vnde cū in A
regione gentiliū deſtituta cognitione veri Dei, fa-
cta eſſet valida fames ſolidæ veritatis quæ mentē
verē paſceret, cœpit populus iſte totus ſubiectus
eſſe dæmoniacę poteſtati, ac quiſque ſibi aliquem
veritatis doctorem quæſiuit, diuerſis diuerſorum
philoſophorum dogmata ſectantibus. Quibus cū
ſentiret famem non leuari, nec ſaturitatem parari,
tandem perteſus gentilis populus ſuæ conditio- B
nis, patris ſui cœleſtis per Euangelicā prædicatio-
nem illi ingeſta memoria, confidenter ad eius im-
plorandam cum omni humilitate miſericordiam
properauit, neque diffidens ob eius benignitatē,
neq; ob ſuā vilitatem ac indignitatem ſe dignūre
putans, qui ad fœlicitatem Iudæorum aſſumere-
tur. Quem tamen Deus & facillimè & benigniſſi-
me ſuſcepit, non tantū innocentiæ ſtola quā in A-
dam perdideramus, & annulo fidei, accalceamētis
protectionis ſuæ eum donās. ſed pinguiſſimo etiā
ei conuiuio inſtructo, reuelatæ ſcilicet veritatis &
corporis ac ſanguinis filii, quale conuiuium nec-
dum parauerat in veteri teſtamento, populo Iudai
co per filium ſeniorū ſignificato. Proinde hic po- C

PARABOLA DE VILLICO INIQVO.

LVCÆ 16. CAPVT XCV.

Dicebat autem & ad Diſcipulos ſuos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicū, & hic diffamatus eſt apud illū, quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illū, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, iā enim non poteris villicare. Ait autē villicus intra ſe: Quid faciā, quia dominus meus aufert à me villicationē? fodere non valeo, mē dicare erubeſco. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas. Cōuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo: Quantū debes domino meo? At ille dixit: Cētū cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionē tuā, & ſede, cito ſcribe quinquaginta. Deinde alii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait. Centū coros tritici. Ait ille: Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicū iniquitatis, quia prudēter feciſſet, quia filii huius ſeculi prudētiores filiis lucis in ge neratione ſua ſunt. Et ego dico vobis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiāt vos in æterna tabernacula. Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod verum eſt quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrū eſt quis dabit vobis? Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnū odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterū contēnet. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Audiebant autem omnia hæc Phariſæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus. Deus autem nouit corda veſtra, quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum: Lex & prophetæ uſque ad Ioannem, ex eo regnū Dei euangelizatur: & omnis in illud vnum facit: Facilius eſt autem cælum & terram præterire, quam de lege vnum apicem cadere.

DICEBAT AVTEM ET AD DISCI- D
PVLOS SVOS: HOMO QVIDAM
ERAT DIVES. Poſtquam tribus parabolis præ-
cedentibus Dominus confutauit calumniā Phari
ſæorū & obmurmurationem, quartam iam adie-
cit de diſpenſatore iniquo, ad redarguendam præ-
ſentiū Phariſæorū auaritiam. Nā horum gratia &
occaſione hāc etiā parabolā eſſe dictā patet ſatis
ex ſequētibus, cū dicuntur hæc omnia auari Pha- E
riſęi audiſſe, & ob id deriſiſſe Dominū. Cū autem
ſuperiores tres parabolas dixerit ad Phariſæos,
nunc ad Diſcipulos ſermonē cōuertit, quāuis Pha
riſæorū notare volens auaritiā. Sciebat enim hu-
ius doctrinę nō eſſe capaces, nec eā approbaturos
Phariſæos, vnde Diſcipulos ſuos alloquitur, volēs
eos à morbo illo Phariſæorū curare & præſeruare,
cuius notādi & de eo differendi occaſionē præbue
rūt Phariſæi ſua præſentia & obmurmuratione.
Porro priuſquā parabolæ huius ſcopus & myſtic⁹
ſenſus explicetur, quædā circa lītera ſunt ānotāda.
Et primū quidē, quod interpres nō ſatis recte hic
poſuit nomen villici & villicationis, & verbū, vil-
licare. Pro villicus enim eſt Græcis dictio. Latinis
auribus non inſolens οἰκονόμος œconomus, id eſt,
diſpenſator, quomodo vertendū magis fuiſſe do-
cet D. Hieronymus quæſt. 6. ad Algaſiam, vbi hāc
parabolā tractat, & docet differentiā inter villicū
& œconomum vel diſpenſatorē. Villicus, inquit,
proprie villæ gubernator eſt, vnde & à villa villi- E
cus nomen accepit: οἰκονόμος autem tam pecuniæ
quam frugū, & omniū quæ dominus poſsidet diſ
pēſator eſt. Vnde & οἰκονόμος Xenophōtis pulcher
rimus liber eſt, qui nō gubernationē villæ, ſed di-
penſationem vniuerſę domus (Tullio interpretan
te) ſignificat. Hęc ille, qui in ſequētibus pro villica
cationis, legit diſpenſationis: & pro villicare, diſpē
ſare. Secundò notandum, quod cum dicitur, cen-
tū cados olei. pro cados, Græce eſt batos, quomo-
dō & D. Hieronymus legit loco prędicto. Nec eſt
idem cadus quod batus. Nam cadus, vt dictum
eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in cap. Concordiæ 18. Idem est quod metreta, & est dictio Græca, sicut & metreta. cõtinetq; sextarios sexaginta, hoc est, docẽ congios. Batus autem continet sextarios septuaginta duos, vt testatur Iosephus lib. antiq. 8. & est Hebraica vox, sicut & dictio quæ sequitur, Corus. Hebræi enim dicũt בת Bath, vnde batus, & כור Cor, vnde Corus, quod & חמור Homor illis dicitur: Batum tamẽ & cadũ siue metretam pro eadem mensura accepisse D. Hieronymũ patet ex eo qđ 2. Paralip. 2. pro Bath vertit metretam, cum legimus: Dabo in cibaria tritici coros viginti milia, & hordei coros totidẽ, & vini viginti milia metretas, oleiq; fata viginti milia. Hic enim Hebræis pro metretis & pro satis est Bath. Idem Hieron. lib. 14. Comment. in Ezech. cap. 45. Decima, inquit, pars cori in speciebus liquidis vocatur batus siue cadus. Sic enim legendum puto, cum libri habeant vadus pro cadus. Hinc nõ mirum quod hic pro batos legamus cados. Vt autem patet ex Ezech. cap. 45. & dictũ est in cap. Cõcordiæ 52. Batus mensura erat liquidorum, æqualis Ephi mensuræ aridorum, quarũ vtraq; decima fuit pars cori. vnde constat villicum istum iniquitatis plus remisisse ei qui centum coros debebat, quàm ei qui centum batos, quãuis huic remiserit quinquaginta, illi verò tantum viginti. Nã viginti cori continent 200. batos: sicut 100. cori batos 1000. Corus autem, vt scribit Iosephus, continet modia Attica decem, quanquã Græca eo loco nõ habeant, modia, sed medimnos. At Budæus ostẽdit medimnum valere sex modios. Illud mirũ, quod idem Iosephus. 3. antiquitatum circa finem scribit eorum valere quadraginta & vnum medimnos Atticos. Bati capacitas (qua cognita, omnium mẽsurarum Hebraicarũ habetur notitia) haberi forte posset geometrica & arithmetica arte & ex descriptione matis cnei, 3. Reg. 7. & 2. Parali. 4. quod dicitur 2. Reg. 7. continuisse duo milia bathos, & 2. Paralip. 4. tria milia metretas, vbi pro, metretas Hebræis est bathos, quod tamen mirũ, quomodo concordat cum eo quod dicitur in 2. Regũ. Sed de mensuris hæc pro præsenti loco sufficiunt. Cæterum quod dispensator iste dicitur dixisse: Accipe cautionem tuam, vt est vtrobique, σφτο γραμμα, vel literas tuas, aut scriptum tuum, & scribe hoc vel illud, sic videtur intelligendum, vt ipse tradiderit eis in manus eorum, syngrapham obligatoriam olim ab eis scriptam, eaque rupta, aliam iusserit ab eis scribi, in qua tantum faterentur se debere 50. vel 80. Quod autem sequitur; Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, quidam putant non verba esse Christi, sed Euangelistæ, interrumpentis Christi sermonem, vt per dictionem, dominus, non intelligatur dives ille, de quo parabola, sed ipse Christus eo quod nõ videatur verisimile quod dominus dispensatoris fraudatus laudasset illum. Vnde in paraph. sic habet quidam: Ea fraus si comperta fuisset illi diuiti, non fuisset impunè œconomo, sed tamen Dominus Iesus ad exemplum beneficentiæ laudauit apud Discipulos suos fraudulẽtum illius, sed tamẽ prudens consilium, & ad huius imitationẽ adhortatus est suos. Verũ magis apparet hæc adhuc esse verba Saluatoris eo quòd statim sequatur ab eo dictũ; Et ego dico vobis. Itaque magis intelligendum. Saluatorem quod sic proposito suo conueniret, fingere dominum illius dispensatoris velut liberalem, delectatum ingenio illius, laudasseq; eũ,

Quid Batus.

Quid Corus.

Lib. 15. antiquit. 18

non quod fraudem commisisset, sed quod prudenter egisset, sibi prospiciens in futurũ: quemadmodum cum audimus ab aliquo patratum facinus, sed ingeniosè, etsi damnemus factũ, laudamus tamen ingenium, dolemusque eũ aut alios nõ in aliis rebus melioribus tale ingeniũ exercere. quod & hic Saluator quasi egre ferens subiecit; quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Vbi illud, in generatione sua, perinde est ac si, vt apertius verti posset, diceretur, in genere suo, & additum est ad significandum quod non absolute sunt prudentiores filiis lucis, sed in genere suo, hoc est, eo modo quo tales dicũtur prudentes. Sensus ergo est, quod filii huius seculi suo modo prudentiores sunt & callidiores ad prospiciẽdũ ibi de iis quæ ad præsens seculum pertinẽt, quam filii lucis ad curandum ea quæ ad vitam illam pertinent, quã ipsi spectant. Aut illud, in generatione sua idẽ est quod, inter suos, vt intelligatur Dominus significare duas generationes, vnam filiorum huius seculi, alteram filiorum lucis, & illos istis esse prudentiores in sua generatione, hoc est, inter suos, & iniis quæ ad eos pertinent, & quæ ipsi gerunt & curant. Caietanus intelligit tantum significari à Domino, quod filii huius seculi sint in suis rebus prudentiores, quã in eisdem rebus sint filii lucis, qui mũdana non curant. Verũ alter sensus dictus, quo intelligitur significari illos in suis rebus & suo modo esse prudentiores filiis lucis in suis rebus, plenior est. & proposito Domini magis conueniens, non quod illorum prudentia semper vincat horum prudẽtiã, sed quod vt in plurimum sic fiat. Cæterum orationes illæ; filii huius seculi filii lucis, phrases sunt Hebraicę, quibus significatur homines addicti huic seculo, & qui iam lucẽ Euãgelicã amplexi sunt. Bene autẽ opponit filios lucis filiis huius seculi, significans seculum hoc tenebrosum esse, & filios eius esse filios tenebrarũ, quod ad exaggerationem & reprehẽsionẽ nostræ oscitantiæ facit, quod eis qui luce donati sunt, maior cõueniebat prudentia, quam his qui cenebrarũ sunt filii. His præmissis, vt ad mysticam parabolæ huius tractationem & explicationem intẽtionis Domini deueniamus, id primo certum est, qđ villicus iste iniquitatis, qui à domino nobis ad imitandũ proponitur, non quoad omma quæ de ipso narrantur imitandus proponitur. Nõ enim aut domino nostro faciẽda est aliqua fraus, aut de ipsa fraude & alienis eleemosynæ erogandæ, neq; eos à quibus recipi volumus in æterna tabernacula, tanquã debitores Domini nostri fas est intelligere, eũ iusti & sancti potissimũ significẽtur hoc loco, q eos introducant in ęterna tabernacula, à quib. necessitates eorũ in præsenti vita sunt subleuatæ. prouide in hac maxime parabola summa dũtaxat spectanda est: nec singula sic sunt persequenda, vt in quibuslibet partibus similitudinẽ propriam quæramus. & singula villici nobis accõmodemus, quẽ admodũ nec in reliquis parabolis ideſe faciendũ, supra sæpe dictum est. Quæ autẽ sit huius parabolæ summa, ex his quæ Dominus parabolæ subiecit, satis licet colligere, cum explicans quorsũ hæc dicta sit adiicit: Et ego dico vobis, facite vobis, &c. quanquam hic non cũcta explicet in parabola spectanda, sed tantum id quod est præcipuũ, reliqua nostræ intelligentię relinquens. Summa ergo parabolæ in tribus consistit. Primum, vt intelligamus nos omnes bonorum temporalium non esse domi-

nos,

minos, sed tantum dispensatores, ac ob id exactam à nobis rationem poscendam aliquãdo, vt summa cum solicitudine curandũ nobis sit quo illa ad voluntatem Domini dispensemus. Secundo, ad hoc tendit parabola, idq; præcipue, vt sicut dispẽsator ille cum intelligeret se sua priuãdum dispensatione, solicitus fuit vt futuræ vitæ prospiceret, nec aliud præsentius reperit quam vt bonis domini sui in suum commodum vtens quãdiu posset pararet sibi amicos ex bonis domini sui, qui ipsũ suo munere destitutum alerent ita & nos cogitemus aliquando nos à temporalium horum bonorũ dispẽsatione amouendos, ac ob id soliciti simus qua ratione nobis in ęterna vita, vbi non erit horũ inmanu nostra dispensatio prospiciamus, sciamusque illam demum prospiciendi nobis rationem esse cõmodissimam, si ex acceptis diuinitus facultatibus benefaciamus liberaliter pauperibus, per quos in æterna simus recipiendi tabernacula, cũ defuncti fuerimus dispensationis nostræ officio. Tertiò, ad hoc tendit parabola, vt intelligamus quod si dominus iniqui dispẽsatoris pallus dispendia laudat dispensatoris prudentiam, quod aduersus dominũ quidem fraudulenter, sed pro se prudenter egerit: multo magis à Domino nostro, qui & ditissimus est, & nullum damnum potest sustinere, & cuius præceptum est vt pauperibus benefaciam', laudandi sumus, si bonis eius nostræ dispensationi cõmissis ab ipso, ita in nostrum cõmodum vtamur, vt per ea nobis paremus locum in æternis mansionibus. His tribus in parabola obseruatis, cætera relinquenda sunt tanquam pro exempli cõmoda narratione tantum dicta, vt non sit inquirendum quid significatum sit per hoc quod villicus dixit: Fodere non valeo, mẽdicare erubesco, & quod vni remisit 50. batos olei, alteri vero 20. coros tritici. Non enim eadem est ratio eorum quos ex bonis domini sui dispensator iste sibi amicos parauit, & eorũ quos ex datis diuitiis nobis parare debemus amicos. Illorum enim amicitia parabatur per hoc quod eis tanquam domini debitoribus debitũ remittebatur ex parte: horum vero paratur per hoc quod eis tanquã amicis domini tribuuntur & cõmunicantur nobis concessa. Accedit ad hæc quod parabola hæc ex earum parabolarũ est genere, in quibus cõparatio sumitur ex dissimilitudine, quẽ admodum docet D. August. lib. 12. quæst. Euang. cap. 34. & 45. & annotandum, est à nobis cap. Cõcord. 83. vt ob id minus sit mirandum, si non omnia quæ in parabola dicuntur nobis, mysticè applicare possint, quemadmodum fere possunt in aliis parabolis. Quãquam enim nobis ex parte imitandus proponatur dispensator iniquus, in multis tamen non est imitandus, quodq; in eo nobis imitandum proponitur, magis significatur ex dissimilitudine argumento à minori affirmatiue, quã argumẽto à simili. Quod enim significare voluit Dominus illud est. Si dispẽsator ille pro temporalia vita adeo fuit solicitus, & tanta astutia vsus est, vt futuræ inopiæ occurreret, multo magis vos maiori prædito prudentia, de æterna vita vobis cõuenit simili ratione prouidere. Et si ille laudatus est à Domino iniuria affecto, quod prudenter sibi prospexisset, multo magis vos laudandi ab eo qui & nõ patitur damnũ, & hoc vos facere el præcepit. Hieto. loco superius notato adducit Theophilum Antiochenę Ecclesiæ sextum post Petrum Episcopum, quem dicit etiam quatuor Euãgelistarum in vnũ opus dicta compegisse atque in suis. Commẽt. parabolam hanc intellexisse de Paulo Apostolo, vt is sit per villicum iniquitatis significatus, cui & attribuat singula parabolæ: sed certum est Episcopũ illum tantum per accommodationem parabolam illam Paulo applicuisse, nec existimasse hunc fuisse sensum à Domino hic intentum. Hinc ta mẽ obseruandum quam antiquæ sint, & ex Apostolorũ temporibus derivatæ tractationes allegoricæ etiã accommodatitiæ tantum, & docendi tantum gratia excogitatæ, quanquam idem Hieronymus in lib. de scriptoribus Ecclesiæ, dum meminit huius Theophili, dubitet num Commentarii in Euangelium qui eius nomine tunc legẽbãtur, fuerint illius. Restat excutienda vltima sententia illa, quæ parabolæ conclusio est.

ET EGO DICO VOBIS: FACITE VOBIS AMICOS DE MAMMONA.] Mammona iniquitatis, Hebraica phrasi positum est pro mãmona iniquo, vt postea dicitur; quemadmodũ supra villicus iniquitatis pro villico iniquo. Porro mãmona, nõ Hebræa, sed Siriaca vox, teste Hieronymo. diuitias significat vt & circa Matth. cap. 6. dictũ est. Ideo autẽ Hieronymus diuitias mãmona dicit vocari. quod de iniquitate collectę sunt, vnde apparet eum intellexisse hanc dictionẽ esse cõpositam ex præpositione מן Min, id est, à, & נחנה Nona, à verbo נחן Iana, quod est violẽtiã inferre, & aliena diripere. Id si verũ est, colligere hinc licet quare Euãgelistę hãc dictionẽ seruauerint, & rursum quare additum sit iniquitatis, nimirũ explicãdi vocabuli gratia. Est tamẽ & alia ratio quare Dominus non simpliciter dixerit de mammona, sed de mammona iniquo, nempe propter similitudinẽ maiorem indicandã inter nos & iniquum villicum quem imitãdum proposuit, vt scilicet sicut ille de iniquis diuitiis sibi parauit amicos, & nos de iniquo mammona faciamus. Cauẽdũ tamẽ, ne quem admodũ Augustino teste aliqui hinc intellexerũt, etiã nos intelligamus, Dominũ nos admonere vt aliena diripientes, ea in eleemosynas erogemus, sicq; nobis paremus apud Deum amicos. Diuitias enim iniquas, vnde nos vult parare amicos, nõ intellexit quas ab aliis per nefas accipiamus, sed quascunq; etiã iusto titulo possidemus, & quę vel nostra industria, vel ex hæreditate nobis obuenerunt. Earũ enim quas iniustè habemus nõ sumus à Deo cõstituti dispensatores, quia nec à Deo eas accipimus, sed eas tantum à Deo accipimus quas iuste possidemus, quas tamen Dominus hic iniquũ vocat mammona, eo quod, vt inquit Hieronymus quæst. 1. ad Hedibiam, omnes diuitiæ de iniquitate descendunt, & nisi alter perdiderit, alter non potest inuenire. Vnde, inquit, & illa vulgata sentẽtia mihi videtur esse verissima: Dives aut iniquus, aut iniqui hęres. Cui cõsonat illud Manãdri: Nũquã vir equus, dives euasit cito. Atq; hęc videri potest singularis ratio, ob quã diuitias Dominus dixerit iniustas, nempe quia ab iniquitate descendũt & parantur, si non alia, saltẽ ea iniquitate, quia nimio studio & diligẽtia congregantur, aut qua illicite seruantur, non erogando ea pauperib. quẽad modũ oportebat. quãdoque vero frequẽter ea iniquitate, qua nõ satis iustis modis ab aliis accepta sibi vsurpat & appropriat aliquis. Possunt tamẽ & aliter diuitiæ dici iniquę aut mãmona iniquitatis, nimirũ quia sunt materies omnis iniustitiæ & iniquitatis, aut secundum Augustinum, quia non sũt

veræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

rere diuitię,quæcunq; huius seculi diuitiæ,sed fal
sæ,& iniquę sibi nomen illud vendicantes,vnde&
postea iniquo mammonæ opponitur id quod verũ
est.Ex qua verborũ Christi explicatione huic pa-
rabolæ subiecta videtur hæc potissima esse ratio,
cur hic mammona dicat iniquitatis.Cæterũ ami-
ci quos de mãmona iniquitatis Dominusnos vult
parare, vt nos recipiant in æterna tabernacula cũ
defecerimus,hoc est, cum ex hoc mũdo emigrare
cogemur,sunt potissimum sancti & fideles paupe
res,eique maxime,qui omnia sua propter Domi-
num reliquerũt,aut perdiderunt,pleni diuitiis spi
ritualibus,quales erant illi in Ierusalẽ pauperes;
1. Cor. 16 pro quibus collectas fieri adhortatur in epistolis
ad Corint.Paulus,quas ipse per sese in Ierusalẽ de
tulit.Huiusmodi enim propriè conuenit illud,reci
piant vos in æterna tabernacula; non autẽ impiis
& infidelibus pauperibus,qui ipsi nõ sunt ingres-
suri tabernacula.Dicuntur autẽ illi recepturi suos
benefactores in cœlum , simpliciter quidẽ,
Matt. 25 quia propter illos Christus eorũ benefactores re-
cepturus est,qui sibi imputat factũ quod illis im-
penditur,iuxta illud: Quod vni ex minimis meis
feciſtis,mihi feciſtis.&: quicũque potũ dederit vni
ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum no-
mine discipuli,non perdet mercedem suã.Subtilio
ri vero ratione,tum quia simul eum Christo reg-
nabunt & dominabuntur populis,ac judicabũt na
tiones,& proinde simul etiã cũ eo recipient bene
factores suos in cœlum: tum quia illis cõmunicãt
2. Cor. 8. sua merita & diuitias spirituales,qui ipsis sua tem
poralia impartiuntur,iuxta illud Pauli: In præsen
ti tempore vestra abundantia illorũ inopiam sup-
pleat,vt illorum abundantia vestrę inopiæ sit sup
plementum.Quanquam autem hac sententia Do-
minus videatur maxime adhortari diuites ad elee
mosynas erogandas pauperibus sanctis & iustis,
quibus maxime tanquã domesticis fidei & Dei a-
micis eleemosynæ sunt faciendæ,tamen quoniam
etiam omnibus pauperibus , quanquam inimicis
& hostibus fidei,est beneficiendũ, potest etiã hæc
sententia generaliter accipi,vt sit adhortatoria ad
faciẽdam eleemosynam quibusuis pauperibus , q
qualescunq; sint,& quanquam non ipsimet ingre
diantur æternas mansiones,dicuntur recte benefa
ctores suos recipere in cœlum , ob rationẽ prius
dictam,quia propter beneficia eis impẽsa Christ⁹
illos recipit in cœlum.Porro D.Ambrosius signifi
cat se per amicos qui nos recipiant in cœlum,in-
telligere ipsos Angelos & sanctos,qui regnãt incę
lo cum Christo,quos nobis amicos facimus,dum
quibusuis pauperibus affectu misericordiæ bene-
facimus.Sic enim scribit: Facite vobis amicos de
iniquo mammona,vt largiendo pauperib.Angelo
rũ cęterorũque,sanctorum gratiã cõparemus.Ex-
pendẽda est autẽ expresse vis & pondus huius sen
tentię Dominicæ, qua nulla alia efficacior esse po-
test ad eleemosynæ commẽdationẽ,ad quam ho-
mines sunt tardissimi,cum nihil sit magis ad salu
tem necessariũ & vtile.Cũ enim per parabolam in
sinuetur nos omnes bonorum temporalium tan-
tum esse dispensatores , & dispensatio in bonũ &
commodum domini sit facienda:hac tamẽ senten
tia demonstratur:quomodo in maximum nostrũ
bonũ commissorũ nobis bonorũ dispẽsationem
facere possumus,cum gratia veri Domini.Deinde
cum diuitias dicat esse mammona iniquitatis, ta-
men ostendit Dominus quomodo iniustitiam il-

A lam nobis vertere possumus in iustitiã:cumque di
uitiis homines fere quærant sibi facere quæstũ, &
lucrum augere , ostendit qua ratione sibi per eas
maxime prospicere possint, non in aliquot annos
sed in perpetuũ , quomodo scilicet vere cẽsus au-
geatur,& reditus patentur perpetui. Postremum,
cũ diuites fere velint à pauperibus multum roga-
ri,& velut benefactores ab eis haberi , Dominus
contrà significat pauperes potius à diuitibus quæ
rẽdos,& ambiendos , ac necessitatis beneficia eis
obtrudenda,vt eos apud Deũ habeant patronos &
intercessores. Vnde D.Gregorius lib. 21. Moraliũ
cap.14.Multum , inquit,ad edomandam dãtis su-
perbiã valet , si cum terrena tribuit verba solicite
cœlestis magistri penset,qui ait: Facite vobis ami
cos de mãmona iniquitatis,vt cũ defeceritis, reci
piant vos in æterna tabernacula. Si enim eorum
B amicitiis æterna tabernacula acquirimus , dantes
proculdubio pensare debemus,quia patronis po-
tius munera offerimus,quãegenis donalargimur.
Qui itaque nunc temporale subsidium pauperi
tribuit , ab eo postmodum perpetua recepturus,
vt ita dicam,quasi ad frugem terram excolit quæ
quod accepit,vberius reddit.Hæc ille.

QVI FIDELIS EST IN MINIMO,ET IN MAIORI FIDELIS EST,&c.]Quo ma-
gis ad benigne dispensanda præsentia bona prouo
caret Dominus , alterũ etiã ex occasione eiusdem
parabolæ subiicit documentũ,de pœna scilicet ma
li dispẽsatoris temporaliũ facultatũ , quãm dupli-
cem fore insinuat,nempe quia talis & in præsenti
tempore iudignus apud Deum habebitur cui ve-
riores diuitię committantur dispensandæ, & in fu
turo sæculo sua apud Deum carebit mercede.Pri-
mum itaq; horũ ostensurus, præmittit duas ,puer
biales & à vulgo desumptas sententias generales.
Qui fidelis est,inquit,in minimo, &, id est,etiã in
maiori(aut magno,vt habent Græca)est fidelis.Et
qui in modico(aut, vt est Græce, in minimo) ini-
quus est,& in maiori iniquus est.Quarum senten-
tiarum veritati non obstat, quod quandoque repe
riantur quidã fideles in paruis,& infideles in mag
nis:aut contrà infideles in paruis, & in magnis fi-
deles.Sunt enim vulgares, vt dictũ est , sententiæ,
quibus significatur quid vt in plurimum vsuene-
niat,quodque homines ex minoribus factis maio
rum coniecturam facere soleant. Vnde domini ser
uorum suorum fidẽlitatẽ in paruis primum ten-
tant,quã si in eis integram inuenerint, audent eis
etiam magna committere. Et ex puerilibus inue-
num furtis coniecturam facimus grauiorũ furto
rum maturiorem ætatem secuturorũ. Ex his ergo
generalibus & vulgaribus sententiis, infert Domi
nus,quod suo seruit proposito. Si ergo in iniquo
mammona,re scilicet minima, si ad spiritualia bo
na fiat cõparatio,non fuistis fideles, dispẽsando
ea secundũ voluntatẽ Domini vestri, quod ve-
rum est quis credet vobis?hoc est,spirituales diui-
nitias,quæ solæ vera sunt bona , Deus nequaquã
committet vobis dispẽsandas. Discipulos enim
alloquitur,& in eis omnes nos, quos significat in
pędicandum committatur,aut alia dona spiritua
lia dentur in ædificationem & vtilitatem aliorum.
Simili modo Paulus de episcopis:Qui domui suæ
inquit,præesse nescit,quomodo Ecclesiæ Dei di-
ligentiam habebit? Opponit autem id quod ve-
rum est,iniquo mammonæ,significãs diuitias ter
renas

1. Tim. 3.

renas nõ vere esse diuitias,sed fallaces esse,vt quę
vere diuites & beatos homines non reddant , nec
hoc præstare possint quod pollicentur. Hinc autẽ
patet quorum in superiore parabola dictũ fuerit
de dispensatore iniquo,quem propter infidelitatẽ
suam amouere voluit dominus eius à dispensatio-
ne,nempe vt intelligamus Deũ illos suorum bono
rum dispensatione indignos iudicare,qui conces-
sa eis bona,adhuc parua,malè dispensant.Post pœ
nam autem infidelis dispensatoris,quæ ad præsẽs
pertinet seculum,subiungit & de ea quæ ad futu-
rum pertinet,rursũmque vtitur vulgari sententia.
Vulgo enim dici solet , eum qui in aliorum rebus
est infidelis , dignum esse cui etiam non dentur
quæ ipsius sunt.Vnde id suo accommodans pro-
posito dicit: Et si in alieno fideles non fuistis , qđ
B vestrum est,quis dabit vobis ? Alienum vocat di-
uitias temporales , quòd eas pleno iure non possi
deamus , cùm minimo momento vel ipsæ nobis,
vel nos illis eripiamur,quòdque eas Deus homi-
nibus concedat non tanquam propria eorum bo-
na,sed tanquam ea quæ per eos vult dispensari. Id
quod nostrum est, vocat cœlestia & æterna bona,
quia ad eorum possessionem creationmes sumus.
conueniuntque nobis secundum id quod potissi-
mum sumus , nempe rationales, ac sola hæc cum
obtenta sunt , beatos nos faciunt , nec eripi no-
bis possunt Itaque significat eos qui modo in alie
nis opibus dispensandis non fuerint fideles , sed
subtraxerint eas aliis quibus debentur , Deum vi-
cissim subtractum illis propria ipsorum bona.
Quanquam autem per id quod nostrum est dixeri
mus intelligi cœlestia bona quæ nos manent post
hanc vitam,vt ea sanè maximè sunt intelligenda,
ramen etiam generaliter inteligi possunt & ea bo
na spiritualia,quæ in præsenti vita à Deo homini-
bus conferuntur.Pergit autem Dominus post hęc
dehortari ab auaritiæ &peeunię studio,ac rursum
vulgares assumens sententias, accõmodat eas suo
proposito.Nemo,inquit,seruus potest duobus do
minis seruire,&c.Hæc autem tractata sunt in cap.
Concordiæ 42.circa cap.Matth.6.

AVDIEBANT AVTEM OMNIA HÆC PHARISÆI QVI ERANT AVARI, &c.]
Apud Græcos additur cõiunctio,&,ante Phariſæi.
Audiebant autem omnia hæc& pharisei,vt sit sen
sus:Quanquam dixerim Dominum hæc dixisse ad
suos Discipulos,tamen etiam Phariſæi audiebant
hæc omnia,qui cum essent auari , hoc est , pecu-
niarũ amatores,(Græcè enim est φιλάργυροι).& ob
id huius doctrinæ non essent capaces, deridebant
Dominum huiusmodi docentem,aut,vt est efficax
eius apud Græcos, ἐξεμυκτήριζον,id est, subsannaba
bant eum,aut naso suspendebant eum. Deriuatur
enim Græca dictio à μυκτὴρ,quod nasum significat.At nasus olim erat irrisioni dicatus , quare si-
gnificat Euangelista etiam externis vultus signis
irrisionem monstrasse.Deridebant autem eum, q
ipse Dominus,vtpote pauper adhortaretur diui-
tes ad suorum bonorum in pauperes distributio-
nem , quod diuitiarum possessores tantum dice-
ret esse dispensatores , quod consuleret diuitibus
per eleemosynas sibi pauperes facere amicos , q
diuitias vocaret mammona iniquum,quódque as
pereret.vbi multi ditissimi Deo placuisse legun-
tur,& terrenorum bonorum abundantia Dei cul-
toribus promittitur.ideo Dominus hic occurrens
ostendit iam esse tempus docendi alia quædã per-

A autem hic mundus , semperque habebit eos qui
instar Pharisæorum , cum sint elati, feroces,auari,
& libidinosi , derideant doctrinam modestiæ,cle-
mentiæ,mansuetudinis,liberalitatis, & continen-
tiæ , quorum sannas æquius & patientius ferre
prædicatores debent , cum vident etiam Dominũ
ab his non fuisse liberum. Abhorret enim à musto
Euangelicæ doctrinæ palatum assuetum vap-
pæ mundanæ prudentię , & animalis homo nõ
percipit ea quę sunt spiritus,stultitia enim est illi.
Quoniam ergo Pharisęi syncteram Euangelii do-
ctrinam irridebant , seuere eos Dominus redar- 1. Cor. 2.
guit dicens : Vos estis qui iustificatis vos coram
hominibus,hoc est,opinionem iustitię vobis para
re studetis apud homines,facientes scilicet omnia
B opera vestra vt videamini ab eis,ac his rebus stu-
dentes ex quibus homines sanctitatem ęstimant,
externis scilicet cęremoniis, baptismatibus , & id
genus rebus , atque vitia vestra palliantes sub
specie boni,vt auaritię studium sub specie promis
sionum legis , & imitatione patriarcharum : at
quantumuis iusti fitis habiti ab hominibus , qui
tantum ex externis iudicant , Deus nouit corda
vestra , & quia scit ea plena esse hypocrisi , elatio-
ne , auaritia, inuidia,vos abominatur . Tale enim
quid addere oportet , vt quod sequitur cohæreat,
quia quod hominibus altum est , abominatio est
apud Deum.Non enim hac sententia causali pro-
batur illud.Deus nouit corda vestra, sed quod qui
C apud homines iusti & magni sunt , plerunque
Deo sint abominabiles . potest & sic coniungi:
Deus nouit corda nostra, quod ob id dico, vt scia
tis abominabile esse Deo quod apud homines &
hominum reputatione excelsum est. Est autẽ hæc
sententia bene ponderanda , vt ea admoneamur
quam longissime distare ab hominum mundano-
rũ iudiciis, scientes eos fere approbare q Deus re
probat.Potest autem eius veritas in multis decla-
rari.Sapientia enim mundana,& eloquentia ma-
gna quædam & suspicienda res est apud homines. 1. Cor. 3
at iuxta paulum: Sapientia huius mundi , stultitia Rom. 8
est apud Deum.Prudentiam carnis, qua nouerunt
sibi suisque rebus bene in temporalibus prospice-
re,magni faciunt homines : at Paulus , Pruden-
tia,inquit , carnis mors est , & inimica Deo. Et
quod proposito maxime conuenit,sublime quid-
dam & suspiciendum est hominibus, abundare di
uitiis,honorari ab omnibus,præ se ferre externis
rebus,vt vestitu, cæremoniarũ obseruatione san-
ctitatem:at diuites,& honorati in mundo , & ex-
ternis rebus sese pro iustis venditantes,fere Deo
sunt abominabiles ob auaritiam,fastum,& hypo-
crisim.Sicut autẽ quod hominibus altum est,Deo
fere est abominatio,id est,abominandũ: ita etiam
contra, quod hominibus humile est & contem-
ptũ,apud Deum magnũ est.Apud Deum enim,bea
ti pauperes spiritu,beati mites,beati qui lugent,&
E qui persecutionem patiuntur , eum hi miseri &
abominabiles sint hominibus.

LEX ET PROPHETÆ VSQVE AD IOANNEM, EX EO REGNVM DEI, &c.]
Quoniam Phariſæi Dominum contra auaritiã, &
de diuitiarum dispensatione irridebant , quasi a-
liena a lege,imo contraria legi & prophetis præ-
cipere,vbi multi ditissimi Deo placuisse legun-
tur,& terrenorum bonorum abundantia Dei cul-
toribus promittitur.ideo Dominus hic occurrens
ostendit iam esse tempus docendi alia quædã per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectiora,quam quæ lex & prophetæ prius docuis- A sent,quod iam cœperit apertaregni cœlorum prę dicatio,quæ merito perfectiores requirat animos, & alia habeat præcepta quam lex Mosaica,quę diuitias terrenas,non ita autem cœlestes pollicebatur.Sensus ergo est:Offendit vos quòd nouo more diuitiarum neglectum,cõtemptum & distributionem exigam,cũ eas suis lex polliceatur. At scitote quod lex & prophetæ,id est,prophetarũ scripta vsq; ad Ioannem habuerunt suum tempus,vt docerent vos quid faciendũ esset:at à diebus Ioannis non amplius terrena bona promittuntur, sed regnũ Dei euãgelizatur.id est,annunciatur, cuius proinde noua prædicatio noua etiam habet præcepta,ac terrenorum bonorum contẽptum merito exigit.Nec est inefficax huiusmodi prædicatio etsi noua,& vobis ridicula.Quantumuis enim vos eã rideatis, tamen omnis in regnum cœlorum vim facit,hoc est,multi admodum pro illo consequendo summo feruore confluunt,veluti contendẽtes C

illud præripere aliis, adeo vt propter illud parentes & cognatos omnes alacriter relinquant, suas item possessiones prompte aut relinquãt,aut pauperibus distribuant, ac denique animam propriã seque totos abnegent,& auidi sint consequendi regni cœlorum quod prædicatur. Idem dictũ à Domino,habitum est ex Matth.cap.11.in ca.Concordiæ.47.vbi plura dicta suntpro explicatione huius loci.Porro ne quia dixit;Lex & prophetæ vsq; ad Ioannem,calumniari ipsum possent tanquã legis destructorem,subiicit de legis indissolubilitate,dicens:Facilius est autem cœlum & terram præterire,quàm de lege vnum apicem cadere,id est,quam non fiat vel minimũ quod in ea scriptum est.Quare significat se non venisse vt legem solueret, sed potius vt perficeret,atque id se facere dum quædam nunc aliter exigeret quam lex aperte præcepit.Idem dictum pluribus à Domino,habitum est ex Matth.cap.5.in concord.39.vbi circa hanc sententiam plura sunt annotata.

† accedentes.

† a homine

▷ a Quibus ait † ad vxorẽ suam.

Post diuinem creaturæ sequuntur apud Marcum quæ prius sunt posita,ad diuinem masculum vsque non legaret.

▷ e omnis qui dimittit. ‖ alteram ducit

† e ducit

DISSERIT DE MATRIMONII INDISSOLVBILITATE Matthæi 19. Marci 10. Lucæ 16 CAPVT XCVI.

[E]T† accesserunt[a] ad eum[c] Pharisæi,[&] [b] interrogabãt eũ[c] tentãtes eum, [a] & dicentes: [c] Si licet† viro dimittere vxorẽ [a] suã quacũque ex causa? ▷ [c] At ille respõdẽs ‖ dixit eis: [b] Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerũt: Moyses permisit libellũ repudii dare, & dimittere. Quib. respondẽs Iesus[a] ait: Non legistis,quia qui fecit ab initio[c] masculũ & fœminã fecit eos[b] Deus? [a] Et dixit,[c] propter hoc relinquet homo patrẽ suũ & matrẽ,& adhærebit† vxori suæ, & erunt duo in carne vna.Itaque iã non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit,homo non separet.[a] Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellũ repudii,& dimittere? Ait illis: Quoniã Moyses[c] ad duritiem cordis vestri[b] scripsit vobis præceptum istud[&] [a] permisit vobis dimittere vxores vestras:[c] ab initio autem[b] creaturæ[a] non fuit sic. Dico autẽ vobis,quia ▷ f quicunque dimiserit vxorem suam,[a] nisi ob fornicationem f & ‖ aliã duxerit, mœchatur: & qui dimissã[a] à viro,f † duxerit, mœchatur. [b] Et in domo iterum Discipuli eius de eodem interrogabant eum,& ait illis: Quicunque dimiserit vxorem suum,& alii nupserit,mœchatur.[a] Dicunt ei Discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbũ istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi,qui de matris vtero sic nati sunt. Et sunt eunuchi,qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere,capiat.

ET ACCESSERVNT [a] AD EVM [c] PHARISÆI (ET) [b] INTERROGABANT EVM [c] TENTANTES.] Postquam Lucas dixisset Dominum dixisse, Lex & prophetæ vsque ad Ioannẽ, &c.&: Facilius est cœlum & terram præterire, &c. quibus significat Dominus tempus iã esse vt alia quędam docerentur, quàm in lege & prophetis præcipitur,se tamen non venisse vt legem destrueret,sed potius vt eam suis præceptis perficeret,subiecit:Omnis qui dimittit vxorẽ, &c. vt ex vno exemplo ostenderet,quomodo Dominus legem perfecerit.Hæc enim ratione videtur Lucas hanc sententiã superioribus subiunxisse.Verisimile tamen hanc de non dimittẽda vxore doctrinam cuius obiter meminit Lucas,traditam nunc à Domino ea occasione qua eandem præsentibus Discipulis & Pharisęis traditam commemorant prolixe Mattheus & Marcus.Nam post hanc obiter cõ- E memoratam Domini doctrinam,quibusdam deinde interpositis quæ ipse solus habet,Lucas coincidit cum narratione reliquorum duorumEuangelistarum de paruulis Christo oblatis,& adolescente diuite,& aliis quæ sequuntur. quare quandoquidem superioribus subiungenda fuerat ea quæ est apud Lucam de non dimittẽda vxore sententia,oportebat hic simul cũ Luca inserere Matthæi & Marci narrationẽ, quam verisimile est Lucam ob id non tam prolixe prosecutum,quod sciret ab eis accuratè occasionẽ huius doctrinæ descriptam esse. Itaque ex collatione trium Euangelistarum hic coincidentium apparet,quod cùm Pharisæi audissent suam illam ob conuersationem Domini cũ peccatoribus obmurmurationem tribus parabolis cõfutatam,suam item auaritiam alia parabola notatam,quęsierint occasionem venãdi aliquid ex ore eius quod calumniari possent,eamque desumpserint ex eo quod dixit Dominus legẽ & prophetas locum habuisse vsq; ad Ioannem, facilius tamen esse vt cęlum & terra prætereat, quam vel minimum aliquid legis.Horum enim verborũ occasione venire illis facile potuit in mentem, vt huiusmodi legis quæstionem ei proponerent. quam quæstionem verisimile est illo tempore fuisse agitatam inter Pharisæos & Scribas,& cõtrouersam, vt ob id veluti discere cupientes quod apud ipsos erat dubium,eam quæstionem Domino proposuerint,quemadmodum postea proposuerunt,num liceret tributum dari Cæsari, & quod esset mandatum magnum in lege,& alia quædam.Causa autẽ dubitandi de diuortio apud Iudæos esse potuit quod natura illud vt fœdum & iniquum mens honestior detestetur, & tamen lex illud admiserat.

Deinde

Deinde quanquam ex lege cõstaret esse permissũ A diuortium,dubitabatur tamen an quacunq; de causa licitum esset,cum lex tantum mentionẽ faciat fœlicitatis ob quam liceat facere diuortium. Non enim tantum quæsiuerunt Pharisæi, liceret viro dimittere vxorem,quod Marcus eos interrogasse dicit,sed an liceret quacunque de causa, vt habet Matthæus,ita vt verisimile sit eos dubitasse & interrogasse de vtroq; prædicto,nẽpe an absolutè liceret,& si liceret,an quauis de causa liceret, sicut vtrunq; etiam hodie vertitur in quæstionẽ apud Theologos,vt est videre in 4.sentent. Quærebant autem hanc quæstionem apud ipsos controuersã, sub specie animi cupidi discendæ veritatis, sed re vera tentantes eum,hoc est,experiri cupientes nũ quid in dubia illa quæstione dicturus esset quod in calumniã rapere possent.Putabant enim vtrumuis respondere,habituros se quod calumniarentur.Si enim diceret non licere,accusari illum posse tanquam legi contrarium.Si vero diceret licere, accusari posse illius doctrinam tanquam imperfectam,cum perfectionis videretur esse magister.

[c] AT ILLE RESPONDENS DIXIT EIS: [b] QVID VOBIS PRÆCEPIT MOYSES.] Quanquam sciret Dominus Pharisæos maligno animo quod quærebant interrogare,tamen pro mira sua bonitate,vt & alias,non destitit quæ veritatis erant,saltem propter bonos præsentes,docere: pro immensa autem sua sapientia ita temperauit suam responsionem,vt eorũ trãseat decipulas, nec C possint calumniari,qui quiduis diceret se posse calumniari putabant.Porro responsionem Dominipaulo aliter aut alio ordine cõmemorarunt Matthæus & Marcus.Nam Marcus quidem dicit,Dominũ prius interrogasse de statuto Moysis,ac post Pharisæorum responsionem causam illius statuti reddidisse,& postremùm primęuam coniugii institutionem subintulisse.Matthæus vero primũ dixit Dominũ ex primæua coniugii institutione ostendisse coniungum inseparabilitatem,ac tũ post Pharisæorum interrogationem de statuto Moysis,reddidisse causam illius statuti. Hæc tamen varietas nec contrarietatem aliquam,nec falsitatẽ arguit, sed tantumquod vterq; Euangelistarum quædam D posuit ab altero omissa, quodq; non omnia eodẽ sunt ordine dicta quo ordine sunt scripta, quod nihil obesse veritati historiæ nemo negauerit. Marcus enim posuit interrogationem Domini de statuto Moysis,quam prætermisit Matthæus: & cõtrà Matthæus posuit interrogationem Pharisæorũ de eodem statuto,quam prætermisit Marcus.Quomodo autem in ordinem redigi possint quæ ab eis diuersimodè sunt narrata,indicat Concordia,in qua quod Marcus scribit dictum à Domino de primæua coniugii institutione post redditam causã statuti Mosaici,præponitur cum narratione Matthęi, ne bis idem proponatur,quod bis eodem tempore dixisse Dominum nõ est verisimile.Respõsurus E ergo sapientissimus magister captiosis Pharisæis, & sic responsurus vt eos sua ipsorum caperet versutia,primum,vt ex Marco patet,quæsiuit quid de re quæ quærebatur Moyses præcepisset. Quæsiuit aũt non tanquã ignorans, sed vt se legis contemptorem non esse declararet, sicut illi sperabant ex responsione ipsius se collecturos,& vt proposita ab illis constitutione Moysis,cui inniteba tur diuortii consuetudo apud Iudæos,aliã deinde ex eodem Moyse antiquiorem cõstitutionem,eámque A non Moysis,sed Dei,commode inducere & opponere posset.Cum autem Dominus quærat quid de proposita materia præceperit Moyses,Pharisæi respondẽt non quid præceperit,sed quid permiserit: Moyses,inquiunt,permisit libellum repudii scribere.Sic & cum Pharisæi postea interrogarent: quid ergo Moyses mãdauit dari libellum repudii, & dimittere?respondit Dominus: Ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Cõstitutio enim Moysis diuortium spectans, habebat aliquid permissionis & aliquid præcepti.Nam permissionis fuit,quod non prohiberet diuortium facere,& libellum repudii scribere more aliarum gentium : præcepti vero , quod constitutum fuit non posse diuortium fieri , nisi maritus vxori B scriberet,& traderet libellum repudii.Itaque præceptum hoc permissionem includit , & permissio præceptum,quare confusè hic nunc dicitur mandasse,nunc permisisse Moyses. Postquam autem Pharisæi proposuissent constitutionem Moysis,cui nitebatur diuortii consuetudo,Dominus vicissim illis proponit antiquiorem Dei circa propositam quæstionem constitutionem,cui tum ob antiquitatem,tum quòd Dei esset,non Moysis , Mosaica constitutio meritò cedere deberet: Non legistis,inquit,quia qui fecit ab initio masculum& fœminã, creauit eos?Sic enim legendum est,& non,vt quidam libri habent : Qui fecit hominem ab initio. Nam dictio,hominem,nec est in Græcis,nec in antiquis Latinis codicibus . Illud autem , ab initio, C quanquam omnes referant ad qui fecit, magis tamen cum sequenti verbo:fecit,construẽdum videtur,vt ὁ κτίσας, pro quo nos habemꝰ,qui fecit, absolutè positum,valeat idem quod factor vel creator,& sit sensus:Non legistis quod creator omniũ rerum fecit eos in initio masculum & fœminam? Nam apud Marcum in simili,imo eadem sententia,illud,ab initio,sic construitur cum sequenti verbo , fecit. Certè hanc dictionem habebat antiquꝰ quidam codex manu descriptus. Porro decisurus propositam quæstionem Dominus primum inmemoriam reuocat istud , masculum & fœminam creauit eos , scriptum 1.cap.Geneseos , & repetitum cap.5. vt per hoc probet coniugium in initio à Deo institutum,& non ab homine.Cum enim in D productione auium,piscium, & iumentorũ nulla fiat mentio masculi & fœminæ , in sola hominis productione dicitur masculum & fœminam creauit eos,ad significandũ, coniugium, quod in solo homine locum habet,à Deo institutũ esse , idque inter vnum & vnã. Secundum Hieronymum autem & Theophyla. Dominus hac scriptura etiam probare voluit,quod non liceat viro dimissa vxore aliam ducere,quia dictum est singulariter, masculum & fœminã , non autẽ fœminas. quas vtique cum viro creasset, si voluisset eũ vna relicta aliam ducere.Verum ad istud probandum magis E adducitur à Domino id quod sequitur. Videri autem potest etiam ob id Dominũ citasse illud, Masculum & fœminam creauit eos;vt in memoriam reuocaret quomodo scriptura in hominis productione nunc singulariter loquatur, nũc pluraliter, eo quod duo primi homines exvno homine substiterunt in discrimine sexuum,ita vt ex ipsa creatione monstratũ fuerit eos etsi duos persona,esse tamen quodammodo vnum hominem . Vnde dicit men quodammodo vnum hominem ad imaginem scriptura:Creauit Deus hominem ad imaginem suam,ad imaginem Dei creauit illum , masculum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& fœminam creauit eos. Sic enim recte subiuncta est altera scriptura ex secũdo capite desũpta, qua postquam probatum est coniugium esse à Deo institutum, etiam probatur sic esse institutum, vt sit inseparabile. Sequitur enim: Et dixit, Propter hoc relinquet, &c. propter hoc, nempe quia ex vno masculus & fœmina primò subsistiterunt. præcedit enĩ in Genesi ante hanc sententiam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hoc vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Dicitur autem hic Deus dixisse (nam suppositũ verbi, dixit, est Deus) cùm in Genesi hæc videantur esse verba Adę, quia Adam hęc non dixit nisi afflatu diuino, quo cognouit ex latere suo vxorem esse creatam à Deo, quam quam sic sunt hæc verba posita in Genesi, vt possint esse verba Moysis, Dei præceptum promulgantis. Porro illud, relinquet homo patrem & matrem, quidam secuti Augustinum intelligunt significare, Dominum intẽrdixisse vt quis coniugio copularetur cum patre & matre sua, cum cæteris vero omnibus nõ interdixisse. Verum magis videtur significatum his verbis maiorem & inseparabilem debere esse coniunctionem hominis cum vxore sua, quam cum parentibus propriis, idque ideo, quia prima primi mariti vxor, de ipsius viri parte formata est, quomodo non formatur homo de parentibus suis, Deo per hoc significare volente coniuges inter sese cohærere debere, perinde ac si vnus esset homo, & ad hoc à se institutos, vt per carnalem copulam vna efficeretur caro. Hoc est enim quod sequitur: Et adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Adhærebit, inquit, per amorem. diligendo scilicet eam vt proprium corpus, & per cohabitationem ad vinculum perpetuum. Nec solum adhærebit, sed erunt duo etiam in carne vna. Vbi notandum pro, in carne vna, Græca habere, εἰς σάρκα μίαν, id est, in carnem vnã, & est Hebraica phrasi dictum, erunt duo in carnem vnam: pro eo quod est, erunt duo, vna caro, quemadmodum ex Domini patet conclusione: quomodo etiam dicitur Adam factus in animam viuentem, pro eo quod est, factus anima viuens. Diuus Thomas in Cathena citat D. Hieronymum, quasi intellexerit significari duos coniunges esse in vna carne, nẽpe prolis, quæ ex eis communiter gignitur, in quo quodammodo est vterque parens. Sic enim citat Hieronymum. Et erunt duo in carne vna. præmiũ enim nuptiarum est ex duobus vnam carnem, scilicet prolis fieri: cum ille sensus vt non conuenit sequenti illationi, ita nec sit Hieronymi. Non enim Hieronymus habet duas illas dictiones, scilicet prolis, sed tantum, præmiũ nuptiarũ est ex duobus vnam carnem fieri. Quod cũ non dixisse de carne prolis, sed de carne coniugum qui inter se carnaliter commiscentur, patet ex eo quod apud eum sequitur: Castitas iuncta spiritui, vnus efficitur spiritus. Et: Deus coniunxit, vnam faciendo carnem viri & fœminæ, hanc non potest homo separare. dicuntur autem duo coniuges vna caro, nõ tantum propter carnalem commixtionem, propter quam Paulus ad hunc locum alludens dixit; qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur, sed etiam ob vnam & cõmunem vtriusque corporis potestatem. Non enim vir sui corporis potestatẽ habet, sed mulier, & contrà. Ex hac ergo scriptura infert Dominus primo vnam conclusionem, quæ est vltimorum illorum verborum interpretatio. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro, significans proindè non magis posse separari virum ab vxore, quam possit in duo diuidi caro vna. Iam, inquit, hoc est, quandoquidẽ à Deo sunt coniuncti in vnam carnẽ, non sunt amplius duo à sese diuisi, sed sunt vna caro. Infert deinde Dominus & alteram conclusionem principalem, qua respondetur ad quæstionem Pharisæorum: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Dicit quod, potius quam quos, cùm tamen de pluribus fiat sermo, quia de pluribus vt de vno loquitur, de coniugibus scilicet duobus vt de vnà carne. Pro, coniunxit, in Græco est verbũ, συνέζευξε, quod proprie est coniugauit, hoc est, in vnum iugum coniunxit & copulauit, vnde dicuntur σύζυγες, id est, coniuges. Hãc ergo sententia Dominus directe respondet propositæ quæstioni, significans non licere viro dimittere vxorem suam, quia cũ Deus maritum & vxorem coniunxerit, idque in vnam carnem, homo nullus tantæ temeritatis esse debet, vt separet coniunctũ à Deo. Aduertendum autem, quod sicut duas infert Dominus conclusiones, ita duplici de causa significatur diuortium non licere, quia scilicet & est contra naturam, & contra Dei legem & constitutionem. Contra naturam enim est, vt vna caro diuidatur, contra legem, vt hoc distrahatur quod Deus coniunxit. Homo, inquit, nõ separet, quia Deus quod coniunxit solus separare potest, quemadmodum & facit per mortem alterius coniugũ. Nec consequitur ex hac sententia non licere coniugibus ex mutuo consẽsu se diuinis se totos mancipare obsequiis, ac religionem ingredi. Non enim homo, sed Deus, inquit Hieronymus, separat, qui & coniunxerat, quando ex consensu Dei, eo quod tẽpus in arcto sit, sic habemus vxores quasi non habentes. Deinde nec tunc proprie est separatio, quia manet vinculum coniugale inter eos. Dominus autẽ hic loquitur de ea separatione quæ tollit vinculum coniugale, qua scilicet fit vt non sit mulier alligata legi viri, sed viuente viro sine crimine adulterii alteri possit coniungi. Rursum non obstat veritati sententiæ Domini, quod multa dicantur esse quæ non rantũ impediunt contrahendũ matrimonium, sed etiam dirimunt contractum, quæ his versibus continentur: Error, conditio, votũ, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si fis affinis, si forte coire nequibis. Hæc socianda vetãt connubia, facta retractant. Non enim hæc dicuntur dirimere contractum matrimonium, quasi id quod fuerat verè coniugium, dissoluant, sed quia per ea fit vt contractus matrimonialis inter aliquos initus sit irritus, ita vt inter eos nõ sit eo cõtractu coniungium effectũ, proinde tales non coniunxit Deus, hoc est, non fecit eos inter se coniuges, vt rectè eos homo separare possit, aut potius declarare non esse coniunctos. In duobus autem casibus verum coniugiũ potest separari, ita vt alter saltem coniugũ possit ad secunda vota transire. primo, quando inter coniuges qui in infidelitate contraxerunt, altero fideli facto, alter non vult sine Christi blasphemia cohabitare credenti. Tũc enim discedente infideli, fidelis contrahere potest cum alia fideli persona, quemadmodum ex Paulo intelligit D. Ambrosius, in Cõmenta. eiusdẽ loci, sic scribens super illud: Non est enim frater aut soror seruituti subiectus in huiusmodi. Hoc est, inquit, non debetur reuerentia coniugii ei qui horret authorem coniugii, non enim ratum est matrimonium quod sine Dei deuotione est, ac per hoc non est peccatũ ei qui dimittitur propter Deum, si alii se iunxerit. Contumelia enim creatoris soluit ius matrimonii circa eum qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus. Hæc ille, cuius sententia citata à Gratiano 28. quæst. 2. sed corruptè sub nomine Gregorii, approbata est etiam in Decretalib. ab Innoc. 3. cap. Quanto te nouimus, de dinort. Et alioqui huius sententię veritas (quando quidem de ea dubitat Caietanus propter hãc Domini sententiam, quod Deus coniunxit, homo nõ separet) satis probari & colligi potest ex ipso Paulo, quanquam non apertè dicat fidelẽ discedente infideli posse cum alio contrahere. Nam Paulus eo loco manifeste discernit inter coniuges fideles, & cõiuges quorum alter est fidelis, alter infidelis. de illis enim dicit quid Dominus statuerit, nẽpe vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. De his verò dicit nõ quid Dominus statuerit, sed quid ipsemet. Nam cæteris inquit, ego dico, non Dominus. At nulla erit differentia inter illos & hos, si etiam in istis discedente infideli, is qui relinquitur debeat manere sine coniugio, aut discedenti reconciliari: proinde cum dicit, nõ est enim frater aut soror seruituti subiectus in huiusmodi, significatè voluit fidelem infideli discedente non esse amplius astrictum seruituti coniugali, sed ab ea lege liberũ. Secundo, vinculum coniugale etiam inter fideles dissolui potest, si antequam coniugium sit per carnis copulam cõsummatum, alter religionẽ ingredia tur, quemadmodum ingredi potest etiam altero repugnante & inuito. Tunc enim sic solutum est vinculum illud coniugale, vt remanens in seculo possit cum alio contrahere. In fauorem enim religionis, sponsalia per verba de futuro, & consensus per verba de præsenti ante consummationem cõiugii paria iudicantur, quoad hoc, vt sicut licet post contracta sponsalia alteri religionẽ ingredi, ita & post consensum per verba de præsenti, nec mirum, cũ ante carnis copulam consensus per verba de præsenti frequenter dicatur sponsalia, & coniuges ad huc dicantur sponsus & sponsa. De huius veritate ne quis dubitet, vt aliquando dubitasse videtur Magister sentent. in 4. di. 27. extat nunc decretum Alexandri tertii de conuersione coniug. cap. Verum, quod sic habet: Verum post consensum legitimũ de præsenti licitum est alteri, altero etiã repugnãte, eligere monasterium, sicut sancti quidam de nuptis vocati fuerunt, dummodo carnalis cõmixtio non interuenerit inter eos, & alteri remanenti (si commonitus continentiam seruare noluerit) licitum est ad secunda vota transire. Quia cum non fuissent vna caro simul effecti, satis potest vnus ad Deum transire, & alter in seculo remanere. Ex cuius decreti vltima parte colligere licet quomodo separatio vinculi coniugalis per ingressum religionis ante carnis copulam non obstet huic sententię Domini: Quod Deus coniunxit, homo nõ separet. Ante enim consummationem coniugii per actum matrimonialem non dicitur Deus sponsum & sponsam coniunxisse, quia necdum fecit eos perfectos coniuges, necdum coniunxit eos in vnam carnem. De quali coniunctione hic Dominum in hac locutum sententia præcedentia indicant. Proinde plerique colligunt hanc Domini sententiam non obesse quo minus pontifex possit dispensare super matrimonio nondum consummato, de quo adhuc sub iudice lis est. Quod vero ad primum casum quo matrimonium etiam consummatum dissolui tur, attinet, non obest etiam hæc Domini sententia, quia, vt ex Paulo patet ad Corinthios, hęc quę Dominus hic statuit de matrimonii indissolubilitate, pertinent ad coniugium fidelium, quod in ipsis ad statum primæuum reduxit, sicut per gratiam Euangelicam restituit perditę in Adam gratiæ. Hęc ergo Domini sententia maxime locum habet in matrimonio rato & consummato. Ratum vocant matrimonium secuti Ambrosium in prędallegato loco, quod inter fideles contractum est. Illud enim fides & baptismus sic ratum facit & confirmat, vt nullo modo possit irritum fieri. Habet autem huiusmodi coniugium, ratum scilicet & consummatum, triplicem suæ inseparabilitatis rationem. Et primò quidem, ex ipsa prima Dei institutione facta in paradyso, & renouata à Christo in Euangelio, quam solam inseparabilitatis rationem hic attingit Dominus. Secundò, ex ipsa coniugii natura. Nam etiam si nulla fuisset Dei institutio, ipsa lex naturalis scripta in cordibus omnium dictat coniugii inseparabilitatem, tum ratione fidei, quam sibi mutuo dant coniuges: tum ob prolis æducationem, propter quam coniugium directè est ordinatum. Atque hæc inseparabilitatis ratio communis est etiam coniugio infidelium, propter quod Ambrosius dicit infidelem discedentẽ, & in Deum & in matrimonium peccare, cum non peccet in aliquam legẽ Dei scriptam. Nam talem non agnoscit. Sane gentiles satis cognoscebant indecens esse vt vir etiam sterilem vxorem dimitteret, vt docet Aristotel. 7. Polit. Et Valerius Maximus lib. 2. Inter virum, inquit, & vxorem à condita vrbe vsque ad 520. annum, nullum intercessit repudium. primus autem Spurius Carbilius vxorẽ sterilitatis causa dimisit, qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen nõ caruit, quia nec cupiditatẽ quidem liberorum coniugali fidei præponi debuisse arbitrabantur. De eodem similiter Aulus Gellius lib. 4. cap. 3. Tertio, coniugium fidelium consummatũ inseparabilitatem habet ratione Sacramenti Ecclesiastici, hoc est, quia est Sacramentũ Ecclesiæ, significans mysticã vnionem Christi cum Ecclesia, quam vnionem significari per coniunctionem viri & fœminæ instituta à Deo in paradyso, primus aperuit diuus Paulus, epistola ad Ephesios, cap. quinto, eum citans hunc quem Dominus hic citat locum: propter hoc relinquet, &c. dicit in his verbis latere magnum mysteriũ pertinens ad Christum & Ecclesiam, ratione ergo inseparabilis vnionis Christi cum Ecclesia, habet etiam suã coniunctio maritalis inseparabilitatem, ne falsum sit rei quã significat signum. ex qua ratione frequenter Diuus Augustinus coniugalis vinculi inter Christianos inseparabilitatem ostendit, vt cap. 10. lib. 1. de nuptiis & concupiscentia. & cap. 17. eiusdem, vbi sic habet: In nuptiis bona nuptialia diligantur, proles, fides, & sacramentum. Sacramentum, quod nec separati, nec adulterati amittunt cõiuges, qui concorditer casteque custodiunt. Solum est enim, quod etiam sterile coniugium tenet iure pietatis, iam fœcunditatis spe amissa, propter quã fuerat copulatum. porro cum ex prædicto Pauli loco constet coniugium mysticam habere significationẽ, & sacræ rei esse signum, atq; ex aliis scripturis sacræ rei esse signum manifestum sic coniugiũ adiunctã habere Dei

Heb. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ephes. 4. gratiam in his qui illud dignè suscipiunt (dicitur A enim à Paulo Dei donum, idemq; horratur vt honorabile sit connubiũ, & thorus immaculatus, vt sciat vnusquisq; vas suum possidere in sanctificatione. quę sine gratia Dei perfici non possunt, quã & Angelus Raphael dari dignè coniugium ample ctentibus indicat) satis est in scripturarum authoritate fundatum, quod matrimonium sit sacramẽtum, secundum eam acceptionem vocabuli, sacramentum, quã dicimus baptismum & Eucharistiã esse sacramenta, quanquam secundum eam nõ accipiatur, cum dicit Paulus de coniugio loquens: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia, vbi simpliciter nomen sacramenti pro mysterio accipitur, cum Græce sit μυστήριον. Nam secundum eam acceptionem vocabuli, sacramentum, qua Baptismus, Eucharistia, Ordo, & similia sacra signa dicuntur sacramenta, B sacramentum est signum rei sacræ, gratiam confe rens suscipienti, quam diffinitionem matrimonio conuenire, satis patet ex prædictis. Sed & D. Augustinum intellexisse matrimonium esse sacramentum, sicut sunt baptismus & ordo, præter alia loca euidens satis est ex his quæ scribit lib. de bono cõiugali cap. 24. vbi matrimonium fidelium comparat, quod ad rationem sacramenti pertinet, sacramento Ordinis, sic scribens: Bonũ igitur nuptiarum per omnes gentes atq; omnes homines in causa generandi est, & in fide castitatis. Quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sacramenti sanctitate, per quam nephas est etiam repudio interce dente alteri nubere, dum vir eius viuit, nec saltem ipsa causa pariendi. Quæ cum sola sit qua nuptiæ fiunt, nec ea re non subsequente propter quã fiũt, soluitur vinculum nuptiale, nisi coniugis morte. C Quemadmodum si fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio nõ sub sequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramentum ordinationis, & si aliqua culpa quisquam ab officio remoueatur, sacramento Domini semel imposito non carebit, quamuis ad iudicium permanẽte. Hæc ille. Certe in Concilio generali Florentino definitum est septem esse Ecclesiæ sacramenta, & inter ea esse coniugiũ, quod & inter sacramẽta connumeratur in Decretal. de hæret. cap. ad abolendam, vt iam illud in dubiũ reuocari nõ possit. Videri autẽ possit alicui non consequi ex hac Domini sententia: Quod Deus coniunxit, homo non D separet, nullum matrimoniũ fideliũ etiã consummatum dissolui posse, eo quod non omnis coniugii inter fideles Deus sit auctor, sed frequenter diabolus: vt cũ aliter aliqui se contrahunt solius libidinis causa, aut alias illicito fine aut modo. Sic enim quidam disputans super epist. ad Corint. 1 in Annot. num expediat, aut num possint coniugia inter Christianos male inita dissolui, putat argumentũ quod in negatiuam partem sumitur, ex hac Domini sententia solui posse. Quod, inquit, obiici tur ex eodẽ loco: Quod Deus coniunxit, homo ne separet; nõ magno negotio solui potest. Hoc Deus coniunxit, quod rite coniunctum: hoc Deus dirimit, quod recte dirimitur. Verum dicẽdum, quod Deus dicitur coniuges coniungere, in hac sententia Saluatoris, non ratione particularis coniunctionis singulorũ coniugũ, quæ propter modum aut finẽ frequenter est vitiata, sed potius ratione primæuæ illius institutionis; qua cõstitutũ est à Deo, & à Christo renouatũ, vt qui mulierem aliquã sibi accipit in vxorem, sic illi adhæreat, vt vnãse cum illa carnẽ & vnum hominẽ factum reputet. Ex eo enim præcepto infert Dominus: Quod Deus coniunxit, homo non separet.

DICVNT ILLI: QVID ERGO MOYSES MANDAVIT, &c.] Cũ non haberẽt pharisæi aliquid quo Domini argumentationẽ ex scriptura collectam refellerent, sed cogerentur eã fateri efficacẽ esse, obiiciũt ei Moysis authoritatẽ quæ illi necessariæ collectioni videbatur esse contraria, speRantes alterum euenturũ, vt scilicet vel non habens quod diceret sine læsione authoritatis Mosaicæ, confunderetur: vel Moysis authoritatẽ cõtẽnens, eiusque mandatũ dãnans, à populo prehenderetur & lapidaretur. Si, inquiunt, sic est vt dicis: quid, id est, cur ergo Moyses mandauit maritis dari libellum repudii, & sic dimittere vxores? Cùm B prius dixerint interrogati a Domino quid Moyses præcepisset, responderunt, vt est apud Marcũ, Moysen permisisse dari libellũ repudii: nunc verò dicunt: Quid ergo Moyses mandauit, forte vt obiectio eorũ effet fortior, & magis vrgeret. Durius enim erat quod cõtra legẽ Dei aliquid Moyses mãdasset, quã si tantũ permisisset. At vt illi astutè obiecerunt mandatum Moysis, ita Dominus vicissim callide pro mandauit. respondet permisit, vt Matthæus sane habet. Nam Marcus etiam mãdati meminit. Ait ergo illis: Quoniã, id est, quod Moyses ad, id est, propter, (nam sic rectius verti hic potuit set præpositio παρὰ) dutitiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Est autem durities cordis, aut, vt est Græcis, vnica dictione σκληροκαρδία, animi obstinatio, qua quis non vult credere suggerenti bona aut vera, ita vt credat dicẽti, aut obediat præcipiẽti. Huiusmodi cordis durities etiã Discipulis Dominus exprobrauit post resurrectionem, quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderũt. Talis fuit in Pharaone, qui dicitur induratse cor suum, & cuius etiam Dominus dicitur induratse cor, quia non cessit præcipienti Deo. Hanc cordis duritiam quam hic Iudæis Dominus tribuit, etiam apud Ezechielem Deus tribuit illi populo, dicẽs cap. 3. Domus Israel nolunt audire, quia nolũt audire me. Omnis quippe domus Israel, attrita frõte est & duro corde. pro quo Septuagita habẽt σκληροτράχηλοι, quasi dicas duricodes. Nec est hæc cordis duritia aliud quã dũricia ceruicis, quã toties scriptura Iudæis imponit, quã cũ in eo populo Deus expertus esset, (dicit enim Exo. 32. post cõmissam idololatriã; Cerno quòd populus iste durę cervicis sit) cœpit eis dare præcepta non bona, de quib. Ezech. 20. Quod ergo significare Dominus voluit tale est. Moyses, non quidẽ vt vos quæritis, præcepit simpliciter aut dari libellũ repudii aut dimittere vxores, sed permisit, idq; non spõte, sed coactus non ob infirmitatẽ vestram, sed potius ob expertam satis in vobis duritiã cordis vestri, quia scilicet nõ permissuri eratis vt contra morem aliarũ E gentiũ, apud quas ius erat maritis dimittendi vxores suas præciperetur vobis nũquã dimittere vxores vestras: & si præciperetur, periculũ erat multorum grauiorum malorũ, nempe defectionis à cultu veri Dei, vxoricidii, veneficii, & similiũ malorum. Permisit ergo, nõ quod per sese bonũ esset, sed propter grauius malum vitãdum. At ab initio creaturæ vel creationis non fuit sic, quando, sicut initio conueniebat, hominum mentibus nondum corruptis, quod statuebatur optimũ erat, vt proinde ad illam

illam primæuam Dei ordinationem sit potius re A spiciendum, quam ad Mosaicam permissionẽ, necessitate quadam ob malitiam vestram, recedentem ab æquissima Dei institutione. Obseruanda autem hic summa in responsiõe Domini sapiẽtia, capiens eos qui ipsum captatum venerant. Cum enim Pharisæi sperarẽt illum aut cũ Moyse dictu rum quæ perfectioni suæ doctrinæ nõ cõueniret, & contraria essent his quæ aliquando docuisset: aut si contra Moysen doceret, authoritatem Moysis neglecturũ, ac tantũ legislatorẽ condemnaturũ, ita Dominus suum tẽperauit responsũ, vt primum quidem perfectionem illam suę doctrinę cõ uenientem de non faciendo diuortio astrueret ex B scripturis per antiquissimam Dei constitutionẽ, sicvt ei non possent cõtradicere aduersarii, ac deinde Moysẽ nõ solũ nõ dãnaret, sed & absolueret, & de prudentia commendaret, in ipsos autem interrogatores Iudæos culpam torqueret constituti à Moyse mandati contra primam legem Dei. Cæterum circa hanc Domini doctrinam triplex occurrit quæstio. primũ, an per datũ mulieri à viro libellum repudii soluebatur apud Iudæos vinculũ coniugale, ita vt sine adulterii crimine mulier posset alteri copulari. Secundo, an per permissionem Mosaicam licuerit marito dimittere vxorem suã sine peccato. Tertio, an non etiam hodie propter duritiam cordis quorundã maritorũ permittẽdũ C sit diuortiũ fieri inter aliquos male cohærentes. Nã sunt qui hoc æquè iam putant licere aut permittẽdũ, atq; in veteri testamento. Et ad primam quidẽ quæstionem quidam respõdent, per libellum repudii solum fuisse vinculum coniugale. Alioqui enim iniquum videretur, quod sine peccato mulier dimissa non posset alteri nubere, cum sæpe præter suum meritũ repudiaretur, nec posset dimittẽtem maritum cogere ad sui retẽtionẽ aut receptionẽ. Nec obstat hæc Domini sententia: Quod Deus cõiunxit, homo nõ separet, quia separatio illa fiebat ex permissiua authoritate Dei, qui quos coniũxit separare potuit, & super primæua sua constitutio D ne dispensare. Rursum etiam nõ obstat quod Deuter. 24. vbi scribitur lex diuortii, mulier dimissa post secundũ coniugiũ, dicitur esse polluta. Nã polluta dicitur nõ absolute, sed respectu primi mariti, quia scilicet illi polluta est, eo quod eius vxor ab alio cognita est viro. Nec habent Hebræa, Non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta est & abominabilis facta est coram Domino, sed, nõ poterit maritus eius primus qui dimisit eã, reuerti vt accipiat eam sibi in vxorem postea quã polluta est. Nam abominatio est coram Domino, accipere scilicet pollutam. In hunc modũ habent E & septuaginta. Certè hęc sententia mihi aliquãdo multũ probata fuit. Verum quoniã coacta omnino videtur ea interpretatio, qua dicitur polluta in Deut. quia polluta respectu primi mariti, & maximè quia Ierem. 3. mulier talis cõparatur fornicariæ & adulteræ, probabilior est sicut & receptior, sententia eorũ qui sentiũt per datũ libellũ repudii nõ solutũ fuisse vinculũ cõiugale. Id enim lex etsi tectè, tamẽ satis indicat, cum secundo nuptã dicit pollutã. Nec obstat quod præter suum meritũ aliquãdo mulier repudium patereturr, quia hoc eã pati potius cõuenebat, quã periculum expectare homicidii. Et alioqui permissione repudii datur occasio vxorĩ solicite cauẽdi ne displiceret marito. Et vt repudiata non se facile alteri iungeret, sed potius ambiret reconciliationem, in pœnam ei præscribitur quod post secundum maritum non posset redire ad priorem. Quod etiam præscribitur in pœnam mariti ne facilis sit ad repudiũ, ita vt lex repudium permittens, nec prohibens omnib. modis, indicet satis nec repudium placere Deo, nec per illud coniugale vinculum solui. Iuxta hãc probabiliorem sententiam facilis est ad secundã quæstionem solutio. Ad quam eorum qui priorem sẽtentiam sequuntur, plerique dicunt, quod quanquam res à Moyse permissa fuerit per sese mala, (fuit enim diuortium contra legem Dei in parado so constitutum) & quãquam ob malum permissio hæc facta sit, nimirum, vt hic dicitur, propter duritiam cordis Iudæorum, tamen per permissionem ipsam factum est, vt id quod alioqui malum fuisset, iam inciperet esse licitum, ita vt sine peccato fieri posset. Pro qua sententia citant Diuum Chrysostomum in secũda expositione super Matthęũ. Sic enim ibi habet: Frequenter vobis Moyses propter duritiam vestram, iniustitiam quasi iustitiam præcepit, vt in eremo hostias offerre Deo. Et quo modo dicit propheta: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, Sed quia patres vestri egressi erant de Ægypto, corpore tamen non animo (nam totam Ægyptum secum in moribus baiulabant) videns itaque Moyses propter dilectionem carnalem circa studia sacrificiorum eos esse inclinatos, si mandasset eos recedere à sacrificiis, non fuerat audiendus, iussit eos sacrificare quidem, sed non iam dæmonibus, sicut in Ægypto, sed Deo viuo. Dimidium mali permisit, ne totum perderet bonum. Hac ratione permisit vos dare libellum repudii, quia melius iudicauit permittente lege matrimonium solui, quam odio compellente homicidium fieri. permisit vobis mala facere, ne faceretis peiora. Ergo hæc vobis permittendo, non vobis iustitiam Dei demonstrauit, sed à peccato abstulit culpã peccandi, vt quasi secundum legem agentibus, vestrum peccatum non videretur esse peccatum. Ecce comparat hãc permissionem cum permissione offerẽdi sacrificia & a peccato, inquit, abstulit culpã peccãdi, & postea comparat hanc permissionem permissioni secundarum nuptiarum factæ ab Apostolo. Verum vt hæc authoritas parum vrget, tum quod satis certum sit secundã expositionẽ quæ sub titulo Chrysostomi legitur, non esse ipsius, tum quod pleraque in prædictis verbis videantur satis sonare peccatum fuisse diuortia facere, & quæ pro prædicta sententia facere videntur, facile hæc intelligi possũt vt pro ea non faciant: ita altera sententia est, probabilior, imo satis certa, si diligenter excutiatur & attendatur locus quidam, qui est Malachiæ. 2. quem tamẽ alii pro se facere existimant, cũ eũ diuus Hieronymus sic exponat, vt hinc sit manifestum, non sine peccato, eoque magno, diuortium a Iudęis fieri solitum, quemadmodum sane ipsa litera aperte satis significat. Conqueritur enim ibi Dominus per prophetã de Iudæis, & vxorib. suis derelictis, alienas superduxerint, ac ob id se vxorum relictarum lachrymis cõmotum dicit non respectarum sacrificia eorũ. Deinde introducens Iudæos quærentes quã ob causam nõ respiceret ad eorũ sacrificia, respõdet: Quia, inquit, Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ quam tu despexisti, & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Testificatus est, inquit Hieronymus, quia dixit pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter hoc relinquet homo patrẽ.& matrem,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna.Sequitur:Nonne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eiꝰ eſt?hoc eſt ſecundum Hieronymum, Nonne vnus fecit in principio maſculum & fœminã,& ipſa mulier eſt reſiduum ſpiritus ipſius Dei,vel ipſius mariti,ob coniunctionẽ ſpiritus quæ in coniugib.eſſe debet?Et quid vnus quærit niſi ſemen Deiꝰ? hoc eſt,Vnus Deꝰ quid quærit,niſi filios de Iſraelitica ſtirpe generatos?quaſi dicat:Cũ ergo habeatis fœcundas vxores,& liberis gaudeatis,quid pulchritudinẽ vxorũ quæritis,quæ meretricibus apta eſt,nõ vxoribus?Aliter Hebræi quidẽ hunc locũ à,nõne vnus,&c,intelligunt,ſed hoc propoſito nihil obuiat.Ex his ergo inferens Dominus præcepit per prophetam dicens:Cuſtodite ergo ſpiritũ veſtrũ, ne ſcilicet abducamini libidine.Et vxorẽ adoleſcẽtiæ tuæ noli deſpicere,vt ſcilicet quæ tibi virginali primum iuncta eſt matrimonio,perſeueret vſq;ad ſenectutẽ.Hic autem pro,noli deſpicere, Septuaginta habẽt,μὴ ἐγκαταλίπῃς id eſt,ne relinquas.Iam quod ſequitur.Cum odio habueris dimitte, quod qui prioris ſunt ſententiæ,pro ſe citant.Diuus Hieronymus vult eſſe Iudæorum verba,obiicientium permiſſionem Moſaicam contra præſentem Dei iuſſionem.Et legendum eſt,inquit, Dicis mihi,ſcriptum eſt:Cum odio habueris vxorem tuam, dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael. Cui obiectioni ſtatim reſpondet Dominus,operiet autem iniquitas veſtimentum eius, dicit Dominus exercituum:hoc eſt.ſi quis inique vxorem dimiſerit,excepta ſcilicet fornicationis cauſa,iniquitas & iniuria quã in vxorẽ cõmittit,operiet corpus eius quo anima veſtitur,vt in quo peccauit, in ipſo punitur.Cui intelligentiæ conuenit quod Septuaginta hunc locũ ſic verterint:Sed ſi odio habens dimiſeris eã,dicit Dominus Deus Iſrael,operiet impietas cogitationes tuas,dicit Dominus omnipotẽs. Itaque quæſtiuncula hac ſoluta, inculcat & replicat id quod ſuprà dixit:Cuſtodite ſpiritum veſtrũ. & nolite deſpicere;aut,vt habent Septuaginta,nolite derelinquere.Ex hoc ſane loco ſatis perſpicuũ eſt peccaſſe Iudæos,quando quauis cauſa diuortium fecerunt cum vxoribus ſuis, nec permiſſionẽ Moſaicam feciſſe,vt penitus non eſſet peccarum dimittere vxores,& omnino verifimile eſt hunc Malachiæ locum dediſſe occaſionem quæſtionis modo à Phariſæis Domino propoſitæ.Si autẽ originalia conſulamus,inueniemus eo loco Deuteron.vbi de diuortio agitur,Moyſen non tam voluiſſe præſcribere modum diuortii faciẽdi,quàm pœnam cõſtituere ei qui pro more aliarum gentium diuortium facere vellet.Non enim Hebræa habent: Si acceperit homo vxorem,& non inuenerit gratiam ante oculos eiꝰ, ſcribet libellum repudij.ſed ſic habent ad verbum:Cum vir acceperit vxorem,& maritauerit eam, & fiat vt non inueniat gratiam in oculis eius,quoniam reperit in ſe fœdum quid, & ſcribat ei libellum repudii,& det in manu eius,& dimiſerit eam è domo ſua,& exierit è domo eiꝰ, & ierit,& fuerit alteri viro.& oderit eam vir poſterior,& ſcripſerit ei libellũ repudii, & dederit in manu eius,& dimiſerit eam e domo ſua, aut cum mortuus fuerit vir poſterior qui accepit eã ſibi in vxorem,non poterit vir eius prior qui dimiſit eã, redire vt accipiat ſibi eam in vxorem,poſtquã poluta eſt.&c. Ad hunc modum habent &Septuagin ta. Hic ergo videre eſt ſententiam pendere vſq; ad illud,Nũ poterit,&c. quare ad hoc tẽdit hæc Moyſi conſtitutio, vt pœnam ſtatuat ei qui diuortium facere voluerit,quod facere propter duritiam cordis eorum permiſit,non approbando,ſed non prohibendo.Nam quantum nõ approbauerit,per pœnam qua reuocare eos voluit à diuortio faciendo, ſatis indicauit.Sic autem non prohibuit ſcribere libellum repudii,& dimittere vxores, ſicut nec odiſſe eas,cum vtique odium eſſet contra Dei illam primeuam legem: Relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori ſuæ.Itaque ſicut odium illud ſemper peccatũ fuit,ita & vxoris dimiſſio ex eo procedens odio,& cedens in iniuriam repudiatę vxoris.Ad tertiam quæſtionem dicẽdum, quod cum hoc loco dominus aperte in ſequentibus renocet permiſſionem Moſaicam,& matrimoniũ ad primeuam reducat inſtitutionem,quiſquis in poteſtate ſeculari vel Eccleſiaſtica Chriſto ſeruit,tenetur ſuos ſubditos Chriſti iugũ amplexos adigere ad obſeruationẽ mandatorũ Chriſti,nec poteſt quiſquam idẽ quod Moyſes permiſit, permittere quibuſdam, niſi poſſit demõſtrare, quemadmodũ Moyſes fecit,datam ſibi contra leges Chriſti permittẽdi authoritatem.Nec eſt quod quis obiiciat Chriſtianorum ex magna parte nunc non minorẽ eſſe σκληροκαρδίαν,quam fuit Iudeorũ,propter quorum duritiam permiſſio illa facta eſt à Moyſe. Nã vt demus illud verum eſſe,tamen non eſt nunc in Chriſtianis ſic tolerãda,ſicut in Iudeis olim,quod poſt effuſum ſpiritum ſanctum,& veritatis cognitionem apertam,& regni cœlorum prædicationẽ maior perfectio meritò exigatur à fidelibus,quàm à Iudeis olim,qui ſub lege erant veluti adhuc pueri ſub pædagogo.

a DICO AVTEM VOBIS, QVIA QVICVNQVE DIMISERIT VXOREM SVAM NISI OB, &c.] Marcus Dominum aſſerit hæc in domo dixiſſe diſcipulis. Ex Matthæo autem,& maxime ex Luca,apparet Dominum hæc dixiſſe etiam præſentibus Phariſæis, vnde probabile eſt Dominum hæc bis dixiſſe, ſemel publice, & ſemel priuatim.Poſtquã ergo Dominus ex ipſa primæua Dei inſtitutione oſtendit matrimonium debere eſſe indiſſolubile,& Moyſi permiſſionem cõtrariam diuinæ inſtitutioni vitio hominum introductam fuiſſe.lege à ſe cum authoritate lata renouat antiquam conſtitutionem,& tollit introductã permiſſionem.Suam enim authoritatem declarat, dicens:Dico autem vobis.Tollit autem permiſſionem Moſaicam in duobus,vt dictum eſt circa cap. Matthæi 5. in capite Concordiæ 40.vbi hęc eadem pene habentur.Nam nec permittit dimiſſionem vxoris quacunque de cauſa,ſed tantum ob fornicationem,nec permittit dimiſſæ alteri iungi. Porro ſententia Domini,vt à Matthæo poſita eſt, affert quandam difficultatem.Apparet enim ſignificari ea,quod nõ adulteret is qui ob fornicationem dimiſerit vxorẽ, & aliã duxerit;qđ ſane quidã hodie hinc aſſerere non dubitant, cum ſit hæc ſententia & contra ſcripturas, & contra cõmunem doctrinam.Nam & ex ſcripturis & patrum concordi conſenſu patet coniugale vinculum ſic eſſe indiſſolubile, vt non niſi morte vnquam diſſoluatur, vt ſatis oſtenſum eſt circa Matthæi caput 5. Proinde dicendum, quod illa exceptio,niſi ob fornicationem, non ſit referenda ad totam orationem,ſed tantũ ad partem præcedentem,vt non ſignificetur licere ob fornicationẽ aliam ducere,ſed tantum

tantum ſignificetur,licitum eſſe dimittere vxorem ob fornicationem.&ſit ſenſus:Quicunque dimiſerit vxorem ſuam,quod nõ licet niſi ob fornicationem,& aliã duxerit,mœchabitur. Id quod magis patet ex Græcis,quæ non habent exceptionem,niſi,ſed tantum μὴ,quicunque dimiſerit vxorẽ ſuam non ob fornicationem. Et euangelium Syriacum habet:Quicunque dimiſerit vxorem ſuam non adulteram.Hunc autem verum eſſe ſenſum patet ex eo quòd reliqui duo Euangeliſtæ exceptionem hanc,quæ omitti potuit,omiſerũt,abſolute pronũciantes omnem eum adulterare,qui dimiſerit vxorem ſuam,& aliam duxerit,ac proinde etiam eum qui dimiſerit ob fornicationem, ſi aliam ſuperduxerit. Addidit autẽ hanc exceptionem Matthæus, ne videretur iam Dominus cõtra id quod ſuprà dixerat capite quinto,nullam relinquere dimittẽdæ vxoris cauſam,& quia Phariſæi non tantum quæ ſiuerunt num liceret dimittere vxorem, ſed etiam num quacunq; de cauſa liceret,quod vt ſolus Matthæus commemorat,ita ipſe ſolus hic conuenienter narrat relictam à Domino vnam dimittendæ vxoris cauſam,quam tamen noluiſſe Dominũ eſſe cauſam ob quam liceat dimittenti aliam ducere, præter alios,ipſe etiã Diuus Hieronymus in hunc locum ſcribens teſtatur, docens exceptionem illã tantum referendã ad partem præcedentem. Nam poſt tractatam illam partem; Quicunque dimiſerit vxorem ſuam,niſi ob fornicationẽ, ſubiicit: Et quia poterat aceidere,vt aliquis calumniam faceret innocenti,& ob ſecundam copulam nuptiarũ veteri crimen impingeret, ſic priorem dimittere iubetur vxorem,vt ſecundã prima viuente non habeat.Quod autem iſtud Dominus ſignificare voluerit,apertè cõſtat ex ſubiecta ſententia:Et qui dimiſſam duxerit,adulterat.Hic enim certum eſt nõ poſſe repeti ad verbũ.dimiſſam,niſi ob fornicationem, vt ſignificetur dimiſſam ob fornicationẽ inducti poſſe ſine adulterio.Nam ſic eſſet melioris cõditionis dimiſſa ob fornicationem, quàm ea quæ præter ſuam culpã dimitteretur.Conſequens ergo eſt ſignificari adulterare omnem eũ qui quamuis dimiſſam ducit, ergo & qui ob fornicationem dimiſſã ducit,& proinde ob fornicationẽ dimiſſa, non eſt a priori vinculo libera.Alioqui enim adulterium cum ea non cõmitteretur. Tractatur hæc quæſtio videlicet, num liceat viro dimittenti ob fornicationem vxorem,aliam ducere,à Gratiano 32.quæſt.7.vbi inter alia quæ contra communem ſententiã citantur,etiam adducitur, quod maximè contra eã facit,authoritas D.Ambroſii,qui ſcribens in epiſtolam ad Corint.1. apertè aſſerit viro poſt relictã fornicariam licere aliam ducere.Expoנens enim illud.Et vir vxorem non dimittat;ſubauditur autem.inquit,excepta fornicationis cauſã. Et ideo nõ ſubiicit dicẽs,ſicut de muliere quod ſi diſceſſerit manere ſic,quia viro licet ducere vxorẽ,ſi dimiſerit vxorem peccantẽ, quia non ita lege conſtringitur ſicut mulier.Verum hæc Ambroſii ſententia, vt nemo eſt qui non aliquando errat, non eſt recipienda:tum quòd contraria ſit omniũ aliorũ concordi traditioni,& ſcripturarũ authoritati:tum quod non ſit conſentanea aliis ab eodẽ Ambroſio dictis.Idem enim eodem loco aſſerit nõ licere mulieri diſcedenti ob fornicationem mariti nubere alteri, cùm vtriq; coniugi hac in parte idẽ ſit iuris,& ſuper Lucam aſſerit nullum coniugiũ diſſolui poſſe, niſi tantum fidelis cũ infideli, quod Dominus nunc dixerit:Quę Deus cõiunxit,homo non ſeparet.Itaque recte ſentiunt qui Commentarium illũ aſſerunt non eſſe Ambroſii,ſed ab aliquo inſertũ eius expoſitioni,ſi modò tamen & totũ opus Cõmentariorũ in epiſtolas ſit eius. Nam & de eo non ſine cauſa à quibuſdã dubitatur.Certe ſi ea fuiſſet D.Ambroſii ſententia,D. Auguſt,qui ſcriptorum D.Ambroſii fuit obſeruator diligentiſſimeus,eã in libris ad Pollentiũ,vbi hanc queſtionẽ tractat,non præteriiſſet,& eã citaſſet pro ſe Pollentius,ſi eo tẽpore fuiſſet in libris D.Ambroſii. Notandum autem,quod quanquã Dominus hac ſua quæ hactenus tractata eſt doctrina directe prohibeat omne diuortiũ permiſſum in lege,ex eadẽ tamen ſequitur ipſũ etiã prohibuiſſe vxorũ pluralitatem in lege etiã permiſſam. Ad hoc enim etiam valent ſcripturæ ex principio Geneſis citatæ.Quia enim dicitur: maſculum & fœminã fecit eos,non autẽ fœminas, ſignificatum eſt, vnũ vna contentũ eſſe debere. Sic quia dicitur; adhærebit vxori, non autẽ vxoribus, & erunt duo in carne vna,nõ aũt tres aut quatuor;ſignificatur ex primæua Dei inſtitutione,ad quam Chriſtus coniungii rationẽ iam reducit,inter duos tantum coniugiũ eſſe oportere,quod & ex ipſius Chriſti verbis aperte conſequitur.Si enim quicunque dimiſſa vxore aliam duxerit,mœchatur,ergo non licet vni plures ſimul habere vxores.Alioqui enim poſſet dimiſſa vxore aliam ſuperinducere,ſi etiam retenta priori vxore aliam aut alias adiungere poſſet.

DICVNT EI DISCIPVLI EIVS, &c.Intelligentes Diſcipuli graue pondus eſſe vxoris, & eam dimittere non liceat niſi ob fornicationem, nec ea dimiſſa aliam ducere,dicunt: Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, id eſt, ſi ad hunc modũ ſe habet negotium viri cũ vxore, non expedit nubere, id eſt, contrahere matrimonium.Nã hoc loco, ſicut & multis aliis Euangelii,nubere accipitur vt etiã viris conueniat, cum proprie ſolis cõpetat mulieribus.Voluit enim Latinus interpres, vnica dictione reddere dictionẽ Græcam γαμησαι, quæ communis eſt viris & fœminis. Dicunt autẽ Diſcipuli:Si ita eſt cauſa,&c.non quod de veritate verborum Domini dubitarent,ſed quod de eis admirarentur: aut coniunctio,ſi,accipitur pro quia. Porro hanc Diſcipulorũ collectionem Dominus nec aperte approbat, ita vt diceret non expedire inire matrimonium,ne videretur condemnare matrimonium: nec reprobat, ita vt diceret expedire matrimoniũ,ne poſtpoſita caſtitate illud ambiẽdi omnibus daretur occaſio,ſed miro verborum tẽperamento reſpondet, dicens: Non omnes capiũt verbum hoc,ſed quibus datũ eſt.Vbi verbum,capere,non accipitur pro intelligere, ſicut nec poſtea cũ dicitur:qui poteſt capere capiat.Nã Græce & hic & poſtea eſt verbũ, χωρεῖν, quod ſic ſignificat capere, quemadmodũ vas in ſe aliquid capere dicitur. Proinde quidã vertunt: non omnes capaces ſunt verbi huius; verũ non recte ſatis.Non enim negatur omnes poſſe capere verbum hoc (quod ſignificatur per eam verſionem: nõ omnes capaces ſunt verbi huius)ſed nõ omnes capere, id eſt, non omnes in ſe ſuſcipere nec ferre,hoc eſt,approbare verbũ hoc ſcilicet de non ineundo matrimonio.Nam pronomen iſtud omnino demõſtrare videtur id quod dicebant Apoſtoli; non expedit nubere.Sic ergo dictum eſt. Non omnes capiunt verbum hoc,quomodo apud Ioannem dicitur ſermo meus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo meus non capit in vobis,quod non est aliud, A quam vos non capitis sermonem meum,id est,nō eum suscipitis,nec approbatis.Itaq; Discipulis infirmentibus ex verbis Christi quod nō expediat nubere, Dominus sua responsione significat re vera expedientius esse & melius, non inire matrimonium,eo quòd sit Dei donum quoddam singulare, non expedire tamen omnibus,nempe non his qui illud verbum non capiunt.Nam de his qui se non continent,dicit Paulus: Melius est nubere quàm vri.Proinde si quæratur,an absolute verū sit quod
1.Cor.7. dixerunt Discipuli, videlicet quòd non expediat nubere,dicendum est, quòd vna & eadem res quibusdam considerationibus expediens est frequenter,quæ aliis cōsiderationibus nō est expediens:& rursum quod vni expediens est,alteri nō est expediens. Sic enim in proposito inire matrimonium non expedit,si ea quis spectet incōmoda quæ spectauerunt Apostoli,& quæ postea indicat Dominus.Expedit autē,si spectes bonum cōseruationis speciei humanæ,quod sequitur ex matrimonio,& bonū vitandæ fornicationis.Rursum matrimoniū quod nō expedit perfectioribus,expedit tamen infirmioribus.Ostensurus autem Dominus esse aliquos quibus datum est continere, & qui sint quibus datum est vt capiant verbum hoc,subiicit tria eunuchorum genera,quorū tertii sūt hi qui capiūt verbum hoc.Inter quæ tria genera primum nullam meretur laudem,sed nec aliquam sustinet di- C gne calumniam:secundum vituperandū est:tertiū autem laudādum:primum,naturale:secundū,coactum:tertium,voluntariū.Proinde horum generū ad inuicem comparatione, ostendit tertii generis ab aliis differentiam, & solum illud esse quod ob continentiam laudem meretur.Sunt enim,inquit, eunuchi,qui de matris vtero sic nati sunt, nimirum qui ex natiuitate carēt mēbris ad generationem necessariis,aut etiā qui natura sunt frigidi,& matrimonio inepti. Et sunt eunuchi,qui facti sunt scilicet eunuchi ab hominibus, excisis scilicet ab eis virilibus:& sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt,non reali membrorum exectione,sed volūta D ria continentia:nec simplici continentia, sed omnimoda abdicatione veneris, quod fit inuiolabili proposito, & voto continentiæ, quod votū satis Dominus hic commendat dicēs;qui seipsos castrauerunt.Non enim dicit,qui se assidue castrant:sed qui seipsos castrauerūt.Certum est autem Dominū nō loqui de corporali castratiōe quæ dānabilis est,sed de spirituali. At quemadmodū per corporalem castrationem fit vt quis sit impotens ad venerē,ita & spiritualem necesse est vt suo modo consequatur impotentia generandi.Hæc autem est impotentia generandi legitime & sine peccato, in E quam nō incidit homo nisi per votum explicitum vel implicitum.Notandum præterea in eo quod dicitur;seipsos castrauerunt;ꝙ cum prius significauerit Dominus continentiam esse donum Dei, dicens;quibus datum est,nūc significat etiam nostrū esse opus,& à nostra pēdere liberi arbitrii potestate.Ideoq; nō dicit,qui à Deo castrati sunt:sed, qui seipsos castrauerunt.Et quoniam non omnis continentia etiam sponte suscepta,laudabilis est apud Deum,(nam fuerunt & philosophi,qui studio sapientiæ à nuptiis abstinuerunt:& sacerdotes quorundam idolorū, qui sese etiam execuerunt:& vestales virgines sese perpetuæ continētiæ astrinxerunt)ideo adiecit Dominus, propter regnū cœlorum,significans eā solam continentiam Deo probari quæ hac de causa suscipitur. Vbi notandum, quod cum Discipuli colligerent non expedire matrimonium inire ob matrimonii incommoda,Dominus à carnali illa ratione eos vocat, & subuehit ad spiritualem rationem,ob quam sit suscipienda continentia, nimirum propter regnum cœlorum. Duæ enim sunt causæ ob quas non expedit nubere,nempe ob matrimonii incommoda, quæ frequenter sequuntur ex vinculi illius indissolubitate, quam causam attenderunt Apostoli & quia matrimonium studio pietatis præbet nonnihil impedimenti, ad quam causam vrpote diuiniorem & magis spectandam Dominus vocat. Vtramque
B causam & Paulus indicat 1. ad Corinthios septimo, vbi ad continentiam hortatur. Priorem quidem,cum dicit:Si nupserit virgo,non peccauit,tribulationem tamen carni habebunt huiusmodi Posteriorem vero cum dixit:Qui sine vxore est,solicitus est quæ Domini sunt,quomodo placeat Deo.Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori,& diuisus est.Porro hanc partē; propter regnum cœlorū;quidā hodie sic intelligunt, vt sit sensus: propter regni cœlorum prædicationē & promotionem, aut propter regnū cœlorum promouendū & prædicandum.Ideo sane hunc sensum nouum adferentes, vt ostendant horum tantū continen- C tiam Christo hic probari,qui eam suscipiunt,quo liberius vacare possint Euangelio prædicando, & non eorum qui non hac de causa continentiam amplectuntur,quales tamen multos sēper habuit Ecclesia à patribus laudatos.Deinde hunc sensū inferunt,quia non putant eam laudandam continentiā quæ suscipitur ad promerendum sibi magis Deum, sub spe consequendæ vitæ æternæ, quod hic affectus non putetur illis esse filiorum, sed tantū mercenariorū. Itaque non putant sensū esse posse;propter regnum cœlorum assequendum.Hunc tamen sensū patres semper hic significari intellexerunt,sicut sane ipsa litera eū per se offert,& loco illi Pauli ad Corinth. maxime conuenit, vbi non tantum ob prædicandum regnum Dei indicatur laudabiliter suscipi continentia,sed generaliter,vt quis magis & certius placeat Deo, quod non est aliud quam propter regnum cœlorū assequendum plenius & certius. Sane sic intellexit Diuus Hilarius; quod patet cùm in Commentariis dicit: Voluntatem in illo (scilicet eunucho) posuit, qui spe regni cœlestis talis esse decreuerit: Sic & Diuum Hieronymum intellexisse patet, cū dicit per eam partem, propter regnum cœlorum, solis eunuchis tertii generis promitti præmium. Et subiicit:Nullus eorum consequitur regna cœlorum nisi qui se castrauerit propter Christum. Sic Chrysostomus dicit Dominum hæc dixisse de his qui vt cœlos nasciscantur se cōtinent. Postquā autem Dominus commemorauit esse quosdā qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, subiecit: Qui potest capere, capiat, significans rursum neminem se posse castrare nisi ex dono Dei, & rem hanc tantam esse, vt non sit à quoquā exigenda, aut omnibus consulenda,sed his tantū qui sentiūt se vires habere huic negotio pares. Illud enim, capiat,cōsulentis est,non præcipientis.Hortantis, inquit Hieronymus, Domini vox est, & militesuos ad pudicitiæ præmium concitantis, qui potest capere, capiat, Quasi dicat: Qui potest pugna re,pu

re, pugnet,superet,& triumphet.Cæterum licet in A præmissa Domini doctrina nō tantum insinuetur magna continentiæ laus,sed etiam voti continentiæ:sunt tamen qui ex hoc loco colligunt,male tā multos hodie inter Christianos continentiam amplecti,stulte autem & impie aliquem continentiā vouere,sic fere argumentantes: Dominus dicit nō omnium esse continere,sed eorum tantum quib' datum est:at non omnes qui continentiam amplectuntur,esse de numero eorum quibus datum est res ipsa declarare videtur, cum eorum pleriquę
1.Cor.7. turpiter labantur. Nemo autē certus est an sit de numero eorū quibus datum est donum perpetuæ continentiæ,male ergo tam multi passim continentiam amplectuntur,stultè item & impie continentiam vouent,vt qui sese in periculum præcipi- B tent,& de suis viribus nimis præsumant. Vnde deinde colligunt,eos qui continentiam vouerunt si sentiant postea suam incontinentiā, non solum rescindere posse quod stulte & impie vouerunt,sed etiam debere inire matrimonium,citantes pro ei' probatione illud Pauli:Propter fornicationē vnusquisque vxorem suā habeat.& vnaquæque virum suum.Et rursum illud eiusdem.Si se nō continent, nubant.Melius enim nubere quam vri.Pro horum solutione aduertendum imprimis,quod absolutè loquendo,omnes possunt capere donum continētiæ.Omnes enim(quod nemo facile negauerit)possunt petere,& ex animo petere illud donum:omnes ergo possunt capere, si verum est quod dicit C Dominus:Petite,& accipietis.&:Omnis qui petit, accipit.Non enim,vt suprà annotarum est, nominus dicit non omnes capaces esse huius verbi,sed non omnes capere.Nec obstat ꝙ dicat Dominus: Qui potest capere,capiat,quo aperte significari videtur quosdam esse qui non possunt capere.Sic enim nunc dictū est:Qui potest capere,capiat,quo modo supra apud Lucam c.Concordiæ 92.per parabolas hominis ædificaturi turrim, & regis contra alium egressuri ad pugnam,implicitedixit:Qui potest fieri discipulus meus, fiat, non quod non omnes absolute possent,(omnes enim possūt fieri Christiani & fideles,cùm necesse sit admittere omnes posse fieri saluos)sed quod discipulatus nō sit temere suscipiendus,& quod expendendæ sint vi- D res,& cōsiderandum nū homo se sic fetiat affectū vt sperare possit se diuino spiritu ad hoc commoueri.Itaque cum dicitur,qui pōt capere, nō de absoluta potentia est sermo,sed ea quā propinquā dicere solemus,qua scilicet ea dicimur posse,ad quę perficienda adsunt iam necessariæ vires:qualē potentiam ad continendum se iam habere is cōfidere potest,qui se sic sentit affectū,vt sperer se à diuino spiritu ad eam cōmoueri.Huic cōsulitur, vt qa capere potest,capiat.Qui autē non sic se affectum sentit,huicquia necdum capere potest,non consulitur,vt sese ad capiendum ingerat,potest tamē talis,si velit,eam assequi potentiam,vt & ipse de numero fiat eorum qui possunt capere. Potest enim E eam petere,petēdo autem assequitur,quia omnis qui petit,accipit.Itaq; recte dicitur in expositione secunda super Matthæum sub nomine Chrysostomi:Non dixit,non omnes possunt,sed non omnes capiunt,id est,omnes quidem capere possunt, sed tamen non omnes capere volūt. Quod autē dicit: Quibus datū est illud,ostēdit quia nisi auxiliū gratiæ acceperimus,nihil ex nobis valemus. Quoniā autem volentibus gratia non denegatur, in Euangelio Dominus dicit:Petite,& dabitur vobis,&c. Sic & D.Hieronymus:His inquit,datum est à deo qui petierunt,qui voluerunt,qui vt acciperent laborauerunt.His præmissis dicendum ad argumēta negari quidem non posse multos male & incōsulte amplecti continentiam,nempe contra quam docet Dominus,vt qui eam non amplectuntur propter regnum cœlorum,sed propter infrugiferū otiū: aut qui non dispiciunt secum an iam vires habeāt ei negotio pares,non tamen ex lapsu quorundam efficaciter colligi eosdem nō fuisse de numero eorum quibus nō est datum cōtinere.Multi enim semel datum Dei donum,suo vitio perdūt,sicut plerique à fide & charitate deficiunt. Iam quāquā nemo certus sit an sit de numero eorum quib.datum donum perpetuæ continētiæ,& eorum qui capere possūt,recte tamē plerique se perpetuæ addicūt continentiæ,quod ex conscientiæ suæ testimonio pie præsumant se de eorum esse numero, & de adiutorio diuino sibi adfuturo certo confidant, quia illud promissum est his qui illud constanter imploraverunt.quemadmodum in baptismate omnes se addicunt perpetuæ in bonis operibus perseuerantiæ,cum de ea nemo sit certus,sed quod eā cōfidant non suis nixi viribus, verūm sisi gratiæ Dei omnibus promissę qui sibiipsis nō desunt.Huic autem gratiæ diuinæ adeò confidunt qui castitatē recte vouent aut amplectuntur,vt quanquam sciant periculū imminere his qui continentiā amplectūtur.tamen adeo illud periculum non metuunt,vt ob illud à castitatis amore deterreātur, quod sciāt se illud,quale quale est,periculum diuina gratia cuius iam in se effectus quosdam sentiunt,facile posse superare.Non ergo talesob periculum cui se exponere videntur reprehendendi sunt,sed laudādi, quod de diuina gratia tātopere confidant,cui secure se committit,quisquis cōmittit. Vnde pulchrè Chrysostomus in secunda expositione:Palma proposita est,qui concupiscit gloriam,non cogitat de labore.Memo vinceret,si omnes periculum timerent.Ex eo autem quod quidam non possunt,& à proposito continentiæ cadunt,nō debemus circa virtutem castitatis fieri pigriores.Si enim quidam in pugna cadentes non examinant cæteros,sed dicunt illis sic datum fuisse,rem non applicant pugnæ,sed homini:quanto magis nos cadentiū negligentię imputare debemus,non difficultati virginitatis?Hæc ibi.Cum autem gratia diuina, sine qua nemo cœlebs viuere potest,omnibus sit exposita, nec alicui volēti ex animo denegetur,sicut nō præsumptuose faciunt qui illi consisti,perpetuæ se addicunt continentiæ ita qui vouerunt & sentiūt se grauiter vri,aut etiam aliquando per incontinen- 1.Cor.7.
tiam lapsi sunt, nō debēt nec possunt ad matrimonii remedium confugere, sed vt reddant Domino vota sua,tenentur ad remedia ea confugere quib. continentiæ gratiam assequi possint, nimirum ad preces,ieiunia,& castigationē carnis. Nec obstat pauli authoritas,qua dicit,propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat,&c. Non enim dicit:propter fornicationem vnusquisque vxorem habeat. Loquitur enim habeat,sed suam vxorem habeat. Loquitur enim iam coniugatis,quibus dicit,ꝙ quanquā bonū sit viro vxorem quam duxit non rangere,sed habere eam tanquam sororem,tamen propter fornicationem vitandam vnusquisque vxorem suam, id est, quam iam duxit,habeat,vtendo ea matrimoniali ter.Nec illud,habeat,imperatiue dicit,sed potius,

vt ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ex sequentibus patet, permissiuè. & secundũ indulgentiam. Illud autem, propter fornicationem vnusquisq;, &c. coniugatis dictum esse patet ex his quæ sequuntur. Sequitur enim: Vxori vir debitum reddat, &c. & post pauca subiicit: Dico autem non nuptis & viduis. Hinc enim patet ꝙ quæ à principio capitis dixit, pertineant ad coniugatos. Iam quod non nuptis dicit Paulus: Si se non continẽt, 1. Tim. 5. nubant. Melius est enim nubere, quàm vri, nõ ad innuptos pertinet qui voto cõtinentiæ se astrinxerunt. sed eos tantum qui ab omni vinculo sunt liberi, & potestatẽ habent suæ volũtatis. Nã aliis, cũ sint spiritualibus nuptiis Deo copulati, non potest consuli aut præcipi, vt si se non continent, nubãt: sicut nec nuptis, quibus ob infirmitatem coniunx vsui esse nõ potest. His enim qui cõtinẽtiã vouerũt neutrũ bonũ est, nec vri, nec nubere. vnde illis non cõperit illud: Melius est nubere quam vri. Proinde si vrãtur, aut si se non continent, non consulẽdum est vt nubãt, sed vt vitent incontinẽtiæ occasiones, vt castigẽt carnẽ, ac precibus assiduis Deũ interpellẽt, qui dat omnibus affluenter & non improperat. Iacob. 1.

PARABOLA DE DIVITE EPVLONE PREPONITVR. LVCÆ 16. CAP. XCVII.

HOmo quidam erat dives, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur ſplendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, hulceribus plenus, cupiẽs ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat: ſed & canes veniebãt & lingebant hulcera eius. Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos cum eſſet in tormentis, vidit Abrahã à longè, & Lazarum in ſinu eius, & ipſe clamans dixit: Pater Abrahã miſerere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremitatẽ digiti ſui in aquã, vt refrigeret linguã meã, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abrahã: Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autẽ hic conſolatur, tu vero cruciaris: & in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt, vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſunt, neque inde huc tranſmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eũ in domũ patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locũ tormentorũ. Et ait Abrahã: Habent Moyſen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abrahã, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitẽtiam agent. Ait autem illi: Si Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

HOMO QVIDAM ERAT DIVES, QVI INDVEBATVR, &c. Eodem tendit hic Domini ſermo, quò ea quæ apud Lucam præcedunt, nempe vt ad fidelem diuitiarum in pauperes diſpenſationẽ prouocaret, & ab auaritiæ ac diuitiarũ ſtudio reuocaret. Id tamen exemplo propoſiti modo diuitis, longè magis vrget quam ſuperiori ſermone. Cùm enim Phariſæi auari irriderent Dominum per parabolam diſpenſatoris iniqui, & per ea quæ illi parabolæ ſubiecit, blande inuitãtem ad hoc vt benignitate in egentes, omnes parerent ſibi æterna habitacula, & idonei redderentur quibus vera bona & theſaurus vitæ æternæ committerẽtur, quo irriſores illos iam cohiberet, & metu per celleret, terribile quoddam diuitis cuiuſdam exẽplum proponit, quo & à facultatũ abuſu deterret, & ad benignitatẽ quoddammodo compellit: oſtẽditque præterea, in diuitiis & proſperitatibus huius vitæ non conſtituendam fœlicitatem, vt ferè homines faciunt, ſed has potius deteſtãdas veluti perniciosas hominis: ob paupertatem verò, aliáque huius mundi mala neminem iudicandum infœlicem, ſed ea potius habenda veluti futuræ fœlicitatis materiam, vt etiam hinc intelligamus veterũ eſſe quod mox ſuperius dixit: Quod hominibus altũ eſt, abominatio eſt apud deum. Et hęc quidem quę modò dicta ſũt, præcipue à Domino ſpectãtur per exemplum propoſitum, quanquam etiã alia multa vtilia per hanc narrationẽ diſcamus. Dubium autẽ eſt an hoc exemplum ſit tantũ parabola, vt ſit rei non geſtæ, ſed tamen veluti geſtæ narratio conficta ad auditorum ædificationem, quo modo alia quædam apud Lucam exempla, quæ ſine titulo parabolæ eodẽ modo incipiunt, quo iſtud exemplum, nẽpe ab, Homo quidã, an ſit vera hiſtoria rei geſtæ. Nomen enim proprium ipſius Lazari arguit eſſe hiſtoriam, quamuis nõ efficaciter vt ex ſequentibus patebit. Et Euthymius teſtatur, quoſdam ex traditione Hebræorum aſſeruiſſe, ꝙ circa ea tempora dives iſte, de quo eſt exemplum, fuerit Ninenſis appellatus, & quæ inter ipſum & Lazarum notum illis temporibus mendicum hic dicuntur contigiſſe in vita hac, vere ſic accidiſſe, ac poſt mortẽ vtriuſque, alterius ſupplicia, alterius præmium Dominũ ad vtilitatem auditorũ commemoraſſe. Quod ſi quis parabolam nudam eſſe velit, fateri tamen debet longe diſſimilem eſſe aliis Euangelicis paraboljs. Nã aliis ex ſimilitudine rerum humanarum aut terrenarum docentur diuina, hoc eſt, ex his quæ contingunt in rebus mũdanis, oſtenditur quæ contingant aut fieri debeãt in rebus diuinis. Hic verò non ſic. Non enim cõmemorando quæ hic fiunt, oſtenditur ſtatꝰ futuræ vitæ, ſed de futuræ vitæ ſtatu apertè diſſeritur, quam quam nõ ſine allegoricis locutionibus. Similiter ſi hiſtoriã quis eſſe dixerit, & rei geſtæ narrationẽ, neceſſe tamen eſt fateatur, nõ omnia ſic contigiſſe vt narrantur. Certum enim eſt diuitẽ in inferno non locutũ eſſe lingua, nec oculis corporalibus vidiſſe Abraham & Lazarũ in ſinu eius, aut de linguæ exuſtione conqueſtũ, aut guttam poſtulaſſe: ſed res futuræ vitæ, Dominus ſuum ſermonem attẽperans noſtræ capacitati, ad modum rerum preſentis vitę propoſuit, ita vt corporalia quę poſt hanc vitã cõmemorantur, ſint allegoricè & ſpiritualiter accipienda, ſiue ſit nuda parabola, ſiue vera hiſtoria. Proponit ergo Dominus hoc exẽplo duos homines diuerſæ conditionis in præſẽti tẽpore, quorum mirabili modo mutata eſt conditio in futuro ſeculo. Et in primis hominẽ quendã proponit diuitẽ, qui diuitiis ſuis humano iudicio non videbatur abuti, ſed ad ea illis vtebatur, ob quę ſe reho

re homines ambiũt diuitias. & ad quę, ſi pattas aut conceſſas diuitias accommodauerit quis, laudari ſolet ab hominibus mundanis. Si quem enim viderint non recondentẽ ſemper diuitias, ſed eas expẽdentẽ in pretioſas & pulchras veſtes, & ſplendida cõuiuia, hunc veluti minimè ſordidũ, ac dignũ fortunæ bonis deprædicare ſolent. Tria ergo huic homini Dominus tribuit, quibus homo in hac vita iudicatur eſſe beatꝰ, diuitias, & ex diuitiis paratas pretioſas veſtes pertinẽtes ad ſplendorẽ ac gloriã apud homines, & lauta conuiuia quotidiana, pertinentia ad carnis voluptatẽ. Non eſt autem Græcis ppria epulabatur, ſed ἐφαιδρύνετο, quod ſignificat oblectatũ & lętantẽ, vt nõ tantùm epularũ delitiæ ſignificẽtur, ſed ꝙ eas cũ lætitia & iocunditate ſumpſerit; quo & ſanitas corporalis eiuſdẽ diuitis inſinuatur, ſine qua nulla eſt voluptas conuiuiorũ, & reliqua quæ ad hilaritatẽ faciũt conuiuiorũ, vt cãtus muſicos, organa, amicorũ preſẽtia, & id genus ſimilia. Nec enim quod dicitur, ſplẽdidè, tantum ad lauitias & delitias ciborũ pertinet, ſed ad omnem conuiuij & lætitiæ magnificẽtiã ac ſplendorẽ, cum Græce ſit λαμπρῶς, id eſt, præclarè, magnificè, ſplendidè. Itaq; in his tribus tria illa 1. Ioan. 2. obſeruare licet quæ Ioannes dicit eſſe in mũdo, cõ cupiſcentiã carnis, concupiſcentiam oculorũ, & ſuperbiam vitæ. His tribus diuitis conditionibus opponũtur tres alterius cõditiones diuerſæ. Nam ei quod dicitur, homo quidã erat dives: opponitur, Et erat quidam mendicus. Et quod dicitur, qui induebatur purpura & byſſo, opponitur, Qui iacebat ad ianuã eius vlceribus plenus. Ille incedebat in plateis, ſedebatq; in domo ſua ſplẽdidè. ab omnibus ob ſplendorẽ veſtitus honoratus, ac exteriori molliũ veſtium fruens oblectamento: hic verò domo carens in plateis iacebat, aut, vt eſt Græcè efficacius, ἐβέβλητο, id eſt, porrectus vel proiectꝰ erat ad diuitis ianuam, deſpectus ab omnibus ob vlcerũ horrorem, ac grauiter vlcerum multitudine liſcruciatus, ita vt ei ſtare vel non liberet, vel nõ diceret præ dolore & infirmitate. Pro ſplẽdore ergo & mollicie veſtium diuitis, huic aderat abominatio & dolor vlcerum, totum corpus eius in modũ veſtimenti obtegentiũ. Et autem quod dicitur, & epulabatur, non aliquãdo ſolùm, ſed quotidie ſplẽdidè, opponitur. Cupiẽs ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis. In quo notatur vrgens neceſſitas iſtius mendici. Tantũ enim aberat vt epularetur aut epulas ambiret, vt præ nimia fame cuperet vel fœlicitatem canum ſibi contingere, ac ſine aliquo diuitis diſpendio vrgenti fami ſuæ ſubueniri. Ex induſtria autem Dominus mendicũ nominauit, dicens: nomine Lazarus; cũ diuiti nõ apponat nomen, ſed tãtum dicat: Homo quidam; vt, quemadmodum annotauit Diuus Gregorius, indicaret contrarium euenire apud Deum & apud homines. Nam apud homines quidem plus ſolẽt ſciri nomina diuitum quàm pauperũ, & cum de diuitibus eſt ſermo, ſolent eorum nomina cum honorificentia nominari. Cùm verò de pauperibus, quia aut neſciuntur eorum nomina, aut ſi ſciantur, indigna iudicantur appellatione, dici ſolet: homo quidam, aut pauper quidã. At contrà Deus humiles, abiectos & incognitos mũdo, ex nomine nouit & approbat: ſuperbos verò & honoratos ignorat & Pſal. 13. deſpicit. Vnde in Pſalmo myſtico dicitur in perſona Chriſti de his quorum Deus non eſt pars hęreditaria: Nec memor ero nominum eorũ per labia mea. Poteſt & hoc intelligi ſignificatũ, ꝙ cum alicuius virtutes ſunt commemorandæ, nomẽ eius rectè exprimatur: at illud ſupprimẽdum eſſe, cum alicuius exponenda ſunt vitia. Atq; vtraq; hęc ratio nominati mendici conuenientiſſima eſt, ſiue exemplũ hoc ſit nuda parabola, ſiue etiam vera hiſtoria. Be ne autem quadrat in hunc mendicũ, nomen Lazarus. Nã illud ſignificat, vt habet Chryſoſtomus & Auguſtinus, eum qui adiutus eſt, aut potius, ad adiutorium, nimirum ꝙ nulla re mundana fretus, ad ſolum Dei reſpiceret adiutorium. nõ enim dicitur Azarus, quod ſignificare poſſet adiutum, ſed Lazarus, ꝙ ratione Lamed præpoſitionis ſignificat in vel ad adiutorium. Quod autẽ ſequitur; & nemo illi dabat; vt non eſt in Græcis codicibus; ita nec in antiquis pleriſq; ſcriptis. In vno quod ad manum erat, non erant hæc verba in contextu, ſed recenti manu aſcripta in margine. Et tamen etiãſi ea pars non addatur, ſatis ſignificatur diuitis huius inhumanitas, ꝙ pauper ille coactꝰ fuerit petere ſaturari de micis cadentibus è menſa. Sic enim inhumanitatẽ huius diuitis colligit D. Aug. declarãs ſe nõ legiſſe illa verba; & nemo illi dabat. Nã ſic habet homilia 7. ex ho. Aperte de diuite hoc dictum eſt, quod immiſericors erat. nõ quia aliena rapuit, ſed quia de propriis erogare noluit. Nunquid enim, chariſſimi, ſi pauper ille ante ianuam iacens ſuffi cientem panem à diuite acciperet, diceretur de illo; quia cupiebat ſaturari de micis quæ cadebãt de menſa diuitis? Hæc ille. Et hactenus quidem in diuite proponitur à Domino exemplar maximæ fœlicitatis humanæ: in mẽdico verò exemplar infœlicitatis extremæ. Illi enim cũ diuitiis aderat proſpera valetudo, ſplendor ſummus apud homines, aſſidua item & nullis malis inquinata voluptas. Huic verò cũ paupertate nõ vulgari, ſed extrema, vt quæ cum cogeret & mẽdicare. & præ nimia fame vel micas pereuntes poſtulare, etiã adtrat aduerſa corporis valetudo, cáq; item nõ ſimplex, ſed grauiſſima, vt quæ ad inſtar Iob totum ipſius corpus occupauerat, atque in terram porrectũ deiiceret, nec ſineret eũ pedibus ſuis conſiſtere. Hæc autem extremæ tum paupertatis, tũ ęgritudinis mala etiam alia pleraque exaggerabant, nimirũ quòd nẽmo ipſius tam calamitoſi curam haberet, quod ad ianuam diuitis iacens præ oculis haberet diuitis huius fœlicitatem, ꝙ canes etiam erga ſe beniguiores ſentiret, & humaniores quàm ipſos homines, & hunc tam fœlicẽ diuitem, imo quod etiam canes ſe fœliciores eſſe conſpiceret, vt quibus abundè dabatur ſaturari de micis menſæ, de quibus cum ſaturari cuperet, non eſt tamen quod cupiuit aſſecutus. Obſeruat in hoc mendico etiam plura mala D. Chryſoſt. qui præter voam homiliã qua parabolã hanc breuiter tractaur, quatuor aliis homiliis eandem parabolam per partes eſt pulchrrime proſecutus, in quarum prima connume rat nouem ſupplicia quæ mendicus iſte paſſus eſt. Vt autem per prædictam narrationẽ Dominus in vno propoſuit aperte exemplar ſummæ fœlitatis mundanæ, & altero exemplar extremæ infœlicita tis. Et diuitis quidem vitia erant, quod diuitiis ſibi ad diſpẽſandum cõceſſis abuſus ſit, expendẽs eas tantũ ad ambitionem & voluptatem: quod carnis tantùm curam habuerit, non etiam animæ: quod pauperis non ſit miſertus, idque eius qui tam erat calamitoſus, cuiuſque inopiam & calamitatẽ non

Universidad de Deusto
Biblioteca

potuit ignorare, vt qui ad iánuam eius iaceret, ocu A lis eius semper expositus, quódq; cum magna fœlicitas mitiores & benigniores soleat homines reddere, ne in tanta quidem fœlicitate cómoueretur misericordia erga tam egregiè miserum, vt vel saltem idem beneficétiæ illi præstaret quod canibus suis: inhumanior etiá canibus, qui quod potuerút misero præstiterũt, lingentes vlcera eius: negligentissimus salutis animæ suæ, vt qui nec de dãno pereuntium micarũ cogitauerit facere lucrũ, quem admodum vt faceret mendicus cupiuit: Mendici autem virtutes fuerunt, quòd summam illã & paupertatis, & ægritudinis miseriam patienti animo tolerauerit, idq; non solùm cum apud se esset, sed & cum coram cerneret maximam illam diuitis abundantiã & fœlicitatem, atque eiusdem in se tam B inhumanam experiretur immisericordiã etiam à canum facto condemnatam, nec tunc quidem aut de Dei conquerens iustitia, aut diuiti malè præcatus, quodq; summa cum modestia tantũ de micis saturari cuperet, nec tantillum quidé importunitate obtinere contendens, sed miseriæ suę ostentatione potius quàm clamore médicans. Itaq; quod dicitur: Canes veniebant, & lingebant vlcera eius additum est & ad condemnandum magis diuitis inhumanitatem, & ad commendandũ magis pauperis patientiam, qui experiebatur etiam canes homini bus humaniores. Potest tamen etiá aliter intelligi hac parte significatum, ipsos canes diuitis à paupere qui conditionem canum petebat, assecu C tos fructum & voluntatem, vt cum ipse non posset cum canibus saturari, canes tamen ab ipsius malo saturarentur & reficerentur. Non enim canes lingebant eius vlcera, quo ei benefacerent, sed quia inde eis bene erat. Sic ferè Chrysostomus, qui & indicat hac parte significatam debilitatem maximã ægri, vt qui nec canes suam ex ipso volũtatẽ quærentes posset à se depellere. In diuite ergo hoc proponitur exemplum, quod diues quisque fugiat & abominetur. In paupere verò exemplũ, quod pauper quisque & calamitosus imitetur.

FACTVM EST AVTEM VT MORERETVR, &c.] Descripsit in superioribus Dominus diuersas pauperis & diuitis conditiones in præsenti tempore, nunc ostendit vtrumque eundé D excepisse in hoc seculo finem, ac post eũ vices rerum in ipsis mirabiliter esse diuersas in futuro seculo, vt hinc discamus non metiri homini fœlicitatem vel infœlicitatem ex his quæ contingunt in hac vita. Cùm enim in hac vita omnia diuersa ferè sint inter diuites & pauperes, mors tamen vtrisque cõmunis est, quæ vt diuitibus finis omniũ voluptatum, ita afflictis finis est omnium afflictionũ. Dicit ergo: Factum est vt moreretur mendicus; sed rursum subiicit: Mortuus est autem & diues; quasi dicat: Nec hunc diuitiæ à morte liberare potuerunt. Prius quidem mortuus est mendicus, vt intelligamus Deum citò ipsum huius vitæ E calamitatibus eximisse, ac per nimias calamitates mortem ipsius acceleratam & præuentam: Diuitem verò per prosperam valetudinem, & omnium rerum affluentiam matura morte decessisse, ac Deum illi diutius concessisse suam in hoc mũdo fœlicitatem, quàm pauperem in hoc permiserit mundo affligi. Magis enim festinat Dei benignitas afflictos eximere doloribus, & æterna quiete donare, quàm ipsius iustitia festinet fœlices in hoc mundo eripere suæ fœlicitati, & æternis tradere cruciatibus. Expectat enim eos ad pœnitentiam, cuius patientem expectationem si negligant, efficiunt vt diuinæ in illos vltionis inroteseat magis iustitia. Cùm autem & pauperi & diuiti vnus fuerit finis huius vitæ, mors scilicet, non tamen vtique post hunc finem eadem fuit conditio, sed inuersis vicibus ille quidem portabatur ab Angelis in sinum Abrahæ, hic verò sepultus est in inferno. Qui prius ab omnibus fuit derelictus & despectus hominibus, & à canibus lingebatur: hunc non vnus tantùm angelorum, sed multi Angeli in suam curam suspiciunt, honorant, deducunt. Qui prius iacebat præ infirmitate, nunc portatur ab Angelis causa honoris. Qui non recipiebatur intra domũ diuitis, sed iacebat ad ianuam eius, graui oppressus tum dolore, tum fame, modò collocatur reficillandus in sinu Abrahæ, atque ab eo blandè benignéque suscipitur & fouetur. Dicitur autẽ portatus ab Angelis, quòd Angelorum ministerio deductus sit ad locum quietis, vt hinc intelligamus honorem pauperum, & lubenter Angelos in hoc occupatos esse, vt homines ducant ad regna cœlorum. Nondum autem in cœlum delatus dicitur, quod illud tunc nondum esset apertũ, sed in sinu Abrahæ deportatus dicitur tropica locutione, similitudine scilicet mutuata à parentibus, qui filios suos quos tenerè diligunt in sinum suum recipiũt, atque in eo fouent. Quoniam ergo Abraham pater erat omnium Iudæorum, ad quẽ suum genus referebant, in illius sinũ Iudæus Lazarus delatus dicitur, ad significandum quod ab illo sit receptus benignè in sanctorum consortium, atque vna secum quiete donatus, ac spe gaudiorum regni cœlestis ipsi Abraham primo promissi, recreatus ab Abraham. Est & alio ratia quare peculiariter in Abrahæ potius quàm alterius sinum delatus dicitur, nimirũ quia abraham in vita suã semper hospitalitati & pauperũ susceptioni fuit intentus, vt hinc redargueretur magis diuitis huius inhospitalitas, & ostenderetur Abrahã etsi diuitem, longè diuersum fuisse ab hoc diuite, at magis iã refocillaretur pauper, quod despectus à diuite hoc in teris, post mortem reciperetur ab Abrahã diuite & patriarcha. In hunc ferè modum de sinu Abrahæ D. Chrysostomus. At D. Augustin⁹ paulo aliter de eo disserit, quanquam eodem redeat. Sinum enim Abrahæ vbiq; explanat esse, secretæ cuiusdã quietis habitationem. De quo latè disserit lib. 4. de anima & eius origine, ca. 16. sic scribens: Quòd vero illum Abrahæ sinum existimas esse corporeum, & per ipsum asseris totum corpus eius agnosci, vereor ne in re tanta ioculariter atque irridenter nõ serio grauiterq; agere credaris. Neque enim vsquã adeo desideres, vt arbitrareris corporeum sinum vnius hominis ferre tot animas, imo vt secũdum te loquar, ferre tot corpora bene meritorum, quod illuc Angeli sicut Lazarũ, perferunt. Nisi opinaris fortasse illam vnam animam solã ad eundem sinum peruenire meruisse. Si non iocaris, & errare pueriliter non vis, sinum Abrahæ intelliges remotam sedem quietis atque secretam, vbi est Abraham. Et ideo Abrahæ dictam, non quod ipsius tantùm sit, sed quod ipse pater multarũ gentium sit positus, quibus est ad imitandum fidei principatũ præpositus. Hæc ille. Itaque intelligit inum Abrahę, locũ quietis, in quo recipiuntur vel recipiebãtur omnes imitatores fidei & pietatis Abrahã. Secundum Augustinum ergo sinus Abrahę dicitur,

citur, non quomodo pars aliqua hominis sinus di A citur, sed quomodo in mari appellamus loca portubus & quieti apta. Hunc autem locũ idem Augustinus scribens in Psal. 85. circa illud. Eruisti animam meam ex inferno inferiori; dicit videri posse (nam dubitando loquitur, nec quicquam hac in re diffinire ausus fuit) fuisse ante Christi resurrectionem infernum superius, hoc est, locũ aliquem sub terra, superiorẽ loco damnatorum, respectu cuius damnatorum locus dicatur infernum inferius. Illi enim cõuenire quod hic dicitur diues iste leuasse oculos eùm videret Abrahã, quia non posset leuatis oculis videre, nisi ille esset superius, iste inferius. Huic sanè sententiæ iam receptæ consentit, quod in symbolo dicitur Dominus descẽdisse ad inferos, vtique ad liberandum vinctas ibi iu- B storum animas. Vnde communiter iam dicitur, sinum Abrahæ idem esse quod limbum inferni. Sic enim superiorem inferni partem recentiores vocauerunt, quòd limbus sit alicuius rei extremitas. idem tamen Augustinus epistola 99. disputando colligit sinum Abrahæ non fuisse aliquam inferni partem. Quia, inquit, ne ipsos quidem inferos vspiam scripturarum locis in bono appellatos potui reperire. Quod si nusquam in diuinis authoritatibus legitur, non vtique sinus ille Abrahæ, id est, secretæ cuiusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum esse credẽda est, quanquam in his ipsis tãti magistri verbis, vbi ait dixisse Abraham: Inter nos & vos chaos magnum firmatum est; satis, vt opinor, appareat non esse quandam partem, & quasi membrum inferorum, tantæ illius fœlicitatis sinum. Chaos enim magnũ quid est, nisi quidã hiatus, multum ea separans inter quæ non solùm est, sed etiam firmatus est? Hæc ibi. Portò quanquam propria quadam ratione locus quietis ante ingressum regni cœlestis, dictus sit sinus Abrahæ, rectè tamen locus quietis, in quẽ modò recipiuntur animæ beatæ, cœlum scilicet ipsum, etiam dicitur sinus Abrahæ, & ad Abraham tanquam patrẽ omnium credentiũ recipi dicuntur in sinu quotquot ad quietem regni cœlestis perueniunt. Vnde moriturus Martinus, Abrahæ, inquit, me sinus excipiet, & de eo canit Ecclesia: Martinus Abrahæ sinu lætus excipitur. nimirùm vt alter pauper Lazarus. Et Augustinus lib. 9. Cõfess. loquens de Nebridio di- D cit: Quicquid illud est quod sinus Abrahæ vocatur, ibi Nebridius meus viuit. Ei autẽ, quod mendicus Lazarus portatus dicitur in sinu Abrahæ, pulchrè opponitur quod diues sepultus dicitur in inferno, loco scilicet pœnarum, & omni carente refrigerio, in quo sepult⁹ dicitur, quod anima eius fuerit in profundo infernalium suppliciorum collocata, ac sub terram quasi in tumulo conclusa & religata, æternæq; ibidem morti tradita. Quod enim mortuũ est, sepulturæ traditur. Sepultura inferni, inquit Augustinus libr. 2. de quæst. Euang. pœnarum profunditas est, quæ superbos & immisericordes post hanc vitã vorat. Sic Ezechielis 32. sepulchra regum Aegypti, & Assur, & sociorum dicuntur esse in inferno. Ibi, inquit propheta, Assur, & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra eius, omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio, quorũ data sunt sepulchra in nouissimis laci, &c. Sciendũ tamẽ Græca nõ habere; & sepultus est in inferno; sed post, & sepultus est; perfect⁹ est pũctus. Deinde sequitur: Et in inferno eleuans oculos suos. Non enim habent coniunctionem, au- A tem. Vnus codicum scriptorũ, qui mihi ad manũ erat, habebat post, & sepultus est, & in inferno. Eleuans autem oculos suos. D. Augustinus quanquam in lib. 2. quæst. Euãg. secutus sit, vt ex suprà dictis patet, lectionem nostram, in aliis tamen locis sequitur lectionem quæ inuenitur in Græcis codicibus. Nam in sermone quodam quo enarrat illum Psal- *Psal. 30.* mi versiculum: Tibi derelictus est pauper; qui est sermonũ de tempore 110 sic habet: Videte exitus amborum. Contigit enim mori inopem illũ, & auferri ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est diues, & sepultus est. Nam pauper fortè nec sepultus. Et quid postea? Cùm apud inferos diues ille in tormentis esset, leuauit oculos suos, &c. Sic & homilia 7. ex quinquaginta: Propter solam inhumanitatem, quia contemnebat pauperẽ ante ianuam suam iacentem, nec congruè dignéque pascebat, mortuus est & sepultus. Et cum esset apud inferos in tormentis leuauit oculos suos, &c. Itaque secundum hanc Græcorum lectionem & distinctionem, de solo diuite mortuo dicitur quod sepultus sit, quod pauper ille aut non fuerit sepultus, aut sine honore aliquo: diues autem post mortem nihil aliud gloriæ consecutus est, quàm quod cũ honore aliquo delatus sit ab hominibus ad sepulchrũ, pro quo honore mendicus portatus est ab Angelis in sinum Abrahæ. D. Chrysost. intelligit additũ; & sepultus est; ad significandum quòd post mortẽ neque diuitię, neq; famuli, neq; amici, vitę eũ rursum restituere potuerũt. Theoph. autem & hoc addit, quod dicendo; sepultus est; insinuauerit Dominus obiter, ꝙ & anima eius infimum locum & caligi- C nosum sortita fuerit, quod non discrepat à sensu nostræ lectionis; & sepultus est in inferno. D. Aug. epist. 89. quæ est ad Hilarium, contra eos qui asserebant diuitem manentẽ in diuitiis suis non posse ingredi regnum cœlorum, hunc locum producit, pulchram reddens rationem cur in sinũ diuitis Abrahæ pauper Lazarus illat⁹ sit. Si, inquit, pauperi illi meritũ esset inopia non iustitia, nõ vtiq; ab Angelis in Abrahæ gremium, qui diues hic fuerat, tolleretur. Sed vt nobis ostenderetur, nec in isto pauperatẽ per seipsam diuinitus honoratã, nec in illo diuitias fuisse damnatas, sed in isto pietatem, in illo impietatem suos exitus habuisse, sic suscepit D impium diuitem cruciatus ignis, vt tamen pium pauperem susciperet sinus diuitis.

ELEVANS AVTEM OCVLOS SVOS, CVM ESSET IN TORMENTIS, VIDIT ABRAHAM.] Eleganter D. Chrysost. concionẽ de Lazaro, diuitias & paupertatem in præsenti vita nihil aliud esse dixit, quàm personas & laruas in scena, quod sub his in theatro hui⁹ mũdi alij quidẽ fœlicium formam præ se ferant, alij verò infœlicium personam: at cùm homines è scena huius mundi egressi fuerint, ac per mortem denatractæ illis fuerint personæ theatrales, tũ demum apparet qualis quisque sit, & quemadmodum in E scena plerique regũ & diuitum personam induũt, qui ea deposita cognoscuntur esse vilissimi & pauperrimi: ita & post mortem qui hic videbantur fœliciss imi, manifestantur re vera esse & fuisse infœliciss imi, quemadmodum patet in hoc diuite, qui cùm egressus è theatro præsentis vitæ, suã personam deposuisset, visus est omnium esse miserrimum, vt qui & variis, eisque intolerabilibus tormẽtis affligeretur, & tãta laboraret inopia, vt ne guttis affligeretur, & tãta laboraret inopia, vt ne guttis affligeretur, & tãta laboraret inopia, vt ne gutt

Universidad de Deusto
Biblioteca

hac etiã paupertimo olim supplex fieret, nec tamẽ quod petebat consequeretur. Obseruandum autem quàm istæ rerum vicissitudines Euangelicis verbis significentur. Qui enim olim erat in variis delitiis, iam deprehenditur non in vno tantũ tormento, sed in multis. Ideo enim pluraliter dicitur; cùm esset in tormentis. Qui olim Lazarum ad ianuam suam iacentem veluti ex alto despiciebat, aut omnino ne videbat quidem, hic iam eundem procul semotum diligenter aspicit, & sublimem suspicit, in sinu Abrahæ patris sui requiescentem. Qui olim omnia affluebat rerũ copia, iam etiam vnius guttę refrigerãtis laborat inopia. Quia prius lingua peccauerat, indulgens scilicet ei iugiter omnigenas ciborũ lautitias, ac per eam forte petulanter incessẽs pauperem, aut recusans quod ab eo petebatur, in lingua peculiarem pœnam sentit, quia per quæ peccat quis, per hæc & punitur. Qui olim vlcerato pauperi vel minuta mensæ suæ dare neglexit, in inferno positus, vsq; ad minima quę renda peruenit, nec tamen impetrauit. Nam guttam aquæ & extremum digiti ipsius pauperis petiuit, nec accepit, qui micas panis rogatus aut negauit, aut dare neglexit. Porrò quoniam hic oculi, lingua, & id genus corporalia membra tribuuntur diuiti damnato, & Abrahę atque Lazaro beatis, colligere hinc solẽt aliqui, vt patet ex Augustino lib. 4. de origine animæ capite 15. animas exutas hoc corpore, esse tamen adhuc corporeas, nec carere suo corpore, quamuis magis spirituali. In quo errore cùm esset Tertullianus, etiam hoc loco pro confirmatione suæ sentẽtiæ vtebatur, vt patet ex libro de resurrectione carnis. Quidam etiam inter Græcos negantes animas ante iudicium aut puniri, aut coronari, cùm hoc loco multum vrgerentur, dixerunt Dominum hic ea quæ futura erant narrare tanquam iam præterita: quod si verum esset, non iam difficultatem aliquam facerent membra corporalia attributa diuiti, Abrahæ, & Lazaro. Verum ei intelligentiæ obstant sequentia, quæ post diem iudicij non cõuenit intelligere, vt quod dicitur petisse diues vt mitteretur Lazarus ad fratres ipsius adhuc in mũdo existentes. Proinde cùm efficaciter satis ex hoc loco conuincatur error ille Græcorum, & tum ex hoc loco, tum ex aliis scripturis Catholica fides doceat animas statim à morte aut esse in gaudiis, aut esse in pœnis, & tamen Catholica doctrina etiam habeat animas exutas corpore non esse corporales, dicendum est, vt prius admonuimus, Dominum de animis corpore exutis loqui tanquã adhuc corpore circundatis, ac spiritualia corporaliter describere, quòd illa aliter cognoscere nequeamus, quemadmodũ scriptura etiam Deo tribuit mẽbra corporalia, cùm certum sit illum non esse corporeum. de quo vide Augustinum libro prædicto, disputantem contra assententes ex hoc loco animas esse corporeas. Itaque per hoc quod elevatis oculis dicitur in tormentis suspexisse eminus Abraham & Lazarũ in sinu eius, significatur q̃ oculis mentis, hoc est, intellectu suo comprehenderit Abrahæ fœlicitatẽ longè seperatam à sua infœlicitate, atq; agnouerit Lazarũ olim à se impiè neglectum, beata quiete cum patre credentium fruentẽ. Quod si quæratur quo modo id agnoscere potuerit; Dicẽdum sanè id diuina factum reuelatione & ordinatione, qua factũ est, vt quemadmodum mẽdici in præsenti vita infœlicitas augebatur, ex conspecta ab ipso diuitis fœlicitate: ita nunc vice versa diuitis miseria ex conspecta Lazari beatitudine augeretur. Quod in aliis quoq; damnatis vsuuenire hinc intelligendum est, vt quos hic velut abiectos despexerunt, de eorũ ibi fœlicitate maius suæ infœlicitatis tormentum percipiant. Quod autem clamans præ nimio dolore, inuocauerit misericordiam ab Abraham, & petierit extremo digiti Lazari linguam suam refrigerari; significat eũ summopere desiderasse ab Abrahã, vt per ministerium Lazari aliquantula remissio tormentorum ei concederetur. Non autem Lazarũ inuocasse introducitur, veluti non ausus fuerit, quòd in illũ fuerit tam inhumanus: sed Abram inuocat, quòd Iudæi in illo tanquam patre suo gloriarentur, ob quod iste, cùm esset Israelita, cõfidebat de paterna eius benignitate rem tam exiguam posse impetrari, proinde eũ inuocat nomine patris, dicens: Pater Abraham. Cùm autem certum sit quæ de oculis, lingua, digito, & sinu Abrahæ dicuntur, spiritualiter esse accipienda, non potest etiam ex eo quod hic dicitur diues cruciatus in flamma, efficaciter colligi, ignem quo animæ corporibus exutæ cruciantur, esse ignem corporalem, quemadmodum docet Augu. lib. 21. de ciuit. Dei, cap. 10. Conuenienter enim respondere posset, talem fuisse flammam illam, qualis oculi quos leuauit, & quibus Lazarum vidit: qualis lingua, cui humorem exiguũ infundi desiderauit: qualis digitus Lazari, de quo id sibi fieri postulauit. Idem tamen Augustinus eodem capite & aliis locis asserit ignem gehennæ fore corporeum, quo post resurrectionem corpora dãnatorum cruciabuntur. Quare cum eodem illo igne etiam cruciãdi sint dæmones, etsi spirituales (hũc enim ignẽ in quem corpora damnatorũ mittẽtur, dicit Dominus paratum diabolo & angelis eius) non debet videri impossibile & mirum animas etiam corpore exutas torqueri igne corporeo, quemadmodũ colligit D. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 28. At de hac quæstione, sicut & de loco quietis sanctorum ante liberationem factam per Christum, aut de loco animarum damnatarũ ante iudicij diem, non putat contentiosè disputandum D. Augustinus. Melius est enim, inquit lib. 2. de Geneſi cap. 5. dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. Satis ergo fuerit ex eo quod dicitur diues iste cruciatus in flamma, intelligere ipsum & omnes damnatos, inestabilibus tormentis, & omnia huius mundi supplicia exeedentibus excruciari: pauperem autem & omnes sanctos esse in gaudiorũ refrigerio suauissimo, ac intelligentes solicitos esse quomodo & illa tormenta effugere possimus, & ad hæc gaudia peruenire potius, quàm de ignis quo cruciari dicũtur qualitate anxiè disceptare. Cæterum quo vtcũq; intelligamus quam rectè dictum sit diuitem hunc fuisse in tormentis pluraliter; & quæ sunt pœnæ quæ per flammæ cruciatũ possint intelligi, præter pœnam quam animæ diuina virtute ab igne corporali modo nobis incerto pati possunt, primũ quidem cruciantur remorsu perpetuo conscientiæ ex recordatione admissorum scelerum: deinde reputatione amissę beatitudinis quam assequi potuerunt, & certa cogitione irreparabilis suæ damnationis: præterea quia sentiunt se contra suam voluntatem certo loco alligatas, ac horribilium atque infestissimorum dæmonum cõsortio deputatas. Postremùm, quia experiuntur vires animæ suæ, intellectum scilicet & voluntatem, non esse libe-

liberas, sed cogi indesinenter, illum quidem ad actualem pœnarum suarum considerationem: hãc autem ad actualem pœnarum horrorem & renitẽtiã, ita vt nulla sit his viribus in istis malis quies, quemadmodum est in nobis per somnũ aut auersionẽ intellectus ab alicuius mali cõsideratione, & conuersionem eius ad alia quæ cogitare delectat. Hæ pœnæ quàm sint graues, & omnẽ mundi cruciatum excedentes, vtcunque experiuntur qui mentis sibi malè conscię carnificina hic iugiter excruciantur, quæ frequenter multos ad laqueum adegit, cùm hic interim vires animæ non sint tam viuaces, atque sunt cùm anima exuta est corpore, & multa hic sint quæ hominis tristitiam ad tẽpus tollunt, aut leniunt, aut à recogitatione malorum intellectum quiescere faciunt.

ET DIXIT ILLI ABRAHAM: FILI, RECORDARE QVIA RECEPISTI BONA, &c.] Lamentanti de sua calamitate diuiti, & refrigerium sibi per Lazarum impẽdi postulanti, Abraham primùm quidem exponit iustitiam mutatæ in vtroque conditionis: ac deinde significat impossibile esse vt assequatur quod per Lazarum sibi impẽdi postulauit. Blandè illum cõpellat, non dedignatus eum appellare filium, vt intelligamus hinc sanctorum pium etiam erga damnatos affectum, & discamus vicissim & nos afflictos etiam iustè non incessere, quibus digni sunt nominibus. Scriptum est enim: Non exasperes pauperem in inopia sua, & cor inopis ne afflixeris. Diligenter autem obseruandum, quòd Abraham indicare volens quare vtriusq; vices modò essent mutatæ, nõ obiicit diuiti aliqua scelera, nec explicat aliquas Lazari virtutes, sed tantùm dicit, quòd diues recepit bona in vita sua, & idcirco eum cruciari: Lazarũ verò, quod perpessus sit mala, esse in solatio; vt intelligamus rem esse maximè pernicioſam homini versari in otio summo, & delitiis atque honoribus frui: & rursum nihil homini vtilius, quàm exerceri afflictionibus. Vnde Basilius sermone primo de ieiunio: Timeto, inquit, exemplum diuitis, illum delitiæ vitæ igni tradiderunt. Non enim ob iniustitiãm, sed propter mollem ac delicatam vitam reprehensus, in flamma fornacis torrebatur. Hæc ille. Proinde hæc Abrahæ verba ad hoc valent, vt ne ob diuitias, honores, & voluptates huius vitæ aliquẽ beatum ducamus, sed potius miserũ, & ne sibi dies placeat; sed potius displiceat ob fœlicitatem huius vitæ. Et contrà ne ob paupertatem, contemptum, & afflictiones aliquem miserum ducamus, sed potius beatum: nec sibi pauper aliquis aut afflictus displiceat, sed eo potius nomine sibi placeat & gaudeat, iuxta illud Iacobi 1. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tẽtationes varias incideritis. Verbis Abrahæ consonant quæ prius dixit Dominus: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nũc fletis, quia ridebitis. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Contrà: Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Vę qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. In diuite isto videre licet quàm verè dixerit Psalmista: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit, nõ sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipsius benedicetur. In paupere illud Psalmi impletum est, Lętati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Significat ergo verba Abrahæ iustũ illud Dei iudiciũ, quo reprobis & vasis iræ aptatis in interitum, in hac vita plerunque concepit bonorum huius mundi affluentiam, ne semper illis sit malè, & alicubi habeant suæ bonæ electis autẽ & vasis misericordiæ quæ præparauit in gloriã, immittere afflictiones & aduersitates quibus exerceãtur, quod fieri non possit vt quis & hic regnet cum mundo, & postea cum Christo. De quo Dei admirabili iudicio disputat Psalmista, asserens se non potuisse illud comprehendere, donec ingrederetur sanctuariũ Dei, & intelligeret nouissima diuitũ. Ideoque notandũ, Græca non tantum habere, recepisti bona, sed bona tua; vt deinde cum subditur; & Lazarus similiter mala; subaudiatur mala sua, & intelligamus significari Deum vnicuique & bona & mala præparasse, & qui in hac vita suam in bonis portionem accepit, malorum partẽ post hanc vitam accepturum, & contrà, quanquam illud, bona tua, etiam aliud significet, vt mox dicetur. Cæterũ D. Chrysostomus diligenter inquirit quare potius dictum sit recepisti, quàm accepisti, putatque ideo dictum esse, recepisti, ad significandum quòd & diues quanquã peccator erat, aliquam tamen habuit virtutem, pro qua bona debita adhuc viuens receperat. Nam recipere propriè ea dicimur quæ debentur meritis. Similiter Lazarus etsi iustus, ali quod tamen vitium habuit, propter quod adhuc viuens debita mala receperat. Nullus enim ferè hominum expers est omnis virtutis, nec quisquã immunis ab omni vitio. Ideoque cùm iam duo illi per mortem hinc decesserunt, ille quidem discessit meram habens malitiam, iste verò meram habens virtutem. Secundũ hunc sensum dictum esset; bona tua, id est, bona quæ tibi debebãtur. Quãquam autẽ hęc obseruatio docta sit, magis tamen videtur verbum, recipere, hic simpliciter positum esse, quemadmodum sępe, pro accipere, secundum sensum superius indicatum. Vlterius tamen scien dum, quod quanquam Abrahæ verba nulla apertè exprimere videantur vitia diuitis, nullasq; virtutes Lazari, sed tantum admirabilem distributionem bonorum & malorum quæ à iusto & inscrutabili Dei iudicio proficiscitur: tamen eadẽ verba satis etiam in se includunt & illius vitia, & huius virtutes præmio dignas. Per hoc enim quod dicitur; recepisti bona; significatur quod fœlicitatẽ huius seculi amplexatus sit, atq; dilexerit, quódque bona huius mundi pro veris bonis duxerit, eaque quæ illi Deus concessit, sibi vindicauerit, non communicando ea aliis quibus dispensari debebant, & parando sibi amicos de mammona iniquo: vnde bene Græca habent, bona tua, nempe quòd ea pro suis bonis duxerit. Quare his verbis ipsius & amor seculi inordinatus, & in pauperes inhumanitas notata est, propter quæ vitia æterno dignus fuit supplicio. Sic & Lazari patientia satis insinuatur, dum dicitur recepisse mala. Non enim propriè recipit vel accipit mala à Deo immissa, qui ea patiẽter in se non suscipit, tollendo crucem suam post Christum. Intellexit istud significari his verbis D. Augustinus lib. 2. de quæstionib. Euang. sic scribens: Cũ ei dicitur; recepisti bona in vita tua; illud tangitur, quia fœlicitatem dilexit seculi, nec aliam vitã prẽter istã in qua superbus tumebat, amauit. Lazarũ autem dicit mala recepisse, quia intellexit huius vitæ mortalitatẽ, labores, dolores, & ęrũnas, pœnam

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse peccati, de quo scriptũ est: Fuimus & nos naturaliter filij irę, sicut & cæteri. Hæc ille. c. 38. Hic iã obseruandũ, ꝙ si inferni dãnatione pcutitur qui propria non largitus erat, qua pœna plectẽdus fit, qui aliena rapit. Si damnatus est qui suis bonis ad corpotis curã vsus est, nec alicuius sceleris arguitur, quid futurũ iis qui sese horrẽdis contaminant immũditiis, impietatibus, & iniustitiis? Vide D. Basilium sermone quo hortatur ne rebus tẽporalibus affixi simus, vbi ex hoc loco admonet ne præterea mus ob oculos nobis positos Lazaros, ne eũ post vitã inuocauerimus Abrahã, aliosq; sanctos, nullũ cõsequamur fructũ nostræ vociferationis, sed ab eis impetamur acerbiotibus verbis, quàm hic impetitus est ab Abrahã dicens, ꝙ illi⁹ improbitatem pleriq; manifestè vincamus. Appositè autẽ pro tẽ- B pore illo dixit Abrahã: Nunc autẽ hic consolatur; quia necdũ accepit plenam mercedẽ, vt impleretur lætitia ex aspectu vultus Domini, sed cõsolabatur in spe liberationis per Christum perficiendæ.

ET IN HIS OMNIBVS, INTER, &c.] Ostendit iam fieri non posse vt quod petebat assequeretur. Et, inquit, in his omnibus, pro, super vel præter hæc omnia, hoc est, præter quã ꝙ iusto Dei iudicio tibi non consolatio & refrigerium, sed cruciatus debeatur, etiam impossibile est, vt quam petis tibi præstẽ misericordiã, quia impossibile est vt quis ex nobis vos adeat. Hoc enim significatur cùm subditur, inter nos & vos chaos magnum firmatum est, &c. Vbi notandum dictionem, chaos, C valde impropriè positam, si modò non est vitium scriptorum, quemadmodum vult Budæus. Græca enim dictio est, chaos, quæ tamẽ hoc loco Græcis non est, sed pro ea est, χάσμα, quæ Græcis aliud significat quàm chaos. Nam chasma Græcè hiatum terræ significat, à verbo χαίνω, quod est hio: Chaos verò, quod à χέω, id est, fũdo derivatur, cõfusionem significat. Chaos ergo impropriè hic debet accipi pro hiatu, quemadmodum & Augu. exponit epistola 99. qualis hiatus existere nonnunquam solet in terræmotu, vnde & chasmaticus terræmotus dictus est. Huiusmodi autem terræ hiatus aut vorago, si modo magna sit, impedit ne quis ex vno loco ad aliũ pertranseat; proinde metaphor a hinc de sumpta dicitur, hiatus magnus inter nos & vos nõ D solũ est, sed etiam firmatus est, quo aliud nõ significatur, quàm sic esse separatos damnatos à piis, vt imperuius sit vtrisque ad alteros trãsitus. Quòd si speciatim exprimi quis quærat quid per hiatũ illum magnum sit intelligẽdum, rectè dicetur significari firmissimũ Dei statutum in modum hiatus, prohibens horum & illorum permixtionem, vt sit sensus: Firmissimo & immutabili decreto Dei sic fumus nos à vobis separati, vt hi q volũt hinc trãsire ad vos, non possint. Dicit, qui volunt, aut propter naturalem voluntatem qua sanctè cuperent subuenire damnatis, cùm alioqui respicientes ad diuinam iustitiam, & ei suam voluntatẽ conformã E tes, nõ velint quod naturaliter volunt: aut potius, quia etiamsi vellent, non possent. Porrò cùm certũ sit Abraham hæc non verbaliter respõdisse diuiti, videndum est quomodo prędicta ei dixisse dicatur à Domino. Itaque Abraham introducitur dixisse illud: Fili, recordare, &c. quia diuiti perẽti refrigerium suggerebatur quàm iustè iã puniretur, & omni consolatione destitueretur, & contrà Lazarus cõsolatione frueretur. Sic per hoc quod dicitur dixisse de hiatu, significatur diuiti notificatum æternam fore reproborum à beatis separationem, ac refrigerij nullam esse damnatis spẽ. Et alioqui si hoc exemplum tantum est parabola, dicendum est hæc à Domino sic conficta esse, vt intelligeremus damnatis post hanc vitam nullam esse spẽ vel liberationis, vel refrigerij, & ne ab his quidem in quibus multũ confidebant in via præsenti, quẽadmodum cõfisus fuit iste dives in patriarcha Abraham damnatos imploraturos refrigerium, sed eosdem intellecturos quàm iustè cruciẽtur, quódque imperpetuum sint cruciandi. Ex hoc loco conuincitur error ille qui Origeni attribuitur, quo quidã asseruerunt damnatos aliquando liberandos, & iustorum consortio aggregandos in gaudiis.

ET AIT: ROGO ERGO TE PATER, &c.] Cùm audiret se non posse exaudiri in eo quod pro se orabat, pro fratribus supplicat, sed vt prior eius oratio reiecta est, quod esset de re impossibili; ita & hæc, ꝙ esset de re superuacua, vt intelligamus damnatos nihil aut pro se, aut pro aliis impetrare posse, nec quicquam rectè precari. Ergo, inquit, quoniam scilicet chaos (vt dicis) obstat quo minus mihi per Lazarũ subueniri potest, saltem illud te oro pater, vt quem non potes mittere mihi, mittas in domum patris mei. Non enim tale chaos inter vos & vnos firmatum est, vt non possit vobis ad illos esse accessus, aut contrà. Mitte ergo eum in domum patris mei Habeo enim ibi adhuc quinq; fratres, vt testetur illis, id est, admoneat C eos, aut testimonium illis perhibeat de statu qui est post vitam temporalem, aut de mea condemnatione & pœnarum magnitudine, ne si ingrediãtur meis vestigiis, etiam ipsi veniant in hunc locũ diuersorum tormentorum. Potest enim verbum, testari, dupliciter hic exponi, aut vt simpliciter sit admonere aliquẽ, quomodo sæpe accipitur in scripturis. vt: Audi populus meus, & loquar Israel & *psal. 49.* testificabor tibi. &: Audi populus meus, & cõtestabor te. Et apud Paulum 1. Timoth. 5. & 2. Timoth. *psal. 80.* 4. Aut vt sit, testimonium de aliqua re ferre, quæ propria est ei⁹ significatio. Quæri autẽ hic potest, quomodo dines hic pro fratrũ salute fuerit solicitus cum hic affectus videatur alienus esse à damnatis, vt alicui bene velint. Ad quam quæstionem facilis est ex D. Gregorio solutio, qui hoc loco asserit, damnatos vt in supplicio grauius puniãtur, & eorum videre gloriam quos contempserunt, & de illorum pœna torqueri quod inutiliter amauerũt. Itaque diuitis preces pro salute fratrũ, non ex charitate, aut bono affectu erga fratres prouenerunt, sed ex pœna & cruciatu quo afficiebatur, Deo ita permittente eum torqueri per recordationem fratrũ. Addit his Caietanus, diuitem hæc præcatũ ex superbia, nimirum, quia cùm videret multos saluari, inter eos cupiebat esse suos, vt qui iam deiectus erat in maximam miseriam, saltẽ in suis fratribus exaltaretur. Alij, inter quos Nicolaus, putant eum hæc precatum, ꝙ sciret ex fratrum suorum cõsortio in condemnatione, pœnam sibi augendam, eo quòd & per vitę suæ exẽpla, & per relictas diuitias occasionem peccandi eis præbuisset. Si autem exemplum hoc non historia esse dicatur, sed parabola tãtùm, facilior erit quæstionis explicatio. Dici enim poterit hæc sic à Domino cõficta esse, cùm sic gesta non essent, tantum ad erudiendum & monendũ viuos, ne suæ impœnitẽtiæ prætexãt, quòd de statu vitæ futuræ nihil vnquã didicerint ex his qui è futura vita redierunt. Quoniam enim homines admoniti de gehennæ cruciatibus, aut credere A solent velut terriculamenta vana, aut parum commoueri illis, cogitantes secum, neminem ex mortuis rediisse qui vel de piorũ fœlicitate, vel impiorum cruciatibus quæ experientia didicisset narraturus, credituros se magis & magis commouẽdos si quisquã rediret ex mortuis, & attestaretur quo modo illic res se habeant: ideo quo hanc cogitationẽ Dominus castigaret, proposuit hunc diuitẽ orasse, vt Abraham ad fratres suos Lazarum mitteret. & vulgarẽ hanc hominum cogitationem ex posuisse, vt sic Abrahæ, cuius magna erat apud Iudæos authoritas, responsum subiiceret, quo talis B cogitatio reprehenditur & confutatur. Nec dubium est quin hic sit scopus huius narrationis, etiã si sit vera historia. Poterant enim Pharisæi aut alii inter Iudæos ridere quæ Dominus dixerat de summis cruciatibus diuitis, ob id quod recepisset bona in vita sua, quemadmodũ auari Pharisæi suprà irridebant eum contra auaritiam disputantẽ, poterant eorũ confirmationẽ postulare tibi fieri per resuscitationẽ aliquorũ ex mortuis, proinde oportunè hæc narratione eos reprimit non sua, sed Abrahæ authoritate, quem dicit diuiti serò supplici, & serò suorum curam gerenti respondisse: Habẽt C Moysen & prophetas, hoc est, Moysis & prophetarum libros, audiant illos loquentes, & testificãtes eis per sua scripta, & lectionem eorum in synagogis. Ad quod diues improbus iam peccator, & ex seipso fratres suos iudicans respondit, dicens: Nõ, pater Abrahã, supple, audient illos sat scio, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, & testificatus scilicet fuerit eis, tunc pœnitentiam agent, & respiscẽt à vita quam modo degunt. Hic iam ergo Abraham hanc vulgi cogitationem confutans respondit: Si Moysen & prophetas non audiunt, cedẽdo & obediendo eis, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei. Quod quam vere dictum sit, & recta ratio docet, & experientia. Ratio quidẽ, quia ei qui D Moysen & prophetas suscepit, certior est authoritas & veritas eorum librorum, quam possent esse facile aut phantasma esse, aut dæmoniũ, eũ authoritatẽ Moysis constet esse diuinam. Experientia vero, quia Iudæi eo quod non credebãt satis Moysi ac Prophetis, nec his qui ex mortuis resurrexerũt crediderunt, imo Lazarũ Mariæ & Matthæ fratrẽ, cũ ex mortuis resurrexisset, occidere voluerũt, & Dominũ ipsum persuã resurrectionẽ acrius in suis membris persecuti sunt. Hinc ergo obseruandũ, quã sacro sancta nobis esse debeat sacra scriptura, vt quæ efficacior nobis esse debeat ad rectè vitam instituendã, quam quiuis prædicator, etiamsi è cœlo atq; ex mortuis ad nos veniret, nunciatur⁹ visa à se aut experientia percepta. Deinde hanc ad ea quæ de futurę vitę statu sunt cognoscẽda sufficientẽ esse, vt præter eam non sit opus optare adnentum quorundã mortuorũ qui de illis nos plenius instruant. Non potest autẽ ex vltima huius narrationis parte colligi efficaciter animas mortuorum nunquã in propria persona apparere viuis: quia nec Abraham negat Lazarum posse advivos mitti, nec diues petiit animã Lazari mitti, sed vt ex mortuis resurgeret. De apparitione autẽ animarum quid sentiendũ, discere licet ex lib. Augustini de cura pro mortuis agenda, dictumq; est aliquid de hac materia in cap. Concord. 67. Summa ergo totius huius narrationis de diuite quodã & mendico Lazaro est, vt qui diuites sunt, præsentibus bonis recte vtantur, nõ vtẽtes eis ad ambitionẽ & luxum, sed pauperibus inde subueniẽtes, alio qui futurũ vt bona sua hic percipiant, in futuro seculo indicibilib. tormẽtis cruciãdi, nec vllã à pauperibus beatis cõsolationẽ percepturi. quod eos sibi in præsenti nõ parauerint amicos de mãmona iniquitatis. Qui autẽ pauperes, despecti, & afflicti sunt in hoc mũdo, fortiter ferãt huius mũdi mala. Sic enim futurũ, vt postea summo potiãtur honore, requie & gaudio. Postremũ nõ optandũ esse mortuorũ ad nos aduentũ, qui de statu vitę futurę nos certiores faciant, sed scripturę auscultãdũ, quę quã tũ est satis nos docet, quæ nos manent post hãc vitã, & certior sit quã cuiusquã esset mortui testificatio. Sunt autẽ pleriq; etiã antiqui patres, q totã hanc historiam aut parabolã tractant etiã allegorice, intelligentes in diuite populum Iudaicum, aut eos qui sibi iusti videntur: in mẽdico Lazaro, populũ gentilem, aut peccatores, & Publicanos. Quã tractationẽ hic omittimus, quod plixe satis eã prosecutus sit Aug. lib. 2. q. Euãg. & Ambrosius in Cõmẽt. ac post eos elegãtissimè & lucidissime D. Gregorius in homilia, & Theophyl. in cõment.

DOCET SCANDALVM VITANDVM, ET FIDEI virtutem. LVCAE 17.

CAPVT XCVIII.

ET AIT AD DISCIPVLOS SVOS: IMPOSSIBILE EST VT NON VENIANT, &c.] Quanquam incertum sit an hæc à Domino sint dicta, mox post præcedentia, & occasione præcedentium, eo quod Lucas hoc capite miscellanea quædam scribere videatur, quæ inter se nullo ordine & connexione cohæreant, nec huiusmodi locutionibus vtatur quæ ordinẽ aliquem significent: tamen commoda reddi potest ratio, quare nunc prædictis

A. 18. 7t.

Ita ait ad Discipulos suos: Impossibile est vt non veniãt scãdala: væ autẽ illi per quẽ veniũt, vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiiciatur in mare, quã vt scãdalizet vnũ de pusillis istis. Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ: & si pœnitẽtiã egerit, dimitte illi: & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicẽs: Pœnitet me, dimitte illi. Et dixerũt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem. Dixit autẽ Dominus: Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis dicetis huic arbori moro: Eradicare, & trãsplãtare

A. 17. 6 A. 21. 11.

in mare, & obediet vobis. Quis autẽ vestrũ habẽs seruũ arantẽ aut pascẽtẽ boues, qui regresso de agro dicat illi, Statim trãsi & recũbe: & non dicit ei, Para quod cœnẽ, & præcinge te, & ministra mihi dum manducẽ & bibã, & post hæc tu manducabis & bibes? Nũquid gratiã habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos quũ feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis: dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Interrogatus autẽ à Iudæis, quãdo venit regnũ Deũ Respõdẽs eis dixit: Nõ veniet regnũ Dei cũ obseruatione, neq; dicẽt: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnũ Dei intra vos est.

Luc. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

subiiciantur de scandelo, quæ & supra apud Matthæum sunt habita, vt fatendum sit Dominũ hæc bis dixisse, aut alterũ Euangelistarum non eo loco commemorasse quo dicta sunt, quamuis vtetque oportuno loco cõmemorauerit ea. Ideo enim secundum Theophylactum iam de scandalo subiicitur, ne turbarẽtur Discipuli videntes Phariſæos irridere Christũ, de faciendis eleemosynis, & diuitiarum periculo disputantem. Hac ergo occasio ne primũ dicit fieri non posse, considerata scilicet hominum corruptione & malitia, quin eueniant scandala, hoc est impedimenta salutis, & tamen quia hæc necessitas nullum cogit, væ dicit illi per quẽ eueniunt scandala, quod vtilius illi esset si appenso circa collum eius lapide molari, secundum mortem Palestinæ regionis, proiiceretur in mare quam si scandalizet, hoc est, offendat & impedimentum præbeat salutis vni de pusillis istis, id est, quantumuis humilibus & abiectis istis, qui scilicet credunt in me, quia qui vel vnum talem scandalizauerit, ob id proiiciendus est in profundum inferni, quod longe est grauius, quã proiici in mare. Proinde postquam dixit & necessaria esse scandala & pessimè tamen illi fore per quem fiunt, tertiò commodè admonet suos, vt ab his sibi caueant. Attendite, inquit, hoc est diligenter cauete vobis, ne scilicet aut cui sitis offendiculo, quia væ illi per quem fiunt scandala: aut scandala quæ necesse est euenire vos scandalizent, & ad lapsum pertrahãt. Vtrunque enim cauere suos Dominus latius admonet apud Matthæum, postquam de scãdalorum necessitate & væ scandalizantium dixisset. Ibi autem videre licet quæ hic dicenda essent de scandalo, & loci huius intelligentia.

SI PECCAVERIT IN TE FRATER TVVS, INCREPA ILLVM, &c.] Subiiciuntur & hæc, sed latius, apud Matthæũ doctrinę de scandalo. Postquã enim docuit Dominus cauendum esse ne quem scandalizemus, hoc est, ne in quem peccemus, præuidẽs fieri non posse, quin & inter fratres, id est, Christianos eiusdẽ religionis, scandala oriantur, docet quomodo agendum sit cum fratre scandalizante & peccante in nos, nolens huiusmodi scandala à nobis esse prætereũda & negligẽda, quemadmodũ negligenda sunt impiorum & infidelium scandala. Duo autẽ circa peccantem fratrẽ fieri præcipit. Primũ, vt si peccauerit in nos, neque negligamus illius salutem, neque lædentem vicissim lædamus, sed cupidi salutis eius increpemus eum, ac increpatione nostra ad pœnitẽtiam prouocemus. Ad hoc enim adhibetur omnis fraterna increpatio. Quo autẽ modo & ordine sit increpandus, late à Matthæo explicatur. Secundo, vt si pœnitentiam agat, hoc est, resipiscat & signa displicentiæ ędat, agnoscendo scilicet admissum peccatum, & veniam eius petendo remittamus ei, nullam scilicet requirentes ab eo vltionem, imo nec satisfactionem aliquando iniuriæ illatæ. Non quod etiam ante quã pœnitẽtiam agat nõ debeamus remittere peccatũ in nos admissum, sed quod id quod prius apud nos in corde remisimus, ictiã ore remittendũ sit, & ipsa communione & familiaritate quæ ante pœnitentiã ei salubiter subtrahitur, testari debeamus factã ex animo admissi peccati remissionem. Ne autem quam fratri debemus in remittendis peccatis indulgentiam, certis concludamus terminis, subiecit. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi, hoc est, quotiescũque peccauerit, & resipuerit remitte illi. Numerus enim septenarius pro infinito ponitur ob numeri perfectionẽ. Porro loquitur hic proculdubio Dominus non potissimũ dẽ remissione sacramentali, sed fraterna. Dicit enim, si peccauerit in te frater tuus, remitte illi. At sacerdos qui Dei vice in terris remittit peccata, non remittit ea tanquam fratri, sed tanquam subdito: nec remittit ea tanquam in se admissa, sed tanquam admissa in Deum. Consequitur tamen etiã ex hoc loco sacerdotem semper pœnitenti debere remittere peccata. Cum enim Deus præcipiat vt pœnitenti fratri semper remittat frater, & Dei indulgentia longe vincat hamanam, non potest sacerdos qui indulgentiam Dei hominibus impendit, certum indulgentiæ numerum seruare erga peccatorem, quem non potest seruare frater erga fratrem. Reliqua quæ hic essent dicenda, dicta sunt circa Matthæum in cap. Concordiæ 72. vnde intelligere licet dupliciter accipi posse quod dicitur, si peccauerit in te frater tuus. Deinde, quando præceptum increpationis fraternæ obliget, nimirum quando spes est fructus. Præterea quod huic præcepto de remissione fratri à fratre impendenda, non contrarientur peccantiũ supplicia, quę de eis ob bonum reipublicæ Christianæ vel ciuilis sumunt iudices Ecclesiastici, vel seculares, non tanquam de fratribus, sed tanquam de his qui eis sunt subiecti.

ET DIXERVNT APOSTOLI DOMINO ADAVGE NOBIS FIDEM. DIXIT AVTEM, &c.] Obiter videntur hæc ab Euangelista subiecta superioribus, ac sine omni ordine & consequentia, nisi dicamus cũ Theophylacto, Apostolos audientes Dominum de magnis quibusdam dicentem, & adhortantem eos ad diuitiarum cõtemptum, ad scandalorum vitationem, & peccatorũ in se admissorum remissionem, memores infirmitatis fidei suęquam illis Dominus toties exprobrauit, petisse fidei augmentũ, per quam possent perficere quæ præceperat. Nihil enim adeò ad paupertatem, de qua locutus est, amplexandam, & diuitia rum in pauperes elargationem facit, atq; cõfidere in domino: sicut nihil ita facit thesauros reponere, atq; diffidentia bonitatis diuinæ. Insuper vt & cõtra offendicula obsistere quis possit, magna fide est opus, ob cuius defectum & paruitatem, infirmi in fide facile scandalizantur. Proinde forte occasio petendi augmentum fidei, fuit, quod Dominus de pusillis fecerit mentionẽ, quos scãdalizari noluit. Solet enim Apostolos suos vocare ἀπιστους, id est, homines pusillę fidei. Dicunt ergo Domino: Adauge (vel, vt habent Græca, quod tamen idem est, Appone) nobis fidem, id est, fiduciam, quam toties commendasti, & cuius defectum in nobis frequẽter culpasti, vt auctiorem nacti fiduciam possimus ad ædenda miracula, ad implenda præcepta tua, atq; ad impetrandũ quidquis à Deo esse apriores. His autem verbis quibus fidei augmentum postulãt, magnitudinem tamen suæ fidei testantur, cũ credere se declarent Dominum posse mẽtibus eorũ fidei incrementum adiicere supra hominem scilicet ipsum esse agnoscentes. Dominus autem sua responsione ostendit eos recte petere fidei augmẽtum, quod perfectæ fidei magna sit vis, arq; huiusmodi fidei cõmẽdatione fidem quantum in se est cõfirmat & auget in eis, auctурus in eis nõ verbis, sed

sed spiritus sui efficacia fidem post suã in cœlos ascensionem quando magis conueniret illum pro sua diuinitate agere, & illi essent capaciores suscipiendi fidem perfectam. Si, inquit, habueritis fidem, &c. Eadem sententia suprà habita & exposita est Matth. 17. in cap. Concord. 68, nisi quod ibi montis fiat mentio, hic autẽ mori, aut, vt est Græcè sycamini. Tunc enim montẽ aliquem demõstrabat Dominus, cui fortè vicinus erat cùm ea diceret: nunc autem arborẽ aliquã forte obuiam cum idem vtrobique significetur. Quod autem ad synceram attinet lectionem, sciendum est plerosque antiquos codices Latinos manu descriptos non habere verba futuri temporis, habueritis, dicetis, & obediet, sed haberetis, diceretis, & obediret. Sic enim habebant etiam duo codices qui mihi erant ad manum, & conuenit hæc lectio magis cum Græcis, quę habent εἰχετε ἐλεγετε ἂν, ὑπηκουσεν ἂν. Proinde verisimile est communẽ nunc lectionem mutuatã ex Matthæi loco, vbi ponuntur verba futuri temporis, quanquã parum ad rem faciat vtro modo legatur, cum idem semper significetur. Porro quemadmodum trãslationem montis, de qua apud Matthæum, mystice factam per Apostolos ostendit D. Hieronymus, ita & hic pij patres transplantationem mori, quæ per Apostolos nunquam legitur facta, (sicut nec ad veritatem sententiæ necesse est eam aliquando factam esse, quemadmodum patet ex his quę dicta sunt circa Matthæũ,) mystice per eos factam intelligũt. Et Beda quidẽ secutus D. Augustl. lib. 2. de quæst. Euang. per morum cuius colore sanguineo fructus rubent, Euangelium crucis mystice intelligit, quæ crux per fidem Apostolorũ de gente Iudæorum, in qua velut in stripe generis tenebatur, verbis prędicationis eradicata, & in mare gentiũ plantata est. Ambrosius autẽ per morũ, diabolum intelligit, sicut & in sententia Matthæi per montem. Nam quemadmodũ fructus mori primò albet in flore, at maturitate nigrescit: ita diabolus ex albenti Angelicæ flore naturæ deiectus est in peccati nigredinem. Sed & Theophylactus alia ratione per morum diabolum intelligit, quod scilicet nobis author sit & alũnus vermis perpetui per cogitationes quas ille in nobis generat. Folia enim mori, vermes pascunt, vnde fiunt serica. Hanc itaque morũ fides non tantũ Apostolorum, sed quorumuis, eradicare valet è corde humano, & in mare proiicere, hoc est, in abissum perditionis.

QVIS AVTEM VESTRVM HABENS SERVVM ARANTEM AVT PASCENTEM BOVES, &c.] Et istud sic videtur subiectum superioribus, vt cum illis nullam habeat connexionẽ aut consequentię rationem: at si quis diligẽter aduertat, videbit nec hic deesse rationem quare hæc subiuncta sint præcedentibus. Quoniam enim in præcedentibus Dominus exegit quædam singularia, nimirum diuitiarum in pauperes distributionem, voluptatum contemptum, solicitam scandalorum vitationem, ac facilem in peccantes indulgentiam, ne quis cùm hæc omnia aut aliqua horũ perfecisset, sibi placeret & efferretur, nunc iactationis affectum, qui boni operationem consequi solet, euellit. Ad quod è rebus humanis profert exemplũ de seruo quem nullus dominus quãtùis commodus, solet ex agro reuersum honore afficere ob diurnum eius laborem, sed rursum iubet, ac debitam adhuc exigit seruitutem, & nec sic quidem gratiam habet ei. Hoc ergo exemplo nobis proposito, accómodans illud suæ intentioni subiunxit: Sic & vos cũ feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. In qua applicatione aduertendum, quod cum propositi exempli narratio exigere videbatur vt diceret Dominus: Sic & vobis etiã cum feceritis omnia quæ vobis sunt præcepta, Deus nullam est habiturus gratiam, nec honore ob id vos afficiet, sed vos inutiles seruos appellabit: non sic quidem dixit, sed vos, inquit, dicite, serui inutiles sumus. Voluit enim hoc exemplo Dominus nos ad humilitatem informare, & magis hoc agit vt intelligamus quid de nobis ipsi sentire debeamus, quàm quales non reputet Deus Dominus noster. Hic enim eos qui præcepta sua exequũtur, non inutiles seruos est vocaturus, sed vt in alia parabola dicitur, in nouissimo die illis dicturus est: Euge serue bone & fidelis. Imo ne quidem pro seruis tales est habiturus. Iam, inquit Dominus, non dicã vos seruos, sed amicos. Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis. Quod autem præcipit vt dicamus nos seruos inutiles, cũ omnia præcepta adimpleuerimus, non sic accipiẽdũ quasi quis sit qui omnia adimpleuerit (in multis enim, inquit Iacobus, offendimus omnes) sed sensus est: etiam si feceritis omnia, tamen agnoscite vos seruos inutiles; quo significatur quam inutiles nos debeamus reputare, & nos deprimere, cum aduerterimus nos multa nobis præcepta nõ impleuisse. Aut sensus est: Cum in vna aliqua re feceritis omnia quæ vobis sunt præcepta, vt cũ feceritis quæ præcepta sunt de erogandis facultatibus, aut quæ præcepta sunt de remittendis proximo peccatis, agnoscite tamen vos seruos inutiles. Duplici autẽ ratione dicere nos possumus seruos inutiles. Primum, quia Domino nostro operibus nostris nihil commodam*, nihilque lucri facimus, secundũ illud, Si iuste ageris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Secundo, quia nihil vltrà quàm debemus & præceptum nobis est facimus. Sic enim & in rebus humanis seruum inutilem vocare solemus, qui ex se nihil facit, sed ea tãtum quæ imperãtur, magis scilicet studens vt nõ flagelletur à domino, quã vt illi prosit. Atque ad hanc secundã rationem Dominum respexisse patet ex eo quod sequitur, quod debuimus facere, fecimus; quod indicat causam quare nos debeamus reputare seruos inutiles, vnde Græca habent cõiũctionem causalem ὁτι, id est, quia quod debuimus facere, fecimus. Id autem sic est intelligendum: fecimus tantum quod debuimus facere, vel, nihil aliud fecimus, quàm quod facere debebamus. Alioqui nemo facile est qui dicere poterit se fecisse quic quid facere debuit. Proinde aliter hic accipitur seruus inutilis, cum iubemur nos vocare seruos inutiles, quàm cum in quadam parabola dicitur: Seruũ inutilẽ proiicite in tenebras exteriores. Ibi enim seruus inutilis dicitur, qui Domini præcepta non perfecit, nec ei aliquam attulit vtilitatẽ, quam sibi afferri Dominus noster reputat, cũ nosipsos aut alios lucrifacimus, & ex donis ipsius fructum bonorũ operũ ædimus. Porro hoc loco mirè exultant qui non ferũt Catholicos dicere, iustos mereri suis bonis operibus apud Deum vitam æternã & regnum cœlorum. Si enim, inquiunt, omnibus etiam præceptis seruatis, agnoscere nos debemus seruos inutiles, & re vera id sumus, quod iubemur nos

Iacobi 3.

Quomodo merea mur vitã æternam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos vocate(neque enim fallaciter id de nobis sen A tire Dominus voluit)quis ergo aut de suis, aut aliorum meritis gloriari poterit? Quibus dicendũ, primũ quidem,quod, quemadmodũ supra est annotatum,non ipse Dominus inutiles seruos vocat præceptorũ suorum obseruatores, sed contra seruos bonos, fideles & vtiles:nos autem vult ad vitandã superbiã reputare nosipsos pro seruis inutilibus.Et quanquã tales etiã vere simus ea ratione quam Dominus indicat,imo & aliis multis nominibus,tamẽ ipse cum optimus sit,huiusmodi seruis inutilibus pro mercenariis vtitur, & seruitutẽ nostram mercede repẽdit, ac debitum obsequium tanquã egregium facinus suscipit, & præmiũ tribuit,quod laborem etiã excedit:quemadmodũ frequenter humani quidã domini seruis suis cum nihil debeant,tamẽ pro diligenti & fideli ministerio præmia quædam deputãt,donãtes eos libertate & facultatibus insuper,quos seruos dicimus meruisse quę à dominis suis consequitur. Deinde dicendum,Dominum satis insinuare se nõ loqui de quibuslibet seruientibus Deo, sed illis potissimũ qui non sua sponte,atq; ex charitate Deo seruiũt, sed inuiti & coacti necessitate præcepti. vnde dicunt quod debuimus facere, fecimus;quomodo & Paulus 1.Cor.2 .dicit sibi non deberi præmiũ,si inuitus euangelizaret. Ex eo autem deprehẽditur necessitate præcepti,& non ex charitate quosdã seruire Deo, si non vbi res & charitas postulauerit, C etiã parati sint facere quæ alioqui non videtur esse præcepta,sed in libertate eis permissa, quemadmodum fuit in Paulo prædicare Euangelium sine sũptu.Quod si etiã ad omnes Deo seruientes locum hunc extendere velimus, dicendũ , quod nos qui debemus nosipsos agnoscere seruos, sicut re vera sumus multo magis quã sint ab hominibus empti serui,tamẽ Dei benignitate etiam facti sumus filii Dei ac diuinę effecti consortes naturę.Qui ergo quatenus serui sumus nihil propriè meremur, quatenus tamen filii Dei & membra Christi,ac spiritus diuini participes , eatenus nostris operib. apud Deũ mereri rectè dicimur vitã æternam, quatenus scilicet opera nostra, opera sunt non tã nostra, quã ipsius Christi capitis nostri,& spiritus sancti qui habitat & operatur in nobis.Hac enim consideratione dum dicuntur iusti mereri,nõ liberi arbitrii vis,sed Dei gratia multipliciter commendatur.Itaq; dum nosipsos spectamus,& quales ex ipsa nostra sumus conditione, non habemus quod de meritis gloriemur apud Deum , primum quod serui sumus qui imperata facere teneamur , etiãsi nulla sit merces:deinde quia in multis offendimus omnes:præterea quia nihil Deo offerimus cõmodi nostris operibus: Postremũ quia etiam si efferre mus, nunquam tamen rependere possemus quantum ab eo bonorum accepimus & accipimus in singulas horas. Si vero Dei spectemus benignitatẽ,& quales ex eius benignitate effecti simus, habent vtiq; iusti quod de suis meritis gloriẽtur,aut nos de illorum meritis gloriemur,sed in domino: tum quod deo placuerit bene illi seruientibus præmium aliquod promittere & constituere:tũ quod ei visum est ad eam nos subuehere dignitatẽ, qua apud illũ aliquid mereri possemus.deinde , quod ipse dignetur opera nostra agnoscere quasi sibi vtilia & lucrum afferentia, nostram & aliorum salutem suũ reputãs lucrum & gloriam. Postremum, quia opera iustorum etsi multis respersa maculis, dignatur respicere & amplecti , conniuens ad vitia.Quod si autem quis bene viuens gloriari velit 1.Cor.4. in seipso,huic dicitur illud Pauli , Quid enim habes quod non accepisti?Nomen autẽ meriti quod tantopere quidã abhorrent,etiam in scripturis re Eccle.16. peritur.Dicitur enim : Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundũ meritũ operum suorũ. Sed de merito latius dictũ est in cap. Concordiæ. 39. circa illud : Merces vestra multa est in cœlis. Quod si etiam hic locus , quo præcipimur nos reputare seruos inutiles, attendatur,reperiemus dominum etiam his verbis relinquere iustis locum gloriandi,sed in deo nimirum cum per eius grãtiam fecerint etiam ea quæ eis non erant præ B cepta.dicit enim.cũ feceritis omnia quæ præcepta 1.Cor.2. sunt vobis,& c. Vnde paulus gloriari nolens in his quæ præcepti erant , gloriatur quod perfecerit quæ erant consilii.Et si,inquit,euãgelizauero , nõ est mihi gloria,necessitas enim mihi incumbit.Væ enim mihi est,si non euangelizauero.Quæ est ergo merces mea?Vt Euãgeliũ prædicans,sine sumptu ponã Euangelium. Cæterũ quãquam exemplum,quo Dominus nos ad humilitatẽ vocat,nuda sit similitudo,vt non sit necesse illud allegoricè tractare: sunt tamen qui vt & in aliis similibus exemplis, etiam hic allegoriam quærunt. vt videre est apud Bedam Si autem in ipso exemplo philosophari libet,simpliciter id sic fieri poterit,vt intelligamus ideo propositum exemplum,serui, cui post vnum opus aliud præcipitur, quo doceamur nõ debere nos in otio viuere post vnius præcepti adimpletionem,sed mox ad aliud implendum animum accommodandum. Deinde proponitur exẽplum serui,qui toto die in agro laborauit aut arãdo,aut pascendo boues.(vel, vt habet Ambrosius magis conformiter cũ Græcis ,oues)ac vespertino tempore domum redeuntis,sed non prius cœnam sumentis quam herus eius cœnam sumpserit eo ministrante,vt intelligamus semper in agro dominico laborandum nobis esse quamdiu dies est, id est, quamdiu hic viuimus:tar fine huius vitæ adueniente,non prius nos admittẽdos ad cœnã domini in regno cœlorũ,quã illi obtulerimus fructus D laborum nostrorũ vnde pascatur. prius enim ipse à nobis pasci debet.quã ad gaudia eius simus trãsituri.Sic fere D.Ambros. D.August. lib. 2. de quæst. Euang.cap. 39. legit;serui superuacui sumus, & intelligit hic per exemplum propositũ significari,vt qui in agro adhuc sunt hoc est,extra Ecclesiã veniant post labores illius vitæ ad domum Ecclesiæ,ibique suo ministerio pascant Christum bene viuendo,& multos lucrificiendo, ac tum quærant & ipsi à domino escis incorruptibilibus vitæ æternæ perfrui, dicentes : Serui superuacui sumus, quod debuimus facere fecimus,hoc est,nihil in nobis operis restat:cursum consummauimus,agonẽ E perfecimus,supereſt nobis corona iustitiæ. At hunc non esse sensum à Domino intentum dubium nõ est,dedit autem ei intelligentiæ occasionem dictio, superuacui,pro qua melius nos legimus,inutiles, cum Græcis sit ἀχρεῖοι,

INTERROGATVS AVTEM A PHARISAEIS QVANDO VENIT REGNVM DEI, RESPONDENS, &c.] Præcedit in Luca ãte hæc verba historia de decẽ leprosis curatis,sed hæc suo loco supra posita est cap. Concord. 74. porrò an pharisęi quærẽtes quãdo veniret,id est,vẽturũ esset(præsens enim pro futuro hic ponitur) regnũ Dei,

Dei,quæ fuerint animo discendi an irrisorię,ineer A tum est.Occasio autem quæstionis fuit, quia Dominum frequenter audiuerunt de regno Dei disserentem,imo & Ioannes,& ipse Dominus, ac Apostoli ab eo iam missi suam prædicationẽ auspicati sunt;à promissione regni cœlorum & regni Dei, dicentes , appropinquauit regnũ cœlorum. Cum ergo ab omnibus his promissum regnũ Dei, Pharisęi nondum venisse agnoscerent,interrogant Dominum siue serio, siue, quod magis est verisimile, irrisorię, quando venturum esset illud regnum Dei,quod iamdudum & Ioannes & ipse prędicassent imminere. Dominus autem , etsi curiose aut B irrisorie interrogantibus,non dedignatur respondere.Docet autem sua responsione , tempus aduẽtus regni Dei non posse præcognosci, & ante quã veniat prospici:significans proinde studendũ potius cuique vt semper paratus sit qui in regnũ illud admittatur, quã curiose de tempore aduentus inquirere. Ac deinde de regnum Dei iam venisse asserit,notans proinde Pharisæorum qui illũ forte venerant irrisuri,stupiditatem,qui rem præsentem & apud eos existentem non agnoscerent. Habet enim regnum Dei duplicem statum Alterum , spiritualem & inuisibilem , quo scilicet in præsenti vita Deus regnat in cordibus fidelium, per fidem,spem, & charitatem. Alterum,non solũ spiritualem , sed etiam corporalẽ & manifestum, C quo scilicet Deus manifeste est regnaturus,nõ tantum in animis hominum , sed etiã in corporibus iam glorificatorum in anima & corpore.De vtroque isto regni Dei statu loquitur hic Dominus.Et primũ quidem de posteriore dicens:Non veniet regnũ Dei quemadmodũ regnum aliquod humanum,cum observatione,temporis scilicet,hoc est, sic vt homines possint imminens tempus aduentus obseruare & prospiciẽdo præcognoscere . Neque cũ venerit, dicere poterunt : Ecce hic est regnum Dei,aut ecce illic. Subito enim & inopinate veniet, atque cum venerit,non in vno loco terræ consistet aut incipiet , sed totum simul orbem D loco quo illa reposuimus.

occupabit:quemadmodũ fulgur inopinate erumpens totã simul terram occupat,extendens se ab oriente in occidentem vsque.De priore autem statu regni Dei loquitur , cum inobseruabilem fore aduentum regni Dei confirmat ex præsentia regni Dei hominibus tamen incogniti,dicens: Ecce enim regnum Dei intra vos est , quasi dicat : Vel hinc discere potestis,quã non veniet cum observatione regnum Dei , quod cùm venerit , venisse tamen ignorabitis.Et rursum non est quod curiose quæratis de aduentu eius, aut vanam existimetis Ioannis & meam de imminente Dei regno promissionem,cum iam sit intra vos,id est , inter Iudæos iam suam vim exerat per miraculorũ operationem,dæmonum expulsionem , & multorum ad fidem concursum.Ideo enim & supra dixit : Si M.12. ergo in spiritu Dei eiicio dæmonia , profectò peruenit in vos regnum Dei. Theophylactus intelligit,intra vos est,id est,in vestra potestate situm est vt amplectamini illud, si volueritis Siquidem per fidem quæ in vestra est potestate, incipiet Deus regnare in vobis.Quidam etiam per regnum Dei hic intelligunt ipsum Christum,vt quod dicitur, regnum Dei intra vos est,idem sit cum illo Ioannis:Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis Cæterum quæ sequuntur hic apud Lucam vsque ad finem cap. 17. dicta ad Discipulos de regno Dei & filij Dei aduentu, quoniam verisimile est Lucam commemorasse modo per anticipationem propter commodam occasionem datam per interrogationem Pharisæorum,ideo suo loco post ea coniunximus cum Matthæo & Marco qui hæc commemorant dicta Discipulis priuatim , circa tempus passionis , quanquam fieri possit hæc bis esse dicta Quæ autem deinde apud Lucam sequũtur in principio cap. 18. vbi per parabolam docet Dominus semper orare , ex conclusione illa : Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra, patet satis dicta esse eodẽ tempore, quo ea quæ præcedunt in fi.cap. 17. proinde eodẽ

PROPONITVR PARABOLA DE PHARISAEO ET Publicano. LVCÆ 18. CAPVT XCIX.

DIxit autem & ad quosdam qui in se confidebant tanquã iusti,& aspernabantur cæteros parabolam istam:Duo homines ascendebant in templum vt orarent,vnus Pharisæus,& alter Publicanus.Pharisæus stans hæc apud se orabat:Deus,gratias ago tibi,quia non sum sicut cæteri hominum,raptores,iniusti,adulteri, velut etiam hic Publicanus : ieiuno bis in sabbatho,decimas do omniũ quæ possideo.Et Publicanus à longe stãs , nolebat nec oculos ad cœlum leuare,sed percutiebat pectus suum,dicens:Deus propitius esto mihi peccatori.Dico vobis,descendit hic iustificatus in domum suam ab illo,quia omnis qui se exaltat humiliabitur,& qui se humiliat exaltabitur.

DIXIT AVTEM ET AD QVOSDAM E QVI IN SE CONFIDEBANT, TANQVAM,&c.]Præmiserat Lucas parabolam quadocetur orationis perseuerantia. Itaque commode iam subiicit parabolã qua docetur etiam humilitas in oratione seruanda. Dixit autẽ hanc Dominus non ad Discipulos,vt quæ apud Lucã præcedunt,sed ad quosdã qui in se confidebant tanquã iusti scilicet essent , id est , qui confidebant in se quod essent iusti (sic eũ habent apertius Græca) & præterea aspernabantur cæteros.Sic enim Pharisæos notare voluit Euangelista , duplici nomine peccantes. primũ , quod propter externa quædã opera confidebant se esse iustos , cũ non essent iusti,quódque in se confitebant, cũ si quis confidere posset se esse iustum,nequaquã id in se debeat fidere.sed in domino , quemadmodũ fecit Paulus dicens: Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro,quod sumus filii Dei. Qui alioqui ad se respiciens dicit:Nihil mihi conscius sũ,sed non in hoc iustificatus sum.Secundò,in eo peccabant , quod sic sibi iustitiæ nomine placerent,vt cæteros aspernarentur tanquã iniustos & peccatores. Et quidẽ huiusmodi contemptus aliorũ,consequitur ex temeraria illa iustitiæ confidentia , cum contrã qui humiliter se in Domino iustos esse confidunt , vt Dei gratiam agnoscunt , ita simul indignitatem suam & imperfectionem in multis agnoscunt, vt non possint alios præ se contemnere , sed peccatoribus condolentes precentur illis eandem dei gratiam quam se accipisse humiliter confidũt. Vnde recte Diuus Gregorius homilia 34.super Euãgel. Rom. 8. 1.Cor.4.

Vera,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vera, inquit, iustitia compassionem habet, falsa de
dignationem, quamuis & iusti soleant rectè pec-
catoribus dedignari. Sed aliud est quod agitur ty-
po superbiæ: aliud quod zelo disciplinę. Proinde
in his Pharisæis licet obseruare quatuor arrogan
tiæ species, quas idem Gregorius pulchrè enume
rat l. b. 23. Moral. cap. 7. Quatuor, inquit, sunt spe-
cies quibus omnis tumor arrogantium demõstra
tur. Cũ bonum aut à semetipsis audire se æstimãt,
aut si sibi datum desuper credunt, pro suis se hoc
accepisse meritis putant, aut certè cum iactant se
habere quod non habent, aut despectis cæteris
singulariter videri appetũt quod habent. Contra
huiusmodi ergo Dominus parabolam hanc pro-
ponit, qua eorum notat arrogantiam, & simul cõ-
solationem suggerit peccatoribus ex animo pœ-
nitentibus, proposito exemplo, quo & quàm no-
xia sit arrogantia, & quã efficax apud Deũ humi-
litas ostenditur. Porro parabola hæc eius est gene-
ris, quo ea quæ præcessit de diuite epulone. Nã &
hic dubium est an sit exemplum hoc rei vere ge-
stæ, an non gestæ quidem, sed ad auditorũ vtilita-
tem confictum tanquã rei gestæ. Siue autem sit
vere gesta, siue non, parabola dicitur, quod exẽplũ
istud ad hoc sic propositũ, vt ex eo intelligatur qđ
in fine Dominus vniuersaliter infert nempe quod
omnis qui se exaltat humiliabitur, & cõtrà. Notã-
dum autem, quod participiũ, dicens, quod in mul-
tis legitur libris, nec est in Græcis codicibus, nec
in plerisque Latinis manu descriptis. Habet autẽ
parabola sic: Duo homines ascendebant in tem-
plũ. (situm enim fuit templũ Salomonis in monte)
Ascendebant autem vt orarent. Hæc est enim sola
causa ob quã templum sit adeundum, iuxta illud:
Domus mea domus orationis vocabitur. Vnus ho
rum erat Pharisæus, & alter erat publicanus. Pha-
risæus stans, pro more quidem orantiũ tũc recep-
to (nam & publicanus postea steriſſe dicitur (sed ta
men ipso habitu corporis animi confidẽtiã & ela-
tionem præ se ferẽs. Nam etsi etiã publicanus ste
tisse dicatur, tamen à longe dicitur stetisse, & ocu
lis in terrã flexis, quod curuaturã eius significat, vt
ex oppositione intelligamus significatũ istum ste
tisse iuxta altare, & stetisse non solũ corpore erec-
to, sed & animo. Stans ergo apud se orabat. Bene
sane apud se orasse dicitur, quia non orabat apud
Deum, qui eius orationem nõ audiuit, nec appro-
bauit. Verũ quomodo orasse dicitur, qui nihil pe-
tisse legitur, sed tantum Dei gratias egisse? Dicen-
dum, quod orare in scripturis nonnunquã, genera
liter accipitur, vt etiam includat in se gratiarum
actionem, & sit generaliter idẽ quod colloqui cũ
Deo. Sic enim Anna Samuelis mater orasse dici- 1 Reg. 1.
tur, cũ canticum illud in laudem Dei decantaret
quod tamen nullas continet preces, sed Dei tãtũ
prędicationẽ. Aut forte ironice Dominus dixit eũ
hęc orasse, quasi dicat: videre quæ orauit, qui cum
ascẽderet vt oraret, nihil tamen à Deo petiuit sed
seipsum tantũ laudauit. Sic videri potest intellexis
se D. Augustinus, dum sic scribit: Quid rogauerit
Deũ quærre in verbis eius, nihil inuenies. Ascẽdit
orare, noluit Deum rogare, sed se laudare. Deus, in
quit, gratias tibi ago. Cur ergo reprehẽditur, dicet
aliquis, qui Deo gratias egit, & illi omne bonum
quod habuit attribuit? Verum non reprehenditur
quia Deo gratias egit, sed quia gratias agendo &
male sibi placuit, & alios præ se superbe cõtẽpsit.
Sic enim sibi placuit, vt in sua gratiarum actione
suas tantum laudes commemoraret, & ob quasdã
virtutes se iustum esse confideret, adeo vt nihil ul-
bi ad iustitiæ complementũ petendum putaret,
nec precandam peccatorum remissionem, atque
vt etiam quas habebat virtutes, suis meritis sucq;
industrię deputaret. Nisi enim se suis meritis illa
à Deo accepisse credidisset, nequaquam sic aliis in
sultasset, quod alterum sane eius fuit vitium, ne-
cessario concomitans κενοδοξίαν, & alicuius in se ip
so complacentiam. Nec simpliciter quidem pec-
cauit in hoc alorum contemptu, quia nõ satis illi
fuit in genere se præferre peccatoribus, sed & eũ
qui secum ascenderat orandi causa publicanum
aggressus est, condemnans eũ cuius cor non no-
uit, imo in quo pœnitentię & correctionis signa
aduertere potuisset, quia vidit templũ Dei ingredi
entem, externisque gestibus pœnitentiam præ se
ferentem, vt ob id meritò non solũ à condemna-
tione eius abstinere debuisset, sed & prouocari ad
spem correctionis ipsius, & cõmunem pro eius
correctione & Dei indulgentia precationem. Cõ-
plectitur autem eius oratio duas partes cõuenien
ti ordine dispositas quemadmodũ duæ sunt partes
iustitię. Primum enim dicit quæ ea ei aderant ma
la, quia prima iustitiæ pars est declinare à malo: &
secundo dicit quæ ei aderant bona, quia secunda
iustitiæ pars est, facere bonũ: iuxta illud: declina à
malo, & fac bonum. Nõ sum, inquit, sicut cæteri
hominum, non quod se omnibus omnino homi-
nibus præferre voluerit. Id enim nimiæ vuisset insi
pientiæ, sed cæteri homines determinantur per
sequentia, eũ subditur: Raptores, iniusti, adulte-
ri, quãquam per hoc quod nõ dicit, sicut homines
raptores, iniusti, &c. sed sicut cæteri homines ra-
ptores, &c. satis significatur quid de maiori homi
num parte superbe & impie iudicauerit. Non dicit
autem, gratias tibi ago quod nõ sum raptor, adul
ter: sed non sum sicut alii: quo manifeste singulari
tatis vitium in se notauit, cuius est seipsum prefer
re, & sibi placere ex relatione sui ad alios. Hoc au- Galat. 6.
tem vitiũ quo eximeret Paulus, scribens Galatis
dicit: Opus autem suũ probat vnusquisque & sic
in semetipso tantum gloriam habebit, & non in
altero: vnusquisque enim onus suum portabit Se
cunda orationis eius pars est: Ieiuno bis in sabba-
tho, decimas do omnium quæ possideo. Quibus
verbis non se tantum ab apertis & magnis illis vi
tiis liberum, sed & magnis & singularibus virtu-
tibus prędituin ostendit, & se non tantum super-
iorem esse hominibus aperte malis, sed & bonis
plerisque gloriatur. Ieiuno, inquit, non tantũ qui-
bus diebus omnes secundũ legem & maiorũ statu
ta ieiunant, sed bis in vnoquoque sabbatho, hoc
est, hebdomada. Sic enim Hebræi hebdomadam
vocant, à pręcipuo eius die, qui hebdomadæ finis
est. Ieiunabant autẽ Pharisęi feria secũda & quin-
ta, si fides est Theophylacto. Decimas do, non tan
tum, quemadmodũ vulgus, frumenti, vni, & olei,
sed etiã omniũ quæ possideo, decimans etiam mẽ-
tam, rutã, cyminum, ac minutissima quæque. Hic
obseruandum qualia sint ob quæ hic Pharisęus,
& qui huic similes sunt, sibi iustitiam vendicant,
nimirum externa tantum, & magis humanorum
mandatorum quam diuinorum obseruationes.
cũ ante omnia curanda sint quæ ad mentẽ perti
nent, pietas, misericordia, humilitas, & id genus
cæterę virtutes, & quæ deus præcepit, priori sint
habenda loco. Potest & hoc dici de partibus ora-
tionis

tionis Pharisaicæ, quod virtutes quas commemo A
rat vitiis opponãtur ab ipso recensitis, vt iciuniũ
quod ad carnis facit castigationem, opposuerit a-
dulterio quo quęritur carnis voluptas: decimarũ
autem persolutionem, rapinæ quæ fit vi, & iniusti-
tiæ illi quæ fraude fit & dolo. Et hactenus quidem
de Pharisæo. Sequitur de Publicano, i quo tres no
tantur suo ordine cõditiones, omni vere & dignè
pœnitenti necessariæ & sufficientes, quarũ prima
est propriæ indignitatis agnitio, & quæ ex illa na-
scitur suiipsius deiectio & erubescentia. Hęc enim
notatur cum dicitur stetisse à longe, procul scilicet
ab altari semotus, vt qui indignũ se reputabat pro
pius accedere ea locain quibus Deo sacrificaretur,
& velut præsens coleretur. Rursum idem notatur
per id quod sequitur, nolebat nec oculos ad cœlũ B
leuare, censens scilicet eos indignos visione super
na, vt qui maluissent bona terrena spectare & quę
rere, agnoscensque se indignũ qui eò conuerteret
intuitum, vbi is suam habet sedem quẽ se cogno-
uit offendisse. Cum autem dicitur, nolebat nec o-
culos, hoc est, ne oculos quidem, significari vide-
tur, quod multo minus manus in cœlum leuauе-
rit & ex opposito ipsum Pharisæũ non oculos tã
tum, sed & manus in cœlum confidenter iactasse.
Aut simpliciter significatur quod non solum indi
gnum se reputabat qui prope staret, sed & vt in cę
lum intenderet. Secunda cõditio, est serius de com
missis peccatis dolor, qui in isto notatur, cum dici
tur percussisse pectus suum, præ contritionis scili-
cet dolore, & veluti reprehendens cor suum, quod
admissorum criminũ origo illi fuisset & causa. Pe-
ctoris enim percussio, interioris prauitatis seria est
redargutio. Hic autem ex coniunctione aduersati- Psal. 50.
nus, nec oculos voluerit in cœlum tollere, sed ma-
nu quam in cœlum tulit Pharisæus, percutiebat pe
ctus suum. Cęterum vt peccator veniam assequa
tur, nõ satis est agnoscat suam indignitatem, sese-
que deiiciat, ac ex animo doleat, sed ne ex indigni
tatis consideratione in desperationem prolabatur,
& abundãtiore tristitia absorbeatur, adiũgere præ
dictis conditionibus debet & bonam de diuina be
nignitate confidentiam. Hęc enim si illis defit, per D
trahetur per illas homo in desperationem: si autẽ
sola adsit sine humilitate & cõtritione, pariet præ
sumptionem, nec impetrabit remissionem. Dicit
enim propheta: Cor contritum & humiliatũ Deus
non despicies, significans eum despecturũ cor nõ
contritum, nec humiliatum. Hæc autẽ fiducia Pu-
blicano adfuisse notatur, cum & orasse & paucissi
mis orasse dicitur. Neq; enim orasset, si de Dei er-
ga se indulgentia cõfisus nõ fuisset: nec tã paucis
orasset, si non multum confisus fuisset. Non enim
credidit se exaudiẽdum in multiloquio, more Eth
nicorũ. Deus, inquit, propitius esto mihi peccato-
ri. Oratio sane breuis in verbis, sed efficax & ma-
gna sensu, quam ob id à publicano prolatã Domi- E
nus proponit, vt & nos & ad eum modũ orare dis
camus, cũ si modo hæc parabola non sit res verè
gesta, sed à Domino conficta, hæc oratio à pectore
Domini processerit. In qua hoc obseruandũ q̃ Pu-
blicanus nihil aliud quam misericordiam petit, &
talem misericordiam, qua Deo reconcilietur. Nul
la enim prætendit merita, nullas adfert excusatio-
nes in peccatis, sed libere se peccatorem confite-
tur: & dum sibi Dei implorat propitiationem, hoc
est, placabilitatem; significat id maxime animum
ipsius torquere quod Deũ offẽsum haberet, nihil
magis optare quam vt illũ habeat placatum & a-
micum. Hoc enim significat Græca dictio, ἱλάσθητι, C
hoc est, placatus esto: hoc & Latina dictio signifi-
cat, propitius esto, hoc est, clemens & benignus,
quasi prope iens. Cui dictioni Latinæ bene conue
nit, quod Publicanus ipse à longe steterit, Deũ au-
tem precetur sibi prope fieri, quasi diceret: ego ti-
bi appropinquare nec possum, nec debeo, tu, ppe
me veni, sed hæc annotatio locum non habet in
Græca dictione. Notandũ & illud in oratione ista,
quod non dicit, nobis peccatoribus, sed mihi pec-
catori. Superbia enĩ Pharisæi effecit, vt respiceret
se comparatum ad alios: humilitas autem publica
ni effecit, vt seipsum in sese respiceret, & non cõ-
pararet se ad alios pciores aut æquales, sed de sese
loqueretur quasi solus fuisset peccator. Ad huncfe
re modũ precatus est & Dauid Psal. 24. dicens Pro
pter nomen tuum Domine propitiaberis pecca-
to meo, multum est enim. Vbi Septuaginta pro,
propitiaberis, habent dictionem hoc loco positã
ἱλάσθητι. Portò cum in Pharisæo audiuerimus su-
perbum accusatorem, in Publicano autem humilẽ
teum, audiamus nunc & iudicem sententiam pro
nunciantem. Dico, inquit, vobis. Sic enim habent
Græca, & antiqui codices Latini, & non, Amen di-
co vobis, quaquam Amen etiã legat D. Augusti-
nus. Descendit hic iustificatus, id est, Dei gratia ex
peccatore iustus effectus, ab illo Pharisæo, hoc est,
magis quã ille, id est, descendit iam iustior quam
Pharisęus, non quod Pharisæus etiam descendit iu
stificatus vel iustus, sed comparatione impropria,
quia scilicet iste non descendit iustus. Aut potius
Publicanus dicitur iustior descendisse quam Pha-
risæus, quia & Pharisæus aliquam habebat iusti-
tiã, operũ scilicet iustitiam, qua & coram hominі-
bus, & suo iudicio iustus habebatur. Sed hanc iusti
tiã vicit iustitia Publicani, vt quę Dei esset iustitia,
& coram Deo iustitia, cuius laus non ex hominib⁹,
sed ex Deo est. In hac autem Domini sentẽtia ob-
seruandum, & quanta sit Dei benignitas, qui tam
breui oratione, tamq; parua pœnitentia superatus
mox pœnitentem in gratiã recepit: & rursum quã
ta fit apud Deum humilitatis vis: ac contra quàm
noxium sit arrogantiæ malũ, quod pulchre expen
dit ex hoc loco D. Chrysost. homilia quinta de in-
cõprehensibili Dei natura, sic scribens: Vt planiꝰ
intelligas, quã sit bonum nihil magnum de se opi
nari, finge animo bigam duplicem, quarum sub al
tera virtus iuncta sit cum superbia, sub altera pec
catum cum humilitate. Videbis enim bigam illam
peccati, virtute facile anteire, palmamq; decursio
nis celerioris obtinere, non peccati pernicitate, sed
coniugatæ humilitatis facultate. Contra, bigam al
teram virtutis retardari & vinci, non imbecillita-
te virtutis, sed superbię mole ac pondere. Vt enim
humilitas præ summa sua excellẽtia peccati supe
rat pondus, atq; in cœlum peruenit: sic superbia
præ nimio suo põdere, ac ĩtolerabili onere suę mo
lis prævalet, adeo vt etiam leuissimam illam & su
pernam virtutem vincat, deorsumq; versus facile
detrahat. Quoniam alterum quod dixi, parum exi
stat pernicius altero, latius sane exemplo Pharisęi
& publicani illius perspicies. Id autem exemplum
expendens D. Chrysostomus, & ostendens quo-
modo Pharisæus iũxerat superbiã cum iustitia, pu
blicanus vero cum iniustitia humilitatem, tandẽ
infert, Cumque dixisset: Deus propitius esto mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hi peccatori,descendit iustificatus super illũ,& di A
facta superauerunt facta,& verba vicerunt opera.
Alter nanq; iustitiam,& ieiunia,& decimas propo
suit suas: alter verba duntaxat reddidit,atq; ita ef
fectum est,vt magnus ille delictorũ numerus de
leretur,& peccata obliterarẽtur omnia Publicani.
Non enim verba Deus tantũmodo audiuit,verum
etiam animum,quo ita dicerentur,inspexit,quem
cum humiliarum contritũq; comperiret,misertus
est,& benignissimè ac humanissimè egit. Hæc ibi
Chrysostomus,qui & alibi sæpe simpliciter ex hoc
loco philosophatur,vt homil.4.de verbis Isaiæ:Vi
di Dominũ.Vis,inquit,tibi dicam quantum bonũ
sit modestia,& quantum malum arrogantia,Pecca
tor iustũ superauit,publicanus Pharisæum,& ver
ba factus fuere superiora.Quomodo verba? Publi
canus dixit:Deus propitius esto mihi peccatori.
Pharisæus dicit:Nõ sũ sicut cęteri homines,rapax,
auarus,sed quid? Ieiuno bis in sabbatho,decimas
do de facultatibus meis.Pharisæus opera iustitiæ
præstabat,publicanus verba dicebat modestiæ, &
verba plus potuerũt quam facta,tantusq; thesau
rus cũ cõtumelia reiicitur,& tãta inopia i diuitias
cõmutata est.Venerunt duæ naues habentes onus,
ambæ portũ ingressę sunt: sed publicanus in portũ
pulchre appulit,Pharisæus autẽ naufragiũ perpes
sus est,vt disceres quantum mali sit animi tumor.
Similia habet homil.31.super Genesim:Etsi,inquit,
quis innumera bona fecerit,virtutemq; omnẽ ab
soluerit,si tamen magnum quid de se sentit,maxi
me omnium miserabilis est & miser, quod nobis
manifestũ est ex iis quæ Pharisæo acciderunt, qui
vt magna de se sensit,& Publicanũ contempsit,su
bito deterior factus est publicano,&omnes virtu
tum diuitias lingua sua effudit,& se nudãs exhau
rienso; pertulit ratũ & nouum naufragiũ: appre
henso enĩ littore omnes merces suas simul perdi
dit.Nam si ita accidat aliquid propter preces indi
gne dictas,perinde est ac si quis in portu naufra
gium faciat. Hæc ille,qui in aliquot locis hoc exẽ
plũ tractans,id etiam extollit in Publicano, quod D
eũ audierit se à Pharisæo cõdemnari, non vicissim
regesserit contumeliã,sed patiẽter perpessus sit il
lius petulantiam,non indignans se inter peccato
res ab eo reputari,quemadmodum videre licet in
homilia primo loco iam citata,& homilia de Da
uide & Saule,quanquam hæc obseruatio non sit
multum firma,quod non sit verisimile publicanũ
audisse Pharisæi verba, vt à quo steterit elõgatus.
Verũ admirabitur quis,inquit Theophilact⁹,quo
modo Pharisæus cũ pauca verba suæ laudis pronũ
ciauerit,condemnetur: Iob autem quum multa
de se magnifice dicat,coronetur.Et respõdet:Quia E
Pharisæus nullo cogente stat talia nugans & con
demnãs,alio nullo vsu vrgente:Iob vero premen
tibus se amicis,& grauius incumbentibus quã ca
lamitas ipsa,dicentibusq; quod propter peccata il
la sit passus,compulsus est enumerare sua opera,
idq; propter gloriam Dei,ne scilicet homines à re
cto virtutum cursu excideren t.Idem dicendũ de
Paulo,magnifice nonnunquã de se loquente.Ostẽ
dit autem Dominus æquitatem suæ sentẽtiæ quã
de Pharisæo & publicano protulit,per generalem
illam sententiam qua & suprà vsus est,dicẽs:Quia
Mat.23. omnis qui se exaltat,humiliabitur:& qui se humi
liat,exaltabitur.Quæ sententia vt est generalis, &
multis locis conueniẽs tum in rebus humanis, tũ
in diuinis: ita multas habet similes in scripturis
idemsignificantes.Nam præter eas quas suprà cit
ca hanc sententiam citauimus,Iob 22.dicitur:Qui
humiliatus fuerit,erit in gloria:& qui inclinauerit
oculos suos,ipse saluabitur.Et: Superbũ sequitur
humilitas,& humilem spiritu suscipiet gloria. Et Prou.29
Iacobus simul & Petrus ex Proœrbiis: Deus, in Iacobi 4.
quiunt,superbis resistit,humilibus autem dat gra 1.Petri 5.
tiam.Quemadmodũ enim aquarum fluenta ad val
lium decurrũt profũda,& quo vallis est declivior,
eo plures, aquæ congregãtur in eam,sic diuinarum
charismata gratiarũ ad corda descendunt humiliũ,
qui quanto humiliores fuerint,tanto copiosiorem
gratiam suscipiunt.Rursum idem Petrus:Humilia Ibidem.
B mini, inquit,sub potenti manu Dei,vt vos exaltet
in tempore visitationis.Et vbique scriptura nullũ
magis vitium detestatur quam superbiam,tanquã
quæ omnium virtutum sit corruptio , & omnium
vitiorum initium, nullãmque virtutem magis in
culcat quam humilitatem, vt quæ sit omnium vir
tutum & mater,& conseruatrix,ac vitiorum om
niũ medicina efficax,cumque maxime sit homini
necessaria,non ita tamen facile in multis ob nati
uam quandam cordis humani superbiam & περη
φανίαν reperiatur.D.Augustinus insigniter humilita
tem extulit,epistola 56. dum differit quæ sit via ad
capessandam & obtinendam veritatem.Ea,inquit,
est,prima humilitas,secunda humilitas , tertia hu
C militas:& quoties iterrogares hoc dicerem,nõ quo
alia non sint præcepta quæ dicantur, sed ea,si humi
litas omnia quęcunq; bene facimus & præcesserit,
& comitetur,& consecuta fuerit,& proposita quã
intuemur,& apposita cui adhæreamus.& impos
ita qua reprimamur,iam nobis de aliquo bono gau
dentibus,totũ extorquet de manu superbia. Vitia
quippe cætera in peccatis,superbia vero etiã in re
cte factis timenda est,ne illa quæ laudabiliter facta
sunt , ipsius laudis cupiditate amittantur . Itaque
sicut rhetor ille nobilissimus (Demosthenẽ intelli
ligit)cum interrogatus esset,quid ei primum vide
retur in eloquentiæ præceptis obseruari oportere,
D pronũciationem dicitur respondisse:cùm quærere
turquid secundo,eandem pronunciationem:quid
tertiò,nihil aliud quam pronunciationem dixisse:
si interrogares,& quoties interrogares de præceptis
Christianæ religionis,nihil me aliud respondere ni
si humiliatem liberet , si & forte alia dicere neces
sitas cogeret.Hæc ille ad Dioscorum. quibus con
sentiunt quæ habet quodam loco Leo papa,dicens
Tota Christianæ sapientiæ disciplina non in abun
dantia verbi,nõ in astutia disputandi,neque in ap
petitu laudis & gloriæ, sed in vera & voluntaria
humilitate consistit,quam dominus Iesus ab vte
ro matris vsque ad supplicium crucis omni fortı
tudine & elegit, & docuit.Porro quoniam, vt alı
bi patuit,Pharisæi fere typum quendam gerunt Iu
daici populi,Publicani vero gentilis populi, recte
Beda hanc parabolam etiam allegorice tractauit.
in Pharisæo intelligẽs populum Iudæorum , qui in
suis meritis & operibus legis gloriatus excidit à iu
stitia Dei,omnem suorum laborum fructum per
dens:in publicano autem populum gentilem, qui
longè à deo positus pèr humilem peccatorum suo
rum confessionem meruit exaltari apud Deum, &
præferri populo Iudaico.Itaque etiam propter al
legoriam hanc sub hoc exemplo latentem rectè di
citur exemplum istud esse parabola,quamuis non
ea potissimum causa parabolam Lucas vocauerit,
sed ob causam superius explicatam.

PARVVLIS

CAPVT C.

c autem † oblati sunt ei per uulos offerrebãt ei par uulos
* e autem † c autem a vero
▷ co dixit
‖ c opue ros
† b ne prohibueritis eos e o nolite vetare eos
▷ a cælorum
co qui cũ que nõ acceperit
† co puer
† e a vnus
▷ coin terroganit eum
‖ a ait
† c faciẽs vitam æternã possidebo
▷ b perci piam.
‖ a Qui † a vnus est bonus Deus
▷ b or tus
‖ b præcepta
† b Ne a dulteres, Non occi das
c o Non occides,nõ mœchaberis
b Ne fu reris , ne falsum te stimonium dixeris
▷ c Qui
‖ a dicit
† b ob seruauı
*b autem
▷ b dixit
‖ b quæcũ que
* omnia quæcũ que
† c hus ille auditis
*b o Qui
▷ b manẽ rens
‖c quia di ues erat valde
*a autem † b ait
† c o in terrabunt

IBT a TVNC † l AFFEREBANT* ad illũ & infantes vt b tangeret illos[&] a manus eis ĩponeret,& oraret.c Quod cũ viderent l Discipuli* b comminabantur offerentibus,[&] sincrepabant eos.b Quos cũ videret l Iesus,*b indignè tulit,& c conuocãs illos △ait c illis: l Sinite ‖ parvulos* b venire ad me, l & † nolite eos prohibere* c venire ad me, talium enĩ est regnũ △ Dei.
h Amen dico vobis: ‖ Quisquis nõ receperit regnum Dei sicut † paruulus, non intrabit in illud. b Et complexãs eos, & imponẽs manus super illos, benedicebat eos. a Et cũ imposuisset eis manus, abiit inde. l Et b cũ egressus esset in viã, a ecce accedens [&] b procurrens † l quidam c princeps, b genu flexo ante eum, △ b rogabat eum ‖ c dicens a illi. Magister bone, quid a boni † l faciam vt ▽ habeam vitam æternam? Iesus autem dixit illi: Quid b me dicis bonũ, [&] a me interrogas de bono? † l Nemo bonus nisi △ solus Deus. a Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus aũt dixit: ‖ b Mandata no sti: † l Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtũ, Nõ falsũ testimoniũ dices, b Ne fraudem feceris: l Honora patrẽ tuum & matrem a tuam, Diliges proximũ tuum sicut teipsum. * b At ille, a adolescẽs, b respondẽs ‖ l ait c illi: l Hæc omnia † custo diui a iuuẽtute mea, à quid adhuc mihi deest? Quo audito b Iesus* h intuitus eum, dilexit eum, & △ l ait illi a Iesus: c Adhuc b vnũ tibi deest. a Si vis perfectus esse, c vade, l vende ‖ omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. † f Quum audisset autem adolescẽs verbũ, * b contristatus est b in verbo, [&] c abiit △ tristis, ‖ l erat enim habens multas possessiones. c Videns autẽ Iesus illum tristẽ factum, b & circũspiciens c Iesus* † l dixit c Discipulis suis: b Quam difficile qui pecunias habent, in regnũ Dei introibunt. a Amẽ dico vobis, Quia diues difficile intrabit in regnũ cælorum. b Discipuli aũt obstupefiebãt in verbis eius. At Iesus rursus respondens ait illis: Filioli, quam difficile est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire. a Et iterum dico vobis: l Facilius est* camelũ per foramen acus trãsire, quàm diuitem introire in regnum ‖ Dei. a ▽ Auditis autem his c Discipuli mirabãtur valde. c Et dixerũt qui audiebant, c dicẽtes b ad semetipsos: b Et quis a ergo † l poterit saluus* esse? c ‖ Aspiciens autem b illos c Iesus, † l ait illis: a Apud homines a hoc ĩpossibile est, a sed non apud Deũ. b Omnia enim c quæ impossibilia sunt apud homines, b possibilia sunt apud Deũ. b Et post hæc a tunc respondens b cœpit ei ‖ l Petrus dicere: Ecce nos † dimisimus omnia, & secuti sumus te, a quid ergo erit nobis? ▽ l Iesus a autem b respondens ‖ l dixit illis: a Amẽ dico vobis, ℣ vos qui secuti estis me, in regeneratione cũ sedebit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecĩ iudicãtes duodecim trib. Israel. Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem: aut filios, aut agros propter nomẽ meũ, cẽtuplum accipiet, & vitam æternã possidebit. b Amen dico vobis, nemo est qui † vel iquerit domum, aut fratres, b aut sorores, b aut ▽ patrem, aut matrem, c aut vxorẽ: b aut filios, b aut agros propter me, & b propter regnum Dei, [&] b Euangelium, b qui ‖ non accipiat centies tantũ c o nunc b in tempore hoc, b domos & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, b & in seculo futuro vitã æternam. c Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

* c enim
‖ a cœlorum
△ b Qui magis admirabantur.
† b o potest
† b o ficeri
‖ b o Et intuens
† a dixit
* a apud Deum autem possibilia sunt
‖ a Petrus dixit ei.
c ait autem Pet.
† a o reliquimus
* a Qui
‖ b o ait
† c o reliquit
△ c parentes
‖ c & non recipiat multo plura
C13.99. Matt.18.

EBT a TVNC l AFFERERENT AD ILLVM A ET INFANTES, VT TANGERET ILLOS.] Parabolæ præcedenti qua Dominus ab arrogantia auocauit,& ad humilitatem inuitauit,cõmodè Lucas subiecit hanc de receptis à Christo paruulis historiam. Nam & hac superbia condemnatur,& humilitas commendatur. Matthæus autẽ & Marcus hanc narrationem subiunxerunt disputationi Christi de non dirimendo coniugio , forte quod eodem illo tempore contigerit hæc paruulorum oblatio , quemadmodum significare videtur Matthæus,dicens: Tũc oblati sunt & paruuli. Cum autem Matthæus & Marcus paruulos , aut , vt est Græcè παιδία, id est , puerulos Christo oblatos dicant, Lucas etiam βρέφη, hoc est , infantes dicit oblatos,ideoq; addit exaggerationis causa coniunctionem,&, afferebant & infantes; hoc est, non tantum paruulos qui incedere possent & loqui , sed etiam infantes. Portò vt quidam puerulos & infantes Christo afferrent ad hoc vt eos tangeret, &, vt Matthæus appertius explicat, vt manibus suis illis impositis oraret pro illorum salute, eisq; bene precaretur, id eos commonit quod ex præcedentibus eius virtutibus experti fuerant, Dominum per impositionem manuũ & orationẽ à multis repulisse
B
varia mala, credentes proinde per huiusmodi manuum impositionem & orationem etiã prœmuniri posse infantes à malis & diaboli potestate. Hac ergo ratione moti offerunt puerulos Christo, idq; iuxta consuetudinẽ apud eos receptã , qua solebant paruuli senioribus & sanctis viris offerri, vt manibus impositis ab eis benedicerentur, quemadmodũ Ioseph filios suos Ephraim & Manasen attulit patriarchæ Iacob, qui impositis manibus suis super illos, benedixit eis, vt legitur Gene.48. Cęterũ Discipuli videntes piam parentum in offerendo se dulitatẽ, non satis memores quomodo Dominus aliquando aduocato puerulo statuerit eum in medio discipulorũ, declarans satis verbo & facto quãti faceret paruulos, increpabant offerentes, tum & importunam & improbã putarenthuiusmodi oblationem, quia scilicet Domino alioquin satis occupato, rebus huiusmodi leuioribus fieret negotiũ; tũ quod indignũ putarent magnitudine Domini occupari rebus illis leuibus, zelantes scilicet pro Domini sui tum quiete, tum honore. Quod autem in Marco legimus Discipulos comminatos offerentibus, non est aliud quàm quod reliqui duo dicũt eos increpalse illos. Nã Græcis apud omnes tres Euangelistas idem est verbum, nempe ἐπιτιμάω, quod in

Universidad de Deusto
Biblioteca

terpres nunc vertit increpare, nunc comminari, vt A
suprà aliquando est annotatum. Videns autem Dominus Discipulorum factũ, quanquã sciret ab ipsis ex aliqua parte geri officiosa quadam sedulitate, tamen quatenus ex affectu quodã humano & superbia proficiscebatur, indignè tulit, idque eo magis, quod non ita multo antè eis cõmendauerat paruulos, eorum exẽplo ad modestiam ipsos prouocãs. Itaque cõuocatis ad se Discipulis suis, ait illis: Sinite paruulos venire ad me. Cauẽque asserti, quia talium est regnũ Dei. Vbi signanter dictũ esse, talium & non horum, annotauit D. Hieronymus, vt ostenderetur non ętatem regnare, sed mores, & his qui similem habent innocentiam & simplicitatem præmium repromitti. Vnde explicans illud magis B
Dominus adiecit, vt est apud Marcum & Lucam, Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei sicut paruulus, nõ intrabit in illud. Quod idem est cum eo quod suprà dixit in cap. Concordiæ 70. Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Vbi dictũ est qua in re debeamus paruulis esse similes, nimirum in honorum cõtemptu & submissione, in doctrinę Christi susceptione sine contradictione, in innocentia & simplicitate. Aduertendum tamen in hac sententia, quod, sicut, positum est pro velut vel tanquam. significatur enim imitatio personæ, non autem acceptionis. Neque enim est sensus: Qui non acceperit vt puer accipit, sed qui non acceperit, factus similis puero. Porro quanquam dictum non est; horum est enim regnũ Dei, sed talium; non tamen intelligendum est sub, talium, non comprehendi etiam ipsos paruulos ætate, quemadmodum volunt Anabaptistæ. Nam si illud, talium, tantũ pertineat ad adultos, qui suã voluntate paruulis sunt similes, eosque imitantur, iam hæc sententia ei quod dixit Dominus infantes sibi apportandos esse, tanquam subiecta ratio minimè cohæret. Ideo enim paruulos permittendos sibi adferri dicit Dominus, quia talium est regnum Dei: proinde cum hoc occasione paruulorũ sibi oblatorum Dominus dixerit, nequaquam paruuli ætate ab hoc dicto, & proinde nec à participatione regni cœlorũ possunt excludi. Talium, enim proculdubio refert conditionem illam animi quã habent infantes & paruuli. Eam ergo conditionem quicunque habent, siue per ætatem, siue per voluntatem & imitationẽ, eorum est regnum Dei, si modò tamen ad Christum veniant, aut per se, vt adulti rationis cõpotes: aut per alios oblati, vt paruuli & infantes. Itaque hoc Christi factum reprehendentis Discipulos prohibentes paruulorum oblationẽ, & paruulos suscipientis, ad duo valebat. Primum ad cõmendationem humilitatis, & vt rursum exemplum præberet modestiæ & innocentiæ, atque in ipsis paruulis à se susceptis ostenderet quàm grata illi esset humilitas, & innocentia, quæ ab hominibus
D
rideantur. Secundò, vt hoc suo facto ostenderet etiã E
infantes suæ gratiæ participes esse posse, nec à gratia baptismi remouendos esse, veluti præuidens fore eos qui modò exorti sunt, qui, quemadmodum Discipuli modo, increparent paruulorũ oblatores, quales & suo tempore quosdam fuisse Diuus Bernardus testatur homilia 66. in Cãtica, vbi & contra tales pulchrè disputat. Sane quod Dominus paruulos non tantũ ad se venire permiserit, sed etiã complexatus sit eos, vt habet Marcus, & iuxta votorum offerentium parentum, impositis manibus suis eos benedixerit, hoc est, bene precatus sit eis, & bene precando gratiæ suæ participes fecerit (non potuit enim Christi benedictio non esse efficax, cuius benedicere benefacere est) manifestè arguit infantes & vsu rationis carentes, gratiæ Christi participes esse posse. Proinde rectè ad imitationem horum offerentium paruulos, Ecclesia quotidie per fideles Christo infantes offert, vt in baptismo gratiæ eius, qua certum est eos indigere, participes fiant, vt sic Dei regnũ, quod talium hic esse dicitur, consequi possint. Sed de baptismo paruulorũ alias latius. Hoc tantum hic adiiciendum, quod quemadmodum Ecclesia ex hoc facto Christi didicit paruulorum susceptionem: ita & ex eodem didicit in omnibus pene sacramentis, & susceptione aliquorum in Ecclesiam, vti impositione manuum. Huius enim cæremoniæ magna olim in Ecclesia fuit obseruatio, vt adhuc est ex parte. Nam impositio manuum ex Apostolica institutione fit in sacramento Confirmationis, & in sacramento Ordinis, & rursum fieri solebat & in sacramento pœnitentiæ, & quandocunque hęretici intra Ecclesiam recipiebantur. Est enim huiusmodi manuum impositio, veluti imprecatio & collatio spiritus sancti.

ET CVM EGRESSVS ESSET IN VIAM, ECCE ACCEDENS, (ET) PROCVRRENS, &c. postquam ad oblatam occasionem Dominus humilitatis doctrinam proposuisset, alia mox obla- C
ta est occasio docendi etiam diuitiarum contemptum, accidente scilicet ad eum diuite quodam & rogante qua ratione vitam æternã sibi parare posset. Hunc autem D. Hieronymus in Matthæum scribens existimat non voto discentis, sed animo tentantis Dominum interrogasse, idque ex alio euangelista id palam asserente dicit esse manifestũ, confirmatque ex eo quod dicente illi Domino: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, rursus fraudulenter interrogauerit, quæ sint illa mandata, quasi non & ipse legerit, aut Dominus possit Deo iubere contraria. Verũ in hac sententia imposuit D. Hieronymo, quod quæ Matthæus de isto scribit, non contulerit cũ his quæ de eodem scripserũt Marcus & Lucas, & quod putauerit hunc de quo scribit Mat- D
thæus, fuisse illũ legisperitũ de quo Lucas cap. 10. qui similiter Dominum interrogauit quid faciẽdo vitam æternam possideret. Hic enim à Luca dicitur Dominũ tentando interrogasse. At illũ non fuisse de quo hic Matthæus certissimum est ex Luca, qui etiam huius meminit, & rursum ex Marco euidens satis est istum percunctatorem non fraudulẽto animo Dominum accessisse, quemadmodũ colligit D. Chrysostomus. Hieronymi sententiam refellens. Marcus enim hunc procurrisse dicit, & genu flexisse ante Iesũ, ac ab ipso dilectum: quorum illa cupiditatem discendi demonstrabant, istud autem hominis synceritatem. Fuit autem iste, vt ex omnibus tribus patet Euangelistis, admodũ diues, fuit adolescens, vt ex Matthæo patet & Marco. A Luca verò etiam princeps dicitur, quia scilicet magnæ apud Iudæos authoritatis & potẽtiæ propter diuitias. Hic ergo Domino etiam in viam egresso, non tantum accedens, vt habet Matthæus, sed etiã accurrens, vt habet Marcus, ac genu coram Iesu flectens in reuerentiæ signum, cupidus assequendi vitam æternã, quam sua doctrina nouo modo Dominum promittere intellexit, interrogabat eum dicens: Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam

vitam æternam? Ad hanc interrogationem Marcus A
quidem & Lucas dicunt Dominũ primum respondisse: Quid me dicis bonum. Matthæus vero: Quid me interrogas de bono. Græca tamẽ etiam in Matthæo habent, quid me dicis bonum, quomodo & Hilarius legit, & Diuum Hieronymũ quoque sic legisse ex Commentario suspicari licet. Sed verisimile est ex aliis Euangelistis, pro illo: Quid me interrogas de bono, etiam in Matthæo positum, quid me dicis bonum; quod lector aliquis parum attentus iudicaret illi: Quid me interrogas de bono, non perinde quadrare sequens Christi responsum: Vnus est bonus Deus. Origenes homilia 8. super Matthæum vtranque ponit lectionem. Dicendum itaque, vtrunque Dominum respondisse, & cur se diceret bonum, & cur se de bono interroga B
ret. Nam adolescens & bonum appellauerat, & de bono interrogauerat, dicens: Magister bone quid boni faciam, &c. Ad quod commode sic intelligitur vtrunque respondisse Dominus: Quid me dicis bonum, & me tanquam bonum scilicet interrogas de bono? Quoniam enim adolescens Dominũ appellabat bonum, blandimento captans illius benuolentiam, cum tamen nihil aliud existimaret eum esse quam purum hominem, sed cæteris eminentiorem: & quoniam de bono faciendo quo promereri posset vitam æternam interrogabat, Dominus omnem bonitatis laudem ad solum penum trãsfert, qui solus natura & vere bonus est. vnde subiicit: Vnus est bonus, Deus scilicet, vel, vt habent C
alii, Nemo bonus, nisi solus Deus. quasi dicat: Merito deberes nec me dicere bonum, quem existimas esse purum hominem: nec te putare posse aliquid boni facere, quod solus Deus dicendus sit vere bonus, cuius comparatione non iustificabitur omnis homo, nec quoduis opus hominis. Non ergo negat se bonum esse & Deum, sed ab illo non se appellandum bonum significat, qui ipsum purum hominem credidit, quod non ob id dixit, quasi reprehenderit in eo quòd se nondum credidit esse Deum, sed ob duas haspotissimum causas. primum, vt suo exemplo doceret, quod cum ab aliquibus laudamur, retorquere debeamus proprias laudes in laudem diuinam, & consideratione nostri defectus non admittere in animo adulantiũ
& captantium nostram beneuolentiam voces deo D
proprie conuenientes. Secundo, vt hunc percũctatorem ab adulationis vitio liberaret, & tacite admoneret ne seipsum bonum existimaret, etiam cũ omnia Dei mandata perfecisset, sed potius solum Deum bonum & omnis bonitatis authorem suspiceret, cui omnis boni gloria transferibenda est. Credidit enim iste, dum Iesum, quem hominem tantum putauit, bonum appellat, & de bono à se faciendo interrogat, etiam se quoque bonum fieri posse per bonum quod facturus esset: proinde vt ad humilẽ de se suisque operibus existimationẽ, illum & in illo nos Dominus prouocaret, boni honorificam appellationem à se & omni opere humano in Deum transfert. Proinde acute D. Turnhout lib. 3. de libertate Christiana, intelligit Dominum hic Iudæo opera tantum attendenti insinuasse opus esse fide, qua credatur nemo esse bonus nisi solus Deus, & omnis homo esse mendax. Et ita neminem posse aliquid boni facere ad assequendum vitam æternam, nisi qui ex bonitate Dei misserentis factus fuerit bonus. Dehinc ad reliqua quæstionis respondet dicens: Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. quibus verbis significat & libeti arbitrii vim, dum dicit: Si vis, & solam vitam æternam vere esse vitam, dum interrogatus de vita æterna, respondet, si vis ad vitã ingredi, & se vitæ æternæ prædicatorem non solũ non esse contrarium legi, sed nec alia requirere quam legem, dum dicit, serua mandata. Qua Domini responsione aperte refelluntur hi qui hodie opera nimis deprimunt, ac fidem solã extollunt & exigunt: qui vtique si interrogarentur, qua ratione quis vitam æternam assequatur, nollent cum Domino dicere, serua mandata, sed id tantum inculcarent; crede in filiũ Dei. At Dominus nunc fidẽ exigit, nunc opera pro occasionis opportunitate, significans & fidem & opera esse necessaria saluando. Audiens autem adolescens exigi mandatorũ obseruationem, & æstimans alia quædam præcepta esse præter legalia quæ ei vitę fierent causa, siquidem audierat eum vt noua quædam promittentem, ita & noua quædam hominibus præcipere, interrogat quænam essent ea præcepta quæ essent ipsi seruanda. Tũ Dominus ostendens se non de aliis locutum mandatis quam quæ legis erant: Mandata, inquit, nosti. Deinde & enumerat aliquot, ea scilicet quæ sunt secundæ tabulæ, & ad proximos pertinent. Et quidẽ omnes tres Euangelistæ cõmemorant à Domino dicta quatuor illa negatiua præcepta decalogi: Non occides, non mœchaberis, non facies furtum, non falsum testimonium dices. In quibus futura indicatiui phrasi Hebraica pro imperatiuis ponuntur. At Marcus his etiã quintum addit: Ne fraudem feceris, aliena scilicet illicite accipiendo. Græce enim est, μὴ ἀποστερήσῃς, quod proprie est, ne priues aut spolies quenquã. Id autem positum puto pro vltimo decalogi præcepto: Non concupisces domum proximi tui, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. Aut desũptum istud ex cap. Leuitici 19. vnde & id quod sequitur in Matthæo: Diliges proximum tuum. ibi enim pro eo quod nos habemus: Nec vi opprimes eum, Hebræa habent, Neque prædaberis, & Septuaginta, μηδὲ ἁρπάσεις. Negatiuis præceptis additur à tribus Euangelistis vnum affirmatiuũ Honora patrem tuum, & matrem tuam. His iã apud Matthæum subiicitur generale illud præceptum, in quo omnia præcepta ad proximos spectantia recapitulantur, teste Paulo, Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Circa quod apud solum Matthęũ additum præceptum, dubium proponit Origenes. quomodo, si hoc etiam præceptum adolescens iste seruauit, quemadmodum se seruasse dicit, ejus responsionem Domino approbante, qui intuitus eum dilexisse dicitur illum, dicatur ei: Adhuc vnum tibi deest; & tanquam nondũ perfecto dicitur: Si vis perfectus esse, cum in illo mandato, Diliges proximum tuum, omne mandatum secundũ paulum recapituletur & contineatur, vt ob id nihil ei deesse possit qui illud impleuerit, sed perfectus sit, vt qui omne mandatum impleuerit itaque hac ratione relinquit videndum, num istud præceptum non sit hoc loco à Matthæo scriptum, sed ab aliquo nescio quo non intelligente subtilitatem istorum dictorum additum, maxime cum Marcus & Lucas hoc præceptum non asscripserint. Indicat tamen quomodo & aliter proposita difficultas solui posset ex Euangelio apocrypho, quod dicitur secundum Hebræos. in quo de iuuene hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

res exponitur ad hunc modum: Dixit ad Deum alter diuitum: Magister quid bonum faciens viuam? Dixit ei: Homo, leges & prophetas fac. Respondit ad Deum: Feci. Dixit ei: Vade, vende omnia quæ possides, & diuide pauperibus, & veni, sequere me. Cœpit autem dies scalpere caput suum, & non placuit ei. Et dixit ad eum Dominus: Quomodo dicis, legē feci & prophetas, Quoniam scriptum est in lege: Diliges proximum tuum sicut teipsum; & ecce multi fratres tui filii Abrahæ amicti sunt stercore, morientes præ fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egeditur omnino aliquid ex ea ad eos. Et conuersus dixit Simoni Discipulo suo sedenti apud se: Simon fili Iohānæ facilius est camelum intrare per foramen acus, quam diuitem in regnum cœlorum. Ex his ratiocinatur Origenes, vt donetur sic scriptum fuisse ab Euangelista, vt nos legimus, tamen difficultatem propositæ quæstionis sic posse explicari, vt accipiamus Christum redarguisse iuuenem, credentem se legem implesse, dicendo ei: Si vis perfectus esse, &c. quasi diceret: Sic enim videberis dicere verum, & vere diligere proximum tuum sicut teipsum. Sed nec hac ratione satis soluitur nodus. Nā si Dominus eum redarguere voluit tanquam non vere dixerit se omnia illa seruasse, quomodo Marcus dicit Dominum dilexisse iuuenem, respondentem se omnia seruasse? Deinde quomodo ad ostentionem eius, quod proximum sicut seipsum diligeret, exigeretur, vt omnia sua venderet, & daret pauperibus, cum id non necessario requiratur ad impletionem illius præcepti: Diliges proximū tuum sicut teipsum? Et tamen quomodo is potest videri obseruasse illud præceptum dilectionis proximi, qui tam multas habebat possessiones, nec superflua erogabat in pauperes? Dicendum ergo, quod hoc quidem præceptum dilectionis proximi adolescens ille compleuerat, sicut tunc illud Iudæi implendum putabant, nullū scilicet inferendo nocumentum manifestum proximis, & communia dilectionis officia eis exhibendo, non autem diuidēdo cum proximis suas possessiones, quemadmodum requirit Christiana perfectio. Itaq; quanquā Dominus potuisset ostendisse illum non satis præceptum illud obseruasse, tamen queniam ille non arroganter responderat se omnia illa seruasse, sed animo simplici, & cupido etiam maioris perfectionis (quam cupiditatem declarauit dicens, vt est apud Matthæum, quid adhuc mihi deest?) ideo benignè illum intuitus, tanquam simplicem, & nequaquam versutum, dilexit eum quasi vehemēter appetentem salutem, quanquam adhuc auaritię tyrannide præpediretur. Et quoniam veluti non cōtentus obseruatione legis quærebat quid adhuc ipsi deesset, dominus ab imperfectione iustitię legalis eum vocat ad perfectionem iustitiæ Euangelicæ, dicens, si vis perfectus esse. imperfecti enim sūt qui sola legalia complent præcepta, quia & ipsa imperfecta erant propter Iudæorum imbecillitatem. Verum alia hic rursum oritur quæstio, quomodo scilicet Dominus dicat iuueni: adhuc vnum tibi deest; vt habent Marcus & Luca, cum prius dixerit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Si enim mandatorum obseruatio sufficit volenti ingredi vitam, & iuuenis iste mandata ea Domino approbante seruauerat, quomodo adhuc vnum, præter scilicet illa mandata, ei defuisse vt posset ad vitam ingredi, dicitur? Sane ex hoc loco Pelagiani quidam docebāt, diuitem manentem in diuitiis suis non posse ingredi ad vitam æternam, sed necesse ei esse vt omnibus diuenditis, & in pauperes erogatis, nudus nudum sequatur Christum, asserentes in veteri quidem testamento licuisse habere diuitias, non autem in nouo, propter nouum hoc Christi præceptum. Contra quam eorum sententiam disputat prolixe satis & docte D. Augustinus in epistola ad quendam Hilarium, quæ est 89. probans diuitem etiam in suis diuitiis manentem posse ingredi in regnum cœlorum, idque tum ex Paulo 1. Timoth. 6. vbi inter ea quæ diuitibus sunt præcipienda, non præcipitur vt omnia sua vendant, & dent pauperibus: tum ex hoc ipso loco, quia diuiti quærenti quid faciens vitam æternam possideret, non est dictum: Si vis ad vitam ingredi, vade, & vende quæ habes, sed, Si vis vis ad vitam ingredi, serua mādata, eaq; quæ sint etiam enumerans, nō inter ea posuit, Vade & vende, sed iuueni quærenti quid adhuc sibi deesset tandem respondit: Si vis perfectus esse, vade, vende; significans facultatum venditionem & distributionem non quidem esse necessariam vt quis ad vitam ingrediatur, sed necessariam esse vt quis sit perfectus. Itaq; hunc suū errorem cum cæteris Pelagius tandem conuictus, ore proprio anathematizauit, vt recitat Augustinus in epistola ad Paulinum. Proinde quod dicit Dominus: Adhuc vnum tibi deest; non sic est accipiendum, quasi vnum istud sic ei defuerit, vt sine illo non posset ingredi ad vitam: sed quia iuuenis cum dixisset se omnia illa seruasse à iuuentute, id est, pueritia sua, quæ fuit quid adhuc mihi deest, hoc est, quid præterea facere possem, vt habeā vitā æternam, respondit Dominus: Adhuc vnum tibi deest, hoc est, adhuc vnum restat quod facias. & addicias factis, vt habeas vitam æternam, non quod sine isto non posset habere, sed quod per istud certius & plenius esset habiturus vitam æternam. Vnde & subiicitur: Si vis perfectus esse, hoc est, si vis nihil tibi deesse quod faciat ad obtinendam vitā æternam, vade & vende, &c. potest tamen etiā intelligi vnum illud quod dicit Dominus ei deesse, necessariū fuisse ei ad salutem. Deerat enim ei contemptus diuitiarum, nimisq; afficiebatur diuitiis suis, vt patet ex sequentibus, & in eis nimis confidebat. Quamdiu ergo hic in eo fuit affectus, vnum ei deerat ad vitam ingrediendam necessarium, nimirum vt si non diuitias suas, saltem affectum hūc abiiceret. Itaque quod dicitur: Si vis perfectus esse, &c. hunc habet sensum: Si vis nihil tibi deesse quod ad consequendam salutem tibi est necessarium, (perfectum enim est cui nihil deest) vade & vende omnia, non quod vendere omnia, sit necessarium ad salutem, sed quod Dominus id consulat ei qui effectu illo impediebatur ab ingressu regni cœlestis. Secundum enim hunc sensum, non est intelligendum vendere omnia necessarium esse ad perfectionem hoc modo intellectam, sed consilium esse accommodum, quo necessaria illa ad salutem perfectio optime obtineatur. Sunt qui putant illud vade & vende, esse præceptum temporale & personale, diuiti huic soli à Domino propositum. Verum hæc sententia, nec conuenit cum Ecclesiasticorum patrum intelligentia, nec cum his quæ sequuntur. ex quibus satis patet Dominum istud dicturum fuisse cuiuis diuiti, nulli tamē id præceptum. porro circa hanc Domini sententiā duo queri solent. Primum, quomodo dicit Dominus: Si vis perfectus

perfectus esse; cum dicat Paulus, cum venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est, significans in hac vita neminem esse perfectum, Ad qd dicendum est, quod cum perfectum (vt dicit Philosophus 3. Physicor.) dicatur cui nihil deest, quēadmodum variis modis dicitur aliquid alicui deesse: ita & variis modis dicitur quis perfectus, ita vt sit perfectio quędam huic vitæ conueniens, quædam tantum conueniens futuræ vitæ. Absolutè enim perfectus est, cui nihil omnino deest ad virtutem & fœlicitatem, quo modo in hac vita nemo est perfectus. Ex parte autem perfectus est, cui nihil deest eorum quæ sunt illi ad æternam vitam assequendam necessaria, secundum quem modum perfectus est, quisquis Christianam habet charitatem. Atque hoc modo quosdam hoc loco accipere mox dictum est, quomodo & in illo Matthæi accipitur: Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Magis autem perfectus dicitur in hac vita, cui non tantum nihil deest ad vitam æternam necessarium, sed etiam amplius quid habet, obseruando Euangelica etiam consilia, paupertatis & continentiæ. Atque in hunc modum ferè omnes hic accipiunt, cum dicit Dominus: Si vis perfectus esse. Vnde D. Hieronymus ex hoc loco disputat contra Vigilantium, asserentem melius esse, si quis moderate rebus suis vtatur, pro loco ac tēpore occurrens necessitatibus pauperum, quàm si semel omnia relinquat. Sic enim habet: Quod autem Vigilantius asserit melius eos facere, qui vtūtur rebus suis, & paulatim fructus possessionum diuidunt pauperibus, quàm illos qui possessionibus venundatis simul omnia largiuntur, non eis à me, sed à Domino respondebitur: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Ex qua D. Hieronymi doctrina plane patet ipsum interpretari textum de perfectione quæ nō est præcepti, sed consilii. Verum secunda hic oritur quæstio, vtrum perfectio Euangelica consistat in præceptis an in consiliis. Quod enim consistat in consiliis, locus iste docere videtur aperte: quod autem in præceptis potius consistat, patet quia in duobus mandatis dilectionis vniuersa lex à Domino dicitur pendere & prophetæ. Et Paulus dicit: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil sum. Ad hanc quæstionem respondet doctè Diuus Thomas secunda secundæ quæst. 184. artic. 3. dicens perfectionem vitæ Christianæ per se quidem & essentialiter consistere in obseruatione præceptorū non quorumlibet, sed illorum duorum quæ peculiariter dicuntur præcepta dilectionis, quia is vere perfectior est, qui perfectius hæc implet præcepta, & perfectiorem habet charitatem: secundario verò & instrumentaliter in obseruatione consiliorū, quia per hæc sicut & per alia præcepta promouetur homo ad obseruationem præceptorum charitatis, aliter tamen per præcepta, & aliter per consilia. Nam præcepta alia à duobus præceptis charitatis ordinantur, ad remouendum ea quæ sunt charitati contraria, cum quibus scilicet charitas esse non potest: consilia verò ordinantur ad remouendum impedimenta actus charitatis, quę tamen charitati non contrariantur, sicut est matrimonium, occupatio rerum sæcularium, & alia huiusmodi. Vnde Augustinus dicit in Enchiridio: Quæcunq; mandat Deus, ex quibus vnum est, Non mæchaberis, & quæcunque non iubentur, sed speciali consilio monentur, ex quibus vnum est, Bonum est homini mulierem non tangere; tunc rectè fiunt, cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum, & in hoc seculo, & in futuro. Inde & in Collationibus patrum dicit Abbas Moyses: Ieiunia, vigiliæ, meditatio scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis sunt instrumenta quia nō in istis consistit disciplinæ illius finis, sed per illa peruenitur ad finem. Proinde notādum, quod cum Dominus dixisset: Si vis perfectus esse; non tantum addidit, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus sed etiam subiecit, & veni, sequere me; quia non in facultatum venditione & distributione consistit potissimum perfectio, sed in perfecta sequela Christi, ad quam vendere omnia & dare pauperibus, via quædam est. Cum enim dicit, sequere me, non tantū loquitur de sequela corporali, sed multo magis de sequela per imitationem charitatis, obedientiæ, humilitatis & patientiæ. vnde in Marco apud Græcos additur, sequere me tollens crucem, quanquā id possit videre aliunde hic adiunctum. Alioqui enim & philosophi quidam suas reliquerunt facultates, aut eas aliis distribuerunt, quemadmodum Thebeum quendam fecisse commemorat Origenes, quod omnem suam substantiam tradiderit populo Thebanorum, propter libertatem animæ suæ, & exemplum vitę facilioris, & vt se beatum demonstraret gentilibus. nec indigentem hoc munere. Nec tamen huiusmodi perfecti fuerunt, quòd Christum non sint secuti quem ignorauerunt. Non dixit autem Dominus huic; renuncia omnibus quę possides, aut relinque ea omnia: sed quo vtranque haberet virtutem, voluntariæ scilicet paupertatis & misericordiæ, omnia vendi præcepit, & distribui pauperibus, non quod id omnibus perfectionem ambientibus sit faciendum, quandoquidem istud Apostoli non leguntur fecisse, sed omnia reliquisse: sed quod illud consultissimum sit iis qui suas facultates in sua habēt potestate. Vnde D. Hieronymus: Si habes, inquit, in potestate rem tuā, vende: si non habes, proiice. Et quidē Craton philosophus docuit discipulos suos facultates suas vēdere & contemnere. sed non docuit eas pauperibus elargiri, sed potius ad captandam hominum laudem inutiliter dispergere. Dominus autem verus perfectionis magister dari pauperibus admonet, & vt id magis extorqueret à diuitiarū amatore, adiecit, & habebis thesaurū in cœlo, quasi diceret: Et nō peribūt tibi facultates tuæ pauperibus distributę, sed hac ratione certiores & abundantiores tibi in cœlo diuitias parabis. Notandum & illud, quod non dixerit Dominus, vade & vende omnia, & tunc veni, sed prius da pauperibus, & tunc veni, significans se non quærere quæ illius erant, sed ipsum.

(Cvm avdisset avtem adolescens verbvm, h contristatvs est b in verbo, &c.) Quamuis valde auidus esset adolescens iste perfectionis, tamen diuitiarum quas possidebat abundantia & amor non permisit eum amplecti quod volebat. Quo enim plura habebat, eo magis seruus eorū effectus erat. Additio siquidem diuitiarum, additionem facit auaritiæ. Nam siquidem parū possedisset, facile cū Apostolis, omnibus relictis sequi Dominum potuisset: at quoniā multas habuit possessiones & diues erat, valde contristatus est in sermone Domini, dolēs, quod nō nisi diuitiis abiectis perfectionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

assequi posset,& adeo dolens,vt Christo derelicto A abierit,affectum eius bonum obruentibus diuitiarum spinis. Nescio, inquit Augustinus epist. 34. ad paulinum & Therasiam,quomodo cum superflua & terrena diliguntur,arctius adepta quam concupita constringũt.nam vnde iuuenis iste tristis abscessit,nisi quia magnas habebat diuitias? Aliud enim est iam nolle incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere.Illa enim velut cibi repudiantur,ista velut membra præciduntur.Hæc ille.Itaq; illo cum tristitia abeunte,conuersus Dominus ad discipulos suos, ne quando pœniteret eos suæ paupertatis,cœpit de diuitiarum periculo disserere,dicens secundum Marcum & Lucam:quam difficile, hoc est, vere valde difficulter qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt. Quod B Matthæus sic extulit, sensum eundem seruans: Amen dico vobis,quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum.Itaq;per eos qui pecunias habent, non simpliciter intelliguntur apud Marcum & Lucam qui in crumenis suis habent aliquos nummos,sed,vt ex Matthæo patet,qui diuites sunt, & multas habent facultates.Nomine enim pecuniæ, secuti & dictione Græca hic posita, χρήματα, significantur plerunque omnia fortunę bona, siue mobilia,siue immobilia.Dicta est autem dictio Græca à verbo χράω.quod est vtor,quod diuitiis vtendum sit ad ea quæ oportet, nec sint recondendæ. Vætum duplex circa hanc Domini sententiam occurDua quæ stiones. rit quæstio.Primum, cur dicit Dominus singulariter de diuitibus, quod difficile eis sit ingredi in C regnum Dei,cum omnibus id sit difficile, adeo vt dicat Petrus etiam iustum vix saluandum. Secundo,cur Dominus occasione eius qui propter diuitias abstrahebatur à perfectione, dicit difficile diuites ingressuros in regnum Dei. Nam dicendum potius videbatur, quam difficile est diuites assequi perfectionem.Ad priorem quæstionem dicendum, quòd quãquam per sese arduum sit & difficile omnibus ingredi regnum Dei,tamen diuiti, quatenus est diues,singulari ratione est difficile, non quòd diuitię per se sint impedimenta ad regnum cęlorũ assequendum,cum dentur à Deo vt sint adminicula ad regnum cœlorum,sed quod affectus hominis minus ordinatus ad habitas diuitias, (qui valde frequens est) difficilem reddat diuiti aditum ad regnum cęlorum.Hic enim affectus facit vt non diligatur Deus ex toto corde,nec proximus vt oportet,vt diuitiæ non expendantur quando & quomodo oportet, vtque in eis homo fiduciam aliquam habeat, ac de eis seruandis vel augendis nimis sit solicitus, vt interim omittamus quod affectus hominis inordinatus ad honores & voluptates ex diuitiis accipit occasionem sese ostentandi & efferendi, ac voluptatibus se immergendi. Ad secundam quæstionem dicendum,quod aptè Dominus occasione eius qui amore diuitiarum impediebatur à perfectione,descendit etiam ad ostendendum diuites per diuitias impediri ab ingressu regni cęlestis: siue quia affectus adolescentis erga diuitias tantus fuerit & talis,vt non tantum eum impediret à perfectione,sed etiam indignum faceret regno cęlorum,aut saltem difficilem illi faceret aditum regni cęlestis: siue quia ex amore diuitiarũ retrahente hunc inuenem à perfectione,cuius erat auidus, ostendere voluerit,quomodo passim ab ingressu regni cęlorum diuites simuli amore diuinarum prohibeantur.quasi diceret: Si iste qui à iuuentute sua semper probè & inculpatè vixit,& tanto etiamnũ in adolescentia sua tenetur perfectionis amore, propter diuitias tamen retrahitur ab ea, ergo cum passim diuites non tanto teneantur amore suæ salutis,quã iste perfectionis,difficile intrabunt in regnum cęlorum.Cũ autem discipuli, vt habet Marcus, obstupescerent in verbis eius, id est, propter verba eius,nimirũ quod viderent tam multos esse diuites,& omnes ambire diuitias, Dominus rursum quidem repetit quod dixerat,quo magis illud inculcaret & cõfirmaret,sed sic repetit,vt blandimento mitiget sermonis asperitatem, & interpretetur non intellectam obscuritatem:Filioli, inquit,quàm difficile est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire.Pro eo ergo quod prius dixit; qui habent pecunias, nunc dicit, confidentes in pecuniis,significans,de quibus diuitibus superius potissimum sit locutus.Et tamen generaliter dixit, tum quod hi qui etiamsi habeant diuitias, tamen non apponunt illis cor, nec confidunt in illis, coram Deo sint spiritu pauperes:tum quod rarum sit inuenire diuites qui in diuitiis suis non confidant. Vnde dicitur: Beatus diues qui inuentus est sine Eccli. 31. macula,& qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris.At vt horum raritatem significaret Sapiens,subiicit:Quis est hic, & laudabimus eum? Confidunt autem in diuitiis suis, qui in his sibi placent.& per eas securiores viuũt, pro mittentes sibi per eas malorum liberati. nemque admodum vulgus hominum facit,de quibus dicit psal. 48. psalmista: Qui confidunt in virtute sua,& in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.&: Qui confidit in diuitiis suis,corruet:iusti autem quasi vires folium germinabunt. Dicit autem potius, confidentes in pecuniis,quàm amantes pecunias,quòd illud magis exprimat auarorum vitium. Cũ enim in solo Deo sit hominis collocanda fiducia, auaritiam transferunt in aurum & argentum. vnde & Diuus Paulus auaritiam vocat idololatriam. & Ecclesiastici 31. ante verba citata dicitur: Lignum offensionis est aurum sacrificantiũ,væ illis qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in eo. In qua sententia pro genitiuo,sacrificantium,Græce est, τοῖς ἐνθυσιάζουσιν αὐτῷ, id est,sacrificantibus ei. vt sit sensus: Aurum est his qui colunt illud, veluti D lignum offensionis,hoc est,idolum,aut velut lignũ ad quod quod aliquibus est ruinæ occasio.Difficile est autem confidẽtes in diuitiis intrare regnum Dei,quia difficile est tales abstrahi ab illa fiducia. quemadmodum & Ecclesiastes dicit,quod peruersi difficile corriguntur. Non contentus autem Dominus dixisse,primum quidem in genere difficile esse diuitem saluari,deinde peculiariter difficile esse confidentes in pecuniis saluari : addidit tertiò quod his magis durum, est quo a diuitiarum amore efficacissime abstraheret. Iterum, inquit, dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus trãsire,quàm diuitem intrare in regnum Dei. Circa quam sententiam varia a diuersis dicuntur, ob absurdem qui prima facie videtur in ea esse sen E sũ.Quomodo enim dicitur illud esse facilius quod est omnino impossibile? Deinde cum mox dixerit Dominus,difficile esse diuitem intrare in regnum Dei,ac per hoc significauerit posse tamen intrare, (quod enim difficile fit,fit tamen aut fieri potest) quomodo iam dicitur facilius esse camelum transire per foramen acus,quam diuitem intrare in regnum Dei,cum camelum intrare per foramen acus, plane

plane sit impossibile,ac ob id significetur diuitem A tum dixit difficile,dicendum est vtrumque verum ingredi regnum Dei, non solum esse impossibile, sed impossibili possibilius? Quomodo autem id dicitur difficilius aut impossibilius quod frequenter fit, præillo quod nunquam fit, nec fiet? Si diuinam quis spectet virtutem, omnia ei sunt æquè possibilia & facilia: si humanam, aut certe vtrunque æque est difficile & impossibile, aut facilius est diuitem ingredi in regnũ Dei,cum hoc ex parte in eius situm sit potestate & volũtate.Sunt itaque qui sententiam hanc mystice intelligunt, secundũ quam intelligentiam omnis hęc vitatur difficultas.Augustinus enim libro 2.de quæst.Euangel.capite 47.& post eum Diuus Gregorius libro Moral. B 35.capite 17.per diuitem intelligunt omnem cũpidum & huius seculi dilectorem: per camelum autem,ipsum Christum,quia humiliatus in se onera sustulit, & sensum esse: Facilius esse Christum pati pro delictoribus seculi,quam dilectores seculi ad Christum posse conuerti.rer acum enim intelligunt passionem ipsum pungentem:per foramen acus passionis angustias.Verum Vt huiusmodi aut alia quæuis allegoria non est omnino reiicienda, ita certum est hunc nõ esse sensum à Domino præcipue intentum.Sunt autem qui quo explicẽt pro positam difficultatem,putant Hierosolymis fuisse portam quandã, quæ foramen acus dicebatur,per C quam camelus nisi depositio onere, & flexis genibus trahere non posset,intelligentes proinde hic significari diuites non posse transire angustam portam quæ ducit ad vitam, nisi abiecto diuitiarum onere. Verum hæc sententia plane videtur fabulosa,vt quæ nulla nitatur authoritate: suspicor autem desumptam ex his quæ hoc loco dicit Hieronymus de mysticis illis camelis quos capite 60.Isaias dicit ingressuros per portas Ierusalem. Cum ergo neuter prædictorum modorum sufficiat explicandæ huic sententiæ, plerique intelligunt ideo dictum:Facilius esse camelum per foramen acus transire,quàm diuitem ingredi regnũ Dei,quia vD trumque soli Deo est possibile,cui etsi omnia sint æque possibilia & facilia, tamen ei alterum altero dicitur facilius,quomodo Diuus Augustinus super illud Ioannis: Maiora horum faciet, significat facIoan. 14. lius esse Deo cœlum & terram creare,quàm impiũ iustificare.quia scilicet & opus ipsum sublimius est & excellentius,& quia in creatione vel operatione Dei per naturam nulla inuenitur indignitas, sed in iustificatione impii inuenitur indignitas & resistentia.Simplicius tamen fuerit intelligere non ideo dictũ esse istud illo facilius,quia vtrumq; Deo soli esset possibile,vnum autẽ altero quadam ratione illi facilius,sed tantum huiusmodi locutione E significatum esse impossibile esse & valde impossibile diuitem intrare in regnum cœlorum, quomodo intelligunt Diuus Hieronymus & Chrysostomus. Hoc dicto, inquit Hieronymus, ostenditur non difficile esse,sed impossibile diuitem intrare in regnum cœlorum. Et Chrysostomus: Quod, inquit, primò difficile dixit,id ipsum progrediens camelicarque acus comparatione valde impossibile ostendit. Itaque sic dictum est, facilius est camelum, &c.quomodo dicere solemus de duobus fese capitali odio prosequentibus, facilius fuerit aquam igni miscere, quam hos inter sese reconciliare; significare volentes id omnino fieri non posse.Quod si quæratur quomodo iamDominus dicat impossibile & valde impossibile quod prius tandicit difficile,dicendum est vtrumque verum esse.Difficile enim est diuitem ingredi in regnum cœlorum ea ratione quæ dicta est,nempe quia difficile est eum abstrahi ab amore diuitiarũ, nec eis, abuti sæpe.Impossibile vero, tum quia quamdiu manet confidens in diuitiis, non potest ingredi:tum quia non sua virtute,sed sola Dei gratia, eaque efficace & potente,potest à fiducia,amore, & abusu diuitiarum abstrahi, vt sic possit ingredi regnum Dei.Nec tamen necesse fuerit dicere hac sententia Dominum significasse impossibilitatem,sed simplicissimum fuerit dicere hyperbolen esse in hac locutione, qua Dominus vulgari modo locutus significare tantum voluerit, valde difficile esse diuitem ingredi regnum Dei: qualis locutio est, cum dicitur: Arenã & salem & massam ferri facilius est fer- Eccle. 2. re,quàm hominem imprudentem.Quod aliud non significatur,quàm difficillimum esse ferre hominis insipientiam. Sic cùm dicitur: Expedit magis vt Prou. 17. fœ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua; hyperbolice significatur omnino non expedire,sed homini periculosum esse occurrere velle stulto.Et:Si potest Æthiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas,& vos Iere. 13. poteritis benefacere cum didiceritis malum; non quod absolute istud sit æque impossibile atque illa, sed hyperbolica locutione significatur istud admodum esse difficile. Ad quem modum etiam in proposito non tam significari impossibilitatem quam difficultatẽ,patet ex Luca, qui cùm dixisset: Quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt,pro probatione huius subiicit:Facilius est enim camelum per foramen acus transire,&c. Non ergo hac sententia nisi magna significatur difficultas,quæ & per præcedentem sententiam significatur:quam difficile qui pecunias hab. &c.ad cuius probationem hæc a Luca additur. Porro sunt qui per camelum, non animal,sed funem potius nauticum quo anchora alligatur, (qui & ipse Græcis dicitur camelus,metaphora ab animali desumpta, propter ipsius grossiciem& tortuositatem) velint intelligi, non quod possibilius & facilius sit funem talem transire per foramen acus quam ipsum animal,sed quod aptior videatur comparatio finis cum acu,quam animalis cũ acu.De animali tamen Dominũ locutũ magis est verisimile, quod cũ maximũ sit & tortuosum sit, cũ foramine acus quod minimum est,& tortuositatem minime admittens, apte ad difficultatis exaggerationem comparat,ipsaque cameli cum diuite comparatione,pulchre significatum est diuites in modum camelorum onustos esse diuitiarum sarcina, ac veluti gibbo quodam inæqualitatis coram Deo deformatos esse, & proinde non posse per angustam & arctam portam quæ ducit ad vitam intrare,nisi sarcinis saltẽ animo depositis,ac gibbo tumoris & inæqualitatis ad æqualitatẽ redacto.Hi sunt mystici illi cameli, qui Isaiæ 60.promittuntur ingressuri portas Ierusalẽ, cum dicitur:Inundatio camelorum operiet te,dromedarii Madian & Epha, quemadmodum & hoc loco & in Isaiam doctè annotauit D.Hieronymus. qui in Isaiam scribens,& hanc sententiam tractãs: Facilius est camelum,&c.confirmat eã intelligentiam quam vltimo loco astruximus:difficultatem, inquit,rei proposuit,non impossibilitatem.

[a]ET DIXERVNT QVI AVDIEBANT, [b]ET [c]DICENTES [b]AD SEMETIPSOS: [b]ET [f]QVIS ERGO [g]POTERIT. Discipuli qui ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirabantur primum audientes Dominum aſseren
tem difficile eſse diuitem ingredi in regnum Dei,
iam valde,&,vt habet Marcus, περισσως, hoc eſt, ſu-
pra modum admirabantur, audientes faciliorem
etiam eſse ingreſsum cameli per foramen acus,
quàm diuitis in regnum Dei: atque hinc intelligen
tes ſignificari impoſſibilem eſse diuitum ſalutem,
& ob id etſi inopes eſsent, tamen pro aliorum ſa-
lute turbati, ac dolentes tam multos ſecludendos
à regno cælorum, dicebãt ad ſemetipſos, hoc eſt, vt
melius verti poterat, ad ſeſe mutuo (Græce enim
eſt, προς ἑαυτους, quod proinde non bene vertit qui
dam, intra ſeſe, cum magis conueniret, inter
ſeſe) Si ſic res habet, quis ergo poterit ſaluus fie-
ri? Circa quam eorum quæſtionem occurrit du-
bium, quare Diſcipuli generaliter quærunt, quis er B
go poterit ſaluus fieri, cum Dominus tantum di-
xerit de diuitibus difficulter ſaluandis. Itaque sũt
qui diſcipulorum interrogationem ſic intelligunt:
quis ergo diuitum poterit ſaluus fieri, vt quod se
quitur reſponſum à Domino: Apud homines hoc
impoſſibile eſt; hunc habeat ſenſum, Impoſſibile
eſt apud homines vt diues ſaluetur. Rectius tamẽ
ſecundum Auguſtinum intelligitur Diſcipulos id-
eo generaliter interrogaſſe, quis ergo poterit ſal-
uus fieri; quod intelligerent etiamſi non omnes
haberent diuitias, eſse tamẽ paucos qui non sum-
me affecterentur diuitiis, easque habere deſiderarẽt:
diuites autẽ non tam propter opum affluentiam,
quam propter animum quem habent ergadiuitias,
difficulter eſse ſaluandos, vt perindè ſit ac ſi dice- C
rent: Si ſic eſt vt dicis, quis ergo poterit ſaluus fie-
ri, cum rari ſint homines qui aut habitas diuitias
abiicere poſſint, aut non optare quas non habent?
Aut ideo generaliter quærunt, quia cogitabant ſi
diuites ob diuitias non poſſent fieri ſalui, raros er-
go reperi qui ſaluari poſſent, cum libido, voluptа
tes, & ambitio multo plus præbeant impedimen-
ti. Dominus itaque quo conceptam à Diſcipulis
animi triſtitiam mitigaret, & benigne eos eſt iatui
tus, (verbo enim intuendi Euangeliſtæ ſignifica-
runt Dominum manſueto oculo turbationem mẽ
tis eorum ſedaſſe) & verbis quoque ſeueritatem
ſententiæ ſuæ temperauit, in medium adducens di
uinam virtutem, & per eam ad confidentiam ex-
hortans. Apud homines, inquit, hoc impoſſibi- D
le eſt. Hoc nempe, non ſolum vt diues ſaluus fiat,
ſed etiam generaliter vt quis ſaluus fiat. Non enim
hoc fieri poteſt ſola humana virtute, ſed requiri-
tur diuina gratia; quà id quod alioqui nobis eſt im-
poſſibile, fit poſſibile, imò & facile. Ea enim ſic
mutantur animi diuitum, vt alacres etiam vel abii
ciant quod poſſident vel poſſideant tanquam
commune, non proprium, parati ſemper relin-
quere, ſicut & vitã impendere, ſi quando id poſtu-
let religionis negotium. Non enim ſic intelligendũ
eſt quod hic dicitur poſſibile eſſe apud Deum vt di
ues ſaluus fiat, quaſi ſaluari poſſit ſeruatis diuitiis,
aut priſtino erga diuitias affectu retento, ſed quòd
Dei virtute abſtrahi poſſit à temporalium amore
& cupiditate. Ex hoc ergo loco apertè refelli po-
teſt error Pelagii, aſſerentis vnumquemq; viribus E
liberi arbitrii ſaluari poſſe; nec tamen occaſione
huius dicti dominici reſupinos nos eſſe conuenit,
vt ſicut ab impoſſibilibus abſtineamus à ſalutis no
ſtræ cura, ſed potius intelligentes magnitudinem
rei, & gratiæ diuinæ neceſſitatem, implorare Dei
benignitatẽ, vt eius ope vitam conſequamur æter-

nam, quemadmodum hic bene annotauit D. Chry
ſoſtomus. Non ſolum autem Deo poſſibile eſſe di- Genes. 18.
cit: vt diues aut omnino quiſquã ſaluetur, ſed quo Luce. 1.
magis noſtram in Deum confirmet fiduciam, om- 2 Thelſ. 4.
nia quæ homini ſunt impoſſibilia, Deo dicit eſſe
poſsibilia, iuxta illud Geneſis: Nunquid Deo quic-
quam eſt difficile? & illud Gabrielis: Nõ erit impoſ-
ſibile apud Deũ omne verbũ. Vnde & Paulus, qui
ſuam probè nouit infirmitatem, omnia tamẽ ſepoſ
ſe gloriatur, ſed in eo qui ipſum confortabat. Quo
modo autem omnia Deo dicuntur poſſibilia, dictũ
eſt in cap. Concordiæ 3. circa illud Lucæ: non erit
impoſsibile apud Deum omne verbum.

bET POST HÆC A TVNC RESPON-
DENS I COEPIT EI PETRVS DICERE:
ECCE NOS, &c.] Cum audiſſet Petrus tantũ ma-
lum eſſe habere diuitias, cogitauit eximiũ ergo eſ-
ſe bonum abieciſſe diuitias. Verum quia adoleſcẽ-
ti dictum fuit, vende omnia quæ habes & da pau-
peribus, atque hoc ſi faceret, promittebatur theſau
rus in cœlo, ſolicitus fuit pro ſe ac condiſcipulis
ſuis de præmio quod eos maneret, qui non quidem
omnia vendiderunt, & dederunt pauperibus, ſed
ſimpliciter omnia reliquerunt, metuens ne fortè
minus feciſſent: quia non hoc fecerunt quod ab a-
doleſcente requiſiuit Dominus. Itaque omnium
vt fere ſolebat nomine dixit: Ecce nos non quidem
omnia noſtra vendidimus, & dedimus pauperib⁹,
ſed tamen omnia reliquimus, & ſecuti ſumus te.
Quid ergo erit nobis? quaſi dicat: Eum qui ſerua
tis diuitiis te ſequi recuſat, dicis difficulter in-
greſſurum regnum cœlorum, intelligimus ergo
bene nos feciſſe qui omnibus relictis te ſumus ſe-
cuti: at cum eum qui omnia vendidit, & dedit pau-
peribus, dicas habiturum theſaurum in cœlo, quid
quæſo nobis erit præmii, qui nõ quidem omnia vẽ
didimus: ſed omnia reliquimus? Confidenter dicit,
omnia reliquimus; cum pauca reliquiſſet, nauem
ſcilicet & retia: Omnia enim relinquit, & multa
relinquit, qui quicquid habuit, & habere potuit
aut concupiſcere, relinquit. Itaque Dominus Pe
tri ſermonem etſi ſatis magnificum non reiecit vt
diceret ei: quæ omnia Petre reliquiſti, vt præmium
magnum requiras? ſed quo non pœniteret eos vo
luntariæ paupertatis, & oſtenderet non tantum
venditoribus ſuarum facultatum, ſed omnibus pro
pter ipſum relinquentibus id quod habent, quam-
tumuis ſint tenues, maximum præmium repoſi-
tum eſſe, cum ſolita aſſeueratione ait: Amen dico
vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me &c. Non dicit:
Qui reliquiſtis omnia, ſed tantum, qui ſecuti eſtis
me; ſignificans nihil profuturum illis omnia reli-
quiſſe, niſi etiam ſecuti ipſum fuiſſent, atque ip-
ſam ſequelam ſui exigere omnium derelictionem.
Qui enim, dixit ſuperius, non renunciauerit om-
nibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſ-
cipulus. Et eſt hic ſermo ad litteram de ſequela
corporali, non qualibet, ſed qua ſeſe Apoſtoli
Chriſto in diſcipulos indiuiduos addixerunt. De
hac enim ſequela certum eſt Petrum dixiſſe, & E
ſecuti ſumus te, & Euangeliſtas cum ſupra
in vocatione Petri & Andreæ dixerunt, relictis
omnibus ſecutos eſſe Chriſtum: non autem
potiſſimum de ſequela ſpirituali, per imitatio
nem morum & vitæ, quæ conſequitur ſeque-
lam illam corporalem, tanquam ad quam corpo-
ralis ſequela eſt ordinanda. Quod autem ſequi-
tur, in regeneratione; Diuus Hilarius coniungit

cum

cum eo quod præcedit, ſecuti eſtis me, intelligens A
per regenerationem, ſpiritualem renaſcentiã quæ
Epheſ. 5. fit in baptiſmo, quem D. Paulus vocat lauachrum
regenerationis. vt ſit ſenſus, Vos qui ſecuti eſtis
me per regenerationem baptiſmi. Verum rectius
ſecundum alios coniungitur cum ſequenti verbo,
ſedebitis, & per regenerationem intelligenda eſt
reſurrectio ex mortuis, quæ velut ſecunda gene-
ratio hominis erit ſecundum corpus, quemad-
modum in baptiſmo eſt ſecunda hominis ſecun
dum animam generatio. Quomodo autem fi-
lius hominis in regeneratione dicitur ſeſſurus
in ſede maieſtatis ſuæ, cum & iam ſedeat à dex-
tris Dei patris? At tunc peculiariter ſeſſurus dici- B
tur, quia omnibus tunc ſedere apparebit, cuius
iam gloria hominibus eſt occulta. Nec dicitur ſeſſu
rus ob corporalem ſeſſionem, ſed huiuſmodi tro-
po ſignificatur iudiciaria eius authoritas. vt ſit ſen
ſus: cum ſederit in ſede maieſtatis ſuæ, hoc eſt,
cùm ſe cum gloria & maieſtate magna iudicem
omnium exhibebit. Sic & poſtea dicitur capite Mat
thæi vigeſimoquinto. Cum venerit filius hominis
in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſe-
debit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, id eſt, tunc in
ipſis nubibus ſeſe omnium iudicem glorioſè exhi
bebit. Ad eum modum etiam intelligendum, quòd
& Apoſtoli dicuntur tunc ſeſſuri ſuper ſedes duo C
decim, nimirum quia proximi Chriſto iudici
etiam in gloria cum ipſo apparebunt, iudicantes
ſimul cum illo duodecim tribus Iſrael. Alioqui e-
nim Paulus affirmat, omnes oportere ſtare ante
tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque prout geſ
ſit. Plus ergo Apoſtolis promittitur, quam iu-
ueni promiſſum fuit. Sedebitis, inquit, etiam vos,
idque non confuſè, nec in communi ſede, ſed ſu-
per ſedes duodecim, ſinguli ſcilicet in ſua ſede, vt
ſic eorum maieſtatem exaggeraret, nec otioſi ſede
bitis, ſed iudicantes duodecim tribus Iſrael. Idem
& poſtea Dominus in vltima cœna Apoſtolis pro
mittit, vt eſt Lucæ vigeſimoſecundo: Ego, inquit, D
diſpono vobis rẽgnum, vt edatis, & bibatis ſuper
menſam meã, & ſedeatis ſuper ſedes duodecim,
iudicantes duodecim tribus Iſrael. De his ſedibus
vaticinatus eſt & Daniel dicens: Aſpiciebam do-
Daniel. 7. nec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, iu
dicium ſedit, & libri aperti ſunt. Porrò quo intel-
ligatur quomodo Apoſtoli dicuntur iudicaturi
duodecim tribus Iſrael, cùm iudicium proprie ſo-
li conueniat filio, ſciendũ in ſcripturis præter Chri
ſtum quoſdã variis modis dici iudicaturos aliquos
in nouiſſimo die. Nam Matthæi 12. exorciſtę Iudęo
rum dicuntur fore iudices eorum qui Chriſtum
calumniabantur eiicere dæmonia in principe dæ- E
moniorum. & eodẽ capite, Niniuitæ & regina Au-
ſtri dicuntur in illo die condemnaturi Iudæos. Hi
autẽ iudicaturi & condemnaturi dicuntur ſecun-
dum omnes, quia per eos iuſtam eſſe Iudæorum
condemnationem manifeſtũ fiet, ex comparatio-
ne ſcilicet eorum cum Iudæis. Cæterum hoc indi-
candi vel condemnandi modo etiam mali malos
iudicabunt & condẽnabunt. At in ſcripturis pecu
liari quodam modo omnes iuſti dicuntur in nouiſ
1. Cor. 6. ſimo die iudicaturi impios. Nam Sap. 3. dicitur: Iu
dicabunt iuſti nationes, & dominabuntur populis?
Et Paulus: Neſcitis quoniam Angelos iudicabi-
mus. Et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni
eſtis qui de minimis iudicetis? Iudicabunt autem
iuſti impios, non tantum collatione ſui cum im-

piis, ſed & comprobatione ſententiæ Chriſti con-
tra impios latæ, & quia tanquam membra Chri-
ſti, & conſortes facti gloriæ & regni ipſius, cenſe
buntur ſimul cum ipſo facere quod ipſe faciet. Et
quidem ad priorem iudicandi modum reſpexit D.
Hieronymus, dum explicans hunc locum dicit: Se
debitis & vos in ſoliis iudicantium, condemnan-
tes duodecim tribus Iſrael, quia vobis credentibus,
illi credere noluerunt. Ad ſecundum mo-
dum reſpexiſſe videtur D. Auguſtinus lib. 20. de
ciuit. Dei, cap. 5 indicans ſic dictũ eſſe Apoſtolis,
quod iudicaturi eſſent duodecim tribus Iſrael; quo
modo Paulus dicit fideles iudicaturos dæmones
& hunc mundum. Itaque ſecundum hunc expli- B
candi modum iudicare hic acciperetur pro condẽ-
nare, vt aperte exponit D. Hieronymus. Verum
neuter prædictorum modorum ſufficere videtur
huic loco explicando, tum quòd peculiare quid-
dam hic promitti videatur Apoſtolis, quod non a-
liis poſtea Dominus promittit, qui etiam relinquũt
propter ipſum domum vel fratres, aut aliud ali-
quid: tum quod non conueniat per duodecim tri-
bus Iſrael intelligere duntaxat malos & damnan-
dos Iudæos, ſed potius totum Dei populum, bo-
nos ſimul & malos comprehendentẽ, vt ſæpius
in ſcripturis. Itaque intelligendum potius Apoſto-
los iudicaturos non tantum ſui cum aliis compa-
ratione, vel ſententiæ comprobatione, ſed etiam C
authoritate quadam & poteſtate, non ſolũ ea qua
omnes iuſti cum Chriſto impios iudicabunt, ſed
tali qua Chriſto vicini principes agent in regno
Dei & populo eius, his qui Euangelicæ eorum præ
dicationi crediderunt, exhibentes cum Chriſto ea
quæ hic verbo ſuo illis promiſerunt, infideles autẽ
& impios condemnantes ad ea ſupplicia quæ hic
ipſis prædixerunt, & comminati ſunt. Quanquam
enim omnium electorum erit ſimul cum Chriſto
vt regnare, ita & iudicare, tamen qui hic in adſe
rendo Chriſti Euangelio fuere primores, in regene
ratione quoque primas inter electos obtinebunt,
& eximio quodam modo ſimul cum Chriſto ſede-
bunt & iudicabunt non impios tantum, ſed & iu-
ſtos: quomodo qui regi in regno ſunt proximi, ſin
gulari modo dicuntur ſimul adminiſtrare regnum
ac iudicare cum rege, cum etiam omnes qui regi
ſubſunt, cum eo regnent, ac iudicent. & vlciſcan-
tur rebelles. Quoniam ergo Apoſtoli primi fuerũt
qui omnibus relictis Chriſtum ſunt ſecuti, ac pri-
mi poſt Chriſtum Euangelii prædicatores, conſti-
tuti ſecundum Pſalmiſtam principes ſuper vniuer Pſal. 15.
ſam terrã, primi aſſertores & propagatores regni
Chriſti, ideo meritò illis promittitur etiam in re-
generatione primatus in regno Chriſti, & iudicia-
riæ poteſtatis ſingulare conſortium. Quæ tamen
præeminentia non eſt putanda ſolis his duodecim
Apoſtolis tum conferenda. Quomodo enim non &
Paulus qui extra numerũ eſt duodecim, exiſtiman
dus eſt eadẽ gloria & honore donãdus, qui & ipſe
Apoſtoli hic aſſecutus eſt nomen ac dignitatem, &
plus omnibus laborauit? Quoniam enim nunc lo
quebatur Dominus ipſis duodecim, ideo & de ip-
ſorum priuilegio & fœlicitate loqui ſatis habuit
imprætientiarum, intelligendum relinquens etiam
alios eadem donandos prærogatiua, qui cum iſtis
in propagãdo Chriſti regno hic primores eſſent.
Nec falſa eſt hæc Chriſti promiſſio, quod Iudas pro
ditor fuerit vnus ex duodecim quibus hæc Chri-
ſtus dixit, quia hæc promiſſio, ſicut aliæ in ſcri-

pturis

Universidad de Deusto
Biblioteca

pturis,præsupponit conditionem,si in eo ob quod A
Ieremi.18. sit promissio perseuerauerint. Vnde per Ieremiam
dicit Dominus: Subitò loquar de gente & de re-
gno,ædificem & plantem illud. Si fecerit malũ
in oculis meis,vt non audiat vocẽ meam, pœniten
tiam agam super bono quod locutus sum vt face-
rem ei. Cæterum Iuda excidente ab hac promissio
ne, saluus tamen mansit duodecim sedium nume
rus. Sicut enim Episcopatũ eius Matthias accepit,
Actor. 1. & hic in eius locum successit annumeratus cum
vndecim reliquis: ita & in prærogatiuæ promisse
Apostolorum collegio ius successit,imò ipse recte
dici potest hic potius quam Iudas cum vndecim
comprehensus fuisse,vt qui coram Deo iam etiam
antequam pro Iuda inter Apostolos annumerare-
tur,verius fuerit Apostolus quã Iudas, quem Ioan
nis 6. Christus diabolum vocat,sicut & re ipsa fuit
reliquis Apostolis annumeratus,priusquam plene
munere Apostolico fungerentur. Porrò Apostoli di
cuntur peculiariter iudicaturi duodecim tribus Is-
rael, non quod non sint iudicaturi etiam reliquas
gentes,sed quia regnum Messiæ peculiariter dicitur
regnum Israel, adeo vt ipsi Iudæi crediderint Mes
siam Israelitarum tantum fore regem, & quia à
Domino delecti fuerunt duodecim Apostoli,veluti
duodecim principes duodecim tribuum Israel,id-
eo peculiariter promittit hos duodecim iudicatu-
ros duodecim tribus Israel. Sed quemadmodum
passim in scripturis per semen Abrahæ & tribus
Iacob significantur omnes gentes in Christũ cre- C
dituræ,ad quas postea duodecim Apostoli primũ
delecti ad prædicandum Israelitis sunt missi: ita &
hic mystice & ex consequenti per duodecim trib.
Israel significantur vniuersæ gentes,ad quas se ex
tendet regnum Messiæ,vniuersis gentibus sub no
mine Israelitarum promissum. Nam & Apostoli
post resurrectionem interrogabant Dominum: Do
mine in tempore hoc restitues regnum Israel, pu-
tantes regnum Messiæ proprie Israelitarum fore
regnum.

ET OMNIS QVI RELIQVERIT DOMVM, VEL FRATRES, AVT SORORES, AVT PATREM, &c.] Postquam aperuit Dominus quæ propria erunt Apostolis,eo quod omnia relinquerant: subiicit etiam quę & reliquis ma P
nent bona,qui etsi non vendunt sua, & dant pau-
peribus,tamen relinquunt sua,idque etiamsi non
omnia cum Apostolis relinquant,sed quædam. Di-
cit enim disiunctiuè;omnis qui reliquerit domum
vel fratres,&c. Quam sententiam Marcus & Lu-
cas per duplicem efferunt negationem: Amen dico
vobis,nemo est qui reliquerit domum, aut fra-
tres,& non recipiat. Et quidem cum Petrus supe-
rius duo diceret,nempe, reliquimus omnia, & se-
cuti sumus te,Dominus primum respondit ad il-
lud quod in illis duobus erat præcipuum,& inquo
alterum includebatur, dicens: Vos qui secuti e-
stis me, iam vero respondit ad alterum,dicens: om E
nis qui reliquerit, quia eos etiam complecti vo-
luit,qui ipsum non sicut Apostoli corporaliter se-
qui possent. Quoniam autem relinquẽte sua vel
suos, non est apud Deum laudabile & meritorũ,
nisi fiat ob causam & finem bonũ, ideo apud Mat-
thæum quidem additur, propter nomen meum,id
est,propter me aut amore mei: apud Marcum vero
præter illud, propter me, etiam additur, & pro-
pter Euangelium hoc est propter Euangelii præ di
cationem, aut potius vt Euangelicam obseruet do
ctrinam. Lucas verò ait,propter regnum Dei,scili-
cet assequendum. Itaque ex hac varietate disci-
mus, quare & quomodo terrena vel amici sint re-
linquendi, scilicet ex amore Christi, vtque secun-
dum eius doctrinam melius viuatur, & regnum
Dei possit obtineri. Occurrit tamen hic quæstio
quomodo inter ea quæ rectè propter Christum re
linquuntur, etiam vxor numeretur, cum non li-
ceat homini vxorem dimittere propter desiderũ
perfectioris vitæ. de quali dimissione tamen Petrus
dixit: Ecce nos relinquimus omnia. Dicendũ est, ꝙ
quamuis Petrus locutus fuerit de dimissione om-
nium propter desiderium perfectioris vitæ, Domi-
nus tamen suam doctrinam extendit non tantum
ad eos qui ad instar Apostolorũ sua vel suos relin-
quunt propter perfectionem assequendam, sed e
tiã ad eos qui relinquunt propter conseruandã vi- B
tam spiritualem, & gratiã Christi, quam conser-
uare non possent, nisi suorum derelictione. Nam
dupliciter contingit hominẽ relinquere sua vel
suos. Aut propter melioris vitæ frugem & perfe-
ctionis desiderũ. & sic non licet dimittere vxorẽ
nisi consentientem, imo nec parentes aut filios, si
nostra indigent cura. Aut propter ipsam vitam spi
ritualẽ conseruandã, hoc est, vt à gratia Christi
habita non excidamus. & sic quemadmodum do-
mus & agri sunt relinquendi, dũ persecutor fidei
ea eripit: & parentes & filii sunt relinquendi, dum
impedimentũ præbent fidei & vitæ Christianæ. ita
& vxor. Quemadmodũ enim cum dixit Dominus:
qui perdiderit animam suam propter me, inueniet
eam, non hoc dixit vt nosipsos interimamus, sed
vt ipsi etiam animæ nostræ, fidem quæ in illum est
& amorem præponamus. ita & nunc dicens: Qui
reliquerit vxorem, non hoc dixit vt nuptias peni-
tus diuidat, sed vt ipsi quoque coniugi præpona-
mus & ipsum, & Euangeliũ, & regnum Dei. pro-
mittit autẽ duo Dominus relinquentibus sua vel
suos propter regnũ Dei, dicens: Centuplum ac-
cipiet, & vitam æternam possidebit. Hæc enim
esse diuersa, & ad idem non posse referri, vt poste-
rior pars prioris sit expositio & declaratio, patet
ex Marco & Luca, qui priorem partem significant
pertinere ad præsens seculum, posteriore vero ad
futurum. Marcus enim habet, qui non accipiat cẽ-
ties tantũ nunc in tempore hoc, & in seculo futu-
ro vitam æternam. Similiter & Lucas, nisi quod
pro centies & centuplum, habet multo plura, ni-
mirum exponens quid numero illo finito significa
batur à Domino. Quod autẽ qui propter Christũ
se & sua relinquunt, centuplũ, hoc est, multo plu-
ra recipiunt etiam in hac vita, primum sic declara-
ri potest, quia pro temporalibus accipiunt spiritua
lia charismata, quę longè superant quęuis terrena:
accipiunt & internas cõsolationes, & animũ paca-
tissimum, quo ex omnibus huius mundi bonis vo
luptatem capiunt, & modicis illis quæ in vita præ
sente Dominus illis dederit, infinito maiore cum
voluptate vtuntur, quam antea vtebantur his quę
relinquerunt. Hæc tamen declaratio non suffi-
huic loco. Nam Marcus explicaturus quomodo cẽ
tiens tantum in hoc tempore sint accepturi, subii-
cit, domos, & fratres, & sorores, & matres, & fi-
lios, & agros. Id autem quàm sit verum, patet
& in Apostolis, & in omnibus qui propter Chri-
stum sua syncere relinquunt etiam hodie. Apostо-
lis enim omnium fidelium domus erãt apertæ eo
rumque agri eis fructum ferebant, adeo vt dixe-
rit

rit paulus: Tanquam nihil habentes, & omnia pos- A
2. Cor. 6. sidentes. & Psalmista: Mansueti hæreditabunt ter
Psal. 36. ram, & delectabuntur in multitudine pacis. Et Aug.
frequenter citat eam sententiam veluti ex veteri te
stamento, in quo reperitur apud Septuaginta: Fide
lis hominis totus mundus diuitiarum est. sic & A-
postolis multi fuerũt fratres, sorores, matres, & filii,
quia omnes fideles eis fuerunt loco fratrum, soro-
rum, matrum, & filiorum, vt qui affectu frater-
no eos prosequebantur, & curam omnem ac sub-
uentionem eis impenderunt. quodq; omnium ma-
xime est mirabile, habebant hæc omnia cùm perse-
cutionibus, hoc est, cum à fidei inimicis perfecu-
tiones varias sustinerẽt. Hoc enim addidit Marcus B
ad exaggerationem. Auget enim admirationem, ꝙ
etiam in mediis ipsis persecutionibus hæc sint ha-
bituri, quando metuere possent ne omnibus desti-
tuerentur auxiliis & solatiis. Sunt tamen qui intel-
ligunt illud, cũ persecutionibus, additum velut
partem beneficii quod his promittitur, quia inter
dona Dei etiam est, posse pati pro Christo, secundũ
Phil. 2. illud Pauli: Vobis datum est pro Christo nõ solum
vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini.
Vnde Apostoli ibant gaudentes à conspectu consi-
lii, quod digni habiti essent pro nomine Iesu cõtu-
meliam pati, vt scribitur Actuũ 5. Ex prædictis pa-
tet, quomodo hic locus nõ patrocinetur errori Mil
lenariorum, qui tamen teste diuo Hieronymo hoc C
loco vti solebant in confirmationem suæ senten-
tiæ, qua ex loco Apocal. 20. de mille annis malè in-
tellecto; asseruerunt Christũ post resurrectionem
in terris regnaturũ cum sanctis mille annis, existi-
mantes tunc implendum quod hic promittitur iu-
stis de centupla remuneratione, post quam secutu-
ra esset in cœlis vita æterna. Verum secundum hũc
intellectum nimis carnalem sequeretur, quòd qui
vnam reliquisset vxorem, tunc centum esset habitu
rus, cum Dominus dicat, quod in resurrectione ne-
que nubent, neque nubentur. Marcus autem dicit
quod hoc tẽpore centuplũ sint accepturi. Quod si
dicere velint de tempore quod in terris fit agendũ
post resurrectionem illud dictum esse, obstat quod
Marcus dicit, nunc in tempore hoc, &c cum per-
secutionibus.

MVLTI AVTEM ERVNT PRIMI, &c. Hæc sententia indistincte posita a Domino, valde varie a diuersis accommodatur proposito Domini, vt variis modis explicari possit. At cum sequens a-
pud Matthæum parabola adiuncta sit pro senten-
tiæ istius explicatione, cum ea parabola simul tra-
ctari debet, atque ex ea intelligi & quis sit huius sẽ
tentiæ sensus, & quorsum a Domino sit dicta, pro-
inde hic ab eius tractatione supersedemus. Hoc tã-
tum hic annotandum, eam sententiam sic ordinan-
dam: Multi autem primi erunt nouissimi, & nouissi
mi erunt primi.

PROPONITVR PARABOLA DE OPERARIIS IN VINEAM conductis. MATTHÆI 20. CAP. CI.

*SImile est enim regnũ cælorum homini patri familias, qui exiit primo mane conducere opera
rios in vineam suam. Conuentione autẽ facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in
vineã suam. Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis.
Ite & vos in vineã meã, & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autẽ abierunt. Iterum autem
exiit circa sextam & nonã horam, & fecit similiter. Circa vndecimã vero exiit, & inuenit alios stan-
tes, & dicit illis: quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis: Ite & vos
in vineam meã. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, &
redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimã
horã venerant, acceperunt singulos denarios: venientes autẽ & primi, arbitrati sunt quod plus esset ac cepturi, acceperunt autẽ & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabãt aduersus patrẽfamilias, di
centes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus.
At ille respondens vni eorũ dixit: Amice, non facio tibi iniuriã, nonne ex denario conuenisti mecũ? Tolle
quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut nõ licet mihi quod volo fa
cere? An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi
enim sunt vocati, pauci vero electi.*

SIMILE EST ENIM REGNVM COE- D
LORVM HOMINI PATRIFAMILIAS QVI EXIIT, &c. Parabolam hanc, quod ad lite-
ram attinet, satis claram, vice explicationis subie-
ctam esse illi propositioni (quam in præcedentibus
cum Matthæo etiam Marcus posuit) Multi autem
erunt primi, &c. certissimum est, quemadmo-
dũ patet tum ex ꝙ Græca habent coniunctionem
causalem, γάρ, vt sit: Simile est enim regnũ cœlorũ
quomodo & reperi in duobus codicibus Latinis
descriptis manu: tũ ꝙ in fine parabolæ repetẽdo sẽ
tẽtiã, cui explicãdæ seruit parabola, dicitur: Sic erũt E
nouissimi primi & primi nouissimi. Habita est au
tem hæc sententia & supra apud Lucam c. 13. in c.
Concordiæ 90. vbi certum est quid ea Dominus
significare voluerit, nẽpe gentes in regno cœlo-
rũ præferẽdas Iudæis, cosq; qui hic nouissimi sũt
habiti, & ab hominib. despecti, in nouissimo die fo
re primos; & contra qui nunc primi habentur, tũ
fore nouissimos. Dixit enim illud tum Dominus,
occasione eius quod dixerat gentes in regno Dei
coniungendas patriarchis, filios autem regni expel
lendos foras. In hoc sensu intellecta etiã hoc loco
cadẽ sententia optime cohæret præcedentibus. Apo
stolis enim se sequẽtibus eximia quędã promiserat
Dominus, & omnibus qui propter ipsum sua reli-
querũt, & persecutiones paterentur. Itaque ne ta-
les quoniã in mũdo despiciũtur animũ despondе-
rent, dicit multos qui primi hic vidẽtur, ibi fore po
stremos, & contra qui nũc humiles, nihilq; vidẽtur
hominibus, ibi fore primos, significans Scribis &
Pharisæis præferendos meretrices & publicanos
credentes. Iudeis, Ethnicos: diuitibus & honoratis,
pauperes & abiectos. Verum huic intelligentiæ nõ
videtur cõuenire ipsa parabola, quæ significare vi-
detur nouissimos æquandos primis, & primos
nouissimis in nouissima retributione. Vnde sunt
qui quod Dominus post parabolam pro eius ap-
plicatione subiicit: Sic erunt nouissimi primi, &
primi nouissimi, sic intelligunt: Nouissimi erunt
ranq

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam primi,& primi erunt tanquã nouissimi, A hoc est,nulla erit inter primos & nouissimos ratione prioritatis & posterioritatis differentia, sed omnes eandem accipient; mercedem, fœlicitatem scilicet æternam. In quo sensu si accipiatur ea sẽtentia quæ parabolam præcedit: Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi, (certum enim videtur eodem modo hanc accipiendam quo eam quæ ponitur post parabolam, cum ea sit repetitio eius quæ parabolam præcedit) iam dicendum eam sententiam ideo subiunctam esse illis quæ apud Matthæum & Marcum præcedunt,vt ne qui post Apostolos in posterioribus temporibus vocandi essent,aut qui in vltimis vitæ suæ diebus ad fidem venissent, desperarent se posse assequi ea quæ Dominus tum Apostolis promiserat: aut ne Apostoli ipsi putarent se patriarchis & prophetis fore inferiores. Cæterum in eo sensu quo B quidam intelligunt post parabolam,illud: Sic erũt nouissimi primi, &c.non facile reperiatur aliquis qui intellexerit illud quod est ante parabolam,Multi autem erunt primi nouissimi, &c.cùm non satis id patiatur loquendi modus. Non enim dicuntur omnes primi fore nouissimi, sed multi primi, cum secundum eum sensum quem ex parabola quidam intelligunt in sententia quæ parabolam sequitur,dicendum fuerat,omnes autem primi erunt nouissimi, & omnes nouissimi primi. Deinde quo minus in eo sensu accipiatur sententia hæc ante parabolam posita,& proinde etiam illa C quæ sequitur parabolam, obstat similis locus Lucæ,cum omnino verisimile sit hanc sententiam accipiendam esse hoc loco, quomodo apud Lucam. Præterea illi intelligentiæ quam quidam intelligũt in illo: Sic erunt nouissimi primi; non conuenit quod pro declaratione & probatione subiicitur. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi, Quid enim hæc causalis propositio facit ad probandum illud,Sic erunt nouissimi primi,si sensus est: Sic erunt nouissimi pares primis, & primi pares nouissimis? Nam quod Caietanus existimat, mirabilem illam dispositionem Dei inter electos nouissimos & primos, comprobari & declarari ex alia mirabili dispositione Dei inter electos & vocatos, vt quomodo per gratiam Dei sit vt inter D multos vocatos quidam sint electi præ aliis: ita per eandem significetur fieri vt electi nouissimi pares fiant primis, nimis videtur coactum:sed omnino ex reddita illa ratione datur intelligi, quod hi qui ex primis dicuntur fututi nouissimi, sint de numero vocatorum, sed non electorum, quodque ideo multi primi futuri sunt nouissimi, quia multi vocati, pauci vero electi. Sed huic sensui, vt dictum est videtur obstare parabola, quòd hæc talibus loquatur primis factis nouissimis, qui eandem tamen cum nouissimis factis primis consecuti sunt mercedem. Vnde per primos qui facti sunt nouissimi, non videnE tur intelligi posse in parabola hi qui cùm in hoc mundo primi viderentur & haberentur,deprehendentur in nouissimo die esse vltimi,excluſi scilicet à sanctorm gloria. Omnes enim patres intelligunt in parabola significari Deum in variis tum mundi,tum vitę humanæ ætatibus electos suos vocare: in nouissimo tamen die eos qui circa finem mundi,aut circa finem vitæ suæ vocati sunt ad vineam, idem præmium accepturos cum his qui à mundi exordio,aut à pueritia sua vocati sunt, & bonis operibus vacauerunt.Proinde D.Chrysosto. sentiens illud quod post parabolam dicitur:Sic erunt nouissimi primi, &c.non posse habere alium sẽsum,quàm habet ante parabolã,& quàm habet similis sententia apud Lucam, propter illud quod sequitur:Multi enim sunt vocati, &c.& tamen illi intelligentię non conuenire parabolam,dicit illud, Sic erunt nouissimi primi,non esse applicationem parabolæ,nec ex parabola concluſum esse,sed hoc significatum,ꝙ quemadmodum nunc contigit vt præter spem & contra opinionem omnium æqualem omnes mercedem acciperent: sic maius illud atque mirabilius,vt primi vltimi fiant, & vltimi primi,euenturum.Aliud igitur hoc est, aliud illud. Verum non aliud Dominum voluisse significare per parabolam,quam illud quod posteam subiecit: Sic erunt primi nouissimi, patet satis ex eo quod post illud.Multi autem erunt primi nouissimi,Dominus per coninnctionem causalem parabolã sub iecit,dicens:Simile est enim regnum cœlorum, vn de cum post parabolam etiam repetatquod prẽmi sit, dubium esse non potest parabolam productam ad declarandum id quod concludendo infertur: Sic erunt nouissimi primi,& primi nouissimi.Ergo cum ex præcedentibus sit manifestũ quis sit illius sententiæ quæ & ante parabolã ponitur,& post parabolam repetitur sensus, nempe is qui in eadem sententia est apud Lucam,& rursum sit manifestũ parabolam hanc assumptam à Domino, ad sententiæ illius declarationem, certũ est alium esse scopum à Domino per parabolam primò & principaliter intentum,quàm eum qui cõmuniter in illa à Domino intentus intelligitur. Scopus itaq; a Domino in parabolæ propositione præcipue intentus videtur is esse, vt ex ea de qua agitur in parabola, benignitate patris familias,quia hi qui in vineam laboratuti venerant nouissimi,sic facti sunt primi, vt & prius quam alii mercedem reciperent,& maiorem quã vel ipsi vel alii existimauerunt: qui verò primi venerant,sic facti sunt sine omni iniustitia nouissimi,vt & postremo loco mercedem suam reciperent,& minorem acciperent quam speraueruntintelligamus etiam in nouissimo die cum finis erit huius diei in quo operari licet in vinea domini,ex Dei benignitate futurum, vt qui hîc reputati sunt nouissimi,tunc præferatur his qui hîc habiti sunt primi in vinea Dei laboratores,vtq; contra sine omni iniustitia & iusta quęrimonia qui hic primas tenere visi sunt, tunc postremas teneant, hoc est, vt apostoli & abiecti homines Scribis & Pharisæis præferantur, & gentiles Iudæis, qui & primò vocati fuerunt à Domino,vt primas partes in vinea Dei & regno cœlorum sibi vindicauerũt. Hunc autem parabolæ scopum animo retinentes, quicquid eorũ quæ in parabola ponuntur aliquid facit ad id quod per parabolam intenditur, diligenter est aduertendũ:reliqua verò prætereunda sunt, velut quæ tantum propter exempli, vnde sumitur parabola.cõmodam narrationem sunt posita. In parabolis enim(inquit D.Chrysosto.& alibi & hoc loco) non oportet nimia in singulis verbis cura perangi.Sed cum quid per parabolam intendat dicerimus,inde vtilitate collecta, nihil vlterius anxio est conatu inuestigandum. Hæc ille. porrò parabola satis est manifesta, quod ad literam attinet,vt non sit opus circa eam annotare nisi pauca quædam, quorum illud vnum est, quod ea locutio, Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias,

Regnum cœlorum

Hora Iudæorum.

lias,sic est intelligenda,quomodo de similibus superius aliquoties est dictum,vt sit scilicet sensus: Simile quid accidet in regno cœlorum, qualè est quod fecit quidam paterfamilias, &c. Itaque non est dicendum regnũ cœlorum hic accipi pro Christo,aut gratia Euangelica,vt vult Lyra,sed pro eo quod proprie significat,nẽpe pro regno illo Christi,quo partim in terris regnat per fidem, & partim in cœlis per gloriam,hoc est, pro Ecclesia partim in terris militante,& partim in cœlis triumphante.Vtrumque enim statum oportet nomine regni cœlorum hic comprehendi,quia operari pertinet ad statum præsentem,merces autem ad futurum.pro intellectu autem horarum quibus dicitur paterfamilias vocasse operarios,& misisse in vineã, sciendum quod apud Iudæos horarum initium cœpit ab exortu solis,vt prima hora fuerit quæ ab ortu solis prima fuerit: vndecima,quæ occasum solis proxime præcessit.Deinde quemadmodum nox diuidebatur apud eos in quatuor partes quæ vigiliæ vel custodiæ dicebantur:ita & dies in quatuor æquales partes diuidebatur.Hinc est quod paterfamilias fingitur mane hora tertia,hora sexta & nona,tanquam præcipuis & æqualibus diei partibus, vocasse operarios. Iam quare cum primis conuentio facta dicitur ex denario diurno, satis patere potest ex his quæ superius sunt aliquoties dicta. Nã, vt dictum est in capite Concordię 48.denarius nũmisma Rꝰmanorum drachmam valebat Atticam, decimam scilicet partem coronati,hoc est, tres solidos & semissem, vel, vt nos loquimur, tres stuferos cum medio, quantum & hodie ferè diurnæ operæ merces esse solet.Itaque denarius diurnus dictus est, denarius qui pro diurno labore pendetur: sicut annuum stipendium,quod pro annua seruitute datur.Græcè autem clarius est,ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν.Vbi in accusatiuo τὴν ἡμέραν,subintelligitur κατὰ,vt sit sensus: ex denario per diem, id est, per singulos dies aut dietim.Cæterum in eo quod dicitur: An oculus tuus nequam est,&c.notandũ quod oculus nequam iam non accipitur quemadmodum Matthæi 6.& Lucæ 11.in illo parabolico Christi sermone: Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ibi enim oculus nequam dicitur oculus vitiatus. Hic verò oculus nequam pro inuido & illiberali accipitur,id que phrasi Hebræa.Solent enim Hebræi oculum bonum pro animo liberali & benefico ponere, & malum pro parco & inuidenti,quod oculus inuidi torqueatur ex alterius conspecta fęlicitate.Prioris exemplum habetur PROVERBIORUM 22. vbi pro eo quod interpres noster recte vertit:Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur; Hebræa habent, Bonus oculo, vel, Bonus oculus benedicetur,hoc est,is qui commouetur facilè ad misericordiam conspecta alterius miseria.vnde sequitur: De panibus enim suis dedit pauperi.posteriotis exemplum est PROVERBIORUM 23. vbi pro eo quod nos habemus: Ne comedas cum homine inuido; Hebræa habent: Ne comedas cibum oculi mali.Sic & Ecclesiastici 31.cùm Sapiens ab inuidia dehortatur: Super mensam magnam sedisti?non aperias super illam faucem tuam prior. Non dicas, multa sunt quæ super illam sunt: Memento quoniam malus est oculus nequam, hoc est, oculus inuidus.Itaque & huius loci sensus est. An tu inuidia commoueris ob id quia ego bonus sum, & mea benignitas cruciat tuos oculos? His circa literam annota

Mystica tractatio.

tis, ad mysticam parabolæ tractationem secundũ præfixũ scopũ deueniendum est. Itaque per parabolam significatur Deum esse veluti patremfamilias qui vineam habeat, Ecclesiam scilicet sanctorum, quæ in scripturis per vineam sæpius significatur. vt: Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam. &c. In quam vineam *Psal. 79.* quoquo tempore non cessat vocare promissis præmiis operarios, qui eam excolant. Excolunt autẽ eam quotquot doctrina aut vitæ exemplo alios ædificant, aut suæ saltem animæ curam gerunt, vt fructum bonorum operum ædant. Vbi notandum quod in vineam Dei nemo vocetur, nisi vt sit in ea operarius, nec quisquam in eam venire possit, nisi vocetur. Per primò vocatos Iudæi designantur, qui & olim à Moysis tempore vocatifuerunt, & deinde etiam ante gentes Euangelicam prædicationem audierunt: per eos autem qui hora tertia, sexta, nona & vndecima vocantur, gentes quas post Iudęos diuersis vicibus & temporibus non cessat, nec cessabit Deus vocare, quamdiu dies huius seculi fuerit in quo licet operari. In his autem notandum, quàm pulchrè exprimatur persona benignissimi patrisfamilias Dei, vt qui nos quærat excitetque otiosos.Deinde notandum,quod quanquam nullo tempore cessset Deus quos vult vocare,tamen certis quibusdam temporibus secundum sapientiæ suæ dispositionem vocat efficacius & apertius, mittens insignes aliquot prædicato C res, qui vitæ mirabili sanctimonia & doctrinæ claritate mundum ad se trahant:ideoq; recte intelligitur non proponi in parabola patremfamilias,qui semper maneat in foro ad cõducendũ operarios, sed eum qui certis horis,omnibus tamẽ quibus foD licito alicui patrifamilias congruere potest, egreditur ad conducẽdum operarios.Quod autem primò vocatis certum pretium est promissum, cuius spe ad culturam vineę accesserunt: his vero qui postea vocati sunt,non est certum PRETIUM constitutum,sed dictum est,quod fuerit iustũ dabo vobis;recte intelligitur significare,Iudęos plane veluti mercenarios Deo seruisse:gentes vero magis illius confisas gratię quàm Iudęos.propter quod etiam prælatæ Iudæis non suo quidem merito, sed solo Dei beneplacito significantur,dũ nouissimi dicuntur à patrefamilias sic prælati primis, vt & reciperent ante illos mercedẽ, & mercedem longe excedentem laborem, cum illi tantum pactam & debitam reciperent.Illo enim significatur,tũ quod gentes ex causa mutandæ essent in caput, primosque habendos qui nouissimi venerunt in vineam Dei: tum quod mercedem acceptureessent labores longe excedentem,fœlicitatem scilicet vitæ æternæ,cùm Iudæi tantum mercedem temporalem eis promissam consequantur. Quanquam ergo in parabola nouissimi & primi eandem dicantur accepisse mercedem,nempe denarium,non tamen in re per parabolam significata intelligendum nouissimos & primos eandem accepturos à Deo mercedem,sed hoc tantum intelligendum est significari quod dictum est: id vero quod non conuenit scopo intento omittendum est, tanquam tantum cõueniens ipsi humano exemplo. Itaque nec inquirendum est quid per denarium mysticè significetur, cum non ad hoc tendat parabola, vt intelligamus eos qui per nouissimos significati sunt,eandẽ accepturos mercedẽ cũ his qui per primos significantur,sed tantũ vt intelligamus nouissimos

futu

Universidad de Deusto
Biblioteca

futuros in nouissimo die primos, & Dei id beni- A gnitate & beneplacito euenturum sine cuiusquã iniuria. Non enim hi qui in nouissimo die dicũtur ex primis futuri nouissimi, etiã erũt in sanctorũ numero, sed reiecti foras, vt patet ex eo Lucæ loco, vbi hæc sententia etiã ponitur. Sic & Matthei. 5 .is qui dicitur minimus futurus in regno cœlorũ, non vtique erit in gloria regni cœlestis: & cum Matthæi 21. dicuntur Publicani & meretrices præcessuri Pharisæos in regno Dei; non significatur Pharisæos etiam fore beatos, quãquã infra beatitudinem Publicanorum, sed Publicanos salutem consecuturos, reiectis Pharisæis. Quod autẽ in parabola primi murmurant aduersus patremfamilias ob gratiam nouissimis factã; significat Iudæorũ æmulationem & inuidentiam, qua & in principio inuidebant gentes præferri sibi, aut æquari in gratia Dei, & in nouissimo die indignè ferent sibi præferri gentes in fœlicitate, Deo tamen illis interim respondente & manifestante, gentes sua gratia & beneuolentia tanto præmio donatas: illis autẽ non esse cur quærãtur, cũ & ipsi acceperint qđ ipsis promissum fuit, & cuius gratia Deo seruierunt. Hoc enim significat respõsio patrisfamilias, quem notãdũ est plus gratiæ fecisse illis qui minus de operibus suis gloriari poterant, omnino autem nihil gratiæ illis qui de operibus & laboresuo maxime gloriabantur, non vt intelligamus magis à Deo coronandos qui minimè sunt operati, sedq in illos Deus benignior sit futurus, qui gratiæ ipsius magis confisi de operibus suis minimè confidunt: illos autem illius gratiæ qua vita æterna datur fore expertes, qui tantum in proprijs cõfidũt operibus. Notandum & illud, quod quanquam merces nouissimorum excesit illorum & aliorũ opinionẽ, nullis tamẽ merces datur nisi qui operati sunt, nec quisquam operarius sua caret mercede. Hinc ergo & nobis discendum, non debere nos otiosos esse in vinea Domini, si velimus benignitatem illius in nos experiri, sed strenuè operibus bonis vocandũ, nec tamẽ de his ita confidere: vt non magis gratiæ Dei confidamus. Quaquã enim dicta sit hæc parabola, potissimũ ad significandum gentes præferendas Iudæis, simul tamẽ in genere docemur, eos qui hic primas partes tenere in Ecclesia Dei videntur, plerumque futuros postremos in remuneratione: qui vero multorum & suo iudicio sunt nouissimi, tunc fore primos, vt & nos hinc discamus nosipsos deprimere & diuinæ gratiæ necessitatẽ agnoscere. Hæc videtur genuina, & intentioni Christi accommoda parabolę huius tractatio, cui bene cõuenit qđ in fide additur à Domino: Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Quo declaratur, quomodo fiat vt multi primi fiãt nouissimi, nimirũ quia etsi sint vocati, nõ tamẽ sunt electi: quemadmodũ inter operarios vineæ, non oẽs vocati fuerunt sic accepti & electi, vt visum fuerit patrisfamilias suam in illos gratuitã munificentiã effundere. Quoniam autem parabolæ plereq; sic dictæ sunt à Domino, vt variis possint modis explicari, & variis possint vsibus seruire, & quia scripturæ fertiles sunt sub eisdem verbis varia vtiliter significantes, nõ est reiicienda cõmunis illa parabolæ huius tractatio, etsi primo & præcipuo Domini scopo non ita cõueniat, qua intelligitur significari, hac parabola primos & nouissimos eadẽ donandos fœlicitate, nec quicquã istis obfuturum, quod nouissimi sint vocati; aut illis ideo melius futurũ, quia primi vocati fuerunt. Secundũ quam intelligentiã: per denarium rectè intelligitur ipsa æternæ vitæ fœlicitas, quæ eadem omnibus dabitur, etsi non æqualiter, idque à procuratore domini vineæ, hoc est, à Christo, qui veluti procurator est regni patris cœlestis, & ad cuius voluntatem, cũ aduenier vespera huius seculi, Christus vocabit omnes cultores vineæ paternæ ad iudicium suum, vt reddat omnibus mercedem vitæ æternæ. Secundum hanc autem parabolæ tractationẽ dupliciter explicatur quid significetur per eos qui diuersis horis sunt à patrefamilias vocati. Quidam enim horas illas diuersas referunt ad diuersas mundi ætates, vt primo mane vocati intelligantur homines ab Adam vsque ad Noe, hora tertia à Noe vsque ad Abraham, hora sexta ab Abrahã vsque ad Moysem, hora nona à Moyse vsque ad Christũ, hora vndecima à Christo vsque in finem mundi. cui conuenit quod Ioannes dixit iam nouissimam esse horam. Alii verò horas diuersas referunt ad diuersas vitæ humanæ ætates, vt primo mane vocati intelligantur qui in pueritia: hora tertia, qui in pubertate Deo seruire cœperunt: hora sexta, qui matura ætate suscipiunt iugum Christi: hora nona, qui iam declinant ad senium: vndecima, qui vltima senectute aut in fine vitæ suæ vocantur, quemadmodum latro in cruce. Prior explicatio magis conuenit scopo Christi, quia secundum eam etiam significatur gentes æquandas Iudæis, quod non longè abest ab eo quod Dominus præcipue hic intendit. Posterior vero explicatio magis conuenit narrationi parabolæ, quia quo quis tardiori vitæ suæ ætate vocatur, hoc operatur in Domini vinea minori tẽpore: non autem quo quis in posterioribus mundi ætatibus vocatur, hoc minori laborat tempore. Secundum has parabolæ explicationes, per hoc quod primi dicuntur murmurasse aduersus patremfamilias, intelligendum est, tantum significari tantam fore Dei gratiam erga gentes, & eos qui in fine vitæ suę incipiunt rectè viuere, vt hinc secundum humanum morem posset in primis oriri aliqua indignatio. Deum tamen omnibus persuasurum & ostensurum se nulli facere iniuriam. Reliqua quę pro huiusmodi parabolæ faciunt tractatione licet intelligere ex prima tractatione. Non enim etiam secundum posteriores illas explicationes parabolæ, singula sunt curiosè accommodanda rei per perabolam intellectæ, sed quantũ conuenit illi rei. Quomodo itẽ sententiæ illæ duæ quæ parabolam sequũtur, sic explicari possint, vt cum parabola hæreant vtcunque secundum posteriorem eius tractationem, ex prædictis intelligi satis potest.

B C D E

Finis Tertiæ Partis Commentariorum, quæ continet explanationem capitum Concordiæ quadraginta vnius, hoc est, Actæ tertii anni Christi, vsque ad resuscitationem Lazari.

CORNELII

IANSENII EPISCOPI GANDAVENSIS

COMMENTARIORVM IN SVAM Concordiam, ac totam Historiam Euangelicam.

PARS QVARTA ET VLTIMA,

Continens à Resuscitatione Lazari, ea quæ ad Passionem & Resurrectionem Christi pertinent.

LAZARVS RESVSCITATVR. Ioannis XI.

CAPVT. CII.

ERAT autem quidem languens Lazarus a Bethania de castello Mariæ & Marthæ sororis eius. Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Iesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariã & Lazarum. Vt ergo audiuit, quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc dicit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterũ. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebãt te Iudæi lapidare, & iterũ vadis illuc? Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mũdi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux nõ est in eo. Hæc ait, & Post hæc dixit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autẽ Iesus de morte eius, illi autẽ putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniã non eram ibi, sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, vt moriamur cũ eo. Venit Itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentẽ. Erat autẽ Bethania iuxta Hierosolymã, quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi. Maria autẽ domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus, sed & nũc scio, quia quæcũque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus: resurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternũ: Credis hoc? Ait illi: Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Et cum hæc dixisset, abijt, & vocauit Mariam sororem suam silentio: Dicens: Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit surgit citò, & venit ad eum, nondũ enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha, Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia citò surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum: vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit, Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci * facere, vt hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Domine iam fœtet, quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniã si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem: Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me: ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat dixi, vt credant quia tu me misisti. Hæc cùm dixisset, voce magna clamauit. Lazare, veni foràs. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum: quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.

* nati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERAT AVTEM QVIDAM LANGVENS LAZARVS A BETHANIA, &c.] Post ea quæ in Concordia iam posita sunt ex Matthæo, Marco & Luca, sequitur apud hos tres Euangelistas, quomodo Christus instante paschate ascenderit per Iericho Ierosolymam, eámque ingressus sit honorificè insidens asino. Ante quæ iam necessariò inferendum erat caput Ioannis vndecimum, continens historiam resuscitationis Lazari, & secessum Christi occasione inuidiæ ex miraculo natæ. Nam ante ea quæ ex tribus aliis Euangelistis iam sunt posita, non potest videri contigisse hæc resuscitati Lazari historia, cum & hanc circa pascha contigisse testetur Ioannes, & post ascensum, illum in Ierusalem, cuius reliqui tres meminerunt Euangelistæ, certum est eam non contigisse, cum & Ioannes eum ascensum mox post resuscitationem Lazari contigisse commemoret. Hanc autem resuscitati Lazari historiam, cum sit celeberrima, reliqui tres prætermisisse videntur ea de causa, quòd studium illis fuerit commemorare ea potissimum quę post traditum Ioannem Dominus fecit & docuit in Galilæa, adeo vt nihil apertè dicant eum egisse vel docuisse in Iudæa, nisi quæ paucis diebus ante mortem ipsius commemorant gesta in Ierusalem. Itaque nec narrauerunt miraculum aquæ conuersæ in vinum, nec miraculum aut paralytici, de quo Ioan. 5. aut cæci nati. Ioannes autem post eos scribens, ea potissimum prosecutus est quæ contigerunt antequam Ioannes, in carcerem mitteretur, & quæ in Iudæa diuersis vicibus contigerũt. Cæterum Dei dispositione factum est vt celebertimũ hoc Christi miraculum circa imminens mortis ipsius tempus fieret, nimirum vt sicut illud impiis Iudæis occasio esset accelerandæ mortis ipsius: ita Apostolis & omnibus fidelibus recens & efficax esset munimen contra imminens crucis scandalum, & futuram eius post triduum resurrectionem faceret credibiliorẽ. Per hoc enim quod Dominus non tantum recens mortuos suscitauit, sed & eum qui quattriduanus fuit in sepulchro, credibilius factum est ipsum etiam post triduum resurrecturum, & resurrexisse. Habet autem historia in hunc modum: Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello scilicet aut potius vico Mariæ & Marthæ sororum eius. Porro incertũ an Bethania dicatur castellum Mariæ & Marthæ, quod hæ sorores fuerint vici huius aut pagi dominæ, an quòd illinc essent oriundæ, quomodo & cap. 1. Ioãnes Bethsaidam vocat ciuitatem Andreæ & Petri. Quoniam autẽ plures fœminę erant nomine Maria, ne erraremus in nomine, ostenditur quę fuerit Maria de qua loquitur, ex notissima actione: Maria autem, inquit, erat quæ vnxit Dominum vnguento, &c. Quod etsi D. Augustinus dictum putat de ea vnctione quam Lucas scripsit cap. 7. quæ cum hæc gererentur, erat præterita, verisimilius tamen est Euangelistam respexisse ad vnctionem quam sequenti cap. eisdem verbis describit, vt dictum est circa cap. 7. Lucæ in cap. Concordiæ 48. Sequitur: Miserunt ergo sorores eius ad eum; bene scilicet de eius benignitate ob familiaritatem confidentes. Quod enim non ipsæmet Dominum accesserint, effecit nõ contemptus aut neglectꝰ, sed partim fiducia ex ipsius perspecta benignitate collecta, partim quia à luctu & cura fratris detinebãtur. Nihil autem per eum qui missus est precantur, sed tantum fratris ægritudinem exponunt, dicentes tantum: Ecce quem amas infirmatur; hoc ipso declarantes & quàm reuererentur Dominum, & quantum de eius benignitate confiderent, vt quæ non dubitabant quin pro sua in omnes humanitate amico periclitanti succurreret, si vel tãtum amici periculum resciret, & non rogaretur etiam. Non dicunt autem: Ecce frater noster infirmatur; sed, quem amas; nimirũ non nitentes propriis aut Lazari meritis, sed tantum amori & beneuolẽtiæ Christi, neque suorum meritorũ intuitu, sed amicitiæ iure ipsum prouocantes verecundè ad subueniendum, proinde oratione efficacior fuit huiusmodi simplex significatio, perinde enim est ac si dixissent, vt habet Augustinus: Sufficit vt noueris, non enim amas & deleris. Audiẽs autem Iesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem. Quãquam enim mors secutura esset, dicit tamen eam non tenderé ad mortem, siue quòd mors illa non esset sibi mors, sed veluti somnus: siue, quod in idem redit, quia infirmitas illa non perductura erat Lazarum ad mortem talem qualem sorores metuebãt, & qualis esse solet hominum mors, in qua scilicet maneret. Aut quamquam mors fuerit secuta, dicit tamen non esse immissam ei infirmitatem ad mortem, quia ille non fuit præcipuus finis immissæ aut permissæ infirmitatis, sed ille qui sequitur, vt scilicet per mortem ipsius Deus glorificaretur. Si enim finem rei spectauerimus, nẽpe quòd surrexerit quæ iduanus, merito dicemus non fuisse immissam illi ægritudinem ad mortẽ, sed pro gloria, inquit, Dei. Idque explicãs subdit; vt glorificetur filius Dei per eam; quo vel manifestè significauit se Deum esse, cùm pro eo quod dixit, pro gloria Dei, explicãdo subiecit, vt glorificetur filius Dei; aut si nomẽ Dei, cùm dicit; pro gloria Dei, accipiatur pro persona patris; iam significatur saltem eandem esse patris & filij gloriam, ac proinde & eandem substantiam. Nam quorum est vna gloria, eorum necesse est eandem etiam esse substantiam. Porrò hac responsione obscuriori Dominus & consolatus est missos nuncios, vt verbis eius confirmati abirent ad Lazari sorores, & præparauit animos discipulorum ad futuri miraculi magnitudinem, declarando se conscium eorum quæ euentura erant. Ne autem quis existimaret Dominũ tardasse accedere Lazarum, & annuere precibus sororum, quòd parum eis esset affectus, id excludere volẽs Euangelista, subiecit: Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius, & Lazarum; ob eximias scilicet eorum virtutes. Id verò & ob id recte intelligitur additum ab Euangelista, ne putaremus iustorum infirmitates, diuinæ iræ semper esse indicia, nec quis grauatim ferret si etiam Deo amici morbo teneãtur, aut ad tempus videantur à Deo negligi. Postquam ergo Euangelista lectoris animum præmunuit his verbis, subiungit: Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco; in quo scilicet erat, (Græca enim habent; mansit in quo erat loco) duobus diebus, non quidem negligens amici periculum, sed expectans maius ædendi miraculi argumentum, vt scilicet eum tunc resuscitaret, quando nemo negare posset mortuum, nemo etiam eius resuscitationem speraret. Sicut autem non quia non amabat, aut quod sibi timeret, sed propter maiorem gloriæ Dei illustrationem distulit adire ægrum: ita cum iam tempus erat ædendi miraculi, mox instituit iter in Iudæã, atq; ad illud

susciplendum præmonuit iam discipulos, cum id non ita aliàs fecisse legatur, vt quoniam veluti homo sibi metuens declinàsset Iudæorum furorem, declararet modò, se eos non metuere, ac trepidationem ex discipulorum suorum animis tolleret, ne turbarẽtur repentina abitione in regionẽ quam timebant, ideóque quanquam ad Lazarum resuscitandum pergeret, non dicit tamen in principio hanc suæ profectionis causam, sed, Eamus, inquit, in Iudæam iterum. Discipuli autem audito nomine Iudææ, ac ab illa tum Domino tũ sibi ipsis metuentes, (nondum enim acceperant spiritum sanctum, quo & mortem contemnere possent, & dignam de Iesu habere opinionem) dicunt ei: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? verbis quidem præ se ferentes quasi pro Domino solùm essent soliciti, cùm non minus sibi timerent.

RESPONDIT IESVS: NONNE DVODECIM SVNT HORÆ DIEI? &c.] Locus iste valde varie tractatur, quod obscurum sit quorsum hæc sint dicta. Augustinus enim illo, Nónne duodecim sunt horæ diei; intelligit Dominum significare se esse diem, duodecim autem Apostolos esse delectos, veluti duodecim horas diei, & proinde illos debere potius se sequi, quàm suo consilio velle præire, quemadmodum horæ diei seruiunt ac diem sequuntur, vt his verbis intelligatur Domin' redarguere Apostolos, quòd quasi consilium dare voluerint magistro euadendi mortem, quemadmodum & Petrum suprà redarguit à morte auocantem. Iam quod sequitur; Si quis ambulauerit, intelligit à Domino dictũ ad significandum Apostolos meritò ipsum sequi debere, quod sic non sint passuri offendiculum aliquod aut nocumentum. Chrysostomus & Theophyl. dissimulantes satis illud: Nónne duodecim sunt horæ diei; illud quod sequitur; Si quis ambulauerit, &c. bifariam accommodant proposito Domini, aut vt significetur, nihil esset timendũ his qui in luce bonorum operum agunt nullius flagitij sibi cõscij. aut quòd cum qui in luce corporali ambulãt non formidant casum, multo minus sit formidandum his qui in luce spirituali cum Christo ambulant. Quidam post Nicolaum Lyram intelligunt Dominum per illud: Nónne duodecim sunt horæ diei; significasse, fieri posse & spem esse animos Iudæorũ iam esse mutatos, quòd sicut sunt diuersæ diei horæ, sic frequenter etiam in vno die animi hominum non minus instabiles quàm dies, mutentur, existimántque vulgare istud fuisse tempore Christi prouerbium, quemadmodum & nunc passim eo vtimur, cum verisimile sit ex hac illius loci intelligẽtia adagium hoc iam profectum esse. Quidam intelligit per illud: Nónne duodecim sunt horæ diei; significari nondum adesse tempus mortis, iuxta id quod suprà dixit apud Lucam; Hodie & cras oportet me operari, & tertia die consummor; vt perinde sit ac si diceret: Sicut dies suas habet horas, neque finem suũ habet priusquàm omnes eius horæ impleantur, nec hominũ arbitrio fit breuior aut longior: ita & ego tempus habeo præscriptum quo debeam negotium meum peragere, quod nullius malitia potest anticipari, ac proinde non est quod mihi metuatis. Huic intelligentiæ bene conuenit is sensus, quo in sequẽtibus teste Theophylacto quidã per diem intelligunt tempus ante passionem: per noctem vero, tempus post passionem, vt intelligatur significasse Dominus non esse Apostolis periculum quamdiu cum ipso in carne agerent, sed per eius præsentiam immunes fore ab omni iniuria: periculum autem illis fore, cùm ab illis ablatus fuerit, quando ab impiis multa mala passuri erant. Itaque per illud: Nónne duodecim sunt horæ diei; significat sibi non esse periculum ante tempus, per sequentia Apostolos pro seipsis etiam metuentes, securos facit. Loquitur autem suo more Dominus allegoricè, per rerũ corporaliũ similitudinẽ docens quæ erant suo proposito accommoda, & sic docẽs ea, vt tamẽ suis quibus vtitur generalibus sententiis etiam ea doceat quæ nos instruant. Illud enim; si quis ambulauerit in die, &c. etiã hoc significat quod alibi dicit: Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ vitæ; videlicet quod qui Christum spiritualiter fuerint secuti, liberi sint futuri ab offendiculis spiritualibus nempe vitiis: quemadmodũ Apostoli, quamdiu corporaliter cum ipso versabantur, eius præsentia ab omnibus malis corporalibus præseruabantur. Postquam autẽ hoc sermone Dominus Apostolis metũ excussisset aut mitigasset, aperit eis profectionis suæ causam, dicẽs: Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem illum. Quibus verbis ostendit & necessarium esse suum in Iudæã aduentum, cum dicit: Amicus noster; & nõ esse Apostolis metuendũ ab ingressu Iudææ, quod non adiret eam ad prædicandum Iudæis, eósque increpandum, sed amici causa. Mortem autem vocat somnum, quod ab ea tanquam à somno mox esset Lazarus excitãdus: vnde & omnium hominum mors in scripturis somnus vocatur, ob futurã omnium resuscitationem, ideóque tropicè potius quàm apertè loqui voluit, vt ruditatem discipulorum exerceret, & ad agnitionem potentiæ suæ excitaret. At discipuli præ ruditate non intelligentes quod dicebatur, & præ metu Iudæorum vndiq; venantes occasionem abscindendi causas profectionis: Domine, inquiunt, si dormit, saluus ergo erit, nec opus est vt illius causa tu temanifesto obiicias periculo. Solet enim in ægrotis somnus esse redituræ sanitatis argumẽtũ. Tum Dominus nõ seuerè quidem increpauit eorum in intelligendo tarditatem, cùm absurdum satis esset intelligere ipsum locutũ de vulgari somno, (nam quis itinere vnius diei proficiscatur vt quempiam è somno excitet?) sed benigne aperuit quod dixerat obscurius, declarans nihil sibi esse incognitum: Lazarus, inquit, mortuus est. Nec iã adiecit, vado vt resuscitem eum, modestiam scilicet vbique in verbis seruans, & nos seruare docens. Addidit autem, & gaudeo propter vos vt credatis, quoniam non eram ibi. Vbi notandum, eam partem: quoniam non eram ibi; non esse construendam cum verbo credatis, sed cum verbo gaudeo, vt sit sensus: Propter vos gaudeo me ibi non fuisse, vt credatis, hoc est, vt fides vestra in me cõfirmetur, crescat & augeatur. Sic enim vt annotauit D. Augustinus hic debet exponi illud; vt credatis. Nam alioqui iam credebant Apostoli, sed fides eorum augenda erat ex absentia Christi, primùm quia audiebant eum nunciantem ea contigisse quæ à nemine dicerat. Deinde, quia si Dominus adfuisset, aut nõ fuisset mortuus Lazarus, sed eum Dominus mox curasset, aut si fuisset mortuus, mox eum resuscitasset, & non fuisset tantum miraculum, quantum iam fuit, cum quatriduanum resuscitauit. Dicente

Universidad de Deusto
Biblioteca

auté Domino ad Apostolos;eamus ad eum; Thomas videns iam firmitet decretum esse Domino proficisci in Iudæam, dixit & ipse ad discipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo. Legendum enim esse, vt moriamur non autem,& moriamur, & Græca docēt & Latina exemplaria antiquiora. Porrò Beda istud dictum putat à Thoma, ex magna animi constantia,qua paratus mori cum Christo etiam socios sit hortatus vt irent, & si necesse esset etiam morerentur cum Christo.Verùm probabilius est quod habet Chrysostomus, Thomam istud dixisse, eo quod præ aliis imbecillior esset & magis incredulus. Diffidebat enim quod non offenderent, quanquam id Dominus eis promisisset. Et sane vbique vbi Thomæ fit mentio, satis notatur eius tarditas & incredulitas. Non tamen intelligendum videtur, quemadmodū vult Theophylactus, his verbis Thomam voluisse dehortari à comitatu, sed tantum indicare certū periculum quod metuebat,in hunc sensum:Quando omnino visum est Domino iræ in Iudæam, eamus & nos, sed scientes quòd cum ipso simus morituri.Quòd si respiciamus verba Christi quæ Thomas repetit ex parte,apparet cùm dicitur; moriamur cum eo; relatiuum,eo,magis referre Lazarum quàm Christum.Dixerat enim Dominus:Eamus ad eum,Lazarum scilicet.Itaque cùm infert Thomas:Eamus & nos,sensus est: Eamus & nos ad eum, vt moriamur cum eo scilicet Lazaro mortuo, hoc est, accedamus & nos ad mortuum Lazarum, vt eum mortuo etiam moriamur. Proinde non tantū diffidebat ipsos secundū Domini promissioné præseruandos ab offendiculo, sed & Lazarum posse à morte resurgere, quemadmodum postea præ aliis magis dubitauit de Christi resurrectione,vt vel ob id potissimum Ioannes de Thoma istud hoc loco commemorauerit, qui de eiusdem diffidentia circa resurrectionem Domini peculiariter erat scripturus. Hic itaque admirāda rursum Domini benignitas, qui tantam imperfectionem ad tempus in discipulo tulit sine reprehensione. Cæterùm circa illud: Nonne duodecim sunt horæ diei; quæri potest,quod ad literam attinet, quomodo Dominus dicat duodecim esse horas diei,cùm dies quandoque plures,quandoque pauciores habeat. Non enim sufficere videtur quod quidam dicunt istud à Domino dictum circa æquinoctium, quia circa Pascha enim dies duodecim habet horas per vniuersum orbem.Nam ita istud Dominus dixit absolutè,quasi semper dies tot habeat & non plures horas:sed & alibi assignat diei duodecim horas,vt vt in parabola præcedente de operariis in vineam conductis. Itaque quidam nō improbabiliter existimat horas apud Iudæos fuisse inæquales, sic vt semper inter ortum & occasum interesserint horæ duodecim, & nox siue breuissima, siue longissima,totidem horis fuerit distincta. Aut dicēdum est, quod in Iudæa ferè semper dies habet duodecim horas æquales, vt ob id dixerit Dominus absolutè:Nónne duodecim sunt horæ diei? Distat enim Iudea triginta aut paulò amplius gradibus ab æquatore, proinde dies longissimus illis non excedit multū quatuordecim horas, & breuissimus ferme decem saltem horas continet.

VENIT ITAQVE IESVS, ET INVENIT EVM QVATVOR DIES IAM IN,&c.] Quatuor isti dies variè numerantur. Chrysostomus enim primum diem mortis intelligit fuisse eum quo nuntius venit ad Iesum, significans Lazari infirmitatem:& quartum,eum quo post duos dies quibus in eodem loco manserat,Dominus accessit Bethaniam. At quomā dicitur Lazarus non tantum mortuus quatuor dies, sed deprehēsus habuisse quatuor dies,in sepulchro,nec verisimile sit etiam ea die Lazarum fuisse sepultum, qua nuntius venit ad Iesum, melius Euthymius intelligit mortuum quidem fuisse ea die qua nuntius Christum adiit, duos autem dies sepulturæ fuisse eos quibus Dominus mansit in quo erat loco,tertium fuisse quādo dixit discipulis: Lazarus mortuus est; quartum verò,cum aduenit Bethaniā. Caietanus nō improbabiliter putat, tum primùm mortuum fuisse Lazarum, cū Dominus dixit discipulis suis eum esse mortuum,vt duobus diebus quibus māsit in quo erat loco, expectauerit ipsius mortē, ac deinde itinere quatuor vel trium dierum venerit in Bethaniā. Vtvt est, incertum est quo die mortuus vel sepultus fuerit Lazarus:hoc certū, quod in monumento quatriduanus fuerit, cum Dominus appropinquaret Bethaniæ. Hanc Euangelista dicit non longè fuisse à Ierusalem, nempe tantum stadiis quindecim,hoc est,duobus circiter miliaribus Italicis. Nam octo stadia faciunt Italicum miliare,quod scilicet continet mille passus. Idq; ideo commemorat Euangelista vt indicet propter loci vicinitatem mortem Lazari iam facilè cognitam fuisse in Ierusalem, & loci vicinitatem, fuisse occasionem, vt multi ex Ierusalem conuenirent ad consolandum sorores mœstas, Deo ita disponēte, vt mors multis esset cognita, & miraculū multos haberet spectatores,nec pollet aut mors,aut resuscitatio Lazari negari. Indicans ergo Euangelista quorsum descripserit loci distantiam, subiungit; Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo; vnde satis apparet sorores has diuites fuisse & nobiles, multisque etiam ob virtutem charas. Porro quòd Martha & prior audiuit aduētum Domini,& non admonita sorore illi occurrerit, in causa esse potest,quòd ipsa solita sedulitate & sollicitudine obambularet. Nam ideo de Maria dictum peculiariter videtur quod domi sederit. Vnde cùm ad eam primò delatus esset aduentus Christi, non admonita sorore,siue quia festinabat præ nimia cupiditate videre Iesum,sine ne sorore etiam exeūte tumultum concitarent qui ad consolandum venerant, sola occurrit Iesu, flebiliq́ue ac mœsta voce dicit:Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus; quasi dicat:Scio enim quod pro tua tum potentia,tum benignitate,facilè morbum dicto depulisses.His autem verbis etsi testaretur certam & non vacillantem fiduciam potentiæ & bonitatis ipsius,tamen etiam declarauit nōdum perfectam se de Iesu habere opinionem,vt quæ putauerit absentiam eius causam fuisse mortis fraternæ,quasi non & absens curare potuisset si voluisset. Nondum enim credidit esse Deum,sed hominem, eximiè tamen aliis præcellentiorem, quod & patet ex his quæ subiicit: Sed & nunc scio quia quæcunq; poposcteris à Deo dabit tibi Deus. Non enim dicit, facies quæ voles, sed quicquid poposceris accipies, quasi oratione illi opus esset ad æ-

quicquid poposceris impetrabis, etiam si mortuo & sepulto vitam poposceris, sed vtrum periturus sis nescio, quia nec si petere cōueniat,aut peti possit,scio. Conceperat enim aliquā spem ex responsione Christi nuntio data, & tamē ob mortis diuturnitatem dubitabat num fratris resuscitatio tale quid esset quod peti posset aut conueniret à Deo. Modestiæ autem & reuerentiæ fuit, quòd non dixerit,si possibile est aut fieri conueniat,rogo vt velis & poscas à Deo,iudicio scilicet Domini cuncta subiiciens, ac de eius benignitate tantopere confidens, vt non dubitaret fratrem suscitandum,si id à Deo peti posset aut conueniret. Quoniam ergo imperfecta erat fides & vacillans fiducia Marthæ, vt & fidem eius perficeret, & fiduciam confirmaret, ac mœstam consolaretur, primùm dixit ei:Resurget frater tuus.Non dixit,resuscitabo fratrem tuū;tum quod vbique Dominus vitaret suipsius iactantiam, ac modestiam verborum sectaretur: tum quia paulatim volebat animū Marthæ ad miraculi fidē & spem exercere. vnde nec dixit, resurget mox vel modò. Itaque quia medium erat & ambiguum quod dixit, resurget, Martha quæ quod miserè & trepidè sperabat euēturum, etiam timebat ne nō eueniret.Scio,inquit,q resurget eo tempore quo omnes resurgemus, nempe in nouissimo die. Verebatur enim ne quemadmodum nuntiis respondens morbum non esse capitalem, ambiguo responso fefellisse videbatur: ita nunc quoque in illius dictis aliquid lateret, quod spem illius eluderet, vnde hoc suo respōso veluti extorquere studuit de qua resurrectione Dominus loqueretur.Iesus itaq; quo paulatim ad maiora proueheret mulieris huius de se fiduciā & opinionē, & solito suo more arripiens occasionem docendi spiritualia, propter quæ operabatur corporalia miracula:Ego sum,inquit, resurrectio & vita,hoc est fons & auctor resurrectionis & vitę. Non solū autem se resurrectionem dicit,sed etiam vitam, tum vt intelligamus eum nō loqui potissimū de resurrectione cōmuni etiam impiis, sed ea quæ propria erit iustorū & fidelium,quam supra cap.5.Ioannis vocauit resurrectionem vitæ:tum quia nō tantum mortuis in se credentibus sit vitam largiturus in resurrectionis tempore,sed & in presenti tempore vitam eis largiatur æternam.Proinde resurrectionem se vocat & vitā nō quatenus Deus solùm,sed quatenus Deus simul & homo. Sic enim fidelibus auctor est & in futuro seculo resurrectionis vitæ, & in præsenti vitæ spiritualis. Vnde declarare volens quod dixit,subiicit; Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit,morte scilicet corporali,viuet,non solum quia post mortem corporis viuet in anima fœliciter, sed etiam quia tandē secundum corpus resuscitabitur ad vitam beatam,quę sola verè vita est. Et omnis qui viuit adhuc in carne, & necdum mortuus est secūdum corpus,si credit in me, non morietur in æternum, quia habet iam in se manētem vitam æternam,quæ per morte corporis non eripitur, & qua fit vt mors corporis nō tam mors sit dicenda, quàm somnus,vtpote à qua homo sit resuscitandus ad vitā.His ergo ostendit Dominus se non tantum esse resurrectionem, sed esse resurrectionē vitæ,nec simpliciter esse vitam,sed vitam beatam & æternam. Ostēdit item his ipsi Marthæ se non, sicut illa existimauit, opus habere alio adiutorio, nec precibus sibi impetrandam esse mortuorum resurrectionem, quemadmodum sanctis aliis, vtpote qui fons esset vitæ & resurrectionis. Et rursum illi significat quod quemadmodum ratione fidei in nouissimo die omnes fideles etsi mortuos est viuificaturus, imo omnibus illis jam vitam æternam largitur, etiam potest modò mortuum Lazarum resuscitare, si illa hoc credere poteſt. Vnde & de fide eius scisciatur subiungens: Credis hoc? significans si quæ dicta sunt crederet, facilè eam posse & fratris credere futurū resuscitationem, ac fide illam maximè impetraturā fratris resurrectionem,quemadmodum fide in Iesum fideles consecuturi sunt in nouissimo die beatam resurrectionē.Rursum illud ex verbis Domini notandum, quo fine inter alias causas Lazarum aut alios mortuos resuscitauerit, nempe vt ex eo intelligeremus ipsum esse authorē speratæ resurrectionis & desideratæ vitæ.Id enim satis significat,cùm occasione futuræ in Lazaro resurrectionis temporalis, disserit de futura per se beata resurrectione Porrò de fide sua requisita, Martha cùm non satis intelligeret sermonem Domini,& tota intenta esset reuicturo fratri, non admodum aptè respondit ad sermonem Iesu, sed tamen in genere professa est quàm magnificè de eo sentire. Vtique, inquit, Domine, credo sic esse vt dicis. Credebat enim in genere ea vera esse, etsi non perspiceret dictorum intelligentiam. Et addidit:Ego credidi,quia, id est, quòd tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Vbi notandum, quod per præteritum dicat, credidi, vt significaret se iam olim hoc credidisse,aut credidi,pro præsenti,credo, positum est. Nam vt admonuit quidam, in verbis ad affectum pertinentibus præteritum tempus apud Græcos vsurpari solet loco præsentis. γέγηθα,gauisus sum pro gaudeo, ἔδεισα,timui,p timeo. πέπεισα, speraui pro spero. Iam illud;qui in hunc mundum venisti;(pro quo Græcè est, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος,) rectius sic versum fuisset; qui in mundū ventus erat;quemadmodum dictum est Ioan. capit.6. vbi eadem est oratio. Significare enim voluit se credere illum esse Messiam ipsum qui iam olim à Iudæis expectatus fuit venturus in mundum,hoc est,mundo exhibendus.Nostra autem litera sic est intelligenda: Ego credidi te esse Christum illum, qui cùm iamdudum fueris expectatus, iam à Deo missus venisti in mundum, hoc est, mundo exhibitus es.Nō enim est verisimile Martham tum intellexisse & credidisse Christum venisse in mundum, quomodo nos iam credimus, quia scilicet cum prius fuisset in sinu patris, assumpta humana natura, hominibus & mundo factus est visibilis: sed simpliciter, quia mundo esset exhibitus,vtpote quem necdum credidit esse Deum, quanquam filium Dei vocet:sed quomodo Iudæi crediderunt Messiam fore & appellandum filium Dei, ob eximiam ipsius præ reliquis hominibus excellētiam. Per hoc autem quod dicit Martha; Ego credidi; intelligit D. Augustinus eam significare voluisse se credere ipsum etiam esse resurrectionem & vitam, & cæteta quæ de se dixit Dominus. quasi diceret: Quando hoc credidi quòd filius Dei es, credidi etiam quod tu es resurrectio & vita, & quod qui credit in te,non moriatur in æternum.Rectius tamen cum Chrysostomo dicitur Martham non intelligentē satis verba Christi,& morte fratris consternatam, respondisse aliud quàm fuerat interrogata, sed id tamen respondisse, quo significans quàm magnifice de illo sentiret,significaret etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

in genere se credere quicquid ille astrueret.

ET CVM HOC DIXISSET, ABIIT, ET VOCAVIT SOROREM SVAM SILENTIO, &c.] Veri simile est Martham iussam à Domino vocare sororem, quanquam id breuitati studens prætermiserit Euangelista. Id enim satis intelligendum relinquit, tum ex verbis Marthæ dicentis: Magister vocat te; quanquam secundum Theophylactum intelligi posset Martham dixisse magistrum vocasse, quod eius aduentus & præsentia, realis quædam fuit vocatio: tum ex eo quòd dicat Dominum post abitum Marthæ mansisse in quo erat loco, vsque ad Mariæ aduentum, nimirum, quòd eam quam vocari iusserat expectaret. Abiit ergo vt iussa erat Martha (alioqui enim indecorè se à Domino subtraxisset) & vocauit sororem suam silentio, hoc est, clam ac suppressa voce (Græcè enim est λαθρᾳ, id est, clanculum, proinde impropriè hic accipi debet silentium, quis enim vocare potest & loqui silentio? dicens: Magister adest, & vocat te. Quibus verbis intelligere licet quantam sesus apud has sorores haberet authoritatem, vt quæ sic eum nomine magistri notarent, quasi præter eum nemo esset magister, nèpe quòd hunc solùm sequerentur magistrum: Porro clam sororem vocauit Martha, fortè ne circunsedentes Iudæi, quorum plerosque sciebat iniquiores esse Iesu, impedirent eam vt nõ accederet Dominum. Et nihilominus diuina sic factum est dispensatione, vt nec Dominus videri posset miraculum ambisse, eamque ad miraculi spectationẽ euocasse, & Iudæi etiam nescij & vel inuiti efficerẽtur tanti miraculi testes, qui simul cum ea sunt egressi, putantes ipsam accedere plorãdi gratia sepulchrum vt eius luctum temperarent: alioqui fortè non egressuri, si eam præscissent occurrete Iesu. Vt ergo Maria audiuit sororis nuntium, surrexit subitò, ac sine omni dilatione: vnde intelligere licet eã prius Domini aduentum ignorasse, & tursum quanto dilectionis feruore Dominum prosequeretur, quę neglectis omnibus Iudæis circumsedentibus eam consolationis gratia, celeriter ad Dominum concessit, tanquam eum qui se vnicè posset consolari, veniensque ad eum non expostulat cũ eo, quemadmodum nec Martha, quod rogatus non venerit sanaturus quẽ amabat, cum extraneos plerosque & ignotos lubẽs adire soleret & sanitatis munere impartiri, nec aliquid remittit de solita reuerentia & honore, sed vt erat feructior in dilectione quàm Martha, nihil reuerita turbæ præsentiam, cecidit ad pedes eius, ad quos se quandoque peccatorum impetrasse remissionẽ meminerat, & vt luctus erat plena, lachrymabili voce nihil aliud quàm deplorauit fratris & suam calamitatem, dicens quemadmodum Martha: Domine, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus. Nec addidit alia cum Martha, fortè quòd lachrymarum copia vocem intercideret, & prohiberet vlterius proferre quæ in animo habuit.

IESVS ERGO VT VIDIT EAM PLORANTEM, ET IVDÆOS QVI VENERANT CVM.] Cùm videret Dominus Mariam totam esse in luctu, Iudæos item qui cum ea aderant, humanitatis & cõpassionis affectu vnà flentes, non reprehendit quidem eorum ploratum, sed nec philosophatus est cũ Maria, quemadmodum fecerat cum sorore, cui semota turba fuerat colloquutus, neque quicquam pollicetur, quum iam tẽpus adesset re præstandi quod erat Marthæ pollicitus, quam sorori indicasse verisimile erat quod à Domino audierat. Itaque commotus & victus piis Mariæ lachrymis, quæ olim peccatorum ab ipso impetrauerant remissionem, sese accingit ad miraculi perpetrationem, ac primùm quidem infremuit spiritu, ac turbauit seipsum. Vbi norandum, D. Chrysostomum per illud; infremuit spiritu; intellexisse significatum esse, Dominum arguisse & cohibuisse affectum suum, ne nimis in tristitiam & lachrymas laxaretur, ita vt per spiritũ intellexerit affectũ turbationis, quã Dominus concepit ex conspectis Mariæ lachrymis, quẽadmodum explicauit Euthymius Chrysostomi sectator. Sic enim habet Chrysostomus: Lachrymatur & perturbatur. Norat enim lachrymas excitare, & affectũ arguere. Illa enim particula, infremuit spiritu; motũ illum cohibuisse signat. Et post hunc Euthymius: Infremuit spiritu, hoc est affectũ cohibuit, ipsum reprimens, torue & austerè præ turbatione intuitus est, ne cum lachrymis interrogaret. Nam spiritus dicitur hic turbationis affectus. Verum secundum hanc intelligentiã Græca quæ habent ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, vertenda essent per datiuũ infremuit spiritui scilicet suo, hoc est, indignabatur suo affectui humano, arguens eum, & cohibens: quomodo Marci 14. idem istud verbum cõstruitur cum datiuo, ἐνεβριμῶντο αὐτῇ, id est, fremebant aduersus eam vel in eam. Significat autem verbũ ἐμβριμᾶσθαι cum datiuo, minanter mando, acriter & velut iracundè comminor. Hanc ergo significationem secutus D. Chrysostomus, & datiuum τῷ πνεύματι, intelligẽs esse datiuum proprium verbi cum quali cõstruitur apud Marcum, prædictum hic intellexit sensum. Theophylactus autem itidem post Chrysostomũ per verbum, infremuit, intelligens significari Dominũ cohibuisse suam turbationem, datiuum tamen τῷ πνεύματι accipit, vt sit datiuus instrumenti, reddẽdus Latinis per ablatiuum, & spiritum accipit pro spiritu sancto, aut, quod in idem redit, pro ipsa diuinitate Christi, vt significetur ipsum per spiritũ sanctum aut diuinitatẽ suam acriter humanæ naturæ comminatum, eamq; cohibuisse. Sic enim habet Theophylactus: Ad lachrymas quidẽ natura mota est, & cohibebatur propter Martham flẽtem & illam & eos qui aderant. Dominus autẽ infremit in affectionem spiritu, hoc est, increpat per spiritum confusionẽ, & cohibet illam. Et sic rogat, vt non cum vlulatu esset interrogatio. Quia enim contristatus fuit, (homo enim erat vere, & vt credibilis esset humana natura, permisit illi proprium opera ri) asperè tractat catẽm, increpatque eã spiritus sancti virtute. Hæc ille. Meminit huius intelligentiæ & Euthymius. At quod per verbũ, infremuit, non significauerit Euangelista huiusmodi affectus cohibitionẽ quẽ significatũ hic intelligunt Chrysostomus & Theophylactꝰ; satis patet ex eo quod additur; & turbauit seipsum. Cùm enim dicatur, infremuit & turbauit, satis significatur fremitum illum & turbationem ad idem tendisse, imò illo, & turbauit seipsum; omnino videtur Ioannes voluisse declarare & exponere illud quod dixit: infremuit spiritu; vnde posteà idem Dominũ fecisse dicẽs, tantũ dicit: Iesus ergo rursum fremẽs in semetipso; nec addidit; & turbauit semetipsũ. Proinde simplicius fuerit per hoc quod infremuisse dicitur, intelligere in se excitasse & passũ fremitũ & turbationem quandam: datiuus antẽ τῷ πνεύματι, reddendus per ablatiuum, vel potest accipi vt sit instrumenti casus, & significetur Dominum per suum spiritum aut per spiritum sanctum infremuisse, vt intelligamus eum non inuitum passum huiusmodi passionem, sed sponte in se excitasse, & à recta ratione processisse, quod conuenit cum eo quod sequitur; & turbauit seipsum; vel potius accipiendus est, vt significet partem in qua huiusmodi fremitus & turbatio facta est, & sit sensus infremuit in animo suo, & in corde, sic tamen vt interiorem illam veram turbationem etiam externo gestu testaretur. Hoc enim conuenit cum eo quod infrà dicitur; fremens in semetipso. Itaque quo intelligeremus fremitum hunc non fuisse fictum, sed ex vero animi dolore profectum, spiritu & animo infremuisse dicitur: ne autem putaremus eum inuitum passum huiusmodi affectionẽ, quemadmodum nos, additur: & turbauit seipsum, non autem, & turbatus est. Porro intelligunt quidã hunc fremitum & turbationem contigisse tantum ad doloris testificationem: at cùm fremitus indignationem quandam significet, & non simpliciter dolorem, rectius intelligitur Dominus hoc suo fremitu & turbatione commotum fuisse contra mortem quæ præsentis tristitiæ causa fuit, & contra eum qui mortis habet imperium, ac se huiusmodi affectionibus humano more veluti excitasse ad aggrediendum arduum opus quod imminebat, ac expugnandum mortem, & mortis imperatorem & autorem diabolum, alioqui insuperabilem, vt iam inciperet quod post in sua resurrectione perfectius, & postremum in omnium resurrectione erat impleturus perfectissime, quãdo implendum
Osee. 3. est illud Osee: Ero mors tua ô mors; quemadmodum amicus aliquis videns dolorem amici, commouetur indignatione, ac fremit contra eum qui huiusmodi est autor doloris, & indignatione tali ac fremitu excitatur & armatur contra illum, vindicare illum studens, & doloris occasionem auferre. Huic intelligentiæ bene conuenit quod Dominus fremendo & turbando seipsum dixerit: Vbi posuistis eum? veluti scilicet iam accensus ac feruens ad resuscitationem. Conuenit & quod Augustinus scribit de hoc fremitu & turbatione Domini, tractans hæc mystice, intelligens Dominũ ideo turbasse seipsum & fremuisse, vt doceret quomodo & nos fremere & turbari debeamus, cum in peccata grauia nos incidisse ac moras traxisse longiores instar quatriduani huius in monumento fætentis, agnoscimus. Hæc est enim mystica causa fremitus & turbationis Domini, correspõdens prædictæ causæ literali. Interrogauit autẽ Dominus vbi positus esset Lazarus, nõ quod ignoraret: qui enim sciuit eũ esse mortuum antequam ei quisquã indicasset, sciuit & vbi esset sepultus: sed quod in pectoris se vt hominem verum gerere voluit, & vt ab aliis deductus ad sepulturę locũ veluti sibi incognitũ, à miraculo secluderet omnẽ suspicionẽ fuci. Dicunt ergo, Maria scilicet & Martha, aut alii qui aderant cognatorum & amicorum: Domine, veni & vide; ac mox cum lachrymantibus simul & Dominus lachrymatus est humanæ naturæ assumptæ veritatem astruens. Sicut enim tanquã homo infremuit spiritu, & interrogauit, ita & lachrymatus est, cum in manu haberet lachrymas cohibere: sed vt erat verus homo ita & oportebat eũ non esse alienũ ab humanę naturæ affectionibus, inter quas est alterius maximè amici, commoueri lachrymis & calamitate, vt in se verum hominem etiã comprobaret, atquè in seipso doceret perfecti non esse carere omnibus humanis affectionibus, quemadmodum voluerunt Stoici. Rursus ad id valuerũt lachrymę Christi, vt intelligeremus homini Christiano non esse prohibitas lachrymas, si modo sint moderatę, propter mortẽ suorũ, quemadmodũ volunt quidam Anabaptistæ, Stoici magis quã Christiani, dũ nullũ penitus luctũ vel lachrymas pro mortuis vel alias afflictis amicis ferunt. Dominus enim ipse non tantum non increpuit sorores & Iudæos mortẽ Lazari deplorantes, sed & ipse illis compassus lachrymas fudit. Moderãdas tamen lachrymas etiã eius exemplo discendũ est, qui lachrymatus quidẽ dicitur, sed non eiulasse, quemadmodum & in ploratu sororũ modestiam quandam obseruare licet. Vnde Ecclesiast. 38. Sapiens dicit: Fili in mortuũ produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Sed idem mox adiungit spe resurrectionis & ob mortis necessitatẽ, ac lachrymarũ inutilitatẽ & nocumentũ; lachrymas & dolorem tẽperandũ: Ne dederis, inquit, in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te, & memento nouissimorũ, & noli obliuiscì, neque enim est conuersio, (vel, vt est Græcè ἐπανοδος, id est, reditus) & hiuc nihil proderis, & teipsum pessimabis, id est, lædes vel malis afficies. Græcè est enim κακωσεις. Iam & ad illud profuerunt Christi lachrymæ, vt hinc disceremus quàm miseranda, quámque deploranda sit mors animæ, quæ causa fuit mortis corporalis, & cuius mors corporalis, solum vmbra quædam est, cum animæ mortẽ homines non perinde horreant nec deplorent. Quanquam enim Christi lachrymę fuerint veraciter humanæ lachrymæ, profectæ scilicet ex amore sororum & Lazari, simul tamen fuerunt dispensatoriæ & institutoriæ, vt omnia Christi gesta: nimirum vt hinc intelligeremus quæ iam dicta sunt ipsum esse verum hominem, mortem amicorum licitè deplangi, non esse contra perfectionem hominis obnoxiũ esse passionibus, ac mortem animæ serio plangendam esse. Et vide quomodo Dominus quoniã omniũ maximũ, iã æditurus fuit miraculũ, quo maximè & apertissime suam diuinitatem erat ostensurus, pluribus etiam signis, eisque efficacissimis veritatem in se voluit demonstrare humanæ infirmitatis, fremendo, turbando sese, ac lachrymando. Mirè enim omnia circa Christũ sic temperabantur, vt & diuinitatis eius insinuaretur maiestas, & humanitatis humilitas. Fuit & is fructus lachrymarum Christi, quod qui eas viderant, occasione earũ magis admirati sint de morte Lazari, ac de potentia Domini dubitauerint, ac disputare cœperint miraculum subsequens illis eo factum est admirabilius, quo magis erat eis inopinatũ. Vnde sequitur: Dixerunt ergo Iudæi, intelligẽtes nimirum lachrymas illas veræ dilectionis esse testes, vt certe erant, sed non intelligentes etiam ob alias causas dispensatorie Dominũ lachrymari: Ecce quomodo amabat eum; vt qui, cũ sit vir constantissimus, eius mortẽ deploret, cum quo nulla fuit consanguinitate coniunctus. Erant autem quidã qui has lachrymas in calumniam verterent, dicentes: Nõ poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere vt & hic nõ moreretur? quasi dicerent: Si voluit hunc à morte præseruare, cur nunc lachrymis te-

Universidad de Deusto
Biblioteca

farur intempestiuum amorẽ: Si autem voluit quo modo non potuit, qui præstitit quod est difficilius? Ægrotum enim sæpenumero etiam medicus in vita retinet, ac cæco nato nullus vnquam aperuit oculos. Legendum est autem in verbis istorũ calumniantium vel admirãtium cum coniunctione, &; vt & hic non moreretur; sic enim habent non tantum Græca, sed scripta Latina, & Augustinus quoque.

IESVS ERGO RVRSVM FREMENS IN SEMETIPSO, VENIT AD MONVM.] Coniunctio, ergo, significare videtur Dominum iam occasione eorũ qui de potentia eius disceptabant rursum infremuisse, quemadmodum prius infremuerat commotus lachrymis Mariæ nisi placet coniunctionem, ergo, hic continuatiuè tantũ positã esse, quomodo ea Ioannes frequenter vtitur, & fremitus iste iã intelligatur factus in Domino propter sepulchri: cui iam cœpit propinquare, vicinitatem, ob quam seipsum rursum ad miraculi patrationem accenderit. Id enim significare videtur Euangelista, dicens: Rursum fremens in semetipso venit ad monumentum, id est, sepulchrũ, sic dictum Latinis, quod nos moneat eius qui mortuus est, sicut & Græcis dicitur μνημεῖον, id est, memoriale, quod in memoriam nobis reducat eũ qui est mortuus, aut generaliter quod nos moneat & memores faciat mortis. Erat autem sepulchrum Lazari spelunca, cuius os saxo impositio orat occlusum, vnde intelligi datur speluncam hanc concauam fuisse versus partem inferiorem. Si enim in directum concaua fuisset, lapis ei non superpositus, sed appositus vel aduolutus dicere tur quemadmodum dicitur de monumento Domini. Porro ad miraculi fidẽ & præstigii suspicionem excludendam multum faciebat, & quod in spelunca repositus fuit Lazarus, & quod lapis spe luncæ superpositus. Iã quo certius esset miraculum, & magis ab omni præstigii suspicione liberum quanquam posset non amoto lapide Lazarum resuscitare, lapidẽ tamẽ tolli iubet, nec eum aut suis aut discipulorum manibus vult tolli, sed cognatorum & amicorum, in quos non cadebat vlla suspicio, quiq; percepto fœtore iacẽtis mortui, ac viso cadauere mortuo, certiores essent testes miraculi. Augebat miraculi certitudinẽ & Marthæ sororis defuncti simplicitas. Iam enim veluti oblita quid illi pollicitus esset Iesus, quidve de illo se credere asseruisset, lapidis sublationẽ remorabatur, dicens: Domine iam fœtet, quatriduanus enim est. Quibus verbis vt reuerentiam quandam prætendebat erga Dominum, cuius nares verebatur ne cadaueris fœtor offenderet: ita de miraculo futuro non se securam & satis confidentem declarabat. Nec tamen puto planè desperasse, cũ suprà dixerit: Scio quia quæcunque poposceris dabit tibi Deus, sed partim sperans, partim desperans, cupiuit hac sua interpellatione certior fieri de euentu. Hæc autẽ Marthæ confessio ad miraculi fecit commendationem, cùm iam scilicet ex verbis sororis constaret omnibus diuturnitas mortis, & illius diffidentia declararet nullam fuisse inter Iesum & sorores collusionẽ. Vacillantis itaque mulieris fidem Dominus obiurgatiuncula excitat dicens: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Verisimile enim est quod & hoc illi Dominus dixerit, postquam dixisset se credere. Aut dixisse se hoc dicit, quod in verbis suprà commemoratis implicite hoc significauerit, quando confirmitatem Lazari dixit fuisse pro gloria Dei, & deinde prædixit Lazarum resurrecturum, idque se præstare posse si adsit fides. Exclusa ergo Marthæ interpellatione, astantes secundum Christi præceptum tulerunt lapidem, suspensi animo ad rei euẽtum & cupidi cognoscere quid euenturum esset.

IESVS AVTEM ELEVATIS SVRSVM OCVLIS DIXIT: PATER GRATIAS AGO TIBI,] Omnium animis & oculis suspẽsis ad nouæ rei miraculum, Dominus & in cœlum sustulit oculos, & cum Deo patre palam est colloc tus, vt duplici hac ratione omnibus declararet cu ius virtute miraculum hoc operaturus esset, ne præstigii aut magicę suspicio apud aliquem resideret, simulque nos doceret, quidquid magnificũ geritur à nobis, ad Deum autorem oportere referri. Non orat autem pro ædendo miraculo, sed ante ædítum miraculum gratias agit, quod alii facturi erant post ædítum miraculum. Si enim oraset videretur non habere in sua potestate, aut necdum certus esse de Dei voluntate, ipsa autem gratiarũ actione, & certum se fuisse declarat de rei euentu etiam diu priusquam miraculum ædiretur, & diuina se illud facturum virtute ostendit. Sic & in multiplicatione panum, sublatis in cœlum oculis non quidem orasse, sed gratias egisse dicitur. Ac rursum in vltima cœna, cum sacramentum corporis & sanguinis sui pararet instituere. Dicit ergo: Pater gratias ego tibi, quoniam exaudisti me, hoc est, quia cum vellem Lazarum resuscitare, & tu quoque voluisti illud per me fieri. Volũtatis enim identitatẽ significauit per hoc quod dixit, exaudisti me, cum non dictũ sit eũ pro hac resuscitatione orationem aliquam fudisse ad patrem, sed dispensatorio huiusmodi sermone significare voluit à Deo proficisci quicquid faceret. Ne autem quia gratias nunc agit pro exauditione sui, videretur hoc ei nouum esse aut temporarium, subiecit: Ego autem sciebam quia, id est, quod semper me audis, quo significat adeo se non esse Deo cõtrarium, vt in omnibus vna sit illi eadémque cum Deo voluntas, & quicquid ipse velit, etiam pater per illum fieri velit. Hoc est enim, semper me audis. Exclusa ergo suspicione quæ incidere poterat ex gratiarum actione, subdit causam huiusmodi gratiarum actionis, humiliumque verborum: Sed ppter populũ qui circumstat dixi illud, gratias tibi ago, &c. vt credant quod à te sim profectus, & tu me miseris in mundum. idque credentes, verbis meis fidem habeant & saluantur. Ecce quare Dominus sese submittit frequenter, & humilia de se loquitur, nempe propter fidem hominũ, qua saluentur. Nõ enim ita respexit ad suam dignitatem atque ad nostram salutem. Cum autem orãtis forma accepta se se patri submisisset, mox auctoritatem suam & potestatem ostendit, vnde sequitur: Hæc cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras. Non enim dicit, in nomine patris mei veni foras, sed absolute imperando, veni foras. Voce magna clamauit, tum vt vox correspõderet magnitudini operis, & vox magna magnæ virtutis esset indicium: tum vt nulla posset calumnia verbis secreto dictis tanquam magicæ artis inferri, sed omnes qui præsentes aderant, audirent hanc autoritatiuæ potestatis iussionẽ. Deinde, vt ostenderet se animam vocare nõ táquam præsentẽ, sed procul absentẽ, sicque eorum refelleret errorem, qui

qui animas mortuorum circa sepulchra manere existimabant. Præterea, quod ad allegoriam pertinet, vt ostenderet magna virtute opus esse vt anima peccatrix, quæ procul abest à conspectu Dei, sepulta in tenebris criminum, & putrefacta flagitiorum inquinamentis, reuiuiscat, & à profundo vitiorum sumno excitata in lucem veritatis prodeat. Postremum magna voce clamauit, vt iam typum quendam æderet illius vocis & tubæ magnæ, quæ sonabat in cõmuni resurrectione, cuius hęc Lazari resuscitatio typus quidam fuit. Siquidem in ea ostensum est illud quod suprà dixit Dominus: Venit hora & nunc est quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint viuent. Et rursum: Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei. Compellat autem mortuum proprio nomine, nec dicit, reuisce, sed veni foras, loquens scilicet ei vt viuenti & dormienti, ac iam re ipsa declarans quod prius dixit; vado vt à sommo excitem eum; ideoque magna voce inclamauit, veluti scilicet alloquẽs eum qui profundum somnum dormiret. Nec dicit, quẽ admodum puellæ aut adolescenti, Lazare tibi dico, surge, sed veni foras, egredere è sepulchro vt maius esset miraculum. Itaque secundum iussionem Domini non tantum reuixit quiq; mortuus fuerat, sed & statim prodiit è sepulchro, idq; ligatus manus & pedes institis, id est, fasciis sepulchralibus. Græcè enim est κειρίαις, quod fascias sepulchrales propriè significat, à κείρω, quod est pectis) & facies illius sudario erat obuoluta, pro more sepulturę apud Iudæos. Multa ergo hic simul cõcurrerũt miracula. Primum, quod mortuus & tã diu mortuus, sola vocis virtute vitam recepit. Deinde, quod perfectæ etiam sanitati restitutus, absque humano adminiculo, è sepulchro prodiit. Postremum, quod manus & pedes ligatos habens, & facie sudario tecta prodiit, quod etiã sanum hominem prodire vetaret: Non tamen solum propter magnitudinem miraculi factum est vt prodiret ligatus, sed etiam & potissimum ob certitudinem miraculi, ne scilicet quemadmodum de cæco dixerant, & nunc dicerent alium esse qui prodiit ab eo qui sepultus erat, sed omnes agnoscerẽt hunc ipsum esse, quem ante triduum quidã corũ tali cultu sepelierant. Ob eandem causam, nẽpe ad astruendam magis miraculi certitudinem, & ne quid deesset ad plenissimam miraculi fidem, non ipse vincula dissoluit, cum efficere posset vt suapte sponte vincula dissoluerentur, sed astãtibus iubet eum soluere, vt hi etiam tactu probarent miraculi veritatem, & omnibus modis suspicio suci excluderetur, ideoque & vult eum abire, vt motus & alacer incessus ostenderet hominem etiam valere, non solum viuere, nec vitam ei ad momentum restitutam, sed vt iam sic viueret quomodo prius quam moreretur. Obseruandum ergo, quomodo prudentissima Domini dispositione omnia in hoc miraculo, quo omnium maximè suam virtutẽ & diuinitatẽ comprobare voluit, sic esse facta, vt nihil relictum sit incredulis, quod possent causari. Sorores enim per alios morbum fratris absente Iesu renunciant. Absente Iesu mortuus est, sepultus est, seruatus est vsque ad fœtorẽ. Solemni multorum frequentia fletur. Sorores ipsæ mortem renunciant, comite turba cõmonstratur sepulchrũ, alienis manibus submouetur saxum, alienis manib. soluitur qui prodierat. Quis hic locus suspicioni fuci reliquus esse potest? Sed nec præstigii aut magiæ suspicio esse poterat, cum Dei numine inuocato peractum sit miraculum, ac verbis paucissimis, eisq; ab omnibus auditis & intellectis. Iam & illud obseruandum, quod quemadmodum ante ædítum miraculũ omnem ostentationem vitauit Dominus, ita & post miraculum. Non enim tam insigni ædito miraculo verbum aliquod magnificum de se proloquitur, non exprobrat sororibus diffidentiam, nec turbæ exprobrat quod frequenter soleant sua miracula calumniari, nec Lazarum ostentationis gratia secũ manere ac circumambulare vult, sed abire iubet, & vbique modestiæ & humilitatis exemplum relinquit, vt & hinc nos discamus non efferri in benefactis. Cæterum tantum miraculum non catuit etiam suo magno fructu. Sequitur enim; multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum, hoc est, crediderunt eum esse expectatum Messiam. Is ergo secutus est fructus quem Dominus spectauit dicens; vt credant quia tu me misisti. Quod autem sequitur; quidam autem ex ipsis abierunt, &c. Origenes, vt in Cathena citatur, ambiguum esse dicit. Intelligit enim posse istos fuisse ex numero credẽtium de quibus dictum est, eosq; accessisse Pharisæos vt eorum contra Iesum odium & inuidiam temperarent & tollerent. Aut istos fuisse diuersos à credentibus, ac accessisse Pharisæos, quod nec dum tanto viso miraculo bene affecti essent Iesu, de qualibus potius intelligendũ satis cõstat, quod cum prius multos Iudæorũ dicat Euangelista credidisse, nunc quosdam ex Iudæis dicit abiisse ad Pharisæos, significans istos fuisse paucos, comparatione eorum quos in Christum credidisse dicit. Proinde hinc discendum, vbique malos bonis permixtos esse, ac vere Paulum dixisse, fidem esse donum Dei: vere item Abraham in parabola diuitis epulonis: Etiã si ex mortuis quis resurrexerit, non credent. Et hactenus quidem literalis historię huius tractatio. In qua circa Domini factũ hoc potissimum obseruandum, quod eos quos diligit ad tempus relinquere soleat, vt postea maiori & inopinato gaudio afficiat, ita vt faciat cũ tentatione etiam prouentum, & secundum multitudinem dolorum, etiam consolationes Dei lætificent iustorum animas. Ex sororum autem facto discendum, quod in afflictionibus volũtatem nostram diuinę subiicere debeamus voluntati, satis habentes nostras necessitates ei exponere, ac quod expediat fieri ei committentes, nec tum quidẽ deficiendum esse à solitis amoris indiciis, cùm præter nostrũ desiderium nos ad tempus derelinquit. In Lazarotem, qui allegorice significat peccatorem in vitiis iam inueteratis, & veluti sepultum, discendum huiusmodi peccatores, si modo sint dilecti à Christo, non posse permanere in morte, quãtumuis sint homines desperati: magna tamen difficultate tales ad meliorem frugem reuocari, & opus esse lachrimis, & frequẽti turbatione ac gemitu, quẽadmodum annotatum est latius in capite Cõcor. 34. Quia autem Lazarus à Christo vitę restitutus, iussus est ab astantibus solui, mystice secundum Augustinum significat peccatorem etiam, postquam interiori Christi gratia a somno peccati est excitatus, per ministros Christi soluendum esse à peccatorũ vinculo, eos scilicet quibus dictum est: Quęcunq; Matt. 18. solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

Vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbi autē peccator solutus fuerit, restat vt abeat, & profectu bonorum operum testetur omnib. se veræ vitæ restitutum esse. Quod qui viderint, caue A re debent ne vnde deberent prouocari ad glorificandum Deum, inde occasionem desumant calūniandi factam Dei gratia mutationem.

CONSVLTANT PHARISÆI DE PERDENDO DOMINO.

Ioannis XI. CAPVT CIII.

COllegerunt ergo pontifices & Pharisæi conciliū, & dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eū sic, omnes credēt in eū: & venīēt Romani, & tollēt nostrum locū & gentem. Vnus autē ex ipsis, Caiphas nomine, cū esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquā, nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat. Hoc autē à semetipso nō dixit, sed cū esset pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantū pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnū: Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eū. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionē iuxta desertum in ciuitatē quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autē erat pascha Iudæorū: & ascenderunt multi Hierosolimam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diē festum istum? Dederant autem pontifices & Pharisæi mandatum: Vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

COLLEGERVNT ERGO PONTIFICES ET PHARISÆI CONCILVM, ET, &c.] Cum pro tam euidēti diuinæ virtutis declaratione omnes merito Iesum admirari, extollere, & colere, ac Deum glorificare deberent, & ante omnes ipsi pontifices, id est, principes sacerdotum & Pharisæi, qui arcem religionis & pietatis in Deum sibi vendicabant, contra euenit, vt hi inuidiæ stimulis acti iam sibi nō amplius temperarēt, sed colligerent concilium, seniorum scilicet, & eorum ad, quos populi pertinebat gubernatio, ac cōsultarent inter se quomodo gloriæ Iesu, & periculis, quę hinc stultè simul & impiè euentura opinabantur, posset occurri. Et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Vbi illud; Quid facimus, bifariam accipi potest. Aut vt intelligātur seipsos arguere de longiore mora occurrendi imminentibus periculis. Aut vt intelligantur quærere de eo quid faciendum restat, vt præsens, fecimus, pro futuro faciemus, sit positū, quemadmodū & habent codices quidā antiqui, & sit sensus: Quid suadetis faciendum, quid superest vt faciam? Vide autem impietatis & inuidiæ cæcam perturbationem. Cōfitentur eum multa signa facere, & cū inde gaudere debeārent, quod illius miracula ad gentis facerent gloriam, perturbantur quasi de re noxia & periculosa. Cumq; ex signis quę negare non potuerunt, potentiæ ipsius magnitudinem satis agnoscerent, consiliū tamen quærunt aduersus eū, putantes se posse illi prævalere, quem videbāt in sepultis etiam corporibus mortem superare. Contemptus autem fuit, quod dixerunt; hic homo Non enim eū dignabātur nomine Prophetę, sed nec proprii nominis appellatione. Porro sequētib. verbis prætexunt se pro totius populi salute solicitos esse, & videri volunt hoc negotium ad totius incolumitatē populi pertinere, cum re vera priuati cōmodi respectus, & inuidiæ ac superbię morb⁹ eos ageret in rabiem aduersus Iesum: Si, inquiūt, dimittimus eū sic, hoc est, si patimur cum pergere ea ratione qua cœpit, futurum est, vt quemadmodum nunc multi in eum crēdunt, & magnifice de eo sentiunt: ita mox omnes credant in eum, hoc est, credant eum esse expectatum Messiam, regem Iudæorū. Id vbi euenerit, Romani quibus iam subiecti sumus, venient contra nos cum exercitu, audientes scilicet Iudaicam gentem, deserto Cæsare proprium aliquem regem profiteri & sequi, & sæuientes in nos tanquam rebelles tollent nostrum locum & gentem, id est, locū hunc sanctum occupabunt, & gentem nostram alio trāsferent. Aut potius, tollent nostrum locum & gentē, hoc est, euertent & perdent nostras ciuitates, & totū Iudaicum genus internecione delebunt. Græcis enim verbum hic positum, αἴρω, etiam perdere & euertere significat, quod Latinis dicitur tollere ē medio, quomodo hic interpretatur Theophylactus. In hac autem consultatione præter hypocriticam horum solicitudinem pro salute populi, ob B seruanda rursum horum consultantium cæcitas. Cum enim per signorum operationem experiretur Iesu maximam potentiam, & Deum per illum operari satis possent aduertere si vellent, non tamen intellexerunt se huius potentia, & Dei per ipsum corporatione tutos esse posse contra Romanos, imo euasuros Romanis superiores maxime cum expectarent suum Messiam temporali regno regnaturum, & ab omnibus gētibus Iudaicum populum liberaturum. Nam secūdum hanc quo modo mouentur rationem, nūquam erat Messias à Iudæis suscipiendus, ne Romanorum paterentur incursus. Hanc autem cæciratem illis ingeneranit G prædictus amor proprii commodi & gloriæ, quā dolebant obscurari gloria Christi, & qua non dubitabant se penitus priuandos, si Iesus pro Messia reciperetur. conscientia ipsorū testante, indignos se esse qui apud illum essent in gloria. Cæcitatis & hoc fuit, quod Messiæ tegnum, somniabant fore temporale, vt qui tantum carnalia sectabantur, quodque propter fidē in Iesum male sibi timebant à Romanis, cum defectionē à Romanis non doceret, nec aliqua re ostenderet se temporalis regni esse affectatorem, sed contrà potius omnibus modis declararet se omnia huius mundi contemnere. Mirabili proinde & iusto Dei iudicio factum est, vt quod sibi à Romanis timebant nisi Iesum e D medio tollerent, hoc ab eisdē ipsis euenerit, quia illum occiderunt. Quia enim illum occiderūt, interneciōi traditi sunt. & quæ fecerunt vt effugerent, ea quia fecerunt non effugerunt, impletuq; est in eis illud Prouerb. Quod timet impius, veniet super eum. Et illud quod ad impios loquitur sapientia, quæ est Christus: Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego

Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit. A

VNVS AVTEM EX IPSIS CAYPHAS NOMINE, CVM ESSET PONTIFEX ANNI, &c.] Quomodo pōtificatus, qui ex lege debebat esse perpetuus, factus sit annuus, dictum est in ca. Concordiæ 13. circa illud Lucæ; sub principib. sacerdotū Anna & Caipha. Itaque cū qui in concilio aderant adinuicem cōsultarent, & hinc inde à diuersis diuersa proponerentur, ac quidā, vt est verisimile, ab occidendo Iesu dissuaderent, quod iustā causam non inuenirent (tales enim fuisse omnino apparet ex verbis Caiphæ) is qui pōtifex erat anni illius, & ob id concilio præsidebat, ac cæteris tunc temporis præeminebat authoritate, pro sua B authoritate inuerecūdē & magno supercilio liberē increpat aliorum ignauiam, stuporem interpretans, quod in cōsultationem venire sinerēt, quid faciendum esset, ac lentis conciliis adhuc deliberarent num Iesus esset occidendus, ac pronuncians nulli dubium esse debere, quin expediat vnū aliquem hominem quo iure, quave iniuria perire, ne tota gens excinderetur. Vos, inquit, nescitis quicquam, nec cogitatis quod expedit nobis (sic enim non tantum Græca habent, sed codices quidam Latini scripti, & non, vobis) vt vnus moriatur homo pro populo, & sic non pereat tota gens. Dicit autem Euangelista Caiphā istud dixisse. cùm esset C vel quia erat pontifex anni illius, siue significare volens illum ratione pōtificiæ suæ authoritatis ausum fuisse tum libere aliorum increpare incogitantiam: siue ad notandum magis & exaggerandū illius impietatem, qui cū debuisset cæteris omnibus fuisse religiosior, & omnium maximè abhorruisse à cede innocentis, cæteris omnibus repert⁹ est magis impius, non dubitans pronunciare illū etiam occidendum in quo nullam iustam causam mortis reperiebant. Porro alia de causa randē illam particulam; cùm esset pōtifex anni illius, repetit cum subiicit. Hoc autem à semetipso nō dixit sed cùm esset pōtifex anni illius, propheravit. Hic enim significatur causa, ob quam per hūc spiritus sanctus prophetare delegerit. Cæterū Euangelista D dicit Caipham non dixisse illud, nempe quod expediret vnum istū hominē mori pro populo, à semetipso, quia quatenus hæc verba veritatem continebant, nō dixit ea à seipso, sed actus & motus à spiritu sancto, quāuis secundum sensum quem ipse Caiphas in eis verbis intellexit, dixerit ea à seipso. Non enim intellexit Iesum sic moriturū pro populo, quomodo per ipsum hoc spirit⁹ significare voluit. Hinc autē discēdum, primum quidem quomodo Deus mala in bonū conuertat, impiissque hominum volūtatibus, dictis & factis bene vtatur. Scelestus enim hic pōtifex his verbis ad iniquam innocentis occisionem commouere voluit, ac significare melius esse vt vnus ille moriatur, quā propter ipsum omnis populus perdatur à Romanis. At spiritus sanctus eisdē illis verbis ad prophetiā vsus est, imo verba illa ipsi inspirauit. quatenus per ea significatur Christi morte humanū genus liberādū, quomodo Deus impia Nabucho donosor voluntate & oppressione vsus est ad castigationem sui populi. Dicendū secundò, quātum sacerdotio deferatur, cū hic quantumuis impius, tamen ratione pontificalis officii dicitur prophetasse, hoc est, ex spiritu Dei pronunciasse & prædixisse quod Iesus moriturus erat, pro gēte Iudaica scilicet. Et non tantum, inquit, pro ea gente, sed vt & filios Dei qui erant dispersi, hoc est, electos ex gentibus per vniuersum orbē dispersis, & per varios errores ac vitia longe à Deo segregatis, cōgregaret in vnum, hoc est, vnā sibi Ecclesiam & vnū populum faceret ex Iudæis & gentibus credentibus, iuxta illud: Et alias oues habeo quæ nō sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Notandū autē, quod ad synceram attinet lectionem, hic rursum omitti in plerisq; codicibus Latinis coniunctionē, &, cum legēdum sit, sed vt & filios Dei, &c. Sic enim non Græca tātum habent, sed & scripti codices Latini plerique, & locutionis cōgruētia eam exigit lectionem. Porro filii Dei hic vocantur, qui tales erāt in diuina prædestinatione & electione, quemadmodū & in Apocalypsi, agnus Christ⁹ occisus admodū & in Apocalypsi, agnus Christ⁹ occisus dicitur à constitutione mundi. Quod autē Euangelista Christū dicit moriturū, vt filios Dei dispersos congregaret in vnū. & non dicit simpliciter illū moriturū pro filiis Dei qui sunt in gentibus, cō uenit eum illo Pauli. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnū, & medium parietē maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mādatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vnū nouū hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucē, interficiens inimicitias in semetipso. Sua enim morte Dominus sustulit & causam inimicitiæ inter Deū & homines, nempe peccatum & causam dissidii, & separationis gentiū à Iudæis, nempe legē Mosaicam, & promeruit omnibus in se credētibus vnū eundēque Dei spiritū, quo omnes in vnum rediguntur corpus, vnum agnoscentes patrē, vnūque caput. Cæterū quā efficax fuerit hæc sententia Caiphæ, docet Euangelista, subiiciens: Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eū. Vbi pro, cogitauerunt, Græcè est, συνεβουλεύσαντο, quod quidā quidē vertendū putat; consultabant inter se aut consiliū inibant. Verū non satis conuenit ea versio, quod non sit verisimile ab eo die inter sese cōsultasse vt eū interficerent, cū iā illud ea die consultauerint, sed post auditā sententiam Caiphæ firmiter decreuisse id facere, de quo an faciendū esset, tū inter se consultauerunt. Proinde rectius dicto Græca verteretur, decreuerunt aut statuerūt, quomodo vertit interpres Euthymij. Nā & hoc dicto Græca significat, atque sic accepisse tū Chrysostomū, tū Theophylactū, patet ex eorum Comment. quibus explicant per verbum συνεβουλεύσαντο significari, quod suam ab illo die confirmauerunt sententiam. Non ergo obstat huic dicto Euangelistæ, quod & ante hunc diē quæsierunt Iesum Pharisæi interficere. Nunc enim primum communi consilio & deliberatione firmiter inter se concludendo statuerunt illum interficere, cum id prius tantū cupiuissent & tentassent, nec communi concilio hoc definitū esset. Itaque nostra litera sic intelligenda est: Ab illo die firmiter & ex decreto cogitauerunt illū interficere, vnde & processit mox illud mandatū de quo sequitur: Vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum. E

IESVS ERGO IAM NON IN PALAM AMBVLABAT APVD IVDÆOS, SED, &c.] Cum Iudæorū concilium iā firmiter decreuisset illū occidere, Dominus quē non potuit latere illorum decretum, sciens necdū adesse tempus quo pro omnium salute occideretur, tanquam homo, humano

Ioan. 10.

Apo. 17.

Ephe. 2.

Prou. 10.

Prou. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

humano modo sibi cõsulit,ac historiam furori cedit docẽs nos suo exemplo,& licere iusto sese subtrahere fugæ è persecutionibus,& impiorum furori cedendum, si forte hac ratione eorum interea furor cõquiescat, & à sua impietate concepta desistant. Non ergo iam Dominus palã ambulabat apud Iudæos,sed è Bethania abiit in regionem iuxta desertum,in ciuitatem quæ dicitur Ephrẽ, & ibi morabatur,hoc est, moras aliquas trahebat & versabatur(Græce enim est διατριβὴ) cum discipulis suis.Sciendum autem,quod pro Ephrem, Græca habent ἐφραιμ.Ephraim.Itaqueidem hic apud nos accidit,quod in Psal.77.vbi legimus.Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum:cum tum Græca, tum Hebræa habeant Ephtaim.Id autem ex eo videtur accidisse, quod Latinus interpres in dictione Græca ἐφραιμ vocales α & ι non separauerit,sed per diphthongum legerit, sic enim est Ephrẽm. D.Hieron. lib. de locis Hebraicis legit Ephraim, significatq; hanc ciuitatem etiam dictam Ephrõ, quã suprà dixerat fuisse in tribu Iuda:Ephraim.inquit,iuxta desertum,ad quam venit Dominus Iesus cum discipulis suis. Diximus de hac & supra sub Ephron vocabulo.Hæc ille.De Ephron ciuitate legitur 2 Para.13.cũ dicitur; Abia rex Iuda persecutus Ieroboam regẽ Israel, & cepisse ciuitates eius Bethel,& filias eius,& Iesana cũ filiabus suis, Ephron quoq; & filias eius. Quo loco Hebræa habent עפרין Ephraim, quæ tamen Habræa dictio muratis punctis erit Ephron. Hanc ergo ciuitatẽ verisimile est eam esse de qua hic fit mentio: proinde nomen,Ephraim, quod hoc loco legitur apud Græcos,diuersum est ab eodẽ nominecũ decimus, Ephraim fuisse filiũ Ioseph, aut tribum Ephraim. Nam nomen Ephraim tunc scribitur Hebræis in principio per Aleph,sonatq; crescentem aut fertilem.Quod vero hoc loco ponitur, vt ex Paralip. patet,scribitur per Aiin, significatq; puluerẽ aut puluerulentum.Desertum autem,iuxta quod dicitur fuisse hæc ciuitas,verisimilẽ est esse illud desertum,quod alibi in Euangeliis dicitur desertum Iudææ,iuxta Iordanem,vt hinc intelligere liceat ciuitatẽ istam non longe fuisse à Iericho, quemadmodum etiam satis colligi potest ex Paralip. & verisimile omnino fiat ex hac ciuitate Dominũ per Iericho & Bethaniam ascendisse in Hierusalẽ,cuius ascensus in sequenti cap.Concord.meminerunt Euangelistæ.Cæterum non caret etiam mysterio recessus Domini è Iudæa in hanc obscuram ciuitatulam,quæ erat iuxta desertum.Hoc enim significatum, Dominum relictis Iudæis incredulis & se persequentibus,concessurum ad desertas & contemptas gentes,quibus bene conuenit nomen Ephraim vel Ephrem, quod puluerulentum significat.Erant enim multo vitiorum puluere commaculatæ.In discipulis autem Christi obseruanda amoris constantia,quòd cum ab omnibus Dominum viderẽt derelinqui, & ipsum humano more viderent sese saluare, & sibi miserè metuerẽt, noluerunt tamen illum deserere,vnde postea dicit Dominus dicit: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Sequitur apud Euangelistam:Proximum autẽ erat pascha Iudæorum;quo vt sequenti narrationi vitam præstruit, ita significat præcedentia contigisse non diu ante pascha, nec diu Dominum latuisse in Ephrem. Bene autẽ dixit, pascha Iudæorum, siue quod iam desineret esse pascha Domini, siue ad differentiam paschæ Christianorum, quod tunc celebrabatur à Christianis, cum hæc Ioannes scriberet:Itaque ob imminentem paschæ festiuitatem, multi ex vniuersa illa regione Israelitarum ascenderunt Hierosolymam ante pascha,vt sanctificarent seipsos,hoc est, vt à contractis secundũ legem immunditiis sese purgarẽt cæremoniis & sacrificiis iuxta legis præceptum adhibendis, ac sese orationibus & sacrificiis præpararent ad dignã paschæ celebrationẽ. pascha enim non nisi mundi poterant manducare.Quo admonemur,quanto studio & tẽpore sese Christiani præparare deberent, purgando seipsos & sanctificando, priusquam suum pascha accedant,quando tam multis ante diebus veruecinum pascha & vmbratile tantum comesturi multi Iudæorum in Hierusalem cõcesserint, orationis gratia & diligentioris purgationis. Cum ergo multi purgationis gratia in Hierusalem ante pascha cõuenissent, & audirent eximium illud miraculum in Lazari resuscitatione Iesum fecisse, quærebant eum cupidè, & quoniam non aderat solicito suo more(nam ex verbis eorum intelligi datur Dominum etiam solitum ante aliquot paschæ dies conuenire in Hierusalem) colloquebãtur inter se stantes in templo, in quo scilicet eum inuenire & audire docentem solebant,& dicebãt: Quid putatis in causa esse quod non venit pro more ad diem festum hunc? Non videntur autem hi maleuoli fuisse erga Christum, sed miraculi quod tunc in Hierusalem celebrabatur, magnitudine permoti, cupidi fuerunt videndi Iesum : vnde capite sequenti dicit Ioannes turbam illam multam quæ venerat ad diem festum miraculo illo commotam processisse obuiam Iesu ingressuro Hierusalem. Atq; hac de causa hic præmittit de multis qui ante pascha conuenerant in Hierusalem ,& Iesum quærierant,vt sequenti suæ narrationi prætermissæ ab aliis Euangelistis sit locus. Subiicit autem quomodo turbis cupide Dominũ requirentibus , & de eius absentia solicitis , Pharisæi & pontifices, qui præaliis magis se præparasse futuræ festiuitati debuissent,in hoc vnum incumbebant, vt quod decreuerant adimplerent.Itaq; quoniam videbant Dominum non prodire solito more, & existimabant eum alicubi metu latere,dederunt mandatum, vt quisquis cognosceret vbi esset , indicaret , vt missis ministris apprehenderent eum , & occiderent, his ritibus scilicet sese præparantes diei festo, sed inscientes procurantes salutem omnium, & nouæ agni paschalis immolationem.

MORTEM SVAM PRÆDICIT, ET ZEBEDÆI FILIIS PRIMATUM pertium denegat. CAPVT CIIII.

Matth.20.Marc.10.Luc.19.

‖ Erat autem Iesus.

ERant autem in via ascendentes Hierosolymam ,& præcedebat illos Iesus , & stupebant,& sequentes timebant.[a] Et ascendens Iesus Hierosolimam[a] assumpsit* duodecim[a] discipulos secreto, & assumens iterum duodecim,cœpit illis dicere quæ essent ei ventura,[b] & ait illis:[b] Quia[1] ecce ascendimus Hierosolymã,& consummabũtur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filiohominis.

† Tradetur enim filius hominis principibus sacerdotum,& scribis,[b] & senioribus,[c] & ▷ condemnabunt eum morte,& tradent eum gentibus[a] ad illudendum & flagellandum,& crucifigendum,‖ [b] & illudent ei,& conspuent eum,& flagellabunt eum, & [c] postquam flagellauerint,† [b] occident eum,[1] & tertia die resurget.[c] Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis,& non intelligebant quæ dicebantur.[a] Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis,adorãs & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei,vnus ad dexteram tuam,& vnus ad sinistram in regno tuo.

Quæ Matthæus matrem nomine filiorum petiisse dicit,Marcus filios petiisse scribit hoc modo.

Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi,dicẽtes:Magister,volumus, vt quodcũque petierimus facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt:Da nobis vt vnus ad dexterã tuam,& alius ad sinistram tuã sedeamus in gloria tua.[a] Respondens† autem Iesus dixit[b] eis, «Nescitis quid petatis,potestis bibere calicem quẽ ego† bibo? [b] aut baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi ▷ [c] dixerunt ei:Possumus.[b] Iesus autem[c] ait eis:Calicem quidẽ[a] meum,[b] quem ego bibo,bibetis: [b] & baptismo, quo ego baptizor,baptizabimini:[c] sedere autẽ ad dexterã meam ‖ vel ad sinistram,nõ est meum dare vobis,sed quibus paratũ est[a] à patre meo.[c] Et audientes decem, indignati sunt de[a] duobus fratribus[b] Iacobo & Ioanne.[c] Iesus autem† vocauit eos ad se,& ait[b] illis:[c] Scitis quia ▷ hi qui videntur principari gentibus, dominantur‖ eis,& qui † maiores sunt[b] eorum,[c] potestatẽ ▷ exercent in eos. Non ita [b] autem ‖ [c] erit inter vos, sed quicunque voluerit[a] inter vos fieri maior,† erit vester minister. Et ▷ quicunque voluerit ‖ in vobis primus esse,erit† omnium seruus: ▷ nam & filius hominis non venit vt ‖ ministraretur ei,sed vt ministraret,& daret animam suam redemptionem pro multis.

† [c] & filius hominis tradetur.
[a] b.o. dãnabunt.
‖ [c] & illudetur, & flagellabitur, & cõspuetur
† b.o. interficient.
† a. Iesus autem aut
† a. hibitur[a] sum
[a] a. dicit
‖ a. &
† b. vocãs
[a] a. principes gentium C.22.§3
‖ a. eorũ
† b. o. principes
[a] b.o. habẽt eorũ.
B 9.70.
‖ b.o. est in vobis
† sit
‖ a 9. inter vos
† a. vester
[a] a. sicut filius hominis non venit vt ministrari sed ministrare & dare.

ipsum omnino voluntariè passurũ, nec quicquam ei inopinatum euẽturum, illorũmq; animi contra imminentia mala munirentur & confirmarentur: (leuius enim offendunt quæ sunt præcognita) ac cùm viderent omnia euenisse quæ se passurũ prædixerat, certius etiam futurã eius resurrectionem expectarent & crederent.Solis autẽ discipulis hęc seorsũm aperit, tũ quòd hi ei essent familiariores, atque in fide & dilectione firmiores , qui proinde minus scãdalizari poterant huiusmodi prædictione quã alij nequaquã ferre potuissent : tum quod hi delecti erant vt primi testes postea essent eorum quæ ad tempus erant celanda,nec testes modo,sed & vt imminentis huius tempestatis aliqua ex parte essent participes. Porro cum superius semel & iterum suam illis passionem prædixisset in genere, nunc in specie eis explicat & passionis rationem, & omnem eius ordinem ac varietatem , gradatim scilicet eis perfectiorem tradens cognitionem , & quo passionis tempus magis imminebat,eo etiam apertius & explicatius eam prædicens.Dicit ergo: Ecce ascendimus Hierosolymã; quasi dicat:Modo aduenit tẽpus de quo dudum vobis prædixi,quod oporteret me ire Hierosolymam. Aduerbio enim ecce, excitat eorum animos ad animaduersionem eius quod animis eorum penitus infixum esse volebat,significatq; præsens modo esse tẽpus de quo aliquando prædixerat. Addit autem , vt est apud Lucã; & consummabũtur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis; quo & rationẽ & necessitatem suæ passionis aperit , nempe vt impleantur scripturæ Prophetarum, vt sic minus mirarentur & turbarentur.Deinde in specie explicat quæ sint illa quæ secũdum scripturas passurus est, & quo ordine ea sit passurus. Primùm enim Iudæis se dicit tradẽdum , necdum tamen explicans quod ab vno Apostolorum sit tradendus.Id enim reseruauit dicendũ in vltima cœna. A Iudæorum autem primoribus se dicit condemnandum morte,quod tunc impletum fuit,quando in atrio Caiphæ pontificis , concordi sententia clamauerunt: Reus est mortis.Hinc se ab his tradendũ dicit gentibus, Pilato scilicet & satellitibus eius Romanis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt per hos mortis fiat executio, quæ per Iudæos, iam fieri non poterat. Tradent, inquit Matthæus eum gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum. Vbi aduertendum, quòd tertium horum, scilicet crucifixio, fuit petita à Iudæis: duo autem prima, scilicet illusio & flagellatio, fuerunt effectus subsecuti traditionem Iudæorum, non autem procurati ab eis: & proinde præpositio, ad, in duobus illis prioribus denotat consecutionem effectus, non intentionem tradentium principum & scribarum. Vnde Marcus & Lucas quæ secuta sunt traditionem Iudæorum, sic explicant: Et illudent ei, gentes scilicet, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & postquam flagellauerint, occident eum. Quomodo apertius testari potuisset omnia se prescire quæ euentura essent, ac nihil inopinatum obuenturum? Quomodo melius suos præmunire potuisset, & in illis nostram item fidem confirmare, quàm dum ostēdit se voluntariè pati, cùm conscius omniū quæ passurus esset locum accedit passionis, & dū propter scripturarū adimpletionem, necessariam ostendit suā passionem? Ne autem nimis deiicerentur & tristarentur ob mortē eis prædictam, & vt cùm viderent euenisse, quæcunq; secundùm scripturas se passurum prædixit, crederēt etiam firmiter futuram secundū scripturas ipsius resurrectionem, prædicit etiam mox à morte se resurrecturum. At discipuli quantumuis apertè ac frequenter Dominus suam illis mortem prædiceret, tamen vt hic rursum Lucas testatur, nihil horum intellexerunt, vt certè pro illo tempore nihil eorum intelligi facilè potuit, quod quomodo sit intelligendum dictum est in cap. Concordiæ 69.

TVNC ACCESSIT AD EVM MATER FILIORVM ZEBEDÆI, CVM, &c.] Cū Matthæus dicat matrem rogasse Dominū, Marcus ipsos filios, quos cum matre accessisse testatur Matthæus, scribit hoc ipsum orasse, eo quòd ipsorum instinctu & suggestione mater Dominū orauerit: vnde per eā ipsi potius dici poterant orasse quàm mater, quare Dominus non matri respōdet, sed filiis, vt quorum hęc postulatio præcipuè fuerit. Occasionem autem huius petitionis ex superioribus desumpserunt. Quia enim Dominus modo illis prædixerat mortem suam iamiā imminere, & tertia die resurrecturū, existimauerunt illum regnum suum post resurrectionem in terris auspicaturum, quod temporale fore instar regnorū huius mundi cum reliquis Iudæis suspicabantur. Promiserat autem paulò antè ipsis duodecim, quod in regeneratione cum sederet filius hominis in sede suæ maiestatis, etiam ipsi sessuri essent super sedes duodecim, &c. Proinde hi duo carnaliter adhuc affecti, cōmoti sunt vt modo primas sedes inter duodecim sedes sibi precarētur. Videbant enim se præ aliis ferè honorari, & familiarē sibi esse Dominum, sed Petrum timebāt sibi præferri, qui & ipse cum illis à Domino quandoq; extra alios assumebatur, cum secretiora quædā Dominus communicare voluit. Porro quo honestior & acceptior esset eorum precatio, per matrē potius quā per sese orare Dominum instituerunt, quā quidā putant fuisse Domino consanguineā, & sororem fuisse matris Domini, atq; ob id filios sperasse sese per illā ratione consanguinitatis facilius quod volebant impetraturos. Verùm id an verum sit, ex scripturis colligi non potest, imo ex his magis contrarium videtur, filios Zebedæi non fuisse Domino cōsanguinitate coniunctos. Quare vt omissis incertis, certioribus inhæreamus, ideo vetisimile est hos fratres matrē subornasse, quæ eorū nomine Dominum oraret, quod illa inter eas esset mulieres quæ Domino seruiebant & ministrabant de facultatibus suis, & secutæ eum fuerant de Galilæa, vnde sperabant hac ratione illius preces non facilè passuras apud Dominū repulsam. Inter eas enim mulieres numeratur à Matth. ca 27. qui locus si conferatur cū simili narratione Marci cap. 15. manifestū satis est quod hæc mater filiorum Zebedæi, dicta fuerit Salome. Siquidem cum Matthæus inter mulieres quæ Dominum erāt secutæ à Galilæa, tres velut præcipuas recenseat, nempe Matiam Magdalenam, Mariam Iacobi, & matrem filiorum Zebedæi, Marcus qui eadem cum Matthæo scribere solet, etiam tres recensens, pro matre filiorū Zebedæi ponit nomen Solome. Hæc itaque à filiis instigata, tunc, hoc est, postquam dixisset Dominus se tertia die resurrecturum, accessit Dominum cum filiis suis, adorans eum, hoc est, inclinato corpore reuerentiam ei exhibens, & petens aliquid ab eo, tum ipso corporis habitu, tum etiā verbis, quibus imprimis in genere petiuit exaudiri in re aliqua quā erat postulatura: quemadmodū particulare aliquid, potissimum si magnum fuerit, postulaturi, generalē solent præmittere homines petitionē, quo gradatim captent animum eius à quo peculiare aliquid impetrare cupiunt, & obstringūt fidem eius, ne postea fas sit negare. Id autem quomodo nunc factum sit explicat Marcus, qui filios in ipso accessu dixisse commemorat: Magister, volumus, id est, desideramus à te, vt quodcūq; petierimus, facias nobis. Sic Bethsabee apud filiū Salomonē deprecatura pro Adonia, in ipso aggressu dicit: Petitionē vnam parvulam ego deprecor à te, ne confundas faciē meam. Respōdente autē filio: Pete mater mea, illa intulit: Detur Abisac Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Ita & nunc Dominus veluti non negaturus quicquid peteret cum filiis: Quid, inquit, vis, id est, petis? Ipsa interrogatione particulare extorquens petitionis explicationem, quam deinde redarguere posset; suo nos exemplo docēs, ne ob familiaritatem aut carnalem affectum nostram fidem roganti amico obstringamus, priusquam in specie petitionis qualitatē intellexerimus, & iustane an iniusta sit didicerimus. Interrogata itaq; à Domino quid postularet, respondit: Dic, id est, præcipe vt in regno tuo, quod instare scilicet intelligimus, sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram, hoc est, primi post te, & ante alios, quibus & ipsis tecum sedere promisisti.

RESPONDENS AVTEM IESVS DIXIT HEIS: NESCITIS QVID PETATIS.] Etsi non tantum crassa, & carnalis, sed & ambitiosa esset discipulorum postulatio, Dominus tamen sua mansuetudine illorum imperfectionem tolerans, nihil aliud quàm ignorantiā illis obiicit: Nescitis, inquit, quid petatis. Circa quæ verba adnotauit Caietanus non dictum esse: Nescitis, quid petitis; sed, quid petatis; vt sensus sit: Nescitis quid petere debeatis; quomodo explicat & Dionysius, intelligens scilicet verbum, petatis, esse futurum optatiui, quomodo ad Romanos dicitur: Quid oremus sicut oportet nescimus, id est, quid orandū sit & quid orare debeamus. Verùm Græca hic habent præsens indicatiui modi αἰτεῖσθε, vnde rectè verti potuit: Nescitis quid petitis; quomodo in Matthæo vertit quidam, quanquam in Marco vertit quemadmodū habet noster interpres, petatis: nec malè, si modò, petatis, accipiatur vt sit præsens subiunctiui. Sic enim petinde est siue dicatur: Nescitis quid petatis: siue, Nescitis quid petitis. Dicit autem eos nescire quid peterent, tū quòd non haberent cognitionem rei quā petebant, ignorabant enim quale esset & quando futurum regnū Christi, & quid esset in illo regno sedere proximū Christo: tum quia ignorabant quomodo ad cōsortium regni Christi & præeminentiam in illo peruenīri posset, cùm putarent illam Christum pro suo arbitrio his concedere posse quibus vellet, & qui ipsi essent familiariores & magis dilecti, quemadmodum cōtingit in regnis mundanis. Vnde vt ab hac imprudenti ambitione animos eorū reuocaret, & admoneret quid tum illis potius cogitādum esset, & qua ratione ad consortium regni ipsius peruēniatur, rogat num possent bibere calicem quem se bibiturum prædixit priusquā resurrecturus esset & fœliciter regnaturus; intelligens per calicē, Hebraica phrasi, suppliciū quod sibi à patre paratum erat adituras. Frequens est enim in scripturis hæc metaphora, qua per calicē aut portionem calicis, hoc est, ad mēsam vini portionem, certa cuiusque sors à Deo homini parata, siue bona, siue mala significatur. Mutuata verò est à potātium veteri ritu, quo per modiperatorem, hoc est, conuiuij præsidem sua cuiq; vini portio quam exhaurire debēret, statuebātur. Sic enim Deus vnicuique sua siue quę exhauriat mala, siue quibus fruatur bonis, certa ratione definiuit. Et quidē in bonam partē huius metaphoræ vsus est, cū dicitur: Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Significat enim Propheta Deum sibi esse veluti hæreditariam portionem, quæ ex illius distributione sibi obuenerat. Sic & quidam ad literam intelligendum volunt illud: Et calix meus inebriās quàm præclarus est; vt significeentur bona quę iusto Deus tanquam suam sortem contulerat, redundasse. In malam autē frequētius metaphoræ istius vsus est, vt cùm dicitur de impiorum mercede: Ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. Et: Calix in manu Domini vini meri plenus misto. Sic & Isaię 51. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adiicies vt bibas illum vltra. Sic Iere. 25. & aliis aliquot locis. Hunc ergo loquendi modum scripturis familiarē secutus Dominus, & hoc loco & postea aliquoties passionem suam & mortem quā ex patris decreto subiturus erat, calicem vocat, dicitq; modò: Potestis, hoc est, sentitis ne vos fortes satis & paratos vt bibatis calicem quem ego bibiturus sum, hoc est, vt talia patiamini, qualia me pati oportet ex patris decreto? Est autem huiusmodi allegoria etiam recepta in prophanis literis. Inter adagia enim refertur; Eodem bibere poculo; pro eo quod est, iisdem affici incommodis, malisq; communibus obnoxiū esse. Vnde Plautus in Cassina: Vt senex eodem hoc poculo quo bibi biberet. Verum hanc allegoriam aliunde translatam putat quidam, quam suprà diximus mutuatam in scripturis sacris calicis metaphoram, nempe vel bibendi certaminibus, vel abiis qui metuūt venena: vnde & vulgò nostrates, si quando minantur se patem gratiā relaturos, aiunt se de eodem porrecturos poculo: *Ghy sult uan den selue sope hebben.* Cæterùm quod per calicis potationem allegoricè Dominus significauit, idem & alia allegoria significat, subiungens: Aut potestis baptismo quo ego baptizor, id est, iamiā sum baptizandus & baptizari paro, etiam vos baptizari? Baptismum enim rursum suam passionem vocat quemadmodum & Lucæ 12. vbi causa huius metaphoræ est explicata. Porro quanquam secundum vulgares tropos Dominus suam passionē & calicem vocet & baptismum, videri tamen potest & ob id lubentius eis metaphoris vsus, quòd eius passio nobis futura erat & baptismus quo mundaremur, & calix quo inebriaremur. Vnde Theophylactus intelligit Dominum ob id passionem suam vocasse baptismū, quòd nos omnes purificet, qui & ob id intelligit Dominum eandem vocasse calicem, quòd eam cupidē accesserit, veluti si bibendum ei fuisset poculum suauis potus, quòdq; per eam in suauem mortis somnum deferendus erat, quemadmodum quis vini potu grauatus mox incidit in somnum. Verùm hæ nō sunt præcipuæ rationes metaphoræ, quanquam velut accessoriæ, & ipsi materiæ de qua est sermo optimè conuenientes, non sint reiiciendæ. Ea autem sententia, qua Dominus hic passionem suam vocat metaphoricè baptismum, apud Latinos quidem tantum est in Marco, at in Græcis codicibus etiam in Matthæo, sed verisimile est ex Marco transcriptam esse in Matthæum, cùm apud Hieronymum non reperiatur, nec conueniat illi quod apud Matthæum dicitur per futurū tempus, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? vbi tamen Græca quædam pro bibiturus sum, habent, quemadmodū in Marco, bibo, videlicet vt iam apertè addi possit: Aut baptismo quo ego baptizo, baptizari? Interrogati autē discipuli mox respondent: Possumus. Circa quam respōsionem dubium est num illi intellexerint quod Dominus de calice & baptismo methaphoricè dixit. Theophylact' enim existimat eos opinatos Dominum loqui de poculo sensibili, & baptismate quo baptizabantur Iudæi. Sed verisimilius est, eos non tam crassè Domini sermonem accepisse, sed intellexisse quidem vtcunque tropum Domini vulgarem, maximè quia de sua passione quæ resurrectionē præcessura erat mox præmiserat: nimia autem consequendi quod optabant auiditate, sicut stultè postulauerāt, ita etiam temerè de se pollicitos, cùm sibi nondum satis essent noti, imo mox prius experti essent quàm metuissent cùm in Hierusalē iter Dominus institueret. Audita autem eorum respōsione, Dominus pro solita sua clementia sicut suprà non insectatus est eorum ambitionem, ita nec modò reprehendit eorum in pollicendo temeritatem, nec obiicit eis sibi cognitam eorum infirmitatē & timiditatem, sed amplectitur eorum promptitudinem, quæ etsi necdum erat in ipsis vera, qualem illi de se pollicebantur, tamen suo tempore vera erat futura. vnde subiicit: Calicem quidem meum bibetis, & baptismo quo baptizor baptizabimini; hoc est, talia pro veritate & gloria Dei patiemini, qualia ego mox passurus. Iacobum enim, vt Actorū testatur historia, occidit Herodes. Ioannes autem cum reliquis Apostolis flagellatus est à Iudæis, vt eadem narrat historia, & à Domitiano Romæ missus est in dolium feruentis olei, ac deinde cum ab eo saluus processisset, relegatus est in exilium in Pathmos insulam. Bibit ergo & ipse calicem Domini, quāuis propria morte in Epheso mortu' sit. Neq; enim calix Domini mortem tantum significat, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

passionem & afflictiones : quanquam & Ioannes dum dicta pro Domino pertulit mala, declarauerit sacris fuisse sibi animũ moriẽdi etiam pro Christo, imo se voluntate fuisse occisum. Cùm autẽ his auditis sperarent filij Zebedæi se audituros etiam quod optabant, subiecit Dominus contrà quàm audire desiderabant : Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram, non est meum dare vobis, &c. In quibus verbis quidam notant Dominum non absolutè dicere, non esse suum dare sessionem à dextris & à sinistris, sed non esse suum dare illis duobus, esse autẽ suum dare quibus paratum est à patre, vt significetur primas sedes non esse paratas Iacobo & Ioãni, sed altis quibusdam, quos Hilarius intelligit esse Moysen & Eliam, qui cum Domino visi sunt in transfiguratione: alij verò Petrum & Paulũ, primos scilicet Apostolorum, & qui aliis plus laborauerunt. Verùm sciendum Græcis non esse pronomen, vobis, quanquam illud videantur legisse D. Hieronymus & Hilarius, sed absolutè Græca habent; non est meum dare; quomodo & Augustinum legisse omnino apparet lib 1. de Trinitate. ca. 12. quanquam semel addatur ibi, vobis. Ita enim tractat hanc sententiam, quasi absolutè Christus negauerit esse suum dare, quia secundum humanam potestatem hoc ad eum non pertinuerit. Vt autem adderetur hic ab aliquo pronomen, vobis, in causa fuit quod sequitur: Sed quibus paratum est à patre meo. Verùm ea oratio est ecliptica, secundum quendam perficienda hoc modo, vel simili: sed iis continget vel dabitur; aut, sed eorum est quibus paratum est à patre meo. Itaque non voluit his verbis significare Dominus Iacobum & Ioannem exclusos esse à sessione à dextris & à sinistris, alios verò esse quibus illæ sedes sint paratæ: sed absolutè dicit, non, esse suum dare quod petebatur, quod tamẽ debet intelligi in hũc sensum: Non est meum dare, quemadmodum vos putatis esse in manu mea, vt scilicet pro libito dare possim ratione consanguinitatis aut familiaritatis. Quoniam enim illi putabãt Christo liberum esse more regum huius mundi, præferre aliis, & exaltare in regno suo quos vellet Dominus, quò ostenderet & consortiũ regni, & præeminentiam in regno suo non contingere pro humano beneplacito, sed pro diuino ac proinde iusto, nec restare vt iam de nouo illa aliquibus addicantur, sed iam olim immutabiliter quibusdã esse parata, asserit non esse suum dare quod petebatur, sed illud eorum esse quibus non adhuc erat parandum, sed iam erat paratum. Itaq; & nostra litera in qua additur, vobis, sic est intelligenda: Non est, quemadmodum vos putatis, meum dare vobis aut quibus libet etiam aliis, sed illis cõtinget quibus paratum est. Ne autem ex eo quod dicit Dominus hic non esse suum dare sedes in regno suo, sed patris, quis existimet ipsum patre inferiorem, & omnino non esse ipsius, considerandum quòd idem ipse apud Lucã 22. Lucã in vltima cœna dicit: Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicãtes duodecim tribus Israel. Sic ergo hic dixit: non est meum dare, sed quibus paratum est: quẽadmodum, inquit Theophylactus super Marcum, si iustus rex præsideret certamini cuipiam, & deinde accedant ad illum quidã amici eius, & dicant: Da nobis coronas; qui sanè dicet: Non est meum dare, sed quibus paratæ

A sunt, nempe certantibus & vincentibus. Clariori erit sensus, cessabitq; omnis quæstio, si quod Græcis est ἀλλὰ, pro quo nos habemus, sed, accipiatur positum pro εἰ μὴ. hoc est, nisi, & sit sensus: Nõ est meũ dare, nisi quibus paratũ est; quemadmodum Marci 9. vertit eam coniunctionẽ etiam noster interpres, ὅτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν, Neminẽ viderunt nisi Iesum solum. Sic & 2. Corin. 2. Non me contristauit, sed ex parte, pro, nisi ex parte. Porro dubitari potest quomodo dicat Dominus sedere ad dexteram vel sinistram suam, eorũ esse quibus paratum est à patre. An ergo in regno ipsius vnus illi ad dexterã, & vnus ad sinistrã sessurus est, cùm soli ipsi dictum sit à patre: Sede à dextris meis; & ὑπόμνησις. omnes Angeli & patri & Christo assent tanquam

B ministri? Sed dicendum, quòd Dominus attemperans suam responsionem petitioni & intelligentiæ discipulorum, dicit de sessione ad dexteram & ad sinistram, non quidem significate volẽs talem fore sessionem qualem illi suspicabãtur, sed per huiusmodi sessiones significans præeminentiam in regno suo, quã & illi per eas sessiones ambiebant.

ET AVDIENTES DECEM INDIGNATI SVNT DE DVOBVS FRATRIBVS.] Sicut duo fratres carnaliter petierunt, ita & reliqui decem carnaliter indignati sunt de petitione illorum, quòd scilicet peterent præponi aliis, cùm cæteri non minus primatum ambirent, eúmq; sibi quisque speraret. Hi nimirum sunt affectus eorum qui viuunt in aulis principum. Sibi quisque placet, sibi quisque pollicetur primos honores, & aliis prælatis inuidet. Dominus autem si-

C cut solita sua mãsuetudine toleravit carnalem fratrum petitionem, ita & cæterorum carnalem indignationem non seuerè est insectatus, quanquam etiam suprà, ipsis similiter de primatu inter se contendentibus humilitatem sectandam satis docuisset: sed vt suos ab ambitionis malo liberaret, ex quo processit & fratrum duorum postulatio, & cæterorum indignatio, conuocatis reliquis decem ad se (intelligẽdum enim hos paulisper elongatos à duobus fratribus qui cum matre Dominum acceserant) omnibus eodem pharmaco medicinam admouet, admonens eos modestiæ, idq; exemplis duobus inter se diuersis: nempe tum exemplo re-

D gum terræ, à quibus ipsos planè conueniebat esse diuersos moribus: tum exemplo suiipsius, quem ipsos omnino conueniebat imitari. si cum illo vellent regnare. Itaq; primò proponit eis exemplum quod imitari nõ debeant, dicens: Scitis quod principes gentiũ dominantur eorum, pro eis, hoc est, dominium exercent in eas, velut dominos se gerunt populi subditi, timorem, honorem, & obedientiam ab eo requirentes in omnibus quæ pro libito statuunt, suámq; vtilitatem & commodum à subditis sibi veluti à seruis quærẽtes. Et qui maiores sunt eorum, pro, qui magni vel magnates

E sunt inter eos (Græcè enim est positiuus μεγάλοι, quemadmodum & postea maior pro magnus) potestatem exercent in eos, hoc est, vtuntur in illos imperiosè sua potestate, præcipiendo quælibet, & ad ea exequẽda cõpellendo. Non ita erit inter vos, qui scilicet ad regni cœlestis consortium & præeminentiam in ipso vocati estis. quasi dicat. Quemadmodum longè alia est conditio regni cœlestis quàm regni terreni, ita vos ad illud vocati, longè dissimiles esse oportet principibus & magnatibus ethnicis. At hic quæri potest, quomodo dicatur Apost

Apostolis, non eritis sicut magnates qui potestatem exercent in subditos, cùm & ipsi Apostoli potestatem suam exercuerint in subditas sibi Christi

2. Cor. 10 oues. Petrus enim sua potestate seueram de Ananias & Saphira sumpsit vltionem: & Paulus qui incestuosum Corinthium tradiderat sathanæ, multa gloriatur de potestate sibi data à Christo, qua in promptu haberet vlcisci omnem inobedientiam. Verùm dicendum, quod eum dicitur, magni potestatem exercẽt in eos; non simplex potestatis vsus significetur, sed vsus potestatis pro libito fere & cum quodam fastu, ac ad propriam tum gloriam, tum vtilitatem. Vnde notãda vis Græcæ dictionis κατεξουσιάζουσιν, quæ non simpliciter significat, vti potestate: sed ratione præpositionis κατὰ sonat in malam partem, significans vsum potestatis tyran- B nicum, qui cum malo subditorum sit coniunctus, vt quod Græce est κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, rectè sic verti possit, potestatem exercent aduersus eos. Sic etiam Græcis in priori sententia non est simpliciter κυριεύουσιν, id est, dominantur eorum, sed cum præpositione κατὰ, τὰ κατακυριεύουσιν αὐτῶν, id est, dominium exercent in vel aduersus eas, vt significetur suo bono & subditorum malo eos gerere principatum. Eodem verbo vtitur & Petrus, dum epistolæ prioris cap. 5. idem quod Dominus hoc loco, præcipit ecclesiarum pastoribus, nempe vt nõ sint velut dominantes in cleris, hoc est, gregibus qui eis veluti sorte obtigerunt. Explicat autem in sequentibus Dominus, quomodo aliter esse debeat Inter Christianos quàm inter Gẽtiles. Sed, inquit, quicunque voluerit inter vos fieri maior, pro ma- C gnus, erit, id est, sit (nam futurum indicatiui pro imperatiuo Hebræa phrasi positum est, vnde apud Matthæũ est ἔστω, id est, sit) vester minister: & quicunque voluerit in vobis esse primus, erit, id est, sit omnium seruus. Duas Dominus causa inculcationis profert sententias idem significantes, quæ correspondent duabus quæ præcedunt sententiis de principibus & magnatibus gentium, idem etiam penè significantibus. Dixerat enim, qui maiores sunt potestatem exercent in eos: nunc ergo contrà dicit, qui voluerit inter vos esse maior, sit vester minister. Ministeriũ enim opponit exercitio potestatis. Facit autem Dominus mentionem eorũ qui magni dicuntur, quia quemadmodum apud nos D qui præsunt, dicuntur magnates, ita Græcis & Hebræis dicuntur magni, fuitq; id quorundã regum olim proprium cognomẽtum, vt regis Persarum.

1. Reg. 7. Vnde dicit Dominus per Nathan ad Dauid: Fecitq; tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Dixerat item; principes gentium dominantur eorum; nunc ergo contrà dicit; qui voluerit inter vos esse primus, (quod idẽ est quod princeps, sicut Græcis idẽ est ἄρχων & πρῶτος, cum vtrunq; dicatur à principio) erit omnium seruus. Esse enim seruum opponit dominio. Porro non parua est difficultas quæ sit vera harũ duarum sen- E tentiarum intelligẽtia. Apparet enim, si verba spectemus, Dominum his sententiis docere voluisse, quomodo parari possit & debeat primatus & præeminentia, quomodo si accipiantur, intelligẽdum est Dominum non docere quomodo primatus in ecclesia sit ambiendus & acquirẽdus, sed quomodo fieri possit vt quis magnus sit & primus apud Deum in regno cœlorum, nimirũ si hic omnibus se subiiciat, & ministret, ac seruiat. Atque in hunc sensum locum hunc intellexerũt D. Hieronymus

A & Chrysostomus. Hieronym' enim sic habet: Humilitatis magister & mitis, nec cupiditatis immodicæ duos arguit postulantes, nec decem reliquos indignationis increpat & liuoris, sed tale ponit exemplum, quo doceat maiorẽ esse qui minor fuerit, & illum dominum fieri qui omnium seruus sit. Frustra igitur aut illi immoderata quæsierant, aut isti dolent super maiorum desiderio, cum ad summitatem virtutum nõ potentia, sed humilitate veniatur. Hæc ille. Sic & Chrysostomus hunc locum explicans habet: Non enim externis nostra similia habet. Nam apud gẽtes qui principes sunt, ipsi dominantur: apud me autem qui vltimus est, is summa tenet. Verùm si quæ præcedunt & sequuntur aduertamus, apparet magis scopum Domini esse, vt doceat non quomodo primatus sit parandus & ambiendus, sed quomodo qui primatum in ecclesia aut inter Christianos adeptus est, in eo se gerere debeat. Præmittit enim exemplum, quod suos imitari non vult, de his qui principes sunt & magnates gentium, non autem de his qui quærũt aut volũt fieri principes & magnates: & similiter subiungit exemplum, quod vult eos imitari, sicut filius hominis non venit ministrãri, sed ministrare, significans se cum primus esset, tamen sese gerere vt ministrum. Itaq; sensus potius esse videtur: Qui voluerit inter vos fieri maior vel primus, hoc est, qui statuerit apud se primatũ aliquem suscipere, vbi iam eum acceperit, si modò velit eo gradu bene fungi, sit omnium quibus præest minister & seruus, sic scilicet vt in omnibus eorũ quærat vtilitatem & salutem, nõ autem proprium cõmodum

C & honorem. Hic sensus conuenit ei quod Luc. 22. legitur, cum in vltima cœna, orta rursum inter discipulos pro primatu contentione, Dominus hæc eadem inculcauit. Proposito enim etiam ibi exemplo gẽtilium principum, subiicit: Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Vtitur autẽ hic Dominus tali modo loquendi, quo videtur significari qua via perueniatur ad primatum, dicẽs; qui voluerit fieri maior vel primus esse; quod sic eum loqui conueniret ad curandum morbum Apostolorum qui volebant primatum, quibus proinde monstrat, quid sit illud quod volunt, dum volunt

D primatum, nempe quod volunt ministrandi & seruiendi, non autem præcipiendi & dominandi officium. Ac si apertius dixisset: Quicunque voluerit fieri magnus & primus inter vos, is sciat se, cum talis factus fuerit, debere omnium esse seruum & ministrum, si modò velit id etiam esse coram Deo quod est apud homines. Dicta sunt circa hanc Domini sententiam quædam etiam in cap. Concordiæ 70. vbi ex Marci 6. cap. eadẽ habetur sentẽtia. Postquam autem suis Dominus proposuit exemplus gentilium principum, quod imitari non debeant, subiungit iam exemplum suiipsius qui omnium primus est in regno Dei, quod proinde imitari debeant, quotquot illius vices in populo Dei obtinent, & cum illo regnant. Sicut, inquit, filius hominis non venit ministrari, hoc est, vt melius in Marco versum est, nõ venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret. Nõ negat quẽquam sibi ministrasse aut ministrare potuisse, sed ad hoc se venisse vt ministraretur sibi. Venisse autẽ se dicit vt ministraret, quia venerat vt omniũ vtilitati seruiret, prædicando & curando infirmitates, ac ob hęc corporaliter perambulando diuersas ciuitates & regiones, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob propriam gloriam aut vtilitatem,sed tantū ob aliorū salutē. De ministerio enim in spiritualibus est potissimum sermo : cum se Dominus dicit venisse,vt ministraret, in quali ministerio oportebat Apostolos Dominum maximè imitari:quanquam etiam de ministerio in tēporalibus rebus simul intelligēdum sit,cum Dominus apud Lucam dicat se inter Apostolos conuersatū sicut qui ministrat, adeo vt etiam ad lotionem pedū sese demitteret. Vt autē Dominus suo exēplo doceret suos quantum debeant insistere ministerio aliorum , & solliciti esse pro eorum salute,addit se venisse vt daret animam suam,hoc est,vitam suam(non enim animam sola , id est , spiritum dedit , sed & corpus suum)redemptionē pro multis,significans eos qui vice sua in terris funguntur, vsq; adeo debere subseruire commodis eorū quibus præsunt , vt & vitam suam pro eorum salute impendant cum opus
Isaiæ. 11. fuerit,iuxta illud:Bonus pastor animā suam ponit pro ouibus suis. Dicit autē se vitā suam daturum redemptionem,hoc est in pretium redemptium, quia mors ipsius veluti pretiū erat quo humanum genus redemptum est ab ira Dei,à morte æterna, atq; à captiuitate diaboli.Vnde Paulus:Empti, inquit,estis pretio magno.Est autem Græcis pro accusatiuo,redemptionē, dictio λύτρον, quæ non ipsum redemptionis actum,sed pretiū significat quo redimuntur captiui & serui,quod vocabulo Gallico nos dicimus Rançon.Proinde rectius legitur per appositionē, dare animam suam redemptionem, quemadmodum habent Græca & Latini codices pleriq;,quàm cum præpositione,in,dare animam suam in redemptionem,ne intelligatur sensus esse vt daret animam suā propter redemptionem multorum,aut ad hoc vt multi redimātur, quanquam eodem sensus recidat.Quæri autē hic potest, cùm Christus dicatur animam suam tradidisse in pretium redemptionis multorū,cui pretium illud dederit.Pretium enim redemptionis aliquorum , iis solet dari à quo illi captiui detinētur, at à diabolo nos detinebamur captiui, cui Christū dedisse animam suam in pretium redemptionis , absurdissimum fuerit dicere. Dicendum itaq; Christū animam suam tradidisse Deo patri in pretium redemptionis humani generis, vt scilicet ab illius ira redimeretur sub qua iacebat captiuum.& à qua traditum fuit potestati diabolicæ,à qua proinde liberatum est postquam iræ & iustitiæ diuinæ satisfactum est.Fuit autem mors Christi voluntariè perpessa,pretium sufficiens & accommodum redemptionis hominum ab ira Dei , quia ea mors ab eo qui peccatum non fecit , & proinde mori non debuit,& ab eo qui Deus simul & homo erat,voluntariè ex præcepto patris perpessa,maioris fuit apud A Deum meriti,quàm totum humanum genus omnibus suis peccatis demereri potuit , & proinde eius mortis consideratione humanum genus relaxatum est à debito mortis æternæ quod peccatis suis contraxerunt.Cum autē dicit Dominus se traditurum animā suam redemptionem pro multis, aut,multis,hic positum est pro omnibus,quomodo ad Romanos, cùm dicitur quòd per inobedié- Rom. 5.
tiam vnius hominis peccatores cōstituti sunt multi.Mors enim Christi pro omnibus redimēdis sufficiens fuit pretiū,& quantum in ipso fuit,omnes
venit redēpturus:vnde Paulus pro omnibus mortuum esse Christum affirmat, & Ioānes dicit eum 2. Cor. 5. 1. Ioan. 2.
B esse propitiationē pro peccatis totius mundi.Aut ideo pro multis dictum est , quòd efficacia mortis ipsius non ad omnes esset peruentura,sed tantùm ad electos, qui pauci dicuntur cōparatione reproborum:multi verò,ob numeri in ipso multitudinē.Sic & Isaiæ 53. dicitur:Ipse peccata multorum Luc. 22.
tulit; & in vltima cœna Dominus dicit sanguinem suum effundendū pro multis in remissionem peccatorum. Porro eo quod Dominus hic dicit:Non ita erit inter vos,quidam hæretici,nempe Anabaptistæ colligūt omnino non licere Christiano gerere prophanū aliquē magistratum:alij vero hinc docent non licere saltē prælatis Ecclesiasticis temporalem & secularem habere iurisdictionem, imò C talibus nullam competere potestatem noua prȩcepta statuendi,etiam in rebus diuinis. At ex prædictis satis patet Dominum his verbis non voluisse suis prohibere præeminentiam sed tantū voluisse docere modum sese in suscepto primatu gerendi,diuersum à modo principum ethnicorum. Nec hæc Christi doctrina intelligenda est tantum pertinere ad prælatos Ecclesiasticos , quanquam ad eos imprimis & præcipuè pertineat, sed etiam ad principes seculares Christianos,quorum principatus regno Christi seruire debet , nec aliter se gerere debent quàm subditorum suorum ministri,omnibus modis inuigilantes eorum commodis : quomodo populo Dei præfuerunt Moses,Samuel, Dauid,& D alij sancti.Quod nec gētiles principes quosdā omnino latuit. Siquidem Antigonus Macedonū rex conspiciens filium suū eos in quos habebat imperium , ferocius tractantem atque insolentius : An ignoras,inquiebat,fili,regnum nostrum esse splendidam seruitutem:sentiens principem non minus oportere inseruire populo quàm populum principi,nisi quòd princeps id facit cum dignitate. Proinde locus hic esset deplorandi abusum potestatis tum Ecclesiasticorum,tum secularium principum inter Christianos etiam excedentem superbiam Ethnicorum principum. sed de hoc quædam Origenes in homilia 12. super huius loci tractatione.

SANATVR CÆCVS ANTE INGRESSVM IERICHO.
Lucæ 18. CAPVT CV.

Factum est autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat iuxta viam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntē,interrogabat quid hoc esset.Dixerunt autē ei , quòd Iesus Nazarenus transiret.Et clamauit dicens:Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibāt increpabant eum vt taceret.Ipse vero multo magis clamabat:Fili Dauid miserere mei.Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se.Et cum appropinquasset,interrogauit illum,dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit:Domine,vt videam.Et Iesus dixit illi:Respice,fides tua te saluum fecit.Et confestim vidit,& sequebatur illum magnificans Deum:Et omnis plebs vt vidit,dedit laudem Deo.

FACTVM EST AVTEM CVM APPROPINQVARET IERICHO, CÆCVS QVIDAM.] Omnino videri poterat hic cæcus cuius meminit Lucas idem esse cum eo quem Marcus

eius etiam prope Iericho sanatum memorat, proprium eius nomen exprimens.Nomen enim ciuitatis , & facti omnimoda similitudo,multum suadent vnum & idem esse miraculum. Verùm cùm Lucas suum miraculum dicat à Domino factum cùm appropinquaret Iericho, Marcus verò suum cùm egressus esset è Iericho,dicendum potius duo diuersa essa miracula,etsi inter se simillima.& vnū quidem ante vrbis ingressum , alterum verò similiter contigisse post egressum. Sunt tamen qui putant propter nimiā narrationis similitudinē idem esse miraculum quod à Luca,& quod à Marco est descriptum,& Lucam quidem non fuisse anxiè solicitum de loco & tēpore miraculi diligenter de- B scribendo,sed satis illis fuisse vt intelligeremus circa quem locum factum esset miraculum,idq; propter miraculi certitudinē, & vt ex hac historia discerēmus & Domini benignitatem ac potentiam, & fidei in cæco exemplum. Ad quem fructū percipiēdum nihil facit siue ante ingressum , siue post egressum miraculum hoc acciderit. Quam sententiam si quis sequi volet,ne quid falsitatis fateatur esse in euāgelistarum narratione,debet illud quod hic dicit Lucas ; cùm appropinquaret Iericho:accipere dictum esse pro,cùm esset prope ciuitatem Iericho, quomodo hæc verba intelligi posse indicat D.Augustinus lib. 2. de quæstion. euāg. cap. 48. C & vlterius dicendum Lucam per anticipationem hoc commemorasse miraculum , & sic quidē narrasse,quasi ante ingressum contigerit, cùm post egressum cōtigerit, quod satis esset scire circa Iericho contigisse. At quia secundùm hanc sententiā nimis abusiuè accipi deberet illud:cum appropinquaret Iericho: aut fatēdū (quod nequaquam est fatendum)aliquid falsitatis inesse euangelicę narrationi,& quia quæ sequuntur apud Lucam aperte satis ostendunt illud quod modò narrat , factū esse cū accederet Dominus Iericho , August. tum lib. 2. de consensu euang. tum prædicto loco de quæst.euang.omnino vult intelligēdum miraculum à Luca descriptum,diuersum esse ab eo quod D Marcus describit,proinde eius sententiā tanquam receptiorem & tutiorem sequi visum fuit in Cōcordia. His autem pro concordia euangelistarum obiter præmissis , ad rem ipsam veniamus. Itaque cum Dominus e regione iuxta desertum iter faceret , vt in præcedentibus dictum est, ad Ierosolymam,& obuiam haberet in hoc itinere ciuitatem Iericho , accidit vt cùm appropinquaret huic ciuitati,cæcus quidam sederet iuxta viam,stipem,vt fieri solet,à prętereuntibus petens: quod nūc Dei dispositione ita factum est, vt ne incessus Domini esset ociosus , sed vbique etiam in via benefictiæ occasio ei præberetur , suòque exemplo doceret vt in omnibus & semper simus proficui,& nūquā E ignaui. Cùm ergo hic cæcus ex strepitu vocum & pedum intelligeret magnam vim hominum prætereuntem,interrogabat quid hoc rei esset.Est enim cæcorum genus eo curiosius, quod oculis careat. Respósumque est ei,quod Iesus Nazarenus transiret.Tum ille protinus neglectis omnibus prætereuntibus,à quibus multam eleemosynam sperare potuisset,ad solum Iesum conuersus , concepta fiducia ex his quæ de illo aliquando audierat,clamabat dicens:Iesu fili Dauid , miserere mei. Oratio magnæ fidei index, & plane Christo digna,qua & Matthæi 9.alij duo cæci visum impetrauerunt , & mulier Cananæa,filiæ sanitatem. Quod dicit : fili Dauid; non ob id tantum dicit , vt , quemadmodum quidam volunt,blādimento quodam Dominum magis commoueret,quia scilicet honorificum erat natum esse ex regio semine Dauid:sed ob id potius,dicit quod crederet eum esse Messiā qui expectatus fuit ex semine Dauid.& ob id,vt prius aliquoties est annotatum passim tum apud Iudęos ea periphrasi notabatur vt vocaretur filius Dauid. Alioqui quomodo vel hic cæcus, vel alii similes ita sciuissent eum qui Galilæus & Nazarenus dicebatur, natum ex semine Dauid : nisi quia certo crediderūt esse Messiam, quem sciebāt fore filium Dauid:itaque cum alii renunciarent Iesum Nazarenū transire,ipse magnificentius de eo sentiens , Iesum filium Dauid nominat. Quod dicit miserere mei, significat ipsum certò credidisse posse illum pellere cæcitatem si tantum vellet,dū nihil aliud ab eo implorat quàm misericordiam, conuenitque illud,miserere mei , diuinitati Christi cui vt alicuius subueniat miserię,nihil aliud est opus quàm vt eius misereatur, cum pleriq; hominum nequeant subuenire ei cui miserentur: quanquam nō sit verisimile hūc aut alios dixisse Christo,miserere mei, ob creditam tum ab eis diuinitatem eius,sed tantum ob creditam eximiam eius potentiā à Deo ipsi collatam,qua posset quic quid vellet. Tamen vt oratio hæc ab ipso spiritu sancto profecta est,qui proculdubio tātæ fidei in istis author fuit,illud.miserere mei,Christi indicabat diuinitatem:proinde Christo plane dignam dixi hanc orationem,nō solum ob eius breuitatē, sed etiam quòd vtramque eius naturā indicet: humanam quidem , cùm dicitur filius Dauid; diuinam, cùm dicitur;miserere mei. Porro qui prębant in turba Iesum;increpabant eum, (vnde datur intelligi , quòd clamare cœpit antequā Dominus circa illum esset,quodque sæpius & validè clamarit) vt taceret. Suspicabantur enim eum vulgarem petere eleemosynam, & metuebant ne improbitate mendici offenderetur transiēs Dominus. Quo autem magis turba obstrepebat, tanto vehementius cæcus clamabat,eadem iterās sancta improbitate, declarans hac ratione ardens consequendi visus desiderium & inuictum fidei robur.Quoniā enim nō licebat videre Iesum,nec illum accedere , ideo magis intendebat vocem, nescius quantū abesset quem appellabat, & obstrepentis turbæ voces superare adnitens. Illo ergo in clamore perseuerante , Iesus qui aliquoties clamantem dissimularat, tum ne videretur cupidus ædendi miracula causa ostentationis, tum vt euidentiorem redderet cæci fiduciam,nosque doceret perseuerantia opus esse in orationibus,tandem restitit,(non enim,vt reliqui putabant,eius clamore offendebatur,sed delectabatur (iussitque illū adduci ad se. Quanquam enim etiam non adducto cæco , solo verbo ipsum sanare potuisset : adduci tamē illum ad se potius iussit , quo omnium oculos ad miraculi considerationem conuerteret,esetque miraculū euidentius.Cū autem veniisset ad Iesum , interrogauit illum:Quid tibi vis faciā ? nō quòd ignoraret quid ille cuperet , sed vt illo palam agnoscente suum malum, & explicante suum desiderium , miraculum ab omni esset liberum calumnia , ne aliqui dicere possent , hunc vere non fuisse cæcum,aut Iesum ostentationis gratia pro desiderata stipe contulisse visum.Solent enim quidam mendici fingere cæcitatem , quo plus accipiant , & fortassis

Universidad de Deusto
Biblioteca

erant in turba complures qui nihil aliud petituri putabant quam stipem. Solet enim & Dominus, tametsi iuxta mundum pauper, ex his quæ donabantur ab amicis, aliquid elargiri pauperibus. Cæcus autem magna cum fiducia, rerum omnium aliarum securus, nihil aliud petit quàm visum. Domine inquit, volo te mihi facere vt videam; paucissimis rursum vsus verbis, sed quæ magnam præ se ferebant fidem. Tum itaque Dominus aptè respõdés illius fiduciæ, verbo reddiderit visum, sum ma cum maiestate dicens: Respice, hoc est, recipe visum. Græcè enim est ἀνάβλεψον. Addidit autem solitum illud fidei elogium: Fides tua te saluum fecit, idque; tum in fidei commendationem, quam imitari nos voluit, vt sanitatem ab ipso spirituale consequi possimus: tum in exemplum humilitatis, alienum sese ab omni arrogãtia declarans, vt & alibi circa hanc Domini sententiam dictum est. Et confestim vidit qui cæcus fuerat, nec tamen redit ad mendicitatis sedem, sed vt prius declarauit fidei magnitudinem & constantiam, ita nunc accepto diuinitus beneficio lætus gratum se exhibet. vnde sequitur: Et sequebatur illum, non sese suámque fidem commendans quam commendauerat Iesus, sed magnificans, vel, vt Græca habẽt, glorificans Deum à quo tantùm beneficium profectum agnouit, & cui soli omnis gloria est tribuenda. Quin & populus conspecto tam insigni miraculo, quod, si ad fuissent Pharisæi, calumniari studuissent, dedit laudem Deo, cuius virtute Iesum non dubitant ædidisse miraculum. Et hactectenus quidem literalis historiæ tractatio, ex qua vt fructum spiritualem consequamur, imprimis quidem in genere in ipsa historia obseruanda tũ Christi benignitas & potẽtia, vt ea in Christo admiremur & amplexemur: tum cęci fiducia & constans desiderium, vt hæc in ipso imitemur. Vt autem in specie partes historiæ tractentur mysticè, (miracula enim Domini & saluatoris nostri, inquit Gregorius, sic accipienda sunt, vt & in veritate credantur facta, & tamen per significationem nobis aliquid innuant) secũdum intelligentiam quæ peculiariter allegorica dicitur, cæcus iste designat genus humanum, cæcum ignorantia veri, mendicum inopia omnium virtutum, quod veluti iuxta viam sedebat mendicans, quia ab omnibus philosophis & doctoribus huius mundi quęrebat pasci doctrina salutari. Christo vero trãseunte per viam huius mundi, & appropinquãte Iericho, hoc est, defectum nostræ mortalitatis assumente (. Iericho enim, quod interpretatur Luna, recte defectum nostræ naturæ aut mundũ istum significat ob lunæ instabilitatem) humanum genus lumen quod amiserat recepit, idque constanti fide & inuocatione nominis ipsius, à qua tamen qui præibant Iesum, synagoga Iudæorum scilicet & philosophorum scholæ, homines reuocare conabantur. Secũdum moralem autem historiarũ sacrarum tractationem, cæcus hic homo & mendicus, typus est cuiuslibet peccatoris, veri cognitione & virtutibus destituti. Hic si visum est recepturus, imprimis quidem necesse est iuxta viam sedeat mendicans, hoc est, vt cæcitatem cordis sui & inopiam agnoscens, alienâ opem imploret. Ita fiet vt Iesus incipiat transire circa eum. Transit autẽ quandocunque nomen ipsius & doctrina palam prędicatur, aut internis suis inspirationibus cor hominis visitat. Id cum fit, peccator sanitatis auidus vbi sentit adesse Iesum, non debet sinere elabi præsentem occasionẽ, sed constãti clamore fatigare eius aures, nec desistere, etiãsi multa turba suadeat silentiũ, sed eo instantius illum inuocare. Reclamat enim intentioni nominis Christi synagoga Iudæorum, dicens non in illo esse salutem, sed in Mose. Obstrepunt & philosophi & principes ethnici, & quotquot peccatorẽ in suis vitiis retinere studẽt. reclamat conscientia non vna voce, sed tot vocibus quot admissorũ sibi cõscius est animus. Suffocare nititur pium desiderium & orationẽ turba carnalium phantasmatũ & cogitationũ, quæ, mentem ipsius præoccupauerunt, quæ cuncta per eos qui præibant recte designata intelliguntur. Quod si his licet reclamantibus, peccator tamẽ tanto ardentius orationi insistat. Iesus etsi in transitu existens, non præteribit tamẽ, sed ad illius clamorem restabit. Stat enim, inquit Gregorius, qui ante trãsibat, quia dum adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntẽ sentimus: Cum vero orationi vehementer insistimus, stat Iesus vt lumẽ restituat, quia Deus in corde figitur, & lux amissa reparatur. Cum autem steterit Iesus, & iam menti quietem aliquam contulerit, iubet innocentem adduci ad se, quia siue per doctores euangelicos, siue etiam afflatibus arcanis eum sibi probiorem facit. Quærit autẽ, quid tibi vis faciã: quia etsi sciat pater cœlestis quo indigemus, & quid desideremus antequã petamus eum, vult tamen nostras necessitates à nobis apponi sibi, vt ad orationem animus magis excitetur, sicque aptior fiat ad impetrandũ quod petit. Itaque sinulum & inopiam suam fateatur peccator, & instanter orauerit, precatus non aurum argentum, sed visum & cognitionẽ veritatis, mox à Christo impetrabit. Vbi autem impetrauerit, cauendum eine ad pristinũ redeat locum, nec amplius iuxta viam sedeat, aut mendicet, sed agnoscens se nõ amplius indignum, sequatur in via Iesum ad crucem pergentẽ, nec tantũ sequatur, sed simul animo grato Dei semper in se glorificet gratiã. Videt enim & sequitur. inquit, Gregorius in homilia, qui bonũ quod intelligit operatur. Videt autem, sed non sequitur, qui bonum quidẽ intelligit, sed bene operari contemnit. Et subiicit: Si ergo fratres charissimi cæcitatẽ iam nostræ peregrinationis agnoscimus: si credendo in redemptoris nostri mysteriũ iuxta viã sedemus: si exorando quotidie ab authore nostro vitæ lumen petimus: si eadem luce iam per intellectũ videndo, illuminati post cæcitatem sumus, Iesum quẽ mente cernimus, opere sequamur. Aspiciamus qua graditur, & eius vestigia imitando teneamus. Hæc ille. Bene autem nobis obseruandæ cæci huius orationes breuissimæ quidem, sed sensũ plenissimæ, vt & nos huius exemplo discamus non quidẽ orare multiloquio, sed tamen instanter & assidue idque eis quibus ipse orauit verbis. Prior enim eius oratio, qua in genere precatur Christi misericordiam dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei. in omni cõuenit tempore & orandi necessitate. Quiduis enim à Deo petituri, misericordiam eius solam rectè imploramus, cum omnia nobis ab illa sint expectãda, adeo, vt & vita æterna, quæ tamen merces est bonorum operum ex Dei nobis proueniat misericordia. Dicit enim Propheta: Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Posterior autẽ eius oratio, qua in specie certã precatur misericordiam Christi, dicens: Domine *psal. 102*

Domine da vt videam; si de spirituali intelligatur visione, nos admonet quid maxime in specie petere debeamus, nempe non honores huius mũdi, diuitias, aut voluptatem, sed visum oculorum mẽtis, ita vt nos assiduè dicamus: Domine, da vt videam. Da imprimis vt videam, hoc est, per fidem cognoscam te solum verum Deum, & veram veritatis viam qua ad te perueniatur. Sic propheta: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Da deinde vt videam & agnoscam vanitatem huius seculi, vt videam admissa à me peccata & proprias imperfectiones, vt videam te semper in conspectu meo, ne commouear, vt videã, semperque ob oculos habeam vltimum vitæ meę finem, ne vnquam obdormiam in morte. Da postremùm vt videam post hanc vitam te facie ad faciem in gloria tua, vt satier cum apparuerit mihi gloria tua. Quod si obseruemus significationẽ verbi Græci, quod est Græcis pro verbo, videam, magis inuenietur hæc oratio, in mystico sensu nobis conuenire. Est enim ἀνάβλεψον, quod duo significat, nempe visum post cæcitatem recipere, & sursum aspicere: Precandum itaque vt visus nobis restituatur, depulsa vitiorum caligine, & vt ne oculi nostri in terrenis figantur rebus, sed sursum attollantur ad cœlestium considerationem. *psal. 18.*

ZACHAEVS PVBLICANVS CHRISTVM suscipit. Lucæ 19. CAPVT CVI.

ET veniunt Iericho. Et ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues, & quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrẽs ascẽdit in arborẽ sycomorũ, vt videret eum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciẽs Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descẽdit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant, dicentes Quod ad hominẽ peccatorẽ diuertisset. Stans autem Zachæus dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorũ meorũ Domine do pauperibus, & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eũ: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.

ET VENIVNT IERICHO. ET INGRESSVS PERAMBVLABAT IERICHO. ET, &c.] Oportunè hæc historia superiorem narrationem secuta est. Quod enim ibi corporaliter à Christo gestum est miraculum, hicfit spiritualiter, & alioqui magna hic est cum superiori facto similitudo. Ibi enim cæcus visum à Christo consequi desiderans, reprehenditur & reprimitur à turba, sed clamotis intentione superat turbæ impedimentum: Hic vero qui Christum videre desiderabat, à turba quoque prohibetur, sed & ipse impedimentũ hoc cõscensione loci altioris superat. Ibi cæcus cũ vocis intentione declarasset desiderii magnitudinem, iussus est à Domino adduci: sic & hic qui Christum videre desiderabat, ab ipso aduocatur, postquam conscensa arbore ardorem sui præ se tulisset desiderii. Sed ibi à Domino suscipitur & curatur mendicus, hic vero diues, vt intelligamus neminem illum à sua gratia excludere. Itaque ingressus Dominus ciuitatem Iericho, vt erat comitatus multa turba, perambulabat eã, hoc est, pertransibat eã. Non enim significare voluit Euangelista Dominum huc illucque vagatum per ciuitatem, sed per mediam ciuitatem iter fecisse, transiturum per eam ad Ierusalem quòiter instituerat. Quo & nos mystice admonemur ne mẽte hæreamus in Iericho, hoc est, instabili hoc mundo, sed vt procedẽtes de virtute in virtutem, properemus ad cœlestem Hierusalem. Est autem Iericho, vrbs, quã primam Iordane transmisso cepit & subuertit Iosue, rege illius interfecto, vt scribitur Iosue 6. pro qua extruxit aliã Hiel de Bethel, vt scribitur 3. Reg. 16. Sed & hæc eo tempore quo Ierusalem oppugnabatur a Romanis, propter perfidiam ciuium capta & destructa est, teste Hieronymo lib. de locis Hebraicis, qui pro secunda etiam tertiam dicit postea ædificatam, eamque vsque in sua tempora permansisse, & ostendi vtriusque vrbis vestigia. Brocardus testatur suo tempore ciuitatẽ hanc octo tantum habuisse domos, vixque nomen villę sortitam. Ciuitatis huius situm & circumiacentis agri fertilitatem propter aquas largissimas fontis illius, quem, cum noxius esset, Helisæus sanauit, vt scribitur 4. Reg. 2. describit prolixè Iosephus lib. 5. de bello Iudaico cap. 4. asserens cã, vt erat media inter Ierusalem & Iordanẽ, à Ierosolymis quidem distare cẽtum quinquaginta stadijs, à Iordane verò stadijs sexaginta. Hanc ergo ciuitatem decoratam & habitatione & miraculo Helisæi, etiam Dominus illustrare dignatus est & præsentia sua & insigni quodam faciore, vt vbique præsentia ipsius fructum aliquem attulit. Ecce enim, inquit Euãgelista, erat in hac ciuitate vir nomine Zachæus, (ob celebritatem namque viri eum proprio nomine expressit, conuenitque nomen ipsi euenire qui hic narratur. Nam Zachæus, si interpretetur, significat purum aut iustificatum, scribendumque est hoc loco per simplex c, non autem Zacchęus) & hic princeps erat publicanorũ, & ipse diues. Quæ ob id euangelista diligenter explicat, non solum vt sequenti fit narrationi locus, sed, etiam vt eius conuersio, & iustitiæ cupiditas, ac Christi benignitas sit admirabilior. Nõ vulgare enim iustitiæ desiderium, nec vulgare Dei donũ fuit, quod is qui caput fuit eorum qui ex publicis exactionibus & communi aliorũ malo propriis commodis inhiabant, & præterea diuitiarum copia affluebat, mox omnibus spretis in alium mutatus sit virum, & & tam pio videndi Iesum desiderio detentus fuerit rursum Christi benignitatem nobis mirè commendat, quod nõ simpliciter publicani, sed etiam principis publicanorum hospitio vltro sese obtulerit, à cuius consortio maximè abhorrebant Pharisæi & scribæ. Hic ergo talis vir, quem & vitæ genus & fortunę indulgentia impellere poterat ad contemptum humilis Iesu, quęrebat videre Iesum quis esset, cupiés scilicet eum etiam de facie nosse de quo rumor tam admiranda sparserat. Nec vulgari

Universidad de Deusto
Biblioteca

gari tenebatur videndi Iesum desidetio,sed tanto, A vt cum per staturę exiguitatē impediretur à turba vndique Domino circūfusa, ne posset in turba videre Iesum, oblitus sui principatus & diuitiarum suarum, veluti infimę alicuius sortis homo,arborem sycomorum ascenderit, quæ in via forte erat, per quam Dominum transiturum cognouit,non metuens quod multis Iudæorū risui futurus esset, eo quod diues & publicanorū princeps, sublimis in arbore spectator esset vni' humilis & pauperis hominis.Et quidē cum tam cupidus esset videndi Iesum proculdubio lubēs illū inuitasset,ni modestia & pudor obstitisset,& suorum peccatorum cō scius, indignū se cum Centurione illo indicasset, qui illum in domū suam vocaret,cum à suo con- B sortio Pharisæos studiose abstinere expertus fuisset. Bene ergo Euāgelista desiderii in hoc homine magnitudinē explicauit,dū & præcurrisse eum dicit,& ascendisse,idq; in arborem,quā & explicare ei visum est.Est autem Sycomorus, vel, vt Lucas posuit,Sycomorea,teste Dioscoride.lib.1. de materia medicinali cap.167.arbor excelsa, folia quidem habens similia moro, fructus autem proferens similes ficui,nisi quod eos proferat sine granis,neque in ramis proferat, sed ex ipso caudice, nō matureſcentes,nisi vnguibus aut ferro sculpantur.Plinius eam vocat ficū ægyptiam, putatq; in sola nasci ægypto, cum Dioscorides testetur etiā in Caria & Rhodo,aliisq; locis nasci, & ex sacris literis certissimū sit etiā natas in Palestina, imo in ea fuisse crebras & vulgares,vt patet ex hoc loco, & iis locis quibus dicitur Salomon præbuisse multitudinē cedrorum quasi sycomoros,quæ nascuntur in campestribus in multitudine magna.3. Reg.10.& 2.Paral.1.&.9. & cum Amos Propheta dicit se tanquam pastorem vellicasse sycomoros. Quo tamen loco D. Hieronymus putat magis significari rubos,qui afferūt mora agrestia,ac pasto rum famem & penuriā consolantur,quod ea solitudo in qua morabatur Amos, nullam huiusmodi Amos. 7. gignat arborē,quæ proprie dicitur sycomorus.Dicitur autē hæc arbor sycomorus, etiā sycaminon D quanquam hoc nomen proprie Græcis significet morum, vnde Lucę 17.vertit interpres;arbori moro;cum Græce sit συκαμίνῳ. & Psal.77. vbi legimus moros eorum in pruina ; Græce est τὰς συκαμίνους; quanquā hic potius vertendum erat sycomoros, quæ in AEgypto admodū crebræ sunt,adeo vt dicātur ficus AEgyptiæ aut mori AEgyptię.Hebræi pro eo quod interpretes vertunt nunc sycaminon, nunc sycomorū,dictionem habent his nominibus similem שִׁקְמִית Sikma, vt videri possit mutuata à Græco συκαμίνους, aut contrà potius nomen hoc Græcos ab Hebræis mutuatos.Porro de vocabulo sycomorus adhuc disputatio est,vtrum ο in morus sit ω μέγα an ο μίκρον,vt penultima sit longa an bre E uis.Græci enim fere per ο μίκρον scribunt,putantq; nomen hoc compositum ex συκος, id est, ficus, & μόρος,id est,morus,huic arbori inditum, quòd foliis morū referat, fructu verò ficum vulgarē,quod plane conuenit cum eo quod Lucas dicit συκομορέαν.Nam Græcis μορέα, morum significat. At ex verbis quibusdā Dioscoridis apparet potius per ω μέγα,scribēdū, vt sycomorus dicta sit quasi ficus futua, μόρος enim fatuum significat. Dicit enim: καλεῖται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς πάχος συκομόρου διατιθέασί τινες γενέσεως,id est, vocatur autē & fructᵘ huius arboris sycomoró propter saporis ignauitatem, hoc est,quia ignaui & fatui est saporis.Vnde Hieronym. in 7.cap. Amos dicit, Aquilam & Symmachū vertisse συνοπωρός per ω μέγα.Quæ ob id latius prosecuti sumus,vt solidius tractari possit mysteriū huius arboris,quàm non nisi ob mysterii alicuius rationem videtur sic in speeie designasse. Euangelista.Sed redeamus ad historiam:Itaque sedente Zachæo in arbore;& Dominum expectante, Dominus cum venisset ad locum, attollens oculos,vidit eum,aspectu quidem corporali, sed quem ferè sequitur aliquis salutaris effectus, quali aspectu dignus ille merito factus est, qui tanto videndi Iesum desiderio tenebatur.Videre enim eum solū in tāta multitudine ambiuit,& vicissim in tanta multitudine peculiariter illū vidit, & in illum oculos suos conuertit Dominus, qui delectatus tam insignis hominis cupiditate,quā ipse facto,vultu atq; oculis præ se ferebat, quā Dominus qui scrutator est cordiū, synceram esse aduertit, non tantum se illi simpliciter videndū exhibet, cum ille nihil aliud petere auderet, sed etiā ipso nomine vt notum cōpellans quem prius non viderat, vltro sese ipsius obtulit hospitio,dicens: Zachæe, festināter descēde, quia hodie in domo tua oportet me manere.Dicit,oportet me manere, non ob inopiam, quasi defuissent ei in quæ reciperetur hospitia,sed quod ille suo desiderio meruerat Dominū habere C hospitem, & quia oportebat hac ratione Christū secūdum suum officium quærere & saluum facere quod perierat.Legimus dominum frequenter rogatum iuisse ad conuiuium, nunquam autem nisi hoc loco legimus eum non inuitatum vltro se ingessisse. Atque id vulgo habetur parū ciuile. Sed introspexit Dominus affectū hominis, cui tanti erat vidisse Iesum prætereuntē, sciebátque eum plura tentaturū, nisi propria indignitatis conscientia obstitisset. Hic animus Christo cognitus efficacissimè & vrbanissimè ipsum inuitabat, qui sic amat inuitari, & à quo plus sępe ipetrat qui quod secum tacitè optat,propter conscientiā imbecillitātis suæ nō auderet petere,quā qui præsumptuose & inuerecundè illū vocare ad se nō dubitat. Efficax enim inuitator Christi fuit Petrus, cum diceret : Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum.& Cēturio qui dicebat:Domine non sum dignus vt intres sub tectū meum. Demōstratum est hic à Christo, quā rectè dictū sit de sapientia Dei quæ Christus est:Clara est,& quæ nunquā marcescit sapientia, & facile videtur ab his qui diligunt eam,& inuenitur ab his qui quærūt illam. Præoccupat qui se cōcupiscant,vt illis se prior ostendat. Ostensum quàm recte de eo Ecclesia canit, quod abūdantia pietatis suæ & merita supplicū excedit & vota.Declaratū quā auidus sit salutis & cōuersionis peccatorū, quam auiditatē ipsius significat etiam quod dicit;festinanter descende; & rursum illud,oportet me manere.Et recte quidē,dicit,manere,quoniam etsi ad tempus breue erat in domo Zachęi corporaliter futurus,in ea tamen per fidē semper erat mansurus, per quam habitat in cordibus fidelium. Res autem subsecuta declarauit & vim præcepti Dominici, & affectum Zachæi erga Dominum, quod scilicet solo pudore prohibitus non prius vltro illum ad se inuitauerit.Mox enim vt audiuit Domini insperatam iussionē, nihil quidem respōdet:ingens enim affectus & insperatum gaudium vocē admere solet,sed tamen nihil contatus obtemperat. Nam & festinanter descendit & non,

& non simpliciter eum accepit, sed excepit eum A gaudens,veluti magno honore affectus,& magno thesauro donatus, cum prius temporalia tantum lucra sectaretur.Nō enim indicauit se beneficium collaturum,sed beneficium accepisse.At quid in terea qui aderant rei quæ agebatur spectatores? Cum cæcum ante ingressum Iericho Dominus illuminasset, omnis plebs vt vidit, dedit,gloriam Deo:nunc vero cum magis deberēt Deo dare gloriam,& Christi prædicare benignitatem,omnes qui videbant,murmurabant dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset, duplici nomine peccantes, & quod hunc adhuc peccatorem vocabant,qui etiamsi prius peccator fuerat, videri me B ritò iam poterat animum mutasse : & quod vitio hoc vertunt Domino, quod ad hominem peccatorem diuerterit, cum hoc vnum viderent eum agere,vt sua doctrina peccatores ad resipiscentiā permoueret. Qua in re obseruandum quomodo homines semper magis commendauerint corporalia Christi beneficia,quam spiritualia,vt semper carnales magis externa mirantur, quā spiritualia. Cùm tamen hic dicuntur omnes vidētes murmurasse, videtur intelligendum Euangelistam locutum vulgari modo,vt omnes dixerit pro fere omnibus,aut admodum multis.Non enim absolutè omnes qui viderunt murmurabāt, quia non Apo- C stoli & discipuli qui aderant. Vt autem intelligamus quàm iniusta & irrationabilis fuerit horum murmurantium indignatio, subiicit Euangelista: Stās autem Zachæus dixit ad Iesum. Stetisse eum dicit insinuans ipsius erga Christum reuertētiam, siue hoc inter prandendum contigerit, siue potius ante vel post prandium, cum aliquamdiu,vt est verisimile, Dominum docentem mundi contemptum, & futuræ vitæ bona annuntiantem audisset. Aduertendum autē quid dixerit ad Iesum: Ecce,inquit,dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, &c. Quod dicit, do & reddo, quidam sic accipit quasi iam hoc facere cœperit, Priusquam etiam ad ipsum Dominus diuertisset, D vt intelligeret num hoc quod cœperat Domino probaretur nec ne. Sed rectius intelligitur ipsum cōmotum Christi præsentia & doctrina, iā certò constituisse se daturum & redditurum, vt cùm dicit,do & reddo, præsentis temporis verba profuturis accipiantur,dabo & reddam, nisi quod signi ficare voluerit dicens,do & reddo,sese iam suas facultates ad id deputare, & ad id faciendum sese astringere, vt sensus sit : do pauperibus, hoc est, iamiam illis addico & certò deputo. Id enim magis conuenit responsioni Domini, quam subiicit dicens: Hodie salus domui huic facta est. Diuidit autem suas facultates in duas partes. Et dimidiū quidē pauperibus assignat,vt peccata sua eleemo E synis redimeret,& perfectionem Euangelicæ doctrinæ quoad posset præstaret.Ea enim requirit vt diuites sua dispergant & dispensent pauperibus. Dimidium verò reseruat, non tam vt possideat, quàm vt hinc exoluat lucra fraude quæsita,vt ferè solet publicanorum officium nec esse liberum ab iniustis exactionibus. Quadruplum autē reddere fraudatis constituit, secutus scilicet legem hac in parte, quæ præcepit ei qui ouem fuerit furatus, eamque vendiderit,vt reddat quadruplum. Quan Exod. 22 quam hac constitutione non omnino ad talē reddition em adigebatur. Nam lex ei qui quod fraude aut furto abstulit,ad huc habet in manibus,duplum tantùm restituere præcipit.Hic autem si quod aliquem fraudauit,illud adhuc penes se habuit,nempe pecuniam.Verum quo fraudis perfectā faceret satisfactionem, & non tantum restitueret malè ablata,sed etiam damna quæ fraudati poterāt incurrisse resarciret abundè,suumque peccatū in se ipso plene puniret,quadruplum vltro se redditurum promittit.Ex quo intelligendū relinquitur, hunc diuitias suas nō omnes ex iniustitia & fraude comparasse, sed maiorem partem, imo omnes pene vel ex patrimonio, vel ex iusto lucro obtinuisse quomodo enim alioqui & dimidium bono rum suorum pauperibus addicēre potuisset, & præterea reddere quadruplum omnibus à se fraudatis?Hinc autem discendum diuiti qui perfectus Christo volet esse discipulus,opus esse vt & largiter sua in pauperes eroget, & tamen non sic omnia quin si de fraude aliqua sibi est cōscius,nō etiā fraudatis male ablata restituat, nec tantū ea quæ abstulit restituat, sed & damna quæ hinc inciderunt aut incidere potuerunt resarciat. Dicendum & hoc, quod perfecta resipiscentis satisfactio in duobus illis consistat, nempe vt & ablata reddat (nō enim,inquit Augustinus, dimittitur peccatū, nisi restituatur ablatū)& admissa peccata eleemo synis purget,iuxta consiliū Danielis: Peccata tua Epist. 54. ad Macedon. Dan. 4 eleemosynis redime.Porro quod Zachę⁹ has suas coram Domino virtutes proponit,non iactabūde facit, quemadmodū Pharisęus ille, qui dixit, decimas do omnium quæ possideo: sed tū vt alacritatem suam & fructum in se secutū ex præsentia & ingressu Domini ostenderet,idque in condemnationē obmurmurantium Iudęorū:tum quod cuperet audire à Domino an quod facere instituebat, ei placeret necne, & num quid illi præterea esset faciendum ad adipiscendā vitā æternam. Mira sane rerum mutatio, cum is qui prius totus lucris inhiabat, & ex aliorum incommodis sibi quęstū faciebat:subito ita mutatus est,vt nō tantum redderet cum fœnore & largiter iniuste parta, sed & quæ supererant, pauperibus non tantum sedatu rum promitteret, sed iam deputaret, & veluti renunciato iure addiceret.Hæc certe mutatio dexte rę excelsi.Iam camelus, obiecto diuitiarum onere transire cœpit per foramen acus. Cum ergo Zachæus suam mutationē Domino probandam vel improbandā proponeret,Dominus approbās eius propositum,ait ad illum : Hodie salus huic domui facta est,eo quod & ipse filius sit Abrahę. vbi sciēdum,quod apud Græcos relatiuum,ipse,referripo test ad domū,quia illis οἶκος,id est, domus, est masculini generis,vt sic verti possit oratio:Salus huic domui facta est, eo quod & ipsa filia sit Abrahæ. Atque in hunc modum potius intelligendū,ob id apparet,quod cū Dominus hæc dicātur dicere ad Zachæum, non autem ad circunstantes, durius est quod sub tertia personaldicitur ad illū,eo quod & ipse sit filius,si,ipse, referatur ad Zachæū : Nec absurdū videri debet si domus dicatur filia Abrahæ. Sic enim rectè dicitur domus filia Abrahæ, quomodo nos dicimus domū aliquā Christianam,vt scilicet domus accipiatur pro familia. Nō enim Dominus tantum Zachæo salutē annūciat, sed toti familiæ, quæ exemplo patrisfamilias aut iam credidit, aut creditura erat. In nostra litera videtur illud, ad eum, cùm dicitur : Ait Iesus ad eum; accipiendū pro,de eo, quomodo ad Romanos dicitur: Ad Israel autem dicit,pro,De Israel autem

tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem dicit. Et multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius, pro, multi dicunt de anima mea. Itaque intelligatur ad circumstantes de Zachæo dixisse Dominus: Hodie salus huic domui, hoc est, familiæ facta est, eo quòd etiam ipse, paterfamilias scilicet, sit filius Abrahæ. Theophylactus relantiuum, ipse, manifestè refert ad domũ, & per domum vult intelligendum ipsum Zachęum, vt sit sensus: sicut tu hodie das & reddis, ita & ego dico hodie salutem factam domui huic, id est, tibi. iuxta quem sensum rectè dixerimus in nostra lite ra, relatiuum, ipse, referri ad domum, non secundum vocem, sed secundum rem, sicut in illo: Reges gentiũ dominantur eorum. Cæterũ domui dicit Dominus factam salutem, quia supra dixerat: In domo tua oportet me manere, vt ostendat fructum secutum ex suo in domum ingressu, propter quem fructum dixerat; oportet me manere in domo tua. His ergo verbis non tãtum approbat Dominus factum Zachæi, sed & occurrit indignantium de ingressu suo murmurationi, cum ostendit fructum sui ad peccatorem introitus. Et quo magis omnium ora obstruantur, addit causam salutis domui tunc collatæ, dicens: eo quòd &, hoc est, etiam, ipse, quanquam publicanus & peccator, sit filius Abrahæ. Quod autem Zachæum filium vocat Abrahæ, dupliciter potest intelligi. Aut simpliciter, quia ex genere fuit Abrahæ sicut reliqui Iudæi, quo modo si accipiatur, intelligẽdum est Dominum non reddere exactam, & adæquatam rationem quare salus facta sit huic domui. Nõ enim omnibus illis salus cõtigit, qui filii fuerunt Abrahæ secundum carnem. Sed redditur ratio quare non debuerit à Domino negligi Zachæus, nimirum quia & ipse erat Israelita: suprà autem dixerat missum se ad oues quę perierũt domus Israel, & filius Abrahę peculiariter erat, pmissa salus per Messiam præstanda. Aut filiũ Abrahæ vocat non tantum ratione carnalis ex Abrahã propagationis, sed etiã ratione diuinæ electionis, qua hi tantum æstimantur in semine Abrahæ, qui benedictionis Abrahæ & semini eius promissæ in Christo participes sunt aut futuri sunt, sicque adæquata reddita erit causa quare domui huic salus cõtigerit. Non potest enim non huiusmodi Abrahę filius salus aliquando contingere. Sunt autem, inter quos Chrysostomus, qui Zachæum hunc non putant fuisse genere Israelitam sed ethnicũ, dictum autem filium Abrahæ, quomodo gentes dicuntur filii Abrahæ, per imitationem scilicet fidei & operum eius. vt sensus sit: eo quòd nõ tantum vos carnales Iudæi, sed etiam ipse sit filius Abrahæ iam effectus, per fidei imitationem. Verum id non est verisimile, tum quia Dominus suprà dixerat se nõ missum nisi ad Israelitas: tum quia si id verũ fuisset, nõ tantũ Iudæi murmurantes dixissent quòd ad hominem peccatorem diuertisset, sed multo magis quod ad hominem præputium habentẽ diuertisset, quod in Petro indignè tulerunt etiam fideles, idque post acceptum Spiritum sanctũ. Non enim existimandum est publicanos omnes qui apud Iudęos Romanorum nomine publica vectigalia exigebant, fuisse gentiles, vt suprà satis dictum est. Sed & nomen, Zachæus, cum sit Hebraicum, indicat satis hominem fuisse Iudęum. Concludendo autem subiicit Dominus: Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Quo confirmat redditam rationem, quòd scilicet salus ideo contingere debuerit Zachæo, quia filius fuerit Abrahæ etiam ipse, nec obstare illi quod publicanus sit & peccator, eo quod ipse venerit in hunc mundum, vt quæreret nõ eos qui sibi iusti videntur, nec salute se putant indigere, sed vt quæreret & saluum faceret quod perierat, idque imprimis inter oues Israeliticas. Itaque bisariam Dominus refellit Iudæorum indignationem. Nam cùm dicit; eo quòd filius sit Abrahæ, respõdet murmuri Iudæorum ex parte Zachæi, proferens eius ex Abraham originem, ob quam à se non erat relinquendus, & Iudæi tanquam de fratris salute & fœlicitate gaudere debebãt. Cum verò dicit: Venit enim filius hominis, &c. ex parte sui respondet illis, proferens suum officium. Et hæc quidem iuxta historiam, quæ in genere quidem nos docet & Christi in requirendis peccatoribus solicitudinem, atque in suscipiendis illis benignitatem, & veræ pœnitentis ad opera misericordię & iustitię alacritatem. Iuxta allegoriam autem, sicut semper in Euangeliis publicanorum & peccatorum conuersio, typus fuit conuersionis gẽtium quas Iudæi ob peccata abominabantur, & quarum vocationi inuiderunt postea: ita & nunc Zachæus iste Pharisæis abominabilis, tipus fuit populi gentilis, qui fama nominis Iesu diuulgata, excitatus auiditate eum cognoscendi, cùm statura pusillus esset, hoc est, puerorum instar non ita vt Iudęorum populus profecisset in virtutibus & veritatis cognitione, & ob id impediretur à turba vitiorum & diuersorum errorum quos sectatus fuerat, ne Iesum videre posset, ascendit per fidem in arborem sycomorũ, hoc est, crucem Domini, quæ ficum refert fructus sui dulcedine: morum vero efusi sanguini rubedine, estque veluti ficus fatua, quod cum dulcis sit fructus eius credentibus, fatuus tamẽ & insipidus infidelibus. Hæc est illa ficus, vnde qui cognoscunt se esse nudos, colligunt folia quibus tegant suam nuditatem. Aut in arborem sycomorum ascendit, dum suæ pusillitatis conscius, turbam errorum fugiens, Euangelicam amplexatus est doctrinam, quæ mundo fatua habetur & stulta, qua à terrenis subleuat° Iesum per fidẽ videre meruit. At Dominus videns huius populi fidem, & studium veritatis cognoscẽdæ, non se in transitu videndũ illi præbuit, vt Iudaico populo, sed à contemplationis studio ad opera charitatis ipsum vocans, delegit in domo eius manere, & firmam facere mansionem, plus ei populo indulgens quàm vel petere vel sperare poterat. Quã benignitatem populo gentili exhibitam cum viderent Iudæi, indignati sunt & obmurmurarunt. Vt enim nunc obmurmuratum est Iesu propter Zachæum, ita pôst obmurmuratũ est Petro ob Cornelium centurionem, qui gentium fuit primitiæ. Dicebãt enim: Quare introisti ad viros præputiũ habentes? At illis quantumlibet indignantibus, & abominantibus gentes tanquam peccatores, Dominus gentili populo iustitiæ & misericordiæ operibus vacanti, non autem principaliter eęremoniis sicut Iudæi, pronunciat salutem factam, idque ob id quod semen Abrahæ esset spirituale per fidem. Ex quibus intelligi iam facile potest quomodo etiam moraliter hæc historia possit tractari, vt per eam doceatur quomodo quisque peccator, cuius exemplar quoddam sese exhibuit, Zacheus, assequi possit, vt & Iesum videat, & eundẽ habeat manentem in domo pectoris, sui, nimirum si cùm pro

Psal. 3.

Allegoria

Rom. 9.

Act. 11.

pro staturæ spiritualis pusillitate impeditur à turba suorũ peccatorũ, à turba errorũ in quibus versatus est, à turba humanæ cõuersationis, ne Iesum videre possit, & has turbas fugiat, & terrenis relictis ad superna feratur, in crucẽ Dominicam fide ascendat, stultam Euangelij doctrinã amplexetur. Cumq; sic é sublimi Iesum speculatus fuerit, descendat ad officia pietatis. Non enim satis est contẽplari Iesum, quoties eget hospitio: eget autem, quoties eget proximus. Ac tum quidẽ quoties vocamur à Domino ad huiusmodi officia charitatis, nihil morandũ est, sed & festinanter ad ea explenda descẽdendum, & Christus egenus cum gaudio excipiendus. Sic fit vt quis per fidem quæ per dilectionem operatur, Christum non veluti in transitu videat quomodo eum vident qui tantùm credunt, sed etiam habeat eum manentem in domo sua, refectus ab eo salutari doctrina & spiritus cõsolatione, quantumuis impij quidam obtrectẽt; & vicissim ipsum reficiens misericordiæ & iustitiæ operibus. Hac enim duplicia opera ex facto Zachæi verè pœnitenti sunt imitanda. Porro ex Ecclesiastica institutione, hæc de Zachæo historia legitur passim in solẽnitate dedicationis Ecclesiarũ, idque appositè valdè. Et primùm quidem, quòd ei festiuitati cõueniat illud Domini: Hodie salus huic domui facta est; propterea quòd tũc memoria celebretur eius diei qua domus aliqua Deo est deputata, & singulari insignita prærogatiua. Deinde quia ei conuenit illud: Hodie in domo tua oportet me manere; Quòd ea die templũ factum sit habitaculum Dei & Christi. Postremùm, quia templum materiale typus quidam est templi spiritualis, in quo magis habitare desiderat Christus, illius scilicet de quo Paulus: Templum Dei sanctum est quod estis vos; proinde annua dedicati tẽpli memoria celebratur, vt ea fidelis quisque semel Deo in baptismo consecratus admoneatur, ita se gerere vt Christum habeat in se manentẽ, ad quod aptissimè conuenit moralis historiæ huius tractatio.

1. Cor. 3.

PARABOLA PROPONITVR DE DECEM MINIS.

Lucæ 19. CAPVT CVII.

Haec illis audientibus adiiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Hierusalem, & quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidã nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autẽ decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum dicẽtes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno, & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens: Domine mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi: Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatẽ habens supra decem ciuitates. Et alter venit dicens: Domine mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit dicẽs: Domine, ecce mna tua, quã habui repositam in sudario, timui enim te, quia homo austerus es, tollis quod nõ posuisti, & metis quod nõ seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequã, sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metẽs quod non seminaui, & quare non dedisti pecuniã meam ad mẽsam, & ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam? Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnã, & date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autẽ vobis: Quia omni habẽti dabitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Veruntamen inimicos illos meos, qui noluerũt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis præcedebat ascendens Hierosolymam.

HÆC ILLIS AVDIENTIBVS ADIICIENS DIXIT PARABOLAM, EO QVOD, &c.] Occasionem dictæ modò à Domino parabolæ explicauit Euangelista, nimirum quia cùm iam Dominus appropinquauit Hierusalem, discipuli existimauerũt Christum regnum suum, quod temporale fore putabãt, mox in ea tãquam regia sede & ciuitate Dei auspicaturum gloriosè. Itaque subiecit hanc parabolam, quo hanc mentibus suorum tolleret existimationẽ, significans per eam, longè aliter rem casurã quàm illi opinabantur, se scilicet nõ in vicina Hierusalem, sed in longinqua regione regnum sibi accepturum, Iudæos regnum ipsius detrectaturos, ac Apostolos, aliósq; doctores ministros suos qui cum ipso regnare vellent interea quòd ipse abesset in regno externo, negociationem consentaneam regno exercere debere, donec in fine ipse veniret, fidelibus ministris regni sui consortium communicaturus, rebelles verò & ignauos seruos vindicaturus. At quæri hic potest, quomodo Euangelista dicat hanc parabolam Dominum adiecisse, cùm prædicta illi, nempe Apostoli & alij qui aderant, audirent. Illo enim apparet significari Dominum sumpsisse etiam ex illis prædictis occasionem subiiciendi hanc parabolam, cùm nulla videatur esse horum cum præcedentibus connexio. Itaque quanquã videri possit Dominum postea quæ ad causam Zachæi pertinebant, nouam docendi occasionem, sine consequentiæ ratione accepisse ex Apostolorum carnali existimatione, tamen rectè etiam dixerit quis, Dominum cùm hanc subiiceret parabolam, respexisse vel ad indignationem & obmurmurationem Iudæorum, vt significaret mirum nõ esse si perpetuò ipsi indignarentur, qui mox recusaturi erant ipsum in suum regem suscipere, vel ad hoc quod dixit: Venit filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat; vt ex suo exemplo etiã suos per parabolam doceret quid ipsis faciẽdum restaret, nec tam cogitarent nunc de regni gloria, quàm vt regem suum imitentur, & post illius profectionem etiam ipsis quærendum quod perierat in hominibus. Hoc est enim lucrũ quod à suis ministris Dominus requirit. Bene autem dicit Euangelista illos existimasse quòd regnum Dei manifestaretur confestim. Regnum enim Messiæ etsi putabant ipsi fore temporale & mundanum, tamen Dei regnũ vocabant, quòd per Messiã se missum Deum in po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulo suo crederent sublimi quodam modo regnaturum,& sublimius quàm olim tẽpore Iudicum, aut regis Dauid,& aliorũ. Et quidem regnum Messiæ vt iam in tertis vtcũque cœptum erat,ita mox in Hierusalem magnum profecturũ & incrementum accepturum erat, verum nõ erat ita vt illi putabant manifestandum,vt instar aliorũ regnorum, in gloria & maiestate appareret. Spirituale est enim regnũ Christi quod est in tertis, & quemad-
Coloss. 3. modum Paulus vitam fidelium absconditam esse dicit cũ Christo in Deo, ita & regni ipsius maiestas & gloria iam occulta est,manifestanda in nouissimo die. Porro hac parabola eo magis præmuniendi iam erãt animi Apostolorũ, quod mox solemni pompa veluti rex ingressurus erat & susciperẽdus in Hierusalem, quemadmodum post hanc parabolam mox Lucas subiungit. Parabola autem sic habet: Nam ad literam eam prius breuiter prosequemur, etsi ferè planam satis in omnibus, quo ritè intellecto exemplo solidius in re per ipsam significata versemur. Homo, inquit, quidam nobilis,hoc est,claro genere natus. (Græcè enim est εὐγενὴς,) abiit in regionem longè dissitam à loco habitationis, vt acciperet sibi regnum,& eo accepto reuerteretur. At priusquã ingressus esset iter,vocatis decẽ seruis suis quos habebat,dedit illis decem mnas,singulis scilicet vnã,ita vt inter omnes æqua esset sortis partitio,simũlq; mandauit illis dicens: Negotiamini, hoc est mercaturæ & lucro conquirẽdo operam date,dum pro vsquedũ, venio. quasi dicat: Hanc pecuniam trado vobis, non vt prodigatis aut seruetis otiosam apud vos, sed vt negociatione crescat, reuersúsque reperiam rem domi auctam. Non dicit quãdo venturus sit,sed tantum venturum se asserit, volens tempus aduentus sui ipsis esse incertum,vt illi nunquam essent in otio, sed vẽturum tempore incerto semper expectarẽt.
Quid mi. Porro μνᾶ, mna dictio Græca, pro qua Latini interposita litera i dicunt etiam mina, significat Atticis libram pecuniariã,hoc est, cẽtum drachmas, quæ continent 12. vncias cum semisse. Cùm enim drachma octaua pars vncię sit, sicut octo drachmę vnciam faciunt: Ita duodecies octo drachmæ, hoc est,nonaginta sex,duodecim vncias,quæ veram libram Romanam reddunt, faciunt, sed ob numeri perfectionem addebantur quatuor drachmę,ita vt 100. drachmæ dicerentur libra & μνᾶ. Dicunt autem & Hebræi eodem vocabulo מָנֶה Mane, pro quo nos dicimus mina, & Græci μνᾶ, sed sciẽdum est minam Hebraicam diuersam esse à mina Attica. Hebraica enim valet,teste Iosepho,duas libras cum dimidia. Sic enim habet lib. 14. antiquit. cap. 13. Mina apud nos duæ & semis libræ existimantur. Quod cõuenit cum eo quod scribitur Ezech. 45. vbi dicitur: Viginti sicli & vigintiquinque & quindecim sicli, minam faciunt. Viginti enim & vigintiquinque & quindecim sicli simul sumpti faciunt 60. siclos, At cùm, vt suprà dictum est, Siclus sit dimidium vnciæ,60. sicli,30. faciunt vncias,quæ sunt duæ libræ & semis. Proinde Hebraica mina non tantum dupla est ad Atticam, sed & vltra excedit eam in quinque vnciis. Et hæc quidem pro intelligentia scripturarum in quibus fit mẽtio de minis vel mnis. Redeamus ad parabolicã historiã. Cùm ergo ad prædictum modum res suas nobilis iste homo domi disposuisset,mox profectus est. Ciues autem ciuitatis cui præerat oderant eum. Itaque profecto illo cœperunt agitare de nouandis rebus, vt fieri solet, hoc molientes, vt dum alterum regnum asserit, ab eo quod possidebat excluderetur. Miserunt igitur post illum iam profectum legationem, hoc est, legatos, dicentes ad illos: Nolumus planè hunc regnare super nos; nullã quidem legitimam rationem addẽtes, sed superbè regnum eius recusantes sola voluntate. Id enim significat, Nolumus. Hæc dicentes legatis miserunt eos, vt referrẽt illi ciues esse huius animi, vt posthac nollent illum habere regem, ne veniret vnde profectus esset. Et factũ est vt accepto regno, quantumuis id nollent ciues, rediret tamen, ac reuersus primum quidẽ de seruis suis solicitus fuit quibus pecuniã dederat, quos proinde vocari iussit, vt sciret quantum quisque negotiatus esset, id est, quantum lucri negotiando fecisset. Non est enim hic Græcis verbum πραγματιεύθαι, quod superius est, sed διαπραγματιεύθαι, quod plꝰ quid significat. Venit autem primus, dicens: Domine mina tua fecit lucrum decem minarum. Cuius industriam ac fidem collaudans & remunerans dominus, respondit: Euge serue bone; quia in modica re fidelem te declarasti, cum res meę essent angustiores, æquum est vt rebus meis nunc auctis, particeps sis amplioris fortunæ, ac plura tuæ fidei & potestati concredita habeas. Eris ergo, pro esto, potestatem habens super decem ciuitates. Porro, euge, Græca dictio est, quã & Latini vtuntur, atque est vox laudantis aut exultantis, perinde valens ac, rectè ſ. nè. Componitur enim ex εὖ & γε. Proinde cum in Psalmis precatur Propheta contra impios: Non dicant in cordibus suis, Euge euge animæ nostræ; sensus est: Ne sinas vt dicant sibi, bene bene sanè est animæ nostræ, cum scilicet euenerit iusto quod cupiunt. Et cùm dicit: Auertantur retrorsum, & erubescãt, qui dicunt euge euge; sensus est: Qui cùm vident aduersitates meas, lætantur & propter me dicunt: Bene res se habet. Et quidem illis locis lætantis est vox, hîc verò magis collaudantis. Non tantum autem Dominus eum collaudat, cuius mina decem acquisiuit minas, sed & eum, cuius mina quinque tantum acquisiuit, cum quo non expostulat quare nõ plus lucri fecisset, cum ex æquali pecunia alter duplo plus lucratus fuisset. Animaduertit enim varios esse negotiationis casus, & eos qui æqualem impendunt laborẽ & industriam, nõ semper idem assequi commodum. Et alioqui Dominus pro sua benignitate non quãtum potuisset seruus lucrari, requirit, sed contentus etiam fuit mediocri industria & lucro. Collaudat ergo etiam hunc, nec collaudat tantum, sed cùm illi, sicut nec priori, aliquod præmium deberet, tamen veluti commerito ob suam industriam & diligentiam contradit præfecturam quinque ciuitatum, ex seruis hos in consortium dominij constituens, sed secundum proportionem meritorum. Cum autem ad hunc modum cæteri reddérent rationem, tandem venit seruus vnus plane ignauus, & malæ fidei, qui suprà suam ignauiam etiam hoc adiecit criminis, quod se iustificare voluit, quódque iustificationis suæ rationem retorsit in mores & iniquitatẽ Domini. Domine, inquit, en refero tibi minam quam mihi credideras. Eam hactenus habui repositã in sudario, quo tibi sicut erat, esset incolumis. Adeo non profudi, vt nec attigerim. Hoc malui, quàm venire in periculũ ne si malè cessisset negotiatio, vt in ea varij sunt casus, tecum mihi res esset. Metuebam enim te, sciẽs, quàm sis homo austerus, & lucri

lucri auidus, adeo vt non solùm nihil dones, aut perire sinas de tuo, verùm etiã inde tollas vbi nihil posuisti: & inde messem colligas, vbi non fecisti sementem, quare non dubitaui te multò magis à me exacturum depositam minam, etiam si deperdita fuisset per fortunæ iniquitatem. Apparet autem fuisse illo tempore vulgare adagium; Tollere vbi quis nihil posuit, & metere vbi nõ seminauit; pro aliena & in quę quis nullum habet ius diripere & sibi vendicare. Audiens hæc dominus, offensus non tantùm ignauia serui, sed etiam quòd culpam suã referret in mores domini, propriis ipsum conuincens verbis ait: Serue bis malè, piger scilicet & domini tui insimulator, ex verbis oris tui te iudico: Sciebas enim, vt ais, me esse austerum, adeo vt tollam vbi non posui, &c. atqui hoc ipsum debebat te ad industriã excitare, non ad ignauiam. Cogitate enim debueras me multo magis mea requisiturum cum lucro, si aliena mihi soleo præ lucri auiditate vendicare. Quare ergo non saltem commisisti pecuniam meam mensariis, qui ex mutuo vel nummorum mutatione lucrum faciũt, vt cum illis particeps lucri fieres, vt si timuisti negotiando maria & terras peragrare, & in his lucrum quærere in quibus est iacturæ periculum, saltem vel hac ratione lucrum parasses, in qua minus vel nullum periculum est, imo certum lucrum, vt ego veniens pecuniam meam vel à te, vel à mensariis exigere possem cum vsura? Arguit ergo dominus eum, quòd cùm negotia periculosiora aggredi timuisset, etiam nec certiora ac faciliora tentasset. Porro non est hic anxiè quærẽdum quomodo dominus iste requirit lucrum vsuræ quod iniustum est. Proponitur enim parabola homo vulgari modo agens & loquens. Lucrum autem vsurarum olim apud multas gẽtes licitum & iustum habebatur. Aut loquitur iste nunc consequẽter ad existimationem serui, quasi dicat: Cùm iudicares me adeo esse lucri cupidum, vt etiam tollam vbi non posui, existimare etiam debuisses me accepturum lucrũ vsuræ ex concredita tibi mea pecunia. Cum autem dicit: & ego veniens cũ vsuris vtique exegissem illam (illam, enim habent multa scripta exemplatia, & non, illud) quanquam intelligi possit exegissem illam à te, sunt tamen, qui intelligunt exegissem illam à mẽsariis, vt his verbis intelligatur dominus tacitæ obiectioni serui occurrere. Ne enim dicere posset seruus, si fortè mensariis commisissem pecuniã tuam, periculum fuerat ne non traditam illis pecuniã mihi cum parto lucro repẽderent, ego, inquit, veniens exegissem eam ab ipsis cum fœnore & lucro. Cum autem ad hãc heri vocem obmutuisset ignauus iste seruus, dominus seruis astantibus præcepit ablatã ab illo minam, dari illi qui omniũ fuit vtilissimus, qui scilicet decem habuit iam minas, seruisque mirantibus cur illi adiiciendam vellet, quæ potius videbatur ei danda qui minus haberet, subintulit commune & tritum illud dictum: Omni habenti dabitur amplius, ab eo autem qui non habet, etiam quod habet auferetur. Quasi dicat: Ille qui quod à me habuit, verè habuit, lucrum inde faciens, dignus est cui amplius committatur & ditior fiat: is verò qui quod habuit, sic habuit quasi nõ haberet, dignus est qui priuetur etiam illo quod habuit, tantùm abest, vt eius egestati mea subueniat liberalitas. Hoc iudicio cum seruis habito, secũdo loco Dominus inimicos suos, qui iugum regni eius excutere voluerunt, adductos iubet in conspectu suo interfici, vt rebellionis suę meritas persoluerent pœnas. Paratior enim ad remunerandum quàm ad vindicandum, prius iubet accersiri seruos, quàm inimicos suos. Et hactenus quidem literalis propositi à Domino exempli tractatio, cui iam breuiter eius est subiicienda accommodatio ad eam rem quam Dominus significare voluit. Comparat ergo seipsum Dominus homini cuidã nobili genere orto, quòd verè esset homo, secundum humanam naturam ortus ex regia stirpe Dauid, secundum diuinitatẽ filius Dei patris. Se igitur significat mox abiturum in regionem longè dissitam à terra, nempe in cœlum, vt ibi acciperet quasi homo regnum sibi debitum, & regno accepto suo tempore quod incertum esse voluit, reuersurum; quod fiet in nouissimo iudicij die. At priusquã profectus est, seruis suis, Apostolis scilicet, aliisque Euangelicæ doctrinæ prædicatoribus, quos per decem seruos in parabola significat ob numeri perfectionem, concredidit Euangelicam doctrinam, & dona sua velut minam quandã, & pecuniam qua negotiarentur, & lucrum non sibi, sed suo domino facerent: qui sese magno lucro auctum existimat, si homines per hominem resipiscant à vitiis, & ad Euangelicæ pietatis studium conuertantur, præcipiens eis vt ei lucro augendo insistant vsque ad tempus aduentus sui. Cum autem iam profectus esset in cœlum, Iudæi, qui veluti ciues ipsius fuerant, quòd inter eos & ex eis natus, & apud eos conuersatus esset, & regnum suum auspicatus, vt semper eum etiam præsentem oderãt, recusauerunt eum etiam iam absentem agnoscere pro suo rege, non quidem quod iusta aliqua ratione mouerentur, sed quod impia & obstinata volũtate nollent. Quemadmodum enim adhuc præsente in terris Christo, dixerunt Pilato: Non habemus regem nisi Cæsarem. &: Noli scribere, Rex Iudæorum; ita iam ipso in cœlum profecto, cum Apostolos persequerentur, & cæsis denunciarent ne cuiquam loquerentur in nomine Iesu, ipso opere veluti dixerunt illud Psalmi: Dirumpamus vincula eorũ, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. At quamtumuis Iudæi illum nolint sibi regem, & adhuc pertinaciter illum negent & blasphement, veniet tamen etiam inuitis illis gloriosè regnans, iturus cum seruis suis rationem, & de inimicis suis vltionem sumpturus. Et seruos quidẽ suos per sanctos Angelos ipso iubente ad iudicium adductos, quos deprehenderit concreditis sibi donis, & Euangelici sermonis dispensatione lucrũ sibi fecisse animarum, non tantum collaudabit, sed & magno remunerabit præmio, & regni sui consortio donabit, vnumquemque tamen pro industrię & lucri parti ratione, maiorem scilicet fœlicitatem & præeminentiam in regno suo eis impartiens, qui plus laborauerunt, & plus lucri fecerunt. Id enim significatur per hoc, quod in parabola is qui decem minas acquisiuit, præficitur decem ciuitatibus: qui vero quinque lucrifecit, præficitur quinque. In quibus id obseruare conuenit, quod dicunt: mina tua decem minas acquisiuit, vel fecit quinque: non autem, ego per minam tuam mea industria tantum acquisiui, vt hinc discamus omne nostrum lucrum non tam nostrę industrię, quàm diuinæ asscribere gratiæ, cuius est totum quod bonũ est. Vnde Paulus, cum dixisset se plus omnibus laborasse, subiecit: Non ego autem, sed gratia Dei mecum. In illo

Ioan. 15. Ioan. 19. Psalm. 8. 1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem qui prætextu austeritatis sui domini minã A seruauit in sudario,illi designantur,qui concredita sibi dona etsi nõ prodigãt,tamẽ otiosa seruant, & licet non apertè malè viuant,nec quenquã lædant non tamen studeant pro accepto Dei munere aut suo officio aliis prodesse, & Christo lucrifacere, qui suæ pusillanimitati, imo verius ignauiæ ferè prætexunt metum diuinæ iustitię,& strictæ rationis exigendæ ab his qui non fœliciter & cum lucro verbũ Dei & munus quoduis Ecclesiasticum administrauerint. Quoniam enim in cura pastorali animarum, verbi diuini prædicatione, audientia confessionum, & huiusmodi quæ ad lucra spiritualia exercentur,multa occurrunt pericula perB dendi animas,magis eligunt & tutius ducunt omnino non exercere has negociationes, sed sibi in otio viuere, dicuntque frequenter tales in corde suo: Deus etiam plerunque requirit ab hominibus quæ non dedit eis, requirit fidẽ quam eis non dedit,requirit bonorũ operum fructum, cùm non dederit eis bonam voluntatem, sed ab æterno reprobauerit & induraverit corda eorum, quàm seuerè ergo mecũ acturus esset, si cùm me negociationibus spiritualibus immiscerem, nõ solum nullum facerem lucrum, sed etiam damnum? At tales in nouissimo die seuerè increpitos Dominus ex propriis verbis cõdemnabit, quoniam consideratio rigidæ iustitiæ diuinæ & cupiditatis lucri quæ est in ipso, magis eos impulisse deberet, si non ad actiones magni periculi,saltem ad actiones minoris periculi,vt ipse Dominus veniens cum fœnore & lucro dona sua recipere posset. Id enim satis fuerit intelligere significatum per ea quæ dicit in parabola Dominus seruo inutili de pecunia danda ad mensam. D. Hieronymus tamen in epist. ad Heliodorũ subtiliorẽ huius partis indicat intelligentiam, vt scilicet intelligatur principi ei cui Ecclesiasticũ aliquod munus offertur, vt illud aliis relinquat, aut vsurariis Domini,hoc est,Ecclesiæ prælatis resignet, si se imparẽ illi muneri metuit,aut lucrum non sit facturus munere susceptò. Veh,inquit, illi qui acceptum talentum in sudario ligans, cæteris D lucra facientibus id tantum quod acceperat refert uauit. Illico indignantis Domini clamore feritur: Serue nequam, quare nõ dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris exegissem eam? id est, deposuisses ad altare, quod ferre non poteras. Dum enim tu ignauus negociator denarium tenes, alterius locum qui pecuniam duplicare poterat occupasti. Hæc ille. Idem tamen in Matthæi cap. 25. scribens in altera simili parabola, eadẽ hæc simpliciter sic intelligit, vt per hoc quod Dominus de quo in parabola, voluit pecuniam suam dari mensariis vel nummulariis, significetur Dominum nostrum velle vt Euangelij prædicatio & sermo diuinus commendetur fidelibus hominibus,qui idonei sint & alios docere, sicut Timo- 1. Thim. 2

theo præcipit Apostolus, vel cunctis fidelibus qui possunt duplicare pecuniam, & cum vsuris reddere, cùm quod sermone didicerunt, opere complent. Quod autem in vltionem ignaui seruimina iubetur ab eo auferri, & dari ei qui habet decem; significat tum id quod in hac vita frequenter contingit, nempe quòd is qui gratiã à Deo acceptam sinit otiosam,priuatur ea:& is qui acceptis gratiis bene vtitur, augeri sibi sua dona meretur: tum quòd in futura retributione gaudium & gloria fidelium seruorum etiã augebitur ex donis eorum qui illis non bene sunt vsi. Boni enim non tantùm habebunt gaudium ex suis benefactis aut donis B suis,sed & ex donis malorum & ignauorum, dum diuina bonitate videbunt se suis bene vsos, cum contrà alij eadem vel similia dona habentes non sunt illis bene vsi. Itaque dona illorum & diuitias accipient, quomodo dicitur in Apocalypsi, quòd Apoc. 6. opera iustorum sequuntur illos; quia vnde illi gaudere & fœlices esse poterant, inde iustorum fœlicitas augebitur. Cæterum sententia illa: Omni habenti dabitur, &c. quæ à Domino frequenter, idq; ad diuersum propositum vsurpatur, explicata est satis in cap. Concordiæ 51. Nec aliud hic in ea notandum, nisi quòd duæ illæ dictiones, & abundabit, quæ in plerisque libris hic leguntur, nec sunt in Græcis, nec in scriptis multis exemplaribus: sicut nec Marci 4. nec Lucæ 8. vbi hæc sententia etiam posita est, vt verisimile sit hæc verba huc adscripta ex Matthi 13. & 25. vbi in eadem hac sententia ponuntur. Porro quod post iudicium seruorum iubet Dominus adductos hostes suos coram se occidi, significat quod in nouissimo die Iudæos, cum eis quotquot sese regno ipsius submittere voluntarié recusant, æterna morte condemnabit, quemadmodum etiam Iudæorũ gentem temporaliter per Romanos internecioni tradidit, eo quod non cognouerit tempus suę visitationis. Prius autem in parabola inducitur Dominus remunerari seruos quàm vindicare hostes, vt intelligamus eũ promptiorem ad coronandũ iustos quàm ad condemnandum impios, vnde in nouissimo die prius dicturus est iustis: Venite benedicti patris mei; quàm impiis dicet: Ite maledicti in ignem æternum, vt dicitur Matthæi vigesimoquinto. Subiicit autem Euangelista: Et his dictis præcedebat ascendens Hierosolymam; hoc est, cùm his dictis animos suorum liberasset ab errore illo quo putabant ipsum ascendere in Hierusalem, vt ibi regnum suum auspicaretur, eisdémque dictis significasset se conscium esse odij Iudæorum contra se, tamen declarans se eorum non metuere odium, & veluti iam auspicari profectionẽm in regionem illam longinquam in qua accepturus erat sibi regnum, præcedebat suos ascendens Hierosolymam, à qua suos sibiipsis metuere sciuit, vt patet ex Marco.

DVO CÆCI SANANTVR POST EGRESSVM E IERICHO.

Matth. 20. Marci 10. CAPVT CVIII.

ET proficiscente eo de Iericho,& discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timei Bartimeus cæcus,sedebat iuxta viam mendicans. Qui cùm audisset quia Iesus Nazarenus est, cæpit clamare,& dicere: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et comminabantur ei multi vt taceret. At ille multò magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum, dicentes ei: Animæquior esto, surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo exiliens venit ad eum. Et respondens Iesus dixit illi. Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, vt videam. Iesus autem ait illi: Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit,& sequebatur eum in via.

Quòd

Quod Marcus de vno cæco, Matthæus de duobus narrat hoc modo:

Et egredientibus illis ab Iericho,secuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus viã,audierunt quia Iesus transiret,& clamauerunt dicentes: Domine,miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Et stetit Iesus & vocauit eos,& ait: Quid vultis faciam vobis? Dicunt illi: Domine,vt aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus,tetigit oculos eorum,& confestim viderunt,& secuti sunt eum.

ET PROFICISCENTE EO IERICHO, ET DISCIPVLIS EIVS, &c.] Quid de Marco & Luca dicendum sit, qui idem videntur miraculum cum aliqua discordia commemorare, supra dictum est. Hic autem noua ingeritur quæstio de Matthæo qui duos cęcos à Domino egressо è Ierico illuminatos scribit, cùm Marcus vnius tantùm meminerit. At ea quæstio eodem modo soluenda est, quomodo supra ca. 8. Matthęus duos dæmoniacos à Domino curatos in regione Gerasenorum describit, cùm Lucas & Marcus vnius tãtùm faciant mentionem, videlicet quod vnus eorum notior fuerit. Ita enim & modò eum solùm commemorare voluit Marcus, cuius illuminatio tam claram famã huic miraculo cõparauit, quàm B eius erat nota calamitas & persona, ob quod & nomen ipsius ac patris ipsius explicauit, dicens eum vocatum Bartimeum, hoc est filium Timei. (nam hoc aditum est à Marco explicãdi vocabuli causa. Bar enim Syriacè filium significat.) Deinde Euangelistis satis fuit aliquot commemoratis miraculis Christi nobis potentiam & bonitatẽ commendare, nec curæ fuit omnia exactè describere, proinde nulla videri debet discordia inter eos, si quædam vnus commemoret quæ alius prætermisit. Videri tamen potest non improbabiliter dici, quòd si cæcus de quo Lucas, diuersus sit ab eo de quo Marcus, Matthæus vtrunque simul cõplexus C sit, simul narrare volẽs & eum qui ante ingressum ciuitatis, & eũ qui post egressum est illuminatus, quòd vtriusque illuminatio omnino similiter & circa eundem locum sit facta. Sunt autem qui omnino improbabiliter putãt duos hos cæcos diuersos fuisse non solum ab eo de quo Lucas, sed & ab eo de quo Marcus. In hac enim sententia est Euthymius, quòd cæci hi duo de quibus Matthæus, dicantur contactu sanitatẽ consecuti, cum id nec Marcus nec Lucas de suo commemorent, sed hoc argumentum quàm sit infirmũ nemo non aduertit. Et hæc quidem quantum ad Concordiam. Circa historiam autẽ non est quod hic immoremur, D cùm sicut planè est simile factum quod hic describitur, cum eo quod est apud Lucã, eadem hic sint dicẽda, quæ ibi. Tantum obseruanda quæ hic siue in Marco, siue in Matthæo, sunt peculiaria. In Marco ergo hoc primum annotandum; quòd cum nos habemus; multi comminabãtur ei vt taceret; verbum, comminabantur, rursum positum est pro increpabant, Græcis enim est ἐπετίμων, idem verbum quod in Luca & Matthæo versum est, increpabãt. Deinde hoc peculiare est in Marco, quòd dicat, Domino præcipiente cæcum vocari, quosdam vocasse cæcum (quos verisimile est fuisse Apostolos) dicentes ei: Animæquior esto, surge, vocat te. Vbi pro illo, Animæquior esto: Græcis est θάρσει, hoc est, esto bono animo, aut cõfide, idem scilicet verbum quod est Matthæi 9. vbi vertit interpres Confide filia, fides tua te saluam fecit. Sensus ergo est E esto animæquior, hoc est, tranquilliori & meliori animo. Nam animum nimio desiderio turbulentum clamor præ se ferebat. Sequitur quod etiam proprium est Marco: Et proiecto vestimento suo, exiliens venit ad eum; vbi pro exiliens, Græcè est ἀναπηδήσας, quod tantùm est, surgens. Cæterum quòd vestimentum abiecerit quo scilicet expeditior accederet, indicat & desiderij & fiduciæ eius magnitudinem, atque ex eo satis licet intelligere eum nõ simpliciter surrexisse, sed etiam præ gaudio exiliisse, & ad Christum etiam cursо peruẽturum, si per cæcitatẽ licuisset. Quo facto docemur quid faciendo nobis, quoties à Christo vocari nos sentimus, nimirum non hęsitandum, nec differendum de die in diem, sed reiectis omnibus quæ nostrum ad ipsum cursum impedire aut remorari possent, propeрandum ad illum: Sordidum mendicitatis pallium est abiiciendum, hoc est, pristina conuersatio, in qua ab hoc mundo veluti stipem peccator emendicat. Sordidè enim palliatus est, qui libidine, qui auaritia, qui luxu, qui ambitione coopertus est. Abiectus mendicus est, qui ob temporale aliquod bonũ, supplex est huic mundo. Postremò id propriũ est Marco, quod cum Lucas Dominum suo cæco dixisse commemoret: Respice, fides tua te saluum fecit, Marcus suo dixisse scribit: Vade, fi- Marci 5. & 7. des tua, &c. Quod autẽ dicit Dominus: Vade, vel, vt est Græcè, ὑπαγε abi, non est præcipientis abitum, sed concedẽtis abitum, aut potius annuentis desiderio. Sic enim Dominus solet respondere his qui ad ipsum venerunt aliquid petituri, cùm illorum annuit desiderio. Sic mulieri Æmorrhoissæ, & peccatrici dixit: Vade in pace; mulieri Chananeæ: Vade, exiit dæmoniũ à filia tua; mulieri adulteræ: Vade, & iam amplius noli peccare. Itaque nõ fecit hic cæcus contra Christi præceptum, quòd cum ei dictum sit. Abi, Christum tamen in via secutus sit. Mysticè autem in eo quod cæco dictum est à Domino, Vade, docemur quòd hi qui iã Dei gratia sunt donati, & depulsa vitiorum caligine, cælesti doctrina illuminati, adhuc suo relinquuntur arbitrio, vtrum dono Dei bene an malè velint vti. Non enim planè coguntur sequi Christum, sed abire licet quò velint, sed suo periculo: bene autẽ sibi consulent, si cum cæco isto Christum sequantur in via ambulãtem, & ad crucem properantem. Est & illud in Marco singulare, quanquam parui momenti, quòd cum Lucas scribat suum cæcum dixisse: Domine vt videã; hic dicitur dixisse, Rabboni vt videam. Est autem, Rabboni, Syriaca magis quàm Hebraica vox, significans idem quod, magister mi, quod Hebræi dicunt Rabbi. Nam Rab illis magistrũ significat. In Matthæo duo sunt singularia. Primùm quod cæcos dixisse scribit; Domine vt aperiãtur oculi nostri; pro eo quod est, vt videamus aut visum recipiamus. Dicuntur enim oculi cæcorum esse clausi, etiamsi opercula oculorum aperiantur more videntiũ, quoniã per ipsos ac si clausi essent nihil possunt videre; quẽadmodum per clausam fenestrã nihil videri potest. Aperiri verò dicũtur oculi eorum, dum visus restituitur, quoniam tunc per eos videri possunt externa Ioan. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

veluti amoto obstaculo,& fenestris apertis, ac lumen iam præbentibus, quæ prius clausæ mihil præbebant luminis. Simili tropo Adę & Euę post peccatū dicuntur aperti oculi, cùm id cœperunt in se agnoscere,quod prius non sic agnouerut,cùm nec prius sic esset. Alterū, Matthæo propriū est quod dicit Dominum misertum fuisse cæcorum, & tetigisse oculos eorum,cum alij tantum verborum faciant mentionem, quæ nulla commemorat Matthæus,vt hinc intelligamus Dominū nō semper solis verbis sine contactu curasse,cùm tātum verborum fit mentio:aut cōtrā solo cōtactu, cum huius solum fit mentio.De ratione autem contactus frequenter satis superius est dictū. Quæri autē hic potest cur cæcos hos Dominus passus sit sequi, cum dæmoniaco curato in regione Gerasenorū etiam desideranti non permiserit vt se sequeretur. Ad quod dicēdum, quòd Dominus vbique & semper spectarit quid maximè conueniret gloriæ Dei, & saluti hominū. Itaque sicut dæmoniacū illum vo- A luit in ea regione à qua vt exiret rogabatur,prædicare Dei donū: ita nunc in Hierusalē profecturus non prohibuit cæcis sequelam, quo haberet illos apud multos, testes gloriæ Dei quæ in ipsis erat declarata,quos si prohibuisset se sequi, videri poterat eos ob paupertatem & mēdicitatē reiecisse. Quod autē attinet ad mysticam huius de duobus cæcis historiæ intelligentiam, nihil præter ea quæ circa cæcū cuius meminit Lucas,est annotandum, nisi quòd sicut in vno cæco vniuersum genus humanū,ita in duobus duo populi, Iudaicus & gentilis,intelligendi sint. Et,vt annotauit D. Augustin. lib.2.de quæstion.Euang.cap.48,nō sine sacramento vnus cæcus secundum Lucam ante ingressum Iericho recipit visum, duo autem post egressum. Eo enim rectè secundum Augustinum intelligitur, Dominum ante mortem suam (mortalitas autem per Iericho significatur) Iudæis solis lumen Euangelij prædicasse: at post resurrectionem à morte, Iudæis simul & gentibus voluisse prædicari.

Gen. 3.

COENA IN BETHANIA FACTA, MARIA DOMINVM perfundit vnguento. Matthæi 26. Marci 14. Ioannis 12.

CAPVT CIX.

[a] Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniā, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autē ei cœnam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. † [c] Cùm autem [a] Iesus [c] esset * in Bethania in domo Simonis leprosi, [b] & recumberet, [a] Maria * accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, [&] [a] accessit [a] ad eum [a] mulier habens alabastrum vnguenti [b] nardi pistici [c] pretiosi, [d] & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, [c-b] fracto alabastro, [c] effudit super caput † ipsius [a] recūbentis, & domus impleta est ex [a] odore vnguenti. [a] Videntes autem discipuli eram * [b] quidam * [c] indigne ferentes [b] intra semetipsos, & dicētes: Vt quid perditio † ista [a] unguenti facta est? * [c] Poterat enim [a] unguentum istud venundari [a] multo, [b] plusquā trecentis denariis, [c] & dari pauperibus. [a] Et fremebat in eam. [a] Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eū traditurus: Quare hoc unguētū nō venit trecētis denariis, & datū est egenis? Dixit autē hoc nō, quia de egenis pertinebat ad eū, sed quia fur erat, & loculos habēs ea quæ mittebātur † [a] portabat. [a] Sciens || autē Iesus ait illis: † Sinite eā, vt in die sepulturæ meæ seruet illud. [a] Quid molesti estis * huic [a] mulieri? Opus enim bonū operata est in me, † [m] semper enim pauperes habetis vobiscū, [b] & cùm volueritis poteritis illis benefacere, [m] me autem non semper habetis. [b] Quod habuit hæc fecit. [a] Mittēs enim hæc unguentū hoc in corpus meū, [b] præuenit ungere corpus meū in sepulturā. [&] [a] ad sepeliēdum me fecit. Amen dico vobis ubicūque prædicatū fuerit * Euangelium istud in || universo mundo, † [a] dicetur & quod hæc fecit in memoriā eius. Cognouit ergo turba multa ex Iudeis, quia illic est, & venerūt non propter Iesum tantū, sed vt Lazarū viderent, quē suscitauit a mortuis. Cogitauerūt autē principes sacerdotū, vt & Lazarum interficerēt, quia multi propter illū abibant ex Iudæis, & credebāt in Iesum.

+b Et cū * ho. Bethaniæ. * ergo || b. venit † b eius * b. unxit * a. indignati sūt † a.o.hæc * a. o poterat || b. Iesus autem dixit † d. sine * b. illi || b. bonū opus. † a. o nō semper pauperes d o pauperes enim semper * a o.hoc Euāgelium, o tota † b. & quod fecit o narrabitur.

IESVS ERGO ANTE SEX DIES PASCHÆ VENIT, &c.] Post ea quę in Cōcordia quinque capitibus posita sunt ex Matthęo, Marco & Luca, sequitur apud tres hos Euāgelistas descriptio solēnis introitus Domini in Hierusalem, ante quam præmittendū fuisse aduentum Domini in Bethaniā, quem ante sex dies Paschæ factū Ioannes describit, nullum est dubium. Cūmque meritò etiam nulli dubium esse debeat, secundùm August. quin cœna quam hoc tempore, ante scilicet solemnē illum Domini in Hierusalem introitum, Ioannes factam Domino testatur, eadem sit cum eo cōuiuio quod etiā in Bethania, sed in domo Simonis leprosi, Matthæus cap. 26. & Marcus ca. 14. describunt, postquam cōmemorauerunt Dominū dixisse post B bidui fore Paschā, & tunc principes sacerdotum fuisse congregatos in atrio Caiphę: ideo hic simul cū narratione Ioannis coniungenda erat narratio Matthæi & Marci, vt quod scripserunt cōtigisse in Bethania in domo Simonis post solennē illum introitum in Hierusalem, & post mentionem bidui ante Paschā, intelligantur scripsisse per recapitulationem, propterea quòd non possit probabiliter videri unctio, quā in Bethania factā describunt Matthæus & Marcus, diuersa esse ab ea cuius meminit Ioannes, ob omnimodam similitudinem. Quidā tamen secuti Origenem & Chrysostomū existimant unctionem, cuius mentio sit à Matthæo & Marco, diuersam esse ab unctione cuius meminit Ioānes, ob quædam non similiter ab eis narrata, imo quæ repugnare videtur. Primum, quia unctio cuius meminit Ioānes, facta est ante introitum solennem in Hierusalem: ea autem, cuius Matthæus & Marcus, videtur facta biduo ante Paschā: deinde quia illa facta est à Maria sorore Marthæ & Lazari, hæc à muliere innominata. Illa videtur facta in domo Matthæi, quia Martha dicitur ministrasse, hæc autē facta est in domo Simonis leprosi. In illa ungūtur pedes, in hac unguentū effusum dicitur super caput Domini. Ibi solus Iudas obmurmurat, hic vero omnes discipuli, aut saltem eorum multi. Verum hæc non euincunt diuersam fuisse unctionē, quam Matthęus & Marcus narrauerūt, ab ea quā Ioānes memorat, & alioqui adeo multa in utraque narration

ratione conueniunt, vt absurdum sit dicere diuersas fuisse unctiones. Utraque enim in Bethania recitatur pus passionis facta est à muliere, utraq; fit unguento nardi pistici pretiosi, quod in utraq; æstimatur trecentis denariis, atque indignationē discipulorum in utraque secutam Dominus similiter cohibuit. Cui autem verisimile illi facient, qui diuersas sentiunt fuisse unctiones, discipulos ausos fuisse reprehendere factum, quod Dominus tam grauiter ante paucos adeo dies defendisset, & committere id propter quod Iudas fuisset seuerè adeo increpitus? Illi enim volunt hanc quā Ioannes conscripsit priorem factam, sexto scilicet ante Paschā die: illam autem quā alii narrant, biduo ante Paschā. Itaque vt ad ea quæ eos mouent respondeatur, dicendum est Matthæum & Marcum per recapitulationem, suā descripsisse unctionem quod & ex ipsorum narratione, & ex ratione narrationis ipsorum est euidentissimum. Nam cum vterque ipso biduo ante Paschā dixisset congregatos principes sacerdotum in atrium Caiphæ, subiungentes narrationem unctionis factæ in Bethania, non dicunt: Post hæc autem cùm esset in Bethania, aut, Tunc autem cum esset in Bethania; sed Matthæus quidem subiicit: Cùm autem esset Iesus in Bethania, Marcus verò: Et cum esset Bethaniæ, &c. ipso narrationis modo satis significantes se non narrare id quod illo tempore gestum fuit, sed potius tēpore aliquo præterito. Quod ex ratione narrationis ipsorum longè est euidentius. Nemo enim dubitauerit quin ob id cōmemorent eam unctionem, vt indicent quare commotus Iudas accesserit ad principes sacerdotū iam congregatos, de traditione Domini sui cum eis tractaturus, nimirum quod indignaretur sibi periisse lucrum quod ex vendito unguento prouenire ei potuisset, vt Ioannes planius indicauit. Iam nullo modo verisimile esse potest quòd eadē ipsa hora aut die qua facta est hæc unctio, Iudas è Bethania abierit ad principes sacerdotum, eosq; adhuc inuenerit cōgregatos, quos congregatos fuisse commemorauerunt, antequam unctionis mentionem facerent. Primum enim verisimile est unctionem hanc etiam in cœna factam. Nam vespertino tempore solitus fuit illis diebus Dominus regredi in Bethaniam, cùm per diem docuisset in Hierusalem. Deinde vt demus in prandio factam, quomodo diuinare potuit Iudas iam congregatos fuisse principes sacerdotum: quomodo itē ausus fuisset mox sese subducere è Bethania, & in Hierusalem concedere? Relinquitur ergo potius intelligēdum, Iudam indignatum unctione facta ante sex dies Paschæ, aliquot diebus indignationē suam in animo circumtulisse, ac occasionē opportunam expectasse qua resarciret deperditum lucrum, eamq; se post aliquot dies ratum inuenisse, cum audiret bi duo ante Paschā principes sacerdotum & seniores populi cōgregatos, cuius sceleris vt indicarent Matthæus & Marcus quæ fuerit in Iuda occasio; coacti fuerunt præteritam à se mulieris huius unctionem, quæ sceleris huius fuit occasio, per recapitulationem cōmemorare, quam nec prius commemorandam statuerunt, vt eo loco commemoraretur quo opportunè ostendere turipsam fuisse occasionem traditionis Iudę. Ex quibus etiam patet falsitas nouæ sententiæ, quam hoc loco sequitur Faber, qui licet existimet vnam eandemq; esse unctionem cuius meminerunt Matthæus, Marcus & Ioannes, putat tamen eam nō contigisse sexto ante Paschā die, quemadmodum ex Ioāne apparet, sed biduo ante Paschā, & Ioannem per anticipationem ipsam commemorasse, non autem, vt communis habet sententia, Matthęum & Marcum per recapitulationem, cum Ioannes nihil alibi inueniatur scribere per anticipationem, sed vbiq; seruet rerum gestarum ordinem, nec hic aliqua ratio videri possit ob quam anticipasset hāc rationem. Rationes autē quibus mouetur Faber, plane sunt inefficaces, videlicet quia sabbatho non potuerunt Iudæi parare cœnam, nec tunc licuisset Mariæ ungere pedes & caput Domini, & extergere pedes capillis suis. Cœna enim Domino facta in sabbatho & pridie palmarum, rectè intelligitur præparata die præcedenti, quæ Iudæis à præparatione dicebatur Parasceue. Sicut autem loto manuum licita proculdubio fuit Iudæis in Sabbatho, ita & unctio pedū & capitis nihil obstitit religioni sabbathi, & alioqui in vespera sabbathi licebat operari, quia sabbatha Iudæi celebrare iussi erāt à vespera in vesperam. Iam vt & ad reliqua respondeatur quæ eos mouent qui diuersas putant esse unctiones, nihil id mouere merito debet quod apud Ioānem Maria soror Marthæ dicatur unxisse: apud Matthæum & Marcum, mulier quædam, sine nominis expressione. Quod enim omissum est ab his duobus, Ioannes, qui post hos duos scripsit: supplet, qui hāc historiam nō attigisset, nisi quid in ea à se supplendum vidisset: Matthæus autē & Marcus ideo nomen mulieris videri possunt noluisse exprimere, quod omnibus quibus Euangelium fuerat annunciatū, cōstaret quæ esset ea mulier cui factum prædicandum Dominus hic asseruit, vbicunque Euangelium suum prædicaretur. aut quia obiter tantum unctionis mentionem introduxerunt, vt occasionem indicarent traditionis Iudæ. Iam quia Ioannes in cœna sua dicit Martham ministrasse, & Lazarum unum fuisse ex discumbentibus, non consequitur hanc cœnam factam in domo Marthæ & Lazari. Nullum enim locum cœnæ suæ exprimit Ioānes nisi Bethaniā, nec dicit Lazarum cū suis sororibus fecisse Domino cœnā, sed indefinite dicit: Fecerunt autem ei cœnam; quod perinde est ac si impersonaliter dixisset: Facta est autem ei cœna; eo quod locum cœnæ satis explicuissent reliqui duo Euāgelistæ. Vt autē in domo Simonis leprosi Martha ministraret, & Lazarus accumberet, in causa potuerunt esse diuersa, nempe vel vicinitas & domorum contiguitas, vel consanguinitas, vel denique arctissima familiaritas quæ erat inter discipulos Domini credentes in ipsum. Quod autem Matthæus & Marcus unctum à muliere caput Domini memorant, Ioannes vero pedes, nō euincit diuersas esse unctiones, cum simul vtrumque fieri potuerit, & commode intelligatur primum eam unxisse pedes, ac deinde quod super erat unguenti effudisse super caput eius, effracto etiam, vt habet Marcus, vasculo, quo nihil sibi unguenti reseruaret. Sic nec id diuersas cōuincit esse unctiones, quod Ioannes solum Iudam, alii pluraliter discipulos scribūt murmurasse. Primum enim recepta est etiam in scripturis synecdoche, qua multis tribuitur quod vnus fecit, quemadmodū latrones blasphemasse Christum scribuntur, cum id vnus tantum fecerit. Deinde verisimile est quod quanquā Iudas præcipue mulieri ungenti Christum indignaretur, & ipse solus indignaretur lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

crum sibi periisse, reliqui tamen vel eius verbis commoti,etiam indignati sint ,non tamen eadem de causa qua Iudas:sed vero erga pauperes affectu, quem Iudas tantùm simulabat, ob quod & huius solius Ioannes duxit faciendam mentionem. His autem quæ ad Concordiam spectant Euangelistarum sic constitutis,ad historiæ tractationem deueniamus.Iesus ergo, inquit Ioannes , ante sex dies Paschæ venit Bathaniam.Ergo, inquit, quoniam iam proximum erat Pascha Iudęorum. Id enim apud eum præcedit.Itaque appropinquante hora supplicii,ad locum quoque supplicii propius Dominus accessit.Porrò in illa oratione;ante sex dies Paschæ;impropria est locutio,pro eo quod est, ante sex dies Pascha præcedentes, aut sexto die, vel sex diebus ante Pascha, cum propriè significaretur Dominum venisse Bethaniam ante Paschæ festiuitatem quæ sex diebus peragebatur. Diem autem quo Christus venit Bethaniam,quidam intelligunt fuisse diem sabbathi, quando fecerunt ei cœnā de qua sequitur, quia subditur quòd in crastinum cum ramis palmarum ingressus sit Dominus in Hierusalem , quod videtur intelligendum de crastino eius diei qua venisse in Bethaniam dictus est.Secundùm quem intellectum sex isti dies Paschæ præcedentes , ante quos dicitur Dominus venisse in Bethaniam,non possunt intelligi sex integri dies medii inter diem quo Dominus venit in Bethaniam & diem Paschæ, sed oportet in illis intelligere aut ipsum diem sabbathi quo venit Dominus in Bethaniā,aut ipsum diem Paschæ.qui fuit feria sexta sequente in qua Dominus passus est , nisi intelligatur Ioannes loqui non de vero die Paschæ qui fuit feria sexta sequēte,sed de die Paschæ secundùm obseruationem Iudæorum qui fuit sabbatho sequenti , vt patebit in sequentibus.Rectius tamen secundum alios videtur intelligi Dominum venisse in Bethaniam feria sexta,ac sequenti die factam ei cœnam præparatam die præcedendi: & cum subiicit Ioannes in crastinum turbam cum ramis palmarum processisse obuiam Iesu , crastinum referendum non ad diem quo venit Dominus in Bethaniam , sed ad diem quo fecerunt ei cœnam. Sic enim sex integri dies erunt medii inter diem aduenturi Domini in Bethaniam & diem Paschæ,qui verè incidit tum in feriam sextam. Sic etiam intelligi poterit sufficiens fuisse tempus , vt, quemadmodum hic narrat Ioannes,cognoscere potuerit turba multa Iudæorum qui erant extra Bethāniam , Iesum venisse in Bethaniam, & venire ad videndum & ipsum & Lazarum: ad quę sufficiēs tempus non ita poterit intelligi;si ipso sabbatho intelligatur Dominus venisse in Bethaniam,sicut nec quando parauerunt ei cœnam. Cęterum Theophylactus existimat hāc cœnam ex more Iudæorum solennem fuisse. Decima enim mensis die iussi fuerunt accipere ouem immolandam in Pascha,& ex illo die requirere cœperunt quæ necessaria erant ad festum. existimat ergo in vespera nouæ diei quæ iam in sabbathum incidit , lautioti cœna epulari solitos, & initia festiuitatis illo die fecisse,ideóq; & Dominum venisse modò in Bethaniam ante sex Paschæ dies , quo hanc cum amicis cœnam solennem sumeret.At hæc sententia non videtur satis eis conuenire quod hic dicetur : Fecerunt autem ei cœnam ibi.Cùm enim ei dicitur facta , non apparet eam ex more solenni fuisse paratam. Cùm autem in Bethaniam venisse Iesum Ioannes dixisset, adiecit;vbi Lazarus fuerat mortuus, quē suscitauit Iesus;id, vt apparet, quo indicaret,quare in Bethaniam Dominus venerit , nimirū quod ratione tanti miraculi illius haberet ibi amicos apud quos tuto diuersari posset , & vt recentis miraculi memoriam renouaret, ac mētibus discipulorum spē resurrectionis imprimeret,quos sciebat suamorte vehemēter perturbandos. In cœna autem hac sollenniter Domino parata & Lazarū & sorores nō solum adfuisse , sed etiā officii aliquid exhibuisse narrat Ioannes:Martha enim,inquit,etsi in aliena domo,tamen pro suo more sedula Domino ministrabat. Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Ex quo satis colligere licet cœnam hanc non factam in domo Lazari. Quid enim noui.quòd in sua domo Lazarus cū Domino aceumberet? sed inter cæteros à Simone inuitatos etiam Lazarus vnus erat,quod non tātum causa significandi officii à Lazaro Domino exhibiti , sed & ob id commemorare videtur Euangelista , quo certo argumento declaratum significatet illum verè resuscitatum.Cùm ergo & Simon , quem verisimile est à lepra Dominum curasse,& ob lepram qua aliquādo fuerat infectus, adhuc sibi seruasse nomē leprosi, Dominum hospitio excepisset, & Martha ministraret , & Lazarus officii causa cū Domino accumberet , Maria ne circa Dominum sola esset inofficiosa in solenni illo conuiuio , sed vt amore omnes superabat , omnes etiam vincere;t officio, præ amoris magnitudine & gratitudinis insigni affectu nihil reputans nimirum quod Domino impendere posset , accepit totam vnam libram vnguenti pretiosi,quod ex nardo pistica cōfectum erat,eoq; primum pedes Domini ex itinere fatigatos rursum vnxit, ad quos olim peccatorum suorum veniam se impetrasse meminerat, eoque à se prius aqua ablutos,vt erant ex itinere puluerulēti,rursum,vt olim.extersit capillis suis , ac deinde fracto etiam alabastro , ne quid remaneret , quicquid reliquum fuit effudit super caput ipsius recumbentis adeo vt domus impleretur odore vnguenti.Est enim vnguentum hoc vehemētissimę fragrantiæ,adeo vt vix ferri possit. Impletum ergo nunc ad literam est in Maria illud Cantici :Cum esset rex in accubitu suo , nardus mea dedit odorem suum.Porro de nardo multa videre licet apud Dioscorid.lib.1.cap.6.& aliquot sequentibus , & apud Plinium lib.12.cap.12.Quibus locis complura nardorum genera commemorantur, quòd multæ sint herbæ quæ cum vera nardo habeant similitudinem. Est enim præter veram nardum,cuius duo genera facit Dioscorides, nardum Celticum, hoc est,Gallicum, quod lauenduiam nostram quidam existimant: nardum item montanum: nardū agrium,id est,syluestre. Hic autem de vera nardo intelligendum esse dubium non est,quam Plinius loco prædicto depingit his verbis : Frutex est graui & crassa radice, sed breui ac nigra , fragilique, quamuis pingui,situm redolente vt cyperi,aspero sapore, filo paruo densoque.Cacumina in aristas se spargunt,ideo gemina dote nardi spicas,& folia celebrant. Hæc ille.Dicitur autē hæc herba etiam spica nardi,ad differentiam aliarum quæ etiā nardi nomen sortitę sunt. Hæc enim spicā profert, & radix eius similitudinem habet.Nardus autē , cuius hic fit mentio , pistica secundum Augustinum hic dicta est,ànomine alicuius loci.At eum apud eos qui

quibus officiis olim testata fuit dolorem,nunc testaretur gratitudinē,& eis officiis amotem declararet,per quæ Dominus olim dixerat ipsam amotem erga se declarasse.Videtur autē Ioannes ordine præpostere dixisse :Vnxit pedes Iesu,& extersit pedes eius capillis suis.Intelligendū enim omnino apparet,prius eam aqua sordidos ex itinere pedes Domini abluisse, & capillis abstersisse , ac deinde vnxisse pedes eius , quemadmodū fecit apud Lucam.Non enim vnguētum abstergendum fuerat.

[a]VIDENTES AVTEM DISCIPVLI EIVS,[c]ERANT[b]QVIDAM[c]INDIGNE FERENTES.] Cæteri quidem discipuli simplici animo indignantur de vnguenti effusione,indicantes esse perditionem inutilem, quòd scirēt Dominum non capi vnguentorum dilitiis , imo frugalitatem vbique verbo & exēplo docere, ac luxum detestari:vnguentum autem illud diuenditum multis potuisset profuisse pauperibus, pro quib. exēplo & doctrina Christi didicerunt esse solicti. At Iudas inter alios præcipuè indignabatur , eadem quidē quæ alij dicebāt prætexens suæ indignationis,sed ficto animo.Dixit enim hoc,inquit Ioānes,nōquia de egenis pertinebat ad eū,hoc est,non quia pauperes illi fuerūt curæ, (impropriè enim dixit inter pres;nō quia de egenis pertinebat ad eum; quemadmodū suprà dixit de mercenario;nō pertinetad eum de ouibus.)sed quia fur erat,& loculos habēs sibi à Domino concreditos,portabat ea quæ à piis hominibus Domino mittebātur & dabātur , vnde egenis Dominus solitus fuit quæ supererāt impartiri , ex quibus Iudas nonnihil subtrahere solitus non syncera mente pendens à magisterio Iesu,sed iam tum sibi prospiciens peculiū , quo vineret ab eius cōsortio semotus.Indignabatur ergo lucrum sibi periisse,quod ex vēdito vnguēto,& dato ipsis pretio cōsequi furando potuisset.Circa quod tres occurrūt quæstiones. Primò , cur Dominus Iudā elegerit in numero Apostoloru, cùm sciret ipsum esse fictum & hypocritam:aut:si,vt quidā volunt, in principio electionis fuit bonus , sciebat tamen Dominus eum non perseueraturum. Secundò,cur illi concredidit loculos,cum sciret eum esse malæ fidei. & hinc eum occasionem acceprurū auaritiæ & suæ perditionis. Tertiò,quomodo Dominus per Iudam marsupiū portabat, cum Apostolis ad præ dicādum à se missis præceperit non deferre marsupium,nec pecuniam. Ad primā quæstionem dicendum,id à Domino secundum Augustē.factum, quo doceret nos suo facto tolerare in Ecclesia malos, nec facile reperiri aliquam tam sanctā quā tumuis paucorum collectionem, in qua nō aliqui sint impii.Ad secundā dicendum, Iudæ pecuniam communem concreditam , tum quia omnū erat minimus Apostolorum,& inter eosminime spiritualis,sicq; doceret Dominus huiusmodi negotia iis,potius committenda qui ad meliora sunt ineptiores:tum vt secundùm Chrisostomum Iudas inde suam fouens auaritiā , & concupiscentiæ suæ mitigationem percipiens, ob eam nō incideret in præceptoris proditionem. Dabatur enim occasio curandæ auaritiæ & mitigādę concupiscentiæ,verùm ille hanc occasionē sibi vertit in contrarium, vt hinc auaritia creseceret, & adeo creseceret,vt occasio fieret proditionis Domini , Deo ita occulto suo iudicio permittente, vt in hoc omnibus osten deret, quàm periculosa sit pecuniarum tractatio, quamque indignus fuerit veris & propriis bonis

Cur pistica dicatur.

cur Iudas inter Apostolos,et cur loculos habebat.

Iudas

qui varias nardi species,quæ à diuersis locis diuersa sortitæ sunt nomina,nō enumeretur aliqua species quæ pistica dicatur , rectius pistici vel pistieæ hic posita accipitur pro fideli,germano & non vitiato , vt nardus pistica sit quæ nulla adulterina mixtura sit depranata. Graeca enim dictio πιστὸς. vnde deriuatur pisticus,fidem significat.Et tamen ne Augustini sententia planè videatur absurda, meminit eius & Theophylactus in Marcum scribens hoc modo : De nardo pistica scias , quod est species quædam nardi quæ pistica dicatur. Vel quòd syncera & non adulterata vel cum side cōfecta.Hæc ille.Sciendum autem nomen nardi non tantum dici de ipsa herba, sed & de ipso vnguento nardino , quod quomodo conficiatur docet Dioscord.lib.1.ca.64.Vnde Tibullus poeta: tamdudum Syrio[m] madefactus tempora nardo , id est, nardino vnguento.Et Horatius : Nardi paruus onyx.Sic & apud Dioscoridem,& sæpe apud Galenum. Et quidem hoc loco magis videtur debere accipi pro ipso vnguento quàm ipsa herba , quia additur ei adiectiuum,pisticæ.Magis enim conuenit intelligere vnguentum dici pisticum , id est, non adulteratum,sed syncerum,quàm ipsam herbam,vt illa constructio transitiua,vnguenti nardi pisticæ,intelligatur intransitiuè, & sit sensus : vnguenti quod est nardus pistica.in vtroq; autem significatu dicitur Græcis & Latinis & in fœminino genere nardus , & in neutro nardum, proinde cū in Latinis codicibus ferè habeatur , nardi pistici,non est quod quis neutrū,pistici, mutandū putet in fœmininū,pisticæ,quod illud genus habeant Græci.In Marco pro pistici,Latini codices antiqui habent spicati , cùm tamen Græci etiam hoc loco habeant quemadmodū in Ioanne, νάρδου πιστ. id est,nardi pistici, quomodo & Hieronymus legit in Commentariis super Marcū. Exponit enim quid sit pistica nardus,nulla facta mentione spicati. Apparet autem siue interpretem,siue alium quē pro Græca dictione,pistici voluisse Latinā dictionem substituere,quæ vnguenti prætiositatem & excellentiam significaret.Est enim duplex vnguentum nārdinum,spicatum scilicet,quod optimum est.& foliatum.Et quidem spicatum dicitur,quod ex spica nardi confectū est.Foliatum verò ; quod est ex foliis nardi,quandoquidem Plinius nardum celebratā dicit & foliis & spica.Quod si legatur,spicati , rursum magis conuenit nomen nardi accipere pro vnguēto quàm herba. Nō enim herba nardus spicata dici solet,sed vnguentū spicatum,ad differentiā foliati.Itaque sensus est. Libra vnguēti nardini pistici vel spicati, pretioli. Quidam omnino putat legendum & in Marco,& in Ioanne , spicati,quomodo in Marco plerique habent,& Euangelistas vulgari more loquētes Latinam vocem corruptè poluisse , pisticam scilicet pro spicata , tum quòd de pistica nardo apud authores non legatur probatos:tum quòd si à fide dicta sit, πίστος dicēda fuerat,non πίστικη. De nomine Alabastri dictū est in cap.Concord.48. vbi Lucas etiam dicit mulierem quandam attulisse alabastrum vnguenti, eoq; vnxisse pedes Iesu , quam eandem fuisse cū hac, multum cōprobant huius facta quę hic apud Ioānem legimus. Siquidem etiam hæc dicitur vnxisse pedes,eosque extersisse capillis suis, quibus planè mirū est cur pedes Domini extergere voluerit , si nō propterea quòd memor fuerit qua ratione olim impetrauerit peccatorū suorū remissionē, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudas, vt qui iniquo mammona infidelem adeo se declarasset. Deinde vt sic per eum & scripturæ adimplerentur, & Christus traditus pro omnium salute moreretur. Adeo enim, inquit Augustinus, Deus bonus est, vt nec mala fieri permitteret, nisi ex malis bonum nosset elicere. Ad tertiã quæstionem dicendum, aliam esse rationem alicuius collegii vel multitudinis, & aliam esse rationem duorum. Quoniam enim facilè fuit duobus inuenire hospitem, cùm mitteret Dominus Apostolos binos ad prædicandum, vetuit eos secum ferre pecuniam, quod tamẽ nõ voluit illis esse perpetuum, sed temporale. At totam discipulorum multitudinem simul cum Iesu circumeũtium recta ratio nõ sinebat carere marsupio, ne vsquam grauarent hospitem, vt esset Iesu vnde cum suis sustentaretur quando latitandum vel secedendum erat. Deinde sicut mittens discipulos sine marsupio, declarare voluit; nihil vnquam defuturum his qui simplici fiducia ab ipso pendentes, totos sese doctrinæ & aliorum ædificationi impenderent: ita eum suis circum ferendo loculos, ostendit Ecclesiam licitè habituram loculos, nec derogare perfectioni vitę, habere commune marsupium pro sumptu opportuno. Nihil enim imperfectionis Iesus facit in vita sua qui perfectionis omnis fuit magister.

Luc. c 11.

[a]SCIENS AVTEM[m] IESVS AIT[a] ILLIS: SINITE EAM[d] IN DIEM, &c.] Non se seuerè & dure increpat Dominus indiscretam discipulorum indignationem, nec Iudæ prodit auaritiam, fictamq; de pauperibus curam: sed docens nos longanimes esse erga eos qui non malitia, sed errore peccant, & vitia occulta non esse mox detegenda, solita sua mansuetudine modestè reprimit eorum indignationem, Mariæ se patronum exhibens contra discipulos, quemadmodum alias exhibuerat semel contra Simonem Phariseũ, & iterum contra Martham sororem. Sinite, inquit, eam, hoc est, desinite esse molesti illi, cessate ab impetendo & calumniando eam. Non enim est sensus: Sinite eam facere quod facit: & nolite eam ab vnctione impedire, cum iam vnguentum effusum fuerit, Apostolis dicentibus: Vt quid perditio ista vnguenti facta est; sed dicens, sinite eam, reprimere voluit suorum indignationem. Vnde sequitur apud Marcum: Quid illi molesti estis? Additque Dominus causam quare non debeant esse illi molesti, quia, inquit, opus bonum operata est in me. Quod dicit contra id quod Apostoli dixerãt: Vt quid perditio hæc; quasi dicat: Non enim, vt vos calumniamini, opus perditionis hæc fecit, sed opus bonum operata est, idque in me, quem beneficio aliquo efficere, non potest non esse meritò summè laudãdum, ac pluris faciendum quàm paupertatibus benefacere. Et quoniam illi iudicabant factum Mariæ esse opus perditionis, eo quòd vnguentum diuenditum multis potuisset profuisse pauperibus, putarentq; frustra in Domini corpus effusum, quod ille huiusmodi delitiis non capere tur, Dominus ostensurus illam bonum opus in se operatã, & excludit quod de pauperibus eos mouebat, & ostendit non frustra factam vnguenti in se effusionem, quia non tam ob delitias facta fuerat aut fieri permissa, quàm ob mysticam aliquam rationem, ob quam reprehendere eam non possent meritò. Bonũ, inquit, opus operata est in me; quia quod ad pauperes attinet, quibus pretium huius vnguenti potius vobis videtur distribuendum fuisse, scitote quòd pauperes quidem semper habetis, id est, habebitis vobiscum, & cùm volueritis poteritis illis benefacere, multa enim adhuc vobis semper erit materia illis, qui vobis nũquam deerunt, benefaciendi, me autem non semper habetis: breui enim à vobis sum auferẽdus, vt etiam si velitis non possitis tunc bonum opus in me operari, vestrisque beneficiis me afficere: proinde meritò sinendi sunt suis me corporalibus beneficiis afficere; quamdiu hoc illis licet, qui erga me animo sunt propenso. Quoniam autem discipuli putabant non esse beneficium vnguenti effusione Domino impensum, quod ille delitias non solùm non sectaretur: sed fugeret, Dominus prosequens id quod recte significauit cùm dixit; me autẽ non semper habetis; nimirũ se breui morituru, subiicit causam ob quam iudicet se beneficio à muliere affectum, quanquã delitiis non caperetur. Quod habuit, inquit, hoc est, quod potuit (Græca enim phrasi, habere pro posse positum est à Marco) hæc fecit. Præuenit vngere corpus meũ in sepulturam, quasi dicat: quoniam præuenta ab aliis in sepultura, & postea per accelerationẽ resurrectionis meæ non poterit meum corpus pro Iudæorum more vngere mortuum, ideo, vt quod potest facere faciat, præuenit vngere corpus meum viuum, veluti iamiam sepeliendum. Pro quo Matthæus habet: Mittens enim hęc vnguentũ hoc in corpus meũ, ad sepeliendum me fecit. In Ioanne verò Latini codices ferè habent: Sine illam, vt in diem sepulturæ meę seruet illud. Quidam etiam habẽt; in die, pro in diem. Et intelliguntquidam hanc Latinorum lectionem in hunc sensum: Sine illam, vt in tempore sepulturæ meæ seruet illud vnguentum quod tunc parabit pro vnctione mei. quasi dicat Dominus: Hanc vnctionem ego ab ea accipio, pro vnctione qua conabitur frustra me inungere postea, quãdo illi saluum manebit paratum mihi vnguentum. Verum durum nimis est, vt relatiuum, illud, referatur non ad vnguentum iam effusum, sed ad vnguentum postea parandum à Maria pro sepultura Domini. Itaq; sciendum Græca habere, in diem sepulturæ seruauit illud; quo idem significatur cũ eo quod habent Matthæus & Marcus. Sensus enim est: Seruauit hactenus istud vnguentum pro sepultura mea, & veluti iã esset dies sepulturæ meæ, me eo nunc vngit vnguento. Et sunt nũc libri Latini recens impressi, qui habent, seruauit; & non, vt seruet. At cùm omnes codices scripti inueniantur habere, vt seruet, nõ est verisimile interpretẽ vertisse seruauit, sed vt seruet: & proinde, vt veritas antiquæ nostræ versionis conseruetur, nõ rectè pro, vt seruet, quidã substituerunt, seruauit, nisi quæcunq; in Latinis codicibus aliter legũtur quàm habent vel Græca, vel Hebræa, sint corrigenda ad veritatem originalium: quod cùm nõ sit temerè faciendũ, videndum potius quomodo recepta nostra lectio reduci possit ad sensum lectionis Græcæ. Ad hunc autem reducitur, & cum eo satis coincidit, si intelligamus dictũ esse: Sine illam vt seruet, pro eo quòd dici poterat: Sine illã seruare vnguentum hoc in diem sepulturæ meæ. Verisimile enim interpretẽ pro τετηρηκεν, vt habẽt Græcico dices legisse τηρησατω, id est, seruare vel vt seruet, accipiendo verbũ, seruet, vt sit præsentis temporis potius quàm futuri. Itaq; intelligẽdum sic dictum esse: Sine illam seruare vel vt seruet, quomodo illi qui culpat aliquem quid facientẽ, dicere solemus: Sine eum quod facit facere. aut, Sine eũ vt faciat quod faciat, quasi Dominus dixisset: hęc mulier seruauit vnguentum istud in diem sepulturę meę: Si ne ergo eam seruare vel seruasse quod in illũ vsũ seruauit. Quicquid autẽ est de verbis quę in Ioannę & secundùm Latinorũ & secũdùm Græcorum lectionem sunt obscura, certum est Ioannẽ significare voluisse id à Domino dictum quod alii duo planius extulerunt. Porro ex his quæ apud singulos Euangelistas istos dicũtur, apparet significati mulierem ideo modò vnxisse Dominũ, quòd sciret illum mox sepeliendum, ac tunc se impediendam ab vnctionis funeralis officio, atq; ob id voluisse præuenire vnctionem quam impendere nõ posset. Et videri quidem satis posset Mariã quia Dominum fortè audierat frequenter de imminente sibi morte prædicentem, credidisse ipsum mox morituru, & quia metuerat ne fortè mortuo debitam non posset vnctionem impendere, voluisse eam viuo, sed tanquam mox sepeliendo exhibere. Attamen verisimile magis est Mariam in hac vnctione nihil cogitasse de instãte vel morte, vel sepultura Domini, sed ipsam simpliciter præ amoris magnitudine Dominum multis laboribus defatigatũ voluisse vnguente optimo perungere, quem admodum & alias fecerat, pro more Iudæorum, qui in sollennioribus conuiuiis vocatos hospites vnguẽto vel oleo perfundere soliti erãt: non quòd Maria crederet Dominũ huiusmodi capi delitiis, cuius nouerat frugalitatem, sed quòd per amoris impotentiam suo indulgeret animo. Proinde cùm dicitur istud fecisse ad sepeliendum, & vnxisse ad sepulturam, & seruasse vnguentum hoc in diem sepulturæ, intelligendum est hæc ob id dicta, quia spiritus sanctus ipsam ignorantẽ quid ageret mouebat ad hoc opus, significare volens & quod in stabat Domini sepultura, & quòd Maria ab vnctione mortuo præstãda impediretur, quemadmodũ suprà Caiphas nescius dicitur prophetasse. Et quidem potuisset Dominus hoc Mariæ opus simpliciter commendasse ab animo ipsius, nempe ob amoris erga se magnitudinem, ex qua factum hoc processit, & ex qua recte illi visum fuit vnguentum hoc, cum vt reliqua omnia hominũ in vsum à Deo data esset, nulli magis quàm Domino impendendum, vt qui omniũ esset hominum excellentissimus, & Deo gratissimus: verùm maluit illud commendare ab intentione spiritus sancti in hoc opere, tum vt mortis instantis memoriam discipulorum mentibus imprimeret, cuius inculcãdæ occasionem vbiq; & vndique captabat: tum vt sic factum istud magis commendaret, & ex parte Marię faciẽtis, & ex parte suipsius vnctionem illam in se admittentis. Magis enim ad facti huius commendationẽ facit, siue Mariam spectemus vngentem, siue Dominũ permittentẽ, intentio spiritus diuini in hoc opere, quàm intẽtio & animus Marię. Sic enim ostenditur non ad delitias factam hanc vnctionem, sed potius ob imminentẽ sepulturam, quæ vnguentis apud Iudæos nõ ad delitias honorabatur, & in Christo maximè erat honoranda, vt cuius sepulchrũ secundùm Isaiæ vaticinium debebat esse gloriosum. At obiicere hic quis potest, hac ratione nõ commendari à Domino ipsam mulierem, aut factum ipsius quatenus ex ipsa processit, cum Dominus videatur suscepisse defensionem mulieris contra discipulos indignantes illi, & frementes in eam. Ad quod dicendũ, Dominũ hac ratione excellenter factum hoc cõmendasse, quod satis erat contra calumniam discipulorum, dicentium esse perditionem ipsam vnguenti effusionem. Cumq; factum hoc commendat ex intentione spiritus, satis etiam commendat mulierem, vt quæ moueri digna fuerit à spiritu sancto ad hoc opus, vnde ipsam dicit hoc fecisse ob sepulturam, non spiritum sanctum. Deinde dum illam dicit ob sepulturam hoc fecisse, significat eam non vnxisse se vulgari modo ad voluptatem, sed causa pietatis & religionis, qua causa mortuorum corpora vngi solita erat apud Iudæos, & ipsa mulier postea cupida erat futura vngendi mortuum ipsius corpus. His autẽ necdũ contentus Dominus, quo adhuc magis ostenderet quàm deberet meritò ab omni calũnia liberũ esse factũ huius mulieris, subiecit, vt est apud Matthæũ & Marcum: Amẽ dico vobis, vbicunq; prædicatum fuerit Euangeliũ hoc, id est, historia eorum quę in carne feci & passus sum pro electorum salute, dicetur inter cætera etiã illud quod hæc mulier fecit, idque dicetur non in vituperium eius, sed in eius perpetuam cum laude memoriam. Cùm enim dicitur; dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius; dictio, quod, relatiuum, est non coniunctio: & pronomen, hæc, suppositum est verbi, fecit: & pronomen, eius, est fœminini generis, referens ipsam mulierem, quemadmodum patet ex Græcis, proinde illud; in memoriam eius; referri debet non ad verbum proximum, fecit, sed ad verbum, dicitur. Narrandum aurem prædicit, & narrari voluit in toto orbe Dominus factum huius mulieris, tũ quòd esset opus declarans maximã huius mulieris erga ipsũ non solùm fidem, sed etiam charitatem & deuotionẽ: tum quòd fuerit opus propheticum, quo ad maiorem commendationem deuotionis & pietatis in hac muliere, spiritus sanctus duo illa præsignificauit, quæ suprà dicta sunt. Et quidem iam impletum videmus quod hic futurum prædixit Dominus, vt vbicunque prædicatum sit Euangelium ipsius, etiam narratum sit, & narretur quod fecit hæc mulier. Ex qua celebri huius facti prædicatione à Domino prædicta, satis efficaciter probari potest hanc mulierẽ fuisse Mariam sororem Marthæ, eandemque fuisse eam in Euangeliis dicitur Magdalena, vt annotatũ est in capite Concordiæ 48. Factum enim istud passim tribuitur Mariæ sorori Marthæ, & Magdalenæ, quare cum Dominus non simpliciter factum istud narrandum prædixerit, sed etiam in memoriam vngentis mulieris narrandum: nequaquã passus fuisset spiritus Dei, factum hoc hactenus vbique asscribi alteri mulieri, quàm ei quam ex hoc facto semper celebrandam Dominus prędixit. Idem efficacius ex præsenti ttium Euangelistarum narratione, & historia resurrectionis & sepulturę Domini cæ poterit probari. Ex collatione enim Matthæi & Marci cum Ioanne in præsenti loco constat mulierem, cuius non expresso nomine meminerunt Matthæus & Marcus, esse Mariam sororem Marthæ: eandem autẽ esse illam quæ dicitur in Euangeliis Magdalena, patet satis ex collatione præsentis loci cum his quæ dicuntur circa Domini sepulturam & resurrectionem. Hic enim apertè dicitur mulierem hanc præuenisse vnctionem, quã mortuo exhibere causa sepulturæ non posset, cũ vellet. Inter mulieres autem quæ Dominum vngere mortuum cupiuerunt, sed per acceleratam resur

Universidad de Deusto
Biblioteca

resurrectionem nó potuerunt, prima & præcipua ab omnibus Euangeliſtis ponitur Maria Magdalena, nullà ſane alia de cauſa probabilius, quàm vt ſignificarent impletum in ea fuiſſe quod hic de ea Dominus prædixit. Si enim Maria ſoror Marthæ alia fuit à Magdalena, conueniebat ſanè de illa imprimis & maximè commemorare, quomodo Dominum mortuum vngere cùm cuperet, nõ tamen potuerit, quo veritas huius prædictionis Dominicæ manifeſtaretur. Et hactenus quidem quæ ad hiſtoriæ & verborum Domini explicationem pertinent. Reſtat quæ nobis in perſonis huius hiſtoriæ & verbis Domini ſint obſeruãda, paucis admoneamus. Itaque in Maria obſeruandum eſt exemplum ſeduli & ardentis amoris, qui facit B vt nihil iudicetur nimirum, nec vllus ſumptus in gratiam Dei tolerandus videatur eſſe grauis. In Iuda obſeruandum ingenium tum hypocritarũ, q'ui ſemper ſancta prauis ſuis affectibus prætexunt: tũ auarorum, qui vbique de lucro quauis ex re ſiue per fas, ſiue per nefas conquirendo cogitant, iudicantes perditionem & profuſionem quicquid illis non adfert aliquid commodi. In reliquis diſcipulis ad exemplum eorum, qui illico offenduntur & ſcandalizantur, ſi quid fieri videant quod iudicant rectius aliter fieri debuiſſe. In Domino exemplum eſt ſynceri iudicii & veræ dilectionis, dum & quod ex dilectione proficiſcebatur, bonum agnouit, & tam diligẽter contra calumniatores de C fendit. Ex qua defenſione diſcendum primò, vt annotauit D. Chryſoſtomus, quòd quando bonum quicquam fieri videmus, etiãſi exactiſſimum non ſit, nec optimum, non eſſe à nobis reprehendendum, ſed ſuſcipiendum nobis, & fauore noſtro perſequendum. Quemadmodum enim, inquit Chryſoſtomus, quis Dominum, antequam mulier hoc feciſſet interrogaſſet, non admiſiſſet, ſic poſtquã fecit, illud vnum ſolummodo reſpicit, ne increpatione diſcipulorum aneipiti animo turbetur, ſed hortatur ſuo maiore animo ſuſcepto recedat. Non erat enim amplius increpatio poſt effuſionẽ olei oportuna. Ita & tu ſi præparaſſe quoſD dam vaſa videris ſacra, aut ornatum quenquamalium circa parietes Eccleſiarũ & pauimenta confeciſſe, noli reprehendere, aut vænundari iubere quod factum eſt, ne animum eius qui fecit pertubes. Sin verò antequam fecerit, te conſuluerit, pauperibus offerre iubeto: Hæc ille. Diſcendum ſecundò, quod prætextu ſubuentionis pauperum; non ſint omittenda alia charitatis & beneuolentiæ officia & opera, quæ tempore & loco occurrunt facienda, vt eſt honeſto conuiuio & ſumptu excipere ſuo tempore amicos, quo ſumptu multis poterat ſubueniri pauperibus, eo quod non vbiq; & ſemper vrgeat pauperum ſubuentio. Diſcendum tertiò, quomodo ſanctis viris liceat non E nunquam quibuſdam rebus vti præter metas conſuetudinis bonorum, nẽpe ad ſignificationem alicuius myſterii, quemadmodum Dominus pretioſo hoc vnguento præter ſuam conſuetudinem perungi permiſit, propter ſignificandum ſepulturæ myſterium, & myſticam ac ſpiritualem vnctionem, qua à nobis deſiderat inungi, vt annotauit D. Auguſtinus lib. 3. de Doctri. Chriſtiana cap. 12. ſic ſcribens: Quiſquis rebus prætereuntibus reſtrictius vtitur, quàm ſeſe habent mores eorum cum quibus viuit, aut temporãs, aut ſuperſtitioſus eſt. Quiſquis vero ſic eis vtitur, vt metas conſuetudinis bonorum inter quos verſatur excedat, aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt. In omnibus enim talibus non vius rerum, ſed libido vtentis in culpa eſt. Neque enim vllo modo quiſquam ſobrius crediderit Domini pedes ita vnguento pretioſo à muliere perfuſos, vt luxurioſorum & nequam hominum ſolent, quorum talia cõuiuia deteſtamur. Odor enim bonus, bona fama eſt, quam quiſquis bonæ vitæ operibus habuerit, dum veſtigia Chriſti ſequitur, quaſi pedes eius pretioſiſſimo odore perfundit. Hæc ille. Ex quibus etiam diſcendum poſtremo circa hanc Dominicam defenſionem facti mulieris, quibus rationibus commendandum ſit nonnunquam quod quidam in templorum ornatu, & eorũ vaſorum quæ ad Euchariſtiæ pertinent miniſterium, ſint ſumptuoſi, nimirum quia huiuſmodi ſumptus proficiſcitur ex ardenti erga Deum & Chriſtũ deuotione, & quia valet ad ædificandam aliorum in Deum fidem, pietatem, & deuotionem, adeo vt hiſce de cauſis fieq̃ãtur præſtet, & melius ſit in huiuſmodi vſus facere ſumptus, quam eoſdem pauperibus impendere. Vnde Theophylactus in Marcum circa hũc locum ſic habet: Confundantur hoc loco qui pauperes Chriſto præferunt. Audiui enim ego aurifabros dicentes: quod ſi ego diſſectum ſacrum vas dem pauperibus, & ego viuam, nec condemner. Audiãt igitur quomodo Chriſtus præferat ſui curam pauperibus. Chriſti autem corpus propriè, quod in diſco aureo: & ſanguis, qui in poculo. Qui igitur abſtulerit diſcum pretioſum, & cogit vt eorpus Chriſti in viliori ponatur, prætexens ſcilicet pauperes, ſciat cuius patris ſit. Hæc ille. in cuius verbis dubium occurrit quomodo conueniant quæ dicit, cum his quæ ſupra audiuimus ex Chryſoſtomo. Nam Chryſoſtomus quidé præfert ſumptum in pauperes impendi, quam in templorum ornatum & ſacrorum vaſorum conſtructionem. Theophylactus verò contra videtur præferre curam rerum ſacrarum, curæ pauperum. Sciendum itaque, quòd abſolutè quidẽ melius eſt & maius, impẽdere aliquid Deo quam pauperibus, eo quòd dilectio Dei præferenda ſit dilectioni proximi, verum cum Deus noſtrorum bonorum nõ egeat, & proximum propter ſe diligi à nobis velit, nihilque velit ſibi impendi, niſi propter noſtram & aliorum vtilitatem, & neceſſitatem, hinc quo cum maiori aliorũ fructu quis facultates ſuas ex Dei dilectione expendit, eo huiuſmodi ſumptus Deo eſt gratior, proinde quandoque gratiusilli eſt ſi ſumptus aliquis eriã magnus in vſum rerum ſacrarũ fiat, quam ſi pauperibus impendatur, vt cum non occurrit ſingularis aliqua pauperum neceſſitas, & ornatus rerum ſacrarum neceſſarius indicatur, ob prouocandam quorundam in Deum fidem & deuotionem. Frequentius tamen illi gratior eſt cura pauperum, quod hæc vt in plurimum ſit vtilior & magis neceſſaria, id quod reſpexit D. Chriſoſtomus & ſpiritus ſanctus dicẽs per Oſee: Miſericordiam volo & non ſacrificium. Supereſt vt tractatam literaliter & moraliter hiſtoriam etiam allegoricè paucis tractemus. Itaque Bethania, quæ interpretatur domus obedientiæ Domini, & domus Simonis, hoc eſt, obedientis, Eccleſiam ſignificat, in qua ſola Chriſtus repetiri poteſt, & reficitur. Quod autem in Bethania Simon à lepra curatus Dominum in ſuam recipit domum, Lazarus cum eo accumbit, Martha miniſtrat, & Maria ſuo quoque

Oſee. 6.

que fungitur officio, portendebat concors & amicũ in eadem domo ſodalitium Eccleſiæ, quam Chriſtus immundã ſuo purgauit ſanguine, quã mortuam ob peccata, ſua morte viuificauit. In hac ſunt qui cum Simone Chriſtum in ſuis pauperibus reficiunt: ſunt qui cum Martha, quod poſſunt, coadiuuant & miniſtrant: ſunt qui cum Lazaro gaudent Chriſtum in ſuis membris refici ſunt item qui cum Maria ardentes fide & deuotione, non ſeruant in vaſculo concluſum vnguentum pretioſum quo Chriſtũ perungant, hoc eſt, fidem ſuam & deuotionem apud ſe non continent, ſed velut fracto vaſculo eã profundunt, palam & vbique nomen Chriſti eiuſque maieſtatẽ B prædicantes, cuius & pedes & caput perungũt, dum & humanitatem eius & ſimul diuinitatem omnibus commendant & prædicant magnificè: quod quia fecerunt Apoſtoli, & eorum ſucceſſores, vniuerſa domus huius mundi impleta eſt fragrantia huius optimi vnguenti, hoc eſt, prædicationis Euangelicæ & nominis Chriſti, de quo dicitur in Canticis: Oleum effuſum nomen tuũ, impletũque verè eſt in Eccleſia per huiuſmodi viros, quorum typus fuit Maria, illud Canticorũ:

Cantic. 1. Dum eſſet rex in accubit u ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Hoc odore trahũtur multi vt ambiant in eam domum admitti, in qua cũ amicis ſuis accumbit Ieſus. At nunquam defuerunt nec deſunt modo, qui inuideant & obſtrepant honoC ri Ieſu impenſo, & quibus non eſt gratus odor

2. Cor. 2. prædicationis Euangelicæ. vnde Paulus: Chriſti, inquit, bonus odor ſumus Deo, in iis qui ſalui fiunt, & iis qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortẽ, aliis autem odor vitæ in vitam. Dolent enim & indignantur cũ Iuda Iudæi, & quot quot quæ ſua ſunt magis quærunt quã quæ Ieſu Chriſti, omnẽ prædicationis ſumptum ad Chriſti honorem impendi, neque curam haberi negl ctæ legalis obſeruationis, aut gentilis ſuperſtitionis & vanitatis. Verũ aduerſus hos obmurmura- A tores conſolari illos debet Chriſti patrocinium, cui vni probari ſatis eſt. Alias hiſtoriæ huius allegorias videre licet apud Theophylactum in Ioãnem, & Hilarium in Matthæum.

COGNOVIT ERGO TVRBA MVLTA EX IVDÆIS, QVIA ILLIC EST.] Sequenti narrationi de glorioſo Domini in Hieruſalem introitu viam hac narratione præſtruit Ioannes, cum turbam multam ex Iudæis, hoc eſt, Hieroſolymitanis cognouiſſe dicit propter vicinitatẽ loci, Ieſũ eſſe in Bethania, atque ob id prouocatã magnitudine recentis miraculi, certatim veniſſe e Hieruſalem, non tantũ vt Ieſũ, ſed etiam vt Lazarum viderent. Suadebat enim hoc inſita mortalium ingeniis curioſitas. Porro ſacerdotũ animos ſic exceçauerat liuor & odium in Ieſum, vt iam illorum malitiæ nõ ſatis eſſet occidere Ieſum, ſed etiam cogitarent, & conſilio habito decernerent (eſt enim hic rurſum pro cogitauerũt, ἐβουλεύσαντο) etiam Lazarum interficere, inquẽ ne ſpeciem quidem criminis vllam intentare poterant, nixi ſcilicet ſuperiori ſentẽtiæ Caiphæ, quia expediret etiam innocentem perire pro populo, vt nõ totagens periret. Cæterũ, quia fortiter patrocinatus fuerat apud eos gloriæ Ieſu, eiecerãt è ſynagoga: nunc eo malitię creuit illorum & ſuperbia & inuidia, Laxarum à quo nullo dicto factoue fuerant vnquam prouocati, & in quem ne fingere quidem quicquam poterant, voluerint occidere, non ob aliud, quã quòd multi Iudei commoti tã euidenti miraculo deſciſcerent ab ipſis, & adhærerẽt Ieſu, credentes eum eſſe promiſſũ Meſſiam. Cum enim ſemel animus laxauit habenas in ſcelus, ei poſtea nulli, vbi ſiſtat, termini ciscumſcribuntur. Sed vide rurſum malitiæ iſtorũ cæcitatem, Lazarum propter reſuſcitationẽ occidere cogitauerunt, quaſi Dominus ſuſcitare potuerit mortuum, & non poſſet occiſum. Ecce, inquit Auguſtinus, Dominus vtrunque fecit, & Lazarum mortuum, & ſeipſum ſuſcitauit occiſum.

† *b. appropinquaſſet*
c. approximquaſſet
▷ *b. Hieroſolyma*
‖ *b. Bethania*
† *b. Olivarum*
† *b. mittit*
‖ *b. ex diſcipulis*
† *ſuis*
† ‖ *c. ſ. quod introeuntes*
* *c.o. alligatum*
† *c. dicite*
* *c.o. Domino necessarius eſt*
* *c.o. Dominus eius ea deſiderat*
‖ *b. continuo*
† *b. illum*
‖ *a. abeuntes autem*
b. Et abeuntes
* & † *b. dicebant illis ſolutis*
‖ *b. Quo*
† *b.o. duxerunt*
▷ *b. imponunt illis*
‖ *c. impoſuerũt ſum*
† *d. Et in mente.*
▷ *b. multi autem*
‖ *c. ſubſternebant autem*
* *b. quã præbant*
† *b. quæ*
▷ *b.o. ex cælis.*

INSIDENS ASINO INTRAT DOMINVS GLORIOSE IN Hieruſalem. Matthæi 21. Marci 11. Lucæ 19. Ioannis 12.

CAPVT. CX.

*IT c factũ eſt d in craſtinum, l cũ † appropinquaſſent Δ e Hieroſolymis a & veniſſent c ad f Bethphage, b & ‖ Bethaniã l ad montẽ c qui vocatur † l Oliueti: a tunc Ieſus Δ l miſit duos ‖ diſcipulos h ſuos † l & ait e illis: l Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim a h introeuntes illuc, j inuenietis a aſinam alligatã, & l pullum c aſinæ ‖ b ligatũ a cũ ea, b ſuper quem nemo adhuc hominũ ſedit, l ſoluite b illũ, l & adducite a mihi. Et ſi quis c vobis a aliquid c dixerit, [&] c vos interrogauerit: b Quid facitis? c Quare ſoluitis? Sic † l dicetis e ei: l Quia r Dominus his opus habet e ‖ confeſtim dimittet † eos b huc. a Hoc autẽ factũ eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentẽ: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinã & pullũ filium ſubiugalis. ‖ l Abierunt autem a diſcipuli c qui miſſi fuerãt, & b inuenerunt r ſicut dixit illis ſtã tẽ pullum. b ligatum ante ianuam foris in biuio, [&] a fecerũt ſicut præcepit illis Ieſus, b & ſoluũt eũ. c Soluentibus autẽ illis pullũ, * b quidam de illic ſtantibus c domini eius, † b dixerũt ad illos: b Quid A facitis ſoluentes pullum? ‖ c At illi dixerũt b eis ſicut præceperat illis Ieſus: c Quia Dominus eũ neceſſariũ habet. b Et dimiſerunt eis. l Et † adduxerunt a aſinã, & c illũ pullum b ad Ieſum, & a impoſuerunt * ſuper eos veſtimenta ſua, ſ & c iactantes veſtimenta ſua ſupra pullum ſ ‖ eum deſuper ſedere fecerunt. † d Inuenit [ergo] Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eũ, ſicut ſcriptũ eſt: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullũ aſinæ. Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primũ, ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quia hæc erant ſcripta de eo, & hæc fecerũt ei. e Eũte autẽ illo, Δ plurimi turbã ‖ l ſtrauerunt veſtimenta ſua in via, a alii autẽ b frondes cædebant [&] a ramos de arboribus, & ſternebãt in via. [Et] d turba multa quæ venerat ad diẽ feſtũ, cũ audiſſent, quia Ieſus venit Hieroſolymã, acceperunt ramos palmarũ, & proceſſerunt obuiam ei. r Et cum appropinquaret iã ad aſcenſum mõtis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oliueti,cœperunt omnes turbæ discentiũ gaudẽtes laudare Deũ voce magna super omnibus quas vi-
derant virtutib.[l] Et[a] turbæ†[c] quæ præcedebant,[b] & quæ sequebãtur,[m] clamabãt, dicentes[m]: Hosanna*
[a] filio Dauid,benedictus qui venit rex in nomine Domini[b] rex Israel[b]. Benedictum quod venit re-
gnum patris nostri Dauid,[c] pax in cœlo,& gloria in excelsis,hosanna in ▷ altissimis[d]. Testimoniũ er-
go perhibebat turba quæ erat cũ eo,quando Lazarũ vocauit de monumẽto,& suscitauit eũ à mortuis:
propterea & obuiã venit turba,quia audierunt eũ fecisse hoc signũ[e]. Et quidam Pharisæorum de tur-
bis dixerunt ad illum: Magister,increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis,quia si tacuerint,
lapides clamabũt. Et vt appropinquauit,videns ciuitatẽ,fleuit super illã dicẽs: Quia si cognouisses &
tu,& quidem in hac die tua,quæ ad pacẽ tibi,nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia veniẽt
dies in te & circundabunt te inimici tui vallo,& circundabũt te,& coangustabũt te vndique & ad
terrã prosternẽt te,& filios tuos qui in te sunt,& nõ relinquẽt in te lapidẽ super lapidẽ,eò quòd nõ co-
cognoueris tempus visitationis tuæ.[b] Et introiuit Hierosolymam.[a] Et cũ intrasset Hierosolymã, cõmota
est vniuersa ciuitas,dicens: Quis est hic? Populi autem dicebãt, Hic est Iesus Propheta à Nazareth Gali-
læ.[d] Pharisæi ergo dixerũt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus, ecce mũdus totus post eũ abiit.

ET CFACTVM EST d IN CRASTINVM ICVM APPROPINQVASSENT HIEROSOLYMIS,&c. Ioannes Euangelista, priusquam asselli super quem dominus sedit facit mentionem,cõmemorat quomodo turba multa quæ conuenerat ad diem festum processerit obuiã Iesu cũ ramis palmarum, clamantes Hosanna, &c. Id autem quoniam proculdubio præpostero ordine Ioannes commemorauit,non veriti sumus in Concordia mutato ordine suo colloca re,maximè vt Ioãnis narratio contexeretur cũ reliquorum triũ narratione, nec idem bis cogeremur ponere. Quomodo autem inuenerit Dominus asellũ, Ioannes non cõmemorauit, sed tantũ dicit: Et inuenit Iesus asellum,quod illud diligenter reliquit Euãgelistæ ante scripsissent, cum ipse ferè prætermissa ab eis statuerit persequi. Porrò Matthæus pro asino Dominũ misisse Apostolos dicit cum appropinquassent Hierosolymis,& venissent Bethphagẽ ad montem Oliueti: Marcus verò,cum appropinquarent Hierosolymæ & Bethaniæ,aut,vt habent Græci,ad Hierusalem, ad Bethphage & Bethaniam. Lucas item, cũ appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam. Proinde merito hic dubitari potest quomodo cum Matthæus dicat discipulos missos à Domino cũ venissent Bethphage & ad mõtem Oliuarũ, Marcus & Lucas dicant Dominum hoc fecisse cum appropinquaret Bethaniam. Nam cum venisset Bethphage & ad montem oliuarum, iam Bethaniam pertrãsierat,cum Bethphage & mons Oliuarum vicinior fuerit ciuitati Hierusalem quàm Bethania, in qua præcedenti nocte Dominus pernoctauerat. Dicendũ itaque Marcum & Lucam dixisse, Dominum cum mitteret discipulos, appropinquasse Bethaniæ,non quòd eam tũ accederet, sed quòd prope eam esset,non enim iam eam longè exierat,quomodo suprà diximus quosdam intelligere,quòd Lucas dixit Dominum curasse cæcũ, cum appropinquasset Iericho,quorum sententia multum confirmari potest ex modo loquendi in præsenti loco. Aut dicẽdum,quòd Marcus & Lucas præposterè dicunt, cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, illudq; sic intelligendum,cum appropinquasset ad Bethaniã,& deinde appropinquasset ad Bethphage ad mõtem Oliuarum. Erat autẽ Bethphage,villula in mõte oliueti,qui sabbathi habebat iter à Hierusalẽ, vt dicitur Act.1. hoc est,distabat à Hierusalẽ mille passus, cum Bethania 15.stadiis abesset. hoc est,duobus fermè millibus passuũ. Hanc villulã D. Hieronymus secutus Origenem dicit fuisse villulam sacerdotum,ac interpretari domũ maxillarũ. Nam pag. Chaldaicè maxillam significat,cum hebraicè significet ficus immaturas, hoc est, grossos, vnde aliqui interpretantur domum grossorũ & ficuũ. Alii verò domum oris vallis,quia Beth domus, pe os,Ge verò villam significat. Cũ ergo iuxta hũc locum venisset Dominus,ex quo sacerdotes Paschales victimas & alias(vt est verisimile)deducere in Hierusalẽ soliti erant tunc Iesus misit duos discipulos,quos author secundæ expositionis in Matthæum titulo Chrysostomi,dicit quẽdã(notãs verisimiliter ipsum Hilarium)scripsisse,fuisse Petrũ & Philippum, argumẽto tamen inualido, cũ verisimile magis sit,si liceat diuinare,hos duos fuisse Petrum & Ioannem,quos & postea misit ad parandũ agnum Paschalem, quanquã nihil aut perparum referat scire qui fuerint nunc missi. Dixit autem eis: Ite in castellum quod contra vos est. Vbi notãdum, quod quidã per castellum hoc loco ciuitatem Hierusalẽ intelligunt, sic dictã Domino siue ob murorũ fortitudinẽ, siue per despectum, quasi nõ mereretur vocari castrũ vel ciuitas illudq; ; quod contra vos est, sic quidam eorum interpretantur, vt significetur Hierusalẽ contrariam esse Apostolis,quòd eorum Dominũ conaretur occidere. Verùm sciendum,pro castellum Græcis hic rursum esse,sicut frequẽter supe rius,dictionem κωμη. quæ vicum propriè significat & pagum, quæ proinde inepte diceretur de Hierusalem. Verisimile autem Dominum demõ strasse vicum Bethphage. de quo dicit, cõtra vos est,hoc est,e regione vestri, & in cõspectu vestro. Lucas enim nõ habet,contra vos,sed tantùm εἰς τὴν κατεναντίον κωμην, id est, in vicum qui ecõtra & e regione est. Et apud Matthæum nõ est κατεναντίον sed ἀπεναντι ὑμῶν, id est, ante vos & in cõspectu vestro. Vnde patet male intelligi, quod cõtra vos est, pro illo, quod est contrarium vobis: male itẽ intelligi per castellum Hierusalem: quia à loco in quo erat Dominus nõ poterat prospici Hierusalem propter interpositum montem oliuarũ, sic dictũ, quòd multis consitus esset oliuis, vnde & ἐλαιῶνες, hoc est, oliueti mons dicitur Act.1. Sequitur in verbis Domini: Et statim introeũtes illuc, hoc est, in ipso introitu, inuenietis asinam alligatã & pullum cum ea, &c. Circa quæ primũ quæritur, cur Dominus, qui hactenus pedes circumambulauit per Galilæam & Iudæã, tã breue sui in Hierusalẽ itineris spatium absoluere voluit insidens iumentis, eisq; tam noua ratione cõquisitis? Neque enim sufficit dicere quod indicat Matthæus, illum ideo id voluisse vt impleretur Zachariæ Prophetia. Nam quid est quod per Zachariam istud spiritus sanctus etiam prædicere voluit? Dicendum itaque, quod præcipua huius facti Dominici causa fuit, vt antequam pateretur, specimen quoddam regni sui Dominus exhiberet, seseque efficacibus argumentis Messiam comprobaret expectatum, vt sic bonos in fide erga se confirmaret, & mali non haberent quod in excusationem prætexere possent. Sicut autem & alias semper in his quæ circa Dominum contigerunt humilia magnificis sunt coniuncta. ita & modò sic regiam suam dignitatem & magnificentiam ostendere voluit, vt tamen simul non desereret summã humilitatẽ & mansuetudinem conuenientem primo suo aduentui & regno suo spirituali. Regiæ itaque potentiæ fuit & magnificentiæ indicium, quòd ad solum iussum & necessitatis significationem, domini iumentorum cesserint ei vsum illorum, quod discipulis quos miserat prædixit istud ita euenturum, & illos mox vbi ingressi essent vicum, inuenturos iumenta, eaque alligata. Deinde quod iumento insidens vectus sit, cum semper solitus fuerit pedes incedere, quòdque tam concordibus animis, tantoque applausu & veneratione, ei à populo multo liberè acclamatum est, non obstantibus Pharisæorum prohibitionibus, quibus etiam pridem cautum erat, ne quis illum confiteretur esse Christum, & acclamatum est non quibuslibet verbis, sed scripturę verbis multò antè de ipso prędictis. Posttremò, quod templum ingressus ejecos & claudos curauit, negotiãtes eiecit, seseque atrocissimis suis hostibus formidabilem exhibuit. His enim cunctis declarauit omnia sibi cognita, & suæ potestati esse subiecta, omniumque corda se habere in sua potestate, vt inclinare possit ea quò velit. At summæ humilitatis & plusquam plebeiæ fuit, quòd alieno & accommodatitio iumento vsus est, quod asello insederit nihil minus quàm regio vectore, quòd pauperum discipulorum vestimentis non aureis vestibus insederit, stipatus inermibus comitibus, qui pro hastis ac gladiis, arborum ramusculos manibus gestabãt. Quo vtique declarabat, aliam esse conditionem regni sui quàm regnorum huius mundi, se etsi à patre potestatem accepisset, cui omnia cum vellet cederent, tamen per humilitatem omnes velle ad se trahere. per eandem ingressurũ se in gloriam suam, ac proinde etiam sectandam humilitatem omnibus his qui eiusdem regni ambirent esse consortes secum. Hunc autem in regiam ciuitatem Hierusalem introitum Domini, mirabiliter temperatum,& plane regia magnificentia ac pompa,& plebeia humilitate, conueniebat per Prophetam prædici à spiritu sancto, vt videntes Apostoli, omnesque Iudæi facto Domini consentire Prophetæ vaticinium, magis intelligerent ipsum quantumuis in mundo humilem, vere esse expectatum Messiam, desinerentque expectare mundanam regni Messiæ gloriam: vnde propheta velut signũ quod dam præmonstrans, quod cum Iudæi viderent excitarentur ad agnoscendum suum regem, dicit per aduerbium demonstrandi: Ecce rex tuus venit, &c. Verùm cùm nihil sit prætermissum à Christo & spiritu sancto, per quod ad regis sui agnitionem perduci possent Iudæi, ipsi tamen occasione huius facti ad contrarium prolapsi sunt, vt scilicet magis iam accenderentur ad occidendum illum, & occasionem agnoscendi Christum datam illis à Deo, sibi verterent in occasionẽ persequendi Christum. Vnde præter primam huius introitus Domini in Hierusalem causam iam tractatam, adiungi possũt & aliæ duæ, sed veluti secundariæ: quarũ altera est, quia Dominus cupidus subeundi pro omnium salute mortem, præcognouit hac ratione Pharisæos & sacerdotes accedendos ad inferendam sibi mortem, non quod vellet illis persecutionis dare occasionem, sed quod sciret illos iustè sibi relictos hinc persecutionis sumpturos occasionem, quorum impietate ad promouendam hominum salutem abuti voluit. Altera est, vt ad tempus adblandiens, & accommodans se suorum affectibus, irrideret huius mundi gloriam, ostenderetque quam sit inanis & infida, quum tantos applausus, tamque honorificas acclamationes, ac tantum populi studiũ mox secuta sit crux. Est autem & mystica huius facti Dominici causa, sed hæc postea in allegorica historiæ persecutione tractabitur. Omnino enim dubium non est quin hoc suo facto Dominus mysticum aliquid designare voluerit, cùm tam noua ratione sit peractum, vt tacita quędam parabola in eo videatur adumbrata. porro ratione & mysterio non caret etiam, quod quinta die ante pascha, hoc est, decima die mensis primi Dominus hac magnifica pompa ingressus sit Hierusalem. Ea enim die præceptum fuit Israelitis, vt agnũ Paschalem quisque in domum suam sumeret immolandum de eimaquinta die. Itaque seipsum tunc Dominus in Hierusalem intulit, immolandus in ea ipso die paschæ in verum agnum paschalem, per quem non à pharaone & Ægypto, sed à diabolo & inferno fideles liberarentur. Deinde hac die velut victoriosus rex cum ramis palmarum ingredi voluit Hierusalem, quod eadem die post septimanã expletã recurrẽte, deuicta morte gloriose erat resurrecturus, ac regnum suum spirituale in cœlesti Hierusalem auspicaturus. Decima quoque dies mensis primi, insignis olim fuit, quod in illa Iosue typum Christi etiam nominis similitudine præ se ferens cum toto Israelitico populo, transito Iordane ingressus sit promissam illis terram, vt scribitur Iosuæ 4. cum deinde 14. die solenne Pascha celebrauerit, vt scribitur cap. 5. Et hactenus de proposita prius quæstione satis. Supereſt altera circa hunc locum quæstio, ad concordiam pertinens Euangelistarum, quomodo scilicet Matthæus duo iumenta, asinã scilicet & pullum, commemoret insa à Domino afferri: eíque allata, & super ea Dominũ sedisse, cum reliqui tres solius pulli mentionem faciant. pro cuius quæstionis solutione communiter dicitur, Dominũ sedisse super vtrunque animal successiue: tres tamen Euangelistas solius pulli meminisse, siue quòd eo Dominus pro maiori parte insederit, siue quod pulli inequitatio ad mysteriũ vocationis gentium pertineat, quibus Græca lingua tres scripserunt Euangelistæ, cũ Matthęo Hebræa scripserit Hebræis. Verum quoniam, vt habet D. Hieronymus, & turpe fuit Dominum insidere asinæ, & impossibile vt in tam breui spatio diuersis insederit animalibus, verisimilior est aliorum, inter quos Euthymius, sententia, qui dicunt soli pullo Dominum insedisse, atque ob id tres Euangelistas illius solius fecisse mentionem: asinam tamen etiam simul addu ctam, sed Dominũ pullo insedentem tantum fuisse secutã, ideoque

Exod. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matthæum exacta diligentia vtriusque meminisse iumenti. Huic tamen sententiæ videntur obstare quædam. Primum, quod apud Mathæum iussi sunt discipuli dicere, Dominus his opus habet. Deinde, quòd apud eundem dicuntur discipuli, cùm adduxissent asinã & pullum, imposuisse super eos vestimenta sua, & Dominũ desuper collocasse. Postremum, quòd in testimonio prophetæ, quod hoc facto Domini impletum dicitur à Matthæo, habeatur; sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Ad quorum primum dicit Euthymius, quòd vtroque iumento Domino fuit opus, sed pullo, vt super eum veheretur: asina verò, vt pullum sequeretur, causa significandi mysterii quod mox explicabitur. Ad secundũ duplicirer respondéri potest. Altero modo, vt illud, desuper, referatur non ad animalia, sed ad vestimenta, quomodo interpretatur Euthymius, qui pro eo quod nos habemus, & eum desuper sedere fecerunt; habet καὶ ἐκαθισεν ἐπάνω αὐτῶν, id est, sedit super ea vel eos. Nam αὐτῶν, ex sese est ambiguum. Sic & exẽplar habet Complutense, nisi quod pro simplici ἐκαθισεν habet ἐπεκαθισεν. est autem hæc lectio conuenientior, saltem quod attinet ad pronomen αὐτῶν, quàm vulgata lectio, quæ habet. ἐπεκαθισαν ἐπάνω αὐτης, id est, collocarunt super eam, nempe asinam. Quomodo enim Matthæus super solam asinã Dominum diceret collocatũ, cùm reliqui super solum pullum commemorent sedisse? Altero modo dici potest Matthæum per synecdochen, vt & alias, dixisse Dominum collocatum pluraliter super animalia, quomodo etiam intelligi potest per synecdochen dictum esse: Dominus his opus habet. Prorespõsionẽ autem ad tertium, sciendum est quòd in illo testimonio prophetæ pro fœminino, asinam, vertendum potius videtur masculinum, asinum. Ita enim permittit & dictio Græca hic posita ονος, quæ tam asinum significat quàm asinam, maximè cum hic careat articulo, nec addatur, vt superius, articulus fœmininus, & vocabulum quod est apud Septuaginta, nempe ὑποζύγιον, quod est subiugã. Et in Hebræa origine vocabulum quod his dictionibus correspondet, nempe חמורה hhamor, asinum genere masculino vbique ferè significat, nõ asinã, quæ Hebræis dicitur אתון Athon. Inuenitur tamen 2. Reg. 19. nomen hhamor positum in genere fœminino, de quo vide Pagninum. Nam etiã illo loco D. Hieronymus vertit, asinum. Itaque si in citato Prophetæ vaticinio nomen ὄνος vertatur per asinum, & non per asinam, quod dicitur ascendens super asinum & pullum filium subiugalis, non diuisim est accipiendum, quasi super diuersa animalia vicissim sedisse significatum sit, sed per asinum & pullum, coniunctim intelligendus ipse pullus, qui asinus quidem fuit natura, pullus verò ætate. Figura enim est prophetis familiarissima, qua idem mutatis vocibus geminant. Sanè in hunc modum explicat hoc testimonium Euthymius, & explicandũ omnino videtur, si originalia inspiciantur Hebræorum, & citatio Ioannis. Quod si dictionem ὄνος, quis putet hoc loco potius vertendam per, asinã, vt diuersa significentur animalia, quemadmodũ non improbabiliter videtur dicendum secundum intentionem Euangelistæ qui cùm dixisset ονον & πωλον iussos adduci, subiicit id factum ad completionem vaticinii, in quo dicitur Messias sessurus super ὄνον καὶ πωλον: iam dicendum quòd etiam per synecdochen illud sit intelligendum quod in vaticinio dicitur, quemadmodum quod idem Mathæus dicit Dominum illis opus habuisse, & Apostolos ipsum collocasse desuper. Videtur enim Matthæus, quoniam duo animalia adducta fuerunt ad Iesum, testimonium prophetæ, quanquam non necessariò intelligendum esset de duobus animalibus, voluisse accommodare eum ad vtrunque animal, & quoniam in eo dicitur rex Sion sedere super hoc & illud, ideo sermonẽ suum attemperando ad Prophetæ vaticinium, dixisse Dominum sedisse super hæc animalia, quod per synecdochen intelligendum reliqui deinde Euangelistæ qui post eum scripserunt, satis indicauerunt. His præmissis, sigillatim historiæ partes sunt pertractandæ. Itaque Dominus suã declarans omniscientiam, Apostolis suis prædicit in ipso mox introitu pagi inuenturos & asinam ligatam & pullum cũ ea, eúmque talẽ, super quẽ nullus hominum vnquam sederit: suam autem declarans omnipotentiã & supremum dominium, prædicit dominos inuẽtorum admonitos tantum de necessitate sua, dimissuros ea. Et statim, inquit Matthæus, dimittet eos. Circa quæ Matthæi verba notandum in plerisque Græcorum libris haberi ἀποστέλλει, id est, dimittit vel emittit, vt sint verba Euangelistæ significantis Dominum mox emisisse Apostolos duos. Verũ cũ superius dixerit Euangelista Dominum misisse duos discipulos, & ob id frustra iam repeteretur, magis legendum est ἀποστέλλας, quemadmodũ legitur in Marco & apud Matthæum legit noster interpres, Chrysostomus item & Thoophylact. Dupliciter tamen hæc lectio intelligi potest. Aut vt significetur Apostolos iussos dicere, non tantum quod Dominus his opus haberet, sed etiam quod Dominus mox eos remitteret, postquã scilicet eis vsus fuisset, quo modo intelligit Euthymius. Aut vt significetur Dominũ prædixisse Apostolis missis, quod dominus iumentorũ cum audisset illud: Dominus his opus habet; mox concessurus esset iumenta abduci ad Dominũ, quomodo omnino esse intelligendũ patet ex Marco, qui in sequentibus narrans quomodo omnia euenerint quemadmodũ Dominus prædixit postquam dixisset Apostolos dixisse interrogantibus cur soluerent, id quod præceperat eos dicere Dominus, subiecit; Et dimiserunt eos, quanquam hîc relatiuum non ad iumenta, sed ad Apostolos referendum sit. vt sit sensus & permiserunt Apostolos soluere & abducere iumẽta. Græce enim est ἀφηκαν αὐτους, id est, sinebant eos. Itaque cum dicitur hîc, & confestim dimittet eos; suppositũ verbi, dimittet, est ipse interrogator, dominus scilicet iumentorũ. Non est enim verũ quod quidã hîc asserunt de his iumentis, quod scilicet fuerint animalia communia in vsus pauperum quorumlibet destinata. Nam Lucas aperte dicit dominos eorũ fuisse qui interrogauerunt cur soluerent. Vnde intelligendum, cor eorũ ita diuinitus audito nomine Domini, fuisse immutatũ, vt non offensi simplicitate discipulorum finerent animalia abduci. Notandum enim Apostolos non esse iussos dicere: Dominus noster his opus habet; sed absolute & cũ articulo ὁ κυριος, Dominus his opus habet, quo suam saluator significauit diuinitatem, & supremum in omnes homines & creaturas dominium, cui cedere omnes suum deberent dominium. Porro quanquam in Matthæo legamus, Dominus his opus habet; In Marco, Domino necessarius est, In Luca, Dominus operam eius desiderat, & postea, dominus eũ necessarium habet; Græcè tamen est semper eodẽ modo ὁ κυριος αὐτοῦ χρειαν ἐχει. id est, Dominus habet eius indigẽtiã, misit quòd Matthæus pro αὐτοῦ, habet αὐτῶν. Solus enim loquitur de asina & pullo. Ne autem quis miretur quomodo super pullũ asinæ Dominus equitare potuerit, sciendũ quod dictio Hebraica quæ ponitur in vaticinio Zachariæ עיר aiit, quã Latini & Græci pullum & πωλον solent reddere, non tam pullũ, quàm iuuencũ asininum idoneum iam equitationi significat, vt præter alia loca patet ex capite Iud. 10. vbi dicuntur 30. filii Iair ascendisse super 30. pullos asinarũ. & cap. Iud. 12. vbi 40. filii Abdon, & 30. eius nepotes dicuntur ascẽdisse super 70. pullos asinarũ. Quod autẽ pullũ sibi delegerit Dominus super quem nullus hominum vnquã sederat, ad literam quidem ita conueniebat regiæ eius dignitati, & ad potestatis eius faciebat commendationem, quod indomitum animal commodũ se Domino sessori præbuerit, sed multo magis id factũ est ob mysterium post explicandum.

HOC AVTEM FACTVM EST, VT ADIMPLERETVR QVOD DICTVM EST PER PROPHETAM.] Ne quis existimaret subleuandi laboris aut attentandę alicuius nouitatis causa Dominum misisse pro asina & pullo, subiecit Euangelista Matthæus rationẽ facti Dominici, winquit, adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam. Propheta autem iste, est Zacharias ex cuius cap. 9. testimonium hoc desũptum est, quanquã non ad verbum, siue spectes veritatem Hebraicam, siue versionem Septuagintã. Quædam enim sunt omissa, quædam mutata, verbo tenus, sensu manente eodẽ. Hebræa nanq; sic reddidit D. Hieronymus: Exulta satis filia Sió, iubila filia Hierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam & super pullum filiũ asinę. Iuxta Septuagĩta sic legimus: χαῖρε σφόδρα θύγατερ σιων, κήρυσσε θύγατερ ἱερουσαλημ, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται σοι δίκαιος καὶ σῶζων αὐτός, πραὺς καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον, id est, Gaude vehemẽter filia Sion, prędica filia Hierusalẽ. Ecce rex tuus veniet (vel venit) tibi iustus & saluans ipse, mansuetus, & ascẽdens super subiugale & pullũ nouũ. Itaque omissum est illud, iustus & saluator vel saluans, quod hoc non ita seruiret proposito. Et pro illo, Exulta satis filia Sió, iubila filia Hierusalem, hic ponitur, Dicite filiæ Sion, quod tamen Euangelista desumpsisse videtur ex Isaię cap. 62. vbi similis est locus cum hoc Zachariæ. Sic enim ibi dicitur: Dicite filiæ Sió. Ecce saluator tuus venit, &c. Quod autẽ & hic apud Septuaginta habeatur mansuetus, cũ Hebræa secũdum versionem Hieronymi habeãt, pauper, hinc prouenit quod Hebræi habeant עני Ani, quæ dictio si per Iod scribatur, pauperem, humilem & afflictum significat: si per Vau, mansuetum. Nihil autem est in rediuersitatis vtrouis modo legatur & vertatur, quia paupertati maximè spiritus, sẽper cõiuncta est animi mãsuetudo. Paupertatem autem & mansuetudinẽ simul ostẽdit Dominus, dũ in regia sua pompa asello vehi elegit. Quod autem Hebræa habent, veniet, cum hîc legamus, venit, sciendum est Græce hic esse, quẽadmodum apud Septuaginta, ἔρχεται, quod etiã per futurum verti potest, veniet, cum vtriusq; tẽporis habeat significationem. Cæterum Ioannes pluribus omissis, & quibusdã etiam mutatis, citat hoc testimoniũ sic: Noli timere filia Sion. Ecce rex tuus venit, sedens super pullum asinæ. Pro eo enim quod habent Hebræa: Exulta filia Sion, ipse posuit quod secundum sensum idem est: Noli timere filia Sió. Significatur enim à Propheta: filiã Sion merito gaudere debere, quod iamdudũ expectatus ipsius rex veniret, & veniret ad saluãdũ, neq; cum terrore veniret, sed cum omni mansuetudine, vtpote insidens asello, & ob id nõ esse curampliùs metuat vel antiquos suos hostes à quibus iã est liberanda, vel ipsummet regem suũ, qui cum tanta mansuetudinis ostensione se illi exhibet, formidolosus futurus & durus non filiæ Sió, sed hostibus eius dæmonibus, idolis, & omnibus impijs. Porro per filiam Sion vel filiã Hierusalem, Hebraica phrasi significatur ad literam congregatio ciuium Hierosolymitanorum, quemadmodũ psal. 44. filia Tyri, pro ciuibus & inhabitatoribus Tyri, & psal. 136. filia Babylonis pro ciuibus Babylonis. Filiæ autem Sion & filiæ Hierusalem peculiariter denunciatur aduentus huius regis, quòd Sió arx esset regia & sedes regni Dauitici, in quo successurus expectabatur Messias, proïde sub nomine filiæ Sion ad literam etiã comprehendũtur omnes Israelitæ regnum Dauidis agnoscentes. Secundum spiritualem autem & præcipuum sensũ sermo est de Sió & Hierusalẽ spirituali, Christiana scilicet Ecclesia, in qua Christus verus Dauid regnat, tanquã iustus rex, populum suũ asserens e manu opprimentium eum, tãquam mãsuetus, blande illum suscipiens, ac peccata illi remittens.

ABIERVNT AVTEM DISCIPVLI QVI MISSI FVERANT, ET INVENERVNT, &c. Omnia euenerunt quemadmodum Dominus prædixit. Nam & mox in ingressu inuenerunt iumẽta, eaque quemadmodũ prædictum erat, ligata. (Inuenerũt enim, inquit Marcus, pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, qua ratione significat quàm facile pullũ inuenire potuerint, vt non fuerit opus illũ diu quærere, & simul id dictum est multo magis ob mysteriũ post explicandum.) Et respondentes quæ iussi erãt dicere, permissi sunt iumẽta ducere ad Iesum. Quæ cum adduxissẽt, quo Dominus & commodius & honorificẽtius sederet, imposuerunt: inquit Matthæus, super eos sua vestimẽta, exteriora scilicet quæ pallia dicuntur, cum Græce sit ἱμάτια. Super eos pluraliter imposita dicit vestimenta. siue quia super vtrunque animal posuerint Apostoli, ignorantes super quo sedere eligeret: siue etiam per synecdochen quomodo quod sequitur apud eundem, & eum desuper sedere fecerunt. Sunt qui in Matthæo legunt, & imposuerunt super eum vestimẽta sua, vt etiã in Matthæo aperte significetur Dominum tantum insedisse pullo: sed hæc lectio nõ cõuenit cum Græcis, nec cum correctioribus codicibus Latinis. Hoc honore cum ab Apostolis suis Dominus affectus erat, secuta etiã est turbarum pietas & reuerentia multiplex. primo enim multa turba honoris causa partim illum e Bethania, quo pridiẽ multi conuenerant, secuta est: partim e Hierusalem obuiam venit cum audissẽt de aduentu Domini. vt habet Ioannes. Secundo, honoris causa plurima turba imitantes & superãtes Apostolorum deuotionem, substernebant vestimenta sua in via, alii ramos & frondes de arbori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus,oliuarum scilicet & palmarum,quarū copia A erat in mōte Olīueti,sternebant in viaralii ramos palmarum, vt habet Ioānes,deferebāt manibus, & lætitiam animi sui hac ratione protestantes,& victoriosum regem ipsum facto profitentes.Palma enim etiam apud Romanos & Græcos in victoriæ signum ptę ferri & dari solet.Apud Iudęos autem,quo minus eorum præsens actum miremur,peculiare erat in publicis & solennibus gaudiis palmarum ramos manibus gestare. Ita enim vt facerent lætitiæ causa,in festo Tabernaculorū præceptum fuit eis in lege Leuit.23.Quem morē deinde & alias in solenni lætitia seruauerunt. Nā B vt scribitur 2.Machab.10.in purificatione templi facta sub Iuda Machabæo,i signū lætitiæ thyrsos & ramos viridēs & palmas præferebāt ei qui prosperauit mundare locum suū.Et 1.Machac.11.dicitur quomodo mundata arce in Hierusalē à Simone,ingressi sunt eam cum laude & ramis palmarum,& cymbalis,& nablis,& hymnis,& canticis,quia cōtritus erat inimicus magnus ex Israel. Itaque & tunc Iudæi pro more præferebant ramos palmarum:at spiritus sanctus,qui proculdubio,ad hæc monebat eorū corda, significauit per eos victoriam Christi quam de diabolo & morte mox erat reportaturus.Tertiò,hoc honore affectus est à turba Dominus, ꝙ eius virtutes.id est, C miracula deprædicauerint,& præcipuè miraculū resuscitati Lazari,vt habet Ioannes,quodq;ei fautis acclamationibus & bene sint precati & cōgratulati.Cùm enim,vt habet Lucas,appropiquaret Dominus ad descensum montis Olīueti,cœperunt omnes turbæ discentium gaudētes laudare Deum, &c. Discentium enim legendum esse, & non descendentium,non tantum Græca docent, quæ habēt μαθητῶν,id est,discipulorum,sed etiam antiqui codices scripti, vt testatur quidam.Non solùm autem Deum laudabant,sed etiam tū præcedentes,tū sequentes concordibus animis Christo acclamabant,dicentes:Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, osanna Quid sit Osanna. D in excelsis.De vocabulo,osanna,varii multa scripserunt,multi etiam,vt habet D.Hieronymus in epistola quadam ad Damasum,super hoc sermone diuersa finxerunt,inter quos eo loco D.Hieronymus profert Hilariū,vt qui in Comment.Matthæi,dicit osanna significare redemptionem domus Dauid, cum in hac dictione manifestè nihil significetur,vel domum,quæ Hebræis dicitur Beth: vel Dauidem,cum nomen Dauid ipsum sit Hebraicum.Secutus est D.Hilarium Ambrosius,scribens in Lucæ cap.19.Non tamen tam crassus error imponendus videtur Hilario aut Ambrosio, quā his ob hāc sententiā imponitur ab Hieronymo aut aliis. Neque enim crediderim D.Hilariū aut Ambrosiū existimasse omnia hæc cōprehensa in significatione vocabuli osanna,redemptio domus Dauid,sed credidisse ea dictione significatam redemptionem:adiecisse autem causa explicationis,domus Dauid,vt indicarent quā redemptionē petiuerunt qui clamauerunt osanna.In eo autem quod redemptionem per osanna significatam dicit Hilarius, secutus meritò videri potest Originem,qui in Matthæū scribēs homil.20.per osanna restitutionē significatū interpretatur,non quòd osanna propriè idē sit quod restitutio vel redemptio.cum sit non nomen sed verbū Hebraicum,vt pòst dicetur:sed quemadmodū dicimus verbum,amare,significare amorem,ita osanna recte dicitur significare salutem & redemptionem. Et omnino fieri potest quod Hilarius aut alius quispiam interrogauerit aliquem Hebræū quid significare voluerint aut petere qui Domino nostro acclamauerunt.Osanna, illeq; dixerit,quem admodū rectè dici potuit,eos huiusmodi acclamatione petisse redemptionem domus Dauid,nō tā vocabuli vim expli care volens,quam intentionē eorum qui tunc eo fuerunt vsi.Hanc pro Hilarii sententia excusationē multū adiuuāt eius verba. Sic enim habet super Matthæū:Laudationis verba redēptionis in eo exprimūt potestatem. Nam B osanna Hebraico sermone significatur redemptio domus Dauid.Non est enim in Hilario.significat, quemadmodum citatur apud Hieronymū,sed significatur.Eandem excusationem adiuuāt verba Ambrosii sic scribētis:Turba igitur agnouit deū, regē appellat,prophetā reperit.Osanna filio Dauid,hoc est,redemptorē domus Dauid,expectatū quoq; secundum carnē Dauid filium venisse declarant.Non enim dicit vocabulū osanna significare redemptorē domus Dauid, sed eos qui hoc dixerūt declarare iā venisse redemptorē domus Dauid,id quod verè sic fuit.Sic enim & Hieronymus in Matthæum hoc loco scribēs Hebraicum C osanna dicit significare, quòd aduentus Christi mundi sit salus.Idē hieronymus in prædicta epistola,deinde dicit quosdā opinatos osanna signifi care gloriam,alios etiam qui gratiam interpretati sūt.Chrysostomus sanè videri potest intellexisse hac voce significari gloriā,qui postea tractās illud quod pueris clamātibus osanna in templo, dixerūt Pharisæi:Auditis quid isti dicunt? subiicit,At qui Christo potius hæc verba conueniebant,qui cū infantes sibi hymnū decantarēt, dicere potuisset,non auditis quid isti dicunt. Vnde Theophylactus & Euthymius dicunt quosdā per osanna intelligere hymnum siue laudē. Et in secunda expositione Chrysostomi super Matthæum,ho.37.dicitur osanna quosdam interpretari gloriā, alios redemptionē. Et sanè quædam sunt cōiecturæ non paruæ,quibus in speciem probabiliter videatur dici posse osanna vtrunque significare, videlicet laudē vel gloriā,& gratiam.Primum enim hosanna apud omnes euāgelistās qui hoc vocabulum posuerunt,scribitur per duas dictiones ὡς ἀννά,hosanna.dictio autem, ὡς, si Hebraicè scribatur per Aiin & zaiin oz significare potest, satis laudem. Sic enim eam verterunt Septuaginta, & itē Hieronymus in illo Psalmi,quod postea occasiōe acclamati osanna citatur à Domino: Ex ore infantium & lactātium perfeciſti laudem.Hic enim pro laudem,Hebraicè est עז oz. Anna autem,si He- Matth.21 E braice scribatur per aspirationē חנה Hethhanna,certissimè & propriè significat gratiam:at aspiratio hæc frequenter à Græcis reiicitur,vt factum est in nomine,Ioannes, & in proprio nomine, Anna.Deinde Lucas,qui solus nomē osanna non posuit pro eo quod habent Matthæus & Marcus, hosanna in altissimis,veluti volens eos interpretari sic habet,pax in cælo & gloria in excelsis.pax autem non multum differt à gratia,vnde pacem gratiæ semper coniungit Apostolus. Postremum Pharisæis mirātibus quod pueri clamarent, osanna filio Dauid,Dominus subiecit: Nunquam legistis,quia ex ore infantium & lactātium perfecisti laudem, ergo osanna laudem omnino videtur

significic

significare, videturque illud os quod acclamasse A tis est Hosāna,sicut nō nulli dicunt qui Hebræam dicūtur,esse illud quod in eo testimonio scribitur linguam nouerunt,magis affectum indicans,quā Hebræis per Aiin & zaiin. Alioqui enim nō apertè contra Pharisæorum admirationem citata vi- rem aliquam significās,sicut sunt in lingua Latina quas interiectiones vocant: velut cum dolentes dicimus Heu,vel cùm delectamur, Vah dicimus:vel cū miramur,dicimus,O rē magnā. Tunc detur scripturæ authoritas. At his quantūlibet in speciem probabilibus coniecturis nō obstātibus, enim o nihil significat,nisi mirātis affectū. Quod certa nimis est recepta iam D.Hieronymi de vocabulo Hosanna sententia,qua plusquam probaideo credendum est ita esse,quia neque Græcus, neque Latinus illud interpretari potuit, sicut biliter creditur istud Hosanna desumptū esse ex illud,Qui dixerit fratri suo racha.Nā & hæc interiectio esse perhibetur,affectum indignantis ostendens.Hæc ille.Totam ergo dictionem interiectionem esse putat lætantis & obsecrantis,cum pars Psal.117.ex quo desumptū est quod sequitur:Benedictus qui venit in nomine Domini. In eo enim tantum eius,anna vel na sit interiectio,& reliqua psalmo pro eo quod ante hęc verba nos legimus: eius pars præcipua,Hosa, sit verbum,significans O Domine saluum fac (malè enim quidam le- seruа aut saluifica.Et hæc quidem de vera ipsius gunt,o Domine saluum me fac) o Domine bene vocabuli Hosanna & significatione,& pronūciaprosperare, in Hebræo legitur,Anna adonai ho- tione,atque scriptura.Supereſt vt etiā aliquid de sianna,anna adonai Hatzethanna. Vbi notādum, ipsius apud Hebræos vsu annotemus,qui pluriquòd hosianna,apud Hebræos sint duæ dictiones B bus ignotus est,& tamē cognitus indicabit ratiohoschia,& נא Na. Duæ tamen istæ dinē quā factū est vt Iudæi iā Christo acclamarint ctiones velut vna dictio pronunciatur, ita vt vlti- Hosanna,& quare potius Hosanna quàm Hosiā ma vocalis verbi cum sequenti pronuncietur nū na, vt est in Psal.117.acclamauerunt.Sciendū itadagessato,& dicatur Hosanna pro Hosiah anna. que,quòd הרשיעה Hoschanna,Hebræis familiaNam na bis positum in fine verborū duorū, pro tis est acclamatio;quæ in festo tabernaculorū Anna positum est,quod item bis hic ponitur.sed quotidie canitur ab eis frondes & ramos gerenin principio,quanquam sint qui na hic non pro tibus,& concinentibus similiter litaniis nostris.PriAnna positum putent,sed significare idem quod mùm enim recensetur ingens acervus nominum nunc,vt sit sensus:O Domine saluifica nūc,o Do- Dei,& ad singula succinitur Hosanna, ad hunc mine prosperare nunc. Itaque quoniā duæ hæ di- modum:propter te Deum,hosanna, Proctiones Hosiah & na coniunctim pronunciantur pter te Dominum Dominorum,hosanna,&c.De(ex qua pronūciatione duplicatur litera nū.)hinc inde recēsetur magnus acervus eorum quæ Deo Psal.117. D.Hieronymus Hosanna vnum esse verbum di- C attribuūtur,vt;Propter veritatem tuam,hosāna, cit compositum ex duobus,quorum vnum,nempe Hosiah,cū sit imperatiuus tertiæ coniugationis Hebræorum,significat,Saluum fac,vel saluifica:alterū nempe Na vel Anna,interiectio est obsecrantis,æquiualens nostræ interiectioni o.sicut & Græcis ἀνὰ nonnunquā est obsecrantis, & pro Psalm. 8. saluifica quæso.Corruptè autem putat D.Hieronymus & à Græcis,& à nobis dici per elisionem vocalis i,Hosāna vel Hosianna,tribuitque huiusmodi corruptionem ignorantiæ. Verum sciendū est in imperatiuo tertiæ cōiugationis,non tātum dici הושיע Hosciagh,sed etiā הושע Hoscagh, vt habetur præter alia,Psalm.85.Hosa adsecha,id est,saluum fac seruum tuum. vnde tam rectè dicere potuerunt,& nunc dicitur,Hosanna quàm Hosianna,vt à quibusdam nunc est diligenter annotatum. Quod autē nunc in Græcorum libris per duas dictiones legitur ὡς ἀννά, vitio scriptorū accidisse videtur,cum & Theophylactum & Euthymium satis constet per vnam legisse dictionē. Dicunt enim Osanna Hebraicum esse,& significare secūdum quosdam,hymnum vel laudē, vt quod dicitur in Matthæo.Hosanna filio Dauid, tantum dem sit ac si dicatur,Hymnus filio Dauid. Interpretem sanè nostrum legisse pervnam dictionem τὸ σωσον ά,omnino videtur,cum in omnibus Latinorū codicibus inueniatur vnica dictione,Hosanna. Ex his autem etiam patet dictionis huius Hebraicæ significationem ex parte tātum & non plenè assecutum D.Augustinum,quanquam D. Hieronymi sententiā vel legisse,vel ab aliis audisse videatur.Nam & in commentariis super Ioannem,& lib.2.De Doctrina Christiana, cap.11. existimat Hosanna interiectionem esse lætātis aut obsecrātis.Nam in de Doctrina Christiana lætantis dicit esse interiectionem,sicut racha indignātis: super Ioannem verò obsecrantis.Vor,inquit,obsecran

Universidad de Deusto
Biblioteca

pere eos impulit,adimplens in eis quod de ipso longè antè per Dauidem fuit prophetatum:& in ipso Dauide,cumin regẽ à populo susciperetur, in figuram Messię prius gestum,vt est verisimile. Nam Psalmus ille recte ad literã ad Dauidem intelligitur pertinere,sed secundum præcipuũ sensum ad Messiã,cuius Dauid per omnia pene fuit typus,sicut & psal.19.quo regi suo fausta prædicãtur,dicentes:Domine saluum fac regem; vbi pro saluum fac,etiam est Hosiah,quamuis non addatur ibi na.Ex his licet etiam intelligere causã ob quam Euangelistæ ipsam hebraicam dictionem non versam nobis reliquerunt, nempe non tam quòd eam in Græcum sermonem transferre non potu erint commode,(quam causam adferunt D. Hieronymus & Augustinus,cum ea dictio in psalmis à Septuaginta & aliis interpretibus satis sit Græce explicata)quàm quod sit familiaris Hebræis acclamatio, quemadmodum apud Græcos Io Pæan,& apud Italos Io triumphe,quod acclamatur in triumphis & re fœliciter gesta. Sic & Halleluia seruatum est ab hebręis,cum nihil sit aliud quàm laudate dominũ,quòd peculiaris sit ea vox Hebræis ad prouocãdum sese in laudẽ Dei.Cæterum animaduertẽdum qnòd Hosanna nõ simpliciter sit dictio precatoria secundum vsum Hebræorum,sed talis qua cum gaudio mentis & gratiarum actione ob beneficia à Deo præstita, petitur conseruatio & prosperitas acceptorum bono
psal.117. rum. Vnde in psalmo, vnde Hosanna desumptũ est, ante versiculum illum in quo ponitur Hosanna,præcedit:Hæc est dies quã fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea,ac deinde velut exultationis & lætitiæ vox subiicitur: O Domine saluum fac,o Domine bene prosperare.proinde mirum esse nõ debet quod Pharisæis indignantibus quod in tẽplo pueri Christo acclamarent Hosanna,obiecerit illud Psalmi:Ex ore infantium &
psalm. 8. lactantium perfecisti laudem,quodq; Lucas Græci sermonis eruditissimus,atque ab Hebræis dictionibus studiosè abstinẽs,ne id poneret quod legẽti faceret quæstionẽ:pro.Hosanna in excelsis,posuerit:Pax in cœlo & gloriam in excelsis; affectũ scilicet eorũ exprimens qui Hosanna acclamabãt, non autem exacte vocabuli significationẽ.Decantantes enim suumHosanna,sic precabãtur fausta, vt simul etiam Deum laudarent pro dato diuinitus rege iamdiu expectato, quanquam verisimile sit Lucam cum posuit illud,gloria in excelsis, nõ respexisse ad decantatum Hosanna,sed omissa penitus acclamatione illa:ea posuisse quæ erant ab aliis prætermissa,vt in multa illa turba variæ diuersorum potuerunt esse voces,ideoque lubẽtius ea posuisse, quod hæc acclamatio similis fuerit hymno illi Angelico,in Natiuitate Christi à se descripto.Et hactenus quidem de Hosanna,restat vt & reliqua acclamationis prosequamur.Et imprimis quidem vidẽdum,quo referẽdus sit datiuus, filio Dauid.nam dure & obscure dictum videtur, Hosanna filio Dauid.Itaque Euthymius sensum esse putat,Hymnus sit filio Dauid,quia Hosanna putat significare laudẽ:sed hæc sententia satis in superioribus refellitur.Aliqui quo effugiãt obscuritatẽ,legunt pro filio,o fili,vt sit sẽsus:O fili Dauid salua nos.At cũ certum sit tũ ex Græcis,tũ ex emendatis Latinis,legendum esse datiuum, filio, pletique hunc datiuum referunt ad verbũ,dicentes,vt sit sensus:clamabãt dicẽtes filio Dauid,Hosanna:aut subaudiunt verbũ,dicimus,in hunc modum:Hosanna,dicimus tibi filio Dauid,intelligẽtes scilicet etiam,turbã petisse à christo saluari. At hę interpretationes ex ignorantia linguæ Hebraicæ prouenũt,cuius hęc est proprietas,vt verbum הושיעה hoschiagh,& alia verba transitiua, non tantum construãtur cum propria nota accusatiui,sed etiã cum ל Lamed,quæ proprie est nota datiui,siue quod hæc litera etiam sit nonnunquã nota accusatiui,siue quod verba habeant diuersã constructionẽ. Cum datiuo,hoc est, cum Lamed verbũ istud Hosiah constituitur Iudicum 7.versu 2.vbi pro eo quod nos habemus:Meis viribus liberatus sum,Hebraice est,Iadi Hosiah li,hoc est, manu mea saluauit me,vel saluté attulit mihi.Sic & 2.Reg.10.versu 11.& aliis locis. Itaque & qđ hic dicitur,Hosanna filio Dauid,perinde est ac si per accusatiuũ dictum fuisset,τὸν υἱὸν,id est filium Dauid.& sensus est:Saluum fac quæsumus filiũ Dauid,aut salutẽ adfer filio Dauid.Non ergo his verbis sibi à Christo salutẽ precantur,sed gaudentes se iam accepisse quemexpectauerũt Messiam, eumque cum gaudio in regem suum suscipiẽtes, precãtur illi à Deo contingere salutem & omnẽ fœlicitatem ac prosperitatem,vt sub illo & per illum etiam ipsi salui sint,& fœlices viuant,ab omni hostiũ tyrannide,qua premebãtur,liberati. Vocant autẽ eum filiũ Dauid,sed cum articulo significantes se agnoscere ipsũ esse expectatũ Messiam, quem,vt supra dictũ est,periphrasi hãc notare solebant.Sequitur:Benedictus qui venit in nomine Domini.Vbi pro,benedictus,Græcis non est εὐλογημένος,quemadmodũ quidã in annotationibus in Matthæũ declarat se legisse, sed apud omnes Euangelistas est participiũ εὐλογημένος, sicut & apud Septuaginta.Non est ergo sensus: Laudandus est ab omnibus is qui venit in nomine Domini, qui esset sẽsus si Græca haberẽt, εὐλογητος,sed omnino precatorie videtur hæc oratio intelligenda,vt subintelligatur,sit:quẽadmodum & i eo quod sequitur apud solum Marcum:Benedictũ quod venit regnum patris nostri Dauid,vt sit sẽsus:Benedictus sit qui venit.&,Benedictum sit quod venit regnum.Iam quanquã intelligi posset eos imprecatos Christo benedictionem hominum,vt sit sẽsus:Benedictus sit qui venit,hoc est, laudetur ab omnibus,& benedicatur,ac glorificetur, potius tamen intelligendũ eos benedictionem diuinam imprecatos,vt sit sensus : Sit benedictus à Deo, deus illi benefaciat,prosperet & secũdet regnum ipsius,vt per eũ & nos simus benedicti,quemadmodum & in hoc quod sequitur:Benedictũ quod venit regnum.precari voluerũt regno Messiæ benedictionem diuinam.Nam sensus est:Dei benedictione fœlix sit & fausta veniens nunc regnum Dauidis.Itaque hæc acclamatio, Benedictus qui venit,similis est illi qua regi dũ inauguratur, populus acclamare solet,viuat rex,viuat rex. Porro notandũ,quod cũ dicitur,Quivenit,verbũ,venit, non sit præteriti temporis,sed præsentis,cũ Græcis sit ὁ ἐρχόμενος,id est veniens,quanquam & per futurum verti posset,venturus vel qui venturus erat,hoc est,qui iã dudum expectatus est à nobis venturus.verum Hebræa dictio,Habba,exigit rẽpus præsens.Ex quibus patet,quod cum in cantri co trisagio,quod inter missarum solennia decantatur,contextũ partim ex laude Angelica quæ habetur Isaiæ 6.Trinitatis gloriam commendante,

partim ex hac plebis acclamatione, humanitatis assumptæ dispensationem commendante, etiam nos ad imitationem huius plebis accinimus, Hosanna & quæ sequuntur, alio sensu hæc accinere nos intelligendum est, quàm quo isti modo acclamauerunt. Siquidem per Hosanna non Christo, sed nobis per Christum,& propter Christum salutem præamur: & dicentes, Benedictus qui venit,&c. optamus vt ab omnibus benedicatur & laudetur is qui olim venit in hunc mundũ propter nos,vt verbum, venit:iam intelligatur esse præteriti temporis. aut potius significamus Christũ omni benedictione spirituali plenũ esse, & ob id nos petere vt per illum saluemur, accipientes de plenitudine benedictionum eius. In nomine autem Domini veniſſe dicitur Christus, quia missus à
Ioan. 5. Deo venit,quomodo suprà dixit: Ego veni in nomine patris mei,& non accepistis me : si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Dicunt autem venisse regnum Dauid, quia promissum illis fuit,per Messiam tanquã filium Dauidis restituendum regnum Dauidis, quod proinde terrenũ fore credebant, cùm sit spirituale.Et hic quoque Græci codices adiiciunt ; in nomine Domini : Benedictum quod venit regnum in nomine Domini,hoc est,quod venit nobis à Deo,aut fauente Deo. At durior est hæc locutio,dure item iam sequitur; patris nostri Dauid, vt videri possit adiectitium.Sicut autem omnino optatiuè videntur accipiendæ prædictæ sententiæ: Benedictus qui venit,&c.& Benedictum quod venit,&c.ita & quod habet solus Lucas,Pax in cœlo & gloria in excelsis ;vt & hic subintelligatur verbum , sit , non verbum, est:quẽadmodum & de simili angelorũ acclamatione dictũ est in cap. Concordiæ 8. Cum autẽ semper sit & fuerit summa pax in cœlo, illud;pax in cœlo ; sic videtur accipiendum , sit nobis & regi nostro pax in cœlo , aut sit Deo in cœlo pax nobiscũ , hoc est, qui hactenus Deũ sensimus nobis offensum & iratum iam experiamur eum cum omnibus cœlestibus nobis pacatum & propitium. Et gloria sit in excelsis, hoc est,glorificetur & laudetur Deus pro effusa ipsius in nos benignitate , ab angelis suis in cœlestibus.His antẽ spiritus sanctus, qui vt hæc caperent illis suggerebat,significauit per Messiam etiã cœlestia pacificanda terrestribus, & tollendam inimicitiam quę erat in cœlo contra homines,propter quod paulus Christũ dicit pacificasse omnia quæ in cęlis & quæ in terris sunt. Et apocal.12. dicitur,quòd filio hominis rapto ad thronum Dei, factum est prælium magnũ in cœlo , Michaele cum Angelis suis pugnante contra draconem, quo ejecto,cantatum est: Nunc facta est salus, & virtus,& regnũ Dei nostri , & potestas Christi eius , quo significatur quod per Christi ascensionem & exhibitionem illius pro nobis ante conspectũ Dei , deletum sit chirographũ delicti quod erat contrariũ nobis , & quo diabolus in cœlo erga nos irã Dei eatenus protraxerat.Ita & per illud, gloria in excelsis, significauit,ob reconciliationem humani generis,Angelos gaudentes deũ laudaturos; cuius gratia & benignitas mire in illa reconciliatione est declarata.Rursum autem , vt est apud Matthæum & Marcum,repetunt pro familiari suo more, Hosanna.& adiicitur ,in excelsis , vel in altissimis , vbi ἐν τοῖς ὑψίστοις.videtur positum pro ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις, id est,qui est es in altissimis.vt sit sensus : Saluũ fac quæso tu qui es in excelsis,quemadmodũ Psal.148. cum dicitur,Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis ἐν, τοῖς ὑψίστοις,positum est pro ὁι ἐν τοῖς ὑψίστοις,id est,qui estis in excelsis. Sensus enim est : Laudate Dominum vos qui estis in excelsis. Quemadmodum ergo Hebraicè ibi dicitur, Halleluia bãmeromim : ita nunc dictum est , hasanna bammeromim. Porrò qui per acclamationem Hasanna intelligunt populum sibi à Christo precatos salutem, hanc orationem sic intelligunt:Salua nos quæsumus in excelsis,hoc est, salute cœlesti & æterna nos dona, qui sensus probè conuenit nobis,dum in Cantico trisagio & nos dicimus,Hosanna in excelsis.Illos autem per Hosanna precatos à Deo salutẽ regi suo nouo,paruit in præcedẽtibus : secundum quam tamen intelligentiã etiã similiter accipi potest,Hosanna in excelsis,vt sensus: O Domine salua regem nostrum,& per illum nos, non tantum in terris, sed etiam in excelsis,vt scilicet salus quam precamur,ad cœlos etiã vsque pertingat. Hic enim sensus conuenit illi quod habet Lucas , pax in cœlo,& gloria in excelsis , atque in hunc modum interpretatur fere D. Hieronymus.

ET QVIDAM PHARISÆORVM DE TVRBIS DIXERVNT AD ILLVM, MAGISTER, &c.] Pharisæi turbis peximixti , aliis Christum glorificantibus,suo more inuidia contra ipsum commouentur.Itaque inuidia gloriæ ipsius concitati,sed hanc dissimulantes, blandè compellant dominum,veluti ei bene consulere volentes, ne ex acclamatione nominis regis postea paterętur calumniam,dicentes:Magister increpa discipulos tuos, vt scilicet tua authoritate cohibeantur, qui nostra cohiberi non possent,ne ex imodico erga te præceptorẽ suum affectu id tibi accinant,vnde & tibi & nobis omnibus periculũ imminet à romanis.Discipulos autem dicunt non tantum Apostolos , sed & omnes illos qui Christum sequi essent soliti. vnde suprà dixit Lucas , quòd cœperũt omnes turbæ discentium laudare deum. Reliqui verò dicunt,turbas quæ præibant & quæ sequebantur , & quæ Christo è Hierusalem venit obuiã, idẽ clamasse. Nam verisimile est primum cœpisse discipulos fausta illam acclamationem , ac deinde reliquos etiã illis succinuisse : aut omnes illos Lucas discipulos vocauit, quòd id nomen latè pateat nonnunquam.Dicunt autem Pharisæi , potius increpa discipulos tuos quàm turbam hanc, siue significare volentes Dominũ sua authoritate illos posse compescere:siue etiã quod illi ex immodico affectu illa acclamarent,quemadmodum solent discipuli suo magistro impensè nimis fauere. porro dominus inuidis Pharisæis appositè respondit, duo significans, nimirũ quod hæc acclamatio non ab humano affectu,sed à spiritu diuino proficisceretur,quia illos ad hanc acclamationem velati necessitate quadã impelleret,vt proinde nec illi sint culpandi qui acclamarent, nec ipse qui eam admittebat:& quod pharisæi indignantes acclamantibus,etiam ipsis duriores essent lapidibus , vt qui tam multis à se patratis miraculis , ac tũ voluntaria & concordi simplicis turbæ acclamatione,non etiam permouerentur ad prædicandam Dei & Christi gloriam, quam turbis tacentibus etiam lapides erant prædicaturi.Itaque sua responsione & se suoque absoluit, & pharisæos vicissim perstringit.Dico,inquit, vobis,quia si hi tacuerint, lapides clamabunt;significans omnino fieri nõ posse quin hi acclament,Deo eos ad hoc impellẽte, vt ad imperlerentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

plerentur scripturæ,Mysticè autem bifariam hæc Dominica sententia postea verificata est. Crucifixo enim Domino,discipulis tacentibus præ timore,lapides & saxa veluti clamabant, dum postquã emisit spiritum, petræ scissæ sunt,terra mota est,& monumenta aperta sunt, testantia gloriam Christi,adeo vt hæc videns Centurio acclamaret: Verè filius Dei erat iste. Deinde obmutescentibus post Domini passionem Iudæis , gentiles Christi gloriam vbique clamare cœperunt, qui sunt lapides
1. Pet. 2. illi viui, quos petrus ædificari dicit in ædificium spirituale : & de quibus mystice dixit Ioannes Ba-
Matth. 3 ptista:Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Quod sane mysterium merito videri debet his verbis Dominus significasse, cum totam etiam iam tractatam historiam constet esse mysticam,cuius mysterium & allegoricam tractationem commodum iam est post historiæ literalem tractationem exponere. Itaque per asinam & pullum quos ad se duci Dominus voluit, regni sui indicium exhibiturus,omnium consensu duo populi significati sunt.Iudaicus, per asinam subiugalem. quod iugum legis Mosaicæ iamdiu portasset: Gentilis, per pullum huius asinæ,super quẽ nullus hominum sederat, quòd is longe post Iudæos velut pullus nouus salutem sit consecutus , idque ex Iudæis,veluti Iudaici populi filius ante Christum nunquam expertus iugum aut legis Mosaicæ,aut Prophetarum,sed plane similis animali indomito quod non admittit sessorem , qui illud in rectam dirigit viam.Sicut autẽ asina & pullus stabant ligati,idque non in domo, sed foris in biuio: ita & vterque populus ante Christum alligatus erat peccatorum suorum vinculis , & Iudaicus insuper vinculo legis carnaliter intellectæ & obseruatæ ligatus erat & à libertate spiritus exclusus: gentilis vero variis sectarum Philosophicarum & idololatriæ erroribus, velut vinculis quibusdã detinebatur, ne veram salutis viam ingredi posset. Velut autem extra domum stabant ad ianuam. & in biuio,quia extra domum erant salutis,in quam tamen intromitti ambibant,expositi cuiuis occupanti.Qui enim Christum necdum agnoscit. extra domum est salutis,& in dubio consistens cuiuslibet patet direptioni.Dominus itaque in cœlestem Hierusalem iamiam ascensurus , & regnũ suum auspicaturus , iubet Apostolis à se missis vt sua doctrina & potestate à se illis tradita soluant vtrũque populum, solutũque sibi adducant.His enim insidendo,eosque dirigendo,declaratutus erat toti orbi regnũ suum spirituale,longe gloriosius quã reges huius mundi regni sui gloriam ostentant equis cataphractis insidentes. Quod autẽ duo missi fuerunt,id vult. quod in adductione populi vtriusque ad Christum vt obediant ei , duo ordines ministrent.Prophetæ scilicet & Apostoli, aut prophetarum & Apostolorum doctrina,vetus scilicet & nouum testamentum.Aut in duobus missis præfigurati sunt duo Apostolorum & omnium prædicatorum capita, petrus doctor circumcisionis , & paulus doctor gentium, qui cum suis coadiutoribus, iussu Domini soluunt vtrũque populũ , dum per Euangelicam doctrinam ab obligatione legis Mosaicæ,& erroribus omnibus liberant, & per fidem Euangelicam ac Baptismum condonãt vtriusque peccata veteris vitæ, vt soluti mereantur habere sessorem Iesum. Dedit enim hanc potestatem suis Dominus,vt quicquid soluerent in terris solutũ esset in cœlis.Habebant hi populi ante Christum varios dominos.& potissimum populus gentium per pullum (cuius solius tres meminerunt Euangelistæ) designatus , qui varios colebat deos. Et alioqui tot vterque habebat dominos quot subiectus erat vitiis , & per vitia dæmonibus.Qui sane domini etsi solutionem & abductionẽ animaliũ sibi subiectorũ impedire conarentur , tamen quoniam Apostoli iussu eius qui solus verè est Dominus,soluebant, verbisque sibi à Domino præscriptis vsi sunt,coacti sunt diuino cedere mandato,& Christo cedere suum dominium.Missi enim nunc à Domino Apostoli non suis vsi sunt verbis, sed dixerunt sicut illis dixerat Iesus, Vt agnoscas , inquit Ambrosius,quòd non suo sermone , sed Dei verbo : nec proprio,sed Christi nomine fidẽ populis infudere, atque aduersariæ potestates quæ sibi nationum obsequia vendicabant, mandato cessere diuino.Itaque eos qui multos habebant dominos ducentes ad Christum.fecerunt vt vnum haberent Dominum Iesum Christum.Ducentes autem eos ad Christũ imposuerunt super eos vestimenta sua, quia eos sua doctrina & virtutibus vestiuerunt & ornarunt,quo apti fierent quibus Christus insideret,deducturus eos in Hierusalem cœlestẽ. Quod autem non equos , sed asinos pro sua vectatione Dominus requisiuit,ac non de eis suos dicere voluit,quod his opus haberet, significat illũ gaudere talium dorsis insidere , qui simpliciter obediunt, qui suaue iugũ Euangelicæ doctrinæ lubenter accipiunt,qui non ferociunt aduersus sessorem , & rursum neminem ob suam ruditatem in dicandum indignum Christo vectore.Mundi principes amãt feroces caballos , bello natos & edoctos: at Dominus Iesus tales amat asinos, qui mites mitem vehant Dominum,nec cessorẽ tergo excutiant.Cum autem asina simul & pullus Domino adducti fuerunt, super pullum tamen vel solum vel potissimum sedit,asina interim sequente, in signũ quod Iudæis iugo veteri assuetis, & ob id iugum Christi non facile admittentibus in gentili potissimum populo esset regnaturus,quem etsi adhuc indomitum, & iugo diuino non assuetum , mira facilitate per obedientiam fidei sibi erat subiugaturus,sic tamen vt & Iudei sint secuturi,quia,vt inquit,paRom. 11.
lus,Cæcitas ex parte contigit in Israel , donec plenitudo gentium intrauerit, & tunc omnis Israel saluus fiet. porro cum reliqui Euangelistæ solius pulli faciant mentionem , commendantes mysterium vocationis gentiũ quibus scripserunt . Matthæus etiam asinæ meminit,sic loquens quasi super vtrumque iumentum Dominus sederit , quo vtrumque populum ad regnum Christi pertinere significaret.Atque hęc est ratio,quare synecdochice semper sic loquitur,quasi vtrique Dominus insederit , quemadmodum indicat diuus Hieronymus sic scribens:Ergo cum historia vel impossibilitatem habeat, vel turpitudinem ad altiora transmittimur,vt asina ista quæ subiugalis fuit,& edomita,& iugum legis traxerat , synagoga intelligatur.Pullus asinę, lasciuus & liber gẽtium populus, quibus sederit Iesus. missis ad eos duobus discipulis suis,vno in circumcisionem, & altero in gentes. Hæc ille. Quod autem Domino insedente pullo plurimi præcedentes substernebant vestimenta sua,aut arborũ frondes in via præbentes hæ pulli pedibus calcanda,id recte significare intelligitur, quod asperam virtutis viã discipuli quoque veluti substratis

substratis suis vestibus & ramis viridibus cõmunierunt,dum vt tutior esset credituris gẽtibus incessus;proprii corporis amictu se exeuntes,viam hanc suo itrauere martyrio,sanctaque virtutum exempla quæ tutò imitẽtur,ante cõspectum omnium ediderunt.per vtrũque enim,nempe & per vestimẽta,& per arborum ramos,maximè palmarũ,vtrumque rectè intelligitur , martyrũ scilicet sanctorum, & eorumdem quæuis exempla sãcta. Aut per vestimẽta,martyrium:per ramos verò virides,virtutum & bonorum operum exẽpla.Itur ergo à piis per sanctorum vestimenta, per ramos palmarum,per frondes arborum virẽtes, hoc est, per semper florentem ac virẽtem memoriã martyrũ,virginum & confessorum. Quanta enim vis exemplorũ offert sese viam pietatis ingressis?Huiusmodi magnam copiã suppeditant etiam gentibus ipsi Iudæorũ libri, vt & hoc intelligi possit significatum per hoc quòd pullus super Iudæorũ incedit vestimẽta.potest autem vestiũ substratio & aliter secundum Theophylactũ intelligi significare,quod qui digni etant laudare Iesum, exuti veterem hominẽ debent illũ substernere & subiicere Iesu, vt non repugnet caro spiritui, sed subdita sit Domino.Sic & ramorũ ac frondium substratio significabit secundũ Ambrosiũ quòd omnis mundana gloria præcidẽda sit, & Christo subiicienda. Cæterum turbæ quæ præcedebant & quæ sequebãtur,gestãtes manibus ramos palmarum,ac eõsona voce canẽtes,hosãna filio Dauid, secundum Hieronymũ ostẽdunt vtrunque populum,& qui ante Euangelium,& qui post Euangelium Christo credidit.Concordi voce cõfessionis Iesum liberè laudare,& prædicare eius per mortem victoriam.Indignantes autem Pharisæi eorũ gerunt typum,qui dolent vbique Christi prędicari gloriam ab omnibus,inter quos primi omnũ fuerunt rudi rstudiosè hoc agentes,vt obstrnerẽtur ora prædicantium Iesum,& aggratulantiũ illi. At prius fututum est vt lapides Christi prædicẽt gloriã quàm fieri possit vt Christi nomen nõ prædicetur ab homimibus, Deo corda quorundã sic semper accendente & p rmouente,vt omni inetu posito,l berè lætoque animo nõ vereantur illius nomẽ personare.Et hactenus quidẽ de allegorica historiæ tractatione, quã vt & ad mores formandos accommodemus,ob seruãdum in turba hac,à piis diuersa Christo regni indicium pulli in equitatione exhibenti fuisse impensa officia. Apostoli enim iumenta soluunt,& adducunt, suaque illis vestimenta imponunt:ex turba quidã vestimẽta substernũt,alii ramos: alii præcedunt,alii sequuntur ,omnes autẽ gloriã Deo & Christo decantant.Hinc enim discendum, omnes quidem pios & fideles cõgratulari debere regno Christi, illudque pro viribus aut promouere debere,aut cohonestare,non tamẽ omnibus idẽ agendum, nisi id vnum vt Christi nomen laudent,ac Dei erga nos per Christum exhibitam benignitatẽ.Sunt enim quibus peculiariter commissum est vt soluãt ligatos,& Christo adducant,eisque sua imponant vestimenta,aptantes eos Christo victori, & futuro eorũ possessori.At quibus id commissum non est, saltem vestes suas in via sternant, ac per bonorũ operum exempla aliis viam præmuniant,& præcedendo ostendant. Quòd si nec hoc adhuc possunt,saltem præcedentes sequantur & imitẽtur. habet autem & illud salubrem aliquam significationem,quòd cùm Dominus descendisset è mõte Olireti,tũc turbæ cœperint virtutes eius prædicare,qui deinde per plana procedens , rursum ascendit in montem Sion,in quo templũ erat cõstructum.Tunc enim Christus agnosci & prædicari cœpit, cùm è cœlo , vnde tanquam è monte Olireti oleum gratiæ diuinæ profluit , in terram descendit,vnde postquam se nobis attẽperasset, cum immensa turba mox rursum ascendit in spiritualem montem Sion.Sed & nos si cum turba Christum dignè laudare,& cum Christo in montem Sion conscendere velimus,necesse est descẽdamus è mõre mundani fastus, ac deinde per planiciem vndique ramis bonorum operũ constratam pergamus,donec ascendamus in supernã & cœlestem Sion,ingressuri templum Dei.

ET VT APPROPINQVAVIT, VIDENS CIVITATEM,FLEVIT SVPER ILLAM, DICENS,&c.] Duo circa hunc Domini fletum sunt obseruanda.Primùm,quàm Dominus nihili fecerit mundanã illam gloriã & honorificas populi acclamationes,cum inter eas etiã flere libuerit.Secundo,quanta charitate ciuitatem ingratã, & se persequentẽ prosecutus fuerit,cum inter tã faustas populi aggratulationes recogitãs mala ciuitati nobilissimæ & florentissimæ ob ipsius cæcitatem obuẽtura,adeo est misericordia cõmotus, vt etiam lachrymas profuderit non super se occidẽdum à Hierosolymitanis,sed super illam,id est, propter illam & illius exitium. Adimpletũ est sane nunc in Christo illud Psalmi: Si oblitus fuero tui Hierusalẽ,obliuioni detur dextera mea.Si nõ proposuero Hierusalẽ, in principio lætitiæ meæ. Cæterum quod Dominus dixisse dicitur: Quia si cognouisses & tu,& quidẽ in hac die tua,quæ ad pacem tibi,&c.admodum est obscurum, & ob id varie à diuersis est narratum.pro intelligẽtia autem eius assequenda.imprimis sciendum cõiunctionem quia,hic,sicut & alias frequenter, quod ad sensum attinet,otiosã esse,additamq;ex phrasi Græca,quæ ὅτι, id est,quia vel quod , præmittitur sẽtentiæ quæ ab aliquo recitatur esse dicta,vt sit particula narratiua.Quod sequitur;Si cognouisses & tu;D.Gregorius,& post eum Nicolaus & Psal.133.
alii plerique distinctionẽ perfectã hic facientes intelligunt,vt sit sẽsus:Si cognouisses mala tibi imminentia quemadmodum ego cognoui,etiam tu fleres,quemadmodum ego.Quod vero subditur: Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, Nicolaus sic intellexisse videtur : Fleres vtique etiã in hac tua die quæ est tibi ad pacẽ,hoc est,in hoc tempore in quo Deo permittente prosperè & fœliciter viuis.Verum rela tiuum,quæ non potest referri ad diem,quia ex Græcis constat esse pluralis numeri,vt subaudiendum sit verbũ plurale, quia Græcis est τὰ πρὸς εἰρήνην σου, id est, ea quæ adpacẽ tuam sunt vel pertinent.Proinde rectius D. Gregorius intelligit sensum esse:Et quidẽ in hac die tua,habes ea quæ ad pacem tuam pertinent, hoc est,in labili hoc tempore quod tibi nõ diuino honori impẽdis,tradis te carnis voluptatibus,ac bonis præsentibus ad fœlicitatem terrenã abuteris. Cuius iam intelligit reddi rationem,cum subditur:nunc autem absc ̃dita sunt ab oculis tuis.Si enim,inquit,cordis ei⁹ oculis mala quæ imminebant abscondita non essent,læta in præsentibus prosperis nõ fuisset.At si hunc sensum Dominus significare voluisset,dicendum fuerat;& quidem in hac

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hac die tua,habes ea quæ ad pacem tuam pertinent,quia abscondita sunt nunc mala tua ab oculis tuis Iā verò non dicitur,quia abscōdita, sed Nunc autem abscondita sunt, quæ aduersatiua non conuenit intelligentiæ prædictæ. Sciendum ergo quòd ea pars,quæ ad pacē tibi,referenda est ad verbū,cognouisses,vt sit sensus : Si cognouisses etiā tu ea quæ ad pacem tuam faciunt.Et quoniam adhuc oratio pendere videtur,eo quod alterum verbum desit quod requirit cōiunctio,si,intelligunt quidam sermonem esse defectiuū,quomodo flentes solent verba abrumpere præ affectus magnitudine.Et quidam quidem subintelligendū pro sententiæ perfectione putat verbum, curares, vt sit sensus iste:Si cognouisses etiam tu ea quæ ad pacem tuam faciunt,curares ea ample ēti,aut quereres ea.Euthymius vero subaudit,ne quaquā perires. Simili modo citatur hic locus in epist.Hesychii ad Augustinum, quæ est epistola 79.in libro epistolarū Augustini, & repetitur ab Augustino epistola sequente. Sic enim illis locis legitur: Et tu si cognouisses tempus visitationis tuæ,forsitā permansisses : nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis.Rectius tamen & simplicius accipietur coniunctio,si,hīc posita optatiuè, pro vtinā,quēadmodū sępe accipitur.Sic enim nō erit opus huiusmodi subaudition e,eritque sensus acōmodus iste:O si,vel o vtinam etiam tu nosses quæ faciant tibi ad pacē.Sic sanè & Theophylactus intellexisse videtur & D. Hieronymus, qui in Isaiā diuersis locis,& in Micheæ cap.2. citans hunc locū,nihil adiicit quo sententiam cōpleat, quemadmodū nec Theophylactus. Secundū hūc sensū aduersatiua quæ sequitur. sic est subiicienda:Optarē sane te etiā nosse quę pertinent ad pacē tuā,at, quod vehementer est deplorandum, hæc sunt abscondita ab oculis tuis, quæ te optarim cognoscere.Verū etiā secundum hunc intellectum, quemadmodū & secundum eorum intelligentiam qui subaudiunt curares,vel nequaquam perires,aut aliud simile, non videtur quomodo quod sequitur cohæreat:Quia venient dies in te. &c.Non enim apparet, ad quid referri possit causalis coniunctio,quia.Theophylactus videtur cō iunxisse hanc partē cū parte præcedenti, nunc autē abscondita sunt,vt vertendū potius sit:Nūc autem absconditum est ab oculis tuis istud nempe, quod venient dies in te,&c.nā etiam sic Græca verti possent, quod verbū ἐκρυβη singularis numeri possit referri vel ad illud;τα πρὸς εἰρηνην,vel ad id quod sequitur:Quod venient diesin te,&c. At aduersatiua illa locutio.Nunc autem,exigit vt verbum ἐκρυβη referatur ac τὰ πρὸς εἰρηνην ὄντα, vt significetur eadem esse incognita, quæ prius optabātur esse cognita.Dicendū itaque per hoc quod subditur:Quia veniet dies in te, reddi à Domino causam sui cum fletu & ploratu defiderii, vt totius sententiæ hic sit sensus: O vtinam etiam tu quemadmodum ego,aut potius quemadmodum hæc turba,cognosceres ea quæ faciunt ad pacem tuam,hoc est,ea quæ ad tuam faciunt fœlicitatē. Itaque saltem vel iam cognosceres in isto die tuo, cum te ad cognoscendum hæc tot ac tanta inuitant.Nunc enim dū me habes regnum cœlorum tibi annunciantem,offeruntur tibi ea quæ ad pacem tuam & salutem pertinent,id quod ex vita & doctrina,totque præclaris virtutibus pridem debueras agnoscere, & vel nunc tandem ex hoc meo secundū prophetarū vaticiniū aduentu.At nunc quod summe est deplorandū,non agnoscis quæ agnoscere oportebat,sed abscondita sūt ista oculis tuis,id est,tibi sūt incognita, iustoque Dei iudicio tibi velata.Quod ob id flebilibus vocibus & gemitu deploro,quia veniēt dies in te,id est,super te vel contra te,&c.Hic sensus quā se probe habeat,facile aduertet qui animo conceperit quibus affectibus pectus Domini hæc dicentis exæstuauerit. Sed & D.Hieronymum sic intellexisse hunc locū,satis licet colligere ex modo quo hūc locū frequenter citat.Nam in Isaiæ cap. 5 .velut la mentionis verba Christus protulerit, sic citat:Si scires & tu quæ ad pacem tibi,quia venient dies super te,& circundabunt tibi inimici tui munitiones,& vallabunt te,& prosternēt te & filios tuos. Similiter in cap.29.& cap.39.omittens illam partem: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Ex superiori autem enarratione patet pacē hic intelligendā salutem,prosperitatem, & omnium rerum fœlicitatem.Hoc enim Hebraica phrasi nomine pacis significari,suprà aliquando est annotatum.Ea autem quę ad pacem Hierusalem pertinebant,erant fides in Christū, & prædicationis eius susceptio,quam si suscepissent Iudæi,omnibus bonis spititualibus & tēporalibus gauisi fuissent,pacē habentes cum Deo & cū hominibus. Non enim si in Christū credidissent, à Romanis deuastati fuissent,quos sibi mètuebant hostes, si Iesū in suum regem susciperēt.Dicit autē,in hac die tua,siue significans particulariter illum diem quo venit ad Hierusalem tanquā rex, asello insidens,quod Zacharias propheta peculiariter filię Sion dederat in signum agnitionis Messiæ : siue potius totū illud tempus significans, quo cū Iudæis conuersabatur prædicādo,& miracula operando Illud enim tēpus dicitur dies Hierusalem, hoc est,tēpus quo à Deo visitabatur,& quo illi salutis suæ occasiones variæ offerebantur,quæ postea non ita erant illi offerēdæ,quādo illis relictis, gratia Euangelica ad gētes erat migratura,quādo futura erat dies salutis gentiū,& implēdum in Iudæis quod Dominus eis prædixit. Quæretis me, & non inuenietis.Ex superiori ité enarratione patet, vertendū potius fuisse,cognoscetes quàm cognouisses, sicut & Hieronymus semper legit,scires.Nam quod Græce est ἔγνως,cum sit aoristus, etiam verti potest,cognoscetes vel scires.

QVIA VENIENT DIES IN TE,ET CIRCVNDABVNT TE INIMICI,&c.]Hebraica phrasi dictū est,Venient dies,& circundabunt te inimici tui, pro eo quod est, Venient dies in quibus circundabunt te inimici tui,&c.Qualis locutio frequens est apud Prophetas,vt Iere.33.Ecce dies venient,dixit Dominus,& suscitabo verbū bonū quod locutus sū,&c. Et aliis multis locis.Porro quoniā bis apud nos ponitur verbū,circundabunt, nequis putet eiusdē esse repetitionē, sciendum Græcis non esse vtrobique idē verbum Habent enim, περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι καὶ περικλώσουσί σε, id est,circumittēt inimici tui vallum tibi,& cingent te.Hæc autē omnia eo cōtigisse ordine quo hic Dominus prędicit,testatur Iosephꝰ lib.6.& 7.belli Iudaici.Libro enim sexto docet,quomodo Romani aggressi obsidionem ei uitatis Hierosolymitanæ,in circuitu Hierusalem tres aggeres erexerint,ac deinde etiam alios:post ea vero etiam murum vnum in circuitu ab eis extructum

tructum triduo, diuino impetu eos adiuuante & incitante,testatur,eóque circumdatam ciuitatem ita fuisse coangustatam, vt nemini exitus vel introitus patuerit, atque hinc intolerabilem famem ortam in ciuitate,quę eos etiam proprios filios edere coegerit. Libro verò septimo commemorat quomodo capta ciuitas solo sit æquata, & occisi ciues innumeri,qui hic Hebraica phrasi dicuntur filij Hierusalem, quod ciuitas vel at mater sit habitantiū & progenitorum in ea : Occisorum enim siue fame, siue gladio, per omne tempus obsidionis dicit fuisse undecies centum milia, quorū plerosque dicit fuisse gentiles, hoc est, Israelitas vel conuersos,non autem omnes indigenas. quia ab omnibus regionibus ad azymorum diem festum congregati,bello subito circunfusi sunt.Itaque eo tempore hæc cœperunt adimpleri quæ Dominus prædicit, quo tempore hæc Dominus nūc prædixit.Cæterum quod hic dicitur ; non relinquent in te lapidem super lapidem ; intelligendum est dictum hyperbolicè, ad significandum maximam & extremam destructionem. Neque enim verisimile est tam fuisse curiosos aut potius otiosos Romanos,vt ei vel vacauerit, vel libuerit singulos lapides ab inuicem auellere, & alioqui aliquot turres relictas à Tito testatur Iosephus,qui lib.7.sic maximam ciuitatis desolationem describit, vt ex eo intelligere liceat quàm verè hęc à Domino sint prędicta.Sic enim habet cap. 18.Postquam quos occideret,quidve raperet nō habebat exercitus, quòd iratis animis omnia deerāt,iubet eos Cęsar totam funditus iam eruere ciuitatem ac tēplum, relictis quidem turribus,quæ præter alias eminebāt,Phasselo & Hippico & Mariamne,muriq; tanto,quantum ciuitatem ab occidente cingebat. Id quidem vt esset castrum illi custodiæ causa relinquendis: turres autem, vt posteris indicarent qualem ciuitatem, quámve munitissimam Romanorum virtus obtinuisset. Alium vero totum ambitum ciuitatis ita complanauere diruentes, vt qui ad eam accessissent, habitatam aliquando vix crederent. Hæc ille.Quod autem à Tito relictum fuit,deinde ab aliis principibus etiam subuersum scribitur,vt perfectè impletum sit quod Dominus prædixit,ciuitate Hierusalē sic penitus deleta,vt & post reædificata,non eundem locum obtinuerit,(cum iam mons Caluarię sit intra ciuitatem) nec idem nomen. Nam post reædificationē primum Ælia dicta est, ab Ælio Adriano imperatore, eius conditore. Addit autem Dominus causam prędicti excidij Hierosolimitani ; eo quod,inquit nō cognoueris tempus visitationis tuæ, hoc est, tempus quo Deus te per filium suum ad saluādum te visitauit. de qua visitatione Dicit Zacharias in suo Cātico: Luce 1. Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.&:Visitauit nos oriens ex alto. Animaduertendum autem circa Domini verba ad Hierusalem dicta quędam ipsi ciuitati propriè conuenire, vt quod dicitur:Circumdabunt te inimici tui vallo,&c. Quædam verò ei non conuenire, nisi synecdochicè ratione ciuium eius, vt cum dicit Dominus se optare vt illa cognosceret quæ ad pacem eius sunt, abscondita autem hæc illi esse, nec cognoscere eam tempus visitationis suæ. Porro ex hoc fletu & verbis istis Domini discēdum nobis imprimis, quàm Dominus non gaudeat,sed planè doleat interitum Ezec.33. impiorum, vt verè per Prophetam dixerit : Nolo mortem peccatoris,sed vt magis cōuertatur & viuat.Et subiicit veluti lamentando:Conuertimini, conuertimini à viis vestris pessimis, & quare moriemini Domus Israel?Et Ierem.8.significat quàm desideret & expectet peccatorum pœnitētiam,dicens:Nunquid qui cadit, nō resurget?& qui auersus est,non reuertetur?Vbi etiam post pauca conqueritur populum Israeliticum nō cognoscere ea quæ ei ad pacem offeruntur & tempus visitationis suæ:Miluus, inquit, in cœlo cognouit tempus suum, turtur & hirundo, & cicoma custodierunt tempus aduętus sui,populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Discendum secundò, quod & nos exemplo Christi ex animo dolere & deplangere debeamus impiorum cæcitatē & perditionem,etiamsi sint inimici, eorúmq; perditionem deplorandam magis quàm mala quę ab eis nobis inferuntur, quomodo Dauid defleuit mortuum Saul & Absalon. Sic & Ieremias prævidens Ierem. 4. vastationem Iudaici populi,Ventrē,inquit, meum doleo,ventrē meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me,non tacebo, quoniam vocem buc cinæ audiuit anima mea,clamorem prælij. Et post pauca subiicit causam vastationis similem ei quæ hīc redditur: Quia stultus populus meus me non cognouit filij insipientes sunt & vecordes:sapientes sunt vt faciant malum , bene autem facere nescierunt.Discendū tertiò,quàm graue & intolerabile sit futurum gehennę supplicium,cùm temporale Hierusalem excidium tantū præuisum à longè Christo etiam excusserit lachrymas,quod tamē longè inferius est supplicio æterno, vtpote cuius illud tantùm est vmbra quædam & exemplum quemadmodū Petrus subuersionem Sodomæ & 1.Pet. 2. Gomorrhę factā testatur in exemplum æterni supplicij, parati iis qui impiè agunt.Cauendum proinde etiam nobis,ne similiter lachrymis Christi & eorum qui Christi exemplum induerunt, digni simus,si cum terrena Hierusalem etiam nos qui delecti sumus vt essemus Deo ciuitas sancta & Hierusalem spirituālis,non agnoscamus,nec amplexemur varias salutis & pacis occasiones, quæ à Deo nobis peculiariter Christianis offerūtur. Nunc enim nostra dies est,in qua ea curare possumus quę ad pacem pertinent.Venient alij dies qui non nostri erunt,sed diuinæ remunerationis,quando qui oblatas modo salutis occasiones non sunt amplexi,tradentur inimicis suis,dęmonibus scilicet,torquendi,qui eos veluti vallo circundatos, ita in inferni pœnis concludent & coartabunt,vt nullum vnquam egrediendi locum sint concessuri , fame, gladio,& peste,hoc est,dirissimis tormētis & morte æterna eos affligentes. Ad hunc enim modum sufficit in genere verba Christi mysticè nobis accommodare , quorum accommodationem prolixiorē & exactionem si quis requirat, legat Origenem & Gregorium in homilijs super hac historia.

ET CVM INTRASSET HIEROSOLYMAM, COMMOTA EST VNIVERSA, &c.] Facit hæc narratio & ac commēdationem gloriæ Christi,ac magnificentiæ pōpæ huius qua in Hierusalē deduci voluit,vt quæ ipsa sui nouitate magnam adeo ciuitatem totam commouerit admiratione:& ad confutationem Iudæorū, vt qui ignorationē illius signi quo Zacharias regem illorum illis agnoscendum dedit , prætexere non possent, cùm tota ciuitate celebris esset hic solennis introitus.Cùm enim inquit, intrasset Hierosolymā, insolito spectaculo commota est vniuersa ciuitas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicens. Quis est hic? Neque enim iam agnouerunt A eum, qui præter solitum nouo se modo illis exhibuit. Illis autem mirantibus, populi, hoc est, turbę, vt habent Græca, quæ scilicet Dominum sequebantur, proprio iam eum notāt nomine, quoniam interrogati fuerant, quis esset. Itaque dicitur: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Vbi Græcis est articulus & ad dictionem, Propheta, & ante à Nazareth. vt sit sensus: Hic est Iesus celebris ille Propheta, qui est à Nazareth Galilææ. Non est ergo quod quis miretur, cur non dixerint: Hic est Messias, aut rex Israel, quemadmodum prius acclamauerunt. Omnes enim audierant turbam hoc acclamantem: dubitabant autem quis is esset cui B turba nomen Messiæ tribueret, ideóque proptium eius nomen cum cognomine distinctiuo erat exprimendum.

«PHARISÆI ERGO DIXERVNT AD SEMETIPSOS: VIDETIS QVIA, &c.] D. Chrysostomus & post eum Theophylactus existimant Pharisæos istos non fuisse Christo maleuolos, nec ex inuidia aut malitia hæc dixisse, sed contra eos hæc locutos qui contra Dominum sæuiebant, per occasionem reprimere eorum conatum tentantes. Cui intelligentiæ multum fauet quòd Græcis non sit, proficimus, sed ὠφελεῖτε, id est, proficitis. Erit ergo hic sensus secundùm Theophylactum: Quæ vestra vtilitas ex multis contra hominem hunc insidiis & conatibus vestris? quanto enim magis eum perdere conamini, tanto magis crescit & augetur gloria eius. Ecce enim mundus, hoc est, omnis multitudo post eum abit, eiq; adhæret, & proinde quoniam nihil efficitis, cessate à conatibus vestris, vt ne frustra iniustitiam patretis. Verùm cum aliàs semper Ioānes Euangelista, & alij quoque Euangelistæ, Pharisæorum nomen commemorent tanquam hostium Christi, verisimilius est etiam hos Pharisęos inuidia contra Dominum commotos his verbis indignationem & desperationem expressisse, qua sibipsis indignabantur, quòd præ segnicie nihil proficerent, suósque complices, quibus ex autoritate incumbebat impedire gloriam Iesu, his verbis excitare voluisse, ad maioribus conatibus, præsidiis & dolis adoriendum Iesum. vt sit sensus: Dixerunt ad semetipsos, hoc est, ad sese mutuo. Videtis quòd variis edictis propositis cōtra hunc hominem, variisque consiliis tractatis, nihil proficiamus? Ecce enim cùm prius paucos tantùm habuerit discipulos, nunc totus mundus post eum abit, hoc est, eum sequitur: proinde si rebus nostris bene consultum velimus, omnis fugienda dilatio est, omninoque hoc agendum vt breui è medio tollatur. In eo autem quod dicunt: Mundus totus post eum abit, hyperbole est vulgaris, qua significatur magna hominum multitudo cōcurrisse ad eum, conuenitq; ea hyperbole inuidiæ Pharisæorum, quæ cum dolore animi, fœlicitatem eius cui inuidet extollere & augmentare solet. Turbis ergo Christum prædicantibus & aggratulantibus, Pharisæi rursum suo more vruntur gloria Christi, ac contra eum magis magisque concitantur, non sine præfiguratione quod indoctioribus & impotentioribus Christum confitentibus, sapientes huius mundi & potentes in hoc seculo, gloriæ Christi se erant opposituri, iuxta illud Pauli: Quæ stulta sunt mundi elegit 1. Cor. 1. Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi C elegit Deus, vt confundat fortia. Porrò etiam hæc Ioannis narratio non tantùm ad ostensionem inuidiæ Pharisaicæ facit ex comparatione fauoris populi, sed & ad commendationem gloriæ Christi. Ad gloriam enim regalem Christi faciebat, quod inimicorum suorum quantumuis potentium animi ad desperationem adigebantur, in typum eius, quòd frustra se gloriæ Christi principes & sapientes huius mundi oppositurі essent.

CÆCI ET CLAVDI CVRANTVR A CHRISTO, ET GENTILES IPSVM VIDERE DESIDERANT. Matthæi 21. Ioannis 12.

CAPVT CXI.

ET intrauit Iesus in templum Dei. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum, & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique nunquam legistis: Quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem? Erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum dicentes: Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerūt Iesu. Iesus autē respondit eis, dicens: Venit hora vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, Nisi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructū adfert: Qui amat animā suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eā. Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eū pater meus. Nūc anima mea turbata est. Et quid dicā? Pater saluifica me ex hac hora, sed propterea veni in horā hanc. Pater clarifica nomē tuum. Venit ergo vox de cælo: Et clarificaui: & iterū clarificabo. Turba ergo quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruū esse factum. Alij dicebant: Angelus ei loquutus est: respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc iudiciū est mundi, nunc princeps huius mūdi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum. Hoc autē dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari filiū hominis? quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumē in vobis est. Ambulate dum lucē habetis, vt non vos tenebræ comprehēdant: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucē habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. Cum autē tāta signa fecisset coram eis, non credebāt in eum, vt sermo Isaiæ Prophetæ implerētur quē dixit: Domine, quis credidit

A.10.31. A.16.64. B. 8.66. C.9.96.

credidit auditui nostro, & brachiū Domini cui reuelatū est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū, vt non videāt oculis, & non intelligāt corde & conuertantur, & sanē eos. Hæc dixit Isaias quando vidit gloriā eius, & locutus est de eo. Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos nō confitebantur, vt è synagoga non eiicerentur. Dilexerunt enim gloriā hominum magis, quàm gloriā Dei. Iesus autē clamauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in cū qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Ego lux ī mūdū veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego nō iudico eum. Non enim veni vt iudicē mundū, sed vt saluificē mundum. Qui D. 5. 20. *spernit me, & nō accipit verba mea, habet qui iudicet eū: sermo quē locutus sum, ille iudicabit eū in nouissimo die. Quia ego ex meipso nō sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mādatū dedit, quid dicā, et qd loquar? Et scio qa mādatū eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.*

ET INTRAVIT IESVS IN TEMPLVM A DEI, ET ACCESSERVNT, &c.] Quod ad concordiam pertinet Euangelistarum, dubium est an hac ipsa qua Dominus solenni pompa ingressus est Hierusalem, an die sequenti, contigerit illa eiectio ementium & vendentium quam hic commemorāt Matthæus, Marcus & Lucas, consimilis ei quam in principio prædicationis Ioannes cap. 2. factam à Domino cōmemorauit. Nam Matthæus quidem & Lucas eam commemorāt, quasi hac ipsa die factam: Marcus verò quasi die sequenti. Matthæus enim post ea quæ habita sunt præcedenti cap. cùm dixisset. Et intrauit in tēplum Dei; subiecit: Et eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo, &c. Ac postea addit, quomodo pueris in templo clamātibus Hosanna, Phariseī indignati sunt, quod certum est prima hebdomadæ die contigisse. Similiter Lucas post descriptum solennem introitum Domini in Hierusalem, adiungit: Et ingressus in tēplum, cœpit eiicere, &c. Marcus verò istud factum commemorat, cum dixisset Dominum alterā die rursum venisse Hierosolymam. Cùm autem non sit verisimile Euāgelistas diuersa describere facta, quemadmodū tamen vult Osiander, qui putat vtroque die Dominū eiecisse ementes & vendentes è templo, cùm omnes tres suam eiectionem eodem modo commemorent, dicendum sanè aut Matthæum cum Luca hanc eiectio C nem commemorasse per anticipationem, si Marcus ordinem rei gestę seruauit, aut cōtrà Marcum illam narrasse per recapitulationem, si reliqui duo ordinem seruauerunt. Et quidē D. Augustinus existimat Matthæū magis ordinem tenuisse, vt Marci narratio sit per recapitulationē posita. At si quę dam spectemus, magis est probabile Marcum ordinem temporis seruasse. Primò enim cùm secundo die Marcus narret Dominum venisse rursum Hierosolymam, & ingressum in templum; nihil ab eo narratum erit quod secundo die in templo gestum fuerit à Domino, si eiectio ementium & vendentium contigit prima Die. Deinde certum est ex Marco, Matthæum ea quæ partim secunda die contigerūt, partim tertia die, sic commemorasse, quasi D omnia secunda die contigissent. Cùm enim dixisset Dominum mane reuersum in ciuitatē, sic commemorat ficum à Domino maledictam, & discipulos quia exaruerat admiratos, quasi vtrumque eadem die contigerit, cùm certum sit ex Marco Dominum ficui quidem maledixisse secunda die, at tertia die discipulos vidisse eam aridam factam, & ob id admiratos. Itaq; sicut in hac narratione certum est eum coniūxisse gesta duorum dierum, secūdi scilicet & tertij: ita omnino verisimile est etiā in narratione eorū quæ ad primā pertinent diem, coniunxisse quædam gesta secūdæ diei: Matthæus enim ita suam cōtexit hic narrationem, quasi tantùm prima die & secunda Dominus è Bethania profectus sit Hierosolymam in templum, nulla facta mentione tertiæ diei, cuius distinctè meminit Marcus, cùm omnia quę Marcus tribus diebus distinctè gesta describit, ille sub commemoratione duorum dierū comprehendat. His rationibus motus sumus vt eiectionem ementium & vendentium secundæ diei tribueremus, ac Marcum, distinctè trium dierum gesta commemorantē ordinem rerū gestarū tenuisse crederemus. Omissa ergo hac eiectionis narratione, post illud Matthæi: Et intrauit Iesus in templum Dei; subiecimus quæ eiectionis narrationem sequitur apud Matthęum de cęcis & claudis in templo sanatis, & Pharisæis indignantibus. Nam hæc prima die cōtigisse satis certum est, His pro ratione cōcordiæ & ordinis præmissis, ad historiæ deueniamus explanationē. Circa quam primum notandum, quod Dominus ingressus solenniter Hierusalem, suo more mox ingressus est templum Dei, demonstrās se aliud non quærere quàm Dei patris sui gloriam, cui Pharisæi ipsum calumniabantur esse contrarium, ac nos docens, ante omnia quærēdum regnum Dei, ac ciuitatem aliquā ingressos meritò imprimis templum debere accedere, vt gratiis actis, se piis precibus Deo commendent. Secundò notandum, quòd ingressus in templum, cęcos & claudos accedētes ad se curauerit, declarans scilicet regalē suam potentiam, & benignitatem, ac factis ipsis ostēdens iam adesse tempus messiæ: quod his signis prænonstrauit Isaias, cùm & ipse quemadmodum Zacharias Isaiæ 35. suprà, ad gaudium inuitat ob aduentum noui regis, & signa aduentus adiungit, dicēs: Dicite pusillanimis, Confortamini, nolite timere, ecce Deus vester vltionē adducet retributionis: Deus ipse veniet & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebūt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, &c. Docuit autē nos hoc suo facto Dominus quid & nobis in templo sit agēdum, ea scilicet quæ ad Dei faciant gloriā & proximorum vtilitatē, quódque hi qui cæci sunt & claudi spiritualiter, in tēplo potissimum accedere debent eos qui Christi funguntur vice in terris, atque hos in tēplo id maxime agere debere, vt tum salutari doctrina, tum sacramentorum collatione & oratione cæcis visum, claudis gressum rectum præbeant.

VIDENTES AVTEM PRINCIPES SACERDOTVM ET SCRIBÆ, &c.] Etiam hoc ad gloriam Christi non parum faciebat, quòd non solum grandiores natu Christo acclamārēt fausta, appellantes eum Messiam, sed & pueri maiorum exemplo prouocati, in quibus apparebat clarius energia spiritus diuini, vt qui non ita vt turbæ videri poterāt ad gratiam, aut ex facto corrupti De-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mino hæc accinere,quique neque præsentiũ Pharisæorum & sacerdotũ grauꝫ & metuenda authoritate cohiberi potuerunt,cùm sit ea ætas timida. Fecit idem ad confusionem Pharisæorum,quod pueri Christum agnouerint,quem natu grandes, & oraculorũ legis ac Prophetarum periti,etiam post tot cõspecta miracula, agnoscere noluerunt. non sine typo futurorum postea explicando. Iam hoc ad Christi pertinuit gloriam,quod etiam pueri li acclamatione discruciati sunt Pharisæi,nec illam vel cohibere potuerunt,vel contẽnere.Itaque principes sacerdotum,inquit Matthæus,& scribæ cùm viderent mirabilia quæ dominus fecit, sanando scilicet cæcos & claudos, ac rursum viderent pueros in templo clamãtes,Hosanna filio Dauid; cũ vtroque nomine prouocari deberent ad agnoscendum & prædicandum etiam cum aliis regem suum,qui miraculis quꝫ ẽdebat cõfirmabat se verè esse quod ab omnibus tunc dicebatur, expectatum scilicet filium Dauid, contrà suo more,inuidia nimirũ exæcati,indignati sunt, & callide Dominum compellentes dixerunt: Audis quid isti dicunt,vt si attributum sibi regis nomẽ agnosceret, haberent vnde eum accusare possent apud præsidem:si verò non agnosceret, haberẽt vnde turbam refellerent,tanquam falsa acclamantem.Dominus autem apte & modestè sic respondet, vt nihil haberent quod in verbis eius calumnientur, & vicissim eos non leuiter perstringat. non enim dixit quod illi audire cupiebant, bene faciunt pueri testimoniũ mihi verum perhibentes,aut errant,pueri sunt,debetis ignoscere ætati, sed profert exemplum de octauo psalmo,vt ipsomet tacente, testimonium scripturarum puerorum dicta confirmaret,& scripturarũ peritos per scripturas refellerer. Vtique,inquit,audio quod isti dicunt. Nunquam legistis vos,qui vobis de scripturarum peritia placetis,illud psalmi: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Porrò ex hac testimonii istius citatione non est intelligendum, sententiam hanc proprie & solum dictam de istis pueris quorũ occasione citatur. Quod enim in genere dictum est à propheta, hoc Dominus speciei recte accommodauit. Nam propheta in genere dixit Deum semper solitum perficere suam laudẽ exore infantium & lactentium, per infantes & lactentes significans & metaphoricè homines simplices ac ineruditos, & hyperbolicè pueros ætate. Et quidem ad literã videri potest Dauidem per infantes & lactẽtes significasse Hebræos, qui Dei nomen & laudẽ carmine celebrare cœperunt cum liberati essent ex Ægypto. Nam de his dicitur: Decantauerunt Domine nomen sanctum tuum,& victricem manum tuam laudauerunt patenter, quoniam sapientia aperuit os mutorum,& linguas infantium fecit disertas. Simul tamen significatur sensu mystico, Deũ ad maiorem confusionem suorum hostium solitũ eligere homines infirmos & ineruditos, qui nomen eius prædicent, quemadmodũ patuit in plerisque prophetarũ,& in Apostolis,quorum typus quidam fuerunt isti pueri,vt mox dicetur: & proinde recte testimonium hoc pueris istis Dominus accommodauit,tum quòd hi typus fuerunt Apostolorum & simplicium hominũ,per quos nomen Christi erat prædicandum,de quibus potissimum Spiritus sanctus in eo scripturæ loco locutus est. Cæterum huius testimonii citatione multi fariam Dominus confutat sacerdotes & Scribas. Primò enim significat hanc puerorum acclamationẽ nõ à puerili insipientia,sed à spiritu profectam diuino,idque conuenire vaticinio prophetæ, qui non tantum dicit infantes laudaturos Deum, sed Deũ ipsum perficere suam laudẽ ex ore infantium. Secundò significat hanc laudis acclamationem ad Dei pertinere gloriam,& Dei potius esse laudem, quàm hominis,vt proinde nõ sit à se reprimenda. Tertio significat istud in pueris diuinitus factum ad confutationem sacerdotum,scribarum & Pharisæorum,tanquam hostium Dei. Sequitur enim apud Prophetam,quod tamẽ Dominus noluit exprimere,sed solita vtens modestia, illis intelligendum & recolendũ reliquit propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem. Quo significat propheta Deum ob id per simplices laudẽ suam perficere,& confirmare & constabilire, vt eo magis confunderet & conuinceret inimicos gloriæ suæ,cum scilicet paruulis & simplicibus laudẽ dei prædicantibus,illi omnibus suis viribus non possunt resistere,sed nec illum agnoscere, cùm sibi videantur sapientes,quẽ agnoscere possunt paruuli, simplices,& ineruditi. Citatur autem hoc testimonium secundum translationem Septuaginta multum illo tempore vsitatam,quæque proposito Domini tunc magis conueniebat. Nam Hebræa habent: ex ore infantium & lactentium fundasti robur aut virtutem. Nec tamẽ in sensu est diuersitas. Tunc enim virtus Dei ex ore infantium & lactentium fundatur,dum laus Dei, inuicta cunctis hostibus Dei prædicatione,euulgatur ab infantibus. vnde bene verterunt Septuaginta, sensum potius quàm verba exprimentes: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. In quibus verbis notandum,non esse dictum,excitasti laudem,sed perfecisti. Perfectam enim fecit suam laudem Deus, dum simplices & infantibus similes non est more hominum auersatus,sed tales elegit ad prædicandum laudem suam,in quibus & eligentis declaratur benignitas, quòd tales superbis derelictis dignatus sit eligere,& eius qui laudatur commendatur integritas ac sanctitas,eo quòd à simplicibꝰ ac doli malitiæque expertibus laudetur: & eiusdem ostenditur potentia,quòd fortes & sapientes in hoc seculo,non possint simplicium obstruere ora. Porro sicut ea quæ præcedunt circa Christum nunc gesta, proculdubio mystica fuere & futurorum typi:ita & quod modò circa Dominum gestum scribitur. Specimen enim quoddam iam est editum, & per quos nomen Christi potissimum esset prædicãdum,nempe per simplices idiotas,ac doli expertes diuino spiritu accensos,quales erant Apostoli:& quid illis prædicantibus nomen Christi in mundo euenturũ esset, nempe indignatio Iudæorum,sapientum ac potentium huius seculi,qui tamen non possent resistere sapientiæ & spiritui qui in illis locuturus esset,sed quo magis illi resisterẽt, eo magis per simplices illos laudem nominis sui Christus erat perfecturus & cõfirmaturus,quemadmodum iam impletum videmus. Hinc autẽ nobis discendum,primum quidem teneram ætatem mox vt loqui incipit formandam ad laudes Dei personandas,etiamsi non satis intelligat ea quæ loquitur: deinde verò omnes eos qui digne Deũ & Christum laudare & prædicare volent, puerilem simplicitatem & integritatem amplecti oportere. Rectos enim decet collaudatio. Nec est laus Dei speciosa in ore peccatoris.

Psalm. 8.

Sapien. 10.

Psalm 32 Eccle. 15.

ERANT

ERANT AVTEM QVIDAM GENTILES EX HIS QVI ASCENDERANT VT ADORARENT.] Hæc quæ Ioannes solus commemorat, incertum est quo die cõtigerint,an prima die,an aliqua sequẽti, & vtrum omnia eodem die contigerint, an diuersis diebus: tamen quia Ioannes hæc coniungit historiæ primæ diei, nec videbatur quo alio loco hæc commodius collocarentur, visum est ea hoc loco adiungere superioribus, veluti gesta prima hac die. Cùm ergo Iudæi plerique diuino succensi spiritu, suum erga Christum affectum ipso opere & voce declarassent, ac Pharisæi illius glorię inuiderent, cõmodè accidit, vt & gentiles quidam suum erga Dominum affectum declararent, quo ostenderetur veluti præludio quodã,etiam gentes cùm Iudæis in Christum credituras, & plerisque Iudæorum indignantibus gloriæ Christi, illas desiderio ipsius accendendas. Illi enim modo cupiebant Christũ occidere, gentes verò videre,& gentes tales quæ religionis gratia Hierosolymam iam venerant. Tanta enim erat templi Hierosolymitani veneratio,vt nõ solùm Israelitæ,sed ex longinquis regionibus etiam multi gentiũ eò proficiscerentur,sicut de Eunucho Candacis reginæ Æthiopũ,acta Apostolorum narrant. Iam enim veri Dei religio, fastiditis idolis,etiam à gentibus recipi cœpit,atque imago quædam futuri præbebatur,quod ad Ecclesiã cuius typum gerebat templum illud Hierosolymitanũ, etiam gẽtes antea idololatræ concurrerent. Quidã ergo ex huiusmodi ethnicis, cùm ingenti videndi Iesum desiderio tenerentur, de quo tam admiranda audierant, ac pudore reuocarẽtur quo minus illum adirent, accedẽtes ad Philippum rogauerunt eum vt is aditum sibi aperiret ad Iesum, dicẽtes: Domine, volumus,hoc est, cupimus & desideramus Iesum videre. Dominũ vocant vulgari modo reuerentiæ causa. Cùm autem omnibus obuiũ fuerit, Iesum videre palam in templo docẽtem, apparet hos dicentes: Volumus Iesum videre; non simpliciter optasse ipsum obiter videre in turba,sed cominus etiam salutare,ac cum eo loqui,& loquẽtem audire,vt videre hic positum sit pro inuisere, aut familiarius colloqui, aut agere cum aliquo, quẽadmodum Prouerb. 7. fornicatia dicit adolescẽti: Egressa sum in occursum tuum,desiderans te videre. Simili modo in malum accipitur verbũ,videre. 2. Paral. 25. cùm rex Iuda Amasias misit ad Ioas regẽ Israel,dicens: Veni,videamus nos mutuo. Quod autem gentiles isti Philippum adierint præ aliis,putant quidã in causa fuisse, quòd ei ob patriæ vicinitatem noti fuissent, & ob id addidisse Ioannẽ Philippum fuisse à Bethsaida Galileæ, quòd non longè ab hac ciuitate, aut etiã in hac ciuitate gentiles habitarent. Erat enim ciuitas Galilææ gẽtium. Potius tamen crediderim hos etiã Philippo fuisse incognitos, obiter autẽ factum vt Philippum adirẽt, additumque illud; qui erat à Bethsaida; ad distinctionem aliorũ qui eodem appellabãtur nomine. Nã & Philippum, qui postea vnus fuit ex septem diaconis, verisimile est fuisse vnum ex discipulis Christi. Si enim hi gẽtiles vel Græci,vt habẽt Græca, fuissent Galilęi, aut Galilæis vicini, in Galilæa facilè Iesum videre potuissent. Philippus itaq; ab istis rogatus rem cõmunicat Andreæ cõterraneo, quòd is maioris erat apud Dominũ authoritatis,à quo omniũ primus fuit vocatus. Andreas rursum & Philippus simul adeuntes Iesum, expoſuerũt ei gentium desiderium,iam incipientes ipsa re adimplere,dum Christo gentes adducere student, quod prius typo adumbrabatur,cùm duo discipuli pullum Domino adducerẽt. Vt autẽ discipuli nõ protinus gentiles adducerẽt ad Iesum, sed prius eum adirẽt,nunciantes adesse quos teneret desiderium videndi ipsum. verisimiliter in causa fuit,q̃ prohibitum sibi scirent à Christo,cuni gentibus habere cõmercium & consuetudinẽ,sed tantùm cum ouibus quæ perierunt domus Israel. Ideoq́ue rem ad Dominũ detulerunt,vt ipse aut reciperet,aut reiiceret gẽtiles, prout ei visum esset: ipsi verò nihil in hac parte cõtra magistri præceptũ admitterent.

IESVS AVTEM RESPONDIT, DICENS: VENIT HORA VT CLARIFICETVR,&c.] Vbi cognouit Dominus ex discipulis, ethnicos quoque sui videndi teneri desiderio. cœpit hac occasione differere discipulis suis de gloria quę eum in vniuerso mũdo maneret post mortem iamiam imminentem,per quam cùm Scribæ & Pharisæi nomen eius extinguendum putarent,contrà futurum erat,vt celeberrimũ redderetur, cum magno in se credentium fructu. Dicit ergo: Venit iam hora,id est,tẽpus,vt clarificetur filius hominis. Quasi dicat: Audistis Iudæos acclamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini. Videtis gentes simili cupiditate accurrere. Ex his ergo agnoscite iam instare tempus,imò iam venisse, vt cùm Pharisæi crederẽt me penitus extinctum esse,tum maximè glorificer,per ascensionẽ scilicet in cœlos, & missionem spiritus sancti,qua fiet vt nomen meum in vniuerso mundo prædicetur & agnoscatur, multis vbique in me credentibus. Hæc est enim gloria de qua loquitur, quam scilicet primùm per ascensionem in cælos,ac deinde per missionẽ spiritus qui fide totum mundum impleturus erat,obtinuit,iuxta illud Psalmi: Exaltare super cœlos Deus,& super omnem terram gloria tua. Quoniam autẽ ad gloriam hanc peruenire non potuit, nisi per mortem,hinc mentionem mortis suæ ingerit, ostẽdẽs quàm illa sit toti mundo futura fructifera, à qua discipuli tantopere abhorrebãt, tanquam indigna Domino suo, vt sic frequenti mortis suæ inculcatione,& vtilitatis eius ostensione scãdalum crucis suæ ab illis tolleret. Amẽ amen,inquit,dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram,mortuum fuerit,ipsum manet solum,id est,sine fructu. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Quo exemplo parabolicè significat: Ita & ego si nõ morerer,nullum fructum afferrem: vbi autẽ mortuus fuero,multũ fructum allaturus sum mundo & patri: Mundo quidem, promerẽdo reconciliationem cum Deo,& spiritus charismata: patri verò,ex vniuerso orbe quamplurimos adducẽdo. Bene autẽ se Dominus comparat grano frumenti in terrẽ dejecto. Ipse enim vt nos pasceret & aleret,in agro huius mũdi veluti seminatus est, dum incarnatus est,& natus,vt in terra mortuus & sepultus, ex ea gloriosus & cum magno fructu resurgeret. Itaque quod nõ potuisset ita aperto sermone persuasisse, vulgari exemplo facit cognoscibilius. Et quoniam non ipse tantùm per mortem suam ingressurus erat in gloriam suam,& multum fructum mũdo allaturus,sed omnes ipsum imitari hac in parte deberent qui eiusdem gloriæ vellent esse participes, quo ad mortem pro Dei gloria & hominũ salute, subeundam etiam suos exemplo suo præpararet, docet etiam illorũ mortem fore ipsis fructiferam,

Psal. 56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt & ad ſanctos quoſq; maximè martyres illud accommodari poſsit: Niſi granum frumenti, &c. Sequitur enim quod ſupra aliquoties habitum eſt apud alios Euangeliſtas: Qui amat animam ſuam, contra me ſcilicet, perdet eam in futuro ſeculo. Et contrà, qui, propter me ſcilicet, odit animã ſuam in hoc mundo, ita vt eius naturalibus vel carnalibus deſideriis non acquieſcat, quoties meis contrariatur præceptis, in vitam æternã cuſtodit eam. Addit autem & aliam rationem, qua magis adhuc ad mortem æquanimiter tolerandam prouocat, dicens: Si quis mihi miniſtrat, hoc eſt, miniſtrum meum ſe exhibet & profitetur, me ſequatur, etiam in mortem vſque, par eſt enim miniſtrũ à Domino non diuelli, nec conuenit miniſtrum meliorẽ conditionẽ expectare quàm videtit fuiſſe domini ſui. Quod ſi quis meus haberi vult miniſter, etiam me ſequatur, is ſane non ſine magno fructu id facturus eſt, ſed vbi ego ſum, illic & ipſe erit, eiuſdẽ me cum cõſors gloriæ. Si quis enim mihi rectè miniſtrauerit, ſic vt etiã ſequatur, hunc pater meus honore afficiet, quemadmodũ me clarificatus eſt, gloriæ illius per omnia inſerruientem. Tribus ergo modis inuitat ad animæ odiũ, nempe præmio vitæ æternæ, cõſortio ſui, & honore à Deo obtinendo. Notãdum autem hic rurſum, quemadmodum ali quoties ſuperius apud Ioannem, Dominum dicere: Vbi ego ſum, non autem, vbi ego ero; quod ſecundum diminitatem ſuam iam tum eſſet in cœlis

NVNC ANIMA MEA TVRBATA EST, ET QVID DICAM? PATER SALVIFICA.] Quoniam paſſionis ſuæ meminerat tanquam iam iam imminẽtis, ex cuius recordatione naturaliter in homine ſequitur horror quidã, hinc Dominus humanæ cedens infirmitati permiſit eam quod ſuum eſt pati, ac deinde ſeipſum ad tolerantiam confortat, patris voluntatem & gloriam ſuæ naturali præponens voluntati. Iſtud autem ſic in ſe diſpenſatiuè fieri Dominus voluit, primum vt ſe verum hominem declararet, ac eiſdem nobiſcum citra peccatum affectibus obnoxium, ne quis diceret facilè eum de morte philoſophari, vt qui extra humanam eſſet infirmitatem, nec mirum ſi voluntarie adeò mortem ſubiret, vt qui eſſet plane impaſſibilis, ſicque minus homines exemplo mortis eius prouocarentur ad mortis toleratiam, minuſque intelligerent Chriſti erga nos charitatem. Secundò, vt intelligeremus ſine peccato hominem conturbari horrore mortis imminentis, & optare eius vitationem, quidque faciẽdum ei qui huiuſmodi horrore commouetur, nimirum vt Deum inuocet, & ſuum deſiderium poſtponat gloriæ eius. Dixerat enim odiendam animam in hoc mundo. Ne ergo qui ſentiunt ſe horrere mortem, & vitæ præſentis amore nonnihil capi, deſperarent, noſtram in ſe miſericorditer ſuſcipere infirmitatẽ dignatus eſt. Dicit ergo: Nunc, cum ſcilicet inſtãtem mihi mortẽ recogito, anima mea turbata eſt, mortis ſcilicet horrore. Dicit, anima mea, non autem ſpiritus meus, quod turbatio hæc pertineret ad partẽ animalem & ſenſibilẽ, naturaliter mortem horrentem. In hac autem turbatione conſtitutus, quemadmodum accidere ſolet his qui inter duo contraria, quorum vtrumque certis rationibus deſiderant, dubitant quid magis ſit optandum, ſubiicit: Et quid dicam? Vox eſt enim mortem horrentis & hærentis vtrum ſit optãdum. Et primum quidem proponit naturale animalis partis deſiderium, dicens: Pater, ſaluifica me ex hac hora, id eſt, libera me ab hora mortis imminẽte, hoc eſt à ſupplicio quod mihi modò imminet. Horam enim & tempus horret ratione ſupplicii, quemadmodum etiam poſtea apud Marcum dicitur oraſſe Dominus, vt ſi fieri poſſet, trãſiret ab eo hora. In quibus locutionibus eſt ſynecdoche, quemadmodum etiam eum dies dicuntur mali. Cùm autem animale & naturale ſuum deſiderium Dominus propoſuiſſet, veluti ſeipſum corrigens; atque reuocans quod precatus erat, ſubiecit: Sed propterea veni in horam hanc, vbi ſi hora accipi debet ſicut prius, videtur ſenſum oportere eſſe hunc: Sed propterea veni, nempe vt horam hanc, quam deprecaror & horret vis ſenſibilis, ſubirem. Aliquin enim illud, propterea, non habebit ad quod referatur. Cùm ergo naturale hoc deſiderium reuocaſſet tanquam contrarium ſuo officio & functioni, adiecit quod deliberate & certò precandum recta ratio ſuggerebat, dicẽs: Pater, clarifica nomen tuum, quaſi dicat: Nõ hoc fiat quod naturaliter ego deſidero, ſed quandoquidem nominis tui claritas iuxta tuã ordinationem pendet ex morte mea, id omnino velim in me & de me faciaſ, per quod nomen tuum illuſtretur, hoc eſt, tu ipſe clarus & celebris habearis, & agnoſcaris. Hoc eſt enim clarificari nomen Dei, ipſum paſſim clarum haberi & agnoſci. Conciſis Dominus hic vſus eſt ſententiis, vt quæ perturbatis animis nunc in hac, nunc in illa ſe vertentibus ſunt familiares. Notandum tamen, quod quidam illud, Pater ſaluifica me ex hac hora, legunt per interrogationem, quemadmodũ id quod præcedit. vt ſit ſenſus: Et quid dicã? An illud, pater ſaluifica me ex hac hora? ſed illud dicere non debeo, quia propterea veni in horã hãc. Hoc ergo dicam: Pater clarifica nomen tuũ. Hanc ſententiã & partium connexionem aperte ſatis indicat Theophyl. cum ait: Docet nos Chriſtus, vt etiam ſi meſeamus & turbemur, non fugiamus mortem, quia & ego, inquit, cum turbor (homo enim vere ſum, & permitto naturę vt ſua oſtendat) attamen non dico ad patrẽ vt ſaluet me ex hora hac, ſed quid dico? Clarifica nomen tuũ. prior tamen intelligentia conuenient or eſt, & magis conueniat cum oratione Domini, qua in horto pridie paſſionis ſuæ, ex ſimili turbatione animæ patrem precatus eſt, dicens: Pater ſi fieri poteſt, trãſeat à me calix iſte. verumtamẽ nõ mea voluntas, ſed tua fiat. Quo loco latius diſſereretur de hac Domini turbatione & precatione.

VENIT ERGO VOX DE COELO DICENS: ET CLARIFICAVI, &c.] Vox hæc è cœlo veniſſe dicitur, quia è ſupernis audita eſt diuina facta virtute, partisque cœleſtis referens perſonam. Itaque Domino precante: Pater clarifica, hoc eſt, glorifica nomen tuum, pater filium ſuum ſemper exaudiens, reſpondet: Et clarificaui nomẽ meum, & iterũ clarificabo illud. Clarificauerat enim nomen meũ pater, dum tã inſignia bonitatis & potẽtiæ ſuę teſtimonia per Dominũ agentem in carne ædiderat: rurſum illud clarificaturus erat multo magis miſſo paracleto, qui vſque ad extremũ terræ Euangelij gratiæ erat per Apoſtolos prædicaturus, & credere huic quãplurimis daturus. Id autẽ fieri non potuit, niſi intercedẽte morte Chriſti, quæ ſpiritum hunc orbi vniuerſo promereretur. Hanc autẽ vocem cum audirent aſtantes, quidam dicebant tonitruũ eſſe factum, quia ſcilicet ſonum quidam audierant, ſed præ turbatione vocem non intellexerunt: alii dicebant, angelum ei locutum eſſe, qui ſcilicet vocem etiam intellexerunt. Dominus autem non propter ſe vocem hanc factam dicit, vt ſcilicet diceret quæ neſciebat, ſed propter aſtantes, vt ſcilicet illi intelligerent ipſum eſſe à Deo, quodq; mortem ſubiturus eſſet non ex neceſsitate, ſed pro illuſtranda gloria Dei. Vnde ſubiecit: Nunc iudicium eſt mundi; declarare volens quomodo mors illius clarificatura eſſet nõmen Dei. Iudicium autem mundi, dicit iudicium quod pro mũdo, hoc eſt hominibus huius mundi diaboli tyrannide oppreſſis erat tum per mortem ipſius futurum contra diabolum ſuo in homines imperio iuſto Dei iudicio ſpoliandum. Vnde explicãdi cauſa quomodo iudiciũ nunc eſſet mundi, ſubiecit: Nunc princeps huius mundi, hoc eſt, diabolus qui imperium ſibi vindicat in homines huius mundi, eiicietur foras, hoc eſt, extra ſuũ imperiũ, vt nõ ſic hominibus dominetur, quemadmodum hactenus tyrannicè dominatus eſt. Hæc autem erectio iudicij quodam iuſtitiæ per mortem Chriſti facta eſt, cuius iudicij iuſtitia dupliciter poteſt attendi. Primo, quia Chriſtus morte ſua pro peccatis hominũ ſatisfecit iuſtitiæ diuinæ, ac per hoc iuſtè humanum genus exemit à diaboli tyrannide, & poteſtate quam ratione peccatorũ in homines habebat. Secundò, quia per hoc quòd diabolus auſus fuit manus ſuas in innocentẽ Dominum iniicere, qui mortis nõ erat debitor, iuſtè priuatus eſt ea poteſtate, quam ratione peccati in homines obtinuerat: quẽadmodum iuſtè priuaretur accepta à rege poteſtate in maleficos tyrannus, aliquis, ſi etiam innocentem regis filium interimere non vereretur. Hos eum iuſto iudicio liberationis noſtræ modos indicat Paulus, cùm dicit: Quod im poſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnẽ, Deũ filius ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatum in carne Et: Delẽs quod aduerſum nos erat chirographum delicti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter palam, triumphans illos in ſemetipſo. Porro quoniam dixit principem huius mundi eiiciendum foras, quo oſtenderet morte ſua illum eiiciendum, eoq; ejecto ſe in principatu illius ſucceſſurum, ſubiecit: Et ego ſi, id eſt cum exaltatus fuero à terra, omniatraham ad meipſũ. Notat autẽ Auguſtinus non eſſe dictum, omnes traham, ſed omnia traham, vt non ad vniuerſitatem hominum illud referatur, quia non omnium hominum eſt fides, ſed ad creatoræ integritatem, hoc eſt, ſpiritum animam & corpus, vt ſignificetur omnia quæ ſunt in homine, trahenda in obſequium Chriſti. Græcè tamen legitur, omnes, quod intelligendum eſt dictum diſtributione generica, aut de electorum & prædeſtinatorũ numero, quemadmodum & noſtram lectionẽ Auguſtinus docet intelligi poſſe, dicẽs: Aut ſi omnia ipſi homines ſunt intelligendi, omnia prædeſtinata ad ſalutẽ poſſumus dicere: aut certè omnia hominum genera ſecũdum innumerabiles differentias, quibus inter ſe præter ſola peccata homines diſtãt. Per exaltationem à terra, ſuo more crucifixionem ſuam ſignificat, quemadmodum Ioannes nos explanat, non ſolum quod per eam verè corpus attolleretur a terra, ſed etiã quod per eam in cœlum Chriſtus eſſet ſub uehendus vſq; in dexteram patris. Trahit autem ad ſe omnes Chriſtus, quia miſſo paracleto quem hominibus morte ſua impetrauit & meruit, efficit vt omnes abrenunciato dæmone per Chriſtum ſuperato, quẽ prius in idolis colebant homines, & cui per peccatum ſubiecti erant, illum ſequantur credentes in eum, & obedientes illi, ac ipſum Dominum ſuum agnoſcentes. Itaque quemadmodum ſupra dixit patrẽ trahere ad filium, ita nunc ſe dicit trahere homines ad ſeipſum, quo tractu ſponſa in Canticis tra- Cant. 1.
hi deſiderauit, dicens: Trahe me poteſt te. Significat autẽ hic tractus, & quod homines prius à tyrãno eſſent detenti, qui eos non ſineret abire, niſi fortior illo ſuperueniens vinceret eum: & quod alioqui homines per ſeipſos nequeunt accedere ad Chriſtum. Duo ergo affectus crucis Dominicæ hic ſignificantur, nempe ablatio principatus à diabolo, & acquiſitio principatus ipſi Chriſto. Porro Caietanus illud omnia vel omnes traham ad meipſum; abſolutè intelligit dictum de omnibus, nõ tantùm hominibus, ſed & Angelis etiã malis, omneſq; tractos iam, vel aliquando trahendos ad Chriſtum, quia omnes tandem vel voluntarii vel inuiti illum agnoſcent eſſe ſolum verum Dominũ, iuxta illud Pauli: Vt nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloriam eſt Dei patris.

RESPONDIT EI TVRBA: NOS AVDIVIMVS EX LEGE, QVIA CHRISTVS, &c.] Hæc reſponſio turbæ, præſupponit Dominum inter alia etiam illud dixiſſe, quod ab Euangeliſta eſt prætermiſsũ; oportet exaltari filiũ hominis. Et videri poteſt Dominum pro declaratione illius quod dixit: Ego ſi exaltatus fuero ater- Ioan. 3.
ra, &c. addidiſſe illud quod ſupra dixerat Nicodemo: Sicut enim Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filiũ hominis, &c. ideoq; Ioannem illud iam modo omiſiſſe, quod ſuperius ſemel ab illo eſſet poſitum. Sic enim etiam minus mirandum erit, quod turba intellexit Dominum per exaltationem à terra, ſignificare ſuam mortẽ & crucifixionem, quam ſignificari facilius intelligi poterat per illam comparationem. D. Auguſt. intelligit eos ideo intellexiſſe iam Dominũ loqui de ſua crucifixione, quod eã iam animo conceperint, aut ſaltem principes ſuos eam meditatos ſcirent. Chryſoſtomus vero & Theophyl. id putãt in cauſa fuiſſe, vt tropum hunc facile intelligerent, quia ſuperius de morte ſua ſatis aperte meminerat. Veriſimile etiam eſt familiare fuiſſe Iudæis, huiuſmodi tropo crucifixionem circunſcribere, quomodo & nos ſuſpendium vocamus exaltationem æterna. Dicunt autẽ ſe audiuiſſe ex lege, id eſt, ex ſcriptura (lex enim hic, vt ſæpe pro vniuerſa ſcriptura veteris teſtamenti ponitur) quod Chriſtus maneret in æternũ, quia à ſcribis docebantur diligenter ea quæ ad regnũ & gloriam Chriſti pertinebant, quo rum æternitatẽ aperte & frequenter ſcriptura teſtatur: non autem docebantur ea quæ ad Chriſti pertinebãt paſſionem & humilitatem, quod hæc quanquam à Prophetis etiam eſſent prædicta, non intelligerẽt ad Chriſtum pertinere. De æternitate autem Chriſti plena eſt omnis ſcriptura. De illa e- Dan. 4.
nim dicit Daniel: Poteſtas eius, poteſtas æterna, Micha. 5.
quæ nõ auferetur: & regnum eius, quod non cor- Iſaiæ 9.
rũpetur. Et Micheas: Egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Iſaias quoque: Super ſolium Dauid & ſuper regnũ eius ſedebit, vt confirmet illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

& corroboret,à modo & vsq; in sempiternum.Et
Exod. 37. Ezechiel:Dauid seruus meus principes eorum in
Psa.109. perpetuum:Et omnium maximè Dauid dicēs: Tu
Psal. 71. es sacerdos in æternum secundùm ordinem Mel-
chisedec.Et permanebit cum sole & ante lunam
in generatione & generationem.Et rursum :Ante
solē permanet nomen eius. Nō intelligentes ergo
quomodo passio & mors Christi non prohibeat
eius æternitatem, ad quam non nisi per mortem
peruenire, quatenus homo potuerit, admirātur
quomodo cùm scripturæ dicant Christū mansurū
in æternum,ipse dixerit,oportere mori filiū homi
nis.Et ne fortè per filium hominis, alium aliquē
quàm se significauerit,subiiciunt: Et quis est iste
filius hominis?quasi dicāt; si tu es ille filius homi
nis de quo loqueris, quia te soles filium hominis
appellare, quomodo ergo te Christum vis haberi,
& nos te esse credidimus, cùm Christus in æter-
num nobiscū manere debeat,filiū autem hominis
dicas necessariò moriturum?Quod si alius aliquis
est filius hominis de quo loqueris,quis est ille? Ca
ietanus intelligit hos non dubitasse quin Christus
de se loqueretur, & ob id,iam mutata sententia,
non credidisse illum esse Christū,ac proinde quæsi
sse quis ipse esset,vt sit sensus : Iste filius hominis
quis est,hoc est, tu ipse qui te filium hominis vo
citas,quis es? Iam enim Christum te non esse, vt
putabamus,constat ex verbis tuis, dum te à terra
exaltandum confiteris. At prior intelligentia est
simpliciot , secundùm quā tamen non est necesse
intelligere turbā hæc malitiosè Christo obiecisse,
sed recte accipitur simpliciter eos dubitationem
suam ex verbis Domini conceptam proposuisse.

DICIT ERGO EIS IESVS: ADHVC MODICVM LVMEN IN VOBIS EST,&c.]
D. Augustinus coniungit adiectiuum,modicum,
cum substantiuo,lumen,vt sit sensus: Aliquid qui-
dem luminis est in vobis, dum intelligitis Chri-
stum fore æternum,sed modicum adhuc est illud
lumen quod in vobis est.Itaque ambulate & pro-
ficite,vt quem creditis fore æternum,credatis etia
mmoriturum. Verùm ex Græcis constat dictio-
nem modicum,non coniungendam cum substan-
tiuo,lumen, habent enim ,μικρὸν χρὸνον τὸ φῶς μεθ ὑμῶν ἐστι, id est, modicum tempus lux vobiscū est.
Et quanquam dictio χρὸνος, videri possit adiecta
ab aliquo,tamen quo minus μικρὸν coniungi pos-
sit cum φῶς,obstat articulus τὸ φῶς, vt annotauit
quidam.Nec est Græcis,in vobis, sed vobiscū, vt
intelligatur Christus seipsum hic vocare lumen
vel lucem,ac significare se breui fore cum eis,sicut
suprà dixerat:Adhuc modicum tempus vobiscum
sum.Itaque Dominus non respondit ad obiectio-
nem turbæ, tùm quòd illi necdum capaces erant
eorum mysteriorum:tum quòd nō esset tum tem
pestiuum ea apertius prodere, sed tantum eos ad
monet vt non obstrepant veritati, sed fidem cœ-
ptam retineāt & prosequantur, eo potissimū no-
mine,quod lux iam eis prælucēs mox ab eis esset
auferenda.Adhuc,inquit,modicum,id est modi-
co tempore,lumē est in vobis,id est,inter vos,hoc
est,modico adhuc tempore ego vobiscum in car-
ne cōuersabor,qui sum lux mundi.Dum autem se
lucem vocat,tacitè respondet propositæ obiectio-
ni,significans se sic quidem moriturum breui,vt
tamen non pereat,sed in æternum maneat resusci
tatus,quemadmodū solis lumen dum occidit non
extinguitur,sed breui succedens rursum apparet.

Vnde non dicit:Adhuc modicum lux est,sed lux in
vobis aut vobiscum est, significans lucem hanc a-
liò transferendam. Porro modicum istud tempus
D.Chrysost.intelligit,non tantum tempus quod
restabat vsque ad mortem,sed etiam tē p° ostmor
tem:, imo & præsentem omnem vitam, quomo-
do intelligendum omnino videtur, quia sequitur,
Dum lucem habetis, (quod nihil est aliud quàm
dum lux vobiscū est)credite in lucē, & ambulate.
Nō enim Iudæis solum credere licuit ante mor-
tem,sed & post mortē multi crediderūt,& quam-
diu sunt in hac vita,credere eis licet.Itaq;secun-
dum hunc intellectum per lucem hic nō intellige
tur præsentia corporis Christi,sed Euangelii præ-
sentia,quæ ad breue tēpus erat in Iudæa fulsura,
& singulis hominibus modico huius vitæ tempo-
re fulget.Verum cum aliās semper Dominus di-
cēs:Adhuc modicum vobiscū sum;per modicum,
significet tempus vsq; ad mortem,& tempus quo
cū hominibus erat familiariter cōuersaturus, saris
certum est etiam illud tempus hic designatum se-
cundum propriū huius loci sensum, & Dominum
se vocare lucem quatenus suo ore Euangeliū præ
dicantem , ac per sese miracula peragentē quæ lu-
cem hominibus præbere poterant ad resipiscen-
tiam.quemadmodum supra dixit: Quamdiu sum
in mundo , lux sum mundi. Cum autem subdi-
tur: Dum lucem habetis , ambulate & credite in
lucem;non significatur eos nō posse credere, luce
ista post modicum illud tēporis sublata corporali-
ter,sed adhortatur eos Dominus vt præsentē mo-
dò,etiā corporaliter,lucem amplexētur, quòd bre
ui non sic eam præsentem sint habituri, ac tum ip
sis à tenebris plus fore periculi. Itaq; sensus litera
lis est:Adhuc modico tempore, ego lux mūdi vo-
biscum corpotaliter ero, proinde quamdiu me sic
habetis vobis præsentem,& doctrina,exemplo &
miraculis prælucentem,ambulate,hoc est, ample-
xemini & sectemini hanc lucem,(quod nihil est a-
liud quàm,sicut postea dicit Dominus,veluti alle-
goriam quæ est in verbo, ambulate explicans,cre-
dite in lucem) vt ne sublata vobis hac luce , tene-
bræ errorum vos comprehēdant, occupent & in-
uoluant.Id quod plerilq; Iudæorū à morte Chri-
sti euenit, & iam in eis quotidie cōpleri videmus.
Quoniam enim præsentem lucem agnoscere no-
luerūt;hinc errorum tenebræ eos totos occupaue
runt,dum seducti à pontificibus & Pharisæis,cre-
diderunt & credūt Iesvm erum Christum fuisse
seductorem,ac iustitiam coram Deo in carnalibus
cæremoniis & legis obseruatione sitā esse. Et qui-
dem tenebræ hæ iam eos habebāt,sed ait: Ne eos
comprehendant,hoc est,ne vos totos occupēt, &
infinem vsq; vobis dominentur. Quod enim hęc
pars non de tenebris inferni , sed de tenebris præ-
sentis vitæ,hoc est,erroribus sit accipienda, patet
ex eo quod sequitur: Et qui ambulat in tenebris,
nescit quo vadat.Ambulare enim præsentis est vi-
tæ.Hac autem sententia, quo magis ad lucem præ
sentem amplexandam impellat, Dominus ostēdit
periculum & incommodum tenebrarum: Qui, in
quit,ambulat,hoc est,versatur in tenebris errorū,
nescit quò vadat,nesciens enim tendit ad infer-
num & mortem æternā.Aut nescit quò vadat,pro
vbi vadat, quia putat se recta incedere via,cu sit
extra eam,& erret, quemadmodum hodie cōtigit
Iudęis.Quod enim est Gręcis, πῶ ὑπάγει, verti po-
test,vel quò vadat,velvbi incedat;atq; hoc secūdo
modo

modo videtur accepisse D.Chrysostomus. Dicit e-
nim de Iudæis : Videntur sibi recta incedere via,
cùm lōgè aberrēt.Sicut enim qui in tenebris am-
bulat corporalibus,nec scit viā in qua incedit,nec
terminum ad quem peruenit: ita & qui in tene-
bris versatur spiritualibus,nec scit viā in quā ver
satur,quam putat rectā cū sit erronea, nec termi-
num quò peruenit. Contrà significat Dominus
eum qui in luce ambulat,& scire vbi incedat, scit
enim rectam esse ad salutem viam quā incedit, &
scire quò tendat, nimirū ad beatitudinem. Malo
ergo tenebrarum demōstrato,tepetit quod dixit,
allegoriam explicando:Dum lucem habetis , cre-
dite in lucem vt filii lucis sitis, hoc est,vt veræ lu-
cis & veritatis participes sitis. Dicuntur enim
Ephes.5.circa ea.Luc.16.filii lucis,sicut filii benedictio
nis,filii pacis:filii mortis,filii perditionis.quos ita
vocat scriptura, quod benedictionis & pacis sint
participes, quòd morti & perditioni sint obnoxii.
Itaque ad lucem amplexandam hortatur dupliciter. Primum,vt fugiant tenebrarum malum. Secūdò,vt participes sint lucis bono. Porro quo hæc
Christi admonitio etiā ad nos omnes per accom-
modationē pertineat,& non solū ad Iudæos, qui-
bus tamen proprie competit secundum sensum
iam dictum,quo dicitur,Dum lucem habetis,am-
bulate vel credite in lucem ; intelligendum etiam
est de præsentia spirituali; lucis quæ est Christus,
qui per internos sui spiritus afflatus,& per synce-
ram prædicatorum suorum doctrinam , præluce
etiā modo mentibus hominum. Admonemur er-
go vt hanc lucem quamdiu sic prælucentem habe
mus,amplexemus,ne si neglexerimus,etiā in præ
senti seculo tenebræ errorū, hæresum & affectū
nostrorū nos iusto Dei iudicio traditos in repro-
bum sensum , comprehendant , quemadmodum
multis euenire videmus. Sic enim hæc à Domino
sunt dicta,sicut & alia pleraque, vt secundum pro
prium quendam sensum Iudæis,quibus primo di-
cta sunt conueniant , & tamen etiam secundum
quendam sensum posteris omnibus competāt, ad
quorum ædificationem omnia scripta sunt.

HÆC LOCVTVS EST IESVS,ET ABIIT,ET ABSCONDIT SE AB EIS.]
Alii Euangelistæ testantur Dominum post solen-
nem introitum in Hierusalem,vespertino tempo-
re egressum in Bethaniam,& sequentibus diebus
mane reuersum in Hierusalem. Vnde absconsio
ista de qua Ioannes , neque intelligenda est fuisse
miraculosa,qualis fuit eum tollerent lapides vt ia
cerent in eum,neque intelligendum est ad aliquot
dierum tempus factam hanc absconsionem : sed
hoc vocat abscōssionem,quod Dominus vespertri-
no tempore se quotidie subtraxit è Hierusalem,
delitescēns per noctem in Bethania & in monte
Olivęti,ne ante præfinitum tempus à principibus
sacerdotum & scribis per noctem caperetur, qui
per diem eum apprehendere non audebant, pro-
pter timorem tumultus populatis.Itaque vicissim
& humilitatem hominis & virtutem Dei in se ex
hibuit,dum per vices & fugiendo Iudæorum furo
rem declinauit, & animose ingerendo se illis,vim
satanæ in eis occulta quadam virtute repressit.

CVM AVTEM TANTA SIGNA FECISSET CORAM EIS,NON CREDEBANT IN EVM,&c.]Hinc patet quod cum
Ioannes diceret Dominum abscondisse se ab eis,
locutus sit de incredulis Iudæis, ideoque Domi-
num se abscondisse ab eis, vt eorum declinaret fu
rorem. Commodè autem hoc loco exaggerat Io-
annes incredulitatem Iudæorum cum signorum
multitudine collatam , quòd iam non sit amplius
commemoraturus miracula Christi eorā Iudæis
ædita , sed digressurus ad passionis commemora-
tionem.Quod dicitur;tanta signa; quamuis intel-
ligi posset,tam magna signa, melius tamen intel-
ligitur,tot vel tā multa signa,vt tanta pro tot abu
siue sit positum,quemadmodum & alias nonnun
quam.Nam Græca dictio τοσαῦτα,vtrūque signifi-
cat,& tot & tanta.Tot ergo dicit , vel tam multa
signa,quorum scilicet iam aliquot descripsit.Caie
tanus putat Græca habere:Cum autem tāta sua si-
gna fecisset, expendit diligenter emphasim pro-
nominis sua.Habent enim Græca τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ
σημεῖα πεποιηκότος. Itaque interpres illius putauit
pronomen αὐτοῦ regi à dictione σημεῖα, cum sit ge-
nitiuus absolutè potius, coniungendus cum par-
ticipio πεποιηκότος. Cum autem quidam Iudæo-
rum Hierosolymitanorum in Christum proculdu
bio crediderunt,dicit tamen absolutè:non crede-
bant in eum;ob credentium paucitatē, quæ etiam
significatur testimonio Isaiæ:cum dicit ; quis cre-
didit?quodq;scripturæ mos sit de imperiorū multitu
dine tanquam de hominum vniuersitate loqui,
sicut & de piorum quandoque multitudine. Por-
ro circa modum quo Ioannes hic Isaiæ citat testi-
monia,non paucæ, nec paruæ oriuntur difficulta-
tes, adeo vt Diuus ipse Augustinus tractaturus hunc locum coram populo fateatur nec suarum esse virium,nec capacitatis populi , vt omnes
huius loci latebrosissimi sinus perscrutentur, &
excutiantur vt dignum est. Obscutus enim admo-
dum est totus hic locus,ita vt plerisque, etiam Au
gustino teste,suggesserit impias contra Deum co-
gitationes & blasphemias,& hæretici muki & o-
lim & nunc hinc argumēta desumpserint, quibus
colligunt,nullam esse vim liberi arbitrii,ac neces-
sitate quadā diuinæ præordinationis omnia fieri
etiam mala, vnde consequūtur quæ sunt maxime
impia & blasphema.Deū scilicet authorē esse ma
lorum & peccatorum quæ homines admittūt, ac
proinde impie illū & iniuste punire in abis mala,
quorū ipsemet in illis est autor.Primo ergo difficul
tatem facit quod dicit Euangelista : Non crede-
bant vt sermo Isaiæ impleretur. Si enim vt nō cre-
derent,eo fine factū est vt sermo Prophetæ imple-
retur,à quo illud eo fine factū est? Neq; enim dici
potest quod ab illis qui non crediderunt , quia illi
sua incredulitate nō intenderūt implere Prophe-
tæ vaticiniū.Nec rursum dici potest quod à Deo id
factum sit,quia sic consequens esset ipsum incre-
dulitatis eorum fuisse auctorem.Deinde si nō cre
diderunt isti vt prophetia impleretur, quomodo
pœna digni sunt qui ideo non crediderunt , vt il-
lud fieret quod necesse erat fieri, quodq; ad com-
mendationem veritatis diuinæ faciebat ? Licebit
enim cū Paulo argumētari:Si enim veritas Dei in
meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid
adhuc ego tāquam peccator iudicor, & non dici-
mus;faciamus mala,vt eueniant bona? Sed quæ se
quuntur apud Euangelistā plus vrgent,& profun-
diorem faciunt quęstionē, eamq; multiplicem.Di
cit enim:Propterea nō poterant credere,quia ite-
rum dixit Isaias;Excęcauit oculos eorū,& indura-
uit cor eorum vt non videant oculis,&c.Impri-
mis

Universidad de Deusto
Biblioteca

mis enim hoc planè falsum videtur, quod non po
terant credere. Aut si id verum est, ergo nullũ vi
detur eorum qui nõ crediderũt fuisse peccatum,
vtpote qui quod non fecerunt, non potuerunt fa
cere, cum ad impossibile nemo obligetur. Deinde
vt in aliquo sensu intelligi sanè possit eos nõ po
tuisse credere, id tamen omnino falsum videtur,
propterea non potuisse credere, quia Isaias hoc
prædixisset. Non enim Isaiæ prædictio causa fuit
incredulitatis & obstinatiõis eorũ, sed cõtrà quia
Deus præuidebat obstinatam eorum incredulitatem, ideo per Isaiam hoc Deus prædixit. Aut a-
lioqui necesse erit fateamur, quod est hereticum,
Deum etiam mala præordinare, ac sua ordinatio
ne imponere illis faciendi necessitatem. Postre-
mum, quomodo dicitur Deus excæcasse & indu-
rasse, idque ideo vt non viderent & non conuer-
terentur, cum duritia cordis & cæcitas sint pecca
ta, quorũ non potest Deus esse causa, & Deus ve
lit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ e-
ius venire. Vt omittam quod quæri item potest,
quomodo Euangelista dicat prophetam dixisse:
excæcauit Deus oculos eorum, cum longè aliter
legatur apud Isaiam & secundùm Hebraicam ve
ritatem, & secundum translationem Septuaginta,
in Hebraica enim veritate non dicitur Deus ex-
cæcasse cor eorum, sed verba sunt Dei ad prophe
tam, imperantis vt ipse cor populi excæcet. & ocu
los claudat; & in Septuaginta trãslatione dicitur
cor populi icrassatũ, eosq; clausisse oculos suos,
quemadmodum citatur supra Matthæi 13. in ca.
Concordiæ 51. Ad primam itaque harum difficul
tatum cõmuniter dicitur & rectè, ex sententia D.
Chrysostomi & Theophylacti, coniunctionẽ, vt
hoc loco sicut & i aliis multis scripturæ locis, nõ
denotare causam finalem, sed euentum & rei cõ
secutionẽ, quę apertè significabitur si addatur ad
uerbium, sic vel ita, vt sit sensus: Non credebãt, ita
vt impleretur sermo Isaię: Vel, vnde factum est vt
impleretur. Atque in hunc modum semper acci-
piendam cõiunctionẽ, vt, admonet Euthymius,
vbicũque dicitur aliquid contigisse, vt sermo pro
phetę vel prophetia impleretur, eo quòd nõ quia
dixerunt Prophetę ideo facta sunt quę dixerunt,
sed quia futurũ erat vt fierẽt, propterea prędixerũt
prophetæ. Sciendum tamen quod coniunctio, vt,
sic posita, quandoq; videatur posse, imo debere ac
cipi propriè vt causam denotet finalem, vt cùm
boni aliquid factũ dicitur vt implerentur scriptu-
ræ, quemadmodum cùm cap. 1. dicit Matthæus de
incarnatione Christi ex virgine: Hoc totũ factum
est, vt adimpleretur quod dictũ est à Domino per
Prophetam dicentem, & cùm eodem modo dixit
capite præcedenti de introitu Christi in Hierusa-
lem insidẽtis asello. Hic enim rectè intelligitur, in
Christo vel à Christo illa esse facta eo fine, vt im-
plerentur scripturę Prophetarum, quemadmodũ
scripturę passim dicunt Christũ pro nobis natum
& mortuum, ad eõfirmãdas promissiones patrũ,
& propter veritatem Dei, & ad implendum iusiu
randum quod iurauit cũ patribus nostris. In qui-
bus tamen omnibus locutionibus, nõ designatur
præcipua causa finalis, sed accessoria tantum, aut
concurrens, quia præcipua causa finalis, propter
quã hæc facta sunt, ea est propter quã hæc Deus
prædixit, promisit & iurauit. Designatur tamẽ cau
sa finalis à Deo intenta, nec videtur cõmodè coniunctio, vt, in locis prędictis dici posse tantũ euen-
tum significare, quia non possunt loca illa sic ex-
plicari per additionem aduerbii, ita, vel illius, ora-
tionis; vnde factum est. Non enim conuenienter
diceretur: Hoc factũ est, ita vt impleretur: vel hoc
factum est, vnde factum est vt impleretur. Sicut er
go in his locutionibus coniunctio, vt propriè po
test accipi; ita etiã hic accipi satis poterit, vt dicat
causam finalem, referendo tamen eã causalitatem
non ad intentionem eorum qui dicuntur non cre
didisse, sed adintentionem Dei permittentis eos
non credere, & iusto suo iudicio eos derelinquen-
tis, nec apponentis gratiam qua credant, vt sit sen-
sus: Nõ credebant in eum, Deo ita permittente, vt
sermo Isaiæ impleretur. Adeo enim bonus est
Deus, vt nullum malum fieri permitteret, nisi pro
pter bonum quod inde nouit elicere. Hic sanè sen
sus multũ conuenit his quæ ab Euangelista dicun-
tur in secũdi testimonii citatione, sed & testimo-
nio quod nunc citatur, in quo dicitur brachiũ Do
mini paucis reuelatũ, à Deo vtiq; sine cuius reue-
latione credere & agnoscere brachium Domini
nemo potest. Est autem hoc prius testimoniũ de-
sumptum ex principio cap. 53. magis tamen secũ
dùm translationem Septuaginta quàm secundùm
Hebraicam veritatem, quemadmodũ & apud Pau
lum ad Rom. 10. Nã ex Septuaginta addita est dic-
tio, Domine, quæ non est apud Hebræos: addita
autem est à Septuaginta explicandæ personæ gra
tia, vt scilicet non intelligantur hæc verba esse di
cta in persona Dei, sed in persona ipsius Isaiæ, &
omniũ prophetarum, omniumq; qui Christi no
men Iudæis annunciauerunt. Nam ad significan-
dum paucitatem credentium apud Iudæos, istud
potissimùm esse dictũ, sicut Euangelista hic citat,
propter Iudæorum infidelitatem, quemadmodum
& Paulus loco prædicto, patet etiam ex ipso Isaia.
Nam de gentium fide præcedit: Iste asperget gen-
tes multas, super ipsum cõtinebunt reges os suũ,
quia quibus non est narratum de eo, vidérunt, &
qui non audierunt, contemplati sunt. Et post illud
Quis credidit, &c. sequitur de infirmitate & hu-
militate Christi, in qua se Iudæis exhibuit, & ob
quam ab eis non fuit reputatus. Porro nomen au
ditus hic positum est pro sermone audito, quod ta
men dupliciter intelligitur. Quidam enim accì-
piunt auditum pro his mysteriis quæ Prophetæ à
Deo audiuerant & didicerant, vt sit sensus: Quis
credidit his quæ nos à re audiuimus? Alii verò in-
telligunt melius sensum esse? Quis credidit his
quæ à nobis audierũt? Paulus enim hinc infert: Er-
go fides ex auditu, auditus autem per verbum
Christi, manifestè significans, auditum de quo in
illo testimonio, referendum ad auditores Aposto-
lorum & Prophetarum. Per brachium autem Do
mini, plerique post Augustinum intelligũt ipsum
Dei filium, qui ob id rectè dicitur brachium pa-
tris, quod per ipsum sibi consubstantialem omnia
pater fecerit, & salutem humani generis potẽter
operatus sit, quemadmodum per brachium eius-
dem cum toto corpore substantiæ facimus quę fa
cimus. Vnde Paulus Christũ Dei vocat virtutem.
Et sanè per brachium Domini Prophetam intelle
xisse filiũ Dei; videri potest ex eo quod sequitur,
Et ascendet sicut virgultum coram eo, &c. vbi sup
posito verbi, ascendet, nõ videtur esse nisi quod
præcedit, brachium Domini. Quidam tamen per
brachium Domini simpliciter intelligunt diui-
nam virtutẽ quæ se in miraculis Christi exerebat,
sed

sed quam paucis datum est agnoscere. Qui intel-
lectus probe conuenit cum eo, in cuius confirma-
tionem hoc testimonium adducitur: Cum tanta si
gna fecisset coram eis, non credebant in eum. Ita
que secũdum hunc intellectum significatur hoc te
stimonio paucos fuisse Iudæorũ qui crederent aut
dictis prophetarũ, aut signis Christi diuinam eius
virtutem declarantibus, idq; partim tribuendum
illorum voluntati credere nolenti, partim negatæ
illis, iusto Dei iudicio, diuinæ reuelationi. His pro
citatione prioris testimonii pertractatis, deueni-
endum ad difficultates quas exhibet secundi testi
monii citatio. Itaque ad illud quod primò quæ-
ritur, quomodo dictum sit: Non potuerunt cre
dere? respondent Augustinus, Chrysostomus, &
Theophylactus, ideo nõ potuisse, quia noluerunt,
ita vt Chrysostomus & Theophylactus exponãt,
non potuerunt, per noluerunt, non quòd putarẽt
verbum, posse, vel hic vel alibi aliquando signifi-
care propriè velle, sed quòd hoc loco & aliis, sic
quandoque sit positum, vt coincidãt velle & pos-
se, nolle & non posse, ita vt alterum pro altero po-
ni potuisset. Sic enim volunt prædicti patres dictũ
esse hos non potuisse credere, quomodo in vulga
ri sermone vsurpatum videmus, vt quis dicat: Nõ
possum asperum illum hominẽ diligere; vehemen
tiam scilicet affectus à dilectione impedientẽ, vo-
cans impotentiam, cùm in voluntate eius absolu-
tè sit situm huiusmodi affectionem deponere.
Quomodo & Iere. 13. dicitur: Si potest æthiops
mutare pellem suam, & pardus varietates suas, &
vos poteritis benefacere cùm didiceritis malum.
Quo non significatur planè hoc illis impossibile,
sed vehementer difficile ob inueteratam consue-
tudinem. Quia tamẽ in voluntatis potestate cum
adiutorio diuino situm est, vt huiusmodi difficul-
tas vel tollatur, vel superetur, hinc illo modo non
posse benefacere, coincidit cum nolle benefacere. Sic non potuerunt credere Iudæi propter ob-
stinatum odium contra Christum, & superbiam
mentis eorum, siue quia quamdiu tales essent, non
mentis eorum, siue quia quamdiu tales essent, nõ
possent credere: siue quia per illa difficile admo-
dum illis fiebat credere, quæ tamen quoniam in
potestate eorum erat deponere, nec volebãt: hinc
illud non posse coincidit cum nullo, quemadmo-
dum posse coincidit cum velle secundum Chry-
sostomum, quando dicit Dominus. Qui potest ca-
pere capiat; quia potest capere qui vult. Et quidẽ
si simpliciter dictum fuisset, Iudæos non potuisse
credere, rectè prædicto modo hæc difficultas sol-
ueretur. Secundùm hunc enim loquendi modum
suprà de Iudęis dixit Dominus: Quomodo vos po
testis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis?
Verum quid dicitur: propterea non potuerunt cre
dere, quia dixit Isaias, nõ videtur prædicta explica
tio præsenti loco conuenire aut sufficere. Causa
enim impotẽtiæ affertur non voluntas eorum de
prauata, sed prædictio Prophetæ, quæ non fuit cau
sa vt prædicto modo non possent credere. Pro ve-
ro ergo huius loci intellectu sciendum, quòd sicut
cõiunctio, vt quæ propriè designat causam finа-
lem, nonnunquam non finem intentum designat,
sed euentum tantùm & consecutionem: ita con-
iunctiones, quia, propterea, & similes non semper
designant causam essendi, sed tantùm consecutio-
nis necessitatem, & sequelæ ordinem, vt cum di-
cimus: Ignis est in foco, quoniam fumꝰ è camino
egreditur, vbi si addatur nota necessitatis, & dica
tur. Ignis necessariò est in foco, quia fumus egre-
ditur, non significatur alicuius rei absoluta neces-
sitas, (neque enim ignis necessariò est, neque si sit
necessariò, necessariò est in foco) sed tantum signi-
ficatur necessaria sequela aut dependentia vnius
sententiæ ex alia, videlicet quòd necessario conse
quitur, ex eo quod fumus egreditur e camino, ig-
nem esse in foco, ita quòd necessitas illa referen-
da sit ad totam orationem, & sensum faciat com-
positum, non diuisum. Sic dicimus: Non potest Io
annes scribere, quia non habet papyrum & cala-
mum: vbi coniunctio, quia, non proprie causam
alicuius rei significat, sed tantum sequelam vni-
us ex alio: & illud: non potest, non significat abso-
lutam alicuius rei impossibilitatem, sed tantum
impossibilem seperationẽ vnius veritatis ab alia
vt sensus sit: Fieri non potest vt Ioannes scribat,
cum non habet papyrum & calamum. Ita & in
proposito, cum dicitur: Propterea nõ poterant cre
dere quia dixit Isaias, quia coniunctio & propter
ea, illatiue tantum & non causaliter accipiuntur,
& illud: non poterant: significat fidem Iudæorum
non potuisse consistere cum pronunciatione Pro
phetæ, qua Deus prædixit illos non credituros.
Itaque non significatur fuisse in Iudæis aliqua ad
credendum impotentia, vel impossibilitas, cuius
causa fuerit præscietia Dei vel prædictio Prophe-
tæ, sed quòd ad præscietiam Dei & prædictionem
Prophetæ necessario sequatur incredulitas Iudęo
rum, quæ quoniam futura erat, causa erat vt eam
Propheta prędiceret, non contrà. Itaque sensus
est: Fieri nõ poterat vt cùm Isaias dixerit eos non
credituros, ipsi tamen crederent, quandoquidem
non potest solui scriptura. Hanc sane loci huius in
intelligentiam & explicationem indicauit satis D.
Chrysostomus, in hunc locum sic scribens: Ecce,
inquit, iterum hanc parabolam, quia dixit, non cau
saltem esse, sed euẽtus. Neque enim quia dixit Isa
ias non crediderunt, sed quia non erant crediturі:
ideo dixit. Sed quare non ita dixit Euangelista, sed
incredulitatem à prophetia, non prophetiam ab
incredulitate esse dicit? Hinc magnam vult scri-
pturæ certitudinem demonstrare, & quod nõ ali-
ter quàm prophetatum sit euenit. Hæc ille, cui si-
milia omnino habet sectator eius Theophyla-
ctus. Quòd si cùm dicitur; non potuerunt credere,
intelligere velimus significari impotentiam ali-
quam credendi fuisse in Iudæis: secundùm intel-
lectum prius tractatum, & huius impotentiæ cau
sam designari per coniunctionem, quia, iam ita
erit accipiendum, vt prędictum ipsum, non præ-
dictionem Euãgelista voluerit innuere fuisse eius
causam, perinde ac si dixisset: Propter hoc non po
terãt credere, quia quemadmodum dixit Isaias:
Excæcauit Deus oculos eorum, & indurauit cor
eorum, vt non Prophetæ prædictio, sed excæcatio
& obduratio eorum intelligatur illis fuisse causa
infidelitatis & impotentiæ credendi, iuxta illud:
Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxe-
rit eum. Quia enim à Deo non trahebantur, sed iu
sto eius iudicio derelinquebantur, ideo nõ solum
non crediderunt, sed nec potuerũt credere, volun-
tate eorum deprauata impediente ne crederent.
sed in hanc impotentiam vt suo vitio inciderũt, ita
sua voluntate deponere potuerunt, sicut & excæ-
cationem & indurationem cordis. In hũc sensum
locũ istum intellexit D. August. manifestè intelli-
gens hic significari ipsam excæcationẽ Dei fuisse
causam

Universidad de Deusto
Biblioteca

causam infidelitatis & impotentiæ credendi, non ipsam Prophetæ prædictionem, quemadmodum patet ex ipsius commentatiis. Et per hæc satisfactum est duobus prioribus difficultatibus circa posterioris testimonu citationem. Superest vt & illæ difficultates soluãtur; quæ sunt circa ipsa verba citati testimonii. Itaq; sciendum pleraque in scripturis de Deo dici quibus significari videtur Deũ esse auctorem vitiorum & peccatorum in hominibus, quod cùm pugnet cum pietate & scripturis, quibus docemur Deũ non esse malorũ auctorem sed omne donum optimum, & omne bonũ perfectum ab eo descendere, oportet illa sanè intelligere, sic vt impietatem non sonent. Talia sunt cùm dicitur Deus excæcare quosdam & indurare, tradere in reprobum sensum; & id genus similia, quæ cùm omnino propriè Deo non possint competere, oportet commodo sensu hæc accipere, secundùm regulam pietatis. Certũ enim nobis esse debet, Deum non excæcare nec indurare, immittendo & causando cæcitatem cordis & indurationem, cùm hæc sint vitia animi, quorũ causa Deus non esse potest. Cæcitas enim cordis, est praua illa animi dispositio, qua fit vt manifestam & coràm positam veritatem quis non cernat, nec intelligat. Duritia verò cordis, est praua illa animi dispositio; qua fit vt quis in malo obstinatus non cedat vllis rationibus, nec acquiescat. Horum autem Deus in hominibus non est causa, sed diabolus ipse qui suis suggestionibus ad hæc impellit ac inducit, & maxime ipsi homines, qui suis peccatis, huiusmodi sibi in animo efficiunt prauam dispositionem. vnde de impiis quibusdam dixit Sapiens: Excæcauit eos malitia eorum. Et Paulus: Deum huius seculi excæcasse dicit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelii: diabolum notans secundùm probabiliorem intelligentiam. Cùm autem excæcare vel indurare dicitur Deus, dupliciter id intelligi potest. Aut simpliciter, quia deserendo quosdam iusto suo iudicio, & nó impartiendo eis suam gratiam qua à sua prauitate vel infidelitate resipiscant, permittit eos excæcari & indurari, cum posset eorum cæcitatẽ & duritiam auferre. Aut etiã quia ingerit eis correptiones, monitiones, miracula, aliaque beneficia quæ ex sua natura prouocant ad pœnitentiã & fidem, quibus tamen ipsi iusto Dei iudicio sibi relicti, secundum suum reprobum sensum abutentes efficiuntur excęcati & indurati. Correptiones enim, miracula, cæteraq; Dei beneficia AEgyptiis exhibita, suapte natura fuerunt talia, quibus Pharao, cæterique AEgypti prouocari debuissent ad noscendum & colendum Deum Israel, & ad benignitatem præstandam populo Israelitico, sed illi sibi relicti & deserti à Deo, hinc suo vitio facti sunt indurati, ita vt non solum illinc non prouocentur ad veri Dei agnitionem, sed etiam magis magisque erigerentur contra eum, & pertinacius recusarent illius cedere mandato. Quod ergo dicit toties Deus in Exodo: Ego indurabo cor Pharaonis; ad hunc dicitur sensum: Ego deserẽdo Pharaonem, permittam eum indurari, aut faciam quæ dam, ex quibus Pharao sibi relictus, suo vitio indurabitur. Et ne huiusmodi interpretationem quis clamet esse violentam, extortam, confictam, contrariam plano sermoni scripturæ, quemadmodum asseuerant hæretici, ostendendum est hanc interpretationem conuenire scripturis. primum enim ex illis discimus, Deum non omnino propriè posse dici excæcare & indurare, cum neminem ipse tentet & ad malum impellat, illuminetq; quantum in se est, omnem hominem venientem in hunc mundum. Deinde prouidè cautum est à spiritu sancto, vt prædictum intelligendi modum in illis locutionibus intelligeremus. Nam vbi in Exodo Deus se dicit induraturum cor Pharaonis, illis & spiritus Dei frequenter dicit ipsum Pharaonem indurasse cor suum. & pro eo quod Ioannes testimonium Isaiæ citans habet: Excæcauit Deus oculos eorum, & indurauit cor eorum, translatio Septuaginta, quam citat Dominus Matthæi 13. & Paulus Act. vltimo, habent: Incrassatũ est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt; vt intelligamus Deum dici excæcare & indurare, quia ipso permittente, impii sese excæcant & indurant, aut excæcantur & indurantur. Iam quo minus miremur prædicto modo Deum dici excæcare, ad eundem modum etiam alia quædam dicuntur excæcare in scripturis. Frequenter enim in eis munera dicuntur excæcare oculos. At numera non excæcant, nisi quia hinc homines suo vitio accipiunt suæ excæcationis occasionem. Sic & Deus per opera sua bona excæcat, quòd hinc impii suo vitio occasionem arripiunt cæcitatis, vnde ad fidem & Dei agnitionem prouocari deberent. Itaque ad hunc modum hic dicitur Deus excæcasse oculos, id est, mẽtem Iudæorum, & indurasse cor, id est, voluntatẽ eorum, quia eos suo iusto quamuis occulto iudicio sibi relinquens, nec apponens gratiam qua exhibendo eis per filium suum illa per quę ad agnitionem Messiæ promoueri debuissent, vnde illos tamen præsciuit suo vitio excæcandos, & indurandos. Ideo autem hunc loquendi modum seruat scriptura, vt dicat Deũ excęcare, indurare, tradere in reprobum sensum, inducere in tentationem, & id genus similia, quo magis lectores terreret: & vt intelligentes hæc à Deo pendere, & abirato Deo hominibus accidere, magis studeremus illi nos commendare, & cum metu ac tremore nostram salutem operari, metuentes eò nos demittere, ac præcipitare in impietatis barathrum, vt iam iusto eius iudicio relinqueremur nobisipsis, desserti ab eo, sine quo nihil possumus bene agere, multò minus salutem assequi. Porro cum sequitur in citato testimonio: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, vt sanem eos; coniunctio, vt accipi debet non causaliter, sed consecutiue. Non enim Deus eo fine eos excæcauit, aut excæcari permisit, vt non viderant, nec cõuerterentur. Nam non videre nec conuerti, res sunt malæ, Deus autem malum non permittit propter malum, sed propter bonum quod inde nouit elicere. Vnde Paulus ostendit propter quid Deus quosdam reprobat & induret, nempe, vt ostenderet iram suam, & notam faceret potentiam suam ostenderetque diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ: quę præparauit in gloriam. Coniunctionem autem, vt, & alias quę finem denotant ab aliquo intentum accipi quandoque, vt tantum euentum significent, & maximè hoc vel simili loco, (si quis fortè id negare contra receptam sententiam non vereretur) patet euidenter ex translatione huius eiusdem testimonii apud Septuaginta. In qua habetur: Oculos suos clauserunt ne quando videant oculis, & corde intelligant, & conuertantur. Certum enim est, quòd non eo fine clauserint oculos hi de quibus est sermo, vt nequando viderent, nec conuerterentur, cùm istud ab eorum intentione plane fuerit alienũ, sed simul quid consecuturum esset significatum est, nimirum quòd ipsis oculos suos claudentibus, euẽturum esset vt nec viderent, nec conuerterentur. Posset autẽ hoc loco coniunctio, vt, accipi causaliter, si negatio quę additur ad verbum, videant & intelligant, non repetatur ad verbum, conuertantur & sanem. vt sit sensus: Excæcauit, vel excæcari eos Deus permisit, ad hoc vt ad tempus non videant, nec intelligant, ac postea suam cæcitatem & stupiditatem agnoscentes conuertantur, & tum sanentur. Cuius intelligentię etiam meminit hoc loco Diuus Augustinus. Sed rectius dicitur repetenda esse negatio ad verba, conuertantur & sanem, quemadmodum de simili loco dictum est in capite Concordiæ 51. Cæterum in citatione huius secundi testimonii, quod desumptũ est ex cap. 6. Isaiæ, Euangelista non est secutus Septuaginta, quemadmodum Matthæus cap. 13. & Lucas Actum vltimo, sed magis Hebraicam veritatem respexit, quantuis non ad verbum eam adduxerit, sed sensum tantùm bona fide reddere studuerit. Nam pro eo quod Hebræa habent per verba imperatiua, Excæca cor populi, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ipse posuit: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorũ. per verba enim illa imperatiua nihil aliud significatur, quàm Deum excæcaturum & induraturũ cor populi Iudaici, siue intelligantur esse verba Dei ad Isaiam, veluti præcipientis ei vt excæcet cor populi: siue intelligantur, vt potius cum Hieronymo est intelligendum, esse verba prophetæ ad Deum, velut orantis, vt quod ante hæc verba iussit ipsum annunciare, velit adimplere. Neque enim Deus prophetæ præcipere potest intelligi vt excæcet cor populi, nisi quia ei significabat quòd occasione prædicationis ipsius, quam illi tũ iniunxit, populus esset magis excæcandus, neque Propheta intelligendus est precari Deum populi excæcationem, nisi quia huiusmodi precatione, more prophetico, certo denunciat iusto iudicio Deum illos excæcaturũ. Itaque quod ille precandi forma denunciauit Deum facturum, Euangelista, quoniam iam impletum erat, reddidit per verba præteriti temporis indicatiui modi, excæcauit & indurauit, hac quidem in parte secutus Septuagintã, quod pro verbis imperatiui modi posuit verba indicatiui modi præteriti temporis: sed ea in parte Hebræa magis secutus, quòd excæcationem & indurationẽ Deo velut auctori tribuit, quas Septuaginta tribuunt ipsi populo.

HÆC DIXIT ISAIAS, QVANDO VIDIT GLORIAM EIVS, ET LOCVTVS EST DE EO.] Relatiuum, eius, proculdubio referetur ad Iesum, proinde hoc loco manifestè astruitur diuinitas Christi, eiusque cum patre æqualitas, & naturæ gloriæq; identitas. Cum enim Propheta dicat se vidisse Dominum sedentem gloriosè super solium excelsum, cui Seraphim acclamauerũt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius; idq; iuxta consequentiam Prophetæ videretur de Dei patris, aut in genere de Dei gloria dictum, Euangelista dicit prophetam tunc vidisse gloriam filii. Paulus autem gloriam hanc tribuit spiritui sancto. Cũ enim Isaias dicat, Dominum cuius gloriam vidit dixisse sibi: Vade, & dices populo huic, &c. Paulus hæc tribuit spiritui sancto, dicens: Bene spiritus sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic, &c. Vna est igitur gloria sanctæ Trinitatis, ac trium personarum vna diuinitas, quemadmodum Isaiæ etiam fuit tum ostensum, quando audiuit Domino sedenti in throno acclamari ter sanctus, cum vnus tantum diceretur, Dominus Deus sabaoth. Porro Euangelista videtur istud modò ad iecisse, partim quo istius testimonii ostenderet maximum pondus, partim ne quis putaret hoc testimonium non pertinere ad Iudæos illius temporis, sed tantum ad Iudæos illius temporis quo fuit Isaias. Hæc, inquit, dixit Isaias, non suo spiritu, sed spiritu afflatus diuino, quando scilicet oculis mẽtis vidit gloriam Christi, & locutus est de eo. Quid autẽ locutus est de eo? apparet omnino quòd ea quæ suprà dicta sunt, nempe quod excæcarit oculos, & indurarit corda illorum. Vnde magis probabile est, quod illud Prophetæ; Excæca cor populi huius, &c. verba sint Prophetæ ad Deum, sub precandi forma denunciantis Deum excæcaturum Iudæos, quàm quod, vt alii volunt, verba sint Dei ad prophetam. Quod si tamen quis magis putat illa esse verba Dei ad Prophetam, intelligendum erit Euangelistam dicere Isaiam hæc quæ de seipso locutus fuerat, locutum de Christo, quia de seipso illa dixit in typum Christi, quod quemadmodum Isaias missus ad prædicãdum Iudæis, fuit illis occasio excæcationis: ita & Christus futurus esset. Aut illud, locutus est de eo, referendum est ad ea quæ Isaias commemorauit de gloria domini à se visa, quemadmodum intelligit Chrysostomus & Euthymius. Primo modo intelligit Theophylactus, qui ob id conuenientior videtur, quod ea pars & locutus est de eo; planè videatur addita ad ostendendum etiam ad Iudæos temporis Messiæ pertinere quod dixit Isaias de Iudæorum excæcatione. Quanquam enim primo & ad literam illud dictum Ix de Iudæis, ad quos mónendos missus fuit Isaias. vnde Paulus illud dictum asserit ad patres: tamen quia Isaias non tantum erat vaticinaturus de his quæ ad tempora sua pertinebant, sed etiam, & multo maximè, de his quæ ad Messiam & eius tempora pertinerent, sub excæcatione Iudæorum sui temporis, etiam vaticinatus est excæcationem Iudæorum, qui tempore Messiæ, impietatem & obstinationem suorum patrum erant imitaturi.

VERVNTAMEN ET EX PRINCIPIBVS MVLTI CREDIDERVNT IN EVM, SED PROPTER, &c.] Quoniam absolutè de Iudæis Hierosolymitanis dixerat, non credebant in eum, idque ne putaretur Christo fuisse inopinatum, Isaiæ testimonijs multo antè prædictũ ostendit: ne putaretur omnes Iudæos non credidisse, subiecit: Veruntamen & ex principibus, &c. quasi dicat: Quanquam dixerim absolute Iudæos non credidisse in Iesum, idque maxime verum fuerit de his qui alterius nominis fuerunt apud Iudæos, tamen non solum ex turba, sed etiã ex principibus, hoc est, primatibus Iudæorum multi crediderunt in eum, hoc est, crediderunt eũ esse Messiam. Quo ostenditur falsum esse quod suprà dixerunt Pharisæi, nullum ex principibus credidisse in Iesum. Quanquam autem corde crederent, miraculorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnitudine & multitudine conuicti,non tamen quod credebant,ore palam confitebantur,propter metum pharisæorum,ne ab illis aut per illorum importunam solicitationem de synagoga eiicerentur. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum esse Christum,extra synagogam fieret, vt dicitur Ioan.9. quo loco sicut habetur Græcis dictio ἀποσυνάγωγος, ita & hoc loco. Hinc autem patet rursum magnam fuisse illo tempore Pharisæorum apud Iudæos authoritatem, vt quæ etiam principibus fuerit formidabilis, quemadmodum etiam testatur Iosephus: patet item Pharisæos præ omnibus fuisse Christo inimicos,cum præ omnibus tamen vellent haberi sanctiores. Addit autem Euangelista causam quare metuerint isti fieri aposynagogi,hoc est, excommunicati fieri, & eici è synagoga,quia,inquit,dilexerunt magis gloriam hominum,hoc est,gloriam apud homines, quàm gloriam Dei,id est,gloriam apud Deum, & quæ à Deo obtinetur. Sicut enim ignominiosum apud homines iudicabant eiici è synagoga, ita gloriosũ in synagoga versari maximè sibi, qui cum essent principes, in synagogis honorabantur, & primas obtinebant cathedras. Hanc ergo gloriam,quam non solum admittebant, sed etiam multum dilexerunt, ne amitterent, confiteri quod credebãt metuebant, quod propter gloriam apud Deum, quę longè præferenda est gloriæ humanæ, obtinẽdam meritò confiteri debuissent. Itaque quidam intelligunt gloriam Dei,gloriam qua Deus ab hominibus modo est glorificandus, vt significetur eo magis quæsisse suam apud homines gloriam, quàm gloriam quæ Deo debetur,quem confitẽdo nomen Christi glorificassent. Sed secundum hunc sensum non eodem modo exponitur gloria hominum & gloria Dei,inter quæ tamen hic est antithesis. Deinde hic intellectus non conuenit illis verbis Domini ad quę verisimile est Ioannem hic alludere,cum dixit Dominus: Quomodo vos potestis credere,qui gloriam ab inuicem accipitis,& gloriam quæ à solo Deo est non quæritis? Gloria ergo dei est quam quis ab illo consequitur post hãc vitam, imo & quam modò apud illum habent qui propter ipsum & Christum ignominiam aliquam perferunt. Glorioſum enim est apud Deum, esse propter ipsum hominibus ignominioſũ. Vnde Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati. Porro ex hoc loco discendum primò,quòd per credere in Iesum, non significatur semper apud Euangelistas fides talis quæ coniunctam habet Dei charitatem, vt & prius est annotatum. Discendum secundò,contra nostris temporis hæreticos,fidem posse esse sine charitate. Dicuntur enim hi absolutè credidisse in Iesum, qui tamen charitatis diuinæ fuerunt expertes. Discendum tertiò,quàm noxia res sit gloriæ humanæ appetitus, vt qui quotidie etiã multis in Christianis efficiat, quo minus Christum,hoc est,veritatẽ quã nouerũt ore & opere confiteantur. Diligunt enim & ipsi magis gloriam hominum,quàm eam quę à Deo est expectanda.

Ioan. 5.

Matt. 5.

IESVS AVTEM CLAMAVIT, ET DIXIT: QVI CREDIT IN ME, NON CREDIT, &c.] Incertũ est an hæc à Domino sint dicta eadem die qua præcedentia, antequam abiret & absconderet se ab eis,an die aliquo sequenti, nec refert scire quo die sint dicta, sed hoc refert scire, Euangelistam commemorasse hæc à Domino dicta, occasione commemoratæ à se & incredulitatis Iudæorum, & mutæ fidei principum, qui necdum audebant quod credebãt confiteri. Vtrorumque enim,scilicet & non credentium & credentium,sed necdum confitentium ratione, hæc a Domino,aliquo istorũ dierum dicta sunt,vt quem nihil latere potuit,quantumuis occultum. Itaque quo declararet se non metuere infidelium malitiam, & suo exemplo credentes, sed confiteri verentes excitaret & animaret vt secum Pharisæos prę Deo contemnerent,simulque ostenderet se de magnis locuturum quæ omnes aduertere conueniret,clamauit,ædita voce de se prædicans id quo nihil molestius audiebant pharisæi. Et dixit: Qui credit in me,non credit in me,sed in eum qui misit me. In qua sententia videtur esse contradictio, sed sic dictum est vulgari modo loquendi,non credit in me,sed in eum qui misit me;quomodo Marci 9.dicitur: Qui me suscipit,non me suscipit, sed eum qui misit me. Sic & Samueli dictum est: Non te abiecerunt,sed me. Et Paulus post quædam a se præcepta,infert: Itaque qui hęc spernit, nõ hominem spernit, sed Deum. Quibus locutionibus significatur,quod huic vel illi factum est homini,nõ æstimandum secundum qualitatem hominis cui illud factum est, sed secundum dignitatem Dei, qui illud sit remuneraturus aut vindicaturus tanquam sibi factum, ita vt negatio in hac loquendi modis posita non tam neget,quam exaggeret: quo modo & legatus dicere potest, honorem qui sibi impenditur,non sibi, sed principi suo impendi, quia scilicet honor ei qui missus est,exhibitus, redundat in eum qui misit,propter quem honor ille misso exhibetur. Vt ergo eos, qui metu & pudore reuocabantur a cõfessione fidei in se, in fide confirmaret, & ad confessionem animaret, ostendit quam non sit res parua & humilis, credere in ipsum,quod hoc ipsum sit credere in Deum,dicens: Qui credit in me,is non credit in me,supplet tantum,sed in eum qui me misit. Aut non credit in me humilem secundùm apparentiam hominum, tanquam fidei suæ terminum,sed credendo in me, credit in eum qui misit me,tum quia honor misso impensus redundat in mittentem: tum quia vna est natura & diuinitas amborum. Non enim solum ea ratione Dominus dicit, qui credit in me, non credit in me,&c. qua legatus aliquis dicere posset: Qui mihi credit,non mihi credit, sed ei qui misit me; sed ob duplicem illam iam dictam rationem. Proinde ne solum ratione missionis putaretur dixisse,non credit in me,sed in eum qui misit me; verum etiam ratione vnitatis naturæ, subiecit: Et qui videt me, videt eum qui misit me; manifestè vnitatem essentiæ suę cum patre significans: quem admodum & postea: Philippe,qui videt me, videt & patrem meum. In quibus sententiis certum est Dominum non loqui de visione corporali, sed spirituali quæ mente fit. vnde non est hic verbum εἰδως, sed ὁ θεωρῶν, quæ dictio propriè significat speculari & contemplari,quod ad mentem magis pertinet: imò significat ea dictio nonnunquam Deum contẽplari, vt sit quasi τὸν θεὸν ὁρῶν, quare præsenti loco optimè conuenit. Sensus ergo est: Qui ex meis miraculis & doctrina me potest contemplari,meamque ritè cognoscit & perpendet dignitatem,is eodem obtutu contemplatur eumqui misit me,quòd cũ illo vna sit mihi natura. His autem

1. Reg. 8. 2. Thes. 3.

tem iam tractatis duabus sententiis non tantùm Dominus confirmat fidem,& animat ad confessionem credentes in se,ostendendo quàm magna res sit credere in ipsum,qui tamen præcipuus videtur esse scopus Domini: sed etiam prouocat ad fidem perfectiorem, vt scilicet non tantum credant in eum tanquam hominem vera dicentem, sed quomodo credere dicuntur homines in Deum aut Deo,sic scilicet vt salutis suę fiduciam in eum collocent,& eum agnoscant suum saluatorem,ac pl⁹ de eo concipierent quàm quod exterius videbatur, ad quem finem Dominum hoc potissimum dixisse intelligit Diuus Augustinus. Ex consequenti autẽ etiam simul perstringit eos qui credere in se recusabant,& eum ob apparentem contemnebant humilitatem,significãs eos nec in Deum credere,nec Deum agnoscere,quantumuis illum agnoscere & pie illi affecti esse vellent videri.

EGO LVX IN MVNDVM VENI, VT OMNIS QVI CREDIT IN ME, IN &c.] Dixerat quid sit & quàm magna res credere in se, modò ostendit quàm hoc ipsum vtile sit,vt & hac ratione credentes in fide confirmaret,& nõ credẽtes ad credẽdum prouocaret. Ego,inquit,cum sim lux,ad hoc per assumptionem humanæ naturæ veni in mundum, oriens ex alto, vt omnis qui credit in me,non maneat in tenebris errorum & peccatorum,in quibus totum mundum deprehendi, sed fugatis spiritualibus illis tenebris, veræ lucis participatione fruatur. In hac ergo sententia primum notandum,quòd dicat: Ego lux in mundum veni,significat enim illo se antequam homo fieret, fuisse lucem,& se lucem esse per naturam, & non per participationem, quemadmodum prophetas & Apostolos,de quibus dixit: Vos estis lux mundi. De his enim non potest dici quòd venerunt lux in mundum,sed postquam in mundum venerunt aut facti sunt,facti sunt deinde etiam lux quodam modo. Notandum secundò,quòd non dicat, vt qui credit in me non sit in tenebris, sed, non maneat in tenebris, significans omnes se inuenisse in tenebris, & in eis omnes nasci, quia in peccatis omnes nascuntur,& veri Dei ac veritatis ignoratione.

Isaiæ 42. Concordat huic sententiæ Domini illud Isaiæ: Dedi te in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorũ, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris.

ET SI QVIS AVDIERIT VERBA MEA, ET NON CVSTODIERIT, EGO, &c.] Superioribus significauit quàm magna & vtilis res sit credere in se, nunc autem ostendit malum infidelitatis, vt sicut per superiora credentes in se, ad fidei constantiam & liberam confessionem prouocauit, ita modò deterreat non credentes. Erant enim inter Iudæos quibus hæc sunt dicta, & credentes & non credentes, vt dictum est. Porro pro, non custodierit, Græcè est μὴ πιστεύσῃ, id est, non crediderit, quod præcedentibus magis conuenit. Dixerat enim quid futurum sit credenti, contrà ergo nunc dicit quid euenturum non credenti. pro inde verisimile est scriptorem quempiam verbum, crediderit, mutasse in custodierit, quòd in scripturis frequenter hæc coniungantur, audire verba

Luc. 8. Matt. 7. Dei,& custodire, vel non custodire ea, vt apud Lucam: Beati qui audiunt verbum Dei,& custodiunt illud. Et Matthæum: Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur, &c. Eodem tamen redit, siue custodierit legatur, siue credidерit. Nemo enim custodit verba Christi, nisi primũ fide ea amplexetur, ac deinde opere compleat ea quæ in illis sunt præceptiua: & nemo salubriter credit, nisi quod in verbis Domini præceptiuum est, opere studeat adimplere. Cæterùm non nullam habet difficultatem quod dicit Dominus, ego non iudico eum. Dicitur quidem communiter intelligendum illud Dominum dixisse de se homine, pro statu primi sui aduentus, vnde non dicit,ego non iudicabo eum; sed, non iudico. & subiicit: NON enim veni vt iudicem mundum, vbi primi sui aduentus officium explicat. Sed si istud tãtum Dominus voluit significare, quomodo subiungit,habet qui iudicet eum,vbi Græcis est participium præsentis temporis, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτὸν, id est,habet iudicantem se. ET tamen explicans quis sit iste iudex, subiicit: Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Si enim sermo dicitur iudicare eum, quia iudicabit illum in nouissimo die, quomodo Dominus se dicit illum non iudicare, quem tamen in nouissimo die est iudicaturus? Sicut enim infidelis dicitur habere nunc iudicantem se sermonem, quia ille iudicabit eum in nouissimo die: ita dicendus erat habere etiam Christum se iudicantem, quia ille iudicabit eum in nouissimo die. Potest autem hæc difficultas dupliciter solui. primò enim si eum dicitur; habet qui iudicet eum vel iudicantem se; intelligatur Dominus eum designare iudicem, de quo mox subiungit quod iudicabit in nouissimo die, dicendum, Dominum iudicium, id est, condemnationem (iudicare enim hic semper pro condemnare accipitur) à se transferre ad sermonem suum, quemadmodum suprà cap. 5. accusationem Iudæorum à se transtulit ad Moysen, dicens: nolite putare quod ego accusaturus sum vos apud patrem, est qui accusat vos Moyses, in quo speratis. Quanquam enim eodem modo sibi competeret accusare Iudæos quo Moysi, tamen quo odii suspicionem à se amoueret,& vanam ostenderet eorum in Moyse confidentiam, non sibi, sed Moysi tribuit accusationem Iudæorum, rhetorico schemate hac in parte vsus. Sic & hoc loco, quanquam sibi æquè potuisset tribuere iudicium & condemnationem infidelis, atque suo sermoni, maluit tamen hoc iudicium non sibi tribuere, cui tanquam homini re vera pro statu illo non cõueniebat, sed sermoni suo, vt à se amoueret suspicionem vindictæ à se ob sui contemptum concupitæ, ac infidelem sibiipsi fore suæ condemnationis causam significaret, vt qui sermonem qui manifestè foret à Deo,& vitam æternam credenti offerret, cum audierit, tamen spreuerit. Quæ loci huius intelligentia ex parte indicata est à Theophylacto qui similia habet,& conuenit cum illo Ioannis 3. vbi cùm similiter dixisset Dominus non se misisse vt iudicaret mundum, sed vt saluum faceret, subiicit: Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filii Dei. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Sicut enim hic iudicium & condemnatio tribuitur prædicato sermoni, ita ibi oblatæ luci, velut illa infidelẽ iudicet & condemnet. Itaque sensus erit: Si quis audierit verba mea, & tamen ea fide non acceptauerit, nec custodierit, sed spernens ea à se abiecerit, ego quidem quatenus homo, nequaquam more regum huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

mundi,eum nunc condemno & vindico, pro contemptu mei & verborum meorum, (non enim veni in mundum,vt homines mundi condemnationi licet obnoxios condemnarem, sed vt à promerita condemnatione saluum facerem) attamen non impunè me meaque verba est contempturus.Is enim qui spernit me,noleps me agnoscere missum à Deo Messiam,habet etiam modo iudicem suum qui illum sine me condemnat, sermonem scilicet meum ab ipso spretum,qui etsi nunc quidē eum condemnet coram Deo tantùm, tamen in nouissimo die palam eum condemnabit, ita vt eius condemnatio iusta omnibus sit futura manifesta. Secundò,cùm dicitur quòd infidelis habet qui iudicet eum vel iudicantem se,intelligi potest Dominus designasse patrem suum,vt sit hic locus similis illi qui est cap.8.vbi dicitur similiter: Ego non quæro gloriam meam,est qui quærat & iudicet. Quo loco, vt ibi est annotatum, etiam est participium præsentis temporis,quod hoc loco ponitur, ὁ κρίνων. Itaque sensus erit: Ego quidem contemptorē mei & verborum meorum, non iudico, nec vindico in præsenti,iuxta id quod sensibiliter hominibus esse videor,& tamen non deest huic suus iudex qui contemptum mei vindicet. Pater enim meus.cuius manum nemo effugere potest, & cui nemo resistere potest,iudex est illius,qui suo tempore,siue in hoc seculo,siue in futuro iustā de illo sumet vindictam.Imo non tantum pater meus illius est iudex,sed & sermo quem locutus sum,hoc est,doctrina ipsa mea ab ipsa spreta, iudicabit & condemnabit eum in nouissimo die. Porro Caietanus intelligit sermonem Christi, hoc est, Euangelicam doctrinam iudicaturam infideles in nouissimo die , eo modo loquendi , quo lex dicitur aliquem iudicare & condemnare , quæ vim habens obligandi, pœnam constituit transgressoribus.Sic enim Euangelica doctrina vim habens obligandi homines,eo quòd à Deo sit profecta , cōminatur & constituit pœnam æternam infidelibus & inobedientibus: quare in nouissimo die tales condemnabit, quemadmodum lex humana condemnat furem & latronem, quia illum certo supplicio subiicit & astringit. Verùm magis appareret quod dicit Dominus sermonem suum iudicaturum , eo modo simpliciter intelligendum, quo suprà significauit lucem spretam ab hominibus condemnare eos , quia scilicet ob lucem spretam,& sermonem Christi contemptum infideles condemnabuntur,& ex illorum contemptu constabit omnibus infideles esse condemnandos , nec vllam habere eos iustam inobedientiæ suæ excusationem:quemadmodum Niniuitæ & regina Austri condemnabunt Iudæos,quia ex illorum facto patebit Iudæos merito esse condemnandos. Dicit autem Dominus potius sermonem quem locutus est iudicaturum , quàm contemptum sermonis, quanquam sermo non condemnabit nisi quia contemptus,vt significet sermonem oblatum,omnem infidelibus adempturum excusationē , iuxta illud quod postea dicit:Si non venissem , & locutus eis fuissem,peccatū non haberent.Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.Cum autem sequitur:Quia ego ex meipso non sum locutus,D. Chrysostomus coniunctionem,quia, non causaliter , sed infinitè accipiens pro eo quod intelligit subiicià Domino , quis sermo sit iudicaturus in nouissimo die, nempe is , quo Dominus Iudæis annunciauit se non locutum ex seipso , quod verè se dixisse operibus comprobauit. Rectius tamen secundum alios intelligitur hic reddi ratio, quare sermo à Christo locutus infideles Iudæos sit condemnaturus.Ratio autem significata est, quia sermo ille & est à Deo profectus , & ad vitam æternam hominibus præstandam profectus , proinde eum qui audierit,& de ignorantia se excusare non poterit,sermo ille condemnabit.eo quòd spreuerit sermonem & planè diuinum , & tam salutiferum.Iudicabit,inquit,eum,quia ego ex meipso nō sum locutus , vt quæ locutus sum finxerim ex meo capite,quemadmodum pseudoprophetæ.sed qui misit me pater,ipse mihi mandatum dedit , id est,præcepit quid dicam, & quid loquar , & certò scio quia, id est , quòd mandatum eius , id est, id quod mihi mandauit hominibus annunciandum, sit vita æterna,id est,vitam æternam conferat credentibus & obedientibus ei. Itaque quoniam pater mihi præcepit quid dicam,ego qui per omnia illi morem gero,quæ loquor , sic omnino loquor sicut ille mihi dixit,non solum nihil aliud loquens quam ab eo accepi,sed nec aliter quam accepi loquens.Loquitur autem hic Dominus , vt & alias frequenter,de se demissè , dispensatorio vsus sermone , ad significandum id quod alio modo ob auditorum incapacitatem significari commodè non potuit. Significandum enim erat , sermonem quē ipse homo loquebatur non esse humanum, sed diuinum ,eumque se ex patris præcepto hominibus protulisse.Id autē commodius significari non potuit , quam si de se loqueretur tanquam fideli legato alicuius regis,qui quæ a rege suo in mandatis accepit vt eius nomine loquatur vel præcipiat, ea tantū,nec alia,nec aliter loquitur.Sic ergo de se loquitur,quomodo de se loqui fere poterant Prophetæ:attamen differentiam satis inter se & prophetas significat,cū non dicat,qui misit me Deus vel Dominus; quomodo soliti erant dicere Prophetæ,sed qui misit me pater: & rursum cùm significat se nihil omnino loqui quod non etiā per ipsum pater loqueretur , quod non ita conuenit prophetis,qui vt homines quandoque loquebantur, nec omnia eorum verba ex spiritu diuino ita proficiscebantur, cùm certis temporibus à spiritu diuino ad loquendū cōmouerētur. porro vt quod dispensatorie dictum est etiam intelligamus vere Christum dixisse,nempe patrem dedisse ei mandatum,manifestum satis est illud ei competere secundùm assumptam humanitatem , secundum quā hæc de se dicere ex eo satis patet, quod dicat, qui misit me , & quæ ego loquor. hæc enim ei quatenus homini conueniunt. Et tamen idem illud ab Augustino etiam intelligitur dictū de Christo secundùm eius diuinitatem,quemadmodum & quod supra dicitur pater docuisse filium , & monstrasse ei opera quę facit,& filiū audiuisse à patre, & id genus alia,Augustinus intelligit Christo etiā quatenus Deo competere,nec aliud his locutionibus significari,quam filium omnia sua accepisse a patre,accipiendo ab eo naturam.Intelligit ergo patrem gignendo filium,dedisse ei mandatum, & dixisse ei quid loqueretur, quia quod locuturus erat a patre gignēdo accepit.

MALE

MALEDICITVR FICVLNEA, ET EIICIVNTVR EMENTES & VENDENTES È TEMPLO. Matthæi 21. Lucæ 19.

CAPVT CXII.

ET[b] circūspectis omnibus,cum iam vespera esset hora,[a] relictis illis, †[c] abiit foras extra ciuitatē in Bethaniā,[b] cum duodecim,[a] ibique mansit.[b] Et alia die [a] mane[c] reuertens in ciuitatē,[b] cū exiret à Bethania,[c] esuriit. ▷ Cūque vidisset[b] à longe ‖[c] ficū arborē [a] vna[b] se cus viā[a] habentē folia,[c] venit[a] ad eam,[b] si quid fortè inueniret in ea.[c] Et[b] cum venisset ad eā,[c] nihil inuenit[a] in ea, †[c] nisi folia,[a] tātum,[b] non enim erat tempus ficorum. [c] Et[b] respondēs †[c] dixit ei:[b] Iam non amplius in æternum ex te fructū quisquam manducet, [&][a] nunquā ex te fructus nascatur in sempiternum.[b] Et audiebant discipuli eius:[c] & are facta est continuo ficulnea. [b] Et veniūt Hierosolymam.[c] Et ▷[b] cum introisset in templum, ‖[c] cœpit eiicere[a] omnes[b] vendentes & ementes[c] in templo, & mensas numulariorū,& cathedras vendentiū colūbas euertit,[b] & non sinebat vt quisquam transferret vas per templum,&[b] docebat † dicens eis:[b] Nonne[a] scriptū est,[c] Quia[a] domus mea, domus orationis[c] est,[a] vocabitur[b] omnibus gentibus?[c] vos autē fecistis illā spelunca latronū.[b] Quo audito, principes sacerdotum & scribæ quærebant quomodo eū perderent: timebant enim eum, quoniā vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cū vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. Et cum mane transirent, viderunt ficum aridā factā à radicib.[a] Et videntes discipuli, mirati sunt, dicētes, Quomō cōtinuo aruit?[b] & recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti aruit. ▷[c] Respondens autē Iesus ait eis:[b] Habete fidē Dei.[a] Amen dico vobis ,[b] si habueritis fidē, & nō hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis: sed & si monti huic dixeritis: Tolle,& iacta te in mare, fiet. [Et][b] quicunque dixerit huic monti: Tollere & mittere in mare,& non hæsit auerit in corde suo,sed crediderit, quia quodcunque dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcūque orantes petitis, credite quia accipietis,[a] & omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis, & euenietvobis. Et cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & pater vester, qui in cœlis est dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis, nec pater vester, qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra.

† b. exii
* autem
▷ a e Et videns
‖ b o. ficū
‖ b o. prater.
† a ait illi
▷ c o. in egressus.
‖ a, eiicere
† a. dicit
▷ b. Et respondēs
A 57. 68
C 17. 98
A. 6. 41

ET[c] CIRCVMSPECTIS OMNIBVS, CVM IAM VESPERA ESSET HORA, ET RELICTIS ILLIS, &c. Mirabilis rerū mutatio, quòd cum hac ipsa die tam solemni pompa,& turbæ cōgratulatione Dominus in Hierusalem sit deductus,nemo iam fuerit qui in hac vrbe eum in suum receperit hospitium,quódque iam Pharisæorum metu nemo ausus sit eum inuitare in domum suam,cùm prius contempto eorum metu professi fuissent ipsum esse Christum. Mirabilis item Iudęorum ingratitudo,quòd in tam magna & potēte ciuitate,post miracula hac die peracta,& prædicationis labores,quibus tota die vsque ad vesperam dominus incubuerat , nemo fuerit qui illum inuitaret ad cœnam.Sed magis obseruanda Christi & patientia,& auiditas salutis hominum , vt qui in tam ingrata ciuitate vsque ad vesperam ieiunus manens , indefesso studio doctrinæ institerit,& cùm iam vespera aduenisset,& omnes circumspexisset,nū quis esset qui ipsum inuitaret, veluti ambiens ab eis detineri,sine ingratitudinis exprobratione,illis relictis,redierit in Bethaniam , non sine typo futurorum,quòd relicta ob suam ingratitudinem synagoga,ad ecclesiam gentium esset transmigraturus,cuius typum prætulit Bethania. Magis autem in Christo declaratum est quanto teneretur desiderio salutis hominum etiam ingratorū, & quanta eius etiam erga ingratos & hostes esset benignitas,quando sequenti die & aliis item dignatus est etiam summo mane redire ad tam ingratam ciuitatem,ac totos ibi dies doctrinæ & prædicationi vacare;suo exemplo docens euangelicum pastorem,quanto studio intendere debeat lucrandis hominum animis,idque sine spe temporalis cōmodi: ac tali nunquam defuturos qui ei faueant, & necessaria suppeditent, quantumuis multi sint qui doctrinæ eius acclament, & hostes se exhibeāt. Eodem autem suo frequenti in Hierusalem reditu, & cōstanti per diem doctrina,declarare voluit Dominus quàm volūtariè mortem erat subiturus,qui ea in ciuitate se toties palam exhibuit,in quaſciuit tam multos suis miraculis & doctrina exasperari, quamque nihil in ipsum possent Scribæ & Pharisęi nisi cùm eis potestas fieret se capiendi & occidendi. Vnde postea eis obiecit: Quotidie apud vos erā docens in templo,& nō me tenuistis , sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Porro pro eo quod nos habemus in Matthæo , ibique mansit, Græcis est, καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ, id est,& ibi pernoctauit, vel diuersatus est. Additur autē in cathena Thomę post hæc verba,& docebat eos de regno Dei; cùm nec in Græcis, nec in aliis codicibus Latinis prēter paucos illud reperiatur, promde aliunde hic videtur ab aliquo additum.

A

B

C

MANE AVTEM REVERTENS IN CIVITATEM ESVRIIT. CVMQVE VIDISSET, &c.] Esuries hæc, quam ad literam certū est intelligendam fuisse corporalem , naturaliter potuit etiam mane accidisse Christo,vt qui in hesterna cœna,post totius diei ieiunium,temperatissimè suo more cibum sumpserit, & noctem in oratione peregerit in monte Oliueti, vt patebit ex Luca. At probabile magis est dispensatiuè à Domino fuisse assumptam;& in seipso excitatam: sicut proculdubio dispensatione quadam accessit ad ficum, quærens ex ea fructum quo saturaret esuriem, cum sciret non esse tempus ficuum,vt dicit Marcus: dispensatiue item ficum, quod non haberet fructum, execratus est,ita vt arescceret radicitus. Dispensatiue autem esuriit,non tam ob id vt veritatem humanę naturę ostenderet,quamuis illa hac ratione etiam sit declarata,quàm vt sequenti miraculo locum daret. Quod miraculum cùm , si literam tantum & id quod gestum est spectemus , Christo videatur indignum,certum est mysticas habuisse rationes,& alium Dominum hoc facto significare

Universidad de Deusto
Biblioteca

voluisse,quàm quod gerebatur.Primò ergo,si spectemus fructum qui ex hoc miraculo altera die secutus est in Apostolis,videri potest Dominum hęc omnia fecisse vt esuriret,& sicu requireret fructum, eamque fructu carentem malediceret, quòd ex nouo hoc & insolito miraculo occasionem postea haberet confirmandi & perficiendi fiduciam suorum Apostolorum, quemádmodum postea fecit huius miraculi occasione.Sed hæc causa solum videtur esse secunderia & accidentalis. Secundò ergo hæc Dominus ideo fecit,secundum Chrysostomum,vt quia frequenter demonstrauerat potentiam suam,qua beneficia præstabat, seueram autē & vltionis inflictiuam,ne semel quidem iam etiam hanc demonstraret, sicque discipuli intelligerent ipsum posse si vellet vlcisci persequētes se Iudæos, ac proinde ipsum non pati inuitum. Tertiò verò omnium maximè hæc ideo facta sunt, vt Dominus sua esurie corporali significaret quantum desideraret salutem Hierosolymitanorum, synagogam autem eorum & ciuitatem, quòd desiderio ipsius non satisfaceret, penitus perderdam, & diuina maledictione exiccandam, humore cœlestis gratiæ subtracto eius iusto Dei iudicio. Quòd enim ideo hæc facta sunt, satis significauit Dominus per hoc quòd hæc fecerit, cùm post ingratitudinem præcedentis diei mane reuerteretur docendi gratia in tam ingratam ciuitatem,veluti discipulis significare volens cum summo mane recurreretad ciuitatem illam, nimirum quòd spirituali esurie salutis eorum teneretur,ac fructū bonorum operū & fidei ab eis requireret,quod cùm frustra faceret, illi Dei iudicio relinquendi erant , & Dei maledictione cum multorum admiratione excidendi, & priuandi Dei gratia.Et quidem quibus rationibus aptè per ficum synagoga Iudæorum significetur,dictum est in cap.Concordiæ 38. Nunc autem significata est aptè per ficum folia habentem,sed non fructum,quem in ea Dominus quæsiuit ad satisfaciendum suæ esuriei,quia Iudęorum synagoga cęremoniis,externoque Dei cultu,Pharisaicis traditionibus, ac legis diuinæ lectione & prædicatione,veluti foliis quibusdam ornata erat, hisque rebus fertilitatem & fructum præ se ferebat,ac verum iustitiæ & fidei fructū Deo suauissimum & expectatissimum non protulit. Erat ficus hæc iuxta viam,vel,vt habent Græca , in via , quia per legem à Deo acceptā,synagoga veritati euangelicæ erat vicina,imò & in via ad Christum constituta.Porro quod Marcus dicit: Non enim erat tempus ficorum; non est necessatio etiam ad mysterium trahendum,cùm illud tantum additum ab ipso videatur,quo rationem redderet quare ad literam nihil inuentum fuerit in ficu præter folia, ac proinde significaret Dominum,qui sciebat non esse tempus ficorum,hæc fecisse in mysterio, ad significandum scilicet synagogam adeo Deo deserente & execrante exiccandam , vt etiam virorem suorum foliorum esset amissura,quod expectatum fructum non proferret,tunc cùm tempus erat vt fructum proferret.Nam in eo quod de ficu dicitur non fuisse tempus ficorum, dissimilitudo est inter ficum typicam,& synagogam per ficum significatam.D.Hieronymus tamen etiam istud mysterio accommodat,dicens in commentariis super Matthæum: Alius Euangelista dicit: Nondum enim erat tempus, siue quod tempus nondum venerat saluationis Israel,eo quod nondum gentilium populus subintrasset: siue quod prætericrisset tempus fidei,quia ad illum primùm veniens & spretus,transisset ad nationes.Hæc ille.Iam ex eo quod Dominus dicit ficui:Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum;non est intelligendum, Iudaicū populum perpetuo maledictioni diuinæ permansurum obnoxium, nec vllquam fructum facturum. Nam postquam intrauerit plenitudo gentium, etiam Israelem saluum fore testatur Paulus.Non enim oportet omnia quæ typo conueniunt,ipsi veritati significatæ similiter conuēire. Sciendum tamen quod sicut annotauit D.Hieronymus, proinsempiternum vel in æternum,ex Græco etiam verti posset,in seculum,quia illud, εἰς αἰῶνα,vt habent Græca,vtrūque significat.Illud autem,in seculum, conuenire potest synagogæ,cum illud non significet necessario æternitatē,sed tantum temporis prolixitatem. Et alioqui quanquam tandem Israel fit saluus futurus,non tamē ex ipsa synagoga pro statu in quo erat tempore Christi,fructus nascetur, sed ex ipsa ecclesia cui Iudæi inserentur. Obseruanda autem Christi bonitas etiam in hoc facto seueritatis suæ declaratiuo.Nā cum saluificare suā potentiam declarare voluit,& salutis spiritualis per se procuratæ exēplum afferre,virtutis suæ testatem in humanis corporibus exercuit,spem futurorum,& animæ salutem curatione præsentium ægritudinum commendans.Nunc verò cùm suam vltricem potentiam ostendere voluit,& in infrugiferos Iudæos formam futuri constituere,e, futuri speciem non damno corporis humani, sed damno arboris indicauit : proinde non est quod quis Dominū iniustitiæ notare possit,quod innoxia arborem sit execratus:sicut nec quod alienā arborem, Domini enim est terra & plenitudo eius. Cæterū vt & nos cū fructu factum hoc Dominicum legamus,ex facti huius consideratione cauendum nobis sollicitè,ne simus velut ficus folia tantum habens.Cōstituti enim hic sumus,vt instar ficus dulces Deo bonorum operum fructus proferamus,& tempus iam est vt fructus hos proferamus.Hyems enim transiit & recessit,flores apparuerūt in terra nostra.Quod si ergo Christiano nomine, & externa sacramētorum participatione, ac scripturarum lectione & auditione cōtenti, quibus veluti foliis quibusdam ornamur,neglexerimus virtutum fructus proferre quos à nobis summopere Christus desiderat,futurū vt illius gratia nos deserente arescamus,ac aridi facti deiiciamur in ignem inferni. Cōtinuo enim ad execrationem Domini arefacta est ficulnea,quia Dei gratia homines deserēte,sine qua nihil boni possumus agere , necessario sequitur statim in hominibus ariditas bonorū operum.

bET VENIVNT HIEROSOLYMAM: ET CVM INTROISSET IN TEMPLVM, COEPIT. &c.] Superius reddita est ratio quare hic potius colloeanda fuerit secundùm ordinem quem Marcus obseruat,eiectio ementium & vendentium e templo.Secundum quem ordinem aptè hæc eiectio secuta est execrationem ficus. Quod enim in ficu execrata obscurius fuit à Domino significatum,idē hac eiectione clarius est significatum,abolitione scilicet cæremoniarū legalium, ac Iudæorum e Dei templo & sanctorū consortio reiectione;quam hac eiectione etiam fuisse significatam inter alias causas dictū est circa simile factum Domini,quod descripsit Ioan. cap.2.in cap.Concordiæ 19.vbi præter causas huius facti Dominici etiam

etiam dictum est,quare mercatum hunc in templo Iudęi instituerint, & quomodo differat hoc Domini factum ab illo simili quod in prædicationis exordio factum est à Christo,vt hæc non sint hoc loco rursum repetenda,tantùm ea nunc annotanda quæ vel ibi sunt prætermissa, vel hic sunt peculiaria.Inter prætermissa illud est,quod Diuus Hieronymus hoc loco dictionem Græcam,quam interpres vertit & hic & ibi numularios, nempe κολλυβιστάς, vel κολλυβίστας, aliter exponit,quam ibi ex Græcorum sententia exposuimus.De numulariis enim hoc loco sic scribit: Posuerūt & numularios qui mutuam sub cautione darent pecuniam.Sed quia lege erat præceptum,vt nemo vsuras acciperet,& prodesse nō potetat pecunia fœnerata,quæ commodi nihil haberet,& interdū sortem perderet,excogitauerunt & aliam technam, vt pro numulariis colybistas facerent,cuius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit.Colyba dicuntur apud eos,quę nos appellamus tragemata,vel vilia munuscula :verbi gratia,frixi cicetis vuarūque passarum,& poma diuersi generis.Igitur quia vsuras non poterant accipere colybistæ, qui pecunias fœnerati erant,pro vsuris accipiebāt varias species,vt quod non in nummo licebat.in his rebus exigerent quæ nummiscoemuntur.Hæc ille. Verum magis verisimile est hos numularios constitutos non ad mutandam pecuniam,sed ad commutandam pecuniam,vt colybistæ dicti sint non à dictione κολύβα,vt vult Hieronymus, sed à dictione κολλυβος,quod significat nummum parū : qui pro commutanda pecunia numulario datur,vt dictum est circa Ioannē.Inter propria huic loco primum est quod dicit Marcus,Dominum non permisisse vt quisquam trāsferret vas per templum, vbi pro dictione,vas,Græce est σκεῦος, quæ dictio non tantum significat vas,sed quæcunque vtensilia,instrumenta & arma,ita vt significetur Dominum prohibuisse ne quis sarcinam quamuis,aut instrumentum prophanum deferret per templum. Ad hunc modum ex phrasi Hebraica frequenter in veteri testamento,dictio,vas,generaliter significat omne instrumētum & omnem supellectilem. Vnde dicitur: Confitebor tibi in vasis Psalmi ; & Psalm.7.sagittę dicuntur vasa mortis.Et Ierem.21. arma bellica dicūtur vasa belli. Ecce ego conuertam,inquit,vasa belli quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersus regem Babylonis,&c. Secundum inter peculiaria huic loco est, quòd cùm Dominus rationem sui facti apud Ioannem assignās dixerit:Nolite facere domum patris mei,domum negotiationis, hic scripturæ authoritate suum factum commendans , & illorum quos eiecit factum cōdemnans,dicit : Nonne scriptum est,Quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus?Vbi apud Lucam coniunctio, quia,vt alias sæpe,quod ad sensum attinet,superest.Nullam autem arguit discordiam quod Marcus interrogatiue dixisse Dominum refert,Nónne scriptum est,cum alij duo affirmatiuè dictum narrent:Scriptū est,&c.quia siue interrogatiuè istud dixerit,siue affirmatiuè,idem semper significauit. Sic nihil est discordiæ,quòd Lucas habet, domus mea domus orationis est:duo verò reliqui;domus mea domus orationis vocabitur ,quemadmodum est apud Prophetā, quia non dicitur Domus Dei vocanda domus orationis , nisi quia talis sit verè futura. Porro testimoniū hoc legitur Isaiæ 56. Nō est tamen hoc à Propheta dictum potissimùm de tēplo Hierosolymitano , sed potius de spirituali Dei templo,quod est Ecclesia.Promittit enim illic Dominus se adducturumad montem sanctum suum & in domū suā omnes qui custodierint fœdus suum , & filiis aduenæ atquæ eunuchis se daturū in domo sua nomen melius à filiis & filiabus, quę nō sunt adimpleta in domo illa Dei materiali, quæ fuit in Hierusalē.Rectè tamen Dominus hūc locum accommodauit templo Hierosolymitano, quod Isaias Propheta de templo Dei spirituali locutus sit sub typo tēpli Hierosolymitani, vnde D. Hieronymus scribens in Isaiam dicit Dominum hoc testimonio abusum,nō quod eo malè sit vsus, sed quod accommodauerit typo & figurę id quod principaliter dictum fuit de ipsius figurę veritate. In qua figura iam tum tempore Christi adimpleri cœpit , quod in ipsa veritate mox erat perfectius adimplendum. Nam & gentes tum cœperant templum illud Dei frequentare,vt mox ex Ioanne est auditum.Et quidem satis est verisimile Dominū etiam ob id testimonium hoc protulisse , accommodando illud templo Hierosolymitano , quo significaret iam adesse tēpus in quo implēda essent quæ eo loco prædixit Isaias , nempe quòd in domum Dei ex omnibus gentibus essent adducendi electi, eáque domus vocanda esset non domus sacrificiorum legaliū,sed orationis domus , in qua reiectis legalibus sacrificiis, noua holocausta & vitimę spirituales offerēdæ essent, quas sibi gratas fore Dominus testatur. Quòd enim etiam hac intentione Dominus testimoniū hoc protulerit,apparet ex eo quod apud Marcū additur etiam, omnibus gētibus , quod tēplo Hierosolymitano, cui hoc testimonium accommodatur,non satis conuenit. Itaque citatum hoc testimonium secundum mysticam hanc citationis rationem, valde conuenit cum facto Domini secundùm mysticā ipsius facti rationem.Nam etiam hoc facto Dominus significauit, vt dictum est circa Ioannem , tempus iam aduenisse quo cessare deberent , & ab oculis Dei reiici legalia sacrificia , & spiritualis Deus in spiritu & veritate adorari. Porrò cum dicitur domus Dei vocāda domus orationis, nomen orationis accipi debet,vt & gratiarum actionem includat &laudem Dei , quemadmodum sæpe in scripturis,& rursum sub hoc principali,etiam reliqui actus sacri,qui vel oratione peraguntur,vel ad laudem & orationem Dei pertinent,sunt comprehēdēdi.Cęterum cum subiicit Dominus: Vos autem fecistis illam spelūcam latronum,alluisit Dominus ad illud Ieremiæ:Nunquid ergo spelunca latronū facta est domus ista , in qua inuocatum est nomē meum in oculis vestris? Sed ibi quidem Deus per Prophetam dicit,domum suam factam spelunca latronum,quod qui in eam conuenirent,fures essent,adulteri,periuri & idololatræ:hoc est,homines nequissimi.Hic vero Dominꝰ conqueritur domum Dei factam spelunca latronū,quod in illa quemadmodum latrones,tori intenti essent lucris temporalibus conquirendis.Deinde quia pharisæi & sacerdotes sub specie boni suā obtegentes auaritiam,& veluti in spelunca quadam latitantes,nihil aliud meditabantur quam pauperum despoliationem.Et bene quidem Dominus ad locum illum Ieremiæ alluisit,forte vt in memoriā eis reuocaret quæ illo loco apud Ieremiā præcedunt & sequuntur.Præmittit enim,non esse Iudæis cōfidendum

Psal. 70

Ierem. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in verbis mendacij,ita vt dicant:Templum Domini,templum Domini,templum Domini est:ac subiicit domum illam perdendam ob peccata Iudæorum.Ite,inquit,ad locum meum in Silo,vbi habitauit nomem meũ a principio,& videte quę fecerim ei, propter malitiã populi mei Israel.Et nunc quia feciſtis omnia opera hæc,dicit Dominus,& locutus ſum ad vos mane conſurgens & loquens,& non audiſtis:& vocaui vos,& non reſpondiſtis,faciam domui huic,in qua inuocatum eſt nomen meum,& in qua vos habetis fiduciam,& loco quẽ dedi vobis,& patribus veſtris,ſicut feci Silo,& proiiciam vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros vniuerſum ſemen Ephraim.Itaque alludendo ad locum illum Ieremiæ, ſignificauit etiam nunc euentura ſecundo templo, quæ ſecundùm B vaticinium Prophetæ primo templo per Babylonios euenerunt. Ex hoc autem Domini facto, eiusque verbis diſcendum nobis quanta cum religione verſandum ſit in domo Dei, & quam impie nimis prophanentur à pleriſque templa Chriſtianorum, quibus tamen longe plus debetur merito reuerẽtiæ quàm templo debebatur Hieroſolymitano, obveriorem Dei in ipſis præſentiam, & ſacramentorum ſacratiorem adminiſtrationem. Si enim tantam Dominus(alioquin vbique omnẽ manſuetudinẽ præ ſe ferens) indignationem oſtendit in eos C qui vendebãt & emebant intemplo quæ ad cultum Dei pro illo tẽpore erant neceſſaria ex Dei ſtatuto,quàm deteſtandum in templis Chriſtianorum ſimilem fieri mercatum earum rerum, quæ etſi piè pro Dei & ſanctorum cultu adhibentur, non tamen ex Dei conſtitutione ſunt introductę. Et vt hoc parui momenti eſſe videatur, quod tamen Chriſto non eſt viſum paruum,quam intolerandum eſt domos Dei,quæ deberent eſſe domus orationis,fieri domos fabularum,& negociationis etiam rerum plane prophanarũ? Omnium autem maximè id dolendum,pleroſque cultui diuino deputatos,etiam ex ſacris rebus,quæ in templis:ipſis que adeo templorum adytis tractant,nec vendi poſſunt,auidiſſime lucrũ quęrere,vt vel, ſolius lucri temporalis gratia,vel potiſſimum lucri reſpectu ſacris actibus occupentur,tanto grauius peccantes præ his qui iam eiecti ſunt à Domino, quanto peius eſt ſacra quæ vendi non poſſunt,vẽdere, quàm animalia quæ vendi poterant. At his omnibus cogitandum eſt,quòd quemadmodũ ob templi inhonorationẽ aliquoties Dominus quoſdam ſeuere eiecit ẽ templo: ita illos ſeueriſſimè è ſanctorũ conſortio ſuo tẽpore eſt eiecturus. Cogitandum item ſe templi ingreſſu, & ſacrarum rerũ participatione & tractatione non fieri ſanctiores, ſed corã Deo reputari velut latrones, ac templum Dei illis coram Deo reputari ſpeluncam latronũ. E Et hęc quidem iuxta hiſtoriam.Myſticè autem docemur,quod quandoquidẽ & nos ſinguli facti ſumus templum Dei ſanctum , in quo longè verius Deus habitat,quàm in quouis tẽplo materiali,nõ debet domus paſtoris noſtri eſſe domus ſolicitudinũ temporalium,ſed præcipue in ea vigere deuotionem,gratiarum actionem,ac omnem pietatem oportet.Rurſum myſticè templum Dei eſt Eccleſia Chriſti,e qua Chriſtus eiecturus eſt quotquot emunt aut vendunt ſacra , & altaria Dei per ſuam auaritiam faciunt menſas numulariorũ, ac dona ſpiritus ſancti veluti colũbas pretio largiuntur. Sic D. Hieronymus. Aliter autem ſecundùm A Origenem,tres ſpecies hominum à Domino eiectorum,accipi poſſunt deſignate tres ſpecies auarorum,qui Dei templo,hoc eſt, ſanctorum conſortio ſunt indigni, vt per ementes & vendentes intelligãtur qui in populo Chriſtiano ad nihil fere aliud vacant, niſi circa emptiones & venditiones,& lucra terrena conquirẽda: per numularios, qui Eccleſiaſticas pecunias pauperibus diſtribuendas non bene tractant,ex rebus pauperũ ſibi diuitias colligentes:per vendentes columbas,Epiſcopos & ſacerdotes,qui dona vẽdunt ſpiritus ſancti.

bQVO AVDITO PRINCIPES SACERDOTVM ET SCRIBAE QVAEREBANT QVOMODO,&c.] Hinc patet Dominum dicentem,vos feciſtis Domum Dei ſpelũcam latronum notaſſe præcipue ipſos ſacerdotes & ſcribas, qui propter auaritiam auctores fuerant mercat⁹ illius in templo.Hi ergo etſi ex ſcripturis tantaque virtute increpiti eſſent, nõ ſolum impietatem ſuam non agnoſcebãt,ſed magis contra monitorem efferebãtur,quærentes quomodo eum perderent. Iam enim deliberauerant eum perdere,ſed modum perdẽdi inquirebãt. Impletũ certè eſt in eis illud Amos : Odio habuerũt corripientẽ in porta, & loquentem perfecte abominati ſunt.Reddit autem Euangeliſta rationem quare nõ ſtatim ei manus iniecerint ad perdendum , ſed de modo perdendi erant ſoliciti.Timebant enim, inquit , eum; quod non ſic eſt accipiendum quaſi eius poteſtatem timuerint,quam poſt tot miracula præmẽtis cæcitate necdum agnoſcere potuerunt aut noluerunt:ſed timuiſſe eum dicuntur , quia metuebant ei tunc manus iniicere propter turbã, ſicut ſequitur,ita vt illud,timebãt eum ; non ſit aliud quàm, ſicut poſtea dicitur,timebant plebem. Aut dicuntur timuiſſe Dominum,quia metuebant ne per illum,aut occaſione illius , turba contra ipſos concitaretur,vt per illud;timebant enim eum;reddatur ratio & quare cupierint illum perdere, & quare de modo perdendi fuerint ſoliciti. Quia enim ſibi ab illo per turbam malè timebãt, hinc & quærebant eum perdere,& quærebant quomodo eum perdere poſſent ſine turba, propter quam Dominum timebant:quia,inquit Euangeliſta, vniuerſa turba admirabatur , nec ſimpliciter admirabatur, ſed,vt eſt Græcis, ἐξεπλήσσετο, id eſt,obſtupefcebat, non tantùm ſuper miraculis eius,ſed etiam ſuper, id eſt,de doctrina eius.Longè enim diuiniora, & aliter multo atque cũ maiori ſpiritus efficacia docuit,quàm Scribæ & Phariſęi.Erat enim,vt alibi dicitur,docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi.Obſeruãdum autem hic quàm præpoſtero , quámq; vano metu ſæpe detineãtur impij. Turbam enim iſti metuebãt, qui nec Deum , nec Chriſti tam expertã virtutem metuebant,cùm turba hæc,quæ poſt quatriduum induci potuit vt ad crucem Chriſtũ poſceret, non eſſet adeo illis metuenda. Sed Domini fuit voluntas, vt hoc licet vano metu differretur eorum crudelitas vſque in horã mortis ab ipſo conſtitutam.

bET CVM MANE TRANSIRENT, VIDERVNT FICVM ARIDAM,&c.]Quod dicit Marcus, mane alterius diei diſcipulos vidiſſe ficum aridam factã radicitus, non contrariatur illi quod dicit Matthæus,continuò poſtquam Dominus ſicui maledixiſſet,eam arefactam. Non enim Marcus dicit altera die ficum aridam factam , ſed tum primum diſcipulos vidiſſe eam factam aridã.

Arefactio enim mox ſecuta eſt execrationem , ſed non ita ſtatim omnia folia deciderunt , vt ex ſignis quibuſdam agnoſcere tunc potuerint ſicum aridam factam, quemadmodum die ſequenti. Proinde quod apud Matthæum ſequitur,Et videntes diſcipuli mirati ſunt dicentes, Quomodo continuo aruit;non poteſt intelligi tunc contigiſſe cum ea contigerunt quæ apud ipſum præmittuntur:ſed ex Marco cõſtat altera die cõtigiſſe,quando rurſum eadẽ via cum Domino diſcipuli pergẽtes in Hieruſalem viderunt ſicum arefactã videnteſque inter ſe primùm cũ admiratione dixerũt:Ecce quomodo cõtinuo aruit;ac deinde Petrus memor exerationis Chriſti,omnium nomine dixit Domino: B Rabbi,ecce ficus cui maledixiſti aruit.Cùm Dominus myſterium quidẽ arefactæ arboris non expoſuit,ſiue quod necdum eius capaces eſſent,ſiue quod rationem facti non requirerẽt diſcipuli, ſed tantum admirarentur quod factum erat,propter quod ab hoc facto tantùm ad fidendum firmiter Deo ipſos hortabatur,pollicẽs ſic fore,vt nõ illud quod tantopere admirabantur,illis eſſet facile,ſed &alia quæ magis videntur impoſsibilia & admiranda. Habete,inquit,fidem Dei,id eſt,fiduciam in Deo. Sic enim dictum eſt fidem Dei, ſicut dicimus,fiduciã alicuius rei,pro fiducia in re aliqua. Et ſubiicit quare ad huiuſmodi fidem hortetur. Amẽ,inquit,dico vobis,quia,id eſt quòd ſi hãbueritis fidem,id eſt fiduciam,& nõ hæſitaueritis,non ſolùm facietis de ſiculnea,id eſt,id quod nunc in C ſicu accidit, ſed etiam ſi monti huic(veriſimile eſt demonſtraſſe montem Olieti)dixeritis:Tolle te, & iacta te in mare,fiet.Id ne tantum ad Apoſtolos pertinere putaretur,Marcus generaliter extulit,dicens, quicunque dixerit monti huic,&c. Similis locus eſt Matth.17.in cap.Concordiæ 68.vbi latius dictum eſt de his quæ ad huius ſententiæ faciunt intelligentiam tantum id pro litera hic annotandum,quòd pro eo quod nos legimus in Matthæo Tolle & iacta te ; Græcis ſunt per imperatiua paſſiua, ἔρριπτι καὶ βλήθητι, quemadmodum & in Marco, vbi rectius verſum eſt,tollere & iactare , quomodo interpretem etiam in Matthæo vertiſſe eſt veriſimile. Porro quo doceret Dominus fiduciam in Deo firmam non tantùm ad miracula facienda eſſe efficacem,ſed & ad impetrandum per orationem quæuis à Deo;omnia,inquit,quæcunque petieritis in oratione credentes,id eſt, cum fide vel fiducia non vacillante,accipietis.Vnde & Iacobus Iacobi 1. cùm ad poſtulandam à Deo ſapiẽtiam hortaretur, ſubiecit:poſtulet autem in fide nihil hæſitans,&c. Et quoniam de oratione mentionem ingeſſerat, eique neceſſariam eſſe fiduciam docuiſſet, adiecit & aliam cõditionem maximè neceſſariam orationi,ad hoc vt ſit efficax,nimirum vt oraturus remittat proximo in ſe cõmiſſa.Et cum ſtabitis, inquit,ad orandum(ſtantes enim orare ſolent ,vt dictum eſt ſuperius)dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem,hoc eſt,ſi quam iuſtam habetis cõtra aliquem querelam,vt & pater veſter dimittat vobis, &c. De his enim ſatis in cap. Concordiæ 41. circa ſimilem locum ex Matthæi capite ſexto.

PROPONITVR QVAESTIO DE BAPTISMO IOANNIS, & parabola de duobus filiis. Matthæi 21. Marci 11. Lucæ 19.& 20.

CAPVT CXIII.

bET veniunt rurſus Hieroſolymam.cEt erat docens quotidie intemplo.Principes autẽ ſacerdotum, & ſcribæ,& principes plebis quærebãt eũ perdere,& non inueniebãt quid facerẽt illi. Omnis enim populus ſuſpenſus erat ,audiẽs illum.cEt factum eſt in vna dierũ cũ veniſſet in templũ,bcũ ambularet in templo,cdocente illo populum in templo , & euangelizante, conuenerunt principes ſacerdotum,& ſcribæ cũ ſenioribus[&] †aacceſſerunt ad eũ docentem ▷ csummi ſacerdotes bb& ſcribæ,c& ſeniores a populi,b& ‖ aiunt dicẽtes' †b ad illum': Dic nobis in qua poteſtate hæc facis? & quis eſt qui dedit tibi hãc poteſtatẽ,b vt iſta faciasb? Reſpõdẽs autẽ Ieſus ▷ dixit ad illos', Interrogabo vos & ego vnum ‖a ſermonem,b& bb reſpondete mihi,a quem ſi dixeritis mihi,c& a ego c vobis dicam in qua poteſtate hæc †facio'.b Baptiſmus Ioãnisa vnde erat? de cælob erat,an ex hominibus? b Reſpondete mihi.b At illi cogitabant ▷ intra ſe dicentes:c Quia ſi dixerimus,de cælo,dicet nobis b Quare ergo non credidiſtis illi? Siautem dixerimus ex hominibus ,c timemus‖ turbam', ſplebs vniuerſa lapidabit nos,certi ſunt enim Ioannem Prophetam eſſe.c Omnes enim† habebant Ioannem ▷ quia vere Propheta eſſet'.c Et reſponderunt,ſe neſcire vnde eſſet.c Et reſpondentes ‖ Ieſu,dixerunt',Neſcimus.b Et b reſpondens b Ieſusb ait illis a& ipſe,b Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc †facio'.b Et cæpit eis in parabolis loqui.a Quid autẽ vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios,& accedens ad primũ dixit: Fili,vade,hodie operare in vinea mea. Ille autem reſpondens,ait:Nolo. Poſtea autẽ pœnitentia motus,abijt. Accedens autem ad alterum,dixit ſimiliter. At ille reſpondens,ait:Eo domine,& non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei:Primus. Dicit illis Ieſus: Amẽ dico vobis, Quia publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ,& non credidiſtis ei:publicani autẽ & meretrices crediderunt ei,vos autem videntes,nec pœnitentiam habuiſtis poſtea,vt crederetis ei.

†b. acceſſerunt ▷ a. o. principes ſacerdotũ ‖b. dicunt † b ei. ▷ a dixit ‖ ad illos b. o. verbum †b. o faciam ▷ b. o ſe. cum ‖ a. inter ſe b. populũ † a habẽtes ▷ a. ſimul Prophetã ‖b. dicunt Ieſu. b. o faciam B. 12.

ET VENIVNT HIEROSOLYMAM,cET ERAT QVOTIDIE DOCENS,&c.] Marcus quidẽ tribus diebus continuis diſtinctè cõmemorat Dominum veniſſe Hieruſalem, ibique vſque ad veſperam docuiſſe in tẽplo: Lucas verò in genere dixit:Et erat quotidie docens in templo; non diſtinctè commemorans geſta diuerſorum dierum.Ex quibus Lucæ verbis,ſicut & ex eo quod poſtea Dominus dicit: Quotidie apud vos eram in templo docens;apparet Dominum non tribus tantum diebus primis huius hebdomadæ docuiſſe in templo,ſed etiam ſequentibus duobus, niſi quod dicit Lucas,quotidie,tantum ſit referendum ad dies illos qui præceſſerũt illud tempus de quo poſtea ſubiungit:Appropinquabat autẽ dies feſtus Iudæorum ; quando & Iudam pepigiſſe cũ principibus ſacerdotum, teſtatur, quod ex aliis Euangeliſtis ſatis conſtat factum feria quarta. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus intelligatur ideo dixisse, quotidie apud vos eram; quia aliquot diebus cõtinuis sine intermissione apud eos in templo docuerat. Nam saltem feria quinta non videtur Dominus docuisse in Hierusalem, quia cùm duos discipulos præmisisset in ciuitatem vt pararent Pascha, Marcus dicit eum vespere facto venisse cũ duodecim. Subiicit autem Lucas idem quod suprà ex Marco est habitum, quòd Domino docente, principes sacerdotum, & scribæ, & primates ciuitatis quærebant eum perdere, & tamẽ post multa consilia non inueniebant quid facerent illi, proinde impletũ est in illis illud Psalmi: Scrutari *Psal. 63.* B sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Ideo enim non inueniebant quid illi facerent tutò, quia metuebant populum, quem videbant suspensum esse cùm audiret illum, ideſt, cùm summa auiditate audiret illum, ita vt penderet ab ore eius, & inhiaret illi. Sic Virgilius: Pendetque iterum narrãtis ab ore. Itaque quod dicit Lucas; populus suspensus erat audiens illum: idẽ est cum eo quod superius dixit Marcus, turba admirabatur super doctrina eius, nisi quod Lucas id ipsum magis emphaticẽs & elegantius dixit, vt erat Græci sermonis peritissimus. Hoc autem populi metu sese impii hi planè condemnauerunt. Si enim perdendum Iesum iudicauerunt, quòd con- C tra Dei gloriam quẽdam faceret & doceret, & populi esset seductor, sanè tales nõ debuissent metu populi prætermittere, quod ex officio illis pro Dei gloria & populi salute faciendũ incumbebat. Porro cùm necdum auderent manus illi inijcere, aggrediuntur illum verbis tentare, sua authoritate putantes se illum perterre facere posse, & os eius obstruere, atque à faciẽdis quæ faciebat impedire. Itaque congregati principes sacerdotum, quorũ erat sacrificia tractare: & scribæ, quorũ erat sacras scripturas populo exponere: & cum his seniores populi, apud quos erat potestas in rebus temporalibus, vt magis commoueretur Dominus vtraque potestate, & eorum scilicet qui sacris præerãt, & D eorũ qui prophanis, ad ccedunta Dominũ in templo & docentem, & euangelizantem. Docentem quidem quæ sint faciendа: Euangelizantẽ verò de salute hominibus iam oblata, & regno Dei quod iam aduenerat. Ex his enim duabus partibus constat Euangelica prædicatio, vt & annuntietur lætum gratiæ Dei nuntium, & doceantur homines qua ratione diuinæ gratię, & salutis æternę fiãt participes. Huic ergo tam sancto operi cùm intentus esset Dominus, illi pro sua authoritate dicunt illi imperiosè: Dic nobis, in qua potestate hoc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem? In quibus interrogationibus D. Hieronymus nomẽ potestatis accipit pro virtute & viribus, vt intelligantur E quærere in qua virtute faceret miracula quæ ædebat, an in virtute diuina, an in virtute dæmoniaca. Quem sensum etiã pertractans & expendens Origenes, putat non esse conuenientem, quòd interrogatores illi certo scirent neminem de seipso dicturum quod in virtute diaboli æderet miracula, etiãsi illud verum esset. putat ergo Origenes istos agnoscentes varias esse potestates diuinas, nec omnes prophetas in eadem potestate fecisse miracula, interrogasse in qua multarum illarum potestatum faceret miracula. At pro veriori & simpliciori harum quæstionum intelligentia sciendũ, quod prodictione, potestas, hoc loco est ἐξουσία, quę magis significat ius & authoritatem, quàm virtutem aut vires. Sensus ergo est: Qua authoritate hęc facis, an propria & vsurpata, an ab alio accepta? Quod si ab alio accepta authoritate hæc facis, vt te omnino dicturum putamus, quis est qui dedit tibi hanc potestatem, id est authoritatem hæc faciendi: Deus ne scilicet, an pontifex, an Cæsar, aut alius quisquam qui legitimè dare potest? Demonstrat autem pronomen, hæc, non potissimùm miracula quæ Dominus ædidit, sed alia quędam eius opera, quæ tunc nouo & insolito modo faciebat, nimirum quod cum solenni acclamatione populi insidens asino ingressus est Hierusalem, quod è templo eiecit ementes & vendentes, nec sineret quenquam vas deferre per templum, & præcipuè quod sibi vindicaret officium docendi quotidie populum in templo, cum hoc esset officium scribarum. Id enim satis significat Lucas, cùm dicit, quod Domino docente in templo conuenerunt dicentes ad illum: In qua potestate hæc facis? præterquam enim quod Marcus & Lucas nulla commemorant miracula in Hierusalem vel in templo nunc facta, non conuenienter etiam interrogaretur qua authoritate Dominus operaretur miracula: sed conuenienter interrogatur, qua authoritate sibi vindicaret eiicere quosdam è tẽplo, atque in eodem totos dies docere, cum hæc viderẽtur pertinere ad principes sacerdotum & scribas. Consonat autem huic intelligentię, quæstio quam Dominus vicissim illis opposuit, quærens non qua virtute, sed qua authoritate Ioannes baptizasset. Porro hæc sacerdotum & scribarum interrogatio eo tendebat, vt quoniam sciebant eum non posse dicere se authoritate vti quam legitimè ab homine aliquo accepisset. si quidem taceret, accusarent eum tanquam sibi vsurpãtem authoritatẽ, quam nemo sibi potuit à seipso vsurpare: si verò diceret à Deo se accepisse eam potestatem, rursum quemadmodum apud Ioannem, obiicerent ei: Quod signum ostendis nobis, quia hoc facis? aut, quemadmodum alias aliquoties peterẽt signum de cœlo sibi exhiberi, quale illis Dominus semper negauit exhibere.

RESPONDENS AVTEM IESVS DIXIT AD ILLOS: INTERROGABO VOS ET EGO VNVM, &c.] Nec tacere poterat Dominus, ne videretur sibi conscius vsurpatæ potestatis, ac cedere illorum authoritati: nec dicere ei conueniebat quod erat rogatus, quod illi indigni essent illud audire, & sine fructu essent audituri. Nec rursum dicere conueniebat principio, illos indignos esse qui auditent quod interrogabant, ne videretur subterfugere responsionem. proinde prudẽter ꝟiciſim aliam illis ſimilem proponit quæstionem, ad quam si respondere recusarent, manifestum fieret indignos ipsos esse qui audirẽt quod ab alio quærebant: si verò rectè respondere rent, ipsi se sua sententia condemnarent, imo & propositæ à se quæstioni ipsi simul satisfacerent. Nam si dixissent Ioannis baptisma fuisse è cœlo, hac responsione etiam conuinci potuissent. Iesum cui Ioannes testimonium perhibuit, diuina præditum potestate & authoritate. Sic autem Dominus ad alterius propositionem quæstionis cõfugit vt tamen non posſit videri, ſubterfugere petitã responſionem, dum promittit se responsurum si illi responderent: Interrogabo, inquit, etiam vos ego vnum sermonem, hoc est, vnum aliquid, vel, vnam rem

rem (est enim Hebraismus in scripturis frequens.) A quem si dixeritis mihi, etiam ego vobis dicam in qua potestate hæc faciam, imo me tacente ex vestra responsione manifestum erit quod quæritis: Baptismus Ioannis vnde erat, è cœlo, an ex hominibus? hoc est, à Deo profectus erat, an hominum fictione admixtus, & Ioannes ipse diuina an humana authoritate baptizauit? At illi perplexitate inuoluti qua Dominum inuoluere putabant, cogitabant inter se vel potius reputabant inter sese (est enim Græcis διαλογίζεσθε, & significatur eos non tantum in cordibus suis cogitasse, sed etiam inter sese contulisse & deliberasse quid responderent, quemadmodum patet ex eo quod dicunt: Si dixerimus) dicentes: Si dixerimus, è cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis ei, scilicet Ioanni, vt illo prædicante baptismum pœnitentiæ, vos illum B ab eo susciperetis? aut, Quare non credidistis ei de me testificanti, cuius testimonia debuissetis agnoscere diuina esse, si credidissetis eius baptismum esse diuinum? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus ne turba ab eo gregatim baptizata lapidibus nos obruat tanquam blasphemos, eo quod omnes habeant Ioannem verè fuisse Prophetam, *Rom. 8.* id est, doctorem diuinitus missum. Sic enim nomen Prophetę superius diximus accipi in scripturis frequenter. Porro pro eo quod in Luca legimus, Certi sunt enim; Græca habent, πεπεισμένοι γάρ εἰσι, id est, persuasa est enim, vel persuasum habet, nẽpe plebs. At interpresserè hoc participium C vertit per certus: vt ad Romanos, Certus sum enim quia neque mors, neque vita, &c. & aliis locis, in quibus proinde certum esse exponi debet per certò persuasum esse & certò credere. In illo autem quod in Matthæo legimus: Omnes enim habebãt Ioannem sicut Prophetam; pro, habebant in Græcis & Latinis codicibus emendatioribus est, habent, vt sint verba non Euãgelistæ, sed sacerdotum & scribarum, quemadmodum illud Lucæ: Certi sunt enim Ioannem prophetam esse; vnde illud habebant, ex Marco videtur desumptũ, qui habet: Omnes enim habebant Ioannem quia verè propheta esset; sicut in eo quod apud Marcũ præcedit: Si dixerimus, ex hominibus, timemus turbam; ex Matthæo scriptum est, timemus, pro timebant. Sic enim & Græca habent, & antiqui codices Latini, nominatim vnus qui mihi ad manum erat, vt sit mutatio personæ apud Marcum non infrequens in scripturis. Sed ad rem. Cum neutram interrogationis partẽ se viderent tutò eligere posse, non veriti sunt ignorantiam mentiri, & ad humilitatis verbum confugere, vt dicerent se nescire, multis sanè nominibus sese condemnantes, nimirum quod id nescire se dicerent qui omnium se profitebantur magistros, quod etiam ipsis fatẽtibus vniuersus populus cognouit, quod itẽ pro ratione sui officii ipsi ignorare non debebãt, non minus quàm quod modò veluti pro suo officio à Christo quærebant. Denique quod missis ad Ioannem legatis ex ipso Ioanne didicerant, cui si non credidissent testificãti se missum à Deo, nec Iesu credituri erant, idem de se testificanti. Itaque cum declarassent se subterfugere responsionem ad id quod quærebatur, & proinde indignos quibus respõderetur quod quærebant, etiam Dominus dixit illis, non quidem se nescire (non enim, vt illi, veritas mentiri potuit) sed, nec ego, inquit, dico vobis, in qua potestate hęc facio. Quo significat & illos quidem scire, sed nolle dicere, & se quoque quod quærebatur scire, sed meritò etiam illis non dicere. Porro vt in Christo hic obseruandum est, quàm prudenter sapientes cõprehenderit in astutia eorũ: vt hinc discamus in sapientia & cautè respondere insidiatoribus, & clauum clauo pellere, atque veritatem indignis celare, ne sanctum detur canibus: ita in interrogatoribus Christi obseruandum, quàm nihil illis fuerit curæ vt verum responderent, sed vt quod ipsis esset commodum. Si commodum ipsis fuisset, dicere baptismũ Ioannis fuisse è cœlo, incunctanter dixissent, similiter dicturi illum fuisse ex hominibus, nisi & hoc illis fuisset incommodum. Quia ergo neutrum commodè dicere poterãt, ad id quod solũ superterat confugiũt, ignorantiam prætendentes, putantes se hac ratione commodè elabi. Sic respondent falsi doctores, non quod docet scriptura, sed interpretãtes quod ad ipsorum facit affectus. Sic impii quique, quibus non est veritatis ratio, nec timor Dei ante oculos eorum, nõ quàm verè, sed quàm commodè omnia dicant, soliciti sunt. Dicit autem Dominus, per verbum præsentis temporis: Nec ego dico vobis: (sic enim legẽdum est, & non, dicam (quia quod tunc non dixit, postea satis dixit, cùm à Caipha adiuratus dixit se esse Christum filium Dei viui. Ideo autẽ iam Dominus dicere noluit quod quærebatur, sed prudenter declinauit, quia illa sua authoritate ipsum iam premebant dicentes: dic nobis, quem postea cùm se Christum diceret, apertè Dei præmebant authoritate & reuerentia.

ET COEPIT ILLIS IN PARABOLIS LOQVI. QVID AVTEM VOBIS VIDETVR? HOMO, &c.] Non satis erat Domino ex illorum responsione sumere occasionem declinandi responsionem eius, quod illi indigni erant audire, & sine fructu audissent, sed ex materia illis proposita, imò & ex eadem illa ipsorum responsione sumpsit etiam occasionem arguendi illos intolerabilis impietatis, idque eius, de qua studiosè à se prospectum putabant, ne sibi obiici posset. Noluerunt enim dicere baptismum Ioannis è cœlo esse, ne argueretur illorum incredulitas, ideoque dixerunt se nescire quod quærebatur. At Dominus etiam ex hac responsione arripuit occasionem redarguendi eorum incredulitatem, quòd nescirent illud quod etiam peccatoribus & publicanis non fuit incognitũ. Quo autem imprudentes contra se proferrent sententiam, sicque efficacius perstringerentur, proponit eis aliam quæstionem; sed sub ænigmate & parabola, dicens: Quid autem vobis videtur, de eo scilicet quod nunc sum propositurus? Homo quidam habebat duos filios, &c. Est enim parabola ipsa ad literã satis aperta. Quid autem per eam Dominus significare voluit, ipsemet postea accommodando eam aperuit: ex qua accommodatione patet eum per filios istos duos significasse duplex hominum genus, quos habet Deus pater, eorum scilicet qui manifesti sunt peccatores, & eorum qui iusti volunt videri. Per filium enim primum, qui iussus ire in vineam, verbo quidem recusauit, sed postea pœnitentia motus fecit quod iussum erat, publicanos & meretrices significauit, qui cum imprimis Dei voluntati obedire recusassent, postea pœnitentia ducti ad prædicationem Ioannis voluntati diuinæ obedire cœperunt. Per filium vero alterum, qui verbo quidem obedientiã promisit, at facto inobediens fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit, sacerdotes Iudæorum, scribas & Pharisæos notauit, qui cùm verbo profiterentur promptitudinem obediendi Deo, semper habentes in ore legem Dei, Dei præcepta per Ioannem prædicata non fecerunt, contemnentes illius baptismum, ac Christum cui ille testimonium perhibuit, agnoscere recusantes. Et quidé cum in alia parabola duorum filiorum, quæ est apud Lucam de filio frugi, & filio prodigo, Dominus manifestos peccatores significauerit per filium adolescentiorem, ob peccandi facilitatem quæ conuenit adolescentiæ, hic eosdem significauit per filium primum, propterea quòd huiusmodi peccatores resipiscentes, primi sint coram Deo, eosque præcedant qui videntur hominibus iusti: vnde indicare volens Dominus quos per primum filium significauerit, & quare, accómodando parabolam dicit: Publicani & meretrices præcedunt vos in regnũ Dei: hoc est, primi facti sunt qui erant nouissimi, & contrà. Non ergo secundùm præcipuum & primò intentũ per parabolam sensum per duos istos filios duo populi significantur, gentilis & Iudaicus, quemadmodum plerique intelligunt. Sed tamẽ, quemadmodum in parabola filii prodigi dictũ est, quod quãuis secundum sensum à Domino præcipuè intentum per duos filios significẽtur duo genera hominum qui fuerunt apud Iudæos tempore Christi, peccatorum scilicet & iustorum, ex cõsequẽti tamen & secundariò rectè intelligantur significati duo populi, quòd peccatores qui ex Iudæis tempore Christi resipuerunt, typus quidá fuerint resipiscentiæ gentium: ita & hic secũdario sensu rectè intelliguntur significari gẽtilis populus & Iudaicus. Gentilis enim populus per primum filium designatus, siue quia prior fuit gentium populus quã Iudaicus, & per legem naturalem prius Dei mãdata acceperat, siue quia hic populus in gratia Euangelica factus est per fidem ex nouissimo primus, & in Dei electione ac prædestinatione ab æterno fuit primus, imprimis quidem multo tempore contumaciter Dei mandatis parere renuit, post ea verò cùm exorta esset lux Euangelica pœnitentiam agens cœpit excolere diligenter vineam Domini, Iudaico populo obedientiam quam verbo promiserat (dicens Moyses: Omnia quæ dixerit nobis Dominus faciemus) ipso facto negante, propter quod ille quidem primas cœpit obtinere in regno Dei, Iudaico populo facto ex capite in caudam, ita vt si velit in regnum Dei peruenire, sequi debeat fidem & conuersationem gentium.

†b.e. Vtinè patiantur homines

DICIT ILLIS IESVS: AMEN DICO VOBIS, QVIA PVBLICANI ET MERETRICES, &c.] Legendum esse; præcedunt in regnum Dei; & non, præcedẽt in regno Dei; & Græca docent, & Latini codices scripti, quemadmodum

a b Lucã c.o. colo

* b. & † c. daret illi.

NOTANTVR PHARISÆI PARABOLA DE LOCATA VINEA.

Matth. 21. Marc. 12. Luc. 20. CAPVT CXIIII.

†b.e. vt eum.

a c. addidit mittere

b alium †b.e. & illum

c. addidit mittere

Cepit autem dicere ad plebem parabolam hanc: [a] Aliam parabolã audite: †[1] Homo[c] quidã [a] erat paterfamilias qui [1] plantauit vineã, [c] & sepẽ circundedit [a] ei, [c] & fodit [a] in ea [b] torcular, & ædificauit turrim, & locauit eã agricolis, [c] & peregrè profectus est, [c] & ipse peregrè fuit multis temporibus. [a] Cum autẽ tẽpus fructuũ appropinquasset, [*] misit ad agricolas [b] in tẽpore seruum, vt † ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui [b] apprehensum eũ cæciderũt, & cæsum dimiserunt [c] eum † [b] inanem. Et [a] iterũ misit [b] ad illos alterũ seruũ. [c] Illi autem † [b] hunc quoque [b] in capite vulnerauerunt, & contumeliis affecerũt, [&] [c] cædentes, & afficiẽtes cõtumelia, dimiserunt inanem. [a] Et [b] rursum [b] alium tertium [b] misit, [c] quẽ & illum [c] vulnerantes, [b] occiderunt, [&] [c] eiecerunt. Tres

Tres istos seruos, quos diuersis vicibus missos Marcus & Lucas scribunt, Matthæus simul comprehendit hoc modo:

Misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensos seruis eius, alium cæciderunt, alium occiderunt, aliũ vero lapidauerunt. [b] Et [a] iterum misit alios [a] seruos [c] plures [a] prioribus, & fecerunt illis similiter, [b] quosdam cædentes, alios vero occidentes. [c] Dixit autem dominus vineæ: Quid faciã? mittã filium meum dilectum. [b] Adhuc ergo vnum habens filiũ charissimum, † & illum misit ad eos nouissimum, dicens: [b] Quia forsitan cùm hunc viderint, [*] verebuntur [c] filium meũ. [1] Agricolæ autem videntes filium cogitauerunt, [&] [c] dixerunt † ad inuicem, [c] dicentes: [d] Hic est hæres, [c] venite, [1] occidamus eum, † & habebimus hæreditatẽ eius. Et [*] [c] apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & [c] eiecerunt eum extra vineam [1] occiderũt. [c] Cum ergo venerit dominus vineæ, [1] quid [*] faciet [a] agricolis illis? [b] dicunt ei: Malos malè perdet, & vineã suam locabit aliis agricolis, qui reddẽt ei fructũ temporibus suis. Dicit illis Iesus: [b] Veniet, & perdet colonos [c] istos, [b] & dabit vineã aliis. [c] Quo audito dixerunt illi: Absit. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptũ est. ‖ [c] Nunquam [b] scripturam hanc [c] legistis? [a] in scripturis? [d] Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. [c] A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. [a] Ideo dico vobis: Quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et [c] omnis qui ceciderit super † lapidẽ istum cõfringetur: super quem verò ceciderit, [*] conteret eum. [a] Et cũ audissent principes sacerdotũ & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. [1] Et quærebant principes sacerdotum & scribæ ‖ [b] mittere in illum manus [c] illa hora, & [a] quærentes tenere eum timuerunt † turbas, [a] quoniã sicut Prophetam eum habebant. [b] Cognouerunt enim † quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc.

†a. nouiss. fine amplius misit ad eos filium suum.

* b.e. verebantur.

‖ b.e. colonis autem

‖ c. Quẽ cum vidisset colonis.

‖ c.e. intra

†b & non hæreditas c. nõ nostra fiat hæreditas

‖ b. apprehendentes eũ occiderunt & eiecerunt

† c. ergo

‖ b. Nec

† c. illum

c. lapidem conquassabitur.

a c.e. communiter. ‖ b. tenere eum

† b turbã t. populum

† b.e. quoniam ad eos

CCOEPIT AVTEM DICERE AD PLEBEM PARABOLAM HANC HOMO QVIDAM, ERAT, &c.] Superiori parabola notauit dominus principum incredulitatẽ obstinatã: nunc verò ex illa parabola quæ de vinea erat, alterius quæ etiam de vinea est occasionem sumẽs, notat alia etiam & grauiora eorum crimina, & eorundem ob huiusmodi crimina perditionem. Dicit autem Lucas, parabolam hanc dictam ad plebem non quod ad plebem potissimum pertineret, sed quod audiente plebe, & conuersus ad plebem Dominus eam dixerit. Et quidem parabola ipsa in se satis est clara, intentus autem à Domino sensus satis etiam colligitur ex his quæ in fine veluti pro parabolæ explicatione subiiciuntur. Itaque per hominem patremfamilias qui plantauit, vel, vt legimus apud Marcum, & est idem, pastinauit vineam, Deus pater significatur, totius mundi veluti suæ domus gubernator, qui populum Iudaicum veluti vineam electam plantauit, primo quidem in Ægypto: sed quoniam locus ille non esset fructibus dandis aptus, posteà transplantauit in terram Chanaam: iuxta illud Psalmi: Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eã. Per sepem circũdatam vineæ, ac turrim in ea ædificatam, & torcular in ea effossum, in generali significatur Deũ omnia huic vineæ prouidisse quæ ei essent necessaria. In speciali autem per sepem, quãquam aliqui intelligãt legem Iudaico populo datam, quæ præscribens limites agendi separauit hunc populum à gentibus, & sub qua, vt inquit Paulus, custodiebantur conclusi: rectius tamen intelligitur ipsius Dei custodia per angelos suos & rectores populi, quæ populũ ab incursu circumiacentium gentium custodiuit. Vnde Psalmo prædicto Propheta conquerens, populum Israeliticum Dei protectione & custodia destitutum: Vt quid, inquit, destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? Et, destruxisti omnes sepes eius, diripuerunt eam omnes transeuntes viam. Per turrim ad vineæ custodiam ædificatam, rectè intelligitur tabernaculum, ac deinde templum in Hierusalem extructum. Sicut enim turris in vinea facit ad illius custodiam, vt in illa speculatores ex alto prospectent num quis vineam demoliturus adueniat: ita templum ad religionis faciebat custodiam, & in eo versabantur maximè hi qui constituti erant speculatores domus Israel, qui gradus sui altitudine quam in templo obtinebant, prospicere debebant ne quid mali vineæ ab aliquo inferretur. Per torcular autem in vinea effossũ, intelligitur communiter altare holocaustorum, nec male. Sicut enim (inquit Hieronymus in Isaiam scribens) ad torcular omnes vuæ comportantur atque calcantur, vt ex eis exprimatur vinum: ita altare omnis populi suscepit fructus, & immolatas hostias deuorauit: iuxta illud quod de Beniamin, in cuius tribu fuit altare, legimus: Beniamin lupus rapax mane comedet, & ad vesperam dabit escam. Aut simpliciter per turrim ædificatam significatur Deum populo Israelitico dedisse speculatores: per torcular, lex, quæ purum ab impuro discerneret, malum à bono distinguens, & per quam e populo veluti exprimeretur dulcissimum bonorũ operum vinum, quo & coloni & Deus ipse suauiter refici retur. Imitatus est autem Dominus in principio huius parabolæ, canticum Isaiæ de vinea Domini. Habet enim sic: Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam, & lapides collegit ex ea, & plantauit vineam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. per hæc autem significari Deum prouidisse populo suo de omnibus necessariis, patet ex eo quod subiicitur: Quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? Quid autem per sepem peculiariter significetur, patet item ex illo quod sequitur: Auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationẽ. Ne autem dubitare possemus quid per vineam sit intelligendum, subditur: Vinea Domini exercituum domus Israel est. porro quò intelligatur quod hic dicitur paterfamilias fodisse in vinea torcular, sciendum quod lacunis olim effossis, vinum recẽs expressum excipiebatur. Vnde in Marco vertit interpres, lacum, cùm ibi sic Græcis ὑπολήνιον, sicut apud Matthæum est ληνὸς. Vnde & apud Isaiam in Hebræo est Catsab, id est, excidit torcu-

Psal. 79.

Isaiæ 5.

Psalm. 88

Universidad de Deusto
Biblioteca

lar in ea,& in Græcis est, προλήνιον ὄρυξα ἐν αὐτῷ, id est,torcular vel lacum effodi in ea. Per agricolas autē quibus vinea locata fuit,significantur principes populi in rebus spiritualibus & temporalibus, quibus vineā suam,hoc est,populū suum excolendum cōmisit Deus.Et bene quidem vinea non venditur,sedlocata. Qui enimvendit,dominium rei amittit:qui verò locat,dominium sibi reseruat, & vtilitatem quandamcōducenti relinquens, fructum tamen aliquem ex sua re ab illo requirit. Ita & Dominus principibus populi non tradidit populi sui dominium,sed dominio sibi seruato, concessit eis lanam ouium & lac,requirens tamē sibi solui à sua vinea suauem iustitiæ fructū.Quod per egrē profectus dicitur paterfamilias, & fuisse peregre,id est,in externa regione,multis temporibus, significat Deū,postquam se in monte Sinai populo Iudaico & principibus eius præsētem exhibuit, quando vineæ suæ de cunctis prouidit necessariis, eamque excolēdam principibus commisit,deinde velut absentem reliquisse eis liberum operandi arbitrium.Tempus fructuum erat,cum iam habitarent in terra promissionis quiete,tempore scilicet Dauidis,Salomonis,& sequentibus,cum maximè videbatur tempus opportunum reddēdi fructum, qui erat obseruatio legalium præceptorū & virtutes. Per seruos missos vt acciperent à vinitoribus fructus vineæ, Prophetæ significantur missi,vt cōmonefacerent principes sui debiti, quòd non solum sibi,sed etiam Domino deberent vineam colere,quodque Dominus per illos à populo requireret fructum bonorum operum & veræ religionis. At illi non solum non dederunt debitos fructus, sed etiam prophetis iniecerunt manus,variis modis eos indignè tractantes, & vnum quidem cæciderunt,vt Ieremiam,alium etiam occiderunt,vt Isaiam: alium lapidauerunt,vt Zachariā filium Barachię,quē occiderunt inter templum,& altare. Notādum autem in parabola duplicem describi seruorum missionem. Alteram,qua singuli seorsum mittebantur vnus post alium,quemadmodū describūt Marcus & Lucas,qui tres missos successiue commemorant, quorum posterior peius semper tractatus dicitur.Nam primus quidem tantū cæsus dicitur,secundus verò non solum affectus cōtumelia, hoc est,ignominia(nam Græcè est ητιμωμενον,cùm contumelia proprie sit in verbis)sed etiam vulneratus in capite:tertius autē non tantùm vulneratus,sed etiam occisus.Quos tres Matthæus simul cōmemorat,veluti simul missos,cùm ex aliis Euāgelistis sit intelligēdum successiue missos. Sed nec eum seruauit ordinem in tribus his seruis quē alii duo.Nam tertio loco ponit eum quem Marcus secundo.Quem enim dicit lapidatum,is est quem Marcus secundo loco posuit.Nā pro eo quod nos in Marco legimus;& illū in capite vulnerauerunt; Græce est,καὶ ἐκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλίωσαν, id est,& illū lapidantes in capite vulnerauerūt,vel lapidibus in eum iactis caput illi comminuerunt. Altera autē missione quā prætermisit Lucas,q̄ sub tribus omnes missi Prophetæ comprehendi satis possent, dicuntur plures simul vel successiue missi,sed similiter cum aliis tribus tractati. Quibus seruorum missionibus significatum est, Deum in primis quidem pauciores misisse Prophetas,idque frequēter ac diuersis temporibus,sed postea maiorem Prophetarum numerum misisse,vt multitudine coerciti facerent suum officium. Huiusmodi itē

A narratione mire cōmendata est Dei leniras & patientia,qui vt post iniuriā vni aut alteri seruorum illatam,non statim vocauit illos ad supplicium,sed expectans vt resipiscerent, non destitit diuersos mittere, sua bonitate certans contra illorū malitiam,dum per singulos gradus malitiæ, Dei misericordia & beneficia crescebāt.Notata item pulchre principum Iudaici populi malitia,vt qui in primis in pauciores & leuius peccauerunt: postea verò & in plures,& grauius,ita vt contra Dei clementiam humana malignitas certaret.Hinc dicit Dominus, Misi ad vos omnes seruos meos prophetas,per diem consurgens diluculo,& mittens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam: sed B indurauerunt ceruicem suam,& peius operati sūt quàm patres eorum. Porrò omnium maxime Dei benignitas & patientia commendatur per hoc quod in parabola paterfamilias post occisos & iniuria affectos omnes suos seruos,tandem etiam filium suum,quem habebat & vnicū & clarissimū misisse dicitur,in quo proculdubio seipsum Dominus significauit,indicans proinde se longe diuersum à reliquis prophetis,quantum scilicet in familia aliqua differt filius à seruis.Quòd autem dicitur paterfamilias dixisse : *Quid faciam?* si item velimus Deo accommodare,quanquam non sit necesse omnia quæ in parabola dicuntur,rei significatæ applicare,cum multa in parabolis ponantur vt ex C pleatur narrationis ordo, accipiendum est significare non ambiguitatē & perplexitatē in Deo, sed humani generis amorem, qui non permisit Deū quiescere,quin omnia tentaret quibus ad resipiscentiā Iudaicus populus moueri posset.Sic Oseæ 6.dicit Dominus:Quid faciam tibi Ephraim?quid faciā tibi Iuda?Similiter quod dicit paterfamilias, *verebuntur filium meum*,cum tamen non sint reuerenti, non ignorantiam significat Dei, sed significatur quid fieri iustum esset,& quid merito expectari ab eis posset.quasi dicat:Merito verebuntur filium meum,quemadmodum ei dicere solemus,cui roganti cum frequēter meritus esset vapulare,peccatum remittimus:Saltem posthac eris bonę frugi. Sic quod apud Lucā dicitur:forte verebuntur eius D non ambiguitatem significat in Deo ; sed liberam hominis voluntatem:quomodo Dominus dicit se mittere Ezechielē ad Iudæos,si forte audiant, & si forte quiescant.Quod autē agricolæ etiā viso filio suo adeo non sunt reuerīti,vt mox etiam inierint consilium de occidendo illo,vt hæreditatem illius sibi possent vsurpare, significat principes Iudæorum cum viderent Iesum haberi à populo pro Christo Dei filio,& ex signis ipsis atque prophetis merito id agnoscere deberent,inter sese consilium tractasse de occidendo illo,ac certo decreuisse illū occidere,idque ea de causa , quia metuebant ne per fidem populi in Iesum, ipsi à populo vilipenderētur,periretque eorū & reuerentia, & lucrum, & quia cupiuerunt dominium & possessionē populi Dei,quæ Christo debebatur , sibi vsurpare. Quod Ioannes suprà adimpletum ostendit,quādo in domo Caiphæ cōsilium iniisse pontifices & pharisæos dicit de occidendo Iesu, dicentes : Ne forte veniant Romani,& tollant nostrum locum & gentē;à quo die statuisse illos dicit vt occiderent eum. per hoc hoc autem quod extra vineā filiū agricolæ eiecerunt;ibique occiderūt,significare voluit Dominus se extra Hierusalē,quo Dei populus omnis cōueniebat,educendū,atque extra portam quem

admodum

Heb. 13. admodū Paulus dicit,passurum,quod & prius in A veteri testamento præfiguratum fuit,dum hostias pro peccato,quorū sanguis inferebatur in sancta sanctorum,extra castra cremari iussum fuit.Quod autem Marcus dicit: apprehendentes eum occiderunt & eiecerūt;quasi prius occiderint quàm eiecerint,intelligendum est dictum ordine inuerso,quē admodum multa in scripturis. Aut si ordinem seruatum velimus,intelligendum est in alio sensu dictum,quod eiecerint eum extra vineam,nimirum quod ipsum prout eis videbatur hæreditate vineę priuauerint.Et hæc quidem pro parabolæ propositæ explicatione.Cæterū contrarietatis aliquid in sequenti videtur Euangelistarum narratione. Nam cum Matthæus ad interrogationem Domini quærentis, quid ergo dominus vineæ veniens facturus sit agricolis illis,dicat Scribas & sacerdotes præsentes dixisse:Malos malè perdet,& vineam suā locabit aliis,&c.Marcus & Lucas commemorāt quasi Dominus ipse dixerit, Veniet & perdet colonos istos,& vineā suā dabit aliis.Nec enim dici potest apud Marcum & Lucam Scribarum & Pharisæorum vocem subiunctam verbis Christi omissa illa parte,Illi respondērunt,vel dicunt ei. Quia Lucas subiungit:Quo audito dixerunt illi, Absit.Nisi dicamus inter auditores quosdam respondisse quod Matthæus cōmemorat:quosdam verò illud quod Lucas dicit,hoc est, Absit. Sic enim Euangelistas conciliandos putat D.Augustinus. At quia omnino videtur ex Marco & Luca,etiam Dominum dixisse colonos illos perdendos,rectius cum Chrysostomo dicitur, primum quidem illos (sicut habet Matthæus)respondisse colonos illos perdendos,ignorantes se proferre contra seipsos sententiā:deinde verò Dominum etiam dixisse quod illi dixerant,confirmando & approbando eorum sententiam,sed sic vt ex verbis vel gestu ipsius intelligerent illud contra se dictum,ac tū respondisse quēadmodum habet Lucas, Absit:non quidem significare volentes,non conuenire vt mali huiusmodi colom perderentur,sed illud nequaquam sibi competere.vt sit sensus, Absit hoc nobis,vt, quēadmodum significas,id in nobis eueniat. Nolebāt enim agnoscere se parare necem filio Dei , & proinde nec sibi cōpetere,vt cum malis illis colonis perdantur:vinea domini aliis locata.Porrò domini vineæ huius mystice venit ad Iudæos,quando per Romanos vindictam de eis sumpsit,requirens ab eis sanguinem omnium Prophetarum qui effusus erat à constitutione mundi.Exponit hanc parabolam D. Irenæus li.4.cap.70.ostendens vnum eundemque esse Deum à quo missi sunt Prophetæ & Christus filius Dei.quod idem contra gnosticos ostendit & ex parabola sequente.

Exod. 2 & 3.

DICIT ILLIS IESVS: NVNQVAM LEGISTIS IN SCRIPTVRA: LAPIDEM, &c.]Quanquā nec Matthæus nec Marcus commorent Scribas contradixisse Domino parabolam in illos torquenti,tamen eos cōtradixisse, quemadmodum Lucas narrat, satis etiam illi duo significant , dum Matthæus quidem dicit subiecisse Dominum,Nūquam legistis,&c.& Marcus similiter, Nec scripturam hanc legistis?Hic enim modus interrogandi contradictionem quandam præsupponit,& tantundē significat,ac si diceretur sicut habet Lucas:Quid est ergo quod scriptū est ; quemadmodum annotauit & D.Augustinus.Cùm ergo illi contradicerent, nec in se quadrare parabolam

B vellent, Dominus eos in scripturis peritos ad scripturas remittit,vt hinc dicerent prædictum, quod per parabolam suprà fuit significatum,quòdque illi à se depellebant,dicentes:Absit. Qua responsione tria quidem à se depellebant,nimirum quòd rejecturi essent Christum filium Dei,quod ob id malè essent perdendi,quodque ablata ab eis vinea Domini aliis esset tradenda.Horum itaque primū & tertium Dominus significat prædictum esse per Prophetā,cū dicitur de Messia , lapidem ab ædificantibus reprobatum,factum in caput anguli.Hoc Psal.117 enim significatur,Christum(de quo Psalmū illum dictum nō potuerunt negare) & à primoribus reiiciendum,& tamen principem aliorum fore, quod est vineam Domini alio transferendā esse, aut primoribus illis subtrahendam.Est autem in hoc vet sti Psalmi pulchra allegoria,qua sub similitudine lapidis alicuius quē ædificantes cementarii inutilem,& nullo loco in suo ædificio dignum iudicantes reiiciūt:qui tamē in alio ædificio efficitur lapis præcipuus,nimirum angularis,imo caput anguli, hoc est angularis summus, qui duos parietes inter se connectat,& coniunctos retineat ; significatur Christum solidam petram,quam in fundamentis Sion pater iecit, à primoribus Iudæorum quorum erat ædificiū Dei ex viuis lapidibus construere , reiiciendum veluti inutilem suo ædificio. hoc est, synagogæ,sed eundem futurum in Dei ædificio præcipuum,& veluti lapidem summum angularem, C qui duos populos cōiūgat,& retineat veluti duos parietes in vnum ædificium.Itaque qui in parabola significantur per agricolas , nunc significantur per ędificantes:& qui per vineam,nūc significātur per ædificium.Porro Hebraica phrasi dictum est, factus est in caput anguli,pro; factus est caput anguli.Vnde Paulus ad Ephes.2.cap. & Petrus epistolæ 1.cap.2.Christum vocat ἀκρογωνιαῖον,id est summum angularem,vel in summo anguli positū. Est enim Christus totius ædificii spiritualis fundamentalis lapis,quatenus ei omnes per fidem nituntur. Est & eiusdē ędificii lapis summus angularis,quatenus in se in vnam Ecclesiam coniecit duos populos,principium simul & complementum totius structuræ Dei.Circa sequentem autem psalmi versiculum,A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris; sciendum quod quæ nos habemus in neutro genere ,Græcis simul & Hebræis sunt per fœmininum genus dicta. Græcè enim est,ἐγένετο αὕτη καὶ ἐστι θαυμαστή.id est,facta est hæc, & est mirabilis.Et apud Græcos quidē pronomen αὕτη referri potest vel ad caput , vel ad angulum, quod vtrunque nomen illis sit fœmininum : apud Hebræos autem non potest pronomē referri ad caput , sed bene ad angulum,quia pinna , id est , angulus,illis est fœminini generis,non autem Ros,id est,caput.Itaque Græci ferè referunt ad angulū, vt vertēdum nobis sit per masculinum genus:A Domino factus est ille,nempe angulus,& est mirabilis in oculis nostris. Sed magis probabile est in hoc versu fœmininum genus positum ex Hebraica phrasi pro neutro,quemadmodū noster vertit interpres,vt pronomen,istud,referatur nō ad capur, vel ad angulum,sed ad totum quod præcessit:& sit sensus:à Domino factum est istud, nēpe vt reprobatus lapis fieret in caput anguli,& hoc ipsum est mirabile in oculis nostris.Hic enim sensus est conuenientior, quàm si intelligatur angulus factus à Deo , & esse nobis mirabilis. Nam cum superiori

Universidad de Deusto
Biblioteca

versu dicatur lapis ab hominibus ædificantibus reprobatus factus in caput anguli, dicendū potius erat à quo lapis ille ab hominibus reprobatus fact' erat caput anguli, quā à quo angulus factus esset. Certè Diuus Petrus ad hunc locum alludens, satis hunc sensum indicat, dum dicit lapidem istum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum, nimirū quia à Deo factus est in caput anguli. Est autem ea linguæ sanctę prophetas, vt quoniam caret neutro genere, abutatur
Psal. 16. fœminino. Hinc dicitur: Vnam petii à domino, hāc requiram, pro vnum petii à Domino, hoc requirā. Sic Psalm. 40. pro eo quod nos legimus, in hoc cognouimus, Hebræis est, in hac cognouimus. Et alias frequēter per fœmininum loquuntur, quod nos per neutrum dicimus. Quoniam ergo reprobatum lapidē factum dixit scriptura in caput anguli, quo intelligeremus quomodo id factum sit, aut fieri potuerit, subditur: A domino factum est istud, hoc est, non fortuitò id factum est, nec ab hominibus, sed à Domino hominibus multis repugnātibus, sed frustra. Et quia reprobatus lapis, hominibus licet potentibus repugnantibus, diuina virtute adeo est præter spem omnium honorificatus: ideo res hæc in oculis nostris, fidelium scilicet, est admirabilis. De fidelium enim admiratione quæ est cum exultatiōe
Psal. 117. Prophetam loqui patet ex eo quod subiicitur: Hęc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Ex hoc autem scripturæ testimonio Dominus infert parabolam quam illi à se depellebant, vetè in ipsos quadrare: & implendum in eis quod imprimis ab ipsis, & deinde à se iustum esse pronunciatum fuit, dicens: Ideo, hoc est, quia secundum scripturæ testimonium lapis à vobis ædificantibus est reiiciendus qui à Deo futurus est caput anguli, dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur gēti faciēti fructus eius, scilicet regni Dei, nam relatiuum eius referri debere ad regnū, & non Deū, ex Græcis est euidentissimū. Porro quanquā Diuus Hieronymus post Origenem regnum Dei putet accipi pro scripturis sacris, aut notitia scripturarum, aliū verò Christum ipsum hic putēt vocari regnum Dei, simplicius tamen fuerit regnum Dei accipere sicut aliis locis, pro statu & gubernatione qua Deus suum populum peculiariter dicitur regere, & in eo populo regnare, vt sit sēsus: Desinet apud vos esse regnum Dei, & incipiet esse apud gentem facientem fructus eius regni. Vnde Euthymius: Regnum, inquit, Dei dicit custodiam eius qua seruabantur. Et Theophylactus, Ablatum est, inquit, regnum Dei à Iudæis, hoc est, peculiaritas qua Dei proprii erant. Cæterùm apud Iudæos tempore Christi dupliciter erat regnū Dei, videlicet & ratione legis Mosaicæ, quæ cultum Dei illis præscribebat, & sacerdotium illis constituerat, per quæ peculiari ratione in eis semper regnare dictus fuit Deus, & rursum ratione legis & doctrinæ Euangelicæ, per quam dominium
Matt. 12 peccati & diaboli ab eis cœpit tolli, propter quod dixit illis Dominus: Si ego in spiritu Dei eicio dęmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Secundùm vtramque autem regni Dei apud Iudæos tunc existentis considerationem, regnum Dei auferendum dicitur ab eis, & iam ablatum est, quia & cessauit apud eos cultus legalis ac sacerdotium, & quia indignos se fecerunt gratię Euangelicę, trāslata est illa ad gentes, secundum illud Pauli & Bar
Act. 10. nabæ: Quia indignos vos fecistis regno Dei, ecce, conuertimur ad gentes. Notanda autem vlterius duo circa hanc domini sententiam. Primùm quòd cùm hac sententia dominus applicet parabolam suo proposito, tamen derelicta allegoria vineæ, nunc Ecclesiam ad populum Dei regno comparat, sicut idem populus Dei alia allegoria in præallegato prophetæ testimonio ædificio comparatur. Nec hęc varietas culpanda est, cum faciat ad maiorem gratiam, & plus habeat efficaciæ. Secundum est, quòd cùm parabola videbatur exigere vt diceret dominus; Auferetur à vobis regnum Dei, aut vinea eius, & dabitur aliis cultoribus; dicit, dabitur facienti fructus eius: significans scilicet regnum Dei non tantùm auferendum à principibus Iudæorum, ad quod parabola videbatur tendere, sed in vniuersum à populo Iudæorum, quòd pro maiori parte Iudæi impietati suorum principum consenserint, & obstinatè fidei Euangelicæ obstiterint. Alteri autem genti, nimirum gentili populo Christiano datum dicitur regnum Dei, non quòd Iudęis negatum sit esse de regno Dei, sed quòd Ecclesia nunc præcipuè sit gentium, sicut prius apud Iudæos præcipuè erat Dei ecclesia & regnum, ad quod gentes admittebantur quasi proselyti & hospites. Conducit autē hæc & alia similis Christi doctrina nostræ ædificationi bifariam. Primùm enim hinc fides nostra nō parum confirmatur, cum videmus impleta quæ hic à Domino prædicuntur, vt relictis Iudæis Dei regnū ad gentes transierit. Secundò, hinc & nos monemur tum in genere simul omnes, tū quisque sigillatim vt oblatam & præsentem nobis Dei gratiam non negligamus, nec spernamus, sed regno Dei nos sponte subdamus, & expectatos à vinea ipsius fructus illi reddamus. Quod enim Iudæis euenturum hic Dominus prædixit, idem & multis gentibus Christianis per Africam, Asiam, & Græciam euenisse iam videmus. Idē & nobis ne vsuueniat verendum est, si vt plerique in hoc occidentis angulo sunt affecti pergant homines contempta Ecclesiastica doctrina, quam nobis tradidit antiquitas veneranda, audire potius magistros pruriētes auribus, & loquentes placentia: ac Ecclesiæ pastores, quibus vinea Domini, & regni Dei propagatio commissa est, suum tantum ex vinea domini commodum, suum tantum in regno Dei honorem quærant, negligentes interim quod in primis curandum erat, vt diligentia ipsorum probè exculta vinea, suo domino fructus adferat. Cum enim sentiamus apud nos fidem & charitatem tepescere, audimus in nouo orbe quāta cū auiditate veritatis doctrinam plerique excipiant. Sicut autem Ecclesiæ pastoribus vinea Domini, hoc est, populus Dei & Ecclesia excolenda cō mittitur: ita & cuique hominum cum baptismi mysterium datur, vinea animæ suæ excolenda bonorum operum exercitio locatur. Mittitque frequēter diuersos suos seruos Deus, qui vnumquemque ad bene operandum & fructificandum Deo adhortetur. Sed missus seruus cæditur, & eiicitur, cum eius sermo contemnitur, & veritatis doctrina non recipitur: aut, quod peius est, etiam irritetur. Hęredem autem quantum in se est quisque occidit, qui filium Dei conculcauerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Quali malo cultore perdito, vinea alii datur, cùm donū gratiæ quod superbus spreuit, humilis accipit.
Heb. 10.

ET OMNIS QVI CECIDERIT SVPER LAPIDEM ISTVM, &c.] Diximus, Scribas & sacerdotes dicētes, Absit. tria à se depellere volunt se, quorū primū & tertiū testimonio Psalmi prædicto probauit. Nunc ergo quòd secundum posuimus, nempe quòd mali & filii Dei occisores malè perdentur, ostendit, occasionē ex prædicto Psalmi testimonio desumens, allegoria scilicet mutata à lapide, cuius nomine Christus in illo testimonio designatur. Ita enim in lapide aliquo magno & solido euenire videmus, vt si super ipsum ex alto loco vasa quędam testacea decidant, illum quidēnul latenus lædant, ipsa verò confringantur, sed sic vt frequenter maneant partes quædam magnæ quæ vsui esse possint, aut ex partibus confracta vasa possint reparari. Eo autem huiusmodi vasa confringū tur magis, quo ex altiori loco & fortius lapidi illiduntur. Si verò huiusmodi lapis ex alto loco ipse decidat super testacea vascula, non solùm illa confringuntur, sed etiam conteruntur, & in minutissimas partes comminuuntur, vt nihil superfit quod vsui esse possit, & contrita vasa reparari nullo mō possint. Itaque ex hac contritione lapidis, quia lapidis facta erat mentio mutuata similitudine, significat Dominus omnes homines esse velut testacea vasa, eosque qui se superbè in hac vita supra mysticum illum lapidem eleuantes, super ipsum ceciderint, perdere eum & frangere conātes, & veluti pedibus suis illum calcantes, nihil quidem ipsi nocturos, sed ipsos confracturos, quia & mēti & corpori perniciem sunt allaturi, omnisque eorum virtus deficiet; idque eo magis quo fortius huic lapidi illiduntur obsistendo ei, & conando eum perdere. Nondum tamen sic confringendos, & perdendos, quin reparan possint. si velint. At cùm lapis iste in cœlum eleuatus, super impios suos graui vltione ceciderit, tum illos sic perdendos, vt iam non possit esse aliqua reparatiōis spes. Ex qua genuina loci huius explicatione, patet quid sit cadere super hunc lapidem, qui est Christus, nimirum non simpliciter impingere in illū, & offendi, sed magis per sequi Christum & nomen eius, quod nō solum frustrà, sed cum proprio item damno homines facturos significat, quemadmodum etiam cùm dictū est Paulo: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Cecidit autem lapis iste super Iudæos incredulos, cùm iratus illi populo per Romanos totum illorum genus exterminauit: & excæcari eos ac obdurari permisit. Sed omnū maximè super hos & omnes impios cadet, quando in nouissimo die graui eos sententia feriet & opprimet, & implebitur illud quod simili cum huius loci tropo dixit propheta: Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas
Psalm 2. figuli confringes; vel vt habent Græca, συντρίψεις αὐτούς id est, conteres eos. Et rursum illud: Comminuam
Psalm. 12 eos vt puluerem ante faciem venti. Sæpe autē in scripturis occurrit hic tropus, quo per contritionē vasorum testaceorum significatur perfecta aut magna internecio & perditio: vt, Comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione præualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa in
Isaiæ 30. qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Sic cùm confregisset Propheta lagunculam in oculis Iudæorum ex præcepto Domini: Sic, inquit Dominus, cōteram popu-
Ierem. 19 lum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest vltra instaurari. PORRO D. Hieronymus paulo aliter has Domini sententias intelligit, nimirū eas nobis magis accommodans, dum sic scribit in cōmentariis: Aliud est offendere Christum per mala opera, aliud negare. Qui peccator est, & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidem, & confringitur, sed non omnino conteritur. reseruatur enim per pœnitentiam ad salutem. Super quem verò ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic cōteret eum, vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillum. Hęc ille.

ET CVM AVDISSENT PRINCIPES SACERDOTVM ET PHARISÆI PARABOLAS EIVS, &c.] Matthæus dicit pluraliter, parabolas, quia duas posuit parabolas, quibus eorum incredulitas & impietas notata est, cùm Marcus & Lucas vnam tantum posuerint. Porro de conatu sacerdotum & Scribarum quærentium mittere manus in Iesum, & metu illorum quo retrahebantur, suprà satis est dictum.

PARABOLA PROPONITVR DE NVPTIIS FILII.
Matthæi 22. CAPVT CXV.

ET respondēs Iesus dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, alius ad negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt: Rex autem cùm audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidē paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni: ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Egressi serui eius in vias, congregauerūt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sūt nuptiæ discūbētium. Intrauit autē rex vt videret discumbētes, & vidit ibi hominē non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habēs vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

ET RESPONDENS IESVS DIXIT ITERVM IN PARABOLIS EIS, &c.] Respondisse dicitur Iesus, quanquam non præcedat aliqua quæstio scribarum & sacerdotum, siue quia respondit cogitationi eorum affectantium ipsum capere: siue simpliciter, quia hāc parabolam superioribus subiecit. Sic enim, vt aliquoties dictū est, sæpe in Euangeliis accipitur, respondere vt sit, subiicere aliquid, quibusdam præcedentibus, siue verbis, siue factis. Commodè autem hanc paraboA B C D E

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam superiori de vinea locata Dominus subiecit, quòd hac idem quidē quod præcedente significatur, nimirum regnum Dei à Iudæis propter ipsorū impietatem auferendum, & dandū gentibus, sed tamen quædam hic apertius significantur, quā illa præcedente parabola: quædam item vlterius significantur quæ præcedente parabola non erant significata. Nam illa quidē significabatur, primates Iudæorum dignè perdendos: hac verò significatur cū eis etiam populum & ciuitatem perdendos: & species item vltionis significatur, nempe quòd incendio ciuitatis, & exercitu contra eos misso. Rursum cùm præcedens parabola significauerit ea quæ vsque ad passionem contigerunt, puta Dei prouidentiam qua erga Iudæos est vsus, ac Iudæorum impietatem in Prophetas, & tandem in ipsum Christum hæc parabola potissimum ea quæ post crucem contigerunt, aut post Christi aduentum indicat, nempe quomodo Iudæi primo sint à Deo ad Christi gratiam vocati, & quomodo in Apostolos eandem patrauerint impietatem quam olim in Prophetas. Cumque superiori parabola tantùm sit significatū, regnum cœlorum dandum gentibus: hic vlterius significatur non omnes qui ex gentibus in regnum Dei fuerint admissi saluos fore, vt ne occasione superioris parabolæ, credentes ex gentibus remissiores essent & nimis securi, existimantes satis esse credere, & baptismum suscepisse, ex quibus satis licet intelligere quàm commodè hæc parabola subiuncta sit superiori, siue Iudæos spectemus, siue gentes. Habita est quidem superius ex Lucæ cap. 14. in c. Concordiæ 91. similis parabola, sed ea vt est alio tempore & loco dicta, quam sit diuersa ab hac facile ex comparatione intelligi potest. In illa enim dicitur parata cœna, in hac verò prandium, idque nuptiale. In illa vnus seruus ad inuitatos semel missus dicitur, in hac multi serui, idque frequenter. In illa inuitati tantum dicuntur se variis modis excusasse: in hac præter eos qui neglexerunt venire, quidam dicuntur missos seruos occidisse. Proinde in illa excusatores tantum excluduntur à cœna: in hac homicidæ etiam vindicantur. In illa seruus ad vocādum eos qui inuitati non erant, bis emittitur: in hac vero serui ad vocandum non inuitatos semel tantum missi dicuntur. In illa nemo admissus ad cœnam eiicitur: in hac eiicitur qui venerat non indutus veste nuptiali. Quanquam enim vtriusque parabolæ præcipuus scopus sit idem, tamen ei quod tunc agebat Dominus, contextus illius parabolæ conueniebat: ei verò quod nunc significare voluit Dominus, iste contextus commodus erat. Tunc enim tantum erat significandum, Iudæos aut Iudæorum primates se suo vitio reddituros indignos gratia Euangelica & beatitudine æterna, atq; in locum ipsorum gentes successuras: hic verò præter ista etiam alia erant significanda quæ superius sunt dicta. Est autem parabola per se satis clara, vt in litera & exempli declaratione non sit opus hærere. Nec obscurum est quid per patabolam, & parabolæ singulas pene partes Dominus significare voluerit. Nam per hominem regem parabolicè significari Deum patrem certum est, qui rex est vniuersi, quique nunc non simpliciter per hominem vt alibi aliquoties, sed per hominem regem significatur commodè: tum quia postea de vindicta dicitur quæ pertinet ad regem: tum ad significandum nuptias de quibus in parabola, non vulgares fuisse, sed magnificas, vt pote regias, & regis filio præ-

A paratas. Accipitur autem hoc loco, vt & alias nonnunquam, vocabulum, nuptiæ, non pro ipsa copulatione matrimoniali, quæ propria eius est significatio, quomodo accipitur apud Augustinum in libro cui titulus de nuptiis & concupiscentia, sed pro conuiuio nuptiali, quemadmodum patet ex eo quòd ad nuptias dicantur homines inuitati. Prouide Deum patrem fecisse nuptias filio suo, non debet sic declarari, quia eum in vtero virginis humanæ naturæ coniunxit, aut quia per incarnationis mysterium & humanæ naturæ assumptionem, sanctam ei Ecclesiam fidelium in sponsam sociauit, sed quia ratione huiusmodi coniunctionis filii sui cum Ecclesia, Deus pater nuptiale conuiuium ad honorem filii sui præparauit hominibus. Est autem nuptiale istud conuiuium illud, quo Deus in hac vita mentes fideliū pascit iucunda & salutari doctrinæ Euangelicæ prædicatione, ac variis sacramentorum & charismatum ferculis: quo item & post hanc vitam eos pascit, & vsque ad satietatem reficit gaudijs æternæ beatitudinis. Hoc est conuiuium illud, de quo Isaias, Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Hoc conuiuium Deus pater ante aduentum filii sui in mundum nondum fecerat & instruxerat, quando nequū, aperte prædicabatur regnum Dei, & gratia Euangelica: sed postquā filius Dei per assumptionē humanæ naturæ, & conuersationem ipsius cum hominibus Ecclesiam sibi in sponsam copulauit, tum ratione huius coniunctionis istud conuiuium hominibus paratum est. In spiritualibus enim his Christi nuptiis sponsa magis est intelligenda, ipsa Ecclesia, quàm assumpta à Christo in vtero virginis humana natura. Nā Paulus ad Ephesios & Corinthios sponsam Christi facit Ecclesiam, similiter & Ioannes in Apocalypsi, & Baptista Ioan. 3. suprà, vbi latius dictum est cur Christus sponsus dicatur Ecclesiæ. Porro per inuitatos ad nuptias, significantur Iudæi qui olim per Prophetas & legem inuitati erant ad nuptiale illud conuiuium intempore gratiæ per aduentum Messiæ exhibendum, quemadmodum aliquot aliqui inuitati ad nuptias aliquot diebus antequam nuptiæ exhibeantur. Per seruos autem primò missos, plerique intelligunt Prophetas: & per seruos secundo missos, Apostolos. At cum serui etiam primi significentur missi cum iam nuptiæ essent paratæ, ad eos qui prius erant inuitati, rectius per seruos primo missos intelliguntur significari Ioannes Baptista & Apostoli, qui ante mortem Christi prædicauerunt regnum cœlorum appropinquare, vocantes Iudæos ad paratas nuptias, dum ad pœnitentiam agendam eos hortabantur, dicentes: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. per seruos autem secundo missos, eidem Apostoli simul cum aliis multis, vt Paulo & Barnabā, missi post resurrectionem ad prædicandum Iudæis. Ad quem modum intelligūt fere D. Hilarius, Chrysostomus, & Euthymius. D. Hieronymus indicat quosdam libros priori loco habere singularites. Et misit seruum suum vocare, secundum quam lectionem vult per seruum illum intelligendum Moysen primò missum ad Iudæos ab initio mundi à Deo inuitatos: & per seruos secūdò missos, prophetas post Moysen missos. Verum cùm ostenderim hæc verisimilius esse vt per omnes seruos missos intelligantur ministri noui testamenti, si legatur singulariter seruum

seruum, recte per seruum illum intelligetur Ioannes Baptista, qui primus de nuptijs Christo paratis annunciauit, professus se amicum sponsi, post quē alii serui missi sūt ad Iudæos, nempe Apostoli. Verisimile est autem eam lectionem, cuius meminit Hieronymus, desumptā ex simili parabola, Luc. 14. quod constanter Græci & Latini habeāt pluraliter: *Et misit seruos suos.* Quod si incommodum videatur in seruis primò missis intelligere Apostolos: & eosdem intelligere in seruis secundo missis, eoquod dicatur in parabola: *Iterū misit alios seruos*, in seruis primo missis intelligi cōmode paterunt significari Ioannes & ipse Christus, qui secundùm humanitatem in qua prædicauit, seruus erat. in seruis verò secundò missis, Apostoli missi post resurrectionem, quanquam & ipsi Apostoli post resurrectionem missi secundò recte intelligātur per alios designari seruos, tum quod per acceptum spiritum alij iam effecti essent: tunc quod alij eis in prædicationis officio cōiuncti essent, vt Paulus & Barnabas. Vt vt est, significatur ad Iudæos olim inuitatos, bis missos esse seruos nuptiali cōuiuio iam parato, nempe & ante mortē Christi, & post eius resurrectionem. Proinde notandū, quod cùm in priori missione serui tantùm dicātur missi vocare inuitos: in secunda, iussi sunt dicere inuitatis: *Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata.* Hoc enim significatur Apostolos: post Christi resurrectionem ex Dei iussione prædicasse, Messiā mortuum, crucifixum, & resurrexisse, omniaque tunc peracta esse quæ ad salutem hominum & spiritualem eorum refectionem essent necessaria, tantùm superesse vt fide venirent, & propositorum fierēt bonorū participes. Tunc absolutius prādium erat paratū, & omnia parata quæ ad prandium erant necessaria, quando agnus paschalis in cruce occisus propositus est omnibus fide & sacramento edēdus, & fide les adipe spiritualium chatismatum passim impinguabantur, Spiritu sancto misso è cœlis. Et hoc quidem est quod in genere significatur per hoc quod dicitur, omnia parata sunt, tauri & altilia occisa sunt, vt non sit opus distinctè explicare quid per tauros, quid per alilia sit intelligendum, cum hæc tantùm sint dicta pro exempli exigentia, juxta morem qui seruari solet in nuptiis. Nihilominus per illud, tauri & altilia sunt occisa, hic etiam mystice significatur preciositas & magnificentia conuiuii à Deo hominibus parati, quodque multis paratum sit, cum non vnus tantum taurus, sed multi tauri dicantur occisi. Deinde quod in hoc conuiuio sint non tantum quæ famem satient, vt taurorum caro, sed etiam delicata quæ ad delicias adhibentur, vt sunt altilia: id est, animalia alimento impinguata, proinde esse hic vnde quisque sibi conuenientem sumat cibum, vt grossiores & rudiores grossum comedant taurorum carnem: delicatiores verò & perfectiores adipe reficiantur pinguium altilium. Bene autem prandium paratum dicitur, quod hic potissimū significentur ea bona quibus fruuntur fideles in præsenti vita, postquæ velut cœna sequitur fruitio cœlestium bonorum. Quod autem inuitatorum quidam neglexerunt venire, abeuntes, vel in villam suam, vel ad negotiationem suam: alii verò etiam apprehensos seruos contumelijs affecerunt & occiderunt, significat Iudæorum quosdam neglexisse bona ad quæ inuitabantur, abstractos scilicet ab eis amore & cura bonorum terrenorum: quosdam verò inuitationem seruorum Dei ægrè ferentes, illos etiam post multas contumelias occidisse. Quorum tum negligentia, tum impietas eo fuit intolerabilior, quòd cum ad conuiuium nuptiale parati fuissent se prius inuitari, ad expectatum illud cum iam paratum esset, & tam sumptuose ac regaliter paratū, aut venire neglexerunt, aut se vocatinon passi sint. Adexaggerandum enim Iudæorum infidelitatem & impietatem, & non solum ad commendandum Dei benignitatem, nihil prætermittētes quo Iudæos bonorum suorum participes redderēt, faciunt quæcunque in historia dicuntur, aut significantur hactenus, nempe quod olim ante nuptias paratas fuerint inuitati, eamque inuitationem acceptauerint, promittentes se venturos ad nuptias: quod si vel & iterum vocati sunt ad nuptias iam paratas, idque per multos & diuersos seruos: quod nuptiæ quas neglexerunt aut contempserunt iam paratas, regales fuerint, ac sumptuosissimæ, quod nec regis benignitate prouocati, nec eiusdem potentia terrefacti, nec promissionis suæ memores, regijs seruis aut obedire neglexerint, aut etiam contumelias & mortem pro optāda vocatione intulerint. Iussè ergo tantam impietatē Iudæorum secuta est vltio diuina, quæ significatur per sequentia: *Rex autem cum audisset, iratus est*, &c. Eo enim significatur, Deum patrem, qui vt est tardus ad iram, non statim vltus est Iudæos, nec iratus illis, cùm ad priorem seruorū missionē recusarent venire, dissimulasse quidem ad tēpus iniuriam seruis suis & sibi illatam, sed tamen tandem velut illa iam audita & intellecta emisisse exercitus Romanorum (qui Dei recte dicuntur exercitus, quod omnes eius sint ratione creationis, quodque his Deus vsus sit ad vindictam necis Dominicæ & Apostolorum, qui sub Tito & Vespasiano, homicidas Iudæos perdiderunt simul cum ciuitate eorum Hierusalem igne vastata. Vbi notādum, quod tantum homicidas rex iratus dicitur cum ciuitate eorum perdidisse, non autem etiam eos qui neglexerunt venire. Illo enim commendatur Dei bonitas, quasi nō fuerit Iudæos horrenda illa in præsenti vita vltione vindicaturus, si tantum neglexissent oblatam salutem, & non etiam homicidæ fuissent seruorum Dei. Sequitur in parabola, *Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt*, &c. Per quæ proculdubio significauit Dominus quod Iudæis indignos, & reddentibus bonis Euangelicis, prædicatores Euangelij à Deo mittendi essent ad vocandum populū gentilem, qui quoniam nullas acceperat de Messia & bonis cœlestibus promissiones, non erat vt populus Iudaicus olim ad has nuptias inuitatus, nec videbantur illis nuptiæ istæ præparatæ, sed incredulitas Iudæorum facta est occasio vocationis gentiū, quia, vt habet Paulus, illorū delicto salus est gentibus. Ita factum est, vt licet Iudæi inuitati indignos se reddederent, non tamen nuptiæ frustra paratæ essent, sed suos haberent cōmunes, gentibus in locū Iudæo rum subintroeuntibus. Porro cum dicitur: *Tunc ait seruis suis*, dictio, *tunc*, non videtur referenda ad omnia præcedentia, vt significetur rex hæc dixisse postquam missis exercitibus suis perdidit homicidas, & succendit eorum ciuitatem, sed tunc dixit seruis suis, cum scilicet audisset seruos suos nec vocatos, & inuitatos nolle venire. Quia etiam ante vltionem de Iudeis sumptam missi sunt Apostoli

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad gentes. Si tamen, *tunc*, etiam ad immediatè præcedentia referatur, intelligetur significari post Iudæorum vastationem tunc maximè ad gentiũ vocationem missos prædicatores, quando & hi qui eatenus in Iudæa remanserãt, ad gẽtes sunt missi. Cùm autem dicitur, *nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant non fuerunt digni*; plus intelligendum est significari quàm exprimatur, nimirum quòd inuitati non solùm non fuerunt digni, sed se indignos fecerunt qui nuptiis interessent. Nam & non inuitati gentiles etiam non fuerunt digni, sed non se sicut Iudæi fecerunt bonis nuptialibus indignos. Itaque quò constet differentia quæ inuenitur inter inuitatos & non inuitatos, illud, *non fuerunt digni*; sic est exponendũ; fecerunt se contemnendo indignos. Cæterùm exitus viarum, in quos iubentur egredi serui, ad literam sunt vbi multæ viæ simul coeunt, & multæ viæ exeunt, vbi probabilius est multos reperiri posse ex diuersis viis illuc confluentes, vt significetur multos ad nuptias vocandos. Aut simplicius per exitus viarum significantur fines & termini viarum, in quibus fere abiecti commorantur, vt significetur prædicatores missos etiam ad vocandũ abiectissimas gentes, eosque etiam qui in extremis mundi partibus habitant, iuxta illud: Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad extremum terræ. Quod & propheta regius longè antè prædixit: In omnem (inquit) terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Præcipiuntur ergo serui exire non tãtum in vias. sed etiam in exitus viarũ, hoc est quo ad, sensum à Domino intentum pertinet, in fines orbis terræ, ad gentes etiam remotissimas & abiectissimas. Cùm autem prius mitterentur in ciuitatem ad ciues, nunc è ciuitate emittuntur in vias & exitus viarum quæ sunt extra ciuitatem, ad significandum quòd Iudæi rempublicam habentes legibus diuinis constitutam; veluti ciues ciuitatem incolebant, gentes verò cultu veri Dei ac legibus iustis carentes, atque in variis dispersæ erroribus veluti in agris morabãtur. vnde D. Augũst. lib 2. & 19. de Ciuitate Dei. vtrobique cap. 21. ostendit ne apud Romanos quidem vnquam fuisse rempublicam, sed tantùm apud populum Dei. Quod autem rex dicit seruis: *Quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias*; significat Deum sine personarum delectu quosuis ad bonorum suorum participationem velle vocari. Quòd verò serui egressi bonos pariter & malos congregasse dicuntur; magis est dictum à Domino propter rem per parabolam significandam, quàm propter exemplũ parabolæ, cui illud parum conuenit. Cùm autem nulli antequam vocentur, boni coram Deo repetiantur, nec qui mali volunt perseuerare congregãdi sunt ad nuptias, intelligendum est, secundum D. Hieronymũ, ideo dictum esse bonos pariter & malos esse congregatos, quia inter ipsos gentiles infinita est diuersitas; & secundum humanam conuersationem quidam eorum boni dicuntur, quidam mali. Aut potius, secundum Gregorium, boni pariter & mali congregati dicuntur, vt intelligeremus in Ecclesia semper malos bonis permixtos fore. Nã istud cur in parabola dixerit, satis aperit postea Dominus, cum inuentum dicit vnum non indutum veste nuptiali, & ob id eiectum. Itaq; boni & mali dicũtur non ratione bonitatis & malitię in qua fuerant cum vocarentur, sed in qua post vocationẽ erant futuri. Vtramque intelligentiam tradit D. Augustinus in cap. 27. lib. de fide & operib. Cęterũ quod dicit, nuptias impletas esse discumbentium, id est, discumbentibus (nam genitiuus ille comungẽdus est cum impletę sunt, & non cum substantiuo, nuptiæ) significat non defuturum quenquam prædestinatorum ad fidem, nuptiali cõuiuio Christi, sed hoc conuiuium habiturum plenum suum numerum, nec quicquam eius plenitudini & celebritati obfuturum, quod inuitati illi primi venire noluerint: imò potius hac ratione fore, vt plures ad hoc conuiuium congregentur, & conuiuium implere tur conuiuis, quòd per inuitatos tantum, etiamsi omnes venissent, impleri non potuisset. Vnde Paulus delictum Iudæorum diuitias esse dicit mũdi, & eorum diminutionem diuitias esse gentiũ. Nec dum autem impletum est quod per impletas discumbẽtibus nuptias significatur, sicut reliqua impleta sunt quæ per præcedentia significantur, sed impletum erit istud in seculi consummatione, quãdo collecti erunt in Ecclesiam quotquot prędordinati sunt vt sint de numero fidelium, post quod & implebuntur quæ per sequentia significãtur. itaq; per hoc quòd postquã impletę essent nuptiæ discumbentibus, rex intrasse dicitur vi videret discũbentes, significatur quòd in consummatione seculi, Deus pater per filium suum fideles sit visitaturus, à quibus iam videtur abesse, vt videat & discipiat quomodo vnusquisque sit habitus & dispositus, & an omnes dignè tantis accumbant & interfint nuptiis, an potius quidam suo habitu nuptialem illam dehonestent solemnitatẽ. Porro per vestem nuptialem, hoc est nuptiis dignam (neque enim conuenit nuptiis, maximè regalibus, interesse sordido & vulgari vestitu,) quidam fidei encomium nimis vbique inculcantes hodie, mysticè volunt intelligi fidem ipsam, sed ineptè, quandoquidem qui ad nuptias has veniunt, dicuntur venire tatione fidei, & sacramentorum fidei quæ suscipiuntt, cùm tamen inter eos qui veniunt significetur non omnes habere vestem nuptialem. Proinde) secundum antiquos patres, per vestẽ nuptialem secundùm mysticum sensum intelligi potius debet aut ipsa charitas, quæ instar vestis tegit nostram nuditatem, & operit multitudinem peccatorum, vestisque planè est nuptiis Christi digna, quòd in hac venerit Christus sponsus, Ecclesiam sibi in sponsam copulaturus. Aut, quod eodem redit, per vestem nuptialem intelligitur vita pura & splendida, in modum vestis virtutibus & bonis operibus contexta, hominemque ornans. Et contrà vestis non nuptialis, vita est sordida & impura. Omnes enim patres intelligunt hac parte parabolæ admoneri fideles, ne satis sibi esse putent quod credant, & baptismate abluti sint, atque intra Ecclesiam recepti eisdem participent sacramentis, eodemque nutriãtur doctrinæ pabulo, sed opus est se vt viuant vitam sua vocatione dignã, &, vt Paulus habet, ambulent dignè vocatione qua vocati sunt. Hæc est illa vestis ad quam adhortatur idem Paulus, dicens: Abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur armæ lucis: sicut in die honestè ambulemus. Et alibi: Si tamen vestiti & non nudi inuenniamur. Huic intelligentiæ conuenit quod postea in quadam parabola dicitur filius hominis iudicaturus fideles de neglectis misericordiæ operibus. Nam qui non credit, iam iudicatus est. Conuenit & illud quod Apocal. cap. 19. dicitur:

Gaudea

Gaudeamus & exultem', & demus gloriã ei, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & datum est ei vt cooperiat se byssino splendenti & cãdido. Byssinum enim sunt iustificationes sanctorum. Vnũ autem dicitur vidisse rex non indutũ veste nuptiali, quanquã plures sint forte in ecclesia mali quam boni, tum vt in illo vno vnusquisq; discat fidelium solicitus esse, vt vitam viuat sua vocatione dignam, tum vt hinc intelligeretur exacta & diligens consideratio Dei ad vitam & merita fideliũ, nec quis sibi persuadeat se vnum in nouissimo iudicij die in tãta hominũ multitudine posse effugere Dei oculum. Quod autem rex dixisse illi dicitur: *Amice, quomodo huc intrasti*, hoc est, qua audacia, qua fronte huc ad tantas nuptias intrasti sine veste nuptiali; (est enim illud *quomodo*, intelligendum reprehensiue dictũ) significat in nouissimo die Deum seuerè reprehensurum eos qui fidelibus permixti non vixerunt vitam dignam fidelium cõsortio, & nuptialibus bonis, erga eos tamẽ ex sese pro ingenita sua erga omnes benignitate bene affectũ fore; quod significatur per appellationem amici, vt intelligamus Deum non personarum odio, sed iustitiæ tantum zelo quosdam condemnaturum. Quod rege interrogante obmutuit interrogatus, significat in iudicij die peccatores rationem suę vitæ postulatos non habituros quod respondeant, aut quo se valeant defendere, secundùm illud Iob: Si voluerit homo contendere cum eo, non poterit ei respõdere vnũ pro mille. Quod autem in illo die fideles bonis operibus nudi, non tantùm sint verbis seuerè corripiendi, sed etiam e nuptiis & sanctorum consortio eripiẽdi: ac carceri infernali tradendi in æternum puniendi? significatur per sequencia, cùm dicitur: *Tunc dixit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum*, &c. In quibus Dominos declinat ab exemplo parabolæ ad rem per parabolam significandam, quẽ admodum Dominum nonnunquam facere in fine parabolarũ annotatũ est in cap. Concor. 87. Nam per tenebras exteriores ad literã Dominus significat semper tenebras infernales. vnde hocnõ conuenit exemplo parabolæ, sicut nec quod sequitur: *illic erit fletus & stridor dentium*. Sicut autem metaphorica est loquutio in eo quod in inferno dicitur fore fletus & stridor dentium, ad significandum, vt suprà dictum est, maximum tum dolorem tum horrorem: ita etiam est allegoria in eo quod præcipiuntur ligari manus & pedes. Nõ enim corporalibus vinculis post resurrectionem damnatorum manus & pedes verisimiliter ligabuntur, sed huiusmodi allegoria desumpta ab exemplo parabolæ, cui vincula corporalia bene conueniunt, significatur, impios in inferno violenter detinẽdos, ne se inde aliqua ratione possint vel manibus resistendo, & impedimenta rumpendo, vel pedibus fugiendo liberare: quemadmodum cùm alicui in carcerem proiiciendo, aut in aquam submergendo manus & pedes ligantur, fit hoc ne effugere possit, aut enatare, sicque mortem euadere. Quidam intelligunt hac allegoria significari impiis auferendam potestatem bene operandi & bene volendi. Manus enim operatiuas significant animæ vires: pedes vero quibus ad aliquid mouemur, affectiuas. Istud autem etsi simul rectè significari intelligatur, tamen quod priori loco dictum est, potissimum esse quod significatur, patet ex exemplo parabolę vnde trahitur allegoria, atq; in illa priori intelligentia posterior etiam includitur. In eo enim quod dicitur damnatis ablata potestas se liberandi è pœnis, includitur etiam potestatem bene operandi adẽptam eis. Nam si bene operari possent, aut bene affici, possent & liberari ab inferno. Porro sunt qui quod dicitur in parabola de ingressu regis vt videret discumbentes, &c. intelligunt mystice impleri in vita præsenti, vt tunc intelligatur Deus intrare ad videndum conuiuas in suis nuptiis, quando interna visitatione cor vniuscuiusque commouet & admonet, aut quãdo in hora mortis ratione anteactæ vitæ ab homine requirit. Ideoque notant regem nõ tum statim iussisse ministris suis vt eiicerent indignum, cùm vidisset eum non indutum veste nuptiali: sed tunc cũ redargutus ille obmutuisset, nec vel veniam precaretur ab eo qui ipsum amicum vocabat, vt hinc intelligamus peccatorem non damnandum, si eũ à Deo cor eius reprehenditur in hac vita confugiat ad preces, culpam suã humiliter benigno Domino confitens. Verùm sicut ipsi exemplo parabolæ magis conuenit intelligere regem intrasse ad discumbentes postquã nuptiæ impletæ essent discumbentibus: ita magis intelligendus est significatus aduentus Dei post cõsummationẽ seculi, quan quam quod de generali intelligitur hic dictum uidicio, rectè etiam simul secundariò accõmodetur particulari cuiusque hominis iudicio, sicut & alibi, vbi de generali Dominus potissimum loquitur iudicio. Notandum autem, quòd cùm rex dicatur superius misisse seruos suos ad vocandum cõuiuas, nunc dicatur præcepisse ministris suis vt è nuptiis eiicerẽt non indutũ veste digna. Per seruos enim homines sunt significati: per ministros verò, aut, vt est Græcè, diaconos, quod dignius est vocabulum quàm nomen serui significãtur Angeli qui ministri sunt & executores iustitiæ diuinæ, de quibus Matthæus, Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminũ ignis. Et Daniel: Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei. *Mat. 13.* *Dan. 7.*

MVLTI ENIM SVNT VOCATI, PAVCI VERO ELECTI.] *Enim*, legendum est; & non, Multi autem sunt vocati, quomodo tamẽ habent multi libri. Videri autem posset hæc clausula non satis congruere parabolæ, cum illo conuiuio vnus tantùm dicatur eiectus, hic verò significetur multos reiiciendos. Sed primum sciendum est per vnum qui eiectus dicitur, significari non omnes qui vocati sint fore saluandos: deinde cum illo qui eiectus est, coniungendi sunt & omnes illi qui vocati primum fuerant, sed indignos se fecerunt nuptiis. Ad vtranque enim narrationem refertur hæc parabolæ conclusio, redditurq; per eã causã, quare in parabola dictum sit, primum quidem quod inuitati, & deinde vocati excluſi sint à nuptiis, ac postea quod ex vocatis qui venerunt ad nuptias etiam vnus sit eiectus, nimirum vt per vtranque illam narrationem intelligeremus multos quidem vocatos esse ad consortium regni cœlestis, at inter istos multos, paucos in comparatione vocatorum esse à Deo electos: cùm inter vocatos quidam non veniãt, quidam verò venientes ob indignitatem suam eiiciantur. Proinde vt & nos cum fructu & ædificatione morum hanc legamus parabolam, curãdum nobis in primis vt nec de eorum simus numero qui & inuitati & vocati aut noluerunt venire, aut curis & amore rerum

huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius seculi venire neglexerunt,aut deniq;etiam in ipsos vocantes insurrexerunt. Deinde,vt si vocati obediimus ingredi ad nuptias,non assimile mur ei qui ingressus fuit,& accubuit sine veste nuptiali,sed vestem innocentiæ in baptismo susceptam conseruare studeamus:aut si eam per peccatum aliquod discrumpi aut auferri cõtigerit,per pœnitentiã resarciamus & reparemus,sequuti cõsilium Petri dicentis,Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.Notandum autem circa eum qui è nuptiis ejectus est,illud tantum in eo fuisse reprehensum, quod non haberet vestem nuptialem,non autem quod vestem haberet sordidam, vt intelligamus quantum iudicium maneat eos qui in Ecclesia non tantum non fulgent bonis operibus,sed malis plane sunt deformes:ac rursum eos qui mensę Domini non assident quietti,sed Ecclesię communionem & nuptiarum delicias perturbant,quando condẽnatur etiam is qui mensæ assidet quietus,& de deformi veste non redarguitur,sed tantum quod vestem non habeat nuptialem.Itaque non satis alicui esse debet quod sit intra ecclesiam,nec rursum quod in ea sic sit & sese gerat vt toleretur à fidelibus,nec illorum conspectui displiceat,sed curandum sic se gerat vt oculis etiam Dei placere possit.Hic enim qui regis oculis displicuit ,satis placuit reliquis conuiuis,à quibus ejectus prius fuisset, si perturbatorem se molestũ exhibuisset:quemadmodum & ecclesia ejicit ãte diem iudicij manifestè criminosos aut ecclesiasticę pacis & communionis perturbatores,reliquos peccatores occultos,aut non ita scandalosos relinquens diuino iudicio.

SOLVITVR QVAESTIO DE TRIBVTO CAESARI DANDO.

Matthæi 22. Marci 12. Lucæ 20. CAPVT CXVI.

†b. abierunt. ▷ c. mittunt ‖a. ei †b. & * & ▷ b dicunt ‖a. & vitã Dei in veritate docet. &. e. non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum †c. & nõ accipis personam hominum ▷ a. censum * Qui ‖c. autem ‖ c. dixit ad illos † c. habet imaginẽ & inscriptionem ▷ a. a. sa persistente ‖ dicunt †b. dixit ▷ b. igitur ‖b. omittabantur

b TVNC *b* RELICTO EO, †*c* ABEVNTES *a* PHARISÆI CONSILIVM INIERVNT, *c* OBSERVATES, ▷ *c* MISERVNT ‖ *c* AD EVM *c* INSIDIATORES, QVI SE IVSTOS SIMVLARET, *b* QVOSDAM EX PHARISÆIS *a* DISCIPVLOS SVOS, †*c* CVM HERODIANIS, *b* VT CAPERET EVM IN SERMONE, *c* & TRADERET EVM PRINCIPATVI, & POTESTATI PRÆSIDIS. *b* QVI VENIENTES * *c* INTERROGAVERVNT EVM, ▷ *c* DICENTES *b* EI: *a* MAGISTER, SCIMVS *c* QVIA VERAX ES [&] ‖ *c* QVIA RECTÈ DICIS, & DOCES, ‖ *c* & NÕ CVRAS QVEMQVAM, † NEC ENIM VIDES IN FACIEM HOMINVM, SED IN VERITATE VIAM DEI DOCES. *a* DIC ERGO NOBIS, QVID TIBI VIDETVR? LICET NOBIS ▷ *b* TRIBVTVM DARE CÆSARI, AN NON? *b* DABIMVS? *c* COGNITA AVTÈ IESVS NEQVITIA EORVM, * *c* SCIENS VERSVTIAM ILLORVM, [&] *c* CÕSIDERANS DOLVM ILLORVM, ‖ *b* AIT ILLIS: *a* QVID ME TENTATIS? *c* HYPOCRITÆ? *b* AFFERTE, OSTENDITE MIHI DENARIVM. *a* NUMISMA CENSVS, *b* VT VIDEAM. *c* AT ILLI OBTVLERVNT EI *a* DENARIVM. *c* ET AIT ILLIS *a* IESVS: CVIVS † EST IMAGO HÆC & ▷ *b* INSCRIPTIO? *c* RESPONDENTES ‖ DIXERVNT EI: CÆSARIS. *b* RESPONDENS AVTÈ IESVS, *a* TVNC † AIT ILLIS: REDDITE ▷ ERGO QUÆ SVNT CÆSARIS, CÆSARI: & QUÆ SVNT DEI DEO. *c* ET *a* AVDIENTES ‖ *c* MIRATI SVNT *a* SUPER EO, *c* & NON POTVERVNT VERBVM EIVS REPREHENDERE CORAM PLEBE, & MIRATI IN RESPONSO EIVS TACVERVNT. *a* ET RELICTO EO ABIERVNT.

EBT A TVNC B RELICTO EO C ABEVNTES A PHARISÆI CONSILIVM INIERVNT, &c.] Cum sua authoritate Dominum perterrefacere non possent,& ab eo se per varias parabolas notari aduerterent,nec tamen manus illi inicere auderent, necdum sibi desistendum opinantes,relicto eo abeuntes consilium inierunt vt caperent,& illaquearẽt eũ propriis oris sui verbis, quem vt capere nõ audebãt,vt sic proprio sermone illaqueatum deferrent,aut captũ oportune tradcrent principatui & potestati Præsidis Pilati,sine cuius authoritate & sententia nõ poterant desideratam mortẽ illi inferre,cum necdum se habere viderent quo illũ morte crucis dignum coram iudice illo ostendere possent.Dicuntur autẽ hi apud Matthæũ fuisse Pharisæi,cum prius omnes Euangelistæ dixerint principes sacerdotum & scribas & principes plebis accessisse Dominum: vnde intelligendũ sub illis tribus generibus etiã comprehensos Pharisæos,qui sub scribis frequenter comprehenduntur.Pharisæi autem dicuntur peculiariter huius cõsilij autores,siue quod illi vbiq;Domino fuerint infensissimi,siue quod hæc quæstio quę iã Domino proposita est,inter Pharisæos maxime agitaretur,vt quæ ad religionẽ spectabat,cuius illi volebãt videri studiosiores.Nã teste Iosepho lib. Antiquit.18.cap.1.&.2.cum sub Augusto,quando tempore natiuitatis Christi facta est descriptio totius orbis, Iudæa facta est tributaria,Iudas quidã ex secta Pharisæorum,simulcum multis Pharisęis asserebant indignum esse,imo illicitũ,vt populus Dei alium præter Deũ agnoscęret,& vocaret Dominum,seruitutemq;profiteretur cum esset liber, & præter decimas ac primitiua quæ Domino secundum legem pẽdebat,hominibus etiam tributa exolueret.Cũ ergo hoc tẽpore ista quæstio apud Pharisæos maxime agitaretur , qui de iustitiæ studio sibi applaudebant,ex hac quæstione putabant se inuenisse rationem qua Dominum obnoxium facerent potestati præsidis,aut saltem minus gratum populo.Nam si quidem dicturus erat non licere tributum dari Cæsari,quemadmodum eum dicturum sperabant,quod cultus diuini rigidum se exhiberet vindicem,cui iudicabant contrariari tributorũ exolutionem,delaturi erant eum apud Præsidem tanquan Cęsari contrarium & seditiosum,perdendum,quemadmodum olim ea de causa perierat Iudas ille Galilæus cum multis suis sectatoribus.Si vero dicturus esset licere tributum dari , calumniaturi erant ipsum apud populum tanquam adulantem principibus,& eorum metu à veritatis prædicatione abstinentem,nec honoris diuini tam studiosum zelatorem quam videri volebat. Quoniam autem sciebant se Domino suspectos esse,alios suo nomine subornant, quos putabant Domino fore incognitos, quique simulata iustitia facilius Domino possent imponere. Hos Matthæus quidem discipulos eorum fuisse dicit,Marcus vero quosdam ex Pharisæis, Lucas autem insidiatores,qui se iustos simularẽt:hoc est qui simularẽt se illi bene affectos,& ob iustitiam & veritatem amare,aut qui simularent,se teneri studio

studio iustitiæ,& solicitudine cognoscendi quid iustum, quid secus. Porro Matthæus & Marcus cum Pharisęis etiam Herodianos missos testãtur, quia aut simpliciter intelligi possunt fuisse milites Herodis,quemadmodum hoc loco intelligunt D. Hieronymus & Chrysostomus.Aut potius intelligenda est fuisse aliqua apud Iudęos secta,quæ contra sententiam eorum Pharisęorum qui Iudam se quebãtur,asserebat tributa Cæsari soluenda, no menq;ab Herode obtinuerit,non illo qui tunc vigebat,tetrarcha Galilææ, sed illo qui iamdudum fuerat mortuus,primo rege Iudeorumalienigena, quod hic maximus esset Romanorum fautor.& sententiam de soluendis tributis vel in primis defenderet.Indicat fere etiam hanc sententiam D. Hieronymus, dum postquam dixit Herodianos fuisse milites Herodis,subiecit,seu quos illudentes Pharisęi,quia Romanis tributa soluebant,Herodianos vocabant.Ideo autem huius sectæ peculiariter videri potest non facta mentio à Iosepho, quod comprehenderẽtur hi Herodiani sub Sadducæis,quemadmodũ ex loco quodam Marci colato eum Matthæo ostendimus esse probabile in cap. Concordiæ 64.Mittunt ergo cum discipulis suis Pharisæi etiam Herodianos,vt vtrumuis Dominus responderet,essent qui illum calumniari & accusare possent,aut Pharisæi apud populum, aut Herodiani apud Pilatum.Missi autem ex subornatione Pharisæorum,blande Dominum compellant atque à veritate & libertate cõmẽdant,studiumq; cognoscendę veritatis & iustitiæ simulant,vt hac ratione & versutiam suam magis tegerent,& Dominus eorum laude & studio captus libere secretum cordis sui illis aperiret: Magister,inquiunt,scimus quod verax sis, quódque viam Dei,id est,viã Deo gratã ,quáque ad Deumperueniatur , doceas in veritate,id est, sine aliquo errore & fuco:& nõ est tibi cura de aliquo,id est, nõ curas quenquam sic vt cuiusquam metu à veritate docenda absterreari.Quibus verbis callide eum prouocabant,vt agnoscens hanc commendationem magis Deum quam Cæsarem timeat,significãtes plerosque metu Cæsaris de eo quod rogabant,nõ audere quod sentirent libere proferre.Addunt autem cautam, quare dicant eum neminem curare,dicentes:Non enim respicis personam hominũ,pro quo in Marco legimus :Nec enim vides in faciem hominum, cum Græca habeant apud Matthæum & Marcum eodem modo, οὐ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων. Significat autem dictio πρόσωπον vtrumq;,& personam & facię,atq; hinc versionis varietas,eodemq; recidit vtrouis modo vertatur.nisi quod mollius & elegantius vertitur,persona, quanquã nomen, facies , magis conueniat dictioni Hæbraicæ vnde hæc phrasis est desumpta.Porro cum in scripturis dicuntur aliqui respicere in personam hominum vel non respicere,plus intelligendum est hac locutione significari quam verba per se significant.Respicere enim in personam vel faciem hominũ, est cõsiderare externam aliquam hominum conditionem,eiusque considerationẽ,nõ autem secundum causæ merita de homine iudicare,eique quid tribuere,vel adimere.Nomine enim faciei & personæ comprehenditur omnis externa hominis qualitas,quales sunt diuitiæ,potẽtia,forma,nobilitas, sexus,& id genus alia.Itaque index respicit in personam hominis,si pro diuite intuitu diuitiarum, neglecta consideratione meritorum causę iudicet. Sic & Dominus respexisset in personam hominũ, si consideratione potentiæ Cæsaris,metuens eam adiudicasset illi tributorum solutionem. Idem significatur per id quod in scripturis est frequẽtius, accipere personam,quemadmodum etiam hoc loco habet Lucas. In qua locutione phrasis est Hebraica , non ita recepta apud Latinos scriptores aut Græcos prophanos. Hebræi enim dicunt נשא נפש Nasa phanim,quod ad verbum sonat, suscipit vel accipit faciem vel facies. Significatur tamen hac locutione eleuare aut honorare alicuius faciem ,sic vt ratione externæ alicuius qualitatis in homine consideratæ, non autẽ ratione causæ considerandæ aliquid homini deferatur.Hinc in scripturis toties occurrit de acceptione personarum , quod Græcis vnica dictione προσωπολημψία,vnde & Iacobus cap. 2. verbum effecit προσωπολημπτεῖτε,id est,personam accipitis. Hinc intelligere licet quid sit quod in scripturis toties dicatur , nõ esse apud Deum personarum acceptionem,cùm tamen ex multis eiusdem meriti & causæ vnum eligat Deus,alterum non eligat. Non est enim apud Deum personarum acceptio,quia non intuitu externarum conditionum humanarũ sua munera hominibus dispensat, sed vel similiter agit cũ his qui sunt eiusdem meriti,vel solo suo beneplacito & voluntate præter omnem iniustitiã vnum alteri præfert,in his scilicet rebus quę non cadunt sub merito hominum. Accipitur tamen hęc locutio apud Hebræos nonnũquam in bonã vel indifferentem partem,vt nullum significet vitium,sed simpliciter,accipere faciem,sit honorare vultum alicuius. vnde Thren.4. Hieronymus vertit,facies sacerdotum non erubuerunt; cũ Hebraice sit ad verbum;facies sacerdotum non susceperunt;id est,non honorauerunt. Et quarti Regũ 3. pro eo quod nos legimus dixisse Helizæum,Si nõ vultum Iosaphat erubescerem; Hebraice est,si nõ faciem vel personam Iosephat susciperem , id est, honorarem. Vnde Hebręis vir honoratus vultu,dicitur נשוא פנים Nesou phanim ; id est , acceptus facie.vt 1sa.3. vbi nos habemus,honorabilẽ vultu. Et hæc quidem pro intelligentia eorum locorum in quibus de acceptione personarũ fit mẽtio. porro vt in prædictis verbis diabolicam quandã Pharisæorum hypocrisim compositam ad decipiendum licet obseruare,ita & in sequentibus. Non enim quærũt nũ obligati sunt, & debeant dare tributum,sed an liceat eis , veluti volentes consulere suæ conscientiæ,& soliciti ne Deum offendant,nõ autem pecuniarum dispendium ægre ferentes.

COGNITA AVTEM IESVS NEQVITIA EORVM AIT,QVID ME TENTATIS,&c] Nõ captus est Dominus eorum blandilo quentia,quomodo solẽt homines,vt quemadmodũ illi sperebant id responderet quod illi significabant se optare audire ab eo:sed cum nihil illũ latere posset,cognitam eorum nequitiam in primis redarguit seuere,suo exemplo docẽs nos,non attẽdendũ tantum verbis hominum,nec sinendũ animum nostrum flecti hominũ cõmendatione, sed attendendam mentem interrogantium,vt secũdũ eam caute respondeatur.Dicit autem: *Quid me tentatis hypocritæ*,hoc est, cur vestra hypocrisi & suauiloquentia solicitatis me vt id dicam quod calumniari possitis?Aut cur explorare & experiri nitimini nũ quid dicturus sim quod in calumniam rapi possit? Hypocritas autem, vocat,tum quod simula

Universidad de Deusto
Biblioteca

simularent benevolentiam & acceptationem ipsius: tum quod simularent studium cognoscendi iustitiam & veritatem, & placendi Deo. Perinde est ergo ac si dixisset: Interrogatis me veluti quę habetis magistrum veracem, ac veluti studiosi iustitiæ: at ego vtraque in re, nempe & in mei commendatione, & in prætensa cupiditate cognoscendæ veritatis, esse vos scio simulatores, atque vtraq; hac vestra hypocrisi & captiosa quæstione me tentare, tantum abest vt doceri à me velitis. Cùm autem his verbis eorum hypocrisim & conatũ aperuisset Dominus, significassetque illorum quãtumuis tectam hypocrisim non esse sibi incognitam, nec posse se falsa capi laude, quamquam hac ratione potuisset merito declinare responsionẽ ad propositam quæstionem, tamen ne videretur quærere occasionem declinandi responsionem, ostenderetque se etiam captiosa eorum quæstione capi non posse, sed econtrà eos prudenter, vt & aliis, caperet propriis ipsorum verbis, aggreditur ad quęstionem respondere propositam. Duabus enim artibus illum conabantur superare, hypocrisi, & quæstionis periculosæ lubricitate. At Dominus vtraque arte se superiorem demonstrauit, imo per vtrumq; illorum eos pudefecit, primùm quidem eorum detegẽs hypocrisim, ac suam, tanquã Dei omniscientiam demonstrans: deinde verò ex propriis eorum verbis, sic ad lubricam respondẽs quęstionem, vt nõ solùm nihil calumniari possent, sed etiam contra se sententiam protulisse arguerẽtur. Itaque vt propriis verbis conuinci possent, primũ petiit sibi afferri & ostendi numisma census, vt habet Matthæus, hoc est, nummi specié quo census exoluebatur. Reliqui verò duo Euangelistę dicũt Dominum expressisse nummi speciem, dicentes eum petiisse sibi exhiberi denarium. Ex Matthæi tamen narratione magis apparet Dominũ non expressisse numismatis speciem, sed veluti ignorantem quo nummismate census solueretur, (quo declararet huiusmodi rerum cognitionẽ sibi non esse coredi) in genere numisma census petiisse sibi offerri. Nam cùm dixisset Matthæus, Dominũ postulasse sibi præsentari numisma census, subiicit: At illi obtulerunt ei denarium; significans illos numismatis speciem indicasse, de quo Dominꝰ in genere rogauerat. Proinde intelligendum videtur Marcum & Lucam denarii nomen in verbis Domini posuisse, non quod numismatis speciem Dominus expresserit, sed quòd denarius is fuerat nũmus quẽ Dominus rogauerat sibi exhiberi. Porro denarius, numisma erat Romanũ, sicut drachma Atticum numisma, habens imaginem alicuius Cęsaris impressam simul cum aliqua superscriptione quemadmodum videre licet in multis, qui adhuc reperiuntur denariis. quod facit ad intelligendum id quod hic dicitur, denarium fuisse numisma census Romanis exoluendi, & habuisse tũ imaginẽ, tum inscriptionem Cæsaris. Illud tamen dubitari potest, quomodo hic denarius dicatur fuisse numisma census, cũ suprà ex cap. 17. Matthæi in cap. Concordiæ 69. ostensum sit tributum Romanis debitum fuisse didrachmum, id est, duas drachmas, nisi fortè tributum illud soluere debuerint duobus denariis, qui secundum Budæum æquiualent duabus drachmis: quanquam Robertus Senalis in suo de nummis & ponderibus libro ostendat rationibus non ineffi cacibus, denarium pluris valuisse quàm drachmam, & drachmam quidem octauam fuisse vnciæ partem, denarium vero septimam, vt denarius Romanus valuerit quatuor nostros stuferos, drachma vero tres cum dimidio. Sed ad historiam. Cum obtulissent ei denarium rursum interrogauit eos Dominus cuius esset nũmi imago & superscriptio, non quod ignoraret: sed tum vt demonstraret sibi non esse curæ terrena, & hæc sibi qui cœlestia tantũ tractabat veluti incognita esse: tum potius vt ex ipsorũ verbis eos illaquearet, qui venerant ipsum illaqueaturi in sermone. Illis ergo respondentibus & imaginem & inscriptionem esse Cæsaris Tyberij, vt est probabile, qui tum imperabat, intulit quod ex illorum responsione, consequens erat: *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* Quo quidem non volunt significare, Cæsari danda quæcunque ipsius haberent imaginem, sed quoniam pecuniæ à Cæsare cusę vsu, restarentur se illius imperio esse subiectos, danda illi esse quæ ipse ex suis rebus ab illis rationabiliter requireret. Hoc enim cùm facerent, non tam dare eos quàm reddere Cæsari quæ ab ipso acceperunt. Ideoque non dicit: Date ergo, cùm illi interrogassent, liceretne dare, cuperentque illum dicere, vel dandum esse, sed dicit: *Reddite*, tanquam ea quæ eius sunt, quæque ab eo accepistis. Quanquã enim nõ simpliciter ratione vsus pecuniæ romanæ, deberent Iudæi Romanis tributum, cùm & antequam Romani eis imperarent; verisimile sit eos vsos fuisse Romana sicut & Græca pecunia, vt & apud nos externæ monetæ vsus est: tamen quo ex ipsismet eorũ verbis Dominus ostenderet consequi, non debere videri iniquum esse, aut cõtra Deum, sicut illorum plerique videri volebãt, si pecunia Romana, Romanis solueretur exigentibus, hinc ipsis dicẽtibus pecuniã census Romani, esse denarium, & pecuniam Cæsaris imaginẽ præferentem, intulit: *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari*; quasi dicat: Quãdo quidem solùm quæstio est de danda Cæsari pecunia, eamque fatemini eius esse numisma, non debet vobis iniquũ videri, nec Deo ingratum, si quod eius est, eo requirente, illi non tam detis, quàm reddatis. Addit autem admodum oportunè, & quæ sunt Dei Deo primum ne calumniari illum possent, quasi populũ Dei subiiceret homini, & non Deo. Deique gloriam nõ, vt viderivolebat, in primis affereret & quęreret. Nam illa erat altera calumniæ pars, in quam lapsurum Dominũ sibi persuadebant, si diceret censum Cæsari dandum. Itaque illam calumniam, illis prætipiens adiecit, reddite item quæ sunt Dei Deo, significans census solutionem non esse contrariam his quæ debentur Deo, nec obesse quicquam pietati si res humanæ hominibus darentur. Secũdo istud Dominus adiecit, vt illos ob auaritiam (prætextu tamen pietatis) anxios de soluendo censu notaret neglectæ pietatis in Deũ. Nõ enim admonẽdi fuerant nisi in eo fuissent negligentes. Perinde ergo est ac si dixisset: Soliciti estis de soluendo censu, cum illud, vt pote non contrarium pietati, obiter facientes, potiꝰ id curare deberetis vt quæ Dei sunt, Deo redderetis, cui nihil tam datur quã redditur, vtpote à quo accepta sunt quæcunque ei dari possunt. Sunt autem Dei, ea quæ Deus ab hominibus requirit, Deoque sunt debita, primitiæ scilicet, decimæ, honor, ipsius, reuerẽtia, & dilectio eius super omnia. Dicitur enim Deut. 10. Et nũc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deũ tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias ei in toto corde tuo, &c. Cùm autem omnia quę habet homo in bonis vel animæ, vel corporis, vel fortunæ, sint ipsius Dei, omnia hæc quodam modo Deo sunt reddenda. Id autem fit, cum omnia Dei dona illi accepta referimus, eisque omnibus vtimur secundùm illius voluntatem, & ad ipsius gloriam. Discendum autẽ ex hac Christi responsione, Christiãos etiam Ethnicis principibus obsequi debere, sed dum aliquid petunt ex suis rebus, eisque in quæ imperium obtinent. Nã si petant diuinum sibi exhiberi honorem, aut alias aliquid contra Deum præcipiant, non est quod petunt reddendum, quia non quod suum est petunt, sed quod Dei est. Reddite, inquit, Cæsari, sed quæ Cæsaris sunt, quæque tanquam suo iurẽ postulare potest.

ET AVDIENTES MIRATI SVNT SVPER EO, ET NON POTVERVNT, &c.] Mirati sunt, tum quòd intelligerent illum non latuisse suam hypocrisim & dolosum conatum: tum quod tam prudenter respondisset, vt vtranque calumniæ partem, in quarum alteram putabãt eum incidere oportere, effugeret, atque ex propriis ipsos verbis conuinceret. Quanquam autem mitarentur, nec haberent quod reprehendere possent in ipsius responsione, non sunt tamen immutati, sed relicto eo quem videbant se vincere non posse, abierunt sua spe frustrati.

SOLVITVR SADDVCÆORVM QVÆSTIO CONTRA RESURRECTIONEM. Matthæi 22. Marci 12. Lucæ 20.

CAPVT CXVII.

*IN illo die[f] accesserunt[b] & venerunt[*c] ad eum †quidam Sadducæorum[a], qui[*] dicunt non esse resurrectionẽ, & ‖interrogauerunt eum dicẽtes: Magister, Moyses †scripsit nobis: Si [a]quis ‖[b]frater alicuius [c]mortuus fuerit habens vxorem, [b]& dimiserit vxorẽ, & [*i]filios non reliquerit, vt accipiat frater eius vxorẽ illius, & ‖[i]suscitet semen fratri suo. Septẽ †ergo fratres erant apud nos, & primus[b] accepit vxorem, & [a]vxore ducta, [*c]mortuus est, ‖[c]non relicto semine. Et nõ habens semen reliquit vxorem suam fratri suo. [b]Et [a]similiter †secundus[b] accepit eam, & ipse[i] mortuus est, [*c]& nec iste reliquit semen. Et tertius[b] similiter accepit illam. [b]Et acceperunt eam [b]similiter & omnes ‖[c]vsque ad septimum, [b]& non reliquerunt semẽ, & mortui sunt. †Nouissimè autem omnium[*f] defuncta est & mulier. In resurrectione ergo, cùm resurrexerint, cuius ‖de his[a] septem erit vxor? [a]omnes † enim septem habuerunt eam [b]vxorẽ. Et respondens Iesus ait illis: [b]Nonne ideo erratis, *non scientes scripturas, neque virtutẽ Dei? Filii huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias; illis verò qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubẽt, neque ducẽt vxores. [a]In *resurrectione ‖enim[b] cùm [a]à mortuis resurrexerint, [c]neque nubent, neque nubẽtur, neque vltra mori potẽrũt, †sed sunt sicut Angeli Dei in *cœlo, [c]& filii sunt Dei, cũ sint filii resurrectionis. [c]De resurrectione autem mortuorum †[b]quòd resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit, Dominũ Deũ Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Non legistis[b] in libro Moysi, super rubũ quomodo dixerit illi Deus, inquiens[c] quod dictum est à Deo, dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? †Deus autem non est mortuorum, sed* viuorum: omnes enim viuunt ei. [b]Vos ergo multum erratis. [c]Respondentes autẽ quidam scribarũ dixerunt ei: Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. [c]Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.*

IAN ILLO DIE[f] ACCESSERVNT[b] ET VENERVNT[c] AD EVM ‖ QVIDAM SADDV.] Ostendere voluerunt Euangelistæ, quomodo etiam Sadducæi, etsi Pharisæis contrarii, Dominum docentem apertè quæ de regno cœlorum & futura vita, impugnauerint, vtque vtrãque sectam infestam Christus senserit à neutra tamen superari potuerit. Porro de Sadducæis quædam dicta sunt circa tertium caput Matthæi. Hi non tantùm carnis resurrectionem negabant, sed etiam animæ immortalitatem, asserentes animas hominum sicut bestiarum interire cum corporibus, quemadmodum testatur Iosephus lib. 18. Iudaic. antiquit. cap. 2. Et Lucas Act. 23. testatur, Sadducæos non tantùm resurrectionem negasse, sed etiã Angelos & spiritum. Proinde sicut Pharisæi & Esseni in multis secuti videntur Platonis & Pythagoræ dogmata, ita Sadducæi videntur sectari Epicureos. Nam etiam cum Epicureis prouidentiam in Deo & cognitionem rerum humanarum negabant, vt patet ex Iosepho lib. 2. de bello Iudaico. Dicit enim: Deum extra omnem mali patrationem inspectionemque constituunt. Iidem tantùm quinque libros Moysi receperunt, in quibus de resurrectione non tam apertè fit mentio atque in Prophetis. Dicit enim de eis Iosephus lib. 18. antiquit. quod nullas alias obseruationes præter legem custodirent. Itaque hac in parte consentiebant cum Samaritanis. Ni ergo scientes Dominum docere contraria sententiæ suæ, ex ipsa lege Mosaica putabant se inuenisse rationem qua refutarent resurrectionis assertionem, quasi ex ipsa lege sequeretur intolerabilis absurditas, ipsam resurrectionem, post quam existimabant homines viuere, oportere eã esse quã iã viuunt carnalem vitam, quod præter hanc, aliam vitam intelligere non possent, vt erant planè carnales & crassi. Lex autem ex qua occasionem commenti sunt, habetur Deut. 25. vbi sic legimus: Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eã frater eius, & suscitabit semen fratri suo, & primo genitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel, &c. In qua lege nomine fratrum intelligendi sũt significati omnes cognati. Non enim solus frater propriè dictus, defuncto fratri semen suscitare debebat, sed proximior quisque cognatus, defũcto sine liberis cognato, quemadmodum patet ex lib. Ruth. Rursum nõ tãdum, quod cum dicitur, primo genitum ex ea filium

[f] c. autẽ
† c. Sadducæi
a c. negãt
‖ b.c. interrogabant
† a. diuisit
‖ b.c. cuius frater
a a. non habentis filium
e. hic sue liberis faerit
e. eam
‖ b.c. resuscitet
† d. e. autẽ
a. defuncti sine filiis.
† c. e. fecerunt
a e sine filiis.
‖ b. septẽ
† b. nouissima
a c. e. mortua.
‖ c. e. corũ
† b. septẽ enim
c. siquidẽ septem
a a. e. nec scientes
‖ c. Cum enim
† c. æquales enim Angelis sunt.
a b. cælis
‖ b. mortuus autẽ
† c. quod vero
† e. Nõ est Deus.
a a. e. viuentium

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium nomine illius appellabit,non significatur ip- A sum eodem nomine vocandum quo defunctus appellabatur,sed quòd illius deberet censeri filius, atque in illius locum constitui,successurus veluti filius in demortui hæreditatem.Vnde Hebræa habẽt ad verbum:Et primogenitum quem illa peperit,statuet iuxta nomen,vel in nomine,id est, in loco fratris sui defuncti. Lata autem fuit hæc lex principaliter,vt ex verbis legis apparet,in consolationem morientis sine liberis, quoniam tunc quidem in liberis quisque sibi superesse cupiebat, cùm magnum bonum reputabãt prolium multitudinem, & legitimi hæredis successionem. Deinde huiusmodi legis cõstitutione fiebat vt familię multiplicarentur,quod tũe multum quærebatur, vtq; B hæreditates manerent impermixtę,nec quis auaritia sua aspirare posset ad alienas hæreditates,easve inuadere,sed cõtrà proximior quisq; defuncto cõ sanguineo,idem impenderet,quod sibi quisq; fieri vellet,nimirum vt illum in filio superstitẽ faceret, suaq; contentus sorte alienas hæreditates non tãtum inuaderet,sed etiam legitimo hæredi saluas fernaret,quę synceræ erant dilectionis officia,quæ quisquis proximo suo impendere grauabatur,is ex legis cõstitutione,graui ignominia inureba tur,ita vt diceretur domus eius,domus discalceati,ob cal

Ruth 4. ceamẽti solutionem,qua significabatur cessio pos*Exod.5 8* sessionis,vt dicitur in lib.Ruth.Hæc autẽ lex non à Moyse fuit primum adinuẽta & introducta. Nã C cum in Genesi Iudas filio suo Onan præceperit suscitare semen fratri defuncto Her , patet & ante Moysen hãc cõsuetudinẽ apud gentes Chananeas fuisse receptam,naturali scilicet æquitate, & dilectione proximo debita ita dictante : sicut naturali quadam æquitate etiam decimæ ante legem soluebantur sacerdotibus.Ex hac ergo lege occasionem accipientes Sadducæi,septem proponunt fuisse fratres,(siue verè sic fuerit,siue ab eis fictum)qui singuli eandem iuxta illam legem acceperint vxorẽ, de qua quærunt cuius in resurrectione sit vxor futura.cum omnes idem habeant iuris in eam,existimãtes necessariò dicẽdũ eam vel omniũ simul,vel D vnius alicuius ex septem fore vxorem,ac proinde cum vtrunque videretur absurdum,necessariò cõsequi nõ fore resurrectionem.proponũt autem de septem fratribus,cũ sufficeret proponere de duobus vel tribus,vt maiorem ostendãt absurditatem quam consequi putabant assertionem resurrectionis.Non dicunt autem:Si resurrectio est futura, vt vos dicitis,cuius erit in resurrectiõe?sed,velut præsupponentes futuram resurrectionem , *In resurrectione ergo*(inquiunt)*cuius erit de septem vxor*?dissimulantes fortè se esse Sadducæos,vt magis incautum in absurditatem aliquam deducerent.

ET RESPONDENS IESVS AIT ILLIS : NONNE IDEO ERRATIS.] Errabant Sadducæi,tum quia non putabant fore resurrectionem,tum quia putabant post eam, si futura esset,talem fore vitam qualemmodo viuimus,imo quia putabant eam non posse aliam esse,& hãc videbant non posse consistere , negabant omnino futurã resurrectionem.Huius autem duplicis erroris assignat Dominus causam,ignorantiam duorũ, nempe scripturarum & potentiæ diuinæ. Erratis, (inquit)nescientes,id est,quia nescitis scripturas,neque virtutem Dei. Participium enim, nescientes per causam est exponendum, Græco more.Nescie bant autem scripturas, tum quia non sciebãt quæ scripturæ essent sacræ,prophetarum scripturas nõ recipientes:tum quia etiam scripturas Mosaicas quas legebant non intelligebant rectè satis,vt postea Dominus ostendit. Quod si econtrario vtroque modo scripturas cognouissent,non incidissent in duplicem illum errorem.Nam ex scripturis etiã Mosaicis, sed maximè ex propheticis, intellexissent & futuram resurrectionem,& futuram aliam viuendi rationem post resurrectionem ab ea quæ modo est.In Iob enim,Isaia, Ezechiele,Daniele,& aliis aperta sunt resurrectionis testimonia, quibus etiam significatur satis aliam fore tunc vitam quã quæ modo est,æternam scilicet ac beatam, quæ in cibo & potu,& id genus rebus consistere nequit, vt Iob 14.& 19.Isaiæ 26.Ezechielis 36. Danielis 12.Rursum si virtutem Dei cognouissent, non incidissent in duplicem illum errorem. Non enim ita absurdum putassent homines etsi secundum corpus in cinerem redactos, reuocari rursum ad vitam ab eo qui eos & totum mundum antea condiderat ex nihilo: facile item intellexissent, Deo possibile esse longe nos alia in futuro vita donare, quàm sit ea quam modo agimus.Bene autem horum duorum ignorantiam Dominus assignat causam erroris Sadducæorum. Nam illorum duorum ignorantia , causa fuit erroris omnibus tum philosophis,tum hæreticis, qui resurrectionẽ vel apud Iudæos, vel apud Christianos negauerunt. nec alia ratione credere quis potest futuram resurrectionem , nisi scripturis sacris instructus fidem illis habeat,atque omnipotentię diuinæ magnitudinem secum expendat. Probaturus vero Dominus eos errare ex dicta ignorantia, primum soluit eorum contra resurrectionis assertionem obiectionem,ostendens non talem futuram post resurrectionem vitam,qualem illi opinabantur, ac deinde ex scripturis affruit veram esse resurrectionis assertionem, ac proinde eos errare negando resurrectionem.Itaque ordine conuenienti seruato, à prędicto illo duplici errore eos curare studuit. Conueniens enim ordo erat,vt prius refelleret eorũ obiectionem,& deinde veritatem constabiliret scripturę authoritate.Probat ergo eos errare , dicens : In resurrectione enim non,vt vos opinamini, nubẽt, neque nubentur.In quibus verbis vt prẽter consuetudinem linguę Latinę dictum est passiue,nubentur , ita etiam prẽter eiusdem linguę consuetudinem dictum est, nubent,pro ducent vxores, vel contrahent matrimonia. Nam quanquam Græca dicti o γαμέω dicatur & de vitis & de mulieribus, nubere tamẽ Latinis solum dicitur de mulieribus, cum sit hic referenda ad viros, sicut nubentur ad mulieres,pro quo rectius vertendum fuerat, dantur nuptum,vel dantur ad nuptias, quomodo vertit interpres Lucæ 17.& rursum hoc loco.vt pertineat ad mulieres quæ à parentibus elocantur & dantur nuptum.Nam etiam si Latine diceretur nubi , non tamen Græcis pro nubuntur est passiuũ præcedentis verbi,pro quo nos habemus nubunt. sed, οὐδὲ γαμοῦσι , οὐδὲ ἐκγαμίζονται. Cuius passiui actiuum ponitur postea Matth. 24. γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες.vbi interpres rectè vertit , nuptui tradentes.Illud mirum,quod cum interpres apud Lucam hoc loco posterius verbum verterit, traduntur ad nuptias:mox vertit,neque nubent , neque ducent vxores;cum & hoc loco idem sit verbum ἐκγαμίσκονται.Ne autem quis interpretem nostrum nimiæ arguat insciti æ,quod nubere aliquando tri-

buit viris,testatur Nonius Marcellus , nubere a- A pud antiquos fuisse verbũ commune viris & mulieribus.sicut apud Græcos γαμῶ.Porro quod de statu resurrectionis futuro Dominus respondit , clarius & prolixius extulit Lucas quàm reliqui duo. Lucas enim antithesin facit inter conditionẽ huius sęculi,& conditionem seculi futuri , additque rationem noui status futuri seculi.Filii(inquit)*huius seculi nubunt,& traduntur ad nuptias*,&c.Dicuntur autem filii huius seculi hoc loco, non quemadmodum Lucæ 16. homines mundo dediti , ne hinc colligatur, nuptias esse illicitas , quemadmodum asseruerunt quidam hæretici , sed simpliciter homines in hoc seculo viuentes,contra quorum pro B præsenti statu cõditionem subditur; illi autem qui digni habebũtur seculo illo futuro,& resurrectione ex mortuis beata,neque nubent,neque ducent vxores.Cuius ratio subditur: *neque enim vltra mori*

1.Cor.1. *poterunt*.Sic enim habent Græca,eum plerisque Latinorum codicibus desit coniunctio enim,quæ tamẽ additur apud Dionysiũ,& in scriptis antiquis. Conuenit autem hæc ratio illi legi Mosaicæ,vnde Sadducæi suæ quæstionis desumpserunt occasionem. Ea enim lege significatur nuptias modò esse necessarias,vt per eas succurratur mortalitati humanæ.Itaque cùm cessabit mortalitas, & absorpta erit mors in victoria,cessabit & nuptiarum ratio. Sequitur apud Matthæum & Marcum;*sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo*; immortales scilicet , alimento C & generatione non egentes , & ab omnibus his passionibus liberi , atque beata fruentes vita,non autem in omnibus sunt sicut Angeli Dei, quia non sicut illi corpore carebunt. Sic intelligendum patet ex Luca,qui ad probationẽ eius quod dixit non posse eos vltra mori,subiicit: Æquales enim Angelis sunt;& addit quod est ipsi proprium: *Et filii sunt Dei , cum sint filii resurrectionis*.Filios autẽ Dei dicit , non iam solum secundùm spiritum, secundum quem & iam sunt filii Dei , sed etiam secundum corpus,quod diuina quadam cum Angelis immortalitate donatum erit , spiritui prætereа D vbertimè & perfectè communicata diuina natura, ita vt ob huiusmodi communionem Ioannes dixerit: Similes ei erimus,quoniam videbimus eum si

1.Ioan.3. cuti est.Addit autem causam quare tunc erunt filii Dei , nimirum,quia erunt filii resurrectionis. Vbi per resurrectionem secundùm Irenęum lib.4.ca.9. intelligitur ipse Christus , qui de seipso dicit: Ego sum resurrectio & vita , vt filii resurrectionis sint filii Christi.At simplicius filii resurrectionis intelligendi sunt dici Hebraica phrasi , homines ad resurrectionem(loquitur autem debeata resurrectione iustorum)pertinentes.Dicit autem hoc Dominus ad distinctionem filiorum huius seculi. Sicut enim filii huius seculi ratione primæ generatio- E nis dicuntur filii hominum,& ob id mortales sunt: ita qui pertinent ad resurrectionem,quæ est secunda generatio,non ad vitam animalem, sed spiritualem,ratione huius regenerationis dicuntur filii Dei, & ob id sunt immortales. Tertullianus lib.de resurrectione carnis,subtiliter explicat quare resurrecturi dicantur filii resurrectionis. Filios , inquit, resurrectionis appellat,vt per eam quodammodo nasci habentes,post quam non nubent , sed resuscitati.Cæterùm consideratione Angelicæsimilitudinis quæ in resurrectione promittitur, Basilius virginitatem commendans, ait virginitatem semen esse futuræ incorruptionis , imò virgines futuram illam in resurrectione cum Angelis similitudinem iam præuenire. Porro , inquit , libro de virginitate,cùm etiã in reliquis omnibus magna quædam & præfulgida res virginitas cognoscatur, insuper & regenerationis & incorruptibilis vitæ iam hinc semen quoddam putum ostendit.Si enim in resurrectione neque nubunt , neque vxores ducunt,sed sunt sicut Angeli dei, & sient filii dei,certè qui virginitatem exercent , Angeli sunt in incorruptibilibus carnibus hominum vitam circumeuntes,& Angeli non ignobiles quidam , sed etiam valde clari atque illustres , &c. Notandum autem,quòd Dominus tantum loquatur de resurrectione iustorum,tum quòd ea sola verè sit dicenda resurrectio,vnde frequenter de ea sola scripturæ loquuntur:tum quòd de resurrectione iustorũ Sadducæi interrogauerant. Quæ fuerunt enim de resurrectione Iudæorum. DUM TAMEN DOMINUS iustos in resurrectione docet non inituros matrimonia, quia erunt similes Angelis dei in cœlo;intelligendum similiter relinquit,nec impios matrimonia contracturos.Quia sicut illi erunt Angelis dei in cœlo similes,ita hi similes dæmonibus in inferno.

c DE RESVRRECTIONE AVTEM MORTVORVM,h QVOD RESVRGANT EMORTVI,&c.]Refutata eorum obiectione , & excluso errore eorum de conditione vitæ post resurrectionem, modò Dominus assertionem resurrectionis confirmat,alterum eorum errorem conuincens, quo ex ignotantia scripturarum negabãt in totum futuram resurrectionem mortuorũ.Eam autem comprobaturus Dominus scripturarum authoritate,non adducit testimonia ex Prophetis, ex quibus aperta testimonia producere potuisset,sed ex Moyse,quòd hunc solùm Sadducæi reciperent, eumque pro sua sentẽtia citassent.Ex quo tale profert testimonium quod apertè quidem resurrectionem non astruit,sed tantum ex consequenti,ostendens suam in scripturarum intelligentia sapientiã, & docens quanta cum attentione & expensione sint scripturæ legendæ & tractandæ , vt non hæc tantùm sint spectanda quæ in eis apertè pronunciantur,nec per aperta testimonia tantum a-

Genes 47. gendum contra hæreticos, sed & per ea quæ argumentatione non coacta,& consequentia necessaria eorum destruunt errorem.Nam alioqui ex Mose poterant alia quædã proferri,quæ apertius resurrectionem animæque immortalitatem probarent, *Deut.31.* qualia sunt cùm dicitur quis appositus ad patres suos, aut dormisse cum patribus suis,aut cũ Iacob dicit se descensurum in infernum ad filium suum. Probat autem Dominus futuram mortuorum resurrectionem,ex eo quòd Exodi 3.Deus se dicit nõ fuisse , sed esse Deum Abraham,Isaac,& Iacob,cũ iam illi essent mortui. Sub qua propositione maiore ex scripturis desumpta,subsumit minorẽ, per se certissimam,nec multa egentẽ probatione. dicens : *Non est Deus mortuorum,sed viuentium*. Vel vt efficacius est Græcè apud Matthæum , non est Deus Deus mortuorum;vt bis sit nomẽ,Deus, prius cum articulo,secundum sine articulo. Absurdum enim esset, Deum viuum,imò eum qui est ipsa vita, mortuorum dici Deum, sicut absurdè vita diceretur vita mortuorum & eorum qui non sũt. Ex his ergo duabus propositionibus irrefragabilibus & certissimis concludendum relinquit Dominus futuram corporum resurrectionem. Videri ta

Universidad de Deusto
Biblioteca

men potest,hæc nó posse necessariò inferri ex præ A
missis illis,imò contrarium potius. Nam si Deus
dicatur Deus Abrahæ, Isaac,& Iacob tanquam vi
uentium,non autem mortuorum non ergo mor-
tui hi resurgent. Et alioqui ex illis præmissis nó vi
detur posse inferri nisi animarum immortalitas.
Propter eas enim coram Deo viuentes, Deus dici
tur seipsum vocare Deum Abraham, Isaac, & Ia-
cob, tanquam viuentium,cùm corpore sint mor-
tur,quemadmodũ dicimus: Sancte Petre ora pro
me,cùm Petrus iam tantum sit secundum animã.
Sciendum ergo, quòd dupliciter intelligi potest
Dominus ex illis assumptis probare corporũ mor
tuorum resurrectionem. Primò enim secundùm
Hieronymum dici potest,ipsum immediate ex illis
assũptis probare voluisse animas permanere post
mortem,quod et am negabant Sadducæi, atque B
ex illo consequenter intelligendum reliquisse etiã
necessariò futuram corporum resurrectionem,ma
xime secundum sententiam Sadducæorum, qui
propterea quod animas hominũ putabant necessa-
riò dependere à corpore,sicut animas brutorum
animalium,eas putauerunt perire cum corpore.
Ex eo ergo quòd illis ostensum fuit mortuos secũ
dùm aliquid viuere, nempe secundum animam,
consequenter etiam non illis tantùm,sed absolu-
te omnibus probatum est futuram corporum re-
surrectionem. Posita enim immortalitate animæ,
rationi exigit vt aliquando corpora resurgãt, quòd
ad hæc animæ inclinationem habeant,quam per- C
petuo impediri est contra rationem violenti. Nul-
lum enim violentum,secundum etiã philosophos,
perpetuum esse potest. Cum igitur Sadducæi ma-
ximam dependentiam putabant animæ ad corp⁹,
facilè credita immortalitate animæ ratio ab eis im
petrare potuit, imo apud eos consequens erat re
surrectionem corporum futuram. Et quidem quã
efficaciter posita animæ immortalitate ex eius er-
ga corpus inclinatione sequatur futura corporum
resurrectio: ex eo satis licet videre,quod philoso-
phi fere illi qui animã crediderunt immortalẽ, ob
hanc animæ ad corpus inclinationem,aut putaue
runt animas post mortem alia quædam corpora
aerea & subtilissima assumere,aut relegari rursum
in hunc mundum in alia corpora, quemadmo- D
dum sensit Pythagoras & Plato. Inclinationem
autem animæ ad corpus, testatur vis illa quæ na-
turæ videtur adhibita in dissolutione animæ à cor
pore: testatur & oratio illa animarum sanctarum
Apoc. 6. in Apocalypsi, quæ acceptis stolis albis optant
corporum assumptionem. Cæterùm & alia ratio-
ne,posita animæ immortalitate consequens est,tũ
ex naturali eius erga corpus inclinatione, tum
ex iustitiæ diuinę æquitate,futuram corporũ resur
rectionem,præsupponendo animas post mortem
pro gestis in hac vita aut præmium accipere,& fœ
licitatem aut supplicium, quemadmodum credide
runt etiã omnes philosophi qui animæ immorta-
litatem astruxerunt. Iustitiæ enim æquitas requi-
rit vt corpora quæ cũ animabus bona malaquegest
serũt,cum eisdem similiter aut fœlicitate fruatur,
aut supplicio afficiantur. Deinde perfecta fœlicitas
animę consistere nequit,quandiu anima à corpore
separata, naturali corporis desiderio frustratur,
quemadmodum indicat prædicta animarũ sancta-
rum in Apocalypsi oratio. Certè author libri Ma
Apoc. 6. in Macha. chabæorum secundi, Iudam Machabæum colligit
de resurrectione mortuorum rectè sensisse ex cre

dita ab eo animarum post mortẽ vitã,eũ dicit:si A
enim eos qui ceciderant resurrecturos sperasset,su
perfluum videretur & vanum orare pro mortuis.
Nam alioqui prodesse etiam potuerat animabus
illa oblatio & oratio,sed existimabant, vt dictum
est, alteri alteri adhærere necessario. Itaque minus
mirum,si & hoc loco ex ea scriptura quæ anima-
rum post mortem vitam tantũ videtur necessario
astruere, intelligendam etiam relinquat & velit
corporum resurrectionem. Aliter tamẽ,& melius
dici poterit Dominum ex illo Exodi loco voluisse
immediatè probare & concludere futuram corpo
rum resurrectionem, nimirum quod cùm Deus se
adhuc dicat esse Deum Abraham, Isaac, & Iacob,
necessarium sit illos etsi hominibus mortuos, ta-
men Deo non esse mortuos,sed illi tantùm dormi
re,& adhuc viuere illis,& proinde illos aliquando
ab eo resuscitandos à morte,veluti à somno. Hac
enim ratione Dominũ significare Abraham, Isaac,
& Iacob adhuc viuere,cum hominibus sint mor-
tui,satis indicat illud quod apud Lucã pro proba
tione eius quod subsumendo dicitur: *Non est Deus
mortuorum: sed viuentium* additur: *Omnes enim
illi viuunt.* Nam secundum animã omnes mor
tui etiam nobis viuunt. At homines ipsi quanti-
quanti sunt,etiam post mortẽ Deo viuunt,qui vo
cat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt: quem-
admodum saluator puellam archisynagogi filiam
non mortuam esse dixit,sed dormire, quod sib nó
esset mortua,sed à se veluti dormiens esset resusci
tanda. Talis est ergo fere Dominicõtra Sadduceos
argumentatio. Ipse Deus etiã post mortem patriar
charum se dicit esse illorum Deum. Absurdè autẽ
se Deum vocaret mortuorum & eorum qui omni
no non sunt. Viuunt ergo hi patriarchę, saltem ipsi
Deo,eique tantũ reputantur vt dormientes. Quod
si verum est,consequens est eos qui hominibus ha
bentur mortui,aliquando resurrecturos, resuscita
tos à Deo veluti à somno. In hunc sane modum D.
Irenæus declarat se intellexisse hanc Domini argu
mentationem,dum tractans hunc locum lib.4.ca.
9.sic scribit: Si enim Deus mortuorum non est,sed
viuorum,hic autem dormientium patrum Deus
dictus est,indubitate viuunt Deo, & non perie-
runt,cum sint filii resurrectionis. Sic & Diuus
Chrysostomus se intellexisse ostendit, scribẽs in
hunc locum,& declarans quomodo Deus dicatur
patriarcharum tãquam adhuc viuentium Deus.
Quemadmodũ enim(inquit) Adã quamuis viueret
posteaquam de vetito ligno comedit,sententia ta-
mẽ prolata mortuus erat: sic profectò isti etsi mor
tui erant,pollicitatione tamen resurrectionis viue
bant. Quomodo igitur alibi dicit,vt & mortuorũ
& viuorũ dominetur? Non est hoc illi simile. Mor-
tui nãque hic illi qui victuri sunt appellãtur. Hæc
Chrysosto. Eadẽ habẽt Euthymius & Theophyl. E
vtpote Chrysostomi imitatores. Porro cũ in mul-
tis aliis locis scripturæ etiã Mosaicæ, Deus vocetur
patriarcharum deus,peculiariter tamen dominus
citat verba Dei ad Moysen circa rubum, vel quòd
hoc loco insigniter deus suum nomen Moysi apc
ruit,& tunc primum se horum trium patriarcharu
deum appellauerit,addens hoc sibi nomen fore in
æternum: ex quo etiam vlterius cõsequitur omnes
illos viuere deo,etiam si moriantur hominib. qui
horũ patriarcharũ sunt filii, cum benedictio pa-
triarcharum etiam ad semen eorũ extendatur: vel
etiam quod hoc loco primùm Moyses suam acce-

perit à Deo authoritatem,cuius authoritate Saddu A
cæi se putabãt resurrectionis fidem confutasse. Si
enim Moysis authoritate se tueri vellent, oporte-
bat attendere diligenter,& credere eis verbis Dei
ex quibus suã primùm Moyses obtinuit authori-
tatem. Non caret autem mysterio,quòd Deus se
non dicit Deũ Abraham,Isaac,& Iacob,sed ter re-
petito nomine,Deus,Ego sũ (inquit) Deus Abra-
ham,Deus Isaac,& Deus Iacob. Hac enim terna
nominis Dei repetitione ad singula patriarcharũ
nomina,significata est trinitas personarum diuina
rũ, quæ & in tribus his patriarchis videtur de-
signata. Abrahã enim primus fidei parens, ac filium
suum Isaac paratus immolare,typum gerit Dei pa
tris,qui filium suum vnigenitum obtulit pro salu-
te hominum in cruce. Isaac autem ligna ferens hu-
meris suis in sui ipsius immolationem,typum ma- B
nifestè gessit Christi,qui factus est obediens patri
vsque ad mortem,crucis lignum in quo immolan
dus erat gestans suis humeris: Iacob autem tertius
in patriarcharum numero,procedẽs ab Abraham
per Isaac,typum quendã gessit spiritus sancti: pro-
cedentis à patre per filium. Quod autem in Mat-
thæo dicitur istud dictum Iudæis: in Marco verò
ipsi Moysi,nihil habet cõtrarietatis. Sic enim illud
dictum fuit Moysi,vt etiam eidem præceptum fue
rit, dicere illud Israelitis rogãtibus nomẽ eius qui
misisset ipsũ. Cæterũ quod in Luca legimus, secus
rubum: & in Marco,super rubum, Græcè est, ὑπὲρ
τὸ βάτος, quod verti melius potest,In rubo,quem-
admodum vertit in Marco quidam, cùm in Luca
verterit,iuxta rubum. Cum autẽ subiungitur: Deus
autem non est mortuorum,sed viuorum; repetenda
est dictio, Deus, hoc modo: Deus autem non est
mortuorum Deus,sed viuentium, quemadmodũ
in illo ad Romanos: Neque enim qui in manifes-
to Iudæus est, neque quæ in manifesto, in carne
est circumcisio, repetendæ sunt dictiones, Iudæus
& circumcisio. Infertur autem à Domino ex præ-
missis apud Marcum,id vnde cœperat, cùm dici-
tur, Vos ergo multum erratis. Non enim iam ostẽ
derat eos simpliciter errare,sed multum errare,ni
mirum & quodterrarent negando resurrectionem,
& quòd errarent existimando posita resurrectione D
carnalem fore post resurrectionem vitam. Ex hac
itaque Christi cõtra Sadducæos disputatione du-
plex refellitur error philosophorum & hæretico-
rum. Primum enim contra omnes philosophos a-
stituitur resurrectio corporum,quæ vt non potest
efficaciter naturalibus rationibus probari,sed po-
tius cum naturalibus pugnat rationibus: ita eam
nulli philosophi potuerunt credere futuram, nec
credi potuit à quoquã nisi diuina reuelatione in-
structo, aut scripturis sacris fidem habente, quan-
quam rationibus quibusdam naturalibus fides re-
surrectionis iuuari possit. Post philosophos autem
& Iudæorũ Sadducæos,fuerunt & hæretici Chri- E
stiano nomine gloriantes, qui ipsi etiam Aposto-
lorum temporibus,& in exordio nascentis Eccle-
siæ corporum negauerunt resurrectionem, nimi-
rũ hi fere omnes qui ex Simonis Magi schola de-
scenderant,falso nomine se gnosticos appellantes,
à veritatis,quam sibi vendicabant solis, cognitio-
ne. Testatur enim Augustinus,Simoneu Magum,
Basilidem,Scuerianos,Carpocratitas, Valentinia-
nos,Marcionites resurrectionẽ negasse, quemad-
modum etiam patet ex Irenæo & Tertulliano. Hi
enim nomẽ tantum resurrectionis conseruantes,

asserebant nõ esse nisi resurrectionem animarũ, A
qua scilicet animæ eorum qui doctrina ipsorum
imbuti essent,liberatæ à vinculis corporalibus,re-
stituerentur saluti: quæ videtur & fuisse sententia
Hymenæi & Phileti,de quibus dicit Paulus,quod
à fide exciderũt,dicentes resurrectionem iam esse
factam. Contra quos hæreticos disputans Tertul-
lianus lib.de resurrectione carnis, quandoquidem
etiam hoc loco hæretici quidam abutebantur pro
erroris sui confirmatione, ostendit hoc loco car-
nis resurrectionem & non animæ tantum Domi-
num astruxisse, quòd talem proculdubio confir-
mare voluerit resurrectionem,qualis è Sadducæis
negabatur, qui eam negabant in qua videri pote-
rãt necessariæ nuptiæ. Secundò refellitur error eo-
rum qui resurrectionẽ quidem carnis confitentur
futuram,sed post eã putant fore carnales delicias, B
in quibus hominis futurã constituunt beatitudi-
nem,nimirum in cibo & potu,ac omnis libidinis
expletione. Quod sensisse Cherinthum testatur D.
Augustinus lib. de hæresibus, sentiuntque quot-
quot Mahometi iam sequuntur errorem. Refel-
litur item error eorum qui post resurrectionẽ cre
diderunt,terrenũ fore regnũ Christi, in quo ante
acceptum spiritum sanctum fuerunt etiã discipuli,
fuerunt & hi qui Millenarii dicti sunt,quod mille
annis post resurrectionem Christum in terra re-
gnaturum crediderunt. Contra hos enim omnes
saluator hic docet,nõ carnalem,neque terrenum
fore post resurrectionem statum hominum,sed ta C
lem victuros vitam,qualem viuũt Angeli in cœlo *Resurre-
ctionis fi-
des necessa-
ria.*
sine nuptiis,ac proinde etiam sine cibo & potu,re
liquisque carnis oblectamentis. Est autem resur-
rectionis fides vt propria Christianis,& omnium
fere quæ creduntur maximè supra naturã,ita con
seruationi Christianę religionis summe necessa-
ria,vt rectè dicatur basis & fundamentum Chri-
stianismi. Huius enim spe fit vt quod docet Chri
stiana doctrina,alacriter homo exequatur,vt scili-
cet præsentia bona contemnat, voluptates fugiat,
carnem suam castiget,ac mortem etiã,si necesse sit
pro Christo obeat,mortem q; minus horreat. Vnde
librum suũ de resurrectione carnis sic auspicatur
Tertullianus: Fiducia Christianorum, resurrectio D
mortuorum. Illa credentes sumus,hoc credere ve
ritas cogit. &c. Itaq; cum hoc loco primũ quidem
doceamur futuram corporum resurrectionem,hu
ius spe nec propriam mortẽ,nec amicorum nimis
doleamus,omniaq; prompte perficere studeamus
quę à suis Dominus exigit,qui aliquando abun-
dãtem illis redditurus est mercedem. Cum autem
secundo doceamur,spiritualem fore post resurre-
ctionem statũ vitæ humanæ,quo illo digni efficia
mur,futurã illam vitã meditemur & auspicemur,
sobrietate,castitate & oratione, Angelorũ vitam
imitantes in terris,quo in cœlis æquales illis effici
possimus. Quæri autẽ potest circa hoc quod dicit
Dominus,in resurrectione non fore nuptias,an in
resurrectione sit permansurus sexus muliebris. Nã
cessantibus nuptiis,is sexus videtur superfluus &
otiosus. Et quidem D. Aug. lib. de Ciuitate Dei 22. *Ephes.4.*
cap. 17. testatur nonnullos propter illud Pauli: Do
nec occurramus omnes in virum perfectum, exi-
stimasse fœminas non resurrecturas in sexu fœmi
neo,sed omnes in virili,quoniã Deus solũ virum
fecit ex limo,fœminam ex viro. D. Hilarius autem
hoc loco in commentariis super Matthęum hanc
quæstionem attingẽs, quod se temere facere dicit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo quod à cunctis fermè esset præterita, sentire videtur omnem sexum defuturum in resurrectione motus his Christi verbis. Sic enim habet: Et quidè suffecerat aduersus Sadducæos opinionem corporeæ illecebræ recidisse, & officiis cessantibus inania hæc corporum gaudia sustulisse, (dicendo scilicet, *non nubent, neque nubentur*.) sed adiecit: *Erunt similes Angelis Dei*. Quia igitur eas Angelis similes, sacramentum scripturarum, & diuinæ virtutis potestates futuras esse demonstrat, qualis in scripturis authoritas est de Angelis opinandi, talem in resurrectione spei nostræ sensum oportet esse de fœminis. Hæc ille, qui his sentire videtur, non solum cessatura officia sexuum, sed etiã sexuum diuersitatem, imo omnem sexum, sicut nullus est in Angelis sexus. Verum Augustinus loco prædicto quæstionem hanc tractans subiungit. Sed mihi melius sapere videntur, qui vtrũq; sexum resurrecturum esse non dubitant. Non enim libido ibi erit quæ confusionis est causa. Nam priusquã peccassent, nudi erãt, & non confundebantur vir & fœmina. Corpotibus ergo illis vitia detrahentur, natura seruabitur. Nõ est autem vitium sexus fœmineus, sed natura, quæ tunc quidem & à concubitu, & à partu immunis erit: erunt tamẽ membra fœminea non accõmodata vsui venereo, sed decori nouo, quo nõ alliciatur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit: sed Dei laudetur sapiẽtia atque clementia, qui & quod non erat fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. Hæc ille, qui post pauca eodem capite hanc sententiam confirmat ex præsenti ad Sadducæos responsione Christi. Cùm (inquit) aptus locus esset vt diceret: De qua me interrogatis, vir erit ipsa, non mulier: non hoc dixit, sed dixit, *in resurrectiuane neque nubent, neque ducent vxores, sed sunt sicut Angeli Dei in cælo*. Nuptias ergo Dominus negauit futuras esse in resurrectione, non fœminas, & ibi negauit, vbi talis quæstio vertebatur vt eam negato sexu muliebri celeriore facilitate dissolueret, si cum ibi prænosceret non futurum, imò etiam futurum esse firmauit, dicendo: *Non nubent*, quod ad fœminas pertinet: *neque vxores ducent*, quod ad viros. Erunt ergo quæ vel nubere hic solent, vel ducere vxores, sed ibi hoc nõ facient. Simili argumento & Hieronymus hic in Matthæum scribens collegit fore vtrunque sexum: Si (inquit) in resurrectione non nubent, neque nubentur, resurgent ergo corpora quæ possunt nubere & nubi. Nemo quippe dicit de lapide, & arbore, & his rebus quæ non habent mẽbra genitalia, quod non nubant, neque nubantur, sed de his qui cùm possint nubere, tamẽ alia ratione non nubunt. Quod autẽ infertur: *Sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo*; spiritualis promittitur conuersatio. Hæc Hieronymus, quem verisimile est hoc diligentius annotasse, non tantum ad ostendendum identitatem corporum in quibus homines resurgent, sed etiam in commendationem eunuchorum, qui nũc se castrauerunt propter regnũ cælorum, Angelicã similitudinem quæ in resurrectione promittitur, in præsenti vita quadantenus præuementes.

ç RESPONDENTES AVTEM QVIDAM SCRIBARVM DIXERVNT EI: MAGISTER, BENE DIXISTI.] Solus Lucas commemorat scribas quosdam commendasse responsionem Domini datam Sadducæis: Marcus vero similem cuiusdam scribæ commendationem narrat post responsionem Domini ad sequentem quæstionem, quam prætermisit Lucas, quod eandem à scriba quodam alio tempore Domino proposita tam, & à Domino eodem modo quo hic absoluta, introduxit superius cap. 11. Intelligendum itaque vtranq; Domini responsionem ad duas quæstiones, quosdam ex scribis approbasse, & alteram quidem commendationem descripsisse Marcum, alteram vero Lucam, qui dicit quosdã scribas respondisse, hoc est, subintulisse, *Magister bene dixisti*, nimirum gaudentes Sadducæis hostibus suis, & dissentientibus secum, occlusum esse os. Quod autem apud Lucam sequitur: *Et amplius non audebant eum quicquam interrogare*; ex Matthæo & Marco falsum videtur, cum hi testentur post quæstionem Sadducæorũ, Pharisæos & scribas aliam adhuc quæstionem proposuisse. proinde vel intelligendum est, Lucam tantum loquide Sadducæis, vt sit sensus: Sadducæos non amplius ausos quicquam interrogare. Aut si de omnibus Lucas loqui intelligatur, accipienda est ea sententia significari quod cum iam aliquoties Dominus respondisset prudenter variis quæstionibus & Pharisæorum, & Sadducæorum, ita ipsius prudẽtiam admirati sunt & timuerunt, vt non auderent eum amplius quicquam interrogare. Videtur enim Lucas idem voluisse dicere cum eo quod post sequentem quæstiõem à se omissam ob causam iam prædictam dixit Marcus: & nemo iam audebat eũ interrogare: Matthæus vero adiecit de turbis: *Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius*; quod scilicet tam prudenter & faciliter iis quæ videbantur perplexa responderet, resurrectionem q; futuram ex eo loco scripturæ perspicuè & efficaciter concluderet, ex quo id minimè videbatur colligi posse. Triplex ergo effectus secutus est prudentẽ Christi responsionem, confusio Sadducæorum confundere ipsum quærentium: commendatio Christi, quam veritas etiam ab hostibus extorsit: admiratio turbæ.

SOLVITVR QVÆSTIO PHARISAEORVM DE MAXIMO mandato. Matthæi 22. Marci 12. CAPVT XXVIII.

Pharisæi autẽ audiẽtes quod silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnũ, & accessit vnus de scribis, qui audierat illos cõquirẽtes, & videns quoniã bene illis respõderit interrogauit eũ vnus ex eis legisdoctor: quod esset primũ omniũ mãdatũ, tentãs eum. Magister, quod est mãdatum magnum in lege? Iesus autẽ respõdit ei: Quia primũ omniũ mandatũ est, Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est maximũ, & primũ mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Maius quorũ aliud mandatũ nõ est. [&] in his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Et ait illi scriba: Bene Magister in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & nõ est alius præter eũ, & vt diligatur

† a. Ait illi Iesus

b. in. c. am † b. illi d. h.o. tã quam.

ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximũ tãquam seipsum maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Iesus autem videns quod sapienter respõdisset, dixit illi: Non es longe à regno Dei, & nemo iam audebat eum interrogare.

PHARISÆI AUTEM AVDIENTES QVOD SILENTIVM IMPOSVISSET SADDVCÆIS, &c. Cùm Matthæus postquam de turbis dixisset quod audientes mirabantur in doctrina eius, subiungat per aduersatiuam: *Pharisæi autem audientes*, &c. satis significat, Pharisæos nõ ita vt turbas admiratos, sic vt bene Christo ob prudentiam eius afficerentur, sed potius inuidia quadam gloriæ eius extimulatos. Itaque quanquam gauderent Sadducæis contrariæ sectæ & sententiæ hominibus os occlusum esse, & silentium impositum, tamen inuidia quadam contra Dominum concitati, conuenientes in vnum consultauerunt inter sese de quadam quæstione etiam à se Domino proponenda, vt si fortè ad eam nõ aptè responderet, minueretur apud populum admiratio prudẽtiæ eius, & maiorem apud populum ipsi consequerentur honorem & laudem, quòd quem Sadducæi superare non potuerãt, ipsi superassent. Deinde & hac ratione videri possunt commoti, vt communi consilio de quæstione aliqua proponẽda consultarent, ne quia Sadducæis videbant silentium impositum, etiam ipsi non viderentur habere quod interrogarent. Hæc autem tum gloriæ Christi inuidia, tum propriæ gloriæ & ostentationis cupiditas ita eos excæcauit, vt non viderent spem eorum vanam esse & impudentẽ. Qui enim, inquit Hieronymus, iam supra in ostẽsione dentii fuerant confutati, & aduersæ partis viderant factionem subrutã, debuerant ex hoc moneri ne vltra molirentur insidias, sed maleuolẽtia & liuor nutrit impudentiam. Itaque quemadmodum superius quosdam ex Pharisæis & Herodianis miserunt proposituri quæstionẽ quæ Pharisæos & Herodianos concernebat: ita nunc per quendam ex ipsorum numero legisdoctorem & scribam proponunt quæstionem concernentem scribas & legis cognitionem. Vnus enim ex eis, inquit Matthæus, à cæteris, vt est verisimile, instigatus, qui, vt dicit Marcus, audierat Sadducæos & Dominum conquirentes, hoc est, inter sese disputantes, cùm aduertisset quod bene illis respondisset, experiri volens (hoc est enim quod dicit Matthæus, tentãs eum) num & sibi responsurus bene posset, accessit ad eum, & interrogauit, quod esset in lege omniũ primum mandatum. De eo enim apparet illo tẽpore fuisse inter scribas quæstionẽ & controuersiam, scribis quibusdam sibi placentibus quòd deprehẽdissent & intelligerent duo dilectionis mandata esse præcipua legis mandata, quemadmodũ dictum est circa cap. Lucæ 11. in cap. Concordiæ 81. vbi item scriba quidam Dominum tentando interrogauit, quid faciendo vitam æternam possideret, & ad legem à domino remissus, sapientiã suam non vulgarem, sed peculiarem ostentare volens, respondit duo hæc dilectionis præcepta. Sic & hic sibi placens de cognitione primi in lege mandati, dominũ interrogauit non discendi studio, sed tentandi & experiendi: *Magister* (inquit) *quod est mandatum magnum* (hoc est, maximum) *in lege?* Positiuus enim pro superlatiuo positus est, vnde postea maximum vertit interpres, cũ & ibi Græcis, sicut hic, sit positiuus μεγάλη. D. Hieronymus tamen existimat hunc ideo interrogasse quod est magnum mandatum, non autem quod est maximum, vt cùm omnia quæ Deus mandauerit, magna sint, quicquid ille responderet, occasionẽ haberet calumniandi, aliud asserens magnum esse de pluribus. At hæc annotatio non cõuenit eo quod Marcus dicit hunc interrogasse quod esset primũ omnium mandatum.

ɛ IESVS AVTEM RESPONDIT EI, bQVIA PRIMVM OMNIVM MANDATVM EST: AVDI, &c.] Quanquam Dominus hunc scribam sciret non discendi voto, sed studio cognoscẽdi an sciret quod interrogabatur, interrogare tamẽ non dedignatus est respondere, tum ob fructum quem præuidebat hinc etiam in tentatore scribam prouenturum: tũ quòd magisterij eius professio non sinebat eum silere, aut responsionem declinare, ne qui magistrum se in templo quotidie exhibebat, videretur ignorare id quod in primis doctori est cognoscendum. Docens enim artem aliquam, cognoscere debet quid in ea arte sit præcipuum & primũ. Prolaturus autem Dominus primum mandatum ex Deuteronomii 6. cap. prẽmittit etiam, vt est apud Marcum, illud quod ibi præcedit: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est, vel, vt habẽt Græca & Hebræa, Dominus Deus noster Dominus vnus est. Quod procemii loco præmittitur primo præcepto dilectionis: eo quod dilectionem Dei præcedere debeat recta de Deo opinio & fides, vt scilicet credatur vnus esse Deus, & non multiplex, sicut Dii gentium, & proinde in vno illo omnem fiduciam collocandam esse, ex qua fide etiã facilè nascitur Dei ex toto corde dilectio. Quoniam enim Deus est, & super omnia cõstitutus, hinc super omnia diligẽdus est: quoniam verò etiam vnus est, toto etiam corde est diligendus, qui diuiso corde esset diligẽdus, si in multos Deos esset diuisus. Vnde quidam coniunctionem, &, cùm sequitur, *Et diliges Dominum*, &c. putant Hebræa phrasi accipiendam illatiuè, vt sit sensus: Itaque diliges Dominũ. Potiò cùm dicitur, *Deus vnus est*. vel, *Dominus vnus est*. dictio, *vnus*, non excludit pluralitatem personarũ in diuinitate, sed naturarum. vnde pro Dominus, Hebræis est nomẽ tetragrámaton, quod proculdubio nomẽ est essentiæ derivatum à verbo quod esse significat. Trinitatẽ autem personarum in essentiæ vnitate subsistẽtẽ satis etiam hac sententia spiritus sanctus significauit, quemadmodũ annotauit Euthymius, cum primùm dicatur Dominus, & secũdò Deus, ac tertiò rursum Deus vel Dominus, quemadmodum & in illo Psalmi: Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: trina repetitione nominis Dei plerique intelligũt indicatam personarum diuinarũ trinitatem, & secũdo loco dici, Deus noster, quod secunda in diuinitate persona singulari ratione, per assumptam humanam naturam, Deus noster factus sit. Quæ autem ad intelligentiam & explicationem horum duorum præceptorum dilectionis pertinent, prolixè satis tradita sunt superius circa prædictum Lucæ locum. Illud tantùm hic notandum, Matthæum vsum præpositione, *in*, dicendo: *In toto corde, in tota anima, in tota mente* (nam apud Matthæum in Græcis non est, ex toto corde vt nos legimus, sed in toto corde, sicuti in tota ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma,in tota mente)Marcus vero posuit præpositionem,ex,dicens,ex toto corde,&c.Matthæus enim secutus est Hebraeam veritatem,quæ habet literam Beth.Marcus vero versionē Septuaginta,quę habet præpositionem ἐκ.Nec est aliquid in sententia diuersitatis. quanquam annotare iuuat visum est,quod quidam rationem aliquam assignēt quare in Matthæo dictum sit,ex toto corde: nō autem in corde:& rursum,in tota anima: non autem, ex tota anima. Magis autem illud notandum, quod præceptum hoc non reperiatur in Exodo vel Leuitico,sed tantum in Deuteronomio, hoc est,in secunda lege Moysis, quæ typum gerebat secundæ legis diuinæ, nempe legis Euāgelicæ,cui hoc præceptum est proprium,cum sit lex dilectionis & amoris ,cum vetus lex fuerit lex timoris in seruitutem generans. Ideoque in Deuteronomio post-
Ierem.19 quam Moyses cap.5. enarrasset decalogi præcepta data Iudæis à Deo in monte Sinai cum magna timoris incussione, deinde in capitis sequentis exordio subiungit hoc dilectionis Dei præceptum, spiritu sancto significante post legem timoris successuram legem amoris,illudque præceptum dilectionis Dei complecti in se omnia quæ prius data erant decalogi præcepta, quæque post traditurus erat Moyses, interque ea omnia hoc primum esse & maximum.Iudæi sanè ipsi hūc totum à Domino citatum locum cum summa legunt observatione.Eorum enim scriptores primā & vltimam huius loci literam in Deuteron. scribunt maiusculis ad amplificationem ipsius sententiæ, vt eam legis diuinę principium & finem subindicarent. Abutunturque Iudæi plerique his sacris verbis , haud secus quàm aliqui Christiani initio Euangelii secundum Ioannem,qui se satis tutos existimant,si sacra verba in schedula circunferant, quantumuis interim scelerata vitam viuant. Itaque Iudæi mane & vespere cum magna religione,imo superstitione hæc legunt verba,hac scilicet ratione, vt ipsi scribunt,vt fugent quæq; noxia. Cæterum alterum dilectionis mandatum,quod ad proximum pertinet, Dominus dicit secundum , non quidem ordine legislationis , quia prius illud datum erat
Leuit. 19. sed dignitate.Simile autem dicit alteri, tum quod etiam sit de dilectione exhibenda, tum quod similem habeat cum precedenti generalitatem.Vnde & sequitur:

IN HIS DVOBVS MANDATIS VNIVERSA LEX PENDET ET PROPHETAE.] Tota lex & prophetæ, hoc est, prophetarum scriptura & doctrina , pendet in duobus dilectionis mādatis,quia in illis omnia legis & Prophetarum præcepta comprehenduntur , & ex eis dependent atque eliciuntur, & ad duplicis illius dilectionis exhibitionem aut conseruationē omnia ordinantur, ita vt secundum exigentiam mandatorum dilectionis,reliqua omnia mandata sint vel seruanda,vel aliquando etiam omittenda aut mutanda. Plenitudo enim legis , est dilectio , inquit Paulus cum Domino cōsentiēs. Et rursum:Finis , inquit,
Rom. 13. præcepti est charitas de corde puro & conscientia
1.Tim.1. bona,& fide non ficta. Non tantum autē in duobus illis mandatis continentur reliqua omnia legis aut Prophetarum præcepta, sed etiam quodā modo quæcunque in lege vel in Prophetis narrantur facta vel dicta à Deo, vel ab hominibus. Omnia enim propter charitatis ędificationē narrantur. Porro quod dicitur in duobus mandatis pendere legem & Prophetas , vtroque modo verum est, siue intelligatur quod in duobus istis simul pendeant, nimirum quia in priore mandato summatim comprehenduntur ea præcepta quibus erga Deum instruuntur homines : in secūdo vero quęcunque erga proximum instituunt,siue intelligatur sic in duobus istis pendere , vt in singulis horum omnia pendeant,eo quod alterius præcepti obseruatio sine altero esse nequeat , imo alterum in altero includatur , aut saltē præsupponat. Quicunque enim diligit Deum vere ex toto corde,hic necessario ad omnē eius voluntatē comparatus est,ex quo consequens est , vt & in seipso & erga alios viuat sanctè & decenter;sobriè & iustè.Quod si verè diligat proximum sicut seipsum, necessarium etiam est vt prius diligat Deum,proper quem proximus est diligendus, & ex cuius dilectione fluit syncera & vera proximi dilectio.Pro inde non dubitauit Dominus Matthæi 7. cum adhortatus fuisset nos,vt quæ velimus nobis fieri,eadem aliis faciamus,subiicere idem quod hic dixit: Hæc est enim lex & Prophetæ. Et Paulus cum de dilectione proximi ageret ad Rom.13. non dubitauit dicere, Plenitudinē legis esse dilectionem, & dilectionē proximi non operari malum , nimirum quod hæc necessario præsupponeret dilectio-
Ioan.4 nem Dei:Deus enim est charitas, inquit Ioannes,
1.Ioan.4. & qui manet in charitate , in Deo manet,& Deus in illo.Et rursum: Qui dicit se diligere Deū,& fratrē suū odit,mendax est , & veritas in eo non est. Cum autem in tam paucis verbis & præceptis tota lex & Prophetæ comprehendantur, merito illa fixē sunt menti imprimenda;semperque ante oculos habenda,iuxta consilium quod Deuter.6. post primum horum præceptorum subiicitur, vt secundum hæc omnes nostros actus & consilia dirigamus & dispiciamus,quod qui faciunt , non ita, vt plerique,hærent frequenter dubitantes quid faciendum,quid non, quidve rectē factum est, quid secus.In hæc enim præcepta maxime competit illud Dauidis,Præcéptum Domini lucidum,illumi-
Psalm.18 nans oculos.His præceptis Dominus præceptorū varietatem & multitudinē contraxit hoc loco,adimplens illud quod ex Isaia Paulus ad Rom.9.citat tanquam adimpletum in Christo: Verbū enim consumans & abbreuians in æquitate,quia verbū abbreuiatū faciet Dominus super terrā.Quem locum tractans D.Cyprianus in sermone de oratione Dominica , sic habet : Nam cum Dei sermo Dominus noster Christus Iesus omnibus venerit, & colligens doctos pariter & indoctos,omni sexui atque ætati præcepta salutis ædiderit,præceptorū suorum fecit grande compendium,vt in disciplina cœlesti discentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium,velociter digeret.Hæc ille,qui deinceps declarat Dominū hoc compendium fecisse isto loco.

ET AIT ILLI SCRIBA: BENE MAGISTER IN VERITATE DIXISTI, QVIA VNVS,&c.] Quod Marcus dicit hunc scribam approbasse Domini responsionem,& Dominum vicissim eius responsionem commendasse, ita vt diceret cum non longē esse à regno Dei, nō est contrarium ei quod Matthæus hunc dicit tentasse Dominum.Tētasse enim solum dictus est,ob id quod experiri voluerit nū ad quæstionē rectē Dominus respondere posset.Qua in re etsi non syncero animo se declarabat erga Dominū esse affectu, tamen

cum audiret prudentem Domini responsionē, ac A ctionem Dei & proximi præcellere holocaustomata & sacrificia, apparet fuisse inter Pharisæos aut sacerdotes qui sacrificiis primas tribuerint partes, cùm Scripturæ Prophetarum aperte satis contrarium doceant; vt Psal.49.50.59.Isaiæ 1.Ieremię 7. & aliis multis locis, quorum multa colligit Diuus Ireneus libro quarto, cap. 32. His enim aperte significatur Deum potius requirere obedientiam, pietatem,iustitiam,misericordiam, & id genus alia,quàm externa sacrificia:sicut & Deuteron.10. restatur Moses non petere Deum aliud à suis quàm vt diligant eum in toto corde suo. Cæterum quod B dicit Dominus hoc loco præceptum dilectionis Dei esse primum & maximum mandatum,ac duobus his præceptis dilectionis nullum esse maius præceptum,notandum contra eos qui fidem hodie nimis extollunt,præferentes eam charitati, ac gratius Deo esse asserentes credere illi , quam diligere eum ,cum,& paulus aperte dicat ,inter tres virtutes,fidem,spem & charitatē, maximam esse charitatem.

QVÆSTIO PROPONITVR DE CHRISTO, CVIVS FILIVS SIT. Matthæi 22. Marci 12. Lucæ 20.

CAPVT CXIX.

[a] Congregatis autē Pharisęis,interrogauit eos Iesus,dicēs: *Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est?* Dicunt ei,Dauid. [b] Et respondēs Iesus † dicebat ad eos, [b] docēs in templo: [b] *Quomodo dicunt* scribæ *Christum filium esse Dauid?* [a] *Quomodo ergo Dauid in spiritu* [c] *vocat eum Dominū, &* [b] *ipse enim Dauid dicit* [b] *in Spiritu sancto* [a] *in libro Psalmorum* [a] *dicens,* [b] *Dixit Dominus Domino meo,sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedū tuorum.* [b] *Ipse* † [b] *ergo Dauid dicit illum Dominū, si ergo Dauid vocat eū Dominum, &* [b] *quomodo filius eius est,* [a] *& nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare,* [b] *& multa turba eum libenter audiuit.*

† a.ait illis. † c. Dauid ergo Dominū illū vocat b dixit autem

CONGREGATIS AUTEM PHARISAEIS INTERROGAVIT EOS IESVS, DICENS,&c.] Cùm non haberent amplius quod interrogarent Pharisæi, Dominus vicissim post multas eorum interrogationes illis quæstionē proponit,eamque valde oportunam Cùm enim superiori sermone docuisset quæ ad opera vitámq; recte instituenda pertinent,nunc ad rectam de Christo fidem eos oportune prouocat, quod sine fide impossibile sit qualiquali vita placere Deo. Cūq; nihil magis Pharisæos offendebat in Iesu, quàm quòd se filium Dei frequenter vocaret, seq; Deū esse,ac Deo æqualem significaret, commode nunc in vltimo ad illos sermone ex scripturis relinquit intelligendum illis , expectatum Messiam fore supra hominem,ac vere Deum fore,vt qui ipsum ex factis & miraculis debebant agnoscere esse Christum,non alienarentur ad ipso,quod se Deum, Deoque æqualem significaret.Fuit enim hic vltimus Christi ad Pharisæos sermo,exceptis his quę captus ab eis,respondit illis.Non tantum autē contra Pharisæos & Iudæos illius tēporis hic Christi sermo profecit,sed & contra Iudæos nostri temporis.Siquidem & hi suum Christum quem adhuc venturum expectant,putant tantum fore purum hominem,nec alia re magis abhorrent à Christianorum fide,quam quod ea prædicet Christū hominem vere etiam esse Deum,quasi hac ratione multos colamus deos;cōtra illud quod in scripturis toties dicitur, vnus est deus.Itaque cum adhuc apud ipsum dominum congregati essent Pharisæi,interrogauit eos cui? putarēt Christum esse filium,eisque respondentibus Dauidis eum esse C filium,rursum quæsit quomodo ergo Dauid eum vocet Dominum suum,idque nō suo spiritu,nec spirita errotis,sed per spiritum sanctum & in libro Psalmorum sanctorum.Qua quidem quæstione cogitandum illis relinquit,Christum amplius quid futurum quàm quod à Dauide erat acceptus nascendo:alioqui enim absurdum esse, quod eum nō tantum Dominum, sed suum Dominum vocet,cum non sit conueniens,vt patēr suum filiū vocet suum Dominū. Noluit autē Dominus ipse nodū huius quęstionis dissoluere,tum quod necdum tempus esset diuinitatem Christi aperte prędicare,tū ne occasionem blasphemię inuenientes Iudei amplius insanirent, vt habet Chrysostomus. Porro in historię huius narratione videntur à Matthæo nonnihil discordare Marcus & Lucas.Nam cū Matthæus dicat pharisęos interrogatos cuius putarent Christum esse filium, eosque rursum interrogatos quomodo ergo Dauid Christum vocaret suum Dominum, reliqui duo Dominū tantū D quæsisse commemorant: *Quomodo dicunt scribæ Christum filium esse Dauid?* quę non videtur fuisse quęstio Domini ad ipsos Pharisęos,sed potius ad turbas à scribis edoctas. Itaque Osiander in sua harmonia significat bis Dominum hanc quęstionem proposuisse, semel Pharisęis, ac deinde turbę, si milemque sententiam etiam indicat Euthymius. Verum illud non est necesse intelligere, cum Marcus & Lucas nō dicant illud Dominum dixisse ad turbas,quamuis turba audiente significent esse dictum,imò potius significant dictum ad illos quos prius cōmemorauerunt quędam interrogasse Dominum Pharisæos,Scribas & Sadducæos,vt patet

ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex eorũ narratione. Dicendum ergo quod hi duo Euangelistæ in narratione huius quæstionis à Domino propositæ, breuitati studentes, dicunt Dominum quæsisse in tertia persona: *Quomodo dicunt scribæ Christum esse filium Dauid* &c. cum ex Matthæo satis appareat non his præcisè verbis in quæstione proponenda vsum fuisse, sed tamen idem secundum sensum quæsisse quod illis verbis quæsisse commemorant reliqui duo. Non enim, vt sæpe dictum est, Euangelistarum studium fuit verba Christi nobis annumerare. Cũ enim Pharisæi plerique etiam scribæ essent, aut saltem ex scribarũ sententia & doctrina respondissent, Christum esse filiũ Dauidis, rectè Marcus Dominũ interrogasse narrat, *Quomodo dicunt scribæ*, &c. quamuis in secũda persona, vt ex Matthæo apparet, istud quęsierit à Pharisæis, quanquã intelligi etiam possit, Pharisæos interrogatos cuius filius esset Christus, respondisse scribas asserere eũ esse filium Dauid, actum Dominum subiecisse quod habent Marcus & Lucas; *Quomodo dicunt scribæ*, &c. Cæterum scribis tribuitur hęc assertio, quòd ea ex scripturarum pendeat intelligentia, quarum enarratio ad scribas pertinebat, maximè cùm Christum fore filium Dauid, non apertè dicatur in scripturis, vt ex eis id quisque intelligere posset, sed tantùm significetur, & indicetur, ita vt ij tantùm ex illis intelligere potuerint illud, qui acutiores erãt in scriptu ratum intelligentia. Nusquam enim apertè dicitur Christus fore filius Dauid, sed id scribæ ex variis locis intellexeruut satis significatum, vt Isaiæ 8. vbi promittitur sessurus super solium Dauid. Micheę 5. vbi dicitur nasciturus in Bethlehem, & aliis multis similibus locis. Apparet autẽ Dominũ sua hac interrogatione & argumentatione velle probare Christum non esse filium Dauid, & tollere velle assertionẽ Scribarum & Pharisæorum. Dicit enim: *Quomodo dicunt scribæ, Christum esse filium Dauid*, quasi significans, illorum assertionem conuenire scripturæ. Vnde & infert: *Siergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?* Videtur enim econtrariò potius dicendum fuisse: Cùm Christus filius sit Dauidis, quomodo Dauid dicit eum Dominum? Sed illo potius modo suam quæstionem & argumentationem proposuit Dominus, vt erroneam illorum argueret opinionem, & significaret Christum non talem esse DAVIDIS filium qualem illi suspicabantur, hoc est, nudum hominem, sed etiam propter diuinitatem esse Dominũ ipsius: ac proinde scribas interrogatos cuius filius sit Messias, non tantũ oportuisse respondisse quod filius esset Dauidis, sed etiã & multo magis quod filius esset Dei. Non ergo scribarum assertionẽ tollere voluit Dominus, sed expendendum relinquit quomodo testimonium Dauidis constet cum illorum assertione, vt sublimiorem discant de Messia concipere opinionem. Testimonium autem à Domino citatũ desumptum est ex principio Psal. 109. ex cuius citatione obiter annotandum, & quòd Dauid eius Psalmi sit auctor, ac proinde aliorum etiam maximè qui Dauidis præ se ferunt titulũ, & quòd vnus sit Psalmorum liber, cùm Iudęi quidã in quinque eum diuidant. Non citat autem Dominus tantũ eam partem quæ suo seruire videbatur proposito, sed etiã addit quid Dominus dixerit Domino, nempe, *sede à dextris meis, donec ponam*, &c. vt maiorem eis metum incuteret, si pergerent ei se opponere, quem merito debuerãt agnoscere Christum esse. Porro ex ipso Pharisæorum silẽtio, & ignorantia responsionis, duo sunt obseruanda. primùm, quòd scribæ & pharisæi tunc non intellexerint mysteriũ diuinitatis Christi. Alioqui enim facilè respondissent, vocatum à Dauid Dominum, quòd Deus esset. Vocabant quidem Messiam filiũ Dei viui, vnde Caiphas dixit: Adiuro te per Deũ viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. *Matth. 26* Intelligebant enim ex scripturis scribæ Messiã singulari ratione vocandum filium Dei, quia dicitur *psal. 88* Psal. 2. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu. Et alio Psalmo: Ipse inuocabit me, pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ. Sed ex his aliisque locis tantum intelligebant eum fore filium Dei singulari quadam & eximia præ aliis electione & adoptione diuina, quomodo & Salomon filius Dei in typum Messiæ dictus est in scripturis. Obseruandum secundo tempore Christi dubium non fuisse Scribis & Pharisæis, quin Psalmus iste intelligendus esset de Messia. Alioqui enim habuissent quod Domino respõdissent. At posteri Iudæi variis modis conati sunt, & adhuc conantur, Psalmũ hunc nobis eripere, in hoc laborãtes vt de Messia ostendant non intelligendum. Siquidem teste Tertulliano lib. 5. contra Marcionem, quidam Iudæorum asseruerunt hunc psalmum de Ezechia intelligendum; quia is sederit ad dexteram templi: & hostes eius auerterit Deus, & absumpserit: Hieronymus autẽ hoc loco super Matthæum, Iudæos dicit intelligere hunc psalmũ dictum de Abraham in persona Eliezer serui eius, quod post cædem quinque regũ, Dominus Deus Domino suo Abraham dixerit; sede ad dexteram meam, &c. Alii intelligunt dictum de DAVIDE in persona populi Israelitici, qui DAVIDEM appellarit dominum suum. Sunt & qui intelligunt DAVIDEM ipsum hic dominum suum vocare Saulẽ, & quòd dicitur: DIXIT DOMINUS DOMINO meo; sic exponunt: DOMINUS dixit ad me propter dominum meum Saulem qui me persequitur. Verum hos omnes præterquam quod refellit silentium scribarum & PHARISÆORUM non habentium quod respõderent, etiam totius ipsius PSALMI consequentia conuincit coactæ interpretationis. In illo enim præter alia dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec; quod nemini præterquam Messiæ competere potest, quem admodum hoc & totum etiam PSALMUM de Christo antiqui plerique Iudæorum Rabbini intellexerunt. Sciendum autem, quod pro dictionibus, dominus & domino, non sit apud Hebræos eadem dictio. *Psa. 109* Nam pro nominatiuo, dominus, illis est nomen DEI tetragrammaton, quod quamuis propriè significet הָיָה, id est, existentem, vertitur tamen per nomen, dominus, quod pro nomine illo ineffabili legatur fere nomen Adonai. PRO datiuo autem, domino, ponitur nomen Adon, quod proprie dominum significat, quo nomine semper Paulus Christum appellat, propterea quod ipse redemptos sui sanguinis pretio homines à diaboli tyrannide in suum ius & dominium asciuerit, constitutus adeo patre omnium dominus, & iudex, caputque Ecclesiæ fidelium, de quo regno & dominio cum etiam in hoc PSALMO agatur, conuenienter etiam hoc loco DAVID Messiam DOMINUM & suum vocat DOMINUM. Intelligendam autem relinquit DOMINUS Christi ex hoc loco diuinitatem, non ex eo quod

DAVID vocat Messiam Dominũ, cum dictio Adon, qua hic vocatur Messias communis sit etiam hominibus principatum obtinentibus: vnde eadem dictione DAVID etiam Saulem vocat Dominũ suũ 1. Reg. 26. sed ex eo quod DAVID Messiam vocat Dominum suum, vtique non sic eũ vocaturus, si tantùm esset ipsius filius, & quãtus esset si ex ipso natus esset. Cæterũ sunt etiã in veteri tastamẽto quędam loca, in quibus apertè cõtra Iudęos Messias vocatur Deus, & item Dominus nomine tetragrammaton. Deus enim apertè dicitur Psal. 44. Sedes tua Deus in seculũ seculi, &c. vbi de regno Messiæ fieri mentionem præcedentia & sequẽtia testantur. Rursum: Paruulus natus est, & filius datus est nobis, & vocabitur nomẽ eius admirabilis, *Isaia. 7.* consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Item: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Nomẽ tetragrammaton, quod omnino nulli competere posse nisi soli vero Deo etiam Iudæi fatentur, Messiæ tribuitur. Ierem. 23. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo DAVID germen iustũ, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudiciũ & iustitiã in terra. In diebus illis saluabitur & Iuda, Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen quod vocabunt eũ, Dominus iustus noster. Hic enim pro dictione, dominus, Hebręa habent nomẽ tetragrammatõ, sicut & Ierem. 33. vbi similis est locus, quãquam etiam hęc ac alia loca diuinitatem Christi affluentia Iudæi suis peruersis interpretationibus deprauare, nobisque eripere nitantur. Porro vt & alia quæ in hoc habentur testimonio quod hic Dominus citauit, obiter tractentur, (nam exactior eorum tractatio ad Psalmorum pertinet explanationem) Deus pater dixit filio suo: Sede à dextris *Ephes. 1.* meis; siue quia ab æterno sic in mente sua secũ facere disposuit: siue quia vt Paulus, alludẽs ad hũc Psalmistæ locum, dicit ad Ephesios: Deus pater suũ filium post resuscitationem subuehens in cœlũ, constituit illum ad dexterã suam in cœlestibus. Dei enim dicere, facere est. Ex illo autem Pauli loco patet, non solũ quando impleta sit & perfecta promissa hoc loco sessio à dextris Dei, sed etiam quid sit Christum sedere ad dextram Dei, nimirũ eum hominem qui pro nobis mortem pertulit, factus patri obediens, constitutum esse supra omnẽ principatum & potestatem, & omne nomẽ quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, omniaque subiecta esse pedibus ejus. Vnde pater hanc possessionis promissionem neque tribuendã Christo ratione solius diuinitatis, neque ratione solius humanitatis, sed ratione humanitatis coniunctæ diuinitati. Quatenus enim homo Deus constitutus est super omnem principatum, acceptique nomen supra omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Cum autem dicitur, Sede donec ponam; dictio, donec, accipienda est, quem admodũ sæpe in scriptutis, nõ vt excludat sessionem ad dexteram postquam aduenerit præscriptũ illud tempus, sed vt tantum indicet euentũ huius rei certo tempore futurum, quod satis aperit Pau- *Hebr. 10.* lus dum dicit: Sede ad dexteram Dei, de cętero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Id autem fiet in nouissimo die, quando omnes hostes Christi qui siue verbo, siue facto dicunt illud: Nolumus hunc regnare super nos; perfectè illi subiicientur, digna de illis sumpta vindicta. Hoc enim tropice significatur per hoc quod promittuntur hostes eius ponendi scabellum pedum eius.

ET NEMO POTERAT EI RESPONDERE VERBVM, NEQVE, &c. Quod dicit Matthęus, neminem ausũ fuisse eum interrogare, significat eos hactenus quæ interrogauerũt nõ discendi sed tentãdi animo interrogasse. Si enim discendi fuissent cupidi, non debuissent ob animaduersam in Christo prudentiam ab interrogando quiescere, sed ob id magis ad interrogandum prouocari. Intelligi autẽ debet hoc generale Matthęi dictũ de hostibus Christi, scribis, Pharisæis & Saduczeis: & rursus intelligi debet de quęstione inter docendum Christo proposita. Nã mox postea discipuli quædam interrogasse referuntur, & in domo Caiphæ quædã ab hostibus suis Dominus captus est interrogatus. Porro adiectione illius partis; ex illa die; videtur significari etiam post illã diem Dominũ docuisse in templo, quemadmodũ etiam supra probatũ est ex quibusdam locis verisimile esse. Nam quorsum dicitur ex illa die nemi nem ausum fuisse interrogare illum, si ex illa die nunquam præsentibus scribis & Pharisæis Dominus docuit, ita vt nec possent eum interrogare, etiamsi ausi fuissent & cupiuissent?

DOCET AVDIENDOS ET CAVENDOS SCRIBAS.

Matthæi 23. Marci 12. Lucæ 20. CAPVT CXX.

[a] VNC Iesus †locutus est ad turbas, & ad discipulos suos', [b] & dicebat eis in doctrina sua, [a] dicẽs: Super cathedrã Moysi sederũt scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcũq; dixerint vobis seruate & facite, secundũ opera verò eorũ nolite facere, dicunt enim, & non faciunt: ‖ Alii gãt enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominũ, digito autẽ suo nolunt ea mouere. Omnia verò opera sua faciant, vt videãtur vt hominib'. Dilatãt enim phylacteria sua, & magnificãt fimbrias. Amant autẽ primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Vos autẽ nolite vocari rabbi, vnus est enim magister vester: omnes autẽ vos fratres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis super terrã, vnus est enim pater vester qui in cœlis est: nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester: Qui autẽ se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur. † [b] Cauete à scribis, qui volunt ãbulare in stolis, & [c] amãt ▷ [b] salutationes in foro, & ‖ primas cathedras in synagogis, & [c] primos discubitus in † cœnis', qui deuorant domos viduarũ, ▷ simulantes longam orationem': hi accipient ‖ damnationem maiorem'. [a] Væ autem vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnũ cœlorum ante homines: vos enim nõ intratis, nec introeũtes sinitis intrare. Væ vobis scribæ & Pharisæi,

† c. audiente autem populo dixit discipulis suis

† attendite.

▷ bo. salutari.

‖ b. o. in primis cathedris sedere

Universidad de Deusto
Biblioteca

b.n. contiuatis
b.o subiecta prolixæ orationis
b.o prolixius iudicium.
C.11.34
C.11.34
C13.30

risæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, longas orationes orantes, propter hoc amplius accipietis iudiciũ. Væ vobis scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnũ proſelytũ, & quũ fuerit factum, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicũque iurauerit per tẽplũ, nihil eſt: qui autẽ iurauerit in auro tẽpli debet. Stulti & cæci, quid enim maius eſt, aurum, an templum, quod ſanctificat aurũ? Et quicunque iurauerit in altari, nihil eſt: quicũque autẽ iurauerit in dono quod eſt ſuper illud, debet. Cæci, quid enim maius eſt, donũ, an altare, quod ſanctificat donũ? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ ſuper illud ſunt: & quicũque iurauerit in tẽplo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipſo. & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eũ. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentã, & anethũ, & eyminũ, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudiciũ, & miſericordiam, & fidẽ: hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci excolantes culicem, camelum autẽ glutientes. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, intus autẽ pleni eſtis rapina & immunditia. Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, vt fiat id quod de foris eſt mundũ. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus iuſti, intus autẽ pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorũ, & dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine Prophetarũ. Itaque teſtimonio eſtis vobismetipſis, quia filij eſtis eorum qui Prophetas occiderunt. Et vos implete menſurã patrum veſtrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehẽnæ. Ideo, ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatẽ, vt veniat ſuper vosmet ipſos ſanguis iuſtꝰ qui effuſus eſt ſuper terrã, à ſanguine Abelis iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſtis? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis, Non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

TVNC IESVS LOCVTVS EST AD TVRBAS, ET AD DISCIPVLOS, &c.] Cum ſcribarum & Phariſæorum eſſet iam deſperata correctio, reliquum vnum erat, vt alij admonerentur, ne illorum prauis moribus & exemplo corrumperentur. Itaque varia eorũ Dominus detegit vitia in ſequentibus, à quorum imitatione omnes, ſed præcipue ſuos diſcipulos, admonet ſibi cauere. Quod enim diſcipulos potiſſimũ ſuos præmunire voluerit, indicat Lucas dicens: Audiente autẽ populo dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Quoniam ergo varia eorum vitia libere erat reprehenſurus, ac ſuos diligenter præmoniturus vt ab ipſis imitandis ſibi cauerent, ne hinc etiam ſimul peteret authoritas doctrinæ ipſorum, neceſſaria adhuc populo cui præſidebant doctores, eorumque doctrinã & præcepta negligenda putarent auditores, quorũ vitam & mores tam grauiter erat inſectaturus, prudenter ſuũ temperat ſermonem Dominus, ſic vt & neceſſariam eorum in docendo & præcipiendo authoritatem cõſeruare ſtudeat, & tamen ſuos præmuniat, ne illorum authoritate & præeminentia permoueantur ad illorum imitationem. Rurſum hoc verborum temperamento prouidit Dominus ne ſcribæ & Phariſæi cauſari iuſte poſſent ſuam læſam authoritatem, ſed potius ſi vellent agnoſcere ſeipſos, ſtuderent vitam ſuo loco dignam viuere. Dicit ergo: Super cathedram MOYSI ſederunt ſcribæ & Phariſæi. Vbi per cathedram Moyſi quidam nimis literaliter intelligendam putant ſedem antiquam cõſtitutam in ſingulis ſynagogis, ad hoc vt ex ea in ſabbathis lex Moyſi populo recitaretur & explanaretur, quæ ob id Moyſi cathedra ſit dicta. Ideoque ſic intelligendum volunt quod hic dicitur de cathedra Moyſi, vt hinc oſtendant ſcribis & Phariſæis non obediendum fuiſſe, niſi in his quæ populo ex huiuſmodi cathedra recitabant, quæ ſcilicet in ſcripturis continebãtur. At vt huiuſmodi de cathedra Moyſi figmen tum nulla ratione vel authoritate ſtabiliunt, ita ex ſcripturis ſatis refelli poteſt. Ex facto enim Chriſti Lucæ 4. ſatis patet eos qui in ſynagogis ſcripturas populo recitabãt, ſolitos id facere ſtando, & ex ſuo quemque loco quo conſederat. Nam & Eſdras, vt ſcribitur 2. Eſdr. 8. populo legem prælegit ſtans ſuper gradum ligneum, quem fecerat ſibi ad loquendum. Et PAULUS Act. 13. iuſſus in ſynagoga dicere die ſabbathi, ſurrexit, & ſtans loquutus eſt ad plebem. Itaque rectius dicendum, quod quemadmodum pſalmo primo metaphoricè dicitur cathedra peſtilentiæ pro officio docendi peſſimi: ita & hic metaphorice dicitur Cathedra Moyſi, authoritas docendi & iubendi quæ ad cultum Dei pertinent, quam authoritatem primus in populo Iudaico obtinuit Moſes, & ideo ab eo nomen accepit, vt dicatur cathedra Moyſi, ſicut Romanæ Eccleſiæ authoritas dicitur Cathedra Petri. Itaque quod dicitur, ſuper cathedram Moyſi ſederunt; idem eſt quod eam quam Moſes habuit in Dei populo authoritatem acceperunt. Cum autẽ Moſes non tantum habuerit authoritatem docendi, ſed etiam iudicandi ac diſſoluendi quę eſſent dubia, & iubendi quę eſſent religioni vtilia, vel ex ipſis Chriſti verbis ſatis intelligere licet, talem quoque ſcribas & phariſęos accepiſſe poteſtatem. Porro veriſimile eſt ſcribas omnes, quorũ plerique etiam erant Phariſęi, fuiſſe ſacerdotes aut Leuitas, quia horum erat docere populum legem Dei, iuxta illud Malach. 2. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Non dicit tamen Dominus, ſederunt ſacerdotes & pontifices, propter reuerentiam

rentiam ordinis ſacerdotalis. In toto enim Euangelio non eſt reperire vbi Dominus taxet ſacerdotes ſub nomine ſacerdotum, ſed tantum ſub nomine ſcribarum & phariſæorũ; ſuo exẽplo nos inſtruẽs quid debeatur nomini ſacerdotali. Infert autem ex prædicta ſententia id propter quod eam aſſumpſerat: *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite.* Ergo, inquit, hoc eſt, quia ſuper cathedrã, id eſt in cathedra Moyſi ſederũt, ideo ſeruate quæ dixerint vobis. Qua illatione duo notanda ſunt ſignificari. Primum obedientiam deberi his qui ex authoritate docent & iubent, non habito reſpectu vitæ ipſorum, ſed reſpectu authoritatis qua fungũtur, & propter Deum cuius ſunt legati. Secundò, non eſſe illis obediendum ſi quid malè præcipiant, aut doceant. Nam ſi eis eſt obediendum quoniam in cathedra ſedent Moyſi, non eſt ergo obediendum quando contra eã cathedram aliquid vel docent, vel præcipiunt. Dicit tamen abſolutè Dominus, *Omnia*, & addit aliud vniuerſale ſignum, dicens, non quæ, ſed quæcunque dixerint, vt perfectam indicaret eis exhibendam obedientiam, ſed quæ ſemper præſupponit, obediendum eſſe magis Deo quàm hominibus; quemadmodum & Paulus dicit: Filii obedite parentibus per omnia. Non dicit autem Dominus: Omnia quæcunque docuerint vos, ſed quæcunque dixerint: ſiue ſcilicet docẽdo ex ipſa lege, ſiue iubendo. vnde & quodam teſte verbum, *dixerint*, Græca phraſi hic poſitum eſt pro uſſerint. Sic enim & Græca & Hebræa phraſi ſæpe ponitur verbum dicere, vt ſuprà: Dic vt ſedeant hi duo filio mei. Et apud Paulũ: His qui matrimonio iuncti ſunt dico non ego, ſed Dominus: cæteùs ego dico, non Dominus. Non ergo Dominus tantùm exigit obedientiam in his quæ ex ſcripturis & lege Dei iuberent, aut docerent, quemadmodum volunt Lutherani, ſed etiam in his quæ ſua authoritate pro temporis & loci exigentia ſtatuerent & iuberent, non contra ſcripturas, ſed ſecundum eas. Abſolutè enim dicit Dominus, omnia: nec contẽtus illo, addit quæcunque dixerint, ita vt ſub eo veriſimile ſit Dominum etiam comprehendiſſe ea præcepta ſcribarum; quæ etſi eſſent inutilia, & nihil facerent ad pietatem, tamen legi diuinæ non erant contraria: qualia erant manuum & calicum ablutiones, & varia baptiſmata, non quòd ſignificare vellet Dominus huiuſmodi eorum præcepta neceſſariò ſeruanda eſſe, ſed nõ malè facere eos qui propter loci & ordinis authoritatem ſcribis hac etiam in parte parerent. Sunt autem qui duo illa verba, ſeruate & facite, ſic diſtinguunt, vt ſeruare referatur ad præcepta negatiua, facere ad affirmatiua, & ſit ſenſus: ſeruate, parẽdo præceptis negatiuis: facite, parendo præceptis affirmatiuis. Sed vanam eſſe hanc annotationem, vel ex eo patet, quod Græca in priori huius ſententiæ parte habent infinitiuum, ſeruare, hoc modo: Omnia quæcunque dixerint vobis ſeruate; proinde, facite, addi tum eſt explicãdi gratia, vt intelligeremus quid ſit ſeruare. Seruamus autem & facimus non tantùm præcepta affirmatiua, quibus aliquid facere iubemur, ſed etiam negatiua, quibus vetamur aliquid facere. Facere enim dicimur quod nobis prohibitiuè præcipitur, dum nos facimus quod nõ facere iubemur. Quoniam autem qui verbo docent, facto ſuo & exemplo ad imitationem non parum alios commouere ſolent, ideo ne ſcribarum & Phariſęorum exemplo & conuerſatione non correſponden te eorum doctrinæ peruerterentur hi qui ab illis pendere & inſtrui debebant, eorumque ſequerentur opera, quorum obedire debebant doctrinæ, mox ſubiecit: ſecundum opera verò eorum nolite facere, id eſt, ne autem imitemini eorum opera. Hoc eſt enim iſto loco facere ſecundum aliquorum opera, non autem, vt alibi, reddere ſecundùm merita operum. Additque cauſam quare non ſint imitandi, qui tamen ſunt audiendi. Dicunt enim, inquit, hoc eſt, præcipiunt, & tamen eadem ipſi non faciunt. Hoc autem eſt primum ſcribarum & phariſæorum vitium inter varia quæ hic eſt DOMINUS notaturus, à quibus ſuos ſibi vult cauere, & vitium ſanè non paruum, nec ſimplex. Tripliciter enim peccat qui dicit, & non facit. primùm, quia tranſgreſſor eſt. Secundò, quia alios debet corrigere. Tertiò, quia etiam nocet diſcipulis, ac doctrinam diuinam ingratam eis facit. Vnde dixit poeta. *Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.* Et Paulus velut rem indignam & intolerabilem pronunciat, quòd Iudæus cùm aliorum ſe profiteretur magiſtrum, ſeipſum non doceret: & furaretur, qui prædicaret non furandũ, mœcharetur, qui diceret non mœchandum, &c. Diogenes inter cætera præclarè dicta, eos qui de virtute loquerentur, nec recte viuerent, dicebat citharæ ſimiles, quæ ſono prodeſt aliis, cum ipſa nec ſentiat, nec audiat quicquam. Cui dicto ſimile eſt illud quod Paulus dixit, eum qui linguis loquitur hominum & Angelorum, ſed charitate eſt deſtitutus, ſimilem eſſe cymbalo tinnienti. Non eſt prætereundum hoc loco Auguſti factum, qui cùm contra legem à ſe de adulteris latam, per iræ impotentiam irruiſſet in adoleſcentem delatum, quòd cum Iulia ipſius filia rem habuiſſet, adoleſcente exclamante: Legem tuliſti o Cæſar, adeo doluit, vt eo die recuſaret cœnam capere, à ſeipſo pœnas ſumens, quod legi quam aliis prodiderat, non per omnia paruiſſet, vt merito pudere debeat eos qui inter Chriſtianos aliis præcipiũt quæ ipſi præſtare negligunt & contemnunt. Porro vt ſuper cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi, ita nunc Epiſcopi & ſacerdotes ſedent in cathedra Chriſti, qui primus fuit Euangelicæ legis auctor, ſicut Moſes primus auctor legis veteris. Proinde & nobis hinc diſcendum, obedientiam præſtandam his qui Chriſti in terris locum obtinent, etiam ſi vita non reſpondeat ſuæ doctrinæ. Docet enim hic locus, cathedræ, cui aliqui præſunt & ſacerdotali authoritati, non derogare eorum qui præſunt indignitatem, quo ad obedientiam illis præſtandam. Magis autẽ Epiſcopis quàm ſcribis & phariſęis competit authoritas etiam noua quędam pro exigentia loci & temporis ſtatuendi ad vtilitatem fidelium, quod vni Iudæorum populo per MOSEN diligenter ſatis præſcripta eſſent quęcunque ad religionem pertinerent, & iuſtitiam inter homines ſeruandã, cùm legiſlator noſter generalia tantùm ędiderit præcepta, ad quorum obſeruationem pro diuerſis temporibus & locis, diuerſa ſunt oportuna & cõmoda. Proinde vt quæcunque ad ſuorum præceptorum obſeruationem commoda eſſent, vicarii ipſius ſcirent ſe accepiſſe conſtituendi poteſtatẽ, aſcenſurus ad patrẽ Dominus dixit ſuis: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Et qui vos audit, me audit. Vnde & Paulus Corinthiis ſcribit poſt traditam Domini conſtitutionem, ſe cum venerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

cætera dispositurum quæ ad Eucharistiæ mysteria tractanda pertinerent. Cæterum vt ex hoc loco lubenter sacerdotes, clerici & religiosi colligimus argumentum commendandi & confirmandi authoritatem sacerdotalem, etiam ad ea quę in sactis scripturis apertè non præcipiuntur: ita ex eodem hoc loco videndum nobis ne in nos ea quadrent vitia quæ in scribis & Pharisæis hic taxat Dominus. Eadem enim plane vitia, & vtinam non potentius, regnate in plerisque sacerdotibus, Episcopis, atque religiosis hodie, proh dolor, nimis est videre.

ALLIGANT AVTEM ONERA GRAVIA ET IMPORTABILIA, ET IMP.&c.] Græca non habent, autem, sed γάρ, id est, enim, quomodo & habẽt Latini quidam codices scripti: vnde patet Dominum hic non diuersum à præcedenti taxare vitium, sed declarare quod dixit: Dicunt, & non faciunt; quanquam id declaret eum magna ipsius vitii exaggeratione, vnde patet deinceps per onera grauia & importabilia hic significari ea de quibus prius dixit Dominus, omnia quæcunque dixerint vobis facite, & non tãtùm ea quę dicuntur hominum mandata vel traditiones. Nec absurdum videri debet, si ea quę ex lege iubebant, dicantur onera importabilia, cum importabilia hic positum sit pro difficilia portatu. Est enim hic Græcis, sicut & Lucæ 11, δυσβάστακτα. Et alioqui Act. 15. dicit Petrus, legem iugum esse, quod nec nos, inquit, nec patres nostri portare potuim⁹. Est autem suprà in cap. Concordiæ 81. circa similem Lucæ locum, vbi ob hoc vitium væ intentat Dominus scribis, satis dictum & de tropo qui est in hac sententia, & quomodo dupliciter scribæ onera grauia alligabant, & veluti in fasces congerebant, imponebantque in humeros hominum. Hoc tantum hic est proprium, quod dicuntur onera grauia alligare; quo significat varia eos præcepta veluti in fasces congerere siue ex scripturis, siue ex propria sua authoritate, qua noua legis præceptis addiderunt, seuere interim & rigide quæ legis suntab aliis exigentes, at sibi in omnibus multam concedentes licentiam. Duplicem ergo, vt habet D. Chrysostomus, hic nequitiam eorum ostendit, tum quia sine venia exquisitissimè multitudinem viuere volunt: tum quia nimium sibiipsis indulgentes, magnam assumunt licentiam, quorum opposita in optimo principe requiruntur, vt scilicet aduersus seipsum nulla vtatur venia, sed seuerum in se iudicem exhibeat: erga subiectos autem mitior, & ad dandam veniam promior sit. Sic sanè Cato senior se omnibus peccantibus ignoscere dicebat, præterquàm sibiipsi, multum dissimilis illi Mæuio, qui carpens alios, sibi condonabat omnia.

OMNIA VERO OPERA SVA FACIVNT VT VIDEANTVR.&c.] Notauit in præcedentibus Dominus illorum grauiter culpabilem negligentiam, notat modo eorum nó sanctam in bonis operibus diligentiam, vt sicut suos significauit cauere sibi debere ab imitatione negligentiæ illorũ: ita & nunc significet, nec in bonis quæ facere videntur opetibus imitandos, vt sit talis horum cum precedentibus cohærentia: Nihil penè eorum faciunt quę ab aliis seuere exigunt: quod si vero quędam eorum faciunt, omnia malo fine faciunt, nimirum non vt Deo placeant, sed vt videantur & spectentur ab hominibus, eisque sint admirationi, & ab eis honorentur, vt nec hac in parte vobis sint A imitandi. Secundum ergo vitium quod in his notat, est vanæ gloriæ appetitus, quod vitium varie ostendit eis competere. Primum quidem in bonis quæ facere videbantur operibus, dicẽs omnia hęc eos facere vt viderentur. Secundo, in externo ipsorum habitu, dicens: *Dilatant autẽ phylacteria.* Græca enim non habent, Dilatant enim; sed *dilatant autem*; vnde patet hic Dominum non voluisse declarare præcedentem sententiam, quę potius declarãda fuisset per eleemosynas, ieiunia, & orationes quas faciebant vt viderentur ab hominibus, vt notat in eis Matthæi 6. sed alia ratione ostendere eos vanæ glorię cupidos, per hoc scilicet quod externo ipso habitu volunt videri & haberi insigniter religiosi & legis obseruatores. Porro occasio phylacteriorum, quæ dilatasse dicuntur scribæ & Pharisæi, fuit id quod scribitur Deuteron. 6. cum post præcepta decalogi, & post præceptum maximum dilectionis, adhortãs ad perpetuam eorum præceptorum recordationem, tandem intulit Moses: Et ligabis ea quasi signum in manu tua, erũntque & mouebuntur inter oculos tuos. Hoc enim nimis literaliter intelligentes Iudæi scribẽbãt in mẽbranis verba illa: Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est. Et diliges, &c. Aut secũdum Hieronymum ipsum decalogum Moysi, membranasque has partim brachiis alligabant, partim ligabant in fronte, quasi coronam capiti facientes, vt semper ante oculos moueẽntur quę morem ad suum vsque tempus Iudæis per Iudã, Persiam & Babyloniam seruatum idem testatur Hieronymus, eumque qui hoc habuisset iudicatũ religiosum. Membranæ autem illæ sic depictæ, Græco nomine dicebantur phylacteria, id est custoditoria, vel conseruatoria, quod adhiberentur ad suiipsius & legis diuinæ custodiam, cum prædito scripturæ loco nihil aliud exigeret per Mosem Deus, quàm vt præceptorum suorum nunquam obliuiscerentur, sed eorum sic semper essent memores, quomodo rem in manu existentem & ante oculos non facile obliuiscimur. Has autem mẽbranas, quo præ aliis viderẽtur religiosiores, & in mandatis Dei recogitandis & faciendis diligentiores, scribæ & Pharisæi latiores gestabant. vnde dicit: *Dilatant phylacteria sua*; non contenti scilicet talia circumferre qualia alii plerique. Eadem de causa & fimbrias magnificabant. Præceperat enim Moses vt Iudæi in quatuor angulis palliorũ suorum facerent fimbrias hyacinthinas, ad discretionem populi Israelitici, vt quomodo in corporibus circuncisio daret signum Iudaicæ gentis, ita & vestis haberet aliquam differentiam, ac vestis huius discretione admonerentur etiam discretam à gentibus debere eorum esse conuersationem, cogitarentque cuius Dei culturam suscepissent obseruandam. vnde dicitur in Numer. Quas fimbrias cum viderint, recordentur omnium mandatorum domini, &c. Color enim hyacinthinus similis est colori cœli, vnde significabat cœlestem eos debere habere conuersationem, ipsosque se astrinxisse præceptis Dei cœli seruandis. Has ergo fimbrias scribæ & Pharisæi, qui sanctiores reliquo populo videri volebant, faciebant grandiores, & si verum narrat D. Hieronymus, acutissimas in eis spinas ligabant, vt videlicet & ambulantes & sedẽtes interdum pungerentur. & quasi hac admonitio ne retraherentur ad officia domini. deplorat autẽ idem Hieronym. nos tanquam miseros, quòd ad

nos tanquam miseros, quòd ad nos etiã Pharisæorum vitia transierint, nimirum quod & apud Christianos plerique sanctitatis opinionem venentur externo habitu, quodque rebus quibusdam fidant quæ per sese sanctiorem non faciunt hominẽ, quod superstitiosas mulierculas facere solitas dicit, in paruulis Euangeliis, ligno crucis & istiusmodi rebus. Tertio, Dominus ostendit ipsorum inanis gloriæ appetitum in externa cum hominibus conuersatione, cùm subiicit: *Amant autem primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi*, hoc est, magister mi. Non reprehendit quod primos obtinerent accubitus, primasque cathedras, sed quod hæc amarent, & studiose expeterent, quemadmodum & suprà Lucæ 11. Et bene quidem tertio loco istud ponitur in re prehẽsione cupiditatis humanæ gloriæ, quod ideo omnem suam iustitiam faciebant coram hominibus, fimbriasque ac phylacteria dilatabant: vt honore isto quem amabãt, in synagogis, in cœnis, in foro ab hominibus afficerentur.

VOS AVTEM NOLITE VOCARI RABBI, VNVS EST ENIM MAGISTER VESTER.] Græcè non est, *nolite vocari*, sed μὴ κληθῆναι, id est, ne vocemini, quemadmodum postea vertit interpres. Cum autem in nostra potestate non sit hoc vel illo modo vocari, sed in voluntate vocantium, certum est hæc Christi verba non simpliciter ad literam intelligenda esse. Alienam enim actionem nobis Dominus noluit prohibere, sed propriam affectionem. Rursum certum est, Dominum his verbis noluisse interdicere Christianis simpliciter appellationes magistri vel patris, cum 1.Tim. 2. D. Paulus ipse se doctorem vocet gentium, & patrẽ Galatarũ in fide. Itaque potius scopus à domino intentus est spectandus, quàm verba. Is autem est, omnes, & potissimum suos discipulos, inuitare ad humilitatem, atque à superbia & vanæ gloriæ appetitu abstrahere, vt scilicet non more scribarum affectent & amẽt se vocari magistros, atque hoc nomine ament se aliis præferri & honorari, sed potius quantum in ipsis est, fugiant per humilitatem huiusmodi appellationem, aut si admittant eam & vsurpent, non tamen se hoc nomine aliis præferant, nec in eo cæteris despectis sibi placeant & glorientur, agnoscentes vnum solum esse, cui appellatio ea vere & propriè sit tribuẽda: se autem, si quid in docendis aliis possunt, esse tãtum illius ministros, & proinde non esse cur sibi in magistri nomine placeant, seseque efferant, aut etiam cur illud nomen magnopere vsurpent sibi. Id enim Dominus suis vetare voluit quod in scribis reprehendit. At in eis non reprehẽdit quod vocarentur Rabbi, sed quod amarent sic vocari. Iam & cum subiicit: *Qui maior est vestrum, erit minister vester, &: Qui autem se exaltauerit, humiliabitur*, &c. satis significat per duas sententias, quomodo prohibuerit admittere aut vsurpare appellationem magistri, nimirum vt ne qui magistri obtinet locum, se hoc nomine efferat, sed contrà se tantum vt ministrum reputet, & sic humiliet, vt vel nomẽ magistri penitus fugiat, vel hoc nomine se aliis non præferat. Sensus ergo est: Illi quidẽ amant & affectant vocari Rabbi, vos autem, quos ab horum moribus oportet esse longè alienos, nõ solum nõ ametis sic vocari, sed omnino nolite sic vocari, & quantum est in vobis, fugite eam appellationẽ, sic vt proprium inde honorẽ fugiatis. Quem sensum etiã confirmat subiuncta à Domino ratio, quę habet: *Vnus est enim magister vester, Deus scilicet, aut Christus.* Nam, Christus, Græca etiam hic addunt, sicut postea additur. Sic autem modo Dominus vnum dicit esse nostrum magistrum, sicut suprà dixit solum Deum esse bonum, recusans ob id boni appellationem ab eo qui ipsum hominem tãtum putauit. Sicut enim ibi noluit significare Dominus, hominẽ nullo modo posse dici bonum, sed eam appellationem propriè soli Deo competere, vt de bonitate sibi merito homo placere non debeat, tum quod imperfecta sit qualiscunque hominis bonitas, tum quod omnis quæ habetur ab homine, ex Dei munere & communicatione obuenerit: ita & hic docere voluit appellationem magistri soli Deo vel propriè competere, atque ob id neminem id nominis sibi debere arroganter asseri bere, quin potius per humilitatem declinare, aut saltem proprium ex eo honorem non sectari, cum agnoscere debeat & esse imperfectum quicquid in ipso est magisterii & doctrinæ, & quicquid habet, ab eo accepisse qui solus proprie est magister omnium, ac proinde non esse sibi gloriandũ quasi non acceperit. Qui enim sibi in nomine placent doctoris, hoc ipso declarant se plus sibi arrogare quàm ipsis competat, & quasi primarios reputare magistros, ac proinde ei qui solus est vere magister, iniuriam faciunt, sibi vindicantes quod illius est. Qui vero se tantum agnoscit doctorem ministerialem, is non suum inde spectat honorem, sed eius cuius se agnoscit ministrum. Solus autẽ Deus vel Christus proprie est magister, quia is solus est primarius & principalis, qui scilicet omnia nouit à nullo alio edoctus, quique omnes docet quod sciunt, vt eius comparatione omnes alii discipuli sint, nõ magistri: qui denique solus vere docet, doctrinam intus efficiendo. Nam homo si quidem instruat, quid aliud agit quam quod exterius verba sonent, quæ in animum audientis trãsmissa, aut naturalis luminis quod à Dei est virtute, aut fidei lumine, cooperante simul Dei gratia, doctrinam & scientiam generãt, nec aliter se habet homo doctor ad eum quem instruit, quàm agricola semen terræ iniiciens ad ipsam terram. Sicut ergo non recte agricolam quis dixerit produxisse frumentum, sed terram aut naturam, sic nec doctrinam in animo vere generat homo, sed solus Deus. Quod agnoscẽs Paulus scribit Corinthiis: Ego plãtaui, Apollo rigauit, Deus autẽ dedit incrementum. Itaque neque qui plãtat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Et rursum: Sic, inquit, nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Notandum autem, quod cũ multa dixisset Dominus affectare scribas, primos scilicet recubitus in cœnis, primas cathedras in synagogis, salutationes in foro, tamen peculiariter dehortatur suos ab eo quod dixit eos amare nomen Rabbi. Eius enim peculiariter erant monendi hi quos iã in totius orbis magistros delegerat. His ergo & in illis, nobis omnibus prohibet affectationem honorificæ nomenclaturæ, & complacentiam in magnificis titulis, non quod omnis talis complacentia sit criminosa, sed quod suos dominus ad perfectionem vocare vellet. Addit autem & aliud, propter quod appellationem Rabbi declinare deberamus, cum subiicit, omnes autẽ vos fratres estis, quod vel intelligi potest dictum de omnibus om-

2.Cor.3

1.Cor.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nino hominibus,quia omnes ab eodem Deo patre facti,germanitate pari inter se coniunguntur: vel potius intelligendum dictum de Christianis, qui ratione spiritualis regenerationis omnes inter se sunt fratres,vnum habentes patrem cœlestem. Itaque duplici ratione fugiendam appellationem magistri significat,tum quod nomen hoc propriè soli Deo vel sibi conueniat:tum quòd nos pariter fratres agnoscere debeamus,& ob id non affectare huiusmodi appellationē qua aliis præferamur, aut saltem eo nomine nos aliis despectis non opor tere efferri.

ET PATREM NOLITE VOCARE VOBIS SVPER TERRAM. VNVS ENIM,&c.] Quia dixit,omnes autem vos fratres estis,hinc occasionē accepit etiam subiungendi de nomine patris hominibus non communicando. Cùm autem de nomine Rabbi & magistri præcipiat ne illo vocemur,de nomine patris præcipit ne illo alios vocemus,quia maius periculum peccati est in eo qui sinit aut cupit se vocari magistrū aut Rabbi,quàm in eo qui eum à quo instituitur vocat magistrū aut Rabbi. Et rursum maius peccati periculū est in eo qui eum à quo genitus est vocat patrem suū,quam in eo qui sic se vocari & finit & vult ab eo quē genuit. Rectè tamen etiam intelligitur, Dominum & cùm prohibuit ne vocemur Rabbi, simul prohibere voluisse ne alios ita vocemus,in eo sensu in quo prohibet modò ne quem in terra vocemus patrem. Et rursum cùm iam prohibet ne quem vocemus patrē in terra,simul voluisse prohibere ne sic nos vocati vel sinamus,vel cupiamus,in eo sensu, quo prohibuit ne sinamus,vel cupiamus nos vocari Rabbi:atque ob id etiam sic variè locutū esse, vt nunc dicat,ne vocemini, nunc nolite vocare, vel, vt habēt Græca,μὴ κληθῆτε,id est,ne vocetis. Sicut autē superiori sententia non dupliciter auferre voluit Christianis nomē Rabbi vel magistri, ita & hac certum est ipsum non prohibere voluisse simpliciter, ne quis aliquem in terra vocet patrem,sed ne illum sic vocet & reputet,tanquā primarium & præcipuū,sic scilicet vt ei suam vitam & suum esse præcipue acceptum referat,atque ab eius prouidentia maximè pendeat,& ab eo suam hæreditatem expectet,quomodo gentiles suos genitores, patres vocant. Vnus est enim qui solus verè & propriè omnium hominum ratione creationis, omniumque Christianorum ratione regenerationis, est pater,is scilicet qui in cœlis est, cui quicquid sumus,siue per naturā,siue per gratiam, acceptum fere debemus, vt qui solus animam & gratiā qua viuimus homini infundit, cùm ad illa homo qui dicitur pater vel carnalis,vel spiritualis, tantùm disponat:à cuius item prouidentia semper in omnibus pendere debemus, vt sine qua nihil profuerit hominis cuiusuis cura:à quo denique veram hæreditatem nostram expectare debemus,dicentes cum Dauide, Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Simili modo nec hominē vocare debemus Rabbi vel magistrū,sic scilicet vt eū reputemus velut primarium magistrum,quod faciunt hi qui scientiam suam illi potissimum acceptam referunt,atque ab eius institutione maximè pendent,& non in primis ab interna spiritus diuini illuminatione,in hominis doctrinam & verba penitus iurantes,quemadmodum fecerunt Pythagorici,necnon & aliarum sectarum discipuli: quod qui faciunt,aut in eo peccant, quod diuinum honorem homini tribuunt, aut etiam in eo quod à Christi magisterio deficiunt,mendacium pro veritate amplectentes,quemadmodum accidit hæreticorum discipulis. Iam in quo sensu prohibuit ne vocemur Rabbi vel magistri,in eodē etiam nec debemus vocari patres,sic scilicet vt illud nomen affectemus proprii honoris causa,atque eo nomine ita nobis placeamus,vt aliis insolenter nos præferamus, nec erga illos nos exhibeamus tanquam fratres ad eandē vocatos nobiscum hæreditatem. Hinc Paulus dominis fidelibus præcipit vt seruis suis sese exhibeant non tanquam dominos, sed potius tanquam eiusdem domini conseruos. *Ephes. 6. Colos. 4.*

NEC VOCEMINI MAGISTRI, QVIA MAGISTER VESTER,&c.] Aut repetit Dominus iam subalio nomine idem quod priùs dixit, aut ad augmētum detestationis huius mali,& extirpandum hunc superbiæ morbum è mentibus discipulorum,quibus,vtpote iam delectis in doctores totius orbis,ab hoc vitio periculum erat. Aut inter Rabbi & magistrum illud hoc loco interest, quod nomen Rabbi,præceptoris sit vocabulum eius qui docet,vnde & apud Hebræos, dictio, רב Rab,dicta est à multitudine scientiarum & cognitionis: nomen verò magistri hoc secundo loco, sic nomen moderatoris in moribus, & gubernatoris vitæ,quomodo & dicitur magister equitum, magister domꝰ. vnde hoc loco græcis est καθηγητὴς, quod institutorem & gubernatorē vitæ significat propriè,cū superius quando dicitur etiam, Eius est enim magister vester, quidam codices Græci, teste quodam habeant, διδάσκαλος,quod doctorē significat,& respondet vocabulo Rabbi. Subiicit autem Dominus duas sententias sibi familiares, quibus reddit modo prædictorum causam præceptorum, & quod priùs in specie dixit, nunc generatim extulit,vt non prædictos tantùm titulos fugiendos intelligamus,sed & alios. Prior est : Qui maior est vestrum. hoc est,qui maximus est inter vos,siue dignitate,siue donis spiritualibus, erit vester minister. Quæ sententia & suprà est habita in cap. Concor. 104. ex Matth. 20. & Mar. 10. & postea habebitur Lucæ 22. Secunda est: Qui autē se exaltauerit, humiliabitur,&c. quæ suprà est habita ex Lucæ ca. 14. & 18.

CAVETE A SCRIBIS QVI VOLVNT AMBVLARE,&c.] Vitiorum eorum quæ apud Matthæum Dominus prolixè commemorat, vt ab eis suos admoneat sibi cauere,quædā paucis Marcus & Lucas à Domino notata commemorant,dicentes eum dixisse: Cauete à scribis,ne scilicet eos imitemini,suoque exemplo vos corrumpant, qui volunt,hoc est desiderant & affectant ambulare in stolis,id est,vestibus talaribus, quò sint honoratores; & amāt salutationes in foro,& cætera quæ suprà sunt habita ex Matthæo,quibus notatur in eis desiderium inanis gloriæ, cui toti erant inhiantes vbique. Notantur deinde apud hos duos Euangelistas,& alterius grauioris vitii,nimirū auaritiæ aut gulæ,idque non simplicis, cùm dicitur, quod & postea habet Matthæus ; qui deuorant domos viduarum,simulantes longam orationem. Quo significatur ipsos longis precibus non ex animo factis,sed simulatè, & ad ostentationem captare fauorem viduarum,earumque domos,id est, facultates & substantiam deuorare,quia ab eis velut sāctæ & religiosæ personæ frequēter inuitantur,magnisque sumptibus excipiuntur,vt intelligit Theophylactus in Lucam. Aut quia viduæ propter precē ostentationē confidentes in eis tanquam viris spiritualibus & sanctis,munera multa eis offerūt, quo fiāt participes orationū,aut in suis necessitatibus recurrūt ad eos,pecunias suas & fortunas apud eos deponentes,ita vt his aliisque modis exhaurirentur domus viduarum,quarum peculiariter Dominus meminit potius quàm virorū, aut mulierum aliarum: tum quod his facilius imponitur falsa sanctimoniæ specie,& liberā habēt facultatum suarum administrationem,cū maritatis dolus facilè indicetur à maritis,nec libertas sit cōferēdi munera: tum vt horum peccatum magis exaggeraret,ostendens illos eatum esse spoliatores, quas potius adiuuare & subleuare deberēt,vt pote desertas,& omni adiutorio desolatas. Hac ergo in parte tripliciter peccabant. Primū quod auaritiæ aut gastrimargiæ studerēt: secūdò, quod re sacra,nempe oratione, abuterentur ad quæstū aut gulā: tertiò,quod eas deciperent & nudarent,quæ omniū maximè ipsorum erant iuuandæ subsidio & patrocinio. Porro pro eo quod in Luca legimꝰ; simulantes longam orationē; Græcè est, προφάσει μακρὰ προσεύχεσθαι, hoc est ad verbū,prætextu (vel simulatione) prolixè orāt. Atque eodem modo est & apud Matthæum,pro eo quod nos habemus: oratione lōga orātes,& apud Marcū,pro illo, sub obtentu prolixæ orationis. Additūrque apud omnes Euangelistas in Græcis ante hęc verba coniunctio καὶ, id est,&,ita vt apud Lucā ad verbū sit; qui deuorant domos viduarū,& prętextu prolixè orant. Proinde quidā his verbis, non vnū tantum vitium significari intelligūt, nempe quod simulatione precū omnia à viduis emulserint,sed duo vitia, nimirum quod viduas per auaritiam & crudelitatem opprimerent. & tamen interim simularēt lōgas preces, quò viderentur sancti,& suam obtegerent impietatem hominibus. Verum etiā D. Chrysostomus intellexit per illam secundam partem, qua dicitur quod prolixè orabant prętextu, significari modum quo comedebant & deuorabāt domos viduarum,quomodo intelligendū satis patet ex Matthæo,qui habet, κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, hoc est, deuoratis domos viduarum, & prætextu longum orantes. Vbi coniunctio , & , videtur posita , ac si dicas , idque, quemadmodum vertit quidam. Videtur autem dictio προφάσει, hoc loco non rectè verti per prætextum, aut obtentum, quemadmodum in Marco vertit interpres , ab obtēdo,quod est prętendo & prætexo. Nam prætextus proprie dicitur vel amentum illud quo moueri aliquis videtur ad agendum quippiam,cùm tamen alia causa moueatur. Itaque significaretur Scribas precū longitudinem prætexere & præferre , velut causā cur licitè comederent domos viduarum, qui non videtur sensus à Domino intentus. Proinde rectiꝰ datiusπροφάσει, verteretur per , simulatione. Nam & hoc significat, vt recte verterit interpres in Luca, simulantes longā orationē. Euthymius dictionem πρόφασις, accipit pro occasione,& interpretatur significari quod occasione deuorandi domos viduarum prolixe orarent. Significat enim πρόφασις etiam occasionem. Adiicit autem Dominus post notationem huius vitii,quod ob id scribæ & Pharisæi accipient prolixius iudicium : vt est in Marco. vel amplius iudicium. vt est in Matthæo. vel, vt clarius versum est in Luca , damnationem maiorem,cum Græcis apud omnes sit Euangelistas περισσότερον κρίμα. id est,abundantiorem cōdemnationem,scilicet quam reliqui peccatores, nimirū quod nō simpliciter auaritiæ & gulæ essent dediti, sed etiam re sacra abuterentur ad suum quæstum vel gulam. Id enim quam sit Deo ingratum,significauit Dominus,dū in sola huius vitij notatione meminit de grauiore scribarum condemnatione, dicens apud Matthæum; propter hoc amplius accipietis iudicium. vbi,amplius, debere accipi, vt sit nomen,sicut & prolixius,in Marco patet ex prædictis. Conuenit ergo huic loco illud Ieremiæ: Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter.

VAE AVTEM VOBIS SCRIBAE ET PHARISAEI HYPOCRITAE,QVIA CLAV.&c.] Incertum est an etiam hoc tempore,sermone conuerso à turbis ad scribas, Dominus has cōminationes aut deplorationes dixerit, quorum aliquot Lucas supra recensuit dictas à Domino cū à Pharisæo quodam ad prandium fuisset inuitatus. Apparet enim in multis locis; Matthæū,cum Christi verba describit,coniunxisse quædam diuersis temporibus dicta,ob affinitatem illorū inter se,quod sane & hic feciſſe videri potest,quod eorū quæ hic apud eū sequūtur dicta ad scribas & Pharisæos,nihil habeatur apud Marcū & Lucam. Quia tamen fieri potest etiam hoc tempore & loco ista Dominū dixisse,quorū quędam Lucas alio tēpore & loco dicta cōmemorauit,visum est in Cōcordia relinquere hæc eo quo Matthæus posuit loco. Veri simile eñ est,Dominū hęc scribarū vitia frequēter redarguisse. Nec absurdū videri debet,quod turba presente hæc eorū vitia palam reprehenderit. Nā turbarū potissimū causa hæc dicenda susceperat, vt ab illorū vitiis sibi cauerent quorū institueban tur doctrina. Et alioqui incorrigibilis eorum post longā expectationē vita,qua multi seducebātur, digna erat quā Dominus palam infectaretur, maxime hoc tempore,post quod amplius cū eis non erat locuturus docendo,& quo conueniebat ipsū huiusmodi libertate declarare se illos nō metuere & ad mortem subeūdam paratū esse,ad quaminferendam sciebat animos scribarū & Pharisæorū hac reprehensionis libertate magis prouocādos. Octies autē hoc loco væ intentat scribis & Pharisæis, sicut in principio octo iustorū protulit beātitudines: & primo quidem væ illis dicit,quod cum deberent sua doctrina & exemplo aliis aperire regnum cœlorū,& viam ad illud præmōstrare,contra clauderēt illud corā hominibus,id est, impedimentū prestarent ne introirent,dum scilicet eos auocarent à fide in Christum,qui ostium est per quod intratur in regnū cœlorū,in quem non solū ipsi recusarēt credere,sed etiā ad credendū propē sos,ne crederent quantū in ipsis fuit,impediebant damnantes doctrinam & miracula ipsius,ac prohibentes suis edictis credere in eum,& cōfiteri illū. Istud autem & apud Lucam ca. 11. obiicitur scribis,vbi plura vide annotata. Secūdo,væ illis dicit, quod comederēt domos viduarum,&c. quod iam circa Matei & Lucæ verba est tractatum. Tertio, væ dicit,quia,inquit, circuitis mare & aridam, id est,terram,hoc est,cum multa diligentia & labore queritis vt vndique ex gentibus faciatis vnū proselytum,hoc est,aduenam,qui ab idololatria conuersus Iudaicā amplectatur religionem. Hic enim Græco nomine dicebatur προσήλυτος; quod idem significat quod Latine aduena,à verbo προσέρχομαι,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod est,aduenio. Non autem ob hoc eorum stu- A
dium quod in se sanctum erat,væ illis dicit,sed ob
id quod sequitur,quod quem tanta diligentia &
labore in consortium suæ religionis pellexissent,
ad hoc vt saluus fieri posset,eum suis exemplis &
conuersatione facerent filium gehennæ,id est,ob-
noxium gehennæ & æternæ cõdemnationi,duplo
supple magis quam ipsi essent:quod perinde est ac
si dixisset simpliciter:quod plus eo gehennæ obno
xiũ redderent quam ipsi essent. Ad hunc enim mo
dum præstat accipere illud,duplo magis,quam an-
xie de duplici nomine,quo proselyti magistris suis
Iudæis addictiores reddantur,disquirere. Nam no-
minus vt rudibus,ita & simpliciter est locutus &
vulgariter. Plus autẽ proselytum obnoxiũ fieri ge B
hennæ dicit quam ipsi essent,quod vt plurimũ qui
præceptorẽ habet malũ,non in illius malitia sistit,
sed eius vtens exemplo solet vlterius procedere,&
in malo præceptorem superare. D. Hierony. intelli
git,proselytos per scribas duplo fieri peiores. quod
qui cum ethnici essent,simpliciter errabãt. & erãt
semel filij gehennæ,videntes magistrorum vitia,&
intelligẽtes eos destruere opere,quod verbis doce
bant,reuertantur ad vomitum suum. & gentiles
rursum effecti,pœna maiori digni efficiãtur. Quæ
intelligentia melius constaret,si dictum esset,du- C
plo magis quam prius erãt,cum dicatur,duplo ma
gis quam vos. Id sane vitiũ cauendum ne & Chri
stianis aut monachis conueniat,qui aliquem stu-
diosè in Christianismum aut monachismũ addu-
cunt. Certè in hæreticis nostri temporis idem eue-
nire videmus lõgè apertissimè,vt cũ infinitis labo
ribus in suã sectam quosdam pertrahere studeant,
hac de causa maria & terras circumeuntes:vbi eos
pertraxerint,peiores illos post se relinquant,& Ec-
clesiæ Dei ac veritatis hostes pertinaciores. Est au-
tem huius væ commemoratio, propria Matthæo,
sicut & sequentis.

VAE VOBIS DVCES CAECI, QVI DI- D
CITIS, QVICVNQVE IVRAVERIT PER
TEMPLVM &c.] Quarto,illis væ dicit ob præpo-
steram & erroneam eorum traditionem, propter
quod eos duces iam vocat cæcos,cum in aliis eos
vocet hypocritas,eo quod hæc eorum doctrina ex
magna mentis procellerit cæcitate, cum alia fere
facta ob quæ væ illis dicitur ex hypocrisi proces-
serint. Docebant autem eum qui iuraret per templũ
aut in altari,id est,per altare,nihil esse. hoc est, non
obligari vi huiusmodi iuramenti: qui vero iuraret
in auro templi,id est, per aurũ quod in templo o-
blatum esset,aut in dono quod est super altare, id
est per sacrificia, debere,hoc est,obligari huius-
modi iuramento,vt & persoluere teneretur quod
sic iurans promisisset,& periurij reus esset si sic iu- E
rans fefellisset. Cuius eorum traditionis & cæci iu
dicij verisimile est hoc fuisse motiuum, quod cum
in veteri lege præceptũ esset vt iurarent in nomine
Domini, existimarent iuramẽta per creaturas facta
nullã inducere obligationem,adeo vt nec ea quæ
per Hierusalem, per templum,aut per altare fie-
rent,obligare tamẽ ea quæ fierent per oblata Deo
siue in gazophylacium templi, siue super altare,
quod hæc immediate Dei essent,& singulari ratio
ne diuina essent magis quam templum & altare,
quę tantũ propter oblationes Deo faciendas con-
secrata erãt Deo. Quod enim iuramenta per crea-
turas,scribæ & pharisæi nullius reputauerint esse
momenti,videtur significare Dominus,& Matthæi

S. cum exigens à suis abundãtiorem iustitiam, quã A
esset scribarũ & Pharisæorum, præcipit vt nec per
cœlum, nec per terram, nec per Hierosolymam
iurarent; & rursum hoc loco cum in fine subiũgit,
eum qui iurat in cœlo, iurare item in throno Dei,
& in eo qui sedet super ipsũ. Illud enim adiicies
satis etiam significat ipsos nihili facere iuramentũ
per cœlum, sicut nec iuramentum per templum,
aut per altare. Quanti autem Pharisæi & scribæ fa
cerent ea quæ Deo siue in gazophylacium, siue in
altari offerebantur, satis ex eo patet quod Domi- Osee 4
nus eos subinde à fiducia oblationum reuocat, ad
monens eos illius Oseæ: Misericordiam volo, & B
non sacrificium; quodque suprà dixerit, eos doce-
re melius esse aliquid mittere in corban, quam eo
parentibus egentibus & rogantibus subuenire. Vt
autem in tantam prolaberentur cæcitatem, vt præ
ferrẽt in iusiurandi religione oblationes templi &
altaris, ipsi templo & altari, auaritia effecit, quæ
& suasit vt illud docerent filios dicere parentibus
suis corbã, quodcunque ex me est, tibi proderit. ni
mirum vt populus intelligens singularem oblatio
num sanctitatem, promptior esset ad oblationes fa-
ciendas. Proinde hic obseruandum in quam per-
ditos & manifestos errores rapiat hominem auari
tia, vt verè dixerit toties scriptura munera excæca
re oculos sapientum & iustorum. Impletum sane
licet videre in his illud Deuteronomij, percutiet
te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore cor- C
dis, vt palpes in meridie, sicut palpare solet cæ-
cus in tenebris. Itaque ob manifestam hanc ip-
sorum ex auaritia prodeuntem cæcitatem, me-
rito Dominus hic semel & iterum cum exclama
tione dicit: Stulti & cæci. Confutaturus autem
eorum assertionem, primum quidem ostendit fal-
sum esse eorum, ex quo errabant, præsuppositum: deinde vero etiam conclusionem infert con
clusioni ipsorum ex diametro oppositam. Præ-
supponebant enim sanctius esse donum templi &
sacrificiũ altaris, atque ex eo inferebant iuramen
ta per sacrificia & dona magis obligare, quam iura
menta per templum & altare. At Dominus eorũ
præsuppositum destruit quæstione, qua efficaciter
errorem ipsorũ tam manifestum esse significat, vt
quiuis etiam cæcus illum agnoscere possit, dicens,
Stulti & cæci; quid enim maius est, hoc est, san-
ctius, & pluris faciendum, aurum an tẽplum quod
sanctificat aurum, hoc est, cuius gratia autum san
ctum habetur? Quasi dicat; nemo ignorare potest
quin illud sit altero sanctius, à quo alterum suam
accipit sanctitatem, iam aurum ideo sanctum est,
quia in templo offertur. Et rursum: Stulti & cæ-
ci (nam etiam secundo loco repetitur apud Græcos
nomen stulti) quid enim maius est, donum, an alta
re quod sanctificat donum? Siquidem sacrificium
aliquod cum ex sese sit prophanum, ideo fit san-
ctum, quia in altari ex sui institutione consecra-
to cultui diuino, offertur. Huic ergo iam oppositã
conclusioni eorum conclusionem infert Do-
minus, dicens: *Qui ergo iurat in altari*, &c. quasi di-
cat; Cum, vt ostensum est, sanctius sit & templum
& altare ipso auro tẽpli & sacrificiis altaris, ergo nõ
hoc dicendum est quod vos dicitis, sed contra po-
tius, quod qui iurat per altare, nõ tantũ per altare
iuret, sed etiam per omnia quæ super illud sunt, ne
proinde æque, aut etiam magis est obligatorium iu-
ramentum per altare quam per donum altaris. Et
similiter, quicunque iurauerit per templũ, nõ per
templum

templum tantum iurat, sed etiam Deum, qui ra- A
tione singulari habitat in templo, & proinde non
minus illud obligat, quam si aperte per Deum iu-
rasset. Idem subiungit & de iuramento per cœlũ
ob causam superius indicatam. Ex quo intelligen-
dum non paruifacienda iuramenta per creaturas
facta, siue sacras, siue communes, eo quod implici
te in huiusmodi iuramẽtis etiam iuretur per Deũ,
cuius vel ratione consecrationis, vel ratione con-
ditionis sunt illæ creaturæ, & quibus omnibus
Deus est præsens. Cum enim creaturę mutæ per
se non possint esse veritatis testes, cum per eas
iuratur, aut aliquid diuini nominis illis tribuitur,
aut intelligendum est, in ipsis Deum ipsum inuo-
cari in testẽ, vt is in illis est, atque in illis cognosci B
tur. Est tamen cum per creaturam iuratur non vt
inuocatum testẽ, sed per modũ execrationis crea
turę, quã volumus malum aliquod incurrere, nisi
verum sit quod dicimus: quomodo per salutem
Genes. 4. Pharaonis Ioseph iurauit: quomodo etiam intel-
ligũtur iuramenta per animam facta, sed de his la
tius circa Matth. ca. 5. Porro hanc præposteram iu
ramentorũ religionem etiam post scribas & Pha-
risæos in Christianis quibusdam est reperire. Nam
vt dicitur in secunda super Matthæum expositio-
ne sub Chrysostmi titulo, multa & modo Chri-
stiani simpliciter & insipienter sic intelligũt. Ecce
enim si aliqua fuerit causa, modicũ videtur facere
qui iurat per Deum: qui autẽ iurat per Euangeliũ C
maius aliquid fecisse videtur, quibus similiter di-
cẽdum est: Stulti, scripturæ sacræ propter Deum
sunt, nõ Deus propter scripturas. Maior est enim
Deus qui sanctificat Euangelium, quã Euangeliũ
quod sanctificatur à Deo. Hæc ibi. Simili religio-
ne quidã studiosius obseruant iuramẽta per cer-
tos quosdã sanctos quibus addicti sunt, facta, aut
etiã per suam nobilitatem, si diis placet, quã quæ
per Deum passim & temerè faciunt. Quorum o-
mnium præposteram religionem præsens Domini
redarguit sermo, imo hinc conuincuntur grauius
cæcutire quam scribæ isti & Pharisæi, cum hi tan
tũ inter iuramẽta per creaturas facta vnũ alteri
præferrent, nullũ autem tale præferrent iuramen
to per Deũ facto. Cęterum per aurum templi, de D
quo hic fit mentio, intelligunt quidã aut laminas
aureas templi parietibus affixas, aut aurum cande
labri, mensæ propositionis, & arcæ, vasorumque
templi, verum magis visũ est accipere de auro &
pecunia quæ in gazophylacium templi offereba-
tur, vt respondeat illi quod dicitur de bono altaris.

VAE VOBIS SCRIBAE ET PHARISAEI
HYPOCRITAE, QVI A DECIMATIS, &c.]
Quatuor væ sequentia, quorũ duobus prioribus
præposteram eorũ in seruandis mandatis Dei vel
hominum diligentiam coarguit, duobus vero po-
sterioribus eorũ hypocrisim, & ex Luc. cap. 11. ha E
bita sunt in cap. Concord. 84. proinde ea tantum
hic annotanda erunt quæ hic sunt peculiaria, aut
ibi sũt prætermissa. Itaque pro eo quod Lucas po-
suit iudicium & charitatem Dei, hic pro grauio-
ribus legis, hoc est, his quæ lex potissimum exigit,
& sunt maioris in lege momẽti, dicitur; iudicium,
& misericordiã, & fidem. Quę tria referri possunt
ad proximum, ad quem lex exigit plusquam deci-
mationem, vt iustè, benignè, & cũ bona fide nos
gerамus. vt fides hic accipiatur, pro fidelitate frau-
di contraria, & mendacio. Iudicium enim plusquã
cæremonias exigit Dominus præter alia loca, Isa. 1.

dicens postquam sacrificia reiecit, Quærite iudi- A
cium, subuenite oppresso, defendite viduam. De mi
sericordia dicitur Oseę 6. Misericordiam volo, &
non sacrificium. De fide Zachar. 8. Loquimini ve-
ritatem vnusquisque cũ proximo suo, &c. Aut po
test nomen fides referri ad Deum, vt pro credulí-
tate accipiatur & fiducia, quę fides quãtopere Deo Rom. 4.
placeat, & in Abraham est demonstratum, cum de
eo dictum est: Credidit Abraham Deo, & reputa-
tum est ei ad iustitiam. Et Dauid toties in Psalmis
prædicauit, vt cũ dicit: Beneplacitum est Domino Psal. 145.
super timentes eum, & eis qui sperant super mi-
sericordia eius. Quod dicitur: Duces cæci, exco-
lentes culicem, camelum autem glutientes; adagium est, quo significatur eos in minimis esse dili
gentes & studiosos, in maximis negligẽtes, ac pro
inde facere ac si cum in poculum incidisset minimum animal, nõ prius ex illo bibere vellẽt, quam
colando potus esset mundatus, cum interim ma-
gnum aliquod animal, simul cum vino deglutirẽr:
hoc est, eos summa cũ diligentia cauisse ne in par-
uis conscientia eorum inquinaretur, quibus aut pa
rum aut nihil inquinari poterat, cum interim de
grauioribus conscientia nõ, vrgeret. Quibus similes
sunt quotquot inter Christianos studiosius huma
na obseruant præcepta, quam diuina, & magis an-
xij sunt si humana sint prætergressi, quam si diui- Matt. 23.
na. Quibus item dicendum est: Hęc oportet in pri- C
mis facere, & illa tamen non omittere. In sequenti
vę nihil peculiariter occurrit notandũ, nisi quod
in vna eius parte duplex sit lectio. Quidam enim
legunt; intus autẽ pleni estis; quæ lectio cõuenit
cum eo quod habet Lucas; quod autem intus est,
vestri. At Græca & vetera scripta Latina habent,
intus autem plena sunt; vt ad vasa referatur, quod
conuenit cũ eo quod sequitur, Mũda prius quod
intus est calicis & paropsidis. Vtriusque autem le
ctionis intelligentia indicata est circa lucę locum.
In tertio væ apud Lucã satis tractato, illud anno-
tari potest. Paulũ simili tropo quo Dominus hic
scribas dicit similes sepulchris dealbatis, vocasse Act. 23.
principem sacerdotum, parietem dealbatum, quo
loco eadem Græcis ponitur dictio quę hic, nem-
pe κεκονιαμένος, quę dictio proprie significat id
quod albario (vt dicitur) opere obductum est, à
κονία, quod calcẽ significat. In postremo væ illud
in scribis reprehendit Dominus, quod cùm videri
vellent venerari Prophetas, & detestari factum eo
rum qui illos occidissent, verè tamẽ similes essent
occisoribus eorum, idq; vel ex propriis eorum ver
bis colligit, nimirum quod vocarent illos patres
suos, vnde infert, *Itaque*: cum scilicet prophetarũ
occisores patres vestros vocatis, testimonio estis
contra vosmetipsos, quod filij estis eorum qui pro
phetas occiderunt. Et subiicit, *Et vos implete*, &c.
quasi dicat, proinde cum vel vestro testimonio fi-
tis eorũ filii, filios autem oportet parentibus esse
similes, imitamini mores eorũ, & quod deest ma-
litiæ ipsorũ & peccatis, vos superaddite, vt com-
pleta sit & perfecta malitia patrũ vestrorũ. Quod
Dominus non quidem dicit præceptiuè, sed præ
nunciatiue, significans omnino hoc ita futurũ ab
eis per occisionem sui & Apostolorum suorũ. Aut
vulgari modo hoc dicit, quomodo ei qui post mul
tam ad monitionem perstitit in mali perpetrandi
proposito, dicere solemus: Quandoquidem ita pla
ne facere decreuisti, & ita oportet fieri, agẽ facito, si
gnificantes deinceps non nos prohibituros, vt &

Universidad de Deusto
Biblioteca

simili modo Dominus intelligatur isto suã significare promissionẽ, sed in ipsorum malũ, quod illis ob malitiã ipsorum euenturum exclamat, quando cum detestatione malitiæ ipsorum, & deploratione eõdemnationis ipsorum exclamando subiicit: Serpentes, genimina, id est, progenies viperarum, hoc est, pessimorum parentum pessimi filii, quomodo fugietis à iudicio gehennæ: hoc est, quomodo effugietis eõdemnationẽ inferni, aut iudicium quod mittit in gehennã? Quasi dicat, quãuis modo ad tẽpus effugiatis iudicium hominum, nullo tamẽ modo poteritis effugere iudicium pœnæ infernalis, cùm vos præbeatis incorrigibiles, etiam post tot media per me tentata, vt qui nec beneficiis, nec miraculis, nec blandis sermonibus, nec austeris, nec minis, nec promissis corrigi possitis. Quæ sequuntur vsque ad illud, *Hierusalem Hierusalem*, &c. tractata sunt circa prædictum Lucæ locum. Illud autẽ, *Hierusalem Hierusalem*, vsque ad finẽ capitis, tractatum est in ca. Concord. 90. ex Luc. ca. 13. Aut enim secũdo istud iam Dominus dixit, aut Matthæus propter affinitatẽ cũ his quæ præcedunt, hoc loco narrandum duxit. Porro nõ inutile fuerit per epilogum compẽdio perstringere omnia quæ hic in Pharisæis & scribis taxantur à Domino vitia, quo magis ab his nobiscaueam⁹,

A quæ ob id maximè sunt à Domino cõmemorata, quo ab eis caueremus. Imprimis itaq; taxauit dominus eos, quod quæ seueriſſimè aliis imperabãt, non ipsi præstarent: deinde, quod etiam quæ facere videbantur, malè facerent, toti addicti gloriæ & laudi humanæ: præterea, quod nec gloria humana contenti simulatis precibus, venarentur alienis detexere & saturari facultatibus. Nec tantũ aliis nociui essent in bonis eorum temporalibus, sed & in salute eorum æterna, excludentes homines ab ingressu regni cœlorũ, ad quod eos præire debebãt, eosque quos ad salutis consortium summa diligẽtia vocauerant, reddentes graviter gehennæ obnoxios. Insuper quod in iudicando manifeste egecutirent, qui aliorum se profitebãtur duces, quod præ
B postere diligentes essent & scrupulosi, præpostere item mundiciã vasorum seruarent, quodq; similiter præpostere sancti essent, non tantum carentes interius ea quã exterius præ se ferebãt sanctitate, sed etiã interius pleni omni iniustitia. Postremum, quod his omnibus maius est, quod quãtumuis viderentur detestari iustorum occisores, ipsi tamen talium essent homicidæ. Notauit ergo eos negligẽtiæ, φιλοδοξίας, auaritiæ, perditionis & corruptionis aliorum, cęcitatis, prepostere diligentiæ, vanæ mundiciei, falsæ sanctitatis, ac demum homicidii.

PRÆFERTVR OBLATIO VIDVÆ. Marci 12. Lucæ 21.

CAPVT CXXI.

† c. dicit
A c. vere
‖ c. 9. quia
† c. 9. quã omnes
▲ c. nam omnes hi ex abundanti sibi
‖ c. ex eo quod deerat illis omnem victũ suũ quem habuit misit.

Tsedens Iesus cõtra gazophylaciũ, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylaciũ, & multi diuites iactabant multa. c *Respiciens aũt vidit eos, qui mittebãt munera sua in gazophylacium diuites.* b *Dũ venisset autẽ vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.* c *Vidit autẽ & quandã viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.* b *Et* [b] *conuocans suos discipulos* †[b] *ait* [b] *illis:* ▽[b] *Amen dico vobis,* ‖ *Quoniã vidua hæc pauper plus* † *omnibus misit* [b] *qui miserunt in gazophylacium:* [x] *omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt in munera Dei, hæc autem* ‖ *de penuria sua, omnia* ▲ *quæ habuit misit, totum victum suum.*

ET SEDENS IESVS CONTRA GAZOPHYLACIVM, ASPICIEBAT, &c.] Vndique Dominus venabatur occasionem docẽdi suos quæ ad rem pertinebant, quæque eos à cõmuni hominum iudicio facerent alienos. Itaque peracto eo sermone quo à scribarum vitiis cauendis suos admonuit, cuius sermonis occasionẽ præbuerãt ipsi scribæ & Pharisæi, variis quæstionibus subdolè ipsum adorientes, aliunde iam vtilis alicuius doctrinæ, diuersæ à scribarum & pharisæorum iudicio, occasionem quæsiuit. Itaque sedens contra gazophylacium, hoc est, e regione gazophylacii non quidem temere & curiositatis gratia, sed ob doctrinæ, quæ ex euentu subsecuta est, oportunitatem captandam, aspiciebat quomodo turba iactaret æs, id est, mitteret pecuniam in gazophylacium. Bis enim hic apud Marcum interpres posuit verbum, iactare, cum melius vertisset, mittere: quemadmodum deinde hoc loco & apud Lucam semper vertit, cum sit semper idem verbum, nempe βαλλω, quod & iactare significat & mittere. Porro gazophylacium, arca erat, quæ (vt dictum est in capite Concordiæ 77. circa illud Ioannis 8. Hæc locutus est Iesus in gazophylacio) constituta erat in atrio templi iuxta altare, idque ex institutione regis Ioas, de qua scribitur 4. Regum 12. vt in eam voluntaria mitterentur pecuniarum munera, pro templi restauratione, ministrorumque ac pauperum sustentatione. Hęc nomine partim Græco, partim Persico dicebatur gazophylacium, quod in ea reconderentur
C & seruarentur diuitiæ templi. Gaza enim Persica lingua significat diuitias, φυλάττω autem Græcis est seruare & custodire. Hebræo autem aut Chaldaico vocabulo dicebatur Corbona, vt Matth. 27. cum dicitur: Non licet eos mittere in Corbonam; quod in eam mitterentur dona Dei. Nam Corban Hebræis significat donum. Quod autem Dionysius putat Corbonam distinctã fuisse arcam ab ea quæ hic dicitur gazophylacium, & in hanc quidem mitti solita quæ templi erant, in illam vero quæ erant sacerdotum, nullam habet ex scripturis probabilitatem. Sicut nec quod tertiam fuisse in templo asserit arcam, in quam mitti solebant quæ regis essent, quæ 4. Reg. 16. dicta sit Musach sabbathi. Nam probabilius Musach
D sabbathi intelligitur fuisse locus in quo custodes manebant, qui sabbatho exibant officio functi, sic dictus quod tectus esset. Nam Musach Hebræis significat velamentum & tectorium, quanquam de hoc Musach sabbathi varia diuersi sentiant. Cum autem Achaz rex hoc Musach sustulisse dicatur, satis liquet non fuisse arcam in quam regi munera à populo offerri solita essent. Sed ad rem. Cum iam imminente Paschali festiuitate, certatim quique vndique in Hierusalem collecti aliquid in gazophylacium conferre studerent, quo Deum sibi propitium facerent, & multi diuites multa in illud mitterent, accessit inter alios & vidua quædam paupercula, quæ deuotione mimis accensa, nec erubuit inter larga aliorum munera minimum quid offerre, nec ob inopiam puduit

sibi ab oblatione cessandum, ne & ipsa veniret in
A conspectu Dei vacua. Misit ergo æra minuta duo, quod, inquit Marcus, est quadrans. Vbi relatio relatiui, *quod*, dupliciter accipi potest. Nam potest accipi vt quodlibet illorum minutorum significetur fuisse quadrans. vt sit sensus: quod scilicet minutum est quadrans, quomodo Euthymius intelligit, quomodo & intelligendum Robertus Senalis in suo de mensurarum ac ponderum ratione libello, colligit ex eo quod pro illo Matthæi: Non exies inde donec reddas nouissimum quadrãtem, Lucas cap. 12. dixit, non exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas. Et quadrans enim minutum est, & λεπτὸν, quanquam non minutissimum & insectile illud lepton, id est, minutum, quod est pars septima chalci vel arioli, quodque propriè lepton dicitur. Communiter tamen intelligitur, Marcum significare voluisse duo illa minu
B ta valuisse quadrãtem, vt sit sensus: quod, hoc est, quæ duo minuta, sunt quadrans vnus. Significat autem nomen quadrans quartam assis partem, proinde in re nummaria quadrãs olim dicebatur nummus quidam qui erat quarta pars assis ærei, qui & à tribus vnciis teruncius dictus est, vt dictum est circa citatũ Matthæi locum. Valebat autem quadrans paulo plus quàm is nummus qui est duodecima pars solidi Turonensis, vel stuferi nostratis, qui denariolus dicitur Gallis, quemadmodum subducendo licet colligere ex eo quod denarius Romanus valebat decem asses, as autẽ vnus quatuor quadrantes. Nam denarius valebat nostros quatuor stuferos, aut tres cũ semisse. si, vt vult Budæus, drachmæ Atticæ æquiualebat. Et qui dem quod de valore quadrantis modò dictũ est, verum est de quadrante assis maioris, qui scilicet duodenarius erat, hoc est, duodecim vnciarum. At is propter inopiam pecuniæ postea redactus est ad septuncem & semũciam, qui as Papyrianus dictus est, qualium assium sedecim valebant denarium. Huius assis si fuit quadrans ille de quo hic fit mẽtio, vt ex eo videri potest, quod probabile sit assis minoris vsum fuisse tempore Christi, quadrãs hic valuit dimidium eius numni quem Brabanti nouenarium vocãt. De quibus prolixius vide Robertum Senalẽ in suo de mẽsurarũ acpõderũ ratione libello. Præstat autem quadrãtis valorẽ excussisse, vt magis admiremur quòd Dominus dicit viduã plus misisse in gazophylaciũ, quàm diuites. In quibus Christi verbis notãdum, nõ dixisse illũ viduã plus meruisse, aut opus melius fecisse præ reliquis, quãquam & hoc omnino significare voluerit: sed quod magis mirandum est, dicit eam plus dedisse, quod cùm certum sit non fuisse verum de absoluta quantitate, intelligendum est de quantitate proportionali, secundùm quã dicitur puero plus esse, ferre quinque põdo, quàm viro forti ferre viginti põdo. Sic enim pauperi plus est dare modicum, quam diuiti dare multum, & viduæ plus fuit dare
E duo minuta, quæ erant tota eius substantia quam diuitibus dare multa, quæ tantùm erant pars superflui. Non tamen satis est dictum Domini intelligere de pluri secundum proportionem, quia fieri potest vt quis plus secundum proportionẽ det quam alter, & tamen minus mereatur apud Deũ, vt si ex minore & imperfectiore de charitate, ex cuius quantitate pendet potissimum magnitudo meriti & dignitas operis. Iam dubitandum non videtur quin Dominus hãc viduam etiam in charitate & deuotione præferre voluerit diuitibus. Itaque intelligẽdum est Dominum dicere voluisse, viduam plus misisse, secundùm affectum, quem Deus maxime attendit, & secũdùm rem, proportionaliter tamen accipiendo hanc pluralitatẽ rei. Nam quod etiam de pluralitate rei, & non solum de pluralitate secundum affectũ intelligi debeat, patet ex declaratione Domini, qua ostẽditur plus misisse, quia reliqui partem, ista totum: ex qua proportionali rei pluralitate etiam satis significat maiori interius deuotione viduam etiam fuisse præditã, vt fere magnitudo operis siue absoluta, siue proportionalis arguit dilectionis magnitudinem. Intelligendum ergo Dominum significasse viduam, etsi iudicio hominum minus miserit quam diuites, plus tamẽ misisse iudicio Dei qui nõ tam quantitatem doni absolutam considerat, quam
D proportionalem: nec tam doni quãtitatẽ, quam dantis affectum, qui quo fuerit maior, eo fere plus offert & donat secundum virium saltem proportionẽ. Pulchre autem Dominus declarat quod dixit eam plus misisse, subiiciens: *Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt*, &c. Vbi notandum, duplicem à Domino indicari antithesim. Prima, quod illi ex eo quod abũdabat illis, miserũt, vidua vero ex eo quod deerat illi: vel, vt melius versum est in Marco, ex penuria sua. Ex eo enim quod deerat ei nihil potuit mittere. Iucundior autem hæc apud Græcos antithesis est, ἐκ τῶν περισσευόντων & αὐτῶν, & ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς, vel, vt est apud Lucã, ἐκ τοῦ ὑστερήματος & αὐτῆς. Opponitur enim ὑστέρησις, &
C ὑστέρημα τῷ περισσεύοντι. Secunda ãtithesis est, quod vidua omnia quæ habuit, totumque victum suum, hoc est, substantiam suam vnde ali poterat (sic enim hic accipitur victus, cum Græca dictio βίος, etsi proprie vitam significat, tamen etiam significet victum & substantiam qua sustentatur vita,) illi verò partem tantùm substantiæ dederint, imò partem tãtum superflui, & neque totũ quod supererat eis. Nam id satis significat, cùm non dicit eos misisse quod abũdabat illis, sed ex eo quod abundabat, vel supererat. Proficit autẽ nobis hæc viduæ à Christo facta commendatio, primùm ad hoc, vt intelligamus quàm sint iudicia Dei diuersa à iudiciis hominum, vt rectè dixerit Prophet a: Nõ *Isaiæ 55* enim cogitationes meę cogitationes vestræ, ne-
D que viæ meæ viæ vestræ, dicit Dominus. Secundò, vt id intelligentes nec pauperes sibi displiceant, quasi qui non possint Deum sibi æquè vt diuites promereri etiam donis: nec diuites glorientur, dũ multis sibi seruatis, aliquam partem, etsi magnam hominum indicio, obtulerint Deo, & in cultum Dei aut pauperes expenderint. Colligant enim ex hoc loco diuites, quando obtulisse se magnũ alicui iudicare possunt, quãdo quicquid de eo quo non egent ad vitæ necessitatem, impendũt, minus est quadrante pauperis. Obseruandum autem circa hoc Christi factum, quòd quamquam templũ
E illud Hierosolymitanum, sicuti mox subiungit, & prope suum interitum esset, & iam tempus venisset quo non in templo illo pater adoraretur, sicut dixit Ioannis cap. 5. & quamquam sacerdotes & scribæ quos acerrimos habuit hostes, quosque mox acriter erat insectatus, oblationes temporum in suum quæstum & lucrum, nequaquam tamen eũ viderent multos multa offerẽtes factum illorum reprehendit, sed potius commendauit, spectans scilicet offerentium pietatem, quã

nequa

Universidad de Deusto
Biblioteca

nequaquã suppṙimi, sed soueri potius oportebat, quamuis non vtiliter dispensandæ forte essent oblationes. Cuius contrarium faciunt hi qui fidelium in oblationibus faciendis pietatem & deuotionem studentes impedire & reprimere, quod videant multa male expendi & consumi, quæ sacerdotibus & tẽplis Dei nomine offeruntur, non tantũ cum Christo eiicere volentes ementes & vendentes in templo, sed etiam contrà Christum offerentes è templo, quantũ in ipsis est, eiicientes. Recte autem intelligitur vidua hęc typum prætulisse Ecclesiæ, quæ in hoc mundo veluti vidua degit, fugiens huius vitæ oblectamenta, & suspirans coniungi suo sponso hinc ab ipsa in cœlum sublato. Hæc enim, cum Iudęorum synagoga sibi placuerit, de diuitiis bonorum operum, ac varia sacrificia Deo obtulerit, suam agnouit paupertatem, & tamen hoc ipsum quod habet, corpus scilicet & animam, Deo offert, atque in eius cultum exhibet veluti duo minuta quæ vnum reddunt quadrantem: qualis oblatio longe Deo gratior est, & munificentior illi iudicatur, quam omnes Iudæorum A variæ oblationes. Et nos itaque qui Ecclesiæ sumus filij & membra, Euangelicam hanc viduam imitantes, & instar viduæ in hoc mundo degamus, & sic nostram agnoscamus paupertatem, vt tamen meminerimus etiam nos non debere apparere in conspectu Dei vacuos, quin ei saltem duo minuta offeramus, corpus scilicet & animã, comminuta: illud quidem per temperantiam, hanc vero per animi modestiam. Quod si viderimus quosdam in spiritualibus diuites charismatibus, sed thesauro cordis sui proferre ad ædificationem Ecclesiæ nouа & vetera, atque occulta quæque diuinæ sapientiæ vtriusque testamenti explanare, neque inuideamus, neque erubescentes pigritemus id saltem quod possumus, in Ecclesiæ impendere promptо corde vtilitatem. Sic enim futurum vt multum impendisse iudicemur à Deo, qui non quantum, sed ex quanto impendatur considerat. Vnde Paulus scribens Corinthiis, non tam exhortatur ad magnas eleemosynas, quã vt eas promptа faciant voluntate, subiiciens: Hilarem enim datorem diligit Deus. B

PRAEDICITVR EVERSIO TEMPLI ET HIERVSALEM.

Matthæi 24. Marci 13. Lucæ 21. CAPVT CXXII.

*a ipse autem. † b. ait illi: Videt *b. o. Et eum sederet in mo eo oliuarũ † c. interrogauerunt autẽ illum † b.o. ista fient. *c.o. cum ‖ c. qui dixit. † a. dixit * c sedu cannii. b. o. ne timueritis. c. nolite terreri. † b. exurget. c.o. surget † a. o. in † b. o. super. a. o. in *b. initiũ ‖ c. sed. A. tt. §§. * ergo † b. nolite præcogitare quid loquamini * a. accident vos. † b. o. sustinuerit *b. autẽ ‖ b. in † a. o. sanctũ non * a. o. tollere aliquid ‖ a. o. tunicam suam † a. Erit enim tũc

"Et egressus Iesus, de templo ibat. [a] Et [b]cùm egrederetur de templo, [a] accesserunt discipuli eius, vt ostẽderẽt ei ædificationes templi, [&] [b] dixit illi vnus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ, [b] & [c] quibus dã dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus & donis ornatũ esset, * [c] respondẽs [b] Iesus † [b] dixit illis: Videtis [a] hæc omnia, [b] has omnes [c] magnas ædificationes. [a] Amẽ dico vobis, [b] hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur [a] hic lapis super lapidem qui non destruatur. * [c] Sedente autem eo super montem Oliueti [b] contra templum, [a] accesserunt ad eũ discipuli secreto [&] ‖ [b] interrogabant eũ [b] separatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas, dicentes: Præceptor, dic nobis, [c] quando † hæc erunt [b] & quod signum [b] erit * [b] quando [b] hæc omnia fieri incipient, [&] [c] consummari, [a] & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? ‖ [c] & respondens Iesus † cœpit dicere [c] illis: Videte ne * quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, [b] Quia [c] ego sum [a] Christus, & multos seducent. Et tempus appropinquauit. Nolite ergo ire post eos, [a] auditurі enim estis prælia, & opiniones prælиorum. [b] Quum audieritis autem bella, [c] & seditiones, [b] & opiniones bellorũ, videte ‖ ne turbemini, [c] oportet enim primum hæc fieri, sed nondum [c] est statim finis. [c] Tunc dicebat illis: † [c] Consurget enim gens * contrà gentem, & regnum † aduersus regnum, & terræ motus [c] magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, [c] terroresque de cœlo & signa magna erunt. [c] Hæc autem omnia * initia [a] sunt [c] dolorum. [b] Videte autem vos metipsos: ‖ [nam] [a] ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas, & custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomen meũ. ‖ [b] Tradent enim vos in concilиis, & in synagogis vapulabitis: & ante præsides & reges stabitis propter me, [c] contingent autẽ vobis in testimonium [b] illis. Et in omnes gentes primum oportet prædicari Euangelium, & cum duxerint vos tradentes, [c] ponite * in cordibus vestris † [b] non præmeditari quemadmodum respondeatis, [b] sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini, ego enim dabo vobis os & sapiẽtiã, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri: [c] non enim vos estis loquentes, sed Spiritus sanctus. [a] Tunc tradẽt vos in tribulationem. Trademini autẽ à parẽtibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, [c] & * morte afficient ex vobis. [b] Tradet autem frater fratrem in mortẽ, & pater filium: & consurgent filii in parentes, & morte afficient eos, [c] & eritis odio omnibus [a] gentibus, [c] propter nomẽ meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicẽ. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos, & quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. [c] Qui autẽ † perseueraverit vsque in finẽ, hic saluus erit. [c] & capillus de capite vestro non peribit. In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. [a] Et prædicabitur hoc Euangelиũ regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio. [a] Cum autẽ videritis circundari ab exercitu Hierusalẽ, tũc scitote, quia appropinquauit desolatio eius. [c] Cum * ergo videritis abominationẽ desolationis, [a] quæ dicta est à Daniele Propheta, stantẽ [b] vbi non debet, [a] in loco sanctо (qui legit intelligat) [c] tunc qui in Iudæa sunt fugiãt ad montes, [c] & qui in medio eius, discedãt, & qui in regionibus, non intrent in eã. [c] & qui † super tectũ, ne descẽdat in domum, nec introeat * vt tollat quid de domo sua. [c] & qui in agro erit, nõ reuertatur retrò tollere ‖ vestimẽtũ suũ. [c] quia dies vltionis hi sunt, vt impleãtur omnia quæ scripta sunt. [c] Væ autem prægnãtibus, & nutrientibus in illis diebus. [c] Orate autẽ vt hyeme non fiãt, [a] vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbatho. [c] Erit enim pressura magna super terrã, & ira populo huic. * [c] Eruũt enim dies illi tribulationes

*tiones tales quales non fuerunt ab initio creaturæ, [b] quã condidit Deus, [c] vsquenunc, neque fient. [a] Et cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalẽ calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum. [c] Et nisi ‖ breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos [b] quos elegit, * [c] breuiauit dies.*

tribulatio magna, qualis nũ fuit abinitio mundi vsque modo, nec fiet.
* a. breuiati fuissent dies illi, non fiet
b a. breuiabuntur dies illi

ET EGRESSVS IESVS, DE TEMPLO IBAT, ET CVM EGREDERETVR DE, &c. Particula illa, *de templo*, etsi apud nos videatur coniungenda cum participio, egressus, tamen ex Græcis magis coniungenda est cum verbo, ibat. Habent enim καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, id est, & egressus Iesus, ibat à templo, vel discedebat à templo. Itaque cum iam vesperа imminente post multam doctrinam Dominus egrederetur è templo, accesserunt ad eum discipuli, vt ostenderent ei templi ædificationes: idque non temere aut curiositatis gratia, sed moti verbis Domini, quibus & iam prædixerat, vt Matthæus refert, vastandam Hierusalem, & alias item, vt cum illi appropinquasset insidens asino, quemadmodum supra habitum est ex Luca. His enim verbis B cõmotos, verisimile est templi magnificas structuras ostendisse Domino, veluti commiserantes, aut etiam ad commiserationem Dominum flectere volentes, vt prolatam mutaret sententiam, significantes indignum videri & planè dolendum, quod talis domus tam magnificè extructa & instructa desolanda esset: aut etiam significare volentes, opus esse maius & munitius, quam vt quisquam facilè demoliri posset: Lucas nõ tantum lapidum & structurarum templi factam mentionem dicit, sed etiam donorum quibus templum fuerat ornatum. Hæc autem qualia fuerint, clarè significat dictio Græca ἀναθήμασι. Significat enim ea dictio dona quę C dicata diis suspenduntur in parietibus templi aut columnis eius, cuiusmodi nunc visuntur in nostris templis, præcipuè iuxta diuorum monumenta, statuæ argenteæ, aut cereæ, dicta ab ἀνατιθέναι, id est, à seponendo aut suspendendo, vnde & ἀναθέματι dicitur, quod vocabulum, sicut & præcedens, nonnunquam in malam accipitur partem, pro hominibus execratis, quorum capita diis inferis erant apud gentiles dicata & deuota: quemadmodum & apud Latinos sacrum in malam accipiebatur partem, vnde dicebantur tales, homines sacri. In qua significatione hac voce vsus est Paulus ad Galatas. Porro nihil habet dissonantiæ aut contrarietatis, quòd Marcus dicit vnum ex discipulis excitasse Dominum ad structuratum considerationem: Lucas verò pluraliter dicit quosdã dixisse de templo, quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, sicut & Matthæus pluraliter dicit accessisse discipulos vt ostenderent ei ædificationes templi. Intelligendum enim discipulos inter sese prius de templi interno & externo ornatu, eiusque fortitudine collocutos, ac deinde vnum ex eis omnium nomine dixisse quod Marcus cũmemorat, aut etiam post huius verba, alios subiecisse lapidum & donorum tẽpli commendationem, quanquam quod Lucas dicit pluraliter, synecdochicè etiam possit accipi, vt numerus pluralis sit positus pro singulari. Cùm ergo discipuli admirarentur & extollerẽt templi tũ pulchritudinem, tum fortitudinẽ, significarẽtque & indignum esse vt ei quæ prædixerat Dominus, euenirent, & non facilè id ei posse euenire, Dominus non, vt discipuli adhuc carnales, corporale tẽplum est simul admiratus, sed à carnali admiratione suos reuocans, & prædictorum suorum verbones magnas ędificationes? Hac enim interrogatione animum eorum excitauit, quo admirabilius videretur quod dicturus erat, quod quo illis certius haberetur, solita asseueratione confirmauit, dicẽs: *Amen dico vobis, nõ relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.* quasi dicat: Tantũ abest, vt hæ structuræ quãtumuis multæ & magnæ, ob ipsarum vel pulchritudinem vel fortitudinem, sint futuræ perennes, vt & perfecta earum sit futura deuastatio, adeo vt non sit relinquendus lapis super lapidem qui nõ destruatur, quod quàm verè sit impletũ, & quomodo sit intelligendũ, dictum est suprà in ea. Concord. 110. circa illud Lucæ: Non relinquent in te lapidem super lapidem. Lucas autẽ hic dicit: *Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur*, &c. pro, ex his quæ videtis. Cœptam enim orationem nõ absoluit, quòd illud *venient dies*, occasionem præberet alio modo sententiam finiẽdi, quod & in Paulo nonnunquam accidit. Notandum autem præsentẽ Domini è templo egressum nouissimũ fuisse, nec enim post hæc legitur redisse in templum, proinde mysticum eum fuisse egressum rectè intellexetimus, eoque significatũ, tẽpus iam aduenisse, quo religio populi Iudaici reiicienda esset & abolenda, ac relicto templo Iudaico, spirituale in vniuerso mundo apud gentes templum iam erigendum, in quo ipse cũ patre habitaturus esset. Itaque spiritualis huius tẽpli desiderio, tẽplũ quod oculis corporalibus cernebatur, & discipuli admirabãtur: Christus nequaquam est admiratus, sed fastidire cœpit & contemnere, eiusque in hoc mystico suo & vltimo egressu destructionem præ dixit opportunè. Ob seruandum & illud, quòd cum Hierosolymitanum illud templum destrui conueniebat, quo intelligeretur Deum cultum illum veteris legis carnalem iam reiecisse, ipsumque secundùm Euangelicam doctrinam coli velle vbique in spiritu & veritate, non tamen id factum est, nisi Iudæorum impietate promerẽte & exigẽte vt sic fieret. Sic enim declaratũ est, & quàm iustè Deus eũ populum cum templo ac cultu ipsorum reiecerit, & quantum bonum ex impietate quorundam & D vindicta de eis sumpta elicere nouerit. Cæterùm quare nõ statim post spiritus sancti missionem, & Euangelicę prædicationis inchoationem, subuersa sit Hierusalem cum suo templo & religione, patebit ex sequenti Christi sermone.

cSEDENTE AVTEM EO SVPER MONTEM OLIVETI, bCONTRA TEMPLVM, aACCESSERVNT, &c. Ex Matthæo & Marco superius patuit, quomodo prima & secũda huius hebdomadæ die Dominus sub vesperam egressus Hierosolymam, abierit in Bethaniam, in quo itinere obuiam habuit montem Oliueti, in quo etiam vt postea dicit Lucas; Dominus his noctibus mo- E rabatur. Itaque cùm & iamtertio hoc die pergeret Bethaniam, contigit eum in obuio monte sedere, siue ob defatigationẽ ieiunii post diernũ laborem corporis: siue vt occasionem daret discipulis interrogandi quæ de futuris rebus differenda erant. Aut sessio hæc contigit post cœnam in Bethania sumptam, cùm ad montem hunc orationis causa recur

Universidad de Deusto
Biblioteca

recurrisset Dominus, deligens sibi in hoc monte A nocturnum diuersorium, quemadmodū eum, solitū facere his diebus testatur Lucas. Cum ergo in hoc monte sederet, idque contra templum, hoc est, è regione templi, sic vt templum esset inprospectu, renouata est discipulis memoria sermonis, quo prædixerat fore vt templum funditus diueretur. Et Matthæus quidem accessisse & interrogasse discipulos dicitur in genere, quemadmodū Lucas: Marcus vero Petrum, Iacobum, Ioannem & Andream peculiariter dicit eum interrogasse separatim, id est, seorsum. Quod dupliciter accipi potest. Altero modo, vt hi soli, quorū nomina exprimit Marcus, intelligantur ex discipulis Dominum nunc adisse, & interrogasse seorsum ab aliis discipulis, sperantes eum, quemadmodum transfigurationis mysteriū & alia quædam paucis & ipsis potissimum crediderat, etiam de tempore & signis futuræ deuastationis facile paucis communicaturum, quæ aliis omnibus non esset crediturus. Sic enim intelligit in paraphrasibus Erasmus. Altero modo, vt omnes discipuli dicantur discendi causa accessisse Dominum, soli autem illi quatuor quos nominauit Marcus, omnium nomine interrogauerint, vt pote primores Apostolorum, & maiorem habentes apud Dominū fiduciam, vt quod dicit Marcus, separatim, significet eos hoc interro C gasse semotis turbis, quemadmodum intelligi debet quod dicit Matthæus, discipulos interrogasse secreto. In hunc modum Euthymius Euangelistas concordat. DICUNT ergo, *Dic nobis*; quod scilicet non omnibus facile facturus esses. PORRO Marcus & Lucas duo illos interrogasse dicunt. Primum, quando illa fierent quæ de euersione templi prædixerat. Secūdò, quod esset signum quando illa inciperent fieri. Matthæus vero prò secūdā hac quæstione quæsisse eos commemorat, quod esset signum aduentus ipsius & consummationis seculi. Quam quæstionem in duas secat DIVUS Hieronymus, vt tria intelligatur apud Matthæum interrogasse, nempe quo tempore Hierusalem esset destruenda, quod esset signum aduentus eius, & D posttremum, quod signum consummationis seculi. Ad quæ tria in sequentibus quidam dominū distincte respondisse conantur ostendere. At duo hęc posteriora sub vna potius quæstione sūt comprehendenda, quemadmodum sub vna quæstione illa Matthæus extulit. Non enim distincte signum vel tempus aduentus Christi, & signum vel tempus cōsummationis seculi interrogare voluerunt discipuli, cum crederent vt res se habet, vnū idemque fore tempus ad uentus Christi & consūmationis seculi, quod præter alia Christi verba, intellexere satis ex eo quod supra dixerat: In regenerationē cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, &c. Nec est secunda apud Matthæum quæstio, diuersa ab ea quæ secunda ponitur apud Marcū & Lucam. Existimabant enim discipuli in secundo Messię aduentu deuastandam Hierusalem & templum, ac cum ea totum mūdū consummandum, ac omnium finem futurum, ac tum rebus omnibus nouatis, nouum regnū suum Messiam inituru & auspicaturum, de quo carnaliter somniare non desinebant. Et quidem ex quibusdam parabolis Domini superius tractatis id concipere poterant, vt ea qua apud Lucā cap. 19. dicitur homo nobilis accepto regno reuersus per didisse inimicos suos qui noluerunt ipsum regna re super se. Rursum qua apud Matth. cap. 22. dicit regem missis exercitibus suis perdidisse homicidas, ciuitatemq́ue eorum succendisse, ac tū ad paratas filij nuptias alios recepisse. Item quia mox supetius cum de Hierusalem euersione diceret, adiecit etiam: Non me videbitis amodo donec dicatis: Benedictus qui venit. Itaque apud omnes Euangelistas duo sunt à discipulis quęsita. Primum de tempore destructionis Hierusalē, quam per gloriosum Christi aduentum futuram putabant. Secundo, de signis imminentis huius temporis. Quod obseruatum multū lucis adferet ad intellegendum quæ Dominus ad has respondet interrogationes.

B ET RESPONDENS IESVS COEPIT DICERE ILLIS: VIDETE NEQVIS VOS.] Valde varie ab interpretibus intelliguntur sequentia Christi verba, maxime ea quæ in hoc concordię capite sunt posita, dum quidam pleraque referunt ad consummationem seculi, quæ alii intelligunt pertinere ad signa vel tempus vastationis Hierusalem. Nos in horum tractatione potissimum sequemur enarrationem D. Chrysostomi, quod hęc verbis Domini ad inuicem collatis, & rebus apud Iudæos gestis maxime conueniat, non prętermittentes interim & alias aliorum interpretationes, eorūque rationes quibus mouentur ostendentes esse inefficaces. Secundū autem Chrysostomi enarrationē omnia quæ ad hoc Cōcordię cap. habentur, pertinent ad tempora, aut vastationem Hierusalē precedentia, aut ipsius vastationis Hierusalem, ita vt pulcherrimus sit eorum quæ dicuntur à Domino ordo, cum secundum alios confusè Dominus loquatur, nunc de his quæ pertinent ad finem seculi, nūc de destructione Hierusalem. Itaque cum discipuli rogarēt de tępore & signo vastationis Hierusalem, atque eodem tempore putarent aduentum Domini & seculi consummationem simul fore, Dominus primum quidem disserit de vastatione Hierusalem, deinde vero de suo aduentu, significans non fore hęc eiusdem temporis, sed diuersorū. Priusquam autē disserat de tempore & signis vastationis Hierusalem, præmittit de variis malis vastationem illam præcessuris, præmunire suos volens ne ab illis lęderentur, & ad eorum cogitationem animos suorum reuocans quę magis eos scire conueniebat, vtpote quæ ad eorum salutem magis & propius faciebant. Quoniā enim curiosè tempus & signa vastationis Hierosolymitanæ cognoscere cupiebāt, & de gloria regni eius cogitabant, Dominus ab illa curiositate & regni cogitatione, reuocat eos ad audiendum ea quę primum eos scire oportebat, quę scilicet ante illa erant euēturæ cū magno salutis ipsorum periculo. Primū ergo monet futuros multos impostores, quo ab eis sibi ca E uerent: deinde de bellorum atque aliis calamitatibus, quibus ante excidium Iudęi affligendi erant, ne ipsi inde malè turbarētur. Tertio, de imminente ipsis persecutione, & variis tentationibus, quas tam à deficientibus fratribus, quā pseudoprophetis experturi erāt, quo ad ferendam ipsam animarentur. Posttremum, de atrocitate & immanitate excidii vrbis & gentis Iudæorum, quo & tunc superstites in tempore fugerent, Iudęa relicta. De his ergo quę rogatus fuit Dominus disserturus, altius repetito sermone, (propter quod Marcus videtur dixisse, quod cœperit dicere) sic auspicatus est: Vi-

dete,

dete; hoc est, cauete, ne quis vos seducat; atque à A fide quæ est in me abstrahat ad sequendū se, quod ob id vos moneo, quia multi post meum à vobis discessum venient in nomine meo, hoc est, nomen meū prę se ferētes, ac dicentes: Ego sum expectatus ille Christus, & multos seducent, potissimum ex Iudæis, qui quemadmodum prædixi illis, cùm me qui veni in nomine patris mei noluerint recipere, recipient eū qui veniet in nomine suo. Quod autem euenturum prædico, non post multa euenturum est secula, sed tempus iam appropinquauit, & instat quo istud eueniet. Cauete ergo ne multos illos qui seducentur imitantes, sequamini illos seductores, mihiq́ue, nuntio remisso, ipsis adhæreatis & credatis. Porro cùm Christi nomen atq; officiū sit, populum tyrānide malorum liberare, gubernareq; fœliciter. Christi nomine se Iudæis insinuarūt quotquot se populi liberatores, saluatoresq́ue polliciti sunt, quorum certè multos ante excidium habuerunt, qui tametsi id esse se toti populo non persuaserint, multos tamen seduxerūt, vt hic Christus prædixit. Iosephus enim lib. antiquit. 20. cap. 4. meminit Theudę magi cuiusdam, qui Cuspio Fado Iudææ administrante, populo suaserat, vt sumentes suas substātias egrederentur ad Iordanē, quem promiserat eis se præcepto diuisurū, eumque multos seduxisse testatur, ac tandem captum à Fado, capitis sectione multatum fuisse, peremptis simul multis qui cum ipso fuerant, nōnullis vero captis. Hunc Theudam illum esse dubium non est, cuius meminit Gamaliel Act. 5. Nam etsi dicat: post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, hoc est, cùm Cyrænius præses cēsum primum apud Iudæos ageret, cùm & Christus natus fuit: nō tamen voluit per hoc significare, hunc Iudam fuisse tempore posteriorem illo Theuda, sed est illud, post hunc, ad ordinem narrationis referendum, quasi dixisset: Præter hunc fuit & superiore tempore Iudas, &c. Nā ait ibi Gamaliel loquens de Theuda: Ante hos dies, quo vtique significauit, paulò ante temporis eum fuisse, Iudæ autē tempus exprimit, adferens fuisse in diebus professionis, hoc est, cum census ageretur. Idem Iosephus lib. Antiquit. 20. D cap. 11. scribit, latronū & magorum hominum turba populum seducentium, prouinciam fuisse repletam. Per magos autem intelligit eos qui se PROphetarum nomine insinuabant. RURSUM cap. 12. Ægyptii cuiusdam pseudoprophetę meminit, de quo etiam scribit lib. 2. de bello Iudaico cap. 12. quòd arrogata sibi prophetæ opinione, triginta fermè milia congregarit, quos ex solitudine in montem ducens Oliuarum, Hierusalem capere annixus fuerit, sed oppressi fuere à Felice tunc præside. Hic Ægyptius capto Paulo Hierosolymis, nondum extinctus erat, (testatur enim Iosephus ipsum ex oppresso eius exercitu fuga lapsum disparuisse.) Itaq; tribunus PAULUM rogauit, num ipse esset Ægyptius ille, qui ante eos dies tumultum excitasset, eductis E in desertum quatuor milibus ficariorum, vt scribitur Act. 21. Iterum de alio quodam scribit Iosephus ca. 14. lib. Antiquit. 20. qui sub præside Festo populo saluté, & requiem malorum promittebat, si se sequerentur in desertum. Talibus multis delusus Iudæorum populus fuit, qui omnes quatenus libertatē & salutem populo promiserant, eātenus se Christos asseruerunt, quāquam peculiariter hoc etiam nomine pro vero atq; in scripturis promisso Messia sese venditarint. Eiusmodi & Simon Magus fuit, qui Samaritis persuaserat, se virtutē Dei esse, quę vocatur magna, vt scribitur Act. 8. De quo vnde Irenæum lib. 1. aduersus Hęreses, vbi cap. 20. inter reliquas impietatis eius assertiones dicitur, quòd docuerit semetipsum esse eum qui in Iudæa quidem quasi filius apparuerit, in Samaria autem quasi pater descenderit, in reliquis verò gentibus quasi spiritus sanctus aduentauerit. Vnde, teste Hieronymo, inter cætera sua scripta magus iste reliquit: Ego sum sermo dei, ego sum speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei. De hoc & Eusebius Eccles. hist. lib. 2. cap. 13. ex Iustino martyre refert, quomodo sub Claudio Cæsare in vrbe Roma, magicis suis artibus quamplurimos B adeo deceperit, vt deus sit decretus, & statua quasi Deus donatus fit, collocata in flumine Tyberis inter duos pontes; habenteque etiam titulū Latinis scriptum literis, Simoni Deo sancto. Huic successit menander quidam & ipse Samarites genere, quem admodum & Simon, & in arte magica absolutissimus, qui, vt scribit Irenæus cap. 21. lib. 1. se eum esse dixit, qui missus esset saluator pro salute hominum. De quo & Eusebius lib. 3. cap. 16. Hi omnes & alii multi cum plerosque seduxerint, nō abs re fuit, vt suos Christus pręmoneret, ne & ipsi impostoris illorum caperentur.

2 AVDITVRI ENIM ESTIS PRÆLIA, ET OPINIONES PRÆLIORVM. h CVM AVDIERITIS.] Græca non habent, enim, sed C autem. Non enim hic declarantur prædicta, sed ad aliorum malorum prædictionē est digressio. Postquam enim prædixit venturos post se pseudochristos, & vt ab eis sibi cauerent pręmonuisset eos imprimis, vt cuius etiam moneri plus referebat: iam secundò etiam prædicit bellorum, tumultuum, & aliorum malorum euentum, de eisque prænonet suos ne hinc plus nimis perturbentur & terreantur. Porro plerique quę hic dicuntur de malis bellorum, pestis, & famis, & aliorum, putāt dicta esse de omnibus illis malis quæ vsque ad consummationem seculi orbem vexabunt, vt semper afflixerunt, ita vt hæc Domini prænonitio, qua monet non perturbari nec terreri, non tantum pertineat ad Apostolos & eos qui vixerunt Apostolorum tēpore fideles, sed ad omnes cuiusque tęporis Christianos, ne cum hæc fieri viderint, putent diem instare iudicii. Videtur enim eis illud; *sed nondum statim finis*; intelligendum de fine seculi, de quo quæ fiuerunt Apostoli: & similiter illud, *Hæc autem omnia initia sunt dolorum*, intelligendum de doloribus & afflictionibus quæ erunt tempore Antichristi circa consummationē seculi, quarum communia hæc orbis mala tātum sunt initia. Verum Chrysost. rectius colligit, Dominum de bellis & malis quæ apud Iudæos erant ante illorum vastationē euentura, hæc prædixisse, quòd alioqui nihil noui prænunciaretur, cum ista nūquam orbi defuerint, nec desint. Vt ergo suos prænonuit quò sibi cauerēt à pseudochristis, qui post discessum eius mox erant exorituri: ita & nunc eos prænonet, ne illis malis quibus gens Iudæorum exagitāda erat, priusquam penitus exciderentur, plus nimio turbarentur: idque ob id prænonet quòd credentes sibi ita seruare vellet, ne quid inde læderētur, neque illi hæc videntes putarent vanā esse suam de regno Christi expectationem, atque à delegato ipsis prædicandi Euangelii officio cessarent. Proinde quod dicitur, sed nondum finis, & hæc omnia initia sunt dolo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum intelligendum de fine Hierusalem & gentis Iudaicæ, deq; initiis dolorum & malorum quæ populus ille experturus erat; de quo dixit, requirendum omnẽ sanguinem iusti qui effusus est à mundi constitutione. Quoniam enim Apostoli eundem putauerunt fore finem mundi, qui esset finis Hierusalem, nõ mirum si Dominus iam adhuc absolutè loquatur de fine Hierusalem, cũ in sequentibus sit ostensurus nõ fore eundem & mundi & Hierusalem finẽ. Cæterum bella de quibus hic dicitur, & opiniones, hoc est, timores nouorum bellorum ceperunt potissimum sub præside Cumano, qui Tyberio Alexandro successerat. Nam cũ ob militis cuiusdam impudentiam, qui in festiuitate Azymorũ Iudæis resectis genitalibus illuserat exortus fuisset tumultus, ea cædes admissa est, vt sint numerata cesorũ 20. milia. De quo tumultu legitur apud Iosephũ lib. Antiq. 20. ca. 6. Et lib. de bello Iudaico, 2. ca. 11. Mox sequut' est alius tumultus inter Iudæos & Samaritas multa cũ strage hominum, locorumque deuastatione. Sed & sicariorum genus prodiit, qui tectas vestibus icas gerẽtes passim in turba cœtuque populi homines perimebant, neque agnoscebantur, vt mitis terroribus omnia repletẽtur. Tertius mox tumultus secutus est apud Cęsareã sub Felice pręside, Iudæis contra Syros contendentibus pro ciuitatis prærogatiua. Cum vero Felici Portius Festus successisset, (de qua successione est Act. 24) conatus quidẽ hic fuit prouinciã latronibus liberare, sed vrgente vltione Dei non potuit. Cui cum Albinus, & huic C. Florus successisset, simul omne genus malorum inundauit. Nam vt hi duo (potissimum autem Florus) nihil ad crudelissimam tyrannidem, manifestam vim & rapinas, reliquũ faciebant, ita pariter seditiosorum apud Iudæos audacia indies creuit, vnde continuo motus, latrocinia, direptiones, cædes passim ædebantur, & indicibilibus quotidie malis & calamitatibus populus exterminabatur, donec ad iustam rebellionem fuere velut compulsi, tam inaudita vi & crudelitate sæuiebat in eos Florus. Agrippa rex multis à rebellando dehortari Iudæos conatus fuit, sed frustra. Tandem ergo vbi qui nouandis rebus studebant prævaluissent, præsidium Romanum atque regis Agrippæ Hierosolymis aperto Marte Iudæi oppugnant, compulsumq; ad deditionem, postquam datis dextris & sacramento vitã promisissent, præter vnum ptę fectũ eorum Metilium, omnes trucidãt. Quo die, quasi hora Cæsarienses, Iudæos apud se habitantes trucidarunt numero 20. milia, paulo post Scythopolitæ secuti exemplum Cæsariẽsiũ, tredecim Iudæorum milia interemerunt. Mox Ascalonitæ duo milia quingentos: Ptolemais duo milia: Alexandrini 50. milia. Sed & in regno Agrippæ excitata est contra Iudæos pernicies, occisis 70. viris nobilib. Hinc iusto bello eos est aggressus Cestius Syriæ præfectus. Sed cum Hierosolymorũ obsidione soluta, vim Iudæorum fuga declinasset, audentiores facti rebellionis authores, omnemq; potestatem nacti, inenarrabile malorum mare sibi & suis inuexerunt, donec prorsus per Titum exterminarentur, de quibus omnibus fuse scribit Iosephus ab 11. cap. lib. 2. belli Iudaici vsq; in finem 7. libri, hoc est totius operis. Itaque seditiones populi motusque per vniuersam Syriam qui sub Floro fuere excitati dederunt rumores istorum bellorũ, de quibus hic Dominus prædixit: Audituri estis bella & opiniones bellorum, videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis, non modo seculi, sed nec malorum quę populo huic accident. Conuenientem autem reddit rationẽ Dominus quare non debeant turbari, nimirum quia oportet hæc omnia fieri. Oportet, inquam, exigente ita Iudæorum impietate. Quis enim prudens afflictetur pro re quam habere aliter nequeat, quæque iusto Dei iudicio est necessario euẽtura, cuius iudicium necesse est esse optimum, & sanctis semper salutare? Ex prædictis patet, eodem tempore & illud impletum: Consurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. Id enim Cæsareæ, Scythopoli, Ascaloni, Ptolemaidi, Alexãdriæ, postea & Damasci, vbi decem milia Iudæorum truci data fuere, dẽique toto regno Agrippæ, totaque Syria & vicinis regnis, nimium verum apparuit. Porro de pestilentiis atque terræ motibus Iosephus nihil peculiare memorat, fortè quòd hæc collata seditionibus & bellis, leuia mala habuerint. De terriculamentis & signis magnis ad longũ narrat lib. belli Iuda. 7. ca. 12. Per annum enim ante obsidionẽ sidus supra vrbem visum est simile gladio. Nona hora nocturna lux diem superans, in templo effulsit, & per dimidiã horam durauit. Bos immolandus agnum peperit in templo. Porta templi ænea vltrò est patefacta. In aere visi commissi exercitus. Audita vox in templo, Migremus hinc: Audita est querulatio monstrifica Iesu Anani per annos septẽ, menses quinque, clamantis identidem: Væh væh Hierosolymis. Recensentur hæc signa ex Iosepho & ab Eusebio Eccles. hist. lib. 3. cap. 8. De fame autem quæ Hierosolymis ita inualuerat, vt multi egestate fuerint consumpti, Iosephus memorat. In qua necessitate Herena regina Adabienorum cum filio Iazate, magnificè Iudæis subuenit, vt narrat Iosephus lib. Antiq. 20. cap. 2. In Actis quoque cap. 11. legimus ab Agabo famẽ magnam prędictam, in toto orbe terrarum, quæ accidit sub Claudio Cæsare. At vero hic orbis terrarum, pro omni regione Iudæorum videtur accipi debere. Vnde idem scribit Lucas, discipulos prout cuique supperebat, proposuisse tunc in subsidium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manũ Bernabę ac Sauli. Et hinc enim videre licet, Iudęam vel totam, vel potissimum hac fame fuisse afflictam. Sic & mala alia de quibus hic dicitur, in hanc potissimum regionẽ incubuisse; intelligendum est, atque de futuris huius gentis calamitatibus Dominum hic potissimum voluisse prædicere, atque ita declarare, quomodo omnis sanguinis iusti vltio de ipsis sumenda esset, suósque confirmare ne perturbatis adeo rebus apud Iudæos, animisque omnium consternatis, vel impostoribus crederẽt, quod apud trepidantes homines potissimum impostoris suis fidem inueniunt, vel euãgelii prædicationem spẽmque regni sui desponderent.

bVIDETE AUTEM VOSMETIPSOS. [NAM] cANTE OMNIA HAEC INCIENT VOBIS, &c.] Postquam prædixit mala Iudæis antę vastationem obuentura, prædicit iam tertio mala ipsis etiam Apostolis euentura, & ne ab eis lædantur præmonet & præmunit. Quoniam enim de regno & gloria cogitarant, prædicitur eis post pericula pseudochristorum, post communes gentis Iudaicæ calamitates, persecutio, crux, ignominia, grauia præterea scandala multorum a fide deficien

deficientium, denique & pseudoprophetarum pericula. Et quidem Lucas dicit ante omnia prædicta Iudæorum mala, ipsos hæc quæ modò dicuntur passuros. Matthæus verò, *tunc tradent vos in tribulationem*. Nam & ante calamitates Iudæorum prædictas, cœperunt Iudæi iniicere manus in Apostolos & fideles, & in mediis suis calamitatibus non destiterunt Iudæi simul cum gẽtibus eos persequi. Huiusmodi enim persecutionem senserunt mox à nece Stephani, qua dispersi omnes fuerunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos, vt scribitur Act. 8. quam persecutionem promouebat & Paulus, vt habetur Act. 9. Postea & Herodes rex, vt affligeret quosdam de Ecclesia, manus iniecit in Iacobum, eoque occiso Petrum quoque in vincula coniecit. Quid verò Paulus cum suis expertus fuerit persecutionum, tam à Iudæis, quàm gentibus, tum Acta Apostolorum, tum ipse in epistolis suis, præsertim posteriore ad Corinthios testatur. Nec dubium quin similiter & reliqui Apostoli à gentibus & Iudæis tractati fuerint, ita vt facile sit intelligere, nihil hic prædixisse Dominum, quod non illi fuerint experti. Porro Matthæus hoc loco paucioribus commemorat & mala quæ Dominus suis dixit euentura, & quomodo in eis malis se habere debeãt, quàm Marcus & Lucas, quòd ea supertius cap. 10. latius commemorauerit dicta Apostolis. Sunt autem mala quæ & hic & ibi prædicuntur, quòd tradendi essent & occidendi, idque non à quibuslibet, sed à parentibus etiam, fratribus, cognatis & amicis, denique & odio habendi ab omnibus gentibus. De duobus autem & hic & ibi apud Matthęum promouentur quomodo se in illis malis gerere debeant. Primò, vt sibi caueant. vnde dicit Marcus: *Videte vosmetipsos*, pro eo quod est, Cauete vobisipsis, sicut Mat. 10. dicitur: Cauete vos ab hominibus, vt scilicet cum summa prudẽtia apud impios versentur, & ne illorum minis & terroribus sinant se abstrahi à fide vera, & prædicatione nominis Christi. Secundò, ne traditi, soliciti sint quid respondere debeant in synagogis, & coram regibus, & præsidibus, quod & suprà habitum est ex Luc. cap. 12. in cap. Corcordiæ 85. Hoc tantùm hic proprium est, quod apud Lucam dicit Dominus seipsum daturum illis os & sapientiã, quod ipsius manifestè commonstrat diuinitatem. Cæterùm proprium huic loco est, quod inter cætera mala dicitur apud Matthæũ. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicẽ. Quod dupliciter intelligi potest. Aut vt significetur quòd plerique adhuc infideles, vidẽtes Christianorum afflictiones, sint scandalizandi, & è fide alienandi, ita vt frater fratrem, amicus amicum tradat, & odio habeat, vt quod dicit Matthæus, *inuicem tradent, & odio habebunt inuicem*; sit idem cum illo quod dicit Marcus: *Tradet frater fratrem in mortem*, &c. vt exponit Euthymius. Aut potius vt significetur, multos etiã fideles offẽsos afflictiõibus Christianorũ, defecturos à fide, eosque ex fratribus futuros hostes, quemadmodum intelligit Diuus Chrysostomus, qui maius malum hic significari intelligit, bellum scilicet intestinum à falsis fratribus, quod & ipsum Paulus expertus est. vnde & 2. Cor. 11. commemorat pericula in falsis fratribus. Et 2. ad Timoth. 1. queritur auersos à se omnes qui erant in Asia, ex quibus erant Phygellus & Hermogenes. Item cap. vltimo queritur Demam se reliquisse, abstractum dilectione huius seculi. Secundum huic loco proprium est quod subiicit Matthæus; *Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos*. Superius quidem dixit de iis qui se Christos esse fingent: nunc autem de his dicit qui se Prophetas & veritatis doctores à Deo missos simulabũt, sub quibus omnes hæresum & errorum doctores comprehenduntur, quales multi fuerunt etiam in initio prędicationis, & inter fidelium primitiuæ Ecclesię persecutiones, contra quos magna semper Paulo & pugna & querela fuit. Hi enim fuerunt illi de quibus Paulus dicit, quod dissensiones & offendicula facerent, & per dulces sermones & benedictiones seducerent corda innocentum, suo ventri seruientes, non Christo Domino. Rursum de quibus dicit, quòd essent pseudoapostoli & operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Quos & ad Philippens. vocat canes, malos operarios, concisionem, inimicos crucis Christi. Et ad Galat. dicit ambire æmulationem à Galatis, & ipsos labefactare. Item & quos ad Colos. dicit deceptores per philosophiam & inanem fallaciam habentes tantum speciem sapientiæ, &c. Et quid multa loca commemorare opus est? cùm nusquam ferè illorum non meminerit. vt & Petrus & Ioannes, qui suo tempore multos factos queritur Antichristos. & multos pseudoptophetas exisse in mũdum. Tales fuerunt, Cherynthus, Ebion, Nicolaitę, Saturnini, Basilides, Gnosticorum autores, Hymenæus, Alexander, & Philetus, qui à veritate excidерunt, dicentes resurrectionem esse factam, & subuerterunt quorundam fidem, vt dicitur 2. Timoth. 2. Tertium quoque malum peculiariter adiicitur apud Matthæum, cùm dicitur: *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum*: iniquitatem abundandam est eam multiplicandam, & inualituram contra veros seruos Dei. Quod autem dicitur de charitate refrigescente, Diuus Chrysostomus videtur intelligere de communi hominum erga se dilectione. Affert (inquit) inde quod multo cæteris grauius est, nec ab ipsa quidem charitate vllum eos solamen habituros. Et Theophylactus: Quia, inquit, multiplicabitur iniquitas per impostoras Antichristi, exasperabuntur & efferi erunt homines, ita vt neque cum familiarissimis vllum seruent charitatis vinculum, sed mutuo se tradant. Itaque secundum hunc intellectum, non erit hæc sententia diuersa aut parum diuersa à præcedente: *Et scãdalizabũtur multi*; &c. Melius tamen videtur intelligendum de charitate Christiana, & ea quæ in Deum fertur, vt significetur plerosque propter persecutorum & pseudoprophetarum præualentem iniquitatem defecturos à charitate Dei, quem per fidem diligere cœperant, vt hoc sit quod hic dicitur; refrigescet charitas multorum; quod Paulus dicit; & erunt homines seipsos amantes, voluptatum amatores magis quàm Dei. Qui econtrario de se suique similibus dicit: Quis nos separabit à charitate Dei? Tribulatio an angustia, &c. Postquã enim dixit Dominus; *refrigescet charitas multorum*, subiicit aduersatiuam. *Qui autem perseuerauerit vsque in finem*, &c. ex quo patet eum prius de illis locutum qui in charitate Dei pristina non perseuerauerunt, sed eam victi persequentium & impiorum inualescente iniquitate perdiderunt. Patet & illud, quod charitatem refrigescere, est eam extingui & perire. Nam è regione illorum quorum charita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem dixit infrigidandam, dicit perseuerantes vsque in finem, in Dei scilicet fide & charitate, saluos fore: significans proinde eos quorum charitatem dixit fore frigidam, non saluandos. De charitate perseuerantium, quiq; tribulationibus non cedũt, dicitur Cantico vltimo: Aquæ multæ non poterũt extinguere charitatem. Et Paulus loco prædicto: Certus sum enim quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Prædicit ergo Dominus tribus prædictis sententiis, inter fideles quosdam lapsuros scandalo, quosdam seductione, quosdam afflictionibus, & prævalente impiorum iniquitate. Itaque duplicia mala prædicit Apostolis ad ipsos pertinentia, nempe & quæ ab infidelibus erãt perpessuri, & quæ in fidelibus erant conspecturi; ita vt & foris & intus multa aduersa, ac tristia passuri essent, propter quod dixit paulus: Foris pugnæ, intus timores. Quæ omnia mala ob id suis prædicit modò, vt contra ea sese præpararent & munirent, ne illa inexpectantes opprimerent & inuoluerent. Ad consolationem autem & mitigationem horum malorum primùm dicit, quòd propter nomen suum hæc mala passuri essent. Magna enim discipulis consolatio erat patipropter ipsum. Secundo, quod vsque in finem vitæ perseuerans in fide & dilectione, saluandus esset, pro quo apud Lucam dicitur: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Est enim Græcis pro dictione, patientia, ὑπομονὴ, nomen deriuatum à verbo ὑπομένω, quod est apud matthæum. Itaque nomen, patientia, hic est positum pro perseuerantia, & patientia, perseuerantique expectatione cœlestium bonorũ, qua quis non cedit aduersis huius vitæ. & est sensus: In patientia vestra, id est, per perseuerantiam vestram possidebitis, id est, obtinebitis, & lucrabimini animas vestras, hoc est, saluabimini. Sicut enim dicit Dominus, eum qui amat animam suam, perdere eam: ita hic dicit per perseuerantiam nos possessuros animas nostras. Tertio, ad malorum mitigationem facit, quod apud Lucam dicitur: Et capillus capitis vestri non peribit, quod idẽ est cum illo Matthæi 10. & Lucæ 12. Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Est autem in hac locutione, qua loquitur capillus capitis nõ periturus, tropus prouerbialis scripturis familiaris, quo significatur, nihil mali aut incõmodi eos passuros, quãtumuis multos sint habituri inimicos, sed Deo protegente eos ab omnibus malis eos liberandos, omniaque quæ videntur mala eis conuertenda in bonum, vt non sit hic opus disputare num in resurrectione sancti sint recepturi omnes quos aliquãdo habuerũt capillos. Sic enim 1. Reg. 14. dicit populus ad Saul volentem interficere Ionatham filium suum: Viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram. Et 2. Reg. 14. Dauid dicit mulieri Thecuitidi, roganti ficte pro filii salute: Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram. Et 3. Reg. 1. dicit Salomon de Adonia: Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram. Ex quibus locis patet quis sit huius tropi vsus. Idem est autem capillum capitis cadere in terram, & ipsum perire, sicut suprà dixit Dominus, ne vnum quidem passerem cadere in terram sine Deo, pro eo quod est, passerem non perire nec mori sine Dei voluntate.

Rom. 8.

1 Cor. 7.

Luca 2.

Luca 21.

ET PRÆDICABITVR HOC EVANGELIVM REGNI IN VNIVERSO ORBE, &c.] Vel ob hanc maximè sententiam, plerique putant hactenus Dominum locutum de malis quæ non tantum Apostolorum temporibus, & ante vastationem Hierusalem erant euentura, sed de his quæ mundus & fideles erant passuri, maximè circa finem mundi. Dicit enim hic Dominus, prædicandum Euangelium regni cœlorum in toto mundo, tunc venturam consummationem. Quod omnino videtur debere intelligi de consummatione seculi, tum quia absolutè dicit Dominus, tunc veniet consummatio, & non consummatio huius vel illius: tum quia ante consummationem, id est finem templi & Hierusalem, non est prædicatum Euangelium in toto orbe, quod nec suo tempore impletum asserit Diuus Augustinus, vt & nostro tempore experimur necdum impletũ, cùm iam repertæ sint gentes quibus iam primùm cœptum est regni Euangelium prædicari. Verum his non obstantibus magis videtur cum Chrysostomo intelligendũ istud impletũ tẽporibus Apostolorum fuisse, sicut & omnia præcedẽtia, & quod dicitur de consummatione, accipiendum non de consummatione generali, sed de fine gentis Iudaicæ, vbisque ac templi. Quod vel hinc euidenter colligitur, quod postquam dixisset Dominus, *tunc veniet consummatio*, subiungit apud Matthæum: *Cum ergo videritis abominationem desolationis*, &c. Hęc enim illatio significat ipsum seruare ordinem rerũ futurarum, & docere velle quid faciendum cùm venerit illa, de qua locutus erat, consummatio. Sed per abominationem desolatiõis certum est dominum ad literam significasse desolationem Hierosolymitanam, vt post probabitur. ergo in hac sententia locutus est de consummatione non generali, sed Hierosolymitana, sicut & prius cùm dixit; *sed nondum statim finis.* Quanquam enim verterit interpres, consummatio, Græcis tamen est eadem dictio, quæ prius, τὸ τέλος, id est, finis. De ea ergo loquitur Dominus consummatione de qua quæsierunt Apostoli, ideoque & cum articulo dicit τὸ τέλος, ille scilicet finis de quo rogastis, quanquam Apostoli putarent eundem fore finem seculi, qui esset finis Hierusalem. Quod autem ante vastationem Hierusalem impletum est quod hic dicitur, euangelium regni prædicandum in vniuerso orbe, ex paulo manifestum est, vt probat diuus Chrysostomus. Nam ad Rom. 10. ostendit Iudæos non posse sue infidelitati prætexere quod Euangelium non audierint, eo quod impletum tum esset illud Dauidis; In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba illorum. Et ad Colos. semel & iterum Euangelium dicit prædicatum in vniuerso mundo: Propter spem, inquit, quæ reposita est vobis in cœlis, quam audistis in verbo veritatis Euangelii, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit. Et rursum: Immobiles à spe Euangelii quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quę sub cœlo est. quod si quis obiciat, multas tunc adhuc fuisse terras & gentes, in quibus Euangelium non fuerat prędicatum, is scire debet multa in scripturis dici per synecdochen, & Paulum huiusmodi locutione nihil aliud significasse quàm bonę parti gẽtium, & omnibus gentibus

Mar. 13.

Colos. 1.

tibus cognatis, tum ac in circuitu Hierusalem qua quauersum longè lateque habitantibus, Euangelium prædicatum fuisse. Certè quo schemate D. Paulus suo adhuc tempore prædicatum in toto mundo dicit Euangelium, eodem & hic rectè intelligitur, Dominum illud prædixisse futurum ante vastationem & finem Hierusalem. Istud autem Dominum voluisse significare, ex Marco videtur esse euidentissimum. Is enim habet: *Et in omnes gentes oportet primum prædicari Euangelium.* Vbi dictio, *primum*, posita pro comparatiuo *prius*, non potest commodè referri nisi ad consummationem Hierusalem, vt sit sensus: priusquam veniat consummatio Hierusalem de qua quæritis. Siquidem Marcus non commemorat eos quæsisse de consummatione seculi, sed tantum quando futura essent quæ Dominus prædixit de templo & Hierusalẽ. & quod esset signum quando illa essent consummanda. Certè quã late cũangelium vel vnus Paulus sparserit, ipse de se ad Romanos testatur, nempe ab Hierusalem & circumiacentibus regionibus vsque ad Illyricum gestiens etiam ab Hierusalem in Hispaniam vsque currere. Quod si vnus in tanta orbis parte prædicauit (inquit Chrysostomus) cogita quid à reliquis factũfuerit. Itaque post triplicia mala quę Dominus prædicit præcessura vastationẽ Hierusalem, addit Dominus hic iam quartum, sed bonum, quod etiam eãdẽ præcessurum erat vastationẽ nec temere istud præcessurum erat eã vastationẽ, sed sicut Dei permissiua ordinatione præcessura erat Apostolorum à Iudæis persecutio, quo magis notum esset omnibus iustam de illis sũptam vltionẽ, qui non tantum expectatum fuum Christum occiderint, sed & in eadem malitia & obstinatione permanentes tam multis annis, quibus Dei patientia eos expectabat ad pœnitentiam, etiã Apostolos eius & fideles continue persecuti essent: ita Dei ordinatione factum est, vt ante eorum perfectam vastationem, euangelium apud omnes gẽtes longe lateque prædicaretur, tum vt pri⁹ Deus nouum sibi constitueret populum, quam veterẽ suum populum penitus abiiceret: tum vt ante Iudæorũ vastationem, eorum impietas in Christum admissa per Euangelii prædicationem omnibus innotesceret gentibus, sicque omnes superuẽiente vltione intelligerẽt eius tam diræ vltionis causã, quod ad fidei confirmationem non parum valebat. Præterea hac ratione declaratum etiam est, quàm iuste populus ille à Deo derelinqueretur, & extremę interneciõi traderetur, dum euangelium ab ipsis reiectum, à gentibus receptum esset, dumque videtes se nihil omnibus suis contra euangelii profectũ machinamentis proficere, & euangeliũ passim & alacriter à gentibus susci pi, neutro tamen horũ commoti sunt ad pœnitẽtiam. Ob has ergo causas, dicit Marcus, quòd oporteret primũ in omnes gentes prędicari euangelium. Oportetet (inquam) ex Dei ob dictas causas ordinatione. Facit autem hæc sententia etiam ad consolationem Apostolorum, & mitigationem malorum quæ prædicta sũt ipsis euentura, ita vt hic quartum significetur ad ipsorum faciens consolationẽ. Quod enim quantumuis euangelium oppugnaturi essent aperti hostes. & labefacturi pseudoprophetę, & plerique scãdalis & inualescente iniquitate victi defecturi, nihilominus vbique prędicandum esset, id ipsum præter Euangelii veritatẽ quæ omnia vincit, omnipotentiam Christi, declarabat, cui proinde se meritò ipsius prædicatores committere deberent, confidẽtes se illius præsidio in omnibus prædictis malis fore tutos, nec quicquam illis obuenturum, quod non in ipsorum & euangelii cederet bonũ. Illud autẽ, in testimoniũ omnibus gentibus, expositum est circa illud Matth. 10. Ante reges & præsides ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus.

cVM ERGO VIDERITIS ABOMINATIONEM DESOLATIONIS, QVÆ DICTA EST, &c. Sunt qui & quod hic dicitur de abominatione desolationis prædicta à Daniele, sicut & quæ sequuntur de tribulationis magnitudine, referenda putent ad tempora Antichristi. Nam & Irenæus vicissimus Apostolorum temporibus, lib. 5. contra hæreses, ad Antichristi tempora refert hęc, intelligens per abominationẽ desolationis, ipsum Antichristum, quem in templo Hierosolymitano putat sessurum, teque ibi pro Christo & Deo exhibitorũ adorandũ, iuxta illud Paul: Ita vt in tẽplo Dei sedeat, ostẽdens semetipsum tanquã sit Deꝰ. Huius intelligentiæ meminit & D. Hieron. in cõmentariis. Sed ad quæ tempora sint referenda quæ sequuntur de tribulationis magnitudine. post ostẽ detur: nunc autem ostendendum id quod dicitur de abominatione desolationis, non referendum ad tempora Antichristi, saltem secundum (propriũ & à Domino primo intentum sensum, sed ad tẽpus vastationis Hierosolymitanæ de quo quæsierant Apostoli. Id autem D. Augu. epist. 80. ad Hesychiũ, ex Luca euidens esse ostendit. Nam pro eo quod Matthęus & Marcus habent, *cum videritis abominationem desolationis*, &c. Lucas habet: *Cum autem videritis circundari ab exercitu Hierusalem, tunc sciote quia appropinquauit desolatio eius.* Nec potest Lucas his verbis aliud videri voluisse dicere, quàm illis verbis dixerunt Matthęus & Marcus, quod eadem apud illum præcedant & sequantur quę apud hos duos. Certe Diuus Petrus apud Clementem lib. 1. abominationem desolationis refert ad vastationem templi, dicẽs Iudęis: Et vos quoniam non vultis agnoscere emensum esse tempus hostias offerendi, ob hoc & destruetur templum, & abominatio desolationis statuetur in loco sancto. Videndum autem quid per abominationẽ desolationis hoc loco sit intelligendum. Et quidẽ omnino videtur significari statua aliqua quę in templo fuerit posita, quod vehemẽter Iudęi abominabantur. Nam id significare videtur quod adiicitur, *stantem in loco sancto.* Et 1. Mach. habęor. vbi nos legimus: Ædificauit rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei, pro illo, abominandum idolum desolationis, Græcis est idẽ quod hic ponitur & apud Danielem, Βδέλυγμα ἐρημώσεως, id est, abominatio desolationis, ita vt videri possit auctor illius libri respexisse ad locum illum Danielis, ad quem Dominus hic respexit, quasi putarit illã Danielis prophetiam tunc fuisse completam. nam & illud tempus quadrat ei quod ibi dicitur à Danie le: In dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. Tribus enim annis & mensibus sex per Antiochum cessauit in templo Iudęorum iuge sacrificium. Verum illi tempori non cõuenit quod ibidem dicitur, & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. De abominatione autem desolationis per Antiochum facta, vaticinatus Daniel dicens: Et polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem. Ad hunc igitur pertinet

2. Thes. 2.

Dan. 9.

Dan. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

locum in dicandus est respexisse auctor lib. Machabæorum,& nó ad locum Dan. 9. Sed ad rē. Cum ergo illa pars, *stantem in loco sancto*, videatur exigere vt per abominationem desolationis intelligatur statua aliqua vel idolum aliquod execrandū, quemadmodum eadem oratio accipitur in 1. Machabæor. lib. D. Hieronymus putat per abominationem desolationis, accipi posse aut imaginē Cæsaris quā pilatus posuerit in templo, aut equestrē Adriani imperatoris statuā, quam in ipso sancto sanctorum loco, vsque in sua tempora stetisse affirmat. Et quidem de imaginibus Cæsaris à Pilato illatis intra Hierusalē scribit Iosephus libr. 18. Antiquit. cap. 5. De Iudæorum excidio facto tempore Ælii Adriani, à quo deinde Hierusalem Ælia vocari cœpit, scribit Eusebius Ecclesiasticæ histor. lib. 4. cap. 6. De neutra tamen statua posse istud intelligi patet ex eo quod, vt suprà ex Luca est ostensū, istud referri debeat ad tempus vastationis Hierosolymitanæ quæ sub Tito contigit, quando impletum est quod dicit Lucas, Hierusalem circundandam ab exercitu, vt interim omittam Pilati factum contigisse antequam hæc Christus diceret, vtpote in principio susceptæ apud Iudæos præfecturæ, vt patet ex Iosepho. Itaque Chrysostomus abominationem intelligit statuam Titi qui vrbem expugnauit, quam desolata vrbe, atque subuerso templo intus statuerit, atq; ob id desolationis eam appellaram. Verum de statua Titi in adytis templi collocata nihil legitur apud Iosephum, & alioqui hic sensus non conuenit verbis Domini. Monet enim tunc fugere cum viderent abominationē desolationis stantem in loco sancto. At commodum fugiendi tempus non erat, cū iam vrbs capta esset, & templum incensum, sed potius ante desolationem: vnde apud Lucam monentur fugere cum viderent ab exercitu circundatā Hierusalē, & hinc intelligerēt imminere desolationem eius. Proinde secundū enarrationem quæ habentur in secunda expositione in Matthæum sub Chrysostomi titulo, videtur intelligendum per abominationem desolationis, ipsum exercitum Romanorum, qui quòd alienigenæ essent, & idololatræ, paratique signa militaria imaginibus Cæsaris & aquilæ insignita, inferre ciuitati Hierusalem, abominabiles erant ipsis Iudæis, erantque illis abominatio desolationis, q̄ desolationem magis quàm dici possit horrendam ciuitati sanctæ & templo allaturi essent, stetitque hæc abominatio in loco sancto vbi nō oportebat, quia circa Hierusalem, quæ vsque tunc fuerat sancta. Verisimile est enim, Lucā, qui post Matthæum scripsit & Marcum, explicare voluisse quod apud illos obscurè positum fuerat, dicendo; *Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem*, pro eo quòd illi dixerant, *cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto*, vel, *vbi non debet*. Et quoniam obscurius hi fuerant locuti, ideo videri possunt adiecisse per parenthesim, *Qui legit intelligat*. Omnino enim crediderim hæc non esse verba Christi, sed ab ipsis Euangelistis ex propria persona, verbis Christi interposita esse, quò admonerent eum qui lecturus esset eorum scripta, ad inuestigandam intelligentiam eius quod obscurè significatum fuit à Domino per abominationem desolationis. Communiter tamen intelligitur ea pars etiam pertinere ad verba Christi, vt significetur Dominum admonuisse eum qui Danielem, ad quem remittebat, lecturus esset, requirere diligenter obscuræ prophetiæ sensum. Et quidem Chrysostomus sic accipit hanc partem, vt abioluat sententiam ibi cœptam, *Cum videritis*: vt quod sequitur, *Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant*, principium sit nouæ sententiæ. Hinc enim Chrysostomus exordiatur nouam homiliam, & Euthymius eius abbreuiator sic coniungit illam partem, *qui legit intelligat*, cum præcedentibus, *Cum videritis abominationem desolationis*, &c. tunc qui legit Danielis librum, intelligat ac consideret erectam abominationem, & adimpletam propheriam. Verùm sicut conuenientius hæc pars secundum communem distinctionem legitur per parenthesim, vt quod sequitur, *tunc qui in Iudæa sunt fugiant*, sit complementum sententiæ quę incipit, *Cum videritis*, ita illud, *qui legit*, non videtur referendum ad lectionem Danielis, quòd de Daniele apud Marcum nulla fiat mentio: apud quem tamen additur ea pars, *qui legit intelligat*, quanquam apud Græcos in Marco etiam addatur illa pars, quæ dicta est à Daniele Propheta, sed quam quidam putat additam ex Matthæo. Quod si prædicta acceptio abominationis desolationis non videatur conueniens, quod per locum sanctum in quo abominatio dicitur constituta, templum videatur intelligendum, quia in Daniele dicitur: & erit in templo abominatio desolationis, iam secundum Thostatum rectissimè acceperimus per abominationem, seditiosos illos de quibus plerasque Iosephus libro quarto & quinto belli Iudaici, qui paulo ante obsidionem & in ipsa obsidiōe ipsum templum abominandis polluerunt scelleribus, sanguine etiam innocentium effuso ipsum fœdantes, inter quos Zachariam quendam filium Baruch interfectum à zelotis in medio tēplo, refert Iosephus lib. 5. cap. 1. subiiciens capit. 2. Vetus quidam sermo ferebatur, tunc demum ciuitatem captum iri, sancta quoque flammis exurenda esse lege belli, cùm seditio fuisset exorta, fanumque Dei propriæ manus ante violassent. Eandem sententiam sequitur etiam in Commentariis suis super Matthæum Dominus doctor Ioannes Helselius, meus quondam in Vniuersitate Louaniensi collega, intelligens per abominationem desolationis stantem in loco sancto, illam seditiosorum cum suo principe colluuiem, quæ fuit certum fugę maturandę argumentum. Ideoque recte quod apud Lucam dicitur: *Cum videritis ab exercitu circundari Hierusalem*, &c. non de obsidione per Titum & vespasianum facta putat accipiendum, quia tunc fuisset nimis sera fuga ex Iudæa, sed de ea quę priùs facta fuit à Sestio Floro, qui partem exteriorem ciuitatis expugnauit, & interiorem, in qua templū erat, quò seditiosi sese receperant, obsedit. Postmodum tamen aliqua occasione obsidionem soluit, Deo videlicet impios ad deteriora supplicia reseruante, & Christianis fugæ locum relinquente. Porro in eo quod Dominus aut Euangelistæ dicunt Danielem dixisse de abominatione desolationis stante in loco sancto, secuti sunt magis translationem Septuaginta quàm Hebraā veritatem: sicut & Diuus Hieronymus hac in parte in versione Danielis, Septuaginta magis secutus est. Nam pro eo quod nos legimus: *Et erit in templo abominatio desolationis*, Septuaginta habent, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἐστι, id est, & in templo, vel in sacro abominatio desolationum erit: cùm Hebræa quæ hic sunt valde obscura, ad verbum sic habeant, interprete Pagnino: Et super extensionem abominationem admirari faciet: Messias scilicet. vel forte melius sic. Et per extensionem abominationum, desolationem faciet. Videtur autem per extensionem abominationum, intelligi exercitus gentium abominandarum ob idololatriam, & signa quæ contra locum sanctum erant erecta, obsidens Hierusalem in circuitu, atque ob id forte Lucas velut explicare volens verba Danielis, dixit: *Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem*. Cæterum pro intelligentia totius illius prophetiæ Danielis, ad quam hic nos Dominus remittit, qua nō est alia magis veritatem nostræ fidei confirmans, sciendū quod, quemadmodum & Eusebius annotauit, referente D. Hieronymo in Danielem, 70. hebdomades quas dicit abbreuiatas, id est, decisas & definitas à Deo super populum Dei, diuidit Angelus in tres partes, in septem & 62. & vnam, quæ simul faciunt 70. Cum autem vna illa quæ finì tribuitur hebdomada, omnino videatur necessario intelligenda illa annorū hebdomas, in cuius medio Christus postquam tres annos cum dimidio docuisset, occisus est (dicit enim de illa Angelus: Confirmabit pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadæ deficiet hostia & sacrificium) consequens est reliquas 69. hebdomadas oportere terminarium annum Christi 29. quando baptizatus est, & post quem prædicationem est auspicatus. Computandas autē has hebdomadas docet Angelus abexitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem. Quod non est referendū ad tempus illud, quo Cyrus primum laxauit captiuitatem, post impleros 70. captiuitatis ānos à Hieremia prædictos, satis ex multorum constat probationibus, quòd plurus inueniantur anni à Cyro vsque ad Christi baptismum & manifestationem, quam comprehendantur in hebdomadibus 69. quæ faciūt annos 483. Itaque Africanus, vt refert Diuus Hieronymus in Danielem, & Galatinus lib. 4. c. 16. principium harum hebdomadarū sumunt à vicesimo anno Artaxerxis regis Persarum, quo anno ab illo rege facta est potestas Nehemiæ ædificandi muros Hierusalē, vt scribitur 2. Esdræ 2. Nec obstare putat Galatinus, quod ante hæc tempora sub Dario secundo, qui Artaxerxem præcessit, facta est Iudęis eatenus impeditis ædificandi potestas, sub cuius sexto ano templum dicitur consummatum, 1. Esdræ 6. quia, inquit, sub Dario data est potestas ædificandi templum, at sub Artaxerxe primū facta est Nehemię potestas extruēdi muros Hierusalem. Angelus autem dicit hebdomadas supputandas ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem, non vt iterum ædificetur templum. Verū à Dario etiam datam facultatem ædificandi muros ciuitatis, similiter & à Cyro, ex eo videtur satis manifestum, quod is qui Cyro successit, & præcessit Darium, prohibuit per literas, ne vrbs Hierusalem ædificaretur, vt scribitur 1. Esdræ 4. Id enim prohibuit, quod ante eum Cyrus, & post eum Darius concessit. Nec videtur Nehemias primus muros Hierusalem erexisse, sed collapsos restituisse & perfecisse. Cum enim quæreret de Hierusalem; responsum est ei, murum Hierusalem dissipatum esse, vt scribitur 2. Esdræ 1. Crediderim ergo potius initium harum hebdomadarū sumendum à secundo anno Darij secundi, quando primum efficaciter concessa est ædificatio Hierusalem, & domus

Dei, quando etiam primum Deus Prophetas Aggæum & Zachariā excitauit, vt suis vaticinijs populum ad ædificationem animarent, quantumuis difficile sit ostendere ex historiis & annalibus numerum hunc annotum à Dario vsque ad Christum. Nec mirum: cum tam varie non tantum anni regum qui in medio regnauerunt, sed & nomina & numerus regum referātur à diuersis, vt difficile sit reperire vnum cum altero cōuenientem. Diuidit autem 69. hebdomadas Angelus in 7. & 62. quod in septē illis hebdomadibus quæ faciūt annos 49. reparandum esset templum, & ciuitas Iudæorum, quemadmodum contigisse facile colligi potest ex eo, quod cum secundo anno Darij cœperint templum ædificare, muri portæque Hierusalem post vicesimū annum Artaxerxis, qui Darium secutus est, per Nehemiam sunt consumma ta. Dario enim tribuuntur plus quàm 29. anni. Reliquæ 62. hebdomades pertingūt in plenitudinem temporum, quo Christus baptizatus erat manifestādus, post quod cœpit vltima illa hebdomas, qua ipse confirmauit multis pactum, & in cuius dimidio defecit hostia. Itaque totius visionis, vt nos eam legimus, hic erit sensus: Septuaginta hebdomades sunt abbreuiatæ, hoc est, decisæ & definitæ à Deo, super populū pro quo tu oras, & super vrbem sanctam pro qua precaris. & ad hoc sunt definitę vt in plenitudine earum cōsummetur & finiatur prævaricatio & peccatum per Adam introductum, & hominum deinde vitio auctum & multiplicatū, & remissa iniquitate adducatur per mortem Messiæ iustitia, quę non, vt peccatū aliquando finiatur, & impleatur quicquid à Prophetis prædictum est, & in regem & dominum omnium vngatur is qui verè est sanctus sanctorū. Scito ergo & animaduerte, quod à quo tempore exibit efficaciter sermo, vt Hierusalem iam desolata iterū ædificetur, vsque ad Christi ducis manifestationem, erunt hebdomades annorum septem & 62. In quarum primis septem, post templum reædificatum, rursum ædificabūtur plateæ & muri, hoc est, & interiora & exteriora ciuitatis, idq; in angustia temporum, prohibentibus scilicet vicinis eorum reædificationem, sed frustrā. Quibus hebdomadibus expletis, deinde post alias 62. occidetur Christus, & nō erit eius populus qui eum erit occisurus & negaturus, sed eo reiecto, alium sibi ex gētibus eligет populum in quo regnaturus erit. Et quoniam ciuitas tua sancta eum negabit & occidet, ideo ciuitatem tuam iam reædificatam, & templum restitutū populus Romanus cum suo duce dissipabit. Et finis eius erit vastitas & desolatio. Priusquam autem Christus occidatur post 62. hebdomadas in vltima ex 70. hebdomadibus, confirmabit pactum promissū patribus, & in dimidio eius hebdomadis, postquam scilicet confirmauit pactum docendo tribus annis cum dimidio, deficiēt oblationes veteris legis per ipsius in cruce oblationem, euacuantem & consummantem omnes legis hostias. Et in signum quod Deus oblationes illas reiecit, erit in templo abominatio desolationis, exercitu Romano omnia deuastante & desolante, nec reparabitur vnquam ea desolatio, quemadmodum ea quæ modo facta est per Chaldæos, sed vsque ad finem & cōsummationem seculi perseuerabit de solatio illa. Ex qua prophetiæ Danielis explicatione etiā patet, quod hic dicitur de abominatione desolationis, non referendum, ex Domini saltem

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcipua intentione,ad tempora Antichristi. Nã cum Dominus ad præsens Danielis vaticiniũ hoc loco remittat,& ex eius explicatione satis constet in eo nihil prædictum de regno Antichristi, sed de vastatione Hierusalem,certum est abominationem desolationis(de qua hic Dominus)ad illam vastationem referendã esse, quemadmodũ idem patet ex eo quod sequitur:*Tunc qui in Iudæa sunt fugiant*.Onuphrius in suo chronico indicat Christum occisum non in medio vltimæ hebdomadæ, vt superius diximus,sed in eius fine & vltimo anno;& in medio vltimæ hebdomadæ Christum baptizatum,ac deinde tres annos cum medio prædicasse,ac tum in fine proximę hebdomadæ occisum,vt quod ait Daniel:Cõfirmabit pactum hebdomade vna,intelligatur dictum ratione mediæ hebdomadæ secundæ,de qua sequitur:In dimidio hebdomadæ,&c.Vt autem in aliis malis quæ prædixit vastationem hanc præcessura,monuit quomodo se sui gerere debeant:ita imminẽte hac vastatione monet quid sit faciendum, dicens, Tũc qui in Iudęa sint, vbi Hierosolyma fita sunt, fugiant,non in vrbes aliquas alias,sed in montes,in quos confugere solent qui hostium oppugnationem metuunt,quo ibi propter loci altitudinem & desertionem tuti sint.Quin potius qui sunt in medio Iudææ,id est,intra Iudæam,omni cum festinatione discedant extra eam in exteras regiones:& qui sunt in regionibus exteris ,nõ intrent in Iudæam.Et si quis sit in tecto domus, (habent enim in ea regione tecta plana super quę versari & pleraque agere solent)aut omnino non descendat in domũ,sed aliunde descendens mox sibi fuga consulat,aut saltem non descendat ad hoc vt tollat quid de domo sua,sed omnibus relictis de sola fuga cogitet.Similiter qui in agro erit,non reuertatur retro in domum,vt hinc vel commodũ fugę tollat vestimentum aut pallium suum:sed potius vt est nudus,fugam recta ineat. Quorum dictorum causa apud Lucam redditur,dicẽte:Quia dies vltionis(quæscilicet requiretur à Iudæis,pro effuso sanguine omnium iustorũ & maxime Messiæ)hi sunt:vt impleantur omnia quæ scripta sunt in libris,videlicet Danielis & aliorum prophetarum,de huiusmodi Iudæorum deuastatione.Cum ęque sola fuga salus tum contingere possit, adiicit: *Væ autem prægnantibus & nutrientibus*, vel, vt est Græcè, θηλαζουσαις,id est, lactantibus in illis diebus,nimirum quod his fugere sit impossibile aut difficile. Illis quidem propter onus interius, his vero propter exterius.Illę enim põdere ẽbryonũ grauentur,hæ autem onere lactantium.Siquidem facile est pro salute pecunias & vestes contemnere,fieri autemleuem & ad fugam expeditam eam quæ in vtero habet,aut abiicere infantẽ eam quæ lactat,prorsus est impossibile propter naturę vinculũ. Vę ergo illis,quia facile simul cum embryonibus & infantibus cõprehendẽtur. Vtque magis fugę necessitatem significaret,addit prętetea: *Orate vt non fiat fuga vestra hyeme*, cum nimirum difficilè fugitur ob temporis incommoditatem: *neque sabbatho*, quo religio vetabat vltra mille passus iter facere.Hęc autem omnia Dominus dicit,non quod vellet hęc omnia sic ad literam à suis seruari,cum tũc Apostoli & fideles non amplius essent obseruaturi sabbathum,quãdo capienda erat Hierusalem,sed his omnibus exaggerare voluit atrocitatem malorum quę tunc essent Iudæos constrictura,atque significare,tanta aetalia tum fore Iudæorum mala,vt frustra quis putet se illis resistere posse,aut speret illa mutanda & mitiganda: sed omnium rerum dispendio quilque optare debeat se vel nudum fuga elabi posse.omnemque eum qui sibi bene consulere volet,omnibus modis id agere debere,vt summa cum festinatione derelinquat Iudæam,ne cõmunibus inuoluatur malis. Sane,sicut Dominus hic fugere iubet his malis incipiẽtibus,ita Eusebius lib.3.cap.5.scribit, Christianos, qui imminente ita obsidione Hierosolymis reliqui erant,diuino responso fuisse monitos,vt trans Iordanem in oppidum quoddam,Pellã nomine,emigrarent,vt ita hęc tempestas non deprehenderet eos in Iudæa.

ERVNT ENIM DIES ILLI TRIBVLATIONES TALES,QVALES NON FVERVNT,&c.] Quę Matthęus & Marcus de tribulationis dicunt magnitudine,ad tẽpora Antichristi quidam omnino putant referenda esse,non ad vastationem Hierusalem:tũ quòd hic dicatur, neque fuisse,neque futurã tribulationem aliquã talem qualis est ea de qua hic est sermo,cum putetur tribulatio ab Antichristo excitãda maior futura & grauior vastatione Iudæorum: tũ quia hic dicitur absolute,nullam carnem fore saluam, nisi breuiarentur dies illi;absolute item dicitur propter electos dies illos breuiandos , & non dicitur,carnem iudaicã non posse saluari,aut propter electos huius gentis dies breuiandos : tum etiam quia mox subiũgitur apud Matthæum : *Statim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur*. &c. quæ procul dubio pertinent ad aduentum Christi, quem sub Antichristo præcedet grauissima fidelium persecutio. Verùm his non obstantibus qualibuscunque rationibus,dubitandũ non est quin Dominus hic præcipue loquatur de afflictione Iudæorũ genti per Romanos inferenda,quod primùm patet ex eo quod pro ratione eorum quæ Dominus dixit de ineunda fuga è Iudæorum regione, cum videretur in loco sancto stans abominatio de solationis, subiicitur apud Matthæum & Marcum : *Erit enim tunc tribulatio magna*,&c.vnde manifestum est hæc ad idem tẽpus pertinere ad quod ea quæ præcedunt. Proinde tolerabilis est eorum intelligentia,qui cùm quæ hic dicũtur de tribulationis magnitudine referant ad Antichristi tempora, etiam quæ præcedunt de abominatione desolationis & fuga,ad eadem tempora referũt. At eorum intelligentia nõ video quomodo tolerari possit , qui cũ præcedentia referant ad vastationem Iudæorum, cõuicti ex verbis Lucę, hic iam Dominum de his locutum existimãt,quæ ad tempora pertinẽt Antichristi,quemadmodum & quæ præcedunt dicta ante sermonem de abominationedesolationis,putant non esse signa præcessura vastationem Hierusalem,sed consummationem seculi,vt quod dictum est de abominatione desolationis & fuga,sit à Domino obiter interpositum.Sic enim intelligit Caietanus.Sed hanc intelligentiã, præter aliasupe rius dicta,plane refellit,sicut nunc dictũ est , coniunctio *enim*,cum pro ratione eorũ quæ mox præcedũt dicitur: *Erit enim*.&c.Refellit secũdo , quod Lucas similiter pro ratione fugæ subiiciat :*Erit enim pressura magna super terram , & ira populo huic*, & quæ sequũtur apud eum:ex quibus omni no erat colligendũ ,ea quæ de tribulationis enormitate dicuntur à Matthęo & Marco, referenda ad

ad afflictionem Iudæorum,quemadmodum ex eo dem Luca colligitur quod ab illis dicitur de abominatione desolationis , pertinere ad vastationem Hierusalem.Sic sanè etiam hunc locum intelligendum ex Luca ostendit Diuus Augustinus ad Hesychium. Itaque sicut idem ibi docet , quod hic dicitur absolute ; *non fuisset salua omnis caro* , & *propter electos breuiabuntur* , intelligendum tantùm de Iudæis & electis ex gente Iudæorum. Et si(inquit)tempore Antichristi talis aut maior forsitan erit tribulatio, intelligendum est de illo populo dictum, quod ei talis amplius non erit futura. Si enim Antichristum illi primitus & præcipue recepturi sunt,facturus est tunc idem populus tribulationem potius quàm passurus.Hęc ille. Quibus addi potest,quod illud,*neque fiet*, possit etiam teste quodam optatiue verti,neque fiat. Sed & illud dici potest , Dominum loqui de tribulatione vltionis,qualis non erit fideliũ tribulatio sub Antichristo.Cæterùm quàm vere Dominus prædixerit tribulationem hãc fore omnium maximam,satem in gente Iudaica,agnoscet facile is quicunque Iosephi de bello Iudaico historiam legerit , præcipue cap.11.& 14.lib.6.& cap.7.&.8.& lib.7.ex quibus Eusebius lib.3.cap.6. comprobat vere Dominum prædixisse: *Erit tunc tribulatio,qualis non fuit, nec erit*. His enim locis recensentur indicibilia & vix credibilia mala,quæ obsessi pertulere,in numeris continuo pereuntibus;partim mutuis cædibus,partim fame quæ eousque inualuerat,vt præter omnium quamlibet abominabilium cibos quædam mulier proprium filium sibi coxerit.Calamitatis huius,cuius enormitatẽ in genere Matthæus & Marcus significauerunt,quasdam species recensęt Lucas,dicens primum:*Et cadent in ore gladii*,id est,per aciem gladii occidentur. Quod ex Iosepho insigniter impletum facile est intelligere, qui lib.7.cap.17.dicit,mortuorum per omne tempus obsidionis fuisse vndecies centena milia , non quod tot haberet incolas ciuitas Hierusalem, sed quod ab omnibus regionibus ad azymorum diem festũ congregati Iudæi,bello subito circumfusi essent , iusto scilicet Dei iudicio tempus hoc vltionis deligente,qui in diebus Paschæ Salvatorem suum cruentis manibus & sacrilegis vocibus interfecerunt , in ipsis diebus velut in vnum carcerẽ omnis multitudo conclusa , feralis pœnę exitium quod merebatur , exciperet. Secundò dicit: *Et captiui ducentur in omnes gentes* : nimirum vt eorum impietas & vltio in omnibus gentibus agnosceretur,& semper ob oculos versaretur,iuxta illud Psalmi:Ne occidas eos ,nequando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua. Iosephus enim prædicto loco testatur , captiuorũ qui toto bello fuerant comprehensi numerũ,fuisse nonaginta & septem milũ. Ex quibus iuuenes electos , quos decor & proceritas corporis cõmẽdauit,ad triumphũ dicit esse seruatos:reliquos autem qui supra decem,& septem annos essent ætatis,vinctos ad opera Ægypti destinatos.Plurimos item per prouincias distributos, in spectaculis ferro & bestiis cõsummandos.Eos vero qui infra decimum & septimum annũ ætatis erant , venditos fuisse,& per diuersas prouincias in seruitutẽ distractos. Tertio dicit : *Et Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum*, id est , gentium.Quo Caietanus significati intelligit , Hierusalem calcandam ab idololatris , donec desinat apud illos idololatria,qua exclusa , Hierusalem iã non amplius ab idololatris, sed à Christianis habitari cœpit.Intelligit enim per gentes,idololatras. Euthymius vero per temporanationum,intelligit ea quæ durabunt vsque ad cosummationem gentium,totiusque mundi,vt significetur Hierusalem nunquam recuperandam à Iudæis, sed eam possidendam à gentibus, quamdiu erunt gentes super terram,hoc est,vsque in finem mundi.Venerabilis Beda putat quod hic dicitur ; esse illud quod paulus dicit:Cæcitas ex parte contigit in Israel,donec plenitudo gentium intraret,& sic omnis Israel saluus fieret;vt sit sensus:Hierusalẽ calcabitur ab his qui nõ sunt Iudæi:donec impletum fuerit tẽpus intra quod gentes ad fidem sunt vocandæ. Aut, vt alii explicant,donec expleta fuerint tempora quibus Deus passurus est Israelitas diuexari à gentibus,quod erit vsquequo ad fidem post gentes cõuertentur.Incertum autem an tunc incipient rursum Iudæi habitare Hierusalem. Beda enim dicit non temere sperandum Israelem iam promissa salute petitũ ,rediturum ad patrium solum.quod si autem non sit rediturus , tamen incipient tum simul cum Christianis obtinere Hierusalem , factis nimirum filii ecclesiæ quæ est spiritualis Hierusalem,& in cõmunionem Christianorum transeuntes.De qua Iudæorum ad Christum conuersione post multam derelictionem,manifeste vaticinatur Oseas,dicens in persona Christi ad synagogã Iudæorum:Dies multos expectabis me,non fornicaberis,& nõ eris viro:sed & ego expectabo te,quia dies multos sedebunt filii Israel sine rege , & sine principe ,& sine sacrificio , & sine altari , & sine Ephod ,& sine Theraphim.Et post hæc reuertẽtur filii Israel ad Dominum Deum suum,& ad Dauid regem suum,& pauebunt ad Dominum,& ad bonum eius in nouissimo dierum. Cæterùm quàm vere Dominꝰ prædixerit Iudæos excludẽdos à paterno solo,ac ipsam Hierusalem calcandam à gentibus,declarat illud quod scribit Eusebius libr. 4. cap.6.Iudæos duce Barcochabo quodam, cum rebellionem contra Romanos pararent , sic à Rufo præside fuisse repressos, vt omnis eorum natio ex illo tempore ab omni regione finitima Hierosolymis penitus arceretur,constitutionibus etiã & decretis Ælij Adriani imperatoris,ita vt ne de excelsiore quidem prospectu eminus eis saltẽ paternũ solum liceret inspicere,eorumq; ciuitas incolis peregrinæ nationis in eam confluentibus simul cum nouis ciuibus,nomen etiam mutauerit,dicta tum Ælia ex cognomento AElii imperatoris. Declarat item efficaciam prædictionis Dominicæ,quod scribit Theodoretꝰ de Iudæis & Iuliano imperatore, vt refertur lib.9.hist.Tripart.cap.43.Cũ enim Iulianus acerrimus Christianæ religionis hostis Iudæis præcepisset distructũ in Hierusalem templũ reparare,credens se Dominicũ verbum istud posse destruere,miris modis Iudæorum conatus cœlitus est impeditus,ita vt post alia multa à cœpto opere eos deterrentia,tandẽ ignis ex fundamẽtis quæ suffodiebãtur egrediens,plurimos fodientiũ conremarit,aliorum membra dissoluerit.Nocte quoque plurimis in vicina porticu dormientibus cadẽs subito porticus dormientes oppressit: alio vero die in cælo signũ crucis splendẽs apparuerit, ac Iudęorum vestes crucis signaculo implerentur. Quæ considerãtes Deo rebelles Iudæi,diuina flagella expauescentes:à cœpto cessauerunt opere,at

Osee. 3.

Psal. 58.

que

Universidad de Deusto
Biblioteca

que relicta Iudæa ad propria sunt reuersi,confiten A tes Deum esse, qui ab illorum progenitoribus ligno crucis affixꝰ fuerat.Cæterũ illud obiter indicãdum,quod Marcus nouẽ ex Hebræa phrasi dixerit, *Erunt enim dies illi tribulationis tales*,pro eo quod est,Erunt in diebus illis tribulationis,&c.

cET NISI BREVIASSET DOMINVS DIES, NON FVISSET SALVA OMNIS CARO.] Abbreuiatos dies inquit Hieronymus, non secundùm delyramenta quorundam,qui putant temporum momenta mutari,nec recordãtur
psal. 118. illius dicti: Ordinatione tua perseuerat dies. Nam & Augustinus ad Hesychium testatur fuisse, qui breuiatos putauerint hos dies, quod cursu solis celeriore terminati fuerint:sed secundùm tempo- B
psal. 90. rum qualitatem sentire debemus,id est, abbreuiatos non mensura,sed numero,vt quomodo in benedictione dicitur: Longitudine dierum replebo eum; sic & nunc abbreuiati dies intelliguntur, ne temporum mora fides cõcutiatur credentiũ. Hæc Hieronymus. Significat ergo Dominus tam grauem fore Iudæorum tribulationem à malis intus & foris eos prementibus,vt nisi dies illius tribulationis Deus pauciores fore ordinasset, quàm eorum iniquitas merebatur, nullus superfuisset Iudæorum, ex quibus quoniam aliqui erãt electi, qui scilicet tum credituri erãt,aut qui postea credituri erãt,aut etiam qui ex iis qui tũc erant nascituri,erant electi ante mundi constitutionẽ,ideo C
pauciores Deus fecit illos dies, quàm eorum impietas commeruerat. Itaque significat quantũuis grauem & inauditam eorum tribulationem, futuram tamen minorem & breuiorem quàm promeruerant,Deo seueritatem suæ iustitiæ temperãte propter electos.Vbi obserua quomodo omnia seruiant electis.Non debet autem quem queturbare, quòd Matthæus quidem dies breuiandos propter electos, Marcus verò Deum breuiasse dies dicit. Iam enim Deus sua æterna ordinatione dies breuiauerat, qui suo tempore breuiores ipsa re erant
Rom. 9. futuri. Conuenit cũ hoc Domini dictio illud Isaiæ, quod & Paulus citat:Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & quasi Gomorrha similes essemus. Hactenus percurrimus D
quæ suis Christus prædicit tã de eiis quæ ante excidium Hierosolymitanum erant futura,quàm de ipso excidio,cuius quidem atrocitatem satis declarauit:tempus vero ex prophetia Danielis intelligẽdum proposuit. Quæ omnia Christi verba, etsi ad Apostolorum tempora propriè pertineãt,non ad nostra, nec Antichristi; duplicem tamen hinc fructum percipimus. Primùm enim hinc ædificatur & confirmatur fides nostra, cum quæcunque Dominus de eo populo ta distinctè prædixit,omnia adimpleta cernimus, vt ob id tãto certius eredamus suo etiam tempore implenda, quæ mox E
subiungit Dominus ad tempus nouissimi aduentus sui pertinentia. Vbi obseruanda Dei pro fidei nostræ confirmatione prouidentia,qua factum est vt non Ioannes ipse Euangelista hæc Domini vaticinia perscriberet, quæ ipse cuncta oculis suis adimpleta vidit,sed illi Euangelistæ qui ante Iudæorum mortui sunt excidium,vt omni careret suspicione Christi de his vaticinium, nec quæ iam facta erant viderẽtur scripta,quasi olim prædicta. Qua Deiprouidentia rursum factum est,vt rerum apud Iudæos gestarum is accuratam perscriberet historiã,qui Iudæus esset, & apud Iudæos magnæ authoritatis,quique ea quæ narrat,& oculis suis conspexisset,& eorũ magna pars fuisset:ex cuius narratione etiam illo hoc non intendẽte, declararetur apertissimè veritas omniũ à Christo prædictorum.Ex quo non solum licet intelligere quæ passi sunt Iudæi,sed & quare, nimirum in vltionem scelerum, idque eorum quæ in Christum eiusque Apostolos commisissent.Sic enim scribit quodam loco:Quæ omnia acciderunt Iudæis pro vindicta Iacobi iusti qui erat frater Iesu, qui dicitur Christus, quem iustissimũ & pissimum omnium confessione virũ Iudæi interfecerunt.Quod si pro occisione Iacobi illa passi fuerunt Iudæi, multo magis pro interfectione Christi. Secundò, hoc Christi ad Apostolos sermone, & nos in illis monemur,vt in similibus quæ illis prædixit malis, nos etiam ita getamus quomodo hic illos monet vt sese gerant, nimirum vt exortientibus quibusdam seductoribus non sinamus nos abduci à simplicitate fidei quæ est in Christo Iesu,vtque communibus mundi malis non turbemur,nec cõsternamur,sciẽtes ex Dei ordinatione oportere hæc ita fieri,exigente sic hominum impietate. Deinde vt ne, si contingat excitari contra veritatem & iustitiam persecutionem,& propter Christum pati oporteat,deficimus propter tribulationes ab ipso aut à prævalente impietate,& vbique obtinẽte superemur,sed spe salutis perseueremus,certi dili gentibus Deum omnia cooperari in bonum. Postremùm,vt tempus Antichristi, qui, vt prædicit Daniel capite septimo & octauo,ex regno quarto, nempe Romanorum,est exoriturus, & desolationem magnam in populo Dei facturus, obseruemus, & cùm illum in loco sancto stantem videri mus,ac,vt Paulus dicit, sedentem in templo Dei quasi sit ipse Deus,tum fuga, non tam corporali quàm spirituali salutẽ nobis paremus, vt qui sunt in Iudæa, hoc est, in Ecclesia fideles, fugiant ad montes,hoc est,ad excelsum Dei auxilium,aut ad excelsa virtutum. Qui verò in tecto,hoc est, conuersatione eleuatus,& excelsior per vitam effectꝰ fuerit, ac contemplationis altitudini deditus fuerit,non descendat vt tollat mundi affectus & curas rerũ terrenarũ,quas sub se reliquerat. Et qui in agro,hoc est,vitam degens actiuam vel solitariam,non reuertatur vt tollat vestimenta sua,hoc est,peccatorum operimenta quæ iamdudum reliquerat.Malè tũc erit iis qui similes sunt prægnantibus aut lactantibus,hoc est. iis qui virtutem nec dum pepererunt,aut qui pepererunt quidem, verùm puerilis est fœtus adhuc,& valde pusillanimis.His enim periculum maximum, ne ab Antichristo comprehendantur & perdantur. Orandũ autem omnibus, ne fugæ tempus incidat in hyemem aut sabbathum,hoc est, secundùm Augustinum,ne in lætitia vel tristitia rerum temporalium quis inueniatur illo die:aut secundùm Hilarium, ne in peccatorum frigore, aut in otio bonorum operum reperiamur.Quanta enim tunc sit futura Ecclesiæ Dei tribulatio,docet Apocalypsis. Sic sanè accommodatitio sensu nihil verat omnia hæc quæ ad Apostolos propriè sunt dicta, & ad illorũ tempora potissimum pertinent, etiam nobis accommodare: quemadmodũ plerique patres veteres fecerunt,quos crediderim ad Antichristi tempora,pleraq; à Christo hic dicta ob id retulisse,nõ quod putarent illum esse primum & propriũ verborum Christi intellectum, sed quòd ad fidelium quos

quos eruditõdos susceperãt ædificationem plus vi A
deretur habere momẽti,si ad sua & Antichristi tẽpora hæc accõmodarẽt. Iam autem & illud nobis ex hoc Christi sermone discendum,de certo tempore eorum quæ futura expectamus,non esse nobis curiose inquirendum, sed potius id nobis curandum vt imminẽtia possimus rectè excipere, ac præsentibus piè vti. Nõ enim suis de tẽpore vaticinatus Hierosolymitanæ quęrẽtibus certum tẽpus & annũ prædixit,sed futura tantùm quædam præ
dixit,ad quæ sine incommodo ferenda cum adueniret,eos voluit sese præparare. Vnde cùm in omni scriptura multa suis Deum prædixisse futura legamus,perrarò tamẽ certum eorum tempus simul prædictum legimus.Siue enim prosperа, siue aduersa sint,satis piis fuerit,ea esse futura agnouisse, vt illis se consolentur,ad hæc sese patientia durent.Simul etiam certum quorundã tempus prænouisse,vt remissos facere posset,ita non apparet, quam piis adferret commoditatem.

PRAEDICITVR ADVENTVS FILII HOMINIS, ET SIGNA eius. Matthæi 24. Marci 13. Lucæ 17.& 21. CAP. CXXIIII.

[b]*TVNC si quis vobis dixerit:Ecce hic est Christus,*[a] *aut*[b] *ecce illic,* †*ne crediderit*[c]*is. Et ait ad discipulos suos:Venient dies,quãdo desideretis videre vnũ diẽ filii hominis,& nõ videbitis. Et dicent vobis: Ecce hic,& ecce illic, nolite ire,neque sectemini,* ▷ *exurgẽt*[c] *enim pseudochristi & pseudoprophetæ,& dabũt signa*[a] *magna*[c] *&* ‖*prodigia*[a]*,ita* †*vt in errorẽ inducantur*(*si fieri potest*)*etiam electi*[b]*. Vos ergo videte,*[c] *ecce prædixi vobis*[b] *omnia.*[a] *Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est,nolite exire:ecce in penetralibus,nolite credere.* †[c] *Sicut enim fulgur*[a] *exit ab Oriente,& patet vsque in Occidentẽ,*[c] *[&] coruscans de sub cælo,in ea quæ sub cælo sunt fulget,sic erit* ▷ *&*[b] *aduentus filii hominis.*[a] *Vbicunque fuerit corpus,illuc congregabũtur &*[a] *aquilæ.*[c] *Primũ autẽ oportet illum multa pati,& reprobari à generatione hac,*[b] *sed in illis diebus*[a] *statim*[*] [c] *post tribulationẽ* ‖ *dierum illorum*[*][c] *erunt signa in Sole,& luna,& stellis,& in terris pressura gentiũ præ cõfusione sonitus maris & fluctuum,arescẽtibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Nã*[c] *Sol* †*obscurabitur,& luna non dabit* ▷ *splendorem suũ,&*[b] *stellæ*[c] *cæli* ‖[c] *erunt decidentes*[a] *de cælo,&*[c] *virtutes* †*quæ in cælis sunt* ▷ *mouebuntur,& tunc*[a] *parebit signũ filii hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ,&*[b] *videbunt filiũ hominis venientem in* ‖*nubibus*[c] *cæli*[b] *cum* †*virtute multa,&*[a] *maiestate. Et*[b] *tunc mittet Angelos suos*[a] *cum tuba & voce magna,*[c] *& congregabunt electos eius à quatuor ventis,*[b] *à summo terræ vsque ad summũ cæli,*[a] *à summis cælorũ vsque ad terminos eorũ. His*[c] *autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Ab arbore autẽ fici discite parabolã. Videte ficulneam & omnes arbores,*[c] *cũ iam ramus eius tener fuerit,&*[b] *nata fuerint*[c] *folia [&]*[c] *cum producunt iam ex se fructũ,* †*scitis quia propè est æstas. Ita & vos cum videritis hæc*[a] *omnia*[b] *fieri,scitote quia prope est in ianuis*[c] *regnum Dei. Amen dico vobis:* ‖ *Quia non præteribit generatio hæc,donec* †*omnia hæc fiant. Cælum & terra transibunt,verba autem mea non* ▷ *transibunt.*[c] *De die autem* ‖ *illa & hora nemo sit, neque Angeli* †[c] *cælorũ,*[b] *neque filius,*[c] *nisi*[a] *solus*[c] *pater.*

ET AIT AD DISCIPVLOS SVOS: VENIENT DIES,QVANDO DESIDERETIS.] postquã de his disseruit Dominus quæ præeessura erant Hierosolymitanam deuastationẽ, & quæ ad eius vastationis signa & tempora pertinebant,transit nunc ad disserendũ de his quæ aduentum suum sunt præcessura,quæq; ad aduentus sui signa & tempora pertinẽt,dicens,vt est apud Matthæum:*Tunc si quis vobis dixe.*&c. Vbi aduerbiũ, *tunc* secundum quosdam demonstrat tempus deuastationis Hierosolymitanę,vt indicat D. Hieronymus. Nam,vt idẽ habet,multi tempore captiuitatis Iudaicæ principes extitere qui Christos se esse dicerent,intantum vt obsidentibus Romanis,tres intus fuerint factiones.Sed melius(inquit)de consummatione seculi intelligitur.Itaque aduerbiũ, *tunc*,nõ templum Hierosolymitanæ vastationis accipiendum est demonstrare,neque tamen solum tempus circa consummationem seculi,quãquam illud maxime,sed in genere,tempus post Hierosolymorum excidium,de quo tempore sic loquitur Dominus,quasi statim post illud excidiũ sit futurus ipsius secundus aduẽtus,vt illum semper omnes expectarent,& ad illũ sese omni pararent tẽpore.Proinde quę hic dicuntur ad discipulos,non ad illorum potissimũ pertinent tempora, sicut ea fere quæ præcedẽti habentur capite, cum omnes fere Apostoli ante Iudæorũ excidium mortui fuerint,sed in ipsis discipulis alloquitur Dominus omnes fideles qui post illud erãt futuri excidium, vsque ad consumationem seculi: sicut cũ suprà admonuit quomodo agnoscendũ esset imminentis vastationis Hierusalem tempus, quidve tũ faciendum esset,in ipsis Apostolis alloquebatur eos qui illo tempore futuri erant fideles.Et tamen omnia sic ad Apostolos dicit,quasi illorum eueniret tempore,quę ad posteros ipsorum pertinebant,ob communionem vnius eiusdémque corporis,quodque,vt dictum est,omnes semper suũ expectare vellet aduentum.Porro pleraque eorum quæ Matthæus & Marcus hic commemorant dicta de aduentu Christi, Lucas supra commemorauit dicta discipulis,capit.17.postquam à fariseis Dominum dixit rogatum,quando veniret regnum Dei.Sed quoniam ibi dicit illa dicta à Domino ad discipulos,eoque satis significet non esse illa dicta præsentibus scribis,sed alio aliquo tempore,cum discipulos haberet solos:ideo quoniam videri merito potest,hoc tẽpore illa discipulis dicta,cum ea duo alii Euangelistæ priuatim discipulis dicta, inter alia eodẽ pertinentia,narrant,conIunximus illa Lucæ verba hoc loco cũ verbis Matthæi & Marci:vnde factum est necessario,vt quædam ex Lucæ cap.17.& einsdẽ cap.12.mixtim hic ponerentur,quamquam negare nolim quin fieri potuerit,vt bis eadẽ sint diuersis temporibus dicta

disci

a a.o. nolite credere.
a a. o. exurgent.
‖ b.o. portenta.
† b. adsefi fieri potest, etiam electos.
† c.o. Nã sicut.
a c. filius hominis in die sua.
** autem*
‖ b. illam
† c.o. nubes
† c.o potestate magna.
† b.o. cognoscetis, quia in proximo.
▷ b. o quod in proximo.
jut in o-
stis.
‖ b.o. quæ nam non transibit.
† b.o. ista
▷ a.o. præteribunt.
‖ b.o. illæ vel
† b.in eo loco.
1 a o.lumen.
‖ c.o. cadecut.
† f cælorum.
4 a o. cõmouebuntur.
1 a o.lumen.
‖ c.o. cognoscetis, quia in proximo.
▷ b. o quod in proximo.
jut in o-
stis.
‖ b.o. quæ nam non transibit.
† b.o. ista
▷ a.o. præteribunt.
‖ b.o. illæ vel
† b.in eo loco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

discipulis. proprium autē Lucæ est, quod satis Dominum dixisse refert: *Venient dies quando desiderabitis*, pro (desiderabitis) *videre vnum diem filii hominis, & non videbitis.* Vbi quod dicitur de vno die filii hominis, dupliciter intelligitur. Beda enim per diem filii hominis intelligit diem aduentus & regni Christi, eumque ideo dictum vnum quod in illa beatitudinis gloria tenebrarū interruptio nulla sit, vt significetur, Apostolos & fideles plerosq; desideraturos videre diē aduentus Christi, nec tamen visuros cùm desiderarent, q̄ ante illum diem sint morituri. Qui sensus probè cōueniret huic loco, quo eam sententiam ex Luca reposuimus: verùm obstat q̄ Græca habent μίαν τῶν ἡμερῶν, id est, vnum dierum, vnde per vnum diem non rectè accipi potest dies aduentus Christi, sed sensus necessario est quē reddit Theophylactus, & indicat itē Beda: Venient dies quando desiderabitis videre vnum ex illis diebus quos mecum iam in carne agitis, diem scilicet quietis & securitatis qualē iam viuitis, protecti mea præsentia. Aut melius, veniēt dies quando desiderabitis vel vno aliquo die me vobis habere præsentē, sicut modo habetis. Quod verisimile est Dominum non dixisse tantum propter afflictiones quę Apostolis & fidelib. erant obuēturæ post suum discessum, à quibus per ipsius præsentiam liberi erant, securè satis cum ipso viuentes: sed etiam propter errores inter fideles exorituros, & controuersias etiam de præcipuis quibusdam dogmatis, ob quas fideles desideraturi erant Dominum vel vno die redire ad terras, vt per seipsum quomodo se fidei habeat veritas intimaret. Hoc enim conuenit ei quod sequitur, quosdā dicturos: *Ecce hic, & ecce illic.* Videri autem posset illa sententia propriè ad discipulos tantùm pertinere, qui eum Christo in carne vixerunt, quia illis cōuenit maximè desiderare videre vnum dierum filii hominis, qui vnum illorū aliquando viderāt: sed tamen eam sentētiam etiam pertinere ad illorum posteros, patet satis ex eo, quod ad eos etiam & maximè ad eos pertineāt sequentia, quibus monet Dominus non credere promittētibus alicubi esse Christum. Nam vt ex Matthæo iam ostendimus, & post magis patebit, hæc maximè pertinēt ad eos qui post excidium Hierusalem erāt futuri, & inter eos potissimum ad illos qui circa finem mūdi sunt futuri fideles. Significat ergo Dominus illa sententia apud Lucam futurum vt Apostoli, & eorum posteri sint desideraturi vel vno die præsentem, vt olim erat, filium hominis: siue ad mitigationem malorum quæ eos erant inuētura, siue ad instructionem, & veritatis, de qua quæstio incidit demonstrationem, cū pseudoprophetis plena erunt omnia. Quoniam autem & afflictionum tempore, & quando de fidei veritate oritur quæstio, maximè pseudochristi & pseudoprophetę inueniunt locum decipiendi promittentes se malorū liberatores & veritatis doctores, ideo subiicitur: *Et dicent vobis plerique* (scilicet seductores) *Ecce hic, & ecce illic*, supple, est Christus, qui vos à tyrannide aut ab errore liberet. Dupliciter autem seductores demonstrant alicubi esse Christum, & iuxta hoc dupliciter etiam totus hic locus intelligitur. Altero modo, certum aliquem hominem alicubi existentem affirmantes esse Christum, atque hoc modo potissimum intelligendum quòd hic dicitur quosdam dicturos, hic vel illic esse Christum, patet ex eo quod subiicitur ex Matthæo & Marco: *Exurgent enim pleudochristi & pseudoprophetæ*, &c. Hinc enim patet, ipsum Dominum significare voluisse, quosdā dicturos alicubi esse Christū eum qui non esset Christus, sed pseudochristus, id est, qui se Christum fingeret. Tales autem & mox ab excidio Hierosolymitano, & posterioribus etiam fuerunt temporibus, sed omnium maximè erunt circa finem mundi. Siquidem non multis annis post Hierosolymorum excidium, sub Adriano Imperatore fuit inter Iudæos quidā qui se dicebat esse Messiam, habuitq̄ue legisdoctorem Rabbi Akikā pro propheta, qui ex scripturis conabatur ostendere ipsum esse Messiam. Huic, secundum Petrum Galatinum, fuit etiam nomen Ben Chuziba, quemadmodum & illi Ægyptio de quo ante dictum est, quod ante Iudæorum deuastationem se etiam Messiam fingebat. Significat autem id nominis, filium mendacii, vt vel ex ipso nomine intelligere potuissent Iudæi, hos duos fuisse falsos Messias. At Eusebius capite 6. libro 4. Ecclesiasticæ historiæ, hunc dicit vocatum Barchochabam, quod significat filium stellæ. Chocab enim Hebræis stella est, vnde ex ipso suo nomine, teste eodem Eusebio, multis persuadebat se ob salutem eorū sydus magnū cœlitus esse delapsum, vt ægris mortalibus & longa obscuritate dānatis ferret lucis auxiliū. Et Galatinus testatur, pseudoprophetam hunc Akikam, illud, Orietur stella ex Iacob, docuisse de hoc pseudochristo esse prædictum, ex nomine scilicet occasione accepta. Hoc Barchochaba duce Iudæi rebellantes Romanis in Bethera oppido vicino Hierosolymis, quod sibi in metropolim delegerant, post lōgam obsidionē, in qua fame & siti grauiter sunt afflicti, tandem eum suo duce penitus extincti sunt, multis trucidatis virorū, fœminarum puerorumque milibus à Rufo Iudææ præside, vt refert prædicto loco Eusebius. Fidem excedunt quæ Iudæi de clade quam per illum impostorem acceperunt memorant, confitentes eam maiorem fuisse, quam vel à Babyloniis, vel à Romanis passi ante fuerant. De quo qui plura volet legat Galatinum libro 4. cap. 21. Præter hunc habuerūt diuersis temporibus Iudæi & alios pseudochristos. Quibus potest annumerari & Mahumetes, qui, quod erat Christi, fœlicitate suis promisit sectatoribus, habēs suos prophetas, non sine signis, per quæ multis imposuit. Sed & nostris temporibus, apud nos inter Christianos fuerunt qui se Christum esse regem Sion, ac saluatorem hominum mentiti sunt stultissime, quibus nec defuerunt sui prophetæ, nec signa & prodigia, quibus imposuerunt hominibus quibusdam in fide non radicatis. Inter quæ signa illud censeri potest, quod apud eos rebaptizati, post calicis cuiusdam, vt dicitur, potionem mox cum hominū admiratione scripturas sacras tenerent melius, quam qui in eis assidue essent versati, & in alios planè homines essent mutati, morte pro suæ sectæ defensione intrepide subeuntes, omnesque suas facultates in commune lubenter cōferentes. His enim adeo potenter homines seduxerunt, vt si fieri potuisset, etiā electis imponere potuissent. Sed omnium maxime circa Antichristi tempora, atque in eius aduentu implebitur quod hic de pseudochristis & pseudoprophetis dicit Dominus. De Antichristo enim qui inter pseudochristos erit postremus, dicit Paulus: Cuius est aduentus secundum operationem Sathanæ, in omni virtute,

tute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis nō receperunt. De cuius Antichristi pseudoprophetæ dicitur & in Apocalypsi, magna ipsum signa operaturum, ad seducendū orbem. Sic enim dicitur: Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terrā in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu hominum, dicens habitantibus in terra vt faciāt imaginē bestię, quę habet plagam gladii, & vixit. Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ. Porro ex prædicto Pauli loco patet qualia erūt signa & miracula quæ Antichristus virtute diaboli ædet cum suo pseudoprophetā. Dicit enim, signis & prodigiis mendacibus, vel, vt Augustinus legit Græca secutus, mendacii. Quod non sic est accipiēdum quasi omnia illa signa sint efficienda per sensuum & phātasmatis ludificationem, vt quod non sit, esse tamen videatur. quædam enim verè efficient per coniūctionem occultam causarum naturalium, quomodo diabolus ignem verè potest deducere è cœlo, & alia multa facere mirabilia. Quæ tamen dicuntur signa mēdacia, siue quia ad mendacium pertrahunt, dum creduntur fieri virtute diuina: siue quia quamuis sint veræ res, non tamen sunt vera signa & miracula, quia id demū verè & propriè est miraculum, quod fit suprà naturam & virtute supernaturali, quæ soli competit Deo. De hoc Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 19. Volens autem Dominus significare quàm admirāda erunt hominibus signa pseudochristorum, adiecit: *Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Eo enim non significauit quosdam electos seducendos, sed tantā fore illorum signorū ad seducendum efficaciam, vt & electi seducendi essent, si id esset possibile. Id autem non erit possibile, ob fortiorē & efficaciorem Dei protectionem, & infallibilem eius prædestinationem. De quibus enim suis dicit Dominus: Non rapiet eas quisquam de manu mea. Et nemo potest rapere de manu patris mei. Vt ergo à falsis Christis & signorum falsorū efficacia fideles sibi cautè prospicerent, subiicit Dominus: Vos ergo videte hoc est, cauete vobis, ecce enim prædixi vobis omnia ob id vt vobis cauerētis. Si ergo dixerit vobis homines: Ecce in deserto est Christus, tantum abśit vt credatis, vt ne quidē exeatis ad videndum eum. Similiter si dixerint esse in penetralibus, & abditis secretisque locis, ne credatis. Nō enim erit aduētus meus occultus, & certo aliquo cōsistens loco, nec talis vt vnus alteri eum indicare debeat. Nā sicut fulgur mox exiens ab oriente apparet vsque in occidentē, ita erit & aduētus filii hominis, subditus scilicet, inexpectatus, gloriosus, & omnibus manifestus, nec in aliquo terræ loco cōsistēs, sed in aere & in nubibus. Et hoc enim rectè intelligimus significatum hac similitudine, quanquam potissimum ad hoc adferatur, vt significetur subitum, inexpectatum, & omnibus manifestum fore aduentum Christi. In nubibus autē & non in terra Dominum apparituram signaificat Paulus, dicens: Rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera. Significat ergo Dominus hac sententia diuersitatem secundi sui aduentus à primo, quod nō, sicut ille, futurus esset obscurus, & in certo loco, sed in claritate per vniuersum orbē cōspicuus omnibus. Porro cum Dominus non dicat, ita erit & aduentus Christi; sed, *ita erit & aduentus filii hominis*, hoc est, meus, ratio hæc qua monet non credendum his qui dicturi essent, Ecce hic aut illic, tantum valet apud fideles, qui iam credunt ipsū esse Christum, sed eundem expectant rursum venturum, ac rum regnum Dei gloriosè apparitnrū. Nos ergo hic præmonet qui se Christum esse credunt, vt ne occasione expectationis secundi sui aduentus credāt dicentibus: Ecce hic, ecce illic; putantes eum tum secundò venisse ad auspicādum gloriosum regnum Dei. Apostoli enim ad quos hæc Dominus dixit, & in quibus hæc dicuntur, omnibus fidelibus, crediderūt Iesum vere esse Christū, per quem & crediderunt restituendū regnum Dei, & regnum Israel. Sed hoc regnum putabant, sicut reliqui Iudæi, carnale fore, & externā allaturum fœlicitatem, atque in Iudæa auspicandū. Itaque quoniam sciebat Dominus venturos post se pseudochristos, qui externam hanc regni fœlicitatē pollicerentur, ne aliqui illorum discipuli putarent verè esse Christum secundò redeuntem, ac errore quo tenebantur pro illo tempore, eos, vt & alias, reuocare hic voluit, significans regnū suū non in certo terræ loco exoritutū, nec in terris futurum, sed ea claritate effulsurū, vt subito gloria eius vniuersum orbem sit repletura, & in cœlis illud apparaturū, eoque rapiendos quotquot ad illud pertinerent. Ideoque cauendum esse ab omnibus, qui in hoc seculo regnum Dei externū polliceretur, aut loco certo illud addicerent. Cæterū similitudo fulguris apud Lucam obscurius affertur, saltem vt nos legimus: *Nam sicut fulgur coruscans de sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt fulget.* Quod clarius Græca sic habēt, ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει, id est, Sicut enim fulgur coruscans è regione quæ sub cœlo est, in eam quæ sub cœlo est, fulget, hoc est, ex vna plaga cœli coruscans fulget vsque in alteram, omnia quæ sub cœlo sunt replens subito & inopinato. vt autem non desperarēt fideles se posse consortes fieri eius regni quod Dominus significauit fore cœleste, & in nubibus apparituram: & rursū vt significaret non opus esse vt aliquo inuitante confluant ad aduenientem Christū, subiicit: *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Qua sententia parabolice Dominus significat, quod quemadmodū vbicunque fuerit cadauer aliquod, illuc continuo congregantur etiam aquilæ, sagacissimo suo olfactu cadauer vnde pascantur à longè percipientes, nec indigentes alicuius demōstratione: ita & fideles mox essēt celeri quodā raptu coniungendi sibi, tanquam illi vnde pascantur & reficiantur, quodque opus non haberent aliquo indicante suam præsētiam, vt ad ipsū conuenire possent. Tria ergo hac sententia Dominus significat. Primū, quod iusti ad ipsum celeriter congregandi sint, nō ambulando super terrā, sed velut volando in aere, iuxta illud Pauli: Rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Secūdo, quod opus non sit aliquo indicante suā præsentiam, vt audire nō debeant eos qui dicturi sunt: Ecce hic aut illic. Et quidem hæc duo sunt præcipua quæ Dominus significare voluit. Tertio tamen etiam hoc rectè significatum intelligimus, quod quemadmodum ac quilæ auide cōgregantur ad cibum olfactu percepto,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum,ita etiam sanctos summo cum desiderio cõ A gregandos ad Christum tanquam ad cibum suũ, vnde in æternũ sunt victuri fœliciter:est enim prodictione,corpus,apud Græcos πτῶμα,id est, cadauer,quod dictum est Græcis & Latinis ab eo quod per mortem cadat.Cadaueribus autem vescuntur aquilæ,quæ olfactu suo illa etiam à longissimo percipiunt spatio.Quamuis autem vulturum hac in parte eadem sit natura quæ aquilarum, tamen electos aquilis potius Dominus comparate voluit,quod aquila regale sit animal, vis& acutissimi, & agilis,celerisque ac sublimis volatus;quo intelligeremus eos demum ad ipsum congregandos, qui regio animo voluptatibus imperarent,& terrenis rebus despectis,in cœlestibus conuersarentur,ac tales agilitate sui corporis qua donabũtur, facilè ad ipsũ subuehendos in cœlum.Et quidem B hunc esse verũ istius sententiæ sensum qui modò dictus est,patet satis ex eo quod apud Lucam, vt post habebitur,Dominus cum dixisset vnũ ex lecto,mola,& agro assumendũ, altero relicto,& discipuli rogarent,quò assumendus esset, subiecit hanc sententiam; Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ;significat illuc cõgregandos,quodque essent aquilis similes ,vbi ipse futurus esset.De huiusmodi aquilis dicit Psalmista psalm.102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.Et Isaias capite quadragesimo:Qui sperant in Domino,mutabunt fortitudinem,assument pennas sicut aquilæ,current,& non laborabunt, ambulabunt,& non deficient.Diuus Hilarius intelligit hac sententia significatũ in quo loco terræ sit C Dominus venturus ad iudicium,nempe quod in eo loco in quo passus est,& quo cadauer ipsius pependit in cruce. Sic enim scribit: Ac ne loci quidem in quo venturus esset,essemus ignari, dicit: Vbicunque fuerit corpus, illuc cõgregabuntur aquilæ.Sanctos de volatu spiritualis corporis,aquilas nominauit,quorum, congregantibus Angelis, conuentum futurum in loco passionis ostendit.Et dignè illic claritatis aduẽtus expectabitur, vbi nobis gloriam æternitatis passione corporeę humilitatis operatus est.Hæc ille.Creditur enim iudiciũ exercendum in valle Iosaphat,qui est circa Hierusalem , quia Ioelis 3.dicitur:Congregabo omnes gentes,& deducam eas in vallem Iosaphat,& di- D ceptabo cum eis ibi,&c.Et hactenus quidem de priore totius huius loci tractatione. Altero modo seductores demonstranthic aut illic esse Christum,dum in certis quibusdam conuenticulis verum nostrum Christum habitare,& recta fide eo Ii affirmant;quemadmodũ faciunt hæretici, qui omnes sibi Christũ vendicant,atque in sua illum manere congregatione contendunt,dicentes:Ecce hic est Christus apud nos,ecce illic est in certo orbis angulo: quemadmodũ Donatistæ in quadã tantum Aphricæ parte Christum esse contendebant,eiusque Ecclesiam,& nunc hæretici illũ in sua concludunt Germania. Secundum hunc modum, plerique totum hunc tractant locum,intelligẽtes nos moneri ne credamus hæreticis & schismaticis , qui ab Ecclesia catholica per vniuersũ orbem dispersa sese separantes , apud se Christum & Ecclesiam esse asserunt, velut in deserto, & in penetralibus,eũ ibi non sit quærẽdus Christus,sed in Ecclesia per vniuersum orbẽ ab oriente vsque in occidentem dispersa , instar fulguris. Itaque quod dicitur hic de aduentu filii hominis instar fulguris futuro,secũdum hunc modum intelligitur,non de aduentu eius ad iudicium, sed de spirituali eius intra Ecclesiam aduentu,secundum quem Ecclesiæ suæ præsens est vsque ad cõsummationem seculi.De quo aduẽtu Diuus Au- Matth. gustinus vult etiã intelligendum illud quod in domo Caiphæ dixit dominus:Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli, vt per nubes cœli intelligantur Apostoli,qui ipsum post resurrectionẽ velut leuissimæ nubes vexerunt sua prædicatione in vniuersum orbem.Hunc sensum post Origanem sequitur Diuus Augustinus in epistola ad Hesychium,& aliis locis: indicat item & Diuus Hieronymus in Commentariis , secundũ quem id quod sequitur : *Vbicunque fuerit corpus*, &c.prosequendo hunc sensum, significat electos omnes velut aquilas quasdã facile odoraturos vbi verè esset Christus,& corpus ipsius.Aut eos ad passionis eius ex scripturis agnitionem & fidem qua pascãtur congregãdos. Albertus Pighius hũc locum frequenter in hoc sensu contra hæreticos proferens,intelligit,vt est videre libr.1.Ecclesiast. Hierarchiæ capite quinto,per hanc vltimam sententiam significari,quo pacto quis intelligere possit vbi sit Christi mysticũ corpus,quod est Ecclesia,nimirum ex congregatione aquilarum , quia vbicunq; illæ reperiuntur,ibi Christi corpus esse non est dubitandum. Per aquilas autem intelligit, Ecclesiæ doctores quotquot vnquam fuerũt, qui in carne præter carnem viuunt,aut vixerunt,quorum conuersatio in cœlis,quorum omne studiũ, omnis meditatio,omni sque voluntas in lege Domini,qui præ aliis acutius cernere & subiimẽ subuehi à rebus terrenis potuerunt aut possunt. Vbicunque hæ aquilę congregantur,illic certo est credendũ esse corpus illud,cui associari & consentire,& in quo Christum ac salutem quærere debemus.Quæ enim est harum aquilarum cõcors sententia,idem & totius corporis sensus est.Hæc autem posterior totius huius loci tractatio & explicatio non dubium est quin sit accommodatitia, neque conueniens sensui à Domino principaliter intento,sed à patribus contra hæreses accõmodata,sicut & alias multas scripturas frequẽter vel contra hæreticos vel ad morum ædificationem vsurpant in alio sensu,quã in quo sunt præcipue dictæ vel scriptæ.Priorem enim loci huius tractationem explicare sensum à Domino præcipue intentum,patet & ex loco quo apud Lucam Dominus dicitur respondisse illud : *Vbicunque fuerit corpus*, &c.vt dictum est, & ex eo quod in comparatione fulguris dicitur apud Lucam;*ita erit & filius hominis in die suo*, vbi per diem suum quid aliud intelligi potest , quam dies nouissimus? de quo subiicitur: *De die autem illa & hora nemo scit.* Ibidem.

«PRIMVM AVTEM OPORTET ILLVM MVLTA PATI,ET REPROBARI A GENERATIONE,&c.] Dixerat de aduentu suo glorioso instar fulguris,commode ergo nunc & adiungit de passione sua & ignominia,dicens oportere se priusquam gloriosus aduenit, multa pati à gente Iudæorum,& ab ea reprobari.Sic enim Dominus & mitigat mala quę Apostolis prędixit euentura, dum significat illa sibi cum ipsis fore communia , & contra eminens crucis suæ scandalum eos præmunit,vt & alias sæpe,atque eisdem, quo ad ferenda mala sese pararent,significat non aliter

aliter ad consortium regni ipsos peruenire posse, A quàm si & ipsi aduersitates & persecutiones non detractarent,cum oporteret Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.Porro per generationem hanc, omnino videtur intelligenda hoc loco gens Iudaica,à qua & multa passus est Dominus & reprobatus,potestque hæc reprobatio non tantum referri ad tempus passionis, sed etiam ad tempus post resurrectionem , quando ad prædicationem Apostolorum Iudæi conuerti noluerunt , sed Christum constanter reiecerunt & reprobauerunt. Beda autem generationem de qua Dominus loquitur,intelligit non tantum Iudæorum , sed & omnium reproborum,à quibus vsque in finem seculi filius hominis multa passurus est in corpore suo, B quod est Ecclesia,atque in membris suis,fidelibus iustis. Vnde Paulo dixit Dominus iam in cœlum Coloss. 1. sublatus:Saule,quid me persequeris?Idemque paulus dicit se adimplere in carne sua ea quæ desunt passionum Christi,pro corpore eius,quod est Ecclesia.

bSED IN ILLIS DIEBVS a STATIM cPOST TRIBVLATIONEM DIERVM ILLORVM.] Ex hoc maxime loco, vt prius est dictum,colligunt quidam id quod superius est dictum,de tribulationis enormitate,non de tribulatione Iudæorum intelligendum,sed de afflictione Christianorũ ab Antichristo excitanda, quod post hanc statim sit venturus Dominus ad iudicium,nõ C post illam quæ iamdudum præcessit plus quã mille & quingentis annis. cum id quod hic dicitur, post tribulationem dierum illorum, non videatur de aliorum dierũ tribulatione accipi posse , quàm ea de qua mox præcedit apud Matthæum & Marcum.Verum cum suprà ostensum sit ad Iudæos referendam illam de qua præcedit tribulationem, quærenda est ratio qua huic illorum motiuo respondeatur.Dupliciter autem responderi potest. Nam secundum Chrysostomum dici potest, quod cum hic dicitur,*post tribulationem dierum illorum*; non sit hoc referendum ad tribulationem illorum dierum , de quibus superius dictum est , *Erit enim tunc tribulatio magna* , &c. sed ad tribulatio- D nem dierum quibus dictum est , quod exurgent pseudochristi & pseudoprophetæ, signa magna ædentes.Vbi Antichristi tempora potissimum designata sunt, qui omnium maximè ædet signa & prodigia ad seducendum efficacia,qui & tribulationem grauissimam fidelibusinferet.Verum cum non sit verisimile de alia aliorum dierum tribulatione hic loqui Dominum , quam ea de qua mox aperte locutus fuerat,melius aliter dicetur, Dominum ob id dicere statim post tribulationem dierum illorum, quibus scilicet gens Iudæorum incomparabili atrocitate vastata esset,filium hominis venturum ad iudicium,eaque futura quæ hic dicuntur,quanquam multis annorum centenariis E postea & incerto tempore venturus esset, vt hoc sermone admoneret suos omni tempore expectare aduentum illum,atque ad illum sese parare tanquam iam instantem,& ipsorum seculo futurum. Deinde & ob id dicit statim post illam tribulationem aduentum suum futurum, quòd post illam nihil aliud insigne sit expectandum,quã quod circa aduentum ipsius est euenturum,quodque nulla alia rerum mutatio insignis sit obseruanda fidelibus, quã quæ in consummatione fiet seculi. Ob has enim causas Dominus tam suis quam Apostolorum sermonibus , non longe abesse aduentum suũ palam voluit prædicari.Sic enim Petrus:Omnium autem,inquit,finis appropinquauit. Et Paulus:Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt.Et Iacobus:Patientes(inquit)estote vsque ad aduentum Domini , & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquauit.Ioannes vero suum tempus etiam nouissimam horam vocat,dicens;Filioli,nouissima hora est , & sicut audistis quoniam Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt, vnde scimus quia nouissima hora est.Ex quibus scripturis patet quàm rectè possit intelligi, Dominum dixisse post Iudæorum deuastationem statim secuturum suum aduentũ. Nec obstat quod iam ab ea vastatione plusquam quingenti suprà mille effluxerint anni. Huic enim obiectioni respondet D.Petrus,dicens his qui dicebant:Vbi est promissio aut aduentus eius? Ex 1 Petri 3. quo enim patres dormierunt,omnia sic perseuerãt ab initio creaturæ.Vnum, inquit , hoc non lateat vos charissimi,quod vnus dies apud Dominum si Psal. 89. cut mille anni,& mille anni sicut dies vnus.In quo imitatus est prophetam dicentem: Mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesterna quæ præteriit, & custodia in nocte.Statim ergo Dei æstimatione post vastationem Iudæorum fututa erat seculi cõsummatio,quantumuis hominum iudicio sit longum tempus intermedium,quibus tamen ob causas superius dictas conueniebat sic Dominum loqui,vt significaret non longe abesse suum aduentum.Noluit enim Dominus certum aduentus sui tempus suis significare,& tamen cum omni hora illos expectare voluit.Vnde factum est,vt non solum partes Apostolis posteriores, sed & Apostoli ipsi videantur existimasse aut suo tempore, aut non longe post venturum Dominum.Nam & Paulus se coniungit his qui in aduentu Domini viui reperientur,dicens:Deinde nos qui viuimus , simul rapiemur cũ illis (nẽpe mortuis) obuiam Christo in aera.Quoniam autem ex prædictis(vt est verisimile)scripturis, quidam certo tempore aduentum Domini circumscribere tempore Pauli voluerunt,quasi tũ post aliquot dies instaret,hinc ab ea opinione Thessalonicẽses suos summopere dehortatur,sic scribẽs:Rogamus autẽ vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi,& nostræ congregationis in ipsum,ne citò moueamini à vestro sẽsu,neq; terreamini,neque per spiritũ,neque per sermonẽ,neq; per epistolam tanquam per nos missam,quasi instet dies Domini.Nam nisi venerit discessio primum,&c.Et hactenus quidem intelligẽ tia illorum verborum,*Statim post tribulationem dierum illorum*,quorum verborum posteriorem tractationem esse genuinam vel ex eo intelligi potest, quòd post mentionem tribulationis Iudaicæ subiicit Dominus : *Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic, aut ecce illic.* Vbi per , *tunc* , demonstratur totum tempus futurum post Iudæorum excidium ,& maxime tempus Antichristi quasi mox secuturum, quod tamen multis annis & seculis excidium illud erat secuturum.Non ergo mirum si similiter etiam nunc dicit Dominus,statim post tribulationem illam futurum suum aduentum.Porro quod dicitur,solem & lunam obscuranda,varie intelligitur. Nam D. Hieronymus & Chrysostomus existimant hæc euentura in ipso Domini aduentu,ac tunc illa obscuranda non diminutione luminis,cum Isaiæ 30. sol tunc dicatur septuplum

Universidad de Deusto
Biblioteca

luminis habituru̇s,& lux & lunæ futura ſicut lux A
ſolis: ſed quod Chriſti venientis luce,illorũ lumẽ
ſuperabitur , & comparatione veræ lucis omnia
apparebũt viſui tenebroſa. Itaque per hãc ſolis &
lunæ obſcurationem, intelligitur ſignificati ma-
xima aduenientis iudicis claritas. Verùm hanc ob
ſcurationem non intelligendam fore per aduenĩ
tis Chriſti claritatem,ſed potius præceſſurã illius
aduentum,primum ex Luca ſatis licet intelligere,
qui ſignificat,quòd ſignis in ſole & luna exiſtenti
bus,& mari fluctibuſque ſonantibus,homines are
ſcẽt præ timore & expectatione,quæ ſuperueniẽt
vniuerſo orbi. Illis ergo exiſtentibus necdum cõ-
pletus erit aduentus Domini , necdum ſuperue- B
nient quæ ſuperuentura orbi homines expecta-
Ioelis 2. bunt. Idem ſecundò patet ex Ioelis: Sol conuerte-
tur in tenebras,& luna in ſanguinem , antequam
veniat dies Domini magnus & manifeſtus. Ad
quem locum veriſimile eſt nominum hic alluſiſſe.
D. Auguſtinus in Epiſt. ad Heſychium,quę hic di-
cuntur de obſcuratione ſolis & Lunę,& de preſſu
ra gentium,putat potius intelligenda complenda
in Eccleſię Chriſti per perſecutionem ab Anti-
chriſto ſuſcitandam,vt per ſolem & lunam myſti
cè intelligatur ipſa Eccleſia de qua dicitur in Can
Cant. 6. ticis: Speciosa vt luna,electa vt ſol; ſignificeturq;
eam ſic obſcurandam,vt nõ ſit apparitura,impiis
perſecutoribus vltra modum in eam ſæuientibus: C
per ſtellas autem cadentes & virtutes cœlorum
commotas,ſignificetur quòd tunc multi qui gra-
tia fulgere videbantur,perſequentibus cedent,&
cadent,& fideles quidam firmiſſimi turbabuntur.
Iam per preſſuram gentium,de qua apud Lucam,
putat intelligendam non afflictionem quam gen-
tes tum ſunt paſſuræ,ſed quam gentes impię fide
libus ſunt illaturæ. Ideo autem hæc ſic potius exi
ſtimat accipienda,partim quod alioqui hic locus
1. Theſſ. 5. videatur contrariari loco Pauli: Cum dixerint,pax
& ſecuritas,tunc repẽtinus ſuperueniet interitus;
proinde intelligit,paulo ante Domini aduentum
fideles in grauiſſimis futuros afflictionibus : infi-
deles vero remoto omni timore, arridente mun- D
di fęlicitate,dicturos,Pax & ſecuritas: partim quo
niam ſenſibilia in ſole & luna ſigna, iam olim e-
tiam ante primum Domini aduentum quando-
que acciderunt,& preſſura gentium, ac anxietas
hominum præ timore & expectatione quę ſuper-
uentura eſſent orbi,variis ſeculis acciderunt. Hęc,
inquit, in Eccleſia melius exiſtimo intelligi , ne
Dominus Ieſus appropinquante ſecundo ſuo ad-
uẽtu,ea pro magno prędixiſſe videatur,quæ huic
mundo,& ante primum eius aduẽtum conſueue-
rant euenire,& irrideamur ab eis qui hæc quę ve-
lut nouiſſima & omnium maxima horreſcimus,
plura in hiſtoria gentiũ,& multo maiora legerũt.
Hæc ille. Verùm quanquam hæc intelligentia præ
ſentis loci recipi poſſit pro accommodatitia &my E
ſtica huius loci explicatione, quemadmodum &
Origenes ſimilem aſſignat eius tractationem,ſed
pro allegorico ſenſu,tamẽ non eſſe hãc proptiam
& genuinam huius loci intelligentiam, ſatis vide
tur manifeſtum ex eo quod Lucas dicit: *erunt ſigna
in ſole & luna,& in terris preſſura gentium* . Quo ſi-
gnificat,& in cœlis,& in terra quædam tunc futu
ra. Et rurſum cùm dixiſſet,quod areſcerẽt homi-
nes præ timore & expectatione quæ ſuperueniẽt
vniuerſo orbi,ſubiecit pro ratione: *Nam virtutes
cœlorum mouebuntur*. Quo ſignificat , commotio-

nem virtutum cœleſtium,cauſam fore anxiæ ex-
pectationis hominum: ſicut & cùm dicit,*& in ter-
ris preſſura gentium* . præ confuſione ſonitus maris
& fluctuum,ſignificat gentes omnes anguſtandas
propter mirabilem maris commotionem. Vnde
quod dicitur de preſſura gentium,non poteſt cõ-
mode accipi de afflictione à gentibus impiis infe-
renda fidelibus,ſed de anguſtia animi, qua omnes
nationes terræ torquebuntur,vnde pro preſſura,
Græcis eſt συνοχὴ, quod magis anguſtiam ſignifi-
cat,quàm externam afflictionem. Proinde intelli-
gendum potius ad literam euentura quæ hic di-
cuntur de ſolis ac lunæ obſcuratione,& alia item,
vt veraciter ſol & luna cũ cæteris ſideribus intel-
ligantur ad tempus ſuo lumine priuanda, quem-
admodum de ſole factum conſtat tempore paſſio-
nis Dominicæ,idque cum aliis quæ hic dicuntur
apud Lucam,futurum,cùm iamiam Dominus eſt
aduenturus,ac ſub ipſum aduentũ eius. Sic enim
intelligi poteſt & verum eſſe quod dicit Lucas,ho
mines illa ſigna videntes conturbandos præ timo
re & expectatione quæ ſuperuenient orbi: & tamẽ
etiam verũ eſſe quod dicit Paulus, cùm dixerint,
pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperuenıet in-
teritus. Nam ad interitum illũ pertinent quæ hic
dicuntur de obſcurandis ſole & luna,& concutiẽ-
dis virtutibus cœlorum,ac fremitu maris,quæ ino C
pinato hominibus ſuperuenient. Sicut enim terri-
biliter aduenit Dominus daturus legem in monte
Sion,tempeſtate quadam ipſum præcedente: ita Pſal. 49.
& cum quadam veniet tempeſtate iudicaturus vi
uos & mortuos,iuxta illud Pſalmi: Deus manifeſtè
veniet,Deus noſter,& non ſilebit. Ignis in conſpe
ctu eius exardeſcet,& in circuitu eius tempeſtas
valida. Porro non vulgaria erunt quę hic Domi-
nus prędixit in ſole & luna ac mari euentura in
ſuo aduentu aut circà illum,ſed multo maiora his
quę aliquando in illis elementis accidiſſe conſpe-
cta ſunt,& conſpiciuntur: neque ipſum diem Do-
mini velut à longè portendent,ſed illum,eiuſque
in ſceleratos iram preſentem iam exhibebũt & de
clarabũt. Non enim cùm dicit Lucas; erunt ſigna
in ſole & luna,ita hoc accipiendũ eſt quaſi hęc ſi-
gna ſint ſignificatura diem Domini poſt aliquod
tempus medium aduenturum,vt ob ſignificatio-
nem rei futurę dicantur hic ſigna, ſed ſigna hic
pro rebus inſolentibus,prodigiis & miraculis ac-
cipiũtur,vt ſit ſenſus: Contingent in ſole & luna
prodigia quędam & admiranda, nimirum quia,vt
dicunt Matthęus & Marcus,ſol obſcurabitur, &
luna non dabit lumen ſuum. Neque enim dubitã-
dum videtur,quin hęc fint eadem. Cęterũ mos
eſt in ſcripturis,per obſcurationẽ ſolis & lunę,ſtel
larumque & ſimilia quæ hic prædicuntur, meta-
phoricè ſignificare ſummas vltionis diuinæ tem-
peſtates. Sic enim Iſaiæ 13. Dei de Babylone ſumẽ
da vltio ſignificatur , cum dicitur inter alia: Stellæ
cœli & ſplendor earum non expandent lumen ſu
um. Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non
ſplendebit in lumine ſuo. Et Ezech. 32. cùm de
Pharaonis vltione agitur: Operiam cũ extinctus
fueris cœlos,& nigreſcere faciam ſtellas eius,ſo-
lem nube tegam , & luna non dabit lumen ſuum.
Omnia luminaria cœli mœrere faciam ſuper te,& Ieroe. 13.
dabo tenebras ſuper terrã tuam. Sic & vindictæ de
Iudæis ſumẽdæ granitas deſcribitur, Infirmata eſt Amos 8.
quæ peperit ſeptem,defecit anima eius, occidit ei
ſol,cũ adhuc eſſet dies. Item: Et erit in die illa,dicit

Domi

Dominus Deus,occidet ſol in meridie , & tene- A
breſcere faciam terram in die luminis, & conuer-
tã feſtiuitates veſtras in luctum. Sunt & alia ſimi-
lia apud propheras,quibus vltionis alicuius atro-
citas deſignatur. Etenim in ſumma anguſtia cõſti-
tutis videtur totus mundus perturbari,ſol obſcu-
rari,luna eſſe ſanguinea, ſtellæ lucem ſuam retra-
here,terra tremere,mare fremere , & cuncta rui-
nam minari,nõ quod ita re ipſa accidat , ſed quod
ita homines anguſtentur,ac ſi illa acciderent. Ve-
runtamen cum inſigniores illæ vltiones Dei, qua-
les de Babyloniis, Ægyptiis , Iudæis, aliiſque gẽti-
bus nonnunquam fuerunt ſumptæ,omnino ſupre
mi iudicii quædam velut ſpecimina dederint ,mi-
rum non eſt,ſi hic quæ in ſupremi iudicii die re ipſa
euentura ſunt,deſcripta ſint,quæ etſi in illis re B
ipſa non ita euenerint,iis tamen quæ in illis eue-
nerunt,fuerunt præfigurata,& qui illas dederunt
pœnas,nõ aliter fuerunt anguſtati, quàm ſi re ipſa
omnia ſic accidiſſent. Voluit enim illis locis ſcri-
pturæ,& vltiõibus ibi deſcriptis nos deus admone-
re ſupremi iudicii,& vltionis impiis ſuperuenturę,
in qua illa re vera ſic accident vt verba ſignificãt:
ideoque etiam cum de certæ alicuius gentis vltio
ne agitur,generalis ſit ſermo,vt ſit quaſi tranſitus
ab illius vltionis deſcriptione ad commemoratio
nem generalis vltionis ſuperuenturę omnibus im
piis in die iudicii: quemadmodũ videre eſt Iſaię 13.
vbi cum promiſiſſet propheta ſe deſcripturũ onus
Babyloniæ generaliter dicit: Ecce dies Domini ve
nit,crudelis,& indignationis plenus,& iræ furo-
riſque,ad ponẽdam terram in ſolitudinem, & pec C
catores eius conterendos de ea. Et poſt interpoſi-
ta ea quæ ſuprà ſunt citata,ſubiungitur: Et viſita-
2. Petri bo ſuper orbis mala,& contra impios iniquitatẽ
corum,&c. Quæ autem hic dicuntur de Solis,Lu-
næ,aſtrorumque obſcuratione,verè & non meta-
phoricè accipienda eſſe, ſatis ex illo Petri patet:
Aduenier autem dies Domini ſicut fur,in quo cœ
li magno impetu tranſient, elementa vero calore
ſoluentur,terra autem & quæ in ipſa ſunt opera
exurentur. Porro cœli,terræ & maris commotio-
nẽ de qua hic Dominus loquitur,prædixit & Ag-
Aggei 2. gæus,dicens: Adhuc vnum modicum eſt, & ego
commouebo cœlum,& terram,& mare,& aridam.
Quod quãquam referri poſſit ad primum Chriſti
aduentum,iſque proprius videatur huius loci ſen
ſus, Paulus tamen ad Heb. 12. refert ad ſecundum, D
cùm ſcribit: Nunc autẽ repromittit dicens: Adhuc
ſemel,& ego commouebo non ſolùm terram , ſed
Pſal. 74. & cœlum. Conuenit item eum hoc loco & illud
Pſalmi: Cùm accepero tempus,ego iuſtitias iudi-
cabo,liquefacta eſt terra,& omnes qui habitant in
Ioel. 3. ea. Item illud Ioelis,Sol & Luna obtenebrati ſũt,
& itellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Dominus
de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem
ſuam,& mouebũtur cœli & terra. Quod ergo hic
dicitur ſtellas lapſuras è cœlo, intelligendum eſt
ſignificare ſtellas lumen ſuum retracturas. vt vi-
deantur cecidiſſe è cœlo, nec amplius in eo eſſe. E
Quod autem dicitur virtutes cælotum commouẽ
das,communiter intelligitur ſignificare cœleſtes
exercitus angelos concutiẽdos admitatione, cum
videbunt maximam naturæ mutationem fieri. Ve
rum cum Lucas pro cauſa anxiæ trepidationis &
expectationis hominum ſubiiciat, *Nam virtutes
cœlorum commouebuntur* , magis per virtutes cœlo-
rum , ſunt intelligenda omnia ſidera & aſtra, quæ

in ſcripturis dicuntur frequẽter militia cœli, & vir- Pſal. 32
tutes,hoc eſt,exercitus cœlorum. vt: Verbo Domi-
ni cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis vir-
tus eorum. Quoniam enim homines videbunt om
nes iſtas cœlorũ virtutes commoueri à ſuo ſtatu,
hinc trepidabunt,& trepide expectabunt quæ ſu-
peruenient orbi. Quod ergo ſpeciatim dicebatur:
*Sol obſcurabitur,& Luna non dabit lumen ſuum,& ſtel-
la cadent de cœlo* , id deinde generaliter dicitur,&
virtutes cœlorum commouebuntur.

ET TVNC PAREBIT SIGNVM FILII HOMINIS IN CŒLO, ET TVNC PLAN GENT, &c.] & Signum filii hominis antiquiſſimi etiã patres intellexerunt,imaginẽ crucis , vnde ex hoc loco canit eccleſia: Hoc ſignum crucis erit in cœlo,cũ Dominus ad iudicandũ venerit. Creditur ergo huiuſmodi ſignum cũ ſumma claritate , Sole B
& Luna obſcuratis, appariturum in cęlo. tũ in cõ-
ſolationem fidelium,quia agnoſcent ſignum victo
riæ quo ſunt redempti,tum in condẽnationem in
fidelium. vt agnoſcãt ſe impiè reieciſſe crucifixum
dominum,& illum tunc venire qui prędicatus eſt
pro ſalute hominum crucifixus. Vnde de his ſequi
tur; & tunc plangent omnes tribus terræ, hoc eſt,
omne genus hominum, infidelium ſcilicet,qui il-
lum prius agnoſcere noluerunt. In hoc autem allu
ſum eſt ad locum Zachariæ,vbi legimus: Et plan- Zach. 12
get terra,familiæ & familiæ ſeorſum. Et poſt ali-
quot familiarũ enumerationẽ. Omnes familię reli
quæ,familiæ,& familiæ ſeorſum. Idem enim eſt tri Aggæi 2.
bus & familiæ. Ad hunc autẽ locũ hic alluſum pa-
tet ex Apocalypſi, vbi ad illum locum alluſum eſt C
manifeſtè,cum dicitur,Ecce venit cũ nubibus , &
videbit eum omnis oculus,& qui eũ pupugerunt,
& plangent ſe ſuper eũ omnes tribus terræ. Nam
& illo loco apud Zachariam præcedit; aſpiciẽt ad
me quem confixerunt. Quanquam autem locus il
le Zacharię ſecundum proprium & primũ ſenſum
intelligendus omnino videatur de pio Iudæorum
& fidelium planctu,qui mortẽ Chriſti in hoc mun
do pie deplangunt,dolentes ſe illum occidiſſe,aut
ſuis peccatis occaſionem mortis eius dediſſe,quẽ
admodum exponit Diuus Hieronymus , (compa-
ratur enim planctus ille pio populi ſuper morte
Ioſiæ planctui) tamen accommodatur à Domino
& à Ioanne locus ille ad planctum infidelium inu-
tilem,quo in nouiſſimo die plãcturi ſunt ſe illum
occidiſſe,aut in illum nõ credidiſſe, ſicut & quod D
dicitur à propheta: Aſpicient ad me quem confixe
runt; quanquam ſecundum proprium ſenſum di-
ctum ſit de fidelibus Iudæis,qui compuncti corde
& dolentes ſe occidiſſe Dominum,per fidẽ conſpe
cturi erant in eũ quem confixerant (præcedit enim,
& effundã ſuper habitatores Hieruſalẽ ſpiritũ gra
tiæ;) tamen & à Ioãne accommodatur ad Iudęos
infideles qui in nouiſſimo die oculis corporalibus
aſpicient in eũ quem tranſfixerunt exhibentẽ ſeſe
cũ vulnerum cicatricibus,vt ſignificet eos qui pie
& cum fructu illũ per fidem aſpicere,eiuſq; mor-
tem plangere noluerunt,aliquando vel inuitos cõ
ſpecturos illum,& inutiliter tum plancturos. Hinc
ergo intelligendum,vnius eiuſdemque ſcripturæ
varios eſſe ſenſus,etiam à ſpiritu intentos.

ET VIDEBVNT FILIVM HOMINIS VE NIENTEM IN NVBIBVS COELI, CVM VIRTVTE.] Cum in cœlos aſcendiſſet Dominus, Actuum 1.
dixerunt angeli: Sic veniet quemadmodum vidiſtis
eũ euntẽ in cœlum. At de ipſo eunte in cœlum di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur illo loco,quod nubes suscepterit eũ ab oculis eorum.Itaque sicut à vera nube susceptus,profectus est in cœlum,ita & in veris nubibus cœli venturus est ad iudicium. Quod in ipsius ostẽsũ est transfiguratione,quæ specimen quoddã erat illius gloriæ in qua appariturus est in nouissimo die.Tunc enim etiã in nube lucida facta fuit gloriosa illa trãsfiguratio. Prædictum fuit istud & à Daniel.7 Daniele,ad quem locum videri potest Dominum hic respexisse.Et ecce,inquit, cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat.Nubes autẽ hę partim facient ad hoc vt tolerari possit ab omnibus summa aduenientis Christi claritas & splendor, partim ad gloriæ Christi augmentum, cui nubes illæ velut sedes erũt & vehiculum,Deo proprium in scripturis.In nube enim fere dicuntur in scripturis factæ insignes Dei apparitiones.Dicitur autem filius hominis tunc venturus cũ virtute multa,id est,magna,& maiestate,vel gloria, ad distinctionem huius aduentus à primo,in quo venit in magna infirmitate,& humilitate. Et quidẽ virtus eius in eo relucebit,quód ad eius imperium statim omnes resurgent mortui,omnesque in momẽto & in ictu oculi congregabuntur ad ipsũ, & vel inuiti omnes illi curuabunt genu cœlestes, terrestres,& inferni,quodque omnes efficaciter sit iudicaturus,singulis reddens secũdum merita.Maiestas vero & gloria relucebit in corporis claritate, in angelorum stipantium ipsum multitudine, atque in nubis circundantis illum amictu.Bene autem non dictũ est simpliciter,cùm virtute & maiestate,sed,cum virtute multa & maiestate,multa scilicet.Nam ad vtrũque id est referendũ. In primo enim aduentu venit etiam cum virtute & potestate,qua mirabilia est operatus,atq; in trãsfiguratione sua visus est in maiestate:at in secũdo multo maiori cum potestate & claritate venturus est.

ET TVNC MITTET ANGELOS SVOS CVM TVBAET VOCE MAGNA,&c.] Præpostero hæc dicuntur ordine.Prius enim mittentur angeli qui omnes congregabunt, quàm videbunt omnes filium hominis venientẽ in nubibus cœli,& quam plangẽt eum omnes tribus terrę:sed quoniam omnia breuissimo perficientur tẽpore, & omnia simul ferè concurrent,ideo non est mirum quòd ordo in narratione non seruetur.porro angelorũ ministerio futuram mortuorum resurrectionem & congregationem,Dominus etiam cap. 13.Matthæi in aliquot parabolis docuit.Docet & Paulus,dicens:Ipse Dominus in iussu & in voce 2.Thes.4 archangeli,& in tuba Dei descẽdet de cœlo.Sicut autẽ apud Paulum illo loco idem est intelligendũ per iussum & vocem archangeli & tubam Dei: ita & hic idem est tuba & vox magna,ita vt coniunctio,&,expositiue posita sit,& sit sensus : cum tuba,hoc est,voce magna.Græca verò habẽt, cũ tuba vocis magnæ,hoc est, cũ tuba quæ vocẽ ædet magnam:vel potius intransitiuè; cum tuba quæ erit vox magna.nõ enim re vera tuba aliqua corporea est intelligẽda futura,sed vox archãgeli,quę adeo magna erit,vt ad illius clamorẽ omnes mortui de terræ puluere resurgãt.Quã vocẽ fore corIoannis 4. poralẽ annotauimus verisimile esse circa illud Ioãnis:omnes qui in monumentis sunt audient vocẽ filii Dei.exprimiturque vocis huius qualitas poMatt.25 stea apud Matthæũ,cũ dicitur in parabola: Media nocte clamor factus est:Ecce sponsus venit, exite obuiã ei.Præcesserũt autẽ & in veteri aliquot figuræ huius conuocationis.quæ per tubã & vocẽ magnam dicitur hic efficienda,ad quas videri merito potest hic allusũ esse.Si quidem cum in montem Sion descenderet Dominus legẽ suis daturus, audiebatur tubarũ sonitus,præceptumq; eis fuit, vt tum primũ ascenderent in mõtem,hoc est, monti appropinquarent,cum cœpisset clangere buccina.In quo specimen quoddãæditũ fuit huius vltimæ populi Dei congregationis,sicut & in terribili illo Dei descensu,typus quidã præcessit nouissimi aduẽtus Christi ad iudicium.Rursum,vt scribitur Nume.10.populus Israeliticus,tubæ sonitu cõuocari per sacerdotes solitus fuit,quando congregãdus erat populus ad tabernaculũ ex quatuor mũdi partibus in quibus erant castrametatitita ergo & nũc hic dicitur,quòd angeli tubæ & vocis magnæ sonitu cõgregabunt electos,à quatuor vẽtis, hoc est,ab oriente,occidente,aquilone, & austro, hoc est omnibus mundi quantũuis remotis partibus.Per quatuor enim vẽtos in scripturis significantur quatuor mundi partes præcipuæ,à quibus præcipui venti quatuor flantim quatuor autẽ illis partibus,totus mundus significatur.Vnde dicitur, In quatuor ventos cœli dispersi vos,id est, omnẽ Zach. 2. terrã,& in omnes gentes.Quò autẽ rectè intelligatur quod sequitur apud Matthæum,*à summis cœlorum vsque ad terminos eorum*.& apud Marcum,*à summo terræ vsque ad summum cœli*, quoniam hæ partes à plerisq;male intelligũtur,sciendũ est,q; apud Matthæũ pro dictione,summis,& dictione,Terminos, Græcis sit eadem dictio ἄκρων,quę est & in Marco. Hæc autem dictio non tãtum significat summum, sed etiã extremũ,quod præsenti loco magis conueniret.Sensus enim est,electos congregandos ab vna cœli extremitate,vsque ad alteram cœli extremitatem.Summum ergo hic pro extremo positũ est,quemadmodũ & Psal. 18.cùm dicitur de sole: A summo cœlo egressio eius,& occursus eius vsq; ad summum eius,pro eo quod est,ab vna cœli extremitate;nẽpe ab oriente,est egressio eius,& occursus eius est vsque ad alterã cœli extremitatẽ, Psal. 4 nempe occidentem.Sic cum dicit Moses:Interroga de diebus antiquis,à summo cœlo vsque ad sũmum eius,hoc est ab omnibus hominibus qui sũt super terrã,ab vno cœli termino vsque ad alterum.Quibus locis dictio Hebraica,Cerseth.manifestè significat non altitudinem vel summitatem, sed extremitatem.Ex isto autem Deuteronomiilo co patet idem esse summũ vel extremũ cœli,quod est summum vel extremũ terræ.Quod & ex Marco hic patet,qui dicit,à summo terræ vsque ad sũmum cœli,pro eo quod Matthæus dicit, à summis cœlorum vsque ad terminos eorum. Sensus ergo est apud Marcum:ab vna terræ extremitate, vsque ad appositam cœli extremitatem.Itaque hę orationes non significãt aliud quàm id quod præcedit, *a quatuor ventis*,sed additæ tantum sunt ad partis illius declarationem & exaggerationẽ, quo firmius asseueraretur ab omnibus omnino mundi partibus electos congregandos , ne quisquam ob loci in quo vixit & mortuus est distantiam diffideret se colligendum cum aliis. Non ergo dictum est,à summis cœlorum,propter animas electorum à cœlis abducendas,vt quidam intelligũt, sed ratione corporum resurgentium ad vocẽ magnam tubæ , dicuntur electi congregandi è locis in quibus fuerunt sepulti & resurrexerunt.Quanquam autem Angeli mittendi etiã sint vt impios colligant,

colligant,(nam dicitur apud Matthæum,mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala)peculiariter tamen hic dicuntur congregandi electi,quod hic alluSum sit ad eas veteris populi conuocationes,de quibus dictũ est, inquibus Dei populus tubæ sonitu conuocabatur: aut etiam quia hic alluSum est ad eas scripturas,in quibus Deus frequenter dicit se congregaturum suos ab omnibus mundi partibus. vt: Ab oriente adducam semen tuum,& ab occidente congregabo te.Dicam aquiloni,Da:& austro. Noli prohibere:affer filios meos de longinquo,& filias meas ab extremis terræ.

cHIS AVTEM FIERI INCIPIENTIBVS,SVSPICITE ET LEVATE,&c.] Per hoc quod dicit, *suspicite & leuate capita vestra*, tropice significat eis tum gaudendum & bene fidendum merito esse. Qui enim mœsto sunt animo & in afflictionibus, incedunt vultu in terram dimisso:quibus vero è malis datur respirandi spes, ii vultum prius dimissum attollere solent,& hõi ti animo ad desideratam anhelare salutem & redemptionem.Porro dubium hic est quid demonstret pronomen *his*. Si enim dicatur demonstrare ea quæ mox præcedunt, quomodo dicitur quod his fieri incipientibus appropinquet redẽptio sanctorum,& prope sit regnum Dei? Nam interea etiam est aduentus Christi, & sanctorum resurrectio,quæ cum erunt,non iam appropinquabit sanctorum redemptio,sed erit: nec prope erit regnũ Dei,sed tum erit. auget difficultatem quòd Matthæus dicit;*cum videritis hæc omnia , scitote quia propest in ianuis*. Nam ad Lucam dici posset,non dixisse Dominũ cùm hæc fiunt scitote quod prope est regnũ Dei,sed , cùm hæc fieri incipient, cùm scilicet incipient signa illa in sole & luna. At Matthæus dicit,*cum videritis hæc omnia*,cum inter prædicta omnia,etiam sit Christi aduentus , qui cum erit, non iam prope erit in ianuis , sed omnino erit. Nam & similitudo quam Dominus adhibet, demonstrat futura & necdum existẽtia ex signis cognoscere.Hæc difficultas adeo mouit D. Augustinum,vt sicut quod dicitur de solis, lunæ, & stellarum obscuratione,refert ad tempora Antichristi,ita putarit illud quod postea subiũgitur: *Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli*.&c. potius intelligendum de spirituali aduentu filii hominis, quali nunquam venire cessat modo in membris suis tanquam in nubibus, aut in Ecclesia ipsa tota , tanquam in nube magna,vt significetur quod tẽpore grauissimæ persecutionis qua sub Antichristo sol obscurabitur & luna,filius Dei spiritualiter sit visitaturus suos fideles,non tantum eo modo quo eam semper visitat,sed cum potestate magna & maiestate , quia maior potestas & maiestas tunc apparebit sanctis quibus magnam virtutem dabit, ne tanta persecutione vincantur.Verum hic sensus coactior videtur,quod dubitandum non videatur, quin quod dicit : *Et tunc videbunt filium hominis venientem*, &c. sit secundum proprium sensum intelligendum de corporali & sensibili Domini aduentu ad iudicium , maxime cum sequatur : *Et tunc mittet Angelos suos cum tuba* , quod pertinet ad resurrectionis & iudicii diem. Euthymius Chrysostomi sectator pronomen *hæc*,apud Matthæum & Lucam , putat referendum ad ea quæ dicta sunt de pseudochristis & pseudoprophetis, qui daturi sunt signa & prodigia magna,vt significetur prope esse aduentum Christi & regnum eius,cum nouissimus Antichristus cum suis aduenerit pseudo prophetis. Sunt & qui pronomen, hæc, referunt ad omnia quæ hactenus prædicta sunt à Domino etiam de vastatione Iudæorum,& his quæ eam præcessura erant, vt intelligatur Dominus suos monere ne animo concidant cum omnia illa quæ 1. Reg 2. prædicta sunt mala, viderint suo ordine euenire, sed potius hilaritatem & alacritatem præ se ferant in illis malis,scientes hęc omnia præcedere debere aduentum suum,& quo plura eorum viderint adimpleta,eo propius adesse aduẽtus tempus intelligant.Sicut cum ficus & aliæ arbores gemmas protrudunt,produxerintq;folia,scimus prope esse æstatem,sic tamen vt non cuestigio plenam æstatem, sed primum florem,inde ficuum incrementum,& demum suo tempore ficus maturas,atque iustam æstatem adfore scimus.In hunc modũ præsentem locum intellexisse videtur D.Hieronymus sic scribens:Sub exemplo arboris docuit consummationis aduentũ.Quomodo, inquit, quando teneri fuerint in arbore ficus cauliculi:& gemma erumpit in florem,cortexque folia parturit,intelligatis æstatis aduentum, & Fanonii ac veris introitum:ita cum hæc omnia quæ scripta sunt videritis, nolite putare iam adesse consummationem mundi,sed quasi procemia & præcursores quosdã venire,vt ostendant quod prope sit & in ianuis.Hæc ille.Non ergo secũdum Hieronymum pronomen *hæc*,refertur ad ea quæ de Solis ac Lunæ obscuratione & aliis sequentibus,sunt dicta,quia solis obscurationem intelligit futuram in ipso Domini aduentu per ipsius eximiorem claritatem:sed ad omnia illa quæ dicta sunt præcessura aduentũ Domini Theophylactus refert pronomen, *hæc*,ad ea quæ mox præcedunt, Solis scilicet & Lunæ obscurationem,& totius mundi innouationem. Hæc enim paulo aduentum Domini,vt diximus, præcessura,portendẽt iamiam ipsum venturum. Nec inconueniens fuerit pronomen,*hæc*, etiam referri ad ea quę dicta sunt de signo filij hominis parente in cœlo,& filio hominis veniente in nubibus cœli, eo quod Matthęus dicat; *cum videritis hæc omnia*. Sed tũc in illo quod dicũt Matthęus & Marcus; *scitote quia prope est in ianuis*; non poterit subintelligi aduentus filij hominis,sed regnũ Dei,quemadmodum expressit Lucas. Cum enim viderint fideles solem obscurari, signum filij hominis parere in cœlo,filium hominis venientem in nubibus,& angelos colligere electos, necdum erit ipsis fidelibus regnũ Dei.nec perfecta erit ipsis redemptio eorũ,sed hęc illis propinqua erunt. Tunc enim instabit tempus quo post separationẽ malorum à bonis,audituri sunt vocem illam dulcissimam: Venite benedicti patris mei , possidete Mat. 10 paratum vobis regnũ à constitutione mundi. Ac tum quidem participes erunt facti regni Dei,& certi de sua redemptione.Ad hunc sane modũ potius inteligendum crediderim,propterea quod apud Lucam illud;His autẽ fieri incipiẽtibus, suspicite & leuate capita vestra, &c.videatur dictũ fidelibus è regione illius quod de impiis dictũ est, ipsos apparentibus signis in sole, Luna,& mari angustandos, & exarituros præ timore & expectatione superuenturorum. Deinde , cum dicitur fidelibus, vt ob certam redemptionis suę spem attollant capita,satis significatur, eos prius in

Universidad de Deusto
Biblioteca

multis malis versaturos,à quibus tũ iubentur pro A pinquã redemptionẽ expectare,& proinde quod dicit; *suspicite & leuate*;non ad omnia illa tempora pertinet quibus multa erant sancti malapassuri, sed tantum ad tempus instantis rettributionis.Itaque sensus erit:His quæ modo dixi fieri incipiẽtibus,nolite simulcũ hominibus huius mundi,quos dixi angustandos his cõspectis,& plancturos,etiã ipsi animo concidere & turbari,sed contrà summam hilaritatem in animo habere,certi quod instet redemptio vestra Illi quidem cum dixerint, pax & securitas,subitò corripientur,his cõspectis signis,angustia & desperatione:vos autem qui cõtinuis in hoc mundo malis afficiemini,semper lu B gentes,tum conuenit ob omnino proximam ve-
Roma. 8. stram redemptionem deiectũ vultum attollere, at que omni tristitia excussa ac metu depositò, omnem hilaritatem præferre. Loquitur ergo hic Dominus de redemptione sanctorum à malis quę hic premunt eos,redemptione item corporis eorum à corruptione,de qua paulus:Intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectãtes redemptionem corporis nostri.Vt autem certiores suos Dominus faceret fœlicitatis & regni quod expectare eos voluit,apparentibus signis illis in Sole,Luna, & mari,quæ quoniã erant horribilia futura,magis timorem erant per se incussura,similitudinem ex naturali illis proponit exemplo,admonens vt quẽ admodum ex gemmis & foliis arborum primum prodeuntibus intelligimus æstatem instare,ita ex C illis signis intelligamus instare regnum Dei. Qua quidem similitudine tria Dominus significauit,vt indicat D.Chrysostomus.primum, quod non magnum temporis spatiũ sit futurum inter illa signa & regnum Dei,sed ea regni Dei fore primordia: sicut non magnum est spatium inter gemmas arborum, & æstatem,adeo vt huius arborum gemmæ initium quoddam sint.Neq;enim æstatis nomen hic puto esse sic accipiẽdum,vt à vere distinguitur,sed vt ver in se includit. Secundo significatur,quod certò & necessario regnum Dei sit signa illa secuturum,quemadmodum certum est & necessariũm,vt gemmantibus arboribus æstas aduenIat.Non enim(inquit Chrysostomus)ea ratione tantũmodo similitudine ficus vsus est,vt spatium D temporis designaret,sed vt omnino futuram rem confirmaret.Nam sicut hoc esse necesse est,sic illud quoque necessario erit.Tertiò subtiliori intelligentia etiam significatur,horribilia illa quæ dicta sunt signa,nõ portendere fidelibus imminentem malorum tempestatem,& veluti hyemem quandã: sed illis significare rerum omnium iucundam immutationẽ, & fœlicioris tẽporis post vitæ quam hic vixerunt asperitatem,successionẽ, veluti æstatis post hyemem.Impiis enim qui hic suam vixerunt æstatem,dicentes pax & securitas, signa illa portendent aduenientem malorum tempestatem, quemadmodum post aperte Dominus significat,
Luca 21. dicens:Tanquam loquens superueniet in omnes qui sedent super faciẽ orbis terræ.At iustis econtrario portẽdent spirituale æstatem & tranquillitatem à fluctibus huius vitæ,& omnibus malis futuram. Itaque tunc perfecte implebitur illis illud Canticorum:Iam hyems transiit, imber abiit &
Cant. 2. recessit,flores apparuerunt in terra, ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum.Dicunt autem Matthæus & Marcus de ficu cum iam ramus eius tener, hoc est, mollis fuerit,quia in hyeme arborũ rami rigore frigoris indurantur,vt flecti cõmode nõ possint:at vere aduenIente,succo repleti mollescunt,ac mollescentes gemmas ac folia progignere incipiũt.Lucas vero, vt nos quidem legimus, habet *cum produxerint iam ex se fructum*:ar de fructu nulla fit apud Græcos mentio,sed tãtum habent, ὅταν προβάλωσιν ἤδη ,id est,cum iam prorumperint,vel profetre & producere cœperint,scilicet gẽmas & folia.Itaque nomen fructus apud nos accipi debet pro omni eo quod ex arboribus prodit ,vt & folia comprehendat & gemmas.Nam cum arbores perfectũ ex se fructũ producunt,non iam prope est æstas,sed plena est æstas.Quod autem pro eo quod in matthæo & Luca,versum est,scitis quia prope est æstas;in Marco legamus per imperatiuũ ; cognoscite quia in proximo est æstas;prouenit ex verbi Græci γινώσκετε, ambiguitate,quod & indicatiui est modi & imperatiui.Multi tamẽ libri etiam in Marco habent indicatiuum, cognoscitis.In illo apud Matthæum & Marcum ; scito quia prope est in ianuis ; dicitur prouerbiali sermone esse in ianuis,quod propinquum est vt veniat,eo quod sit prope ad ingressum qui assistit ostio.Sic & Iacobus dicit.Ecce Iudex ante ianuam assistit. Sed ibi ante ianuam, hic dicitur fore in ianuis,cum illa fiẽt quæ dicta sunt.

AMEN DICO VOBIS,QVIA NON PRAETERIBIT GENERATIO HAEC DONEC HAEC OMNIA] Obscurum est quid per generationẽ hãc Dominus hic significare voluerit:ideoq; valde varie à diuersis istud intelligitur. Hieronymus enim putat aut omne hominũ genus significari,aut specialiter Iudæorũ. Certe Iudæorũ gentem solet Dominus hoc modo notare,vt cum suprà dixit;primum oportet filiũ hominis reprobari à generatione hac.&: *Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam.* Verum quorsum diceret Dominus generationem Iudæorum non prætetiturum donec omnia prædicta fierent,non facile apparet,multo minus, quare in genere generationem hominum non antè dicere præteriturum.D.Chrysostomus intelligit signi Lucæ 5
ficatam generationem iustorum & fideliũ, idque ideo de ea dictum,ne metuerẽt Apostoli,per prædicta pericula penitus fideles delendos,& prædicationem euangelij supprimendam:sed certiores essent,religionem Christianã vsque ad seculi consummationem & nouissimum Domini aduentũ perseueraturam. Verũ si bene pensitemus scopũ Christi, omnino appatebit ipsum hac sententia significare voluisse certo & breui hæc omnia quæ dixit euentura.Itaque Thostatus per generationẽ hanc,intelligit gentem Iudaicam quæ tum viuebat cum hæc Christus loqueretur:& per hæc omnia putat tantũ demonstrari ea quæ in prædictis pertinent ad Iudæorum nationem,nempe quæ dicta sunt de Hierosolymorũ excidio,& his quæ illud erãt præcessura,vt significetur omnia illa quæ dicta sunt euentura in populo Iudaico ; breui omnia tẽpore euentura,ita vt illa cũcta sint conspecturi pleriq;tum viuentes cũ hæc dicerentur. Obstare autẽ nimis videtur huic intelligentiæ,quod in illo,*hæc omnia* , videantur comprehendenda quæcunque prius dicta sunt.Quidam putat dictionem γενεὰ hoc loco vertendam potius per ætatem vel seculum.Nam & illud significat ea dictio. vnde Nestor τρεῖς γενεὰς vixisse legitur, quod tres hominum ætates durauisset.Est autem ætas vel seculũ Romanis

Romanis proprie spatium centũ annorum.Quo- A modo & dictio Dor Hebræis nonnũquam accipitur,quæ fereverti selet,generatio.Nã Gẽ. 15.quatuor generationes,& quater centũ anni pro eodem accipitur.Cum enim dixisset Dominus Abrahæ semen eius affligendũ quadringentis annis à populo cui seruiturũ erat,subiecit: Generatione autẽ quarta reuertẽtur huc.Sunt ergo qui nomẽ ætatis & generationis in ista significatione hic accipientes intelligunt significatũ à Domino omnia quæ dicta sũt excepto solo extremo die,euentura intra centenos illos qui tum fluebãt annos, & in eo quod tunc erat seculo.In eo enim auditi fuerũt apud Iudæos rumores bellorũ,prælia multa cõmissa,impostura valuit pseudoprophetarum, persecutionem tulerunt apostoli,prædicatum est vbique euangeliũ regni,excisa Hierusalem.rursus B
pseudo christi & pseudoprophetæ seduxerũt multos. Diẽ autem extremũ,in quo aut circa quẽ fiẽt Solis & Lunę defectio,stellarũ casus, &c. excipi debere volunt,quod is soli patri notus mox dicatura Christo.Verum quoniam & hoc coactius videtur eũ absoluto dicatur;donec hæc ónia fiant;& quia illud quod dictũ est de pseudochristis,qui dabunt signa magna,maxime pertinet ad tempus nouissimi Antichristi,qui intra seculum illud non venit, conuenientius nomen ætatis crediderim hic accipi debere pro toto tempore quod fluet inter primum & secundũ Domini aduentũ,quod nouissima dicitur mundi ætas,& à Ioãne dicitur nouissima hora,à paulo vero,in quos fines seculorum deuenerunt,vt intelligatur Dominus significare,eã mundi ætatem,quæ per nouã euangelii prędicationem(qua mundo mirabilis quædã rerum mutatio est inducta) tũ cœpta erat,nouissimã esse.nec præter eã aliam expectandã singularem orbis mutationẽ,donec omnia quæ dicta sunt fierent. Ideo enim Ioãnes dixit nouissimã esse hãc horã,& paulus fines seculorũ deuenisse in nos,& Petrus omnium finẽ appropinquasse. Significat ergo Dominus citò omnia qnæ dixit euẽtura, quia ante finẽ eius quæ tum cœpta erat ætatis. Et potest secũdũ hunc intellectum illud, hæc omnia , referri vel ad omnia prædicta , vel peculiariter ad ea quæ dicta D
sunt euentura in nouissimo die vel circa eum:quẽ admodum & cùm præcedit ; *cum videritis hæc omnia fieri*,vt significetur aduentũ filii hominis finem impositurum huic currenti ætati,non autẽ aliquã aliam singularem orbis mutationẽ.Si autẽ accipiatur secundum D.Hieronymi sententiam , de generatione Iudaica,intelligendũ de ea gente peculiariter prædixisse eam vsque in finem permansurã, cùm alię nationes fere transeant , vt significaret eam seruandam in testimonium vanæ suæ expectationis,quam habet de suo Messia,secundùm suum quem habet in scripturis intellectum.

COELVM ET TERRA TRANSIBVNT, VERBA AVTEM MEA NON PRAETERIBVNT.]Sicut superiori sentẽtia cito omnia significauit euentura , ita nunc hac sententia certò E
omnia significat euentura quæ dixit.Et sanè merito hanc dictorum confirmationem subiecit , idq; maximè ob prædictum suum aduentũ , quòd hic hominum iudicio videretur nimis differri,adeo vt etiam tempore Apostolorum ob eius dilationem
2.Pet.3. quidam putauerint vanam esse aduentus eius expectationem,vt testatur Petrus. Cæterũ verba sua dicit non transitura , non quantum ad sonum qui transit,sed quantum ad rem per verba significatã, ratione cuius verba hominum dicimus vel vana, vel firma. Sensus ergo est : Verba mea non erunt inania,vt non eueniat quod illa prędicunt,quemadmodum hominum verba quibus aliquid prędicunt & promittunt,frequenter inueniũtur inania, siue propter mendacitatem & mutationẽ loquentis,siue quod aliud quid externum impediat prædictorum euentum,aut promissionis adimpletionem.Bene autem summam volens verborum suo rum significare firmitatem,comparat ea cum cœlo & terra,præferens ea his , eo quod omniũquæ in mundo sunt.hæc maximè sunt firma & immobilia.significans sua verba firmissimis rebus esse firmiora & constantiora. Porro quod Dominus comparando cœlũ & terram cũ verbis suis dicit illa transitura,non autẽ verba sua, dupliciter potest intelligi.primo,vt intelligamus significari,cœlum & terram quãdoque transitura ,nimirũ in no- *Ibidem.*
uissimo die.Nam id aperte testatus est D. Petrus, dicẽs:AduenIet dies Domini sicut fur,in quo cœli magno impetu transient. Prædixit & Psalmista, *Psal.122*
dicens de cœlo & terra:ipsi peribunt,tuautẽ permanes,& omnes sicut vestimentum vetterascent. Et Esaiæ 51.Cœli sicut fumus liquescent , & terra sicut vestimẽtum atteretur,& habitatores eius sicut hæc interibunt.Salus autem mea in sempiternum erit,&iustitia mea non deficiet.Ad quæ loca videri potest Dominus hic respexisse. Transibũt C
autem & peribunt cœlum & terra, nõ abolitione *Rom.8.*
sui,sed sui immutatione,iuxta illud:Vanitati creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe,quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum Dei. Secundò,intelligi potest non significari cœlum & terram aliquando transitura,sicut secundùm substantiam suam verè non transibũt, nec peribũt,(terra enim & in æternum stat,vt dicit Eccle siastes:& de cælis dicit Psalm. Statuit ea *Eccles 1.*
in æternũ & in seculum seculi) sed priùs futurum *Isa.24.*
vt illa pereant & transeant,quę omnium maxime sunt stabilia,& quę scriptura dicit fore ęterna,nec perire possunt,quàm vt transeant verba Domini.Sic enim explicat hunc locum Euthymius dicens:Hæc adeo compacta & immobilia prius demolientur ; quàm excident sermones mei. Itaque secundùm hunc intellectum , ex Hebraica phrasi omissa est in hac sententia particula explicans comparationem,quæ sic erat efferẽda:Citius cœlum & terra transierint quàm verba mea. Atque in hunc modum præsentem locum intelligẽdum magis esse,ex eo apparet,quòd Lucæ 16.simili cõ firmationis modo dicitur : Facilius est cœlum & terram præterire , quàm à lege vnum iota cadere.Qua sententia non hoc videtur significare voluisse Dominus , quòd cœlum & terra præterirẽt aliquando,sed simpliciter illud citius euenturum quod nemo futurũ facilè putat,quam contingere
posslt vt verbum Dei sit vanum.In hunc modum *Matt.5.*
etiam intelligi potest quod dicitur:Amen dico vobis:donec transeat cœlum &terra,iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege ; vt particula donec,non significet quid aliquando sit euenturũ, sed quid citius sit euenturũ.Sic enim vulgari modo solemus significare aliquid omnino fieri non posse , vt cùm dicimus : Donec cœlum ruat,tui non obliuiscar. Aut prius cœlum ruet , quam tui memoria excidet. Sic videtur accipiendum quod

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est Isaiæ 54. Montes commouebuntur & colles contremiscent, misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur. Tali tropo dixit Vergilius Ecloga prima: *Ante leues ergo pascentur in æthere cerui, Et freta destituent nudos in litore pisces: Ante peerratis amborum finibus exul, Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim, Quàm nostro illius labatur pectore vultus.* Porro vulgaribus tropis Dominum multa dixisse certum est ex variis locis. Nisi autem huiusmodi tropo intelligatur & illa sententia quæ est Matth. 5. & illa quæ est Lucæ 16. significabitur illis etiam verba Dei aliquando præteritura: quanquam difficilius & posterius quam cœlum & terra, eum Dominus omnino significare voluerit, fieri non posse vt verba eius aut Dei trãseant. De stabilitate verbi Dei & Isaias dicit: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Exiccatũ est fœnum, & cecidit flos, verbũ autem Domini manet in æternum. Proinde Dominus dicens hic, *verba autem mea non præteribunt*, verba sua significat esse diuina, cùm verbo Dei proprium significet esse Isaias, manere in æternum.

DE DIE AVTEEM ILLA ET HORA NEMO SCIT, NEQVE ANGELI COELORVM, NEQVE, &c.] Postquam prædixit quæ de aduentu suo scire conueniebat, sciens curiosũ hominum ingenium, de certo aduentus sui tempore & die, quem scire non conueniebat, aut vaticinaturum, aut inquisiturum, quemadmoduni & Apostoli iam quæsierant, commodè hanc modò subiecit sententiã, qua id agit vt ne sui credãt his qui se diem hunc scire aliosq; docere posse iactitant, nec de illo curiosè pergant quærere, nec neglectos se & contemptos putant, quod illius non sint cognitione donati, quod studiosè cognoscere ambiebãt. Nõ enim conuenit vt quis id se scire iactiret, aut id scire desideret, vel ab ipso Christo, quod ne angelis quidem datum est scire, imo quod & ipse filius suo quodam modo ignorat. Additur enim apud Marcum; *neque filius*; quæ pars & in Matthæo legitur ab Origene & Chrysostomo Græcis authoribus, & ab Hilario & Augustino Latinis authoribus, vt verisimile sit hanc partem ex Matthæo sublatam à quibusdam propter Arrianos, qui hinc filii inæqualitatem colligebant, dicentes nõ posse æqualem esse qui nouit & qui ignorat. Cum autẽ ex aliis multis scripturis certum sit filium patri æqualem, omniáque quæ pater, cognoscere, vt hic ex variis locis cõtra Arrianos probant Chrysostomus & Hieronymus, videndum in quo sensu vere dictum sit, *neq; filius*; quod quare dictum sit à Domino patet ex prædictis, nimirum dispensatione quadam, vt sic efficacius curiositati Apostolorum & nostræ occurreretur. Inter varios autem modos quibus varie ostẽditur quomodo illud accipi possit, duo sunt præcipui. Alter, vt dicatur filiũ dictũ ignorare quatenus erat homo. Quod tamẽ rursum dupliciter potest intelligi. Nam si quidẽ, vt habet communis sententia, Christus ab initio suæ conceptionis, per infusam scientiam omnium habuit cognitionem, vt intelligitur profecisse sapientia, solum ob id quia sapientiæ maiorem cum ætatis accessu ædidit demonstrationem, iam Christus quatenus homo intelligendus est ignorare diem iudicii, cognitione & scientia naturali, aut scientia acquisita. Si autem intelligatur Christus quatenus homo vere profecisse sapientia, sicut vere profecit ætate, nec omnium cognitionem mox ab initio illi fuisse infusam, iam etiam videtur intelligi posse, Christum quatenus homo, necdum cognouisse absolute diem iudicij, cum hæc diceret, quamuis post resurrectionem & ascensionem iam cognoscat. Hoc modo num præsens locus intelligi possit, expendendũ inter varios quos affert sensus, relinquit Origenes. Certè Cyrillus li. 9. thesauri ca. 4. fatetur Christum de se quatenus homo erat, dixisse, quod ignoraret diem iudicij, quod prorsum sit humanæ naturæ ignorare futura. Alter modus explicandi, & quidem melius, hunc locũ, est, vt intelligatur Christum dicere se ignorare illum diem & horam, quòd non sic eum à patre didicisset & accepisset, vt hominibus illum aperire & indicare deberet, quem pro cognoscere hominibus non expediebat, vt semper incerti de aduẽtu iudicis. sic viuant quotidie, quasi die alio sint iudicandi. Hunc explicandi modum indicat Diuus Hieronymus, sed apertius D. Hilarius, qui sic habet: Nũquid Deus pater cognitionem diei cælandi filium proposito abnegauit, cùm dictum ab eo sit: Omnia mihi tradita sunt à patre meo: Ergo nõ omnia sunt, si est aliquid quod negatur, sed quia ad nos omnia à patre accepta deueheret, Deique verbũ non tam futuri in se fidem contineat quàm facti, ideo extra definitionem dies posita est, vt lucrum licet Deus pœnitentiæ nobis tempus indulgens, incerti tamẽ metu semper nos sollicitos detineret, & ipse nulli loquendo, voluntatem dandi huius diei nulla dicti sui definitione cohiberet. Hæc ille. Sed & Theophylactus hanc indicat intelligendi rationem, addens pulchrum simile: Sicut (inquit) patres sæpe continent quid in manibus, deinde autem dum quærunt hoc filii, & date ipsi nolunt, occultant, dicentes: Non habemus quod quæritis, & sic plorantes filios compescunt. ita & Dominus vt compescat Apostolos, ne discant de die illo & hora, dixit: Neque ego scio, nisi pater solus. Hæc ille. Minus autem mirabimur quod Dominus dicit hic se nescire iudicii diem, si obseruemus illud Ioannis: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Sicut enim ibi dicit se Apostolis omnia nota fecisse quæ à patre audiuit, quia omnia illa nota eis fecit quæ sic à parte audiuit, vt ea illis communicare deberet: ita hic filium dicit nescire, hoc est, nõ audiuisse à patre, quia nõ sic audiuit, vt hominibus illud communicandum ex patris esset voluntate. Vnde discipulis post resurrectionem rursum de tempore interrogantibus, similiter vt hic à curiositate illa eos reuocans dixit: *Non est vestrum scire tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate.* Cùm enim non dicat; Non est nostrum, sed, *non est vestrum scire*, ostendit quod ipse quidem sciat, sed illos non expediat nosse. Nec dissimilis est explicandi ratio, qua hunc locum tractat D. Augustinus, qui lib. 1. de Trinit. ca. 12. sic habet: hoc nescit filius, quod nescientes facit, hoc est, quòd nõ ita sciebat, vt tunc discipulis indicaret: sicut dictum est ad Abraham: Nunc cognoui quod timeas Deũ, id est, nunc feci vt cognoiceres, quia & ipse sibi in illa tentatione innotuit. Et post pauca adfert simile de paulo dicens: Nam & Apostolus, Neque enim iudicaui me, inquit, scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Eis enim loquebatur qui capere altiora de Christi

Christi deitate non poterant. Quibus etiam paulo post dicit: non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Hoc ergo inter illos nesciebat, quod per illum scire nõ poterant. Et hoc solum se scire dicebat, quod eos per illum scire oportebat. Hæc Augustinus. Cetera hac sententia, & ea quæ in Actis est, Dominus omniõ repressit conatum qui de tempore consummationis seculi diuinaturi erãt siue ex scripturis, siue ex astris: vnde falsos quoque vidimus, quotquot id hactenus ausi fuerũt. Nã vt habet Augu. li. 18. de Ciuit. Dei, ca. 53. alii ãnos qui huic seculo remanẽt quadringentos, alii quingentos, alii etiam mille ab ascensione Domini vsque ad eius aduentum compleri posse dixerunt. Omnium vero, inquit, de hac re calculantium digitos resoluit. & quiescere iubet ille qui dicit, *Non est vestrum scire tempora*, &c. Certe D. Irenæus sex tatũ annorũ millibus mundum constituturum credidit, dicens lib. 5. Quotquot enim diebus hic mundus factus est, tot & millenis annis consummatur. Vnde & cum racia putauit septimo annorum millenario Christum in terris feliciter cum sanctis regnaturum, eumque millenarium septimum correspõsurum septimæ diei in quo quieuit Deus ab omni opere. D. Hieronymus narrãs illud Danielis: Beatus qui expectat & pernenit ad dies mille trecẽtos triginta quinque; putat significari post interfectionem Antichristi qui regnaturus est dies mille ducentos & nonaginta, hoc est, tres annos & semis, superfuturos dies quadraginta quinque, quibus sit Dominus atque saluator in sua maiestate venturus. Id si verum est, quomodo de die illa nec Angelos scire, hic Dominus testatus est, cùm Angelus sit qui illa Daniheli prædixit: Proinde aliud videtur illorum dierum numero significatum, quod non facile quisquam explicauerit. Vt autem vera quædam iis dandã sit qui ex scripturis aliquid de die nouissimo conflati sunt dicere, plane sunt intolerandi mathematici, qui naturalibus rationibus definire audent eorũ alit & nutrit. Vsque adeo in re mirabili vel inuisa cupidi sumus. Cæterùm diem iudicii soli Deo notam etiam Zacharias testatur. Nam postquam dixisset; Et Dominus Deus meus veniet, & omnes sancti cum eo; subiecit: Et erit dies vna quæ nota est Domino, non dies, neque nox, & in tempore vesperi erit lux. Ex quo loco desumpta est ea quæ in Ecclesia canitur antiphona. Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo, & erit in die illa lux magna.

DOCET QVOMODO AD ADVENTVM SVVM NOS PARARE debeamus. Matthæi 24. Marci 13. Lucæ 17. 18. 21. CAPVT CXXIIII.

Tædite autem vobis, ne forte grauẽtur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa, tanquã laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ, & sicut factũ est in diebus Noe, ita erit & in diebus filii hominis: sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vsque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuiũ, & perdidit omnes, ita erit aduentus filii hominis: similiter sicut factũ est in diebus Lot, edebãt & bibebãt, emebãt & vendebant, plantabant & ædificabant: qua die autẽ exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit: secũdum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descẽdat tollere illa: & qui in agro, similiter nõ redeat retro. memores estote vxoris Lot. Quicũque quæsierit animã suã saluã facere, perdet illã, & quicunque perdiderit illã, viuificabit eã. Dico vobis, Tunc in illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molẽtes in vnũ, vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro, vnus assumetur: & alter relinquetur. Respondẽtes dicũt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis: Vbicũque fuerit corpus, illuc congregabũtur & aquilæ. Videte, vigilate ergo & orate omni tẽpore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filiũ hominis. Nescitis enim quãdo tẽpus sit [&] qua hora Dominus vester vẽturus sit. Illud autẽ scitote: Quoniã si sciret paterfamilias qua hora fur vẽturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domũ suã. Ideo & vos estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domũ suã, & dedit seruis suis potestatẽ cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Quis putas est fidelis seruus & prudẽs, quẽ constituit dominus suus supra familiã suã, vt det illis cibũ in tẽpore: Beatus ille seruus, quẽ cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientẽ. Amen dico vobis, Quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire, & cæperit percutere conseruos suos, mãducet autẽ & bibat cũ ebriosis, veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ, partẽque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dẽtiũ. Vigilate ergo (nescitis enim quãdo dominus domus veniat, sero, an media nocte, an galli cãtu, an mane) ne cũ venerit repentè, iueniat vos dormientes. Quod autẽ vobis dico, omnibus dico. Vigilate. Dicebat autem & parabolã ad illos, quoniã oportet semper orare, & nõ deficere, dicens: Iudex quidã erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur, vidua autẽ quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eũ, dicens, Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multũ tẽpus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deũ non timeo, nec hominẽ reuereor, tamen quia molesta est mihi

† a. autem
† a. aduẽ tus
C. 18.
a cedebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur adnuptias
‖ c. in diẽ
† a. tulit
a. duo erunt in agro, vnus assumetur & vnus relinquetur. duæ molẽtes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur: duo in lecto, vnus assumetur & vnus relinquetur. c. 21.
‖ c. itaque
† in qua nescitis c. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniēs sugillet me. Ait autē Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamātium ad se die ac noctu & patientiā habebit in illis. Dico vobis, Quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamē filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

ATTENDITE AVTEM VOBIS, NE FORTE GRAVENTVR CORDA VESTRA IN CRAPVLA.] Postquam Dominus quæ de aduentu suo cognoscere cōueniebat, præ dixisset, commodè iam etiā subiungit, quomodo ad illum aduentum propter eius incertitudinem nos parare & gerere debeamus. Quæcūque enim hic dicuntur Apostolis dicta, in ipsis etiam nobis dicta sunt. vnde postea dicit Dominus: Quod autem vobis dico, omnibus dico. Nam quāquam sciret Dominus multorum fidelium tempore suum nō futurum illum generalem ad iudicium aduentum, omnes tamen illum expectare voluit, & ad illum sese parare, quasi mox futurū. Idque merito, tum quod in illo dierationem simus vitæ peractæ reddituri, non aliter quam si nobis adhuc hic vluentibus dies ille aduenisset: (neque enim temporis quod interceſſit mora obliuionem rerum à nobis gestarum inducet) tum quod particulare cuiusque hominis in morte iudicium, id propemodum sit cuique homini, quod erit generale illud iudicium toti hominū vniuersitati. Proinde quod in genere omnibus hic faciendum consulitur, ob nouissimi illius diei incertitudinem, idem etiam singulis facere conuenit, non solum ob illius diei, sed & ob particularis diei quo cuique moriēdum est incertitudinem. Quare quæcunque deinceps dicūtur de nouissimo Domini aduentu generali, eadem etiam simul ex consequenti sunt accipienda, & de proprio cuiusque Domini aduentu, quo venit mortis tempore animam repetens, & rationem anteactæ vitæ exigens. Quoniam autem in sequentibus Dominus docturus est, ob incertitudinem sui aduentus, vigilia opus esse, & vigili expectatione aduenturi incerto tempore Domini, ideo imprimis ab eo reuocat quod vigilantiæ illi contrariatur. Id autem est grauedo cordis. Sicut enim grauedo corporis somnum inducit corporalem, & vigiliam impedit, sic grauedo cordis non finit hominem corde vigilare spiritualiter. Dicit ergo: Attendite vobis, hoc est, cauete vobis, ne forte vel nequando grauentur corda vestra. Inter ea autē quæ cordi grauedinem afferunt, contrariantē vigilātiæ, ad quā nos est adhortaturus, imprimis est crapula & ebrietas. Imprimis ergo dicit, *In crapula & ebrietate*, id est per crapulā & ebrietatē. Vnde & Paulus ad vigilantiā admonens ob aduentum Domini, ebrietatem excludit, dicens: Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus. Tanta est autem ebrietati cum somno cognatio, & contra sobrietati cum vigilia, vt dictio Græca, νήφω, cum proprie significet sobrium esse, etiā significet vigilare. Porro cum crapula & ebrietas imprimis grauent corpus, & per grauedinem corporalem etiam cor grauent, non dicit tamen Dominus, ne grauentur corpora vestra crapula, sed ne grauētur corda vestra, hoc est, mens & animus, eo quod ebrietas maxime habeat peccati rationem, ob grauedinem quam cordi affert, quodque hæc grauedo directe contrarietur vigilantiæ illi spirituali quam mox est exacturus.

A Grauat autem cor ebrietas, quia deprimit mentē ne possit ad honestarum & cælestium rerum considerationem & desiderium attolli. Cęterum sub crapula & ebrietate intelligendæ etiam sunt libidinis voluptates, vt quæ ebrietatem sequantur, eique sint connexæ, quibus non minus mens grauatur quam crapula & ebrietate, & tamen ebrietatem expressit potius Dominus, quod hæc vigiliæ directius contrarietur. Secundo grauant cor, & sic
B grauant, vt spiritualem vigilantiam excludant, aut impediant curæ huius vitæ. hoc est, solicitudines earū rerum quæ ad hanc pertinent vitā: ideoque adiecit Dominus; *& curis huius vitæ*, non quidem omnē vitę huius curā prohibēs, sed ne sinamus illis cor nostrū grauari, quod fit cū sunt immodicæ, cūq; nimio studio tęporalibus rebus parādis quis est deditus, cum hæc obiter & perfunctorie curanda essēt, & imprimis quęrendū regnū Dei. Immo dicæ enim rerū terrenarum curæ, sicut ebrietas & voluptates, grauant etiā cor, quiā mētem obtundunt, & tardā faciunt ad cœlestium rerū tum consideration em, tum amorē. Vnde Propheta ab hac
C grauedine reuocans homines: Filii, inquit, hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mendacium? Addit autē causam Dominus quare cauendum nobis sit à grauitate cordis, *ne* (inquit) *superueniat in vos repentina dies illa*, significans diem illam repentinā inopinatamque fore his qui grauata habēt corda: quemadmodum & Paulus dicens: Cum dixerint, pax & securitas, tunc repētinus eis superueniet interitus, tā quā dolor in vtero habentis, & non effugient. Declarat autem id Dominus pulchro simili, dicens:
D *Tāquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ*, hoc est, eos qui terrenis rebus sunt affixi & dediti, in quos dies ille superueniet inopinato, & cum maximo eorum malo, è quo sese nō poterūt extricare: quemadmodum laqueus superuenit auibus, sed in terrā iam delapsis, non autem his quæ in sublime volant. Sic enim & in eos quorum cōuersatio est in cœlis, nō superueniet dies illa tanquam laqueus, sed in peccatores. Vnde dicit Propheta: Pluet super peccatores laqueos. Et Isaias: Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ. Quod ad iudicii diē pertinere patet ex his quę ibi apud Prophetā sequuntur. Huic autē similitudini iam recte subiicitur, quod hoc loco Matthęus & Lucas ca. 17. con
E memorant Dominū diem iudicii cōparasse cum tempore diluuii & Sodomiticę vltionis. His enim comparationibus idem significatur, quod prędicta similitudine. Et bene quidem diluuii meminit Dominus simul & Sodomorum, quod duę illę vltiones typi quidam fuerint vltionis nouissimæ. Vnde Petrus dicit, quod sicut olim mundus aqua inundatus periit, ita cœli & terra qui nunc sunt, igni reseruati sunt in diem iudicii & perditionis impiorum hominum. Et cap. 2. dicit, Deum ciuitates Sodomorum & Gomorrhęorum in cinerem redigendas, posuisse exemplum eorum qui impie sunt acturi. Significat autem Dominus his comparationibus hominibus mundo deditis nouissimum diem venturum præter expectationem,

1. Thessa. 5.

2. Petr. 3.

& cum illorum summo malo, quod effugere non A poterunt, sed quod omnes omnino perdet, iustis tamen paucis in comparatione impiorum ab omni malo liberis: quemadmodum & à diluuio Noe cum suis, & ab igne Lot ereptus fuit. Porro cum dicit Dominus, *Edebant & bibebant, vxores ducebant, emebant, vendebant*, &c. non voluit his significare peccata ob quæ diluuio & igne homines sint perditi, sed hominum securitatem, in qua vixerant cum vltiones illæ mundo obuenirent, vnde non est quod quis hinc colligat damnari nuptias; quē admodum fecerunt multi hæretici. Simul tamē etiam his significauit Dominus homines illos totos fuisse deditos rebus huius seculi. Non enim B simpliciter dicere voluit illos edisse & bibisse, cū hoc & Noe faceret & Lot, sed largiter eos indulsisse genio. Sic totos in eo fuisse dicere voluit quod emerent, venderent, plantarent & ędificarent. Itaque & his exemplis nos admonet, vt ne, quemadmodum apud Lucam aperte dicit, grauemus corda nostra crapula & curis huius vitæ, quemadmodū isti fecerunt. Notat enim eos comessationis, crapulæ & libidinis, cū dicit: *Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias*, curarū vero eos notat, cū dicit: *emebant, vendebant, plantabant, & ædificabant.*

CIN ILLA HORA QVI FVERINT IN C TECTO, ET VASA EIVS IN DOMO, NE, &c. Habentur hæc & apud Matthæū ac Marcum, cū ob imminens excidium Iudæorum hortatur Dominus ad celerem fugam: hic vero apud Lucam eadem ad aliud dicuntur propositum. Et quidē Theophylactus & Euthymius putant hanc admonitionem de non descendendo & non redeundo, pertinere ad tempora Antichristi, & mystice hæc interpretantur eodem modo, quo hæc eadem suprà circa Matthęum & Marcum in sensu accommodatitio explicauimus. Verū quoniam dicitur, *In illo tempore*, aut, *in illa hora*, omnino videtur istud referendum ad illud tempus, de quo mox præcedit: Secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. Proinde simplicius fuerit intelligere, Dominum hac de non descendēdo & non redeundo admonitione significasse, quod qua die D filius hominis rursum reuelari cœperit, & varia signa in sole & luna ac reliquis mundi partibus apparere cœperint, omnium rerum terrenarum cura sit deponenda, ac solùm id cogitandum vt venienti quis dignè occurrat, ita vt si fuerit quis in tecto domus, non cogitet de vasis, hoc est, supellectili tollenda & seruanda: aut qui in agro, non redeat retro vt quid tollat ē domo: sed quocūque loci repertus fuerit, ibi expectet sui immutationē, auideque cupiat venienti occurrere iudici, atque his bonis contemptis festinet ad meliora. Huic intelligētiæ conuenit quod sequitur: Memores esto te vxoris Lot. Perstat enim Dominus in exēplo proximè præcedenti, cui comparauit diem sui aduētus. Nam quoniam dixit sic futurū, quando reuelabitur; quomodo fuit quando Deus pluit ignē & sulphur super Sodomam, commodè nunc monet vt cogitemus quid acciderit vxori Lot, nēpe quomodo conuersa sit in statuam salis, propterea quod amore quodam eorū quæ in Sodomis reliquerat, capta, retrorsum respexerat, idq; recordātes caueamus & nos, ne ad terrena hæc bona respiciētes in illa die malè pereamus, sed potius ad ea quæ antè sunt nos extēdētes saluemus cū Lot, etsi cum dispendio omnium fortunarum. Vt autem significaret Dominus in illo die non tantum facultates omnes contemnēdas esse, sed & vitam istam temporalem, subiecit: *Quicunque quæsierit animam suam saluam faceret, perdet illam*, &c. quo significat eum qui vitæ huius amore tum vehemēter tenebitur, & omni ratione quæret vitam hanc seruare, perditurum vitam: eū vero qui vitam hāc cōtemnere & nihilifacere poterit, spe & amore melioris vitæ, lucrifacturum vitam, & animam suam viuificaturum. Omni quidem tēpore terrena bona & vita propria propter Christum contemnēda sunt, sed maximè id faciendum erit cùm ad generale illud venturus est dominus iudicium. & simi lirer cum mortis tēpus instare quis aduertit, vt & tunc terrenarū rerum curam & amorem & relinquat, nec impensè vitam hanc amet, sed spe fœlicioris vitæ hanc non grauetur vitam perdere. Cæterum quod dicit, *In illa hora*; non præcisè ipsam horam intelligendū est significare, in qua Dominus reuelabitur, sed tempus aduentui & reuelationi valde propinquum, cum scilicet totus orbis cō moueri cœperit. Nam Domino iam apparēte, nulla monitio prodesse poterit cuiquam. Græca tamē & codices latini correctiores habēt: *In illa die.* cDICO VOBIS, ATVNC ERVNT DVO IN LECTO VNO, &c.) His iam significat Dominus, in aduentu suo, & subito bonorū à malis fiendam separationem, & inter coniunctissimos hanc separationem fiendā, vt duplici hoc nomine magis nos ad vigilantiam prouocaret, nec existimemus demum nos dignos facere posse & aptos qui illi occurramus, cum eū mox venturum præsentierimus: aut alicuius cōsortio sic fidamus, vt per eū putemus nos saluandos. Significat item his nullum esse vitæ genus quantumuis abiectum, in quo non suos habeat qui ad æternam sint assumendi fœlicitatem, vt ne quis ob conditionem suam sibi displiceat. Porro cum & apud Matthæum, & apud Lucam nos legamus tria hominum paria, ex quibus vnus sit assumendus ad gloriam, alter relinquendus extremo exitio, apud Græcos in vtroque Euangelista duo tantum ponuntur paria. In Luca enim prætermittitur de duobus in agro: apud Matthæum verò de duobus in lecto, ita vt apud nos, in vtroque Euangelista, tertia pars adiecta sit ex altero Euangelistarum. Quoniam enim Lucas in nocte dicit futuram vnius assumptionem, & alterius relictionem, ideo omisit de duobus in agro operantibus, quoniam nocti non conuenit esse & operari in agro, sed duo tantum posuit paria nocti conuenientia, vtpote duorum in lecto vno existētiū. & duarum in vnum, id est, simul in pistrino mo-
E lentium, quod ancillæ etiam nocturno tempore facere consueuerūt per quę duo paria, omnes homines comprehendit, significans ex vtroque sexu quosdam eligendos aliis relictis, & tam ex diuitibus & liberis significatis per quiescentes in lecto, quàm ex pauperibus & seruis, significaris per eas quæ molunt in mola, quosdam saluandos, aliis pereuntibus. Matthæus verò quoniam postquam dixisset: *De die autem illa nemo scit*, subiecit: *Tunc duo erunt in agro*; ac proinde videretur significasse in die Dominū venturum, & futuram hominum assumptionem, duo illa posuit hominum paria quæ diei conuenirent: vnum par operantium vel existentium in agro, & alterum operantium

Universidad de Deusto
Biblioteca

domi in mola:quibus duobus patibus etiam est complexus vtrumque serum & vtramq; hominũ conditionem,liberorum scilicet & seruorum,vel diuitum & pauperum.Ditioribus enim & liberis cõuenit operari vel versari in agro,pauperibus & seruis molere in mola. Omisit autem de duobus in lecto,quod hoc non conueniret tempori diurno. Nec discordiam aliquam arguit hæc diuersa Euãgelistarum narratio.etsi enim sint diuersa verba,idem tamen apud vtrumque significatur. Et alioqui si diuerso tẽpore dicta sint à Domino quę Lucas scribit & quæ Matthæus, sicut diuerso ea B
A scribunt loco,nõ mirum est Dominũ de eadem re diuersimodè diuersis locutum temporibus. Cęterum per duo illa apud vtrunque Euangelistã patria mysticè accipitur rectè designari duplex fidelium vitæ genus,nempe & quod contemplationi ac otio vacat, & quod in actione & labore consistit:vt per quiescẽtes in lecto & existẽtes in agro, intelligantur ij qui cõtemplatiuam,quietã &,solitariam delegerunt vitam:per molentes in mola, ij qui actiuum vitæ genus amplexi sunt.Quod si tria legamus hominum paria apud vtrumque Euangelistam,per ea ad literã significabuntur tria hominum genera,nempe otiosorũ & laborantiũ, quorum alii in agro,alii domi operantur,aut alii C
libero digna,alii seruilia peragunt.Mysticè antẽ secundùm Remigiũ,in his tribus tres ecclesiæ ordines rectè accipiuntur designari. Per duos in agro ordo prædicatorũ,quibus commissus est ager Ecclesiæ:per duos in mola, ordo cõiugatorũ, qui dũ per diuersas curas nunc ad hæc, nunc ad illa flectũtur,quasi molas in circuitu trahũt:per duos in lecto,ordo continentium,quorum requies nomine lecti designatur.In quibus ordinibus sunt boni & mali,iusti & iniusti,& ideo ex eis quidam assumuntur,& quidã relinquuntur.D.Chrysostomus in Matthæo videtur etiam legisse de duob⁹ in lecto.D.verò Hieronymus non, quia in Cõmẽtariis tantùm meminit eorum qui in agro,& qui in mola.Porro ex Luca apparet dominum noctis tempore venturum ad iudicium,quia dicit;in illa nocte erunt duo in lecto.Ex parabola autẽ de de-
An mortui futura resurrectio. Matt. 25. cem virginibus,quæ apud Matthæum est posteà, apparet quòd etiã media nocte resurrectio & iudicium sint futura, cùm dicitur:Media nocte clamor factus est,&c. Vnde Cassiodorus super illo
Psal. 18. Psalmi:Media nocte surgebam.Hoc(ait)tempore primogenita Ægypti percussa sunt, quãdo & spõsus venturus est.In quo autor ille videtur imitat⁹ D.Hieronymũ,qui super illo Matthæi;Media nocte clamor factus est,scribit traditionẽ esse Iudęorum, Christum media nocte venturum in similitudinẽ Ægyptii temporis,quando pascha celebratũ est,& percussa primogenita Ægypti.Vnde putat & fluxisse traditionem Apostolicam quę in sua adhuc permãsit tempora,vt in die vigiliarum Paschę,ante noctis dimidium,populos dimittere nõ liceret,expectantes aduentũ nomini,additque ob id dixisse psalmistam: Media nocte surgebam ad
Psal. 118. confitendum tibi super iudicia iustificationis tuę. Non tamen hæc loca necessario coniuncunt-noctis tempore Dominum vẽturum.Potest enim intelligi dictũ de nocte,primùm quia aduenier inopinatè,iuxta illud pauli: Dies Domini, sicut fur
1. Thess. 5. in nocte,ita veniet;deinde & propter tristem omnium rerum faciem quæ erit circa eius aduentũ, dum sol & luna obscurabuntur. Creditur autẽ à quibusdam non improbabiliter, resurrectionem omniũ fore in crepusculo, sole existẽte in oriente,& luna in occidẽte,quia in tali dispositione sol & luna credũtur esse creata,vt sic eorũ circulatio compleatur penitus per reditum ad idem pũctũ. vnde de Christo creditur quod tali hora resurrexerit.Cum autem audirẽt discipuli ex duobus alterum assumendum,cupidi noscere locũ regnide quo adhuc carnaliter cogitabant, quærunt: *Vbi Domine?* pro, Quo Domine, scilicet assumentur? Nam,vbi, hic pro quo positum est,cùm inter vbi & quo sit Latinis differentia,quod tamẽ vtrumque Græca dictio *πῦ* significat.Dominus vero significare volens non opus esse vt de loco sint soliciti,satisque esse vt sciant se ibi futuros vbicunque ipse est futurus,dicit: *Vbicunque fuerit corpus,* *Matth. 24.*
illuc congregabuntur & aquile. Quod suprà satis est expositum.Est autem hic Græcis pro dictione, corpus, *σῶμα*,non *πτῶμα*, id est,cadauer,quemadmodum apud Matthæũ, sed sicut apud nos corapus pro cadauere nonnũquam accipitur,ita& hic accipitur *σῶμα*.

b VIDETE,VIGILATE.ERGO,NESCITIS ENIM QUANDO DOMINUS VENIAT,&c.) Admonuit superius cauere ab his quæ vigilantiã impediũt, nũc vero admonet nos ad vigilantiam, nec ad eam tantũ, sed & ad orationem, dicens: *Vigilate & orate*, quæ duo & posteà coniunxit, cũ *Luce 17.* ad vigilantiam corporalem suos admonuit iamiã capiendus. Et quidem bene hæc duo coniuncta sunt Nam sic significatũ est, nostra quidem opera & diligentia opus esse, sed huic tamen non sic fidendũ,quin agnoscere debeamus nos nihil posse sine gratia Dei.Cũ enim dicit, *vigilate*,nostram requirit diligentiam:cũ verò,*orate*,vult vt pendeamus toti ab adiutorio diuinæ gratiæ.Sicut autem *1. Thess 5*
Paulo, eũ dicit: Non dormiamus sicut & cæteri;dormire est, à bonis cessare operibus:ita vigilare apud illũ & hic est, bonis vacare operibus, D
assiduèque venturũ Dominum expectare. Cæterum illud, *omni tempore*, quod est apud Lucam, potest coniungi vel cũ præcedenti verbo, *vigilate*, vt significetur omni tempore vigilandum: vel cũ participio, *orantes*, vel potius ad vtrumque referendum est. Omni autem tempore orandum, non quod omni momento hoc sit faciendum, & soli vacandũ orationi, sed quod incessanter sit orandũ, & nunquam ab oratione penitus cessandum; quod fit si non satis putemus semel Deum quid rogasse, sed singulis diebus & oportunis horis perseueremus eum orare.Sic paulus iubet sine *1. Thess. 5.*
intermissione orare. Sic & per parabolam de iudice iniquo docet semper oportere orare,& nunquam deficere.Alioqui etiam semper orat,qui bonis semper intũsit operibus.His enim significatse petere & quærere regnũ Dei. Quid autem orandum sit explicat,subiungens: vt digni habeamini vel reddamini fugere omnia ista quæ futura sunt,mala scilicet impiis obuentura, & stare ante filiũ hominis. Quę pars dupliciter accipi potest. Primo, vt stare ante filium hominis, sit illius vultum simul cum sanctis Angelis in æternum conspicere,vt significentur duo precanda,fuga malorum,& consortium fœlicitatis. Secundo, vt stare ante filium hominis, sit illius iram & seueritatem intremendo iudicii die sustinere, & intrepide tunc coram illo consistere, quomodo de iustis dicitur: Tunc stabunt iusti in magna constantia *Sapien. 5*

aduersus eos qui se angustauerunt. Contrà vero A
Psal. 147. Nahum 1. Psalm. 1. de impiis dicitur: Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Et: Ante faciem indignationis eius quis stabit?Et:Ideo non resurgent impii in iudicio,neque peccatores in concilio iustorum.nic enim pro,resurgent,dictio Hebraica magis significat subsistent aut stabunt,vt quidam vertunt,vt significetur impios in iudicio non substituros nec toleraturos dei vultum & iram,nec suam causam tunc posse probare,sed casuros à causa sua.Hos enim etiã Latinus sermo stare dicit in iudicio, qui suam causam probare & defendere valent. Docet autem Saluator orandum non vt fugiamus mala, B
sed vt digni,inquit,habeamini,vel, vt Græca etiã possunt verti,vt digni reddamini.Nemo enim fugere ventura mala,& stare ante filium hominis potest,nisi qui dignus hic factus fuerit: id autem quoniam gratia Dei nobis contingit, precibus à Deo ambiendum est.Et tamen quia etiam in nobis situm est dignum fieri regno Dei, hinc
2. Thess. 1. Paulus Thessalonicensibus scribens,dicit eos persecutiones æquo animo tolerare,vt digni habeantur in regno Dei. Addit autem causam Dominus ob quam sit semper vigilandum,nimirum ob incertitudinem sui aduentus,quia, inquit, nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.In quo alludit ad exemplum seruorum, qui vespertino & C
nocturno tempore vigilando expectant suum dominum reuersurum à nuptiis hora incerta. Quã parabolam latè Dominus prosecutus est Lucæ 12.in cap.Concordię 87.Ad idem seruorum exemplum allusum est, & cum mox apud Marcum sequitur: *Vigilate ergo,nescitis enim quando dominus domus veniat ; sero an media nocte, an galli cantu,an mane.* Hæc enim quatuor sunt fines vigiliarum quatuor, in quas nox etiam apud Lucam diuiditur in dicta parabola.Ex cuius parabolæ explicatione patet quid significauerit Dominus per hæc quatuor, nimirum omni nobis ætate vigilandum,quod nescimus qua ætate Dominus sit vẽturus.Præter autem hãc parabolam de seruis dominum suum expectantibus, hic indicaram magis quàm expressam,sequũtur hic maximè apud D
Matthæum & aliæ parabolæ,quibus ad vigilantiã nos hortatur Dominus. Et primũ quidem Matthæus habet parabolam de patrefamilias vigilãte contra furem,quę loco prædicto tractata est apud Lucam,qui eandem totidem verbis ibi describit. Aliam parabolam hic propnè habet Marcus de homine qui peregre profectus reliquit domum suam seruis gubernandam.cui non dissimilem & Matthæus habet capite sequenti.Est autem apud Marcum locutio imperfecta, supplenda in hunc modum:Sic habet se regnum dei,sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum suam,& dedit seruis suis potestatem cuiusque operis,id est, potestatem faciendi quicquid domui suæ vtile esset, E
& ianitori præcepit vt vigilet.Quod, quantum attinet ad literam,non sic est accipiendum,quasi nõ & aliis quàm ianitori præceptum sit vigilare, sed quod huic id maxime præceptum sit,& pro proprio ei iniunctum officio vt vigilet, ne per illius incuriam quis irrũpat in domum,& auferat quæ domini sunt, aut perturbet opus laborãtium seruorum.Græca enim pro genitiuo cuiusque operis,habent,& vnicuique opus suũ,dedit scilicet,vt intelligamus singulis suum deputatum officium proprium.Pro accusatiuo,potestatem,quidam go-

dices Græci habent ἐξουσίαν, quod potestatem significat:alii verò habẽt *οὐσίαν*,quod significat substantiam & facultates,id autem conuenit cum ea quę apud Matthęum sequitur parabola,in qua etiam introducitur homo peregre proficiscẽs, qui dicitur seruis suis tradidisse bona sua. Significare autem hac parabola voluit Dominus,se in longinquam ex hoc mundo regionẽ profecturum,nempe in cœlum ac domum suam,hoc est, Ecclesiam relinquẽdam gubernationi seruorum suorum,hoc est,Christianorum, quibus singulis suum munus iniunxit,dans alios quidem Apostolos,alios prophetas,alios doctores,&c.cùm autem singulis in suo vigilandum sit opere,ianitoribus,hoc est, Ecclesiarum prælatis,& inprimis summo ianitori Petro, iniunxit peculiariter vigilare non pro se tantum,sed & pro tota domo Dei,ne hæretici tãquã fures & latrones,per ianitoris dormitantiam irrumpant in domum Dei, & vasa Domini, hoc est,fideles illinc diripiant,aut alioqui pacem & diligentiam bene laborantium seruorum interturbent.Sicut autem finis huius parabolæ facit peculiariter ad commonefaciendum Apostolos,eorumque successores:ita & sequens apud Matthęũ parabola de seruo constituto super familiam domini,quę explicata est in prędicto Lucę loco:nec quicquam hic adiiciendum videtur,nisi quod hic dictum sit:*partem quę eius ponet cum hypocritis*, cum ibi dictum sit *cum infidelibus*,forte propterea quod capite præcedenti apud Matthæum,multa Dominus dixerit contra hypocritas,scribas & Pharisęos vt significaret suos ministros coniungendos in supplicio scribis & Pharisæis, quos tantopere fuerat execratus. Porro cùm apud Marcum Dominus subiungat:*Quod autem vobis dico omnibus dico:Vigilate*; significat se non solum hæc illis dicere qui tunc audiebant, sed etiam omnibus qui post ipsos venturi essent vsque ad nouissimum diem. Quanquam autem dies ille non omnes eos quibus hæc dicuntur inuenturus sit in hac vita,omnibus tamen ob illum diem vigilandum præcipitur,quia eatenus dies ille ad omnes pertinet,quod dies ille, inquit Augustinus, vnicuique venit,cum venerit ei dies vt talis hinc exeat, qualis iudicandus est illo die. In quo enim quemque inuenerit suus nouissimus dies,in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies,quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur. Sic Augustinus epistola 80. quæ est ad Hesychium.

DICEBAT AVTEM ET PARABOLAM AD ILLOS, QVONIAM OPORTET SEMPER ORARE, ET NON,&c.]Sequentẽ parabolam quam Lucas scribit in principio cap.18. dictam à Domino,cùm ad Apostolos doceret quę præcedunt in fine cap.17.de aduentu suo, patet ex eo quod in fine adiungitur:*Veruntamen filius hominis veniens*, putas inueniet fidem in terra:proinde eam cum illis ex Lucæ cap.17. visum est hoc loco collocandam, idque oportune. Admonet enim ad perseuerantem orationem, propter aduentum filii hominis citò & certò futurum,ad quam propter idem etiam in præcedentibus hortatus est apud Lucam, dicens: *Vigilate ergo omni tempore orantes.* Sed in præcedentibus ad orationem perseuerantem hortatus est, ne aduentus ipsius nos opprimat imparatos. Hac vero parabola ad eandem hortatur, quod per eam certò

Universidad de Deusto
Biblioteca

in aduentu illo simus liberandi à malis huius vitę, & persecutionibus impiorũ, quas suprà significauit fidelibus obuenturas, cũ dixit venturos dies in quibus desideraturi essent vnum diem filii hominis. Dicit ergo Euangelista: Dicebat autẽ etiã parabolam ad illos, nempe discipulos, propterea quoniam oportet semper orare, hoc est, dicebat parabolam ad eũ finem, vt doceret semper orandũ esse. Quę sensũ Græca clarius significant, quæ habent, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, id est, vt vertit quidam, ad illud spectantem, quod oporteret semper orare, & non deficere, supple animo, hoc est, non defatigari, nec delassari ob dilationẽ rei petitæ. Non enim illud, *non deficere*, sic est exponendum, vt sit, non cessare ab oratione, quanquam eodem redeat sensus. Græcè enim non est ἐκλείπειν, sed ἐκκακεῖν, quod est malis succumbere, deficere animo, ac labori cedere. Vnde Paulus Ephes. 3. monet μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν, id est, non deficere animo in tribulationibus. Porro parabola hæc vt & superà est indicatũ, ex eatũ est genere quæ petuntur à dissimili, & quibus aliquid probatur & ostenditur ex dissimilitudine rei quę componitur & comparatur cũ eo quod parabola proponit, proinde non est laborandum vt quæ de iudice, qui in parabola propõitur, dicũtur, deo accommodentur cũ quo fit comparatio. Nõ enim Deus cũ hoc iudice comparatur tanquam cum si mili sibi, sed tanquam cum dissimili, vt ex vi perseuerantis orationis apud iudicẽ & immisericordem, & iniustum, discamus quàm sit efficax apud deum misericordissimum simul & iustissimũ perseuerans oratio. Et quidẽ, (vt habet Chrysostom⁹ serm. 2. de orando Deũ, vbi hanc parabolam pulchrè expendit) satis fuisset iusti ac misericordis iudicis personam proposuisse, vt huius iustitia collata cũ Dei bonitate demonstraret quantũ valeat deprecatio. Etenim si benignus & mansuetus homo placidè recipit qui supplices accedũt, quanto magis idem facturus est Deus, cuius tanta est erga mortalitũ genus benignitas, vt nõ solùm nostrã excedat intelligentiam, verũ etiam maiot sit, quã vt huius magnitudinẽ Angeli ipsius possint animo cõplecti? Sufficisset ergo iusti & boni iudicis inducere personam, sed quo efficacius inſinuaret Dominus vim perseuerantiæ precũ, iudicem maluit proponere Deo dissimilimum. Refert autem rem veluti gestam, quæ forte sic vt narratur gesta nõ fuit, sed à Domino, vt & alias, conficta est propter doctrinæ fructũ, quomodo & philosophi, & oratores apologos fingere soliti erant. *Iudex* (ait) *quidam erat in quadam ciuitate, qui deum non timebat, & hominem non reuerebatur*, hoc est, impius simul & impudens, qui nec metu numinis, nec pudore hominũ tenebatur. Vbi notandũ quod pro impietatis huius exaggeratione, secũdo loco dicit, *Nec hominem reuerebatur*; significans maioris malitiæ indiciũ esse, neque homines reuereri. Deũ enim multi non timent, vt quem non vident, attamen hominum reuerentur conspectũ, ideo & minus peccant: quando autẽ & apud homines quis impudens fuerit, tunc omnis malitiæ vertex videtur. Inducit autem Dominus non quamuis personam, sed viduam interpellantem hunc iudicẽ, partim quod id conueniret rei per parabolam significandæ (nam viduæ conuenienter comparantur fideles) sed multo magis, vt iudicis huius inclemẽtiam & iniustitiam magis exaggeraret, dũ ne eius quidem precibus longo tempore flexus est, pro qualium defensione maximè in ciuitatibus præsiduntur iudices, imo cui etiam non rogatus debuisset ex officio præstitisse quod petebatur. *Vindica* (ait) *me de aduersario meo*, hoc est, defende me, & libera ab eo qui mecum coram te disceptat. quasi dicat: Cùm bonam habeam causam, opprimor tamẽ opibus & gratia aduersarii mei. Vidua sum, & omni ope destituta, tu ergo pro tuo officio vindica ius meũ contra aduersarii mei violẽtiam. Non enim nomen, aduersarius, hic accipitur vt sit idem quod hostis aut inimicus, sed pro eo qui in iudicio contendit. Est enim hic Græcis rursum, sicut & Matth. 5. ἀντίδικος. Cũ autem nõ desisteret à precando vidua, tandem improbitate & molestia precantis victus iudex, dixit intra se, id est cogitauit secum: *Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor*, &c. In quibus verbis videtur esse repugnantia quædam. Si enim non reuerebatur hominem aliquem, quomodo metuebat ne fugillaretur à vidua? At facilis erit responsio, si illud, *fugillet me*, accipiatur in eo sensu quem indicat Beda, qui sic habet: Quantum Deus, qui bonus & iustus est, curet deprecãtes se, hinc conici voluit Dominus, quod nec iniustus homo eos qui se assiduis precibus tundũt, vel propter tædium deuitandum potest contemnere. Nam hoc est quod ait, *ne veniens fugillet me*. His enim verbis videtur significare Beda, illud, *fugillet me*, esse idem quod, assiduis suis precibus obtũdat, aut potius tædio afficiat. Nam istud Bedæ desumptum est ex Augustino lib. 2. de quæstionis Euang. cap. 45. vbi sic habetur: Cum neum non timeret, nec hominem reuereretur, viduæ tamen assiduis interpellationibus cessit, vt eam vindicaret, ne sibi ab illa tædiũ fieret. Nam hoc est quod ait, *ne veniens fugillet me*. Hæc ibi. Itaque nihil aliud significabitur quàm iudicem hunc ob id statuisse vindicare viduam, vt à molestia liberaretur. Albertus similẽ sensum indicans, ridicula quædam adfert de vocabulo fugillare, quæ plerisque dederunt occasionem malæ intelligentiæ præsentis loci. Sugillare (inquit) tantũ valet quantũ subgulare. Componitur autẽ, sicut dicit Isidorus, à sugo & gula. Quasi, ne fugat randem sanguinem de gula mea. Quod propriũ dicitur esse lamiarũ, quæ occulte veniunt ad homines, & sugũt sanguinem de gula eorum. Vnde alia litera habet: *Ne iterum atque iterum veniens fugillet me*. Hæc ille. Hinc Dionysius exponit, *fugillet me*, hoc est, importunis suis clamoribus strangulet aut suffocet. Verùm longè aliud significat verbũ fugillare. nimirũ ex percussũ carnem macularе, à sugendo, quod succus, hoc est liuor deducatur. Propriè autem ad genas & oculos pertinet, quæ fugillata dicuntur, cũ ex percussione reddũtur liuida: quemadmodum fiebat à pugilibus, qui supernè fugillabant genis liuore notatis, infernè supplantabant, impulso ad ruinam antagonista. Correspondet id verbum bene dictioni Græcę ὑπωπιάζῃ, quę deriuatur ab ὑπὸ, & ὄψ ὀπός, id est, oculus & facies; vnde significat proprie liuore seu sanguinis nota oculos & faciẽ maculare, quod Latinis est fugillare. Dicitur Græcis per ω, ὑπωπιάσω, eo quod Græcis dicatur & ὄψ ὀπὸς, & ὄψ ὀπὸς vtrumque eo verbo per ω Diuus Paulus in Epist. ad Corinth. 1. ca. 9. vbi perstrictè in metaphora à pugilibus desumpta, dicit ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, pro quo nos legimus: Castigo corpus meum.

Augustinus

Augustinus vero alicubi magis explicãs vocabuli Græcanici vim, habet: Liuidũ reddo corpus meũ. Ad hanc ergo vocabuli fugillare, significationẽ, videri potest respexisse Beda, cũ indicat, secutus Augustinũ, fugillare hic esse, assiduis precibus hominem tundere aut tædio afficere, & velut alapis in cussis molestiã exhibere. Metaphoricè autẽ fugillare est vituperare aliquẽ & accusare, ac maculã alicuius famæ inurere, quomodo D. Hieronymus in præfatione rẽcatechuchi ait: Qui me asserũt in 70. interpretũ fugillatione, id est, vituperatione & accusatione. In qua significatione hic potiùs accipiẽdum videtur propter illã particulam, *In nouissimo*, hoc est, tandem. Illa enim significatur ipsum præter molestiã precũ quam iam passus fuerat, etiam meruisse tandem & aliud malũ sibi obuenturũ. At si metuebat fugillationẽ, hoc est, vituperationem sui, & derogationẽ famæ suæ, quomodo o nõ reuerebatur homines? Dici potest metuisse illum fugillationem hanc, quanquã nullo hominũ pudore teneretur, quia metuebat ne accusat⁹ & delatus, à ciuibus priuaretur sua potestate. Non enim dicitur eũ non timuisse homines, sed non reuerituũ, quod est vt interpretatur D. Chrysostomus loco prædicto πάσας ἀναιδῶς τῶν ὀφθαλμῶν ἀποῤῥῖψαι, id est, omnem verecundiam oculotũ abiecisse, quod stare potest cũ prædicto metu. Pudor enim est rei inhonestæ: metus, rei malæ. Alius quidã ptioré verbi eãque prioriã significationẽ amplectẽs, illud quod est Græcis εἰς τέλος, id est in finẽ, pro quo nos habemus, *In nouissimo*, vertit Assiduè, vt sæpe in psalmo *Psal. 78.* accipitur illud, in finẽ, vt cũ dicitur: Vsquequo deⁿ iraſceris in finẽ, id est, perseueratèr & semper. Certe Euange. Syriacũ habet; ne omni tẽpore veniẽs negotium mihi facessat. Euthymius Græcã dictionem exponit dupliciter, si credendũ est interpreti, vt aut sit, grauiter aspiciat, aut sit idem quod cogat. In ptiore significatiõe videtur verbũ ὑπωπιάζω, intellexisse deriuari ab ὑπὸ & ὄψ. i secũda verò ab ὑπὸ & πιάζω, quod est premo. Cæterũ in apophthegmatibus referũtur quædã nõ dissimilia huic parabolæ, quibus itẽ vis improbarũ precũ ostẽsa est. De Philippo enim Macedonũ rege narratur, quod anus quædã paupercula ipsũ appellarit, vt causã ipsius cognosceret, cũq; ille frequenter hac flagitatione interpellatus respondisset sibi nõ esse otiũ, anus inclamauit, proinde ne rexquidem esse velis. Tum Philippus admiratus aniculæ liberã & constantẽ vocẽ, nõ illi solũ præbuit aures, sed & alios audiuit. Hoc & Adriano tribuitur imperatori, neque quicquã vetat idẽ à pluribus vel dici, vel fieri.

AIT AVTEM DOMINVS: AVDITE QVID IVDEX INIQ.] Narrata parabola, excitat Dominus auditores, vt ex animaduerſo facto huius iudicis, intelligãt absurdissimũ esse non idem electos expectare à Deo perseuerãtibus precibus, quod per has ab illo fuit extortũ. Ideoque nõ simpliciter dicit: Si victus precib. iniquus iudex fuit, multo magis Deus vincetur: sed vt magis ad fiduciã in Deũ excitaret, significaretq; plane absurdũ esse non id expectare à Deo, quod ab impiis extorquet oratio constans, primũ erigens ad narrati exẽpli considerationẽ. Audite, ait, quid iudex iniquitatis, id est, iudex iniquus dicit. Deinde cũ hoc componens Deũ subdit: *Deus autem non faciet vindictam*, &c. quasi dicat, An id in cuiusquam animũ venire potest, vt id de Deo sẽtiat, si aduertat quid nonnũquam faciũt impii iudices, precũ constantia victi? Si apud eũ qui nec causæ iustitia, nec personæ miseria flectebatur, iustæ preces miserandæ viduæ tantum valuerũt ob solam perseuerantiã, an non multo magis ob similem constantiã iustissimæ preces piorum in hoc mundo afflictorũ, valebunt apud Deũ, qui & iustissimus simul & misericordissimus est, & pios ad se iugiter clamãtes elegit, & dilexit ante constitutionem mũdi? Si audiuit ille cui molestũ erat rogari, annõ multo magis audiet, qui vt oremus hortatur? Ex qua explicatione patet variis de causis magis expectandũ preces sanctorũ, si perseuerãtes sint, efficaces fore apud Deum, quàm apud iniquũ iudicem fuit oratio viduæ. Primũ, quod eũ sit iustissimus, non possit iustitiam negligere, quam implorant piorũ preces. Deinde, quod cũ sit misericordissimus, non possit non commoueri miseria eorum qui iniustè opprimũtur, quales sunt pii clamantes ad ipsũ. Ideo enim piorũ preces comparat cũ precibus viduæ, quæ & miseranda erat ob suam impotentiã ac aduersarii violentiam, & tantũ quod iustũ erat petebat, vt intelligamus illorũ preces non posse non exaudiri à Deo, qui & miserandi sunt, & quæ iusta sunt postulant. Tertiò, quod pii clamantes ad ipsũ sint electi & dilecti ab ipso, quos proinde negligere non poterit. Postremũ, quod precum perseuerantia non sit Deo importuna & molesta, sicut fuit huic iudici: ac proinde si res ingrata & molesta iudici tã fuit efficax apud hũc iudicẽ, multo magis eadem valebit apud Deũ cui illa gratissima est & minimè molesta. Tres primas rationes satis indicant verba Domini dicentis interrogatiuè: *Deus autem non faciet vindictam electorum suorum*: Eo enim significatur illos qui hic Deum rogare dicuntur, & quæ iusta sunt petere, & iniustè affligi, & à Deo dilectos esse, & proinde Deũ pro iustitia sua, & misericordia, ac dilectione non posse illos negligere. Cæterum pro eo quod sequitur, *& patiẽtiam habebit in illis*. Græcè est, καὶ μακροθυμῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς, id est, & longanimis vel patiens existẽs super illis. Vbi coniunctio, &, accipi potest pro etiã, vt sit sensus: An non faciet vindictã, etiã cũ patiẽs fuerit & longanimis super illis, hoc est, etiam si ad tempus despicere, & negligere videatur eorũ iniuriã, & differre eorũ petitionem? Sic enim intelligunt Theophylactus & Euthymius. Potest item coniũctio, &, coniunctiuè accipi, vt in participio μακροθυμῶν, subintelligatur ἐστι, vt sit sensus: Annõ faciet vindictam, & an longanimis erit in illis vel erga illos, electos scilicet, exaudiendos & vindicãdos? hoc est, an lẽto leniq; animo patietur illos affligi impunè? vt significetur, Deũ non fore longanimem in illis, nec diu passurũ eos affligi, aut frustra clamare ad se. Qui sensus magis conuenit sequenti sententiæ, qua Dominus asserit Deũ cito facturũ electorũ vindictam, eũ ea omnino videatur Dominus affirmare voluisse contrarium eius quod modo interrogauit, nẽpe q̃ non erit longanimis, sed quod faciet eorũ vindictam cito. Pugnat enim cito cum longanimitate. Apud Chrysostomum lib. 2. de orando Deũ non legitur participium, sed verbum, καὶ μακροθυμεῖ, quomodo & interpres noster legisse videtur. Est autem nostræ lectionis hic sensus: An Deus patientiam habebit in illis, hoc est, an lõganimiter sustinebit iniuriam electorũ suorum? vel, vt ad Græca magis accedatur, An longanimẽ se exhibebit erga illos inuocantes, vt differat eos exaudire & vindicare?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundùm quam explicationem, in illis, pro erga illos positum erit, & patientia pro longanimitate. Similis loquendi modus est Eccle. 35. vbi etiam de orantibus Deum dicitur: Et fortissimus non habebit patientiam in illis, vbi etiam est verbum hoc loco positum, μακροθυμεῖ, hoc est, longanimis erit. Porro quæri hic potest quomodo electi precẽtur se vindicari à persecutoribus. Id enim significatur cũ dicitur Deus facturus vindictam electorũ clamantium ad se. Illud enim indicat electos clamantes ad Deũ petere eam vindictam quam Deꝰ facturus dicitur, quemadmodum vidua cui electi comparantur, se petiit vindicari, dicens: *Vindicame de aduersario meo.* Ad quem modum apertè se petunt vindicari animæ sanctorum, dicentes in Apoc. 6. Apocalypsi: Vsquequo Domine, sanctus & verus, non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? At hæc precatio contraria videtur præcepto Domini, quo iubet orare pro inimicis & persecutoribus. Ad hanc quæstionem, saltem quod ad præsentem attinet locũ, simplicius fuerit sic respondere, vt dicatur, electos ideo tantũ hic dici precari vindictam sui, quia petũt sui liberationem ab iniquis impiorũ persecutionibus, non autẽ quia petũt vltionem & suppliciũ iferri impiis: quẽadmodũ vidua quę dixit: *Vindicame de aduersario meo*, non tam petiit vltionẽ aduersario suo inferri, quàm se liberari ab illius violentia. Vindicare enim aliquem tripliciter accipitur. Nam & vindicare dicimus aliquem, cũ illi pro iniuria quapiã vltionẽ inferimus. Et rursũ cũ pro iniuria ipsi illata, alteri vltionẽ inferimus. Et tertio, cùm ipsum ab alterius iniuria & oppressione liberamus. Aliquando enim vindicare, sicut & Græca dictio ῥύεσθαι, est simpliciter liberare ab iniuria etiã sine iniuriantis vltione. Itaq; rectè hic intellexerimus sãctos precari vindictam sui, quia petũt vt ab iniusta impiorũ liberentur oppressione. Sic & intelligi potest oratio sanctorũ in Apocal. vt significet non tã desideriũ vltionis quã liberationis ipsorũ. Quamdiu enim sanctorũ interfectorũ corpora non sunt resuscitata, tamdiu sanguis eorũ non est vindicatus de his qui habitant in terra: quia tamdiu sanguis eorũ ab impiis cõculcatur, & vita eorũ ac mors irridetur. Cùm vero declarabitur toti orbi quod computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est, cùm induta erunt corpora illorũ stolã immortalitatis & claritatis, tum eorũ sanguis erit vindicatus ab eis. Et tamen etiam rectè intelligi potest his locis, electos precari vltionem de impiis sumendã, eo modo quo eam Prophetæ frequenter precantur, nẽpe ex zelo iustitiæ, & consideratione diuinæ æquitatis, cui suam conformant voluntatem, atque ex zelo gloriæ diuinæ, quam hinc vident illustrandã. Est & tertius modus, quo subtiliori intelligẽtia ostenditur quomodo sancti etiam misericorditer petũt impiorũ vindictam & vltionem, nẽpe quia orant vt Dei gratia afflati desinant esse mali, & cõuertãtur ad Deũ: aut temporali vltione castigati vel conuertantur ad Deũ, vel cohibeãtur vt minꝰ peccent, & alios lædant, ne grauius postea dãnentur, & cõmuni bono plus noceãt. Imple enim, ait Psalmista, facies eorum ignominia, & quærent nomen tuũ nomine. Cæterũ cito dicitur Deus facturus vindictam electorũ suorũ, quanquam diu aliquando differre videatur. primũ, quia congruo & oportuno tempore eos vindicat & liberat. Citoẽnim fit, quod tam cito fit quàm illud fieri contenit. voluit enim dominus significare, Deũ non hominum more differre ad impletionẽ orationis sãctorũ suorũ, quasi parũ illis faueret, aut tardus esset ad benignitatem, misericordiam & iustitiam: sed si quando differre videatur id facere quod sio illis & aliis expediat, ac proide cito exaudire illos, quia tempore oportuno, & non post tẽpus oportunũ. Secundo, citò dicitur factur⁹ vindictam, quia omne tẽpus, quamuis hominũ iudicio prolixũ, cõ 2. Cor. 6. paratione æternitatis, & dei æstimatione breuissimum est. vnde Paulus presentis temporis tribulationem momentaneam appellat, quod consideraret glorię eternitatem quam illa pararet.

VERVNTAMEN FILIVS HOMINIS VENIENS PVTAS INVENIET FIDEM IN TERRA.] Docuit dominus perseueranter orandũ, & constanti prece certissimo expectandã à Deo liberationem à malis. Hęc autem perfecta continget omnibus electis in aduentu filii hominis. Indicat ergo nunc paucos futuros, qui vsque in illũ aduentum quo sunt liberandi, perstiturt in precum perseuerantia, ob fidei pusillitatem. Sicut enim ex fide nascitur omnis oratio, ita & orationis perseuerantia nascitur ex fidei constantia & magnitudine. Nam qui in afflictionibus deficit ob temporis moram, & non perseuerat in precib⁹ ob dilationem exauditionis, declarat se non firmam nec magnam habuisse fidem. Dicit ergo *putas inueniet*, hoc est, An inueniet fidem in terra? non quidem significare volens, nullam fidem reperturum se in terris, sed paucos comparatione aliorũ fideles reperturum, aut paucos qui in fide perstitetint vsque ad illud tempus. Communiter enim intelligitur hic significari inter eos, qui in nouissimo Domini aduentu reperientur vi, paucos inueniendos fideles, quod fides sicut & charitas multorum continuè refrigescat, quod que per Antichristi persecutionem & deceptionẽ multi à fide vel excident, vel alienabuntur circa Domini aduentum. Secundum quem intellectũ, hæc sentẽtia secundum Caietanum sic cum superioribus hæret: Quanquam Deus faciet cito vindictam electorum suorum, & omnino zelaturus sit pro suis electis, tamen homines hoc beneficium parum agnoscent, numerusque fidelium diminuetur, adeo vt cùm filius hominis sit venturus ad faciendam vindictam electorum suorũ, paucos sit inuenturus fideles. Verum præterquam quod hæc aut alia quæuis connexio secũdum illum intellectum coactior videtur, non satis apparet quorsum Dominus sermoni de orationis perseuerantia habito, ingetit mentionem fidei. Quod si vero scopũ Christi probè perpẽderimus, videbimus ipsum de fidei defectu ingessisse mentionem, quod hęc causa sit quominus homines in malis huius vitæ perseuerent in oratione, & non deficiant. Dixerat enim Deum cito facturum vindictam electorum suorum, significans ob id merito eos debere perseuerantes orare liberationem à malis, & non deficere. Cum ergo nunc aduersatiuam subiiciat sententiã, dicens: *Verumtamen filius hominis veniens*, &c. ommino videtur significare voluisse, paucos in fide perstituros vsq; ad illũ aduẽtũ, in quo perfecta fier electorũ vindicta, vt sit hæc connexio. Sane Deus faciet electorũ suorũ vindictam, idque citò, nimirum per meum, qui cito adcio, aduentum, atque ob id merito constanter vos orare oportet, & non deficere. At contra vsu ueniet, vt eum venero ad faciendam electorum meorum vindictam, paucos sim reperturus perstitisse in fide, multis ob tribulationes & liberationis dilationem deficientibus à fide, & orationis constãtia quam firma parit fides. Itaque non tantum significat defectũ & paucitatem fidei in hominibus qui viui reperientur in nouissimo die, sed etiam in hominibus cuiuslibet temporis. Et tamen sic loquitur quasi tantum significet defectum fidei in hominibus, qui in aduentu ipsius reperientur in terra viui, propterea quod sic semper loquatur de suo aduentu, vt eum velit quouis tempore à fidelibus expectari, quasi ipsorum sit futurus tẽpore. Huic intelligẽtiæ conHabac. 2. uenit, quod apud Abacuc monemur, ne ob dilationem aduentus & expectatæ salutis à fide excidamus, cum dicitur: Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet. Non multum dissimilem huius sententiæ intelligentiam & connexionem indicat Theophylactus, nisi quod adhortationem Domini ad perseuerãtiam orationis refert potissimum ad tempora Antichristi, quibus fideles grauiter affligentur, vt significetur paucos tunc perseueraturos in oratione & spe diuinæ liberationis, multis per illam persecutionẽ deficientibus à fide ita vt filius hominis tunc veniens rarã fidem sit inuenturus in terra. Et hæc quidem pro præcedẽtis parabolę explicatione, quibus addi potest illud, quod quidam non satis perpendentes hanc parabolam, vt & alias quasdam, pendere in dissimilitudine rerum quæ ad inuicem comparantur, conati sunt, vt indicat Theophylactus, eam sic tractare, quasi Deus assimiletur illi iudici de quo est in parabola. Curiosius ergo eam sic exposuerunt, vt dicerent per viduam significari omnem animam, quæ virũ suum quem prius habuit, nempe diabolum, dimiserit. & propterea illum habet aduersarium semper resistentem sibi. rer iudicem autem iniquitatis, Deum condemnantem iniustitiam, qui neque Deum timet, cum ipse solus existens Deus non habeat quem timeat alium, sed neque hominẽ reueretur, eo quod nullius hominis personam respiciat. Ad hunc ergo cum vidua anima accedit, & continuis illum oratprecibus propter aduersarium suum diabolũ, miseretur Deus, & placatur propter assiduitatem eius. Verũ hanc anagogen reiicit teste Euthymio D. Chrysostomus tanquam indignam Deo, ob impietatem & inhumanitatem iudicis de quo est parabola. Adhortatus est Dominus & alia parabola etiam à dissimilitudine desumpta, ad orationis perseuerantiã, Luc. 11. cap. cum amicum ab amico nocturno tem- Matth. 15. pore inducit per precum perseuerantiã impetrasse quod volebat. Sed & suo ipse facto ostẽdit quæ esset iugis orationis vis, cum Chananææ mulieri propter precum constantiã concessit etiam quæ illi non debebantur, & optimo iure negari potebant. Hortatur ad eandem, præter paulum in variis 1 Thess. 5. locis, etiam Ecclesiasticus, dicens: Non impedi- Eccles. 18. aris orare semper, & ne veteris vsque ad mortem iustificari. Quare autem exigat Deus precum perseuerantiam, qui & scit nostras necessitates, & ad benefaciendum est promptissimus, dictum satis est in cap. Concordiæ 41. circa cap. Matth. 6.

PARABOLA DE DECEM VIRGINIBVS. Matthæi 25.

CAPVT CXXV.

Vnc simile erit regnũ cælorũ decẽ Virginibus, quæ accipiẽtes lãpades suas, exierũt obuiam sponso & sponsæ. Quinque autẽ ex eis erãt fatuæ, & quinque prudẽtes: sed quinque fatuæ acceptu lãpadibus non sumpserunt oleũ secum. Prudentes vero acceperũt oleũ in vasis suis cum lampadibus. Morã autẽ faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierũt. Media autẽ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiã ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerũt lãpades suas. Fatuæ autẽ sapientibus dixerũt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguũtur. Responderũt prudentes, dicẽtes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vẽdentes, & emite vobis. Dũ autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erãt, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.

TVNC SIMILE ERIT REGNVM COELORVM DECEM VIRGINIBVS, &c.] Variis parabolis ab exemplo rerum humanarum desumptis Dominus excitat suos ad vigilantiam, idque merito. Nemo enim est qui nesciat quam ægre vigilemus in opere Domini, & quam negligenter ipsũ expectemus. Detrahit enim continuo ad curas & delicias vitę huius caro, dormitaréque facit: proinde non abs re est quod tam multis ad vigilantiam nos Dominus cohortetur. Voluit enim id penitus infigere animis nostris, quod vt difficile à plerisque præstatur, ita maxime est omnibus necessariũ. Potro quomodo & hæc parabola (quæ valde varie à diuersis, & nimis curiosè à plerisque tractatur, vt vix alia magis) sic tractetur, vt scopo Christi maximè conuenit, imprimis ipsum exemplũ quod ab ipso nobis proponitur obseruandum, paucis percurrendũ est. Itaque exemplo nouo, & quod rei de qua agebat quàm maxime cõueniret, ad vigilãdum omnes adhortaturus, inducit decem virgines, quæ, inquit, accipientes lampades suas exierunt obuiam spõso. Moris enim erat, vt sponsus vespertino tempore comitatus adolescentum societate accederet sponsæ suæ domum, celebraturus ibi cum illa nuptias, ac tum è spõsæ domo virgines quædam sponsæ assidentes, sponsa domi residente, & aduentum sponsi præstolante, prodirẽt obuiam sponso, deducturæ illũ cum lampadibus Mor virg nũ in nuptiis. in domũ sponsæ, & ibi cum illo nuptialibus fruituræ gaudiis. Proinde ipsi exemplo quod proponitur non conuenit quod in nostris legitur libris, *obuiam sponso & sponsæ*, cùm Græci non habeant, & sponsæ. Sponsæ enim non solẽt simul cum sponso virginibus occurrere, sed sponsa domi sedebat sponsum operiens. Quod indicat Origenes, sic scribens: Et veniũt obuiam saluatori, qui semper parabens: Et veniũt ob uiam saluatori, qui semper paratus est venire ad virgines eas, vt simul ingrediatur cum dignis earum, ad beatam sponsam eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

siam. Vnde in sequentibus tamen dicitur: *Ecce sponsus venit, exite obuiam ei.* D. Hilarius tamen manifeste legit *sponso & sponsæ*; quãquam id neget quidam, sed per sponsũ & sponsam intelligit eandem personam. Sic enim habet: *Sponsus atque sponsa*, Dominus noster est in corpore Deus. Nam vt spiritus carni sponsus, ita spiritui caro sponsa est. Denique tuba excitante, spõso tãtum obuiam proditur. Erunt enim iam ambo vnum, quia in gloriam spiritualem humilitas carnis exceſſerat. Hæc ille. Quare secundum hunc intellectum, spirituali intelligentiæ non obest dictio, *sponsæ*, obest tamẽ commoditati exempli. Augustinum itẽ legisse, *sponso & sponsæ*, est apertissimum ex epist. 120. ad Honoratũ, in qua totam hanc parabolam tractat. Nã in ea sic legitur: Hoc est enim quod ait exisse obuiam sponso & sponsæ. Sponso quidem, filio Dei: sponsæ autẽ, siue quia in eo corpore venturus est quod sũpsit ex virgine: siue quia ipsa ecclesia tũc clarior apparebit, vt ad vniuersi corporis congregationem membra concurrant, quibus concurrẽtibus eius magnitudo mõstrabitur. Cæterũ sermone 22. de verbis Domini, quo item totam hãc tractat parabolam, & lib. 83. quæstionũ cap. 56. vbi sermo ille rursum eisdem verbis insertus est, etsi in cõtextu absit, & *sponsæ*, deesse tamen & Augustinum legisse patet ex eius expositione, quãquã & hæc sit à librariis deprauata. Sic enim legimus vtrobique. Quod vero sponso dixit obuiam venire virgines, sic intelligendum puto, vt ex ipsis virginibus constet ea quæ dicitur sponsa, tanquã si omnibus Christianis in ecclesiã concurrentibus, filij ad matrem concurrere dicãtur, cum ipsius filiis cõgregatis constet ea quæ dicitur mater, &c. Hîc enim pro sponso, legendu spõsæ, patet manifeste ex similitudine quæ adhibetur, tãquam si omnibus Christianis in ecclesiã concurrentibus filij ad matrem concurrere dicãtur, &c. Quid D. Hieronymus & Gregorius legerint ex iplorũ enarratione non licet colligere. Quod autem virgines hæ dicũtur exisse obuiam sponso, cũ postea post quædam in medio gest dicatur eis, *exite obuiam ei*, intelligẽdum est dictum per præoccupationem, vt postquã dixerit Dominus, virgines sponso exiisse obuiam, deinde narret quomodo factum sit vt exierint obuiam. Aut exisse dicuntur obuiã sponso, quia se parauerunt ad exeũdum illi obuiam, & sese iam illi negotio addixerunt. Hatũ decem virginum quinque dicũtur fatuæ, quòd, quemadmodum experientia docuit, malè sibi prospexerint in posterum: quinque aliæ prudentes, quod sibi in futurũ bene prospexerint. Quinque enim ex his eũ accepissent lampades, præter oleum quod erat in lampadibus, non sumpserunt secum in vasculis oleum, quod lampadibus infundere cõsumpto lampadum oleo, possent, si fortè contingeret aduẽtũ sponsi diutius prorogari. Aliæ verò quinque perpendentes incertã esse horam aduentus sponsi, simul cum oleo lampadũ, acceperũt in vasis suis aliud oleum, quod priori cõsumpto infundere possent. Nam & quæ fatuæ dicuntur, oleũ secum sumpserãt, sed in lampadibus, cum postea dicant: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* Cùm ergo tardaret venire sponsus, primùm quidẽ, vt fit ex grauedine oculorũ, dormitauerunt omnes, ac deinde etiam perfectũ dormierunt somnum. Omnibus verò dormientibus, nocte intempesta subitò clamor coortus est ab his qui cũ spõso veniebant, aut sponsum præcedebant, euocãtes ad occursum. Quorum voce cum omnes virgines expergefactæ surrexissent, & cœpissent lampades suas adornare, quibus venienti occurrerent spõso, fatuæ videntes suas deficere lampades, nec tamen habentes oleum vnde deficientes instaurarẽt lampades, rogauerũt prudentes virgines vt sibi de suo oleo nonnihil impartirẽt. Quod ipsum rursum earum arguebat stultitiam, eo quod sperauerunt se tunc oleũ ab aliis accepturas, quod ab illis tunc possidebatur, & eorum vsui necessarium erat. prudentes vero rursum prudentiæ suæ ædentes indicium, illarum petitionem prudenter declinant, & sibi prospicientes, & aliis quod commodum videbatur suggerentes consiliũ. Illis ergo ad emendum oleum abeũtibus sponsus interim veniens, cũ paratis virginibus ingressus est ad nuptiale cõuiuiũ, ac mox clausa est ianua. Cum ergo venirent & reliquæ virgines, intromitti petentes veluti familiaritatis iure, tespõsũ est eis à sponso quod eas non nouisset. Itaque quoniam non præuidentes incertitudinem aduentus sponsi non prospexerunt sibi de oleo sufficienti, exclusæ sunt à gaudiis nuptialibus. Et hæc quidẽ de ipso exemplo, cuius quis sit à Domino intentus scopus, patet ex eo quod subintulit: *Vigilate itaque, quia nescitis diẽ, neque horam.* Hinc enim patet hoc exẽplo monere Dominum nos voluisse, vt propter incertitudinẽ aduentus ipsius, sẽper vigilemus, & semper parati simus ipsi occurrere venienti, ne idẽ patiamur quod virgines fatuæ: quæ quoniam non præuiderũt incertum esse sponsi aduentum: & ob id nõ erant paratæ vt occurrere possent venienti sponso, excluſæ sunt à nuptiis. Tũc enim, hoc est, in nouissimo filij hominis aduentu (nam de illo superius Dominus semper locutus est) regnũ cœlorum erit simile decem virginibus, hoc est, in regno Dei & ecclesia ipsius simile quid tũc accidet, quale in decem istis virginibus accidisse memoratur, vt scilicet exclusis imparatis, quãquam Domino occurrere gestientibus, tãtũ qui parati erant ingressuri sint cũ ipso ad gaudia regni cœlorum. Ad hũc ergo scopũ quæ in parabola cõueniunt, ea sunt obseruãda, reliquis præteritis, quę in ea tantum pro exempli commoditate sunt posita. Et quidam sunt qui hanc de virginibus parabolã simpliciter interpretãtur de virginibus corpore, vt significetur per eam non satis esse seruare carnis virginitatẽ, nisi & ipsa seruetur simplici puraque intentione, & misericordię aliarumq; virtutũ opera adiungantur. Sic enim hanc parabolam tractat D. Chrysostomus, & post eum Theophylactus & Euthymius. Verum hãc tractationẽ reiicit D. Hieronymus, quod tum ex præcedentibus, tum ex parabolę cõclusione omnino appareat, non ad virginalia corpora, sed ad omne hominum genus parabolã pertinere, adiicitque idẽ Hieronymus dignã obseruatione admonitionem pro syneera scripturarum intelligentia assequenda, sic dicens: prudentem semper admoneo lectorem, vt non superstitiosis acquiescat interpretationibus, & quæ comatice pro fingentium dicuntur arbitrio: sed consideret priora & media, & sequentia, & nectat sibi vniuersa quæ scripta sunt. Porro ea parabolæ tractatio qua ipsa virginibus corpore accommodatur, etsi nõ adæquet intentionem Domini, tamen sicut particulare includitur in vniuersali, ita illa parabolæ intelligentia includitur in generali illo sensu quẽ Dominus intendit atque

atque ob id non incongrue Ecclesia in festis Virginum hanc parabolam intra Missarum legit solennia, accommodãs eam peculiariter virginibus quæ sunt in Ecclesia, sicut de virginibus ipsum loquitur exemplũ quod à Domino proponitur. Vt autem per partes parabolam accõmodemus rei per parabolam significatæ, quãtum id scopo propositio conuenit, imprimis per spõsum de quo in parabola, certum est dominum voluisse significare seipsum, quod in nouissimo die tanquam sponsus sit venturus in hunc mundũ, vt spõsam suam Ecclesiam, ipsi iam tantum desponsatam, sibi acciat in vxorem, atque cum ea eiusque virginibus æternas cœlestis gaudij celebret nuptias. Per decẽ virgines, omnes significantur fideles, qui numero quidem denario recte designantur: sicut & Lucæ 19. in alia parabola per decem seruos, ob numeri perfectionem: virginibus autem recte comparantur ob fidei integritatem & syncerita tẽ, ob quam
2. Cor. 11. etiam Paulus dixit de fidelibus: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Et Psalmista virginum nomine fideles denotat, dicens:
Psal. 44. Adducẽtur regi virgines post eam. Infideles enim & hæreticos, scriptura adulteras meretrices & fornicarias appellare consueuit. Per lampades recte intelligitur significata mens fidelium ex gratia spiritus fide illuminata, in qua spiritus sancti gratia olei obtinet locum, fides vero luminis. Aut etiam per lampades, externa opera designantur, de quibus dixit Dominus: Sic luceat lux vestra coram
Matth. 6. hominibus, vt videant opera vestra bona. Quod ergo omnes virgines acceptis lampadibus suis parauerũt sese in occursum sponsi; significat omnes fideles, per fidem & opera exteriora, quæ omnes præ se ferunt (siquidem de aperte malis hic nõ est sermo, qui sponsum se non expectare plane declarant) sese parare in occursum Christi, dicentes se illius expectare aduentũ, ac desiderantes vt cum ipso consortes fiant nuptialis cõuiuij in regno cœlorum. Sed inter huiusmodi fideles quidã non minori numero quam alij, fatuis sunt similes virginibus, nimirum qui non satis attendunt incertitudinem aduentus Domini, & ob id negligẽtius viuunt, nec proinde sibi prospiciunt de iis quæ in aduentu ipsius necessaria fore deberent præuidere, nimirum opera misericordiæ, aliarumque virtutum ex syncera facta charitate. Hoc enim intelligendum significari per illud: *Non sumpserunt oleum secum.* Alij vero prudentibus assimilantur virginibus, nempe qui & perpendũt secum incertũ esse tempus Dominici aduentus, & ob id solicitι sibi prospiciũt de omnibus quæ necessaria sibi fore præuident, illo adueniente præter mentẽ fide illuminatam, etiam charitatem sibi parãtes, ac misericordiæ aliarumque virtutum sufficientia merita quæ in longũ tempus perdurare possunt. Hoc est ergo intelligẽdum per illud, *Acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus*, vt non sit necesse speciatim explicare quid per oleum, quid per vasa significetur, cũ satis sit intellegere significatũ quoddam non sufficienter sibi prospicere, & ob id fatuos & stolidos: alios vero sufficienter sibi prospicere, & ob id prudentes esse, quãquã ex dictis etiam intelligi facile possit quid speciatim per oleum quod in vasis acceptum fuit præter oleum lampadum, possit accipi, cum id valde variè à diuersis explicetur. Quod autẽ tardante spõso omnes primum dormitauerũt, ac deinde dormierunt, significat quod interim dum Christus suũ differt aduẽtum, eumque vltra quã credebatur longius profert, omnes fideles per deficientis naturæ languorem, ac mortis hominẽ occupantis soporem, in profundum mortis incidũt somnum. Dormitatio enim præcedit dormitionẽ, quoniam per dormitationem ad dormitionem ac somnum profundum pertingitur. Quare per dormitationem intelligitur recte aut defectus ille & languor quo ante mortem incipit homo tendere ad mortẽ, aut ipsa mors, cum iam primum hominẽ inuadit, per dormitionem vero ipsa mortis consummatio vt dormitare sit lãgueſcere aut mori: dormire vero, mortuum esse. Quod media nocte clamor exortus est vocãtiũ ad occursum spõsi, significat Dominum tempore quo minime putabitur, & quo iam omnes homines mortis somno grauati iacebũt, venturum, ac tum voce Archangeli omnes è somno mortis excitandos, euocandosque fideles, vt venienti sponso obuiam veniant. Quod excitatæ virgines parauerunt lampades suas; significat fideles omnes se paraturos vt venienti occurrant Domino, eumque digne suscipiant, ac omnes cõuertendos ad sui ipsius considerationẽ num possint illi digne occurrere. Per sequentia vero, in quibus dicuntur fatuæ virgines cõsiderantes lampades suas extingui, petiisse à sapientibus olei participationẽ, illas vero recusasse, quod metuerent ne sibi nõ sufficerent: ac tum fatuas post oleum sero paratũ non admissas intro, quanquam id desiderãtes summopere; nihil aliud significatur, quam quod in die nouissimo hi qui hic fuerunt negligentes & improuidi, experientur & sentient tum demum lumen ipsorum quo hic lucere per fidem & opera videbantur, deficere & extingui, quodque frustra tum ab aliis opem & subuentionem desiderabũt deserẽdi plane à bonis, qui & ipsi agnoscent tum sibi nihil superesse, & vix sibi quod habent sufficere, ac proinde illos sero quærentes id cũ quo possint sponso occurrere, quia imparati inuenientur, excludendos à nuptiarum gaudiis, nec inter familiares & notos amicos recipiẽdos, quantumuis id desiderent, familiaritate etiam prætensa. Secundum quam accommodationem non iam est opus disquirere quomodo quidam in illo die alios rogabunt, quomodo item boni rogatam negabunt opẽ, quique per vendentes significentur ad quos fatuæ mittũtur oleũ ab ipsis emptum, quid item ianua clausa, & quomodo post clausam ianuam quædam venire dicantur quæ intromitti cupiunt, cum mox in sequenti quadam parabola dicatur, peccatores primum abire in supplicium, ac deinde iustos in vitam æternam. Dubitare autem quis potest quomodo ex præcedenti parabola inferat Dominus vigilandum esse, cum in parabola illæ quæ proponuntur imitandæ virgines, non dicantur plus quã aliæ vigilasse, sed omnes simul tum dormitasse, tum dormiuisse. Sed ex prædictis pateret responsio, quandoquidem superius satis est significatum, virgines illas non ad hoc nobis proponi imitandas, vt sicut illæ corporaliter vigilauerũt, & nos spiritualiter vigilemus: sed vt sicut illæ sibi bene prospexerunt, & prudẽter se parauerunt ad incertum sponsi aduentum, ita & nos ad incertum Domini aduentum prudenter nos præparemus, ne ille inueniat nos imparatos; quod fit vigilãdo assidue in bonis operibus. Bene ergo infert Dominus: *Vigilate itaque*, &c. Sensus enim est: Itaque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Itaque ne & vobis simile contingat quale istis fatuis virginibus, hoc est, ne & vos incertitudinem aduentus mei parum animaduertentes, dies ille imparatos inueniat, & ob id excludamini à regni cœlorum gaudiis, parate vos ad incertum illum aduentum, hoc est, assidue vigilate in bonis operibus, nec sitis negligentes, certo persuasi sero vos tum quæsituros vt ea vobis paretis quibus occurrere venienti possitis. Cæterum ex præcedentibus etiam liquet, parabolâ hanc, quo ad eam partem qua dicitur de aduentu sponsi & occursu virginum, pertinere ad resurrectionis & generalis iudicij diē, sed tamen sicut & aliæ parabolæ ad idem pertinentes, & quæcumque de aduentu filij hominis hic dicuntur, supra diximus etiam suo modo pertinere ad diem mortis vniuscuiusque hominis: ita & hæc parabola. Sicut enim ita viuendum est, vt in nouissimo illo generalis iudicii die inueniamur parati & habentes quæ tū erunt necessaria, sic & vigilanter curandum ne nos dies mortis imparatos inueniat, quādoquidem in quo statu tum A inuēti fuerimus, in eodem & reperiendi sumus in nouissimo generalis iudicii die. Monemur ergo vt ne negligenter viuentes, oleo tantum fidei contenti simus, sed etiam paremus nobis oleū charitatis ac bonarū operationum, priusquam mortis tempus obueniat, vt veniente sponso, & rationem anteactæ vitæ requirēte, habeamus oleum sufficiens quo lampades mentium nostrarū illuminatæ & accensæ non tunc deficiāt, sed præluceant nobis vsque in regnum cœlorum. Cuius cōtrarium plerique nimis faciunt Christiani, qui vsque in finem vitæ negligenter viuentes, & ob fidem rectam mi B mis secuti, cum instante morte sentiunt se vocati in occursum venientis Domini, tum primum incipiunt sentire lumen suum deficere, ac cogitare de parandō & emendo sibi oleo bonorum meritorum, facultates suas in pios vsus post mortē erogari, testamento cauentes. De quibus vt desperandum non est, ita vehementer metuendum. Pœnitentia enim sera raro vera, rarius aut numquam perfecta, semper incerta.

PARABOLA DE DISTRIBVTIS TALENTIS.

Matthæi 25. CAPVT CXXVI.

SIcut enim homo peregrè proficiscēs vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum. Vnicuique secundum propriam virtutē, & profectus est statim. Abijt autē qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autē vnū acceperat, abiēs fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multū verò tēporis, venit Dominus seruorū illorū, & posuit rationē cum eis. Et accedens qui quinque talēta acceperat, obtulit alia quinque, dicēs: Domine, quinque talēta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sū. Ait illi dominus eius: Euge, serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudiū domini tui. Accessit autē & qui duo talēta acceperat, & ait: Domine, duo talēta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sū. Ait illi dominus eius: Euge, serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituā, intra in gaudiū domini tui. Accedens autē & qui vnū talētū acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis vbi nō seminasti, & cōgregas vbi nō sparsisti, & timens abij, & abscōdi talentū tuū in terra: ecce habes quod tuū est. Respōdens autē dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quod metō vbi non semino, & cōgrego vbi nō sparsi: oportuit ergo te cōmittere pecuniā meam nummulariis, & veniens ego recepissem vtiq; quod meū est cum vsura. Tollite itaque ab eo talētum, & date ei qui habet decē talēta: omni enim habēti dabitur, & abūdabit: ei autē qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilē seruū eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dētium.

SICVT ENIM HOMO PEREGRE PROFICISCENS VOCAVIT SERVOS SVOS, &c.] Aliam rursus adiicit Dominus parabolam, etiam à seruis desumptam, dominum suū absentem, & incerto tempore reuersurum expectantibus, quæ nō est multum diuersa ab ea quam supra paucis posuit Marcus simili modo exorsus, *Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domū suā.* Proinde & hic inabsoluta locutio sic est perficienda, quomodo suprà dictum est circa similem Marci locum: vt subaudiatur: Sic se habet regnū Dei sicut homo peregre profeiscens, &c. Vel, Sic se habet filius hominis sicut homo peregrè proficiscens. In præcedenti enim sententia, cum qua hæc cōnectitur parabola, præcedit de filio hominis apud Græcos. Sic enim habēt: *Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam in qua filius hominis veniturus est.* Est autē hæc parabola multum similis ei quæ supra ex Lucæ 19. habita est in capite Cōcordiæ 107. proinde ea tantum hic erunt tractanda quæ hic sunt propria, & iis quæ in illa dicuntur dissimilia. Et in illa enim & in hac inducitur homo quidam proficiscens in longinquam & extraneam regionem, qui seruis suis pecuniam C tradiderit, qua absenti domino lucrum facere possent; ex quibus duo cum reuerenti domino & rationem poscenti ostendernnt se lucrū fecisse, laudati sunt à Domino, & consortio eius donati: vnus autem qui concreditam pecuniam sine lucro retulit, præterens suæ ignauiæ metum seueritatis domini sui, ab ipso seuere est increpitus, & cōcredita priuatus pecunia, quam dominus ei iussit adijci qui plurimum fecisset lucri. Sed in illa etiam inducuntur quidam, qui post abeuntem miserūt legatos, reculantes ipsius parere imperio, quos rediens dominus ante se iussit interfici. Ita enim illo cōueniebat loco, ob notandam Iudæorum infidelitatem & punitionem. Hic vero ea non conueniebat narratio, quòd omnibus huius loci parabolis Dominus fideles suos tantum, ad vigilantiā studeat prouocare. In illa singulis seruis quālis committitur pecunia, nempe mina, ex qua non omnes, etiam frugi serui, idem lucrū fecerunt. In hac diuersi ponderis pecunia diuersis contradita inducitur. Vni enim quinque talenta, alii autem duo, alii vero vnum, vnicuique scilicet secūdum propriam virtutem, id est, potestatem & vires; est enim Græce δύναμις. In illa enim significandū erat, eandem

eandem Euangelij doctrinam singulis credendam Apostolis & prædicatoribus, quæ nō omnes idem referrent domino suo lucri. In hac vero significare voluit Dominus, diuersis diuersa gratiarum dona ad Ecclesiæ vtilitatem danda, & quibusdam quidem maxime aut multa, aliis mediocria, aliis rursum infima aut pauca. Hāc enim triplicē distinctionem significat diuersa illa talētorum distributio, qua vni quinque, alii duo, alii vnum dicitur traditum. Explicat hanc talētorum distributionem factam à Christo, cum peregre proficisceretur in cœlos, Diuus Paulus scribēs ad Ephesios: *Ascēdens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Et ipse dedit quosdam qui dem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores, &c. Vnde patet per talenta hic intelligenda ea dona quæ dicūtur gratiæ gratis datæ, non autem potissimum ea quæ dicuntur gratiæ gratū facientes. Cæterum quod ad literam attinet, de vocabulo, talentum, sciendum quod cum apud diuersos talentum fuerit diuersi valoris, talentum Hebraicum, quod Hebrēis dicitur Ciccar, & de quo intelligenda sunt quæ in scripturis dicuntur de talento, fuit centum minarū, sicut & talentū Æginetieum. Id enim patet ex Iosepho, lib. 3. antiqui. cap. 10. cum pondus candelabri aurei dicit fuisse cētum minarū, quod, inquit, Hebræi dicunt Cinthares. Græca lingua interpretatum, talētum nuncupatur. Vbi illud obiter annotandum, deprauate nos legēre Cinthares, cū Græcē sit κίγχαρις, quod secundum proprietatē linguæ Græcæ proxime accedit ad dictionem Hebraicam Ciccar, vel Cicchar. Legēdum ergo saltem esset Cincharis. Nam γ ante χ sonat vtn. Talentum autem Hebraicū continere centum minas Hebraicas, non autem Atticas, quales centum continet talentū AEgineticū, ostendit Robertus Senalis in suo de ratione ponderum & mensurarum libro. Quod autem dicitur vnicuique datum secūdum propriam virtutem & facultatem, sicut quod attinet ad exemplum parabolæ, significat hominem illum cōsideratione singulorum suorum seruorum vires & industriam, ac secundū diuersitatem industriæ & virium plus vel minus dedisse diuersis: ita quod attinet ad rem parabolæ, significat Christū nulli vltra vires suas imponere aliquid oneris, sed in diuersitate suorū donorum & vocationum attendere qualitates & vires hominū, vt nullus conqueri possit, plus sibi cōmissum aut minus quam oportuisset. Quod autem qui quinque & qui duo acceperāt talēta, duplicasse illa lucro suo dicūtur, ob id dicitur vt intelligamus seruos frugi oportere suo domino lucrū facere per accepta ab ipso dona, & lucrū non simplex, sed quod respōdeat & quodammodo æquiualeat acceptis donis, vnūquemque autē secundum proportionem acceptorum donorum, vt qui plura & maiora accepit, sciat se plus lucri debere Domino conquirere, iuxta illud: Cui multū datū est, multum petetur ab eo. Et illud Gregorij: Cum augētur dona, crescūt & rationes donorum. Lucrum autē Deo facere per accepta ab ipso dona, non solum est plurimos ad Deum conuertere, sed etiam quomodolibet facere opera quæ vel ad Dei honorem, vel ad proximorum faciunt vtilitatem. Porro cum in simili apud Lucā parabola tantum dicatur dominus seruorū reuersus accepto regno, hic dicitur Dominus post multum tēporis A venisse. Quo, quod ad exemplum pertinet, significatur Dominus seruorum sufficiens tēpus seruis reliquisse quo fructum facere suo possent domino, nec ante debitum tempus rationē exegisse ab eis. Quare similiter quod ad rem parabolæ pertinet, significatur Domini nostri lōganimitas, quòd que & in genere, Ecclesiæ suæ sufficiēs tempus faciendi fructum, quem ab illa est requisiturus, relinquer, & speciatim singulis suis seruis abūde satis indulget temporis, vt non more quorundā dominorum asperorum & immitium, ex breui temporis spatio fructum illum requirat, qui multum tēporis desiderat. Simul tamen secundū Chrysostomum & Hieronymū per hanc partem significatum est à Domino multum temporis futurum inter suam ascensionem & vniuersale hominum iudicium, ne fallamur illis scripturæ locis, quibus statim Dominus significatur venturus. Iam & illud diuersum est in parabola Lucæ & ista, quòd cum in illa seruo qui plus fecisset lucri, maius præmium decernatur: hic & ei qui quinque & ei qui duo fuit superlucratus, idem dicitur, nempe quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui; id est, esto particeps gaudij eiusdem cum Domino tuo. In illa enim significatur Domicum remuneratum vnumquenque secūdùm meritorum proportionem. In hac verò omnes frugi seruos eodem donādos præmio, fœlicitate scilicet eadē qua donatus est Christus, quamquam nō æqualiter ab omnibus participata. Declaratur autē Domini benignitas in his ad frugi seruos verbis, dum eadem verborum dulcedine excipit eum qui minus fecerat lucri quam eum qui plus fecerat. Non enim tam lucri magnitudinem, vt solent auari domini, attendit, quam seruorum industriam, fidelitatem & diligentiam. Vnde nō dicit, quia quinque superlucratus es; sed, *quia in pauca fuisti fidelis.* Vtriusque autem serui, & D eius qui quinque fuit superlucratus, & eius qui duo tantum, par fuit industria & diligentia. Non enim minor fuit industria duobus talentis superlucrari alia duo, quàm quinque talentis alia quinque. Quæ autem hic dicuntur de eo qui vnum talentum accipiens, abscondit illud, fodiēs in terra, eadem sunt cum iis quæ in parabola Lucæ dicuntur de tertio; qui acceptam minam reposuit in sudario. Nam per minam repositam in sudario & talentum in terra defossum idem significatur, nimirū quod quidā Dei dona seruāt otiosa, nec illis student facere, quem possent & haberent fructum. Tantùm id hic est proprium, quod iubetur inutilis seruus priuatus suo talēto eiici in tenebras exteriores. In qua parte, vt & alias in fine parabolæ, solet, Dominus ab exemplo parabolæ digreditur ad rem per parabolam significatā. Illud autem hic peculiariter quæri potest, cur in parabola potius inducatur is qui vnum acceperat, occultasse talentum, quàm ille qui quinque aut duo. Ad quod dicendum, id à Domino commodè factum, vt magis ostenderetur pigritia & inertia illius serui, ac iusta magis declararetur eius condemnatio, qui in re parui periculi, ne paruū quidem studiū & laborē subire voluerit. In negotio enim exiguo vt minus est periculi, ita minus excusatur qui recusat. Deindefdum is qui vnum tātum talentū habens, otiosum illud esse permisit, à Domino lucri cupido tam seuerè est & increpitus, & condemnatus; intelligendum facilè relinquitur lōgè magis

Luce 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis cõdemnandos eos qui pluribus acceptis talentis, sine lucri acquisitione ea apud se detinent, nõ autem si econtra dixisset, eum qui quinque vel duo accepisset ob pigritiam damnatum: ita intelligi potuisset & illum damnandum, qui vnum aliquod acceptum talentum, per inertiam sinit esse infrugiferum. Et hæc quidem quæ pro simplici & non coacta huius parabolæ tractatione dicẽda videbantur, præter ea quæ circa similem parabolam à Luca descriptam sunt dicta. Quibus tamen quædam adiici possent obseruationes. primum enim in eo quod serui non nisi pecunia à Domino accepta lucrum illi fecisse dicuntur; notatur nos ex nobis ipsis nihil posse boni facere, sed tantum ex acceptis Dei donis, accedente tamen nostra industria Dei gratia adiuta. Deinde in eo quod talẽta quæ maxima sunt pecuniarum summa, dominus dicitur seruis dispẽsasse; notatur & quã diues sit Deus in donis suis, & quã magna sint eius dona, si cõferãtur cum his quæ homines dare possunt. Postremùm notandum, quod quamquam per talenta potissimũ Dominus significauerit ea dona spiritualia quæ ad hominum in fide & charitate ædificationẽ pertinerent, generaliter tamen etiam quæuis alia Dei Dona, vt sunt diuitiæ & dignitates temporales, accipi debent significari nomine talentorum. Non enim omnibus datum est verbo prædicationis & doctrinæ lucrũ Deo facere. Quicquid igitur est quod quis habet boni, siue id spirituale sit, siue tẽporale, eo velut accepto à Deo talẽto, studere debet non sibi, sed Deo lucrũ facere. Id fiet, si per illud bonis insistat operibus quæ in Dei faciãt honorẽ & proximorũ vtilitatem. Quòd si tres parabolas apud Matthæũ ex ordine positas adinuicem comparauerimus, cõsiderare poterimus tria hominum genera inter fideles notari condẽnanda. In ea enim parabola quæ apud Matthæũ est in fine capitis vigesimi quarti, de seruo qui ob moram Domini sui cœpit percutere conseruos suos, & dilapidare bona sui domini; notantur homines apertè viuentes impiè. In parabola autem de decẽ virginibus, notantur ij qui se iustis coniũgũt, & videntur rectè viuere, sed nõ sufficienter sibi prospiciunt, quales sunt hypocritæ, & quotquot per imprudentiam quandã sunt negligentiores. In hac verò talentorum parabola, notãtur otiosi & torpidi, & qui suo torpori prætexũt Dei metum, impia scilicet quadam prudentia negligentes. In prima ergo harum trium notatur aperta impietas, in secunda imprudens negligentia, in tertia malè prudens negligentia. Quod si omnes quatuor quæ sunt apud Matthæũ parabolas coniunxerimus, aduertere licebit, in singulis peculiare aliquid à nobis seruandum doceri. In parabola enim patrisfamilias docemur vigilantiam qua cauemus ab omni malo: sed quoniam hæc non sufficit in secunda de seruo præpositio domini familiæ, docemur fidelitatem: in tertia de virginibus, prudentiam aut prudentẽ prospectionem: in quarta docemur vtilitatem nobis esse necessariam, vt scilicet DOMINO simul vtiles & frugiferi. Vigiles ergo fideles, prudentes & vtiles esse monemur, si aduentum Domini velimus cum nostro bono excipere.

Epilogus Parabolarum trium.

MODVM APERIT IVDICANDI IN NOVISSIMO iudicio. Matthæi 25. CAP. CXXVII.

CVm autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabũtur ante eũ omnes gentes, & separabit eos ab inuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet oues quidẽ à dextris suis, hœdos autẽ à sinistris. Tũc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnũ à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientẽ, & pauimus? sitientẽ, & dedimus tibi potũ? quando autẽ te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quãdo te vidimus infirmũ, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondẽs rex dicet illis: Amen dico vobis, Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi mãducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tũc respondebunt ei & ipsi dicentes: Domine, quando te vidimus esurientẽ, aut sitientẽ, aut hospitẽ, aut nudũ, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens, Amẽ dico vobis, Quãdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum: Iusti autem in vitam æternam. Erat autem diebus docens in templo, noctibus vero exiẽs morabatur in monte qui vocatur Olueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

C. 21

CVM AVTEM VENERIT FILIVS HOMINIS IN MAIESTATE SVA, &c.] Hactenus sub variis parabolis dominus locutus est de suo aduentu, & hominum in suo aduentu iudicio: nunc vero de illo iudicio aperte & sine parabolis differit, dicens: *Cum autem venerit filius hominis in maiestate*, hoc est in gloria sua. Quod dicit ad distinctionem primi aduentus qui fuit inglorius. Dicit autem semper filium hominis venturum, quia iudicium vniuersale fiet ab ipso quatenus homine, iuxta illud Ioannis: potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. In forma enim humana iudicium exercebit, in qua eum videbunt & impii, & iusti. Veniet autem nõ solus, neque aliquot tantum comitatus Angelis, sed omnes Angeli, inquit, eius cum eo, quemadmodũ prædixit Zacharias: Veniet dominus Deus meus, omnesq; sancti cum eo. Dicit, Angeli eius, ad distinctionem angelorũ malorũ, qui mox post ea dicuntur angeli diaboli. Qui, inquit, paratus est diabolo, & angelis eius. Emendatiores tamen libri non habent hic, eius, sed Græca habent; sancti angeli, vt videri possit allusum ad locum Zachariæ. Cum ergo sic venerit cum angelis suis, qui illi ad cr un

Ioan. 5.

Zach. 14.

erũt tum honoris, tum ministerij causa, atque vt testes sint æquitatis iudicij: tũc, inquit, sedebit super sedem maiestatis suæ, id est, sedem suã gloriosam. Quo aliud nõ significat, quam tũc ipsum sese exhibiturum gloriosum omniũ iudicem, & iudiciaria vsurum potestate. Alioquin enim & nũc sedet in sede maiestatis suæ ad dexterã patris: sed quoniã Iudicis est sedere, ideo huiusmodi tropo significat se tum exhibiturũ iudicem, sicut & suprà dictum est in cap. Concordiæ 100. Proinde nõ est opus hic inquirere qualis sit futura sedes Christi, quãquam nõ male forte quis dixerit, aut ipsas nubes in quibus veniet, fore illi pro sede, aut ipsos etiam angelos, inter quos quidã peculiariter dicũtur throni, id est sedes. Sequitur: *Et congregabuntur* (angelorum scilicet ministerio) *ante eum omnes gentes iam resuscitatæ*. Omnes enim, inquit Paulus, stabimus ante tribunal Christi. Et separabit eos ab inuicem, ministerio item angelorũ, de quibus supra dixit, Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ, & colligent de regno eius omnia scandala. Non ergo quod dicitur, *separabit eos ab inuicem*, solum intelligi debet de separatione secundum iudicium & cognitionem Christi, sed etiam de separat one secundum locum. Vtroque enim modo separabit homines ab inuicem. Quod & similitudo sequens significat, cum dicit, *sicut pastor segregat oues ab hœdis*. Qua similitudine præter quam quòd significantur iusti ouibus esse similes, & iniusti hœdis, significatur etiam quã facilè separabit Christus iustos ab iniustis, nempe quã facilè separat pastor oues ab hœdis: oues enim ab agnis suis non facilè separantur, ab hœdis autem facilè, quòd non desiderent oues hœdorũ communionem. Sic Christi iussione facilis erit bonorũ à malis separatio, nec necessitas aut consuetudo retrahet bonos à separatione malorum. Valet autẽ hæc similitudo etiam ad significandũ illud, quod quemadmodum in die cũ in campũ mittuntur oues, permixtæ sunt hœdis, ac simul pascũtur, in vespera verò pastor oues & hœdos in propriis seorsũ colligit locis, eo quòd non conueniret ea simul eodem colligi loco: ita & in campo huius mũdi permixti sunt mali cum bonis, atque ab eodẽ simul pascuntur pastore Christo qui omnes nutrit: in fine autem seculi tanquam in vespera mũdi, ab inuicem sunt separandi, vt suo quique condantur loco. Ouibus autem electos, vt & alias, cõparat Dominus, propter mansuetudinem, simplicitatem, & fructificationem in virtutibus. Hœdis vero peccatores, ob illorum fœtorem & immunditiã; quodque nõ rectà gradiũtur, sed à recto discedant itinere, atque per præcipitia incedant. Deinde & quia hœdus lasciuum est animal, & feruẽs semper ad coitum, secundum Hieronymum, ob quas causas ferè pro peccatis offertur in lege. A dicta autem similitudine dominus mutuata metaphora subiicit: *Et statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris*. Non enim iam iustos ouibus iniustos hœdis comparat, sed metaphoricè in nomine ouis & hœdi eos significat. Bene autem oues statuẽtur à dextris, hœdi verò à sinistris, quia ad fœlicitatem, quæ dexteræ nomine significatur, iusti vocabũtur: iniusti vero extremæ tradenturin fœlicitati, quæ sinistræ significatur nomine. Præcessit simile quid in veteri populo, quod huius separationis videri possit fuisse typus. Siquidem Deute. 27. præcepit Moses, vt filiis Israel in terram promissionis ingressis, sex tribus, quorũ patres ex liberis vxoribus Iacob, nempe Lia & Rachel, starẽt super vel iuxta montem Garizim ad benedicẽdũ: & sex tribus, quorũ patres ferè ex ancillis nati erant, excepto Ruben, qui cum filiis ancillarũ meruit coniungi, quod cum ancilla vxore patris sui concubuisset, starent super vel iuxta montem Hebal ad maledicendum, hoc est, vt intelligitur communiter, vt respõderent Amen ad maledictiones per Leuitas pronunciandas. Quod & impletũ legitur Iosue 8. vbi ex vtraque parte arcæ stetisse dicuntur sex tribus Israel, à dextris scilicet sex, & sex à sinistris, cũ legerentur à Leuitis verba benedictionis & maledictionis. Sic enim & hic cũ dicturus est Christus: *Venite benedicti*, &c., *Discedite maledicti*,, iusti statuentur à dextris, qui rectè intelligũtur significari per filios liberarũ, quod paternã sint assecuturi hæreditatẽ: iniusti vero à sinistris, qui rectè significantur per filios ancillarum & cõcubinarum, quod his Deus pater non suam hæreditatem deputauerit, sed præsentia tantũ bona, velut munera quædã. Dedit enim Abrahã ipsi Isaac cuncta quæ possederat: filiis autem concubinarũ largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, vt scribitur Genesis 25.

Rom 14.

Matt. 13.

TVNC DICET REX HIS QVI A DEXTRIS EIVS ERVNT: VENITE, &c.] Qui prius se filium hominis vocauit, & pastorem, nũc regẽ se vocat, quod regis sit iudiciariam proferre sententiam, & tum ad regni consortium vocare, tum ab illo proscribere. Dicturus enim est: *Venite, possidete regnum*. Non est autem existimandum, omnia sic ad literam euentura quæ hic narrantur, vt hæc præcisè verba sint vltro citroque proferenda à iudice & iudicandis, sed hac narratione Dominus suum sermonem nostro accommodans captui, crasso quodam modo significare voluit nouissimi iudicii rationem, quãquam verisimile etiã sit, Dominum quemadmodum apparebit visibiliter, ita etiam sensibiliter aliqua prolaturum verba, quibus & iustos ad præmia vocet, & iniustos condemnet. Non enim in momento & in ictu oculi iudicium consummandũ, sicut resurrectionem Paulus asseruit. At Danielis 7. dicitur: Iudiciũ sedit, & libri aperti sunt. Quod secutus Ioannes in Apoc. cum de iudicio vltimo scribit: Libri, inquit, aperti sunt, & iudicati sunt mortui, ex his quæ scripta sunt in libris secũdum opera ipsorũ. Quibus locis per apertos libros, patres ferè intelligũt singulorũ cõscientias, quibus diuina iustitia in memoriam reducet merita singulorum, eaq; sic in lucem educet, vt & alii aliorum possint cognoscere merita. Quod conuenit cum illo Pauli: Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiã defendentibus in die cũ iudicabit Deus occulta hominũ. Proinde nõ erit necesse tunc sensibili voce dicere quibusdam: *Esuriui, & dedistis mihi manducare*, & aliis: *Esuriui, & non dedistis*: sed effectu ipso tamen hæc Christus hominibus dicet, cũ singulorum hominum merita & sibiipsis & omnibus nota faciet. Porro ratio iudicii hic à DOMINO commemorata nõ ad omnes pertinet homines, sed tantum ad fideles. Nam infideles non potissimum ob neglecta misericordiæ opera condemnabũtur, sed ob neglectam fidem. Iudicium autem fideliũ peculiariter Dominum hic inducit, tũ quod omnia quæ hic Dominus à postolis nunc disseruit, di

1. Cor. 15.

Apoc. 20.

Rom. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xerit ad commonitionem credentium in se:tam quod infideles in illo die,suam secũ deferent condemnationem,eamque mox ex conspecto signo
Isaiæ.3 filii hominis parente in cœlis sunt agniturι.vnde suprà dixit tubus terræ tunc mox plancturas. Et alibi:Qui,inquit,nõ credit,iam iudicatus est.Proin de non erit tunc tali opus discussione inter infideles, quali inter fideles,qui omnes sibi vendicã
Psal. 49 Christum.Vnde dicit psalmista: Aduocabit cœlũ desursum & terrain, discernere populum suum. Nec inducuntur hic à Domino omnia de quibus fideles tunc sunt iudicandi,sed ea quæ ad vniuersitatem & communitatem fidelium maximè pertinẽt,& de quibus nemo se facilè excusare potest. B In præcedenti enim parabola significauit rationẽ exigendam in iudicio de vsu & fructu talentorũ, hoc est,donorum & charismatum diuinorũ, qua parabola maximè Apostolos,& eos qui eum illis in Ecclesia accepturi erant singularem aliquã gratiam & prærogatiuã, admonere voluit sui officii: nunc verò significat rationem exigendam in iudicio de operibus misericordiæ factis,vel neglectis, vniuersos fideles sui officii admonere volens, & potissimum eos qui præsidibus Ecclesiæ subiecti sunt,à quibus non tam talentorum quàm misericordię in pauperes ratiotũe exigetur.Quod enim non propter Apostolos & eos qui Apostolis sunt similes hæc sint dicta,sed propter fideles qui ad illorum prædicationem erant credituri, satis illud indicat,quod dicitur:Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis,mihi fecistis.Fratres enim minimos quos demonstrat,& quos ab his qui iudicantur secernit,Apostolos,pauperes, & illis similes potissimum significat.Veruntamen sicut in præcedenti parabola nomine talentorum extensiuè etiã intelligitur corporale quiduis, quo quis proximo prodesse,aut Dei gloriæ seruire potest, vt ad omnes omnino fideles illa pertineat parabola,sic & hoc loco sub operibus misericordiæ corporalibus,intelligenda etiam sunt opera misericordiæ spiritualia,vt etiam ad omnes hic sermo magis pertineat:voluit enim Dominus hoc suo sermone docere fideles, nõ secundũ fidem suam D ipsos iudicandos,sed secundum opera,idque potissimum secundũ opera dilectionis proximo impendendæ:quare huiusmodi dilectionis enumerat opera quæ omnibus competere possunt, & à quibus nemo se potest facilè excusare,sub quibus & alia dilectionis officia magis spiritualia,sed nõ sic omnibus conuenientia, facile intelligenda reliquit.His præmissis, ad explanationem verbo-
Meritum operum. rum Christi est deuenendum. In quibus id diligenter obseruandum,contra eos qui negant operum humanorum merita, quòd propter opera iustis deputet regnum,vt intelligamus vitam æternam reddi eis tanquam mercedem bonorum operum,& iustos suis operibus mereri illam,sicut impii suis operibus æternum merentur supplicium. Nam quemadmodum pro causa quare impii discedere debeant in ignem æternum,dicitur:*Esurii enim, & non dedisti mihi manducare*, ita pro causa quare iusti vocentur ad regni possessionem,dicitur : *Esurii enim, & dedisti mihi manducare.* Ne tamen hi meritis nostris putetur dari vita æterna,vt non totum tribuatur diuinæ misericordię,à qua habemus merita bona, obseruandum rursũ quod præmittatur, *benedicti patris mei*, quodque paratum dicitur regnum fuisse iustis à cõstitutione mũdi.Hinc enim patet ex Dei benedictione & prædestinatione pendere iustorum salutem, vnde & pendẽt eorum bona opera, vt ne quis possit gloriari in seipso. Duplici autũ ratione intelligi potest iustos vocari benedictos patris,hoc est, benedictos à Deo patre,nempe & ratione electionis ab æterno,& ratione gratiæ suæ qua ipsos in tempore fecit consortes.Benedixit enim eis pater,cùm de eis per prædestinationem bene statuit & cogitauit facere.Benedixit item, cùm eos sua benedictione & gratia participes fecit. Non dicit autem, accipite, sed possidete,vel,vt est Græce, κληρονομησατε,id est,hæreditate vel in hæreditatẽ accipite,tanquam scilicet paternum bonum, vobisque iure adoptionis debitum,quodque non ad tempus,sed in perpetuum sitis possessuri.Possidete,inquit,non quoduis bonum,sed quod est omnium maximum,nimirum regnum,non iam primum partum & paratum,vt ne recens exortu regnum putetis aliquando etiam cessaturũ,sed paratum vobis à constitutione mundi. Minus dicit, plus significare volens. Non enim iustis regnum tantùm fuit paratum à constitutione mundi, sed *Ephes. 1* & ab æterno:siquidẽ(vt habet Paulus)elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.Hęc autem regni præparatio non est aliud quàm hominũ ad illud regnum prædestinatio.Potest tamen paratum regnum intelligi,primum in ipsa mundi creatione:quia tunc locus regni apratus est scilicet accommodus. Cæterùm in sequentibus sex commemorantur charitatis & misericordiæ opera, quæ generatim in eo comprehenduntur,quod est,miseris subuenire, aut consolationẽ impendere,quibus ex Tobiæ lib.additur septimum,nempe mor- *Tob. 12.* tuos sepelire,vnde receptum est vt septem dicantur esse corporalia misericordiæ opera.In quo numero etiam recensentur opera misericordiæ spi- *Misericordiæ corporales & spirituales.* ritualia,ex scripturis item desũpta, nempe, peccantem corrigere, dubitanti rectè consulere,do cere ignorantem,mœstum consolari, iniurias & imperfectiones proximorum ferre, delinquenti ignoscere, & pro salute proximi orare,quæ hoc versu comprehenduntur : *Consule, castiga,solare, remitte,fer,ora.*Corporalia hoc versu: *Visito,pasco,cibo,redimo,tego,colligo,condo.* Quæ & ipsa corporalia misericordiæ opera spiritualiter exhibet is qui esurientem doctrinam salutarem pane verbi reficit,aut tribulationibus lassum & sitientem consolationis, refrigerat consolationis potu, aut errãtem per hæresim vel per peccatum in domũ matris Ecclesiæ colligit,aut infirmum in fide, assumit ac subleuat,aut omnibus virtutibus destitutum ac nudũ, virtutibus ornare studet, aut diaboli & peccati mancipiũ redimere conatur, aut proximi peccata,opera scilicet mortua, tegit studiosè & veluti sepelit.Porro in commemoratione E operum charitatis duo sunt obseruãda. primùm quàm exigua etiam dilectionis opera Dominus commemoret,tanquam digna tanto præmio, nimirũ infirmi aut captini visitationem. Non enim dicit:Infirmus fui,& curastis me vestro sumptu. In carcere eram,& redemistis me,sed, *visitastis me, & venistis ad me.* Secundo,quod miseris impensa accepter veluti sibi impensa. vtrobique enim mira relucet Christi benignitas,& quod tantilla charitatis opera recensere sit dignatus, tanquam ea quibus pro mercede reddatur regnũ: & quod ea sibi agnoscit præstita quæ miseris suis sunt impensa

pensa,etiam minima.Vtroque autem horũ vt suã A declarat benignitatem,ita & fideles prouocare voluit ad beneficentiæ & charitatis opera misericorditer exhibenda.Quod autem inducuntur iusti dicturi:*Domine quando te vidimus*,&c.significat eorum admirationem , qua stupebũt sua opera sic magnificeri à iudice,vt sibi impensa agnoscat quæ se illius personæ non recolent impendisse.Inducitur autẽ à Domino hæc responsio iustorũ,vt subiicere posset declarationem eius quod dixit:*Esurii & dedisti mihi cibum*,&c.Dicit ergo : *Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis,mihi fecistis.* vbi pro *quamdiu*, sicut & infra, Græcè est ἐφ' ὅσον, quod B hoc loco rectius verteretur, *In quantum*,aut *quatenus*,vt vertit quidam.Et hoc enim significat etiã ἐφ' ὅσον, ac præsenti loco magis cõuenit.Sẽsus ergo est:Eatenus vel in tantum mihi hæc feecistis, quatenus vel in quãtum fecistis etiam vni de his fratribus meis minimis.Quoniam autem nõ dicit absolutè de fratribus meis,sed de his fratrib.meis, apparet ipsum potissimũ notare voluisse Apostolos & eis similes,qui tũ ipsi proximè assistent,qui voluntariè pauperes facti,variis in hoc mũdo propter Christum attriti fuerunt calamitatibus.In Apostolos enim extendens aliquando manũ suam dixit:Fratres mei hi sunt,qui faciunt voluntatem patris mei.Generalius tamen & extensiue etiã re cte intelliguntur significari quiuis pauperes Chri C stiani,qui Christi fratres per baptisma& adoptionis gratiam facti sunt. Quicquid enim his impenditur charitatis,si impendatur tãquam fratribus Christi,veluti Christo impensum est. vnde suprà Matthæi 10.dixit:Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ,tantum in nomine discipuli,nõ perdet mercedem suã. Minimos autem vocat fratres suos,quia humiles,pauperes,& abiecti in hoc mundo. Aut additum est illud minimis,emphatice in hoc sensu:Quãdiu fecistis vni de fratribus istis meis,etiã his qui inter eos sunt infimi.Porro præterquã quod in hac sẽtentia Christi declaretur benignitas,ob id quod sibi reputare impensum dignatur, quæ vnicuiuis etiam minorũ impensa sunt,etiam alia ratione mi D ra ostenditur eius clementia, nempe quod in tãta venturus maiestate & gloria,etiam minimos fidelium fratres suos sit vocaturus,sicut & post resurrectionem suam, non dedignatus est Apostolos suos appellare fratres suos.Proindecum hinc iam duplici nomine pateat,quanti Domino sint pauperes & afflicti fideles,& hi quihuiusmodi sũt,sibi
Iacobi 1. non displiceant,sed glorietur frater humilis in exaltatione sua, vt habet Iacobus,& alii si spiritum Christi præ se ferunt,pauperes eiusmodi nõ despiciãt,sed etiã ipsi plurimi faciant minimos Christi,eisque tanquã Christo qua possunt subuenire studeant ratione.Quis enim (si modo Christũ vere amet) non lubens cupiat ac quærat benefacere fratribus Christi,imo ipsimet Christo?Et quidem E ad eleemosynas pauperibus erogandas,permouere omnes habẽtes facultates satis deberet, primũ natutę ac cognationis spiritualis ius,nimirũ quia homines sunt ac fratres:deinde & Domini præceptum,ac rursum quod cogitare deberẽt se terrenarum facultatum non dominos,sed dispensatores esse cõstitutos.Núc vero lõge efficaciores his indicat dominus rationes,quibus qui fidelis existens non commouetur,is se plane lapidem declarat.Excitat enim ad eleemosynam & omnẽ beneficentiam,imprimis quòd afflicti quãtumuis abiecti & viles,sui sint fratres.Deinde quod sibi impẽditur,illis exhibitũ:ac postremũ , quia sola misericordiæ & charitatis opera in suo iudicio narrat discutienda.& vel minima huiusmodi opera adeo ostendit nõ negligẽda,vt etiã ob ea vel exhibita vel præterita,illis maximũ sit reddendũ prẽmium,alii grauissimo sint addicendi supplicio.Si mili modo ad misericordiam prouocat Sapiẽs,di- *Prou. 19.* cens:Fœneratur Domino,qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suã reddit ei.Et cap.14.Qui calumniatur egentẽ,exprobrat factori suo:honorat autem eum,qui miseretur pauperis.

TVNC DICET ET HIS QVI ASINISTRIS ERVNT: DISCEDITE AME, &c.] Primo loco dicitur sententia proferenda pro iustis,ac secundo loco cõtra malos,vt intelligamus, iudicem proniorem ad recordandum & remunerandum benefacta bonorum,quàm ad vindicandum malefacta malorum.Est autem in hac cõtra impios sententia antithesis, & imitatio verborũ prioris sententiæ.Ibi en im dicitur : *venite*,hic vero,*Discedite à me.*Ibi *benedicti*, hic, *maledicti* nominantur: non additur tamen , vt ibi, *patris mei*, quod,vt annotauit Origenes, benedictionis quidem ministrator & auctor sit Deus pater,maledictionis autem vnusquisque sibi ipse sit auctor,qui C maledictione digna est operatus.Ibi vocantur ad hæreditariam & æternam possessionem regni.hic deputantur igni æterno.Proinde his verbis dupli ei condẽnantur pœna damnati,nẽpe pœna dãni, & priuationis conspectus diuini,cùm dicitur, *Discedite à me*,& pœna sensus & cruciatus,cũ igni deputãtur æterno.Ibi dicitur regnum, ad quod iussi vocantur,paratum ipsis:hic dicitur ignis ad quẽ impii damnantur,paratus diabolo &angelis eius, qui scilicet ei consenserunt.non dicit iam ignem paratum iniustis,sicut regnum dixit paratũ iustis hominibus,ne Dei ordinationi sic asscribatur hominum condemnatio , sicut eorũ saluatio,sed intelligamus Deum,quatũ ex se est,neminẽ ereasse ad perditionem:homines verò peccantes sua spõte,suisque demeritis se participes facere,& obnoxios eorum malorum quæ imprimis & potissimũ diabolo & angelis eius erant parata. Ideoque nõ dixit prius regnum ad quod vocat iustos , paratũ angelis bonis,sicut nunc dicit ignem paratum diabolo & angelis malis,ne omnino similiter intelligamus,homines mereri Angelorum bonorum cõsortium,sicut merentur malorum consortium dęmonum,eo quòd bona hominum merita non in sola nostra pendeant arbitrii libertate,sed ex Dei proficiscantur gratia & benignitate.Diuinæ ergo benignitati tribuendam iustorum saluationem significauit,dicens regnum illis à principio mundi paratum:humanæ autem malitiæ iniustorum cõdemnationem,cùm dicit ignem non ipsis paratũ, sed diabolo. Simul tamen hac locutione(vt nos magis deterreret)significauit atrocitatem pœnæ impiorum,nimirum quod communem habituri sint cum diabolo & angelis eius,quorum supplicium nemo non concipit fore grauissimum.Sic& superius ob id dixit regnum iustis etiam paratũ, nõ autem Angelis,quo huiusmodi locutione magis nos prouocaret ad beneficentiam,intelligẽtes Dei erga nos homines benignitatem.Subiicit autem Dominus causam cõdemnationis impiorum, contrariũ scilicet causę saluationis iustorum.*Esu-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

risi enim (inquit) *& non dedisti mihi manducare* &c. A Enumerat sigillatim neglecta misericordiæ opera, sicut & superius in commendatione iustorum: nec dicit in genere, egenti & afflicto mihi tulistis aut non tulistis opem: significans in illa die, singulorum factorum hominis habēdā rationē, simulque varia illa enumeratione significans quā variē sint species humanitatis, vt si quidem non omnes possimus, saltē earū aliquas præstare studeamus. In his autem verbis quibus causa redditur condēnationis hœdorum, duo sunt notanda. Primum, quod ob solam omissionem operum charitatis dicuntur condemnari. Sicut enim in præcedenti parabola significantur condēnandi hi qui donis Dei vti omittunt: ita & hic qui negligunt opera misericordiæ. Quod si autē tanta mulctantur pœna qui omittūt facere bona, qua pœna feriendi sunt qui incessanter cōmittunt mala? Si cōdēnatur qui nō dedit egenti, nec consolatus est afflictum, certè multo magis condemnabitur qui abstulit aliena, qui iniuste affligit, & afflictionem addit afflicto. Secundo notandum, quàm leuia eos dicat præter misisse. Non enim dicit: Non liberastis me pauperate, infirmitate aut carcere, sed quæ necessaria erant & parui sumptus, non præbuistis, & quæ facilia sunt & omnibus in prōptu non fecistis, nec in vno aliquo tantū, sed & in omnibus misericordiam deseruistis. Quo significauit iustissimam fore impiorum condemnationem, quorum inclemē tia multis eos condemnat modis. Primum naturę & cognationis ius, quo commoueri debuissēt ad miserendum suis fratribus. Secundo, facilitas misetationis, quoniam inter misericordiæ recēsetur opera, vel panem dare esurienti, ac ægrum & captiuum visitare. Tertio, Domini præceptū, & promissionum magnitudo. Quarto, dignitas ac dignatio eius qui non tantùm suis fratribus, sed & sibi factum imputat quod aliis suo nomine impendi tur beneficii. Nam & illo ad misericordiam flecti debuissēt, quod tali possent quid præstare beneficii, quodque tantus ab hominibus quid dignetur accipere, qui quæcunque habent, ab ipso acceperunt: qui rursum pro sua liberalitate non potest sibi impensa ab hominibus beneficia non vicissim summis vincere & remunerare bonis. Atque hāc quidem quartam causam tanquam præcipuam & potissimam Dominus hic attingit, proinde declaraturus quomodo dixerit; non dedistis mihi māducare; postquam induxisset responsionem hœdorum, dicentium: *Quando vidimus te esurientem*, &c. (quo significatur impios tunc admiraturos, & experturos facta sua longe aliter expendenda & reputanda quàm modo ipsi ea reputabant) subiecit: *Amen dico vobis, quamdiu non fecistis vni de minoribus* (vel, vt etiam hic habent Græca) *minimis his, nec mihi fecistis.*

ET IBVNT HII IN SVPPLICIVM AETERNVM, IVSTI AVTEM IN VITAM, &c.] Hæc pars addita significat efficaciam sentētię iudicis, à qua nulla erit appellatio, nec subterfugiū. Prius autē dicit eos qui à sinistris erunt ituros in supplicium æternū, quā iustos in vitam, quia narrationis ordo sic requirebat, eo quod proxime præcesserit de condemnatione impiorum. Vel etiam ad significandum impios in conspectu iustorum mox abituros in supplicium, quod ad augmentū fœlicitatis & gaudii ipsorum faciet, cùm ex comparatione suæ fœlicitatis cum aliorum condemnatione, magis Dei in se gratiam agnoscent & prędicabunt. Porro hac sentētia refellūtur quotquot de æternitate supplicii impiorum aliquando non recte senserunt, quales varios fuisse refert D. Augustin. lib. 21. de ciuita. Dei, à cap. 17. vsque ad finē libri contra eos disputans. Imprimis enim Origeni tribuitur, quod putauerit & damnatos homines, & ipsum quoque diabolum cum angelis suis, post diuturna pro meritis supplicia ex illis cruciatibus eruendos, & sanctis Angelis sociandos. Nec hoc tantum, sed etiam alternantes fore sine cessatione beatitudines & miserias, & statutis seculorum interuallis, ab istis ad illas, & ab illis ad istas itus & reditus interminabiles. Fuerunt alii, quibus minum quidem damnatorum supplicium terminandum putauerint, quamuis non dæmonū. Alii rursū, qui in nouissimo die omnes homines Christi sententia damnatos, putauerunt priusquam mittātur in supplicium, mox sanctorum intercessio ne liberandos. Prætetea, qui non omnium quidē malorum supplicium terminandum asseruerunt, sed tātum eorum qui Christi baptismate sunt ābluti, & participes facti corporis eius, maximè si in catholica Ecclesia hæc perceperint sacramenta: atque in eadem perseuerauerint. Athi omnes simul cum Anabaptistis, qui etiam dicuntur negare æternitatem supplicii damnatorum, refellūtur hac sententia, cum non solum in ignem æternū, sed in supplicium etiam æternum dicantur ituri damnati, sicut iusti in vitam æternam. Non enim dici potest istud non pertinere ad fideles, quādoquidem de fidelium iudicio hic peculiariter Dominus locutus est, insinuans eos non secundū fidem, sed secundum opera iudicandos esse. Vt autem omnes prædicti hac Domini refelluntur sententia, ita, quemadmodū & prædicto loco, & in aliis libris etiam Augustinus testatur, fuerunt qui ex præsenti sermone Domini sumpserunt occasionē asserendi eos solū arsuros æterno ignis supplicio qui facere eleemosynas neglexerunt: eos vero qui illas fecerint, quamuis alioqui male viuant, ab æternitate supplicii fore liberos, eo quod hic Dominus non commemoret se aliud dicturū siue iustis, siue iniustis, nisi eleemosynas, siue factas, siue non factas: & quia Iacobus dicit, Iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam, superexaltat autem misericordia iudicium. At hi non perpendunt satis causam sermonis hic à Domino instituti, nimirum quod ideo tantum hic mētionem faciat operum misericordiæ, vt ad hæc fideles prouocet, quæ potissimum ab hominibus Deus requirit. Deinde, quia huiusmodi operibus directe competit vel misericordiæ diuinę exhibitio, vel negatio. Iustissima enim est merces, vt inhumanis in humanitas, & misericordibus misericordia rependatur, quod & Iacobus mox citato loco significauit. D. Augustinus sermone quodā, qui est inter nouos sermones 33. pulchrā adfert rationem, cur solis eleemosynis vel præstitis, vel neglectis tribuatur regnum vel damnatio, nempe quia non sunt iusti qui non habeant peccata aliqua, ob quæ merito eis regnum negari posset, qui tamen quia misericordiam aliis exhibuerunt, meruerunt etiam per eam peccatorum suorum cōsequi remissionem, & eis remissis mercedem aliis omnibus eorum bonis operibus debitā. Impii vero, etsi etiam ob alia eorum facinora damnentur, tamen quia eorum facinorū per eleemosynas remissionem impetrare potuissent, si eas vt oportet facere voluissent, ideo damnari dicuntur, quia illas neglexerunt. Porro quomodo nō pugnet cum iustitia, sed æquissimū sit peccatum tēporale ęterno puniri supplicio, Augustinus eodem etiam lib. 21. cap. 11. ostendit contra eos qui iniustum putāt vt pro peccatis quamlibet magnis, paruo scilicet tempore perpetratis, pœna quisquā damnetur æterna. Non enim aliqua etiam humanæ legis iustitia hoc attendit, vt tanta mora temporis quisque puniatur, quanta mora temporis vnde puniretur admisit, sed & humanæ leges quantū in se est pro quibusdam peccatis pœnas infligunt æternas, vt cum infligūt exilium aut seruitutem. Quod enim æternæ non sint, ob id est, quia nec ipsa vita, quæ his plectitur, porrigitur in æternum. Et cum quē humanę leges pro aliquo grandi crimine morte mulctant, non æstimant suppliciū eius iuxta moram qua occiditur, quæ perbreuis est, sed potius quòd talem auferunt in sempiternum de societate viuētium. Quod autem est de ista ciuitate mortali, homines supplicio primæ mortis, hoc est, de illa ciuitate immortali homines supplicio secundę mortis auferre. Sic ferè illo loco D. August. Prēter quam rationē indicatam ab ipso inueniuntur & aliæ rationes à patribus assignatę, quibus ostenditur quate iustè pro peccato temporali quidā ęterno puniantur supplicio. Vnā est, quia peccauerūt contra bonum æternum, dum contempserunt vitam æternam. vnde eodem lib. cap. 12. dicit Augustinus: factus est homo malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonū, quod esse posset æternū. Alia ratio est, quia homo quātum in se est, in ęternum peccauit. Vnde D. Greg. lib. 4. dialog. ca. 44. suo retro roganti quomodo iustum sit, vt culpa quæ cū fine perpetrata est, sine fine puniatur, respōdit: Hoc, inquit, rectè diceretur, si districtus iudex nō corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cū fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Nam voluissent vtique si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiūt qui nunquā definunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicātis pertinet, vt nunquā careant supplicio, qui in hac vita nūnquam voluerunt carere peccato. Hæc ille. Tertia ratio est, quia per peccatum contra Deum peccatur, qui est infinitus, atque ob id infinitam meretur pœnam. Pœna enim, secundum Philosophum 5. Ethic. infligitur secundum dignitatem eius in quem peccatur. Est & quarta ratio ad idem pertinēs, nempe quia culpa manet, cum culpa nō possit remitti sine gratia, quæ post mortem non potest acquiri. Culpa aūt manēte, nō debet cessare meritò pœna. His iam omnibus circa Christi verba pertractatis, sufficiat vt semper in corde gerētes verba illa, *Venite benedicti*, &, *Discedite maledicti*, atque scientes non satis esse credere, sed nec discedere à malo, studeamus operibus mutuę charitatis vacare, vt & dulcissima illa voce mereamur vocati, & liberi simus à verbo illo aspero. Hęc enim sunt opera quę in scripturis requirit, & præ sacrificiis quibus ipsum colimus, vt cum dicit: Misericordiam volo, & non sacrificium, & præ operibus quibus carnem propriam castigamus, vt cum dicit: Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligatiōes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui cōfracti sunt liberos, & omne onus disiū pe. Frange esurięti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tūc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te, &c.

Cur pro peccato tēporali sit æternum supplicium

Contra eos qui non putant dari æterna supplicia.

Osee 6.

Isaiæ 58.

Lucæ 6.

cERAT AVTEM DIEBVS DOCENS IN TEMPLO, NOCTIBVS VERO EXIENS.] Tribus diebus continuis Dominum docuisse in templo, supra patuit ex Marco: feria autem quarta & quinta verisimile est in templo nō docuisse. Quod autē noctibus egressus sub vesperam è Hierusalem, diuersatus sit in mōte Oliuarum, quemadmodum dicit Lucas, etiam patuit ex Marco & Matthæo. Nam hi dixerunt eum egredi solitū in Bethaniam, Bethania autem fuit in monte Oliuarum. Lucam tamen verisimile est dixisse, ob id Dominum in monte diuersatū, non exprimendo Bethaniam, quò significaret eum nocturno tempore vacasse precibus. His enim in mōtibus nocturno tempore Dominus solitus fuit vacare, vt & alibi dicitur à Luca. Igitur quia iam breui tēpore apud homines erat futurus, & passionis suę tempus appetebat, ideo totus fuit interdiu in docēdo, eis benefaciens à quibus mox se cognouit occidendum: nocte vero orationi instabat, continenter patrem orans pro hominum salute, seseque oratione prēparans ad instantia mala. Porro de totius populi ad ipsum confluxu etiā suprà dictū satis est. Hoc tantū ex cuiusdā annotationibus hic adiiciendū, quod verbū *manicabat*, quod multi libri hic habent, sit verbum fictum ad imitationem Grēcę dictionis ὀρθρίζω, pro diluculo veniebat, quod verbū etiam in antiqua Latinorum versione legebatur tempore August. ca. 9. Iudicum, vbi nos legimus ex versione Hieronymi: Et primo mane oriēte sole irrues super ciuitatem, quemadmodum annotauit D. Augustinus in quęstionibus super Iudi. ca. 46. Sunt tamen libri qui habent hoc loco, *mane ibat*, ita vt quidam suspicentur pro, *mane ibat*, corruptē scriptum, *manicabat*, contracta oratione in dictionem.

PACISCITVR IVDAS CVM IVDÆIS. Matthæi 26. Marci 14. Lucæ 22.

CAPVT CXXVIII.

Appropinquabat autē dies festus azymorū, qui dicitur Pascha. [b] *Erat autē Pascha & azyma post biduū.* [a] *Et factū est, cum cōsummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis, Scitis quia post biduū Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tūc cōgregati sūt principes sacerdotū, & seniores populi, in atriū principis sacerdotū, qui dicebatur Caiphas, & cōsiliū fecerūt, vt Iesū dolo tenerēt, & occiderēt.* [b] *Et quærebāt † sūmi sacerdotes, & scribæ, quomodo eum* [b] *dolo tenerent, & ab occiderent.* [c] *timebāt vero plebem.* [c] *dicebāt autem: Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo.* [c] *Intrauit autē Satanas in Iudā, qui cognominabatur Iscariotes, ad prīcipes sacerdotū,* [b] *vt proderet eū illis, & locutus est cum principib. sacerdotum & magistratib. quemadmodū* [a] *tūc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotes,*

† c. o. principes sacerdotum

b. c. insurgerent

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum illum traderet eis. [a] *Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradã? At* † *illi* [b] *audientes,* [a] *constituerunt ei triginta argenteos.* [c] *Et* [b] *gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se daturos.* [c] *Et spopondit, & exinde quærebat* [c] *oportunitatem* [b] *quomodo oportune* [c] *traderet illum sine turbis.*

A ACCESSIT AUTEM DIES FESTUS AZYMORUM, QUI DICITUR PASCHA &c.] Tres Euangelistæ, Matthæus, Marcus & Lucas, post gesta & dicta trium dierũ eius hebdomadę, in qua mortuus est Dominus, describuntur eius passionem, auspicantur eam à consilio sacerdotum contra Christum, & pacto Iudæ cum Iudæis, quod, passionis Christi fuit exordiũ. Et quidem Lucas pactum illud de tradendo Iesu describpturus, tantum præmittit diem festum azymorum appropinquasse: Marcus verò quàm vicinus ille dies fuerit explicauit, dicens post biduum fore Pascha & azyma: vt intelligeremus post descripta ab ipso trium dierum gesta, adhuc biduum B fuisse ante Pascha, & biduo ante pascha contigisse, quæ deinceps narrat de consilio sacerdotum contra Christum, & pacto Iudæ cum illis, nimirum feria quarta hebdomadæ huius. Matthæus autem etiã Dominum dixisse post superiores sermones, commemorat Pascha fore post biduum, ac eum se tradendum, & crucifigendum. *Et factum est*, inquit, *cum consummasset*, id est, *finiuisset Iesus sermones hos omnes*, de suo scilicet aduentu, *dixit discipulis suis, Scitis quia post biduum Pascha fiet.* Dixerat enim Dominus superiores sermones in vespera vel in nocte sequente feriam tertiam, vt patet ex præcedentibus: post tertiam autem feriam restabant duo dies ante pascha, nempe feC ria quarta, & quinta, in cuius vespera cœpit paschalis solennitas, vt ex sequentibus erit manifestum. Porro ne quis erret in vocabulo, pascha, cuius frequens est in sequentibus vsus, sciendum imprimis, dictionem hanc non deriuari à Græco verbo πάσχω, quod pati significat, vt Pascha significet passionem, quemadmodum quidam putauerunt, sed est Hebraica dictio, à Septuaginta interpretibus sic posita, cùm Hebræis dicatur pasah, pro quo D. Hieronymus posuit Phase: quæ varietas non ex dictionis, sed ex punctorum & pronunciationis aut lectionis diuersitate nata est. Significat autem hęc dictio propriè transilitionem aut transitum, festiuitati & agno paschali accommoD data, non potissimum ob transitũ filiorum Israel ex Ægypto, vt quidam etiam putant, ne ob id quod Dominus transierit per terram Ægypti, percutiens primogenitas: sed quod exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum pertransierit, nec percusserit eos sicut Ægyptios. Hæc enim ratio nominis redditur Exod. 12. cũ dicitur, Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, transcendet hostium domus, & nõ sinet percussorem ingredi domos vestras. Quo loco non pro verbo, transibit, sed pro verbo transcendet, Hebræis est verbum pasah, vnde derivatur phase & pascha, vt intelligamus non à trãsitu Domini per terram Aegypti, sed à transilitione domorum Israelitarum dictum pascha. vnde & eoE dem loco sequitur, Et cum dixerint vobis filii vestri: Quæ est ista religio dicetis eis: victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domus nostras liberans, vbi iã pro verbo trãsiuit. Hebręis est pasah, Duplex autem est vsus vocabuli, pascha, in scripturis. Aliquando enim accipitur pro ipso agno paschali quimmolabatur 14. luna primi mensis ad vesperam. Sic enim accipitur Exodi 12. cùm dicitur: immolate phase. Et rursum: Hęc est religio phase. Omnis alienigena non comedet ex eo. Sic accipitur in ea sequenti apud Euangelistas, vt cùm dicit Lucas: *Venit dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha.* Et cum Matthæus & Marcus dicunt: *Quo vis eamus & paremus tibi comedere pascha?* Secundum hanc significationem paulus hoc nomen etiam Christo tribuit tanquam vero agno figurato per typicum illum legis veteris agnum: Pascha (inquit) nostrũ immolatus est Christus. Aliquãdo vocabulũ hoc accipitur pro ipsa festiuitate Paschali, i. eque quãdoque pro tota ipsa solennitate ex septem diebus constante: quandoque singulariter pro prima huius festiuitatis die, in cuius vespera præcedente agnus immolandus erat, nempe pro 15 luna primi mensis, quæ solennior erat aliis diebus, vt patet Leuit. 23. & Num. 28. Vtroque hoc posteriori modo accipi potest isto loco, cũ post biduum dicitur futurum Pascha. Pro paschali enim solennitate vocabulum hoc accipi Lucas aperte hic testatur, dicens: Appropinquabat dies festus azymorum qui dicitur pascha. Vbi etiam per diem festum azymorum, intelligi potest aut tota septem dierum solenniras, quæ à Ioanne Euãgelista dicitur dies festus Iudæorum, aut prima huius solẽnitatis dies. Sicut autem nomen, Pascha, cùm propriè significet agnum paschalem, trãslatum est etiam ad significandum ipsam festiuitatem. Sic etiam vocabulum Græcum, azyma, cùm propriè significet panes infermentatos, transiatum videtur ad significandum ipsam festiuitatem, in qua septem diebus panibus infermentatis Iudæi vesci debebant. Sic enim videtur accipi apud Marcũ, cùm habet: *Erat autem Pascha & azyma post biduum.* Et hæc quidem de vocabulis, pascha & azyma. Cæterum circa hoc quòd post biduum dicitur fore pascha, oritur non parua difficultas, citra cuius solutionem, pleraque in sequentibus intelligi satis nõ possũt, vt ob id meritò hic sit tractanda. Cum enim Euãgelistæ, Matthæus & Marcus, hoc loco significent apertè pascha fuisse biduo post diem tertium ab ingressu Domini magnifico in vrbem Hierusalẽ, hoc est, ad vesperam feriæ quintæ, vt die sexto solennitas fuerit paschæ? Nam Hebræis dies festi à vespera incipiunt) eademq; vespera iidẽ Euangelistæ simul cum Luca testentur Dominum secũdum legem agnum paschalem comedisse, Ioánes contra significet paschæ solennitatem tunc incidisse in diem septimum, ac agnum Paschalẽ à Iudæis comesum ad vesperam feriæ sextæ. Nam cap. decimotertio descripturus lotionem pedum, quę à cœna facta fuit, scribit, ante diẽ festum paschæ, hoc est, pridie paschæ id accidisse. Item decimo octauo capite, de Iudæis, dicit, Non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed manducarent Pascha, hoc est, agnum Paschalẽ. Mẽ enim quidam quo eludant hoc argumentum affirmant per Pascha intelligenda azyma, tum quod nusquã in scripturis ostendi possit pascha sic accipi tum quod propter azyma nõ erat vitanda

vitanda contaminatio, quandoquidem & immundi illis vesci poterant veri similiter, quemadmodũ ex eo licet colligere, quòd pœna mortis intentata præceptũ fuerit Iudæis septem integris diebus comedere azyma, cũ immũditiam legalẽ leuissimas ob causas cõtraherẽt. Iã. ca. 19. memoratis tẽpus in quo Christus fuit condemnatus, sic scribit: *Erat autem parasceue Paschæ.* Non erat ergo is dies Pascha, sed præparatorius ad solennitatẽ Paschæ, sequenti die celebrandam, quod & ex iisdem factis euadit manifestum. Nicodemus enim & Ioseph ab Arimathia emerunt eo die vnguenta & simulacra, ac Dominum vnctum sepelierunt, quæ in ipsa Paschę solennitate non licuisset. Nam de prima & septima huius solennitatis die præcipitur Exodi 12. vt nihil operis faciant in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. Sic & mulieres illæ quæ Dominum secutæ fuerant, sua quoq; vnguenta mercatæ fuerunt, & parauerunt hoc ipso die parasceues, vt postridie quiescerent secundùm legẽ, quẽadmodũ scribit Lucas, cap. 23. Ad hanc difficultatem Græci & Latini diuersimodè soliti sunt respõdere, Græcis asserentibus, Dominum præuenisse vno die celebrationem agni Paschalis. & decimatertia luna illum cum eis edisse: Latinis verò contrà, Dominum decimaquarta luna secũdùm legem agnũ Paschalem edisse affirmantibus, Iudęos verò contra legem distulisse vno die Pascha, auiditate occidendi Dominũ. Verùm neutra assertio conueniens est difficultati soluẽdæ. Nam præterquam quod pium satis non sit dicere Christum pascha anticipasse, qui, dum lex vigeret omnia legis diligentissimè obseruauit, pugnat etiam eum hac assertione quod Marcus posteà dicit, *Primo die azymorum quando Pascha immolabant.* Et Lucas: *Venit autem dies azymorum in quo necesse erat occidi Pascha.* His enim locis significatur legitimam fuisse celebrationem agni paschalis ea die qua illam Dominus obseruauit: proinde, Græci hæc Euangelistarum loca coguntur coactis interpretationibus tractare, & obtorto collo trahere ad suum sensum. Quod autem Iudæi propter occidendum Christum Pascha contra legem distulerint in sequentem diem, vt alij dicunt, æquè est improbabile. Primũ enim quomodo hoc ausi fuissent, cùm tanta vndique multitudo ad festum hoc venire solita fuerit? Deinde loca Ioannis superius citata, & facta non solum impiorum Iudæorum, sed & iuD storum, planè significant non contra morem, sed legitimè Pascha tunc incidisse non in feriam sextam, sed in diem sequentem: proinde Latini qui hanc sequuntur sententiam, coguntur vim facere prædictis verbis Ioannis. Cùm ergo neutra harum opinionum sit probabilis, nec verisimile sit Christum ism Pascha contra legem anticipasse, aut Iudæos propter necem Christi occupatos distulisse illud, pro sequentium intelligentia, & scripturarum concordia, inuenienda est ratio qua ostendatur Christum Pascha suum celebrasse pridie quã Iudæi suum celebrarent, & tamen & Christum & Iudæos suum pascha legitimè celebrasse. Hanc rationem paucis insinuat Rupertus in Matthæũ scriE bens, ac dicens, Iudæos ex traditione patrum nun quam duo festa in quibus nihil operis facere præceptum fuit contitue celebrare solitos, quod difficile esset mortuorum corpora aut cocta olera in tertium vsque diem seruare in regione illa calida, atque ob id paschæ festiuitatem, quotiescunque C incidit in feriam sextam, quemadmodum euenit eo tempore quo Dominus est passus, distulisse in diem sequentem, sabbathum scilicet, paulus Burgẽsis in annotationibus adiunctis Commentariis Nicolai de Lyra, exactius & prolixius prosequitur rationem qua factum est vt Christus pridie quam Iudæi suum pascha celebrarit, & tamen vtriq; legitime, memorans primũ duas obseruationes apud Iudæos obtinuisse, vnde festa nonnunquã de die in diem translata apud eos fuerunt. prior est, si lunatio primi mensis, quę scilicet proxima est æquinoctio vernali, à qua reliquæ festa numerantur, contingat post decimamoctauam diei horam. Neomenia illa in sequentem diem ordinabatur. eo quod dici in qua luminarium coniunctio euenit, tantũ sex horæ superessent. Hæc obseruatio iusta fuit, quia Neomenię nonnullam habebant celebritatẽ, vt in quibus peculiaria sacrificia fuerint præcepta Num. 28. vnde par fuit vt vel quartam diei naturalis partem haberent integram: altera autem obseruatio fuit, ex traditione patrum, ne lunatio primi mensis, & proinde nec pascha, quod decimaquinta die primi mensis erat celebrandum, secunda, quarta vel sexta septimanæ celebraretur. De secũda septimanæ hanc affert causam, quod si in ea lunatio fixa fuisset, euenisset festũ expiationis (quod decima die mensis septimi erat celebrandum) in sexta septimana, atque ita cũ æque feriati in ipso atq; sabbatho oportebat, duo quieti dies særi, cõtinui incidissent, quod molestũ tanto fuisset populo. Similiter si Neomenia euenisset in quarta septimanæ, festum expiationis celebrandum fuisset prima septimanæ, atque iterum duo prima sabbatha coniuncta populum plus æquo grauassent. De sexta septimanæ aliam adfert rationẽ, nẽpe quod tũc septimus dies festi Tabernaculorum occurrisset die sabbathi. In hoc autem septimo die multa lætitiæ signa ostendebant, quæ die sabbathi facere nõ putabant licita, septies circumeundo altare cum palmarũ frondibus, in memoriam captæ Hiericho, & alia quædam id genus faciẽdo. præter hæc addit Burgensis, se supputatione temporum diligenti habita, quam & peritissimi Hebræorum, cum quibus scilicet eam contulerit, comprobarunt, deprehendisse, anno quo Christus passus fuit, coniũctionem luminarium, proximam æquinoctio vernali, secundum medium motum solis & lunæ, qui est inuariabilis, euenisse quinta septimanæ, hora decimanona, adiectis aliquot minutis. Ergo iuxta priorem obseruationem non potuit eo die statui Neomenia, quod non haberet quartam eius diei partem integram. Transferri igitur eam oportuit in sextam. Sed cum obstaret altera obseruatio Iudæorum, ne die sexto celebraretur, quod ita euenisset in sabbathum septimus tabernaculorũ dies, transtulerunt secundo eius anni primam Neomeniam, atque ex consequenti etiam Paschæ solennitatem, mimirum in sabbathum, idque ob traditionem patrum, quæ iam à restituto templo obtinuerat, quemadmodum refert quidam Iudæorum historiographus in libro Sedar Olam, his verbis: Sic statuerunt magistri nostri iudices Sanhedrin magni nominis in seculo. In domo sanctuarii secundi, cum extructa esset & consummata, tunc apparuit solium igneum perfectissimum, super quod sedebat rex mundi sublimis valde, stans inter porticum, & acceperunt coronam, apprehenderuntque sigillum reconditum, & sanxerunt, ordinauerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

runtque ſtatutum perpetuum, & traditum eſt in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis omnibus maior erat, & is ordinauit diem ſortium non obſeruari ſecundo, quarto, ſeptimo hebdomadæ die: neque Paſcha ſecundo, quarto, ſexto: neque diē retētionis tertio, quinto, ſeptimo: neque principium anni, ſecundo, quarto, ſexto: neque diē expiationis primo, tertio, ſexto in ęternum. Ex quibus omnibus duo ſunt manifeſta quæ propoſitæ difficultati ſolūendę ſufficiūt. Vnū, quod quandocunq; Paſchalis feſtiuitas incidit in feriam ſextam, tunc Iudæi eam feſtiuitatem publico more ex patrum traditione recepto trāsferebāt in diem ſabbathi ſequentem. Alterum, quod hoc anno quo Chriſtus paſſus eſt, paſchalis feſtiuitas inciderit in feriā ſextā, at q; ob id publico more, & omnibus iā obſeruari conſueto Paſcha tūc obſeruatū fuerit die ſabbatho. Sed quia mos hic à patribus contra legem Dei & propter ſequentes ſolennitates receptus erat, Chriſtꝰ qui legi patris ſui quā patrum traditionibus maluit obtemperare, ac etiam ſequentium ſolennitatum nullam debuit habere rationem, quas ſcilicet iam aboleri oportebat, paſcha ſuum celebrauit tempore ſecundum legem patris legitimo, nempe die ſexto, qui in veſpera quinti incipiebat, qua agnum ſuum paſchalem cum diſcipulis comedit. neq; ergo Chriſtus ſuum Paſcha anticipauit, neq; Iudæi illo peculiariter anno ipſū propter patrandam necem Domini diſtulerunt, ſed vtrique tempore quod eis iam pridem legitimum erat, illud obſeruarunt: Dominus quidem tempore legitimo ex lege Dei: Iudæi autē legitimo ex traditione patrum, atque ob id Ioannes de ſabbatho in quo Dominus quieuit in ſepulchro dicit, quod magnus fuit dies ille ſabbathi, nimirum quod in eo & paſchatis & ſabbathi celebritas conueniſſent, ſecundum obſeruationem Iudæorum. Hic iam ob ſeruanda diuina prouidentia, qua factū eſt vt per traditionem ſeniorū legis conſtitutioni ſuperadditam, eo anno quo Chriſtus erat immolādus, duplex Paſcha occurrerit, & duplex luna decimaquarta: vna vera, altera legitima ſecundùm patrum traditionem. Sic enim factum eſt, vt in prima Chriſtus ſacrificium adimpleret legale, & nouum inſtitueret, & in ſecunda ſe Deo in nouum offerret agnum paſchalem, diuerſiſque reſpectibus, & hinc veri agni immolatio typico reſponderet, & illine typici agni immolatio legitimè præcederet verum. Omnino enim conueniebat, vt priuſquam verus agnus immolaretur, typicus prius à Domino celebraretur, vt typo veritas ſuccederet: & tamen rurſus conueniebat, verum agnum decimaquarta luna etiam immolari, quo veritas figuræ reſponderet. Hæc autem duo ſimul eſſe non poterant, niſi concurrentibus prædicto modo duabus lunis decimiſquartis. Et quidē de decimaquarta luna, iuxta Chriſti numerationē loquuntur Matthæus, Marcus, & Lucas, cum aiunt poſt biduū fuiſſe Paſcha, & fuiſſe primum diem azymorum: Ioannes vero decimamquartam conſiderauit iuxta obſeruationem Iudæorum, cum dicit non introiiſſe prætorium vt Paſcha manducarent, & alia, quibus ſignificat paſchalem, feſtiuitatem incidiſſe in ſabbathum. Cum enim tres illi Enangeliſtæ magnam illius cœnæ fecerint mentionem, in qua cum ſuis edit agnum paſchalem, & inſtituit Euchariſtiam, merito illius lunæ decimæquartæ meminerunt, quæ erat iuxta veram ſupputationem, vt ostenderent Chriſtū in hoc legem obſeruaſſe: Ioannes vero, qui de cœna, tanquā ab aliis latius tractata, vnico verbo abſoluit dicendo, *Et cœna facta*; aliam iuxta receptam Iudęorum obſeruationem merito conſideraūit, ad excludendum duplicem obiectionē quę ex aliis Euangeliſtis fieri poterat. primum enim obiici poterat, quomodo ſi Chriſtus cū ſuis decimaquarta luna ad veſperam legitime agnum edit, Iudæi illum & cum illo duos etiam latrones ſequenti die crucifixerunt, & alia multa fecerunt quæ decimaquinta luna facere nefas erat, cū hæc illis fuerit dies feſtus, in quo nihil operis facere licebat? Neque enim ſufficiebat, dicere Iudæos odio Chriſti hæc feciſſe etiā decimaquinta luna, cū illi ſua facta per legem niterentur iuſtificare, & prætextu legis contemptę Chriſtū perſequerentur, vt omittamus etiam iuſtos hac die feciſſe, quæ feſto die facere illicitum erat, vt ſupra eſt dictū. Secūdo ex aliis Euangeliſtis dubitari poterat quomodo veritas ſuæ reſponderet figuræ, ſi, vt ex illis ſequitur, decimaquinta luna Chriſtus eſt immolatus. Ioannem enim qui de typico agno tacuit, oſtendere voluiſſe Chriſtum in cruce immolatum. verū fuiſſe agnum paſchalem, patet tū ex eo quod deſcripturus quo tēpore Chriſtus à Pilato ſit cruci adiudicatus, dixit: *Erat autem paraſceue Paſcha hora quaſi ſexta*: ſignificare volens, decimaquarta ad veſperam Dominum crucifixum, vt ex ſequentibus fiet manifeſtum, tum ex eo quod illud, *Os non comminuetis ex eo*, applicet Chriſto, cum ad literam dictum ſit de agno paſchali typico.

His præmiſſis, ad tractationem verborum Chriſti nunc eſt deueniendum, quibus prædixit ſuæ mortis tempus, dicens: *Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & filius*, &c. Et quidem quomodo vere dixerit in fine & veſpera vel nocte feriæ tertiæ poſt biduum fore paſcha, ſecundum veram ſcilicet decimæquartæ numerationem, patet ex prædictis. Quod autem dicit *Scitis*, indicat ipſum Apoſtolis ſuis prius indicaſſe quo tempore ſecundum legem paſcha celebrandum morem Chriſto fuiſſe conſuetum non ſecundum morem Iudęorum, ſed ſecundum exactam legis conſtitutionem Paſcha celebrare. Sic enim fieri potuit vt ſcirent poſt biduum fore Paſcha cum ſecundum Iudæorum obſeruationem non niſi poſt triduum eſſet futurum. Cum autem ſuperius ſuis prædixerit frequenter mortem ſuam & mortis genus, ſed & locum ſuæ mortis, nunc etiam prædicit ſuæ mortis tempus, vt nihil ſibi incognitū declararet, & omnino volūtariam ſibi ſuam mortem ſignificaret, ac proinde ſui admonerentur non offendi ipſius cruce. Bene autem ante biduū poius quam triduum aut quatriduum ſuam prædicit paſſionem, vt triduanæ reſurrectioni triduana reſponderet paſſio, & videntes apoſtoli verè ipſum prædixiſſe ſe crucifigendum tertio die, non dubitarent etiam vere prædixiſſe tertio ſe reſurrecturum die. Myſticè autem poſt biduum Paſcha fore prædicitur, quia poſt tempus ante legē, & tēpus ſub lege, verus agnus in cruce pro omniū ſalute immolandus erat. Cui accommodari non inepte poteſt illud Oſee: Viuificabit nos poſt duos dies. Porro cùm traditio Chriſti in ſcripturis tribuatur diuerſis (ſi quidem & pater dicitur illum tradidiſſe nobis & ipſe ſeipſum) hic cum dicitur, *& filius hominis tradetur, vt crucifigatur*; verisimile eſt Dominum loqui de traditione Iudæ, de qua mox ſubiicitur quomodo eum Iudæis Iudas promiſerit. De hac tamen traditione, quæ facta eſt poſt biduum, nempe in nocte ſequente feriā quintam, ſi eſt ſermo, coniunctio, *vt*, accipienda magis eſt conſecutiue, vt euentum ſignificet, quam vt finem denotet à Iuda traditore intentum. Poſſet tamen intelligi etiam de traditione Pilati, de qua infra dicitur cap. 27. *Tunc dimiſit illis Barabbam, Ieſum autem flagellis cæſum tradidit vt crucifigeretur*. Aut de traditione pontificū, de qua dicit Pilatus: *Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi*. Non ſimpliciter autem Dominus ſuā traditionē & paſſionem poſt biduum futuram prædixit, ſed Paſchæ mentionem ſimul intulit, tum vt ſignificaret ſe vetū eſſe paſchalem agnum qui in die paſchæ eſſet immolandus: tum vt ſignificaret ſuæ paſſioni eum diem delectum eſſe, quo ſui interfectores ipſum capere & occidere nolebant. Subiungit enim mox Matthæus, congregatos ſacerdotes & principes populi, definiiſſe Ieſum non occidendum ante capiendum in die feſto, veluti oſtendere volens, diem quem Dominus prædixerat, illos vi taſſe ſtudioſè, quo magis intelligeretur Dominū ab illis occiſum, non quando illi volebāt, ſed quādo ipſemet voluit.

TVNC CONGREGATI SVNT PRINCIPES SACERDOTVM, ET SENIORES POPVLI.] Congregationē hanc factam feria quarta, ſupra annotauimus ſignificaſſe & Marcū & Matthæum. Marcus quidem; dum poſtquam dixiſſet: *erat autem Paſcha poſt biduum*: ſubiungit, *Et quærebant ſummi ſacerdotes & ſcribæ quomodo eum dolo tenerent & occiderent*; quo ſignificat tunc eos iſtud quæſiſſe, cum iam fotet poſt biduum Paſcha. Matthæus vero, dum poſtquam introduxiſſet Dominum dicentum poſt biduum fore paſcha, mox intulit, *tunc congregati ſunt*, nimirum biduo ante Paſcha, hoc eſt, feria quarta. Hoc autem biduo toto, creditur valde veriſimiliter Chriſtus ſolito more non adiiſſe è Bethania Hieruſalem docendi gratia, ſed manſiſſe in Bethania vſque ad veſperam diei quintæ. Quod præter cauſas quibus ſolitus fuit Dominus ſe ſubtrahere ad tempus ſuis hoſtibus, nunc peculiariter ob id videri poteſt feciſſe, vt ne poſtquam dixerat ſuis ſe poſt biduum occidendum, prius adiret locum in quo erat occidendus, quam biduum illud impleri cœpiſſet, nec ante biduum hoſtibus ſuis & Iudæ daret occaſionē comprehendendi & tradendi ſe. Et ſic enim planè declarauit ſe quando voluit captum & occiſum. Cæterum Matthæus & Marcus ſua illa iam dicta narratione non tantum indicauerunt tempus huius cōſilii de occidendo Ieſu, ſed ſimul etiā, quemadmodum & Lucas, notauerunt ſummam ſacerdotū & ſcribarum impietatem, & cultus diuini cuius videri volebāt ſtudioſiſſimi, negligentiam, quod ſcilicet Paſchcali ſolennitate iam tam victima ad quam digne celebrandam ſeſe totos parare debuiſſent, inito conſilio toti in hoc eſſent, vt Ieſū, hoc eſt Saluatorem & comprehenderent, & occiderent. Tunc ergo (ait Matthæus) hoc eſt, biduo ante paſcha, hi qui maxime tunc circa religionem vacare debuiſſent, cum diebus hebdomadæ præcedentibus fruſtra propter metum plebis tentaſſent Ieſum palam comprehendere, & libera eius reprehenſione & notatione, ea maximè qua eos infectatus fuerat feria tertia grauiter eſſent contra ipſum irritati, nec viderent ipſum iam ſolito

A more conuenire in templum, congregati ſunt in atrium principis ſacerdotum, qui cum debuiſſet ex officio omnes ab iniuſta nece auocare, omniū ad hanc maximus fuit inſtigator. Hic ergo congregati conſilium fecerunt, hoc eſt, conſultauerunt, non de his quæ ad feſtiuitatem digne celebrandam pertinebant, ſed vt Ieſum dolo tenerent, hoc eſt, occulte & per inſidias comprehenderent, & comprehenſum occiderent. Iamdudum enim authore Caipha principe ſacerdotū cōcluſerant Ieſum interficiendum, vt ex Ioanne patuit, atque ex illo tempore quæſierunt eū in templo palam docentem comprehendere, vt ex prædictis item patet: verum cum propter populi erga Ieſum fauorem non auderent ipſum palam capere, concilio congregato rurſum, conſultauerunt iam, vt eum
B non palam & aperta vi, ſed dolo & occulte caperent. Cumque omnino iudicarent eum dolo capiendum, quærebant, vt Marcus habet, qua ratione & quo modo ipſum dolo comprehendere poſſent. Cauſam vero cur de hoc modo tam eſſent ſolicici, Lucas expreſſit, nimirum quia timebant plebem, quam videbant Ieſu fauentem propensè. Ob cuius etiam metum inter varia quæ ſecum agitabant conſilia, iudicabant in die feſto illum nec comprehendendum, nec occidendum, in quo ſcilicet magna hominum multitudo ex omnibus locis in Hieruſalem confluxerat, quā metuebant ne tumultu facto contra ſe exurgerēt, & Ieſum à manibus ſuis eriperent. Vnde dicebant, *Non in die feſto*, ſupple eum comprehendamus, & occidamus.
C Vbi notandum, per diem feſtum nō intelligi diem primam Paſchæ, qui feſtus erat & celebris Iudæis (nam in eo die Ieſum non occidendum conſultatione non indigebat, cum ſcirent id per legem nō licere) ſed tota ipſa feſtiuitas ſignificatur, quæ ſeptē conſtabat diebus, imo & dies qui adhuc reſtabant ante paſcha. Si enim propter metum tumultus popularis indicabant eum nō comprehendendum in diebus Paſchæ, ergo nec diebus qui tunc ante Paſcha reſtabant, cum iam maxima hominū multitudo ad feſtiuitatem celebrandam conueniſſet, vt ex Ioanne patuit. Dicentes ergo: *Non in die feſto*, non volebant ante feſtiuitatem necem eius accelerandam, ſed differendam quouſque inſtans feſtiuitas præteriiſſet, vt intelligit D. Chryſoſtom.
D Quod autem ſequitur: *Ne forte tumultus fieret in populo*, ab interprete noſtro ſic eſt verſum, quaſi ſint verba Euangeliſtę, nō ipſorum cōſultantium, quorum ſunt illa: *Non in die feſto*. Græca tamen etiam ſic verti poſſunt, vt etiam hæc ſint conſultantium verba. Nam pro, *fieret*, verti poteſt *fiat*, vt ſit ſenſus: Non faciamus in die feſto, ne tumultus fiat in populo cōtra nos. Vt vt eſt, declarat hęc pars principes ſacerdotum non ea quæ Dei ſunt timuiſſe, ne peccato in feſto tempore peracto maior eis inquinatio fieret, ſed vbique quæ humana ſunt cogitabant. Nam nec ſeditiones rurbarum fieri in ſolennitate metuebāt, ne populus peccaret, ſed ne
E Chriſtus euaderet, & malum aliquod à tumultuā te populo ipſis obueniret. Verum vt contra eorum deliberationem accidit diuina diſpoſitione, Chriſtum ab eis occidi in die feſto, propter duas cauſas ſuperius indicatas, nimirum vt & declararetur Chriſtus eſſe verus agnus paſchalis, & intelligeremus ipſum occiſum quando voluit, non quando illi voluerunt: ita & contra eorum metum accidit nullum fieri in populo pro Ieſu tumultum

Universidad de Deusto
Biblioteca

multum,sed potius contra ipsum talem fieri tumultum,qui causa fuit vt à pilato traderetur crucifigendus, alioqui ab ipso non tradendus. Nam, vt postea dicit Matthæus, cum pilatus videret quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret in populo, volens satisfacere populo, adiudicauit fieri petitionem eorum. Quod Dei permissiua ordinatione ita factum est, non solum vt instabilitas popularis fauoris declararetur, sed & vt totus Iudaicus populus iusto Dei iudicio reiiciendus, simul cum principibus necem Christi procurans, eadem cũ illis vltione iuste inuolueretur. Atque hæc, iam est tertia causa quare in die festo paschæ Christum à Iudæis occidi conueniebat, quando omnis Iudæorum multitudo in Hierusalem confluxerat. Cui & alia adiici potest, vt scilicet intelligeretur iuste Iudaicas festiuitates esse reiectas à Deo & abolitas, postquam præcipuam suam festiuitatem Iudaicus populus tam iniqua maculasset & prophanasset cæde, ob quam & meruerunt eodem tempore postea à Romanorum exercitu opprimi, & concludi intra sanguinariam ciuitatem, cũ ab eis extremam Deus per Romanos sumpturus esset vltionem, vt prius dictum est ex Iosepho. Porro in supradicto concilio contra Christũ congregato, tres hominum ordines congregatos ex Euangelistis licet colligere. Primum quidem principes sacerdotum. Qui autem hi fuerint, dictum est in ca. Cõcordiæ 9. nempe quod non solum qui in summo pontificatu sibi succedebãt, & aliquando pontifices fuissent, sed & illi 24. familiarum sacerdotalium principes, de quibus 1. para. 24. Cum enim singulariter fit mentio principis sacerdotũ aut pontificis, significatur is qui supremum inter omnes sacerdotes obtinebat locum, vt cum hic dicitur, in atrium principis sacerdotum: cum vero pluraliter, tunc significantur omnes illi prædicti. Secundo, huic concilio interfuerunt scribæ, vt habent Marcus & Lucas, sub quibus, vt & alias, pharisæi etiam comprehendũtur. Tertio vt Matthæus habet; interfuerunt & seniores populi, quos omnino verisimile est fuisse, illos quos Lucas vocat hoc loco magistratus, vt nos quidẽ legimus. Nam Græca habẽt στρατηγοὶς, quæ dictio propriè quidem significat duces exercitus. At Theophylactus, & post eum quidam, putat hic ea dictione significari ædituos & præfectos ædificiis templi. Si quidem Actuum quarto sic accipitur: cum dicitur: Superuenerunt sacerdotes & magistratus templi. Hic enim Græce est, ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ 8. Et cap. 5. de magistratu templi fit mentio. Verum hoc loco dictionem στρατηγοὶ simpliciter significare seniores populi, quique in populo aliquam obtinebant authoritatẽ, omnino apparet ex eo quod Lucas supra in fine cap. 19. principes plebis: & in principio ca. 20. seniores populi coniungit principibus sacerdotum & scribis, sicut hic illis coniungit magistratus. Pro principibus populi & ciuitatum præfectis, dictione στρατηγοὶ vsus est idem Lucas Act. 16. vbi Paulus & Silas dicuntur oblati magistratibus in Philippis, & ab illis iussi flagellis cædi. Significat enim ea dictio etiam ciuitatum præfectos, quanquam proprie significet duces exercitus. Itaque in concilio hoc contra Iesum collecti erant & qui sacris, & qui prophanis præerant, de quorum consilio sub typo Christi dixit Ieremias: Cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignũ in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Et Psalmista item in typo Christi: Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. *Hierem. 11* *Psal. 37*

cINTRAVIT AVTEM SATANAS IN IVDAM, QVI COGNOMINABATVR ISCARIOTES.] Post descriptam principum cõtra Iesum congregationem, Matthæus & Marcus instituare volentes occasionem pacti in illa congregatione initi à Iuda cum principibus Iudæorũ, subiungunt de oleo effuso super caput Domini in Bethania, quæ historia cùm sit per recapitulationem hic commemorata, vt suprà est ex Ioanne ostensum, suo loco superius est posita. Post hanc ergo historiam interpositam per recapitulationem propter dictam causam, redeunt ad ordinem gestorum in hac feria quarta, quem ordinem Lucas seruauit sine alicuius historiæ cõmemoratione, quæ Iudæ fuit occasio prodendi Dominum. Omisisse enim ob id videri potest illam historiam, quòd alicubi cuiusdam similis vnctionis ab eadem facta muliere fecisset mentionẽ. Proinde cum Matthæus post illam historiam subiungit: *Tunc abiit vnus de duodecim*, &c. non debet aduerbium, *tunc*, intelligi demonstrare tempus quo gesta sunt quæ mox præcedunt, vt significetur Iudam illo die abiisse quo facta est vnctio: sed potius tempus de quo imprimis narrare inceperat, quando scilicet congregati erant principes sacerdotum. Vt sit sensus: *Tunc abiit*, hoc est, postquam facta erat illa vnctio quam indignè ferebant discipuli, sed maximè Iudas, tunc cum congregati essent biduo ante Pascha principes Iudæorum, accessit ad eos. Constat ergo feria quarta Iudam cum Iudæis pepigisse de tradendo Iesu, ob quod pactum, & simul consilium Iudæorum de occidendo Iesu habitum hoc die, Ecclesia primitiua ieiunare solebat feriis quartis, sicut & feriis sextis, eo quod tunc passus fuerit Dominus, vt testatur D. Augu. Epist. 86. quæ est ad Casulanum. Porro Lucas hic peculiariter dicit de Iuda, quod intrauerit in eum Satanas, quod proculdubio non sic est accipiendum, quasi insanierit cum fecerit, & corpus eius agitauerit, quemadmodum eos quos dæmoniacos dicimus: sed intrasse in eum dicitur, quòd illo aditum præbente, potestatem in illum acceperit, ac veluti possederit ad nouum quoddam facinus per illum tanquam seruum & instrumentum suum perficiendum. Iam enim etiam prius seruus erat diaboli, quia, vt dicit Ioannes, fur erat, & de iis quæ mittebantur semper aliquid suffurabatur, sed quia nunc ad nouum facinus perficiendum per ipsum, diabolus in ipsum accepit potestatem, ideo nunc intrasse in illum dicitur: sicut viri iusti qui prius habuerunt spiritum sanctum, dicuntur replerì spiritu sancto, aut spiritus sanctus venisse in eos, quãdo ad nouũ aliquem affectum operandum eos inuadit & mouet. Nõ obstat ergo huic dicto Lucę, quòd Ioannes post bucellam in nouissima cœna dicit satanam introiisse in Iudam. Nam & nunc introiuit & tunc. Nunc quidem introiuit, quia ad paciscendum cum Iudæis de tradendo Iesu eum mouit. tunc verò, quia ad traditionẽ promissam perficiendam per ipsum, potestatem in illum accepit. Non accepisset autem, nisi ille veluti ostio cordis aperto, potestatem ingrediendi & possidendi se fecisset. Cum enim conceptam ex effuso vnguento indignationẽ, per Christi salutarẽ admonitionẽ & rationabilem defensionem nõ deponeret, sed diebus multis sequentibus eam in corde suo foueret, nec vinceretur aut familiaritate Christi humanissima, aut suauitate doctrinæ eius, illo occasionem præbente, & Deo iusto suo iudicio permittente, factum est, vt diabolus qui prius tantum veluti foris stans suggerebat proditionem magistri, illum ingrederetur, hoc est, possideret, eiq; dominaretur, captiuum eum ducens secũdum suam voluntatem, ad paciscendum cum Iudæis de tradendo suo domino. Simili locutionis genere & Petrus dicit Ananiæ in Actis: Anania, cur implevit Satanas cor tuum, vt mentireris spiritui sancto? Sic enim habẽt Græca, pro eo quod nos legimus, Cur tẽtauit Satanas cor tuũ mentiri spiritui sancto? Quẽ locum & simul præsentẽ locũ tractans Didymus libr. 3. de spiritu sancto, ostendit aliter Satanã ingredi & implere cor hominis, & aliter spiritũ sanctũ. Nam, vt libris illis de spiritu sancto docet, animam vel mẽtem hominis nulla creatura implere vel ingredi iuxta suam substantiam potest, sed sola trinitas, vnde hinc probat spiritus sancti diuinitatem, quod totiens in scripturis homines dicantur repleti spiritu sancto. Contra quod obiiciens primum locum illum ex Actis, ac deinde locũ hunc quo dicitur Satanas intrasse in Iudam, sic respondet ad secundã obiectionem, tractans hunc locum: Ad id, inquit, quod secundum posueramus exemplum, quia in Iudam introiisset Satanas, hoc dicendum est, Obseruans diabolus quibusdam motibus & operationũ signis, ad quæ potissimum vitia Iudæ cor esset proclivius, deprehendit eum patere insidiis auaritiæ, & reperta cupiditatis ianua, misit in mentem eius quomodo desideratam pecuniam acciperet, & per occasionem lucri, proditor magistri & saluatoris sui existeret, argentum pro pietate commutans, & sũ sipiens pretiũ sceleris à Pharisæis atque Iudæis. Hæc ergo cogitationis occasio locum tribuit satanæ, vt in cor eius introiens impleret eum pessima voluntate. Introiuit ergo non secundum substantiam, sed secundum operationem, quia introire in aliquem, increatæ naturæ est eius, quæ participetur à pluribus. Hæc ille, interprete D. Hieronymo. Addunt autẽ omnes Euangelistæ Iudæ cognomen, Iscariotes, ad distinctionem eius ab alio Iuda Apostolo, quanquã & videri possit additum ab eis, quod nomen illud dei de qua sunt dicturi cõueniret, sonat enim mercedem. Addunt item ipsum fuisse vnum ex duodecim, ad exaggerationẽ impietatis ipsius, quod nõ tantum esset ex discipulis Christi, etiam ipsi familiaribus, sed etiam ex primo discipulorum choro. Idem tamen etiam potest videri additum ad significandam personam hanc fuisse idoneam, quæ occultè & sine turbis Christum prodere posset. Ad hoc enim nemo magis idoneus quàm aliquis è numero eorum qui summa cum Domino familiaritate iungebantur, quos non fallebat, quo se solitus esset conferre. Bene autem Matthæus & Marcus dicunt eum abiisse, quia non coactus non inuitatus, sed sponte sceleratum iniit consilium, separans sese à sancto Christi & apostolorum consortio. Sciuit pontifices & Phariseos dedisse mandatum, vt si quis cognosceret vbi esset Iesus, indicaret, vt apprehenderent eum. sicut scribit Ioannes capite vndecimo: aduertere item satis potuit illos diebus tribus iã præcedentibus quæsisse & cupiuisse comprehendere Iesum, sed nõ ausos ob turbas. Itaque die qua Dominus in Bethania remansit, ipse in Hierusalem concedens negotii alicuius prætextu, vel etiam à Domino ob negotiũ aliquod missus, cum intelligeret in atrium pontificis principes Iudæorum congregatos, ac facilè diuinaret, qua de causa illuc conuenissent, ingressus est ad eos, vt proderet eum illis. Cumque demodo comprehẽdi Iesum sine turbis principes in concilio essent soliciti, vt suprà dictum est, ipse cum eis locutus est de modo quo traderet eum ipsis. Locutus est enim, inquit Lucas, quemadmodũ illum traderet illis. Et quidem summa Iudæ ingratitudo, & efficax auaritiæ eius malum in eo declaratur, quod cum à quo non solum nunquam fuit lesus, sed aliquot iam annis multis affectus beneficiis, tradere impiis Iudæis non vereretur, ac damnum effusi vnguenti, etiam magistri pretio recompensare non dubitaret: sed rursum in hoc declaratur quàm potens in ipso fuerit auaritia, quòd pretium venditor in mentium reliquerit voluntate. Dixit enim: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Infœlix, inquit D. Hieronymus, Iudas, damnum quod ex effusione vnguenti se fecisse credebat, vult magistri pretio compensare. Nec certam tamen postulat summam, vt saltẽ lucrosa videretur proditio, sed quasi vile tradens mancipium, in potestate mentium posuit quãtum vellent dare. Hæc ille. Quanquam autem Euangelistæ factum Iudæ simpliciter describant, prætermissis his quæ apud principes prætexuit, quemadmodum & alias facere solent, tamen rationi consentaneum est Iudam apud principes quibusdam modis proditionem sui domini ad quam se offerebat, palliasse, vt scilicet dixerit se scandalizatum in magistro suo: & cum hactenus putauerit illum fuisse virum spiritualem, nunc deposuisse bonam illam de ipso opinionem, quod vidisset ipsum tam delicatum vt vnguento pretiosissimo fuerit se à muliere perungi, non tantum in capite, sed etiam in pedibus. Naturale siquidem est hominibus, suo aliquo calore palliare propriæ iniquitatis factum, quod nisi iam feci sset Iudas, non potuisset facile principibus facere fidem, promittendo proditionem sui magistri & domini. Itaque cum hac vel alia quauis ratione audirent ipsum male loquentem de suo domino, seseque offerentem ad desideratam sibi traditionẽ, sed sub pretio, gauisi sunt quod præter expectationem inuenissent quendã valde idoneum sceleri perficiendo, & quando quidem in ipsorum manu Iudas reliquerat pretium traditionis decernete, constituerũt ei tringinta argenteos, promittentes se pecuniam illi daturos, postquam promissam traditionem adimpleuisset. Ipse vero tantula mercede contentus, & tam paruum lucrum clarius habẽs quam dominũ suum mitissimum & benignissimum, spopondit se factum quod desiderabant. Atq; ex eo tempore auidus & inhians promissæ pecuniæ, captabat opportunitatem prodendi Iesum, idque vt Lucas habet, sine turbis, hoc est, quando ei non adessent turbæ. Ita enim desiderabant principes, vt occulte traderetur, quemadmodum & factum est. Quanquam autem principes etiam decreuissent non in die festo Iesum capiendum, tamen oblata tam commoda traditoris occasione, mutata sententia, illa vti quouis etiam tempore decreuerunt. Porro Iulus Matthæus expressit quantitatẽ pecuniæ quæ traditori promissa fuit, nempe triginta argenteos, idque

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ ideo quod postea ostensurus erat pretiũ hoc
à propheta fuisse prædictum, qui ipsi proprius est
mos, vt vaticinia Prophetarum, factis à Christo
vel circa Christum accommodet, quòd Hebræis
Hebraicè suum scripserit Euangelium. Vt autem
sciatur quantum fuerit istud pretium, & quid sit
argẽteus, aduertendum imprimis quòd dictio, ar-
genteus, substantiuè accepta dicitur de omni nũ-
mo argenteo. Vnde Actuum decimonono ponitur
pro denario. Nam pro eo quod nos legimus, inue-
nerunt pecuniam denariorum quinquaginta mi-
lium, Græca pro denariorum habent ἀργυρᾶ μύ, id est,
argenteorum vel argenti, putatque quidam verti
posse, quinquagies mille nummum. Nam &
nummus, hoc est, sestertius, erat argenteum nu-
misma. At hac ratione quadruplo minor fit sum-
ma, vt & Budæus annotauit, quòd nummus &
sestertius quarta fit pars denarij. Argenteos ta-
men, quorum hic fit mentio, nõ est probabile fuis-
se denarios, sed siclos, qui & ipsi fuerunt numi
argentei. Familiare enim est Hebræis per argen-
teos intelligere siclos, & aliquando quidem di-
cunt tantùm siclos, aliquando tantum argẽteos,
aliquando verò siclos argenti, cùm idem tamen
semper significetur. Quod clarè cognosci potest
ex eo quod habetur 2. Regũ 18. vbi Ioab de Abs
lone ita loquitur: Si vidisti, quare non confodi-
sti eum cum terra, & ego dedissem tibi argenti si-
clos, & baltheum? Qui dixit ad Ioab: Si appende-
res in manibus meis mille argẽteos, nequa quam
mitterem manum meam in filium regis. Hic vtro
bique & pro argenti siclos, & pro argenteos, He-
bræis est Ceseph, quod argẽtum significat. Septua
ginta vero vtrobique habent χίλιας ἀργυρᾶς, id est,
siclos argenti. Iosephus autem vtrobique habet,
siclos. Hinc ergo facile est agnoscere argenteos
in scripturis vsurpari pro siclis. Quod & ex Hie-
ronymo est manifestum, qui in commentariis su-
per illud Isaiæ 7. mille vites mille argenteis, signi-
fie at in dictione, argenteis, subaudiendum siclis.
Et in illud Hiere. 32. scribens: Appendi ei argen-
tum septem stateres, & decem argenteos, nequis
putet per stateres, id est, siclos (quemadmodum hic
habent Hebræa) & argenteos, diuersa numismata
intelligenda, interpretatur significari agrum em
ptum decem & septem siclis. Emit, inquit Pro-
pheta, agrum decem & septem siclis. Cùm autem
suprà in capitulo Concordiæ 69. ex Hieronymi &
Iosephi sententia ostensum sit siclum & stateren
esse semũciam, & valere quatuor drachmas Attí-
cas, facile constare potest quanti ære nostro æsti-
matus sit & emptus Dominus noster, nẽpe quin-
decim florenis argenteis quos *Daelders* dicimus,
quibus probabile est potuisse emi agrum in sepul-
turam peregrinorum, non autem triginta argen-
teis denariis, qui secundum Budæum tantùm tres
faciunt coronatos, secundùm Senalem verò pau-
lò amplius. Cæterùm scribit Budæus hodie in æde
diui Ioannis Lateranensis Parisiis ostendi argen-
teum vnum, qui ex illis triginta esse dicatur, quos
Iudas in templum abiecit, habentem characterẽ
diuersum à denario Romano. Habet enim effigi-
em hominis non luscam eminente altera mala, vt
Romana numismata visuntur, sed aduersam &
integram, & à tergo flosculum vtrinque sine indi-
ce, cuius pondus, quantum coniicere potuit, dicit
fuisse didrachmum. Tales argẽtei si fuerint hi qui-
bus Dominus est venditus, summa triginta argẽ-

A teorum dimidio minor erit quam dictum est,
nimirum septem floreni argentei & semis. Sane
Septuaginta interpretes nonnunquam cùm He-
bræa habent Secel, id est, siclum, aut Ceseph, ver-
tunt didrachmum, vt Genes. 20. vbi legimus: Ece
mille argenteos dedi fratri tuo: Septuaginta ha-
bent χιλία δίδραχμα, id est, mille didrachma, cum
Hebræis sit Ceseph. Et ca. 23. vbi legimus Abrahã
emisse agrum in sepulturam quadringentos siclos
argenti, Septuaginta habent, quadringẽta didra-
chma. Et Exodi 30. vbi legimus: Hoc dabit omnis
qui trãsit ad numerum sicli, iuxta mensuram tem-
pli. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli
offeretur Domino, Septuaginta semper habent di-
drachmum pro sicelo. Iam si vera est sentẽtia quo-
B rundam, qui putant siclum sanctuarii fuisse du-
plum ad siclum communem, & siclum sanctua-
rii habuisse obolos viginti, vel quatuor Atticas
drachmas, siclum verò communem decem obo-
los aut duas draachmas, cõstare potest argẽteos
hos quibus Dominus fuit venditus, fuisse didra-
chma, vt præ se fert nũmus ille qui Parisiis exhibe
tur. Ex his patet erasse Nicolaũ, qui putat vnum-
quemque horum triginta argenteorum valuisse de
cem denarios vsuales, ac proinde triginta dena-
rios valuisse trecentos denarios, sicque Iudam re-
cuperasse totum pretium vnguenti, ex cuius effu
sione dolebat sibi lucrum periisse. Similiter erasse
patet qui putant argenteum idem esse quod dena
rium, ac præsupponentes Iudam solitum decimã
C nummum suffurari, per acceptos triginta argẽteos
ostendunt ipsum sibi recuperasse damnum quod
ex trecentis denariis sibi periisse crediderat. Tri-
ginta enim sunt decima pars trecentorum. Porro
istius venditionis Christi figura fuit & typus ven-
ditio Ioseph, qui tamen tertia parte minoris fuit
venditus. Malè enim Genes. 37. legitur de Ioseph
in quibusdam libris: Vendiderunt eum Ismaelitis
triginta argenteis, cum legendum sit, viginti ar-
genteis, vt habent Hebræa & Latini codices emen
datiores. Scriptor enim aliquis, quò figura veri-
tati responderet magis, ex viginti argenteis fecit
triginta argenteis, appositâ scilicet litera x. quę
denarium notat. At typum non per omnia figura-
to respondere est necesse, & Christum Dominum
pluris æstimari conueniebat quàm ipsius figuram,
quanquam fieri possit quod Ismaelitę denuo ven-
D dentes Ioseph in Ægypto Putiphari eunucho Pha
raonis, plus acceperint, & fortasse triginta. Non
minus depraua te, imo magis, legitur pretium Io-
seph expressum apud Septuaginta, qui habent εἴκοσι
σὶ χρυσᾶς, id est, viginti aureis, cum Hebræis sit
Ceseph, id est, argenteis. Non enim, inquit Hie-
ronymus, poterat seruus pretiosior esse quam do
minus. Verum septuaginta aut quispiam depraua
tor eorum, quo tanti patriachæ pretium maius
faceret, pro argenteis scripsit aureis, quemadmo-
dum & Gene. 45. cum dicitur Ioseph dedisse Ben
iamin trecẽtos argentos, apud Septuaginta legi-
E tur τριακοσίους χρυσοῦς, id est, trecẽtos aureos. Sic &
Iosephus in commendationem, vt est verisimile,
tanti patriarchę, viginti minis dicit venditum Io-
seph. Ambrosius lib. de Ioseph patriarcha cap. 3. re
statur alicubi legi Ioseph emptum viginti, alibi vi-
gintiquinque aureis, alibi triginta aureis vel ar-
genteis. Vera autem, vt dictum est, lectio habet
viginti argenteis eũ fuisse venditũ, qui faciunt de-
cem florenos tales, quales vulgo *Daelders* dicimus.

Restat

Restat nunc ostendere quomodo huius venditio-
nis Christi, nec eius solum, sed & huius consilii
quod modo habitũ dicitur cõtra Christũ, præces-
serit in Ioseph figura. Itaque sicut Ioseph patri di
lectissimus, ad fratres abiit, inuisens eos, & illi nõ
sunt reueriti neque fraternitatem neque aduent'
causam, neque patris dolorem, sed statim eo con-
specto, cogitauerunt & decreuerunt eum occidè-
re, quod quanquam suis manibus non perfece-
rint, tamen voluntate perfecerunt, dũ primũ qui
dem eum in lacum deiecerunt vt fame ibi periret:
ac deinde tunicam polymitam qua exuerunt illũ,
in sanguine mactati pro ipso hœdi tingentes, pa-
tri miserunt, persuadere illi volentes occisum il-
lius filium, & deuoratum: ita & Christus dilectis-
B simus Deo patri filius, missus ab eo venit in hunc
mundum inuisens humanũ genus, & potissimũ
Iudæos fratres suos. At illi nec Dei communis pa
tris metu, nec fraternitatis iure, nec aduentus cau
sa ab impietate sunt reuocati, sed mox vt eum ex
tunica sua polymita, hoc est, varietate miraculo-
rum, agnoscere cœperunt, ex inuidia (qua contra
eum concitati sunt, tum quod eorum vitia redar-
gueret, tum quod viderent ipsum longè se præce
lere, & magnifica illum de se prædicantem audi-
rent) cœperunt mox de illo occidendo consulta-
re, quemadmodum & nunc fecisse dicuntur. Nec
tantum consultauerunt, sed etiam opere adimple
uerunt, interficientes eum per crucem. Non enim
C potuit hic in figura omnino similiter præcessisse,
sicut in veritate ipsa postea accidit. Nam si à fra-
tribus suis Ioseph occisus fuisset, non potuisset
deinceps figuram gessisse eorum quę post crucem
& mortem Christi erant futura. Mortem tamen
Christi pulchre præfigurabat intinctio vestis in
sanguine occisi hœdi, qua patri persuasum vole-
bant filium occisum. Eo enim significatum est Iu-
dæos non potuisse occidere id quod in Christo e-
rat præcipuum, diuinitatem nimirum, sed tantum
corpus, quod veluti vestis erat diuinitatis, & ve
stis polymita, variis scilicet donis & miraculis ful
gens. Quo corpore in cruce conspersо sanguine
hœdi, atque in similitudinem carnis peccatricis
occisо, omnibus persuadere conati sunt, non vi
D uere Christum, qui tamen post multas afflictio-
nes hic perpessas meruit exaltari à patre, & secũ-
dum obtinere in cœlis locum, regnans glorioso
apud gentes, quod significabat regnum Ioseph
in Ægypto. Sic & cum Abraham iussus immolare
dilectissimum & vnigenitum filium Isaac, illo li-
berato immolauit arietem; significatum est hu-
manitatem tantum Christi à Iudæis occidendam,
saluo manente quod in ipso erat præcipuum.
Iam sicut Ioseph autore Iuda fratre ipsius, vno
ex duodecim, venditus est viginti argenteis Is-
mahelitis mercatoribus, & ab illis rursum endi-
tus in Ægyptum: ita Christus à Iuda vno ex duo-
decim quos fratres suos peculiariter vocabat, tri-
ginta argenteis venditus est Iudæis, quos per Is-
mahelem carnalem filium Abrahæ significatos,
sicut fideles per Isaac, ostendit diuus Paulus ad
Galatas quarto, explicans allegoriam Agar & Sa-
ræ, Ismahel & Isaac. Ab his autem viris Ismaheli-
tis, infœlicibus mercatoribus, Christus denuo
vulgat venditus est in Ægyptũ, dum illum Iudæi
à se ablegantes, reliquerunt gentibus, apud quos
regnans, eisque prouidens ne desit apud eos pa-
nis, tandem agnoscetur, & adorabitur à fratrib⁹
A suis Iudæis, quando & illi post fidem gentium a-
gnoscentes suam inopiam, descẽdent in Ægyptũ,
hoc est, Ecclesiam gentium. Cum enim intrauerit
plenitudo gentium, tũc, teste Paulo, etiam omnis
Israel saluus fiet. Quod & in historia quæ de Io-
seph est, præfiguratum est. Et hæc quidem de figu
ra illa veteris historiæ ptęsenti loco maximè con-
ueniẽte. Cæterum quod ad moralem pertinet do
trinã, sicut in Iudæis nihil prætermittẽtibus quo
Christum, cuius gloriæ inuidebant, occidere pos-
sent, obseruare licet quantum sit inuidiæ malum:
ita in Iuda obseruandum quantum sit malũ auа-
ritiæ, & quo hominem perducat, vt quod etiam v-
num ex Apostolorũ collegio eo pertraxerit, vt ob
frustrationem pauxilli lucri, eiusque iniusti, nõ ve
ritus sit eum prodere paruo pretio. cuius iã mul-
tis annis & benignitatem & potẽtiam fuit expер-
tus, nec à tanto facinore abstrahi potuerit vel me
tu, vel iustitiæ consideratione, vel consuetudinis
iure, vel honoris prærogatiua, vel denique magi-
stri sui & domini blãda benignitate. Amore enim
pecuniæ, ait Leo ille ter sanctus dictus, vilis est om
nis affectio, & anima lucri cupida, etiã pro exiguo
perire non metuit nullumque est iustitiæ in illo
corde vestigium, in quo sibi auaritia fecit habita-
culum. Vnde Sapiens Ecclesiast. 10. non dubitauit
dicere: auaro nihil est sceleстius. Et subiecit: Nihil
est iniquius quam amare pecuniam, hic enim &
C animam suam venalem habet, quoniam in vita
sua proiecit intima sua. Sane istud quàm vere sit
dictum, patet in Iuda hoc ipso tempore, qui non so-
lum animam suam, sed etiam dominum suum,
quem chariorem propria anima habere debuis-
set, venalem habuit: & alioqui quomodo singu-
lari ratione animam suam etiam venalem habue
rit, proiecerit quę intima sua, in sequentibus
historia declarat. Imitantur autem Iudæ prodi-
toris impietatem, quotquot pro temporali ali-
quo lucro consequendo, iustitiam deserunt, fal-
sum testimonium dicunt, contra veritatem scien
ter iudicium proferũt. Rursum qui Ecclesiasti-
ca beneficia vel sacramenta vendunt, de qualti-
bus dicitur Michææ tertio: Principes eius in mu-
D neribus iudicabant, & sacerdotes eius in merce-
de docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuina
bant. Maximè autem Iudæ similes sunt qui sermo
nem Euangelicum & verbum Dei, quod est
Christus, produnt, pecuniæ studio corrupti,
quales al quot futuros, facto Iudæ veluti imagine
quadam significatũ est, & hoc facinus profectu-
rum ab iis qui consciij videntur arcanorũ domini
sui, vtpote in scripturis sanctis diu multũq; versa-
ti, quas tamen perperam interpretando prodant
magistratibus & magnatibus, nihil aliud captanti
bus quam exitiũ veritatis Euangelicæ diu receptę,
firmiterque fundatæ, quemadmodũ à plerisque
hæreticis factum experientia docuit, maximè ab
E hæreticis nostri temporis, qui in gratiam princi-
pum suorum, scripturas ita interpretantur, vt ma
xime illis gratũ fore opinantur. Iam autẽ in Chri-
sto obseruandum exemplum & summæ dignatio
nis, & maximæ patientiæ, quod tam vili dignatus
sit se æstimari is qui erat magnum illud pretium,
quo vniuersum genus humanum erat emendũ &
redimendũ: quodque etiam ab eo qui erat fami-
liarissimus, se tantula mercede prodi non est de-
dignatus, quem & post proditionis pactum sibi
non incognitũ, in arctissimo illo suo conuictu be-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nignè tolerare non est grauatus, vt hinc discamus nec indignati cùm vilipendimur à mundo: nec benignitatè deponere, cùm quosdā ingratos pati cogimur, malum reddentes pro bono. Cæterùm hoc ipso quod vēdi viliter dignatus est Dominus noster, meruit fieri pretiū nostræ redemptionis. Sicut factus sub lege liberauit legi obnoxios à lege, & per lignū crucis factus pro nobis maledictū à maledictione quæ à ligno erat nos exemit: itaue nundatus meruit pretiū fieri, quo nos qui venūdati eramus sub peccato & ira Dei, redimeremur. Itaque eius vēditio non tantū indiciū exhibet dignationis ipsius, sed etiam mysteriū in se continet nostræ redēptionis. Notandū autē quod ad pretium vēditionis Christi attinet, Exodi 21. præceptū fuisse, vt pro seruo aut ancilla à bouc cornupeta occiso, domino serui soluantur etiā triginta sicli argēti. Tanti ergo sibi ad mortem tradendum emetūt Dominum Iudęi, quanti seruū occisum redimere solent. Tanti emerunt innocentis vitam, quāti vilis serui solent redimere mortē. Apparet autem ex illo Exodi loco cōmune pretium emēdi serui fuisse triginta siclorū. Itaque tanti venditus est Dominus omnium qui pro nobis serui formam accepit, quanti emi solent vulgares serui. Et videri potest Dominum ad id respexisse, cùm apud prophetam per ironiam decorum pretium dixit quo appretiatus est à suis, nempe quod non pluris sit æstimatus quàm vilis seruus quispiam. Eodem pretio Ptolomæus Philadelphus iussit manumitti Iudæos seruos qui erant in Ægypto, persoluto scilicet pretio drachmarum centum viginti pro singulis capitibus, vt est videre apud Iosephum libr. antiquitatum 12. Centum enim & viginti drachmæ conficiunt triginta argenteos. Nam argēteus valet quatuor drachmas.

A

B

PARATVR AGNVS PASCHALIS, Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. CAPVT CXXIX.

† a prima autem. 4 a dicentibus eis discipuli ‖ f. o, vbi † a comedere * Et † b dicit ali 4 c. o. amphoram ‖ c. o. portans † a ei c. o dominо domus a b. o. refectio mea ‖ c. o ostendit vobis † e. o. magnum a c. o ibi ‖ e. Eūtes autem † c. dixit a a. discumbebat cum duodecim discipulis suis.

† a primo die azymorum, [b] quando Pascha immolabant, [c] misit Petrū & Ioannē dicens: Euntes [c] parate nobis Pascha, vt manducemus. [a] Accesserunt discipuli ad Iesum. [d] At illi dixerūt [b] ei: ‖ Quò vis [b] eamus: & [d] paremus [e] tibi † vt manduces Pascha? [a] At Iesus [b] misit duos ex discipulis suis, & † [d] dixit [b] ad eos, [c] Ite in ciuitatem [a] ad quendam, [b] & [c] ecce introcūtibus vobis in ciuitatē [b] occurret vobis homo ▵ lagenam aquæ ‖ baiulans: sequimini eum in domum in quā intrat, [b] & quocunque introierit dicite † patrifamilias domus: [b] Quia magister dicit [c] tibi, Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis, [b] vbi est ▵ diuersorium vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ‖ vobis demonstrabit cœnaculum † grande stratum, & illic parate [b] nobis. [b] ‖ Et abierunt [b] discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut † dixerat illis [a], & fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, [d] & parauerunt Pascha. [c] Vespere autem facto [b] venit cum duodecim. [c] Et cùm facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo.

VENIT AVTEM DIES AZYMORVM IN QVA NECESSE ERAT OCCIDI PASCHA.] Describi iam incipiunt gesta feriæ quintæ, in cuius vespera & Græci & Latini cōsentiunt Dominum edisse agnū paschalem, quod id apertissimè testentur Euangelia: sed in hoc discrepant, quod Græci, vt suprà est dictū, putent Dominum Pascha edisse luna decimatertia, Latini verò decimaquarta, vnde inter græcos & Latinos nata est contentio de materia Eucharistiæ, Græcis assērentibus debere esse fermentatū panē, quod talē putent fuisse in mensa, cùm institueretur eucharistia, quia ante vesperam lunæ decimęquartę non auferebatur fermentū è domibus Iudęorum. At horū sententia, vt dictū est, satis refellitur hoc loco ex verbis Lucæ & Marci, quorū ille dicit de hac feria quinta, quod in ea necesse erat occidi pascha; iste verò quòd tunc pascha immolabāt. Quibus significatur legitimū fuisse vt tunc Pascha immolaretur, ac proinde fuisse lunam decimāquartam, in qua necesse erat occidi Pascha, hoc est, agnū paschalem. Sic enim semper accipitur hoc capite. Quæstio tamē hic noua oritur, quomodo decimaquarta luna vocetur à Matthæo & Marco dies azymorū primus, & quomodo Lucas dicat tū venisse diē azymorū. Nam inter septē azymorum dies Exo. 12. Leuitici 23. & Num. 28. primus semper dicitur luna decimaquinta. Sic enim dicitur Exodi 12. Septem diebus azyma comedetis, in die primo non erit fermentū in domibus vestris. Qui cumq; comederit fermentatum, perbibit anima illa de Israel, à primo die vsq; ad septimū. Dies prima erit sancta & solēnis, &c. Certum est autē lunam decimamquartam non fuisse solennē, sed decimāquintam, hæc ergo ibi & aliis similiter locis vocatur primus dies azymorū. Et quidā sunt qui etiā hic lunam decimamquintā dicant vocari primū diē azymorū, dicentes primū azymorū diem auspicandum à vespera lunę decimæquartæ, qua vespera Dominus agnū paschalē comedit. At insufficiens est hęc respōsio. Nā quāquā in vespera lunæ decimæ quartæ, quæ rectè possit coniungi cùm luna decimaquinta. Christus ederit agnū paschalem: tamen non est verisimile in vespera illa missos Apostolos è Bethania in Hierusalem ad parandum pascha, cùm ad illud parandū multū temporis requireretur, atque de Christo dicatur, quòd vespere facto venit cū duodecim. Verisimile ergo in principio diei præmissos qui pararēt pascha, aut saltē circa meridiem. Proinde D. Chrysostomus primā diē azymorū hic apud Matthæū & Marcū dicit vocari eam diē quę erat ante azyma, et in illo: *Venit dies azymorum*; vult verbum, *venit* positum pro eo quod est, prope & in iannis erat, quia, ait Euthymius eius sectator, dictio, *venit*, significat etiam imminebat, instabat: & hoc nūc vsus est significato, vt significetur tunc cùm missi fuerunt Apostoli, institisse & propinquum fuisse diē azymorum, vt qui in vespera erat auspicandus. etiam secundum Chrysostomum quanquā posteriores plerique Græci dissentiant. Verùm hæc explicatio verborum Euangelicorum nimis videtur coacta, quare rectius pro propositæ quæstionis solutione dicetur dupliciter in scripturis diem aliquem dici primam azymorum. Aliquando enim vt semper in veteri testamēto, dies prima azymorum

C

D

rū dicitur luna decimaquinta: aliquando verò, vt hoc loco, dies prima azymorū dicitur luna decimaquarta. Cuius diuersitatis hęc est ratio, quòd
Leuit. 23 secūdū legis dispositionē dies festiui incipiebant à vespera, iuxta illud Leuitici, A vespera vsq; in vesperam celebrabitis sabbatha vestra. At communi reputatione dies naturalis apud Iudæos cœpit à
Gen. 1. tēpore matutino, ita vt vespera sequens diē artificialem esset diei naturalis pars, iuxta illud Genesis: Et factū est vespere & mane, dies vnus. Cuius loci clarior est sensus apud Hebræos, qui habēt: Et factū est vespere, & factū est mane dies vnus, hoc est, cū semel aduenisset vespera, & deinde successisset mane, tūc cōpletus fuit dies vnus. A mane ergo dies cœpit exordiū, vnde à mane suas cōputabāt horas Iudæi. Itaq; quatenus vespera lunæ decimæquartæ pertinebat secūdū legis dispositionē ad lunā decimāquintam, ea ratione, illa luna dicitur maximè primus dies azymorū. Quatenus vero cōmuni reputatione, vespera illa in qua cœperunt edere azyma, pertinebat ad diem præcedētem, ea ratione rectè hic Euangelistæ lunam decimamquartā vocauerūt diem, & primū diem azymorum. Sic enim & Exodi 12. dicitur: Quartadecima die mensis ad vesperā comedetis azyma. Hic enim etiam ratione vesperæ, quæ cōmuni reputatione pertinet ad diem præcedentē, non sequētē, dicūtur quartadecima die comesturi azyma: quartadecima ergo dies ratione suæ vesperæ etiam est primus dies azymorum. Sic dupliciter accipi primum diem azymorum indicat D. Augustinus ad Casulanū epistola 86. sic scribens: Sexta sabbathi, qui dies passionis Christi est manifestus, primus dies azymorum fuit à vespera incipiens. Sed Matthæus Euangelista quintā sabbathi dicit fuisse primam diem azymorum, quia eius vespera sequēte futura erat cœna Paschalis, qua cœna incipiebat azymum. Et hæc quidem de proposita quęstione. Cæterum quod Marcus dicit, *quando Pascha immolabant*, non sic est accipiendum, quasi significare voluerit ea die qua Christus Pascha edit, passim etiam Iudæos immolasse Pascha: sed quòd ea die secūdum legem immolare debuissent, &, sicut Lucas dicit, necesse erat immolari Pascha, quanquā hanc legem propter introductam seniorum traditionem, tunc non exactè seruarent, vt suprà dictū est. Aut potius dicit, *quando immolabant Pascha*; quia ea die, quam vocabant diem azymorum primam, omnes immolabant Pascha. Quanquam enim in prima die azymorum variaret Dominus à Iudęis, tamen in hoc omnes conuenichant, vt die quam primam azymorū habebant, Pascha sibi immolandum scirent. Itaque sensus est: quādo, id est, in quali die, immolabāt Pascha Iudęi. Sic & quod Lucas dicit, hunc habet sensum: *Venit dies azymorum, in qua* (id est, in quali) *erat necesse occidi Pascha*, vt potius qualitas diei demōstretur, quàm substantia. At ex prædictis noua hic rursum potest suboriri quæstio. Si enim secundum prædicta Christus die vno prius quàm Iudæi putabant secundum traditionem seniorum receptam Pascha immolandum, Pascha celebrauit, quomodo factum est vt Iudæi qui etiam falsum testimonium quærebant contra Iesum, manifestam hanc prętermiserint accusationem, nec accusauerint eum transgressionis à recenti facto? Respondet ad quæstionem hanc Euthymius, qui eandem contra se mouet, quòd, vt erat Græcus, secundum Græcorum opinionē asseruerit Christū prævenisse Pascha, & ante legitimum tēpus celebrasse luna decimatertia: quia, ait, sciebant nullā esse legem quę condemnaret eū qui Pascha ante tempus celebrasset, præsidente olim neo quod futurum erat, nihilque de hoc statuente. Et vide rem admirationē dignam, quod contra eum qui posset legitimum tēpus celebrasset, statutum erat, nisi talis occasionem maximè necessariam prætendisset: cōtra eū vero qui tempus prævenisset, nulla erat definita pœna. Hæc ille. Quæ si non sufficiunt studioso, vt vere non videtur sufficere, aliter dicetur, quod soli discipuli simul cū patrefamilias fuerunt conscii paschalis obseruationis Christi, quemomnino verisimile est aperuisse illis causam suæ obseruationis diuersæ à cōmuni Iudæorum obseruatione, ac proinde nullus ex hoc passus est offendiculū, nec potuit ob id coram iudice accusari. Aut si principes sacerdotum ex Iuda forte intellexerunt Christum tum contra eorū morem Pascha celebrasse, non ausi sunt tamen in Christo id culpare, quòd scirent suum morem deficere à lege Dei: Christi verò morem illi esse conformē, atq; ob id aduertēt sibi à Christo rursum dici posse, quod olim responderat eis cùm interrogarent, quare discipuli transgrederentur traditionē seniorum. illud scilicet, Quare & vos transgredimini mādatū Dei propter traditionem vestram? Fieri etiā potest, quòd plerique Iudæi legem Dei magis sectantes quàm traditionem seniorum, pascha tunc celebrarint more Christi, vt de hoc Christus culpari nō potuerit, quod tunc apud Iudæos, apud quos tunc erant variæ sectæ, erat controuersum, quamuis maior pars more recepto obseruaret pascha secūdum traditionem seniorum. Porro, in his quæ sequuntur videtur esse contrarietas quædam in Euangelistarum narratione. Siquidem ex Matthæi & Marci narratione apparet discipulos prius Dominum de parando pascha te admonuisse. Ex Lucę verò narratione contra apparet Dominū priorem id fecisse. Matthæus enim discipulos ad Iesum accessisse cōmemorat, ac quæsisse, vbi vellet parari pascha, ac tum Dominū iussisse vt pergerent in ciuitatem: Marcus similiter prius commemorat dixisse discipulos: *Quo vis eamus*; ac tum duos à Domino missos. Lucas verò prius narrat Dominum duobus iussisse, vt euntes pararēt Pascha, ac tum illos quæsisse, vbi vellet parari. Hanc narrationis diuersitatem sic quidam concihāt, vt intelligant prius Apostolos in genere simul quęsisse (sicut Matthæus & Marcus narrāt) vbi vellet parari Pascha, ac tū duobus delectis Dominū dixisse, sicut Lucas scribit, *Euntes parate nobis*, eosque duos tū rursū dixisse *vbi vis paremus*. Verum quoniam nō conuenienter satis videtur dici, bis Dominū interrogatū, vbi vellet parari Pascha, nec cō uenienter interrogatus Dominus vbi vellet parari, subiecisse t: *Euntes parate nobis*; ideo probabilius est iuxta Lucæ narrationem, Dominū priorē de parando Pascha te admonuisse, ac tum discipulos, duos scilicet illos quibus Paschæ initium xit præparationē, quæsisse quod omnes tres Euangelistæ commemorant: *Vbi vis paremus*. Et alias enim Matthæus dicit, discipulos accessisse ad Iesum, ve luti vltro & sponte illum adierint, cùm ex aliis Euangelistis intelligendum sit illos accessisse vocatos, vt cum cap. quarto dicit Christo ascendente in montem, accessisse ad eum discipulos eius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos Marcus & Lucas à Domino vocatos affirmant. Sic & ca. 18. accessisse dicit ad Iesum discipulos dicētes, quisputas maior est in regno cœlorū, cū ex Marco & Luca cōsteret nominū illos ad se vocasse, ac de hac quæstiōe priorē illos admonuisse. Nō est ergo mirū, si & hic similiter dicat accessisse discipulos ad Iesū, quanquā intelligendū sit venisse vocatos. Iā quod in genere Apostolos dicit quæsisse, vbi vis paremus; cū ex Luca intelligendū sit duos illos delectos id quæsisse, etiā pro suo more facit. Sic enim etiā ca. 24 accessisse dicit discipulos, vt ostenderēt ei ædificationes tēpli: Cū Marcus dicat vnū ex discipulis id fecisse, & Lucas similiter, quibusdā, ait, dicētibus de tēplo quod bonis lapidibus esset. Cùm ergo venisset B dies azymorū, Dominus prior de paschæ præparatione solicitus, quemadmodū cōueniebat eius desiderio, quod postea verbis expressit, vocatis ad se duob. discipulis, Petro scilicet & Ioāne, vt Lucas aperuit, quos habebat maximè sibi familiares, dicit: *Euntes in ciuitatem* (scilicet Hierusalem) *parate nobis Pascha*. Nō enim licebat in Bethania edere pascha, sed tantū in Hierusalem iuxta illud Deutero. Non poteris immolare Phase in qualibet vr- *Deut. 19*
biū tuarū, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi, sed in loco quē elegerit Dominus Deus, vt habitet nomē eius ibi. Dicit autē, *parate nobis Pascha*, non quod tunc agnus erat emendus, qui secundùm legem decima die mensis debebat assumi, sed quia tūc debebat mactari & coqui, & alia parari cum quibus agnus erat edendus, videlicet panes azymi, lactucæ agrestes, & baculi. Nō vnum tantum, sed duos mittit, vt & alias semper, in cōcordię & charitatis commēdationē. Mittit autem non quoslibet, sed præcipuos, sibique maximè dilectos. Eos enim conueniebat eius cōmuni esse præparatores, in quo post typicum veri agni erat instituendus ritus & immolatio. Iussi isti abire ad parādū Pascha, quoniā non habebat Dominus in ciuitate domū propriā, nec Apostolorū quisquā, sed nec hospitē aliquē apud quē familiariter Dominus cum suis recipi esset solitus, quærunt vbi vellet parari. Sciebāt vetitum ne quis illum hospitio reciperet, experti erant neminē præcedētibus D diebus aut ausum fuisse, aut voluisse illum in suā vocare domum, & tamen confidenter dicunt atque obedienter: Vbi vis paremus.

ET DIXIT AD EOS: A ITE IN CIVITATEM AD QVENDAM, ET C ECCE, &c.] Pro, *ad quendam*, Græcè est πρὸς τὸν δεῖνα, hoc est, ad illum. Sic autem loquuntur Græci quoties certum aliquem designant, quem tamen non nominant. Ad quem modum etiam ex Hebraica phrasi, vt annotauit diuus Hieronymus, dicitur in veteri testamento quandoque: Dixit ille illi, aut in illo vel illo, loco; pro quo Hebraicè dicitur, Almoni & Peloni, cùm personarum locorūque non ponitur nomen, & tamen certæ personæ & E
1. Reg. 21 certi loci designantur, vt cùm dicit Dauid ad Abimelech: Pueris meis condixi in illum & in illum locum. Itaque Matthæus scribit Dominum dixisse: *Ite ad quendam*, vel. *ad illum*, non quòd his verbis vsus sit Dominus (quis enim sic loqueretur?) sed significare volens, certum quendam illis Dominum designasse, quem tamen non duxerit nominandum: sicut nec Dominus eum nominauit, sed tantùm circunstātiis descripsit, quas alii duo Euangelistæ expressērunt, Matthæus vero breuitati studens prætermisit. Sic Absaloni to- *2. Reg. 15*
A ganti eos qui veniebāt ad regis iudicium, De qua ciuitate es tu? respondens quispiam dicitur dixisse: Ex vna tribu Israel, ego sum seruus tuus. Non quòd his verbis respōderet, sed quòd scriptor certā quāpiam ciuitatem responsā significare voluerit, quam tamen exprimere commodè nō potuit. Porro de hoc patrefamilias, quem Dominus non nominauit discipulis, sed tantū ex accidentibus quibusdam depinxit, dupliciter opinari licet. Primum enim videri potest, vt visum est Euthymio, patremfamilias istum fuisse vnum ex discipulis Christi credentibus in eū, sicut fuit Nicodemus, aut Ioseph ab Arimathea, ac Dominum prius ipsis corporali collocutione Apostolis ignorātibus significasse, quòd apud illū certo die præscripto Pascha celebrare vellet, atque ob id illū iā ad hoc parasse cœnaculū, ac bene adornasse. Quod si verum est, iam dicendum est, Dominum nō expressisse nomē patrisfamilias, sed accidētibus quibusdam indicasse, tum ne Iudas sciret locum, ac sic præoccupare tentaret & præuenire cœnā, in qua tam sancta mysteria tradenda erant: tum vt nomini significaret, se nihil latere omnino, ac si palā esset ipsum etiam præscisse quæ in Hierusalem ei erant obuētura. Aliter tamen dici potest hūc patrēfamilias nō fuisse à Domino admonitū, sed ad auditam eius per Apostolos iussionem mox ac C quieuisse, sicut acquieuerāt Domini asinæ & pulli, Christo corda eorum in obsequium & obedientiam mox commouente. Id si verum est, dicendū præter prædictas causas Dominum non nominasse patrēfamilias, sed velut ad ignotum misisse Apostolos, vt, sicut cū pro asina & pullo misit, suā Apostolis declararet authoritatem & potestatē, qua in manu sibi esset facere quicquid vellet, & mortem ab hostibus suis infertā effugere posset, si vellet. Et rursum vt Apostoli virtutē eius in hoc facto agnoscentes, in fide confirmarētur, cōsiderent; nihil desore electis & Deo fidentibus, sed etiam ab ignotis necessaria illis suppeditanda etiam ad copiam. Etenim non solum hic patrefamilias paret iussui Domini, sed singuli studio paret. Nō solum enim diuersorium exhibet quē admodum rogabatur, sed cœnaculum in superiore parte ędium, vbi haberi solebāt cœnacula insigniora. Tale enim cœnaculum significat dictio Græca ἀνάγαιον, sic dictum quòd subductum esse à solo. Nec quolibet exhibet cœnaculū, sed grāde, & præterea paratum ac stratum magnificē, ni mirum tapetis & lectis in quibus antiquitus discumbebatur. Nō enim quod dicitur stratum, referēdum est ad pauimētum, cum cœnaculum hoc, vt dictū est, fuerit supernū. Cæterum videri potest patersfamilias hic à Domino prius fuisse admonitus, quod dicatur ipsū ostēturum cœnaculum stratū, &, vt Graeci etiam in Marco habēt, paratum, nisi intelligamus cœnaculum in aliorum vsum aut proprium prius paratum: patrēfamilias mox cessisse Christo, aut diuina reuelatione ipsū didicisse Christum petiturū apud se diuersorium. Certē istum fuisse vnum ex discipulis aut credētibus in Christum, apparet ex eo, quòd discipuli iussi sūt dicere ei: *Magister dicit*. Sic enī Christum discipuli sibi mutuò loquētes soliti erāt appellare, vt cum martha dixit sorori suę: Magister adest. Confirmat hanc sententiam, quòd communiter creditur cœnaculum hoc idem illud fuisse in

A nis sui, ac per mortem transeundo ex hoc mūdo ad patrem, ante quem transitum cōueniebat eū legale celebrare Pascha, vt typum coniungeret veritati suo ordine.

ET ABIERVNT DISCIPVLI EIVS, ET VENERVNT IN CIVITATEM, &c.] Simpliciter obediūt Apostoli, quemadmodū & prius cum amandarentur ad pullum asinæ, & simpliciter credentibus & obedientibus, omnia accidūt, sicut Dominus prædixerat. Cū autē omnia Christi sint mystica, non irrationabiliter creditur etiā in his mysticas esse significationes. Itaq; quod ad locum deligendum in quo vetus Pascha consumaretur, & nouum succederet, Apostolis datur signum hominis baiulātis lagænam aquæ, quē iubentur sequi quò introierit, rectè intelligitur significatū, per baptismi lauacrum ingrediendū in Ecclesiā Christi, in qua abrogato veteri Paschate, nouum celebratur in vesperaista seculi. Fuit enim cœnaculum hoc in quo figurę veritas successit, in quo & postea spiritus sanctus, qui est lex gratiæ & charitatis, abrogans legem veterem, in Apostolos effusus est, typus quidā Ecclesiæ Christianæ, imò eius exordium. Proinde hęc delectū fuit cœnaculum supernum & ἀνάγαιον, id est, à terris sublatum, quòd Ecclesia terrenis relictis in cęlestibus cōuerletur, quodq; procul à terrenis submoti esse debent, qui in ea esse volūt, & in ea edere nouum Pascha. Fuit idem cœnaculū amplum & ingens, ad significandum amplitudinē Ecclesię quæ se extensura erat per omnem terram, capax omniū orbis nationum. Nam Iudæorum synagoga & deorsum est circa terram, quòd terrenorum bonorum spectet promissiones: & angusta est, vt quæ Iudæos tantum capiat. Patetfamilias ac baiulus aquæ non nominātur, quoniam vbique futura erat Ecclesia, primum ex obscuris orta initiis, sed mox sese diffundens in vniuersum mundum. Illorū, ait Hieronymus, idcirco vocabula prætermissa sunt, vt omnibus qui Pascha facturi sunt, libera festiuitatis daretur occasio. Quod autem discipuli credunt ac simpliciter obediunt, significat opus esse simplici fide his qui per baptisma sunt ingressuri in Ecclesiam ad mysticā cœnā. Duo autē. Petrus & Ioannes, cœnā adornantes, rectè designant fide & charitate nobis mysticam parari cœnā, vt ea digne frui possimus. A fide enim cōmēdatur in scripturis Petrus, à dilectione Ioānes.

C VESPERE AVTEM FACTO VENIT CVM DVODECIM. ET CVM FACTA ESSET HORA, &c. Venisse cum duodecim Marcus dicit, cum ex duodecim duo fuerint emissi, siue quia duo illi post omnia parata reuersi sunt ad Dominum: siue potius per syneedochen, quia decem reliqui Apostolorum collegium præ se ferebant: sicut maiore parte alicuius collegii cōgregata, collegium congregatū dicitur. Sic enim etiam postea Lucas in die resurrectionis Domini dicit duos illos discipulos qui venerant ex Emaus, inuenisse vndecim congregatos, cum ex Ioāne conuenisse vndecim congregatos, cum ex Ioāne conuenisse vndecim congregatos, eum ex Ioāne conuenisse vndecim congregatos, cum ex Ioāne conuenisse vndecim congregatos, cum ex Ioāne conuenisse vndecim congregatos, c

Universidad de Deusto
Biblioteca

speras, vnde & Septuaginta verterunt, ἀνὰ μέσον τῶν ἑσπερῶν, id est, per mediũ vesperarum. Atque hoc ipsum quid sit, satis est obscurum. Sunt autem inter Hebræos, qui duas vesperas sic intelligunt, vt prima vespera sit in occasu solis, secũda cum radii solares aut lumen solis amplius in aere non videtur, vt prima vespera sit vespera solis; altera, vespera luminis, & tempus inter vesperas sit tempus crepusculi, quod paulò amplius integra hora durat. Sed si eo tẽpore primũ cœpit immolari & occidi agnus, cùm aliquot horæ necessariæ fuerint ad parandum & coquendum agnũ, profundam ergo noctem fuisse necesse est priusquàm inciperẽt illud edere. Proinde probabilior videtur sententia Dauid Kimhi, qui primam vesperam incipere asserit à meridie, quando sol incipit declinare ad occidẽtem: secũdam verò post occasum solis, vt intelligatur agnus immolãdus fuisse tempore illo intermedio, nimirum aliquot horis ante solis occasum, quod vt præsenti Euangelistarum narrationi congruit, ita declarat Christum circa illud tempus tradidisse spiritũ, quo Iudæi suum Pascha occidebant. Nona enim diei hora, quæ erat tertia post meridiem, testantur Euangelistæ Dominum tradidisse spiritum, quod tãdiu stinctè videri possunt enarrare voluisse, quo ostẽderent veritatem figuræ respondisse. Ideoque videtur D. Hieronymus semper cùm de agni immolatione fit mentio, vertisse non, in vespera, sed ad vesperam, vt intelligeremus circa vesperam & occasum solis agnum immolari solitum, vnde & Deuteronom. 16 legimus: Immolabis phase vespere ad solis occasum. Sed & hodie dicuntur Iudæi azyma sua parare decimaquarta luna, cum dies incipit inclinari etiam ante solis occasum.

LAVANTVR APOSTOLORVM PEDES. Ioan. 13. CAPVT CXXX.

ANte diẽ festũ Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt trãseat ex hoc mundo ad patrẽ, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finẽ dilexit eos. Et cœna facta, quũ diabolus iã misisset in cor, vt traderet eũ Iudas Simonis Iscariotes, sciẽs quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deũ vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cũ accepisset linteũ, præcinxit se. Deinde misit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Respõdit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo, scies autẽ postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in aternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecũ. Dicit ei Simõ Petrus: Domine, non tãtum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mũdus totus. Et vos mundi estis, sed nõ omnes. Sciebat enim quisnã esset qui traderet eum: propterea dixit, Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorũ, accepit vestimenta sua, & cum recubuisset, iterũ dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis, sũ etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplũ enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneũ suum. Amodo dico vobis priusquàm fiat, vt cùm factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis, Qui accipit si quẽ misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

ANTE DIEM FESTVM PASCHÆ, SCIENS IESVS QVIA VENIT HORA EIVS, &c.] pedum ablutionem, quã solus descripsit Ioannes, quidã existimant etiãpost institutionem Eucharistiæ cõtigisse: alii verò nõ solùm ante institutionem Eucharistiæ, sed etiam ante esũ agni Paschalis. Communiori autem & veriori sẽtentia creditur illa facta post esum agni, sed ante Eucharistiæ institutionem. Et quidem qui etiam post institutionem Eucharistiæ pedum lotionem

Quanquam enim agnum Paschalem iam non immolent, quod is non potest immolari nisi in loco quem elegit Dominus, reliquas tamen cæremonias, azymorum scilicet & lactucarum, seruare dicuntur. Sequitur ex Luca: *Et cum facta esset hora* (id est, cum iam esset tempestiuũ edere Pascha) *discubuit*. Vbi notandum, quòd quidam ex occasione verbi, *discubuit*, sumpserunt occasionem asserẽdi, vt testãtur Theophylactus & Euthymius, Christum hoc anno nõ comedisse agrum Paschalẽ, quod discubuisse dicatur in hac cœna, cũ lex iuberet edere stantes. Ad cuius confirmationẽ etiã illud notãt, quòd in hac Christi cœna, ius appositũ fuerit cui panis intingebatur, cũ lex iuberet edere agnum assũ igni, nõ autẽ coctum aqua. At vt hæc assertio nimis apertè est contra Euangelistarũ narrationẽ, ita friuola sunt hæc argumẽta. Quod enim ad prius pertinet argumentũ, dici primum potest, non fuisse præceptum in lege vt à stantibus agnus ederetur. Modus enim edendi sic traditur. Sic autem comedetis illũ: Renes vestros accingetis, & calceamẽta vestra habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes. Quę omnia etiam fieri possunt à sedẽtibus. Quod si verbis illis præceptum etiã fuit vt stantes ederent, quemadmodum communiter intelligitur, intelligendum est, Dominum in nouissima hac cœna discubuisse & sedisse ante & post comestũ agnum, cum scilicet nondum ederent agnum Paschalem, aut cum etiã iam edissent. Non enim solum agnum tunc edere eis fuit præceptũ, sed adesse poterant & alii quidam cibi: vnde non mirum si fuit aliquid in quo panis intingi posset, proinde nihil mouere debet, quod secundo afferatur loco de iure in quo panis intinctus fuerit.

Renes vestros accingetis

nem pedum secutam institutionem Eucharistiæ, verum inefficaciter, cũ nihil veter, Eucharistiæ institutionẽm (à Ioanne omissam, propterea quod ab aliis omnibus diligenter satis esset perscripta) inferere historiæ Ioannis post lotionem pedum, ante illa verba: *Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu*, &c. Non enim necessarium est intelligere mox ac sine omni intermedio, post prædicta à domino contigisse quæ consequenter Ioannes narrat. Iam nec ex illo quod cœna facta, dicitur facta lotio pedum, consequitur post mysterium donati corporis & sanguinis Dominĩ illam contigisse. Certum est enim non sic intelligendum hic cœnam dici factam: quasi absoluta iam fuerit & consummata, cũ apertè Ioãnes testetur Dominũ post ablutos pedes iterum accubuisse, & dedisse Iudæ intinctum panem, ac de seipso postea dicat cap. vltimo, quod recubuerit in cœna supra pectus Iesu. Ex quibus locis iam satis refellitur prędicta sententia. Non enim videtur quorsumrursũ Christus accubuerit, si & agnus fuit comesus, & Eucharistia instituta. Qui verò ante etiam esum agni Paschalis, & omnino in principio cœnæ antequã quicquid ederetur, putant Dominum suorum abluisse pedes, hoc mouentur argumento, quod putent Dominum pedes suorum abluisse ex more illius regionis, quo honestorum conuiuarum pedes ante cœnam abluebantur, quemadmodũ satis apparet ex verbis Christi, quæ Lucas cap. 7. describit. Nam simile Simon Pharisæus inter cætera etiã ob hoc reprehenditur; quod Christo domũ eius ingressso aquam pro pedibus non dederit, nec caput eius oleo vnxerit, quorum certe nihil Christus requisisset, nisi vulgo conuiuis honestioribus & gratis amicis exhiberi solitũ fuisset. Nec obstare huic sententiæ putat, quod dicit Ioannes, *cœna facta*. Nam, vt etiam Augustinus super Ioannẽ ãno tauit, illud *cœna facta*, vel, vt est Græcis, δείπνου γενομένου, nõ significat cœna absumpta, sed cœna parata. Intelligunt Christum, cum iam tempus cœnæ adesset, cœnaque iam parata esset, accubuisse primum vt discipulos quoque ad accumbẽdũ prouocaret, eisque ex ordine ad cœnam iamiam inferendam discumbentibus iterum Christum surrexisse ad abluendum suorũ pedes. Verum hęc sententia vt est noua, ita non est verisimilis, vel ob id quod nõ sit probabile morẽ fuisse vt discumbentibus pedes abluerentur (sed priusquam accumberent, quodque non appareat quomodo commode singulorũ Apostolorũ pedes Dominus abluere potuerit si iam mẽsæ assidebant. Iam quorsum opus erat ad discũbendũ prouocare ante ablutionẽ, si ea ante cibi sumptionem erat perficienda, cum ea ante accubitum longe cõmodius fieret? Magis ergo verisimile est illud *cœna facta*, significare cœnã iam cœptã, quemadmodũ dies dicitur factus, cum exortus est sol: & dies incœptus, vt significetur Dominum surrexisse cum iam cœnari cœptum esset, atque inter cœnãdum, quod apertius significatur apud Græcos cum pro illo *surgit à cœna*, habent, ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, id est, surgit ex cœna. Si ergo inter cœnandum Dominus surrexit ad abluendũ pedes suorum, quid relinquitur dicendum probabilius, quàm lotionem hãc factam post esum agni, & ante Eucharistiæ institutionẽ? Ex his enim duabus maximè partibus cœna hæc cõstabat. Iam vero post esum agni & ante Eucharistiæ commendationem lotionem hanc factam, & hinc efficacius probari potest, quod omnino videatur lotio istapedum facta ob sequentẽ Eucharistiæ institutionem, & distributionem, quo scilicet exteriori quodam signo doceremur quæ mũditia requireretur in eo qui Eucharistiã dignè esset percepturus. Quod enim non solum in exemplum exhibendæ dilectionis & humilitatis hæc lotio sic adhibita, exvere bis Christi satis patet, vt bene colligit D. Bernardus in sermone de cœna Domini, cum Petro dicit. *Si non lauero te, non habebis partem mecum*: & *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet*. Hinc enim manifestum satis est, lationẽ hanc factam non tantum in exemplum: sed etiam in mysteriũ spiritalis mundicieì, quanquam hoc mysteriũ postea non explicauerit, sed tantũ pro ratione facti sui dixerit: *Exẽplũ dedi vobis vt quemadmodũ ego feci vobis, & vos ita faciatis*. Multa enim habebat illis dicere Dominus, sed nõ poterãt tunc portare, vt postea dicit. Certè D. Ambrosius libro de mysteriis, & rursum lib. 3. de sacramentis planè intelligit motus prædictis verbis Christi, ex Christi imitatione, necessariam esse baptizatis pedum ablutionem, velut álterum sacramentum, quod percipere debeãt priusquam ad altare Domini admitti possint, vnde ipse semper illum seruauit morem vt baptizatorũ pedes abluerẽt, quam ablutionem putat valere ad peccati originalis purgationem, hoc est, ad fomitis repressionem. Nam alioqui reatus etiã illius peccati in baptismo remittitur. Sic enim scribit lib. 3. de sacramentis, explicans mysteria sacramentorum: A fœdisti de fonte, quid secutũ est? Audisti lectionem, succinctus est sacerdotes. Licet enim & presbyteri fecerint, tamen exordium ministerii à summo est sacerdote. Succinctus, inquam, sacerdos summus, pedes tibi lauit. Et post pauca: Nõ ignoramus, & Ecclesiæ Romana hanc consuetudinẽ nõ habeat, cuius typũ & formã in omnibus sequimur. Hãc tamen consuetudinem non habet vt pedes lauet. Vide ergo ne forte propter multitudinẽ declinauit. Sunt tamen qui dicant & excusare conentur; quia hoc in ministerio faciendum est, non in baptismate, non in regeneratione, sed quasi hospiti pedes lauandi sint. Aliud est humilitatis, aliud sanctificationis. Denique audi quia mysterium est & sanctificatio: *Nisi lauero tibi pedes, non habebis partem mecum*. Hoc ideo dico, non quod alios reprehendam, sed mea officia ipse commendem. In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam: sed tamẽ & nos homines sensum habemus. Et post quædam: *Qui lauit non necesse habet iterum lauare, nisi vt solos pedes lauet*. Quare hoc? Quia in baptismate omnis culpa diluitur. Recedit ergo culpa. Sed quia Adam supplãtatus à diabolo est, & venenum ei effusum est supra pedes, ideo lauas pedes, vt in ea parte in qua insidiatus est serpens, maius subsidium sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non possit. Lauas ergo pedes, vt laues venena serpentis. Similia habet lib. de mysteriis cap. 6. Et Bernardus quoque loco prædicto, pedũ ablutionem inter sacramenta refert, putatque valere ad purgationem eorum peccatorũ, quæ nõ sunt ad mortẽ, & à quibus plane cauere non possumus ante mortem, hoc est ad remissionem venialium. Quorũ sentẽtiam refero non tanquam ex omni parte verã, sed tantum in hoc vt intelligatur hanc pedum ablutionem fuisse mysticam, & veluti præparatoriam ad dignam Eucharistiæ perceptionẽ. Explicat huius ablutionis mysteriũ pulchrè sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustinus,ita & D. Cyprianus in sermone de ablutione pedum,significans Dominum hac ablutione demonstrasse aliud lauacrum, quo post baptismum non iterabile lauacrum,à peccatis quæ post baptisma contrahimus,ablui possemus,nimirum lauacrum pœnitentiæ,ac mutuæ cõdonationis peccatorum,quanquam illo loco asserat,lotionem istam factam post Eucharistiam impartitam discipulis:sed eodem item loco asserit Iudã participem quidem fuisse Eucharistiæ, non autem lotionis,sed ante eam exisse,quod ex Ioannis narratione paret nõ esse verum. Cum ergo & ex verbis Christi,& ex patrum omnium intelligentia cõstet ablutionem pedũ Apostolorum,nõ tantum factam in exemplum humilitatis,& mutuę dilectionis,sed etiam in mysterium necessariæ spiritualis ablutionis & purgationis,& hæc spiritualis ablutio maxime sit necessaria ad dignam Eucharistiæ participationẽ, vt ob id Paulus præcipiat vt quis seipsum probet,ac sic de pane illo edat,cõuenientissimè intelligitur post esum agni,cùm iam sacramentum sui corporis & sanguinis Dominus esset instituturus & distributurus,præmisisse mysticam hãc ablutionem,quæ etiã quatenus in exemplum humilitatis & mutuæ dilectionis facta est, bene ante Eucharistiæ institutionem præmissa est,quod Eucharistia communionis & dilectionis mutuæ symbolum sit & vinculũ,quam nemo dignè percipit,nisi qui & suos lauari pedes à Domino ac à fratribus curat,& aliorũ ipse vicissim lauat pedes, vt post magis dicetur. Igitur quemadmodũ mons erat in ea regione vt ante paratũ conuiuium honestorum conuiuarũ pedes ablucrentur:ita & Dominus suam cœnam nouam suis exhibiturus,pedes eorum lauit,occasione quidem ex regionis more desumpta,sed in exemplum tamen & mysterium. His præmissis nõ tantum pro ratione ordinis, sed & pro sequentium intelligentia, veniendũ ad tractationem verborum euangelicorũ. In quibus id imprimis occurrit notandũ,etsi parui sit momẽti, quod pro *Ante diem festum Paschæ*; Græcis est, *Ante autem festum Paschæ*. Habent enim coniunctionem,*autem*,qua caput hoc apud Ioannẽ continuatur cum præcedenti apud ipsum capite: nec habent,diem festum,sed tantum,*festum*, quod tamen eodem redit. Siue enim dicatur festũ Paschæ, siue dies festus Paschæ,significatur ipsa paschalis solennitas,quæ septem cõstabat diebus,aut prima huius festiuitatis dies. Cæterum quomodo hęc ablutio facta dicitur à Ioãne ante festũ Paschę, cùm in Paschali facta sit cœna,vt ex aliis patet Euangelistis,quãdo iam Paschæ festum cœptum fuit:Respondet Caietanus,ideo à Ioanne dici lotionem hanc factam ante festum paschæ, quia facta est in vespera aut nocte feriæ quintæ,quæ vespera secundum communẽ computationem pertinet ad diem præcedentem, quamuis secundum legalem constitutionẽ pertineret ad diẽ sequentẽ, in qua,vt potę decimaquinta luna,cœpit Paschalis solennitas. Intelligit ergo Paschę festum, cuius meminit Ioannes,cœpisse in feria sexta. Verum cùm supra essem sit Ioannem paschæ principiũ facere in sabbatho,nec sit verisimile eũ de Paschate illius anni diuersimode loqui,magis dicendũ, ideo Ioannem dicere lotionem hanc factam ante festum Paschæ, quàm alij Euangelistæ dixissent factam in Pascha, quia facta est in vespera,quæ secũdum legis computationem pertinebat ad feriã sextam, quæ dies immediatè præcessit Paschæ festiuitatẽ, secundũ obseruationem Iudæorũ. Et quidem sic dicẽdum, si intelligamus Ioannem significare voluisse diem immediatè præcedentẽ Paschæ festum. Nam alio qui simpliciter accipi potest dixisse, *Ante festum Paschæ*, non significando quanto tempore ante, quod ex sequenti narratione relinquit intelligendum. In illo autem quod sequitur,*sciens Iesus quia venit hora vt transeat*,&c. notandum quod nõ dixerit,sciens quia venit hora,vt moriatur; cum id tamẽ significare voluerit,sed,vt & alias fit semper apud Euangelistas, titulo honorifico ornat Christi mortem,quæ cum fuerit breuissima, mors dicenda nõ erat. Sicut ergo apud Lucam vocatur excessus & assumptio,& apud ipsum Ioannem exaltatio:ita hic eam vocat transitum ex hoc mundo ad patrem,idque hoc loco valde oportunè. Omnino enim alludisse videtur ad nomẽ paschæ quod præcedit. Id enim significat transitum, vt admoneret pascha legale fuisse mysterium eorũ quæ in Christo erant implenda,ac per eius mortem nouũ nobis exortum Pascha. Id autẽ est quod Ioannes hac prima sententia vult significare: Christũ cũ sciret iam instare tempus mortis & transitus sui, neque præ tristitia ob imminentem mortem, neque præ gaudio ob instantem transitum ex misero hoc mundo ad patrem, minus affectum fuisse suis, sed vt eos semper dilexerat, & dilectionis signa exhibuerat,ita vsque in finem eos dilexisse,ac dilectionis signa exhibuisse, quemadmodum solent facere amici syncri. Præmittit autẽ hoc Ioannes, vt lux proœmiũ eorũ quæ mox dicturus est,vt intelligeremus scilicet quare instante suo morte Dominus præter morẽ iam suorũ lauit pedes, quod hactenus non fecerat,nimirum id ipsum fecisse,vt qui semper eos dilexerat, in ipso fine maximè suã erga illos ostenderet dilectionem: quemadmodũ synceri amici solent tunc maximè cũ abituri sunt dilectionẽ suam erga amicos declarare,vt sui memoriam & desiderium relinquãt illis. Nec tantũ proœmium hoc facit ad hoc vt intelligamus causam lotionis pedum, sed & causam institutæ iam Eucharistiæ, quã ab aliis Ioannes satis perscriptũ nouit:causam item prolixi eius qui apud Ioannẽ est sermonis, pleni omni suauitate, & nihil aliud quam mitam quãdam præ se ferẽtis dilectionem Christi erga suos. Illud ergo *in finem*, accipi debet pro eo quod est, vsque in finẽ. Sunt tamen qui intelligunt,*in finem dilexit eos*; hoc est, ad finem, nempe vt & ipsi peruenirent ad eum finem ad quem ipse erat peruenturus,ad fœlicitatem scilicet æternam. Sic enim ferè intelligit D. Augustinus, quam & alterius iam dicti meminerit intellectus, qui simplicior certè est, & proposito magis cõueniens. Per suos,intelligit sibi familiares & amicos, Apostolos scilicet. Nam alioqui ratione creationis omnes sui erant. Vnde suprà dixit Ioannes: *In propria venit*,& sui eum non receperunt. Addit, *quod erant in mundo*; ad distinctionem sanctorũ prophetarum & patriarcharũ, qui iam defuncti erant, aut etiam angelorum, qui erãt in cœlo. Ab his autem distinctio iam erat facienda, vt significaret quare his qui erant in mundo, huiusmodi quale dicturus est dilectionis signum exhibuerit, nempe quòd in mundo,e quo ipse iam erat trãsiturus, illi erant ad huc relinquendi,quibus proinde abiturus Dominus suam testari debuit dilectionem. Bene autem lotionem pedum dilectioni tribuit. Multum enim eos se declarat diligere, qui, cum tantus esset, ad tam vile ministerium circa eos sese demiserit.

Ioan. 1.

Et cœna facta, cum diabolus iam misisset,&c.] Postquã superiori sententia veluti quodam proœmio indicasset Euangelista causam Dominici facti à se narrandi, iam mire illud studet exaggerare,vt in illius,vt verè est stupendum,admirationem lectorem attolleret. In primis ergo cœnæ factæ,id est,cœptæ meminit, dicturus postea Dominum surrexisse à cœna. Nam & hoc ad facti pertinet admirationem, vt notauit Theophylactus,quod nec ante cœnam, sed cum iam omnes recubuissent, atque inter cœnandum relictis epulis nõ dedignatus sit sordidos discipulorum contingere pedes,ac manus suas contaminare. Deinde proditionis à Iuda meditatæ meminit, vt & fic admirandam Domini indicaret submissionem,quod nec proditoris sui præsentia ab hoc facto est reuocatus,sed etiam tam scelesti sui proditoris,qui totus iam diaboli erat mancipium, sustinuerit lauere pedes. *Cum* (inquit) *diabolus iam misisset in cor*,id est,suggessisset & persuasisset Iudæ,quando scilicet,vt Lucas suprà dixit, intrauit satanas in Iudam,& abiens locutus est cum principibus sacerdotum. Diabolo recte tribuitur Iudæ proditio, quod tam infandum scelus illud Iudæ fuerit,vt humanæ menti tribuendum non fuerit. Neque enim in hominem illud cadere potuisset,nisi qui se diaboli permisisset potestati. Simulque ex eo intelligimus diabolum vires suas in hoc exercuisse vt Christus traderetur, & traditus occideretur, ac proinde tum ignorasse mysterium regni Dei. Si enim cognouisset, nunquam ad necem Christi impulisset. Iam quo adhuc magis admiranda nobis faceret Euangelista Domini erga suos dilectionem & submissionem, præmittit de diuina ipsius celsitudine. Nec tantum dicit, cum vel quanquam omnia dedit ei pater in manus,&c. sed *sciens*, inquit, id est, cum vel quãquam scire quod omnia dedisset ei pater in manus, hoc est, quanquam sciret sibi omnium potestatem à patre traditam,& se verè Deum esse,qui & à patre venisset homo factus,& quatenus homo Deus rursum iãiam iturus esset ad patrem, tamen surgit à cœna, &c. Ne enim factum humilitatis Christi putaremus ab ipso exhibitum tanquam ignorante suam dignitatem,aut eius rationẽ non habente,non tantum explicat ipsius dignitatem, sed & ipsum eam agnouisse testatur. Simili modo & Paulus ad Philip. 2. exaggerans Christi pro nobis humiliationẽ: Qui,inquit,cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit,formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo. Omnibus ergo illis, *omnia dedit ei pater in manus, & à Deo exiuit, & ad Deum vadit*; Euangelista nihil aliud quam diuinam Christi significare voluit celsitudinẽ,quæ cõparata cum eximiæ humilitatis eius facto summe illud stupẽdum facit. Dedit autẽ pater omnia in manus filio, secundum diuinitatem quidem per æternam generationẽ: secundum humanitatẽ vero,per vnionem diuinitatis cum humanitate in vnitatem personæ. Exiuit à Deo,cum qui in sinu patris requiescebat,homo factus est in mundo. Iuit ad patrem, cum per diuinitatis virtutem humanam naturam in cœlum subduxit,sedens in dextera patris. Talis ergo cum esset,ac talem eum se esse sciret,surgit à cœna,ac speciem abiectissimi induit serui. Quod vt iam quarto nobis alia ratione faceret memorabilemagis & admirandum,singula diligentissime persequitur. Nõ enim satis habuit dicere,& *cœpit lauare pedes discipulorum*; sed ob admirationem & dignam facti perpensionem excitandam, sigillatim quæque à Christo facta commemorat:dicens: *Ponit vestimenta sua*, exteriorẽ scilicet amictũ, vt magis accinctus ac paratus humilitatis opus exercet:accipit linteum, & non expectato alterius ministerio,præcingit se illo. Nec iubet afferri aquã allatamque infundi, sed ipse eam mittit in peluim, & lauat non manus, sed pedes discipulorum,& linteo non alio quam quo erat præcinctus tergit. Hæc autem humilitatis obsequia Apostolis semel exhibita,etiam omnibus nobis Christus exhibuit,mystice intellecta,quemadmodũ ea intelligi posse indicat D. Augustinus. Veluti enim vestimenta gloriæ suæ posuit,dum in forma Dei existens,semetipsum exinaniuit:velut linteo se præcinxit,dum formã serui accepit: velut aquam misit in peluim, vnde lauari possent pedes nostri, cum in terram sanguinẽ suum fudit & lauacrum instituit,quo immunditia nostrorũ deleretur peccatorum. Veluti linteo quo erat præcinctus pedes quos lauit tersit,cum carne qua erat indutus vestigia fidelium confortauit. Fuit ergo humilitas hæc nunc Apostolis exhibita,typus quidam humiliationis Christi pro salute omnium electorum. Studenda sane humilitas,qua non solum suam erga Apostolos dilectionem declarare, illosque suo exemplo ad similem inter sese dilectionem prouocare voluit,sed & omnem tumorem & superbiam ab eorum omniumque fidelium mentibus eximere,vt qui per superbiam à regni cœlestis excciderant consortio,per humilitatem ad illud rursum sublenarentur. Tanta est enim(inquit Augustin⁹ hoc loco)humanæ humilitatis vtilitas,vt eã suo cõmendaret exemplo diuina sublimitas, quia homo superbus in æternũ periret,nisi illum Deus humilis inueniret. Venit enim filius hominis quęrere & saluum facere quod perierat. Perierat autẽ superbiam deceptoris secutus, ergo humilitatem redemptoris sequatur inuentus. Hæc ille.

Venit ergo ad Simonem Petrum et dicit ei Petrus,&c.] Quoniam prius dicitur,*cœpit lauare*,& deinde subiicitur, *Venit ergo ad Simonem Petrum*; intelligunt quidam Dominum non cœpisse à Petro, sed ante eum quosdam fuisse ablutos. Et Chrysostomus quidem ac post eum Theophyl. intelligunt ante Petrum solum Iudam fuisse ablutum, ac Dominum ab illo cœpisse,quo magis eum reuocaret ab instituto scelere:illum vero pro sua improbitate & erga Iesum irreuerẽtia facile in se admisisse,quod nullus alius permisisset,sed prohibuisset,sicut Petrus. Origenes verò,vt citatur in catena,existimat Christum omnibus aliis lotis tum demum venisse ad Petrum, quod quemadmodum medicus plurium ægrotorum intentus curæ,ab iis qui magis indigent, pro priam curam incipit:ita & Christum putet ab his qui magis erãt fœdi incepisse, ac ob id vltimo venisse ad Petrum,tanquam minus aliis indigentẽ lotura pedum,eumq; solum pro singulari suo feruore id recusasse, quod alii admiserant. Augustinus autẽ contra arbitratur Dominũ cœpisse à Petro, estque ea sententia verisimilior, non solum quod aliorũ sententia coniecturis nõ firmis nitatur, sed etiã quia magis conuenit & consuetudini Christi,

& ho

Universidad de Deusto
Biblioteca

& honori omnium Apostolorum,feruori denique A Petri.Consuetudini dico Christi, quia is semper solitus fuit Petrũ aliis præferre,& ab illo exordiri. Honori item Apostolorum,quia non est verisimile eos in se passuros quod recusauit Petrus,sed potius simili,qua ille reuerentia recusaturos.si ad illos Dominus venisset.Conuenit item feruori Petri,quod verisimile sit illum pro suo feruore non etiam admissurum,vt aliorum pedes abluere tentaret.Nec obstat narrationis Euangelicæ modus, qua alij mouentur,sed ea narratio magis pro hac facit sententia. Prius enim Euangelista vniuersas actiones Christi quæ interuenerunt in hoc officio simul enarrat:ac deinde redit ad ordinẽ lotorum & disputationẽ quæ in principio intercessit, cum B ad lauandum pedes suorum se Dominus applicaret. Non ergo significare voluit, Dominum postquam cœpisset lauare,venisse tãdem etiam ad Petrum,sed quod quando cœpit lauare,& se lotioni exhibẽdæ accommodauit,tum venit ad Petrum à quo cœpit.Huiusmodi narrationis modũ & alias licet apud Ioannem obseruare,vt cap.4.cum relicta Iudæa dicit abiisse in Galileam.& subiicit: Venit ergo in ciuitatem Samariæ,&c.Cum ergo inciperet lotionem propositam Dominus,venit vt erat seruili habitu præcinctus, nudus ac peluim gestans,imprimis ad Simonẽ Petrũ.Is autem, hinc suam considerans indignitatem, hinc Domini dignitatem attendens,exhorruit inauditum humilitatis exemplum,eodemq; reuerentiæ animo refugiens à magistro lauari,quo Baptista eundem detrectauerat lauare & baptizare, dixit: *Domine, tu mihi lauas pedes?*In quibus verbis magna est emphasis,in pronominibus, *tu & mihi*, quã cogitandam potius vult Augustinus quã exprimendam. Quid est, inquit, *tu*?Quid est,*mihi*; Cogitãda sunt potius quam dicenda,ne forte quod ex his verbis aliquatenus quidem digne concipit anima,nõ explicet lingua. Est & emphasis in dictione, *pedes*, quam,sicut & pronominũ præcedẽtium,explicat Theophyl.in hunc modum;Tu lauas meos pedes manibus illis quibus oculos cæcorũ illuminasti, quibus leprosos curasti, quibus mortuos suscitasti:tu qui hæc maiora fecisti,meos serui & imperiti & non manus,neq; aliã partẽ honestiorẽ,sed pe- D des,qui extremæ omniũ maximeq; sordidæ partes ac ignominiosæ habẽtur?Lauas autem pro lauare paras dictũ est,nec & illud caret emphasi,quod lauas potius quam lauare paras dixerit. Sic enim significauit plane absurdũ videri quod Dominus tẽtabat.Nã indignius est vt Dominus abluat serui pedes,quam vt tãtum paret eos lauare.retro ergo ex reuerẽtia & zelo detrectãti respõdit Dominus: *Quod ego facio*, id est, facere paro.*tu nescis*,id est, non intelligis modo: *scies autem*, id est, intelliges, *postea*.Itaq; latentis causæ & mysterij ratione Petri horrorẽ reprimere Dominus voluit.At quando Petro datũ est intelligere facti huius rationẽ; partim quidẽ post lationẽ, quando se Dominus illud E in exẽplum illorũ fecisse exposuit,sed plenius post acceptũ spiritum sanctũ,quando non solum perfectius cognouit cum aliis,factũ hoc fuisse eximium exẽplum sequendæ humilitatis & dilectionis mutuo exhibendæ,sed etiã fuisse mysteriũ necessariæ ablutionis internæ & spiritualis.Porro Petrus ne hoc quidẽ respõso,quoniã non intelligebat, coercitus,in cœpto persistit feruore ,imo etiam magis refugit,& præ summa erga ipsum reuerentia non considerans quã deberet illi in omnibus obedientiam, dixit:*Non lauabis mihi pedes in æternum*, hoc est, nunquam patiar vt mihi laues pedes. Ioannes,inquit Cyprianus,venienti Domino ad baptismũ tentauit resistere,sed mansuetius increpatus illico obediuit,& quia supet hoc etiam responsum acceperat,licet territus acquieuit.Sed differẽtiam causæ huius Petrus intelligens,lauare magistrum & obsequi ei,tolerabile iudicabat.Lauari autẽ ab eo,& tãtam humilitatis eius pati deiectionem,ita videbatur indignum , vt omnino cogi non posset, nisi interminatio periculosissima coarctasset. Hæc illo sermone de ablutione pedum.Itaque quãdoquidem altitudine prætensi mysterij non cessit à B sua sententia Petrus,sed magis etiam in ea firmatus est,Dominus vt hanc vehementum recusationem ab amore proficiscentẽ, veluti clauum clauo pelleret , minis cohibuit oportunis , vehementer scilicet amanti dilectionis damnum prætendens, ac significans eum,si sic amare pergeret, amari vicissim nõ posse.Cum enim præ omnibus aliis discipulis maximè desideraret esse cum Christo(vnde postea dolenti animo rogat:Domine quo vadis, & quare nõ possum te sequi modo?)Dominus quod maximè sciebat animum eius vellicaturum,incutit ei tanquam terriculamentum quoddam , dicens : *Si non lauero te , non habebis partem mecum*, hoc est non eris cohæres meus,nõ eris particeps hæreditatis & fœlicitatis meæ in regno meo. Vel C etiam,vt alij exponunt,non eris particeps conuictus & consuetudinis meæ,sed eiiciam te à meo cõsortio. Cæterum illud,*Si non lauero te*, dupliciter accipi potest. Nam intelligi potest dictum de ablutione corporali pedum lotione:quæ tum erat præ manibus:at tum intelligendum est istud non ob id dictum,quod ablutio illa per se ad salutem fuerat necessaria,sed quod propter inobedientiam suam, si perseueraret resistere,Petrus esset reiiciẽdus , vt sit sensus:Si non in hac re quam ego vt præceptor & Dominus à te postulo, mihi acquieueris , illud tibi denuncio,quod in pœnam tuæ inobedientiæ de meo collegio sis eiiciendus , partemque illam beatæ retributionis & fœlicitatis æternæ, quam ego vna cũ meis accipiam in regno patris mei,nõ sis accepturus.In hunc sensum istud accepisse videri potest Diuus Augustinus , dum admonet sic dictũ esse, *si non lauero te*;cum de solis pedibus ageretur,quomodo dici solet,calcas me , quando tibi planta calcatur. Multo autem magis sit accepisse videtur Basilius in oratione de iudicio Dei, cùm hunc locum expendens ostendit hinc terribilitatem diuini iudicij , quod Petro propter suã in obedictiam ex amore licet prodeuntem,Christus comminatus sic reiectionem & cõdemnationem. Aliter verò secundum alios intelligi potest istud dictũ à Domino non de corporali pedũ ablutione, sed de spirituali ablutione , vt intelligatur Dominus facta anagoge , ab externa ablutione ad internam extulisse sermonẽ:quemadmodũ cũ Samaritanam alloqueretur,ab aqua corporali transtulit sermonem ad aquam spiritualẽ.Vnde notat Caietanus,non iam dixisse Dominũ,si nõ lauero pedes tuos,sed *si non lauero te*;vt hac locutionis mutatione significaret se non iam loqui de externa pedum ablutione,sed interna ipsius Petri, quæ propria est Christo,& omni homini necessaria, qui cũ Christo partem est habiturus.De hac spirituali lotione potius hũc loq̃ accipiendum apparet,quod de tali

de tali intelligẽda sit ea quæ sequitur Domin. sen- A tentia,vt patebit.Obstare tamen videtur quod spirituali ablutione quæ ad salutem sit necessaria.Petrus modo nõ videatur indiguisse,cũ iamdudum à Domino fuerit ablutus, & Dominus mox subiiciat:*Et vos mundi estis*.Sed ad hoc facile dicetur, Petrum,etsi mũdum & ablutum,adhuc tamen indiguisse mystica illa pedum & affectuum purgatione,de qua in sententia sequente loquitur Dominus. Certe D.Cyprianus in sermone prædicto, de spirituali ablutione sententiam intelligit. Sic enim habet: Paulatim mysterij huius declaratur necessitas,quam conditio proposita inexitabilem reddit:& si cũ Christo partẽ aliter habere nõ possumus,nisi ipse pedes nostros abluat,quandoquidem sic arctatur cõsensus,lauet,& tergat,& sacramenti huius virtutem nobis exponat.Et post pau B ca in oratione ad Christum:Quicquid dicat Petrus necesse est vt ipse nos abluas, neque enim lauare nos possumus,sed in omnibus quæ agimus indulgẽtiæ tuæ lauacro indigemus.Hæc ille.Hinc ergo discamus,non posse nos participare mensæ Domini,nisi ab illo abluamur,nec posse admitti nos in sanctorum post hanc vitam cõsortium,nisi Apoc. 21. & pedes nostros abluat Christus.quia nihil coinquinatum intrabit in regnũ cœlorũ, quare quod minus hic purgatum fuerit,post hanc vitam necesse est purgetur perfecte.priusquã quis partem cum Christo & apud Christum obtineat.

DICIT EI SIMON PETRVS: DOMINE NON TANTVM PEDES, SED ET MANVS,&c.]Petrus tametsi non intelligebat quid sibi vellet sermo Domini,tamen quum audiret sibi periculũ esse vt ab illius secluderetur consortio, quem vnice diligebat,idque vehementer,vt nihil aliud magis adhorreret(dura siquidem est amãti mentio diuortij) quam vehemens fuerat prius in recusando,tã vehemens,imo vehemẽtior subito factus est in admittendo , vtrobique præ amoris magnitudine modum seruare nesciens.ita vt qui prius etiam iussus,pedes solos lauandos præbere noluit, iam etiã vltro & caput & manus ,hoc est, sese totum lauandum offerat.Domine inquit,non tantũ pedes meos laua,quando ita vis,sed & manus,& caput,potius scilicet quam à te diuellar & D abiiciar. Porro hoc factum Petri nobis insigne est exemplum,vt & per humilitatem nos plane diuina dignatione indignos censeamus,& tamen per obedientiam auide Dei dona quæ ipse in salutem nostrã parauit amplexemur.Dedit ille nobis corpus suum in cibum,& sanguinem suum in potũ. Nostrũ est vt nos ea participatione indignos omnino reputemus.At quoniã ei placuit hæc ad no- Ioan. 6. stram nobis contradere salutem,adiunxitque:Nisi manducaueritis carnem fil j hominis,& biberitis eius sanguinem,non habebitis vitam in vobis: sicut modo dixit Petro,*Si non lauero te, non habebis partem mecum*;tursum nostrum est vt non per humilitatem deprimamur nimis,sed per obedientiam & Christi amorem,ac salutis desiderium cupide aspiremus ad eorum participationem donorum,eaque non frigide,sed omni cum auiditate suscipiamus. Deinde hoc Petri facto,vt notauit Theophylactus,commode vtemur contra eos qui indiscrete & temere se facturos quippiam statuerunt, quod eis nõ prodest,sed in salutis potius eorum vergit dispendium.quod & iureiurando cõfirmauerint,ac deinde iuramenti reuerentia,in eo quod decreuerũt,pertinaces esse perrexerint.Proferẽdum enim illis hoc Petri exemplum,qui cum propositum suũ in quo pertinax esse decreuerat, audiret vergere in separationem à Christo,cessit ab illo,vt hinc admoneãtur præsumptuosum mutare decretum,nec immorari illo, etiamsi iuramẽto illud ex magno impetu firmauerint.

DICIT EI IESVS:QVI LOTVS EST, NON INDIGET NISI VT PEDES LAVET, SED EST, &c.] Quemadmodum Dominus Petri in detrectando vehementiam, facta anagoge ab externa ad internam lotionem,repressit:ita nunc eius in alteram partem vehementiam coarctauit,altera vsus allegoria ex communi hominũ vsu desumpta.Qui enim in balneis aut quouis lauacro corporaliter sunt iam recens loti, cætera quidem mundi sunt,attamen adhuc necesse habent abluere pedes quos contactu terræ continuo inquinant, etiam cum primum balneas egrediuntur,aut etiam cum adhuc in illo nudis ambulant plantis.Hinc ergo sumpta allegoria respondet Dominus,*Qui lotus est*, &c. Et quidem D. Ambrosius , vt superius est ostensum , ex hac Domini sententia intellexit baptismo ablutis adhuc etiam esse necessariam pedum ablutionem,quæ eis etiam tanquam sacramentum quoddam sit adhibenda:nimirum existimans hanc sententiam de corporali pedum ablutione accipiendam, qualis fuit ea quã modo Christus habuit præ manibus, cuius occasione hanc extulit sententiam. Verum quod hæc sententia secundum intentionem saluatoris potissimum de ablutione interiori sit accipienda,patet ex eo quod sub ea tãquã vniuersali subsumitur,cum dicitur: *Et vos mundi estis*. Hoc enim constat intelligẽdum esse de munditia spirituali. At dicet aliquis:si de interna & mystica pedum ablutione Domini illa sententia est intelligenda,quomodo huic deseruit propositto, vbi de corporali agitur pedũ ablutione? Certe quia corporali hac pedum Apostolicorũ ablutione significare voluit Dominus ipsis & omnibus necessariũ esse identidem mysticam pedum,hoc est affectuũ purgationem. Affectus enim velut pedes sunt animæ,quod sicut pedibus terram contingimus, eisque huc illucque mouemur:ita animi affectus in terrenis his rebus necessario occupantur, eisque ad hæc vel illa inclinamur. Sicut autem pedes terram contingentes,necessario hinc conspurcantur: ita fieri non potest,vt non affectus nostri,dum circa terrena versantur,aliquid subinde ab illis contrahant sordium.porro sicut sub typo corporalis ablutionis pedum Dominus significauit necessariam spiritualem affectuum ablutionem: ita cum dicit Apostolos esse mundos & lotos, verisimile omnino est ipsum respexisse ad corporalem suum baptismum,in quo huiusmodi mundiciem sint consecuti& loti spiritualiter. Proinde ex hoc loco D.Augustinus & alii colligunt non male, Apostolos fuisse baptizatos corporali baptismo Christi, & non solum baptismo Ioannis.Is enim non reddebat mundos,secũdum animam.Est ergo sensus huius respõsionis Domini iste:Frustra petre manus & caput abluenda offers,cũ sufficiat pedum ablutio.Sicut enim qui in balneis iam bene loti sunt,nõ opus habent toto ablui rursum corpore, sed tantũ vt pedes abluant,quos mox vbi egressi fuerint balneum, ex contactu terræ coinquinant, imo quos ex ipso balneo immundos deferunt:ita qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui meo spiritu, meoq; baptismo sunt iã loti & mundati, non necesse habent eodẽ rursum purgari lauacro. sed tantùm vt pedes, hoc est, animi affectus, qui ex terrenis rebus in quibus versantur, subinde in præsenti vita macu.antur, identidem etiam purget, p œnitentiæ lacrymis, carnis castigatione, aliisq; id genus virtutum remediis. Vos autẽ mundi estis, meoq; semel spiritu in baptismo abluti. Nõ ergo opus est vobis nisi mystica spiritualiũ pedum ablutione, cuius hæc corporali vestrorum pedum ablutione vobis typum & exẽplum ædo. Cæterũ mouet D. Augustinus scrupulum, quomodo de loto qui non indiget nisi vt pedes lauet, dicitur: *sed est mũd⁹ totus.* Si enim tot⁹ est mundus, quomodo indiget vt pedes lauet? Intelligit Caietanus totum esse mundum vbi pedes lauerit. At rectius cum Augustino intelligitur lotum dicitotum mundum, præter scilicet pedes quos necesse habet vt lauet, à quorum tamẽ immunditia non reputatur homo immũdus, sed veluti totus mundus habetur, cum tantum restant pedes abluẽdi. Rectius, inquã, sic intelligitur, quia subiicit Dominus Apostolos esse mundos, quorũ tamẽ adhuc pedes abluendi restabant. Illud autẽ: *Et vos mundi estis*, assumptio est sub generali propositione præcedẽte, proinde, & vos, phrasi Hebraica positum est pro, Vos autem. Syllogismo enim quodam, vt suprà est expressum, probat Dominus suis sufficere pedum ablutionem, conclusionem non exprimẽs, sed expositis præmissis intelligendam & inferendam relinquẽs. Mouet autem scrupulũ D. Chrysostomus, quomodo Apostolos Dominus iam mundos pronunciet, cum victima in cruce nondũ fuerit oblata, qua sola omnium mũdantur peccata Proinde putat non dici mundos, q̃ purgati essent à peccatis suis, sed magis quòd liberati essent per Christi doctrinam ab errore Iudaico, propter quod postea dicit: *Iam vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.* Quam partem etiam hoc loco legisse videtur D. Chrysostomus, pronuncians hic Apostolos non absolutè dici mundos, sed propter sermonem quem illis Dominus sit locutus. At quod de munditia à peccatis Dominus loquatur, patet ex eo quod subiicit, *sed non omnes*, notans Iudam non propter errorem, sed propter traditionẽ immundũ, vt exponit Euangelista. Per agnum enim, qui, vt dicitur in Apocal. occisus fuit à constitutione mundi, in præscientia scilicet Dei patris, mũdati sunt à peccatis suis semper quotquot crediderunt in eum. Vnde Iaias suo tempore ad hanc monet mundiciam parandã dicens. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ. Dicit autem Dominus non omnes esse mundos, vt Iudæ conscientiam purgaret, isq; intelligeret, conceptam animo eius iniquitatẽ Domino non esse incognitam, ac proinde moneretur ab ea recedere, tum cõsideratione diuinitatis Christi, per quam nihil illũ latebat: tum cõsideratione benignitatis ipsius, per quam suum traditorem sibi cognitum in illo suo familiari tolerabat conuictu, ad pedum ipsius ablutionem se submittens, & tanti in se concepti sceleris authorem nequaquam aliis manifestans. Et primum quidẽ in genere Dominus illius conscientiam vellicat: deinde vero, cum hac non proficeret ratione, intentatam exprimit contra se traditionem, nihil prætermittens quo illum ad sanitatem reduceret. Cæterum de pedum, hoc est, assectuum mystica ablutione, loquitur in Canticis etiam sponsa, dicens: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quo significatur, iustos plerosq; cùm ad prædicationis officium & animarum regimen vocantur; hinc absterreri quod videant fieri non posse vt affectus in huiusmodi actionibus non identidem contaminentur, quos in otio iudicant se nosse mundiores seruare. *Cant.5.*

POSTQVAM ERGO LAVIT PEDES EORVM, ACCEPIT VESTIMENTA, &c.] Post factum cœpit Dominus ex parte, iuxta promissum, causam sui exponere facti, quatenus scilicet fuit factum in exemplum humilitatis & dilectionis erga fratres exhibendæ, non autem quatenus fuit factum in mysterium internæ affectuum ablutionis, quòd illius mysterii supra à se indicati non essent modo satis capaces, sed intellecturi illud essent, cum plenius spiritum sanctum accepissent. Ita q; cum facto suo exẽplum humilitatis & dilectionis exhibuisset, resumptis vestimentis iã quietè cum suis rursum accumbens, cœpit etiam verbis ad eandem prouocare, ordinem illum seruans quem alibi indicauit Lucas, dicens: Cœpit Iesus facere & docere. *Scitis*, inquit, *quid fecerim vobis?* quod quamuis posset accipi dictum affirmatiuè, magis tamen est accipiendum interrogatiuè in hoc sensu: An intelligitis quid sibi velit id quod feci vobis? Nam alioqui sciebãt quid sibi Dominus fecisset, nempe quod eorum lauisset pedes, sed causam huius tam insolentis facti ignorabãt. Hanc ergo eis exponit, dicens se hoc fecisse vt suo exemplo prouocarentur ad exhibendum idẽ, vel simile suis conseruis & fratribus, quod magistrum & Dominum viderunt exhibuisse discipulis & seruis. Non simpliciter autem se Dominum vocat & magistrum, sed prius se sic ab ipsis vocari assumit, eorumque appellationẽ nõ esse vanam & adulatoriam confirmat, vt sic suo exemplo efficacius ad imitationem prouocaret, quod non ita efficaciter facerer, si vel ab illis nõ haberetur magister & Dominus, aut re vera id non esset quod dicebatur. Dicit ergo: vos vocatis me Magistrum & Domine, idque merito facitis. Sum etenim vere id hîc me dicitis, & id vere solus sum. Si ergo ego lani pedes vestros, qui & secundũ vestrã affirmationẽ, & secundum rei veritatem sum Dominus & Magister. & Dominus ac Magister absolute, omnium scilicet & Dominus & Magister, ac solus, etiam vos qui inter vos fratres estis & cõserui, multo magis debetis merito alter alterius lauare pedes, & humiliter per dilectionẽ mutuis officiis quãtumuis vilibus inuicẽ inseruire. In hoc enim feci quod modo feci, quo in me exemplũ daretem vobis, vt quemadmodum ego tantus feci vobis, ita & vos faciatis vobis mutuo, nec pigeret aut puderet inter pares imitari quod ego discipulis & seruis exhibui. Cæterum in eo quod dixit: *Et vos debetis alter alterius lauare pedes*, nequaquam pedum tantum ablutionem exegit, quanquam & hanc exemplo Christi conuenitet inter Christianos esse receptiorem, ob quam & Abrahã & Loth in scripturis sunt commendati, quam & in primitiua Ecclesia exemplo Christi Christiani plerique hospitibus & peregrinis exhibebat. Vnde paulus viduam requirit quæ lauerit pedes sanctorũ. Et Augustinus testatur suo seculo apud plerosq; consuetudinẽ fuisse huius humilitatis cum se inuicẽ hospitio susciperent, multoq; id melius esse dicit *1.Tim.5*

& sine controuersia verius, vt etiam manibus fiat opere ipso corporali, ne dedignetur quod fecit Christus, facere Christianus. At nunc vt multorum refrixit & charitas, & humilitas, ita consuetudo hæc nunc penè tota exoleuit. Seruatur quidem in Ecclesia feria quinta hebdomadæ sanctæ, ritus quidam abluendi aliquot pauperum pedes: at hic non tam fit in imitationem exempli Christi, quàm ad renouãdam memoriam facti ipsius, cuius tamen memoria recepto more nimis frigidè ac dissimiliter ad factũ Christi, ferè peragitur & renouatur. Verùm vt dici cœptũ est, non pedũ tantũ ablutionem illis verbis Dominus exegit, ne sine hac putemus istud præceptũ non obseruari, sed humilitatis ac veræ dilectionis officia quæuis. Synecdoche enim est, vt ex eo quod seruilissimũ videtur & abiectissimũ, omnia officia intelligantur. Qui enim eò demiserit sese vt fratri lauet pedes, imò & hosti, sicut Christus fecit, quid ille ministerij, quid officij detrectabit? Sic cùm Abigail diceret nũtiis **Dauid: Ecce famula** tua sit in ancillam, **vt lauet pedes seruorum** Domini mei, signifi **cauit se vsqueadeo** morigeram & subiectam fore Dauidi, vt quæuis officia etiã abiectissima non esset detrectatura. Seruat ergo præceptum Domini hoc loco traditum secundum scopum ab ipso intentum, qui seruat illud Pauli: Honore inuicẽ præuenientes. at rursum: In humilitate superiores habentes inuicẽ arbitrantes. quique ex syncera erga proximos dilectione, nullam grauatur ipsis impẽdere officium etiam humile, siue in corpore, siue in anima, quod illis sit commodum, ac dilectioni fouendæ vel promouendæ conueniat. Singulari autem & eximia ratione hoc præceptum adimplẽt Christiani, cum sibi mutuo peccata condonãt, iuxta illud Iacobi: Confitemini alterutrũ peccata vestra, & orate pro inuicẽ, vt saluemini. Inter reliqua enim humilitatis & dilectionis officia præcipuum obtinent locum, humilitatemque ac dilectionem maximè promouent, confiteri & condonare inuicem peccata. His denique modis mystice lauamus pedes nostros, eaque facimus quę ad Eucharistiæ participationem maxime sunt necessaria, & ad eam præparant. Sicut enim Dominus ipsa corporali ablutione tanquam typo quodam admonere etiam voluit spiritualis ablutionis quę ad dignam Eucharistiæ perceptionem est præparatoria: ita recte eo quod dixit, debetis alter alterius lauare pedes; intelligitur singulariter significasse opus esse vt **quemadmodum** Deus hominibus facile **condonat delicta, etiam** homines sibi mutuo offensas remittãt, nonsolum quod mutua offensarum condonatio, præcipuũ sit ex dilectionis officiis, quæ synecdochice per lotionẽ pedum significantur: sed etiã quod hæc sit mystica quædã & spiritualis pedum ablutio, quæ fideles aptos reddit participationi eius sacramẽti, quod peculiariter dilectionis est symbolum. Pergit autẽ Dominus humilitatis doctrinam prosequi, & facti sui imitationẽ adhuc magis inculcare. Sciebat enim Dominus quã tardi ad sui dilectionem sint homines. cum sit hæc virtus & ad propriã salutẽ, & ad mutuæ dilectionis prouocationem ac conseruationẽ, summe necessaria. Aduertit periculum fuisse fore, ne cum edituri essent miracula, in superbiam aliquam erigi possent: præuidit ambitionis pestem etiam Euangelicæ tractaturã religioni. Ob id ergo diligentius ad exempli sui prouocat imitationem, subiiciens ex his quæ vulgo sunt notissima & certissima: Amen amẽ dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque Apostolus, id est, legatus maior est eo qui misit illum. Interpres enim dictionem Græcam, Apostolus quæ legatum Latinis significat, reliquit non versã. cum hoc loco non accipiatur tantum pro his quibus saluator Apostoli nomen imposuit, sed in genere pro legato quouis. Vulgares enim dominus suo more assumit sententias, ex quibus ad suum propositum significare voluit non conuenire, vt qui se ipsius agnoscunt seruos & legatos, dedignentur sese submisse demittere ad pedum lotionẽ, & quodcunque proximi ministeriũ, cum ad illud sese iam ipse demisisset, Dominus existẽs & magistet. Notat Caietanus bene nondictũ Apostolum minorẽ esse eo qui misit, sed non esse maiorẽ, quod & Christus Apostolus fuerit patris, quemadmodũ vocatur ad Heb. 3. qui tamen suo mittente nõ est minor, sed nec maior, cum sit æqualis. At magis videtur Dominus assumptis illis vulgaribus sententiis, plus significare voluisse quã extulit, nempe quod seruus non solum non est maior suo domino, sed multo etiam inferior illo, & similiter legatus multo inferior eo qui mittit illum. Sic enim intellectę hæ sẽtẽtiæ efficaciores sunt ad id quod Dominus agit. Nec obstat quod de Christo ille affert. Nam & Christus quatenus legatus, multo est inferior Deo patre qui misit illum. Postquã autem facti sui rationem Dominus exposuit, subiicit, *Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.* Vt scirent hæc, docuit eos quæ dicta sunt: vt facerent, ipse prior fecit. Commodè ergo iam post exhibitum exemplum & doctrinam prouocat vt quod modo ex ipsius cognoscunt doctrina faciendum, etiã ad exemplum ipsius faciant, alia iã ratione ad hoc eos inuitans. promissione scilicet beatitudinis & fœlicitatis. Beati, inquit, eritis si quod scitis etiam feceritis. Scire enim bonum, & non facere, nõ pertinet ad beatitudinem, sed ad condemnationem, iuxta illud Iacobi: Scienti bonum, & non facienti peccatum est illi. Cæterum quoniam de beatitudine meminit, rursum hinc occasione sumpta proditoris pungit conscientiam, propius iã accedẽs ad impietatis eius notationem. Cum enim superius tantum dixisset, non estis mundi omnes; notans in genere esse inter eos qui impietate aliqua maculati essent: nunc & significat vnum ex omnibus esse, & impietatis eius cõtra se esse, necdum tamen impietatis speciem aperit, quod in sequentibus est facturus. Non, inquit, de omnibus vobis dico quod beati eritis. Ego enim scio quos ex vobis ab æterno elegerim ad beatitudinem, ac proinde etiam scio quis ex vobis beatitudine indignus erit. Sed vt impleatur scriptura, ideo ferendum à me, vel ideo me permittente fiet, quod ab vno vestrum futurum est. Est enim oratio imperfecta, quæ prædicto vel simili modo est perficienda. Porro ex prædicta explanatione, quę est Augustini, patet quomodo illud, *ego scio quos elegerim*; (quo videtur Dominus secernere Apostolos, & significare non esse omnes electos) non cõtrarietur ei quod dicitur Ioan. 6. Nonne ego vos duodecim elegi, vt & circa illum locum dictum est. Videtur tamẽ etiã locus iste accipi posse de electione ad Apostolatum, in hunc sensum, Non de omnibus vobis dico quod beati eritis. Ego enim scio quales elegerim ad Apostolatum. Scio me ele

Apoc.13. *Isaiæ 1.* *Iacobi 5.* *Iacobi 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gisse inter vos quendam qui eo ordine erat indignus, aut qui in virtutis proposito non erat perseueraturus, sed tamẽ istud factum est à me vt ad impleatur scriptura. Sic enim iã rectè absoluitur imperfecta illa locutio. Coniunctio enim aduersatiua, sed, indicat Dominũ occurrere tacitæ quæstioni, qua quæri posset cur eum elegerit quẽ nouit non fore beatum, nec facturum ea quæ præcepit. Inter varias autem causas electionis Iudæ assignatas in cap. Cõcordiæ 39. etiam est ea; vt adimplerentur scripturæ. Scriptura autem quã Dominus hic citat, desumpta est ex psalmo 40. nõ annumerando verba, sed sensu seruato. Nam pro ἐμεγάλυνεν, id est, sustulit vel leuauit, Septuaginta habent ἐμεγάλυνεν, id est, magnificauit. Sic & Hebræa, quanquã Hieronymus verterit, leuauit. Pro πτερνισμὸν, id est, calcaneũ, Septuaginta habẽt πτερνισμὸν, id est, supplantationem, Hebræa verò plantã vel calcaneum. Habent enim Aceb, vnde Iacob supplantator dictus est. Cæterũ per magnificare supplantationem, vel leuare plantam aut calcaneũ, scriptura significat oppressionẽ. Quẽ enim quis calcaneo truserit, & supplantauerit, eum prorsus habet prostratum. Sensus ergo est: Is quicum mihi summa fuit familiaritas, quem etiam mensæ meæ consortio dignatus fui, ciboq; meo alui, se contra me erexit, meq; supplãtare & perdere conatus est. Istud Dauid ad literã quidẽ de se dixit, ob perfidum aliquẽ ex domesticis suis qui illi fuerat insidiatus, eiusque interitũ desiderauerat. At quoniã in omnibus quæ passus fuit Dauid, Christi typũ gessit, bene Dominus dicit in se implẽdã hanc scripturã per proditionem Iudæ, sicut & alia ferè illius Psalmi optimè quadrant in Christũ. Psal. 54. Similis est locus, vbi etiã Dauid in typũ Christi queritur de perfidia cuiusdam familiarissimi, dicens: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus: Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cũ cõcẽsu.

2. Reg. 15 Notat autem, vt est verisimile, ipsum Architophel, vnde Chaldæa paraphrasis habet: Tu verò Architophel. At Archithophel typus quidam fuit Iudæ proditoris, vt post magis expendetur. porro D. Augustinus hoc loco cùm dicitur, *qui manducat panem meum*, intelligit Christum vocare panẽ suũ, corpus suum, quod nunc suis edendũ distribuit. Hic enim propriè est panis Christi, quem & Iudã accepisse ex Luca constat. Latini quidam codices, *leuabit*, habent: at emendatiores præteritũ habent, *leuauit*, sicut & Græca. Subiicit Dominus, *A modo* (id est, nunc, vel ex nunc) *dico vobis quod futurum est, priusquam fiat, vt cũ factum fuerit, credatis* (sirmius scilicet & magis) *quia* (id est, quod) *ego sum*, is scilicet de quo id prædictum fuerat. potest & sic accipi, vt cùm factum fuerit quod nunc prædico futurum, vos, intelligentes nihil mihi esse incognitum, omniaq; me præscire, credatis quod ego sũ, Deus scilicet qui solus verè est absolutè, vnde in Exodo nomen suum explicans dicit: Qui est, misit me ad vos. &, Ego sũ qui sum. Aut credatis quia ego sum is quẽ me esse prædicauit. Simili loquẽdi modo & supra Ioã. 8. dixit Dominus: Cùm exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoscetis quia ego sũ. Hinc autẽ discendũ quæ fuerit præcipua causa, quare Dominus modò tam frequẽter Iudæ proditionem notat & prædicit. Nam quanquam id etiam fecerit, vt quantum in se erat Iudã à sua impietate reuocaret, tamen quoniam sciuit eum non corrigendũ, potissimùm id fecit, vt hinc post ea Apostolorum reliquorum fides in ipso confirmaretur, vnde hanc causam modò expressit.

AMEN AMEN DICO VOBIS, QVI ACCIPIT SI QVEM MISERO, &c.] Obseurum est quomodo hæc cum superioribus cohæreant, vnde variè à diuersis cõnectuntur cum præcedentibus. Theophylactus enim post Chrysostomum, intelligit Dominum his verbis Apostolos præparasse ad malorum quæ passuri erant tolerãtiam, & suprà quidem cùm dixit: Non est seruus maior Domino suo, exemplo eos animasse non solùm ad faciendum quæ ipse fecerat, sed etiã ad patiendum qualia ipsum conspecturi erant pati: nunc verò etiam alia ratione ad malorum eos tolerantiam animasse, & contra illa mala cõsolationem adhibuisse, demonstrando eorum honorem, & quanti eos faciat. Ac coactior videtur hæc cõnexio, quòd superius illud, Non est seruus maior domino suo, non sit dictũ ad hoc, vt ad similia patienda suos Dominus prouocaret, ad quẽ finem eadẽ illa sententia adducitur ab ipso cap. 16. apud Ioannem, sed potius vt similia facere non grauarẽtur. Cyrillus intelligit Dominũ significare voluisse honorem ac beneuolentiam omnẽ in se exhibitã in Dei patris transire personam, ac à contrario intelligẽdum reliquisse in ipsũ Deũ patrem ascendere contumeliam & iniuriam sibi irrogatam, vt & hac ratione Iudæ impietatem carperet, & ad saniorem ipse mẽtem reduceretur, si vellet. Itaque secundum eum sensus est: Amen dico vobis, quemadmodũ si quis acceperit quem ergo misero, me accipit: sic si quis me acceperit qui à Deo missus sum. Deum ipsum accipit: ac proinde ex contrario, si quis me contumelia aut iniuria affecerit, non in me tantum ea iniurius, sed & in Deum, qui me misit. Simplicius fuerit intelligere hæc à Domino dicta, vt fideles prouocaret ad officia dilectionis vnde cœperat suum sermonẽ, vt post interpositam obiter proditoris sui mentionẽ, redeat ad id vnde digressus fuit, & sicut prius Apostolos suo exemplo admonuit sese sibi mutuò submittere, & mutuam inter se exhibere dilectionem: ita nunc fideles etiã prouocet ad dilectionis officia, Apostolis & Apostolorũ sectatoribus exhibenda, ostendendo quàm eximia sint huiusmodi officia ipsis impensa. Ne enim putaretur ad solos Apostolos & Apostolorum similes pertinere quod dixit, & vos debetis alter alterius lauare pedes: quia subiicitur, *non est Apostolus maior eo qui misit eum*, oportunè iam omnes etiã ad officia Apostolis exhibẽda prouocat, quasi dicat: Non tantũ vos beati eritis si ad exemplũ meum alter alterius lauetis pedes, sed id verissime cõtestor vobis, qui accipit si quẽ misero, nõ illum tantũ accipit, sed in illo etiam me accipit. Ne autem id parum videatur, qui me accipit, accipit in me eum qui me misit, Deum: proinde qui misit sum à me accipit, Deum accipit, quod proculdubio summæ dignitatis est opus, ac summa merce de remunerandũ. Hic intellectus, quẽ fere Caietanus sequitur, conuenit loco Matthæi cap. 10. vbi similes sententiæ ad indicatum iam finẽ à Domino dictæ sunt. Hic autem iam videre licet, Dominũ superius in lotione pedũ significare voluisse synecdochicè omnia dilectionis officia, eum iam transiit à lotione ad acceptionem, hoc est receptionem in hospitium, in qua & pedum lotio includitur. Diuus Augustinus connexionis harum sententiarum cum præcedentibus non meminit, tantum disputat contra Arianos, qui cum quosdam Catholicos audirent hinc probare vnitatem naturæ patris & filii, quia dictum est *qui me accipit, accipit eum qui me misit*, contra colligebant ex hoc loco tantum distare inter filium missum & patrẽ mittentem, quantum inter Apostolum & filium mittentem dicentes. Quantum Apostolus filii distat à filio, quamuis dixerit, *qui accipit si quem misero me accipit*, tãtum & filius distat à patre, quãquis dixerit, *qui me accipit, accipit eum qui me misit*. His autem confutatis, deinde ostendit illud, *qui me accipit, accipit eum qui me misit*, non dictum ob naturæ vnitatem significandã, sed vt in eo qui mittitur, mittentis cõmendaretur authoritas. Itaquẽ simili ratione qua qui apostolũ recipit, Christũ recipit, etiã deum recipit, qui filium missumre cipit, nempe quia in missio mittentis est authoritas: tamen quia pater mittens etiã est in filio per naturæ vnitatem, ideo præter hoc quod qui filiũ missum recepit, recipit & Deum mittentem ratio ne authoritatis quæ est in misso à mittente, etiam concurrit vt qui filium recipit, & patrem recipiat propter naturæ vnitatem. Sic fere Augustinus.

INSTITVITVR EVCHARISTIA. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. CAPVT CXXXI.

ET ait illis, Desiderio desideraui hoc Pascha mãducare vobiscũ, antequã patiar. Dico enim vobis, Quia ex hoc nõ mãducabo illud donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis, Quod nõ bibã de generatione vitis, donec regnũ Dei veniat. Et mãducantibus illis accepit Iesus panẽ, & accepto pane & gratias egit, & benedixit, fregit, dedit que discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meũ quod pro vobis datur, hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter & calicẽ accipiens, postquã cœnauit, gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Et biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Amen dico vobis: Quia iam non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam nouum vobiscum in regno Dei patris mei.

ET AIT ILLIS: DESIDERIO DESIDERAVI HOC PASCHA MANDVCARE.] Eucharistiæ institutionem subiungendã post pedum lotionem præcedenti capite factis est ostẽsum. At ante hanc Matthæus & Marcus cõmemorant Dominum inter cœnãdum de proditore suo sermonem intulisse: cum Lucas de illo post Eucharistiæ institutionem Dominum meminisse narret, vnde quidam post Augustinum existimãt Dominum & ante Eucharistiæ institutionẽ, & post eam de proditore suo locutũ, Matthæi & Marci narrationem iungentes cum his quæ iam superiori capite ex Ioanne sunt posita, vbi in fine recitè proditorem suum notat Dominus, & subiicitur à Ioanne: *Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me*, & quæ similiter narrant Matthæus & Marcus. Verum quod mentio proditoris à Luca descripta, sit eadem cum illa quam descripserunt Matthæus & Marcus, ipta verborum identitas nimis probabiliter arguit. Siquidem & Lucas dixisse Dominum narrat quod & alii duo habent: *Filius quidem hominis vadit, ve autem homini illi per quem tradetur.* Iã Matthæus & Marcus sic factam proditoris mentionem commemorat, antequam narrent institutionem sacramenti corporis & sanguinis Domini, vt tamen suo narrandi modo nullum significent ordinem, vt patet legenti: Lucas verò hic illam commemorat post Eucharistiæ institutionem, vt ordinem significet. Nã post tradita sui corporis & sanguinis mysteria, nominum subiunxisse scribit: *Verumtamen ecce, manus tradentis me mecum est in mensa.* Cùm ergo eadem sit Matthæi & Marci narratio de proditore cum narratione Lucæ, & ex Luca cõstet illã post institutionem Eucharistiæ, à Domine factã, recitè eam narrationem à Matthæo & Marco positam per præoccupationẽ ante cœnã mysticã, in Concordia posuimus post cœnam, sicut & similẽ Iohannis dixerit, *qui me accipit, accipit eum qui me misit.* Cnis de proditore narrationẽ, cuius narratio nihil obstat iam dictæ rationi concordiæ Euangelistarum, vt superiori capite est ostensum. Cæterum Lucas descripturus mysticam cœnam, præmittit Dominum dixisse: *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum*, &c. In quibus verbis si per pascha agnus legalis sit intelligẽdus, quemadmodum accipitur ea dictio in præcedẽtibus apud Lucam, verba illa Domini magis videri poterant in Concordia ante lotionem pedum collocanda, ante quam suprà ostensum est verisimiliter agnum typicum à Domino fuisse cum suis comestũ. Verũm vt hoc potius loco ea reponenda iudicaremus, causa potissima fuit, quia hæc verba separatim non poterãt commode ab illis quæ Lucas narrat de accepto calice, antequam de accepto pane commemoret. Nam sicut de Pascha te Dominũ dixisse refert: *Dico vobis quia ex hoc non mandicabo illud*, &c. ita de accepto calice dixisse narrat continuẽ: *Dico vobis quod non bibam de generatione vitis*, &c. quæ narratio non pateretur, vt quæ de calice bibendo dicuntur, seperarentur ab his quæ de edendo Pascha dicuntur. Iam quæ de calice narrãtur à Luca, antequam acceptum à Domino panem commemoret, verisimile omnino est secundum Augustini sententiam intelligenda esse de calice sacro quo scilicet sãguinis sui participationẽ Dominus tradidit, vt per præoccupationem illa Lucas narraverit ante acceptum panem, & de eodẽ calice accipiãtur, quæ & ante accepto panem, & post eum cõmemorat. Quare non potuit cõmode aliquid ex hac narratione Lucæ in Concordia poni ante pedum lotionem post quã etiam fieri potest quod Dominus dixerit de agno paschali: *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum*, etiam si iam ante lotionem comestus fuerit. Sunt tamen qui quod à Luca dicitur de calice ante panis cõsecrationẽ intelligũt de alio calice, quã de quo post consecrationẽ meminit pariter, dicentes Dominum

Universidad de Deusto
Biblioteca

post esum agni paschalis,ex vetere ritu Iudæorum A calicem prophanũ suis porrexisse.ac vt inter se illum diuiderẽt iussisse.Solent enim Iudæi vt & hodie maxime in maioribus solẽnitatibus, id obseruare,vt paterfamilias aut alius qui ad mẽsam consedit dignior panem in manibus sumptum, ac deinde per partes fractum distribuat conuiuis, quo
1.Reg.1. ritu deinde circumferunt & poculum,in concordiæ symbolum.Sic Elcana cum in Silo diebus statutis ascendit ad immolandum Domino, dicitur vxoribus suis & filiis ac filiabus dedisse partes.Iam sicut in aliis sacrificiis semper adiungebatur aliquod libamẽ,ita putat Caietanus agnum paschalem habuisse proprium quoddam libamen,quamuis de eo non fiat mentio,vbi præcipitur immolatio agni paschalis:atque hoc libamẽ existimat esse quod Lucas ante panis consecrationem dicit Dominũ discipulis porrexisse.Certe D. Hieronymus in Matthæi cap.26.scribens de duobus calicibus dicit legi in Luca,quos Dominus discipulis propinarit.Istud si verum est,optime sane quod Lucas de paschate & priore calice narrat, ponereturin Cõcordia ante lotionem .Verum verisimiliorem D. Augustin i sententiam illud facit,quod quæ de calice ante consecratũ panem Lucas dicit,eadem de consecrato calice post panẽ Matthæus & Marcus habent,Lucas vero cum calicis mentione rursum post consecrationẽ panis ingerit,illa iam præ termisit,vtpote à se prius per anticipationẽ de calice dicta.Sũt enim quatuor,quę Mattheus & Marcus ad calicem sanguinis attinẽtia scribunt; nempe gratiarum actio,calicis distributio,veri sanguinis assertio,denique protestatio non bibendi deinceps de generatione vitis,horum tertium tantum suo ordine Lucas refert,cętera prȩoccupat:& ideo præoccupat de calice sermonem,vt protestationem non bibendi coniungeret cum protestaI.Cor.10. tione non manducandi amplius.Sic & paulus calicis sacri meminit ante panem: Calix(inquit)benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?& panis quem frãgimus, nonne participatio corporis Christi est?Certe cum Lucas priori loco calicis mentionem faciẽs, præmittat Christum gratias egisse,plane significat se loqui de calice Eucharistico & benedictionis, non D autem de calice vulgari aut legali. Euthymius & aliam reddit rationem,qua cõprobetur idem esse poculum cuius ante panem sacrum & post meminit Lucas,nimirum quod post consecrationem & distributionem calicis non simpliciter dixerit, Similiter & calicem; sed, *Similiter & calicem illum*, addito scilicet articulo,qui significet rem de qua facta est mentio.Græce enim est, τὸ ποτήριον, cum ad accusatiuum πότηριον,id est,panem,nõ apposuerit Lucas articulũ,sicut tamen Matthæus & Marcus vtriq;articulum appoſuerunt,ad distinctionẽ huius panis & calicis ab aliis.Hoc tamen Euthymij argumentum quanquam sit probabile,tamen non plane conuincit, quandoquidem & apud Paulum, E cum 1.Cor.11 .cœnam mysticam eisdem pene verbis describit quibus Lucas hoc loco, calici additur articulus,nõ pani, vnde qui contrariam perse qui vellet sententiam,dicere posset ſdictioni ποτήριον, Lucam secundo loco addidisse articulum,cum prioti non addiderit, ad distinctionẽ secundi calicis à priore , & ad denotandũ quod secundus calix,eximius fuerit,prior vero cõmunis. Iam vt probabilius est Lucam bis calicis facientẽ mẽtionem, de eodẽ vtrobique loqui calice;ita sunt qui quod præcedit ante mentionẽ calicis,de paschate cuius Dominus dicit se summopere desiderasse esũcũ discipulis,intelligendum putant non de agno Paschali typico,sed de Christi corpore ac nouo Paschate,vt sicut Lucas bis meminit sacri calicis,ita etiam bis corporis Dominici mentionem fecerit. De nouo enim Paschate dexisse Dominũ,*De fiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscũ*; citatur in Catena Thomę, Eusebium intellexisse. Intellexisse de illo videtur & D.Hieronymus,qui in 26.Matthęi scribẽs super illud;Post biduũ Pascha fiet;sic habet:Et finẽ carnali festiuitati volens ponere, vmbrasq; trãseunte paschę reddere veri B tatem,dixit:*Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar*. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus,si tamen comedamus illud in azymis synceritatis & veritatis. Hæc ille.Certe Tertullianus aperte declarat se intellexisse Dominũ locutum hic de nouo paschate,dum sic scribit lib.4.aduersus Marcionẽ:E tot festis Iudæorũ, paschę diem elegit.In hoc enim sacramentum pronũciarat Moyses,Pascha Domini est,ideo & affectum suum ostendit: *Cõcupiscentia concupiui Pascha edere vobiscum antequam patiar*. O legis destructorem,qui concupierat etiam Pascha seruare.Nimirũ vetuecina illum Iudaica delectaret? An ipse erat qui tanquam ouis ad victimã adduci habens,& tanquam ouis cotã tondente,sic os non C aperturus,figuram sanguinis sui salutaris implere concupiscebat?Et post pauca: Professus itaque se cõcupiscentia concupisse edere pascha,vt suũ(indignum enim vt quid alienũ concupiscereet Deus) acceptum panem & distributũ discipulis, corpus suum illum fecit.Roffensis lib. 5.contra Oecolãpadium,prætereaquod his D. Hieronymi & Tertulliani autoritatibus ostendit hunc Lucæ locũ de nouo paschate accipiendum,idem conatur confirmare ex eo quod Dominus dicit se nõ esturum ex illo paschate cuius esum se dixit desiderasse,donec impleatur in regno Dei.Hinc colligit, quod impleto illo in regno Dei(quod factum vult in resurrectione) Dominus comederit rursum ex illo Paschate.Certum est autem non edisse post resurrectionem Pascha legale,nouum autem pascha edisse putat tunc cum à duobus discipulis agnitus est in Emaus in fractione panis.Consequi ergo putat hinc de nouo paschate accipiendum præsentẽ locum Lucæ.Sed vt hæc argumentatio variis rationibus est inefficax, ita simplicius est intelligere nomine paschę in illis verbis designatum agnum paschalem,quod sic semper apud Lucã in præcedentibus accipiatur:Desiderasse autẽ se dicit Dominus esum huius paschæ antequã pateretur,non propter ipsum pascha,quo nõ ita magnopere delectabatur.quod annis superioribus frequẽter iam comederat,sed quia pascha illud nouissimũ erat pascha,imo nouissimum conuiuium, quod cum E suis in mortali corpore agitaturus, in quo proinde cõuiuio abrogato veteri paschate,noua suis mysteria pro fidelium omniũ salute commẽdare debebat & cupiebat.Omnino enim conueniebat vt sacramẽtum corporis & sanguinis sui non post resurrectionẽ,sed ante passionẽ,cum adhuc mortale circumferebat corpus,institueretur,eo quod mortalitatis ipsius sit symbolum, & in mortis Dominicæ repræsentationẽ sit institutum,vt paulus expressit,vnde nec conueniebat,vt prius quam in vltima

vltima cœna institueretur,cum iamiam erat mortem quæ repræsentanda erat, subiturus Dominus: quando item conueniebat vt iam discessurus suæ memoriale relinqueret dilectionis, pro more discedentium&morientium amicorum.Nec aliam conueniebat esse cœnam nouissimã in quasacramẽtum corporis & sanguinis sui Dominus institueret,quã Paschalem cœnam,vt typo coniungeret veritatem;typico scilicet agno, verum agnum & per veritatem typo succedentem,vetus aboleret Pascha;nouæ redemptionis nouum instituens memoriale.Sicut enim eadẽ à Iudæis quotãnis celebrata fuit agni paschalis immolatio , in memoriam redẽptionis eorũ ex Ægypto;ita nunc noua & vera liberatio quæ per corporalẽ illã liberationem fuit ptæ figurata,deinceps nouo symbolo erat celebrãda,quod præfiguratum fuit symbolo il B lius corporalis liberationis.Quoniã ergo sacrosãcta & salutaria corporis & sãguinis Dominici mysteria ante passionem erant instituenda , idque in vltima cœna,& ea non alia quàm Paschali, bene dicit se Dominus desiderio desiderasse,id est,sum mopere desiderasse(hoc enim significat illa geminatio ex phrasi Hebræa)esum huius paschę antequam pateretur,eo quod summè desiderabat ad nostram salutem sacramentũ hoc discipulis commendare.Huic desiderio edẽdi illud nouissimum Pascha,conuenit quod cum Dominus moriturus ea die qua Iudæi recepto more Pascha celebraturi erant,potuisset secundùm receptum illũ Iudæorum morẽ Paschæ celebrationem prætermittere, noluit tamen eam prætermittere, sed morem illũ præuenit celebrans pascha secũdum legis exactã constitutionem. Subiungit autem rationẽ quare summe desiderauerit edere illudPascha,nimirum quia illud futurum erat vltimum conuiuium, quod in mortali corpore cum suis erat celebraturus.Id enim significat cum sequitur: *Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.* Vbi. *ex hoc*.positum est pro ex hoc tempore , hoc est, posthac. non enim illud, *ex hoc* correspondet ei quod habẽt Græca,ἐξ οὗ τοῦτο, sed ei quod habent ἕως,id est,amplius,vel vltra. Cætetũ valde obscurum est quid sit illud , *donec impleatur in regno Dei*.& similiter quid illud quod post portectum sacrum calicem dicit, *non bibam de eo donec bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei*, quod tantam habet obscuritatem vt docta Hedibia eius intelligentiam à D.Hieronymo quęsierit.Et eruditus Eucherius Episcopus Lugdunensis inter quæstiões de scripturis difficiliores illud locauerit.Hæc ergo loca vt bene intelligantur,simul sunt tractãda,quod sint similia.Sicut enim in vno dicit se non manducaturum vsque ad tẽpus certũ,ita in alio dicit se vsque ad tempus non bibaturum.Et quidem sunt plerique qui post Chrysostomum per regnum Dei in his locis Dominũ intelligũt significasse suam resurrectionẽ. qua deuicta morte & mortalitate exuta regnauit,accipiens à patre omnium potestatem,sicut testatus est post E resurrectionem,dicens,Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.Itaquè cũ dicit apud Mat-
Mat.28 thæum & Marcum Dominus ; *non bibam de hoc genimine vitis vsque in diem illum cum bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei*, intelligunt significare Dominum, se non amplius bibiturum cum eis ante resurrectionem : post resurrectionem vero rursum cum eis bibiturum vinum, A sed nouum,hoc est,nouo modo,quia non vt nunc ad necessitatem,nec naturali modo,sed modo supernaturali,ad veritatem carnis comprobandam. Quod enim post resurrectionẽ cum Apostolis Dominus etiam biberit,patet ex verbis Petri dicen- Actis 1. tis,Qui mãducauimus & bibimus cũ illo postquã surrexit è mortuis. Iam cum de Pascha dicit, *non manducabo illud donec impleatur in regno Dei*, intelligunt Pascha impletum in resurrectione Christi,tum quia tũc Christus transitũ fecerit de mortalitate ad immortalitatem:tum quia tunc impleta erat figura paschalis,quãdoquidem tunc in verũ nostrum pascha fuerat immolatus,& per eius sanguinem liberati eramus ab Angelo percutiente,& ab ægypto,hoc est,à peccati & mortis seruitute.Secundũ hanc autem intelligentiã dictio,do Psal 109 B nec accipi debet hic sic posita,quemadmodũ cum Matth.22 dicitur:Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos &c, nõ cognouit Mariam Ioseph , donec peperit filium suum,vt scilicet non intelligatur significari,rursum ipsu pascha corporale cum suis discipulis à resurrectione manducaturum,sed tãtum quod vsque ad illud tempus non sit amplius comesturus illud, ac proinde nunquam,quoniam impleto illo,iam amplius non erat resumendum. Hæc autem intelligendi ratio conueniens non videtur,propterea quod si cum de potu loquitur,significare voluit Dominus,se post resurrectionem rursum cum discipulis bibiturum,omnino etiam dicendum videatur,ipsum cum de cibo loquitur, significasse se post resurrectionem manducaturũ cum illis,cum similis sit vtrobique loquendi mo- C dus,atque ob id dictio,donec,vtrobique similiter accipienda videatur.Itaque Roffensis quo ostendat Dominum post resurrectionem etiã manducasse cũ suis,ex illo pascbate,è quo in nouissima cœna comederet,intelligit,vt supra est dictum,per Pascha,sacramentũ corporis Dominici , quod cũ suis putat etiam post resurrectionem edisse,illudque sacramentũ intelligit impletũ fuisse in Christi resurrectione,quia tunc exhibita fuit mors quam repræsentat.Sed hanc interpretationem supra dictum est parum esse probabilem, & alioqui etiam non cõuenit verbis Christi.Sicut enim cum dicit se amplius non bibiturũ ex genimine vitis, de vino loquitur corporali:ita cum dicit se non manducaturum ex paschate,planè videtur de paschate loqui corporali.Proinde vt quod de mãducãdo & bibẽdo dicitur similiter intelligatur,rectius secundum sensũ indicatum à Diuo Augustino lib. 1.quæst.Euang.cap.43.per regnum Dei intelligitur status futuræ vitæ & generalis resurrectionis iustorum,ita vt significet Dominus se non amplius cum suis comesturum & bibiturũ,donec nouum cibum & potum cum illis,mortali etiam corpore exutis,& immortalitate donatis, sit comesturus,& bibiturus in regno cœlorum,quando scilicet implebitur illud quod mox sequitur in Luca: *Et ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Nec obstat quod de potu loquens Dominus apud Matthæũ dicat, *non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam*, quasi ex pronomine demonstratiuo,*illud*,cõsequatur significari idem vinum sub specie Dominum cum suis bibiturũ postea.Genimen enim vitis se bibiturum voluit significare,sed spirituale.quod per corporale vinum significabatur:vnde ad hoc significandum adiecit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouum. Non enim rectè nouũ exponitur positum pro nouo modo, quandoquidẽ non se solũ Christus nouum vinum bibiturum asserere voluit, sed secum etiã Apostolos, cùm dicit, *bibam vobiscum nouum.* Itaque nouum se dicit bibiturum vinum cum suis: addistinctionem vini quo vtuntur qui mortale corpus circumferunt, quod ad comparationẽ vini cęlestis vetus vinum est. Nouum enim
Apo. 2. & 20. vinum bibetur, quando cœli erunt noui, & terra noua, & implebitur illud Apocal. Ecce noua facio omnia. Rursum intelligentiæ huic nõ obstat quod post hanc cœnam adhuc Dominus biberit cum suis post resurrectionẽ. Dicere enim voluit, se solito more nõ comesturum cum eis aut bibiturum, pro mortalis scilicet corporis sustẽtatione. Si enim scopũ verborũ Christi diligenter spectemus, duo videbimus eum significare voluisse, B nempe quòd iamiam instabat tempus suæ mortis per quã cõsueto cũ Apostolis consortio effet subtrahẽdus, & quod tamen felicius aliquãdo in regno cœlesti secũ essent cõuersaturi participes nouæ mensæ, ne ex sua morte & subtractione nimis dolerent Apostoli, scientes se rursum illi conIungendos. Atque, ob hæc duo, bene de non mãducando & bibendo amplius cum eis in mortali hoc corpore dixit, cùm eis cõmendaret sacramenta sui corporis & sanguinis, quia illa mortis instãtis tum erant symbola, & simul pignus quoddã futuræ gloriæ, & initiũ participationis mensæ cęlestis. Sicut autem cùm dicit se genimen vitis rursum bibiturum cum iustis in regno Dei, non corporale vinum, sed spirituale se bibiturum significat: ita cum dicit se non manducaturum vltra pascha donec impleatur in regno Dei, nõ significat se rursum comesturũ Pascha corporale quale tũc edebatur, sed pascha impletum, hoc est, perfectũ. Id autẽ est cibus cœlestis, quo Christus secundũ humanitatem suam cum sanctis pascitur in cęlis. Pascha le enim conuiuium figura quædã fuit cœlestis conuiuii, quod ab his celebrabitur qui à seruitute peccati & mortis perfectã consecuti erũt liberationem. Itaque sicut deinceps se nouum bibiturũ vinũ significat, cuius & Apostoli sint quãdoque futuri participes: ita deinceps nouum Pascha se significat comesturũ, in regno scilicet Dei, D in quo perfectum est Paschale cõuiuium, & gaudium nunquam finiendum. Indicat & hanc intelligentiam Theophyl. in commẽt. super Matthæũ & Lucam. Cæterum D. Hieronymus literali sẽsu prætermisso, ad mysticum intellectum eius quod dicitur de bibẽdo genimine vitis in regno patris, confugit, intelligens per vitem ipsos Iudæos, ac significari tum Dominum de vinea Iudæorum bibiturum, cum post plenitudinem gentium etiã ipsi fuerint ingressi in ecclesiam Dei, quæ est regnum Dei. Cuius intelligentiæ meminit & D. Augustinus loco prædicto. His pertractatis, superest vt ad tractationẽ istitutiõis Eucharistiæ deueniatur.

ET MANDVCANTIBVS ILLIS ACCEPIT IESVS PANEM, &c. ACCEPTO.]

Manducantibus Apostolis Iesum accepisse panẽ testatur Matthęus & Marcus: Lucas verò, sicut & Paulus, calicẽ accepisse dicit postquam cœnauit: nec tamen hic quicquã est contrarietatis. Inter cœnandũ enim institutafuit Eucharistia, cum iam rursum mẽsæ accubuissent, sed post cœnã paschalem & esum & agni legalis, atque ob id post cœnã Lucas cũ Paulo dixit, calicẽ à Domino porte-

A ctum. Cæterum quãquam inter cœnãdum atque post cœnã Eucharistia sit instituta, nõ tamẽ hinc cõsequitur semper deinceps eam post cœnam sumẽdam fuisse. Debuit enim post cœnã Paschalẽ institui, tum quia suo typo veritas coniungenda erat: tum quia hoc sacramentũ in mortis Christi symbolũ, & memoriale dilectionis eius instituendum erat, vnde tunc instirui debebat, quãdo proximè mors imminebat, & à suis auferendus erat. Quãdiu enim cũ eis conuersabatur, non erat memoriale eis relinquẽdum, sed cum iamiam abiturus esset, pro more amicorum discedentiũ tũdemum relinquere debebat, quò & absentis dilectionem agnosceremus, & in eius desiderium excitaremur. Ad huius exemplũ in primitiua eccle
B siaaliquãdo in cœna distribuebatur fidelibus Eucharistia, vt apparet ex Paulo: à spiritu tamen sãcto per Apostolos profectũ esse testatur D. Augustinus, vt à ieiunis Eucharistia sumatur. Sic enim scribit ad Ianuariũ epist. 118. Liquidò appareret, quando primũ acceperũt discipuli corpus & sanguinẽ Domini, non accepisse eos ieiunos. Nã quid tamen propterea calumniandũ est vniuersę ecclesiæ, quod à ieiunis semper accipitur: Et hoc enim placuit spiritui sancto, vt in honorẽ tantæ sacrameti in os Christiani prius Dominicũ corp⁹ intraret, quàm exteri cibi. Nãideo per vniuersũ orbẽ mos iste seruatur. Hæc ille. Sunt autẽ diligẽter expendenda singula Christi dicta & facta in
C Eucharistiæ institutione. Igitur celebrato veteri Paschate, quod memoriale erat veteris redẽptionis: instituturus nouũ, nouæ redẽptionis tũ perficiẽdæ memoriale, quò nõ solũ deinceps redẽptionis illius memoria renouaretur, sed etiã eiusdem redemptionis participatio fieret, suum corpus & sanguinẽ inuisibiliter sub speciebus tamen visibilibus cõmendat, efficiẽs hac ratione vt caro ipsius & sanguis (sine quorũ esu & potu dixit supra, vt Ioannes testatur, non posse quenquã habere vitam) etiã corporaliter sumi posset. Quoniã ergo *Ioan. 6.* tale instituendũ erat memoriale, quod & redemptionis olim factæ memoriã renouaret, & eiusdem faceret nos participes mãducando & bibendo, ideo duæ species panis & vini conueniẽter delectæ sunt, sub quarũ altera corpus, sub altera
D sanguis sumeretur: ita enim vt fieret, requirebat & repræsẽtatio factæ redẽptionis, & eiusdẽ participatio. Nam quia in passione qua redẽpti sumus corpus à sanguine separatum fuit, ideo conueniebat, vt sub vna specie corpus, sub altera sanguis cõmẽdaretur. Et rursum quia eiusdẽ redẽptionis participatio fit edendo Christi carnẽ, & bibendo eius sanguinẽ, sub specie panis corpus, sub specie vini sanguinem institur cõueniebat. In propria enim specie carnem & sanguinẽ Christi nõ licebat edere & bibere, sed nec id vtile fuisset, quia caro nõ prodest quicquam, vnde sub alienis illa species bus erant fidelibus cõmendenda. Nullæ autẽ aliæ
E species ad hoc aptiores deligi poterant, quam panis & vini, quod hæc primum locũ obtineant in iis quæ ad cibũ & potũ pertinent, & facile sint parabilia, sub quibus dum corpus Christi in cibum, & sanguis eius in potum cõmendatus est, sollẽne fuit, Christum & cibum esse & potum, hoc est, plenam perfectamque animorum refectionẽ. Et rursum quod ipse sicut corpus simul & animam pro nobis assumpsit, & in cruce obtulit pro & corporis nostri, & animę sit vita & redemptio liberans

vtrumq; à morte æterna. In sanguine enim anima A
Leui. 17. designatur, quia, vt dicit scriptura, anima hominis in sanguine eius est. Huic autem præcipuæ causæ, ob quam delectæ sunt cõuenienter species panis & vini: nempe quia hæ conueniebãt, & ad repræsentandam Domini passionem, & ad significandum Christi corpus & sanguinem in cruce oblata: cibũ esse & potũ animarũ nostrarũ, atque vitã corporis & animæ. Accedit & alia ratio, qua ostenditur has species conuenienter delectas huic mysterio, nimirũ quia hæ species conueniunt ad cõmunionem fidelium significandã. Cum enim Dominus corpus suum & sanguinẽ fidelibus sumenda in cibum & potũ sub symbolis conuiualibus etiã ad hoc reliquit, vt admonerentur mutuæ dilectionis
B dum aduertũt se & eodẽ pretio redẽptos, & ex eadem velut mensa, veluti vnum corpus, atq; ad eam dem omnes vocatos hæreditatem: species hę panis & vini conueniunt significandæ huic fidelium vnioni, ad quam mysteriũ istud ordinandũ erat. Vnde Cyprianus lib. 2 epist. 30. ostẽdit quomodo species sacramẽtales significant & fidelium vnionem & inter se, & ipsorum cum Christo dicens: Sic calix domini non est aqua sola, aut vinum solũ, nisi vtrũque sibi misceatur: quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi vtrũque adunatum fuerit & copulatũ, & panis vnius compage solidatum. Quo & ipso sacramento populus noster ostenditur adunatus, vt quemadmodum grana multa in vnum collecta, & commolita, & commixta, panem vnum faciunt: sic in Christo
C qui est panis cœlestis, vnũ sciamus esse corpus, cui coniũctus sit noster numerus & adunatus. Cyprianum secutus D. Augustinus similiter ostẽdit quo modo species hæ fidelium inter sese vnionem designent, sic scribens super sextũ caput Ioannis, tractatu 26. propterea quippe (nẽpe ob sanctorũ societatem (sicut etiã ante nos hoc intellexerunt homines Dei, Dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus cõmẽdauit, quæ ad vnũ aliquid rediguntur ex multis. Nãque aliud in vnũ ex multis granis conficitur, aliud in vnum ex multis acinis confluit. Ad hanc rationẽ respexisse Paulũ videri potest, cùm dicit, vnus panis & vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane participamus. Has autem species Spiritus
D *1. Cor. 10.* sanctus in veteri testamẽto & factis & dictis præsignauit. Factis quidẽ, dũ Melchisedec in pane & vino sacrificauit, panemq; & vinum obtulit Abrahamo à cæde hostium redeunti. Eo enim significatum, Christum (de quo dicit Psalmista, Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedec) sub panis &
Psal. 109. vini speciebus sese in cibũ & potum præbiturũ his qui Abrahæ imitantur fidem, & cum vitiis decertantes eis superiores iunt effecti. Verbis verò, dum in veteri testamento Christi corpus nomine panis, & sanguis ipsius nomine vini appellatur. E Per vinum enim, secundùm Cyprianũ epist. 3. lib. 2. significatur sanguis, cùm in benedictionibus Iudę de Christo dicit Iacob: Lauabit in vino stolã suã, &
Gene. 49. in sanguine vuæ palliũ suum. Quo Cyprianus & alii significatum intellexerunt, Christi corpus in passione aspergẽdum & tingẽdum esse sanguine. Nomine panis corpus designatur, secundum Tertullianum lib. 4. contra Marcionẽ, cùm ibi etc. 11. dicitur ex persona Iudæorum: Mittamus lignum in panem eius, hoc est, inquit Tertullianus, cõiciamus crucem in carnẽ eius. Instituturus ergo sub his speciebus Dominus suũ corpus & sanguinem, primũ dicitur accepisse panem vnum, scilicet aliquem ex his qui in mensa erant propositi. Vnde intelligamus, panem esse alteram partem materiæ huius sacramenti, panem autem non quemlibet, sed qui proprie sit panis, quique ex ea fit materia, vnde communiter panis fieri solet, qui scilicet ex frumento est, nempe tritico, vel siligine, non autem qui ex hordeo est. Fuerunt autem hæretici, qui circa hanc partem materiæ sacramenti errauerunt. Nam imprimis fuerũt qui in sacrificio cum pane etiam caseum offerebant, dicentes, à primis hominibus oblationes non tantum de fructibus terræ, sed & onium fuisse celebratas, qui ob id ἀρτοτυρῶται dicti sunt, eo quod simul caseum & panem offerrent. ἄρτος enim panem significat, τυρὸς caseum. Alii verò: scilicet Caraphrages, & Marcionitæ, de infantis sanguine, quem de toto eius corpore minutis vulneribus punctionũ extorquebãt, panem conficiebant, miscendo sanguinem farinæ: & inde Eucharistiam consecrantes. Sed hos errores factum Christi refellit, cum simpliciter panem accepisse dicitur. Ex quo etiam intelligitur, quemuis panem propriè dictum ex sese posse Eucharistiæ esse materiam, siue azymus sit, siue fermentatus. Vnde Ecclesia Græcorum ex antiquo more apud eos recepto, consecrat Domini corpus in pane fermentato quem eorum morem ecclesia Romana propter pacis vnionem olim tolerauit, cum in vnitate illi permanerent, eo quod non videbatur ritum illum scripturis esse contrarium: quodque etiam ille ritus conuenientes haberet rationes, vi delicet in detestationem Nazaræorum, qui legalia euangelio miscebant: & ad significandũ quod verbum patris indutum est carne, quã in suam quodammodo conuertit naturam, sicut fermentum commixtum farinæ eam immutat in suam naturam. Verum cũ Græci à Romana ecclesia sese separantes, cœperunt pertinaciter defendere in fermentato consecrandũ esse, necessario tum propter prædictas rationes: tum quia putant Christum in pane fermentato sacramentum sui corporis instituisse, vt prius est dictum, ritus hic reprobatus est, & hæresis notati sunt Græci, non quod in fermentato celebrarent, sed quod in azymo assererent non
D posse fieri consecrationem, appellantes Latinos per exprobrationem azymitas, sicut & ipsi vicissim dicti sunt Fermẽtani. Est autem Latinorũ in azymo celebrantium ritus conueniẽtior, tũ quod in toti pane Dominum consecrasse certum sit ex præcedentibus, cum ostensum est eum luna decimaquarta Pascha celebrasse, in cuius vespera nõ inueniebatur fermentum in domibus Iudæorũ: tum quod hunc ritum ex Apostolorũ traditione plane sit verisimile accepisse Ecclesiam Romanã, eo quod in ea hic ritus ab initio semper permanserit: tum quod ritus hic mysterio ipsi magis conuenit, ad significandum & quod Dominus sine vlla peccati aut virilis seminis cõmixtione carnem susceperit, & quod illum & nos deheamus cum puritate mẽtis susciperepurgati ab omni vetusta
E te & corruptione peccati, iuxta illud Pauli: Pascha *1. Cor. 5.* nostrũ immolatus est Christus, itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Ex ti tu ergo Apostolico cõformi facto Chri- *Panis azymus materia Eucharistiæ.*
sti & conueniente mysterio, consecratio facienda est in pane triticeo azymo, quanquam nec azy-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus,nec triticeus absolutè sit ad consecrationē A
necessarius.Secundo dicitur, quod Dominus ac-
cepto pane gratias egerit. Apud Matthæum autē
pro *grattas egit*, vt in Luca est, legimus *benedixit*:
Græcis tamen eadē est dictio, nēpe εὐχαριστήσας,
quæ propriè significat gratias agere:à qua dictio-
ne sacramētum corporis & sanguinis Christi suū
accepit nomē,vt dicatur Eucharistia, hoc est gra-
tiarum actio, quia ad exemplum Christi cū gra-
tiarū actione offerri & sumi debet, vnde quod in
Matthæo legimus,*benedixit*,ad Deum referendum
est,vt sit idem quod laudauit Deum,aut,gratias ei
egit,quemadmodum eadem dictio apud Matthęū
versa est in mentione calicis. Apud Marcum vero
pro,*benedicens*,vt nos in ipso legimus non est εὐ- B
χαριστήσας, sed aliud participium, εὐλογήσας, quod
proprie est benedicere,& bona loqui, quod vtrū
hoc loco sit referendum ad Deum vt intelligatur
Christus benedixisse Deo,hoc est laudasse eum,&
gratias ei egisse:ad an ipsum panē vt intelligatur
benedixisse panibus,dubitari potest. Videri enim
potest Marcum posuisse εὐλογήσαι in mētione panis
pro εὐχαριστῆσαι,quia vbi de calice memorat, habet
cum Luca & Matthæo,εὐχαριστήσας. Et tamen rur-
sumad panem referendam potius dictionē εὐλο-
γήσας, primum hinc videtur quod eadem dictio
supra posita à Matthæo,marco & Luca in deseri-
1.Cor.10 ptione miraculi multiplicatorum quinq; panum
referatur ad panes,quia Lucas apertè dicit, *Bene-* C
dixit eis. Deinde quia & Paulus eādem dictionem
refert ad calicem,dicens. Calix benedictionis cui
benedicimus,nonne cōmunicatio sanguinis Chri
sti est?vbi Græca habent, τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ
εὐλογοῦμεν. Quæ verba nisi quis coactè velit inter-
pretari,significāt calicem sacerdotali benedictio-
ne & precatione consecrari. Certè ecclesia in ca-
none missæ tanquam siat duo diuersa,vtrumq; in
mystici huius facti commemoratione posuit, &
quod Christus gratias egerit;& quod benedixerit,
quæ non sunt multum diuersa,nisi verbum,bene-
dicere,referatur ad panem & calicem,ad quæ ex
intellectu ecclesiæ verbum hoc referendum, vt in
canone ponitur,declarat crucis signum, quod fit
super panem & calicem in verbi illius prolatione. D
In missa etiam Chrysostomi & Basilii,non tantum
ponitur εὐχαριστήσας,sed etiā εὐλογήσας,& additur
etiam ἁγίσας,id est,cum gratias egisset,benedixis-
set,sanctificasset. Ex his ergo videri potest, aliud
esse εὐλογήσας apud Marcum,& aliud εὐχαριστήσας
apud Matthæum & Lucam, tantum obstat quod
Marcus pro εὐλογήσας postea ponit εὐχαριστήσας.
Sed dicendum est,in vtraque dictione vtrūque in
telligēdum,videlicet & gratiarum actionem Deo
exhibitam,& benedictionem panis & calicis, hoc
2.Tim.4. est,precationem super illa effusam, & inuocatio-
nem,diuinæ beneficentiæ super illa. Quod patet
ex quodam apud Paulum,cum dixit, Omnis crea E
tura Dei bona est,& nihil reiicie ndum quod cum
gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim
per verbum Dei & orationem. Hic enim cū pri-
us gratiarum actionem posuerit, deinde orationē
ponit,in vtroque,intelligens vtrūque, quod gra-
tiarum actioni pro cibis sumēdis oratio sit adiun-
genda,& orationi gratiarum actio. Sicut ergo in
communibus cibis gratiarum actioni oratio iū-
gitur,qua cibus sanctificatur: ita non est dubium
quin sic Christus Deo gratias egerit vt etiam pa-
ni benedixerit:atq; hinc factum est vt Marcus nūc

dixerit εὐλογήσας,id est,benedicens: nunc εὐχαριστή-
σας,id est,gratias agens:hinc etiam factum vt ab
solutè dixerint Euangelistæ,gratias egisse aut be-
nedixisse Christum, non exprimendo cui. Porro
cum in principio cœnæ certum sit,Christum gra-
tias exisse,& mensæ benedixisse: nunc vero inter
cœnandum,imo post cœnam dicatur gratias egis-
se & benedixisse,planè intelligendum relinquitur
nouam fuisse hanc gratiarum actionem & benedi
ctionem, & veluti nouæ cœnæ nouum initium.
Gratias ergo egit Deo patri,tum quod panis ille
corporalis donum erat Dei:tum quod iam adue-
nisset legis consummatio,& ex singulari Dei mu-
nere hominibus per ipsum nouū pascha erat iam
instituendum. Benedixit,quia Dei beneficentiam
& potestatem super panem inuocauit, quo fieret
ex pane corpus proprium, quemadmodū & nos
ex Christi im tatione cum gratiarum actione pa-
ni & calici benedicimus,præmissis ad Deum pre-
cibus,quibus panis & calicis consecrationem pre-
camur. Fuit autem hæc benedictio non sim-
plex,sed operatoria,& panem communem in my
sticum panem conuertens, maximè accedenti-
bus illis Domini verbis: *Hoc est corpus meum*,
quemadmodum benedictio panum efficiebat eo-
rundem multiplicationem. Tertio, fregisse panem
dicitur,vt scilicet ex vno pane omnes partem ac-
ciperent,sicut ex eodem omnes bibituri erant ca-
lice:vnde & in primitiua ecclesia vnus panis con-
fectatus fidelibus distribuebatur in partes diui-
sus,quod ad commendationem faciebat charita-
tis & mutuæ dilectionis, quamuis modò etiam
non malè singulis sine fractione integer datur pa-
nis, quod ob id obtinuisse videri potest, ne quis
minus altero se accepisse,aut nō totū Christū ac-
cepisse putet. Cōmendatur autem omnibus satis
etiam hac ratione mutua charitas,cum ex vna mē
sa & altari eucharistiam fideles accipiunt,& eo-
dē corpore Domini ac pane mystico se pasci con-
spiciunt. Quarto, discipulis dedisse dicitur,& dixis
se illis: *Accipite & comedite*. Quod non sic videtur
accipiēdū,quasi singulis sua manu Dominus por
rexerit in eos eam partē quā erat sumpturus,quē-
admodum sacerdos singulis fidelibus in eos porri-
git Eucharistiam: sed potius,quod fracto pane in
duodecim buccellas,singulis in manus dederit par
tem à se sumendam,aut partibus in patena dispo-
sitis,patenā tradiderit propinquioribus,à quibus
successiue sequentes acceperint, quemadmodum
propinquiores calicem à Christo acceptū sequen-
tibus tradiderūt. De illo enim dixit, *bibite ex hoc*
omnes.&, *Accipite & dividite inter vos*. Sicut autem
Ecclesia laudabiliter pro reuerentia eucharistiæ,
non nisi ieiuna vtitur Eucharistiæ cibo, præter-
quam in morris periculo, licet Dominus inter
cœnan dum communicauerit suum corpus di-
scipulis: ita enim pro Eucharistiæ reuerenita lau-
dabiliter abstinet ab isto manducandi modo, vt
singulis in manus Eucharistia detur sumenda,
sed obseruat vt sacris tantum contingatur mani-
bus. Porro in his omnibus quæ modo sunt dicta,
nempe quod accepit panem,& gratiis actis eun-
dem fregit ac distribuit discipulis, Christus re-
ceptum illum apud Iudęos morem,de quo supra
est dictum,imitatus fuit,sed receptum illum mo
rem iam vertit in sacramētum & mysteriū, quod
expressit verbis sequentibus, quæ omnia sunt di-
gna perpensione.

HOC

HOC EST CORPVS MEVM, QVOD A
PRO VOBIS DATVR.] His verbis apertis-
sime testatur Dominus veritatē corporis sui in Eu-
charistia,imo hoc ipsum quod in ea datur & sumi
tur esse corpus suū: proinde his verbis refelluntur
errores olim nati circa Eucharistiā, & iam ex suis
cineribus resuscitati,quorum defensores hæc Chri
sti verba valde contorte exponere coguntur. Ante
Berēga- annos enim ferme quingentos,cū vsq; ad illa tem-
rius hæresiarcha pora de veritate corporis Domini in Eucharistia
non legatur dubitatū ab aliquo, Berengarius qui
dam natione Gallus,patria Turonēsis,ecclesię san
cti Mauritii Andegauensis diaconus,homo parum
eruditus,(vt Guimendus, testatur) sed dialecticis
quibusdam captiunculis deditus omnino, asserere
cœpit corpus Christi non vere esse in sacramento B
altaris,sed tātum significatiue,quia scilicet in ipso
sunt quædam signa corpus & sanguinem Domini
repræsentātia: proinde hæc Domini verba; *Hoc est*
corpus meum: sic dixit intelligenda, quomodo il-
1.Cor.10 lud Pauli: petra erat Christus,vt scilicet; verbum,
est,exponatur per verbū,significatiaut corpus accī
piatur pro figura corporis. Huius nouæ assertionis
occasione motus Leo nonus,nunc summus Eccle
siæ pontifex, Vercellis concilio congregauit, quò
Berengarium ascitum,minimeque. vt Lāfrancus
ait,venire volentem cum suis complicibus,nisi ci-
tissime resipisceret,perpetuo damnauit anathema
te. Leone autem paulo post mortuo Berengarius C
in sua obstinatione persistens, venenum suæ hęre
sis per totam diffudit Galliā. Propter quod Victor
secundus,qui Leoni successit,concilium Turonis
per Hildebrandum ecclesiæ Romanæ Cardinalē
celebrauit. In quo Berengarius per viros eruditis
simos,& præcipue per Lanfrancū archiepiscopū
Cantuariēsum conuictus,sed minime emendatus
est. Nam inde exiens ad vomitum instar canis re
diit. Quam ab causam Nicolaus secundus,qui Vi
ctorem secutus est,Romæ concilium centum &
tredecim episcoporum congregat,in quo assistens
Berengarius hæresim suam conceptis verbis, quæ
citātur in decretis,de conse. di. 2. ca. Ego Beren- D
garius,abiuranit. Cæterum adhuc postea mutauit
animum, & diuersam hæresim excogitauit. Nam
cum prius aseruisset quod sacramentū corporis
figura tantum fuisset corporis,non ipsum verum
corpus,postea docere cœpit,illic verū adesse cor
pus,sed vna cum eo manere substantiam panis.
Cuius rei gratia per Gregorium septimū iterum
ad concilium multorum episcoporum Romæ ha-
bitum accersitus Berengarius,errorem suū rursum
reuocauit,quam reuocationem factam esse Blon-
dus prodidit in historia,similiter & Sabellicus. Re-
uocationem hanc secundam Rossensis ex vetusto
quodam libro quo acta eius concilij continebān-
tur,refert in prologo lib. 3. contra Oecolāpadium, E
in corroboratione quinta. De quo Berengario le-
gitur in Chronicis chronicorum quod postea se-
uerissime & in summa pœnitentia vixerit ex labo
ribus manuum suarum. Huius duplicem circa Eu
charistiam errorem quidam nostris susciteuerunt
seculis. Priorem enim ante annos centum Ioan-
nes Vvicleff suscitauit,nostro vero tēpore Carol-
stadius quidam,& cum eo Zvvinglius & Oeco-
lampadius. Postetiorem vero errorem ex magna
parte reuocauit in lucem Lutherus. Nam & ipse
substantiam panis simul cum corpore permanere
asseruit: sed in hoc differt à Berēgario,quod iste pa

nis substantiam dixit à Christo assumi in personæ
vnitatem,sicut à filio Dei assumpta est humana
natura,asserens proinde Christum impanatum fi-
cut incarnatum.& sic Christum fieri panem,sicut
verbum caro factum est: Lutherus vero Christum
non assumere substantiam panis dixit, sed sub ea
manente verum Christi consistere corpus. Cuius
assertio quam quam videatur prima fronte tolera-
bilior quam assertio Berengarii,magis tamen pu-
gnat cum verbis Domini,quibus dicit: *Hoc est cor-*
pus meum. Secundum enim assertionem Berenga-
rij vere diceretur: *Hoc*(nempe panis) *est corpus me*
um: at secundum Lutheri assertionem propria lo-
cutione non vere dicitur: *Hoc est corpus meum*.
vnde & qui eum sequuntur,coguntur ad hoc con-
fugere,vt tropum asserant esse in his verbis,vt di-
ctum sit: *Hoc est corpus meum*,pro eo quod est, sub
hoc pane est corpus meum. Verum impiæ nimis
præsumptionis est in his verbis tropum quærere,
siue hunc, siue illum. Cur enim Christus, qui vt
mentiri non potuit,nec fallere voluit vnquam,
rudibus adhuc Apostolis de re tam seria adeo ob-
scure fuisset locutus,cum potuisset vtique sine tro
porē facilè explicasse? Cur rursum Spiritus San-
ctus per tres Euangelistas,ac deinde per quartum
testem Apostolū paulum eisdem verbis traditum
à Domino suum corpus nobis descripsisset,& non
saltem per vnum aliquem ex his verborum obscu
ritatem explicasset,cum sciret quantū interesset
nostra,veritatem in hoc negotio clare cognosce-
re? promiserat olim teste Ioanne Dominus se car-
nem suam daturum in cibum pro salute mundi,
dicens: Panis quem ego dabo,caro mea est. Et ad-
iecit necessitatem manducandi carnem ipsius, di-
cens: Nisi manducaueritis &c. Itaq; cum post hu-
iusmodi sermonem Apostoli adhuc illorum ver-
borum memores audirent Dominum dicentem,
accipite & comedite; hoc est corpus meum; quid aliud
poterant intelligere quam hoc ipsum quod olim
promissum fuit Dominum adimplere,ac iam mo-
dum quendam exhibere quo caro ipsius & san-
guis etiam corporaliter in cibum & potum sumi D
posset,quod olim plerisque videbatur absurdum
& impossibile? Quid denique aliud nobis relictum
est à Spiritu Sancto intelligendum cum hanc Eu-
angelistarum narrationem cum illa Ioannis com
paramus? Comparando enim hæc ad inuicē, quod
his dixisse Dominus refertur,perinde est ac si di-
xisset: Olim si meministis, dixi vobis,me daturum
carnem meam in cibum, & sanguinem meum in
potum,ac sine hoc cibo & potu neminem habere
vitam in se,per hunc vero cibum & potum parari
vitam æternam. Id cum dicerem, plerique videba
tur durum & impossibile: ecce nunc promissio-
nem meam adimpleo,nunc exhibeo modum quo
facilè sine omni horrore ac sine omni mei læsione
corpus meum in cibum, & sanguinem meum in
potum etiam corporaliter sumere possitis,ad vitā
animarum vestrarum. Accipite enim & comedite
ex hoc. Nam hoc est corpus meum, de quo dixi
vobis: Qui manducat meam carnem,habet vitam
æternam. Intelligendum ergo,quemadmodū sem-
per intellexit Ecclesia vniuersalis, & intelligēdū
multis definuit conciliis, his verbis; *Hoc est cor-*
pus meū, Christum in sacramento corpus suum
verè & realiter sumendum tradidisse, quod his
verbis tā expresse significauit,vt non potuerit a-
pertius,addens etiā, vt habet Lucas; *quod pro vo-*

bis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis datur, pro quo Græce est τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, hoc est, illud inquam, corpus quod pro vobis datur. ne quis intelligeret dictionē, *corpus*, hic aliter posse accipi quam pro illo corpore quo pro hominum salute & redēptione datū est. Et rursū est eisdem verbis intelligendū, non manere in sacramento substantiā panis & vini, quia hac manente, non potest verum esse quod simpliciter Christus pronūciauit, quodq; sine tropo omnia ipsum cōuenire bat in re tanta pronūciare, hoc quod Christus discipulis tradidit fuisse corpus ipsius. Si enim panis erat quod illis tradidit, nō erat ergo corpus ipsius, quia fieri nō potest vt idē sit panis & corpus Christi. Quæ enim essentialiter sūt diuersa, nō possunt deesse mutuo prædicari. Vnde ex his verbis simpliciter intellectis, ecclesia semper intellexit consequi necessario, substantiā panis totā manentibus tantum accidentibus, cōuerti in corpus Christi: & similiter vini substantiā cōuerti in sanguinē ipsius, atq; ob id nouam hanc conuersionē, nouo vocabulo vocauit transubstantiationē. Hanc autē catholicæ ecclesiæ doctrinā, quod attinet ad vtrūque prædictorū, explicauit vno loco præter innumeros alios patres, Theophylactus Græcus author, qui sic habet in Marcū scribens: *Hoc est corpus meū*, hoc inquā, quod sumitis. Non enim tantū figura & exemplar est corpotis Dominici panis, sed in illum conuertitur corpus Christi. Dominus enim dicit: Panis quē ego dabo, caro mea est; non dixit, figura est carnis meę, sed caro mea est. Et iterū: Nisi ederitis carnē filij hominis. Et quomodo (ait) caro nō videtur? O homo, nostrā propter infirmitatē id fit. Quia enim panis & vinū ex his sunt quibus assuemus, ea non abhorremus: sanguinē vero propositum & carnē videntes non ferremus, sed abhorreremus: id circo miseretors Deus nostræ infirmitati condescendens, speciem quidem panis & vini seruat, in virtute autem carnis & sanguinis trāselementat. Hæc ille. Sic & Ambrosius lib. 4. de sacramentis ca. 4. Panis (ait) iste, panis est ante verba sacramentorū: vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Et adiungit varia exēpla, quibus hanc conuersionē panis in corpus faciat credibiliorem. Cæterū qui veritatē corporis Christi in sacramēto negāt, exponentes in his verbis Christi verbū, est, per verbū significat, aut dictionē corpus accipiētes pro figura corporis, pro sua sētētia multū citāt illū Paulilocū, Petra erat Christus, quod hicloc' huiusmodi tropo videatur accipiendus & ex antiquis patrib', quorū sententias quasdā obtorto collo trahere studēt in sui erroris confirmationē, maxime citant Tertullianū, qui lib 4. contra Marcionem sic habet: Acceptū panem & distributum discipulis, corpus suū illum fecit, hoc est, corpus meum dicendo, hoc est, figura corporis mei. Sic & Augustinum aliosque citant, in quibusdā locis dicentes Eucharistiam esse figuram corporis & sanguinis Domini, & exemplar. Verū frustra locum illum vrgent Pauli: petra erat Christus. Nō enim consequitur, si alicubi verbum *est*, accipitur pro significare, etiam hic sic esse exponendum. Deinde non est similis locutio illa Pauli eū ea qua dicitur: *Hoc est corpus meum*. Hic enim non dicitur, Panis est corpus meum, sed per pronomen demonstratiuum, *Hoc est corpus meum*. Demonstratio autem adhibetur, vt incognitum aliquod indiuiduum cognoscamus, nec potest clarius res proposita nouiearі nobis quam dicendo, Hoc est

A istud. Postremo etiam in illis Pauli verbis non esse tropum illum quem volunt, vt verbum *est*, accipiatur pro significare, sed simpliciter accipiendum, petram illam de qua ibi erat sermo, fuisse Christum, patet ex his quæ præcedunt. Dicitur enim: Bibebāt de spirituali consequēte eos petra. Hic autē per spiritualem petrā nō potest intelligi, petra illa corporalis, è qua aqua fluxit in deserto, quia hæc immota permanens non comitebatur, id est, concomitabatur Israelitas, sed Christus intelligendus est, qui populum illum in deserto cōcomitabatur, ex cuius dono profluxit illa in deserto aqua. Certe in his Christi verbis nō esse tropum illum, hinc probari efficaciter potest, quod sic dixerit Dominus: *Hic est sanguis meus noui testamēti*, sicut Moyses dixit de calice veteB ris testamēti: Hic est sanguinis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum. Nam ad ea verba omnino verisimile est Dominum alluisse. Sicut ergo sine omni tropo, calix ille vere fuit sanguis fœderis, ita & calix noster vere est sanguis Christi, & sanguis noui testamenti. Quod si ideo solum noster calix dicitur sanguis Christi, quia illius est figura: ergo & simili locutione calix Moysi dicetur sanguis Christi, à quo tamen suum calicem Dominus manifestè voluit his verbis secernere. In confesso enim est, calicem Moysi & sanguinem illum fuisse figuram sanguinis à Christo effundendi in cruce. Rursum si in nostro sacramento panis & vinum tantum figura sūt carnis Christi in cruce oblatę & sanguinis effusi, significātiora ergo symC bola Dominicæ passionis fuerunt sacramenta veteris legis quam nostrum sacramētum. Agni enim paschalis immolatio, cæteraq; legis sacrificia longe apertius Christi figurabant passionē, quā eandem repræsentēt panis & vinum. Et tamen nostra sacramenta per quæ vetera sūt abrogata, debebāt merito significātiora esse veteribus & salubriora. Ad Tertullianum dici posset cum plerisque, quod non dicat symbolum panis tantum esse figuram corporis, cum in lib. de resurrect. carnis aperte fatcatur veritatem carnis & sanguinis Christi in Eucharistia, & in illis ipsis citatis iā verbis dicat, Christum fecisse panem corpus suum, sed figuram alicis corporis: sicut & Augu. & alii, quia etiā verū Christi corpus & sanguis, vt subsistāt in altari sub speciebus panis & vini, sunt figura carnis & sanguD nis Christi vt in cruce aliquando oblata. Hac autem expositione vsus est Tertullianus, vt ex hoc loco basim faceret suæ contra Marcionem argumentationis. Tertulliani enim erat vndequaque ostendere Christum non habuisse phantasticum, sed verum corpus. Id autē colligit ex his Christi verbis sic explicatis, subiicies, Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Cæterum vacua res, quod est phantasma, figurā capere non posset. Latius de his episcopus Rōffensis in lib. 2. contra Oecolampadium. Verum si totus Tertulliani locus diligēter legatur & obseruetur eius scopus, præcedentia item & sequentia, deprehendetur longe aliud voluisse quam hic ab omnibus intelligitur, nempe non voluisse explicare tropum qui est in verbis Domini dicentis: *Hoc est corpus meum*: cū subiicit, hoc est figura corporis mei: sed quod illa expositio sit referenda ad pronomen, *hoc*, vt intelligatur dicere Tertullianus, Dominum cum accepto pane dixit, *Hoc est corpus meum*, *hoc*, nempe panem, qui in veteri testamento fuit

fuit figura corporis sui. effecisse iam corpus suum implendo figuram veterē. Hūc enim sensum scopus eius ostendit, qui est illo toto libro, vt ostēdat contra Marcionem, Christum non vetus testamētū destruxisse, sed impleuisse. Vnde & mox in præcedentibus dicit, Christum in cœna post esum agni Paschalis inpleuisse figuram salutis sui sanguinis, nō nouā figuram instituendo, sed veterem figuram agni Paschalis perficiendo per institutionem Eucharistiæ. Et post prædicta verba subiicit: Figura autem non fuisset, nisi, veritatis esset corpus. Vbi notanda distinctio temporum in verbis quibus vtitur. Non enim dicit, figura autē nō B esset, sed figura non fuisset, scilicet prius in veteri testamento. Vbi autem figura illa fuerit de qualoquitur, ostendit in sequentibus, vbi manifestè indicat prædictū sensum. Cur autem (ait) panem corpus suum appellat, & non magis peponem, quem cordis loco Marcion habet, non intelligens veterē illam fuisse figuram corporis Christi dicentis per Ieremiam: Aduersus me cogitauerūt cogitationes, dicentes: Venite, coniiciamus lignū in panē eius, scilicet crucē in corpus eius. Itaq; illuminator antiquitatum quid tunc voluerit panem significasse, satis declarauit, corpus suum vocās panē. Hęcille, qui similia habet & de sanguine, cuius figuras veteres repetens tandem concludit: Ita & nunc in vi C no sanguinem suum consecrauit, qui tunc vinum in sanguine figurauit. Non ergo mysteria Eucharistiæ voc. ☞ figuras, sed ea quæ veteris fuerunt testamenti fuisse horum figuras asserit. Qui verò in sacramento confitentur adesse verum Christi corpus & sanguinem, sed permanere etiam asserūt panis & vini substātiam, ex scripturis & ex patribus illud proferūt, quod & in scripturis & in patribus Eucharistia dicatur panis & vinum. Nam dicit Paulus: Panis quem frangimus nōne participatio corporis Christi est? Et, Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Et, Probet seipsum D homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Sic & Cyprianus in epist. ad Cæcilium, & alii omnes veteres, corpus Domini panē appellant, & sanguinē vinū. Proferunt & illud ex patribus, quòd frequenter dicant Christum panē fecisse corpus, vt ex Tertulliano auditum est in verbis supra citatis. Maxime autem citant D. Ireneū, qui sic habet li. 4. 33. ca. Qui est à terra panis percipiens vocationem Dei, iam non communis panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena & cælesti. Sed ad hæc aliaq; eorum similia argumenta facilis est responsio. Panis enim & vinum dicitur Eucharistia, propterea quod ante consecrationē fuerit panis & vinum, eorūque adhuc remaneant species. Nam & virga Aaron iam in serpentem versa, E cum etiam speciem virgæ non haberet, vocatur priori suo nomine virga, cùm dicitur in Exodo: Deuorauit virga Aaron virgas eorum. Nō ergo mirum, si cum panis & vini adhuc remaneāt species, Eucharistia nominetur panis & vinum, quanquā horū substātia in aliud iam conuersa sit. Iā quod patres frequenter dicunt Christum fecisse panem corpus suum, certum est non posse propriè intelligi, quasi aliquando verum sit dicere panem esse corpus Christi. Eadem enim res, vt suprà est probatū, nō potest simul esse & panis & corpus Christi, quemadmodū etiā Lutherus fatetur. Proinde illa patrum locutio in eo proculdubio sensu est accipienda, quo Ioannes dicit aquā vinū factam, nimirum quia aqua cōuersa sit in vinū, & ex aqua vinum sit factū: quare ex illa patrū locutione comparata cum locutione Ioannis, sequitur ecōtra eō firmatio doctrinæ ecclesiasticæ, qua asseritur panis conuerti & transsubstātiari in carnē Domini. Quod nisi assereretur, non posset consistere verū Christi corpus & sanguis in sacramento altaris. Quicquid enim alicubi incipit esse, aut incipit ibi esse per creationem, aut per motū localē, aut per conuersionē alterius in ipsum. Certū autē Christi corpus nō de nouo creari in altari, nec per motum localem ibi aduenire. Sic enim oporteret eū toties descendere è cœlo, quoties cōsecratur sacramentum corporis & sanguinis ipsius. Relinquitur ergo vt per conuersionen panis & vini incipiāt ad esse vbi prius corporalitet non erant, caro & sanguis Christi. Quod autē Irenæus Eucharistiā ex terrena dicit cōstare re, id dicit ratione specierū panis & vini. Eucharistia enim constat ex duabus rebus, specie scilicet panis & vini, & carne & sanguine Christi. His pertractatis quærendum restat, an Christus his verbis, *Hoc est corpus meum*, consecrauerit, panēque in corpus suū cōuerterit. Dubitandum enim non est; quin his verbis cōsecrent sacerdotes, cùm ea sit ecclesiæ doctrina, quā aperte exC primit D. Ambrosius: Consecratio (ait) quibus vet bis est, & cuius sermonibus, Domini Iesu. Nā reliqua omnia quę dicūtur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris, vbi venitur vt conficiatur venerabile sacramentū, iam non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. Cui consentit & D. Chrysostomus homilia quadā de proditione Iudæ. si cēribēs, Sacerdotis ore verba profetūtur, & Dei virtute consecrantur & gratia. *Hoc est* (ait) *corpus meum*: hoc verbo proposita consecratur. Et sicut illa vox quæ dicit, Crescite & multiplicamini, & replete terrā; semel quidem dicta est, sed omni tēpore senti tefectum ad generationē operante naturā: ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes menses ecclesiæ vsque ad hodiernā diem, & vsque ad eius aduentum præstat sacrificio firmitatem. Hæc ille. proinde quod in missa Chrysostomi & Basilij post verba illa consecrationis, dicit diaconus: Benedic Domine sanctum panem. &, benedic Domine sanctum poculum: & sacerdos respondet, Fac panem quidem hunc pretiosum corpus Christi tui, id vero quod est in hoc poculo, pretiosum sanguinem Christi tui, commode oportet intelligere. Quomodo autem illud sit intelligendum, patet ex actis vltimæ sessionis generalis concilij Florentini, in qua sic refertur: Latinis quærentibus de panis transmutatiōe, cur Græci post hæc Dominica verba, *Accipite & manducate*, ac infra, *bibite ex hoc omnes*, quibus profecto verbis sacramentum confici creditur, hae etiam vtuntur oratione: Et fac panē quidem honorabile corpus Christi tui: quod autem in calice isto est, honorabilem sanguinem Christi tui, ea sancto tuo spiritu transmutante, respōdebant Græci se firmiter credere verbis illis Dominicis sacramentum fieri, sed quemadmodum Latini confecto sacramento hæc solent vti oratione, Iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum: ita quoque Græcos illa verba proferre solere, vt sacratissimum Christi corpus & sanguis peccatorum nostrorum remissioni

Ieremi. 11.

Non manet simul panis cū corpore Christi.

3. Co. 10. & 11.

Exo. 7.

Christus quibus verbis cō secrauit

Lib. 4. de sacramentis cap. 4.

ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac nostris animabus saluti fiat. Hæc illo loco. Dubitatur tamẽ an his verbis Christus cõsecrauerit quibusdam asserentibus Christum sine omni verborum forma cõsecrasse virtute sua diuina, ac deinde ea protulisse verba, quibus alij sacramentum conficerent: aliis rursum dicentibus, Dominum quibusdam verbis, siue his ipsis; siue aliis secreto cõsecrasse, priusquam diceret discipulis: *Accipite & manducate, hoc est corpus meum.* Mouentur autem omnes prædicti ex eo quod Dominus dicatur dando discipulus quod habebat in manibus, dixisse eis, *Accipite*, &c. cum prius dicatur benedixisse & fregisse, in qua benedictione putant necessario factam cõsecrationem. Adiuuare multum horum sententiam videtur ipsa narratio Marci circa calicem. Sic enim habet: *Et accepto calice, gratias agens dedit eis: Et biberunt ex eo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti.* Hinc enim apparet, discipulos prius bibisse quã diceret Dominus: *Hic est sanguis meus*, & proinde prius factam calicis cõsecrationem. Verum horum sententia non videtur satis posse cõsistere, eo quod cõsecratio nunc fiat à sacerdotibus per imitationem eorum quæ tunc acta sunt à Christo. Quare cum per hæc verba, *Hoc est corpus meum*; &c. *Hic est sanguis meus*, &c. nunc fiat consecratio, eaque verba sacerdos proferat vt palam à Christo prolata, apparet etiam Christum illis verbis palam prolatis consecrasse. Quod Tertullianus ostendit, cum in verbis supra citatis dicit, panem corpus suum fecit dicendo: *Hoc est corpus meum.* Proinde quidam existimant Euangelistas in sua narratione circa consecrationem panis non seruasse ordinem rei gestæ, & participium *dicens*, referendum esse ad verbum, *benedixit*, vt sit ordo: *Benedixit dicens, Hoc est corpus meum*; nimirum quod putent benedicere esse consecrare, & tum Christum panem conuertisse in carnem suam, quando benedixit. At supra ostensum est quid sit hoc loco benedicere, & alioqui participium, *dicens*, non posse referri ad verbum, *benedixit*; Græca apertè declarant. Habent enim sic in Luca: εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, id est, cum benedixisset vel gratias egisset, fregit. & dedit eis, dicens. Inter dandum ergo tum dixit: *Hoc est corpus meum*, ac dicendo, panem pro quo prius gratias egit, & super quem Dei nomen inuocauit, quemque iam in partes fregerat, in suum conuertit corpus, quemadmodum quinque illos hordeaceos panes Dominus post gratiarum actionem & benedictionem, ac fractionem, multiplicauit dando discipulis, in quorum etiam manibus multiplicabantur. Nec videri debet inconueniens, quod post fractionem dicatur Dominus conuertisse panem in corpus, cum nos prius consecremus quàm frangamus, quandoquidem totus ordo rei gestæ non est præceptus à Christo. Non enim post cœnam, vt ille, consecramus, nec dando fidelibus dicimus: Accipite, hoc est corpus meum. Cæterum apud Marcum illud, *Et biberunt ex eo omnes*, dictum esse per præoccupationem, patet ex Matthæo, qui Dominum refert dixisse, *Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus.* Nam coniunctio, *enim*, declarat verborum Christi continuationem, quodque ea verba dixerit, tradendo calicem. Hic autem iam noua exurgit quæstio non parua, nempe quid demonstrauerit pronomen, *hoc*, cum Christus dixit: *Hoc est corpus meum*, si his verbis facta est consecratio & conuersio panis in corpus. Non enim potest demonstrare panem, quia falsum est quod panis sit corpus Christi: nec potest demonstrare corpus Christi: quia tunc sensus esset: hoc, nempe corpus meum, est corpus meum: quia hic sermo tantum est enunciatiuus veritatis, non autem etiam factiuus veritatis significatæ: cum consecrationis verba id debeant efficere quod significeant, quemadmodũ omniũ sacramentorũ formæ. Eadem quæstio est cum his verbis sacerdotes dicuntur consecrare. Dicendum est ergo pronomen *hoc*, demonstrare indeterminatè substantiam sub speciebus panis contentam. Indeterminate, inquam, hoc est, sic vt conceptus non determinetur, vel ad substantiam panis, vel ad substantiam corporis Christi, sed ingenere & confusè tantum concipiat substantiam quandam indiuidualem quæ speciebus illis vestitur. Atque hæc est propria vis pronominis, *hoc*, vt substantiam demonstret, (est enim demonstratiuum substantiæ) & indeterminatè demonstret. Cum enim dubitanti & quærenti de re aliqua quid est hoc vel illud, dicimus, hoc est lapis, hoc est argentum, pronomen, hoc, tantum ingenerat confusum conceptã alicuius indiuidualis substantiæ, & est sensus: Hæc res, vel hęc substantia est lapis, vel est argentum: sic & præsentis orationis sensus est, *Hoc* (id est, hæc substantia, quę scilicet his velatur accidentibus) *est corpus meum.* Quod si vlterius quæratur, quæ est illa indiuidualis substantia quam confuse pronomen *hoc*, demonstrat: dicendum, quod ante consecrationem completam, quæ perficitur & fit in momento terminante verborum prolationem; substantia illa est panis: post vero consecrationem: est corpus Christi, in quod panis diuina verborum illorum virtute conuertitur. Quod si deinceps inferatur, non esse ergo veram hanc orationẽ cum profertur, quia tunc substantia illa demonstrata necdum est corpus Christi, dicendum quod veritas præpositionis de verbo præsentis tẽporis nõ pendet ab existentia rei pro tẽpore quo profertur, sed pro momento finiente orationem. Oratio enim non significat quod est significandum, nisi cum est integra & integrè prolata, proinde vera est, si res significata pro eo tempore sic se habeat, quemadmodum per orationem significatur. Verè enim quis dicit; ego fileo: si post prolationem non loquatur. Quo autem clarius intelligatur, quomodo vere dicatur: *Hoc est corpus meũ*, cum tamen inter proferendum res significata nõ sic se habeat quemadmodum oratio significat, cũ rarę sint locutiones in quibus idem accidat, sciendum quod quemadmodum subtiliter Diuus Thomas docet in 3. parte quæst. 78. arti. 5. cum hæc locutio habeat virtutem factiuam conuersionis panis in corpus Christi, ideo comparatur ad alias locutiones quæ habẽt solum vim significatiuam, & non factiuam, sicut comparatur conceptio intellectus practici, quæ est factiua rei, conceptioni intellectus nostri speculatiui, quæ est accepta à rebus. Voces enim, teste philosopho, sunt signa conceptuum. Proinde sicut conceptio intellectus practici non præsupponit rem conceptam, sed facit eam: ita veritas huius locutionis non præsupponit rem significatam, vt aliæ fere similes locutiones, sed facit eam. Et pro simili quod rudi intellectui satisfacere potest, dari potest; vt sit faber inter ea dum clauum subito motu format, dicat: Hoc est clauus; aut plumbi fusor inter fundẽdum dicat: Hoc est candelabrum. Hic enim videre licet pronomen, hoc, non demonstrare determinatam aliquam substantiam, & id quod significatur non esse cum profertur oratio, sed fieri inter proferendum, & esse post prolationem. Sic & Christus ante illud momentum, quo aqua illius virtute in nuptiis conuertebatur in vinum, efficaci sermone dicere potuisset, Hoc est vinum; neque tamen pronomen, hoc, demonstrasset aut aquam, aut vinum, quia falsum fuisset aquam esse vinũ, & efficienti nõ conuenit ille sermo, Hoc vinum est vinum. Indeterminatè ergo substantiam demonstrasset, quæ nõ tum fuisset vinũ cum oratio proferretur, sed cùm prolata iam fuisset. Et hæc quidem de pronomine demonstratiuo, hoc. Cæterum in dictione, corpus, quidam errant, existimantes eam accipi pro toto homine, & non solùm pro altera hominis parte, eo quòd certũ sit sub specie panis totum esse Christum, nec carnem ibi adesse sine anima. At hos errare ex eo patet, quòd corpꝰ hic distinguatur à sanguine, & quia Ioannis 6. dicitur caro manducanda, & sanguis bibendus. Rursum si pro toto homine dictio, corpus, in prædictis verbis acciperetur, nõ potuisset illis verbis fieri cõsecratio, cum Christus iacuit mortuus in sepulchro, sed nec hæc verborum forma nunc cõueniret passioni Dominicæ significandæ, in cuius tamen memoriam hoc sacramẽtum est institutũ. Accipitur ergo dictio, corpus, pro altera tantum hominis parte, carne scilicet, nõ quòd illa ibi sit sola, sed sola ibi est virtute cõsecrationis, anima autem Christi, similiter & sanguis atque eius diuinitas, simul ibi sunt cũ carne per concomitantiã, eo quòd hæc à carne separata esse non possint. Sic & in calice virtute consecrationis solus est sanguis, per concomitantiam autem & ibi totus est Christus. Curiosas autem quęstiones multas, quæ iam moueri possent circa hanc materiam, videlicet quomodo totus Christus sub tam modica panis & vini specie subsistere possit, quomodo specie panis fracta totus sit sub singulis partibus, quomodo accidẽtia ibi sint sine subiecto, & alia id genus pleraque; præstat prætermittere quàm perscrutari. In his enim & similibus præstare debet fides supplemẽtum sensuum defectui, simpliciterq; credendum nihil esse impossibile ei qui dixit & mentiri non potest: Hoc est corpus meũ. Captiuandus est intellectus in obsequiũ fidei, quod ad magnum hominibus proficit meritum. Non enim habet meritum fides, cui humana ratio præbet experimentum. Vnde Innocentius lib. 4. de sacro altaris mysterio, cap. 8. Ego, inquit, quod residuum est igni cõburo. Nam credere iubemur, discutere prohibemur. Et in fine capitis: Alia, inquit, multa circa præsentem articulum possunt inquiri, quæ melius est intacta relinquere, quàm temerè diffinire. Nam bestia quæ tetigerit mõtem, lapidabitur. Tutius est in talibus citra rationem subsistere, quàm vltra rationem excedere, ne forte, quod absit, ossa regis Idumeæ redigantur in cinerem. Hæc ille. Perro apud Lucam additur; quod pro vobis datur; quod aliqui intelligũt de traditione & oblatione ad mortem, vt sit sensus: quod pro vestra salute iamiam tradendum est ad mortem, imò iam à me ad mortem subeundam datur. Nam 1. Corinth. 11. in narratione cœnæ Dominicæ à Paulo similiter vt à Luca descripta, legimus: Hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur, atq; eo modo etiam hic, sed depraua-

tatè, in quibusdã legitur libris, tradetur pro datur, scriptore scilicet aliquo hunc locum restituere volenti ex loco Pauli. Habet autem Paulus in Græcis, non vt nos legimus; quod pro vobis tradetur; sed, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, id est, quod pro vobis frangitur, quam partẽ ex Paulo Græci addunt in consecrãdo pane, vt patet in missa Chrysostomi & Basilij. Necnon & Ambrosium Latinum authorem addidisse patet ex libro 4. de sacramẽtis c. 5. quanquã ibi legatur per futurum; quod pro multis confringetur. Cùm autem verisimile sit simile quid significari apud Lucã per illud; quod pro vobis datur; & apud Paulũ per illud, quod pro vobis frangitur; intelligendum videtur in illo, quod pro vobis datur, Dominum loqui de datione corporis sui in cibũ, vt significauerit se tũc in cœna corpus suum dare discipulis in cibum pro illorum salute & vita, quam percipere mãducantes carnẽ ipsius supra apud Ioannem testatus erat. Non enim illud Pauli, quod pro vobis frangitur, de fractione quam in morte passus est Dominus, est accipiẽdum: sed de fractione specierũ panis, & distributione corporis Dominici in cibũ fideliũ, vt patet ex eo quod dicit: Panis quem frãgimus nónne cõmunicatio corporis Christi est? Huic tamen iam dictæ intelligentiæ verborũ Lucæ obstare videtur quòd non dicatur, quod vobis datur, sed quod pro vobis datur. vnde videndum an ne potius sit intelligendum de oblatione qua tunc in cœna corpus suũ Dominus dederit Deo patri pro nobis, vt ex hoc loco apertè colligi possit Dominũ tunc se obtulisse, sicut postea idẽ colligitur ex verbo, effunditur. Obtulit autẽ Dominus corpus suũ etiã in cœna consideratione habita ad oblationem in cruce mox faciendam, cum qua quodãmodo vna fuit oblatio cœnæ, sicut nos quotidie offerimus corpus Domini in missa, scilicet respectu habito ad oblationem in cruce factã, cum qua nostra oblatio quodammodo vna est. Neminẽ autem turbare debet quòd Græci in cõmunicatione panis, similiter & Ambrosius, addũt; quod pro vobis frangitur, cũ eam partem non addat Romana ecclesia. Græci enim suam consecrationis formam ex traditione Pauli conformi euangelio Lucæ desumpserunt. Latini verò ex traditione Petri conformi Euangelio Matthæi & Marci, ex qua intelligendum relictum est, ea verba, quod pro vobis frangitur, nõ esse ad consecrationem necessaria, quanquã non malè à Græcis adderentur, videriq; potest cõsultò à Latinis hæc esse prætermissa, ne esset locus absurdæ intelligentiæ, qua quis existimare posset verè frangi corpus Christi; aut etiã ne quis hinc existimaret Eucharistiam non posse dispensari sine fractione & distributione in plures facta.

1. Corint. 10.

Amos. 2.

ᵉHOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.] Idem habet & Paulus, qui ipsum etiam repetit dictum circa calicem. Cæterum pro, in meam commemorationem, Græcis est, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, quod significantius vertitur, in mei rememorationem, vel, vt in Canone Missæ legimus, in mei memoriam, subaudi renouandam. Refertur autem pronomen, hoc, non tantum ad sumptionẽ, sed & ad omnia quæ mox Christus fecisse dicitur. Mandat enim facere quod ipse fecit, nempe accipere panem, gratias agere, benedicere, ac verbis suis consecrare, dicendo in ipsius persona: Hoc est corpus meum; frangere ac sumere, aliisque sumendum tradere; proinde his verbis intelli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gimus Christum verbis illis; Hoc est corpus meũ; A virtutem contulisse consecrandi & trãssubstantiandi panem in corpus. Alioqui enim non posset fieri ab Apostolis quod fecit ipse. Intelligimus rursum Apostolos his verbis consecratos à Domino sacerdotes, quia per ea verba potestas illis data est faciendi quod fecerat ipse: proinde hæc verba non pertinẽt ad singulos fideles, nisi quatenus pronomen hoc, refertur ad sumptionem, aut quatenus sunt Ecclesiæ membra, quę in Apostolis accepit, & in sacerdotibus obtinet potestatem faciendi quod fecit Christus. Singuli enim fideles, quatenus ad vnius corporis pertinẽt communionem, faciunt cũ sacerdotibus, quod totius Ecclesiæ nomine in persona Christi faciunt sacerdotes. Verùm hic insurget hæreticus, negans Eucharistiam esse sacrificiũ & oblationem, & dicet: Si hoc facere debent sacer- B dotes quod Christus fecit, non ergo sacrificant in missa, cum Christus in cœna non dicatur sacrificiũ obtulisse. At dicẽdum est, quòd Christum in cœna & Eucharistiæ institutione sacrificium obtulisse primum quidem satis est significatum, cùm dicitur gratias egisse. Gratiarum actio enim est quoddam sacrificium, à qua Christi actione sacramẽtum corporis & sanguinis Domini, nomen illud ab initio Ecclesię accepit, vt diceretur Eucharistia. Igitur cũ gratiarũ actio sit sacrificiũ, & sacramẽtum hoc dicatur, & sit Eucharistia, quod est gratiarum actio, cõsequitur ex Christi actione & nomine à Christi actione impositio, sacramẽtum hoc esse sacrificium, C

Sacrificiũ Missa.

Psal. 49.

vnde in canone dicitur sacrificium laudis, de quo Psalmista: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Secũdò Christum sese sub speciebus panis & vini obtulisse in cœna Deo patri, intelligentiæ nostræ relictum etiam satis est ipsa quæ præcessit figura agno Paschali. Cùm enim agnus ille sacrificiũ fuerit quod celebrabatur in memoriã antiquę redẽptionis, & sacramentũ corporis, & sanguinis Domini in illius locũ sit institutũ ad renouandum memoriã nouæ redemptionis, si figurã rectè impleuit Christus, seipsum in eo sacramento obtulit. Quod tertiò significatũ potest intelligi, eo quòd Lucas habet addidisse Dominũ; quod pro vobis datur. Quòd enim verbo, datur, nõ tãtum signi D ficetur datio in cibum, sed etiam oblatio Deo tunc facta, probabile faciemus ex verbis dictis à Domino in consecratione calicis. Certe D. Cyprianus Christũ asserit in cœna sese obtulisse, & impleuisse figurã quæ in ipso Melchisedec præcessit, secũdum cuius ordinẽ Psalmista ipsum pronũciat esse sacerdotẽ. Sic enim habet in Epistola ad Ceciliũ. Quod autem Melchisedec typum Christi portaret, declarat Spiritus Sanctus in Psalmis, ex persona patris

Psal. 109

ad filium dicens: Ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit illum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Qui ordo vtique hic est de sacrificio illo veniens, & inde descẽdens, quòd Melchisedec sacerdos Dei summi fuit, quòd panẽ & vinũ obtulit, quòd Abraham benedixit. Nã qui magis sacerdos Dei summi, quàm Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificiũ Deo patri obtulit? Et obtulit hoc id quod Melchisedec obtulerat, id est, panem & vinum, suum scilicet cõrpus & sanguinem. Et post quædam interposita: Vt ergo in Genesi per Melchisedec sacerdotem benedictio circa Abraham posset ritè celebrari, præcedit ante imago sacrificij in pane & vino scilicet cõstituta. Quam rem perficiens & adimplens Domi- E nus, panem, & calicem mixtum vino obtulit, & qui est plenitudo, veritatẽ præfiguratæ imaginis adimpleuit. Hæc ille. Vt autem demus Christum non optulisse Deo in cœna carnem suam & sanguinem, non tamen mox consequitur nec sacerdotes offerre debere. Ex ipso enim Christi præcepto in hoc sacramento aliquid Ecclesiæ est faciendum quod non fecit Christus. Præcepit enim vt faciamus in ipsius memoriam, ad quam non ipse tunc carnem suam dedit Apostolis sumendam, eùm memoria tantum sit rei absentis, ipse verò tunc illis præsens esset. Iã eo quod adiecit, in mei memoriã, satis significat nos in huius sacramenti celebratione sacrificare debere. Celebrandum enim sacramentum istud nõ in quamlibet memoriam Christi, sed potissimum in memoriam passionis ipsius, quem- *1. Cor. 11.* admodum patet ex Paulo, qui exponens hæc Domini verba dicit: Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat, Quomodo autem memoria passionis Christi melius renouari potest, quàm in sacramẽto sub speciebus, quæ separationẽ sanguinis à corpore repræsentant, offerendo Christum qui se in cruce obtulit, & sacrificio sacrificiũ rememorando. Vnde Chrysostomus hom. 17. in Epist. ad Hebræos: Nónne, inquit, per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed ad recordationẽ facientes mortis eius, &c. Nemo sane negauerit quin hoc sacramentum sic sit rememorationẽ quę redemptionis, sicut agnus Paschalis, antiquæ. Sicut ergo non solùm erat sacrificium agnus ille, cuius sanguine redempti erant in Aegypto Israelitæ, sed & agnus qui sequentibus omnibus annis in redẽptionis illius repetebatur memoriam: sic necesse est vt Christus non tantũ quatenus in cruce oblatus sit sacrificium, sed etiam quatenus in hoc sacramento existens, memoriam nobis factæ in cruce redemptionis renouat. Sunt qui sacramentum istud esse sacrificium ostendere conãtur ex verbo, facite, quia illud aliquando accipitur pro sacrificare, vt cum dicit Virgilius: Cùm faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Sic & apud Hebræos verbũ, Asa, quod facere significat, accipitur nõnunquam pro sacrificare. Nã Exodi 10. vbi nos legimus: Hostias quoque & holocausta dabit nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro; pro offeramus Hebraicè est Asinu, id est faciemus, pro sacrificabimus. At hoc argumentum parum est firmum, cum ob alias causas, tũ quòd, facio, quando pro sacrificare ponitur, cum ablatiuo cõstruatur apud Virgilium, vt subaudiatur sacrificium, cùm faciam vitula sacrificium. Vt autem vel ex hoc loco, vel ex aliis scripturæ locis efficaciter non possit probari sacramentũ corporis & sanguinis Domini esse sacrificiũ, tamen ex Apostolica Ecclesiæ traditione id efficaciter probatur, & certissimò credendum est: quæ traditio ex eo cognoscitur, quòd cõcorditer omnes veteres ab Apostolorum temporibus, illud vocauerint sacrificium, atque hoc vnicum esse Christianorum sacrificium, quod pro variis illis legis sacrificiis nobis sit à Christo institutũ, de quo & prophetauerit Mala- *Malach. 1.* chias dicẽs: Ab ortu solis vsq; ad occasum magnũ est nomẽ meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Ireneum vetustissimum authorem, qui se doctum pro fitetur à presbytero quodam qui Apostolorum fuerat auditor, vide lib. 4. cap. 31. Vbi sacramentũ corporis & sanguinis Domini docet etiam esse sacrificium

cium ratione panis & vini, sic scribens: Suis discipulis dans consiliũ primitias Deo offerre ex suis creaturis, nõ quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi nec ingrati sint, eũ qui ex creatura panis est accepit, & gratias egit, dicẽs: Hoc est corpus meũ. Et calicẽ similiter, qui est ex ea creatura quæ est secũdum nos, suum sanguinẽ confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in vniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat primitias suorũ munerum in nouo testamẽto, de quo in 12. prophetis Malachias sic præsignificauit: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris. Quo- B niam ab ortu solis vsq; ad occasum nomẽ meũ glorificatur inter gẽtes, & in omni loco incẽsum offertur nomini meo, & sacrificium purum, quoniã magnũ est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens; manifestissimè significãs per hęc, quoniam prior quidem populus cessauit offerre Deo, omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum, nomẽ autẽ eius glorificatur in gentibus. Hæc ille. Sacrificiũ est ergo hoc sacramentum, idq; duplici ratione. Nam & ratione panis & vini, aut speciẽrũ panis & vini, per quorum oblationẽ Deo agimus gratias pro beneficiis creationis omniũ propter nos: & ratione corporis & sanguinis Domini, per quorũ oblationẽ Deo agimus gratias pro bene C ficiis redemptionis. De vtrisque enim beneficiis Deo sunt agendæ gratiæ, & quòd omnia creauit propter nos, suis nos pascens creaturis secundùm corpus, & quòd per filij sui mortem nos redemit, eius corpore & sanguine nos pascens secundùm animam. Sed redeamus ad tractationẽ verborũ Christi, ex quibus intelligendũ quis sit vsus & finis instituti huius sacramenti, & quatenus offertur Deo, & quatenus sumitur à fidelibus, nẽpe quod ad renouandam Christi pro nobis crucifixi memoriam sit institutum & vsurpandum. Huius autem memoriæ renouatione non est vltimus finis, sed propter multiplicem fructum ex illa memoriam in nobis proueniendum, voluit Dominus hoc sacramentũ in sui D rememorationem & instituere, & à nobis vsurpari ac frequẽtari. Et primùm quidem memoria passionis per hoc sacramentũ facta, excitat in nobis gratiarum actionem, excitat & fiduciã tum consequẽdæ remissionis admissorum à nobis malorum, tum impetrandorum à Deo bonorum, quæ vel ad bene, vel ad beatè viuendum nobis sunt necessaria, nec tantum in nobis excitat huiusmodi gratiarũ actionem & fiduciam, sed etiam ipsum sacramentũ per se quatenus est sacrificium, illud est per quod Deo gratias agimus, & medium consequendi malorum remissionem, & bonorum impetrationem. Gratias enim Deo agere cõuenientius non possumus, quàm offerendo ei suum filium, qui ei est vnicè gratus, & E per quem ab ipso nos accepisse agnoscimus bona pro quibus gratias agimus. Nec per alterius oblationem expectanda aut peccatorum remissio, aut bonorũ impetratio, quàm illius qui solus est agnus Dei tollens peccata mundi, quiq; sua passione meruit nobis & malorum remissionem, & bonorũ donationem. Offertur ergo ex memoriæ Christi renouatione, in gratiarum actionem pro acceptis bonis, in remissionem admissorum malorũ, in impetrationem bonorum, quæ vel in præsenti, vel in futuro sunt optanda. Cùm enim in veteri lege alia essent sacrificia quæ in gratiarum actionem erant offerẽ-

da, alia quæ pro peccatis, alia quæ pro impetrandis bonis, pro omnibus illis in noua lege vnũ successit sacrificiũ, quod ad omnia illa & est sufficiẽs, & efficax. Quatenus verò hoc sacramentũ est conuiuiũ, & à fidelibus cum memoria passionis Dominicæ sumitur, operatur in eis vitam spiritualẽ, & pignus est eis æternæ fœlicitatis, admonetq; eos mutuę dilectionis, idque triplici ratione, scilicet quòd eodem omnes sint redempti pretio, quòd eadem omnes pascantur mensa, quodque ad eandem omnes vocati sint fœlicitatem, cuius in hoc sacramẽto pignus accipiunt. Et, vt breuius dicatur, sacramentum hoc & quatenus offertur, & quatenus sumitur cum memoria passionis Christi, fidem passionis in nobis renouat, renouandoque confirmat, spem erigit impetrandi & remissionem malorum nostrorum, & donationem bonorum diuinorum, & charitatem accendit tum erga Deum, quem intelligimus nos cum inimici essemus tantopere dilexisse: tum erga proximos, ob triplicem iam dictam rationem. Triplicem hunc sacramenti istius effectum bene complectitur celebris illa Antiphona: O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, &c. Illud enim quod dicitur: recolitur memoria passionis Christi; ad fidẽ pertinet: illud; mens impletur gratia; ad charitatem: ad spem verò quod dicitur: futuræ glorię nobis pignus datur; quarum trium antiphonæ partiũ, prima præteritum respicit, secunda præsens, tertia futurum.

SIMILITER [1] ET CALICEM ACCIPIENS [e] POSTQVAM COENAVIT, [e] GRATIAS EGIT.] Qualia fecit circa panem talia & circa calicem. Accepit enim eum in manibus, gratias egit, diuidendumque dedit, atque præcepit vt eum accipientes biberent ex eo omnes, quæ omnia Lucas complexus est, dicens: Similiter cum alij duo illa explicatim exponant. Cęterum pro dictione, calicem, quæ certum quoddam poculi genus significat, Græcis semper est ποτήριον, quod simpliciter poculum significat, vnde & D. Ambrosius in Paulo poculũ legit. Bene autẽ Lucas & Paulus adiecerunt D postquã cœnauit, vt intelligamus poculũ hoc & similiter panem, de quo dictũ est, ad vulgarem cœnam non pertinuisse, quæ pascendo corpori subseruiebat. Porro ex eo quod Dominus apud Matth. dicat: Bibite ex hoc omnes; Lutherani conantur ostẽdere, necessariam esse omnibus Christianis sumptionem Eucharistiæ sub vtraque specie: verùm inefficaciter hinc illud colligunt, quandoquidem hęc verba tantùm ad ibi tum præsentes, Apostolos pertinent. His enim verbis non aliis loquebatur quàm iis quibus poculum porrexerat, dicens, vt est apud Lucã, Accipite, & diuidite inter vos. Quod si quis insteт & dicat, Dominum in Apostolis etiam nobis locutum, cùm Eucharistiã non illorũ tantũ causa instituerit, sed & propter nos, atq; ob id illud, Bibite omnes, etiam ad nos pertinere: Dicendũ, Dominum in Apostolis non aliis locutum, quod attinet ad præceptum bibendi, quàm his, quibus in ipsis Apostolis dixit illud, Hoc facite in meam cõmorationem. Quare sicut illud potissimum ad sacerdotes Apostolorum locum obtinentes pertinet, ita hoc de bibendo calicem præceptũ: vnde ab initio semper hinc intellexit Ecclesia sacerdotes cùm faciunt quod fecit in vltima cœna Christus, hoc est, cùm consecrant, ex Christi præcepto debere sub vtraque specie & consecrare, & sumere: non autẽ necessariam esse sub vtraque specie sumptionẽ lai-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis,ad quos non aliter pertinet necessariò bibendi calicis præceptum,quàm illud, Hoc facite; nempe quatenus sunt Ecclesiæ membra, & cum ipsis sacerdotibus faciunt quod totius Ecclesiæ nomine faciunt sacerdotes. Itaque quanquam in primitiua Ecclesia etiam laici fere communicabant sub vtraque specie, quando ita commodè fieri potuit ob credentiũ paucitatem;quando itẽ sanguinis Christi sumptione populus fidelis armãdus erat ad sanguinis proprij pro Christo effusionem, semper tamen etiam ab initio quandoque sub panis tantùm specie Eucharistia laicis porrigebatur, semperque creditum est non esse contra Christi præceptum, imò conuenire institutioni Christi,vt cùm ita tempus & locus postulat,sub altera tantùm specie Eucharistia porrigeretur fidelibus; quod ex eo patet, quòd antiquissimi quidam patres intellexerint Dominum in Emaus duobus discipulis corpus suũ dedisse sumendum,quando in fractione panis cognouerunt eũ,nunquam id intellecturi,si credidissent panem sine calice in Eucharistia nõ posse distribui,cùm certũ sit tunc discipulis à Domino calicẽ non fuisse porrectum. Cùm ergo semper crediderit Ecclesia,non esse necessariam sumptionẽ Eucharistiæ sub vtraque specie,quòd sub altera specie totus Christus sumeretur, nec Christi præcepto vi deret omnes ad huiusmodi obligatos esse sumptionem,succedentibus postea tẽporibus,nulla quidem præceptorũ vi,sed cõsensu quodã tacito tam populi quàm cleri,sensim irrepsit consuetudo communicandi laicos sub altera tantùm specie.Quę quidem consuetudo non potest videri introducta ex vitio aliquo aut cleri,aut populi, cùm nihil quæstus aut lucri tẽporarij vel his,vel illis inde prouenerit penitus,sed res ipsa & experientia satis arguit,manifestã periculorũ & magnitudinẽ & multitudinem tã clerum quàm populum ad istam consuetudinem paulatim induxisse.Fuit enim periculũ in ministratione,ne sanguis scilicet effunderetur, quod & sæpius accidit,præsertim cũ ingenti multitudini fuisset communicandũ.Periculum item in conseruatione,ne vini species in acetum verteretur,cũ parochi tenerentur eam ob ægrotos semper habere paratã. periculum etiam, cùm ad morituros apportaretur, siue quis eques aut pedes eum ferret. Periculum quoque in his qui nauseam vini patiuntur.Periculum,ob inopiam vini,cuius in plerisque orbis partibus magna est penuria. Periculum denique infidelitatis,ne videlicet non sub vtraque specie totus crederetur subsistere Christus. Commendat hanc iam receptam consuetudinem & veteris legis figura quæ ei probè quadrat. Nam quod in ea lege liquidũ offerebatur,quod & libamẽ vocabant, haud quanquam à laicis, sed à solis recipiebatur sacerdotibus. Obuenerat enim id in partem sacerdotu, quẽadmodũ & nũc ea sacramenti pars quę liquida est,solis est reseruata sacerdotibus. Hanc ergo cõsuetudinem sic rationabiliter introductã,& tam variis cõmẽdatã modis,cùm ex doctrina Ioãnis Huss Bohemi Gręcos secuti assererent esse licitã & scripturis contrariam, duo concilia generalia,Cõstantiense & Basiliense,approbauerunt, hæreseos condẽnantia eos qui hanc consuetudinem impugnare & mutare auderent,& pro lege habendam hãc consuetudinem decernẽtia. Sic enim Conciliũ Cõstãtiense sessione 13. definit. Et sicut hæc consuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala ratiõnabiliter introducta, quòd licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramẽtum reciperetur à fidelibus sub vtraq; specie,postea à conficientibus sub vtraq;, & à laicis tantummodo sub specie panis susciparur, cũ firmissimè credendum sit & nullatenus dubitãdũ,integrum Christi corpus & sanguinem tam sub specie panis, quàm sub specie vini veraciter contineri.Vnde cùm huiusmodi consuetudo ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta & diutissimè obseruata sit,pro lege habenda est, quã non licet reprobare, aut sine ecclesiæ authoritate pro libito mutare. Qua propter dicere quod hanc cõsuetudinem aut legem obseruare sit sacrilegium aut illicitum,censeri debet erroneum,& pertinaciter asserentes oppositum prẽmissorum tãquam hęretici arcendi sunt & grauiter puniendi per diœcesanos locorum.Hæc concilium illud.Et concilio Basilienſe,in quo longius hęc res cum Bohemis disputata est,hanc eandem præfati concilij sententiã sessione tricesima confirmat.Doctè contrà Lutheranos hanc consuetudinem post Bohemos rursum impugnantes,disputat præter alios Episcopus Rossensis,& alibi,& in libello cui titulus,Defensio regię assertionis cõtra captiuitatẽ Babylonicã,in quo decem conditionibus hanc consuetudinem commendatam ostendit,quas per epilogum tandem sic colligit.Quando igitur hęc consuetudo nullius occasione corruptionis ortum accepit,& à multis criminibus liberat, nullique repugnat Euangelico præcepto, quin magis congruat ei tam nouæ legis exemplũ, quàm veteris instrumenti figurę neminẽ afficit dispendio,nulla vi, sed tacitis omnium suffragiis irrepsit,& in ea republica quæ sancto Spiritu gubernatur,atque in eo negotio quod salutem animarum concernit,sitq; demum per tot Ecclesiæ proceres bis approbata,quis tam insanit,vt nõ putet eam à Spiritu sancto fuisse profectam?Et hactenus quidem pro recepta consuetudine statuenda. Restat vt de materia secũdæ partis huius sacramẽti agamus,quòd & circa hanc sit erratum, sicut circa materiam ex qua Christi conficitur corpus. Fuerũt enim qui decepti falsa sobrietatis imagine, pro calicis consecratione non vinum, sed aquam solam censuerunt apponendam, qui ob id Aquarij dicti sunt ab Augustino lib.de hęresibus c.64.Sunt rursum qui cum hoc errore ex diametro pugnantes solum vinum in calice apponendum censent,aquamque minimè vino miscendã esse. Et hoc enim post Gręcos docuit Lutherus,asserens mistionẽ aquę cũ vino,figmentũ esse merè humanum,immo malæ & sinistræ significationis, eo quòd in malam partem ponatur in scripturis mistio aquæ cum vino, vt cũ dicitur:Vinum tuũ mistum est aqua.At D. Cyprianus scribens ad Cecilium contra eos qui in calice tantùm offerebant aquam;vtrumq; errorem prędictum refellit,ostendens ex exemplo Christi vinum offerendum, sed mistum aqua. Et quidem vinum fuisse in calice quem suis Dominus porrexit, ostẽdit ex eo quòd Euangelistæ subiiciunt dictũ à Domino:Nõ bibã amodo de hoc genimine vitis. Fuit ergo genimen vitis in calice quem Dominus accepit,& suis dedit.Vinum autem fuisse mixtũ aqua non probat apertis aliquibus Euangelij verbis, vt nec illis probari potest, sed intelligendũ relinquit ex eo q̃ certum est in calice fuisse vinum, eo quòd vinum in illis calidis regionibus non solitum fuerit bibi,nisi mistum aqua.Alioqui vinũ fuisse mixtũ aqua in cœna Dominica, probat per illud Prouerb. quod adaptat huic sacramento:Sapientia ædifi

Quæ pericula in cõmunione sub vtraque specie

dificauit sibi domũ,excidit columnas septem. Immolauit victimas suas,miscuit vinum,& proposuit mensam suam.Non solùm autem ex scripturis, sed & ex Dominica reuelatione & precepto testatur se idipsum accepisse vt vinum mixtum offeratur.Sic enim scribit in principio epistolæ: Nec hoc putes frater charissime nostra & humana mente conseri bere,aut vltronea hoc nobis audacter assumere,cũ mediocritatem nostram semper humili & verecũda moderatione teneamus,sed quãdo aliquid deo inspirante & mandante præcipitur,necesse est Domino seruus fidelis obtemperet, excusatus apud omnes, quod nihil sibi arroganter assumat, qui offensam Domini timere cõpellitur, nisi faciat quod iubetur. Admonitos autem nos scias, vt in calice offerendo Dominica traditio seruetur neque aliud fiat à nobis quam quod nobis prior Dominus fecit,vt calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Hæc ille sanctissimus simul & doctissimus martyr, in quibus non tãtum asserit Dominum in cœna mixtum vinum obtulisse,sed à Deo sibi inspirante & mandante fuisse præceptum, vt Christi traditio seruaretur.Cui facto & traditioni Christi conuenit & figura veteris testamenti,in quo sanguini vitulorum & hircorum,quo Moses vetus testamentum confirmauit, aqua admiscebatur,quemadmodum testatur Paulus ad Hebręos, dicens: Lecto omni mandato legis à Mose vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua,ipsum librũ & omnem populum respersit. Et tamen aquæ non fit mentio in Exodo:Iam & D.Hieronymus in quæstionibus Hebraicis super Paral.circa illud quod aquam Dauid libauit Domino, annotandum duxit,quod in sacrificiis in quibus vinum offerebatur,idem aqua mixtum fuerat.Notandum,inquit,quòd vinum Deo in sacrificium offerebatur, aqua mixtum erat. Porro sicut ritus celebrandi in azymo pane non tantum commendatur facto Christi & veteri figura,sed etiam mysticis significationibus quas habet duas,vt prius est dictum:ita & ritus miscendi aquam vino-præterquam q̃ commẽdetur & Christi facto & figura veteris testamenti,etiam commendatur dupli ci significatione mystica. Et quidem prima & præcipua huius ritus significatio quæ sit,explicat Paschalius pontifex,dicens:Cur in calice aqua misceatur,illa permaximè causa est, quia de latere Christi, vbi passio completur, sanguis pariter & aqua manauit. Sic & Alexander primus, Apostolorum tẽporibus vicinus,& Cypriano antiquior,in suis decretis:In sacramentorum,inquit,oblationibus,quæ inter missarum solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, vt eius cuius corpus & sanguis conficitur,passio celebretur, ita vt repulsis opinionibus superstitionum,panis tantùm & vinũ aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non debet enim.vt à patribus accepimus,& ipsa ratio docet,in calice Domini aut vinum solum,aut aqua sola offerri,sed vtrumque permixtum,quia vtrumque ex latere eius in passione profluxisse legitur. Hæc ille,in cuius verbis præter alia obseruandum, q̃ à patribus se dicat accepisse hunc ritum, nimirum Apostolis,quibus erat vicinus.Eandem huius ritus significationem tradunt & alij patres. Augustinus enim explicans illud Ioannis: Et continuò exiuit sanguis & aqua;Ille,inquit,sanguis in remissionem fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat peculũ:Et Chrysostomus super eisdem verbis: Nõ casu,inquit,& simpliciter hi fontes scaturierũt,sed quoniam ex ambobus Ecclesia constituta est. Sciũt hoc initiati,per aquam enim regenerati, sanguine & carne nutriti sunt.Hinc mysteria ortum habent, vt quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipso latere hauriens accedas Alteram huius ritus mysticam significationem reddidit D. Cyprianus epistola prædicta,scribens in hunc modum Aquas populos significare in Apocalypsi scriptura diuina testatur, dicens: Aquæ quas vidisti, super quas sedet meretrix illa,populi & turbæ, & gentes ethnicorum sunt & linguæ.Quod scilicet perspicimus & in sacramento Dominici calicis contineri. Nã quia nos omnes portabat Christus, qui & peccata nostra portabat,videmus in aqua populum intelligi,in vino ostendi sanguinem Christi. Quando autem in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credidit copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic miscetur in calice Domini, vt commixtio illa non possit ab inuicem seperari. Vnde Ecclesiam, id est, plebem in Ecclesia constitutam fideliter & firmiter in eo quod credidit perseuerãtem,nulla res separare poterit à Christo,quo minus hæreat semper, & maneat in diuina dilectione.Sic autẽ in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solũ potest.Nam si vinum tãtum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis:Si verò aqua sit sola,plebs incipit esse sine Christo.Quando autem vtrumque miscetur,& adunatione confusa sibi inuicem copulatur,tunc sacramẽtũ spirituale & cœleste perficitur:Hæc ille.Vtraque prædicta huius ritus significatio redditur in sermone quodã de corpore & sanguine Domini, qui est in tomo 4. inter opera D.Hieronymi.Nec diuersa est ab hac secunda ratione,ea mixtionis huius significatio,quam indicat D.Ambrosius lib.4.de sacramentis cap.5, dicens:Ante verba Christi calix est aquæ & vini plenus.Vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebẽ redemit.His enim verbis significat mistionem hanc sic quidem significare cõiunctionem populi cum Christo,vt etiam simul significetur redẽptio populi per sanguinẽ Christi. Porro sicut ex eo quod absolutè Euangelistæ dicunt Christũ accepisse panem,creditur quẽuis panẽ pro priè dictum posse esse materiam consecrandi corporis Dominici, nec esse absolutè necessarium azymum panẽ,quamuis ex Apostolica traditione conformi facto Christi,veteriq; figuræ,& conueniẽte mysteriis significandis in tali pane consecratio facienda sit:ita ex eo quod vini tantùm mentionẽ fecerint Euangelistæ, creditur quoduis vinum propriè dictũ, quod scilicet est vinum vitis,posse esse materiam consecrandi sanguinis Domini, nec esse absolutè necessariam mistionem aquæ cum vino, quamuis ob traditionem Apostolicam,conformem facto Christi, veteribusq; figuris, & conuenientem significandis dictis mysteriis, illa temerè non sine graui peccato possit prætermitti. Proinde quod suprà dixit Diuus Cyprianus,sic offerri aqua sola nõ potest,quomodo nec vinum solum potest; sic est accipiendum vt significari intelligatur neutrum æque sine peccato prætermitti posse,& vtrũque ad mysterium significandum esse necessarium æquè,non autem vtrumque æque necessarium esse ad mysterij operationem. Cùm autem vinum esse debeat vnde conficiatur sanguis Dominicus,ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cesse est vt aqua miscenda vino non in tanta apponatur quantitate, vt vinum corrumpatur. Vnde extra de celebratione missarum dicitur ab Honorio ad quendam archiepiscopum: Perniciosus in tuis partibus inoleuit abusus, videlicet, quod in maiori quantitate de aqua ponitur in sacrificio, quàm de vino, cùm secundùm rationabilem consuetudinem Ecclesiæ generalis, plus in ipso sit de vino, quàm de aqua ponendum. De conuersione autem illius aquæ quæ vino miscetur in altari, Innocentius tertius in cap. cum Marthæ, titulo de celebratione missarum; refert opiniones, quosdam scilicet dixisse, quòd sicut vinum conuertitur in sanguinem qui fluxit de latere Domini, ita & aqua conuertatur in aquam, quæ cum sanguine, fluxit ex eo latere. Alios verò tenere, quod aqua vino mixta, transiens in vinum, simul cum vino transubstantietur in sanguinem Christi. Alios rursum, eo quòd physici asseuerent aquam non transire in vinum, sed eam iam vino mixtam posse per artificium rursum separari à vino, putare aquâ nec in sanguinem transire, sed nec in alteram aquam, sed per se manere vino conuerso in sanguinem, & circunfusam prioris vini accidentibus consistere. Inter quas opiniones cùm nullam planè reiiciat, probabiliorem iudicari pronunciat illam, quę asserit aquam cum vino in sanguinem transmutari; quæ sententia etiam consistere potest, etsi verum sit quod physici dicunt, aquam vino mixtam non conuerti in vinum. Alias enim duas opiniones esse improbabiles ostendit D. Thomas, in tertia parte quæst. 74. art. 7.

[1] HIC EST [a] ENIM [1] SANGVIS MEVS NOVI TESTAMENTI, QVI [c] PRO VOBIS, &c.] Coniunctio, enim, addita apud Matthæum, quæ etiam in canone Missæ ex hoc loco additur in consecratione panis, reddit rationem eius quod dixit Dominus: Bibite ex hoc omnes. Videri autem posset hæc ratio esse absurda, vtpote potius inductiua ad contrarium, hoc est, ad non bibendum ex illo. Quia enim sanguis erat, ideo videri poterat ex eo non bibendum, quia sanguinis esus horrore plenus est, & in veteri testamento toties prohibitus. Videri ergo, inquam, posset absurdam esse hanc rationem, nisi cogitemus Dominum iam respexisse ad ea quæ olim dixerat de necessitate & vtilitate sumptionis sui sanguinis, vt scribitur Ioan. 6. vt quemadmodum suprà in hoc capite est annotatum, perinde sit quod modò Dominus dixit ac si dixisset: Dixi olim vobis, quod nisi biberitis sanguinem filij hominis, non habebitis vitam in vobis: si verò biberitis eum, habebitis vitam in vobis. Bibite ergo ex hoc omnes. Nam hic est sanguis ille meus, quem qui dignè bibunt, habebunt secundùm promissionem meam, vitam æternam. Et quidem pulchram rationem diuersitatis, cur in veteri testamento esus sanguinis animalium quæ Deo offerebantur, & quorum caro comedebatur, fuerit prohibitus: in nouo verò testamento sanguinis noui agni bibitio præcipiatur, reddit D. Cyprianus in sermone de cœna Domini. Noua est, inquit, huius sacramenti doctrina, & schola Euangelicæ hoc primum magisterium protulerunt, & doctore Christo primum hæc mundo innotuit disciplina vt biberent sanguinem Christiani, cuius esum legis antiquæ autoritas districtissimè interdicit. Lex quippe esum sanguinis prohibet, Euangelium præcipit vt bibatur. In quibus mandatis hoc maximè discernere debet Christiana religio, q sanguis animalium à sanguine Christi per omnia differens, temporalis tantùm habet viuificationis effectum, & vita eorum finem habeat, & sine vlla renouocatione terminum. constitutum Ideoque ad obtinendam æternitatē non potest perficere, quod semel obrutum non surgit vlterius, nec aliqua ei supereſt virtus, quod sine vlla spe præcisis radicibus, mors penitus exiccauit. Vita verò hominis licet aliquam habeat affinitatem cum sanguine, non tamen solo sanguine regitur, sed animæ sanguini dat caloris & nutrimenti effectum, sicut & cæteris quę in corpore sunt propria distribuit officia, & diuidit motus, & quasi talenta partitur. Nec oportuit vt sanguini humano sanguis pecudū miscerētur, quia vita rationalis hominis vitæ bestiali socia ri non habet, sed omnino à fideliū animis quasi sanguis impurus, detergenda est hæc carnalis opinio ne putetur vita hominis eo modo transitoria, quo vita pecudum inanescit, vel quòd sanguis consubstantialis sit animæ, & necesse sit vtrumq; superueniente suffocatione dissolui. Carne quidem animalibus similes sumus, sed vita dissimiles, ideoque quod commune cum eis habemus, nobis incorporare licenter possumus: quod verò dignitati nostræ non conuenit, & ab æternitate alienum videtur, à nobis subtilissimo legis iudicio separamus. Bibimus autem de sanguine Christi ipso iubente, vitę æternę cum ipso & per ipsum participes, animalis vitę peccata quasi sanguinem impurum horrentes, & fatētes nos per peccati gustum à beatitudine priuatos & damnatos, nisi nos Christi clementia ad societatem vitæ æternæ suo sanguine reduxisset. Hæc ille doctè philosophans, quæ ob id prolixè hic visum est adferre, quòd rationi illi qua Dominus ad bibendum suum sanguinem inuitat, bene conueniant. Porro pro illo: Hic est sanguis meus; Græcè est, τοῦτό ἐςι τὸ αἷμά μου, vnde patet non solùm quod dictio, hic, non sit aduerbium hoc loco, sed pronomen, verùm etiam quod pro pronomine masculino, hic, verti posset neutrum, hoc, vt ita sit: Hoc est sanguis meus. Quę versio magis conueniret ei quod præcedit: Bibite ex hoc omnes; vt iam eiusdem generis pronomen subiiciatur, dicendo: Hoc est enim sanguis meus. Rursus pronomen neutrum, hoc, magis conuenit inde terminatę demonstrationi substantię, qualem demonstrationem suprà dictum est esse in his consecrationum verbis. Nā si dicas, Hic est sanguis meus videtur sensus esse: Hic sanguis est sanguis meus. Certè D. Cyprianus in epist. ad Cecilium legit, Bibite ex hoc omnes, hoc est enim sanguis noui testamenti, &c. Nec tamen malè noster vertit interpres. Nam frequenter hoc modo, hic ponitur pro hoc, vt cùm Exodi 16 filiis Israel interrogātibus de Manna, Quid est hoc? scribitur Moyses: Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendū: cùm videretur dicendum: Istud est panis, &c. Additur in verbis Domini pronomen, meus, dicēdo: Hic est sanguis meus; ad distinctionem huius sanguinis ad quem bibendum pronocat, à sanguine animalium, quem bibere nec proderat, nec licebat. Cæterùm ob additum pronomen, illud, durioscule iam cohęret cū substantiuo, sanguis, genitiuus, noui testamenti, quod in Græcis vitatur per prepositū articulum, τὸ, qui facit vt nomen αἷμα, hic repetendum, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, id est sanguis, inquam noui testamenti. Addita est autem hæc pars ad distinctionem eius sanguinis de quo dixit Moyses, vt scribitur Exodi 24. cùm firmaret pactum inter Deum & Israelitas. Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum. Ad quæ verba hic est à Domino allusum, vnde pro fœderis, Septuaginta habent, vt est hoc loco, διαθήκης, & ad Hebr. 9. legimus Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Dicitur autem scripturæ phrasi sanguis fœderis vel testamenti, sanguis quo fœdus aliquod confirmabatur. Solitum enim erat antiquitus fœdera firmari sanguine cęlorum animalium, quo significabant morti se facere obnoxium, mortēque plectendum qui initum fœdus violasset. Et apud Romanos quidem mos fuit, vt in fœdere faciendo porca feriretur, vt testatur illud Virgilij lib. 8. Æneidos: Stabant, & cæsa firmabant fœdera porca. Vnde & nomen, fœdus, à feriendo dictum putant quidam. In populo autem Dei per sanguinem & mortem animalium mundorum, quę Christi typum præ se ferebant, fœdera inter Deum & populum firmabantur. Vnde Genes. 15. cùm Deus pactum suum cum Abraham erat firmaturus, de danda illi & semini eius terra Canaan, iubet animalia aliquot munda, quæ postea instituta sunt immolari in typum Christi, mactari & diuidi in duas partes. Et Moyses sanguine occisorum vitulorum confirmauit pactū inter Deum. & totum populū. Sic nunc dicit Dominus, suum sanguinem esse sanguinem testamenti, hoc est, qui fœdus & testamentum confirmet, sed nouum, ad distinctionem veteris testamenti, quod confirmatum fuit sanguine vitulorum, in typū noui testamenti firmandi sanguine Christi. Cæterùm quo intelligatur quomodo hoc loco accipiatur dictio, testamentum, sciendū quod quanquam ea dictio Latinis significet propriè dispositionem hominis morituri, qua hæredes suorum post mortem bonorum nuncupat, in scripturis tamen frequenter ponitur simpliciter pro fœdere & pacto aliquorū inter se. Correspondet enim dictioni Hebraicę Berith, quam D. Hieronymus fere vertit in veteri testamento, fœdus vel pactum, aliquando testamentum, Septuaginta verò semper verterunt διαθήκην, qua dictione Græci vtuntur in ea significatione quam apud nos proprie habet dictio testamentum, quanquam vox ea ex sese omnem significet dispositionem, cum sit à verbo διατίθημι, quod est disponere, ita vt quoduis pactū & fœdus, quod est quædam dispositio, recte dicatur διαθήκη, sicut & testamentum, eo quòd si quis vocem magis sequatur quàm sermonis vsum, quicquid adhibitis fit testibus, testamentum rectè dici possit. Fœdera enim & pacta quo magis sint rata, sub testibus sanciri solent, sicut & morituroū extremę dispositiones, quę propriè testamenta appellantur. Itaq; & hoc loco nomen testamenti accipi potest simpliciter, pro fœdere, pacto, vel dispositione, quemadmodum accipitur ad Hebræos, cùm de sanguine Mosaico dicitur: Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus; cum Hieronymus in Exodo verterit, fœderis, vt sit sensus hoc loco: Hic est sanguis meus, per quem nouum pactum & noua Dei erga homines dispositio confirmatur & sancitur. Sicut autē pactum inter homines initum continet quasdam conditiones ab vtraq; pacisscentium parte seruandas: ita & pactū Dei cum hominibus, duplices continet conditiones. Et ex parte quidem Dei cōtinet promissiones quibus promittit se fore Deū sui populi, & bona quædam illis largiturum. Ex parte verò hominum continet obseruationem mādatorū Dei quā ab illis vicissim Deus requirit. Sic in fœdere quod toties Deus icit cum Abraham, promittit Deus se fore in Deum Abraham & semini eius, hoc est, singularem eius se curam habiturū, & possessionem terræ Canaan ei largiturum, multiplicaturum semen eius sicut stellas cœli, ac benedicturum in semine eius omnes gentes terræ: requirit autem vicissim, vt ambulet Abraham coram se, & sit perfectus, circunc datq; carnem præputij in omni masculo domus suę & seminis sui. Idē fœdus deinde renouauit Deus per Mosen in monte Sinai cū toto populo Israelitico, promittēns se eius populi fore Deum protectorem & gubernatorem, atq; terram fluentem lacte & melle ei prębiturū, sed requirens vicissim obseruationem mādatorum quæ per Moysen ei proposuit, ad quæ cùm se populus voluntariè addiceret, dicens; Omnia quæcunq; dixerit Dominus faciemus, & erimus obedientes; iā tum pactum inter Deum & eum populum perfectum erat, cōfirmabatur autem per sanguinem super altarę & populum aspersum. Post hoc fœdus temporales continens pollicitationes, succesſit aliud Dei cum humano genere cœdus, aliaq; erga homines dispositio per Christū aperte hominibus promulgata, quā Deus iam disposuit non Iudæos, tantum, sed vniuersas etiā nationes terræ susscipere in suam gratiā, offerens per Christum omnibus hominibus peccatorum remissionem, ac largā spiritus sui impartitionem, ac tandem adeptionem vitæ beatæ & æternæ in regno cœlorū, sed vicissim ab hominibus, quo hæc consequi possint, requirens fidem in Christum, ac obseruationem mandatorū per Christum additorum. Quod quidē Deifœdus spirituales & æternas continens promissiones, respectu eius quod per Moysen est initum, nouū dicitur fœdus, pactum & testamentum, quia illi iam antiquato & abrogato succesſerit, quanquā huius fœderis etiam prisci sancti fuerint participes, sed nō tam reuelatè & tam potēti spiritu, atq; postea factus est mūdus, per Christi aduentū, prædicationē & mortem. Huius noui fœderis sanguis Christi est confirmatius longe alia & perfectiori ratione, quam sanguis ille vitulinus fuit confirmatius veteris fœderis, nimirum quòd sanguis Christi meretur hominibus apud patrem promissam hoc fœdere peccatorū remissionē & felicitatem vitæ æternæ, gratiam item spiritus sancti, qua quidem Dei mandata, quorum obseruationem hoc fœdere à nobis Deus exigit) adimpleamus. Rursum quia securos nos facit de stabilitate & immobilitate huius erga humanū genus fœderis & dispositionis diuinæ: Si enim, inquit Paulus, cùm inimici essemus, recōciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis recōciliati, salui erimus in vita ipsius. Et: Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiā omnia nobis cum illo donauit? Huic autem nouo fœderi accidit etiā propria ratio testamenti, secundùm quam testamentū dicitur promissio vel depositio hæreditatis, per intermediā testatoris mortem obuenturę his qui insucupati sunt hæredes. Nouo enim hoc fœdere hæreditas vitæ æternæ à Christo electis promissa & dispositā, obuenire eis cœpit per mortem ipsius, per quā clausa earenus ianua regni cœlorū est aperta. Vnde ad hanc rationē testamētorum secundùm quam Latinis propriè dicitur aliquid testamentum, & Græcis διαθήκη, alludens D. Paulus

Exo. 24.

Exo. 24.

Rom. 8.

Rom. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in epistola ad Hebr.8.Ideo,inquit,noui testamenti A mediator est,vt morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis.Vbi enim testamentum est mors necesse est intercedat testatoris.Testamẽtum enim in mortuis confirmatum est.alioquin nõdum Galat. 3. valet dum viuit qui testatus est. Sic & in epistola ad Galatas Dei testamentum cum hominis propriè dicto testamento comparat. Proinde hoc loco dictio,testamentum,accipi etiam potest nõ simpliciter pro fœdere, sed pro tali dispositione,quæ secũdùm receptum vocabulorũ vsum proprie dicitur Latinis testamentum. & Græcis διαθήκη.Huius au- B tem noui testamenti secundùm hanc rationem intellecti,sanguis Christi etiã est confirmatiuus,quia vt Paulus declarat,per effusum sanguinem & mortẽ Christi testatoris, dimissis peccatis obuenit electis promissa olim hæreditas vitæ æternæ, quã adire ante illam mortem nemo poterat,ita vt vsque ad illam testamentum Christi necdum videretur ratum & efficax. Vtrouis autem modo accipiatur hic dictio,testamentum, sanguini tribuitur esse cõfirmatiuum noui testamenti,non corpori,quia sanguis mortis est symbolum,qua fœdus & testamentum propriè dictum,sit ratum & firmum. Dè hoc nouo fœdere & testamento multa prædixerũt Prophetæ, vt Isaias cap. 54. 55. 59. 61. & apertissimè Zach. 9. Iere.cap.31.De sanguine huius testamenti, de quo sanguine hic loquitur Dominus, vaticinatur Zacharias,dicens; Tu quoq; in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est a- Isaiæ 27. qua. Quomodo sanguis Christi nouum hoc testamentum erat confirmatus, prædixit Isaias:Si, inquit,posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuũ.& voluptas Domini in manu eius dirigetur.Cæterum pro eo quod habent Matthæus & Marcus; Hic est sanguis meus noui testamenti; Lucas,sicut & Paulus,habet:Hic est calix nouum D testamentũ in meo sanguine.In quibus verbis verbum,est,quod in Græcis non est, sed subaudiendũ relinquitur,non commodo satis loco positum est. Dicendũ enim potius fuerat.Hic calix est nouũ testamẽtum,vel,vt legimus in Paulo,Hic calix, nouũ testamentum est. Malè autem in quibusdam libris legitur hoc loco:Hic est calix noui testamenti: sicut & non rectè quidam illud,nouum testamẽtũ, accipiunt quasi sit accusatiui casus,explicantes sic, Hic est calix nouum testamentum subaudi,confirmans vel signans(sic enim explicat Dionysius Carthusiensis) cùm Græcè sit.τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη,id est, hic calix vel hoc poculum, nouum testamentum,subaudi est.Porro ex his verbis sic apud Lucam & Paulum positis, & Lutherus & Oe- E colampadius assertionis suæ defensionem venati sunt.Et Lutherus quidem præter alia absurda quæ hinc nititur stabilire, colligit hinc nõ esse opus suscepturo Eucharistiam sese prius per contritionem & cõfessionem de admissis purgare peccatis, sed satis esse vt credat promissioni Christi de remissione peccatorum per Eucharistiæ sũptionem obtinenda. Sic autem argumentatur:Nouum testamẽtum est promissio remissionis peccatorum, sed calix Christi & sanguis eius, Luca & Paulo testibus, est nouum testamentũ.Est igitur calix Christi promissio remissionis peccatorum.quare consequitur quòd per eius cum fide susceptionem obtinetur remissio peccatorum, & proinde non est necesse ad dignam Eucharistiæ perceptionem,vt prius homini per contritionem & confessionem peccata sine remissa, antequam ad eam suscipiendam accedat: Sed dicendum est certum esse hanc locutionem: Hic calix nouum testamentum est;non posse accipi in pro prio sensu(edimeo quẽ clariora verba Matthæi & Marci indicant & exigunt.Siue enim calix dicatur accipi pro ipso vasculo potorio, de quo bibebant Apostoli, siue sænecdochicè pro sanguine in ipso poculo cõtento, non potest cõsistere vt sit in illis verbis propria locutio.Nemo enim dixerit propria locutione vasculum illud potorium fuisse testamentum nouum,quum incertum sit an adhuc exter illud poculum, at nouum testamentũ æternum esse omnes testantur scripturæ, sed nec sanguis in calice cõtentus,potest propria locutione dici testamentũ nouum,quia vnumtantum est nouum testamentum, & non multa .At Paulus in epistola ad Hebræos docet ex Ieremia,legem Euangelicam esse nouũ testamentum, non est ergo sanguis Christi propriè nouum testamentum. Deinde apud Matthæum & Marcũ sanguis dicitur esse noui testamenti sanguis, non est ergo nouum testamentum,non magis quàm sanguis vitulinus fuit testamentum vetus. Postremùm dictionem,calix, nõ C posse hic accipi pro sanguine contento in calice, patet ex eo quod additur:in meo sanguine;quę verba ineptè erunt adiuncta.Non enim concinna fuerit oratio,si dixeris:Hic sanguis est:nouũ testamentum in meo sanguine. Debet ergo calix propriè accipi pro ipso vasculo, quod certum est propria locutione nõ fuisse nouum testamentum.Quorcirca necessario fatendum est verba hæc non in proprio sensu accipienda esse,sed per tropum quendã.Proinde hic iam insurgit Oecolampadius, asserens in hac locutione, quam certum est esse impropriam, aut verbum,est,accipiendum pro significat,aut nouum testamentum pro figura noui testamenti,atq; ex eo colligens similem etiam esse tropum in verbis Matthæi & Marci: Hic est sanguis meus,& ex consequenti etiam in illis: Hoc est corpus meum. Verùm falsum est aut verbum,est,hic accipi pro significat,aut nouum testamentum pro figura noui testamenti Neq; enim sensus est:calix significat nouum testamentũ,aut est figura noui testamenti,sed significandũ est id quod clarius significatur apud Matthæum & Marcũ,nempe quòd calix confirmet & ratificet nouum testamentum. Quia autem calix per sese non confirmat illud,sed per sanguinẽ Christi qui in eo continetur, ideo additum est,in meo sanguine,hoc est,per meum sanguinem. Sensus ergo est:Hic calix confirmat nouum testamentum,idque per sanguinem meũ qui in eo continetur. Proinde aduerrere licet idem planè significari verbis à Luca positis,quod significatur verbis à Matthæo & Marco positis,& vtrobique asseri veritatem sanguinis Christi in calice, tantumq; abest,vt ista locutionis varietas quicquã veritati obsit, vt eandẽ non parum confirmet.Nam quòd apud Lucam nouum testamentum non possit accipi pro figura noui testamẽti,vt vult Oecolampadius,patet ex Matthæo & Marco,apud quos certum est sic accipi non posse,cùm dubitare nemo possit quin nouũ testamentum eo modo accipi debeat apud Lucam & Paulum,quo apud Matthæum & Marcum. Similiter quòd nomen,sanguis,apud Matthæum & Marcum non possit accipi pro figura sanguinis, vt ille vult, patet, ex Luca & Paulo, apud quos certũ est

est ablatiuum, sanguine, pro vero accipi sanguine. A Insani enim esset dicere nomen sanguis non apud omnes accipi eodem modo. Est autem, quo minus miremur modum illum loquendi qui est apud Lucam & Paulum,non dissimilis modus loquendi & alibi in scripturis, vt cùm Genes.17.circuncisio dicitur fœdus & pactum inter Deũ & Abraham, seménq; ipsius, quia scilicet circuncisio repræsentabat & confirmabat illud fœdus.Hoc est,inquit,pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te,Circuncidetur ex vobis omne masculinum. Et postea:Eritq; pactum meum in carne vestra in fœdus æternum.Restat vt reliqua Christi verba tractemus, quibus specificatur quis sit de B quo loquatur sanguis,& quæ eius efficacia, cùm dicitur:Qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ.Qui pro vobis effundetur, inquit Lucas, sicut de corpore dixit, quod pro vobis datur. Pro multis,habẽt Matthæus & Marcus,vbi per multos quidam intelligunt significari omnes. 1.Cor.5. Nam omnes homines multi sunt. Pro omnibus enim,teste Paulo,mortuus est Christus,quantũ scilicet ex se erat,& quantũ ad mortis eius sufficientiã. Quia tamen Lucas singulariter dictum scribit,pro vobis, rectius per multos videntur intelligi electi tantùm, pro quibus solis efficaciter sanguis Christi effusus est.Cęterùm quia dicitur in remiss:onem peccatorũ; hic rursum Lutherus colligit argumen- C tum,quo probet Eucharistiam sumi in remissionem peccator:m,& proinde non opus esse pręuia pœnitentia,& peccatorum per pœnitentiam remissione, sed sufficere vt cum fiducia obtinendæ remissionis peccatorum per Eucharistiam,accedat.Verùm aduertendum Christum non dicere sanguinem suum bibi aut bibendum esse in remissionem peccatorũ, sed effundi aut effundendum.Non enim,inquit,bibetur,sed effundetur in remissionem peccatorum. Promittit ergo remissionem per sanguinis effusionem, non per sanguinis bibitionem. Hæc enim vt dignè fiat,præsupponit iam obtentam peccatorum remissionem & purgationem siue per baptismum, D siue per pœnitentiam, quemadmodum & scriptura docet,& Ecclesiastica traditio atq; obseruatio,& re- 1.Cor.11. cta deniq; ratio. Scriptura quidem,quia Paulus dicit:Probet autem seipsum homo,& sic de pane illo edat,& de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi mãducat & bibit.Et rur- Ibidem. sum. Quicunque ergo manducauerit panem,& biberit calicem Domini indignè,reus erit corporis & sanguinis Domini. Ex his enim Pauli verbis semper intellexit Ecclesia grauiter eũ delinquere, qui cum conscientia alicuius admissi criminis ad Eucharistiam accedit,priusquam illud per pœnitentiã & confessionem purgauerit,quod præter alios plerosque patres,apertè testatur D.Cyprianus,suo tẽpore quosdam id conquerens facere, quod palam E iam docere plerosq; longè iustius Cypriani verbis Ecclesia conqueri potest. Sic enim habet epist. 14. lib.3. Cùm in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam iusto tempore, & secundùm disciplinæ ordinem ad exomologesim veniant, & per manus impositionem Episcopi & cleri, ius communicationis accipiant:nunc crudo tempore persecutione adhuc perseuerante, nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace, ad communionem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia facta,nondum exomologesi finita,nondum manu eis ab Episcopo aut clero imposita,Eucharistia eis datur,cùm scriptum sit:Qui ederit panem,aut biberit calicem Domini indignè,reus erit corporis & sanguinis Domini.Sed nunc illi rei non sunt, qui minus scripturæ legem nouerunt.Erunt autem rei,qui præsunt,& hęc fratribus non suggerunt,vt instructi à præpositis faciant omnia cum Dei timore,& cum data ab eo & præscripta obseruatione. Eadẽ habet & epist.16.eiusdem libri. Sermone verò de lapsis, prolixius agit de hoc abusu admittentium peccatores sine pœnitentia iusta ad Eucharistię perceptionem,seueriter in eos inuehens:Emersit,inquit,fratres dilectissimi,nouum genus cladis, & quasi parum persecutionis procella seuierit,accessit ad cumulum sub misericordiæ titulo malum fallens & blanda pernicies.Contra Euangelij vigorem,contra Domini ac Dei legem temeritate quorundã laxatur incautis cõmunicatio.Irrita & falsa pax,periculosa dãtibus,& nihil accipiẽtibus profutura.Non quærunt sanitatis patientiam,nec veram de satisfactione medicinam:Pœnitentia de peccatoribus exclusa est,grauissimi extremiq; delicti memoria sublata est. Operiuntur morientium vulnera, & plaga lethalis altis & profundis visceribus infixa, dissimulato dolore contegitur.A diaboli aris reuertentes,ad sanctum Domini sordidis & infectis nidore manibus accedunt.Mortiferos idolorum cibos adhuc penè ructantes,exhalantibus etiamnum scelus suum faucibus, & contagia funesta redolentibus, Domini corpus inuadũt, cùm occurrat scriptura diuina,& clamet,& dicat:Omnis mundus manducabit carnem,& anima quęcunq; mãducauerit ex carne salutaris sacrificij,quod est Domini,& immundi tia eius super ipsum,& peribit anima illa de populo suo. Apostolus item testetur & dicat:Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demonio- 1.Cor.10. rum.Nõ potestis mensæ Domini communicare, & mensæ dęmoniorũ. Idem cõtumacibus & peruicacibus comminetur & denuncier,dicens: Quicunq; ederit panem,aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.Spretis his omnibus & contemptis, vis infertur corpori eius & sanguini eius. Plus modò in Dominũ manibus & ore delinquunt, quàm cùm Dominũ negauerũt. Ante expiata delicta,ante exomologesim factã criminis,ante purgatam conscientiã sacrificio & manũ sacerdotis, ante offensam placatam indignantis Domini & minantis,pacem putant esse,quam quidam verbis fallacibus venditant. Non est pax illa, sed bellum.Hæc ille,multa spectantia eodẽ adiungens, ac varia miracula à se conspecta adferens, quibus declaratum est quàm offenderetur Deus quòd ante expiationem criminum quidam ausi fuerint sese communioni ingerere. Prolixũ esset omnes aliorum patrum sententias idem cum diuo Cypriano docentes adferre,ex quibus patet & quomodo locum illum Pauli omnes intellexerint, & quæ fuerit semper Ecclesiæ traditio & obseruatio circa Eucharistię perceptionem.Vnum tantùm addemus Chrysostomum, qui præter alia quamplurima loca sic habet homil. 17. in epistolam ad Hebræos: Plurimi ex hoc sacrificio semel accipiunt in toto anno,alij bis,alij sępius. Quid ergo est?Quos magis acceptabimus?Eos ne qui semel,an eos qui sępius,an illos qui rarò accipiunt? Neq; illos qui semel,neq; qui sępius,neq; qui rarò,sed eos qui cum munda conscientia,qui cum mundo corde,cum vita irreprehensibili.Isti semper accedant. Qui verò tales non sunt,neq; semel. Quid ita?quia iudicium

sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi accipiunt, & damnationem, & supplicium. Et non mireris. Sicut enim cibus naturaliter nutritorius existens, si in eum qui prauis cibis corruptus est incidat, omnia perdit, & corrumpit, & efficitur occasio morbi: sic etiam ista quæ ad hæc terribilia pertinent sacramenta. Hæc dicens, non ab vna in anno perceptione vos vero, sed volo semper vos accedere: sanctis hęc concessa sunt. Hoc etiam diaconus insonat in illa hora, sanctos vocans, & per hanc vocem veluti maculas insipiciés. Sicut enim in grege, vbi multæ quidē saluę sunt pecudes, multæ autem scabie plenæ sunt, necesse est vt hæ prohibeantur à sanis: Sic etiam in Ecclesia, quoniā alię quidem sunt saluæ pecudes, aliæ autem vitiatæ, per hanc vocem prohibentur hæ ab illis, penetrans vbique per vocem illam tremendam sacerdos, sanctos vocans & attrahens. Quando enim dicit: Sancta sanctis, hoc dicit, Si quis nō est sanctus, nō accedat. Hęc ille. multis tamen causa breuitatis omissis in medio. Cæterum qualis semper fuerit obseruatio Ecclesiæ circa Eucharistiæ perceptionem, declarat celebre illud Ambrosij factum, qui Theodosium imperatorem peccatis obnoxium, ab altaris prohibuit cōmunione, quousq; iusto tempore peccata sua pœnitentia & satisfactione expiasset. Cui simile narrat Eusebius lib. 6. Eccles. historię cap. 25. de Philippo imperatore, sic scribens: De hoc traditum nobis est, quòd Christianus fuerit, & in die Paschæ, id est, in ipsis vigiliis, cùm interesse voluisset, & cōmunicare mysteriis, ab Episcopo loci non prius esse permissum, nisi confiteretur peccata sua, & inter pœnitentes staret, nec vllo modo copiā sibi mysteriorum futuram, nisi prius per pœnitentiam culpas, quæ de eo ferebantur plurimæ, diluisset. Ferunt igitur libenter eum quod à sacerdote imperatum fuerat suscepisse, diuinum sibi inesse metum, & fidem religionis plenissimam rebus atq; operibus comprobando. Hæc ibi. Antiquā hanc Ecclesiæ obseruationem demonstrat etiam quod narratur lib. 8. histo. tripart. cap. 1. de Dioscoro & Eulogio monachis Ægypti, sacerdotibus sanctissimis. Dioscorus, inquit, non amplius centum monachis præsidebat. Qui cùm presbyter esset, sacrificia faciens, omnem perfectionem adhibebat, examinando & diligenter diiudicando accedētes ad sacra mysteria, ita vt expiarent mentē, & mali cuiuspiam conscientiam non haberent. Et adiungitur de Eulogio: Eulogius presbyter fertur præscientiam habuisse cogitationum quorumlibet ad se venientium, eorūmq; delicta palam redarguebat, & quæcunq; latenter cogitassent, sibi reuelata manifestabat. Qui verò aliquid mali gessissent, vel prauum consiliū habuissent, ab altari suspendebat, manifestans eis peccatum quod egerant, & diligētia purgatos rursus suscipiebat. Hæc ibi Sozomenus. Iam & recta ratio multipliciter satis conuincit, dignam Eucharistiæ sumptionem prærequirere obtentam per sacramentum pœnitentiæ peccatorum remissionem & purgationem. Primum enim si sacramentum Eucharistiæ institutum est ad obtinendam eius perceptione peccatorum remissionem, superfluum ergo erit sacramentum pœnitentiæ, quod secundam tabulam post naufragium rectè vocauit Diuus Hieronymus. Quorsum enim opus sacramento pœnitentiæ, si peccatorum remissio, ad quam illud valet, facilius & certius potest obtineri per Eucharistiæ perceptionem? Diuersorum autem sacramentorum diuersos oportet esse fines & proprios effectus, proinde alius est necessariò finis & fructus perceptionis Eucharistiæ, & alius pœnitētiæ. Rursum quòd Eucharistiæ digna sumptio prærequirat obtentam prius peccatorum purgationem, agnoscere licet ex similitudine cibi corporalis. Hic enim non potest suscipi nisi ab eo qui viuit corporaliter, ergo similiter cibus Eucharistiæ spiritualis non potest rectè suscipi, nisi ab eo qui viuit spiritualiter: nec potest nutrire eum qui iam est mortuus illi vitæ ad quam nutriendam cibus iste sumitur. Non viuit autem, sed mortuus est spiritualiter, quisquis criminibus & mortalibus peccatis est adhuc obnoxius, non potest ergo talis hunc sumere dignè cibum, qui in vitæ percipitur alimentum. Præterea, sicut suprà argumentatus est D. Chrysostomus, cibus corporalis per sese naturaliter existens nutritorius, si ab eo sumatur qui prauis corruptus est cibis, non nutrit, sed magis perdit, & morbi fit occasio: ergo similiter & hic cibus ex sua natura nutritiuus, si ab eo percipiatur cuius mēs adhuc est esca peccatorum vitiata, tantùm abest vt nutrire eū possit, vt illius vitio, grauioris sit illi futurus occasio morbi & damnationis. Vnde dicit Augustinus lib. de Ecclesiasticis dogmatibus: Si mēs in affectu peccandi est, grauatur magis Eucharistiæ perceptione, quàm purificetur. Sunt quidem quædā patrum sententiæ & precationes quæ in sacrificio missæ leguntur, quibus significatur ad peccatorū remissionem & mentis purificationem valere Eucharistiæ perceptionem, sed ea intelligi debent de peccatis leuioribus, sine quibus vita hæc etiam à iustis nō ducitur, aut de purgatione reliquiarum quæ ex grauioribus peccatis remanent in mente, aut denique de purgatione occultorum peccatorum quæ conscientiam effugerunt. Sicut enim nutrimentum cibi corporalis est necessarium corpori ad restaurādum id quod quotidie deperditur ex calore naturalitita & cibus iste spiritualis ad hoc ex sua valet natura, vt quod quotidie in vita deperditur spirituali, manente tamen vita, recuperet & restituat. Deperditur autem quotidie aliquid in nobis spiritualiter ex calore concupiscentiæ per peccata venialia. Ad horum ergo purgationem & remissionem efficax est huius perceptio cibi. Purgantur enim & remittuntur venialia per feruorem charitatis, at hunc feruorem renouat & accendit digna Eucharistiæ susceptio. Proinde D. Ambros. in remedium quotidianæ infirmitatis hunc cibum valere testatur, dicens lib. 4. de sacramentis cap. 6. Si quotiescunq; effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum fundi tur, debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittātur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinā. Et idē Ambrosius lib. 6. cap. 5. Quotidie, inquit, accipito, vt quotidie debito tuo indulgentiam petas. Et in Commentariis super epistolam ad Corinth. Medicina, inquit, spiritalis est, quæ cum reuerentia degustata purificat sibi deuotum. Quæ omnia manifestum est eum dixisse de purgatione & remissione peccatorum venialium. Cùm autem in quadam Collecta precamur vt hoc sacramentum sit ablutio scelerum, aut vt hæc communio nos purget à crimine, & similia, intelligendum est nos precari remissionem & purgationem criminum, quorum conscientiā non habemus, aut purgationem reliquiarum quas relinquunt admissa crimina, aut etiā robur ad vitanda scelera. Sic enim intelligi potest illud. Hęc nos Domine cōmunio purget à crimine, scilicet committendo. Sanè ad

ad occultorum criminum purgationem valere sacram communionem declarat illud quod de Dionysio Alexandrino scribitur Ecclesiasticæ historiæ lib. 7. cap. 8 Is enim fratrem quendam animo deiectum, quòd ab hæreticis olim baptisma suscepisset, cohortatur debere cōfidere communioni tam multi temporis, quam in Ecclesia consecutus erat per hoc quòd Eucharistię à catholicis recepisset donū. Et hæc quidem de Eucharistiæ sumptione, quomodo ad peccatorū valeat vel non valeat purgationē.

Cæterùm quod dicitur; sanguis effundetur in remissionem peccatorum; communiter intelligitur de effusione facta in cruce, & rectè. Illa enim effusio facta est ad promerendam nobis remissionem peccatorum, & vt per eam fide & sacramentis nobis communicatā abluerentur peccata nostra. Duplici enim consideratione, effusus in cruce sanguis Christi peccatorum operatur remissionem, videlicet & ea ratione qua consideratur sanguis Christi meritorius fuisse nostrę purgationis, & ea qua consideratur esse veluti lauachrum, in quo per fidem & sacramenta baptismi & pœnitētię abluimur. Sciendum tamen Græca con habere futurum, effūdetur vel fundetur, sed verbum præsentis temporis, ἐκχυνόμενον, id est, qui effunditur: quod etsi communiter intelligatur positum pro futuro, & ideo dictum esse per verbum præsens, effunditur, quia iamiam sanguis erat in cruce effundendus, aut quia iam cœpta erat Christi passio per proditionem Iudæ: tamen rectè videtur etiam eo verbo intelligi Dominum significasse sanguinem suum tum effūdi in vltima cœna, cùm eum discipulis tradidit sumēdum, non tamen sic vt intelligatur, quemadmodum qui dam Lutherani, Dominum asserere suum sanguinem tunc effūdi ratione potationis. (Hoc enim volunt, quo hinc iam rursum ostendant sanguinem sumi & bibi in remissionem peccatorum) quasi effundere idem sit quod infundere, sed ratione oblationis, nimirum quia etiam tunc sanguinem suum Christus Deo patri obtulit in remissionem peccatorum, quemadmodum eum fecisse intellexit diuus Cyprianus. vt supra est dictum. In scripturis enim sanguinis effusio in remissionem, semper dicitur ratione oblationis sanguinis Deo factę, Quod autem de effusione sanguinis facta in cœna intelligi etiam debeat quod dicit Dominis; qui effunditur; manifestum videtur ex Luca, apud quem relatiuū, qui non potest referri ad sanguinem, sed debet referri ad calicem, vt manifestè patet ex Græcis, quæ habent, τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Poculum autē nō dicitur effundi, nisi quia contentū in poculo Deo libabatur: relatione tamen facta ad effusionem in cruce faciendam, cuius libamen cœnæ fuit repræsentatiuum. Certè Diuus Ambrosius declarat se legisse in verbis consecrationis verbum præsentis tempori effunditur, illùdq; intellexisse de effusione quę quotidie fit in sacrificio, cùm in verbis prius citatis dicit: Si quotiescunque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum funditur, debeo illum semper accipere, &c. Effunditur ergo quotidie sanguinis Christi, idq; ratione oblationis eius quæ fit in sacrificio missæ. Duplex est enim Eucharistiæ vsus, vt prius est insinuatum, nempe offerre & sumere. Et quidem sumptio eius fit directè in vitæ spiritualis conseruationem & augmentum: in peccatorum autem remissionem non fit, nisi indirectè, & modo prius dicto. Oblatio verò eius fit etiam directè in remissionē peccatorum, sed quatenus ipsa est rememoratiua eius oblationis & effusionis sanguinis quę facta est in cruce, quæ oblatio sola fons est omnis remissionis peccatorum. Vnde in quadam Secreta oramus: Hæc oblatio nos quæsumus Domine ab omnibus purgat offensis, quæ, in ara crucis immolata, etiam totius mundi tulit offensam.

Quòd si queratur quomodo magis dicatur Eucharistia offerri in remissionem peccatorum quàm sumi in remissionem, cùm digna Eucharistiæ oblatio æquè prę requirat obtentam prius remissionem peccatorum, atq; digna eius sumptio; Dicendum quòd sacerdos pro suorumquidem peccatorum venialium remissione etiam quoad culpam, obtinenda offert sacrificium, non autem pro peccatorum mortalium nisi oblitorum remissione quoadculpā, sed tantùm pro eorum iam remissorum quoad culpam pleniore remissione, videlicet etiā quoad pœnam, quæ remissa culpa adhuc frequenter manet persoluenda. Pro aliorū autem peccatis etiam mortalibus nō solùm quoad pœnā, sed etiā quoad culpam remittendis offert. pro quorū peccatis remittendis certum est non proficere ipsius sumptionē: vnde in quadam pro fidelibus defunctis Secreta orat Ecclesia: Annue nobis Domine, vt animę famuli tui hæc prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Et suprà auditū est D. Cyprianum deplorare quod quidam criminibus polluti auderent sacrā mensam accedere ante purgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis. Et hactenus quidem quomodo sanguis Christi effusus est, & effundatur quotidie in remissionē peccatorum. Notandū autem quòd hæc pars; qui pro vobis & pro multis effundetur, &c. distinguat sanguinem Christi à sanguine animalium veteris legis. Sanguis enim ille vitulinus, de quo dixit Moyses: Hic est sanguis fœderis; effundebatur in vindictæ; cui trāsgressores pacti fierēt obnoxij, protestationē. Christi verò sanguis in vindictæ promeritæ remissionē. Idem tamen ille vitulinus sanguis, vt apparet ex epist. ad Hebræos ca. 9. sicut & aliorum quæ offerebantur in lege sanguis animalium, effundebatur in populi expiationem, sed tantùm in expiationem corporalem, vt docet illo loco Paulus. Sanguis verò Christi in remissionem peccatorum, quam effusus in lege animalium sanguis adferre non potuit, vt docet cap. 10. eiusdem epist. Apostolus. Et hęc pro explicatione verborum Christi quę ab eo in calicis traditione dicta Euangelistæ deseripserunt. Neminem antem turbare debet, quòd non eisdem omnino verbis nunc fiat cōsecratio calicis à sacerdotibus, quibus verbis Euāgelistę traditum à Domino calicem descripserunt: Non enim cura fuit Euāgelistis tradere formam verborum quibus calicis cōsecratio esset peragenda, sed tātùm qualibuscunq, verbis rem à Domino significatā explicare, quod patet quia non eisdem omnes, sed idem tamen significantibus, traditum calicem significauerunt. De ea autem qua in consecratione calicis vtimur verborum præscripta forma, dicit Innocentius pontifex titulo de celebratione missarum, cap. Cum Marthę, Credimus quòd formam verborum sicut in canone reperitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores. Sciendum tamen, quòd Græci, vt patet in missa Basilij & Chrysostomi, in consecratione calicis vtantur verbis à Matthęo perscriptis, nisi quòd addāt ex Luca,

pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro vobis, vnde videtur eam qua Latini vtuntur A formam, non esse à Christo traditam Apostolis, nec ab omnibus Apostolis traditam successoribus, (sic enim oportuisset illam apud omnes fuisse eandem) sed à quibusdam Apostolis, aut ab Apostolicis viris sic esse traditam, quibusdam dictionibus additis ob causas ex scripturis ad verba Matthæi. Dictio enim, calix, additur ex Luca & Paulo, idque non sine ratione, nimirum vt intelligamus sanguinẽ hic nobis proponi in potum, quod non significant verba Matthæi. Dicitur ergo: Hic est enim calix sanguinis mei, hoc est, calix continens sanguinẽ meum: sicut poculum vini dicitur quod vinum continet, quanquam aliqui malint hanc constructionem transitiuã intransitiuè accipere, vt sit B sensus: Hic est calix qui est sanguis meus; vt dictio, calix, synecdochiè accipiatur pro contento in calice. Dictio, æterni, qua nouum testamentum distinguitur, à veteri, ex epistola ad Hebræos, aliisq; scripturæ locis, in quibus dicitur de æternitate noui testamenti, videtur desumpta. Additur etiam; mysterium fidei; quo significatur calicem hunc ratione sanguinis in eo contenti, esse rem mysticam & sacram, quæ sola fide percipi possit, videriq; potest hæc pars addita, tum vt fideles admonerentur non perscrutandum esse rem hanc sacram naturalibus C rationibus, aliudque fide hic apprehendendum quàm sensus indicat: tum vt monerentur hanc rem non detegendam & aperiẽdam infidelibus, vt quæ esset mysterium fidei, & proinde solis communicanda fidelibus. vnde Augustinus in sermonibus, quoniam aderant & ethnici auditores: cùm de sacramento corporis & sanguinis Domini verba facit, dicere solet: Norunt fideles quid loquar. Habetur hæc oratio & apud Paulum 1. Timtoh. capite tertio, ex quo loco videri potest desumpta, quando à diaconis præter alia requirit vt habeant mysterium fidei in conscientia pura: quo etiam videtur significasse Apostolos diaconum qui cum episcopo ad D mysteriorum fidei tractationem accedit, debere ea mysteria fidei apud se continere, nec temerè ea apud quosuis efferre. Sicut autem verbis Christi descriptis ab Euangelistis, quædam in canone addunturverba, ita & factis eius. Dicitur enim; eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem: cùm id nullus hoc loco scripserit Euangelistarum, sed desumptum id videtur ex descriptione miraculi multiplicatorũ quinq; panum, vbi præter alia quæ nunc incœna dicitur fecisse, etiam scribitur aspexisse in cœlum, nisi quis, malit cum Innocẽtio existmare hãc partem desumptam ex Ioanne, vbi Lazari describit E resuscitationẽ. Nam & ibi Iesus gratias patri acturus sursum oculos leuasse scribitur. De calice dicter in canone; accipiens & hunc præclarũ calicem. Vbi additum adiectiuum, præclarũ, desumptum est ex illo Psalmi: Calix meus inebrians quàm præclarus est. Quod sequitur in Marco & Matthæo, de nõ bibẽdo vltra ex genimine, id est, generatione vitis, suprà in principio huius capitis est tractatũ, vbi & indicata est ratio, quare Dominus istud subiecerit post tradita sacramẽta corporis & sanguinis sui. Hoc tamen hic addendũ est, plerosq; huius temporis hæreticos multũ vrgere hæc Domini verba, quibus post porrectum sacrũ calicem dixit: non bibam de hoc genimine vitis; volẽtes ex eo certũ esse, manere post consecrationem vinum, imo in calice nihil esse præter vinũ, quia Dominus demonstrando, illud vocat generationem vitis, hoc est, vinum. Quo loco ita gloriantur, vt in eo præcipuum & ferè vnicum ponant sui erroris fundamentũ. Quorum argumento vt respondeant quidam catholici, asserũt hæc verba non esse dicta à Domino post calicẽ sacrum, sed post priorem illũ calicem cuius meminit Lucas, quem volunt alium esse ab isto, vt superius dictum est, proinde dicũt ab Euangelistis Matthæo & Marco hæc per recapitulationem esse scripta. At istud non patitur ordo horũ Euangelistarum. Cùm enim nullius alterius calicis fecerint mentionem præterquã sacri, quando dicitur, ex hoc genimine, nullus alius calix intelligi potest ab eis demonstratus: quàm cuius meminerũt. Itaq; alij bis similia verba dicta putãt à Domino, semel post calicem legalem & rursum post calicem sacrũ, sed notãt illic dictum esse absolutè de genimine vitis, hic verò Matthæum dicentẽ Dominũ retulisse de hoc genimine vitis, vt quod in nouo biberet testamẽto, plurimum differre ostẽderet à priore potu, quasi per hoc genimen vitis, non cuiuslibet vitis generatio demõstretur, sed illius quæ dicit Ego sum vitis vera, vt interpretatur Origenes. Vide Dominũ Ruardiũ in articulo de Transsubstantiatione. Verùm hæc annotatio nõ est magni ponderis, cùm Marcus post calicẽ non habeat, de hoc genimine, sed tãtùm de genimine, sicut Lucas. Proinde simpliciter dicendũ est, Dominum cùm dicit, de hoc genimine vitis, non demõstrare præcisè id quod fuit in calice sacro, sed in genere vinũ quod fuerat in mensa, vnde & calix repletus fuit, quam etiã sub nomine vini cõprehendit secũdùm scripturæ morẽ quomodo Paulus Eucharistiam vocat panem quẽ frangimus, scilicet rationẽ substãtiæ quę prius fuit, & speciei quę remanet. Vnde patet quàm infirmũ sit argumẽtũ illud, quo quidam transsubstantiationẽ panis & vini, quæ fit verè in hoc sacramẽto, efficaciter probari posse putant, ex eo quod Christus ante institutionẽ Eucharistiæ, vt ipsi volunt, dixit apud Lucam; non bibã de genimine vitis; inferẽtes ex eo ipsum è calice sacro non bibisse de generatione vitis, ac proinde ibi vinum nõ fuisse; quòd alioqui non esset verum quod prius dixit: Non bibã de generatione vitis. Primùm enim vt demus hoc dictum esse ante consecrationem, quod, tamẽ minus est probabile, tamẽ ex Matthæo & Marco omnino videtur etiam dictum post calicis consecrationem. Deinde ex incertis, & quæ facilè ac magis probabiliter reiici possunt, nullum dogma stabiliri potest, quin potius hæreticis occasio datur pertinacius retinendi suum errorem, cùm videant tam infirma argumenta contra se proferri.

Psal. 22.

PRÆDICITVR TRADITIO A DISCIPVLO FIENDA.

Math. 26. Marci 14. Lucæ. 22. Ioan. 13. CAPVT CXXXII.

† a ædẽtibus

▷ a vobis ſtrum me traditurus eſt.

[a]VM hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, [m]&[b] discumbentibus eis, & [t]mãducãtibus, ait illis, [b] protestatus est, & [m] dixit [b] Iesus: [t] Veruntamẽ, ecce manus tradentis me mecum est in mensa. [m] Amen [d] amen [m] dico vobis, Quia vnus ▷ ex vobis tradet me, [b] qui mãducat mecũ. Aspiciebant ergo ad inuicẽ discipuli, hæsitantes de quo diceret. [a] At illi cœperũt cõtristari & [a] contristati valde, cœperunt singuli [b] dicere [b] ei singulatim: [c] Nunquid ego [c] sum Domine? At ipse respondens

spondẽs[c] ait[b] illis: Vnus ex duodecim[e] qui intingit mecum manum in paropside[a] hic me tradet, [h]&[t] sicut quidẽ hominis vidit[c] secundum quod definitum est, [&][c] sicut scriptum est de eo. † [l] Væ autẽ homini illi, per quem [e] filius hominis ▷ [l] traditur: [c] bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. [a] Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. [c] Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. [d] Erat ergo recũbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Ita que cùm recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei. Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellã tunc introiuit in eum satanas. Et dicit ei Iesus: Quod facis fac citius. Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidã enim putabant quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diẽ festum, aut egenis vt aliquid daret. Cùm ergo accepisset ille buccellã, exiuit continuò. Erat autẽ nox. Cùm ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hoïs, & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eũ in semetipso, & continuo clarificabit eũ.

† bo cãtino

† e verũ tamen vã a cõtradetur

h hoſtiũ eſſet nauius.

[d]VM HAEC DIXISSET IESVS, TVRBATVS EST SPIRITV, [m]ET [b]DISCVMBENTIBVS EIS.] Lucas post illud; hic est calix nouum testamentũ in meo sanguine qui pro vobis fundetur; subiicit Dominum addidisse: Veruntamen ecce manus tradentis me, mecũ est in mensa. vnde cùm constet sermonem de proditore introductũ post Eucharistiæ institutionem, constat etiam Iudã sacræcœnæ interfuisse, & corpus & sanguinem Domini simul cũ aliis sumpsisse, quemadmodum hinc colligit in multis locis diuus Augustinus. D. Hilarius tamen quia non aduertit Lucæ narrationem, sed solius Matthæi, asseruit Iudam non sumpsisse corpus Domini, eo quòd ante institutionẽ Eucharistię Matthæus introducat prædictionem proditionis, & quia Dominus dixit post traditum calicem: Non bibã de hoc genimine vitis, donec bibam vobiscũ nouum in regno patris mei. Eo enim significatur, eos qui bus Dominus tunc loquebatur, postea rursum bibituros cum ipso, quod nõ cõtigit Iudæ. Sic enim habet D. Hilarius scribẽs in Matthæum: Post quę Iudas proditor indicatur, sine quo Pascha accepto calice & fracto pane conficitur. Dignus enim æternorum sacramentorum cõmunione non fuerat. Nã discessisse statim hinc intelligitur, quòd cum turbis reuersus ostẽditur. Neq; sanc bibere C cum eo poterat qui non erat bibiturus in regno, cùm vniuersos tum bibẽtes ex vitis istius fructu, bibituros secum postea polliceretur. Hæc ille. Verùm ea que mouetur ratio, non efficaciter cõuincit. Intelligendum enim sic hanc in duodecim illis Apostolis, ex quorum numero erat tũc Iudas, adimpletam promissionem, quomodo illa impleta est: Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israel; nimirũ quia Dei præscientia nõ reputabatur Iudas inter duodecim, sed magis Matthias, & quia quantum in Christo erat, Iudæ deputata fuit sedes regni cœlorum & cõsortium conuiuij cœlestis, sed ille se indignum his fecit. Dominus ergo sicut nõ est dedignatus sui proditori abluere pedes, ita nec sacramenta sui cor D poris & sanguinis tradere, suo facto docẽs præpositos Ecclesię, non debere à communione fidelium & sacramentorum participatione arcere peccatores quãdiu adhuc occulti sunt, etsi sibi sint cogniti, & rursum demonstrans sacra hæc mysteria etiã ab indignis sumenda, nihil tamen eos hinc percepturos fructus, sed maiorem damnationẽ. Ac postremum ostendens bonis non obesse quod in Ecclesia cum malis necdum excommunicatis sacramenta participent. Cùm ergo post exhibitam pe- A dum lotionem, & tradita sui corporis & sanguinis mysteria, & notatam Iudæ impietatẽ, ille perseueraret in concepto scelere, Dominus in genere prius notam impietatem, speciatim iam explicaturus: prius turbatus est spiritu, partim præ dolore ob insuperabilem Iudæ impœnitẽtiam, & hinc secuturam eius perditionem: partim præ horrore & detestatione tanti sceleris, quod cõparatum cum beneficiis Christi iam exhibitis, apparebat magis detestandum. Vnde hãc sceleris istius detestationem conceptam ex collatione eius cum exhibitis beneficiis, Lucas bene insinuauit, cũ post traditũ calicẽ dixisse Dominum refert: Veruntamen ecce B manus tradentis me, mecum est in mensa. Quasi dicat: Etsi meũ vobis sanguinem bibẽdum tradã, & iamiam sanguis is pro vobis sit effundẽdus, tamen ecce manus eius qui iamiam me est traditurus, imò qui animo suo iam me tradit mecum est in mẽsa. Pro quo alij tres cum solita asseueratione Dominum dixisse narrant: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Et addit Marcus; qui mã ducat mecum. In quibus verbis, duplex est criminis exaggeratio, nempe & ratione Apostolicæ dignitatis, & ratione cõmunionis mensæ, quæ etiã ethnicis sacra esse solet. Sensus ergo est: Verè dico vobis, quãtumuis id videbitur vobis absonũ, & iam re videbitur, vnus ex vobis, quos ex omnibus elegi, & multis semper beneficiis affeci, qui etiam nunc eadem mecum vescitur mensa, me hostibus meis est traditurus à tanto scelere non abhorrẽs, neque per Apostolicum honorem quo à me affectus est, neque per arctissimam quam mecum habebat familiaritatem. Cæterùm quòd post hanc Dobet familiaritatem. Cæterùm quòd post hanc Domini prædicationẽ & protestationem, hoc est, denunciationem & asseuerationẽ cõtigit variè narratur ab Euãgelistis: at varia hęc narratio quomodo in ordinem aptum possit redigi, indicat ipsius Concordiæ contextus. Verisimile enim discipulos cùm hanc Domini, quẽ sciebant non posse mẽtiri, audissent asseuerationẽ, primum quidẽ, vt habet Ioannes, sese mutuo aspexisse, hęsitantes de quo diceret, & ex vultus mutatione deprehẽdere cupiẽtes eum qui sibi malè esset conscius. Cumq; hac ratione nõ possent quicquã deprehẽdere, qd impudenti cõstantia cõceptum crimen Iudas dissimularet, tũ verisimile est id accidisse quod narrãt Matthæus & Marcus nempe quòd cõtristati discipuli, ob amorem erga Dominũ, & crimen detestãdum, quo eorum collegiũ erat dehonestãdum, cœperunt singuli rogare Dominũ dicendo; Nunquid ego sũ Domine? Idq; ideo, quia quãquã sibi bene essent cõscij, tamen metuebant ne subitpsis parũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

essent cogniti,non audentes suæ fidere cõsciẽtiæ, A sed cupientes Domini iudicio à solicitudine liberari,& rursum quia quisq; cupiebat Dñi testimonio suã innocentiã aliis esse probam, vt à criminis illius suspicione esset liber. Dominus autẽ absolutũ proferens lenitatis exẽplum, maluit suos ad tẽpus affici mœrore,quàm prodere proditorẽ, nihil non faciens vt ab impio cõsilio resipisceret. Itaq; non aliud respondet quàm prius, sed tamẽ cum maiore emphasi & exaggeratione, Vnus,inquit.ex duodecim,qui intingit mecũ manũ in paropside,hic me tradet. Cùm enim prius dixisset; Vnus ex vobis,nũc dicit quod magis pũgit, Vnus ex duodecim. Et pro eo quod prius dixit; qui mãducat mecũ; nũc dicit, qđ etiã magis est exag B geratiuũ; qui intingit mecũ manũ in patopside, hoc est,qui nõ solùm in eadem mecũ vescitur mẽsa,sed etiã eandem lãcem mecũ habet cõmunem, quod est arctissimæ indiciũ familiaritatis. D. Hieronymus intelligit Dominũ his verbis propriè designasse Iudam,sic scribens in Matthęũ: Primum dixerat, Vnus vestrum me traditutus est. perseuerat proditor in malo:manifestius arguit, & tamẽ nomẽ propriè non designat. Iudas cæteris cõtristatis,& retrahentibus manum,& interdicẽtibus cibos ori suo,temeritate & impudentia qua proditurus erat,etiã manũ cũ magistro mittit in paropsidem,vt audacia bonam conscientiam mẽtiretur. Itaq; intelligit solum Iudã tũ cùm hęc Dominus diceret intinxisse manum,quia dicitur per tempus præsens; Qui intingit. At si solo Iuda intingente cum Domino manum,hæc dicta sunt à Domino ad designandum Iudã,ergo certũ & manifestum signum agnoscendi proditoris datũ fuit Apostolis,quos tamẽ vsq; ad exitum Iudæ cõstat non agnouisse quem Dominus vellet notare. Notandum ergo Græca apud Matthęum habere tempus pręteritũ, ὁ ἐμβάψας, hoc est, qui intixit, quãquam apud Marcum sit tẽpus pręsens, ὁ ἐμβαπτόμενος, id est, qui intingit, sed quod circa exactã tẽporis rationem est accipiẽdum. Nõ enim indicare voluit Dominus quid tum ageret Iudas, sed ad quantam familiaritatẽ admissus esset qui hoc crimen erat perpetraturus, pertinuitq; illud; Qui intingit mecum; ad omnes Apostolos, sicut & illud; Qui mãducat mecum; nec dictũ illud fuit pro signo agnoscẽdi proditoris, sed pro criminis exaggeratione. Videri autem potest Dominũ cum emphasi quadam manus intulisse mẽtionẽ, quod per manũ fiat traditio, quasi diceret: qui mecũ manũ iam immittit in patina,ac summã amicitiã prę se fert, hic mox eadem manu me tradet. Significant hãc exaggerationem magis verba illa Lucæ: Ecce manus tradentis me,mecũ est in mensa Cùm autem huiusmodi exaggeratione sceleris bis repetita nõ corrigeretur Iudas, subiicit Dominus de ipsius vltione, vt quem pudor non vicerat, denun E ciata emendarẽt supplicia,& simul addit, quod ad suũipsius & aliorum Apostolorum faciat consolationem. Ad sui enim & bonorũ Apostolorum facit consolationem, quod dicit: Filius hominis vadit, ad mortem scilicet, secundum quod definitũ est, ab æterno scilicet à patre, sicut scriptum est de eo p prophetas. Id enim & Christo & Apostolis erat solatio, quod recordabãtur & aduertebãt dei ordinationẽ scripturis etiam expressã ita exigere vt in mortem traderetur filius. At ne ob huiusmodi dei patris ordinationẽ, à culpa & suppli-

cio crederetur proditor esse immunis mox subiecit: Veruntamen væ homini illi per quẽ tradetur. Deus enim sua ordinatione non impulit Iudã ad traditionẽ, sed prœuidẽs eius malitiã seruire posse gloriæ suæ, ordinauit ea vti ad gloriã suã. Causam autẽ reddit cur væ illi cõminetur, dum adiecit: Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Quibus verbis Origeniacũ quid significati videtur, quasi homo ille fuerit antequã nasceretur, qa nulli potest bene esse, nisi ei qui fuerit. Sed, vt annotauit D. Hieronymus, simpliciter accipiendũ est significari, multo melius esse non subsistere quã malè subsistere: vnde pro verbo, erat rectius verteretur, esset, vt sit: Bonũ esset ei, si nõ fuisset natus homo ille. Sic enim nõ significaretur fuisse antequam nasceretur. Sensus ergo est: Melius esset ei, non fuisse natũ omnino, quàm sustinere eam quę ipsum manet vltionẽ. Euthymius & Caietanus intelligũt hãc Domini sentẽtiã de natiuitate ex vtero, vt sit sensus: Bonũ erat vel fuisset ei, si cũ erat in vtero matris suæ omnino non fuisset editus in lucẽ, sed mortuus tunc fuisset, & sepulchrũ ipsius vterus matris extitisset. Si enim tũc mortuus fuisset, non incidisset tantã & talem condemnationẽ, quantã & qualem natus propter immensum ꝓditionis scelus erat excepturus. Notandũ autem, qꝺ nõ simpliciter dicitur: Bonum esse vel fuisse, si nõ fuisset ille natus, sed bonũ, inquit, erat ei. Diuinæ enim gloriæ illustrandæ, & nostræ saluti procurandæ bonum erat natũ fuisse illum: sed illi bonũ nõ erat, si cõsideretur pœnæ grauitas quã erat excepturus. Nam alioqui etiã simpliciter bonum erat ei, natum esse, sed illius pœnæ & condẽnationis consideratione bonum ei nõ erat; quod nihil est aliud quàm dicere, quemadmodum iã est dictum, melius ei esse nõ subsistere, quàm malè subsistere.

RESPONDENS AVTEM IVDAS QVI TRADIDIT EVM, DIXIT: NUNQVID, &c.] Mira Iudæ hic insinuatur impudentia, vt q inter alios nõ dubitauerit interrogare, nũ ipse esset eũ proditurus, cùm satis aduerteret ex verbis Domini, nõ latere eũ quis esset se traditurus. Sed quæstio hic oritur, quo ex respõsione Domini dicẽtis Iudæ: Tu dixisti; nõ intellexerint Apostoli quẽ potius notare voluisset. Nõ intellexisse eũ patet satis ex Ioannis narratione. Nã quod quidã dicũt Dominũ obscuriꝰ locutũ, & illud: Tu dixisti, variè posse accipi, nec apertè significasse Iudã esse eum qui proditurus esset Dominũ, firmum nõ videtur. Apparet enim ex Hebręa phrasi illud: Tu dixisti; fuisse affirmãtis illud quod quęrebatur. Nã postea pro eo qđ Matthęus dicit Dominũ Caiphę quærenti num ipse esset Christus, respõdisse: Tu dixisti. Marcus eũ dixisse scribit, Ego sum. Sic & Pilato Dñm interroganti num ipse esset rex, respõdit Dominus, tu dicis, qa ego sum. Vnde apparet ex recepta phrasi, illud quod modò respõdit Dominus Iudæ: Tu dixisti; perindevaluisse ac si dixisset, Tu es. Proinde dicendũ videtur Dominũ istud sic dixisse voce submissa, vt turbati discipuli nõ aduerterẽt, nec intelligerent qđ Dñs respõderit. Verisimiliter eũ credi potest Matthæum hanc de Iuda narrationẽ intulisse, & vt Iudæ admirandam indicaret impudentiam, & significaret Dominum non tantùm cognouisse quòd vnus ex duodecim se esset traditurus, sed etiam quis ille esset ex duodecim. Nõ enim est probabile, quòd quemad modũ narratio Matthæi videtur insinuare, Iudas

postquam alij omnes interrogassent; Nunquid ego A sum Domine; & postquam deinde Dominus subiecisset; qui intingit mecum manum; tum demũ velut à Domino notatus, etiam interrogauerit: Nunquid ego sum; sed magis crediderim Iudam inter reliquos etiam interrogasse, Matthęum verò huiusmodi narrationis seruasse ordinẽ, vt postquam Dominum dixit semel & iterum significasse se scire inter duodecim esse suũ proditorem: deinde etiam subiiceret Dominũ non ignorasse quis ille esset ex duodecim, sicq; eius omniscientiã & mirabilem lenitatem congruo ordine nobis cõmendaret. Nam alioq nõ video quomodo potuerint ignorare Apostoli qs à Domino futuræ notaretur proditionis.

ET IPSI COEPERVNT QVÆRERE INTER SE, QVIS ESSET EX EIS, QVI HOC, FACTVRVS ESSET.] Cùm primum Apostoli vt habet Ioannes, aspexissent sese mutuo, hæsitantes de quo Dominus loqueretur, & deinde, vt habent Matthęus & Marcus, singuli de se Dominũ interrogassent, nec vtraq; hac ratione deprehenderent tanti sceleris authorẽ, tum cõuenienti ordine rectè intelliguntur tertiò inter sese disquirere cœpisse, quis esset is quẽ Dominus notabat, vt habet Lucas, si fortè per collationẽ mutuã, ex signis quibusdam & coniecturis intelligere possent proditionis autorem. Cùm nec hac ratione deprehenderetur autor, vt erat minime suspiciosus & simplex Apostolorũ animus, & studiosè tecta Iudæ hypocrisis, tum demum id accidit quod habet Ioãnes, C vt sibi recumbẽti in sinu Iesu ob nimium doloré conceptum ex prædictione mortis & proditionis Petrus innueret, & ad quęrendum de proditionis authore instigaret. Præ nimio enim erga Christũ amore & zelo Petrus tenebatur summo desiderio cognoscendi proditorem, insurrecturus in ipsum agnitũ, & conatum eius prohibiturus: verebatur tamen per seipsum Dominũ interpellare, metuẽs ne vt aliquoties sibi acciderat, immodicum eius studium à Domino seuerè corriperetur; proinde per illum statuit Dominum interpellare, quẽ sciebat singulariter à Domino diligi, quémq; iam videbat proximum Domino assidere, & ex magna familiaritatis fiducia etiã in sinu ipsius recũbere. Innuit D ergo huic Simon Petrus, & ipso nutus signo, quodammodo dixit ei: Quis est de quo dicit? Nõ enim quod in nostra lectione dicitur, innuit & dixit, sic est accipiendum quasi prius Petrus innuerit, & deinde etiã verbis illum sit allocutus, sed dixisse intelligendus est, quia ipsum nutus signum pro sermone & verbis illi fuit. Græca enim habẽt: Innuit ergo huic Simon Petrus vt interrogaret quisnam Ioannes quæ dicit. esset de quo diceret. Cæterùm cùm omnes suos diligeret Dominus, Ioannem tamen eximiè & singulariter inter omnes diligebat, ita vt singularis ei familiaritatis & dilectionis exhiberet signa, primùm ob singularem eius castitatem, cuius à puero dicitur, teste Euthymio, tantam habuisse curam, vt ne E turpem quidem cogitationem vnquã in cor suum ascendere permiserit, ideo etiã virgo postmodum cognominatus est. Deinde propter eximiã animi eius modestiam & dulcedinem, quæ & castitatem eius ornabat, & Christo eum simillimũ reddidit, qui de se dixit: Discite à me qa mitis sum & humilis corde. Postremùm quia & ipse Ioannes Christum singulari quodã prosequebatur amore. Certè vt illius nobis commendat castitatem, quòd illi Ioan. 19. postea Dominus suam virginem matrem cõmen-

dauit: ita eiusdem erga Christum dilectionem singularem ostendit, quòd solus è discipulis in afflictionibus magistri permanserit donec spiritũ emisisset. Eandem dilectionem, sicut & eiusdẽ mãsuetudinem ac dulcedinem, spirãt epistolæ ab eo scriptę, plenæ dilectionis & omnis dulcedinis. Rursũ ipsius modestiã & animi humilitatem declarat illud, qꝺ in suo Euangelio, vt hoc loco & alibi, magnifica quædam de se scripturus, suũ nomen cõti cet, circumlocutiuè se notans, & nõ dicens: Discipulus qui diligebat Iesum, sed quem diligebat Iesus. Non enim iactantię tribuẽdum est, quòd cùm alij Euangelistę prętermiserint hãc de ipsius recubitu i sinu Iesu & signo illi singulariter dato historiam, ipse eam de se scripserit, sed quoniã in aliis Euãgelistis desiderari poterat, quomodo Iudas egressus sit è cœna & aliorum Apostolorum cõsortio, eáq; post alios Euãgelistas scribere susceperat, quæ in eis desiderari videbãtur, necessariò in horum narrationem incidit. De offula enim Iudæ data postquam ille ingressus est, dicendũ erat, ac proinde etiã de suo recubitu & interrogatione, quę occasio fuit datæ offulæ. Porrò quod dicitur Ioãnes recubuisse in sinu Iesu, non sic est proculdubio accipiendum, quasi accubuerit mensæ sedẽs in sinu Domini, nec sic rursum accipiendum videtur quo modo Faber voluit, qui quoniam rusticanũ nimis fuisse indicat si in sinu Iesu discipulus grandæuus incubuisset, quomodo dormiturientes puluinoin cũbũt, putat hoc recubitu nihil aliud significatũ, quàm quòd ꝓpius multo quàm cęteri sese Domino acclinarit, vt prope modũ pectori & sinui eius incumbere videretur, sicut solent qui narrãtẽ aliquem audiũt attentius, aut aliqđ rogare secretius ex altero desiderãt. Hæc enim intelligẽtia coactior est, & à verborum significatione nimis recedens. Cùm autẽ pro eo quod hic dicitur discipulus recubuisse sĩ sinu, postea dicatur recubuisse suprà pectus Iesu, aut, vt Græca habent, incidisse super pectus, intelligendũ relinquitur Ioãnem caput suum inclinasse super pectus Iesu, ibiq; quieuisse, Christo fortè altero suo brachio caput ipsius amplexante, atq; ob id dicitur in sinu Domini recubuisse, quia pectus ad sinũ pertinet, & alioqui cũ caput Ioannis quieuisset super pectus Iesu, brachiũ ipsius fortè fuit in inferiori sinu ipsius Domni. Quod autẽ in sinu & supra pectus Ioannes recubuit, inqt Beda, non solum fuit pręsentis amoris indicium, sed etiã futurę rei signũ, quod scilicet inde vocẽ sumeret quã postmodum cũctis seculis inauditã emitteret. Pectoris enim sinus, sapientiæ est secretum.

RESPONDIT IESVS: ILLE EST, CVI EGO INTINCTVM PANEM PORREXERO] Proprium traditoris necdum exprimit nomen, sed charissimo discipulo panis intincti signo suum Dominus prodit proditorem, idq; cõuenienter. Hoc enim signo & Ioanni ostendebatur maxima ꝓditoris impudentia ac ingratitudo, & Iudas rursum prouocabatur ad pœnitẽtiam priusquam potestas ei fieret perpetrandi sceleris, & aliis Apostolis occultum adhuc Iudę crimen studiosè tegebatur. Quis enim crederet Dominũ post notatum semel & iterum suum proditorem, idq; cum spiritus turbatione, rursum ei huiusmodi beneuolẽtię exhibiturum signum, vt intinctum à se panempor rigeret ipsi? Cõuenitèr etiã ob id hoc signo ostensus est à Domino proditor, quia hoc signo, quemadmodum suprà demonstrauit apud Ioannem Do

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 13. minus, scriptura proditorẽ notauit, dicẽs: Qui man A ducat mecum panem, leuauit cõtra me calcaneũ suum. Saluator, inquit Cyrillus, nullum aliud si-
Psal. 40. gnũ dedit, quàm quod Propheta prædixerat: Qui manducat panem meum, magnificauit super me supplantationem. Tinctum enim panem dedit, vt ex hoc ostenderet illum esse qui aduersus se calcaneum suũ leuauerit. Hæc ille. Cæterùm tinctio panis, bene etiam conueniebat ad figuificandum tinctam & infectam ipsius mentem. Quòd autem post acceptam à Christo buccellam vel offulam, (Græcis enim est ψωμιον) introiuit in eum satanas, nõ fuit causa ipsa buccella, sed peruersitas accipientis. Quoniam enim hoc benevolentiæ indiciũ debuisset Iudam à suo reuocare proposito, ille verò cõtrà obfirmato in malum animo, perfricta fronte contemnens Domini & conscientiam, & benignitatẽ, accipere ausus est de manu Domini signũ amicitiæ: hinc iusto Dei iudicio iam factum est vt totus permitteretur potestati satanæ, illeque in eo plenioriẽ acciperet potestatem, quod significatur per hoc quod dicitur intrasse in eũ satanas. Nam ptius quidem Ioannes dixit tantùm, quod diabolus misisset in cor Iudæ vt traderet eum, veluti suggerens ei traditionem: nunc verò dicit satanam in eum intrasse, quia perfectius iam illius occuparit animum, & ex impio reddiderit insanabilem. Post C acceptã ergo buccellam introiuit in eum satanas, ita vt introitum buccellæ in os & ventrẽ secutus sit statim introitus satanæ in cor, sed ex vitio ipsius Iudæ, qui sic se habuit ac si diceret: Vtcunq; velis me deterrere, & lenitate tua abstrahere ab hoc facto, manebo tamẽ in instituto meo, exequar quod proposui. Non fuit autem proculdubio, vt & Augustinus annotauit, panis iste intinctus Eucharistia, cùm hanc, vt ex Luca patet, omnes acceperint ante sermonẽ de proditore. Tamen ex eo quod in Iuda accidit, discimus quantum sic malũ de mensa Domini sacrum accipere panem cum conscientia adhuc sceleribus & proposito peccandi coinquinata. Et hunc enim panem de sua mensa Dominus porrigit in signum amicitiæ, proinde qui fingens cum Domino amicitiam inter fideles hũc D accipit panem, non pascitur eo, neq; viuificatur, sed
1. Cor. 11. diaboli magis mancipium efficitur, iudicium sibi manducans secundùm Paulum.

ET DICIT EI IESVS: QVOD FACIS, FAC CITIVS. HOC AVTEM, &c.] Græca non habent: Et dicit ei Iesus; sed, Dicit ergo ei Iesus, quia scilicet iam satanas post buccellam intrasset in eum, eumq; totum possidens impelleret & solicitaret ad facinus, ideo dixit ei: Quod facis, facciB tius. Quod facis animo, fac citius etiã ipso opere. Quibus verbis significauit Dominus & potestatem nullam esse Iudę vel diabolo contra se nisi ex sua permissione; quia nõ prius quod animo faciE bat Iudas, opere facere potuit etiam iam à satana possessus, quàm illi Dominus dixisset, fac: & deside riũ itẽ subeundæ pro nostra salute passionis, cùm dicit, Citius, significauit. Quod autẽ dicit, fac, non adhortantis est, sed permittẽtis, quomodo & illud, Soluite templum hoc. Caietanus tamen subtiliter intelligit dictũ præceptiuè, Fac citius, vt scilicet accipiatur Dominus præcipere non vt faceret Iudas quod faciebat, sed circunstãtiam temporis significatam per aduerbium, citius, vt scilicet tẽpore illo à Deo decreto faceret, quod animo faciebat. Quãuis enim Deus nõ præcepetit Iudæ vt faceret, pẽr cepit tamen vt tali tempore faceret quod faciebat animo. Diuus Cyrillus autem intelligit hæc verba dicta non Iudæ, sed ipsi satanæ, q̃ d eius est intrasse in illum, eiq; dixisse Dominum, fac citius, velut prouocantem ipsũ ad pugnam in qua diabolum erat superaturus. Dictum est, inquit, modò ab ipso Euangelista, ingressum fuisse in cor Iudæ diabolum, cui nunc Christus quia totũ hominem possederat, dicit: Quod facis fac citius, id est, tuũ opus quod semper facere tibi cordi est, fac citius. ô diabole. Prophetas occidisti, Iudæorũ animos ingressus: lapidib. eos petisti qui salutarem Iudæis doctrinam ministrabant: ne mini qui à Deo esset missus pepercisti, magna í omnes atrocitate vsus fuisti: veni postilios ego, nec ignoro te nequaquam quiescere posse, quare quod sohtus es facere, nũc quoque facito. His verbis cùm explicauerit illud: Quod facis, deinde explicans eam partem: Fac citius; tandem sic habet: Minantis magis quàm hortantis hæc est oratio. Nam quemadmodũ si vir fortis, aduersus quem fremens quispiam feratur, ipse verò viribus suis fretus, casurum illum non dubitet, magna voce minitans dicat: Quod facis, fac citius, vt meæ dexteræ vires experiaris; non properantis mori verba esse diceremus, sed præcientis potius qa cadet aduersarius: sic Dominus noster Iesus Christus velocius currere diabolũ ad ea quæ præparauit iubet, vt citius victus atq; vinctus à tyrannide sua orbẽ dimittat. Hæc Cyrillus, subtiliter quidem, sed extra Euangelistæ intẽtionẽ. Nã ad Iudã hæc verba referẽda esse patet ex eo quod subiicitur: hoc autem nemo sciuit discumbentiũ, ad quid dixerit ei, &c. Itaq; cùm Dominus videret destinatam Iudæ malitiam, eumq; nec pudore, nec metu flecti posse, ac rursum animaduerteret illum non abesse à periculo, quòd iã penè Apostolis proditus esset, ablegat eum sua hac siue permissione, siue iussione, à conuiuio & Apostolorũ cõsortio, & patrandi facinoris potestatem facit, dicẽs: Quod facis, fac citius. Dubium autem quomodo Ioãnes dicat, neminẽ discumbentium intellexisse cur id Dominus ei dixerit, cùm iã dixisset illum esse suũ proditorem cui intinctum porrigeret panem, ex quibus verbis facilè erat intelligere cur istud ei nunc diceretur. Sed dicendum, Dominum sicut à Ioanne recumbẽti sꝰper pectus secretò fuit interrogatus, ita etiã secretò ei signum illud proditoris agnoscendi dedisse. Cùm autẽ subiicitur: Hoc nemo sciuit discumbentium; intelligi potest Ioannẽ sese voluisse excludi, sicut & Iudam excludendum esse, reliquit intelligendum. Is enim proculdubio vt erat sibi cõscius, intellexit, cur id Dominus ei diceret: Aut si etiam Ioannes nõ sciuit, ad quid po minus illud diceret Iudæ, intelligendum est mentem Ioãnis ita fuisse mœrore & diuina voluntate detentam, vt signũ agnoscendi proditoris sibi datum secretò, tunc non satis aduerteret & intelligeret, aut si intellexit, non existimauerit tamen tunc instare, vt scelus illud perficeretur à Iuda. Alioqui enim quomodo non zelo accensus cõtra proditorem, retro illum indicasset, & cum eo in illum insurrexisset? Certè sicut Matthæus supra dicẽs Dominum Iudæ quærẽti num ipse esset, respondisse: Tu dixisti; tantum significare voluit, Dominum etiam in indiuiduo præsciuisse proditionis authorem, eumq; tunc expressisse, quanquã vt submissè loquebatur, à turbatis apostolis tunc nõ aduerteretur quid diceretur, cũ eius postea recordarẽtur: ita

ri hic & in sequẽti toto Christi sermone accipitur A pro glorificari. Est enim Græcis verbum δοξαζω. Mirum autẽ quomodo nunc se dicat Dominus glorificatũ, cùm iãdudum per miracula fuerit glorificatus: nũc verò instaret summa eius per crucẽ variásq; ignominias humiliatio. D. Augustinus intelligit Dñm se dicere nunc glorificatum, quia nunc separatus fuit à bonorũ cõsortio, reprobus discipulus, quod ad Christi cessit gloriam, & quia huiusmodi separatione significata fuit glorificatio ea quã habebit in nouissimo iudicij die, quãdo in eius cõgregatione nullus erit malorũ, necaliquis peribit bonorum: vt illud: Nũc clarificatus est filius hominis, hũc habeat sensum: Nũc significata est glorificatio filij hominis, quemadmodũ secundùm Augustinũ dictum est: Petra erat Christus, pro eo quod est, Petra significabat Christum. Quia autem hæc filij glorificatio pẽdet ex eo qđ Deus per filium est glorificatus, ideo subiectũ intelligit; & Deus glorificatus est in eo; quia scilicet filius patris impleuit voluntatẽ etiã vsq; ad mortem. Itaq; iam ad declarationem & expositionẽ eius quod dictum est, putat additũ: Si Deus clarificatus est in eo, id est, p filium, propterea quòd Dei in omnib. adimpleuit volũtatem, etiã Deus vicissim clarificabit eum per semetipsum, donando eum scilicet immortalitate. q̃ claritas ne diu putetur differẽda, ideo additur: Et cõtinuò clarificabit eũ, in resurrectione scilicet, q̃ principiũ erit ei⁹ glorificationis q̃ erit in nouissimo die, de qua suprà dictũ est secundùm Augustinũ: Nũc clarificat⁹ est filius hominis. In hunc fere modũ D. Augustinus hunc tractat locũ, addens tamẽ illud: Nũc clarificatus est filius hominis; posse etiã intelligi de glorificatione resurrectionis, de qua dicit; & cotinuò glorificabit eum; vt quod ait, nunc, nõ ad imminẽtem passionẽ, sed ad vicinam resurrectionẽ pertinere credatur, tanquam fuerit factũ, quod erat in proximo iam futurũ. Quoniã autẽ de alia videtur Dominus loqui glorificatione sui, cùm dicit: Nũc clarificat⁹ est; quàm cùm dicit se glorificãdũ à patre, conuenientior est intelligentia quã indicat D. Chrysostomus & Cyrill⁹, vt rationepassionis suę, quæ iã exeunte Iuda ad proditionẽ incepta erat, intelligatur Dominus dixisse, se nunc clarificatũ. Passio em̃ Christi, etsi hominũ iudicio fuerit ipsius humiliatio, re vera tamẽ ei⁹ fuit glorificatio, quia per eam mortẽ & diabolum superauit, & humanũ genus in suũ traxit dominiũ. Vnde supra dixit: Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum. Et Paulus: Nos, inquit, prędicam⁹ Christũ crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus verò stultitiã, ipsis autẽ vocatis Iudęis atq; gẽtibus Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Quoniam autem per passionẽ & glorificationem filij, etiam Deus pater est glorificatus, ideo subiecit; Et Deus clarificatus est in eo, hoc est, per eum, vt qui Deo patri vsq; ad mortem obediens fuerit, Deiq; iustitiam, misericordiam, & sapientiã per mortẽ suã hominibus cõmendauerit. Si enim Deus glorificandus erat in morte Petri, quemadmodũ dicitur Ioãnis vltimo, multo magis clarificat⁹ est per mortẽ Christi. Iam quoniã Christus sicut per suã passionem clarificauit Deum, ita etiã meruit vicissim glorificari vlteri⁹ à Deo patre, ideo subiicitur: Si. hoc est, quia autem Deus clarificatus est per filium, etiam Deus vicissim clarificabit eum, idq; non per angelos aut archangelos, aut aliã aliquã

ita credi probabiliter potest, Ioannem hac sua narratione significare voluisse, Dominum nõ in genere tãtum agnouisse proditorẽ, sed sibi eum in indiuiduo ostendisse, quanquam, quia ipse turbatus esset, & Dominus submissè loquebatur, non satis intelligeret Domini verba, quorum postea deposita turbatione recordatus sit. Cęterũ eo quod apostoli verba Domini nõ intellexerint, sed ea in meliorem partẽ sunt interpretati, declaratur & quãta fuerit Iudę hypocrisis, & quæ fuerit apostolorũ simplicitas & probitas minimè suspiciosa, & tursum quãta Christi semper erga Iudã benignitas. Caret hæc enim factũ est, vt suspicio proditionis nõ posset in cuiusquam descẽdere mentem. Cùm autem Ioannes non simpliciter subiiciat, Iudã post hæc exisse continuò, sed dicat: Cùm ergo accepisset buccellã, exiuit continuò; videri potest notare voluisse, perditi hominis nullis officiis superabilẽ crudelitatem & malitiam. Adiicit & tẽporis quo exiuit qualitatem, dicẽs: Erat autem nox: siue ad exaggerationem impietatis Iudæ, vt quem neque temporis intempestiuitas retraxit à suo impetu, vt vult Diuus Chrysostomus: siue potius ad significandũ tẽpus cõueniens fuisse sceleri perpetrando, atq; correspõdisse dispositioni mẽtis Iudæ, vt quæ auaritiæ tenebris fuit obcæcata, sesẽque iam exeũdo à Christo subduxit à vera luce. Nec frustra, inquit Cyrillus, dictum mihi videtur, cõtinuò illum exiuisse. Magnas enim diabolus ad impetrãdum eis quos omnino iam cepit, possidet vires, co C gere videtur ad opus etiã nolentes. Timet (vt credo) diabolus, ne morando loeus pœnitẽtiæ detur, & quasi à temulentia mentem suam rectius cogitans homo eripiat, hac de causa festinat & ipellit. Hæc ille. Et hactenus de his quæ pertinent ad prędictionem proditionis. & demonstrationẽ proditoris. Inquibus, quod ad morum ędificationẽ, attinet, quædam obseruanda sunt in Apostolis, quędam in Christo, quædam postremum in Iuda. In Apostolis monemur non facilè de aliis sinistrè suspicari, sed dubia in meliorem accipere partẽ: de
Rom. 11. nobisipsis timere, etiam si nobis non simus malè consci, iuxta illud Pauli, Tu fide stas, noli altum sapere, sed time. Postremùm, quomodo & nos, si malus quispiam & nocens in nostra deprehẽdatur congregatione, perturbari & dolere oporteat, & quòd ille Deum offẽdit, & quòd sanctorum integritatem, quãtum in se est, tua prauitate labefactat & dehonestat, ac corrumpit. Quod cùm Corinthij posthabuissent, admissa à quodam fornicatione ea quæ nec inter gẽtes audiebatur, fuerunt
1. Cor. 5. vehemẽter à Paulo increpati: Et vos inquit, inflati estis, & non potius luctũ habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. In Christo monemur eius patientiæ & benignitatis, qua etiam inimicis nostris benefaciamus. Et rursum, vt peccatis occultis mederi quidẽ monẽdo studeamus,
Eccl. 1. & 7. prodamus autem minimè. In Iuda verò discimus, quàm cęcum, impudentem, & obstinatum reddat auaritia eum, cuius semel animum occupauit. Et rursum, quàm verè dixerit Ecclesiastes: peruersi E difficilè corriguntur. &: Nemo potest corrigere quem Deus despexerit. Postremùm, quomodo in diaboli incidant potestatẽ, qui Dei variis modis inuitantis ad resipicentiam, obstinato animo pergunt contemnere benignitatem & lenitatem.

CVM ERGO EXISSENT, DICIT IESVS NVNC CLARIFICATVS EST.] Clarifica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutẽ,sed per semetipsum.Nec differet hâc filij A clarificationem,sed cõtinnò clarificabit eũ.Quod impletum est quãdo in morte ad filij innocentiã declarãdam sol obscuratus est,petræ scissæ sunt, monumenta aperta sunt, velum templi scissũ est in duas partes, quando rursum post triduũ Deus filiũ resuscitauit à morte,donans corpus eius immortalitate & gloria,quando itẽ post quadraginta dies assumpsit eũ in suã dexteram, & misso in mũdum Spiritu sancto, nomẽ eius fecit hominibus gloriosũ supra omne nomẽ quod nominatur in cœlo &in terra.De claritate enim Christi,quæ hæc omnia comprehendit,rectè intelligitur dictũ B Deum clarificaturum filium continuò per semet ipsũ,de qua & suprà dixit:Venit hora vt clarificetur filius hominis. Cùm autem Iuda præsente Dominus de sua passione loquẽs, tristitiã præ se tulerit,turbatus spiritu,& cũ mœrore proditionem sui frequenter inculcans,nunc Iuda absente ad cõsolandum Apostolorũ animos ob instantem proditionẽ & mortem mœstos,passionem suam iam cœptam & iamiam complendam glorificationẽ vocat,suiq; vberiorem glorificationẽ instare prædicit.Nunc inquit,clarificatus est filius hominis, quasi diceret:Quanquã iam ad proditionẽ Iudas exierit,meaq;iã instet passio,imo cœpta sit,nõ est tamen quod adeo tristemini,quin potius mecum C

Huius contentionis cùm variam diuersi afferant A occasionẽ,probabilius est eandẽ nunc fuisse causam,quæ fuit vt & olim eadẽ quæstio inter Apostolos fuerit agitata,vt scribitur Matthæi 18.Marci 9.& Lucæ 9.in capite Cõcordiæ 70. Et rursum vt filij Zebedæi peterent in regno Christi primatum,propter quod cùm indignarentur reliqui discipuli, omnino similia omnibus Apostolis dixit Dominus ad reprimendum huiusmodi primatus ambitionẽ,qualia nunc dicta hic cõmemorat Lucas, qui illam de filiis Zebedæi historiam prætermiserat. Sicut ergo prædictio passionis & mortis Dominicæ, occasio fuerat Apostolis olim cõtentionis pro primatu,eademq; fuit occasio postula- B tionis filiorum Zebedæi:ita & modo quia audierunt Dominũ tradẽdum & moritutum,inter sese disquirere cœperunt,quis eorum esset maior,qui scilicet post Dominũ aliorum princeps esset, aut quis in regno eius quod statim à morte,putabant auspicandũ in terris,primum post Christum regẽ obtineret locum.Dixerat enim etiã se mox clarificandum à Deo,vt est apud Ioannẽ in fine capitis præcedẽtis,ideoq; vel illorum etiã verborum occasione,in hanc contentionem inciderunt. Vnde agnoscere etiã licet quàm cõmodè hæc Lucę narratio in Concordia sit posita post illa Christi ex Ioãne verba,de sua glorificatione imminẽte. Cæterùm quæ hic Dominus respõdit apostolis,suprà C ex magna parte tractata sunt in ca.Cõcordię 104. circa finẽ.Idem locum ex Matthæo & Marco, vnde hic tantum quæ sunt huic loco peculiaria sunt tractanda.Inter quæ primum occurrit q̃ hic dicatur,qui potestatem habent super gentes, benefici vocantur.Quod vt intelligatur,aduertendũ est Lucam dum dicit εὐεργέται,id est,benefici,vocantur,explicuisse nõ tam vsum quàm vim & significationem dictionis Hebraicæ,qua hic verisimile est Dominum vsum.Probabile enim est Dominũ hic vsum dictione Nedibim,quę Hebræis principes significat,idq; ratione liberalitatis,quæ decet principem.Vnde Septuaginta fere eam vertunt p dictionem ἀρχων,vt Psal.112. Vt collocet eum cũ principibus, cum principibus populi sui. & Psal. D 117.Bonũ est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.His enim locis, Hebræis est dictio Nedibim,Græcis verò ἀρχοντες.Itaq; cùm dicitur: benefici vocãtur,significatur eos affectare huiusmodi titulos & nomẽclaturas quib. cõmendetur eorum munificentia & liberalitas, eosque magis vocari huiusmodi nominib.quàm esse quod vocãtur.Iam cùm sequitur,Sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior,(iunior em legendum est, nõ minor,cùm Græcis sit νεώτερος)dictio,iunior,ad submissionem magis pertinet quàm ad ætatem.Sicut enim honoris causa quidam dicuntur presbyteri, hoc est,seniores:ita & contẽpti,iuniores.vnde est Psal.118. illud Psal.Adolescentulus sum ego & cõtemptus. Nam Hebræis tsair sonat iuuenem & nullius authoritatis.Sensus ergo est:Qui in vobis est honoratior,sese gerat vt contemptior.Cùm autem sequitur:Et qui præcessor est,sicut ministrator,pro præcessor,Græcis est ὁ ἡγούμενος,quæ dictio etiam significat ducem & rectorem,cui magis cõuenire videtur quod sequitur,sicut ministrator.Pugnant enim præsidem esse & ministrum esse. Interpres tamen ideo videtur vertisse præcessor, q̃ ministri sit sequi suum dominum. Cæterum sensus semper eodem recidit, nimirum q̃ qui primatum aliquẽ est adeptus & regendi munus, sese vt ministrum gerere debeat,liber scilicet ab omni fasto,& aliorum vtilitatibus inseruiens.Priore sententia gloriæ excludit appetitum,posteriore verò potestatis abusum,sicut & duab.quas de principib.ethnicis præmisit,sententiis notauit in eis & potestatis in subditos abusum,cùm dixit:dominantur eorũ, & gloriæ appetitum, cùm dixit, benefici vocantur. Porrò sicut apud Matthæum & Marcum in prædicto loco Dominus in suis primatus appetitum corrigit, primùm proposito exemplo gentilium principum,quos vt abominabãtur, ita imitari nõ deberẽt:& deinde ꝓposito exemplo suipsius,cuius vt erant discipuli,ita conueniebat esse sectatores: sic & hoc loco facit,sed paulò efficacius & diuersius hic sui proponit exemplum,dicens: Nã quis maior est,qui recumbit ad mẽsam,an qui recumbẽti ministrat?Certè qui recumbit. Ego autẽ cum re vera in vobis sim maior, vtpote Dominus vester & magister,nõ tamen me tanquam maiorem gero,ita vt accumbã vobis mihi ministrãtib⁹, sed in medio vestrum,id est, inter vos sic sum sicut q̃ ministrat accumbenti.Quod ob id dicit,qa iã eorum pedes abluerat surgens à cœna, semperq; in cõuiuio cum Apostolis accumbens, panẽ & cibũ illis frangere & dispensare solitus fuerat.

VOS AVTEM ESTIS QVI PERMANSISTIS MECVM IN TENTATIONIBVS. Alia iã ratione Dominus affectum primatus in suis reprimit,nimirũ q̃ omnib.regnum & sũmus in regno suo locus & honor esset deputatus, sed ad quem non nisi per tribulationes, quas iam secum cœperant perferre,essent peruenturi:sicut nec ipse ad regnum peruenturus esset,misi per tribulationes. Hoc est ergo quod dicit:Fustra cõtenditis inter vos, quis vestrum sit maior.Singuli eñ eritis maximi.Nã cùm hactenus mecũ perseueranter humilitatis viam triueritis,permanentes mecum in tentationibus meis,quas à Iudæis pertuli, ob quas pleriq; defecerunt à me, factusq; fui etiã fratribus & amicis meis offendiculum, ideo quemadmodum pater veracissimus mihi disposuit & parauit regnum, ita & ego,cui tutò credere potestis, dispono iam & addico vobis regnum,vt qui mecũ in afflictionib.perseuerastis, mecum etiã perseueranter postea regnetis. Sicut enim pater per tribulationes disposuit mihi regnũ, ita dispositum à me regnũ vobis,nõ licet adire misi p tribulationes, labores, & ærumnas, sed quas abundè vobis cõpensabo. Neq; enim simpliciter dispono vobis regnum,sed regni mei plenum perfectumq; cõsortium,nimirum vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo, hoc est cunctis vitæ futuræ delitiis in summa gloria mecum pariter fruamini, ac insuper patem mecum quodãmodo obtineatis cũ summa gloria potestatẽ, ita vt sedeatis sup thronos duodecim,iudicantes mecũ in nouissimo die duodecim tribus Israel. Itaq; cogitantes quanta vobis parata sit dignitas & præeminentia ac rursum q̃ ad eã nõ nisi per afflictiones sit paratus aditus,mittite hãc de primatu cõtentionẽ.Hic sequendũ est,& patiẽdum,alibi regnabimus.Ex qua explicatione patet q̃ cõueniens sit hæc ratio Domini atq; efficax, quodq; duplici nomine cogitationem ambitionis deponendã esse doceat, nẽpe & qa omnibus iam certò paratum esset regni cõsortium, & quia hic potius de afflictionibus est cogitandum quàm de honoribus: sicut & filios

CONTENTIO DISCIPVLORVM PRO PRIMATV SEDATVR, & prædicitur eorum abnegatio. Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. Ioan. 13.

CAPVT CXXXIII.

Facta est autẽ & contentio iter eos,quis eorum videretur esse maior. Dixit autẽ eis: Reges gẽtium dominãtur eorum,& qui potestatẽ habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic,sed qui maior est in vobis,sit sicut iunior:& qui præcessor est,sicut minister. Nã quis maior est,qui recumbit,ã qui ministrat?nónne qui recũbit? Ego autẽ in medio vestrũ sum,sicut qui ministrat. Vos autẽ estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis:sicut disposuit mihi pater meus regnum,vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo,& sedeatis super thronos iudicãtes duodecim tribus Israel. [d] *filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis* † b ait eis ▷ b oscã dalizabimini. ‖ b quia scriptũ est ‡ b scã post quam a b Petrus autẽ ‖ e qui ait ei ‡ b nõ ego a c ille dixit ‖ a ante quam † a o negabis † do negabis me ‖ b Et † a o mortẽ tecum a b dicebat.

me,& sicut dixi Iudæis: Quò ego vado,vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mãdatum nouum do vobis,Vt diligatis inuicem sicut dilexi vos,vt & vos diligatis inuicẽ:in hoc cognoscẽt omnes, quia discipuli mei estis,si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Dicit ei Simon Petrus: Domine,quo vadis? Respondit Iesus: Quò ego vado,non potes me modò sequi,sequeris autẽ postea. Dicit ei: Petrus: Quare non possum te sequi modò?animã meã pro te ponã. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? [c] *Ait autẽ Dominus: Simon,Simon,ecce satanas expetiuit vos,vt cribraret sicut triticum:ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* [b] *Et* [a] *tunc* † [e] *dicit illis Iesus: Omnes* [a] *vos* [Δ c] *scandalum patiemini in me in ista nocte,* ‖ *scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues* [a] *gregis.* † *Postquam autẽ resurrexero, præcedam vos in Galilæam.* [Δ a] *Respondens autem* [e] *Petrus* ‖ *ait illi:* [c] *Etsi omnes scandalizati fuerint* [a] *in te,* † [b] *sed* [e] *ego nunquã* [a] *scandalizabor.* [e] *Domine, tecum paratus sum,& in carcerem,& in mortem ire.* [b] *Et* [Δ] *ait illi Iesus:* [m] *Amen* [d] *amẽ dico tibi* [c] *Petre,* [c] *Quia* [b] *tu hodie* [e] *in nocte hac* ‖ *priusquam* [b] *gallus* † *vocẽ bis dederit ter me* [Δ e] *s negaturus* [&] [k] *non cãtabit* [c] *hodie* [d] *gallus,donec ter* † *abneges nosse me.* [b] *At ille amplius loquebatur* [&] [a] *ait illi Petrus.* ‖ [c] *Etiam si oportuerit me* † *simul commori tibi,non te negabo. Similiter* [b] *autẽ* [c] *& omnes* [a] *discipuli* [Δ] *dixerunt.* [c] *Et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo,& pera,& calceamentis,nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum,tollat similiter & peram:& qui non habet,vendat tunicam suam,& emat gladium. Dico enim vobis, Quoniam adhuc hoc quod scriptum est,oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finẽ habent. At illi dixerunt: Domine,ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis: Satis est.*

FACTA EST AVTEM ET CONTENTIO.] Post ea quæ ex Ioãne posita sunt in fine capitis præcedẽtis,illa q̃ apud Ioannẽ sequuntur vsq; ad finẽ cap. 13. cladunturprædictione negationis Petri:at ante hãc post prædictionẽ proditionis Lucas interserit contentionẽ Apostolorum pro primatu. Hanc ergo oportebat ex Luca inserere iter D verba Domini à Ioãne descripta. Itaq; cùm dixisset Lucas Apostolos iter se quæssisse quis ex ipsis Dominum esset traditurus,subiicit: Facta est autem & contentio inter eos. Hoc est,sicut fuerat inter eos quæstio quis ex eis Dominum esset proditurus,ita etiam facta est inter eos cõtentio & quæstio quis eorũ videretur ipsi Domino maior esse.

Huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zebedæi cùm primas sedes postularent, Dominꝰ ad cogitationem afflictionum reuocat, dicens: Potestis bibere calicem quẽ ego bibiturus sum? Obseruãdum autem quàm blandè ac leniter Dominus suorum ruditatem instruat, & toleret. cùm in eo peccarent quod maximè suo regno aduersaba tur, & cuius causa rã sæpe iam eos castigarat peccarent item tempore alienissimo. Ipse em̃ abibat iam ꝓ eis moriturus, ꝓditionis ac mortis seq effecerat mentionem, & illi cõtendebant inter se de principatu terreno: nec tñ seuere eos increpat, sed blandis rationib. corrigere studet, suo exẽplo nos docens, quanta lenitate aliorum imbecillitatẽ & ruditatem tolerare debeamus. quodq; pigere nos nõ debeat rudib. vnum & idem frequenter inculcare, donec ꝓficiant ad perfectiora. In hoc em̃ exemplum Dominus passus est tandiu in Apostolis tantam ruditatem & imperfectionem hærere, & simul ob id, vt in nobis efficacius eximeret humanos affectus quibus tunc discipuli erant obnoxij, vtq; ruditatem Apostolorum & imperfectionem comparantes cum eorum perfectione, quam post acceptum Spiritum sanctum mox cõsecuti sunt, cogamur mundi cõuersionem per eos factã, diuinæ asserибere virtuti, & diuinum agnoscere opus. Cæterùm quid sit sedere super sedes duodecim, & quomodo hæc Christi promissio sit impleta, quanquã Iudas exciderit, dictum est in cap. Concordiæ 110. circa illud Matthæi: Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, &c.

FILIOLI ADHVC MODICVM VOBISCVM SVM. QVÆRETIS ME, &c.] Prædictionem negationis Petri omnes quidem scribunt Euangelistę, sed nõ omnes eodem loco, neq; ex eadem sermonis occasione ad eam cõmemorandam veniunt. Matthæus enim & Marcus postquam Dominum dicto hymno exiisse in mõtem oliuarum scripserunt, subnectunt prædictam à Domino trinã petri negationem, Lucas verò & Ioãnes eam describunt priusquam Dominum domo exiisse cõmemorent. Nec videtur cõmodè dici posse aut illos duos recapitulando ea posuisse, aut istos præoccupando, quia Matthæus sic negationis prędictionẽ subiungit post exitum Domini, vt significare videatur se ordinẽ narrationis seruasse, cùm dicat: Tũc dixit illis Iesus. Ioannes verò hanc prędictionem factam ante exitũ significat, cùm postea subiungit Dominum dixisse: Surgite, eamus hinc. Iã præterquam ꝙ nõ eodem loco hanc prædictionẽ cõmemorent Matthæus & Marcus, quo Ioannes & Lucas, etiam diuersas à Ioãne & Luca præmittunt Domini sententias, quibus permotus petrus iliam protulit præsumptionem vel cum domino, vel pro Domino moriendi, cuius occasione Dominus illi prædixit trinam sui negationem. Nec Matthæus tantum & Marcus diuersas à Ioanne & Luca præmittunt huiusmodi sententias, sed & Lucas diuersas à Ioanne præmittit, vt patet singulorum seorsum legenti narrationem. Itaq; ob has rationes sunt pleriq;, qui cum Augu. sentiant ter Petrum expressisse præsumptionem suam diuersis locis sermonis Christi, & ter illi à Domino responsum, ꝙ ante gallicantum ter eum esset negaturus, sicut ei post resurrectionẽ ter respondenti ꝙ Dominum amaret, ter à Domino vt oues eius pasceret mandatum est, vt alia sit prædictio negationis quæ est apud Ioannem, alia quæ apud Lucam & postremùm alia quæ apud Matthæum & Marcum. Sic autem Diuus Aug. hanc sententiã putat esse probabiliorem, vt tamen non reiiciat eam rationem concordandi Euangelistas si inueniri possit, qua omnium commemorationes in vnum redigantur, & demonstretur semel Dominũ prædixisse Petro præ aliis de se præsumenti, quòd eum ter esset negaturus. Talem autem rationem indicat Concordia, quæ ratio Euangelistas rediгendi in vnum, vt est commoda, ita est plausibilior priori illa conciliandi Euangelistas ratione, quamuis illa videatur facilior. Si enim aduerterimus Euangelistarum ingenium & morẽ, frequenter deprehendere licebit, eos cum idem vnumq; sunt narraturi, diuersa occasione ad eius peruenire narrationem, diuersam tamen hanc narrationem redigi posse in vnũ facilè, si quæ ab vno sunt prætermissa, ex aliis addantur, & interserantur dictis alterius. Sane si secundùm aliorum sententiam, Dominus Petro ante exitum è domo prædixit negationem, semel, vt est apud Ioannem, & secundò, vt est apud Lucam, intoleranda plane fuerat petri præsumptio, qui post tertiam illam negationis prædictionem, quæ est apud Matthæum & Marcum, & creditur facta post exitum, ausus est dicere adhuc: Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Id enim eum dixisse Matthæus & Marcus commemorant. plausibilior ergo est, siue spectemus Euangelistarum morem, siue petri erga Dominum reuerentiam, ea ratio qua Euangelistarum narrationes in vnum rediguntur, quam & Ammonius est secutus. Cum autem à Ioanne satis constet prædictionem negationis factam in domo. cui & Lucæ cõcordat narratio, eaq; negationis prædictio à Ioanne & Luca subiiciatur his quæ prius sunt in Concordia ex Ioanne & Luca posita, necessarium fuit modo eã in Concordia ponere, & Matthæi & Marci narrationem recapitulando positam, iam suo loco cõiungere narrationi Ioannis & Lucæ. Non enim quia postquam dixisset Matthæus; Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti, subiicit, Tunc dixit illis Iesus, consequitur negationis prędictionem quam ibi prosequitur Matthæus, contigisse post exitum. Frequenter siquidem Matthæus aduerbium, tunc, sic ponit, vt non ordinem dicẽdorum cum iis quæ mox sunt dicta, significet, sed simpliciter sit idem quod, in illo tempore, ac temporis alicuius demonstret latitudinem. Sic & hoc loco dicens: Tunc dixit illis Iesus, significare tantum voluit ꝙ in illo tempore, in vltima scilicet illa nocte, Dominus hæc dixerit discipulis: non autem ꝙ post exitum dixerit, quæ ante exitum interea cum adhuc assiderent mensæ, dicta patet ex Ioanne. Et hactenus quidem de Concordiæ ratione. Supereſt vt ad verborum Christi explicationem deueniamus. Itaque cum iam abiisset Iudas proditionem perpetraturus, & iam instaret tempus passionis suæ, Dominus valedicere volens reliquis suis quos amabat discipulis, multa cœpit cum eis blandè loqui, significans iam adesse tempus quo ab eis separandus esset, ac modum præscribens quo se gerere inter se ipso absente deberent, eosque ob abitum suum mœstos consolans, atque aduersus imminentem armans tempestatem, ac tandem Deo patri eos orationi commendans. Qua in re imitatus est Dominus patris alieuius, filios suos quos syncerè amat per mortem relicturi, affectum. Hic enim solet pri

primùm quidem exponere illis tempus iam venisse, quo seperari debent qui eatenus simul familiariter vixerunt, ac deinde rationem vitæ præscribere, quam post mortem inter se frattes seruare deberẽt, præterea & mœstos consolari quibus potest rationibus, ac cõtra mala quę præuideret illis obuenire posse eos munire, & postremùm precę fusa, illos Domino commendare. In primis ergo dicit: Filioli adhuc modicum id est, modico tempore, vobiscum sum. Modicum autem hoc tempus, quo se dicit cum illis futurum accipi potest dupliciter, vt indicat D. August. Aut scilicet pro tẽpore illo breuissimo, quo ante mortem & captiuitatem suã futurus erat cum Apostolis. Nam post resurrectionẽ suam non iam amplus cum eis solito more cõuersabatur, vnde tũc dixit eis, vt est Lucę vltimo, hęc locutus sum vobis, cùm adhuc essem vobiscũ; hoc est, cùm adhuc essem in mortali corpore, in quo & vos nunc adhuc estis. Aut potius non solum pro hoc tempore, sed etiam simul pro toto illo tempore, quo post resurrectionem cum eis corporaliter erat conuersaturus vsq; ad ascensionem suam, mãducãs & bibens cum eis per 40. dies, vt est Act. 1. De eo enim modico tempore videtur istud accipiẽdum, post quod euentutũ erat quod sequitur: quæretis me, secũdùm corporalem scilicet meã præsentiam, quod post Domini in cœlos ascensionem cõtigit Apostolis, quando desiderabant & cupiebãt præsentiam Domini iam absentis. Quod autem sequitur: ☞ sicut dixi Iudæis, &c. sic est distinguẽdũ, vt illa verba; & vobis dico modò; sint secũda pars comparationis, respondens particulæ, sicut, vt sit sẽsus: Et sicut dixi olim Iudæis, quò egovado, vos nõ potestis venire; ita etiã idẽ dico vobis modo, nempe ꝙ quò ego modo vado, hoc est, mox sum iturus, eò vos non potestis venire. Vado enim ad pattem per mortem, eò autem vos vestra opera & virtute omnino nõ potestis venire, aut saltem nec dum potestis venire, siue qa per imperfectionem vestrã necdum apti estis regno Dei aut morti pro eius gloria tolerandæ, siue quia secundum patris ordinationem ad huc aliquandiu ad aliorum ædificationem manendum vobis est in mortali hoc corpore. Dixerat istud olim Iudæis Dominus, vt scribitur c. 7. Ioannis, in c. Concordiæ 75. vbi tractatum est prolixè an in eodẽ sensu istud dictum sit Iudęis, quo nũc dicitur Apostolis: & quomodo etiam hìc variè hæc verba possint accipi, sicut etiã nũc est indicatum. Posteriori explicationi, qua intelligitur Dominus tantum significare voluisse ꝙ necdum possent eò venire quò ipse iã ibat, magis cõuenit quod mox Dominus Petro quærentiquò iret, respondit: Quò ego vado, nõ potes me modò sequi, sequeris autem postea. Cæterum istud nunc dñs dixit Apostolis secundùm Chrysostomum, vt sui in eis excitaret & augeret desiderium. Cùm enim aliquem charissimorem discedentem videmus, & eum maxime cum quo nobis nõ licet abire, maiorem in modum mouemur atque incendimur.

Ioan. 8.

MANDATVM NOVVM DO VOBIS VT DILIGATIS INVICEM, &c.] Cùm se iam abiturum dixisset, & eos adhuc hic esse relinquẽdos, restabat vt formam præscriberet vitæ, quam inter se seruare deberent. Itaque monet, atque præcipit vt mutuò se diligant, vno hoc præcepto cõplexus omnia quæ pertinent ad hoc vt iustè & bene inter se viuant homines, & sine quo iustè & bene inter se viuere non possunt. Plenitudo enim legis est dilectio, & sine dilectione nihil rectè fit coram Deo, nec constanter fieri possũt quæ iusta cum hominibus requirit cõuersatio. Quærendum tamẽ hìc est, cur præceptum mutuæ dilectionis Dominus vocet nouum mandatum, cùm & vetus lex idem contineat mandatum, dicens: diliges proximum tuũ sicut teipsum. Ad quod facilè & breuiter. sed non sufficiẽter fortasse respõdet Diuus Augustinus, ideo dici nouum mandatũ, quia exuto vetere induit nos hominem nouũ. Chrysostomus, Cyrillus, & alij plerique intelligunt, mandatum nouum quod Christus hìc dat, non esse simpliciter diligere inuicẽ, sed diligere eo modo qui significatur cùm subditur: sicut dilexi vos: ita vt nouitas præcepti consistat innouo dilectionis modo, quẽ suo Christus demõstrauit exẽplo. Modus autẽ iste dilectionis primũ in eo consistit secundũ D. Chrysostomũ, ꝙ sicut Christus gratuitò, & nec prouocatus nostris præcedentibus meritis, nec ob vtilitatem à nobis consequẽdam nos dilexit: ita & gratis nos inuicem diligamus, non ob acceptũ aut accipiendum bonum. Secundò secundùm Cyrillũ in eo consistit, quòd quemadmodũ Christus nos dilexit plusquàm seipsum, ita & nos inuicem diligamus plusquam nosipsos: quo facile declaratur quomodo nouum sit dilectionis præceptũ à Christo datum, Lex enim, inquit Cyrillus, fratrem diligẽdum esse ait, sicut seipsum. Christus autem magis nos quàm seipsum amauit. Nouus atq; inaudi tus huius dilectiõis modus, quo nos affici iuber, nihil omnino dilectioni fratrum anteponẽtes, nõ gloriam, non diuitias, non corporis huius mortẽ, si opus fuerit, ꝓ salute fratris mori, quod à beatis saluatoris discipulis factitatũ esse videmus. Hæc ille. postremùm secundùm explicationem Caietani, modꝰ, ratione cuiꝰ dilectio à christo præcepta dicitur nouum præceptũ, & differt à præcepto veteris legis, in eo consistit, vt, sicut Christus nos dilexit spiritualiter, & ad vitam ęternam, ita nos inuicem spiritualiter diligamus, admitentes vt ad vitã nos mutuo promoueamus æternã. Legis enim præceptum tãtum formam & modum naturalis dilectionis exigebat, vt sicut seipsũ homo naturali diligit amore, ita & proximum suũ diligeret. At lex Euangelica exigit spiritualem dilectionis modũ, & supernaturalem. Itaque vt hæc tria simul cõprehendamus, modus dilectionis, ratione cuius hoc præceptum plerique intelligunt hic dici nouum, est, vt ad exẽplum Christi nos gratuitò diligamus, & ad salutem æternã, propter quam fratribus parandã, facultates, imo & proprũ corpus paratisumus perdere. Verùm nõ apparet ꝙ ratione illius modi quem significent illa verba; sicut dilexi vos; Christus mandatũ hoc iã vocauerit nouum, quia & Ioannes Epistolæ 1. cap. 2. & in 2. Epistola cùm hoc nouum mandatum repetit ex Christi doctrina, tantum dicit, vt diligamus alteruttũ, nec addit, sicut & Christꝰ dilexit nos; quod tamẽ addendum erat. si hoc loco illa verba, sicut dilexi vos, pars sunt pręcepti noui, quod modo se Christus suis dare dicit. Et Dominus ipse mox subiicit: In hoc cognoscẽt omnes quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis adinuicẽ; nec addit; sicut dilexi vos. Vnde apparet ꝙ simpliciter illud; vt diligatis inuicem; debeat hic intelligi esse mãdatũ illud nouũ quod se suis dare Christus asserit, quãuis pręceptum hoc nõ de quauis sit intelligẽdum

dile

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilectione, sed de Christiana. Proinde videndum cur hoc præceptū dicatur à Christo nouū. Et quidem si Ioannis in Epistolis loca obseruentur, videbimus ob id dici præceptū mutuæ dilectionis, præceptum nouum, quòd cùm iam moribus hominū esset antiquatū, & Iudæi illud nimis imperfectè intelligerent, Christus nouus magister illud renouauit, iucukcauit, & absoluit, non tantū docendo, sed etiam ipso opere perfectissimè adimplēdo, & suis per cōmunicationem sui spiritus donādo, vt & illud ipsi præstare perfectè valeant. Et rursum quia pro variis legis Mosaicę præscriptis & cōstitutionibus, quæ hoc mādato antiquantur, vnicè & singulariter hoc mandatū Christus exigit. Ob hęc enim rectè mandatū hoc etsi vetus, & nō solùm in lege datum veteri, sed etiam ab initio cōditi hominis, tamen nouū dicitur & lex Christi peculiariter, de qua dixit Paul°: Alter alterius onera portate, & sic
1. Ioan. 2. adimplebitis legem Christi, præceptum scilicet dilectionis. Vnde Ioānes: Chariſſimi, inquit, non mandatum nouū scribo vobis, sed mandatū vetus, qđ habuistis ab initio. Mandatum vetus, est verbum quod audistis. Iterum mandatū nouum scribo vobis, quod verum est in ipso & vobis. Non nouum dicit hoc mandatum, sed vetus, quia traditū ab initio: Nouum tamen rursum, quia in Christo mādati huius renouatore verū est. Nemo enim illud plenius vnquam impleuit, cùm animā suam posuerit pro nobis inimicis, & quia in ipso datur vt idē sit in nobis verum, hoc est, vigeat in nobis minimè fucata, sed solida, officiosa, & ardens dilectio. Simili ergo modo mādatum hoc dicitur nouū, quo lex Euangelica dicitur noua, & spiritus Euāgelicus spiritus nouus, & testamētū Christi, dicitur nouū. Nam & testamentum hoc fuit ab initio, sed quia per Christum est promulgatum ac cōfirmatū post vetus testamentum, quod per illud antiquatur, ob id nouum dicitur. Sic enim & mādatum hoc, etsi semper ab initio fuerit traditum, tamē ante Christum nunquā ita celebratum est, neque tam ardēter, passim & perfectè vnquam homines exercuerunt mutuā inter sese dilectionem. Quod autē sequitur ī verbis Christi; sicut dilexi vos; additū est vt prouocatiuum ad obseruationē præceptę mutuæ dilectionis, per propositum exemplum Christi. Si enim Christus nos dilexit, & nos multo magis debemus alterum diligere. In hoc tamen exemplo proposito etiā simul indicatur & modus præceptæ nobis mutuę dilectionis qui suprà est indicatus, nimirū vt verè, efficaciter & spiritualiter nos diligamus mutuo, parati etiam animā pro fratrū ponere salute, si res popoſcerit. Quod verò sub iungitur, vt & vos diligatis inuicē, dupliciter potest accipi. Altero modo, vt sit repetitio propositi mādati, qua illud firmius Dominus suorum mētibus inculcare voluerit, & sit sensus: Mandatū nouum do vobis, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos, vt, inquam, sic etiā vos diligatis inuicem præcipio vobis. Similis repetitio est & postea in oratione Christi ad patrem, cùm orat pro fidelium vnitate, dicēs: Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Altero modo, verba illa coniungi possunt cum eo quod præcedit: sicut dilexi vos; vt significetur finis propter quem Christus se dicat illos dilexisse, & sit sēsus: sicut dilexi vos, propterea vt & vos diligatis inuicem. Sic enim D. Augustꝰ se significat intellexisse, cùm tractans hæc verba habet: Ad hoc ergo nos dilexit, vt & nos diligamus inuicē, hoc nobis cōferens diligendo nos, vt mutua dilectione cōstringamur inter nos.

IN HOC COGNOSCENT OMNES QVIA DISCIPVLI MEI ESTIS, SI DILECTIONEM.] Indicat hic oratio quare singulariter dilectionis mutuæ mādatum eis tradat, ac se in ea singulariter imitandum velit, nimirū quòd ipse primus suprēmā hominibus exhibuerit charitatem, & in tota pro hominibꝰ dispēsatione vnicè & singulariter suam erga homines cōmendauerit charitatem, quam proinde imitari debeant qui eius volūt haberi discipuli. Discipulus enim in eo magistrum maximè debet imitari, quod magistro est proprium. Dicit ergo: Si velitis haberi apud homines discipuli mei, ex hac re maximè cognoscētur omnes, vos esse discipulos meos, si vos mutuò viderint diligentes. Dilectionem enim mutuam ita propriè & eximiè ego primus verbo docui & exēplo, vt eā non ab alio didicisse & accepisse possitis videri quàm à me, & vt contrà non possitis videri mei discipuli, si ea destitutos viderint homines. Obseruanda autē diligēter nota, qua suos dicit Dominus agnoscēdos discipulos. Ioānis enim discipuli ex ieiuniis & vitę austeritate agnoscebātur: Phariſæorū discipuli ex vestitus genere & cęremoniarum quarūdā obseruatione: Philosophorum discipuli ex certa sententiæ cuiusdam opinione. At Christꝰ mutuæ dilectionis signo suos dicit agnoscendos, quòd hanc ipse maximè & exēplo docuerit & verbo, atque solus suis possit dare spectatoribus. Itaque hac nota in primitiua Ecclesia, agniti sunt discipuli Christi, cùm scilicet viderent eis esse cor vnum & animā vnam omniaq; eis esse cōmunia, adeo vt ob ideę terorū nemo auderet se illis cōiungere, vt dicitur in Actis Apostolorū. Sic & Tertullianus suo tēpore testatur agnitos Christianos, cùm ī Apologetico capite trigesimonono, explicans Christianorum disciplinam, totam eam constitisse declarat in dilectionis exhibitione, ita vt ob eam de eis dicerent Ethnici: Vide vt inuicē se diligāt, & vt pro alterutro mori sint parati. Fratres sese mutuo etiā tunc vocasse Christianos testatur. eosq; φ animo animaq́ue miscerētur, nihil de rei cōmunicatione dubitasse, omnia indiscreta fuisse apud eos præter vxores, cœnā frequētasse, quæ ἀγάπη Græca dictione, hoc est, dilectio dicerētur, in qua inopes quiq; inuarētur. Hac nota quoniā iam passim destituuntur Christiani, sit vt apud incredulos malè audiat nomē Christianorū, nec pro Christi discipulis apud eos habeātur qui illius volunt videri & haberi discipuli, cùm audiētes Christū suis charitatem maximè cōmendasse verbo & exēplo, cōspiciunt tamen apud Christianos principē cum principe regnū eum regno, ciuitatē cum ciuitate iugibus cōflictari bellis, ac inter priuatos insanissimas apud iudices tractari lites, & acres omnium inter se dequamlibet friuola causa digladiationes. Erāt alia quædā Christo propria & singularia, vt miracula, ac virtutes multæ: dedit suis certa quædā sacramēta, quibus ab aliis distinguerētur. At his omnibus nō dixit agnoscēdos suos discipulos, sed sola dilectione mutua. Miracula enim non omnium erāt futura discipulorū, sed nec tantùm eorū qui veri germaniq; ipsius futuri erāt discipuli. Siquidem supra quibusdam miraculorū operatoribus dixit se in nouissimo die dictu-
rum: Non noui vos. Sic & sacramenta non tātum vero

verorum futura erant discipulorum, cùm ea cum catholicis cōmunia habeant hęretici. Dilectio autē vt omnib. cōpetit Christi discipulis, ita & solis, omnium aliarū virtutum caput & origo, in Christo singulariter elucens. Ideoq; vera, ꝓpria, & certa hæc est verorū Christi discipulorū nota. Vnde doctè tractans hæc Domini verba scripsit Diuus Aug. Tanquam, inquit, diceret: Alia munera mea habent vobiscum nō mei, non solum naturā, vitā, sensus, tationem, & eā salutem quæ hominibus pecoribusq; cōmunis est, verùm etiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiā, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, & traditionē corporis sui vt ardeant, sed quoniā charitatem nō habent, vt cymbala cōcrepant, nihil sunt, nihil illis prodest. Non ergo in illis quamuis bonis muneribus meis, quæ habere possunt etiam nō discipuli mei, sed in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicē. Hæc ille. Hac nota distinguitur discipulus Christi à discipulo Moysis, quia, vt inquit Aug. breuis differentia legis & Euangelij est timor & amor. Hac nota dignoscitur omnis hæreticus & schismaticꝰ, vt qui sese à fraterna subtrahat dilectione. Hac cognoscitur nō tantum apertè malus Christianꝰ, sed & omnis hypocrita, cū charitate careat, quantumuis exterius præ se ferat multam sanctitatem.
Hac vt homines nos cognituros hic dicit Dominus, φ simus ipsius discipuli, ita & Ioannes dicit
1. Ioan. 3. nos cognoscere nosipsos. Filioli, inquit, mei, non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus φ ex veritate sumus. Proinde sicut optandum est vt hac nota Christianorum Ecclesia magis apud incredulos inclarescat ad gloriam nominis Christi, ita vnicuique curandum, vt per eam & sibi & aliis agnoscatur esse verus Christi discipulus.

DICIT EI SIMON PETRVS: DOMINE QVO.] Cùm audiret Petrus Dominum dicentem: Quò ego vado, vos non potestis venire, & præferuido quodā erga Dominum amore, cuperet semper adesse ei, doleretq; se ab illo separandum, alios præueniens Apostolos, qui ferè illi locum reliquerūt rogandi & respondendi omnium nomine, rogat quò sit iturus dūs, quasi omnino secuturꝰ si sciret quò esset iturus. Cui Dominus necdum quidem aperit quò esset iturus, sed tm repetit quæ prius omnibus dixerat, significans eum meritò illis cōtentum esse debere, nec de sua promptitudine nimis debere cōfidere. Addit tamen quod illius dolorem propter separationē mitiget & consoletur, cùm dicit: Sequeris autē postea. Cæterùm Diuus Cyrillus duplicē affert responsionis Domini sensum, quorum primus est vt significetur Petrum nō potuisse tunc Christum ad cœlos eūtem seq, secuturum autem postea, cùm supernæ ciuitatis ciuis factus, cum aliis sanctis regnaturus esset cū Christo, vt sit sensus, vado ad cœlos quò tu necdū potes cōscendere. Alter sensus est: vado ad mortē, ad quam sustinēdam tu necdum me potes seq, nempe φ necdum indutus virtute ex alto, mortis posset pericula cōtemnere, & terrorem eius penitus superare, quem accepto spiritu facile postea superauit. Vtrumq; hunc sensum cōuenit simul cōplecti hoc modo: Vado per mortem ad patrem, tu verò necdum me potes eò sequi, tum φ imbecilliot sis quàm vt mortem possis cōtemnere, tū φ necdum sit ordinatum à patre tempus implerum futura ēr

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simon Simon,magna de te præsumis,sed audi a- A liud.Ecce,satanas expetiuit vos.&c.Pro,expetiuit Græcis est ἐξῃτήσατο.Est autem Græcis ἐξαιτῶ, ꝓpriè exposcere aliquē ad pœnam aut torturā, qđ Latinis dicitur deposcere.Diuus Ambrosius loco prædicto, & diuus Cyprianus epistola quarta libri quarti,& Tertullianus libro de Fuga in persecutione, habent postulauit. Cribraret autem hic translatiuè positum est pro cōmoueret,cōcitaret, & tentationem impulsu agitaret, quemadmodū in cribro triticum agitatur & cōmouetur, cùm puluerē quis à tritico vult secernere.Vnde Diuus Cyprianus legit vexaret,Diuus Ambrosius cerneret, Tertullianus discerneret. Sensus ergo est: ꝙ B quemadmodum satanas,id est,aduersarius humani generis olim ad tentationes depoposcit Iob & impetrauit:ita etiam nunc flagitarit tētare,& tentationibus suis cōcutere & agitare Apostolos, qđ & impetrauit.Nunc qui hactenus, vt modò dixit Dominus,permanserant cum Domino in tentationibus ipsius, nunc derelicto Domino dispersi fugerunt.Hinc autem discendum, diaboli potestatem ligatam esse nō solùm ad nocendum,sed etiā ad tentandum,vnde & docemur à Christo Deum precari ne ipse nos inducat in tentationem,sed liberet nos à maligno. Porrò bene Dominus tentationem Apostolis inferendam cōparat cōcussioni tritici in cribro,non solùm ad significandum ten- C tationis grauitatem,sed etiam quia sicut triticum ex cōcussione cribri nihil lædituꝛ, sed purgatur à puluere,ita per tentationem Apostolorum collegio illatam, Iudas quidem tanquam puluis excidit & separatus est, reliqui verò tāquam triticum in cribro permanserunt in protectione gratiæ diuinæ,purgatiores facti per illam tentationē, nihil verò incōmodi ex ea diu cōtrahentes.Cessit enim ex Dei prouidentia hæc tentatio ipsis cōtra satanæ intentionem in bonum, quemadmodū & diuo Iob.Similis cōparatio est & Amos capite 9. cū Iudæorum dispersionem Dominus prædicit: Ecce,inquit,mandabo ego,& cōcutiam in omnibus gentibus domum Israel,sicut cōcutitur in cibro, & nō cadet lapillus super terram. Quo significa D tur,ꝙ quemadmodum cùm lapilli simul cū puluere cōcutiuntur in cribro, puluis quidem excidit, remanent autem lapilli: ita per cōcussionem populi Iudaici,omnes quidem peccatores,qui instar puluꝛis quem proiicit ventus à facie terræ leues sunt,perituri essent: seruandi autem iusti, qui instar lapillorum sunt graues virtute. Est & apud Ecclesiasticum capite 27. cōparatio desumpta à cōcussione tritici in cribro,sed ad longe alium finem accommodata,cùm dicitur: Sicut in percussura cribri remanebit stercus,sic aporia hominis in cogitatu illius.]In qua sententia quidam libri malè habent pro percussura,pertusura,cùm Græcis sit ἐν σεισμῷ,id est,in cōcussione:malè item pleriq; habent puluis,pro stercus,cùm Græcis sit κόπρια,quæ dictio propriè stercus significat, sed hic E accipi debet pro quisquiliis,& reiectamētis,qualia sunt furfures & paleæ.& est sensus: Quemadmodum in cribro cōcusso farina trāseunte remanent furfures, sic aporia , id est,angustia hominis remanet in cogitatione illius, quia in afflictione cōstitutus finit menti suæ elabi bona quibus fruitur,nec ea attendit aut in memoriam reuocat,sed tantum præ oculis habet mala quibus premitur, cogitatione ea semper reuoluēs. Sequitur in ver-

bis Christi:Ego autem,inquit,rogaui pro te.Et q- dem pro omnibus rogauit Dominus. Nā postea i oratione apud Ioannem dicit:Pater sancte, seruа *Ioan.17.* eos in nomine tuo. Pro Petro tamen singulariter se dicit rogasse,tum ꝙ ille grauius erat tentandus & lapsurus,tum ꝙ ille aliorum erat à Christo cōstitutus caput, per quem alij erant confirmandi, vnde oratio pro illo redūdabat etiam in alios. Rogasse autē se dicit pro Petro, non vt nō cōcuteretur à satana,quemadmodum ille postulauerat. Id enim in bonum Petri,Apostolorum, & nostrum, satanæ Deus permissurus erat,sed vt nō deficiat, inquit,fides tua,illa scilicet ob quam te olim beatum pronunciaui, ob quam te petram appellaui, super quam ędificaturus essem Ecclesiam meam, cōtra quam portæ inferi nunquam essent præualituræ.Vt,inquam,hęc tua fides,etsi tentationum procellis agitata vacillet,nō tamen deficiat. Qua in parte Christus,quē pater semper audit,exauditus est pro sua reuerētia.Nā etsi ore Petrus Christum negauit, fidem tamen semper in corde seruauit:aut si ad tempus etiam fidem perdidit, non tñ ea defecit,quia mox eam recepit.Et quidē satanas nō alia ratione postulauit tentare & cōcutere Apostolos, quàm vt Petri aliorumq; deficeret fides, eaq; deficiente rueret Ecclesiæ ædificium, qđ super Petrum & alios Christus erigere moliebatur: vt autem suam nō assequeretur intentionem , Christi nobis impetrauit oratio, lōge apud patrem efficacior quā possit esse postulatio satanæ,quātumuis iustis munita rationib.vt ꝓinde eius ꝓ nobis intercessione magis cōfidere debeamus,quā satanæ cōtra nos accusationē formidare. Quo autem Petrus intelligeret orationem ꝓ se factam etiā ad alios redundare, nec cæteri se à Domino neglectos arbitrarentur, subiecit: Et tu aliqñ conuersus ,vi scilicet orationis meæ pro te fusæ, confirma vicissim fratres tuos in fide,& speueniæ impetrandæ.Quibus verbis manifestè satis Christus Petrum cæteris præficit. Notandum tñ ꝙ nō dicit,subditos tuos,sed fratres tuos,officiūque Ecclesiastici præpositi significat esse non dominari,sed cōfirmare in bono imbecilliores,ac salutis eorum curā agere,cū dicit:Confirma. Cùm autem Petro tanquam Apostolorum & Ecclesiæ totius capiti dictum sit: Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua,hinc pleriq; patres recte intellexerunt hanc Christi orationem etiā pertinere ad totam Ecclesiam, atq; peculiariter etiā ad cathedram Petri,quæ nunc est in Ecclesia Romana,intelligentes virtute huius orationis,totam Christi Ecclesiam nunquam defecturam à fide , imo nec Ecclesiā illam particulaꝛē in qua est cathedra Petri, & legitima Episcoporum à Petro successio , ꝙ nunc est in Ecclesia Romana. Quod enim Petro dictum est,ad totam Ecclesiā nō pertinet,nisi ratione cathedræ & Ecclesiæ Petri , ꝙ in tota Ecclesia primatum obtinet. Sicut qđ Petro supra dictū E est:Tibi dabo claues regni cœlorum,in Petro toti etiā dictum est Ecclesiæ,ꝙ in Petro claues illas accepit,sed ratione Cathedræ Petri quæ eas habet à Petro claues per successionem. Hinc D. Bernardus cōtra errores Petri Abilaiardi, in Epistola ad Innocentium papam:Oportet,inquit,ad vestrum Apostolatum referri pericula quæque & scandala in regno Dei,ea præsertim quæ de fide contingunt.Dignum namq; arbitror ibi potissimum resisteri damna fidei , vbi non possit sentire fides

defectum.Cui enim alteri sedi aliquando dictum A est *Ego pro te rogaui Petre,vt non deficiat fides tua?* Hæc ille,cuius sententiam in his Christi verbis longe ātè intellexit & D.Cyprianus , epistola tertia libri 1.sic scribens Cornelio de hæreticis,Nauigare audent,& ad Petri Cathedram atque Ecclesiam principalem,vnde vnitās sacerdotalis exorta est,à schismaticis & profanis literas ferre,nec cogitare eos esse Romanos,quorum fides, Apostolo prędicāte laudata est,ad quos perfidia non possit habere accessum.Item Hieronymus aduersus Ruffinum:Romana fides Apostolico ore laudata,non recipi cōtra fidem vllas præstigias, etiāsi Angelus aliter ānunciet quàm semel prædicatū est.Patet ergo, patres intellexisse ex his Christi verbis,singulare priuilegium cathedræ Petri & Ecclesię Romanæ,proqua quā efficax hactenus fuerit Christi oratio,ipsa docet experiētia cum omnibus aliis Apostoli- B cis ecclesiis à fide dilapsis,hæc sola in fide quā ab Apostolis accepit perseuerat.Vnde Lucius ille gloriosus martyr & pōtifex ante annos mille & circiter trecētos,ad consulta occidētaliū per Gallias & Hispanias Episcoporū ex authoritate sedis Apostolicæ respondēs,post explicatam de omnibus eiusdem sedis sententiam,subiūgit in hæc verba: Hæc sancta & Apostolica matet omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia,per omnipotentis Dei gratiā,à tramite Apostolicæ traditionis nunquā errasse probatur,nec hæreticorū nouitatibus depraua ta succubuit,sed vt in exordio normā fidei Apostolicę per- C cepit ab authorib. suis, Apostolorū Christi principibus,illibata fine tenus manet,secundùm ipsius Domini saluatoris nostri diuinā pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est Euangelijs: *Petre*,inquiens,*ecce satanas expetiuit vt cribraret vos sicut qui cribrat triticum , ego autem pro te rogaui ne deficiat fides tua.* Hęc ille,post quē ea- *Luce 22.* dē habet & Agatho pōtifex in epistola quā scribit contra Monothelicā hęresim ad Cōstātinum imperatorem,& Heracleum,ac Tiberium Augustos. Cùm autem quæ per Petrum ad Romanā pertinēt Ecclesiam non pertineant ad eam nisi ratione eius qui in sede Petri legitimè succedit petro,sicut claues regni cœlorum non habet Ecclesia Roma- D na,nisi in eo qui Petro in ea succedit Ecclesia:hinc nō inefficaciter quidā colligunt ex Christi verbis secundùm patrum intelligentiā acceptis, nunquā etiam à fide defecturum eum qui legitimus fuerit Petri in sede ipsius successor,vt cuius sit, secundū Christi pręceptū,fide in hominibus per hęreticorum doctrinā deficiente,confirmare fratres suos. De qua re qui exactam requirit disputationem,legat Albertum Pighium lib.4.Ecclesiasticę Hierarchiæ, vbi validè contra quorūdam calumniam ostendit,nullum vnquam Romanum pōtificē fuisse E hæresiarcham aut hæreticum,& argumentū Canonistarū declarat esse inefficax,quo ex ca.Si papa dist.40.colligunt pontificem posse errare in fide,quia in eo capite dicitur,quòd pontifex cūctos iudicaturus,à nemine est iudicandus,nisi fortè deprehendatur à fide deuius,cùm cōditionalis nihil ponat,nec affirmet.

[ET TVNC DICIT ILLIS IESVS:OMNES VOS SCANDALVM PATIEMINI,&c.] Conuenienter prædictis Lucæ verbis subiicitur hæc ex Matthæo & Marco Domini verba. His enim iam aperte denunciat Dominus,Apostolorū fidem,propter diaboli tentationem , defecturam aut vacillaturam,quod superioribus verbis significare voluit. Cùm ergo dixisset diabolum petiisse & impetrasse tentationem Apostolorum,his nūc verbis declarat cur id dixerit , & qualis sit futura illa tentatio, ac quādo. *Omnes*,inquit , *vos scandalum patiemini in me* , hoc est , propter ea quæ in me fieri videbitis,à fide deficietis , aut in ea vacillabitis,idque non longo pōst tempore, sed in hac ipsa nocte. Vt autem minus discrederent,aut contradicerent huic prædictioni Apostoli, atque vt minus propter istud turbarētur,hoc ipsum quòd euēturum erat,inscripturis prędictum esse ostēdit. *Scriptum est enim*,inquit,*Percutiam pastorem*,&c. Desumptum est autē hoc testimonium ex Zachariæ 13. vbi sic legimus : Phramea susciture super pastorem meum,& super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum : Percute pastorem , & dispergētur oues.Pastor Domini bonus, Christus est;idem & vir cohærens Domino,aut,vt Hebræa habent,proximus illi est , quia ei consubstātialis, & dilectus filius. Quòd autem gladio Dominus iubet vt super hunc excitetur , & eum percutiat, significat ex Dei voluntate persecutionē cōtra eū mouēdam,in qua ipso detēto & iam percusso, dispersi fuerunt pastoris huius oues,nempe Apostoli,qui omnes fugerunt,ipso solo inter hostiū manus relicto.Itaque quoniam huiusmodi ad gladiū facta iussione nihil aliud significatur,bene nominus siue Euāgelista sensum potius quàm verba referens , scriptum dicit ex persona Dei : *Percutiam pastorem*,&c. Ne autem dispersi Apostoli desperarent,& ob fugam putarent se non recipiendos rursum in Christi gratiam,promittit se post resurrectionem suam venturum ad illos. *Post quam*, inquit *resurrexero, præcedam vos in Galilæam.* Magna consolatio,quod se dicat pręcessurum,quasi dicat: Antequam vos fugientes redeatis in Galilæam patriam vestrām,ego illuc ibo videndus à vobis,vosque excepturus.In Galilæam autem se videndum prędicit,tum vt à timore Iudęorum liberati crederent ei quod dicebatur : tū quòd ibi plures quàm in Iudæa Dominus haberet discipulos , quibus se videndum palam exhibere voluit,vt infra dicetur. Obseruanda autem hic mira Domini lenitas.Moriturus ibat pro Apostolis,& tamen ob instantem eorum fugam nō illos seuerè & amaro animo increpat, & insuper suā illis post fugā promittit benignitatem.Cæterùm Petrus ex magno erga Dominum amore,alienum planè à se putās,vt Christi periclitantis iam causa, offendiculū paterētur, *Et si*,inquit , *omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor*,triplici nomine per indiscretionem peccans:quia scilicet Domino cōtradixit , & quia aliis sese prætulit , & quia de se nimis præsumpsit,non attendens suam fragilitatem. Quonia autē ex amore proficiscebatur huiusmodi assertio,nō seuerè illū Dominus redarguit, quia tamē plus de se quā de aliis præsumpsit, magis etiā aliis scandalizandus prædicitur. *Amen*,inquit, *dico tibi , quia tu hodie in nocte hac antequam gallus cantet, ter me negabis.* Circa quæ verba ex Marco oritur nōnulla difficultas. Cùm enim tres Euangelistæ asserant Dominū dixisse. Petrum se ter negaturū antequā gallus cāteret:Marcus dicit:antequā gallus bis vocem dederit , quod quomodo postea sit impletū,Marcus in sequētibus distinctè enarrauit, ex quo consequitur,Petrum non ter ante galli cā- tum Dominum negasse,vt dicunt tamē tres Euā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelistæ. D. Augustin. hanc tractans difficultatē lib. 3. de consensu Euang. sic eā putat dissoluendā, vt dicātur tres Euāgelistæ dixisse trinam Petri negationē futurā ante galli cantum, quia ante illā cœpta fuit, & in ipso etiā animo consummata, vt sic sit dictū, *ter me negabis*, quomodo si alicui diceretur: Antequā cantet gallus, ad me scribes epistolā, in qua mihi ter cōuicieberis. Id enim vere quis dixerit, etiāsi epistola nō fuerit absoluta ante omnem cantum galli, sed ante cātum galli inceepta, post eum finiatur. Verūm hanc solutionē non esse conuenientē ex eo patet, quòd tres illi Euāgelistę, qui dicunt Dominū dixisse Petrum negaturum se ter, antequam gallus cantaret, postea ostēsuri impletā fuisse Domini prædictionē, omnes tres Petri negationes narrāt ipso opere impletas, priusquā natrent gallum cecinisse: vnde patet eos in illo sensu accepisse quòd nunc dicunt Dominū dixisse Petrum ter se negaturū ante galli cantū, quia ante eū erat cōsummāda. proinde omissis aliis rationibus quibus quidā studēt cōciliare Euāgelistas, dicendū est, tres Euāgelistas de illo loqui cātu galli, qui ab hominibus maximè solet obseruari, à quo scilicet vltima noctis pars, quæ quarta olim dicebatur vigilia, dicitur galliciniū. Duab. enim potissimum vicibus galli in nocte canere cōsueuerūt. Semel non diu post mediū noctis, & secūdò cū iā adhuc duę aut tres vel circiter noctis horę supersunt, quando in cantu perseuerāt vsque ad tēpus quod cōticiniū dicitur, à quo secundo cantu quarta noctis vigilia dicitur galliciniū. Marcus itaq; rei in Petro gestæ, vt ab ipso Petro audierat, accuratā præscribēs historiā, vtriusque cantus galli meminit: cuius meminit & Iuuenalis satyra nona, dicēs:

Quod tamen ad centum galli facit ille secundi,

Proximus ante diem caupo sciet: per cantū galli secundi intelligens secundū cantum galli & per hoc describere volens tempus illud quod galliciniū dicitur. Reliqui verò tres Euāgelistæ posteriotis tātùm cantus galli meminerūt, vt qui sit præcipuus & à quo pars noctis dicatur galliciniū: proinde idē ab omnibus est significatū, nempe ter Petrū negaturum ante tēpus illud noctis quod gallicinium dicitur, quod tēpus secundū cōmunē quidē loquēdi modum, simpliciter notatur per galli cantum: secundùm accuratiorē verò loquēdi rationē, notatur per secundum cātum galli. Ex prædictis & ex sequēti narratione Marci patet, q̄ cùm hic dicitur apud eum, *priusquam gallus bis vocē dederit*, illud, *bis*, accipiendum esse pro duabus diuersis vicibus & tēporibus non autē simpliciter, vt duplicatum significet sonū. Cum emphrasi autē apud Marcum dicit Dominus Petro: *Tu hodie, Tu*, inquit, singulariter, qui præ aliis te singulariter putas cōstantiorem, nō quidem post aliquot dies, sed, hodie, imò in nocte præsenti, idque etiā diu ante finem eius, nimirum ante gallicinium, præterquā quòd cum aliis me derelicto fugies, etiam negabis, idque nō semel tantùm, sed ter in tam breui temporis spatio. Quomodo autem Petrus Dominū erat negaturus, explicatur in Luca cùm dicitur: *donec ter abneges nosse me*, id est, donec abneges quod tu nouēris me: Dixit enim: *Non noui hominem*. Cæterùm vt bene Dominus nocti tribuit scādalum discipulorum, & Petri negationem, quòd nocti conueniant peccata & errores: ita bene finem negationum imponit in cantu galli, quòd per hunc lux annunciet instare, & homines à somno excitētur, vt quo signo monentur homines surgere à somno, eodem & Petrus moneretur agnoscere suum errorem. Petrū autē præ aliis Dei prouidentia cadere grauius erat permissura, iusto quidem iudicio, nimiram quia de se nimis præsumendo aliis se prætulerat, sed tamē propter bonū aliquod, nempe vt disceret Petrus, & nos in illo, quātæ sit temeritatis hominē cōfidere in seipso, quāmque necessariū sit Dei implorare gratiā, sine qua nostra dilectio & propositum nō possit vel ad breue tempus perseuerare. Et rursus, vt qui aliis erat præferēdus haberet vnde magis humiliaretur, & ex seipso disceret alienæ cōpati & condescēdere infirmitati. Cū autē Petrus autoritate sui Domini, cū solita sua asseueratione prædicentis trinā sui negationē, conturbari & humiliari debuisset, tamen testimonio suę cōscientiæ nimis confisus, vehementius etiā Domino cōtradicere perseueranit, eiusq; constantiā & alij fuit imitati discipuli, nolētes illo videri inferiores. Qua re factū est, vt deinceps de se modestius sentirēt Apostoli, & à Dei magis pēderēt gratia, Christiq; in eę benignitatē magis admirarētur & amarent. Mira enim hic Christi rursum eluxit lenitas, quòd tam patienter Petrum & alios pertulerit cōtradicentes semel & iterum sibi, licet etiā scripturis & solita sua asseuerationę (nempe, Amen dico vobis) cōfirmaret quod diceret, quòdq; post resurrectionem suam huiusmodi cōtradictores suos & contra fidē datam desertores tam benignè inuiserit & receperit. Ex cuius exemplo discēdum nobis vt ne contra contradicentes nobis simus contentiosi, & vt aliorum infirmitatem benignè feramus.

ET DIXIT EIS: QVANDO MISI VOS SINE SACCVLO ET PERA, &c.] Pergit dominus Apostolis prædicere mala sibi & ipsis immminentia, aduersus ea volens illos esse munitos. Itaque significans alium fore iam rerum statum, quā in quo hactenus secum vixissent, Quando, inquit misi vos ad prædicandum sine sacculo ideſt, loculis, in quibus reponeretis pecuniā, & sine pera in qua reconderetis cibum, & sine calceamentis, nūquid aliquid defuit vobis rerum necessariarū? At illi dixerūt: *Nihil*. Dei enim benignitate, omniū rerum affluentia eis vberrimè parabatur. Quod autem subiūgitur à Domino respōsum, habet multā obscuritatem: *Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram*, &c. Pro cuius loci vero sensu assequendo, primum sciendū, malè quosdam in priori sentētia verbum, *tollat*, coniungere cum sequentibus. vt sit sensus: qui habet sacculum, tollat præter sacculum etiam peram. Coniungēdum enim est cum præcedēti in hunc sensum: Qui habet sacculum, tollat eum: similiter & perā qui habet, tollat eam. Cæterū ob ambiguitatē verbi, *tollat*, bifariam hic locus intelligitur. Quoniam enim in secunda sententia, cùm dicitur, *& qui non habet*, videntur repetendi illi accusatiui, qui in priori sententia addebantur verbo, *habet*. Hinc quidam intelligit hic præcipi, non vt sacculum & peram secum nūc ferant, sed vt tollant ea vendenda, quò eorum pretio ematur gladius. Quòd si nihil horū adsit, vel tunicam potius pro parando gladio vendant. Verūm hæc acceptio verbi, *tollat*, non videtur conueniens, quòd ex ipso modo loquēdi omnino videatur significari Dominū nunc suis ob temporis diuersitatem permittere aliquid quod prius prohibuerat. dicit enim per aduersatiuam cōiunctionē:

Sed nunc qui habet. Quasi dicat: Tunc qui habebat, nō poterat tollere: nūc verò qui habet, tollat, hoc est, secū ferat. Cui sensui cōuenit quod in missione Apostolorum supra eodem verbo Lucas est vsus, dicens: *μηδὲν αἴρειν*, ideſt, nihil tuleritis in via, neque perā, neque pecuniam, &c. Secundùm hūc autem sensum, quo tollere hic accipitur pro secū ferre, in secūda sententia ad verbū *habet*, non possunt repeti accusatiui, sacculum & perā, sed subaudiēdus est accusatiuus, gladium, qui postea perhyperbatō additur verbo, *emat*, vt sit sensus: Nūc qui habet loculos & peram, tollat ea secum: & qui nō habet gladiū, vendat tunicam suam, vel potius pallium suum, (est enim Græcis ἱμάτιον) & emat illū. Secundùm hanc loci huius constructionem, & acceptionem verbi, *tollat*, intelligitur cōmuniter, Dominum priori sententia suis nūc permittere ob diuersitatem instantis temporis locul orum & perę vsum priùs illis interdictū. Sed tum difficultas nō parua exurgit, quomodo in posteriori sentētia eis permittit vsum gladij. Nā quòd Lyra & alij quidā intelligunt Dominum voluisse significare licitam esse Apostolis defensionem moderatam tempore persecutionis, planè videtur nō congruere Euāgelicę doctrinę, qua suprà docuit Dominus suos tam à vindicando aut defendendo se armis debere esse alienos. vt percutienti vnam maxillam potius debeant prębere alteram. Non cōgruit item ei, quòd postea Petrum gladio defensionem parantē seuerè Dominus corripuit, iubens recondi gladium in vaginam. Tolerabilior est Venerabilis Bedæ intelligētia, qui intelligit Dominum suis præcepisse vt emerēt gladium, non tā vt eo vterentur, quàm vt declararet paratam sibi esse contra Iudæos defensionem si ea vti voluisset: noluisse autem ea vti, vt ostenderet se voluntariè captū & passum, & ob id Dominum Apostolis dicentibus duos esse gladios respōdisse, *satis est*, quòd duo hi gladij sufficerent ad testimonium spōte passi saluatoris, eo quòd vnus Apostolus audaciam pro Domino certādi & Domino virtutem medicandi doceret inesse: alter, qui nequaquam vagina exemptus, ostenderet eos nec totum quod potuerunt, pro eius defēsione facere permissos. Quam intelligentiā verisimile est Bedam sumpsisse ex D. Ambrosio, qui sic habet. locum hunc tractans, & vario eum modo versās: O Domine cur emere me iubes gladiū, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis quē vetas promi? nisi fortè vt sit parata defēsio, & videaris potuisse vindicari, sed noluisse. Cæterùm quoniam Euāgelicæ perfectioni non conuenit vt intelligātur Dominus suis iā permittere moderatū gladij vsum, & frigidum nimis videtur in eum tantū vsum quē Beda intelligit, dominum iam requisisse gladij emptionem, quidam priorem secutus verbi, *tollat*, acceptionē, intelligit Dominum hic loqui de gladio spirituali, qui est verbum Dei, vt significauerit Dominus nunc gladium Euāgelicę doctrinę omnino parandum, diuenditis loculis & pera, imò etiā, si hæc desint, diuendito pallio. De gladio verbi Dei locū hunc posse accipi indicat etiā D. Ambrosius simul etiā indicās accipi posse de gladio martyrij. Est, inquit, gladi' spiritualis, vt vēdas patrimoniū, emas verbum quo nuda mētis penetralia vestiūtur. est etiam gladius passionis, vt exuas corpus, & immolatę carnis exuuiis ematur tibi corona sacri martyrij, quod ex benedictionibus Dominicis colligere potes, qui summā omnium coronarum, si quis persecutionem patiatur pro iustitia, prædicauit. De hoc posteriore gladio locum hūc accipiendū probat Ambrosius ex sequētibus Christi verbis, subiiciēs hoc modo: Denique vt scias quia de passione locutus est, ne turbaret discipulorū animos, de se exemplum protulit, dicens: *quoniam hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: Quòd & cum iniustis deputatus est*. De gladio tamen verbi Dei potius accipiendum alia colligit ratione, subiiciens: Mouet tamen adhuc quòd duos gladios discipuli protulerunt, ne fortè vnum noui, alterum veteris testamenti, quibus aduersus diaboli armamur insidias. Denique dominus: *Sat est*, quasi nihil desit ei quem vtriusq; testamenti doctrina munierit. Hæc D. Ambrosius, inquirendo potius quàm quicquā asserendo, ex quo verisimile est quidem hausisse singularem illum suum de gladio spirituali intellectum, quem in Annotationibus prolixè nititur statuere. Sed præterquam quòd suprà ostendimus verbū, tollat, non accipiendū vt hic sensus præsupponit, etiā aliis rationibus hic sensus nō videtur conuenions, nempe quia huic sensu parū conuenire videtur subiuncta à Domino ratio: *Dico enim vobis*, &c. & quia etiam priùs cùm mitteret eos dominus sine sacculo & pera, ideo sacculi & peram abiici voluit, vt gladiū doctrinæ haberent paratiorem, vnde non aliud significabitur iam faciendū quàm olim erat factum, cùm tamen verba Christi planè significent iustātia tēpora aliud requirere, quàm præcedentia. D. Basilius interrogatus, quo pacto nūc quidem portare sacculum & peram aditer prohibet, nūc verò dicit: *Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium*, facileu indicat huius loci tractationem, sic respondens, vt est inter quęstiones compendio explicatas, quæstione 251. Hoc declarat idem Dominus, dum ait: *Oportet enim adhuc hoc perfici in me: Et cum iniquis reputatus est*. Statim enim postquam cōpleta fuit prophetia de gladio, dicit Petro: Cōuerte gladium tuum in vaginam suam. Omnes enim qui gladium accipiunt, gladio peribunt, vt non sit præceptum: *Sed nunc qui habet sacculum, tollat*: aut tollet (sic enim multa exemplaria habent) sed prophetia prædicētis Domini, quòd Apostoli obliti donorū & legis Domini, etiam gladio vti auderent. Quòd autem imperatiua sermonis specie pro prophetica sępe vsa est scriptura, ex multis locis manifestum est, velut est illud: Fiant filij eorum orphani. &: diabolus stet à dexteris eius. Et quæcunque talia. Hæc ille, cuius tamē explicatio nō videtur etiam sufficere, quòd non constet, nec sit verisimile, discipulos id fecisse quod secundùm hunc intellectum Dominus prædicit eos facturos, vendita scilicet tunica gladios sibi emisse. Proinde simplicior, & intentioni Domini cōuenientior est, ea huius loci tractatio, quā satis indicat D. Chrysostom' homil. 85. in Matthęū, & post eum Theophylactus in Lucā, vt scilicet intelligatur Dominum dum nunc iubet sacculū, perā & gladium tollere, nihil aliud significare voluisse, quàm acerbissimā instare persecutionē, qua nō solùm rebus necessariis illos spoliare aduersatij essent conaturi, vt videri posset op' ipsis esse & sacculo & pera; sed etiā eam vim intentaturi, qua tāta gladij necessitas videri posset, vt humano iudicio consultum videretur etiam vestibus distractis arma sibi comparare. Theophylactus Chrysostomum secutus, addit hoc sermone Dominū signi-

Psal. 108 ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficare etiam voluisse, tempus tale instare, quod requireret vt non sicut hactenus toti penderēt à se, sed etiam proprio vterentur studio, sibiq; cōtra famem, nuditatem & persecutiones sua etiā cura & prouidentia munirent, quòd ipse qui hactenus eorum curam gesserat, iam esset abiturus. At simplicius fuerit intelligere, Christum tātùm significasse, magnum adeò illis impendere periculū, vt si quis præsidiis humanis vti voluisset, nihilo cōsultius facere potuisset quàm tollere sacculū & petā, gladiumq; sibi parare vel vendito pallio. vt hic sit sensus sermonis Christi: Antehac, cùmme præsentem habuistis, ita molliter & cōmodè per patris vixistis indulgētiam, vt nihil omnino vnquā vobis defuerit, non solùm cū lateri adhæreretis, sed & cùm sine omni viatico, destitutos armis & commeatu, ad prædicandum vos ablegaueram: post hac alia viuetis ratione, ei scilicet obnoxij persecutioni, vt summam quis putet necessitatem & sacculum tollere & peram, imò & gladium, eūq; si de sit, parare vel vendito pallio. Auferar enim tā à vobis, & in me primò diriſſima desīgnari videbitis. Non ergo suis Dominus iā vel victus, vel defensionis curam restituere voluit: quam antè diligētet adeo docuerat patri committendam, sed figurato sermone, quali sæpe Dominus vtebatur, tātùm imminētia tum sibi, tum Apostolis mala voluit significare, quo ad ea fortiter ferenda sese præpararent, & intelligerent postea Dominum spōte adiisse passionem, vt qui mala sibi imminētia prægnouit & prædixit. Simili modo loquitur Ieremias: Contemplamini & vocate lamentatrices, vt
Ierem. 9. veniant, & ad eas quæ sapiētes sunt mittite, festinent, & assumāt super nos lamentum. Non enim his verbis Propheta vult aduocari illas mulieres, sed luctum instare docet, ad quem excitādum tales adhiberi solent. Obscurius autem locutus est Dominus, permittens Apostolos aliquādiu in eo detineri errore vt putarēt ipsū requirere gladios ad defensionem, vt dum hac ratione illa postea accēderentur ad defensionē, Dominus & ipsis & Iudæis efficacius declararet se spōte adire passionē, & è suorū animis eximeret certius omnē vlciscendi affectum, increpando seuerè Petrū accensum ad defensionem, & potēti sua benignitate sānando eum qui à Petro læsus fuerat. Huic sensui probè conuenit subiuncta à Domino dictorum
Luc. 22 ratio: *Dico enim vobis, quia adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis reputatus est.* Quod in Christo impletum est, quando tanquam facinorosus, captus est, vinctus, flagellatus variisque contumeliis affectus, sed maximè quādo inter duos latrones medius in cruce pependit. Tūc enim Marcus postea dicit hāc impletā fuisse scripturam. Cùm autem discipuli non intelligentes quorsum Dominus gladios requireret, duos adesse gladios dixissent, quos secundū Chrysostomū tunc habebant Apostoli, quia illis vsi fuerant ad immolationem & diuisionem agni; respōdit Dominus: *Satis est*, aut ironicè locutus, quasi dicat, quia duo sunt, multi sunt & omnino sufficiūt nobis contra multitudinē quæ veniet cōtra nos. Aut simpliciter amputans sermonis progressum, quod videret eos non assequi intentum sensum, quē ob causas dictas necdum eis explicandum censuit, vt sic iam respōderit Dominus: *Satis est.* Quomodo & nos, si quando cum quodā cōuersantes, videmus eum nō intellexisse quod dictū est, dicimus: Bene, dimitte. Vide Theophylactum. Sūt autē qui abstrusiore intelligentia intelligunt ideo dixisse Dominum: *Satis est*, quòd Ecclesiæ suæ duo sufficiant gladij, spirituālis scilicet, & corporalis.

SERMO DOMINI POST COENAM. Ioan. 14. CXXXIIII.

NON turbetur cor vestrū: creditis in Deū, & in me credite. In domo patri mei māsiones multæ sunt. Si quo minus, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero vobis locū, iterū venio, & accipiā vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado scitis, & viā scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis, & quomodo possumus viā scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrē, nisi per me. Si cognouissetis me, & patrē meū vtique cognouissetis, & amodò cognoscitis eū, & vidistis eū. Dicit ei Philippus: Domine, ostēde nobis patrē, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tāto tēpore vobiscū sum, & non cognouisti me? Philippe, qui videt me, videt & patrē. Quomodo tu dicis, Ostēde nobis patrem? Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autē in me manēs, ipse facit opera. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet, quia ego ad patrē vado, & quodcūque petieritis in nomine meo, hoc faciā, vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciā. Si diligitis me, mādata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paracletū dabit vobis, vt maneat vobiscū in eternū, spiritum veritatis quē mundus non potest accipere, quia nō videt eū, nec scit eū. Vos autem cognoscitis eū, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Nō relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicū, & mundus me iā non videt. Vos autē videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mādata mea & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autē diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligā eū, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonē meum seruabit, & pater meus diligetur eum, & ad eum veniemus, & māsionē apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermonē quē audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manēs, Paracletus autē Spiritus sanctus, quē mittit pater in nomine meo, ille vos docebit oīa, & suggeret vobis omnia quecunq; dixero vobis. Pacē relinquo vobis, pacē meā do vobis: non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos.

ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, vt cùm factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

ET AIT DISCIPVLIS SVIS: NON TVRBETVR COR VESTRVM, &c.] Posteaquam suis Dominus suum prædixisset abitū, & formam vitæ inter sese mutuò seruandā præscripsisset, restabat tertio & quarto loco vt mœstos cōsolaretur, & cōtra imminētia eos muniret mala. Hęc ergo sūt in quibus ferè consistit sequēs apud Ioānē tribus capitibus sermo. Variis enim eos cōsolatur rationibus, promissione scilicet paratarum in cœlo māsionū, promissione exaudiēdarum orationum, promissione paracleti ad eos mittendi, ac sui ad eos reditus: quare hortatur vt mœrore, timore, ac turbatiōe depositus, in fide & dilectione nominis sui fortiter perdurēt & perseuerent, quò possint earum promissionū fieri participes. Tum & de persecutionibus eis obuenturis disserit, atque ad eas ferendas ipsos præparat: variis item rationibus exemplo scilicet sui, & quo eas perpessuri essent propter nomē suum: pollicitatione item spiritus paracleti qui eos cōfirmaturus esset, promissione etiam gaudij quod afflictiones est secuturum. Et quidem quæ modò prolixè disseruit Dominus, non multum profutura erāt discipulis nocte illa, in qua omnū mox obliti terga dederunt, profutura tamen illis erāt secututis temporibus, nec illis tātùm, sed & omni posteritati. Valet enim multum hic sermo ad fidei, spei & charitatis in nobis ædificationem & prouocationem, vt & nobis sit obseruandus tanquam non solis dictus Apostolis, sed & nobis. Imprimis ergo dicit suis Dominus: *Non turbetur cor vestrum.* Variæ enim erāt Apostolis nunc turbationis occasiones, nimirum & quia audierūt suum Dominum abiturum, nec se tamen eum sequi posse, & quia audierunt Petro sibiq; omnibus prædici scandalum quod mox in ipso essent passuri, & quia audierūt instare tempora periculosa & mala, quæ etiam gladios requirerēt. Cōtra omnes has turbationis occasiones dicitur: *Non turbetur cor vestrum*, neque mœrore scilicet, neq; timore. Qua ratione autem turbatio pelli possit & superari, indicat cum subiicit: *Creditis in Deum, & in me credite.* Circa quam sententiā notandū, quòd pro *creditis & credite* ex iis est vtrobique vnum & idem verbum πιστεύετε, πιστεύετε, quod verbum anceps est, cùm possit esse indicatiui vel imperatiui modi. Proinde quadruplex hic posset esse sensus, potissimùm tamen duplex. Quidā enim vtrūque verbum accipiunt imperatiuè hoc modo: *Credite in Deum, & in me credite*, vt iubeantur & in Deum & in filium credere, quò per huiusmodi fidē vincāt cordis turbationem. Sic enim accepit D. Cyrillus, quamuis in cōtextu legatur: *Creditis in Deum.* Habet enim in Cōmentario ad hunc modum; Sed illud apprimè considerādū. Iussit enim & in Deum credere, nō quia ipse aliud à Deo vero sit, &c. Alij prius verbū accipiūt indicatiue, & secūdū imperatiuè, vt habet noster interpres, quomodo & Augustinū intellexisse patet ex eius cōmentario, quamuis in cōtextu apud eū legatur, *Credite in Deum.* Habet enim sic: Consequēs est enim, vt si in Deū creditis, & in me credere debeatis, quod non esset consequens, si Christus nō esset Deus. Intelligit ergo D. Augustinus hac omni sententia significari, cōsequens esse vt si credāt in Deum, credere debeant & in filiū, quod non significatur nisi legatur indicatiuè *Creditis in Deum.* Tūc enim sensus est: Si verè creditis in Deū, credite etiā in me, alioqui nō verè creditis in Deū: quēadmodū Iudæi cùm nō credāt in me, nec verè credunt in Deum, quamuis id sibi persuadeant. Cùm autem fides in Deum significetur esse ratio credēdi in Deum: manifestè satis, quemadmodū colligit Diuus Augustinus, hic Dominus significauit se esse Deum. Alioqui enim non esset cōsequens, vt qui credit Deum, credere debeat & in ipsum. Exigit autem Dominus cum fide in Deum, etiam fidem in se, tum vt sequentibus suis promissionibus, quibus eos consolari studet, fidem habeant, tāquam eius qui mentiri nequit: tum vt fiduciā suā in ipso collocent, sicut in Deo collocant, qua fiducia & fide omnem facilè animi turbationē omniaque mala superare possent, & participes fieri promissionum illius. Nō enim cùm fidem in se exigit, simpliciter eam fidē requirit, qua credatur esse Christus filius Dei, & verax in suis sermonib. sed & qua fiducia in se collocetur, tāquam eo qui etsi secundùm corpus eos esset deserturus, sua tamē eos diuinitate nūquā esset derelicturus. Hæc est em fides de qua *1. Ioan. 5.* Ioannes: Hæc est, inquit, victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Hęc est fides quæ timorē & turbationem pellit à corde, iuxta illud Psalmistæ: Dominus illuminatio mea & salus mea, quē timebo? *Psal. 34.*
Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?

IN DOMO PATRIS MEI MANSIONES MVLTAE SVNT. SI QVOMINVS, &c.] Cùm ad ponendum turbationem, & fidēdum in se eos prouocasset, incipit modò aperire bona quæ per ipsum tutò expectare debeāt, propter quæ cordis turbatio sit deponenda. Itaque ne quoniam dixit, *quo ego vado vos non potestis venire*, existimarent se nūquam eò peruenturos, aut solum quidem Petrum eò peruenturum, quia ei singulariter dictum est, *sequeris postea: In domo*, inquit, *patris mei mansiones multæ sunt*, quasi dicat: Ne putetis vni mihi apud patrem paratam mansionem, aut Petrum solum me secuturū. Sunt enim in domo patris mei, hoc est, in cœlo, multa habitacula hominibus parata ab ipso patre meo. Cæterùm per multitudinē mansionum, Dominus humano more de cœlestibus loquens, significauit secundùm Cyrillum, & amplam cœli capacitatem, & gloriæ differentiam pro meritorum diuersitate, quorum vtrūque non parua hominum est cōsolatio. Locus autē qui sequitur vt est obscurus, ita variè intelligitur & distinguitur. In Græcis enim nō est: Quia vado parare vobis locum, sed sine cōiunctione, quia, *Vado parare vobis locum.* Proinde hæc verba quidā seiungunt à præcedentibus, vt sit hic nouæ sententiæ initium: & illud *si quo minus, dixissem vobis*, perfecta sit sententia, hūc habens sensum: Si quo minus, id est, si ita nō est vt dixi, dixissem id vtique vobis. Deinde nouo exordio sequatur: *Vado parare vobis locum*, ad significādū se suo abitu effecturum vt illas in domo patris mansiones suo possint tempore adire. Verum quoniam secundùm hanc distinctionem dubitat pendet eum præcedētibus illud: *Vado parare:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vobis locum,& quia cùm mansiones multas iam dixerit esse in cœlo non cõuenienter videtur subiicere se abire vt paret locum(non enim parandus erat locus,si multæ iam erant mansiones) ideo cõuenientior est alia distinctio, quam omnes penè Latini & Græci sequuntur, secundùm quam illa verba. *Vado parare vobis locum*, coniunguntur cum verbo, *dixissem*, vt significetur ipsum dicturũ quod abiret ad parandum locum. nisi iam essent millæ in cœlo paratæ mansiones. propter quem sensum significãdum, interpres noster addidit coniunctionẽ, *quia* pro quod. quæ Græca phrasi præponi solet sententiæ quę ab aliquo dicta vel dicẽda profertur. Secundùm hãc tamen distinctionem nascitur difficultas ex sequenti sententia. Si enim Dominus significare voluit, non necesse esse vt dicat se abire ad parãdum locum, quia multæ sunt in cœlo mãsiones. quomodo subiicit: *Et si abiero, & præparauero vobis locum*, vel, vt habent Græca, *Et si abiero ad parandum vobis locum*, &c. Hic enim significat se abire ad parandum eis locum. Huius difficultatis facilis est solutio, secũdum Euthymium & Nõnũ, Græcos autores. Hi enim hanc sententiã intelligunt adhuc pendere cum superioribus, vt sint etiã verba quæ dicturus fuisset si aliter quã dixerat res se haberet, & sit sensus: Si nõ iam à patre meo vobis paratę essent in domo ipsius mãsiones: Dixissẽ vobis, vado paraturus vobis locũ. Dixissem etiã ꝙ cũ abiero & præparauero vobis locũ, iterũ veniã & accipiam vos ad meipsum. Augustinus, Cyrillus, & Theophylactus separant hanc sententiã à præcedẽtibus. Et Augustinus quidẽ intelligit Dominũ prius significare iam parata esse loca, quia parata erant in prædestinatione: deinde verò dicere se abiturũ ad parandũ locũ, quia parãdus adhuc erat ipsa operatione, nẽpe quia ipsis mansionibus parandi erant per spiritus communicationẽ digni mansores. Cyrillus similiter intelligit paratas quidẽ in cœlo iam tũ fuisse mãsiones, Dominũ tamẽ dicere se abire ad parandum locũ, quia abibat, vt viã faceret. & inuiũ iter aperiret. Inaccessibile enim hominibus ante Christi ascensionem erat cœlũ. Theophylactus verò indicat rationẽ qua apparẽs verborum Christi pugnantia tollatur, hoc scilicet modo. Si non, vt dixi, multæ essent in cœlo paratę iam mãsiones, dixissem vtique vobis me abire vt pararem vobis in cœlo locum. Nunc autem quoniam multæ sunt mansiones paratæ, non est opus vt dicam me ea de causa abire: Et tamẽ si voluero dicere me abire vt parem vobis locũ, quemadmodum verè dicere possum, etiam ob id oportet turbationem ponere, quia qui propterea abeo, nõ potero vos relinquere, sed iterum venio(p rovenia) & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, etiã vos sitis. Significat ergo Dominus, Apostolis partim esse paratas mansiones, partim per abitũ suũ parandas, vtrinq; tamen oportere cõsidere, & nõ turbari, siue dicantur paratę, siue dicantur parãdę, ꝙ vtrinq; securam esse ipsorũ fœlicitatẽ significetur. Paratæ autẽ in Dei prædestinatione mãsiones per Christi abitũ, id est, mortẽ & ascensionẽ adhuc erãt parãdæ, quia, vt dictũ est, per eius mortẽ & ascẽsionem clausum eatenus cœlum, erat aperiẽdũ reconciliatione cũ patre impetrata, & spiritus sancti communicatio hominibus erat impetrãda, per quẽ idonei fierent cœlestibus mãsionibus. Quòd autem dicit, iterum veniam, & accipiã vos ad meipsum, ex parte quidẽ impletur in morte singulorum instorum quando animas eorum sibi cõiungit, & fœlicitatis suę facit esse consortes: perfectissimè autem in omnibus simul iustis implebitur in nouissimo die, quando omnes ex mortuis resuscitatos etiam secundum corpus sibi coniunget in gloria.

ET QVO EGO VADO SCITIS, &c.] Istud adiecit Dominus, veluti alia iam ratione eos cõsolans. Ad eorum enim cõsolationem faciebat, quòd scirent & quò ipse iret, & viam qua illũ eò sequi congruo tempore possent. Re vera tamẽ istud dixit, vt quoniam sciebat ipsos cupidos discendi & quò iret. & viam qua iret, quàque sequendum eis esset, prouocaret eos his verbis ad interrogandũ, & interrogantes plenius instrueret. Cùm autem Thomas omnium nomine dicat se nescire & quò iret, & viam, Dominus tamen vtrumque eos scire dicit, sicut & paulò pòst dicit eos cognouisse & vidisse patrem: cum tamen Philippus cõtradiceret. Nec tamen Christus qui ipsa est veritas, in his mẽtitus est. De in tio enim fidei hæc intelligẽda sunt, per quam vtcunque cognouerunt & Christum ire ad patrem, & per Christum viam esse hominibus ad patrem, sed imperfectè adeo & obscurè, vt ipsi se nescirent scire quod sciebãt. Sicut enim vtcunque intellexerunt quæ olim & quæ iam statim Dominus dixerat: ita etiam vtcunque scierunt & quò iret, & viam qua eũ comitari possent. In his enim quæ mox dixit, satis significauit se ire ad patrem, & rursum quòd per fidem in eum peruenire possent ad paratas in cœlo mansiones. Cæterum in prætractatis iã Christi verbis intelligendũ est & nos moneri. vt per fidẽ in Christum superemus omnem turbationẽ cordis, quam vel aduersitates huius seculi ingerunt, vel admissorum peccatorum rememoratio, scientes & quò nos Christus præcesserit, & viã qua illum sequi possumus, fidelibusq; paratas ab æterno mãsiones in cœlo, quas Christus sua pro nobis ad patrẽ interpellatione, suique spiritus cõmunicatione nobis parare nõ cessat, venturus suo tempore ad nos, & recepturus nos in æterna sua tabernacula. Horũ enim cogitatio efficacissima est ad pellendam inutilem omnem cordis turbationem.

DICIT EI THOMAS: DOMINE, NESCIMVS QVO VADIS, ET QVOMODO, &c.] Ioannes videbat Thomas sensibilem aliquem in hoc mundo locum esse quò iret, & viam quoque esse similem, vnde cùm huiusmodi locum & viam ignoraret, vtrumque eorum quæ eos scire Dominus dixerat, cum reuerentia, omnium nomine se dicit ignorare, hac ipsa ignorantiæ professione Dominũ modestè veluti cogens vt locum & viam planè denotaret. Domine, inquit, nõ ego solus, sed omnes nescimus quò vadis. Et Petrus enim mox te rogauit: *Domine quò vadis*, nec tamẽ interrogãti locum aperuisti. Multo ergo magis nescimus viã qua te sequamur. Quomodo enim possumus scire viã ignorãtes terminum, cũ à viæ termino pẽdeat cognitio viæ? Domin⁹ ergo hãc suorũ ruditatẽ, & carnalem intellectum benignè ferens, nõ dedignatus est aperire quod illi se ignorare profitebãtur, imò & conuincere eos quòd vtrumq; dictorum scirẽt, quãuis id se scire nescirẽt. Et primũ quidẽ aperit quę sit via de qua est locutus, dicens: *Ego sum via, veritas, & vita*. Quasi dicat: non est illa de qua locutus, terrena, vt vos suspicamini, sed ego ipse sum illa via. quẽ cũ vel vobis fatẽtib. cognoscatis, scitis vtiq; & viã qua me sequamini. Via antẽ est Christus, & ratione suæ doctrinæ, & ratione suæ exemplaris cõuersationis, & ratione mortis, resurrectionis, & ascensionis suæ, per quæ nobis ascensum in cœlos metuit & parauit. Hac via sicut Christus ascẽdit in cœlos, etiã nobis eò eundũ est, obedidẽdo eius doctrinæ, imitando eius exẽpla, & credẽdo eum pro nobis mortuũ. Cæterùm quòd nõ solùm se dixerit viã, sed etiam adiecerit se esse veritatem & vitam, simpliciter videri potest fecisse, ad significãdũ qualis ipse sit via. Est enim, vt dicit Sapiens, via quæ videtur homini iusta, nouissima autẽ eius deducũt ad mortem. Significat ergo se esse viam talem quæ non fallat, nec mittat in errorem, ac per errorem tãdem in mortẽ, sed quæ ducat in omnem veritatem & doctrinę, & iustitię, & per veritatẽ deducat ad vitã æternam, cámq; suis sectatoribus largiatur. Vnde suprà dixit: Qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ vitæ. Significat tamẽ etiam additis his duabus dictionibus, se verè Deum esse, quia soli Deo competit esse ipsam veritatem, & vitam. Notandũ autem apud Græcos singulis harum trium dictionũ apponi articulum, ἡ ὁδὸς, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. vt intelligamus non quãlibet viam, aut veritatẽ, aut vitam, sed veram illam & vnicam. Declarat autem se esse viã. cum subiicit: *Nemo venit ad patrem nisi per me*, hoc est, nisi per meritum mortis meæ, cuius credẽdo fiat particeps, & per doctrinã meã cui obediat, & per conuersationẽ meam quam imitetur. Horũ enim trium ratione iam diximus Christum dici viã. Cæterùm quemadmodũ annotauit prolixè D. Cyrillus, duobus modis intelligi potest homines per Christum venire ad patrẽ, aut scilicet quia per cognitionem filij conscenditur ad cognitionem patris per fidem, ad quẽ nemo peruenire potest nisi per fidem in Christũ, quia nõ potest pater cognosci sine filio, & vnigenitus filius ipse est qui incognitũ hominibus pattẽ manifestauit. Aut quia per Christũ modo prius dicto peruenitur ad consortiũ patris, & contẽplationem vultus ipsius in æterna fœlicitate. Atque hic posterior intellectus magis cõuenit proposito. Declarare enim Dominus debuit se esse viã per quã sequi se possent homines iam ad patrem in cœlos abeũtem. Non tãtùm autem se viam esse ostendit hac sententia, sed etiam veritatẽ & vitam. Cùm enim dicat neminẽ venire ad patrẽ, nisi per se, significat etiam per se certò viã esse ad patrẽ, & proinde se huiusmodi esse viam quæ nõ fallat, sed vitam largiatur æternã, quæ est apud patrem. Rursum hac sententia apertè satis indicat & alterũ eorũ quæ se ignorare dicebat Thomas, nẽpe quò iret. & quò eis sequẽdum esset. Significat enim se ad patrem ire, & ad illũ post se & per se omnes oportere sequi. Vnde nõ dicit: Nemo vadit ad patrem, tanquam sine ipso, sed, *nemo venit*, tanquam comes ipsius, vt pater insinuetur cõmunis terminus quò vadit Iesus & quo post eum venit quicũquiet ad vitã æternã. Porro cùm variè admodũ in tribus illis quæ sibi hic Christus tribuit, via, veritas, vita, philosophentur diuersi, cõuenientissimè de his tractauit D. Cyrillus, in his tribus intelligens nobis commẽdari tres illas virtutes Theologicas, per quas cœlestes consequi possumus mãsiones, charitatem scilicet, quæ ipsa virtutũ operatione declaratur: fidem, & spẽ. Illud, inquit, mihi quærẽdũ videtur, cuius rei gratia, cùm lux, sapiẽtia, virtus, aliisq; nominibus multis à scriptura nominetur, his modò tribus quasi electis solũmodo se appellarit: Profundates cit, vt arbitror. Dicimus tamẽ quòd gratia Dei nostro cõmiserit ingeniolo. Tribus igitur rebus superiores consequemur mansiones. per actionẽ virtutis variã, per fidem rectã, per spem vitæ, quorum omnium nemo largitor est, nemo fons, nemo causa, præter Dominum nostrũ Iesum Christum. Ipse enim nobis mandata super legem dedit, ipse viam mõstrauit, quam probè actionem virtutis. & contemptum mũdi propter Christum intelligere possumus. Ipse igitur via est. Sed ipse quoque veritas est, id est, vera fidei rectitudo atque determinatio, & rectissima regula, amussisq; optima. Sed vita etiã ipse est. Nullus enim vitã, quã speramus absq; interitu in sanctificatione atque beatitudine futurã, nobis restituet, præter ipsum. Hæc ille. Via ergo est Christus, in qua per charitatẽ ambulare: veritas, cui per fidẽ inhærere: vita, in quã per spẽ attolli debemus. Sic Leo pontifex serm. 22. de resurrectione: Via, inquit, sanctę cõuersationis: veritas doctrinæ diuinæ, vita beatitudinis sempiternæ. Idem sanè significãs quod Cyrillus. Secũdùm hanc istorum triũ tractationẽ non alienam à Domini propositò, sequẽs sententiæ etiã accipi potest, vt omnia illa tria declaret hoc modo: Nemo venit ad patrẽ nisi per me viam, veritatẽ & vitã, hoc est, nisi per charitatem ambulet in me, qui sum via: per fidem credat mihi, qui sum veritas: & per spẽ confidat in me, qui sum vita æterna. D. Bernardus serm. 2. de ascẽsione Domini: Sequamur, inquit, Domine te, per te, ad te, quia tu es via, veritas & vita. Via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio.

SI COGNOVISSETIS ME, ET PATREM MEVM VTIQVE COGNOVISSETIS.] Græca etiam possunt verti per præteritum indicatiui: *Si cognouistis me, & patrem meum vtique cognouistis*, quomodo legit Diuus Augustinus, quomodo & Nõnus in sua paraphrasi indicat se Græca intelexisse, videturq; ea intelligẽtia conuenientior, quòd secũdùm nostram versionem significet Dominus Apostolos nec se, nec patrẽ nosse, cùm tamẽ mox subiiciat eos cognoscere & vidisse patrem, ac prorę absurda Philippo obiiciat; *tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me?* Secundùm illam ergo lectionem Augustinus intelligit hac sententia declarari præcedentem sententiam: *Nemo venit ad patrem, nisi per me*, quam certè declararet, si venire ad patrem per filium, accipiatur priori modo, vt scilicet sit perduci ad patris cognitionẽ per fidẽ. Sic enim per filium homines venire ad patrem rectè declarat quod sequitur: *Si cognouistis me, & patrem meum vtique cognouistis*. Verùm cùm, vt suprà dictum est, prædictæ sententiæ is nõ sit sensus à Domino præcipuè intentus, dicendum hanc sententiã ob id subiunctã, vt quia præcedenti sententia Dominus indicauerat quò iret, nempe ad patrem, iam significaret eos etiã patrem nosse. imo dò, vt putabãt, se nescirent. & proindè bene se dixisse; *& quò vado scitis, & viam scitis*. Ne enim dicere possent se ignorare patrẽ; & proinde nescire quò iret, subiicit: Si cognouistis me sicut putatis vos cognoscere: necesse est etiã noueritis patrẽ meũ: quare cõsequens est vos nõ tantũ cognoscere viã, cũ ego sim via, sed etiam quò vadam, quia vado ad patrem. Simili de causa intelligenda est subiuncta hæc sententia secundum nostram lectionem. Quoniam enim Apostoli audientes Dominum si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnificare se ire ad patrem,& patrem esse ad quem A ipsis esset sequendum,dicere poterant se non cognoscere patrem,& proinde nescire quò iret:primùm quidē significat vnde est quòd patrē se non putent cognoscere.ac deinde etiam asserit eos cognoscere ipsum:*Si*,inquit,*cognouissetis me*,&c. quasi dicat:Quòd patrem meum,ad quem mihi vobisque veniendum dixi, fortè putetis vos non cognoscere,hinc est, quòd nec me satis cognoscitis, quem tamen meritò cognoscere deberetis,quémque vos cognoscere putatis.Si enim me cognouissetis,etiam patrem meum vtiq; cognouissetis.Loquitur autē hic Dominus proculdubio nō de cognitione nec visione corporali,qua scilicet cognoscebatur & videbatur secundū corpus,non solùm ab Apostolis,sed & ab incredulis Iudæis,sed de co B gnitione fidei,qua ex doctrina & operibus cognoscitur Christi excellētia & dignitas.Etenim in vulgari sermone dicitur quis hominem aliquē cognoscere,nō si eum de vultu cognoscat, sed potius si vel ex doctrina, vel ex factis interioré animi eius cognoscat dispositionē, etiāsi de facie eum nunquā viderit. Huiusmodi autē Christi cognitio infert etiā cognitionē patris.Doctrina enim Christi & opera ipsius declarant diuinam ei inesse authoritatem,sapientiam, potestatem & benignitatem. Non enim sic docuit aut operatus est quemadmodum Prophetæ spiritu tantùm diuino afflati.Qui ergo ex Christi doctrina & operibus agnoscit diuinam Christi naturam,agnoscit & patrem Christi, C quia eius vna eadémq; est natura cum filio secundùm diuinitatem,ipsáq; Christi verba & opera sicut arguūt cuius sit cōditionis & naturæ filius,ita & demōstrāt cuius sit naturæ & cōditionis Deus patet,nempe quòd sit naturæ potentissimæ,benignissimæ,sapientissimæ.& ab omnium creaturarū cōditione maximè discretæ.Non enim potest patris & filij diuersa esse natura, nec potest diuina natura esse multiplex,cùm necessariò vnus tantū sit Deus:quare qui ex operibus & doctrina agnoscit naturā filij, agnoscit & cuius naturæ sit pater qui per filiū loquitur & operatur. Proinde ex hoc loco,& ex sequētibus Christi verbis efficacissimè refellitur Arrij hæresis.Nō enim Christi cognitio necessariò inferret cognitionē patris,nec qui videt D filium,hoc ipso videret & patrē, si non eadē omnino esset patris natura & filij.Et quidē Sabellius personarum in diuinitate negās pluralitatem, intellexit eum qui filium cognoscit,& patrē cognoscere,quòd diceret filiū esse patrem.At hūc erroneum intellectum, præter multa sequētia Christi verba;refellit etiam quòd in hac sentētia nō dicitur solùm,& patrē vtiq; cognouissetis,sed,& patrē meum. Nemo enim sibiipsi potest esse pater. Porrò cùm iā Dominus significasset Apostolos parum se cognouisse, & ob id & patrem non satis agnouisse: tamē quò ostēderet se verè etiā dixisse, E *quo vado scitis*,& vt discipulos ad rogandum de patre prouocaret, sicq; occasionem haberet docēdi eos quomodo ex se patrem cognoscere deberent, ideo subiecit:*Et amodo*,hoc est,nunc,*cognoscitis eum & vidistis eum*.Nec est in hac sententia pugnantia cum præcedenti sententia, qua significauit eos nec se,nec patrē cognoscere. Ibi enim significauit eos non satis se cognoscere, & proinde nec patrem, adeo vt nec illum se putarent cognoscere. Nūc verò significat eos vt obscuram quandā habere sui cognitionem,ita & patris.Et nūc,inquit, cognoscitis eum,& vidistis eum oculis,scilicet fidei,quibus vtcunq; me videtis & cognoscitis. Cognoscitis enim potius est legendū, quàm cognoscetis,cùm sic præter Augustinū multa etiam nostra habeāt exemplaria, & Græca præsens habeāt tēpus,non futurum:quanquā Chrysostomus per futurū intellexerit,præsens scilicet, accipiens pro futuro,vt sit sensus:Amodo, hoc est,nō post multum tēpus,cognoscetis eum vt oportet,cùm scilicet super vos spiritus sanctus descenderit.Et quid dico, cognoscetis eū, cùm etiā iam videritis eum in me? Est autē etiā hic verbum Græcū γινώσκετε, ambiguum ad indicatiuum,cognoscitis,aut imperatiuum,cognoscite,vnde imperatiuum modum amplexus Caietanus hūc intelligit sēsum:Quòd si hactenus nō cognouistis patrē,saltem deinceps cognoscite eum,quia vidistis eum,vt coniunctio, &,accipiatur causaliter pro quia,quemadmodum aliquoties accipitur,maximè apud Ioānē. Verum primus intellectus simplicior videtur,& propositio Domini cōuenientior. Ostēdendum enim erat verè dictum fuisse:*Quo vado scitis*.

DICIT EI PHILIPPVS: DOMINE OSTENDE NOBIS PATREM, ET SVFFICIT,&c.]Cùm Dominus diceret eos cognoscere & vidisse patrem, Philippus id etasse intelligēs de visione corporali,quali patrē se nūquā vidisse cognouit,præ reuerētia quidem erga Dominum nō aperte negat patrē à se visum,sed præ nimio videndi patrē,de quo frequenter Dominum loquētem audierat,desiderio, modestè petit omniū nomine patrem sibi exhiberi videndū oculis corporalibus: *Domine*, inquit, *ostende nobis patrem, & sufficit nobis.* Quibus verbis spiritus sanctus per os ipsius loquēs significauit patris visionē omniū rerū afferre satietatē,atq; in ea hominis consistere fœlicitatem, iuxta illud Psalmi: Adimplebis me lætitia cū vultu tuo.&:Satiabor cùm apparuerit gloria tua. *Psal. 15. & 16.* Hūc tamē sensum non habuit in his verbis Philippus,qui simpliciter dicere voluit,nihil amplius ipsos requisituros,si daretur patrē conspicere.quasi dicat:Domine,ais nobis visum patrē.imò vtinam id nobis largiaris vt vel semel liceat cōspicere patrem. Sic enim satisfactū esset abundē nostro desiderio,quo iamdudū illum videre frequenter desideravimus,nec quicquā à te prætereà desideremus. Quāquam autē sic crasse Philippus istud peteret,in eo tamen laudāda est eius deuotio,quòd visionē patris cæteris omnibus rebus antepoluerit, in eaq; sola omne suū posuerit desideriū. Dominus autem Philippū à carnali illo reuocare volens intellectu, atq; significare quomodo dixisset eos cognoscere & vidisse patrem,respōdit,dicens: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me?* Cognouisti enim legendū est,& non,vt quidā habent libri,cognouistis.Nā Græcè est ἐγνωκας,& cognouisti legit & Hilarius lib.7.de Trinitate.& Augustinus item,vt patet ex eius commentario,quanquam in contextu habeatur,cognouistis.Cōfugit enim,sicut& Chrysostomus,vocatiuum Philippe cum præcedētibus,nō cum sequētibus,& Philippo istud singulariter dictum scribit.Quāquam autem sint qui hāc Domini sententiā legant negatiuè,intelligētes Dominū affirmare quòd Philippus se nō cognouisset:sequentibus tamē & præcedentibus magis cōuenit vt accipiatur interrogatiuè, in hūc sensum:Cùm iam tāto tempore vobiscum fuerim,& ex tanti temporis cōsuetudine me meritò omnes cognoscere deberetis,an tu necdū me cognouisti Philippe?Te enim necdū me cognoscere apparet,cùm tibi patrem ostendi postulas.Qui enim videt & cognoscit filium,is & patrem videt atq; cognoscit.Quomodo ergo tu dicis,*ostende nobis patrem*,quasi necdū me videris,quem qui videt, videt & patrē.Dicit autem Dominus,*qui videt me, videt & patrem*,aut, vt Græca habent per præteritum sine coniunctione, *qui vidit me,vidit patrem* (quod magis conuenit præteritis præcedentibus, *vidistis eum,& non cognouisti me*)nō quemadmodum intellexerūt Sabelliani,ꝙ ipse esset & filius & pater,sed eo ferè modo quo de duobus sibi valde similibus dicere solemus:qui vnū nouerit aut videbit,ambos nouerit aut viderit:quomodo de duabus comœdiis sibi valde similibus dicit Terētius, Qui vtrāuis rectè norit,ambas nouerit.Non est tamē omnino simile inter receptum illum loquendi morē,cum hac Christi locutione:*Qui videt me,videt & patrem.* Non enim solùm ob similitudinem summā quæ sit inter se & patrē,hoc dixit, sed ob omnimodā naturæ identitatē,quod patet cùm ad huius probationem subiicit: *Non credis quia ego in patre,& pater in me est?* His enim verbis & significatur personarū patris & filij diuersitas, ne possit cum Sabellio ob personæ identitatem intelligi dictum,*qui videt me,videt patrem*,& rursum significatur naturæ omnimoda identitas,ne possit intelligi cum Arrio solùm ob magnam similitudinē inter patrem & filium dictum, *qui videt me, videt & patrem.*Nam quòd pater dicitur esse in filio, & filius in patre,personarum arguit diuersitatem , & quòd quis non rectè dicatur esse in seipso, & naturæ identitatem:eo quòd nō possit propriè intelligi patrē esse in filio,& econtra, nisi ratione consubstantialitatis,vt dictum est in cap.Cōcord.93. circa similem locum ex Ioānis cap.10.Probat autem Dominus & se esse in patre & patrem in se,ex verbis simul & operibus, cùm subiicit : *Verba quæ ego loquor vobis,à meipso non loquor : Pater autem in me manens,ipse facit opera.*Quæ duæ sententiæ concisæ sunt,perficiendæ hoc modo : Verba quæ ego loquor vobis, à meipso nō loquor:similiter nec opera quæ facio,facio ex meipso,sed pater in me manens,ipse facit opera,& similiter loquitur & verba. In vtraque enim sententia subintelligendum relinquitur quod tacetur de operibus aut de verbis,quòd de vtrisq; idem sit iudicium.Quomodo autem Christus verè dicat se nō loqui à seipso, in superioribus frequēter dictū est,nempe quia ipse quatenus homo non finxit ex suo capite quæ loquebatur,& secūdùm diuinitatē suam, sicut à seipso nō erat,ita nec loquebatur,aut faciebat quicquam. Verùm dubiū hic est, quomodo prædictis sententiis Dominus probet non tātùm patrē esse in se,sed etiā se esse in patre , patrémque & se esse vnum natura.Nam & Prophetæ dicere poterant: Verba quæ ego loquor vobis,à meipso nō loquor: nec miracula quæ facio, à meipso facio , sed Deus in me manens,ipse & facit opera, & loquitur verba.Sciendum ergo,quod argumentatio quam Dominus hic insinuat,talis sit:Doctrina mea & opera mea planè arguūt me non loqui nec operari à meipso,sed ex Deo.Nā huiusmodi doctrina & opera,nō possunt videri nisi ab ipsa diuinitate profecta. Deus autē qui per me & loquitur & operatur,omnino declarat se nō loqui &operari per me sicut per Prophetas,sed tanquam pater manēs in filio suo connaturali & consubstantiali, dum tāta cum authoritate & potestate mihi dat & loqui & operari,quanta soli cōpetit Deo.Verba ergo mea & opera testātur & patrem esse in me, & me esse in patre,hoc est, patrem & me vnum esse natura. Itaq; vis argumētationis in eo cōsistit quod dicit: *Pater in me manens* , non autem , Deus in me manens,significās Deum tanquam patrē in ipso manentem facere opera. In Prophetis enim Deus loquebatur& operabatur.sed tanquā Dominus per seruos.nō tāquam pater in filiis. Sed nec propriè Prophetis competit illud,in me manēs.In solo enim filio propriè pater manet , quia inseparabiliter & inuariabiliter illi inest & infuit semper,cùm spiritus Dei & aliquādo ad tēpus Prophetas desereret, & cū inesset , vario illos modo efficeret pro temporum & locorū diuersitate. Vnde de Christo *Esaiæ 11* propriè dictū est:Requiescet super eū spiritus Domini.Hac autem argumētatione sicut probat Dominus se & patrē vnū esse , ita etiā indicat de qua visione sui & patris sit locutus.& quomodo quis videre possit & cognoscere filiū vt in illo videatur & cognoscatur etiā pater, nempe quòd visio hæc & cognitio non sit petēda ab exteriori vultus cōtēplatione, sed ab operum & doctrinæ consideratione, vt qualis hinc & quātus cognoscitur & videtur esse filius, talis ac tātus cognoscatur esse & pater.Cū autē hactenus Philippo singulariter locutus esset Dominus,vt qui suā peculiariter rudi tatem rogādo demonstrauerat,sermonē deinceps ad omnes conuertit eadē adhuc rnditate laborantes,inculcās eis quod modò vni dixerat Philippo. *An non credis*,inquit,*quia ego in patre,& pater in me est?*Cæterùm Græca non habent,non creditis,sed, *Credite mihi.*Et conuenit hæc lectio magis ei quod sequitur , *Alioqui*, vt sit hic sensus : Credite mihi dicenti quòd ego in patre,& patet in me est:alioqui si mihi non creditis quia dico,cùm tamē mentiri nequeam , credite saltem mihi propter ipsa opera. Et est similis hic locus ei quod dicitur Ioā. 10.capite:Si nō facio opera patris mei,nolite credere mihi:si autem facio,& si mihi non vultis credere,saltē operibus credite,vt cognoscatis & credatis quia pater in me est,& ego in patre.In hunc ergo sensum etiā nostra lectio accipi debet,in qua dutè hæret cum præcedēti interrogatione dictio, *Alioqui*,vt sit sensus: An non creditis mihi qui toties id asseueraui vobis, quòd ego in patre,& pater in me est?Meritò sanè credere mihi vel tātum quia dico,deberetis,quia verba quæ ego loquor,à meipso nō loquor.Si tamē non creditis mihi quia dico , propter opera saltem ipsa credite , me esse vnū cum patre,& proinde eum qui me videt, videre & patrem.Vt autem per epilogū repetamus variam Domini argumentationē occasione interrogationis Philippi,sic ratiocinatur Dominus:Philippe, si non cognoscis , nec vidisti patrem , sicut præ te fers,ergo nec me (quem tamen cognoscere te putas , quémque meritò ob longi temporis familiaritatem cognoscere deberes) cognouisti. Qui enim videt me ,videt & patrem. Nam pater & ego vnum sumus.Probant id verba mea , & efficacissimè opera mea. Cæterùm ex his quæ hactenus Dominus & Thomæ & Philippo respōdit, discendum nobis quis sit Christus,& quid per illum , illumque solum nobis sit expectandum , vt illi toti inhæreamus , fide , spe , & charitate : & quomodo ad eius in præsenti cognitionem,

ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac per ipsum ad patris cognitionē peruenire possimus, nempe ex operū ipsius doctrinæq; eius studiosa expensione, quam qui negligunt, imperfectè admodum Christum, Christiq; patrem agnoscūt. Doctrina enim eius summā diuinitatis æquitatē & perfectionem arguit: opera verò quæ in carne gessit pro hominum salute, ineffabilem eius erga humanum genus charitatem, & misericordiā, ac rursum potētiam in omnes creaturas maximam, necnon & iustitiam in vindicandis hominum peccatis, ac sapientiam mirabilem, quæ in humani generis redemptione mirè elucescunt.

AMEN AMEN DICO VOBIS, QVI CREDIT IN ME, OPERA QVÆ EGO, &c.] Cùm per opera à se facta diuinitatē suā Dominus agnosci posse dixisset, magis adhuc eā ex operibus per credentes in se faciēdis agnoscendā insinuat, dum etiam illis se daturum pollicetur, vt ipsi eadem, imò maiora faciant, simulq; hac pollicitatione suos ad credendum in se prouocat, & de suo abitu mœstos cōsolatur, quòd præstantiora ab ipso absente essent accepturi, quā à præsente accepissent. Itaq; iā post digressionē, cuius occasio fuerat interpellatio Thomæ & Philippi, redit Dominus ad id vnde cœperat, occasione sumpta ex his quæ de suis mox dixerat operibus. Cœperat enim prouocare eos ad fidē in se qua cordis superarēt turbationē, & mœstos promissis rerū lętarū cōsolari. Ad hæc ergo hic modò redit, secundā adferens rationem, qua eos cōsoletur, intelligētes ipsum suo bono abiturū. Cæterùm circa hāc Domini pollicitationem, *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet*: duplex oritur quæstio. Primò enim quæ sunt illa maiora quæ credentes in ipsum post eum fecerunt, imò quomodo maiora quā ipse fecerat, fieri possent? Quid enim maius esse potest, quàm verbo pellere morbos & dæmones, mortuosq; reuocare ad vitā? Deinde quomodo indefinitè dicit, *qui credit in me*, &c. cū multi credētes in ipsum non faciāt opera qualia fecit ipse? Ad quā secundā quæstionem dicendū est, idē esse de hoc loco quod de simili loco apud Marcū: vbi post resurrectionem prædicit qualia credētes signa sint operaturi. Signa, inquit, eos qui credide rint hęc sequētur, &c. Sicut enim illa promissio ad literam intellecta, proprie debet intelligi, pertinet potissimùm ad credentes seculo Apostolorū, in quo signis & prodigiis gloria Christi debuit illustrari: ita & hæc promissio. Deinde nō voluit Dominus aut hoc aut illo loco significare, fideles vel illius seculi, vel cuiuslibet alterius, semper & temerè ea signa & miracula operaturos, sed cùm ea peterēt & rectè peterent, quæ rectè non petūtur, nisi cùm pro Dei gloria illustrāda illa fuerint necessaria. Itaq; sicut etiā in primitiua Ecclesia nō singuli Christiani miracula operabātur, quòd nō per singulos, sed præcipuos quosdam Dei gloria eo modo illustranda erat, quódq; non semper occurreret occasio illustrādæ illo modo gloriæ Dei: ita non est mirum, si nunc vel nulli, vel pauci ea operentur miracula, cùm Euangelica doctrina iam satis in toto orbe sit cōfirmata, quæ tamen miracula & hodie fierent à fidelibus, si cum firma fiducia peterent ea à Deo, quòd viderent illa illustrandæ gloriæ Dei necessaria. Quòd ergo nō fiant, aut est propter fidei imperfectionem, aut propter necessitatis cessationem. Quòd autē ab omnibus fidelibus non est factū, nec fit corporaliter, id ab omnibus cuiusuis seculi semper factū est, & fit spiritualiter, cùm maiori salutis eorū profectu. Sicut enim D. Gregorius signa illa quæ apud Marcū promittūtur ædenda à fidelibus, omnibus credētibus spiritualiter competere declarat: ita & præsentis loci promissionem spiritualiter intellectam, omnibus competere ostēdit D. Augustinus. Quisquis enim credit in Christū, nō dico talia facit opera qualia fecit Christus, sed eadem numero facit quæ Christus facit. Cooperatur enim suæ iustificationi quā cū ipso & Christus facit, ita vt secundū spiritualem intellectum propriissimè dictum sit: *opera quæ ego facio & ipse faciet*. Hic tamen non est proprius & primò intentus à Domino sensus. Loquitur enim ad literam de suis quæ ædiderat miraculis, vt patet ex eo quod additur, *& maiora horum faciet*. Itaque sensus est: Opera qualia ego iā hactenus feci, etiā ipse faciet. Ad priorē autē quæstionē circa verba illa, *& maiora horum* (pro his) *faciet*, primò quidē dici potest nō necesse esse vt horū verborū occasione ostēdatur Apostolos aut alios maiora feeisse. Nā vt ex dictis potest intelligi, nō voluit absolutè significare Dominus, fideles maiora facturos, sed facturos si peterēt, qui nō poterāt id rectè petere, nisi iusta se offerret occasio. Itaq; si maiora nō fecerūt, causa fuit, quòd maiora faciēdi nō fuit occasio. Sic enim & Luc. 17. Dominus promisit credēti bus eradicationē mori, & trāsplātationem in mare, cùm ea nunquā facta legatur. Maiora tamē etiā fecisse Apostolos, aliósq; fideles facilè potest ostendi, si intelligamus maiora nō quidē natura, sed secūdùm hominum reputationem: maiora item numero & efficacia. Secūdùm hominū enim reputationē maius erat quòd Petrus vmbra sanabat, quā quòd Christus fimbria. Ité trāsferre mōtes verbo maius videtur, quā dæmones verbo pellere: vnde tanquam rem maiorē, credētibus Dominus montiū translationē promittit Matth. 17. At hanc nūquam à Christo factā, quosdā fideles oratione impetrasse suprà ostēdimus. Maiora etiā & numero & efficacia ediderūt Apostoli miracula, quia plura operati sunt, quā Christus in carne operatus fuit, atq; per ea latius fidem in Christū propagauerūt. Cùm enim paucos ex Iudęis post se Dominus per sua traxerit miracula, totū illi mundū ad Christū cōuerterūt, à paterno idolorū cultu efficaciter homines abstrahentes. Quā mundi cōuersionem per Apostolos factā D. Augustinus inter maiora opera de quibus hic est sermo, maximè annumerādā existimat. Qui & ostēdit quomodo secundū spiritualem intellectū, quisque etiā fideliū maiora faciat, quā erāt ea miracula corporalia quæ Christus fecit in carne. mirū quia per fidē operatur suā iustificationē, quā nō dubitat dicere maius esse opus, nō solū quàm erat pellere dæmones è corporibus aut mortuos suscitare ad vitam corporalē, sed etiā quā creare cœlū & terrā. Porrò hanc prædicta sententia apertè se Deū esse Christus significauit. Alibi enim, vt superius est habitum, per fidē in Deum promittit suis posse eos facere quæuis quantūuis impossibilia & difficilia: nunc verò per fidem in se omnia huiusmodi eos posse testatur. Magis verò suā insinuat diuinitatē in sequentibus, quibus rationē reddit eius quod modò dixit, credētes in se facturos eadem, imò & maiora. Quia, inquit, ego ad patrem vado. In quibus solis verbis non consistit tota ratio, sed pars rationis est & id quod sequitur, *& quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc*

hoc faciam, ita vt aute coniunctionem, *&*, non sit perfectus punctus, sed sub vna sententia legi debeat etiam hæc pars cum præcedētibus, quemadmodum & Augustinus distinguit & Cyrillus. Significat enim ideo credētes in se facturos eadem, imò & maiora, quòd ipse iam mūdum relinquens vadat ad patrem, apud quem regnans gloriosè facturus sit per fideles quicquid illi peterent etiāsi maiora peterēt quàm ipse fecisset. Quamdiu enim cū Apostolis in mortali corpore degebat, nō multa Apostoli operabantur miracula, sed ea per sese Dominus ferè operabatur, nec tamen tanta & tot atq; tam efficacia operabatur, quāta postea per Apostolos, cū jā sederet in dextera patris, eo quòd tēpus illud quo in carne vixit mortali, tēpus erat humiliationis, quo nō debuerat adeo inclarescere & glorificari atq; post crucē. Cùm autē mundum reliquisset, tum in illius locū Apostolos alòsque cōueniebat miracula operari, eaq; maiora & plura, quòd per eos tunc nomē Christi esset illustrandum magis, ac tūc oportunum esset vt suā potentiam & gloriā quam apud patrem haberet, magis toti orbi declararet. Ratio ergo quā Dominus significat, in tribus cōsistit. Primùm, in eo quod dicit, *Vado*, quia enim iam abibat, aliorum erat post se facere quod eatenus ipse fecisset. Secūdò, in eo quod dicit. *Ad patrem*. Quia enim ad patrem ibat qui hactenus humilis apparuerat, debebat potestatem suā & gloriam, quam à patre erat accepturus, magis etiā declarare. Tertiò, in eo quòd dicit, *quicquid petieritis hoc faciam*. Hinc enim sequitur, vt eadem & maiora facerent post Christum fideles. Vt autē intelligerent quomodo fideles eadē & maiora facturi essent, nec id putarēt sibi impossibile, aut in eo sibi præ Christo placerent, bene dicit in reddita ratione, *qincquid petieritis, hoc faciam*, non autē, hoc facietis, significās eos nō eo modo quo ipse fecisset, miracula ędituros, virtute scilicet propria, sed se per eos operaturū quicquid ipsi peterent & facerent. Quam eorum ministerialem tantùm potestatē etiā significat, cùm dicit, *Quicquid petieritis*. Illo enim indicatur oratione eos indigere, & virtutis alienæ inuocatione ad miraculorum operationem. Cęterùm accusatiuus, *patrem*, in hac sententia, & accusatiuus, *me*, in sententia hac mox repetita, vt nō sunt in Græcis, ita nec apud Augustinum, nec in antiquis multis scriptis exemplaribus. Ex tribus scriptis bibliis quæ erāt ad manum, vnus codex neutrum habuit accusatiuum, reliqui duo non habebant accusatiuum, *me*, quem nec legit Dionysius Carthusiēnsis. Itaque absolutè dicit, *quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam*, idēmque mox repetit in confirmationem eius quod difficilè ab hominibus creditur. Est autem petere in nomine Christi, petere aliquid fieri per inuocationem nominis, hoc est, potentiæ & bonitatis, aut meritorum eius. Et sunt generales hę sententię intelligendæ cum cōditionibus quæ in similibus sententiis sunt subaudiendæ, vt dictum est circa illud Matt. 7. Omnis enim qui petit accipit, &c. in cap. Cōcord. 43. Si autem legatur accusatiuus, *patrem*, notādum quòd cùm dicatur, *quicquid petieritis patrem*, non tamen dicat, hoc faciet, sed, *hoc faciam*, vt significaret eādem sibi cum patre esse potestatem nec patrem quicquā facere sine se. Vtrouis modo legatur, apertissimè suam diuinitatem & æqualitatē cum patre significat, dum omnia se facturum promittit, quę peterētur in nomine ipsius. Id enim solius est Dei omnipotentis. Ne autē putaretur alius patris gloriā obscuraturus, suāq; ipsum quærere gloriam: sed cōtrà potius intelligerent ipsum in omnibus patris sui quærere gloriā, ac proinde & ipsos oportere nō suam sed Dei spectare gloriam, dicit: *Hoc faciam, vt glorificetur pater in filio*, hoc est, per filium. Gloria enim patris, est filij omnipotentia: & per miracula filij, nomē patris illustre factum est in vniuerso mūdo. Ex his autem nobis discēdū, quæ sit vis fidei in Christum, per quam etsi nūc non ita operētur fideles miracula, quia ad ea petenda spiritus Dei eos nō monet, quòd nō sint modò vt olim necessaria, tamen etiā nūc impetrāt quęcūq; rectè & salubriter petūt in nomine Christicaq; non minoris, sed pluris facienda quàm miracula corporalia. Impetrāt enim spiritus Dei cōmunionem, vitam æternam, peccatorum etiam repetitorū remissionē, atq; in omnibus suis necessitatibus diuinam consolationem, Deiq; in omnibus actionibus directionem & adiutorium.

SI DILIGITIS ME, MANDATA MEA SERVATE, ET EGO, &c.] Alia iā ratione suos Dominus à mœrore auocat, alia q; pollicitatione iā eos tertiò cōsolatur. Cùm enim præcipua Euangelicæ legis mādata iam eis præcepisset, inuicuam scilicet inter ipsos charitatem & fidem in se, & illi de abitu ipsius dolerēt, propterea quòd plurimum diligerent ipsum, monet vt argumentū amoris erga se exhibeant in mādatorum suorum obseruatione, potius quā in mœrore & tristitia. Si, inquit verè me diligitis, dilectionē hāc non ostendite dolendo de meo discessu, sed seruando & adimplendo mādata mea, ea scilicet quæ modò tradidi, mutuæ erga vos dilectionis, & fidei in me. Hæc enim sunt Euāgelicæ legis potiora mādata, iuxta illud: Hoc est mādatū eius, vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrū. Addit & tertiā pollicitationē, qua mœstos consoletur, & ad mandatorū suorum prouocet obseruationem, dicens: Si diligentes me, mandata mea seruaueritis, ego ad patrem iam profectus rogabo eum, & pro me alium dabit vobis paracletum, non vt ad tempus sit vobiscum, sicut ego fui, sed vt maneat vobiscum in æternū, toto scilicet vitæ vestræ tempore, atque ad cōsummationem vsque seculi, imò & post mortem ac seculi cōsummationem. Quis autem is sit, explicat subiungens, spiritum veritatis, quo significat hūc paracletum nō corporeum esse, nec corporaliter ac visibiliter cum eis māsurū, sicut ipse cum eis conuersatus fuerat, sed spiritualiter & inuisibiliter. Hunc spiritum vocat alium à se paracletum, alium, inquā, non natura, sed subsistentia & persona. Satis enim significauit Dominus hunc quem pro se dicit mittendum, non fore se inferiorem, cùm id dicat ad suorum consolationem, quæ inefficax esset, si pro ipso inferior mitteretur, cúmq; idem cum præstiturum dicat quod ipse præstiterat. Itaque hoc loco contra Macedonianos ac Sabellianos & æqualitas spiritus sancti cum filio significatur, dum & ille dicitur futurus paracletus sicut erat filius: & eiusdem rursum personalis à filio distinctio, dum dicitur alius paracletus. Significat autem dictio Græca, Paracletus, consolatorem vel aduocatum, quia verbum, παρακαλέω, vnde illud nomen deriuatur, præter alia significat & cōsolari, & obsecrare, maximè pro alio, sicut faciunt aduocati & patroni. Et quidem quòd ratione cōsolationis spiritus dicatur à

1. Ioan. 5.

Christo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christo paracletus,vt sensus sit:Aliũ paracletum id est.cõsolatorẽ dabit vobis, apparet ex eo quòd ad consolationem mœstorum discipulorum Christus istud dixerit.Mœstis enim conuenienter promittitur cõsolator.Itaq; significabatur quòd cùm Christus eatenus suis fuerat paracletus,id est,consolator,post eũ Apostolis alius paracletus, id est, consolator esset mittendus.Quòd verò potius dictus sit paracletus,quia aduocatus & patronus,apparet primũ ex eo quòd Græcis dictio illa hoc magis significat,sicut & verbũ παρακαλέω, aduocare magis,adhortari & orare significat,quã consolari: deinde quia Christo hoc nomẽ à Ioãne tribuitur, quod pro nobis ille sit aduocatus &patronus.Nã primæ epistolæ Ioãnis secundo capite,vbi nos legimus: Aduocatum habemus apud patrẽ, Iesum Christum;pro aduocatum.Græcis est παράκλητον, paracletum.Aduocatus autẽ noster est etiã Spiritus sanctus,quia,vt inquit Paulus,ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.Conuenientissimũ autẽ fuerit intelligere spiritum hic dici paracletum,non tãtùm ratione cõsolationis, nec tãtùm ratione aduocationis & intercessionis pro nobis,sed & vtriusq; horũ ratione,& propter alia itẽ quæ in hoc nomine continentur,quæ vna Latina dictione sufficienter exprimi non possunt, nisi fortè dictione,patronus.Patroni enim est sug gerere clienti quæ sunt vtilia, atque ad ea adhortari,consolari mœrẽtem, & intercedere pro eo apud alios.Horum ergo omniũ simul ratione spiritus dictus est paracletus, vt exponit Euthymius, dicẽs:Aliũ,inquit,paracletũ tanquam me,hoc est, admonitorẽ ac præceptorem in certaminibus virtutis,solatium ac subsidiũ in afflictionibus. Cùm enim dicit Dominus : *Alium paracletum dabit vobis*; talẽ vtiq; videtur promittere, qui omnia discipulis præstaret,quæ ipse in carne præsens eis præstiterat. Iam non solùm mœstos discipulos Dominus cõsolatione erexit,sed etiã in omnibus ad salutẽ erudiit,& ad grata Deo opera excitauit, eósque defendit,atq; sua apud patrẽ intercessione iuuit,perfectũ se illis patronũ exhibens, cuius cùm clientes fuerũt,nihil eis defuit,nihil eos læsit.Cùm itaq; hæc omnia melius & efficacius præstare debuerit spiritus promissus,(virtutẽ siquidem suam Dominus post mortẽ gloriosius exercere voluit) rectius intelligitur dictus paracletus, quia patronus,quã quia cõsolator aut aduocatus.cùm vtrũque hoc nomẽ sit angustius,quàm vt spiritui sancto cõueniat,cui Dominus multo plura quã consolari tribuit.Itaq; sensus est.Ego rogabo patrẽ,& is exoratus dabit vobis pro me aliũ patronũ, qui pro me vestri curam in omnibus gerat,vt non debeat vobis videri durũ, quòd ego auferar à vobis. Hunc autem paracletum nominat spiritũ veritatis,quia omnis veritatis est author, ac solus puræ & integræ veritatis largitor. Solus enim ipse veritatẽ docet sine omni falsitatis & erroris admixtione , solus etiã docet veritatẽ in qua hominũ salus consistit.Proinde hac nomẽclatura differt à spiritibus malis,qui dicũtur Paulo spiritus erroris:atque à spiritu etiã hominis & huius mũdi, de quo idẽ Paulus dicit: Nos autẽ nõ spiritũ huius mũdi accepimus,sed spiritũ qui ex Deo est.Mystica autẽ intelligẽtia spiritus veritatis dicitur,quia à veritate procedẽs diuina,&quia spiritus Christi,qui de se supra dixit:Ego sum veritas. Theophilactus intelligit hic dici spiritũ veritatis,ad distinctionẽ spiritus veteris testamẽti,quod figura erat & vmbra veritatis in Euãgelio reuelãdæ.Cæterùm Dominus se dicit rogaturũ patrem, secũdùm humanam suam naturã,mira quadã dispensatione nunc de se tanquam homine,nunc tanquãDeo loquẽs: vt vtriusque fidem in nobis cõfirmaret.Vt autem hic sic loqueretur cõueniebat,quia missionem paracleti noui subintulit,ne quoniã iam dixerat : *ego ad patrem vadõ* , illinc turbarentur. Quia enim ad patrem se iturum dixerat,(quod ei secundùm humanitatem conueniebat) cõgruum etiam erat vt illum ad quem ibat se diceret rogaturũ pro eis,vt intelligerẽt suo commodo & bono Christum iturum ad patrem.Ne tamen propterea minor patre existimaretur,cùm in hoc sermone bis dixisset patrem missurum hunc paracletum,etiam postea dicit bis se missurũ illum. Declarat autẽ Dominus cur dixerit singulariter,*dabit vobis*,& vt maneat vobiscũ,& item insinuat paracletũ non sic futurum apud Apostolos corporaliter , sicut ipse fuerat, quando subiicit:*Quem mundus non potest accipere*,id est,quẽ homines mũdani,& mundi spiritum sortiti nõ possunt quamdiu tales sunt accipere, quia nõ vident eum,hoc est, nõ sciunt nec cognoscunt eum,quia mẽs eorum tota detinetur in rebus vanis huius mundi.Vos autẽ cognoscetis eum,quia apud vos manebit,& in vobis erit,cognitionẽ sui vobis impartiens,& sua suggestione,& sua in vobis efficacia atq; operatione.Vbi notãdum, quòd cùm dixerit Dominus:*Mundus non potest illum accipere.quia non cognoscit eum*,quo significatur, suo vitio mundum non posse eum capere,& proinde dicẽdum etiam similiter videretur : Vos autẽ illum accipietis quia cognoscitis , vel cognoscetis eum. contrario modo dicitur , *vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit*,ne putarent se suo illum merito accepturos, ac cognitionem illius præcedere eius acceptionem,sed contrà intelligerent ab eius gratia & præsentia pẽdere eius cognitionem. Ne autem existimaretur spiritus mãsurus apud eos, sicut manet homo apud hominem extra eum existẽs,postquam dixisset,*apud vos manebit*,adiecit , *& in vobis erit* , quo & insinuata est diuinitas spiritus sancti , quòd diuinæ naturæ sit proprium esse in mẽtibus hominum,eáq; inhabitare. Porrò quòd dicitur mundus nõ cognoscere spiritum , de tali intelligendum est cognitione,de quali illud quod dicitur Ioan.7.ad Iudæos,non cognouistis Deum, & 1.Ioã.4.Qui non diligit,non nouit Deum,nempe de notitia perfecta & affectiua. Habẽt quidem Græca,verba præsentis tẽporis,cognoscitis & manet,sed hæc accipienda pro futuris phrasi Hebraica,quæ frequens est in Ioanne,satis patet ex futuro verbo,erit,quod sequitur.

NON RELINQVAM VOS ORPHANOS, VENIAM AD VOS. ADHVC.&c.] Quartò iam alia eos consolatur ratione.Ne fortè enim nõ sufficeret eis promissio alterius paracleti , quem non satis cognouerunt, promittit eis etiam suum aduentum.Cæterùm hic aduentus videtur intelligendus in resurrectione completus, quia ratione illius etiam in sequentibus dicit se venturum ad eos,& videndum ab eis.Cyrillus tamen intelligit de spirituali Christi ad Apostolos aduentu,per ad uẽtum spiritus sancti in eos, per quẽ & Christus venit ad eos.habitans per fidem in cordibus eorum,vnde intelligit Dominum hic significare voluisse se nõ esse alium natura à spiritu sancto. Ne, inquit,

inquit,quoniã *alium* dixit,de substantia naturaq; spiritus id intelligeretur,vt liquidò monstraret in sola personali substãtia à patre & filio spiritum alium esse(spiritus enim est , non pater,nec filius) quum venturum paracletũ asserat,seipsum ventu rũ pollicetur.De hoc aduentu vt intelligatur , exigere videtur partim illud quod sequitur,*In illo die cognoscetis quia ego in patre* , &c. Id enim accepto spiritu sancto maximè cognouerunt:partim illud quod deinde etiam sequitur, *& manifestabo ei meipsum*.Nam id de spirituali manifestatione procul dubio est accipiendum. Proinde conueniens fuerit vtranq;expositionem simul complecti,& locũ hũc intelligere & de aduẽtu visibili post resurrectionẽ, & de aduentu spirituali per missionem spiritus sancti,vt sit hic totius loci sensus:Non relinquã vos orphanos,id est,orbos mea præsẽtia,& veluti pupillos patre destitutos(se enim significat veluti patrẽ erga eos gessisse,vnde & filiolos eos priùs vocauit)sed veniam rursum ad vos,corporaliter quidẽ, cũ tertio die à morte resurrexero: spiritualiter verò,cùm post ascensionem in cœlos,spiritum sanctũ vobis misero.Quare autem peculiariter se ad eos venturum dicat, declarat in sequentibus, dicens: Adhuc modicum,supple.tempus est,& post illud mundus iam me non videt,id est,mundani homines me amplius non videbunt,nec corporalibus oculis,sicut modò vident:nec spiritualibus.quia nõ credẽt in me.Post breue enim illud tempus, quod vsq; ad sepulturam restabat,non est amplius à mũdo visus Christus , quia post resurrectionẽ nõ exhibuit se corporaliter mundo passim videndũ.Vos autem videtis,id est,videbitis me,& corporalibus oculis,cùm resurrexero:& multo clarius oculis fidei,cùm in cœlos ascẽdero,& spiritum veritatis à patre acceperitis.Ideo autem videbitis me quia ego viuo,id est,viuam resuscitatus à morte , sed & vos viuetis.Non possetis enim videre me,nisi & ego viuerem,& vos quoque viueretis.Ad cõsolationem autem eorum facit:quod dicit eos victuros, ne putarent se etiã statim interficiendos.Aliter autẽ hæc pars accipi potest,vt significetur vita Christi fore causam vitæ discipulorum,vt sit sensus:Videbitis me,quia ego viuam:& quia ego viuã, etiã vos viuetis,id est,lętabimini,& velut a morte reuiuiscetis in mea manifestatione.Sic enim exponit Theophylactus,addẽs & aliam interpretationem, qua intelligatur vita Christi fore causa ęternæ vitæ discipulorum,ne mortem corporalẽ pertimescerent.In illo die,cùm me videbitis resuscitatũ, vos cognoscetis clarè quod modò obscurè cognoscitis,quòd ego sim in patre meo,hoc est , vnum sum cum eo,quódq;ad imaginẽ vnionis meę cum patre etiã vos estis in me,& ego in vobis.Id enim clarius cognoscere cœperunt,cùm in eius resurrectione Christi potentiam & gloriã magis agnouerunt,cúmq; Christ⁹ post resurrectionem aperiret illis sensum,vt intelligerent scripturas,sed maximè cum spiritum sanctum in die Pentecostes accepissent,qui eos deduxit in omnem veritatem,& Christũ eis perfectè dedit cognoscere.Porrò quoniam dicitur:*Adhuc modicum, & mundus me iam non videt*,& mundus ipsum rursum visurus est in nouissimo die,D.Augustinus magis putat totum hunc locum referendum ad tempus secundi aduẽtus Christi:quam intelligentiam etiã prosequitur D.Cyrillus,simul cum Augustino annotãs nõ obstare huic intelligẽtiæ quòd modicum tempus dicat futurum vsque ad suam reuelationẽ, eo quòd mille anni coram Deo sint tanquã dies vna. Itaq; sensus erit: Vbi cœlos conscendero , & ad patrem concessero,nõ semper relinquam vos,sed rursum veniã ad vos in nouissimo die. Adhuc est modicũ tempus,post quod me mundus amplius non videbit , quia nõ videbit amplius post consummatum iudiciũ:vos autem videbitis me in æternum,quia ego viuam,& vos mecum in æternum fœlici beataq; vita viuetis mecum resuscitati.In illo die qui finem nescit, perfectissimè cognoscetis me vnũ esse cum patre.Alter autẽ sensus videtur esse germanior,si pleraq; similia considerẽtur quę in hoc Christi sequũtur sermone.nec obstat ea pars,*mundus me iam non videt* , id est , amplius non videbit. Significare enim voluit , mundum non visurũ se durante hoc mundi statu. Cùm enim eũ mundus rursum videbit,iam desinet hic mundi status.Cęterùm quãquã sicut se dicit esse in patre , ita & se in discipulis,& discipulos in se esse dicat , non tamen vt hæretici Arriani volunt.hinc consequitur non perfectius aut aliter patrẽ esse in filio,filium quę in patre,quàm ipse sit in nobis,aut nos in illo. Quæ enim filio propria sunt,conueniunt per eum etiam fidelibus, sed nõ nisi per quãdam imitationem & similitudinem.sicut patet de nomine filij: vnde consequitur ea perfectius cõpetere in filiũ quàm in fideles. Quomodo autem fideles sint in Christo,& Christus in ipsis, dictũ est in c. Cõcordiæ 59 circa illud Ioan. 6. Qui mãducat meã carnem,& bibit meum sanguinẽ, in me manet,& ego in eo. Duplicem autem vnionem dicit in illo die eos cognituros,vnionem patris cum filio,quę pertinet ad mysterium trinitatis: & vnionẽ ipsius cum fidelibus membris suis,quæ pertinet ad mysteriũ incarnationis,quam vnionem per missionẽ spiritus manifestatam esse ostendit Ioãnes, dicẽs: In hoc cognoscimus quòd in eo manemus,&ipse in nobis,quoniam de spiritu suo dedit nobis. *1.Ioan.4.*

QVI HABET MANDATA MEA, ET SERVAT EA,ILLE EST QVI DILIGIT ME,&c.]Repetit Dominus ostensionẽ dilectionis sui cõsistere in obseruatione mãdatorũ suorũ,partim vt hac repetitione ab Apostolis de suo mœstis abitu tristitiã pelleret, dũ significat ostẽsionẽ dilectionis sibi gratam non cõsistere in huiusmodi mœrore: partim vt qua ratione iam Apostolos prouocauit ad sui dilectionem , significãs eos per illã dignos fore aduentu paracleti , & sui pleniore cognitione ac conspectu , eadem & omnes alios fideles ad eãdẽ prouocaret.promiserat enim Apostolis,si ipsum diligerent, paracletũ aliũ venturũ à patre ad eos,imò & se reuersurũ ad eos, seq; illis exhibiturũ videndũ. Similiter ergo & nunc promittit iis qui se rectè diligerent,patris fauorem & sui manifestationem.Quare cũ priùs in secũda locutus sit persona,nũc loquitur in tertia,dicens:nõ ea ratione declaratur vera erga me dilectio, si , vt nũc vos,aliquis tristetur de meo abitu,sed qui habet mãdata mea.edoctus scilicet ea à me,& deinde quę habet, quęq; didicit etiam seruat,opere ea adimplendo , ille est qui verè me diligit. Qui autẽ diligit me, id fecerit cũ magno salutis suæ cõmodo. diligetur cũ vicissim à patre meo , sed & ego diligã eũ,& manifestabo ei meipsum, quia & per spiritus mei afflatum,mei cognitionem & cõtemplationem in animũ ipsius insinuabo , & post hãc vitam me ei facie ad faciem videndum exhibebo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæterùm dubiũ hic occurrit, quomodo hic Dominus diligenti se promittat vicissim dilectionem patris, dicẽs: *qui diligit me, diligetur à patre meo*, quasi nostra dilectio præueniat dilectionem Dei, cùm ex Dei dilectione erga nos, detur nobis dilectio qua eum diligamus: & Ioãnes dicat, nõ quasi nos dilexerimus Deũ, sed quia ipse prior dilexerit nos. Similem quæstionẽ mouet D. Augustinus circa illud quod suprà dicitur: *Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis*. Eo enim significatur, quòd per dilectionem & mãdatorum obseruationem consecuturi essent spiritum sanctum, cùm tamẽ dilectio & mãdatorum obseruatio esse non possit nisi ex spiritu sancto, iuxta illud Pauli: Charitas Dei diffusa est in cordib. vestris, per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Respondet Augustinus, diligenti & mãdata seruanti promitti spiritum sanctum, quia cum largius est accepturus & copiosiꝰ, sicut Apostoli spiritum quẽ habebant largius acceperunt in die Pẽtecostes. Ita & ad præsentis loci quæstionem etiã dicendũ est, quod absolutè quidẽ prius Deus nos diligit quàm nos illum: quoad autẽ quosdã effectus, priùs nos diligimus Iesum quàm deus nos, nostra dilectione promerentes certos quosdã dilectionis diuinæ effectus, vt puta plenitudinẽ gratiæ, donum perseuerãtiæ, intellectus illuminationẽ, aliaq; quæ meremur. Ratione ergo huiusmodi effectuum, promittit Dominus diligentib. se, dilectionem patris & suã. Tunc enim Deus noua ratione suã exhubet dilectionẽ, cùm nouo homines afficit beneficio. Vnde cũ dixisset Dominus, *& ego diligam eum*, nouum huius dilectionis effectũ explicaturus: ratione cuius promittit se dilecturum talem, subiicit, *& ego manifestabo ei meipsum*, significans se pleniorem sui cognitionem illi impartiturum. Sic per Prophetam dicit Dominus: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, cùm tamẽ absolutè priùs Deus debeat conuerti ad nos, quãpossimus conuerti ad illum, ita vt dicat Ieremias:
Zere. 31. Conuerte me, & conuertar, quia quoad effectum certum, nempe reconciliationem, nostra cõuersio ad Deum præcedere debet Dei conuersionem ad nos. Ex his autem discẽdum nobis, & in quo cõsistat veræ dilectionis exhibitio, & quid per eam promereamur, nimirum abũdantiorẽ spiritus participationem, ac pleniorẽ Christi cognitionẽ, quã qui dilectione illa sunt destituti non assequuntur etiãsi multo studio in scripturarũ lectione & tractatione versẽtur. Vnde orat Paulus pro ephesiis,
Ephes. 3. vt sint radicati & fũdati in charitate, vt possint cõprehendere cum omnibus sanctis quę sit lõgitudo, & latitudo, & sublimitas, & profundum, scire etiam supereminentẽ sciẽtiæ charitatem Dei vsq; impleantur in omnem plenitudinẽ Dei. Et in Psalmis Propheta Deum dicit promisisse manifestationẽ sui iis qui timent ipsum, hoc est, qui in hoc incumbunt, vt eius seruent mandata. Firmamentũ, inquit, est Dominus timentibus eum, & testamẽtum ipsius vt manifestetur illis.
Psal. 24.

DICIT EI IVDAS, NON ILLE ISCARIOTES: DOMINE QVID FACTVM EST, &c. Verisimile est Iudã istud nũc interrogasse, propterea quod cùm regnum Christi existimaret declarandum palam toti mũdo, & Christus solitus esset sua dona promittere cõmuniter omnib. nũc in illis Domini verbis hæsitauerit, quibus dixit se illis dũtaxat manifestaturũ seipsum, mundum autem amplius se nõ visurũ. Iudas ergo carnale adhuc Christi regnũ somniãs, & crassẽ Domini verba intelligẽs, sicut & Thomas & Philippꝰ, Domine, inquit, quid factũ est, id est, quid nũc accidit aut quid causæ est, quod te nobis & nõ mũdo es manifestaturus, cũ hactenus crediderimus te post resurrectionẽ palam in toto regnatũ orbe, & restituturũ regnũ Israel? Dominus autem continuãdo sermonẽ, & inculcando quod priùs dixerat, etsi apertè non videatur quæstioni respõdere, indicat tamen quo id pacto sit futurũ, & quare, cõq; nunc modo vlus est in hac respõsione, quo & alibi erga Petrum, cùm interrogasset, nũ illas parabolas pro pter ipsos diceret, an etiam propter omnes. Sic enim ob inculcationem cœptũ sermonẽ cõtinuat & repetit, vt etiam indicet non corporalẽ, sed spiritualem esse manifestationem sui de qua est locutus, & quare diligentibus se tantùm est manifestaturus, non autem mũdo. *Si quis*, inquit, *diligit me, sermonem meum seruabit*, id est, opere adimplebit. Probatio enim dilectionis, exhibitio est operis. Et quia is qui me diligit, sermonẽ meũ obseruabit, ideo vicissim pater meus diliget eũ, & in signum dilectionis is simul & ego ad illũ veniemus, & firmam apud eũ habitationẽ faciemus. Quibus Dominus significat talem fore sui manifestationem quã suprà promisit, qualis est Dei ad homines aduentus, & mãsio atq; manifestatio nimirum spiritualis, & non corporalis atque visibilis. Cùm autẽ suprà dixerit, mittendum eis spiritum veritatis vt maneat apud eos in æternum, nunc promittit etiã se cum patre venturum, & mãsurum apud eos, significans vnam esse patris & filij cum spiritu sancto naturam, vtpote per quẽ apud homines manentem etiã pater & filius maneãt apud eos. Cùm autem dixisset: *& pater meus diliget eum*, subiungit, *& ad eum veniemus*, &c. loquens de se & patre ad similitudinem amicorum, qui inuisere gestiunt eos quos diligunt, & habitationem apud eos delitescere. Huiusmodi spiritualem habitationem apud homines frequẽter pollicetur Deus apud prophetas; æterùm Dei patris simul & Christi filij eius habitatio in hominibus, promittitur his verbis. Zach. 2.
Lauda & lætare filia Sion, qa ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erũt mihi in populũ, & habitabo in medio tui. & scies quia Dominus exercituũ misit me ad te. Hęc eũ verba, si omnia accipiantur dicta in persona Christi cui soli sine personæ mutatione cõuenire possunt, mentionem faciunt & habitationis patris, & habitationis filij. Quòd enim primo loco dicitur, & habitabo in medio tui, ad patrẽ est referẽdum: ga sequitur, ait Dominus, vnde quæ præcedũt dicũtur à Christo in persona patris. Quòd verò secũdo loco dicitur, & habitabo in medio tui, ad filium est referendũ, quia sequitur, & scies quia Dominꝰ exercituũ misit me ad te; quod filio cõuenit, nõ patri. Notandum autem, tria cõgruo ordine promitti diligentib. Christũ, sic vt posterius semper potiri sit maius, ac Dei erga homines benignitatem magis declaret. primùm enim magnum valde est, posse pertingere ad patris dilectionem. Si quis enim regis gratiam promereri potest, etiamsi nullum hinc fructum consequatur, tamen non parùam hinc percipit consolationem, nec parùum reputat honorem, & ab eo diligatur. At hoc maius est, & secundo loco promittitur aduentus patris simul

simul ac filij. Quoniã eũ pro statu huius vitę ipsi ad Deum ire nõ possumus, & habitationẽ facere apud ipsum, pro sua erga homines benignitate dignatur ipse ad nos venire, nõsq; inuisere, quod quã tę sit dignationis, quisq; facile aduertet si Dei excellentiam eum humana comparet vilitate. Maximũ autem omnium est, quòd non solùm promittitur aduentus Dei ad homines, sed eius etiam apud eos mãsio, firmáque habitatio. Amicus enim amicitiæ causa amicum inuisere solet frequenter, sed post breue tempus rursũ ab eo discessurus, ac suo abitu plus doloris amico relicturus, quàm suo aduẽtu attulit gaudij. Christus verò sic se cum patre vẽturum pollicetur, vt etiam mansionem se facturũ
Psal. 22. apud diligentes se, promittat, nunquã scilicet reli
Psal. 15. cturus eos, cuius præsentia & apud homines mansio non potest nõ afferre eis secutitatem ab omnibus malis, & bonorum omnium abundantiam, quemadmodum bene multis locis indicat Psalmista: Si, inquit, ambulauero in medio vmbrę mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et: Prouidebam Dominũ in conspectu meo semper, quoniã à dexteris est mihi ne cõmouear. Propter hoc lætatum est cor meũ & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe, &c. Et quidẽ, vt annotauit D. Gregorius, ad quosdã venit Deus, & mansionem non facit, vt qui Dei visitatione ad compunctionem commonẽtur, sed in virtutis propositũ nõ perseuerant: ad diligentes verò se sic venit, vt mansionem apud eos faciat, nunquam eos derelinquens, nisi si quãdo ex dilectione excidant. Sic autem in præsenti vita apud eos, quantum in se est firmam facit mansionem vt & post hãc vitam in suam eos transferat mansionem cœlestem.

QVI NON DILIGIT ME, SERMONES MEOS NON SERVAT: ET SERMO, &c.] Cùm in præcedentibus indicauerit causam, ob quam se dixerit manifestandum diligẽtibus se, nimirũ propter obseruationem mandatorum suorum: nunc indicat causam quare non sit se manifestaturus mundo, nempe quòd cùm nõ diligat eũ, sermonem eius nõ seruet. Ideóque nõ dicit, qui sermones meos non seruat, is est qui non diligit me. Nõ enim hic signũ tradere voluit, quo agnoscereturis qui se non diligeret, sed indicare causam quare non diligentibus se, hoc est, mundo mundanisque hominibus se non sit manifestaturus. quare dicendum illi erat: *Qui non diligit me, sermones meos non seruat*, quo significat ob neglectos suos sermones, eos qui nõ diligunt, vicissim negligendos iustè à se & patre. Et vt intelligatur quare qui suos seruat sermones, à patre sit diligendus: qui verò non seruat, non sit diligendus, adiecit: *Et sermonẽ* (pro & sermo) *quem audistis, nõ est meus* originaliter, *sed eius qui misit me patris*, significans non sibi tantùm, sed & patri iniuriam inferri ab his qui non obseruant sua mandata: & contrà non se tantùm, sed & patrem honorari ab his qui seruant mandata, ac ea de causa hos quidẽ à patre diligi, illos verò negligi. Porro cùm superiori illa sentẽtia: *si quis diligit me, sermonem meum seruabit*, significetur omnem eum qui Christum diligit, sermonẽ eius seruare: hac iam sententia, *Qui non diligit me, sermones meos non seruat*: significatur etiam solum eum qui Christum diligit, sermonem eiꝰ seruare, vt intelligamus nec dilectionem esse posse sine obseruatione mandatorũ, nec rursum obseruationem mandatorũ Christi esse posse sine dilectione A vt sint inter se conuertibilia, diligere Christum, & mandata eius obseruare: quare sicut is qui se dicit & putat diligere Christum, id debet comprobare obseruatione mãdatorum eius: ita qui cupit eius mandata seruare anniti debet vt dilectionem ex spiritu Christi percipiat. Aliquando autem Dominus singulariter dicit, *sermonem meum*: aliquando pluraliter, *sermones meos*. Sermones enim vocat totam suam Euangelicam doctrinam: sermones verò, varia eius doctrinæ præcepta.

HAEC LOCVTVS SVM VOBIS APVD VOS MANENS. PARACLETVS.] Declarauerunt se Apostolorum plerique, Petrus scilicet, Thomas, Philippus, & Iudas, non assequi profunditatẽ verborum Christi, quare nẽ eos cruciaret B propria ruditas, & pergerent pleraque scisciatari quæ tunc capere non poterant, cùm iam esset veluti finẽ facturus sui ad eos sermonis, promittit eos peruẽturum ad ipsos de quo dixerat paracletum, & omnia intellecturos quæ iam asse qui satis non poterãt, & discituros omnia quę possent requirere, & cõmonefaciẽdos omniũ quæ ipse eis dixisset. Hæc, inquit, pauca pro vestro captu locutus sum vobis, mortali adhuc corpore vobiscũ degens, quæ etsi necdũ planè intelligitis, aut si præter ea etiã alia adhuc cognoscere desideratis, aut etiam metuitis ne hæc vobis excidant, & me iam abeunte à vobis nõ habeatis monitorẽ & doctorem, scitote q; paracletus ille de quo vobis mox dixi, spiritus, inquã, sanctus, quẽ post meũ discessũ pater mittet in nomine meo, hoc est, loco mei, & mihi vicariũ, aut propter me, qui pro illo mittendo pattem rogabo, ille vos docebit omnia quę erũt vobis cognita necessaria, ita vt clarè sitis per eum intellecturi quæ modò in verbis meis nõ satis potestis assequi, & præter ea etiã alia omnia sitis discituri quæ requirere poteritis, quæq; modò propter vestrã incapacitatẽ prætereo. Idẽ ille etiã suggeret vobis, hoc est, in memoriã reducet (Græcè enim, *ὑπομνήσει*, id est, commonefaciet & recordari faciet) quęcũque nunc dixero vobis, pro, dixi vobis. Græcis enim est non futurum, sed præteritum *εἶπον*. ex qua explicatione patet dupliciter hic accipi posse eam orationem; *In nomine meo*; quæ in diuersis locis pro materię exigẽtia diuersis debet modis explicari. Patrem enim dicit missurum C spiritum in suo nomine, aut quia eũ missurus erat in locum suum. dixit enim superius, Ahũ paracletum dabit vobis; aut quia eũ missurus erat in gratiam filij qui pro spiritu hominibus impertiendo patrem erat rogaturus. Dixit enim: Ego rogabo patrẽ, &c. Duo autẽ dicit spiritũ prędicturũ ad intelligentiã pertinẽtia, nempe & quòd in memoriam esset reuocaturus quæ à se iam audierãt, & quòd omnia docturus esset, quæ scilicet aut iam in verbis suis nõ intellexerunt, aut vlterius requirere possent, ex quorum primo sequitur Apostolos ex obliuione non potuisse errare circa doctrinã Iesu, & circa Euãgelia scribẽda aut approbãda: ex secundo verò sequitur eos nõ errasse in aliquo quod docuerunt ad salutẽ esse necessarium. Duo autem hæc & nunc in fidelibus suo modo efficit Spiritus sanctus. Semper enim eos cõmonefacit sui officij, suggerens quæ ex Christi doctrina accepimus, quæ alioqui facilè mentibus nostris elaberentur, & in omnibus occurrentibus dubiis docet quid faciendum, quidve credendum, si modò tamen nõ prætermittantur ea media per quæ diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitus ordinatũ est vt ſpiritus ſuo doceat nũc homines afflatu, oratio ſcilicet, ſcripturarum pia & ſedula lectio. & Eccleſiaſticæ doctrinæ quæ per cõcilia &c6ciones proponitur, auſculatio. Per hæc enim exterioribus percepta ſenſib. docet interiori ſuo afflatu Spiritꝰ ſãctus, ſine quo nihil profuerit aut ſcripturas legiſſe, aut conciones doctorum audiſſe, ita vt propriè in ſpiritum quadret, quod hic tribuitur, docere omnia, adeo vt nec ſibi id tribuerit Dominus quatenus ſenſibiliter ſuis loquebatur. De ſe enim dixit: *Hæc locutus ſum vobis*, de ſpiritu verò, *ipſe vos docebit omnia*. Proinde bene dixit
pſã.63. Deo pſalmiſta: Beatus homo quẽ tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Et Gregorius: De ſpiritu, inquit, recte promittitur: *Ipſe vos docebit omnia*, quia niſi idem ſpiritus cordi adſit audiẽtis, otioſus eſt ſermo doctoris. Nemo ergo docenti tribuat homini, quod ex ore docentis intelligit, quia niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat, &c. Cæterũ quemadmodum ex Chriſti doctrina primũ apertè mundo declaratum eſt, in diuinitate ſubſiſtere patrem & filium in duabus perſonis, ita ex eiuſdem doctrina, & maxime ex his quæ in hoc ſermone dicuntur de Spiritu Sãcto, mundo apertè declaratũ eſt, Spiritum Sanctum in diuinitate etiã ſubſiſtere diſtinctum perſonaliter à patre & filio. Hactenus enim neq; ſcriptura vetus, neque Chriſtus tã apertè Spiritus Sancti naturã & perſonalẽ in diuinitate diſtinctionẽ explicant, atq; in hoc iã fecit ſermonẽ. Sicut enim redẽptionis humanæ miſterium
Digreſſio de myſterio Trinitatis. per Euangelicam Chriſti doctrinã primùm cœpit mundo clare aperiri, ita & Chriſtus primus trinitatis myſterium apertè prædicauit, idq́ue ordine cõgruo ſeruato. priùs enim duatum primarum in diuinitate perſonarum, patris ſcilicet, & filij, diſtinctionẽ inſinuauit, quemadmodũ patuit in multis ſermonib. à Ioãne ſuperius deſcriptis: deinde verò in hoc poſtremo ſermone, etiã à Ioanne ſolo (cui tanquã aquilæ reſernata fuit explicatio myſterij trinitatis in diuinitate) deſcripto, Spiritus Sancti perſonalem in diuinitate à patre & filio diſtinctionem inſinuauit. Frequens quidem in veteri teſtamẽto fit mẽtio ſpiritus Dei, ſpiritus Domini, & Spiritus Sancti, ſed ex illis ſcripturæ locis ante Chriſtum non clarè intelligebatur perſonalis Spiritus Sãcti diſtinctio à patre & filio, ſed intelligebatur dici ſpiritus Dei, ſicut dicitur bonitas Dei, ſapiẽtia Dei, vt per ſpiritum Dei nihil aliud ſignificaretur, quàm ipſemet Deus, aut eius in hominib. afflatus & effectus. Sicut enim non cõueniebat redẽptionis humanæ myſterium clarè prædicari, priuſquã illud perfectum eſſet, atq; ob id primùm per Chriſtum prædicari clarè cõueniebat, vt qui illud erat perfecturus, ita ante Chriſtum trinitatis myſterũ nõ cõueniebat apertè prædicari, tum ne Iudæi qui ad idololatriam erant proni, hinc exiſtimarẽt tres eſſe deos: tũ quòd huius myſterij explicatio meritò debuit Chriſto reſeruari. Nam cùm Deum nemo vnquam viderit, vnigenitum filium qui eſt in ſinu patris, profundiſſimum diuinitatis myſterium referre cõueniebat. His accedit, quòd tunc quidẽ trinitatis myſterium aperiri debuit, cùm ſingulæ perſonæ ſingulari quodã pro redemptione hominum effectu erãt innoteſcẽdæ: quod factum eſt in aduẽtu Chriſti. quãdo pater innotuit mittẽdo filiũ: filius innotuit redimẽdo genus humanũ: ſpiritus innotuit totũ mundũ deſtructa idoloſatria ad

A Chriſtum trahendo. Itaq; vetus taſtamẽtũ apertè quidẽ docet & inculcat Deum eſſe vnum, enimq́ rerum omnium eſſe creatorẽ & gubernatorẽ: nouum verò præter hæc, Deum etiã eſſe trinũ apertè docet, hominũq́; redemptorem ad æternã poſt hanc vitam fœlicitatem obtinendã. Ne tamen videri poſſit noua hæc doctrina, ſpiritus diuinus ſicut in veteri teſtamẽto inſinuauit redẽptionis humanæ myſterium, quanquã obſcurius ita & trinitatis inſinuauit variis modis myſteriũ, ita vt illud in ſcripturis etiã Rabbini quidam Iudæorũ intellexerint ãte Chriſtum, edocti procul dubio aut ab afflatu diuino, aut à prophetis illud vitæ vocẽtra
B dentibus his qui eius myſterij erant capaces. Pluralitatem enim perſonarũ in vna natura ſubſiſtentium ſpiritus in ſcriptura indicauit, primùm dum nomen Dei, quod in ſcripturis primũ occurrit & eſt frequẽtiſſimum, nempe Elohim, pluraliter ponit, addens tamen ei ferè ſemper verbum vel adiectiuũ ſingularis numeri. Cùm enim legimus: in principio creauit Deus cœlum & terrã, pro Deus Hebræis eſt nomẽ nõ ſingularis neq; dualis numeri, ſed pluralis, Elohim, cui tamen additur verbum ſingularis numeri, Bara, id eſt, creauit, vt intelligamus pluralitatem perſonarum, vnius tamen naturæ & eſſentiæ, quarũ perſonarum propterea quidam intelligunt inſinuatas in verbo Bara. Cõ
C ſtat enim ea dictio apud Hebræos ex tribus literis Beth, Reſch & Aleph, quarum Beth principium eſt nominis filij: Ben enim filium illis ſignificat. Aleph verò, prima eſt litera nominis patris, qui Hebræis dicitur Ab, vel Chaldaicè Abba; Reſch autem prima eſt litera nominis Spiritus Sãcti. Spiritus enim Hebraicè dicitur Rouahh. Pluralitatem item perſonarum in diuinitate indicat & alterum nomen Dei, nempe adonai. Nam & illud eſt pluralis numeri, valens perinde ac ſi diceretur, Domini. Proprium verò Dei nomen, nomen inquam, tetragrammaton, etiam perſonarum trinitatem, ac naturę earum ſimplicitatem & vnitatem ſimul repreſentat. Ipſum enim nomẽ cùm ſit deriuatum
D à verbo haia, quod eſſe ſonat, ſignificat eſſentiam, prima autem litera, quæ eſt adiectitia & nominis proprij conſtructiua, nempe Iod, ſignificat principium: tres verò ſequentes literę radicales, he, vau, He, ſonant, hic & ille, quibus tribus ſignificantur tres perſonæ, pater & filius, ſignificati per duo he, quorum copula & amor eſt Spiritus ſanctus, ſignificatus per Vau coniunctionem copulatiuam. Significatur ergo eo nomine tres perſonas vnum eſſe omnium rerum principium, vnamq; eſſentiam, vnde non ſine grandi myſterio hoc Dei nomen in antiquis Hebræorum libris, atque in Chaldaica ad huc trãſlatione ſcribitur per triplex Iod, vnico pũcto Kamets ſubſcripto in hunc modum יְיְי. Sic e-
E nim ſignificatum eſt tres eſſe qui vnum ſunt principium, eandem habentes eſſentiam & naturam. Iam & illud trinitatis in vnitate myſterium nõ parum cõmendat in lingua ſancta, quòd in ea omnis dictio ex ſua natura trium & non plurium eſt literarum. Tres enim in vna dictione literæ trinitatẽ in vnitate repræſentant. Vt autem omittamus dictionum & nominum Hebraicarũ obſeruationẽ, quæ quibuſdam curioſa nimis videtur, etiã variæ locutiones ſcripturæ pluralitatem perſonarum in vna diuinitate inſinuãt, quales ſunt in quibus aut Deus de ſeipſo, aut ſcriptura de Deo loquitur pluraliter, aut Deus aliquid feciſſe à Deo, vel dixiſſe aũ

ad Deũ ſcribitur. Inter quæ primò occurrit illud
Gen. 1. quod ſcribitur dixiſſe Deus: Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Hic enim nõ poteſt intelligi, vt volunt Iudæi, Deus locutus ad Angelos. Nam hi nõ fuerunt in creando homine Dei cooperatores, cùm de Deo ſolo dicatur: Formauit deus hominem de limo terræ, & inſpirauit ei ſpiraculum vitæ. Pater ergo ad filiũ loquitur & Spiritum ſanctum, quorum perſonalis pluralitas ſicut ſignificatur verbo pluralis numeri, faciam⁹, & pronomine, noſtram: ita naturæ vnitas deſigna
B tur, cùm ſingulariter dicitur, ad imaginem & ſimilitudinẽ. Similis eſt locus Gene. 11. cap. cùm Deus videns ædificationem turris Babel, ſcribitur dixiſſe: Venite igitur, deſcendamus & cõfundamus ibi linguam eorũ, cùm tamẽ mox ſubiiciatur: Diuiſit eos Dominꝰ ex illo loco in vniuerſas terras. Sic & alibi de Deo ſcriptura loquitur pluraliter. Nam Ioſue vlt. vbi nos legimus: Non poteritis ſeruire Domino, Deus enim ſanctus & fortis æmulator eſt, Hebreilad verbũ habẽt, ſi ſic dicere liceat, quia dij ſancti ipſe. Et Iere. 23. vbi nos legim⁹: Peruertiſtis verba Dei viuentis, Domini exercituũ Dei veſtri, Hebræis eſt ad verbũ: Peruertiſtis verba deorum viuentium, Domini Dei veſtri. Pluralitatẽ perſonarum indicant & iſtæ locutiones: Dominus pluit, à Domino ignem & ſulphur de cœlo: Gen. 29. Dixit Dominus ad Satã, Increpet dominus in te Satan. Zach. 3. et alię multę ſimiles, quas breuitatis cauſa omittimus. Iã trinitatẽ perſonarum in diuinitate indicant & illæ locutiones, in quibus nomen Dei ter repetitur, vt i illo Pſalmi: Benedicat nos deus Deꝰ noſter, benedicat nos Deus. Et in illo Deut. 6. vbi Deiunitas ex inſtitutomaximè cõmẽdatur. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominꝰ vnus eſt. Quibus locis quare ſecũdo loco dicatur Deus noſter, ſuperius eſt indicatum. Et rurſũ ea Seraphim
Iſaie 6. acclamatio, qua ter vni Deo acclamatur, Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus ſabaoth. Patris autem & filij diſtinctas in diuinitate perſonas inſinuat illud Prouer. 30. Nõ didici ſapiẽtiã, & nõ noui ſcientiam ſanctorum. Quod nomen eſt eius, &
D quod nomen filij eius ſi noſti? Hic enim ſignificatur, inter eos qui propriè dicuntur ſancti, vnũ eſſe patrem, & vnum filiũ. Spiritus verò etiã diſtinctã perſonã præter duas alias in diuinitate perſonas,
Iſaie 47. manifeſtè ſatis ſinuat illud Iſaiæ: Accedite ad me, & audite hęc, nõ à principio in abſcõdito locutus ſum, ex tempore antequam fieret, ibi erã, & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius. Quę verba nõ eſſe dicta in perſona Iſaiæ, ſed Chriſti, patet tum ex eo quod ſequitur: Hæc dicit Dominus, redemptor tuus ſanctus Iſrael: tum quia Iſaiæ non conuenit, illud, ex tempore antequã fieret ibi erã. Non enim Iſaias adfuit in datione legis, in qua is
E qui hic loquitur, ſignificat ſe locutum non in abſcondito, ſed palam. Commendat autẽ etiam perſonarum diuinarum nõ ſolùm trinitatẽ: ſed etiam
Pſal. 32. proprietates verſus ille pſalmi: verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Cæterùm etiã antiquos Iudęorũ ante Chriſtum in ſcripturis intellexiſſe inſinuatũ trinitatis diuinæ myſteriũ, oſtendit Galatinus polixè libr. 2. contra Iudęos. In nomine enim Dei tetragrammaton intellexerunt inſinuatam trinitatem diuinam, vnde cùm eſſet ineffabile, illud exponebant per aliud nomẽ duodecim literarũ, quod erat, Abben, verouahh hacados. Hoc enim nomen ex mul

A tis conſtans dictionibus, apud Hebræos 12. continet literas, & valet idem quod pater. filius, & Spiritus ſãctus. Et rurſum Iſaiæ 6. ternam nominis Sãctus repetitionẽ illi ſicuti & nos referebant ad patrem, filium, & Spiritũ ſanctum, ſicut oſtendit Galatinus per quendam Rabbi Simeonem, & alium Rabbi Ionathan, qui Chaldaicã fecit æditionem. Iam verò etiã Gentiles Philoſophos, maximè Platonicos, agnouiſſe trinitatis in diuinitate myſteriũ, indicat D. Auguſtinus lib. 10. de ciuit. Dei cap. 14. & prolixius D. Cyrillus lib. 8 cõtra Iulianum: post hos verò prolixiſſimè Auguſtinus Steuchus
B lib. 2. de perenni philoſophia, nõ quod hoc myſteriũ aſſequi homo poſſit naturalꝰ intellectus lumine, ſed quòd ſiue ex oraculis Deotũ, ſiue ex Chaldæorũ Hebræorúmque doctrina obſcurè aliquid de trinitatis myſterio intellexerint. Platonẽ enim & Pythagoram ab Ægyptiis, & hos à Chaldæis pleraque didiciſſe certum eſt. Itaque de Mercurio illo qui Triſmegiſtus dictus eſt, ſic ſcribit Suidas: Mercurius Triſmegiſtus, id eſt, Termaximus, is fuit ſapiens Ægyptius. Floruit autem ante Pharaonẽ. Appellatus eſt autem Termaximus, quoniam de trinitate ædidit oraculum, dicens in trinitate vnã eſſe diuinitatem his verbis: Erat lumen intelle
C ctuale ante lumen intellectuale. Et erat ſemper Mens Mentis luminoſa. Et nihil aliud erat, quàm horum vnitas, & Spiritus omnia continens. Extra hunc non Deus, non angelus, non ſubſtantia vlla alia. Omnium enim Dominus pater & Deus, & omnia ſub ipſo & in ipſo ſunt. Nam verbum eius perfectum exiſtens, & fœcundum, & opifex, lapſũ in fœcunda natura, & aqua fœcũda prolificam fecit aquam. Hæc Suidas de Triſmegiſto. Cuius philoſophiã ſecutus Plato tres in variis locis indicat diuinitatis gradus. In epiſtola enim ad Dionyſiũ, qui eũ de natura Dei percunctatus fuerat, ſic reſpondet, De natura Primi loquẽdum eſt tecũ per ænigmata, vt ſi quid Epiſtola ponto vel terra perpeſſa fuerit, qui legerit nõ intelligat. Sic habet res, circa omnium regẽ omnia ſunt, & illius gratia exiſtunt omnia, illęque eſt cauſa omnium bonorum, ſecundum autem circa ſecunda, & tertium circa tertia. Porphyrius autẽ Platonis interpres, in quarto libro hiſtoriæ Philoſophi, vt teſtatur Cyrillus loco prædicto, ſcribit Platonẽ aſſerere, vſq; ad tres
D hypoſtaſes ſiue ſubſiſtentias, Dei progredi eſſentiã & eſſe quidẽ dicit ſummè Deum Bonum, poſt illum autem ſecundum Conditorem, tertium autẽ mundi animam. Nã vſque ad animam diuinitatẽ progredi. Per animam autem mũdi, Platonẽ Poetaſque intellexiſſe eum quem nos vocamus Spiritum Sanctum, docet Calcidius ſuper Timæum, & Cyrillus contra Iulianum, quòd per hunc ſpiritum tanquam per animã vegetatur & regitur mũ
E dus. Proinde Plotinus magnus Platonicus librũ ſcripſit περὶ τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων, id eſt de tribus principalibus ſubſiſtentiis, cuius libri & Auguſtinus meminit loco prædicto, in quo libro ſũmum Bonum ipſámque excellentiſſimam vnitatem, ex priſcorum philoſophia facit primam hypoſtaſim, ſecundam ipſam mentem, tertiam Animam mundi, animámque viuificatricem, amatricem omnis vitæ: nullum toto mundo eſſe animal, quod non acceperit ab ea vitam, ab hac omnem vim ſubſtantiámque omnem ſuppetere, multaq; alia huic animę tribuẽs, quę ſcriptura ſacra tribuit Spiritui ſãcto, vt latius videre licet apud Steuchũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trinitatis insinuationē apud Ægyptios habuit, A quod de illis scribit Damascius Platonicus, ter illos primo principio acclamare solitos. Primum, inquit principium appellabant tenebras, super omnem cognitionem tenebras incognitas, ter illud acclamantes. Rursum trinitatis vrcunque cognitæ olim insinuationem habet quod Aristoteles lib. 1. de cœlo & mundo scribit, Pythagoricos in tribus posuisse perfectionem rerum, velut principio, medio & fine, & in Deorum sacris hūc numerum solitum vsurpari, vnde putantur esse verba illa magæ apud Vergilium.

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Lycia circundo, terque hec altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

His operæpretium est adiicere oraculū Serapidis, qui cōsuleti Thuli, qui in Ægypto regnauit bello Troiano, qui sua esset se beatior, fertur dixisse carmine, vt fere oracula carmine reddi consueuerūt:

Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,
Σύμφυτα δὲ τρία, πάντα καὶ, εἰς ἑν ἴοντα.

Principio Deus est, tum sermo, & spiritus istis
Additur, æquæua hæc sunt, & tendentia in vnum.

Citat Ludouicus Vines in commētariis lib. 10. de ciuitate Dei. Quo oraculo magis adhuc admirandū est Apollinis oraculum, quod sub Christi decessum respondit etiam carmine, interrogatus de vera religione, vt refert Steuchus vltim. cap. lib. 2. qui & Græca sic vertit catmina, *Ne me vtinam supremum, infelix ipse sacerdos Sciens de sancto ac diuino genitore, Et sobole chara, rebus magni induperantis, Et flatu, qui mundum astrictum continet omnem, Montes, tellurem, fluuios mare, tartara & ignem, Aeráque: heu tēplis is me discedere ab istis Coget, linquetur, quo ede hāc oracula, limen.* Et hęc quidē paucis attulisse sufficit, vt hinc intelligatur trinitatis mysterium & in scripturis veteris testamenti insinuatum fuisse, & à Iudæis etiam intellectum, nec ab his solùm, sed & à Philosophorum principibus, quod tamē vt à paucis retro fuit cognitum, & admodum imperfectè cognitum, & obscurè, per Christum fuerat palam prædicandum, & perfectius aperiendū, quod & Iudæos quosdam testatos esse. citatis eorū sententiis demonstrat prædicto loco Galatinus. Afferuntur autem à nostris etiam naturales quædā rationes ad probandum personarū in diuinitate trinitatem, non quòd huiusmodi rationibus sufficiēter id possit probari, sed quòd rationes illæ ostendant valde cōgruere diuinitati personarum trinitatem & pluralitatem. Hinc ad probandum hanc pluralitatē, aliqui induxerunt rationem ex ratione infinitæ bonitatis diuinę, quę seipsam infinitè E cōmunicat in processione diuinarum personarū. Quidam verò per hoc, quòd nullius boni sine cōsortio potest esse iucūda possessio. Augustinus autem procedit ad manifestādum trinitatem personarum, ex processione verbi & amoris in mente nostra. Similiter alij ex processione luminis & caloris à luce solari. Sed vt redeam° eò vnde digressi sumus, Christus sicut iam superius frequēter apud Ioannem patris & filij distinctas personas in diuinitate insinuauit, etiam in hoc sermone tertiā personam, nempe Spiritus sancti, aperire primùm cœpit diligētius. Quòd enim Spiritus sanctus distincta sit à patre & filio persona, manifestissimè præter alia quæ hoc sermone dicuntur, significatur per hoc quòd pater dicitur eum missurus in nomine filij. Hinc enim sequitur, eum nec patrē esse, nec filium. Quòd autē hæc à patre & filio distincta persona verus etiam sit Deus, vnius omnino cū patre & filio naturæ, ex infinitis ferè scripturarū patet locis, quibus ea tribuūtur Spiritui sancto, quæ Deo sunt propria, & Deo in scripturis tribuuntur: qualia sunt, esse vbique, esse & habitare in hominibus, replere homines, loqui per prophetas, viuificare & sanctificare creaturas, aliaque innumera, vt quod hoc loco Dominus illi tribuit dicens: *Ille vos docebit omnia.* Cùm enim Deus per B Isaiam capite 54. promisisset vniuersos Ecclesiæ filios fore doctos à domino, quod & supra cap. 6. Ioannis citauit Dominus, hic dicit Spiritum Sanctum docturum eos omnia. Est ergo Spiritus sanctus etiam Dominus & Iehoua (nam apud Isaiam est hoc nomen tetragrammaton) & eiusdem cum patre naturæ, de quo patre supra dixit Dominus: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Quæ autem sit huius tertiæ personæ à patre Ioan. 6. & filio in diuinitate distinctæ personalis distinctio, etiam hic indicat Dominus, dum ad distinctionē ipsius à se, vocat eum Spiritum sanctum. Cùm enim nomen paracleti etiam sibi esset commune, ad distinctionē adiecit: *Spiritus sanctus.* Cęterùm vt cognoscatur quomodo hoc nomen *Spiritus sanctus*, proprium sit tertiæ in diuinitate perC sonæ, cùm & pater sit Spiritus, & sanctus, ac similiter filius, sciendum quòd nomē *spiritus*, sicuti & πνεῦμα Græca dictio, propriè significat vētum spirantem & flantem: quia autem ventus res est minimè corporea & inuisibilis, hinc vocabulum hoc metaphoricè dicitur de omnibus rebus incorporeis, vt de diuina natura, de angelis, de anima, quæ & ipsa sic dicta est, quasi ἄνεμος, qd est ventus. Hac ergo ratione & pater est spiritus & filius, quorum vtrique cùm conueniat nomen, *sanctus*, vterque etiam, sicut & ipsa diuinitas, est Spiritus sanctus. Ea tamen ratione qua hoc nomen, *spiritus*, dicD itur à spirando, nomen hoc, *spiritus*, appropriatum est tertiæ personæ, eo quòd hæc per modum spirationis procedit à patre & filio. Ab his enim personis procedit æterna processione, sicut amor à mente intelligente, & verbo mentali, hoc est cogitatione. Amor autem veluti spiratur, quia sicut ventus qui spiratur, impellit & mouet aerem & alias res, ita & amor impellit & mouet voluntatē amantis in rem amatam. Et quoniam per modū spirationis à patre procedit & filio æterna sua processione, hīc ei i scriptutis accōmodātur illi diuinæ naturæ in creaturis effectus, qui afflatum E quēdam diuinitatis important: vt sunt viuificare, afficere mentes hominum, sanctificare, docere, illuminare, & id genus alia, vnde nomē spiritus ei nō tantùm propriè conuenit ratione æternæ processionis suæ in modum spirationis, sed etiam ratione huiusmodi effectuum, qui ei in creaturis appropriantur, eo quòd per huiusmodi effectus veluti spirat, mouet & afficit creaturas, & veluti animæ in corpore obit officia, producēdo eas in esse viuificando, continendo, mouendo, sanctificando, interius docendo, & afficiendo mentes hominum. Vnde Dominus hanc nobis rationem satis significauit, cùm daturus suis post resurrectionem Spiritum sanctū, priùs insufflauit in eis, ac tū dixit: Ac Ioan. 20.
cipite Spiritum sanctum, cumq; in die Pētecostes

Spiritus

Spiritus Sāctus eis rursum datus est cū sonitu spi A ritus, hoc est, venti vehemētis. Ab huiusmodi effectibus statim in exordio mūdi insinuatus est hic spiritus, cū dicitur: Et spiritus Domini ferebatur super aquas. siue, vt habet Hebraica veritas, fouebat, aut incubabat super aquas, instar scilicet gallinæ suo calore & afflatu oua incubātis, & viuificātis. In nouo verò testamento ab effectibus magis spiritualibus, qui scilicet hominē supra se eleuarēt, & diuinæ facerēt naturæ cōsortes, magis innotescere cœpit, dū noui diuinitatis effectus in modū afflatus passim in toto orbe cū magna energia apparere cœperunt in hominibus, ob quos effectus meritò iā dicitur Spiritus Sanctus, cū in principio Geneſis dicatur spiritus Domini, quāquam & nomen Spiritus sancti aliquoties occurrat in B veteri testamento. In nouo tamen frequētius hoc reperitur ob effectus sanctificationis, quos in plenitudine temporum copiosius in hominibus operari cœpit. Dicitur ergo appropriatè Spiritus Sanctus, quia à patre & filio instar flatus ab æterno procedēs, suaque natūra sanctus existens, imò ipsa sanctitas, afflatu suo diuino mirabiliter mētes hominum sanctificat. Et hæc quidem de Spiritu Sancto in præsenti sufficiant loco, qui quomodo mitti & procedere dicitur, in sequētibus tractabitur.

PACEM RELINQVO VOBIS, PACEM MEAM DO VOBIS, NON QVOMODO, &c.] Postquam Dominus præcedentibus respondisset interrogationi Iudæ, & alias Apostolorum exclu- C sisset quæstiones, redit nunc ad propositam mœstorum Apostolorum consolationem, quamuis & in his quæ mox præcedunt quintā rationem consolationis indicauerit, cùm pollicetur spiritum omnia eos doctum. Nunc ergo sexta eos consolatur ratione, dum pacem, idque suā, eis se dicit relinquere & dare, quā rectè eis dat post promissum spiritū, quòd hæc spiritus præsentiā sequatur. Fructus enim spiritus, inquit Paulus, est charitas, gaudium, pax. Etsi, inquit, abeā à vobis, tamen pacē quā hactenus habuistis in me, relinquo vobis, pacem, inquā, non quamlibet, sed meam, quæ sola est vera pax, do vobis, per quam fiet, vt non vos cōturbent tumultus huius mundi quos videbitis exoriri in me & cōtra vos. Hæc autem pax Christi D tria in se includit, & primùm quidem reconciliationem hominis cum Deo: deinde verò quæ ex agnitione huius gratiæ & amicitiæ, atq; ex cōmunicatione Spiritus Sancti nascitur, trāquillitatē & securitatem mentis, necnō & omnium internorū motuum debitā cōpositionem: postremùm mutuam hominum inter se concordiam, quæ ex mentis illa trāquillitate, & passionum atq; affectuum debito ordine nascitur. Includit ergo pax hæc pacem hominis cū Deo, pacem hominis in seipso, pacē hominis cum proximis, quorum triū posterius semper nascitur ex præcedēti. Qui enim Dei erga se a- E gnoscit in Christo exhibitam benignitatem, hinc colligit, quandā animi securitatē, & accedente gratia Spiritus sancti, cōsequitur affectuū suorum debitam compositionem, vt non solito more tumultuentur, & in diuersa mētem abripiāt, sed spiritui & rectæ rationi subiiciātur. Hāc autem mētis dispositionem sequitur facile mutua hominum inter sese cōcordia. Discordia enim hominū inter se nō ex alio nascitur, quàm ex mētis interna turbatione, & affectuum tumultu atq; seditione. Qui verò mentem habet bene ordinatam, & tranquillam, cū omnibus hominibus quantū in ipso est, pacem habet. vnde Iacobus: Vnde, inquit, bella & lites in vobis? Nónne ex cōcupiscētiis vestris quæ militāt in membris vestris? Hæc est illa pax quā in principio suarū Epistolarū semper imprecatur Apostolus, sed gratiā præponens, vtpote ex qua profluat *Philip. 4.* pax. Hæc est cuius insigne encomiū extulit ad Philip. dicēs: Pax Dei, quæ exuperat omnē sensum, custodiat corda vestra & intelligētias vestras in Christo Iesu. Hæc est quam Isaias prædixit Messiam daturum nobis, sicut & modò fecit: Domine, inquit, *Isaiæ 26. & 57.* dabis pacem nobis, quā idem impiis negatam asserit, dicēs: Creaui fructum labiorum pacē, pacem ei qui lōgè est & qui prope, dixit Dominus. Impij autē quasi mare feruēs, quod quiescere nō potest, & redundāt fluctus eius in conculcationem & lutum. Nō est pax impiis, dicit Dominus Deus. Hæc pax fideles munit & cōseruat cōtra huius mundi omnes aduersitates & tumultus. Per mentis enim serenitatem fiduciāmq; in Deo, ac mutuā eorum inter se cōcordiam fit vt fortiter ac sine turbatione extetiores ferāt & superent tumultus, quemadmodum in Apostolis experientia bene docuit. Cęterùm quod additur: Non quomodo mundus dat ego do vobis, dupliciter potest accipi. Altero modo vt simpliciter intelligatur Dominus indicare quare dixerit, *meā*, & sit sensus: Nō quomodo mūdus dat pacē, etiā ego do vobis pacem, hoc est, non talem pacem do vobis qualem mundus, hoc est, homines mundani. Hi enim dāt pacem temporalem & externā, & proinde nec veram, nec solidam: ego verò spiritualem & internā, & proinde æternam & verā. Altero modo, vt intelligatur Dominus significare differentiā in modo dandi pacem, quomodo intelligendum vult Caietanus, quia nō dicitur, nō qualem mundus dat, sed, *non quomodo mundus dat.* Differentia autem in modo hæc est secundùm August. quòd mundi homines ea intentione dāt pacem, vt sine molestia litium & bellorum nō Deo sed amico suo mundo perfruantur: Christus verò suis dat pacē, vt Deo reconciliati, & animum adepti tranquillum, etiam in mediis malis lætētur. Rursum in hoc est differētia, quòd cùm homines sibi mutuò pacem etiā temporalem nō possint dare nisi imprecādo, aut si etiam eam præstent, non possunt tamen præstare diuturnā aut perpetuā, Christus sic dat suam pacem, vt eā verè efficiat, & perpetuam esse faciat, ita vt nemo eam possit tollere. Indicat Euthymius & alium horum verborum intellectum, quo intelligitur non cōparari pacem Christi cum pace mūdi, sed donū Christi cum dono mūdi, vt sit sensus: Nō eo modo do sicut mundus dat. Mundus enim pecunias & possessiones suis largitur: ego verò pacem do longè præferēdā omnibus mundi bonis. At primus intellectus vt videtur esse simplicior, ita & germanior, ad quem alluditur in Collecta pro pace, dū precamur eā nobis dari pacem quam mundus dare nō potest. Sic autem Christus abiturus pacem suis se dicit relinquere & dare, quomodo abiturus aut moriturus amicus legatum aliquod amicis relinquere & dare solet, vt meritò hæc Christi pax testamētum eius & legatū appellari possit, quod nihil potuisset fidelibus relinquere melius & optabilius. bene autē postquā dixisset: *Pacem relinquo vobis*, repetendo adiecit, *pacem meam do vobis*, addens iam, *meam*, & pro verbo, *relinquo*, substituens verbum *do*, vt explicaret de quali loqueretur pace, & significi

Universidad de Deusto
Biblioteca

caret se autorem esse pacis, quâ se dixit relinquere, ne putaretur relinquere rem nõ suam, sed alienam. Hæc autẽ pax Christi in hac quidẽ vita non perfectè habetur à fidelibus, quia in eis semper ea ro cõcupiscit aduersus spiritum, & contrà: nec est inter eos adhuc plena sententiarũ & affectuũ consensio, tanto tamen perfectius modo ab eis habetur, quanto eorum quisq; perfectius habet Spiritum Sãctum, perfectissimè autem ab omnibus habebitur in patria, quando nulla erit in ipsorum membris repugnantia contra spiritum, nec aliqua animorum in sententiis aut desideriis diuersitas.

B NON TVRBETVR COR VESTRVM, NEQVE FORMIDET, AVDISTIS QVIA. Cùm iam variis, & potissimùm sex rationibus suos Dominus fuisset consolatus, repetit iam vnde cœperat, & propter quod persuadendum omnia hactenus dixerat, thetorum & prædicatorũ in hoc morem seruans, qui id quod probandum est aut suadendũ & in principio proponunt, & rursus post argumẽta allata resumunt, ob maiorem vim persuasionis & doctrinæ. Duo autem dicit, vt scilicet nõ turbentur, neque formident, quia Apostoli nõ solùm turbabantur mœrore ob abitum Domini quem diligebãt, sed etiam ob illum abitum sibi timebant, ne ab illo essent deserendi, & ne multa sibi mala essent obuentura. Repetit autem vnã ex præcipuis rationem, ob quã meritò non deberẽt C turbari. *Audistis*, inquit, *quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos*. Quasi dicat: Quamuis dixerim me obire à vobis, non est tamen quòd turbemini, quia ego qui dixi me abire, dixi etiam me venturum ad vos. Cùm autem hac sententia iam excluserit ab eis rationẽ turbationis ex parte ipsorum, sequẽti sententia excludit rationẽ turbationis ex parte sua. Quòd enim sibi ipsis non deberent malè timere, ostẽdit dicens: vado quidem, sed rursum venio ad vos. Quòd verò nõ deberent turbari & dolere ex dilectione erga se iam abeuntem, ostẽdit modò dicens. Si diligeretis me, tantum abest vt audientes me dicerẽtem quòd ad patrem vadam, dolere deberetis, vt potius gaudere & congratulari mihi debe- D retis, quia ad maiorem me abeo, apud quẽ proinde magno sum afficiẽdus honore, qui modò apud homines viuo inglorius. Itaque ptiùs quidem Dominus variis promissis conatur turbationem cordis tollere, nũc verò causas turbationis euertit, rhetorum etiam in hoc morem seruãs, quorum est & prius sua statuere, & deinde aliorũ rationes subuertere. Cæterùm quod dicit Dominus, *pater maior me est*, quibus verbis Arriani maximè suã tuebantur hæresim, tripliciter accipi potest in catholico sensu. Primò enim secũdùm Augustinũ intelligitur Christum asserere patrẽ se esse maiorem, secundùm humanã formam serui. Et omnino sic accipiendum ideo videtur, quia secũdùm id videtur patrem se dicere maiorem, secundũ quòd ibat E ad patrem. Ibat autem nõ secundùm diuinitatem, sed secundum assumptam à se humanã naturam. Hunc sensum Diuus Augustinus lib. 1. de Trin. c. 7. ex alia confirmat scriptura, sic scribens: Illi quidem dicunt (Arriani scilicet) minorem filium esse quã pater est, quia scriptum est: *Pater maior me est*. Veritas autem ostendit secundùm istum modum etiã seipso minorem filium Quomodo enim non etiam seipso minor factus est, qui semetipsum exinanuit, formã serui accipiens? Neque enim sic accepit formam serui, vt amitteret formam Dei, in qua æqualis erat patri. Si ergo ita accepta est forma serui, vt nõ amitteretur forma Dei, cùm & in forma serui & in forma Dei idem ipse sit vnigenitus filius Dei patris, in forma Dei æqualis patri, in forma serui mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, quis non intelligat quòd in forma Dei etiam seipso maior est, in forma autem serui etiam seipso minor est? Secundò, secundũ Chrysostomum Dominus patrem se dicit maiorem, non quia re vera maior erat, sed quia maior erat opinione Apostolorũ. Aliquãdo enim Christus quædam simpliciter asserit secundum aliorum existimationem & asseuerationẽ, vt cùm ipse prã dixit: Si ergo testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. Et: Me scitis, & vnde sim scitis. Et hic sanè intellectus etiam probè conuenit proposito Domini. Nam ad ostendendũ eos ob suum ad patrem abitum debere gaudere, conueniebat argumentum adferre ab eorum opinione & sententia, vt non tam à veritate quàm à propria reprimerẽtur sententia. Huiusmodi enim sunt efficacissima argumenta Et hũc item sensum indicat D. Augustinus, c. 9. li. 1. de Trin. sic explicans verba Christi: Propterea me oportet ire ad patrem, quia dum me videtis, ex hoc quod videtis, existimatis quia minor sum patre, &c. Tertiò, intelligitur à quibusdam pater in veritate dici maior filio etiam secundum diuinitatem, eo quòd filio sit principiũ generationis. Esse enim principium sonat aliquid ex cellẽtiæ & maioritatis, quia maius est dare quã accipere. Sic Hilarius lib. 9. de Trin. Sic & Gregorius Nazianzenus lib. 3. de Theologia.

ET NVNC DIXI VOBIS PRIVSQVAM, &c.] Cum iam variis ostendisset rationibus non debere eos turbari & dolere quòd dixisset se ire ad patrem, ostendit modò cur id eis prædixerit ne quis dicere posset illud potius silẽdum ipsis fuisse si eos diligeret, vtpote quos sciret inde inconsolabiliter contristandos. *Et nunc*, inquit, *dixi vobis*, quòd scilicet vado ad patrem, *priusquam id fiat*, non quòd gaudeam vestro dolore, sed propter vestrã vtilitatem, vt scilicet cùm factum fuerit quod modò dixi, credatis firmius in me, dum videbitis mihi nihil fuisse incognitum, & in omnibus semper fuisse veracem. Cum hactenus eos fuerit consolatus, & rationes doloris eorum euertisset, & causam prædictionis vnde dolorem illum conceperãt attulisset, finẽ huic sermoni imponere volens, subiecit: *iam*, id est, deinceps, *non multa loquar vobiscũ. Venit enim*, id est, iamiã venturus est (est enim venit non præteriti temporis, sed præsentis pro futuro positi) *venit, inquam, per suos satellites princeps huius mundi diabolus ad me comprehendendum & occidendum*. Ne autem princeps iste quem venire dicit, fortior se esse putetur, & dominaturus sibi sicut aliis hominibus, adiecit: *Et in me non habet quicquam*, hoc est, nihil habet in me iuris, sicut habet in aliis ratione peccati: aut non habet in me quicquam quod suum est, quia nõ est in me peccatum, quod solum est diaboli, ac proinde non habet in me causam mortis, cuius solũ peccatum hominibus est causa. D. Ambrosius lib. de fuga seculi c. 4. duplicem affert huius loci lectionem & interpretationẽ. Altera lectio est: *Et in me inuenit nihil*. Qua intelligit significari diabolũ nihil inuenisse in Christo quod suum erat. Altera est, quã dicit reperiri in pleriq; libris, *Non inueniet in me nihil*, qua intelligit significari diabolum non inuenturum in Christo peccatum, quia peccatum nihil est. Huius autẽ secundę lectionis causa est, quòd Græci duas habeãt negationes, ὃτι ἐμοὶ οὐκ ἐστιν ἐν αὐτῷ οὐδεμία, sed duæ negationes Græco more positæ sunt ad fortius negãdũ: quare bene vertit noster interpres: *In me non habet quicquam*. Quoniã autẽ dicere quis poterat: Cur ergo venit cõtra te diabolus, si nõ habet in te quicquã? cui morieris, si nõ habes peccatũ cui debetur mortis supplicium? cõtinuò subiũgit: *Sed vt cognoscat mundus*, &c. In qua parte duplex est distinguendi modus. Quidam enim ea verba quæ in fine ponũtur: *Surgite, eamus hinc*, cõiungunt sub vna sententia cum præcedẽtibus, vt sit sensus: Quanquã nihil in me habeat iuris diabolus, tamẽ vt cognoscat mundus quòd diligã patrẽ, & quòd sic faciã sicut mãdauit mihi pater, ideo surgite, & eamus hinc obuiã satellitibus eius. Sic distinguit D. Aug. & Nõnus, & habet hæc distinctio cõueniẽtissimum sensum. Ideo enim & postea hostibus suis occurrit Dominus dicens Apostolis: *Surgite, eamus, ecce appropinquauit qui me tradet*, vt mũdus intelligeret prõptã Christi ad subeundã mortẽ obedientiã secundũ patris voluntatẽ. Alij verò illa verba separãt à præcedentibus, quẽadmodum sit cũ in die Pẽtecostes hæc pars legitur in sacrificio missæ. Secũdũ quã distinctionẽ, in illo; *vt cognoscat mundus*, &c. aut est subaudiendum, ideo cedã potestati satanæ veniẽtis, vel simile aliquid. Aut ea pars cõiungẽda est cum eo quòd præcessit, *venit princeps mundi huius*, vt sit sensus: sed ideo me permittẽte venit, vt cognoscat mundus, &c. Sequũtur hanc distinctionem Chrysostomus & Cyrillus. Cæterùm quoniam iam Dominus dixit, *surgite eamus hinc*, intelligitur à plerisque Dominũ cũ suis mox post hæc verba exisse antequã subiungeret reliqua quæ apud Ioannem tribus sequuntur capitibus. Iuxta quã sententiã in cõcordia ponendum fuisset post hæc verba, ex Matthæo & Marco: *Et hymno dicto exierunt*. Verùm huic sententiæ multum obstare videtur quòd in principio capitis 18. dicat Ioannes: *Hæc cùm dixisset, egressus est trans torrentẽ Cedron*. Sunt quidẽ aliqui, qui secuti Chrysostomum intelligũt Dominũ illo quod dixit *surgite, eamus hinc*, prouocasse suos vt e loco in quo cœnauerãt trãsirent ad alium locum tutiorẽ, in quo, omni deposito metu quo iã tenebãtur Apostoli, E trãquillo animo audirẽt quæ adhuc erat dicturus, quòd magna audituri essent quæ animũ requirerẽt liberum: proinde quòd postea dicit Ioannes, Dominũ cũ suis egressum, intelligũt de egressu ex eo loco in quẽ illos trãstulerat, antequã cum eis trãsiret per torrẽtem Cedron in mõtem Oliuarum.

Verùm magis est verisimile, Dominũ cùm diceret, *surgite, eamus hinc*, prouocasse suos ad eundũ in illũ locum vbi erat capiendus, & ad occurrendũ satellitibus diaboli. Sic enim etiam Cyrillus intelligit, quãquã secundã huius partis distinctionẽ sequatur. Nã secundũ priorẽ eius distinctionẽ, quæ cõuenientior est, certũ est illũ esse eius partis sensum. Vnde Aug. Eamus autẽ dixit, quo? nisi ad illum locũ vnde fuerat tradẽdus ad mortẽ? Caietanus vult reliquũ Christi, qui apud Ioannẽ sequitur, sermonẽ habitũ in viã priusquã Dominus trãsiret torrentẽ Cedron, vnde annotat Ioannẽ non absolutè dixisse: Hęc cũ dixisset, egressus est, sed egressus est trãs torrentẽ, hoc est, vt ipse intelligit, trãsiturus torrentẽ. At nec hic intellectus est cõueniẽs. Absurdè enim intelligitur egredi trãs torrẽtẽ, idẽ esse quod trãsire torrentem: nec cõuenienter dicitur intempesta nocte in plateis Hierusalẽ, & inter eundũ tã celebrẽ sermonem Dominũ habuisse, qui à duodecim secum ambulãtibus agere sic potuisset intelligi. Profundè magis est verisimile etiã reliquũ sermonẽ habitũ in domo in qua cœnatum fuit. Cùm enim Ioannes postea dicat egressum Dominũ, non aliunde egressum reliquit intelligẽdũ, quàm ex eo loco in quo priùs eum significauit fuisse: nõ significauit autẽ alium locum quàm eum in quo cœna facta est, & pedũ ablutio. Ex illo ergo egressum relinquit intelligendũ. Nã si post ea verba: *Surgite eamus hinc*, voluisset nos intelligere, Dominum mox in alium abisse locu ex quo egressus fuisset postquã quæ sequuntur dixisset, debuisset vtiq; locum aliquẽ talẽ indicasse, quòd narratio eius posset constare. Nec quia dixit Dominus: *Surgite eamus hinc*, intelligendũ est, Dominũ mox abisse, sed cum hactenus discũbens locutus fuisset, probabiliter creditur iã surrexisse, & stãdo nouam iam ad suos resumpsisse sermonẽ, idq; fortassẽ post dictum hymnum, cuius meminerunt Matthæus & Marcus. Nã qui hactenus est habitus sermo, integer est & absolutus in hoc cõsistens, vt discipulos, eo quòd dixerat, *vado ad patrem*, mœstos consolaretur. Qui verò sequitur sermo, nouus est, quo non id tãtùm agitur quod præcedẽti sermone, sed & alia plerãque. Certè Diuus Augustinus lib. de cõsen. Euan. 3. ca. 3. declarat se intellexisse etiã sequentem orationem Christi ad patrem, cõgisse in domo, dum omniũ Euãgelistarum narrationes in vnũ cõtexẽs post omnia quę scribit Ioannes à Domino dicta vsque ad c. 18. collocat ex Matthæo & Marco illorũ, *Et hymno dicto exierunt*. Hanc ergo sententiam tanquam probabiliorem in concordia secuti sumus. *Mat. 26. Marci 14.*

CONTINVATIO SERMONIS. Ioannis 15. & 16. CAP. CXXXV.

EGo sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnẽ palmitẽ in me non ferentẽ fructum, tollet eũ, & omnẽ qui fert fructum purgabit eũ, vt fructũ plus adferat. Iã vos mundi estis propter sermonẽ quẽ locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes nõ potest ferre fructũ à semetipso, nisi mãserit in vite, sic nec vos, nisi in me mãseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multũ, quia sine me nihil potestis facere: Si quis in me nõ mãserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligẽt eũ, & in ignẽ mittẽt, & ardet. Si mãseritis in me, & verba mea in vobis mãserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus, vt fructũ plurimũ adferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos: manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis, vt gaudiũ meũ in vobis sit, & gaudiũ vestrũ impleatur. Hoc est præceptũ meũ, vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos, maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si fe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceritis quæ ego præcipio vobis. Iam nō dico vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autē dixi amicos, quia omnia quæcūque audiui à patre meo, nota feci vobis. Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructū adferatis, & fructus vester maneat, vt quodcūq; petieritis patrē in nōie meo, det vobis: hæc mādo vobis, vt diligatis inuicē. Si mūdus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mūdo nō estis, sed ego elegi vos de mūdo, propterea odit vos mūdus. Memētote sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequētur: si sermonē meū seruauerunt, & vestrū seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eū qui me misit. Si non venissem & locutus fuissem eis, peccatū non haberent, nunc autē excusationem non habēt de peccato suo. Qui me odit, & patrē meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & viderunt & oderūt & me & patrem meum, sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorū scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cum autē venerit paracletus quem ego mittā vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimoniū perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, vt non scādalizemini. Ab

Cap. 16. *sque synagogis facient vos. sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo, & hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio nō dixi, quia vobiscū eram. Et nūc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis? sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrū. Sed ego veritatē dico vobis, expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittā eum ad vos. Et cùm venerit ille, arguet mundū de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidē, quia nō credunt in me. De iustitia verò, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mūdi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo. Cùm autē venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatē: nō enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annūtiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annūtiabit vobis. omnia quæcūq; habet pater, mea sunt: propterea dixi: Quia de meo accipiet, & annūtiabit vobis. Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrē. Dixerūt ergo ex discipulis eius adinuicē: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me, & iterū modicū, & videbitis me, & quia vado ad patrē? Dicebāt ergo: Quid est hoc quod dicit modicū? nescimus quid loquitur. Cognouit autē Iesus, quia volebāt eū interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Modicū, & non videbitis me, & iterū modicum, & videbitis me. Amē amē dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autē gaudebit, vos autē contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Mulier cùm parit, tristitiā habet, quia venit hora eius: cùm autē pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudiū, quia natus est homo in mundū. Et vos igitur nunc quidem tristitiā habetis, iterum autē videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non rogabitis quicquā. Amen amē dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsque modo non petistis quicquā in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudiū vestrum sit plenū. Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. Venit hora cùm iā non in prouerbiis loquar vobis, sed palā de patre annūtiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrē de vobis, ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis quia à Deo exiui à patre & veni in mundū, iterum relinquo mundum, & vado ad patrē. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbiū nullum dicis, nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi. Respondit eis Iesus: Modo creditis? Ecce venit hora & iā venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solū relinquetis: & nō sum solus, quia pater mecū est. Hæc locutus sum vobis, vt in me pacē habeatis. In mūdo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundū.*

EGO SVM VITIS VERA, ET PATER A MEVS AGRICOLA EST. OMNEM. Cùm superiori sermone quem sedēdo habuit, videretur Dominus finem loquēdi fecisse, & ad abeundum suos excitasset, quasi amplius non illic locuturus ad eos: tamen more amicorum, qui cùm abitum parant, etiam postquàm valedixerūt, nonnunquam nouam collocutionis occasionem alicunde desumunt, sermonem suum cum amicis protrahentes, quod ab eis præ nimio amore ægrè diuellantur: etiam Dominus nūc nouū ad suos iā ad exeūdum paratos exorditur stādo sermonem. Et quidē superiori sermone hoc vnicè agebat, vt de recessu suo mœstos cōsolaretur Apostolos: isto verò primùm quidē monet vt in se perseueranter maneant fide & dilectione: deinde verò & de tribulationibus quæ ipsis supereuenturæ erant præmonet, ac postremùm per promissionem mittēdi ad eos paracleti lenit tristitiam eorū de suo abitu, & metum obuenturarū tribulationū. In his enim tribus recto ordine sese consequentibus consistit totus Christi sermo, quem duobus Ioannes professus est capitibus. Ad primū ergo horū suos adhortaturus dominus, assumit à corporalibus rēb' metaphoram ad illud conuenientissimam, comparās sese viti, patrem agricolæ, fideles palmitibus: quò sēsibili quodā exemplo significaret ita fideles à se pēdere, sicut palmites à vite: & patrem ita se exhibiturū erga fideles, sicut se gerit vinitor erga palmites. Ad id autem quod significandum erat, potuisset

tuisset se alteri arbori cōparasse maximè fructiferæ, sed cōuenientissimè se viti comparat. Primùm, quia in illa omnium apertissimè animaduertitur quod erat hoc loco significādum de Deo patre & fidelibus, eo q̄ circa vites colendas maior sit cura & studiū agricolarum quàm circa arbores. Deinde, quia vitis omnia ligna excedit in dulcedine fructus, cùm alioqui sit omniū lignorum despectissimū: vt hinc intelligamus ipsum etsi mūdo despectum, & super omnes maxima affectum in cruce ignominia, duleissimos nobis protulisse fructus,

Iudicū 9. atq; adeo vinū quod lætificat Deū & homines, fideles q̄; per ipsum, proferre fructus nō quoslibet, sed instar vini gratissimos Deo patri. Secundùm quā considerationem, vlterius iam contemplari licet, quomodo hæc vitis in crucis ligno suū nobis vinum profudit, cùm sanguinem suum nobis effudit, quem iam in vltima cœna nobis sub specie vini sumēdum instituerat, vt ab ipso genimine vitis, cuius in mēsa præsentis suprà fecit mētionem, videri possit huius metaphoræ sumpsisse occasionē. Porro quanquam intelligi possit, vt indicat D. Cyrillus, Christum se vocare vitem secundùm suā diuinitatē, eo quòd quēadmodum palmitibus præbetur qualitas & nutrimentum à radice vitis, sic spiritualium virtutū fructus à diuinitate Christi fidelibus concedatur. Omne enim bonū à Deo tanquam radice prouenit: tamē quia vitis & palmites vnius sunt naturæ, magis cōuenit intelligere illū se vocare vitem secūdùm humanitatē, secundùm quā fideles cum eo eiusdem sunt naturæ, sicut secundū eā dicitur caput corporis, quod est Eccle-

Coloss. 1. sia. Sicut tamē Christus nō est caput Ecclesiæ, secūdùm quòd solū consideratur vt homo, sed quatenus est homo Deus, & quatenus humanitas in eo cōiūcta est diuinitati in vnitatē personæ (Hinc enim est quòd homo ille sicut caput in omnia mē bra, influat suæ gratiæ plenitudinē in omnes fideles) ita similiter nō est vitis quatenus tantū consideratur vt homo, sed quatenus homo talis qui etiam est Deus. Hinc enim est q̄ ipse fidelibus per vnitatē naturæ cōiūctus, tāquā palmitibus influat suā qua ipse viuit vitam, ac suum, vt ita dicam, humorē, suorūq; operum sanctificationē. Quoniam autem quidā volebāt nulla ratione Christo quatenus homini cōpetere vitē esse, eo quòd nō sint fideles corpore Christo homini cōiūcti, sicut palmites in vite, D. Cyrillus ostendit nos non tātùm fide & dilectione, sed etiā corpore vnum esse cum Christo, ratione cōmunionis Eucharistiæ, de qua

Ioan. 6. dixit Dominus: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in eo.

1. Cor. 10. Et Paulus: Multi vnum corpus sumus in Christo, omnes qui de vno pane participamus. Sic & communionis huius ratione D. Irenæus ostēdit Christū caput fideliū cōiūctū eis corporaliter, fideles q̄;

Ephes. 5. dici à Paulo esse de carne eius & de ossibus eius, & nō tātū ratione assumptæ nobiscū humanitatis cui fide & dilectione cōiungamur, quanquā ea ratio sufficeret ad declarādum Christum esse vitem & caput. Quæri autē hic potest, quomodo Christus se dicat verā vitem, cùm tātum metaphoricè ei nomen vitis competat. Sic enim, inquit August. dicitur vitis per similitudinem, nō per proprietatē, quemadmodum dicitur ouis, agnus, leo, petra, lapis angularis, &c. huiusmodi. Quæ magis ipsa sunt vera, ex quibus istæ similitudines ducuntur, nō proprietates. Itaq; vult D. Aug. Dominum se non vocari veram vitem, ad distinctionem vitis corporalis, vnde ista metaphora delumpta est, sed ad distinctionem eius vitis spiritualis, cui dicitur: Quomodo cōuersa es in amaritudinem vitis alie- *Ierem. 2.* na. &: Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. *& 5.*

Itaque verum hic accipietur vt opponatur falso, *Ephes. 5.* & sit sensus: Ego sum qui verè dici possum vitis, atque in quem cōditiones vitis vere competunt, cùm Iudæorum populo non tam vitis quàm labruscæ nomen conueniat, similiter & gentilis philosophiæ auctoribus. Potest tamen etiam intelligi Dominum se veram vocare vitem, ad distinctionem vitis corporalis, accipiendo verum nō vt opponitur falso, sed vt opponitur similitudinario & vmbratili, aut illi quod tantùm per participationē & nō perfecta ratione est aliquale. De quibus acceptionibus dictionis, veri, dictum est in primo capite circa illud: Erat lux vera. Sicut enim omnia corporalia vmbræ quædam sunt & imagines rerum spiritualium, ita & vitis corporalis imaginem quandam præ se fert vitis spiritualis, quæ est Christus, cui tāquam veritati conditiones vitis longè perfectius conueniunt, quàm ipsi viti corporali. Vnde Euthymius exponens quid hic sit vitis vera: Id est, inquit, eximia, incorruptibilis, spiritualis. Siquidem hæc frequenter significat nomen, ἀληθινόν. Et hæc interpretatio videtur esse germanior & simplicior, maximè si consideretur appositus Græcis articulus, ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ. Addit & aliam explicationem. Aliter quoque, inquit, dicitur, Vitis vera, quia pro fructu profert veritatem. Hæc autem vitis plantata est à Deo patre

Luc. 2. in terra, cùm filiū suum in vtero virginis humana induit natura: creuitque paulatim, cùm puer Iesus crescebat ætate, sapiētia, & gratia apud Deum & homines. In palmites autē se spargere cœpit dū ex patris cultura Christo ex Iudæis Apostoli aliique quidam fideles adiuncti sunt, eique insiti, donec rādem, vt nunc cernere licet, extendit palmi-

Psal. 79. tes suos vsque ad mare, & vsque ad fines orbis terræ propagines suas. Toties autem nouum acquirit & profert palmitē, quoties ex Dei dono homo aliquis per baptismū generatur & inseritur in Christo. Proinde bene subiicit: *Et pater meus agricola est.* Ipse enim est qui hanc vitem non tantùm plantauit & rigauit, semperque excoluit, sed qui etiam ei semper dedit & dat suum incrementum. Patrem tamen se habere vt agricolam, respectu huius vitis, non declarat ex plantatione aut aliis actibus viti impensis, sed magis ex eius circa vitis palmites officiis, quòd ita conueniret suo scopo, vnde adiecit: *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum*, & cætera. Hoc est, quemadmodum vinitor infrugiferos vitis palmites amputat è vinea, frugiferos autem repurgat superflua resecando, vt sic plus fructus proferant: ita & pater meus instar agricolæ omnem eum qui per fidem & baptismum ex me germinauit, & mihi tanquam palmes insitus est & inhæret, sed tamen fructum bonorum operum non profert, tollet, & extra cōmunionem quam mecum habuit ponet: contrà verò omnem eum qui in me fert fructum in virtutū, repurgabit, vt repurgatus plus ad est, copiosius afferat fructum. Hinc ergo discendum ex priori sententia, quosdam esse in Christo velut inutilia sarmēta, nihilq; prodesse homini quod sit in Christo, nisi in eo etiā fructū proferat Christo dignū: hoc est, non sufficere, credidisse in Christum, & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in eo baptizarum esse,si nō etiam per charitatē A proferātur fructus Euangelici.Tollit autem Deus à vite infrugiferos palmites , & dū in hac vita aut aperte aut occultè eos sinit excidere à consortio Christi,& cōmunione spiritus ipsius, & dum per mortem eos separat à Christi sanctorumque consortio. Et quidem etiam Ecclesiæ est infrugiferos palmites gladio excōmunicationis resecare,at solius Dei est omnes huiusmodi tollere, cū ecclesia multos debeat tolerare , sicut nec nouit omnes qui sunt infrugiferi. Ex posteriori autem sentētia discēdū,etiā eos qui in Christo sunt frugiferi, indigere vlterius purgatione à Deo perficiēda.Semper enim iusti quamdiu sunt in hac vita,habēt aliquid superfluum quod resecetur.Purgat autē eos Deus velut quodā gladio superflua resecans,dum siue interiori suo afflatu , siue externis afflictionibus eos agitando, tollit radices malarū cupiditatum & affectuū, & à commissis mundat peccatis. Qua purgatione fit vt plus virtutū proferāt Deo, fibiq; maiorem meritorum colligant cumulum. De hac purgatione dicitur:Sedebit conflans & emundans argentum,& purgabit filios Leui,& colabit eos quasi aurum & argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. *Malach.*

IAM VOS MVNDI ESTIS PROPTER SERMONEM QVEM LOCVTVS SVM VOBIS,&c.] Quoniam dixit patrem purgare palmites fructiferos , ideo vt significaret eos esse tales palmites,atque hinc procederet ad adhortandum eos vt in se perseueranter manerent,ad quod tendebat assumpta ab eo vitis similitudo,subiecit : Iā vos mūdi estis & purgati,& sublato ex vobis Iuda proditore palmite infrugifero, nemo est in vobis iam immūdus,sed omnes estis mūdi,idq; propter & per sermonem quem locutus sum vobis,id est, doctrinam Euāgelicā cui credistis,& quæ animos vestros ad studium veræ pietatis inflammauit , à mundi vos fœditate separans, & vanas Pharisæorū obseruationes ex animo vestro eiiciens.Sermo ergo Euāgelicus fuit illis velut gladius, quo in eis pater per filiū amputauit mūdanos Iudaicósq; affectus,sic paratos eos efficiēs vt qui fructū in Christo ferre cœperant,copiosiorē deinceps ferre possent. Vnde iam adhortando ad id propter quod similitudinem hāc assumpsit,subicit:*Manete in me, & ego in vobis.* Quod rectè intelligitur subiunctum illatiuè,vt sit sensus:Quādoquidē ergo vos tāquā palmites fructiferi in me existentes,mundati estis à patre meo,curate perseueratēr inhærere mihi per fidem & dilectionem.Quod autem additur;*& ego in vobis*; quamuis pleriq; intelligāt esse promissionem,vt subintelligatur verbū,manebo,& sit sensus:Manete in me,& si manseritis,ego quoq; manebo in vobis,rectius intelligitur etiam præceptiuè,vt subintelligatur verbū,maneam,& sit sensus: Manete in me,& maneā ego in vobis.hoc est,curate vt & vos in me,& ego maneam in vobis. Sic enim magis intelligēdū patebit ex illa quæ sequitur ad huius declarationē sententia : *Qui manet in me,& ego in eo,hic fert fructum multum.* Adfert autem rationem persuasiuam ad manendum in se, quasi dicat:Manete in me,quia sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso,nisi,id est,sed tantūm si manserit in vite:sic nec vos fructum Deo gratum poteritis proferre,nisi in me manseritis.Ostendere autem volens quàm rectè ea sit vsus similitudine,subiecit : *Ego sum vitis,vos palmites.* Etsi enim priùs se vitem dixisset,necdum tamen explicauerat eos esse palmites, proinde hic vtrumque rectè dixit ad probationem allatæ similitudinis. Notandum autem Christum se non vocare radicem vitis,sed ipsam vitē, cuius ipsi palmites sunt partes & membra.Sic enim & Paulus Christum nō tantūm vocat caput corporis Ecclesiastici,sed Ecclesiam simul cum suo capite Christo, dicit esse vnū corpus ipsius Christi,quod corpus etiā vocat Christū,propter quod fideles,Christi dicuntur mēbra. Simili ergo modo etiam hic Christus dicit se vitē esse totam , quāuis in sua persona tātùm sit radix ipsius vitis & truncus.Et quoniam hæc vitis Christū comprehēdit simul cū omnibus fidelibus,ideo aliquādo Ecclesia dicitur esse vitis Dei spiritualis, sicut corpus Christi mysticum nūc dicitur Ecclesia,nūc ipse Christus. Cùm autē Dominus iā attulerit rationē inductiuā ad manendū in se,ex negatione fructus in his qui nō manēt in se, secūdā iam subiicit rationem ad idem inductiuā ex promissione fructus proferendi ab his qui in se manent.*Qui*,inquit,*manet in me, & ego in eo,hic fert fructum multum.* Quasi dicat: Qui non manet in me, non potest ferre aliquem fructum:cōtrà verò qui manet in me,& me habet manētem in se,hic non simpliciter fert fructum , sed fert fructum multū, vt ob id dūplici nomine curandum vobis sit vt in me maneatis.Ex qua explanatione patet illud,*& ego in eo*,dictum pro,& in quo ego sum vel maneo. Duo autē hæc cōiunguntur,*qui manet in me,& ego, in eo*,nō quasi sint sic diuersa,vt vnū ab altero possit separari,sed quòd sint cōnexa & sese mutuò cōsequētia.Cumq; satis esset dicere,*qui manet in me*, additur tamen,*& ego in eo*,vt intelligeretur vnde is qui manet in Christo habeat quòd ferat multū fructū,nempe ex eo quòd Christus maneat in eo,qui huiusmodi fructuū in ipso est autor.Debet autē in hac sententia pronomen,*hic*,accipi emphaticè, vt in eo subintelligatur dictio excluiua , *solus* , & sit sensus:Hic solus & nō alius fert fructū,quia alioqui nō rectè cohæreret quod pro ratione subiicitur.*quia sine me nihil potestis facere.* Hæc enim verba probāt solū eum posse ferre fructum qui manet in Christo. Est autē hæc sententia absolutè vera, intelligendo eā de Christo quatenus Deo. Sine ipso enim Deo vt nō possumus esse,ita nihil omnino facere,etiam humanū.In ipso enim viuimus,mouemur& sumus,vt citat ex gentili poeta Paulus in Actis.Verùm secundùm scopū Christi qui hic de se loquitur tanquā vite,(vitis autē est quatenus homo,vt dictū est)sensus est:sine me nihil potestis facere fructus,nihil Deo gratum, nihilq; meritorū ad vitā æternā. Ex qua sentētia discēdum velut nihil reputari coram Deo,quod fit sine Christo,hoc est quod nō fit ex spiritu Christi, qui est velut vitalis succus quē in palmites suos radix Christus diffundit ex sua plenitudine:quo succo repleti fideles fructū Deo suauissimū instar vini proferūt. Secūdò animaduertēdū hac sentētia,sicut ea quæ præcedit:*Sicut palmes non potest ferre fructum*,&c.efficaciter refelli errorem Pelagianorum,sicut præter alia loca hic diligenter annotauit D.Augustinus scribens:Magna gratiæ commēdatio.fratres mei, corda instruit humiliū,ora obstruit superborum. Ecce cui si audēt respondeāt, qui ignorantes Dei iustitiā,& suam volentes constituere,iustitiæ Dei nō sunt subiecti. Ecce cui respōdeant sibi placentes , & ad bona opera faciēda Deū sibi necessariū non

non putantes.Nónne huic resistunt veritati homines mēte corrupti,reprobi circa fidem,qui respōdent & loquūtur iniquitatem dicentes:A Deo habemus quòd homines sumus,à nobisipsis autem quod iusti sumus?Hęc sunt inania præsumptionis vestræ.Sed quid vos sequatur videte,& si est in vobis sensus,horrete. Qui enim à semetipso se fructus existimat ferre,in vite non est:qui in vite nō est,in Christo non est:qui in Christo nō est,Christianus non est.Hæc ille.

SI QVIS IN ME NON MANSERIT, MITTETVR FORAS SICVT PALMES.] Cùm superius ad manendum in se induxisset , & negatione fructus in non manentibus,& promissione fructus in manētibus,efficacius nūc duplici rursum ratione ad idem inducit.ostēdēdo & mala quæ obueniēt non manētibus& bona quæ consequentur manētes,vt si quem nō moueat negatus & promissus fructus,hūc moueant aut malorum cōminationes,aut bonorū promissiones. Si quis, inquit,in me non manserit,constanti fide & dilectione,hic nō tantum nullum proferet fructum, sed etiam ob suā sterilitatē proiicietur foras extra sanctorum cōsortium,sicut inutilis palmes eiicitur extra vineam,& exiectus arescet,perdens omnem quē ex radice & sanctorum cōsortio habuit gratiæ humorē:quia autē aridus inuenietur, angeli colligēt eum cum aliis qui inutilib⁹ sunt similes sarmētis,& quemadmodū fieri solet de abscissis vineæ sarmentis cùm exaruerint,in ignē proiicient eum,ignemscilicet gehennæ,in quo ardebit inæternū.His ergo verbis per quinque particulas sese ordine consequentes,quintuplex malū similitudine à sarmētis desumpta,cōminatur Dominus non manentibus in se,nēpe quòd eiiciētur foras,& exiecti arescēt:aridi autem facti nō negligentur,sed colligentur cum impiis ab his quorū manus non poterunt effugere,collecti mittentur in ignē,missi in ignē ardebūt. Vbi notandum,quàm rectè præter causas superius dictas , cōgruat huic loco assumpta à Domino vitis metaphora. Aliarū enim arborum abscisi rami plerunq; non igniuntur,sed aliquo alio modo hominū vsui seruire possunt:sarmēta verò vitis ad nihil aliud valent quàm vt in ignem cōiiciātur. Quibus proinde beneficium comparātur infructuosi fideles,vt intelligamus eos nulli vsui aptos cōiiciendos in ignē.Ob hanc ligni vitis conditionē Ezechiel comparauit ligno vitis Hierusalē,cùm eius perditionē ob ipsius infructuositatē predicit:Fili,inquit,hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum , quæ sunt inter ligna syluarum?Nunquid tolletur de ea lignū vt fiat opus,aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat ex eo quodcūque vas?Vnde Augustinus in Ioānem hoc loco:Ligna,inquit,vitis tāto sunt contemptibiliora si in vite non manserint, quāto gloriosiora si manserint:denique sicut de his etiā per Ezechielem prophetam Dominus dicit,præcisa nullis agricolarum vsibus prosūt,nullis fabrilibus operibus deputantur.Vnum de duobus palmiti congruit,aut vitis,aut ignis.Si in vite nō est, in igne erit :vt ergo in igne non sit,in vite sit.Hæc Augustinus.Cæterùm proiectio foras de qua hic dicitur,non solùm videtur intelligenda fieri per mortem.Nā ipsa arefactio secundo loco posita est tāquam sequēs exiectionē. Ariditas autem accidit etiam in hac vita,ergo & exiectio.Eiicitur ergo quis foras etiam in hac vita,dum iusto Dei iudicio aut

A apertè per hæresim vel schisma permittitur excidere à corpore Christi qđ est Ecclesia,aut etiāsi in Ecclesia maneat,occultè à Deo reliquitur sibiipsi, nec spiritu Christi cum aliis amplius viuificatur, quomodo iamdudum tunc exiectus fuerat foras Iudas,etsi intus visibiliter maneret.Huiusmodi exiectionem necessario sequitur ariditas spiritus , ex destitutione gratiæ Dei.Simul tamen hæc exiectio etiam intelligi potest fieri in morte. Nam & post huiusmodi exiectionē arescit infructuosus fidelis: quia quandiu in corpore Christi secundùm apparentiam manebat,viriditatem aliquam habere videbatur:cùm autē à sanctorum cōsortio per mortem est separatus.tunc eius apparet ariditas. Huic

B autem seuerissimę comminationi cōtra nō manentes in se,subiungit Dominus è regione dulcissimā promissionem pro manentibus in se,dicens: *Contrà si manseritis in me,& verba mea in vobis manserint, non solum fructum multum proferetis,sed quodcūque volueritis petetis,& fiet vobis.* Nihilem indignū tūc velle aut petere poteritis,& quia deo eritis charissimi, nihil petetis qđ ille sit negatur⁹. Duplici em̄ ratione manentibus in Christo singulariter omnium precum exauditio promittitur,nempe,& quia tales nō petunt nisi quod Deo placeat,& quia tales cùm sint Deo grati, non possunt à Deo pati repulsam. Nihil autē malus promittere potuit Dominus manentibus in se.nā quid maius esse potest,quàm appetitus satietas,& omnium quæ quis voleat & optauerit consecutio? Addit autem Dominus, &

C *verba mea in vobis mānserint* : vt indicet qua ratione possint in se manere,nimirum si verba eius in ipsis maneant,quemadmodum postea explicat dicens:*Si præcepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione mea.* Verba enim Christi manere in nobis, est eius doctrinā & præcepta manere in memoria nostra,& affectu,ita vt illa memoriæ nō excidant,& bene illis simus semper affecti, memores semper mādatorū ipsius ad faciendū ea,iuxta illud elogiū viri iusti:In lege Domini voluntas eius,& in lege ei⁹ meditabitur die ac nocte. Sunt enim qui verba Christi audiunt quidē,sed audiunt tantū,nec memoriæ infigunt:&sunt qui memorię suæ vtcūque infixerunt,eaq; semper & legūt & aliis inculcant, sed nō habent ea in sua voluntate & affectu,quia nō bene eis afficiuntur,sedipso opere ea negligere se declarant.Neutri autē horum verba Christi habent in se manentia,sed hi tantùm qui & mēte ea versāt,& voluntate quales sunt qui solicitī sunt ad implendum Dei voluntatem,eámque pro viribus adimplēt.Vnde tales Hebræa phrasi dicūtur seruare Dei mandata:quia & in memoria & in voluntate sua ea cōtinent. Hinc prophæta regius cū dixisset iustitiam Dei ac misericordiam fore eis q seruāt testamentum eius,vt exponererquos dicat seruare eius testamentū,subiicit:*et memores sunt mandatorum ipsius ad faciēdū ea.* Dominum imitatus Ioannes similiter dicit:Scripsi vobis adolescentes,quoniam fortes estis,& verbum Dei manet in vobis.Et superius c.5.Ioannis exprobrauit Iudæis Dominus , q. verbū Dei nō haberent manens in seipsis.ɔ. Cyrill⁹ intelligit ideo post illud: *Si manseritis in me* additum , *& verba mea in vobis manserint*:quia fieri potest,vt quis in Christo maneat,in quo tamen nō maneant verba Christi, intelligens id impleri in eo qui in fide quidem Christi perseuerat,sed sine charitate & operibus.Verū magis apparet hic secundùm Christi intentionem

Ezec.15. *Psalm.1.* *Psal.102* *1.Ioan.2*

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos tantùm dici manere in Christo, qui nō solùm A fide, verùm etiam dilectione illi adhærent, & alioqui vt credentes, sed operibus carētes, vtcunque manent in Christo, ita & verba eius vtcunque in eis manent, quia doctrina fidei in eis perseuerat. Deo ergo illa non sunt posita tanquam quæ ab inicem possint separari, sed tanquam sese mutuò consequentia, vt & illa duo, *Qui manet in me, & ego in eo*. Alio autem modo dicuntur fideles manere in Christo, & alio Christus in eis, alio item verba eius manere in ipsis, quamuis hæc tria sint inter se connexissima. Fideles enim manent in Christo per perseuerantem in ipsum fidem & charitatem, Christus manet in eis, quia per suam gratiam in mētibus eorum habitat, verba autem eius manent in eis modo prius dicto.

IN HOC CLARIFICATVS EST PATER MEVS, VT FRVCTVM, &c.] Cùm iam quatuor attulerit rationes inductas ad manēdum in se, causam iam indicat huius sui tanti desiderij, & quintam simul indicat rationem inducturā ad manendum in se, nempe quòd ob gloriam sui patris tā studiosè inculcet eis vt in se maneant, quodq; ob eamet iam meritò debeant manere in se. Quis enim non cupiat Deum clarificare si ei bene sit affectus? Potest & alia ratione intelligi subiuncta hæc à Domino sententia, nempe in confirmationem eius quod proximè dixit manentes in se impetraturos quæcunque vellent, eo q; per tales glorificetur Deus, qui ob id nō poterit talium preces contemnere. Sic enim fere intelligit D. Chrysostomus. *In hoc*, inquit, *clarificatus est pater meus, vt fructū plurimū afferatis*. Quod nouè dictum est pro eo qđ est, Hac re glorificatur pater meus, si fructum attuleritis. Præteritum enim, *clarificatus est*, positum est p præsenti, clarificatur, aut futuro, clarificabitur. Et, *vt adferatis*, dictum est pro, si attuleritis, vt indicant Theophylactus & Euthymius. Duo autem dicit, *vt fructum plurimū afferatis, & vt efficiamini mei discipuli*, quia suprà significauit propriū esse manentibus in se ferre multum fructum, & habere verba sua manentia in ipsis, quæ tamen eodem redeunt. Et ergo quod dixit, *& verba mea in vobis manserint*: respondet quod modò dicit, *& efficiamini mei* D *discipuli*: opere scilicet, sicut estis professione & nomine. Posset autem pro, *efficiamini*, Græca dictio γένησθε etiam verti, fitis, vt sitis mei discipuli, perseueranter scilicet verba mea seruantes in vobis, quēadmodum decet discipulos. Glorificatur autem Deus pater si fideles proferāt fructū bonorū operū, & ipso opere sint Christi discipuli, quia ex hac homines prouocantur ad laudandum eū, & bene sentiendum de ipso & filio ipsius, eo q; tales habeat ministros, in quib' gratia ipsius operetur tā efficaciter. Vnde & supra dixit: Sic luceat lux vestra corā hoīb', vt videāt opera vestra bona, & *Matth. 5* glorificent patrē vestrū qui in cœlis est. Cæterum E Cyrillus præteritum, *clarificatus est*, propriè hic accipiens, & similiter conunctionem, *vt*, hunc intelligit præsentis loci sensum: Ideo Deus pater gloriā suæ bonitatis modo hominibus ostendit, nimirū dō pro eorū redēptione & salute filium suū in mundum, vt vos fructum plurimum adferatis, quē adferre nō possent homines nisi pater per illam suā mundo exhibitam misericordiā esset clarificatus. Secundùm quē sensum videtur Cyrillus illud, *In hoc*, accepisse positum pro adhoc, vel propter hoc: quod tamen Græca minimè possunt cōuenienter significare, cùm nō sit ἐς τοῦτο, sed ἐν τούτῳ, id est, In isto, in hac re. Proinde prior sensus simplicior videtur, secūdùm quē pronomen, *hoc*, refertur ad id qđ sequitur, vt fructū plurimū afferatis. Bene autem annotauit idē Cyrillus nō simpliciter dictū, vt fructū afferatis, sed vt fructum plurimū, id est, multum afferatis. Plurimum, inquit, cōparatione *Heb. 2.* legalis fructū appellat. Nihil enim lex perfecit, vt ait Paulus. Idcirco ad discipulos; imò verò ad omnes fideles dicebat: Nisi abūdauerit iustitia vestra plusquā Scribarum & Pharisæorū, non intrabitis in regnum cœlorū, &c. Plurimum sanè fructum protulerunt Apostoli, quia sua doctrina & exēplis totum mundum ad Christum traxerunt.

SICVT DILEXIT ME PATER, ET EGO DILEXI VOS: MANĒTE IN, &c.] Alia iā B etiā ratione inuitat ad manēdum in se, & ad obseruationem mādatorum suorum, nēpe vt sic possint in dilectione ipsius & gratia pūstere, quæ ipsis meritò plurimū sit faciēda. Itaq; vt insinuaret quanti sit ipūs faciēda sua dilectio, præmittit: Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Cōparat enim suam erga Apostolos dilectionem dilectioni Patris erga se. Loquitur autē de ea patris erga se dilectione qua Pater ipsum diligit tanquā hominem, quēadmodum pater ex sequētibus, cùm dicit se per obseruationē mandatorū Patris manere in illius erga se dilectione. Nō enim p mandatorū obseruationē Christus merebatur man. re in naturali illa patris dilectione, qua eū diligebat pater tanquā filium sibi connaturalē, sed in illa qua secūdùm assumptā naturam diligebatur à patre. C Similitudo autem huius dilectionis cū Christi erga Apostolos dilectione in eo cōsistit, q; quēadmodum pater Christū hominē gratia sua prēuenit, nō est autē meritis ipsius præuētus ab eo, dediq; ei varia ædere signa, assistens ei in omnibus, atq; illi gloriam super oēs in dextera sua præparauit: ita & Christ' sua electione & gratia puenit suos, variisq; eos dedit inclarescere signis, dans eis potestatem sup omnes dæmones & morbos, atque suæ in cœlestibus gloriæ consortium eis deputauit. Dilectionis ergo suæ magnitudine insinuata ex cōparatione eius cū patris erga se dilectione, D quæ miris iā modis Apostolis fuit declarata, subiungit: *Manete in dilectione mea*, quasi dicat: Ergo quandoquidem non simpliciter vos dilexi, sed eo modo quo me dilexit pater, cuius qualis sit erga me dilectio, ex multis hacten' intelligere potuistis, & magis adhuc intelligeris: ideo curate perstere in mea erga vos dilectione, quæ non poterit vobis nō esse maximorum, imò omnium causa bonorum. Dubium quidē est, maximè apud Græcos, an cùm dicit Dominus: *Manete in dilectione mea*, loquatur de ea dilectione qua diligebat, an qua diligebatur: sed quia istud subiungitur illi, *& ego dilexi vos*, magis videtur intelligendum de dilectione actiua qua diligebat Christus suos, quēadmodum & Augusti. colligit. vnde bene vertit interpres: *In dilectione mea*, non autem, in dilectione mei. Quomodò aūt manere possint in illa dilectione ostendit, subijciens: *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea qua vos cœpi diligere*. Et ne dura videri possit hæc conditio, se in exemplum proponit, significās non aliā ratione se manere in patris erga se dilectione, quàm per mandatorum ipsius obseruationē. Sicut, inquit, & ego patris mei præcepta hactenus semper seruaui; obediens ei in omni

omnibus quę mihi mādauit vt faceré pro hominū A salute, & hac ratione permaneo in ei⁹ erga me dilectione. Cōgruum est enim vt sicut talis est mea ergavos dilectio, qualis est patris erga me, etiā talimodo studeatis i mea perseuerare dilectione, qua li ego perseuero in illius. Vt autē intelligerent discipuli, Dominum nō ob propriam vtilitatem, sed propter illorum bonum tā studiosè, tāq; variis rationibus eos inuitare ad manēdum i se & seruandum mandata sua, subiecit. *Hæc locutus sum vobis vt gaudiū meū in vobis sit, & gaudiū vestrū impleatur*. In qua sentētia, qđ dicitur *gaudiū meū*, variè intelligitur. Euthymius eū gaudium meum exponit gaudiū quod est de me, & quod de me hactenus estis gauisi: vt sit sensus: Hæc locutus sum vobis vt gau B dium quo de me & in me gaudere cœpistis, non corrumpatur, sed perseueranter sit in vobis, & in vobis maneat. Nam maneat, habent Græca, & nō, sit. Obstare autem huic intelligētię videtur, quòd secundùm eam idem est gaudium meum & gaudium vestrum. Itaque Cyrillus post hāc à se etiam positā intelligentiā, subiicit aliam qua p gaudium Christi intelligatur gaudium in rebus illis, in quibus Christus gaudebat: Gaudebat autē in adimpletione volūtatis paternæ & operatione salutis hominum. Sensus ergo est secundùm eū: Hęc locutus sum vobis, vt illis solummodo rebus gaudere velitis quibus ego gaudeo. D. August. gaudiū Christi intelligit gaudium quo ipse gaudebat de fidelibus. Quid est, inqt, gaudiū Christi nisi qđ dignatur C habere de nobis? Et qd est gaudiū nostrū quod dicit implendum, nisi ei⁹ habere cōsortium? Itaque sensus erit: Vt gaudiū meum quod de vobis cœpi gaudere, sit perseueranter & maneat in vobis, & gaudium vestrum quo in me cœpistis gaudere, impleatur. Sic & Paulus scribit Philip. Implete gaudium meum; quo scilicet in vobis cœpi gaudere. Cæterùm si spectemus similem locum qui postea est in cap. Ioānis 17. vbi dicitur: Hęc loquor inmūdo vt habeāt gaudium meum impletum in semet ipsis; videtur præsentis loci hic esse sensus: Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meū quo ego gaudeo in patris erga me dilectione, quodq; ex meo D munere cœpit esse in vobis sit in vobis perseuerāter, & gaudium illud verum impleatur vt gaudiū Christi intelligatur tale gaudium quali gaudebat Christus, & quod solo eius munere hoibus contigit, sicut pax Christi dicitur quam ipse habuit, & aliis solus communicare potest. Qui sensus vt cōuenit simili illi loco q apud Ioannem sequitur, ita & his quæ hic præcedunt. Inuitauit enim suos vt qua ratione ipse maneret i patris dilectione, eadē & ipsi studerent manere in dilectione ipsius. Com modè ergo iā subiicit se hæc dixisse vt eo gaudio afficerētur quo ipse afficiebatur i patre. Optat autem non solùm vt gaudium suum in illis sit & maneat, sed etiam vt illud iam illorum factum im- E pleatur, quod ex parte quidē impletū est in eis per resurrectionem & Spiritus Sancti missionem, perfectissimè autē impletur in æterna fœlicitate. Hinc autem discendum vnde expectādum sit gaudium mentis spirituale, eiusq; gaudij adimpletio, nempe ex obseruatione mādatorum Christi. Et quoniam ad mandatorum suorum inuitauit Domin⁹ obseruationem, & dicere quis posset quę essent ea mandata, subiecit: *Hoc est peculiariter & propriè præceptum meum, in quo alia ferè cōtinentur mea præcepta, vt diligatis inuicem*. Quò autem ad mutuam hanc dilectionē magis prouocaret, rursum suæ dilectionis exēplum illis proponit, in quo & modus dilectionis indicatur, vt supra est dictum, *sicut*, inquit, *dilexi vos*. Bene autem suam dilectionē illis se in exemplum proponere significat sequenti sententia, nimirum quòd sua illa dilectione nulla sit maior: *Maiorē hac dilectionē nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis*. In qua sentētia pro lectionis veritate notandum, malē in plerisque legi codicibus, *quàm vt animam*, &c. Nam si addatur conūctio *quam*, significabitur vnam esse charitatem maiorem ea quam habuit Christus, nempe eam qua quis animam suam impendit amicis. Cæterum coniunctionem, *quàm*, vt non habent Græci codices, ita nec Latini libri plerique scripti, sicut ego in quibusdam vidi: sed nec Dionysius Carthusiensis eam cōiunctionem legit, & in Ecclesiastico officio de apostolis germana huius loci lectio seruatur in quadam antiphona, quæ sic habet: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro animis suis*; quamuis hic addi posset conjunctio, *quam*: eo quòd non præcedat pronomen hac, quod additur hoc loco, & referendū est ad illud; *vt animam suam*; vt sit sensus: Hac dilectione, nēpe vt animam suam quis ponat, hoc est, ea dilectione qua quis animam suam ponit, aut ponere est paratus, nemo habet maiorem dilectionē. Occurrit autē hic quæstio de veritate huius sententiæ, quia maior procul dubio est dilectio, si qs ponat animā suam pro inimicis, quàm si eam ponat pro amicis: vnde Paulus; Cōmendat, inquit, Deus *Rom. 5.* charitatē suam in nobis, quoniā, cùm adhuc inimici essemus secundùm tēpus, Christus pro nobis mortuus est. Quidā ergo intelligunt Dominū hic nō significasse quæ sit simpliciter omniū maxima dilectio, sed qs sit inter homines maximus dilectionis gradus, vt sic insinuaret quāta sit sua dilectio, vt quæ superet eam dilectionē qua inter homines maior non potest repeiri, eo q; qui pro inimico mortē velit suscipere, inter homines ex naturali amore non inueniatur, ipse verò animā suam posituras esset eriā pro inimicis. Sic D. Bernardus se significat accepisse, cùm in serm. feriæ 4. hebdomadæ sanctæ, post citatam hanc sententiam, subijcit: Tu maiorē habuisti Domine, ponēs eam etiam pro inimicis. Verùm q; Dominus hic voluerit significare se ex dilectione positurū animam suā pro amicis suis, non autē pro inimicis, patet satis ex eo qđ subijcit: Vos amici mei estis, &c. Proinde dicendū amicos hic dici nō qui diligunt, sed qui diligūtur, quales possūt etiam esse inimici. Quāuis enim hi pro quibus quis ex dilectione ponit animā suam, possint ex parte sua esse ei inimici, hoc est, nō amare, sed odire illū, nō possunt tamen esse inimici ex parte eius qui ex dilectione ponit suam pro ipsis animā. Contradictionem enim includit, aliquem ex dilectione impendere suam vitā pro his quos odit. Sēsus ergo est; Nemo habet maiorem charitatē quàm sit ea qua quis vitā suam impēdit pro his quos diligit. Talē significat Dominus suam esse erga discipulos charitatem, & propinde illam rectè ipsis in exēplum se proposuisse, dicendo; *vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos*, potuisse vtiq; Dominus in commēdationem suæ erga nos charitatis dixisse, sicut Paulus ad Rom. se animam suam ex nimia dilectione etiam pro inimicis positurum, sed vt ita nunc diceret, præsenti loco non conueniebat. Nam quia di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit;*sicut dilexi vos*;ostendere debuit maximam esse A
suam erga Apostolos dilectionẽ.Nõ conueniebat
autẽ vt Apostolos suos esse significaret inimicos,
vt q non solùm diligebantur,sed etiam diligebãt.
Si autem quæratur annon possit esse maior & in-
tensior interna dilectio in eo qui pro his quos dili
git non ponit animam suam,quàm in eo q ponit:
dicendum,q etiamsi posset esse maior,tamen nõ
cõtratiatur id sentẽtiæ Dominicæ secundũ ipsius
intentionem.Loquitur enim dominus de magni-
tudine dilectionis quatenus sese exerit,& ostẽdit
externis indiciis,& significat nõ posse maius dile
ctionis indicium exhiberi,quàm si quis impendat
aliis vitam suam.Et alioqui is qui nõ ex aliqua te
meritate aut passione alia,sed ex sola dilectione, B
eaq;ordinata,vitã suã pro aliis impendit,cùm oc
casioita postulat,hoc ipso declarat efficaciter inte
riorem suam dilectionem maiorem esse & intẽ-
siorem dilectione eius q vitam suam impendere
p illis recusat.Porrò quia de amicis facta est men
tio,ex ipso vocabulo Dominus accipit occasionẽ
rursum adhortandi eos ad mandatorum suorũob
seruationẽ,in quo persuadendo hacten⁹ hic Chri
sti sermo consistit:*Vos*,inquit,*amici mei estis,si feceri
tis quæ ego præcipio vobis*.In qua sententia, verbum
estis pro eritis est positum,& est sensus:Vos eritis
perseuerantes amici mei,hoc est,à me perseueran
ter diligemini. Sic esn vt *estis* exponatur,requirit
verbum sequens,*feceritis*.Græcis tamen non est fu
turũ *feceritis*,sed præsens ποιῆτε, id est,facitis.Itaq;
secũdùm eam lectionem non est necesse, *estis*, ex-
ponere per eritis,sed sensus erit:Vos estis amici
mei si facitis quæ ego præcipio,hoc est, quamdiu
facitis ea,tamdiu estis mei amici.Euthymi⁹ tamẽ
Græcus vtrunq;præsens exponit per futurum.Idẽ
ergo hac significatur sententia,quod illa superiore:
Si præcepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione mea.
Cùm autem ex vocabulo *amici* Apostolis attribu
to eos ad mandatorum adimpletionem prouoca
uerit, ex eodem iam ostendit suam erga illos exi-
miæ dilectionis dignationem, vt sic ad redaman-
dum vicissim magis illos prouocaret.vnde subii-
cit:*Iam non dicam vos seruos*, &c. Quomodo ergo
Ioan.15. mox in sequentibus dicit.*Mementote sermonis mei* D
*quem ego dixi vobis:Non est seruus maior domino suo.*Ibi
enim satis apertè eos vocat seruos.Sed sciendum
est,Græca non habere futurum,*dicam*,sed præsens
λέγω,id est,dico,vt intelligi possit,Dominum tan-
tùm hic significare quare modò eos dixerit ami-
cos,nõ autem voeauerit eos seruos.Cui intelligẽ
tiæ conuenit quod sequitur: *Vos autẽ dixi amicos.*
Quod si præsens λέγω,accipiatur positum pro fu-
turo,quia *dictio* ἔτι quã interpres vertit iam,fre-
quenter significat deinceps,aut amplius,vt sit sen
sus:Amplius non dicam vos seruos;iam notãdum
Dominum non afferere eos non esse seruos : sed
volens suam erga illos insinuare dignationem, di E
cit se deinceps non vocaturum eos seruos tales
scilicet,quales aliquando cum toto fuerunt Iudai
co populo,nimirum seruos meros,quiq;necdum
sunt in amicitiam translati. De huiusmodi eñ ser
uis Dominum loqui etiã subiuncta indicat ratio,
quia seruus nescit qd faciat dominus eius,hoc est,
seruus scit rãtũ qd sibi dominus faciẽdũ imperet:
nescit autẽ qd dominus facere intẽdat,nescit eius
secreta cõsilia.Sic enim accipiẽdum est illud;*quid*
faciat.Nam alioqui frequenter serui vident quid
faciat dominus eorum.est autẽ hæc domini ratio
à vulgaribus sumpta sẽtentiis,quã proinde nõ est
necesse vbiq;& in omnibus verã esse,sed satis est
vt in plurimũ rem sic se apud homines habere,vt
seruus ignoret cõsilia sui domini , quãquam vni-
uersaliter vera erit si intelligatur de seruis meris,
qui scilicet non etiã sunt amici:aut accipiatur for
maliter,nẽpe q⁹ seruus,quatenꝰ seruus, nescit sui
domini secreta. Quia eñ dominus sua secreta cõ
silia qbusdã seruis quãdoq; aperit,hinc est q⁹ eos
habet gratos & amicos.Ex hac autẽ vulgari & ge
nerali sentẽtia, Dominus declarat quare suos nõ
iam seruos , sed amicos vocauerit, cùm subijcit:
Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à
patre meo,nota feci vobis.Vbi cùm secundùm præce-
dentem illam generalem sententiam dicendũ vi-
deretur;vos autẽ dixi amicos,quia omnia quæfa
cturus sum,nota feci vobis ; maluit dicere, *omnia*
quæ audiui à patre meo;vt ad patrem referret omnia
sua verba & opera, & Apostoli magis gratiã sibi
factam agnoscerent, dum audiũt se omniũ secre-
torum Dei factos cõsortes. Loquitur autẽ Chri-
stus de se tanquã de fideli aliquo legato,q omnia
quæ accepit aliis dicẽda,illis exponit,nihil p odiũ
reticens:proinde quod dicit se oĩa eis nota feciſſe
quę audiuit à patre,intelligẽdum est non simpli-
citer de omnibus , sed de omnibus quæ audiuit à
patre tanquam legatus,hoc est, de his quę sic ac-
cepit à patre vt ea omnibus in carne passibili an-
nunciaret.Nam alioqui multa à patre audita, eis
necdũ fecerat nota.cùm mox postea dicat.Multa
C habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare mo- Act.20.
dò.Simili modo & Paulus maiorib⁹ natu Eccleſię
Ephesinæ dicit:Nõ subterfugi,quo minus annun
ciarẽ vobis omne cõsilium Dei. Cæterũ quo mi-
nus adhuc suæ erga discipulos dilectionis digna-
tionem Dominus commendaret,subiecit:*Nõ vos*
me elegistis,sed ego elegi vos;significans suã erga illos
dilectionem nõ ab illorum cœpisse merito , sed à
sua gratuita beneuolẽtia & beneplacito.Cõmen-
dat autem hãc suam electionem ex ipsius fine &
vtilitate quę ipsis ex illa erat prouentura,idq; ex
vtilitate illa duplici,ob quã suprà hortabatur eos
vt in se manerent. Ad hoc enim eos suprà horta-
batur, tum vt fructũ proferre possẽt,tum vt quę-
cunq; desiderarẽt, à patre impetrare possent. Ob
vtramq; ergo vtilitatem consequendã illos nunc
dicit electos à se,significãs se nõ ob suum ,sed ob
illorum bonum illos elegisse. *Ego*,inquit,*elegi vos*
in amicos meos,& posui vos,id est,cõstitui vos,*vt eatis*,
id est,proficiatis & crescatis, aut vt eatis ad præ-
dicandum in vniuersum mundũ,& fructum affe-
ratis. quem suprà dixi afferre non posse nisi eum
qui manet in me:afferatis autem non quẽuis fru
ctum,sed fructum perpetuũ,quiq; in vobis sem-
per maneat,& vt sic in me fructificãtes, impetre-
tis à patre quicquid petieritis inuocato meo no-
mine:quẽadmodum euenturum vobis prędixi,si
manseritis in me.Cùm autem ab illo, *Iam non di-*
cam vos seruos, Dominus hacten⁹ digressione qua-
dam suæ erga Apostolos cõmendauerit dilectio-
nis dignationem,redit iam ad declarandum illud
quod dixit:*vos amici mei estis,si feceritis quæ præcipio*
vobis. Sicut enim ad declarationẽ eius quod dixe-
rat:*Si præcepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione*
mea;subiecit: *Hoc est præceptum meum vt diligatis in-*
uicem : ita nunc ad declarationem eius quod di-
xit; *si feceritis quæ præcipio vobis* ; subijcit : *Hæc man-*
do vobis vt diligatis inuicem ; frequenter idem
alijs

aliis verbis repetẽs,vt inculcaret firmius propriũ A
Euangelicæ doctrinæ præceptum mutuæ dilectio
nis. Ita cõiunctio,*vt*, in hac sententia accipitur si-
cut in superiori illa:*Hoc est præceptum meum*,&c.nõ
vt finem denotet,sed vt sit expositiuum pronomi
nis demonstratiui,*hæc*.Est enim sensus:Hæc man
do vobis,nẽpe vt diligatis inuicẽ.Quia tamẽ dura
videtur hæc intelligentia,eo quòd pronomen plu
rale,*hæc*, p plura videtur exponẽdum, & non per
vnũ,sicut est diligere inuicem : hac de causa veri-
simile est quosdam cõiunctionẽ,*vt*,hic accepisse
vt denotet causam finalem.Sic enim eã accipit D.
Chrysostomus,& post eum Theohylactus & En-
thymius,qui verbũ ἀντέλαμεν,quod interpres vertit
mãdo,accipiunt hoc loco pro ãnunciare & loqui, B
atq; narrare,vt sit hic sensus:Hęc,quæ modò dixi
de mea erga vos amicitia , nempe quòd animam
meam ponam pro vobis,q⁹ omnia patris mei vo-
bis nota feci,q⁹ ego ad amicitiam vestram accurri,
nõ narro vobis,exprobrandi causa,sed propterea
vt exẽplo mei vos incitem ad mutuam inter vos
dilectionem. Verùm verbum ἀντέλαμεν magis vi-
detur hic positum pro præcipere,cùm in ea signifi
catione mox superius ponatur,& ea sit eius verbi
propria significatio. Caietanus etiam coniunctio
nem,*vt*,accipiens causaliter,pronomen,*hæc*,refert
ad sequentia,itelligens Dominũ significare se ea
quæ dicturus est de feriẽdis persecutionibus,preci
pere ob id,vt afflictionib⁹ purgati sese mutuò syn C
cerius diligerẽt. At hæc interpretatio nimis vide-
tur coacta manifestè.Nec debet prima itelligendi
ratio,secũdùm quam cõiunctio,*vt*,expositiue acci
pitur,dura videri propter precedẽs pronomẽ,*hæc*,
plural. numeri.Quia enim plnraliter dixerat,si fe-
ceritis quæ ego præcipio vobis,subiicit etiã plura
liter. *Hæc mando vobis*, tamen quòd omnia sua præ-
cepta vnico ferè præcepto comprehendi & cõclu
di significaret,subiecit singulariter,*vt diligatis inui*
cem.quasi dicat:Ne putetis & grauia & multa esse
quæ præcipio vobis,ecce vnum aliquid est omnia
quæ præcipio vobis,quod & pauciſſimis contine
tur verbis,& in sese est facillimum.Quid eñ bre- D
uius dici potest,quàm vt diligatis inuicem?Et rur
sum quid suauius ac in hominis magis situm po-
testate quàm diligere?Emphasim ergo habet non
paruam,q⁹ plurale illud:*Hæc mando vobis*, explice-
tur per vnum præceptum,& per tale præceptum.

SI MVNDVS VOS ODIT, SCITOTE QVIA ME PRIOREM VOBIS ODIO,&c.] Quę hactenus in hoc sunt habita sermone,eò spe
ctant vt suos Dñs ad mandatorum suorum, inter
quæ primum est & potissimũ mutuæ dilectionis
præceptum,inducat obseruationem:ĩ sequẽtibus
verò mala quæ à mundo ipsis erãt obuentura præ
dicit,ac cõtra ea variis illos præmunit rationibus.
Commodam autem ex præcedentib⁹ sumpſit oc E
casionem de his differendi,cõnenientiq́ue ordine
priùs ad mutuam eos adhortatus est dilectionem
quàm de mundi cõtra ipsos odio sermonem infer
ret.Quoniam enim mutuata dilectione superare
debebant odium mundi contra se,& contra illud
fortes & insuperabiles perdurare,bene eos priùs
admonet mutuæ dilectionis.ET quoniam à mundi
odio periculũ eis erat,ne illius exẽplo à mutua ex-
ciderẽt charitate, bene post adhortationẽ ad mu-
tuam dilectionem subiicit de mũdi odio,opponẽs
illud præceptæ à se illis mutuæ dilectioni. Contra
mundi autem odium eos duabus potissimum mu
nit rationib⁹, quarũ prior sumitur ex exẽplo sui
ipsius, altera ex causa odij mundani. Quod ergo
ad priorem attinet rationẽ,sic dicit:*Si mundus vos*
odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit . Quasi
dicat:Quãquam mũdus vos odio habeat,non ta-
men propterea aut à mei aut à mutua dilectione
excidatis,sed quò possitis cõtra illud odium per-
sistere infracti,hoc est,ppendite q⁹ & me odio ha-
buit,vt ne quid nouum aut indignum vobis,pu-
tetis obuenire vobis . Cæterùm pro illo , *priorem*
vobis, Græcis est πρῶτον ὑμῶν.quod dupliciter acci-
pi potest. Potest enim superlatiuus πρῶτος intelli-
gi esse aduerbium positum pro cõparatiuo, vt sit
sensus:prius vobis,hoc est,priusquã vos;quomo
do cõmuniter Græca intelligũtur,similiter & no-
stra versio,*priorem vobis*. Intelligitur eñ ferè à no-
stris,*priorem vobis*,dictum pro priusquã vos.Potest
& superlatiuus πρῶτος intelligi esse accusatiuus,
& erit sensus:me primũ vestrũ,hoc est,me qui in-
ter vos sum primus &princeps.Qui sensus Caie-
tano magis probatur,ꝓpterea q⁹ conueniat ei qd
sequitur:Memẽtote sermonis mei. Nõ est seruus
maior domino suo. Certè D. Cyrill⁹ videri potest
in hoc sensu accepisse præsentẽ locum,qa in Cõ-
mẽtariis sic habet:Quum mũdi odium vobis op-
ponitur,nõ turbabimini si mundi honores peni-
tus contẽnetis,si hoc mihi ipsi,qui & dominus &
magister sum,accidisse memoria tenebitis.In hoc
sensu &nostra versio optimè accipi potest,si accu
satiuus *priorem*,referatur non ad tẽpus, sed ad di-
gnitatem, quemadmodum in illo Ioannis accipi-
tur secũdùm multos;Ante me factus est,qa prior
me erat,vbi etiam est superlatiuus πρῶτός μου,qd
verti posset,primus meus,vel princeps meus.Ita- Ioan.1.
que nostræ lectionis in præsenti loco hic erit sen-
sus:Scitote quòd me qui vobis sum excellentior,
dignior & maior,etiã odio habuit.Portò pro *sci-*
tote Græcis est γινώσκετε.verbum anceps ad impe
ratiuum, scitote, aut ad indicatiuum,scitis. Ita q;
quidam vertit,*scitis*,quod & Caietano magis arri-
det.Verùm quemadmodum mox in sequentibus
hortatur meminisse,dicẽs per imperatiuum *Me-*
mentote:ita magis hic conuenit imperatiuus, quo
hortetur eos ad sciendum,hoc est, perpẽdendum
& recogitandum:quemadmodum & Petrus mo-
net superare tentationes satanæ:Cui,inquit,resi- 1.Pet.5.
stite fortes in fide, scientes eandem passionem ei
quæ in mundo est vestræ fraternitati fieri.

SI DE MVNDO FVISSETIS, MVNDVS QVOD SVVM ERAT DILIGERET: QVIA VERO, &c.] Alia iam ratione eos contra odium
mundanum munit,causam huius odij insinuans
quę sit plausibilis & salutaris.Vnde dicit:*Si de mũ*
do,id est, de numero hominum mundana sapien-
tium fuissetis, *mundus*, id est, homines mundani,
quod suum erat diligeret. Quia verò nõ estis mũdana
sapiẽtes,sed ego elegi vos de numero munda-
norum hominũ,ideo odiunt vos hi q mundus di
cuntur,qa quæ huius mundi sunt sapiunt.Signi-
ficat ergo ita eos nõ debere dolere ob mundi o-
dium,quomodo non est dolẽdum q⁹ ad mundum
non pertineant: sed contra potius ita gaudẽdum
de mundi odio, sicut gaudẽdum est q⁹ è mundo
sint electi. Odium eñ huiusmodi declarare eorũ
non infœlicitatẽ,sed fœlicitatem: & cõtra mundi
dilectionẽ declarare eorum q diliguntur nõ fœ-
licitatem, sed infœlicitatẽ. Cæterùm in priori il-
la sententia: *Si de mundo fuissetis*,&c. pro *fuissetis* &

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat, melius verteretur, essetis & esset, vt sit: Si de A mũdo essetis, mundus qđ suum esset diligeret. Ea em̃ versio magis cõuenit sequẽti sentẽtiæ, & ipsi verbo, *diligeret*. Et alioq illud, si de mũdo fuissetis, videtur significare qđ de mundo nõ fuerint, cùm vtiq; de mundo aliquãdo fuerint, de quo vt amplius nõ essent Christus eos elegit. Quomodo autem verum sit qđ hic dicit Dominus: mũdum diligere qđ suum est, cũ videamus à mundo puniri maleficos, & malos sese odio ꝓsequi, dictum satis est circa similẽ locum Ioan. 7. in c. Cõcor. 77. Non potest mundus odisse vos, me autẽ odit, quia ego testimonium perhibeo de illo ꝙ opera eius mala B sunt. Quamuis enim mundus ex aliqua sui parte quosdã odiat, malos tamen cosdẽ rursum ex magna sui parte diligit. nec sunt aliq mali quibus nõ mundus ex magna sui parte faueat, cùm mundus secundùm totã suam vniuersitatẽ odio prosequatur iustos, eo ꝙ non sint de mundo, sed sententia & moribus omnino sunt mundo cõtrarij. Porrò in posteriori sententia, bene Dominus postquam dixisset, qa verò de mundo nõ estis, subiecit, sed ego elegi vos de mundo, tũ ne relinq̃retur locus existimãdi Apostolos secundùm suã originẽ non esse de mundo sicut reliquos homines (fuerunt em̃ hæretici, vt patet apud Iræneum, q duplex hominum genus introduxerũt, vnum capax rerum diuinarum, alterum non capax) vt intelligerẽt A- C postoli non suis meritis aut sua opera è mundo se subductos, sed Christi electione, hoc est, vera gratia. Electio enim excludit electi merita, & indicat eius cũ his è quibus eligitur cõsortium & similẽ cõditionem. Iam & ideo hic oportunè dicit se elegisse eos de mũdo, vt aduertẽtes ipsius erga se beneplacitũ, & intelligentes illud odij cõtra se mundani causam esse, magis discerẽt odiũ illud cõtemnẽdum quãtum gaudẽdũ est de gratuita illa & salutari Christi electione. Sanè & nos cõuenit diligẽter & presse considerare duas has rationes, quibus nũc suos armauit ad conténendum mũdi odiũ, ne dum idẽ nos pati cõ D tigerit, hinc turbemur & tristemur. Non em̃ afferri possunt rationes efficaciores ad persuadẽdum mundani odij contẽptum, atq; ad eum efficassimè inducunt. Quis enim nõ solùm nõ doleat, sed etiã summopere gaudeat, dum cogitat se dum à mũdo odio habetur, hac in parte similẽ esse Christo, eaq; ratione declarari se non ptinere ad mundum, ad quẽ pertinere extremæ sit infœlicitatis?

MEMENTOTE SERMONIS MEI QVEM EGO DIXI VOBIS: NON EST, &c.] Redit Dominus hic ad priorem rationẽ, prouocans eos rursum ad cõsiderationem ꝓprij exẽpli: quò vt efficacius ꝓmoueãtur, vult eos memores esse vulgaris illius sententiæ qua aliquoties Dominus ad E Ioan. 13. suum vsus est propositũ: *Non est seruus maior domino suo*. Paulò ante em̃ post lotionem pedum eam adhibuit, quanquã ad alium finem, quàm in præsenti loco. Ibi enim per eam ꝓuocare voluit suos vt ne dedignarentur facere quod suum dominũ fecisse vidissent: hic verò per eam prouocat vt ne grauentur pati quod suum dominum pertulisse vidissent. Ad quem finem simili sententia vsus est Matth. 10. dicens: Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum: sufficit discipulo si sit sicut magister eius, & seruo sicut dominus eius. Et infert illo loco: Si patrẽfamilias Beelzebub vocauerunt, quãto magis domesticos eius? Sic & præsenti loco infert: *Si me persecuti sunt & vos persequentur*. Vbi notãdum quòd cùm prius simpliciter dixerit eos odio habendos, nunc dicit persecutionem passuros. Sicut enim cùm de dilectione loquitur, de tali loquitur quæ operibus declaratur: ita & cũ de odio mundi loquitur, de tali loquitur quod externis erat declarãdum persecutionibus. Addit autem. *Si sermonẽ meum* (id est, doctrinam meam) *seruauerunt, & vestrum seruabunt*, significans per contrarium sensum, quòd quemadmodum non seruauerũt suum sermonẽ, nec illorum sint seruaturi. His ergo duabus sentẽtiis monet suo exẽplo vt nec suam doctrinã à multis negligi & cõtemni, nec ob eã persecutiones sibi ab hominibus excitari molestè ferãt. Priore autẽ ratione, ex consideratione proprij exempli petita, redit Dominus ad secundam etiam rationẽ qua superius eos cõtra mundi odiũ prẽmunuit, suggerens eis rursum plausibilem & salutarẽ odij & persecutionis mundi causã. Sed hæc omnia, inquit, quæ vobis ad exemplum mei eueniẽt, homines facient vobis, propter nomen meũ, quod scilicet ĩ vobis odio prosequentur & persequẽtur. Superius quidem odij causam dixit, eo ꝙ non essent de mundo: nunc verò nomen suum qđ professuri & prædicaturi erant, causam odij fore prædicit, quę causa quãuis prior illa videatur & sit plausibilior, tamen cum illa coincidit. Ideo em̃ nõ erãt de mũdo, quia Christi fidem & doctrinã amplexi erant: & ad hoc electi erãt de mundo, vt Christi nomen profiterentur & prædicarẽt. ob quod nomen pati plausibile simul & salutare fuit Apostolis, vn *Act. 5.* de postea ibãt gaudẽtes à conspectu concilij, ꝙ digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliã pati. *Matth. 5.* Beati, enim, inqt, estis cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & eiecerint nomen vestrum tanquã malum propter me, &c. Porro ne videri possent homines iustè persecuturi Apostolos propter nomẽ Christi, addit, *quia nesciunt eũ qui me misit*, significans homines non iusta de causa nomen suum persecuturos, sed ex ignorãtia Dei, cuius ignorãtiã sæpe Dominꝰ Iudęis tribuit, vt cùm dicit. Vos dicetis qa Deus vester est, & nõ cognouistis eum. Si enim rectè Deũ cognouisset, *Ioan. 8.* agnouisset sanè doctrinã & opera Christi, fuisse à Deo, & proinde illum missũ fuisse à Deo: quòd si cognouissent, non potuissent nomen Christi sic perseq in fidelibꝰ. Sciendũ tamẽ dupliciter accipi posse quod dicitur, nesciunt eũ qui me misit. Altero modo, vt significetur eos ignorare quis miserit Christũ, & nescire quod Deus illũ miserit. Atq; hic sensus vt magis conuenit proposito, ita & Grẽcę lectioni, quę habet, οὐκ ἴσασι τὸν πέμψαντά με, id est nõ nouerũt mittẽtem me, vel qs me miserit. Ne autẽ isti videri possent excusabiles, quia p ignorantiã essent fideles persecuturi, ostendit eos omni carere venia & excusatione, idq; dupliciter, nempe & ob suam doctrinam, & ob sua opera. Ideo autem tam diligenter ostendit hos inexcusabiles fore, & sũma cũ iniquitate persecuturos fideles, vt tanto magis libeat Apostolis ꝓpter nomen Christi odia hominũ & persecutiones pati, quãto magis intelligũt eorũ odiũ & persecutionẽ esse iniquam. Primùm ergo à sua doctrina ostẽdit eos inexcusabiles, dicens: *Si non venissem, & locutus nõ fuissẽ eis, nõ haberent peccatũ*, ex eo scilicet ꝙ nõ credũt in me, sed odiũt nomen meũ & illud

& illud in vobis persequuntur. Nunc autem cùm A stè ac meritò me odisse: at cùm venerit paracletus venerim ad eos, & locutus eis fuerim doctrinam quę secundũ Prophetarũ vaticinia declararit me esse Messiam, non habent aliquã excusationẽ, aut vt efficacius habent Græca, nõ habẽt prætextum pro peccato suo, peccato scilicet incredulitatis & odij in me, ac persecutionis vestræ ꝓpter nomen meum. De huiusmodi enim singulariter peccato Dominum hic loqui patet ex præcedẽtibus, propter quæ hæc introducuntur. Nã alioqui nõ propterea nullũ habuissent homines peccatũ, si non venissẽt, & nõ locutus fuisset eis Christus. Ex his autem quæ nunc dicit Dominus, patet eum supe B rius dùm de odio mundi Apostolis obuẽturo loquebatur, locutũ potissimùm de Iudæorum odio & persecutione. Ad hos em̃ venerat Christus, his fuerat locutus, ac corã eis fecit opera quæ nemo alius fecit, atq; hi fuerũt qui & primi & omnium maximè persecuti sunt Apostolos aliosq; fideles. Simili tamen ratione etiam gẽtiles, qui persecuti sunt fideles, facti sunt inexcusabiles, quia & hi audierunt Christum in suis loquentem, & viderunt eum in suis mirabilia operantem. Postquam autẽ ostẽdit Dominus ex sua doctrina inexcusabilitatem odij Iudæorum contra se, ostẽdit deinceps & quàm graue peccatũ sit huiusmodi odiũ, eo ꝙ huiusmodi odiũ redundet in odium Dei: *Qui*, inquit, me odit, hoc ipso etiã patrẽ meum odit, eo ꝙ vna C sit mihi cum illo natura, quodq; eius sit ipsa doctrina, ꝓpter quam me odiũt homines. Deinde & à suis operibus ostẽdit eos fore inexcusabiles, dicẽs: Si opera non fecissem in eis, id est, inter eos & ipsis viuentibus, quæ, id est, qualia nemo alius fecit ante me (nemo enim fuit qui & tam multa & tali cum authoritate fecit miracula) non haberent peccatum. Nunc autẽ & viderunt me fecisse talia opera qualia nemo fecit, ex quibus proinde meritò secũdùm Prophetarũ vaticinia intelligere debuissent me esse Messiam, & tamen oderũt me, & ex consequenti etiã patrem meum, cuius sunt ea opera ꝓpter quæ me oderunt. Cæterùm quoniam iam quęri poterat cur tam iniquũ odiũ con D tra Christum ex Dei sit pmissione excitatũ, subiecit: *sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est de me*, nempe: *Odio habuerunt me gratis*, id est, sine aliqua iusta causa, supple, ideo ex Dei pmissione odium hoc contra me est excitatum. Est enim & hæc oratio imperfecta, similis illi quæ est apud Ioã. cap. 15. Est autẽ hoc testimoniũ scriptum psal. 68. vbi legimus: Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Et rursum psal. 34. vbi legimus: Non supergaudeãt mihi q aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis: proinde nomen legis hic accipitur generaliter, pro toto veteri testamento, vt etiam psalmos & prophetas comprehendat. Valet autem etiam huius testimonij citatio ad Apostolo- E rum consolationem, dum odium nominis Christi intelligunt etiam à prophetis prædictum, illudque odium pronunciatum fore iniustum.

CVM AVTEM VENERIT PARACLETVS, QVEM EGO MITTAM VOBIS.] Odio Iudæorum contra se opponit testimoniũ spiritus de se, quo vltra testimoniũ doctrinæ suæ & operũ magis adhuc declarãdum erat illorum odium iniustum esse & irrationabile. Itaque sensus est: Illi quidem post auditam meam doctrinam & conspecta mea opera, me oderunt, & sibi videtur iustè ac meritò me odisse: at cùm venerit paracletus ille de quo vobis dixi, spiritus ille veritatis q nõtiri nequit, is abũdè testificabitur de me, quis ego sim, & quàm iniquo odio me illi sunt persecuti. Cæterùm dupliciter intelligi potest spiritus phibuisse testimoniũ de Christo. potest enim intelligi de testimonio spũs in cordibus Apostolorũ & omnium fidelium, docentis eos claritatem Christi. De quo testimonio etiam multi intelligunt qđ postea dicit Domin⁹: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis*. Secundùm quẽ intellectũ priùs dicitur de testimonio spiritus, & deinde subijcitur: *Et vos testimonium perhibebitis*, qa Apostoli accepto in cordibus suis testimonio spiritus de Christo, cœperunt & ipsi fiducialiter Christo viua voce testimonium perhibere. Potest etiam intelligi de testimonio spiritus per opera miraculorum quæ in Apostolis & per Apostolos erat æditurus ad gloriã nominis Christi. Illis em̃ operibus declarauit diuinam Christi excellentiam & claritatem. testificabatur etiam spiritus per Apostolorum ora de Christo. Nõ enim ipsi erant qui loquebãtur, sed spiritꝰ patris q erat in eis. At hoc testimoniũ viuæ vocis Dominus tribuit ipsis Apostolis, vt ꝙ dicitur spiritus perhibiturus testimoniũ, videatur solùm intelligẽdum aut de testimonio eius interiori p afflatũ, aut de testimonio eius exteriori per miraculorum operationẽ. Non solùm, inqt, ille testimonium phibebit de me, sed & vos illo accẽsi testimoniũ phibebitis de me, qa ab initio prędicationis meæ & rerum à me gestarum mecum fuistis, audiẽtes quæcunq; docui, ac corã videntes quæcunq; gessi, quare idonei eritis qui testificemini de me. Est autem Grẽcis pro *testificabimini perhibetis*, verbum μαρτυρεῖτε, quod item ambiguum est, cùm possit esse indicatiui modi & imperatiui, vt sit, testimonium phibetis, vel testimonium phibete, quod posterius secutus est interpres Cyrilli, & magis placet Caietano. Si autẽ verbũ illud accipiatur vt sit indicatiui modi, quẽadmodum magis placet quibusdã, præsens pro futuro videtur positũ: vnde bene vertit interpres, *testimonium perhibebitis*, quomodo & August. legit, quãuis antuqui quidã codices Latini habeãt præsens, *testimonium perhibetis*: quod si pro futuro quis non putet accipiendũ, sensus erit. Non solùm ille in posterũ testificabitur de me quàm iniquè me oderunt, sed & vos nunc idem de me testari potestis, quia semper mecum estis. At magis conuenit tempus futurum sequentibus, in quibus prædicit suis quę passuri essent ob testimoniũ nominis sui. Tales autem testes fuisse imprimis diligẽdos qui ab initio semper fuissent cum Christo, etiã Petrus dixit in electione Matthiæ: Oportet, inquit, ex his *Act. 1.* viris, qui nobiscum sunt cõgregari, in omni tẽpore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioãnis, vsque in diem qua assumptus est à nobis, testẽ resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Circa illa autem verba: *Quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui a patre procedit*: primùm notandũ, Christum paucis Trinitatis mysterium cõplexum, dum spiritum dicit mittendum, se missurum, sed à patre. Deinde notãdum, quẽadmodum superius est dictum, Christum iam dicere se missurum spiritũ, cùm priùs patrem diceret missurũ, vt hinc intelligamus æqualem eius cum patre potestatẽ & auctoritatẽ. Dicit se missurũ illum à patre, tum quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiritus primò eſt,& procedit à patre: tũ qa ipſe filius à patre habet ꝙ ſpiritum mittat. Mitti autẽ dicitur aliqua ꝓſona diuina, dum alicubi incipit eſſe nouo modo quo ibi priùs non erat. Sic filius Dei miſſus eſt in mũdum cùm eſſet vbiq;, qa per aſſumptam humanitatẽ cœpit nouo modo eſſe in mundo. Sic & ſpiritus ſanctus dicitur mitti, cùm alioqui ſit vbiq;, quia per ſuam gratiam & efficaciam nouo modo incipit eſſe in hominibus. Duplex autem eſt in ſcripturis miſſio ſpiritus ſancti, viſibilis ſcilicet,& inuiſibilis. De viſibili, qua ſcilicet ſub ſignis quibuſdam viſibilibus, ſicut in die Pentecoſtes, ſpiritus datus eſt, intelligendum eſt quãdo Dominus hic promittit patrẽ aut ſe miſſurum Apoſtolis ſpiritũ. De inuiſibili loquitur Paulus cùm dicit: Miſit Deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra clamãtem, Abba pater. Potrò paraeletum vocat nũc rurſum Dominus ſpiritũ veritatis, idq; appoſitè, vt quia illũ dicit phibiturũ teſtimoniũ, oſtendat eum fide dignũ, ad quod etiã valet quòd ſe dicit miſſurum illũ à patre, à quo ſcilicet omne bonum eſt, à quo nulla falſitas & error nullus dimanare poteſt. Eſt autem Græca dictio τὸ πνεῦμα, quam interpres vertit per accuſatiuum, *ſpiritum*, anceps ad accuſatiuũ vel nominatiuum, eo ꝙ ſit neutri generis. Interps intellexit eſſe accuſatiuũ, referens eum ad verbum *mittam*, cùm magis conueniat nominatiuus casus, vt referatur ad nominatiuũ *paracletus*. Interpretatur enim quis ſit ille de quo dixit paracletus, nempe ſpiritus veritatis.

Digreſſio de proceſſione ſpiritus ſancti.

Cæterùm quod ſequitur: *Qui à patre procedit*; magnam præbuit quibuſdam contentionis occaſionem. Huius enim occaſione ante concilij Florentinum Græci multis annis alienati fuerunt à Latinis, aſſerẽtes malè Latinos in ſymbolo confiteri ſpiritum procedere à patre & filio, cùm hic tantùm dicatur, qui à patre ꝓcedit, nec vſquã in ſcripturis legatur procedere ſpiritum etiã à filio, ac ob id negantes ſpiritum procedere etiam à filio, aut ſaltem ita non eſſe dicendum aſſerentes, ſed potius ſpiritũ procedere à patre per filium: quẽ locutionis modũ verſimile eſt eos deſumpſiſſe ex hoc loco, nimirũ quia hic Dominus dicit: *ego mittam vobis à patre*. Illo enim ſignificatur filiũ ſe habere tãquam medium inter patrem & ſpiritũ, & patrem mittere ſpiritum per filium. Vnde Cyrillus in hunc ſcribens locum dicit ſpiritum procedere à patre per filiũ. Diſputatio autẽ illa, quæ inter Græcos & Latinos horum verborum occaſione nata eſt de ſpiritus proceſſione, præſupponit locum hunc intelligẽdum de æterna ſpiritus ex patre proceſſione, hoc eſt, eius ex patre origine ab æterno. At ſi rectè perpenderimus, videbitur magis hic locus ſimpliciter accipiẽdus de temporali ſpiritus ad creaturas proceſſione, hoc eſt, de eius miſſione. Sicut enim nunc Dominus dicit ſpiritum procedere à patre, ita ſupra cap. 8. de ſe dixit: Ego ex Deo proceſſi. Id autẽ magis de proceſſione Chriſti tẽporali quàm æterna accipiendum patet ex ſequentibus. Nam veluti exponere volẽs quid ſit quod dicit, proceſſi, ſubijcit: Et veni, & declarãs quod dixit; ego ex Deo proceſſi, & veni; ſubdit, Neq; enim à meipſo veni, ſed ille me miſit: Sic & cap. Ioan. 6. cùm dicitur: Exiui à patre, & veni in mundum, itetum relinquo mũdum, & vado ad patrem; magis intelligẽdum de exitu tẽporali illud, Exiui à patre, declarat illud quod ſequitur, vado ad patrem, à quo ſcilicet exiui veniẽ do in mũdum. Ita & in propoſito videtur ſimpliciter locus hic intelligendus de tẽporali ſpiritus proceſſione, quia illud, *qui à patre procedit*, adiectũ videtur ad declarandũ illud quod dixit ſe miſſurũ illum à patre, quaſi diceret: Ideo illum dico me miſſurũ à patre, quia ipſe à patre procedit & datur hominibus. Id enim multum facit ad cõmendationem teſtimonij quod dicit ſpiritũ perhibiturum. Certè Nonus in ſua paraphraſi declarat ſe ſic intellexiſſe. Habet enim ſic: Poſtquam verò aduenies ſpiritus Dei, ab intelligẽti patre demiſſus venerit, quem ſpiritũ à patre ad vos ipſe mittet, me apud viros multum prædicauerit, &c. Sed & Beda in ſic intellexiſſe, apertius eſt ex his quæ ſcribit in homil. ſuper hoc Euangelium. Cùm (inquit) eiuſdẽ ſpiritus gratia datur hominibus, profectò mittitur ſpiritus à patre, mittitur & à filio: procedit à patre, procedit & à filio, quia eius miſſio ipſa eſt proceſsio, qua ex patre procedit & filio. Hæc ille. Huic intelligentiæ conuenit quod nõ dicatur ἐκ πατρὸς, id eſt, ex patre, ſed παρὰ τοῦ πατρὸς, id eſt, à patre procedit, tanquã à mittente ſcilicet is qui mittitur. Quòd ſi autem locus hic de proceſsione ſpiritus tẽporali ſit accipiẽdus, certum eſt nõ excludi proceſsionem ſpiritus à filio, quia tãtùm dicitur, *qui à patre procedit*. Nã cùm illa proceſsio non ſit aliud quàm miſsio paſsiua, ſicut ſpiritus mittitur à filio, ita & ab illo ꝓcedit. Antiquiſsimi tamẽ patres hoc loco intellexerũt ſignificatam æternam ſpiritus ex patris natura proceſsionem, ſicut & filij æternã ex patris natura proceſsionẽ illis locis quibus de ſe dicit: *Ex Deo proceſsi, & exiui à patre*. Nec id abſq; ratione. Siquidẽ in eo ꝙ ſpiritus aut filius à patre dicitur procedere tẽporaliter, ineluditur eum etiam procedere ab æterno ex patris natura. Cùm enim filius & ſpiritus ſanctus vnius eiuſdemq; ſint cum patre naturæ, & ꝓinde per oĩa ſint illi æquales, ſi quãdo his duabus perſonis diuinis aliquid tribuitur reſpectu patris, quod minoritatẽ quandã à patre videtur ſignificare, vt cũ dicũtur mitti & ꝓcedere à patre, loqui ex patre & quæ ab illo audiuerũt, di dicerũt, & acceperũt, nõ poſſunt hæc illis ꝓſonis reſpectu patris illa ratione intelligi attribui, niſi rõne originis, ſecũdùm quã ſunt ab illo, & habẽt ab illo quæcũq; habẽt. Ex quo cõſequitur, ſpiritũ ſicut ex patris ſubſtãtia ꝓcedit ab æterno, ita & à filio ꝓcedere, cùm ab eo mittatur, & proinde etiã procedat tẽporaliter. Secundùm quã rationem efficaciſsimè probatur ſpiritũ ab æterno ꝓcedere, & ſuum eſſe habere à filio, ex eo quod poſtea dicit Dominus: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis*. Sicut enim Chriſtus ſecũdùm ſuam diuinitatem, nõ alia ratione à patre dicitur accepiſſe quæ mũdo annũciauit & loquutus eſt, quã propter originem quã habet à patre: ita non poteſt intelligi alia ratione ſpiritũ accipere à filio quod hominibus annunciat, quã quia ab illo habet ſuam naturam & eſſentiã, & ꝓinde ex illius ſubſtãtia ꝓcedit ab æterno, cùm non ſit aliud eſſentialiter ab aliquo ꝓcedere, quàm ab eo ſuum eſſe accipere. Secundùm hanc rationem Auguſt. in variis locis etiam ex illo probat ſpiritũ procedere eſſentialiter à filio, qđ poſt reſurrectionẽ ſuã Dominus diſcipulis ſuis inſufflãdo dixit: Accipite ſpiritum ſanctum. Idem Auguſt. & ex illo probat quòd in ſcripturis ſpiritus ſanctus dicatur ſpiritus filij, ſicut ſpiritus patris: Miſit, inquit Paulus, ſpiritum

ſpiritum filij ſui in corda veſtra. Si enim eſt ſpiritus filij ſicut patris, ſpiratur ergo, & proinde procedit à filio, ſicut à patre; quãquam has Auguſtini & Latinorũ ex ſcripturis collectiones rideat Theophylactus, vtpote Græcus, ſcribens in tertiũ caput Ioãnis, ſed inefficaciter eas ſoluens. Spiritum autem procedere ſubſtãtialiter etiã ex filio non ſolùm ex prædictis ſcripturis, ſed etiã neceſſariis ꝓbari poteſt rationibus. Et primùm ex eo ꝙ (vt ait Boetius in lib. de Trini.) exceptis relationibus oppoſitis, oĩa quæ de vna dicũtur perſona, dicuntur etiã de aliis. Cùm ergo ſpiratio actiua non oppoſitam filiationi, ſed rãtùm ſpirationi paſſiuæ, quæ cõuenit ſpiritui ſancto, cõſequens eſt ꝙ ſicut illa cõuenit patri, ita & filio cõueniat. Hac ſanè argumẽtatione poſtea Dominus oſtẽdit quare dixerit de ſpiritu, ille de meo accipiet. Oĩa (inquit) quæcunq; habet pater, mea ſunt, ꝓpterea dixi, *de meo accipiet, & annunciabit vobis*. Deinde ſi ſpiritus non procederet à filio, nõ diſtingueretur perſonaliter ab illo. Solæ enim relationes oppoſitæ perſonalẽ faciunt in diuinitate diſtinctionem; oportet ergo filium & ſpiritum ſanctum habere relationes inter ſe oppoſitas. At in diuinis non poſſunt eſſe aliæ relationes oppoſitę quàm relationes originis, vt oſtẽditur in theologia ſpeculatiua. Cõſequitur ergo ſpiritũ habere ſuam originem à filio, & proinde procedere ab illo, qa oppoſitæ relationes originis attendũtur ſecundùm hoc ꝙ vnum eſt alterius principium. Vnde etiã ipſi Græci ipſum ſpiritum in ſua origine aliquẽ ordinem ad filium habere intellexerũt, dicentes ipſum eſſe & procedere à patre per filium. Quæ tamen ipſorũ loquutio ſi modò catholicè intelligatur, idẽ includit & ſignificat quod Latini apertius aſſerũt ſpiritũ procedere à patre & filio. Non enim poteſt aliter intelligi ſpiritũ procedere per filium à patre, quàm quomodo dictum eſt, oĩa facta per filium, aut patrem feciſſe ſęcula per filium. Verùm, vt dictũ eſt circa illud Ioannis, Oĩa per ipſum facta ſunt, per filium dicitur oĩa feciſſe pater, qa omnia pater ſic fecit cõmuniter cum filio, vt tamen virtutem efficiendi ſicut & eſſentiam filius acceperit à patre. Præpoſitio ẽm, per, tribuitur filio tantũ ob originem quã haberet à patre, ratione cuius ſe habet veluti medium quoddã inter patrẽ & creaturas. Ita ergo & in propoſito ſpiritus non poteſt dici procedere à patre per filium, niſi quia à patre cõmuniter procedit & filio, ſic tamen vt filius à patre acceperit vt à ſe ꝓcedat ſubſtãtialiter ſpiritus ſanctus. Rationes autẽ ob quas Græci dicere noluerunt ſpiritũ procedere à patre & filio, & à Latinis hoc aſſerẽtibus ſeſe ſeparauerunt, potiſſimę fuerunt, vt ex actis concilij Florentini patet, iſtæ: Quia exiſtimabãt huiuſmodi locutione introduci duo principia ſpiritus ſancti, patrem ſcilicet & filium. Deinde quia etiãſi verũ eſſet ꝙ ſpiritus ꝓcederet à filio, putabãt tamen illud ſaltẽ ſymbolo apponendum eſſe nequaquã, tum ꝙ in ſcripturis ſacris illud non legeretur, tum ꝙ in ſymbolo Nicæno & Cõſtantinopolitano, tãtùm diceretur ſpiritus à patre procedere, & in cõcilio vniuerſali 3. Epheſino ſcilicet, ſtatutum eſſet ſub anathematis reatu, vt nulli de Trinitatis fide aliud docere quã in illo ſymbolo cõtinebatur, aut illi aliquid addere liceret, vnde Latinos arguebant anathematis reos, ꝙ in ſymbolo illo addidiſſent, filioq;. Verùm cùm Latini in dicto cõcilio Florentino declararẽt ſe nõ aſſerere ſpiritum procedere ex patre & filio tanquam ex duobus principiis, ſed tanquã ex vno principio, ſicut tota Trinitas vnũ eſt omniũ creaturarum principium, oſtenderentq; tum ex ſcripturis, tũ ex patribus non ſolùm Latinis, ſed etiã Græcis, verum eſſe ꝙ ſpiritus procedat à filio, illamq; additionem, ex filioq;, nõ tam dicendã additionem quàm declarationem, & expoſitionem eius quod includebatur in eo ꝙ à patre dicitur ſpiritus ꝓcedere, atq; huiuſmodi additionem factã ab ipſis neceſſitate quadã, cauſa ſcilicet tollẽdi eiuſdam ſchiſmatis: oſtenderẽt etiam, Romano põtifici licere ob cauſas quædã declarationis gratia addere ſymbolo fidei, tum demũ poſt lõgam contentionẽ Græci in cõcordiã rediere cum Latinis, tãquam nihil peccantibus cõtra decretum cõcilij Epheſini, nec aliud aſſerentibus dicẽdo ſpiritum procedere à patre & filio, quàm ipſi aſſererent dicendo ſpiritũ procedere à patre per filium. Ex his autem patet duplicẽ ex ſcripturis colligi in diuinis proceſſionem eſſentialem. Alteram, qua filius procedit à patre, quæ inſinuatur illo Ioã. 8. Ego ex Deo proceſſi. Alterã, qua ſpũs procedit à patre & filio, quæ inſinuatur hoc loco, cùm dicitur: *Qui à patre procedit*. Et filij quidẽ proceſſio ex ſcripturis cognoſcitur habere ſpeciale nomẽ, vt dicatur generatio. De ea eñ dicitur: Ex vtero ante luciferũ genui te. Spũs ſancti verò proceſſio ex patre & filio non habet in ſcripturis ſpeciale nomen, niſi ꝙ ex ipſo nomine ſpiritus, dici poſſit ſpiratio. Non enim illa proceſſio, quamuis ſit exſubſtãtia patris & filij, dici poteſt generatio, quiaſic in diuinis perſonis duo eſſent filij, & ſpiritus duorũ eſſet filius, quod eſt abſurdiſſimum, cùm filius duorum non ſit, niſi patris & matris. Quòd ſi igitur quis quærat quis ſit eius proceſſionis modus & qualitas, audiat Gregorium illum Nazianzenũ libro quinto de theologia ſic reſpondentem curioſæ huiuſmodi quæſtioni: Quin, inquit, tu mihi rationẽ ingeniti patris explicas, & ego viciſſim tibi & filij genitionem velut naturę eius interpres, expediam, & ſpiritus proceſſionẽ aperiam, vt ambo inſaniamus Dei ſecreta rimando. Hæc ille, ſignificans nõ vltra in huiuſmodi rerum inueſtigatione progrediẽdum, quàm ex ſcripturis datur intelligi. Ex doctrina tamen Auguſtini, aliorumq; patrum intellectus humanus vtcunq; induci poteſt ad aliqualem cognitionẽ duplicis illius in diuinitate proceſſionis, & rationem percipere quare altera rectè dicatur generatio; altera verò non, quamuis vtraque ſit ex ſubſtantia, quemadmodum ſubtiliter deducit diuus Thomas in prima parte Summæ, quæſtio. 27. Cùm enim modus diuinarum proceſſionum in ſe non poſſit à nobis cognoſci, oportet vt ad earũ aliqualẽ cognitionem manuducamur, à ſimilitudine quarundam in creaturis proceſſionum. Id autem non poteſt fieri conuenientius quàm à proceſſionibus quibuſdam quæ reperiuntur in creatura intellectuali, tum ꝙ hæc ſit creata ad imaginem & ſimilitudinem Dei, atq; ob id in ſe habeat veſtigium quoddam Trinitatis diuinę & proceſſionũ diuinarum: tum quòd proceſſio in diuinis non poteſt attendi ſecundùm aliquam proceſſionem in creaturis quæ tendit in aliquod extrinſecum, ſed ſecundùm talem quæ manet in ipſo agente, eo quòd filius & ſpiritus ex patre non procedant extrinſece, ſed maneant in eo qui eos producit patre. Huiuſmodi autem

proceſ

Universidad de Deusto
Biblioteca

processio immanẽs reperitur in creatura intelectuali,& reperitur in ea duplex,secũdùm duplicẽ eius actionem,intellectus scilicet & volũtatis.Ex mente enim ꝓcedit imprimis intelligentia & rei cõceptio,quæ est velut verbũ mentale.& rursum ex ea simul &ex intelligentia atq; rei cõceptione ꝓcedit rei alicuius amor. Secundùm processionẽ ergo cõceptus & intelligentiæ ex mente cõsiderãda est à nobis ꝓcessio Filij à Patre, cuius Filius est λογος & verbũ:secundùm processionem verò amoris ex mente & ex intelligentia, cõsideranda est processio spiritus à Patre & Filio.Inter processionem autem intelligentiæ & processionẽ amoris à mente hoc interest,quòd in illa attẽdatur similitudo,in hac verò nõ. Producit enim mens in se alicuius rei cõceptum tãquã illius rei similitudinẽ, vnde huius ratione res cõcepta dicitur esse in mente cõcipiente,amorem verò non producit in se tanquã similitudinem rei amatæ,sed tanquã inclinationem in rem amatã , vnde huius rationẽs dicitur esse in re amata.Cùm ergo generatio propriè dicta cõsistat in similitudine geniti cum generãte,illa in diuinis processio quæ attenditur secundùm processionem cõceptus à mẽte,dicitur generatio:illa verò quæ attẽditur secundum processionem amoris à mente,nõ dicitur generatio, sed spiratio,eo quòd amor veluti spiretur à mẽte, propterea quòd illo moueamur & impellamur ad aliquid faciendum. Et hæc quidẽ de æterna in diuinis processione , occasione illius quod hic Dñs dicit,spiritum veritatis procedere à patre. Cæterùm cõtra id quod supra diximus,ex eo quòd spiritus mittitur à Filio,& procedit ab illo tẽporaliter, colligi & sequi eundẽ etiã ꝓcedere à Filio æternaliter,obijci potest ꝙ Isa.48.Christus se dicat etiã esse missum à spiritu Dei , à quo certũ est tamen ipsum nõ procedere ꝛternaliter.Et nunc,inquit,Dominus Deus misit me,& spũs eius. Quæ verba dicta esse in pson Christi,ostẽsum est cap. ꝓcedenti.At facilis hic est ex Hieron.solutio.Is enim in Cõmentarijs super Isaiã tractãs hæc verba, intelligit Christũ hic se dicere missum à spũ, iuxta fragilitatẽ carnis assumptæ. Secundùm humanam enim Christi naturã certum est ipsum à spiritu fuisse missum ad ꝓdicãdum & docendum, iuxta illud Isaiç.Spiritus Domini super me , eo ꝙ vnxit me,ad euãgelizãdum pauperibus misit me. Secũdùm Augustinum,tamen potest etiã intelligi Christus missus à spiritu sancto secundùm suã diuinitatem,secũdùm quã dicitur missus ratione assumptę humanitatis,si modò cõsideretur nõ ipsa quę dicitur mitti persona,sed ipse effectus,ratione cuius dicitur mitti.Hac enim cõsideratione Augustinus non tantùm spiritũ dicit mississe Christũ, sed etiã Christum misisse seipsum, & spiritũ misisse seipsum,qa scilicet tota Trinitas causa est ei⁹ effectus, tatione cui⁹ aliqua persona dicitur mitti. Verùm cùm in eo quòd aliqs dicitur mitti ab alio, ꝓprie non solùm significetur missionem illã esse à mittente,sed etiã ipsum missum ꝓcedere à mittente, non satis ꝓprie dicitur Christus secũdùm suã diuinitatẽ missus à spiritu,aut Christũ vel spiritum mittere seipsum.Sed tempus postulat vt ad Euãgelicorum verborum redeamus expositionem.

Isaiæ 61.

HAEC LOQVVTVS SVM VOBIS, VT NON SCANDALIZEMINI ABSQVE.] D. Augustin.& Euthymius pronomen,*hæc*,referunt ad id quod proximè præcedit de spiritus aduentu & testimonio,per quem & Apostoli cõfirmari testimonium Christo erant perhibituri, vt sit sensus: Dixi vobis spiritum veritatis,& testimonium de me in vobis & per vos perhibiturum,vt cùm videritis malos psequẽtes vos & iniuria afficientes, non offendamini, sed cognoscentes ꝙ paracletus vobis auxilietur,bono sitis animo,ac viriliter agatis.Sic enim ferè habet Euthymius.In quem sensum & August.se hunc locum accepisse declarat, cùm sic scribit:Meritò ꝓmisso spiritu sancto quo in eis operãte fierent testes eius,subiũxit:*Hæc loquutus sum vobis vt non scãdalizemini*.Cùm enim charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctũ q datus est nobis,fit pax multa diligẽtibus legẽ Dei,vt non sit illis scãdalum.Hæc ille.Et sanè cùm hęc pars Euãgelij legitur in officio Ecclesiastico Dominicæ ante Pẽtecosten,videtur pronomẽ demõstratiuũ,*hæc*,referendũ ad id quod mox præcedit de aduentu & testimonio spiritus, qa nihil aliud in Euãgelio quod tunc legitur præcedit ante pronomen,*hæc*. Magis tamen hoc loco ꝓnomen istud videtur referendũ ad ea quę priùs dicta sunt de odijs & persecutionibus ꝓpter nomen Christi perferẽdis,vt intelligatur hic Dominus reddere causam quare tam tristia eis prædixerit.Ne enim videretur Domin⁹ delectari in eorum mœrore,dum tam varia eis ꝓdixit quę mœrorem adferebãt:Hæc,inqt, de odio mũdi & persecutionibus vobis imminentibus loquutus sum vobis,nõ vt ingerã vobis timorem,aut ãugeã vestram tristitiã , sed vt non scãdalizemini & offendamini cùm hæc vobis occurrerint mala.Scandalizaremini enim facilè in me,& à fide in me propter illa excidere possetis,si nõ antè à me hæc vobis prædicta fuissent, propter inopinatum eorum occursum, & qa existimare possetis, mihi hæc nõ fuisse præcognita,aut me tãtùm ad gratiã locutũ & lęta tãtùm,tristibus occultatis, vanè ꝓmisisse. Nunc verò horũ prædictio muniet vos ne scandalizemini illis obuenientibus,tum qa à vobis erunt præuisa & præmeditata (minus em lædunt mala præuisa) tum qa agnoscetis meã in oibus verbis fidem,omniumq; rerũ pręcognitionem.Secundũ hunc sensum,cùm in Euãgelio prędictę Dominicæ legitur ista pars,pronomen,*hæc*, qa non habet aliqd præcedens ad quod referatur, referendũ est ad ea quæ sequũtur de obuenturis persecutionibus,quẽadmodum facit venerabilis Beda in homil.illius Euãgelij:quomodo etiã videtur intelle xisse qsquis in nostris libris sic distinxit hũc Christi sermonem,vt ab hac sentẽtia: *Hæc loquutus sum vobis*,nouũ exorsus sit caput.Cùm autẽ in præcedẽtibus Dominus in genere dixisset suos odia & persecutiones passuros,nunc species quasdã persecutionum explicat,ea sq; duplices iuxta duplex malorũ genus.Est enim malum calũniæ & ignominiæ,& est malum pœnæ atq; supplicij. Ad calũniæ autem atq; ignominię malũ pertinet quod primo loco dicitur: Absq; synagogis facient vos, pro quo D.Augustinus clarius legit: Extra synagogas facient vos. Est autem Græcis pro,absque synagogis, vel extra synagogas, vnica dictio ἀποσυναγώγους,apo synagogos,hoc est,alienos à synagoga, aut excommunicatos : quæ dictio & supra bis à Ioanne est posita,cap.scilicet nono,vbi legimus : Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum ,extra synagogã fieret, & capite vndecimo, vbi legimus : Propterea

Pharisæos non confitebãtur,vt de synagoga non A eijcerentur. Hãc autem de synagoga eiectionem ad summã pertinuisse apud Iudæos ignominiam, patet ex eo quod ibi subijcitur: Dilexerunt enim gloriã hominum magis quàm Dei. Sensus ergo nostræ lectionis est: *Absq; synagogis facient vos*, hoc est , excludent vos à suis synagogis , interdicent vobis suis synagogis,vosque excommunicabunt.

SED VENIT HORA, VT OMNIS QVI INTERFICIT VOS, ARBITRETVR, &c.] Obscuritatem aliquã adfert cõiunctio aduersatiua,*sed*.Ea enim videtur hic significari,Dominum subijcere aliquã consolationem cõtra prædictam eiectionem è synagogis,cùm hæc sententia nullã significare videatur cõsolationem,sed potius exaggeratiua sit obuenturorum malorum, planéq; B significet tribulationem venturã sup tribulationem. Proinde D. August. videns non esse dictum, *Et venit hora*, verùm,*sed venit hora*,illudque sonare quasi aliquid boni post prædicta mala hic ꝓmitteretur,vim aduersatiuæ cõiũctionis sic explicat: Extra synagogas facient vos, sed nolite solitudinẽ formidare: leparati quippe à cõgregatione eorum,tam multos in nomine meo cõgregabitis,vt illi metuentes ne tẽplum quod erat apud eos, & oĩa legis veteris sacramenta deserãtur,interficiãt vos,sic fundentes sanguinem vestrum, vt Deo se præstare arbitrentur obsequium . Intelligit ergo C per aduersatiuã coniunctionem,*sed*,ad Apostolorum cõsolationem significari,eos eiectos à Iudeis tam multos Christo acquisituros,vt Iudei sint ad ipsorum cædem prouocãdi.Simili modo,sed minus coactè,Beda in homilia huius Euãgelij,intelligit hic positam aduersatiuã coniunctionem,*sed*. Habet enim sic:Prædictis ergo pressuris aduersantium,repentè quasi consolãs discipulos,adiunxit: *Sed venit hora vt omnis*,&c. Ac si aperte dicat:Bellã quidẽ tribulationum à cõtribulibus vestris estis passuri,sed eo tolerabilius hæc suscipite, quo nõ tã odio vestri quàm diuinæ legis æmulatione vobis ingerentur. Hæc ille. Verùm quoniam coactè secundùm vtrãq; prædictã rationem hæc sententia D intelligitur subiuncta ad eõsolationem & mitigationem prædicti mali eiectionis è synagoga. cùm planè ad exaggerationẽ malorum videatur potius dicta,ideo sciendum,quòd pro cõiunctione,*sed*,Græca dictio ἀλλὰ,etiã verti potest p imò, aut quinetiã. Nam & hoc inter alia significat illa Græca cõiunctio,quo modo sensus erit cõuenientissimus,nimirum iste: Excludẽt vos à synagogis suis,imò, qđ ampli⁹ est, venit hora,id est, initur tẽ tempus,vt omnis qui interficit vos,arbitretur se Deo obsequiũ,hoc est,cultũ præstare,aut sacrificium offerre.Est enim Græcis λατρειαν προσφερειν, E qđ potest esse sacrificiũ offerre.In hunc modum Cyrillus declarat se accepisse coniunctionẽ ἀλλὰ. Habet enim sic interpretẽ Trapezuntio:Sed non hęc,inquit,aduersus vos solùmodo facient,verum etiam ad tãtum atrocitatis prorumpent,vt sacrificij vim in cæde vestra positã putẽt.In nostra ergo lectione coniunctio,*sed*,accipiẽda est pro imò, vel pro sed &.Dupliciter autẽ Dominus hac sentẽtia exaggerat vim persecutionis.Primùm, quia non solùm è synagoga eijciendos,sed etiã interficiendos ipsos significat.Secundò,quia ipsorũ cędem homines non solùm non erãt reputaturi iniustam esse,sed etiam gratissimam Deo.Loquitur autem sicut & in præcedentibus,de persecutione fidelibus inferenda à Iudæis.In hoc enim cõpetit eijcere è synagoga. Hi & cultũ se vero Deo præstare putabant occidendo Christianos, quẽadmodum patuit in his qui Stephanũ occiderunt,& in ipso Paulo eũ adhuc esset persecutor. De se enim dicit,quòd cùm supra modũ psequebatur Ecclesiam Dei,abundãtius ęmulator existeret paternarum traditionum.Idẽ de Iudæis dicit:Testimoniũ illis perhibeo quòd æmulationem quidẽ Dei habent,sed nõ secundùm scientiã. Hac æmulatione quidã contra Paulum adeo sunt accẽsi vt iurauerint se non comẽsturos,neq; bibituros, priusquã eum interemissẽt,vt scribitur Act.23. Leuitis qui idololatras occiderãt dixit Moyses:Consecrastis hodie manus vestras Domino,vnusquisq; in filio & in fratre suo , vt detur vobis benedictio. Vbi Chaldæ⁹ paraphrastes habet:Obtulistis oblationes vestras hodie corã Domino.Idẽ Moyses prę- Deut.13. cipit pseudoprophetas occidi sine misericordia. His ergo & similibus scripturæ locis moti Iudæi existimauerũt se occidendo Christũ & Christianos,rem facere Deo gratã,ac veluti sacrificiũ illi offerre , qua sua immedicabili cæcitate etiam audent dicere,se nulla alia culpa in horrendũ hoc & perpetuum exilium esse missos, nisi quòd non omnes Christi discipulos occiderint, antequam eius euãgelium in vniuerso mundo prædicarent. Simili vesania etiam nostris temporibus hæretici & maximè Anabaptistæ, persequẽdo Ecclesiam, diripiendo eius bona,occidendo eius fideles, existimarunt se cultum Deo exhibere gratissimum. Cæterùm quẽadmodum maximum ignominiæ malum significatur præcedẽti sententia, cùm dicitur; *absque synagogis facient vos*,ita hac sentẽtia significatur maximum supplicij & pœnæ malum, proinde sub his duabus persecutionis speciebus omnia alia mala cõprehenduntur.Ne autẽ Apostolos contristaret quòd eorum cædes reputanda esset cultus Dei & sacrificiũ, sed intelligerent illam suorum persecutorum existimationẽ esse eroneam,bene subiecit Dominus: *Et hæc facient vobis,quia non nouerũt patrem,neque me*.Patrem autem eos dicit non nosse, non solùm quia non nouerunt Deum sub nomine patris , sed etiã quia Dei non habuerunt rectam notitiam.Dei enim ignorantiam Dominus frequenter notat in Iudæis, qua quoniam caruerunt,nec ipsum Christum agnoscere potuerunt : vnde bene postquam dixit; *non nouerunt patrem*;subijcit,*neque me*.

SED HAEC LOQVVTVS SVM VOBIS,VT CVM VENERIT HORA EORVM, &c.] Aduersatiua coniunctio,*sed*,quæ & hic videtur durè posita,refertur ad tristitiã quę in Apostolis causari posset ex audita imminẽtium malorum prædictione,significatq; non ob ingerendã tristitiã hęc illis Dominũ loquutũ. Vnde Cyrillus locum hũc sic explicat : Non illa hac, ait, causa dixi vt vigor mẽtis vestrę eneruaretur,& antequã pericula venirẽt formidetis.sed vt recordati à me vobis prędicta fuisse,magis admiremini,& in illo tẽpore periculorũ certior ab euẽtu rerũ,stabiliorq; in me fides efficiatur.Hæc ille.Cæterùm genitiuũ,*eorum*, quidã coniungunt cum substantiuo,*hora*,sequuti Augustinum,qui sic habet:Hora eorum,hora tenebrosa,hora nocturna. Verùm genitiuũ illũ referẽdum ad verbũ,*reminiscamini*,patet ex Græcis, apud quos genitiu⁹ ille ponitur post verbũ, μνημονευσητε αὐτῶν, id est , reminiscamini vel memores

sitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitis eorum,id est,earum retũ quas modò loquutus sum:reminiscamini,inquã: quia,id est, quòd ego dixi vobis illa. Additur aũt dictioni,*hora*,apud Græcos articulus,qui denotat de illa se nũc loqui hora de qua priùs dixit: Sed venit hora,quo loco non ponebatur articulus. Est ergo sensus: vt cùm venerit hora,id est, tẽpus illud quod nũc dixi instare,tum reminiscamini eorũ. Frequẽter autem Dominus se illis ob necessariã causam tristia nũc prædicere inculcat,vt ne videretur eorũ delectari mœrore,ac horũ tristium prædictionẽ leniret, vtilitatis insinuatione. Et priùs quidem dixit se de imminẽtibus prælocutũ persecutionibus,malũ effugerẽt videlicet,vt non scãdalizarentur: nunc verò de illis se loquutũ significat,vt hinc bonum quoddã consequerẽtur, nimirũ vt recordãtes hęc ab ipso prędicta non solùm non offenderẽtur,sed etiã in fide ipsius cõfirmarentur,agnoscẽtes nihil illi fuisse incognitũ, nec ad gratiã ipsis loquutũ. Vnde non dicit solùm,vt reminiscamini hæc vobis esse prædicta,sed quòd illa dixi vobis. Postquã aute causam dixit ob quã hæc illis iam est loquutus,subijcit & causam quare hæc ipsis non priùs sit loquutus. Hæc aut ẽ,inquit,vobis ab initio nõ dixi,quia vobiscũ eram,quia scilicet per meã prẽsentiam ab his malis liberi hactenus fuistis, & in me totum prælio vertebatur,proinde nõ erat necesse nec operæpretiũ de his tũc vos præmonere, sicut modò quãdo mea destituemini prẽsentia,& de me testimoniũ perhibere debebitis mũdo reclamãte. Quæstio tamen hic occurrit, quomodo Dominus dicat: *Hæc ab initio vobis non dixi*: cùm nõ solùm paulò ante hæc illis mala obuentura prædixerit,quãdo de signis subuersionis Hierusalem suiq; aduẽtus disseruit,vt suprà est habitũ in cap. Concordiæ 123. ex cap. Marci 13. & Lucæ 21. sed etiam lõgè antè in ipsa missione Apostolorum ad prædicãdum,vt patet Matth. 10 Sanè D. Aug. hac motus ratione putat pronomen demonstratiuũ, *hæc*, non referendũ hoc loco ad mala quæ Dominus prædixit obuentura, sed ad ea quæ dixit de aduentu spiritus sancti,vt significetur Dominum de illius aduentu non dixisse quãdiu manebat cũ suis: dicere autem de eo debuisse cùm ab eis iam esset abiturus. Verùm nimis apertũ est pronomẽ, *hæc*,ad illa referẽdum esse hoc loco,ad quæ refertur cùm dicitur in eo quod mox præcedit: *Hæc loquutus sum vobis, vt cùm venerit hora*, &c. quo loco certũ est referri ad mala de quib⁹ dicitur in præcedẽtibus. Proinde dicendũ est secũdũ Chrysost. Dominum dicere se hæc non ab initio dixisse eis,quia etsi dixit eis de obuẽturis eis tribulationibus,nunquã tamen tam horribilia eos prędixit manere,atq; nunc, cùm dixit mortem eorũ reputandam Iudæis pro cultu & obsequio Dei, quod maxime poterat eos facere attonitos. Vel melius dicendum,ea quæ de persecutione leguntur dicta à Domino Matth. 10. non tunc à Domino dicta cùm Apostolos amãdaret ad prędicãdum,sed per anticipationem illa scripta esse à Matthæo illo loco propter loci oportunitatem, quẽadmodum annotatum est in cap. Concordiæ 55.

ET NVNC VADO AD EVM QVI MISIT ME, ET NEMO EX VOBIS.] Græca non habẽt, Et nunc,sed νῦν δὲ,id est,nũc autem,quomodo legit & D. Aug. Adhuc enim pendet hæc pars cum præcedẽti,& ratio indicatur quare quod ab initio nõ dixit,modò eis dixerit. Sẽsus ergo est: Ab initio vobis hæc non dixi quia vobiscũ eram. Nunc autem vado ad eum qui misit me, atq; ob id illa vobis modò oportune & necessariò dixi. Cùm autem prædictione sui abitus & malorum quę post illum erãt obuentura, videret Dominus suorum animos nimia repletos mœstitia,ad consolationẽ cõuertitur,in qua reliqua fere sermonis pars consistit. Cęterùm dubium est quomodo dicat: *Nemo ex vobis interrogat me quo vadis*: cùm paulò antè Petrus interrogarit: Domine,quò vadis? & Thomas idem scire desiderans,dixerit: Domine,nescimus quò vadis,& quomodo possumus viã scire? proin de D. Augustin. istud referendum putat ad tempus ascensionis Christi,vt sit sensus: Vado ad eum qui me misit, ad quem cùm abiero, tum demum nemo vestrũ me interrogabit sicut modò, quò vadam. Ipsi enim vestris cõtemplabimini oculis quò vadam. Verùm quoniã hæc coactior videtur intelligentia,aliter dicendum, Dominum amicorũ more, his verbis mœstos Apostolos ,quocare ad familiares interrogationes,notans eos quòd præ nimia mœstitia iam cessarẽt penitus ab huiusmodi interrogationibus,quales deberẽt esse inter amicos maximè iam abinuicem separãdos,ex quibus interrogationibus vtilitatem aliquã percipere possent,& à mœrore suo liberari. Cũ enim cœpisset interrogare quò iret, nec adhuc satis illud ab eo didicissent, debuissent meritò eã repetitisse interrogationem,ac de futuro statu solicitus interrogasse: verùm quò minus illud aliaq; iam interrogarent,obstitit cordis mœstitudo. omnẽ interrogationis & dicendi diligentiã reprimẽs. Sensus itaq; est: Auditis me dicentem de abitu,cũq; solicite amicus amicum soleat de multis interrogare abeuntẽ vos iam mecum nulla misceris colloquia,nihilq; rogatis,ne hoc quidem qd in principio rogare cœpistis, & necdum didicistis, nẽpe quò vadã. Tacetis,irrequiero tamen animo intus laborãtes,vosq; macerãtes. Quia enim hæc loquutus sum vobis de meo abitu & malis post illum superuẽturis,tristitia ita impleuit & penitus occupauit cor vestrum, vt non libeat quicquã interrogare. Verùm quò mœstitiã hanc deponatis, audite,ego qui ipsa sum veritas, quiq; fallere nequeo, veritatem dico vobis,expedit vobis vt ego abeã à vobis,& vadã ad eum q misit me. Si enim non abiero,paracletus ille,de quo iam aliquoties dixi,& per quem multa vobis promisi,nõ veniet ad vos. Si autẽ abiero ad patrem,mittã eum à patre ad vos. Duplici autẽ de causa spiritus sanctus nõ potuit venire ad Apostolos,nisi Christus abiret,quarũ altera est ex parte Christi,altera ex parte Apostolorum, quẽadmodum est dictum circa illud Ioan. 7. Nõdum erat spiritus datus,quia Iesus nõdum erat glorificatus. Bene autem Dominus hæc verba sic temperauit,vt per ea & spiritũ significaret se non esse inferiorem, & se non esse inferiorem illo,ac proinde illum sibi esse æqualem. Cũ enim expedire dicit vt abeat, quò possint accipere paracletum, significatur satis excellentia spiritus, quemadmodum contra Maecdonianos hic annotauit D. Chrysostomus. Si enim spiritus erat inferior Filio & minor, quomodo expediebat vt Filio abeunte acciperent spiritum? Ne tamen ex his verbis putaretur paracletus Filio maior,dicit non iam patrem missurum illum, sed se: *Mittam*, inquit, *eum ad vos*. Ex his autem iam tractatis Christi verbis tria nobis moraliter discenda. Primùm anxietatem & tristitiam cordis impedire frequẽter, ne quęramus ea discere quę scire saluti nostrę expediãt, atque ob id pulso procul huiusmodi mœrore,gnauiter inquirẽdum in scripturis quòd Dominus abierit,& qua ratione illum eò sequi possimus. Tristitiã,inquit Sapiens longè expelle à te. Multos enim occidit tristitia,& non est utilitas in illa. Secundò discendũ,nos nobis ipsis & proximis quos diligimus non ea debere pręstare quæ sunt suauia,& humanæ grata volũtati,sed ea potius quę sũt saluti magis cõducibilia,quemadmodum Christus nõ tacuit suis de suo abitu,quãuis hinc sciret illos contristandos,nec suã illis prẽsentiam corporalẽ etsi summè ab eis cupitã cõcessit,quòd illis non expediret. Postremò discẽdum, spiritus non esse capaces qui adhuc carnalibus & terrenis rebus mẽte inhærent. Si enim Apostolis obstitit carnalis Christi prẽsẽtia,quo minus spiritũ possent accipere, cũ illũ tamẽ spirituali prosequerẽtur amore,quanto magis nõ possũt accipere spiritũ q adhuc carnalia sapiunt,& toti illis inhærẽt,aut qui carnali adhuc cognationũ affectu detinẽtur. Vnde Paulus, NOS, inquit, ex hoc neminẽ noscimus secundùm carnẽ. Et si cognouimus secundum carnẽ Christum, sed nunc iã non nouimus.

ET CVM VENERIT ILLE, ARGVET MVNDVM DE PECCATO, ET DE IVSTITIA, &c.] Ne dicant se malle ipsius prẽsentiã, quã spiritus pro ipso aduẽtũ, ostendit ipsius paracleti officiũ & fructũ. Cęterũ obscurus admodũ est hic locus, quòd dicitur de tribus spiritũ redarguturũ mundum, ita vt propter obscuritatẽ ipsius variè admodũ à diuersis tractetur interpretibus, & vix quisquã satisfacit studioso lectori. Obscuritas autem, vnde enarrationũ varietas potissimũ nascitur, in duobus maximè cõsistit. Obscurum em est quomodo de spiritu dicitur quòd arguet mundũ de iustitia, cùm de iustitia nemo sit arguendus, sed tantùm de iniustitia. Obscurum itẽ de qua aut de cuius iustitia hic sit sermo. Nã id ex subiuncta ratione nõ ita cognosci facilè potest. Itaq; quòd ad priorem obscuritatis pertinet rationẽ, sciendum verbum, arguet, duplicitèr posse hic accipi, videlicet aut pro corripere, cõfutare, & redarguere, qd ferè verbum illud apud nos significat, aut pro certis argumentis demonstrare & conuincere. Nã & hoc significat Græca dictio ἐλέγχω, vnde ἔλεγχος, argumentum & indicium, sicut & arguere Latinis significat ostendere & probare. Et quidẽ si priori modo accipiatur, tunc in ablatiuis, *peccato, iustitia & iudicio*, subaudienda sunt adiectiua diuersa, hoc modo: arguet mũdũ de peccato admisso, & de iustitia spreta vel neglecta, & de iudicio item spreto vel neglecto. Aut, quod eodẽ redit, illud; *de peccato, de iustitia, & de iudicio*; sic est accipiẽdũ: arguet & corripiet mũdũ ratione peccati, & ratione iustitię, & iudicij, q̃ scilicet peccatum admiserint, iustitiã verò & iudiciũ nõ sint amplexati. Sic enim explicatur præpositio, *de*, apud Nonnum. Aut denique quemadmodum intelligit D. Augustinus, dictum est, *arguet mundum de iustitia & de iudicio*, pro eo qd est, redarguet & condemnabit mundum per iustitiam aliorum, & per iudicium diaboli. Si verò verbum, *arguet*, posteriori modo accipiatur, sensus erit facilis, certissimis argumentis cum ipsius mũdi reprehensione cõuincet eumde tribus illis: peccato, iustitia, & iudicio. Quod verò ad secũdã obscuritatis pertinet rationem, sciendum D. Augusti-

num, similiter & Cyrillũ, intelligere Dominũ hic loqui de iustitia credentium, quę opponitur peccato non credentium. De hac autẽ iustitia accipiendum hunc locum colligit Augustin⁹ ex subiuncta ratione, eo quòd sermone conuerso ad Apostolos dicatur; *quia ad patrem vado, & iam non videbitis me*; non autem, & iam non videbunt me. Hinc enim colligit Dominũ loqui de iustitia Apostolorũ, quę est per fidem, cõsistẽs in eo quòd credant in eum qui iam abiit & nõ videtur. Fidelium enim beatitudo & iustitia in eo cõsistit, quòd credãt in eum quem non vident, iuxta illud: Beati qui non viderunt & crediderunt. Est ergo sensus, secũdùm Augustinum: spiritus redarguet mundum de suo peccato, de iustitia verò fidelium credẽtiũ in me, hoc est per illorum iustitiam cõparatam cum mundi peccato redarguet mundũ. Ipsa enim, inquit, fidelium comparatio, infideliũ est vituperatio, nimirũ quòd eam nõ sint imitati, sed spreuerint eã & risserint. Sic & redarguet mũdum de iudicio & condamnatio diaboli, quia per illius condemnationem confutabit mundũ, & reprehensibilem ostendet, vt qui adhuc cõdemnato adhæreat, per cuius condemnationem & mundi demonstrata est condemnatio, quia si Deus peccantibus angelis non pepercit, multo minus mũdo parcet, sed vnà ipsũ cũ suo principe condemnationi inuoluet. Ad quẽ fere modum hanc tertiam partem intelligit etiam Cyrillus, at is intelligit spiritũ redarguturũ mundum de iustitia fidelium, quia credentes in Christum, vt verè iustificatos defẽdet, eosque nõ iure, peccati crimine à mundo accusari ostẽdet, hoc est, quia redarguet mundũ tanquam iniustè accusantem fideles. Verùm prętereq̃ quòd hę interpretationes satis sint durę, etiã aliis de causis magis videtur secundùm Chrysostomũ & alios, Dominum hic loqui de sua iustitia, quæ declaranda erat per ipsius ad patrem abitum. Secundùm quam intelligẽtiam, vt probè abstrusũ huius loci assequamur sensum, animaduertendum triplicẽ hanc spiritus redargutionem conuenientissimè habere ordinem, & omnia summatim cõtinere quæ Euãgelica comprehendit prędicatio. Primũ enim horum trium de quibus mundus dicitur arguẽdus, cõuenit hominib⁹: secũdum Christo: tertium diabolo. Et peccato quidem cõiungitur iustitia, tanquam contrarium per quod alterum contrariũ erat manifestandum. Vbi enim est alicuius peccatũ, ibi oportet alterius sit iustitia, per quã illius peccatũ redarguatur & cõuincatur. Iustitiæ verò cõiungitur iudicium tanquam quod illi est connexum, iustitiamq̃ declarat. Ex iustitia enim nascitur iudicium, iudiciumq̃ iustitiam declarat, vnde hęc duo in scripturis frequentissimè cõiunguntur. Vt ergo ostendatur mundũ peccare non credendo in Christum, oportet ostendere ipsius Christi iustitiã. Hęc autem declarata est per hoc q̃ ad Deum abierit, atque apud illum semper permaneat: hoc enim secundùm Chrysostomũ significatur per illud; *& iam nõ videbitis me*. Quamdiu enim in carnis infirmitate mundus Christũ vidit, habebat nonnihil quod suę posset prętexere incredulitati: at cùm illum resurrexisse, atq; in cœlos ascẽdisse, ibiq; semper permanere viderũt, nihil erat incredulis reliquũ excusationis. Neq; verò Christi in cœlos ascẽsus tantùm declarauit ipsum in se esse iustũ, sed sic ei cõpetere iustitiã, vt per eũ solũ iustificari possint homines, eo quòd primus & solus ex hominibus po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuerit ascẽdere ad Deũ, ac proinde eo ascensu cõ- A
uincuntur peccare quot quot nõ credunt in eum. Huiusmodi autẽ iustitiã Christi secutũ est iudicium & condemnatio diaboli, per quam etiam illa Christi declarata est iustitia: vnde bene tertio loco dicitur mundũ arguendũ de iudicio id est, cõdẽnatione diaboli. Et omnino apparet hic subindicari veluti processũ quendã iudicialem à diabolo instituтũ contra humanũ genus. Ille enim propter peccatum iure quodã vindicabit sibi in humanum genus dominiũ & mortis imperium. At Christus pro humano genere interueniẽs per absolutam suam iustitiam, dum mortẽ sibi à diabolo iniustè inflictã patienter pertulit, promeruit pro se & omnibus eius iustitiam per fidem acceptãtibus & imitantibus, sententiã vt diabolus cõdẽnaretur & sua potestate exueretur, ita tamẽ, vt qui Christo credere recusarent, manerẽt sub peccato, & tũ ob ptiora sua peccata, tũ maximè qui nõ credunt in eum per quem solũ à peccato liberari poterant, maneant sub ira Dei & diaboli potestate. Dicit ergo Dominus: Cũ venerit paracletus, ipse per vos arguet, hoc est, reprehẽdet, vel potius certis argumentis cõuincet mundum de peccato, & de iustitia quę peccato opponitur, & per oppositionẽ manifestat illud: & de iudicio quod effectus est iustitiæ, & per effectum illã manifestat. De pec cato quidem illum arguet, quia nõ crediderunt in C
me, vel, vt habẽt melius Græca, quia nõ credunt in me, quomodo & Augustinum legisse patet ex eius cõmentariis. Non enim significare voluit Dominus mundum arguẽdum propterea quod nõ credidisset in illũ cùm in mundo carne præsens esset sed magis quòd non crederet in illum iã in cœlos sublatum. De iustitia verò illũ cõuincet, propter eà quia ego iam vado ad patrem, & posthac nõ videbitis me, in hac scilicet in qua modò me videtis, carnis infirmitate & cõtemptu. Hinc enim declarabitur mihi vnicè cõpetere iustitiam, ac proinde peccare eos qui nõ credunt in me. De iudicio autem profluente ex ipsa iustitia mũdum etiam cõ- D
uincet, quia declarabit principẽ huius mundi iudicatum esse & cõdemnatũ, cuius condemnationis declaratione, cõuincet etiã mundũ & de suo peccato, & de mea iustitia. Hæc est autẽ summa Euãgelicæ prædicationis, docere eos peccare qui non credunt in Christum, atque vt id ostẽdatur, docere Christum esse iustitiã, at diabolum per ipsum iam esse cõdemnatum, hoc est, suo in homines dominio priuatum iusto quodã iudicio, quemadmodum supra declaratum est circa illud Ioan. 12. nunc iudicium est mũdi, nunc princeps huius mũdi eiicietur foras. Arguit autem mundum spiritus de illis tribus, partim per Apostolorũ aliorumq; doctorum prædicationẽ, ad quem eos accendit, potenti quadã energia auditorũ mentes per eos perstrin- E
gens, partim per suam in hominibus efficacẽ operationem. Per hoc enim quòd spiritus post Christi ascẽsionẽ fidelibus tam mirabiliter & efficaciter datus est: quódq; per eũ fideles tã mirabilia sunt operati, morbos dæmonesq; pellentes, ac totum mũdum à paterna religione ad Christi fidẽ trahẽtes, declaratum est mundo ipsa re, & peccatumnõ credentium in Christum, & iustitia Christi, & iudicium cõdemnatióq; diaboli. Porrò de peccato infidelitatis peculiariter dicit Dominus mundum arguẽdum, cùm de aliis etiã peccatis per spiritum esset arguendus, tum quòd proposito cõueniebat vt de illo peccato faceret mẽtionẽ, quia spiritum dicit vẽturum ad testimonium de se perhibendũ: tum quia hoc peccatum est, quo manente alia omnia detinentur, & quo discedente cætera remittuntur, vt hic de etc admonuit D. Augustinus.

ADHVC MVLTA HABEO VOBIS DICERE, SED NON POTESTIS PORTARE, &c.] Cùm de subtilioribus quibusdã fidei mysteriis in his quæ mox præcedunt disserere cœpisset, sciréq; Apostolos pro illo tempore nõ esse ea paces lógioris de illis sermonis, aut apertæ eorum explicationis, sermonẽ amputans, omnium cogni tionem eis promittit per aduẽtum promissi spiritus: quare cùm superi⁹ aperuerit effectum spiritus respectu mundi, nunc etiã eiusdem effectum respẽctu Apostolorum & omnium fidelium aperit, etiã ipsis aduentum illius vtilem fore ostẽdens. Adhuc multa, inqt, habeo, hoc est, potui vobis dicere, tamen ab his dicendis abstineo, non q̃ eorum communicationem vobis inuideam, sed quia nõ potestis ea modò portare, id est, q̃a nunc non estis eorum capaces. Verbum enim *habeo*, accipi hic debet positũ pro possum, phrasi græca quia verbum ἔχω id est, habeo, cum infinitiuo cõstructum significat posse. Alioqui si Christus habebat adhuc multa dicere, debuisset illa vtique suis dixisse, quare nõ re ctè videtur quidã vertisse Græca: *Adhuc multa habeo quæ vobis dicam.* Cæterum hæretici plerique teste Augustino, hac Domini sententia abusi sunt ad erroneæ suæ doctrinæ commendationem. Cùm enim quidã, quales erãt Gnostici, multa docerent à fide catholica aliena, & abominabilia quædã quæ catholicorum aures ferre non poterãt, dicebant illa sua dogmata esse ea de quibus hic Dominus dixit: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Itaq; quò suos Augustinus muniret contra hæreticos hac sententia abutentes, tribus sermonibus hanc tractat tententiam, docens imprimis nõ esse curiosè inquirendum q̃ sint illa quæ tunc Apostoli portare nequiuerunt, quòd id non sit in scripturis expositum: deinde nõ posse cõuenienter dici ea tũc nõ potuisse portare Apostolos quę de inuisibilibus & altissimis rebus inueniuntur in Apostolicis literis scriptis postea, eo q̃ Apostoli nõ minus illa tunc ferre potuissent, quã ea modò multi ferunt, qui tamẽ ea non intelligũt. Intelligit enim D. Augustin⁹ portare aut ferre nõ posse, idem esse quod æquo animo nõ habere: quare putat inter ea quæ Apostoli tũc nequiuerãt portare aut ferre, maxime censenda ea quæ Christus dicere potuisset Apostolis de rebus cælestibus, eo modo quo ea dicit Angelis, q̃ semper vident faciem patris. Ea enim sic dicta non potuissent Apostoli tũc pro mortali ferre infirmitate. Verùm cũ dicit Dominus; *non potestis portare modo*; non videtur sensus esse: nõ potestis ea ferre & tolerare; sed potius non estis eorum capaces, hoc est, non potestis ea nunc intelligere, aut cum fructu audire, q̃a, vt paulus dicit de quibusdã, imbecilles estis ad audiendũ. *Hebr. 5.*
Itaq; multa hæc de quibus dicit hic Dominus: *ad huc multa habeo vobis dicere*, &c. rectè intelliguntur ea quæ per aduentum spiritus sancti didicerunt apertè & clarè de mysteriis Christianæ fidei. Apertæ enim & claræ explicationis horum non erant tunc capaces Apostoli. Nõ ergo multa hæc, diuersa quædam erant ab his quæ hactenus ipsos Do *Cor. 13.*
minus præsens docuerat, sed eorumdẽ plenior & clarior explicatio, sicut cũ paulus dicit Corinthijs:

Nõ potui vobis loqui quasi spiritualibꝰ: sed quasi carnalibus, Tanquam parvulis lac vobis potum dedi, non escam. Sapientiam autẽ loquimur inter perfectos: nõ vult significare, se alia docere perfectos quàm imperfectos, cùm vtrisque eãdem prę dicaret fidem, sed quòd suæ prædicationis & fidei mysteria perfectius aperiret perfectioribus, sermonemq́ suum aptaret audientiũ capacitati. Inter multa autem hæc quæ tunc non poterãt portare Apostoli, etiã illa censeri possunt, quæ ad curam pastoralem, & regimen, ac dispositionem Ecclesię B
pertinebant. Hæc enim vt per aduentum spiritus didicerunt, ita tunc non poterant intelligere; cùm nec statum Ecclesiæ & regni Christi tunc possent intelligere. Potissimum tamen de his multis loquitur Dominus, quibus potuisset tunc prolixius mysteria fidei Christianæ eis apertè explicuisse, quorum perfectiorem cognitionẽ suis Paulus precari solitꝰ fuit, vt patet ad Ephes. 3. & ad Coloss. 1. Hæc ergo spiritum eos docturum promittit, dicẽs, *cũ autẽ venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatẽ.* In qua sententia distinctiuneulam faciendam post pronomen, ille, patet ex Græcis, q̃a apud eos πνεῦμα, id est, spiritus, est neutrius generis. cùm demõstratiuum ἐκεῖνος, id est, ille, sit masculini, quod proinde non refertur ad spiritum, sed C
ad nomen paracleti, & est sensus: Cùm autem venerit ille de quo dixi paracletus, spiritus scilicet veritatis. Dũ spiritum eum vocat, innuit ipsos per illum fore spirituales, & proinde etiã capaces eorum quæ tunc nõ poterant portare: cùm veritatis dicit spiritum, credibile magis facit quod sequitur, *docebit vos omnẽ veritatẽ.* pro quo græca habent, *ducet vos in omnẽ veritatẽ.* Sed & Augustin⁹ testatur quosdam libros habere; *deducet vos in omni veritate.* Cui simile est illud Psalm. 53. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar ĩ veritate tua. Interpres autem sensum secutus est, non verba, quandoquidẽ nõ est aliud hoc loco spiritum deducere in veritate, quàm eum docere veritatem. Quem enim ille suo docet afflatu, eum & facit veritatem amplecti. D
Ioan. 9. Omnis enim, inquit Dominus, qui audiuit & didicit à patre, venit ad me. Est autem hic sermo nõ de quauis veritate, vt non de arithmetica, aut geometrica, sed de veritate fidei, atq; ea in cuius cognitione hominum salus consistit. Qualem veritatem omnem fideles spiritus, isque solus, cognoscere facit, ex parte quidem in hac vita, perfectè autem in futura.

NON ENIM LOQVETVR A SEMETIPSO, SED QVÆCVNQVE AVDIET, LOQVETVR, &c.] His probat Dominus, spiritũ doctũrũ veritatem, & nullam falsitatẽ vel errorem. Dispensatorius est autẽ hic de spiritu sermo, similis illi quę frequenter Dominus apud Ioãnem suũ E
cum patre in omnibus cõsensum significauit. Loquitur enim hic Dominus de spiritu tãquam nuntio aliquo & legato, cuius fides in eo consistit, vt nihil ex sese dicat, sed tãtũ quę ei cõmissa sunt. Vt autẽ hęc dispensatiuè sunt dicta, ita nobis cauẽdũ est ne ex his verbis spiritũ putemus minorẽ & inferiorem patre vel filio, sed reiectis à nostro intellectu his quę videntur in istis verbis sonare minoritatem, omnia dignè Spiritu sancto sunt accipiẽda. Itaque dicitur non locuturus à semetipso, quia ab eo à quo est patre & filio sicut habet suũ esse, ita & quęcunque loquitur & inspirat hominibus. Sic & dicitur locuturus quæ audiet, non q̃ quædã de nouo discet quę priùs ignorauit, sed quia ea est locuturus quę à patre & filio accipiet nuncianda, & intelligit patrem & filium velle. Et quidẽ ab ęterno omnia spiritꝰ à patre & filio accepit, audiuit & inetllexit, dicitur tamen futurum tempus auditurus, eo q̃ de eo sit sermo tanquã nuntio, cuius est ea loqui quę tum audit à mittente cùm ab eo mittitur. Itaq; his locutionibus significatur spiritum non esse, nec quicquam habere à seipso, vt tamen etiã significetur eiusdem omnimoda vnitas & cõ
sensus cum eo à quo est, quòdq́; non separata quadã sit natura ab eo à quo est. Si enim esset separata natura, posset quædã loqui à semetipso, posset loqui etiam quæ non audiuit. Ex his autem de spiritu locutionibus patet iam quòd cùm similia de seipso supra Dominus dixit, nempe, quòd à seipso nõ loqueretur, sed ea quæ audiuit, quæq́; pater ei mandauit & dixit, nõ solùm illa intelligenda sunt ipsi compere secundùm assumptam naturam, sed etiam secũdum diuinam. Nõ enim ratione alicuius assumptę naturæ hæc modò tribuuntur Spiritui Sãcto. Cæterùm ad maiorẽ etiã Apostolorum consolationẽ promittit eis etiam futurorum per spiritum præcognitionem, quodq́; per ipsum non tantùm docti, sed & prophetæ constituentur. *Et quæ ventura* (inquit) *sunt annunciabit vobis.* Non dicit & omnia futura, sed indefinitè, *quæ ventura sunt*, quia nõ omnia futura eis prænunciauit, sed quædam, quæ scilicet eos præscire vel ipsis vel etiam nobis expediebat. Donũ prophetiæ multis datum in primitiua Ecclesia, patet ex priore ad Corinth. Epistola, & ad Eph. 4. de Agabo & aliis prophetis futura prædicentibus legitur in Actis. Petrus fatũ sibi incumbens præuidit, 2. epist. cap. 1. Paulus præuidit futura, Actuum 20. 1. Tim. 4. 2. Tim. 3. Acto. 21. Apocalypsis Ioannis tota est futurorum vaticinium. Ne tamen cõqueramur in nobis non impleri quod hic dicit Dominus, *& quæ ventura sunt annunciabit vobis*; etiam nobis quæ vẽtura sunt annunciat, dum æternorum bonorum fidẽ & spem nobis suggerit, quæ nequaquam sine ipso credere & sperare possemus.

ILLE ME CLARIFICABIT, &c.] Hic iã tertius insinuatur fructus ex aduentu spiritus proueniens, & ad ipsum Christum pertinens. primꝰ enim pertinuit ad mundũ, secũdus ad Apostolos, tertius ad Christum. *Ille*, inquit, *me clarificabit*, hoc est, clarum & gloriosum efficiet. Et quidem variis modis spiritus Christum clarum fecit, nimirum testimonium de ipso in mentibus Apostolorum perhibendo, & per eos lógè lateq́ue nomen Christi prædicando, ac opera admiranda in eis & per eos ad gloriam Christi faciẽdo, atque ex omnibꝰ gentibus pleroſque ad fidem Christi trahendo: verùm peculiaris quædã ratio & modus clarificãdi hic designatur, cùm subditur; *quia de meo accipiet & annunciabit vobis. De meo accipiet*, hoc est, ex mea scientia & sensu accipiet, & à me audiet quod vobis annunciabit. Hinc ergo Christus erat clarificãdus, q̃ quę spiritus erat locuturus à filio erat acceptarus, & tanquã spiritus Christi erat suggesturus. Per hoc enim quòd spiritus omnem docens veritatẽ discipulos, declarauit se omnia nosse etiã Christi declauit omniscięntiã, ex qua accepit quęcũq; nouit. Vnde colligere licet quàm oportunè & necessariò Dominus nũc dicit hac rõne spiritũ se clarificaturũ. Quia enim dixit, spiritũ docturũ eos omnem veritatẽ quã ipse eos nõ docuerat, videri

Universidad de Deusto
Biblioteca

posset spiritū in scientia & potētia perfectiorē esse ipso,& Christi proinde gloriā obscuraturū:huic ergo occurrēs cogitationi, dicit tantū abesse vt p illū sit obscurādus,vt etiā sit glorificādus,idq; ob id qa spiritus acceptur⁹ esset ab ipso quęcūq; doctu rus esset fideles. Sic autē intelligēdum est qđ dicitur: *De meo accipiet*: quomodo illud quod mox est dictum,*quęcūq;audiet*,ab eo scilicet q mittet eum, loquetur.Cęterū pronomē,*meū*,hic non accipitur possessiuè,eo scilicet modo quo dicimus:hic ager est meus;sed essētialiter,quomodo dicim⁹ : anima mea,essentia mea,natura mea.Hoc em̄ modo Dominus dicit,*de meo*,hoc est,de essentia mea,aut qđ propositō cōuenit,de sciētia mea.Dicit autem potius de meo quām de me vel à me,ne sibi vindicaret primam spiritus originē quæ conuenit patri,à quo filius habet quod ab ipso accipiat & spiritus quæcūque habet. Neque enim cōueniebat vt nūc
Ioan. 14. dixerit se nō loqui à seipso.Verba,inquit,quæ ego loquor vobis,à meipso non loquor.Certe ob iam dictam causam Dominum dixisse,de meo accipiet potiūs quām de me,patet ex eo quod subiicit ad declarationem huius.Ne enim illud videretur cōtrarium illi quod toties dixit se nō loqui à seipso, declarans quomodo verum sit:*de meo accipiet; Omnia*,inquit,*quęcunq; habet pater,mea sunt, propterea dixi*,&c.significans patri competere primo spirit⁹ originem,per illum verò eandem competere sibi, quòd ab eo accepisset quęcunque ille haberet.Et hoc ergo loco dupliciter probatur efficacissimè, vt supra est ostēsum,spiritum etiam procedere essentialiter à filio vel ex filio, nēpe tum ex eo quod dicit Dominus : *De meo accipiet* ; tum ex illo quòd dicit: *Omnia quæcunq;habet pater, mea sunt*. Vnde & Cyrillus hoc loco apertè idem confitetur sic scribens:Alio quodam modo seipsum eis pollicetur veritatis spiritum,id est,suum missurus.Nō enim est alienus à substantia filij spiritus.sed ex ea naturaliter procedit,&c.Et Didymus itē tractās doctè & prolixè hūc locū li.2.de Spiritu Sācto sic habet De spiritu veritatis q à patre mittatur & sit paracletus saluator q & veritas,ait,Non enim loquetur à semetipso,hoc est,nō sine me,& sine meo& patris arbitrio,quia inseparabilis est à mea & patris volūtate,quia non ex se est,sed ex patre & me est:hoc enim ipsū quod subsistit & loquitur,à patre & me illi est.Idē post alia interposita tractans eam sententiā:*Omnia quæ habet pater,mea sunt*;duo docet, nempe quomodo intelligēdū hic sit patrē habere aliqua,& quomodo ex ea sentētia non sequatur filium etiam habere paternitatem, & esse patrem quemadmodum hinc colligebāt Sebellia ni.Deinde,inquit,interpretationem iferens quomodo dixisset,*de meo accipiet*, , protinus subiecit: *Omnia quæ habet pater*,&c.quodāmodo loquēs:Licet à patre procedat spiritus veritatis,& det deus Spiritum Sanctum petētibus se,tamen qa omnia quæ habet pater,mea sunt , & ipse spiritus patris meus est, & de meo accipiet. Caue autē cùm ista dicuntur,ne in graue labaris itelligentiæ vitiū, & putes tē aliquam esse & possessionē quæ à patre habeatur ac filio.Verū quæ habet pater iuxta substantiā,id est, æternitatem,immutabilitatē,incorruptionem,immutabilem bonitatē de se & in se subsistentem,hæc eadē habet & filius.Et quæcunque sunt filij,hæc eadē & pater habet.Procul hinc absint Dialecticorum tēdiculæ,& sophismata à veri-

A tate pellantur,quæ occasionem impietatis ex pia prædicatione capientia dicunt.Ergo & pater est filius,& filius pater.Si em̄ dixisset,omnia quæcunque habet Deus,mea sunt,haberet impietas occasionem eō fingēdi, & verisimile videretur esse mēdacium.Cùm verò dixit;*omnia quæ habet pater, mea sūt*;patris nomine se filium declarauit,paternitatē qui filius erat non vsurpauit.Hæc ille,docens primùm hanc sententiam nōaccipiendā de eo modo
B habēdi quo dicimur habere res externas quasposfidemus,quomodo de Deo dictum est:dominī est terra & plenitudo eius:sed de eo loquendi modo, quo dicimur habere naturā & essētiam,& quęcū que p naturam sumus,quamquam etiā de priori modo ītellecta hæc sententia vera sit, sed nō seruit proposito.Secundò significat generalem hanc sentētiam intelligēdam cum exclusione quadam implicitè indicata,hoc modo:*omnia quæ habet pater* (excepta ipsa paternitate)*mea sunt*.Absolutè tamē & sine exceptione,verum est quòd quæcunque habet pater,habet & filius.Personalis enim distinctio patris & filij nō includit patrem habere aliqđ quod nō habet filius,& cōtra:sed tātum q̄ nō eodem modo habeat filius quæcūque habet pater. Pater enim ea habet nō vt accipiēs , sed aliis dans: filius autem ea omnia habet,sed vt accipiens ab alio.Atque hunc tantùm habēdi modum & ordinem diuersum important paternitas & filiatio. Non sunt tamen paternitas & filiatio in diuinis te
C lationes rationis,sed reales,quia alioquī nō esset per eas ī diuinitate realis personarum distinctio, sed tantùm distinctio intelligentiæ;quod est hæresis Sabellianæ.Verùm quia relationes illæ sunt ipsa essentia diuina,& paternitas in patre,non est res alia ab essentia patris,& similiter filiatio in filio:ideo per diuersas istas & sibi oppositas relatio
D nes non est in patre aliqua res quam nō habet filius.sedper eas tantùm aliter habet pater quæ habet quām filius.Quòd si quis iā hic obiciat:Si relationes in diuinis idem sunt secundùm rē cum diuina essentia, ergo secundū rem ab inuicem non distinguūtur,quia,vt habet regula dialecticorum, quæcūq;sunt eadem vni tertio,sunt eadē inter se. Vnde sic licebit argumētari ī tertia figura:Diuina essentia est paternitas,& diuina essētia est filiatio: ergo paternitas est filiatio.Dicēdū imprimis,q̄,vt mox citatum est ex Didymo ,in hac materia procul abesse debent Dialecticorum tendiculæ,quorum regulæ cū desumptę sint ab iis quæ in creaturis eueniunt,nō spectant ad ea quæ sunt diuinitatis.Deinde etiā secundùm philosophum ea regula quandoq;in his quæ ad creaturas pertinent exceptionē patitur.In tertio enim Physicorū dicit,
E quòd quæcunque sunt eadem vni & eidē, sunt eadem sibiinuicem,in his quæ sunt idem re & ratione,nō autem in his quæ differunt ratione.Vnde illo loco dicit,licet actio sit idem motui,similiter & passio,non tamen sequi actionem & passionem est idem,quia in actione importatur respect⁹, vt à quo est motus in mobili:in passione verò, vt q est ab alio. Ita similiter licet paternitas sit idē secundùm rem cum essentia diuina,& similiter filiatio, tamen hæc duo in suis proprijs rationibus important relationes oppositas, quare distinguntur ab inuicē.Vide Diuū Thomā prima parte quæst. 28.

MODICVM, ETIAM NON VIDEBITIS ME, ET ITERVM MODICVM.] Post consolatoriam spiritus promissionem rursum sermonem

nē ingerit de suo discessu, aliamque cōsolationis
A rationem adfert,promittēdo eis suum ad ipsos reditum.Idētidem enim Domin⁹ modo inculcauit eis de suo discessu,quamuis hinc sciret animos eorum dolore tepleri,quò eos ad ferendum fortiter suum discessum assuefaceret. Qui em̄ audiēdo id animo assiduè volutabant,rem ipsam postmodū æquiore animo laturos credibile erat.Addit tamē etiā semper aliquam consolationis rationem, easdem cōsolandi rationes frequenter repetendo, vt eorum mitigaret dolorem,&spem roboraret.Cęterūm dictio,*modicū*,bis hic posita dupliciter intelligitur.Sunt enim qui intelligunt significari tempus quo futurum est quod sequitur *non videbitis & videbitis*, vt sit sensus, modicum tēpus erit quo
non videbitis me,triduum scilicet illud quo iacebo in sepulcro , & iterum erit modicum tempus
B quo videbitis me, 40. scilcet dies qui erunt inter resurrectionem & ascensionem. Cui ītelligentiæ bene cōuenit quod ,p ratione subiicitur; *quia vado ad patrem*.Ideo enim nō dīu,sed modico tempore eum Apostoli post resurrectionem erant visuri , quia iturus erat ad patrem.Sunt qui aliter intelligunt significari tempus post quod futurum est quod sequitur,*non videbitis & videbitis*,vt sit sensus:Modicum tempus est,post quod non videbitis me,& post illud modicum tempus , erit rursum modicum tempus post quod videbitis me,hoc est
C post breue tempus non videbitis me, & iterum post breue tēpus videbitis me.Breue enim restabat tempus ante mortem ipsius,per quam subtrahendus erat ab oculis eorum reconditus in sepulcro:sed rursum breue erat tempus,triduum scilicet,post quod per resurrectionem eis erat redden
D dus. Atque in hunc modum accipiēdum esse hūc locum,patet ex eo quòd in hunc sensum superius aliquoties posita est dictio,*modicum*,*vt* cùm dixit: *Adhuc modicum,& mundus me iā nō videt*.Non enim significatur mundum modico tempore nō visurū illum, sed quòd post modicum tēpus non sit illū visurus amplius. Huic tamen intelligētiæ in præsenti loco obstare videtur quod sequitur pro ratione subiunctū;*quia vado ad patrē*.Non enim con
D uenienter videtur dici : Ideo me post modicum rursum videbitis,quia vado ad patrem,cùm abit⁹ ad patrē potius fit causa cur illum nō sint visuri. Sed dicendum,partem hanc;*quia ad patrem vado*, referendam esse ad vtrunq; præcedens;*modicum & non videbitis:& iterum modicum,& videbitis me*.In abitu enim ad patrem includitur & mysteriū mortis & mysterium resurrectionis,qa ire ad patrem, erat per mortem transire ad immortalitatem. Quia ergo Christus tunc sic abibat ad patrem, ideo post modicum illum nō erāt visuri, quia instabat eius mors:& rursum post modicum erant
E visuri,quia à morte instabat ipsius resurrectio. Itaq; instare iā & adesse tempus significat Dominus,quo implebitur quod supra aliquoties dixit apertè apud Matthæum & Lucam,de sua morte & secutura mox resurrectione:sed obscurius modò locutus est,tum vt mœstos satis discipulos minus cōsternaret:tum vt eos præ mœstitia silentes ad interrogandum prouocaret.Sciendum tamen, quòd totus hic locus ab illo,*Modicum,& non videbitis me*,vsq;ad illud:*Et in illo die me nō interrogabitis quicquam* ; dupliciter tractatur à D. August. & ab aliis. Altero modo,vt tēpus quo se Christus dicit non videndum,& quo suos dicit contristandos,

A mundum autem gauisurum,intelligatur tempus passionis,mortis & sepulturæ illius:tempus verò quo se dicit rursum vidēdum,& suorū trīstitiam cōuertendam in gaudium sempiternum,intelligatur tempus à resurrectione ipsius.Secūdùm quam intelligentiā totus hic locus proprie & solū pertinet ad Apostolos, sicut & alia pleraq; quę in hoc dicūtur sermōe. Altero modo,vt tēpus luctus,intelligatur totū tempus præsentis seculi : tempus verò gaudij,tempus futuri seculi,in quo ab oculis iustorum q in hoc nunc lugent seculo & affligun tur,Deus omnem absterget lacrymam. Secūdùm quam intelligentiā totus hic locus nō ad Apostolos tantum,sed ad vniuersos ptinet fideles, pinde ea huius loci tractatio magis cōuenit,cùm hic locus corā populo tractandus est,quando pro euan
B gelio legitur in officio ecclesiastico Dominicę tertiæ post Pascha.Existimat autē D.Augustin⁹ hanc posteriorem tractationē esse magis germanam,& verbis Domini magis conuenientem,tum quia in fine dicitur:*In illo die me non interrogabitis quicquam*; quod nō videtur quadrare in tempus resurrectionis,quia in illo leguntur Apostoli quędam interrogasse Dominum:tum quia hic in principio dicitur,*Modicū,& iam non videbitis me*;vbi,*iam*,idem est quòd amplius.vnde significatur Christō non amplius videndum ab Apostolis,quod maximè impletum est per ipsius ascensionem de qua subiici
C tur,*quia vado ad patrē*; quam partem proinde vult tātùm referēdam esse ad illud,*Modicū,& iā non videbitis me*;non autem ad illud quod proximè præcedit;*& iterum modicum,& videbitis me*.Eundo enim ad patrem facturus erat Dominus,vt eum amplⁱ⁹ nō viderent in tertis Apostoli.Itaque hunc intelligit præsentis loci sensum:post modicum tempus, illud scilicet quod restat vsque ad meam ascensionem,nō videbitis me amplius in terris,quia post modicum tempus ego vado ad patrem.& è terris ascendam in cœlos.Iterum tamen post modicum videbitis me,quando scilicet ī fine seculi veniens ad iudicium omnibus me videndum exhibebo,& quando vnicuique fidelium à morte apparebo:vt
D secundùm illud modicum intelligatur totum prę sentis vitæ vel seculi spatium,quod coram Deo& in cōparatione æternitatis minimum est. Verùm sicut coactè illa ratio,*quia vado ad patrem*; tātū refertur ad illud,*modicum,& non videbitis me*; & non etiam ad illud,quod tamen immediatè præcedit, *& iterum modicum,& videbitis me*:ita etiam per modicum & iterum modicum magis est probabile Dominum significasse breue illud tempus quod ante suam iā supererat mortem, & rursum breue illud tempus quod à morte restabat vsque ad resurrectionē , ac similiter magis est probabile sequentia magis intelligenda de tristitia Apostolorum ob mortem sui Domini,& eorundem lætitia ob illius resurrectionē.Dicit enim: *Et vos igitur nūc quidē tristitiā habetis, iterū autē videbo vos,& gaudebit cor v ſtrum*.Itaque prior totius huⁱ⁹ loci tractatio simplicior est,& præcipuæ aut primæ intentioni Domini conuenientior.Ita tamen Dominus in sequentibus suum temperauit sermonem,vt quod dixit pro mitigatione præsentis ob suam mortem tristitiæ in Apostolis,etiam ipsis omnibusque fidelibus valeret pro mitigatione malorum omnium & afflictionum quę in hac vita erāt perpessuri,quorum malorum principium quoddā fuit, planctus ille & dolor,quem Apostoli de Domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni crucifixione & morte cõceperunt: sicut gaudij A sempiterni, quod in cœlis manet iustos post hui' mũdi afflictiones, initium quoddam & typus fuit Apostolorum gaudium de Christi resurrectione conceptum: quare etiam posterior illa totius huius loci tractatio non est aliena ab intentione Domini, sed per accõmodationem intentioni ipsius conuenientem etiam illa hic rectè adhibetur ad fidelium ędificationẽ & instructionẽ, propter quod etiam eam in sequentibus secundo loco prosequemur. Quomodo autem priori illi tractationi, quã diximus simpliciorem esse, non obstet ea quæ Augustinum mouit sententia in fine subiuncta: *In illo die me non interrogabitis quicquã*; patebit in explicatione illius sententiæ. NŌ obstat etiã quod dicitur B *Iam* (id est, amplius) *nõ videbitis me*, quia dictio, *Iam*, hoc loco non est in Græcis, sicut nec apud nos, cùm in sequẽtibus hęc Christi verba repetuntur, semel in persona Apostolorum, & secũdò in persona Christi. Tãtum est, *modicũ, & non videbitis me*; & omnino verisimile est dictionem, *Iam*, hoc loco asscriptam ex illo quod paulo ante præcessit: *De iustitia verò, quia ad patrẽ vado & iam non videbitis me.* Omnibus tamen maturius perpensis, visa est mihi postea explicatio D. Augustini esse probabilior, eo quòd cum in hoc sermone aliàs Dominus dicit se nõ videndum, significet eam absentiam quæ post ascensionem futura erat: & cum se videndum rursum dicit, eam visionem significet quæ in fine seculi futura est, vt patet ex superioribus locis.

DIXERVNT ERGO EX DISCIPVLIS C EIVS AD INVICEM: QVID EST HOC QVOD DICIT, &c.] Cùm superius Dominus aliquando mortem suam & resurrectionem Apostolis aperte & sine omni parabola prædixisset, illi, teste Luca, nihil eorum intellexerunt: mirum itaq; esse nõ debet, eos etiam modò nõ intellexisse hæc quæ de instãte sua morte & resurrectione dixit parabolicè. Cæterùm peculiaris etiam ratio cur hæc Domini verba nõ intellexerunt, fuit, vel quia non putauerũt tam vicinum esse tempus abitus Domini vnde Euangelista dicit peculiariter hoc eos torsisse, quod dominus dixit *modicũ*: vel etiam quia verbis domini cõtrarietas quędam videbatur inesse, eo q; post modicum se diceret non videndum, & videndum, & quia se dicit videndum & tamen abire ad patrẽ, quasi dicerent, inquit Chrysostom^s, Si te videbimus, quomodo abis? si autẽ abis, quomodo te videbim^o? Porro vt Apostolorũ arguit ruditatem, quòd ex his quæ frequenter Dominus eis dixerat de morte sua & resurrectione, nõ itellexerint præsentem sermonem, sed tolerãdam planè ruditatẽ, pro illo tempore quo eos mœstitia totos occupauit, & rerum inopinatarũ immanifestatio, necessariã attulit verborũ obscuritatem: ita mutua illorum de intelligentia sermonis iquisitio declarat quantum in eis fuerit discendi studium, quãtique E apud eos præ reuerẽtia erga Dominum fuerit etiã non intellectus sermo. Non enim despondent animum, non abeunt indignabundi, non rident nõ intellectum sermonem, sed nec eundem veluti otiosum aut intellectum prætereunt: verùm credẽtes grande aliquod subesse mysterium, & ignorãtiam suam confiteri non erubescentes, præ discendi auiditate inter se cõferunt, disquirunt, disputãt, quod sanè ingenuorum discipulorum est ingenium. Cõtra verò præ ignauia quidã verbum auditum nec satis intellectum vento tradunt. Alij præ fastu & superbia ea quæ nesciunt se scire simulãt, ne ignari videantur. In quos dictum est illud Satyricum: *Turba est, nescisse fateri.* Sunt insuper qui quicquid non intelligunt, aut quicquid eorum nõ respõdet opinionibus, fortiter mox reiiciunt & irridentes, quemadmodũ sæpe Iudæi verba Domini audientes, vt illi qui dixerunt in Capharnaum, Durus est hic sermo, & quis poterit eum audire? At hi omnes vt ab ingenio discipulorum longe absunt, ita procul sunt à cœlestis sapientiæ participatione.

COGNOVIT AVTEM IESVS, QVIA VOLEBANT EVM INTERROGARE, &c.] Cùm ex discipulorum inter se collatione, sed magis suo spiritu cognosceret Dominus quòd cuperent eum interrogare, suo more interrogationem quam reuerentia aut verecundia retrahebat, præuenit præoccupatq; eos: adeo est ad docendum promptus pastor & magister optimus. De sapiẽtia enim dictũ est: Præoccupat eos qui se concupiscunt, vt prior se illis ostendat, nõ tamẽ planè explicauit eorum, de quibus dubitabant discipuli, verborum intellectum, sed etiam hic suo more nouam subintulit adiectionem, qua quod dixit firmius asseueranit, & ex qua intelligendum reliquit quod dixit: *nõ videbitis & videbitis.* Nam quod dixit: *modicum & iterũ modicum*; nunc non explicat, quod res ipsa mox esset illa declaratura, cũ post aliquot horas ab illis esset separandus & occidendus, quando videntes impletum quod dixit: *modicum & videbitis me*; expectare etiam meritò debebãt implendum quod sequitur: *& iterũ modicũ, & videbitis me.* Nouit magister quæ & quantum discipulis commodè tradere, nec iam ei adeo fuit curæ vt quęcunque dicere, vt intelligerent, quàm vt præsentem eorum tristitiam & crucis scandalum imminueret. *Amẽ amẽ*, inquit, *dico vobis.* &c. quasi dicat: Quod dixi verissimum est, & ex his quæ modò dicam vtcunque intelligere potestis. Ecce iam adest tempus quo præ nimio mœrore vos plorabitis & flebitis, ob ademptam scilicet hanc meam vobiscum consuetudinem, & crucis ignominiam mihi irrogatam: contrà mundus me capto & occiso tanquam victor, suique voti compos effectus, gaudebit, gestiet, & exultabit, sed breui commutabũtur rerum vices: vestra enim tristitia vertetur in gaudium, cùm me videbitis à morte redeuntem, & cõtrà mundi gaudium vertetur in mœrorem. discruciabit eũ eum & cõturbabit mea resurrectio, sicuti vos gaudio afficiet. Apertè autẽ tantũ dicit, tristitiã discipulorum vertendam in gaudium, nõ autem mundi gaudium vertẽdum in tristitiam, quia illud dicere superfluebat ad cõsolationem discipulorum, ob quam hęc dicuntur. Implicitè tamen etiã significat mundi gaudium immutandum. Si enim discipulis plorantibus mũdus erat gauisurus, & id quod dicipulis fuit mœroris causa, mũdo futurũ erat causa lęti tiæ, necessariò etiam ecõtrà, discipulorũ mœrore mutato in gaudium, mundi gaudiũ in mœrorem erat vertendũ. Cæterũ, vt ptius cœpimus dicere, hic Dominus h^, ne suum temperauit sermonẽ, vt per eum non tantùm Apostoli munirentur cõtra instantem ipsis tũc mœrorem, sed & ipsi & tota fidelium ecclesia contra omnes pręsentis vitę afflictiones & angustias. Itaque hac sententia totũ Ecclesiæ & omnium gestorũ statũ pulchrè delineauit Christus sapientia patris, nempe quòd eorum sit vt mundanis hominibus gaudentibus de eorũ oppressione, ac de bonis præsentis vitę, ipsi lugeãt, afflictionibus ferãt, seseq; voluptatibus præsentibus A subtrahãt, hoc ipso se cõsolantes, quòd eorum tristitia mox sit vertenda in gaudium, quod non solùm fit post hanc vitam, quando tamẽ id fit certissimè & perfectissimè, sed etiam frequenter in hac vita, in qua subinde Deus iustis cõcedit ab impiorum oppressione refrigerium, quemadmodũ Ecclesiæ suæ frequẽter post grauissimas tyrãnorum & hæreticorum persecutiones cõcessit trãquillam pacẽ cum summo Ecclesiæ gaudio, summoq; impiorum mœrore. Hucc facit quod dicitur: Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. B Et Isaias: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Et: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

MVLIER CVM PARIT, TRISTITIAM HABET, QVIA VENIT HORA EIVS: CVM AVTEM PEPERERIT PVERVM, IAM NON MEMINIT PRESSVRÆ, &c.] Prædictum gaudij post mœrorẽ successum declarat per vulgare ac certissimum exẽplum, quod tamẽ non simpliciter ad hoc valet, vt promissum successum gaudij post mœrorem ostendat & credibiliorem faciat, sed etiam ob alia optimè deseruit propositio. Et primùm ad designandum illud, quòd quemadmodum mulieris iam parientis magnus quidẽ, C sed breuis est dolor, quique mox conuertitur & in maximam lætitiam, & in solidam atque diuturnã: ita etiam Apostolorum animi grauissimo dolore ob Domini sui mortem detinendi erant, sed dolore breui, & qui & in summam & in perpetuam mutãdus esset lætitiam. Ob magnitudinem enim doloris in parturientibus, sæpissime etiã prophetæ huiusmodi vtuntur similitudine, vehementem alicuius dolorem vel afflictionem significare volentes, vt cùm dicitur: ibi dolores vt parturientis. &: Torsiones & dolores tenebunt eos, quasi parturiens dolebunt. Itidem aliis locis scripturæ. Brevitatem autem doloris in parturientibus indicat Dominus, cùm dicit; *tristitiam habet, quoniam venit hora eius*, vt scilicet pariat. Similiter magnitudinem gaudij, quod in eis succedit grauissimo dolori, indicat cùm dicit: *Iam non meminit pressuræ.* Magnam enim oportet esse voluptatem, quæ tãtum & tam recentem dolorem non solùm mitiget, & tollat, sed etiã subitò eius tollat memoriam. Notat autẽ Augustinus dictum, *cùm peperit puerum*, quòd maior sit lætitia ex nato masculo quàm fœmella: sed Græcis est τὸ ἄρσενον, quod vtrique sexui est commune, sicut & Latinis frequẽter nomẽ, puer. Secundò, & ob id similitudo illa proposito conuenit, vt indicat D. Chrysostomus, quòd sicut illud ipsum quod est in parturiente doloris causa, adfert succedentis lætitiæ materiam: ita res illa vnde dolorem cõcepturi erãt Apostoli, causa erat futura eius vnde postea erãt gauisuri. Mors enim E Christi causa fuit resurrectionis eius, sicut partus causa est eius qui in lucem editus hominis. Iam & ideo illud exẽplũ huic loco optimè quadrat, quòd Christus per mortẽ quasi per quẽdam vterum gemitus & solutis doloribus mortis, natus sit nouus homo in mũdum, propter quod primogenitus dicitur ex mortuis, & in resurrectione interpretatur Paulus impletũ illud Psalmi: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Act. 13. Significatur ergo mœrorẽ Apostolorum fore veluti de doloribus partus nouæ prolis, eorúmque lætitiam fore de noua noui hominis generatione ac natiuitate: ideoq; notat Diuus Chrysostomus dictum esse potiùs, quia natus est homo in mundũ, quã quia natus est sibi filius, quòd sic magis conueniret significando mysterio. Certè ob prædictas rationes primitiua Ecclesia ex Apostolorũ potissimũ collecta collegio, Apoc. 12. etiam vocatur mulier, quæ in vtero habens clamabat parturiens, & cruciabatur vt pareret, & peperit filiũ masculũ, qui raptus est ad Deũ, & ad thronum eius. Illo enim loco partus filij masculi, qui proculdubio est Christus, magis videtur referendus ad resurrectionem Christi, quàm ad natiuitatem eius ex vtero virginis Mariæ, quia cum dolore & cruciatu suo & fidelium Apostolorũ peruenit Christus ad resurrectionem, & post eã generationẽ mox raptus est ad Deũ. Applicat autem Dominus allatum exemplum suo proposito simpliciter, dicens: Et vos igitur nũc quidem ob meũ abitum & passionem, tristitiã habetis, verùm rursum ego vos mox videbo resuscitatus, & tum mœrore omni pulso, gaudebit cor vestrũ in me; & de me, nec gaudebit momẽtaneo & breui gaudio, sed perpetuo. Non enim, vt modò, vestrum in me gaudiũ tunc tolletur, sed gaudium illud nemo tollet à vobis, quòd certò eritis persuasi me semper in bonũ *Rom. 6.* vestrũ viuere. Christus enim resurgẽs à mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur. Atque hæc quidem literalis est huius loci tractatio. Cæterùm quatenus hic locus per accõmodationem etiã ad vniuersos extenditur iustos & totam fidelium Ecclesiam, probè etiã huic loco conuenit exẽplum parturientis mulieris. Singuli enim iusti & tota fidelium Ecclesia, similes sunt mulieri parturiẽti. In præsenti enim sęculo tẽpus est partus honorum operum, tẽpus est vt Ecclesia multos Deo filios progignat. Cui partui dum insistũt iusti, graues patiuntur à carne & à mũdo dolores & afflictiones, verùm nõ solùm post dolores istos momentaneos, sed etiam per illos succedet invita æterna gaudium & maximum & sempiternũ, quo vnusquisque se gaudebit per illos dolores natum in regnum cœlorũ, aut etiã alios per ipsum natos in nouum illum mũdum. Nec enim, inquit Beda, nouum debet videri, si natus dicatur qui ex hac vita migrauerit. Sicut enim cõsuete nasci dicitur, cũ quis de vtero matris procedens in hanc lucem ingreditur, & particeps sit huius vitæ: ita potest natus appellari, qui solutus à vinculis carnis ad lucẽ æternã sublimatur, & cœlestis fit particeps vitæ, vnde sanctorũ solẽnia nõ funebria, sed natalia vocãtur. Est autẽ sanctorum gaudium simile gaudio puerperę: quæ nõ meminit amplius pressurę quia nihil in eis remanet mœroris præsentis & malorũ: qui ad cœlestem trãsferũtur fœlicitatem, non eos contristat malorum memoria, sed inde potius voluptatem concipiunt. Et illis ergo omnibus nunc dicitur: Vos quidẽ nunc mœstamini, quoniam ablatus est à vobis spõsus, & ab illo in doloribus & laboribus multis derelicti. Iterũ autem videbo vos in nouissimo die, & tunc ex contẽplatione præsentiæ meæ gaudebit cor vestrũ in æternũ. Adimplebis me, inquit Psalmista, me lætitia cũ vultu tuo, delectationes in dextera tua vsq; in finem. Dicit autem potius, *iterũ videbo vos*, quàm, iterum videbitis me; vt à suipsius exhibitione & manifestatione intelligeretur pendere quòd eũ rursum fideles essent visuri. Neque enim Apostoli post resurrectionem Christũ potuissent videre, nisi se illis videndũ exhibuisset: ac similiter est de iustis respectu futuræ visionis Christi. Iã & alia ratione illud, *videbo vos*, Christi insinuat benignitatẽ, ne putari posset ip-

Psal. 29.

Isaie 54.
Mat. 5.

Psal. 48.
Isaie 13.

Psal. 2.

Psal. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum iam ad sublimiorem trãslatum conditionem, A dedignaturum aspicere suos, quemadmodum ferè in hominibus accidere solet. Reliquum est vt hinc discamus, tẽpus præsentis vitæ esse tẽpus luctus, sed luctum hunc momẽtaneum esse, & fortiter nobis tolerandum, si cõsideremus gaudium vitæ futuræ, quod proculdubio æternum & maximũ obtinget lugentibus in præsenti seculo, quemadmodum id infinitæ docent scripturæ.

ET IN ILLO DIE ME NON INTERROGABITIS QVICQVAM.] Diuus Augustinus legit *rogabitis*, & notat verbum hoc significare duo, petere scilicet & interrogare, sicut & verbum Græcum huic correspondens ἐρωτάω. Nã hoc interpres postea vertit pro rogare, id est, postulare. Nõ dico vobis quia ego rogabo patrem. Præsenti autem loco magis cõuenit verbum illud accipi pro interrogare quẽadmodũ vertit noster interpres, quia Dominus istud videtur subiecisse in cõsolationẽ Apostolorum, de quibus statim dictum est quòd volebant eum interrogare. Ne ergo eos cruciaret quòd pleraq; adhuc in verbis ipsius nõ intelligerẽt, ac pergerẽt interrogare quæ tunc intelligere non poterant, promittit venturum tempus quo omnia edocti & cognoscentes non opus habebunt quicquã interrogare ipsum. Cæterũ siue legatur, *interrogabitis*, siue *rogabitis*, pro postulabitis, quæstio semper est de veritate huius sentẽtiæ, si per hoc quod dicitur, *In illo die*, intelligatur tempus à resurrectione, quia in illo & leguntur Apostoli quædã interrogasse Dominũ. (Petrus enim de Ioãne interrogauit: Domine hic autẽ quid; & Apostoli omnes: Domine, inquiunt, si in tẽpore hoc restitues regnum Israel;) & certum est eosdẽ multa petisse à Domino iam in cœlos assumpto. Itaq; hac motus ratione D. Augustinus, vt priùs est dictũ, putat per illum diem hic designari tempus futuræ vitæ, & in illo tempore implenda quæ præcedunt de tristitia mutanda in gaudium per visionẽ Domini: sicut & quod in capite Ioannis 14. Dominus dicit: Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos, &c. In illo die cognoscetis quia ego in patre; putat potius referendum ad tempus vitæ futuræ, quàm ad tempus post resurrectionem. Verùm intelligẽdo ea quæ præcedunt impleta in Apostolis post resurrectionem, qui est, vt diximus, simplicior intellectus, vt cùm dicitur: *In illo die*, designetur tempus à resurrectione, dicendum id quod hic dicit Dominus ex parte quidem impletũ ante Domini ascẽsionẽ, perfectè verò post spiritus missionẽ. sicut & illud: In illo die cognoscetis, quia ego in patre, &c. Post resurrectionem enim, quia Christus aperuit eis sensum vt intelligerẽt scripturas, nõ ita habebũt opus de his interrogare ipsũ, quæ modò non intellexerunt, & de quibus eum modò interrogauerũt, aut interrogare cupiuerũt. Post acceptum autẽ spiritũ ita ab eo edocti sunt omnem veritatem, vt corporalem Christi præsentiã ad discendum aliqua, non requirerent. Sensus est ergo: *In illo die*, hoc est, in illo tempore, cùm me vos reuisente cor vestrum gaudebit, & gaudium vestrum per superuenientem spiritum fuerit cõfirmatum, non vt modò interrogabitis me quicquam, edocti nimirum omnia partim à me, sed plenius à spiritu de quo vobis dixi quòd docebit vos omnia, & deducet in omnem veritatem. Itaq; cùm dicitur: *In illo die*, demonstratur tempus à resurrectione, sed potissimum illud quod fuit post acceptum spiritũ: sicut & cùm dicitur postea: In illo die, in nomine meo petetis.

AMEN AMEN DICO VOBIS, SI QVID PETIERITIS PATREM IN NOMINE, &c. Superiori sentẽtia ad consolationem suorum Apostolorũ promisit eis omnium post suum reditum cognitionem: nunc verò etiam omnium quę petent impetrationem, quod iã quartò in sermone apud Ioannem eis promittit, identidem in narratione malorum quæ Apostolis erant obuenturta eadem inculcans, cõfirmãdorum animorum gratia. Solita autem sua asseueratione hãc promissionem suã confirmat, quòd vt maximè hæc promissio faciat ad fidelium cõsolationem, ita ægrè diffidentia humanæ mentis induci possit vt ei credat. Cæterũ quoniã hæc Domini promissio videri posset in multis inefficax esse & inanis, eo q; plerique multa petãt patrẽ in nomine filij, nec tamẽ impetrẽt, primùm obseruãdũ quibus istud sit dictũ. Apostolis nimirũ, & in illis his qui illis essent similes. De Apostolis autẽ postea dicit Dominus ideo eos à patre facilè quæ petẽt impetraturos, quia pater eos amaret, eo q; ipsi filium amarẽt, & crederẽt in eum. Qui ergo hac in parte similes sunt Apostolis, ad eos hæc pertinet promissio, nõ autem ad eos qui Christum auersantur. Vnde propheta: *Psa. 144.* Voluntatẽ, inquit, timẽtium se faciet, & deprecationẽ eorum exaudiet. Secundò obseruãdũ, quòd dicatur, *si petieritis*. Petere autem est desiderare, & desiderium actus est non oris, sed animi & voluntatis. Non orant ergo, nec petunt patrem qui ore tantum preces pronunciant, & non etiã ex animo id quod ore petunt, desiderãt, suum desiderium eleuatione animi in Deum & ardore declarando. Quales similes sunt his de quibus dicit Dominus *Matt. 15.* apud Isaiã: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ lõgè est à me. Obseruãdum tertiò, quòd *Isaiæ 29.* dicatur: *si petieritis in nomine meo*. Est autem petere in nomine Christi, vt priùs dictum est, petere cum inuocatione nominis Christi, hoc est, potentiæ & meritorum eius, hoc est, postulare aliquid sibi concedi per ipsius potentiã aut propter ipsius merita. Et cùm Dominus dicit: *Si quid petieritis in nomine meo hoc faciam*, quod bis dixit in præcedẽti apud Ioannem sermone, petere in nomine Christi, videtur esse postulare aliquid inuocãdo potentiã & virtutem ipsius, quia sequitur, *hoc faciam*, vt sic dictum sit, *si petieritis in nomine meo*, quomodo prophe *Psal. 53.* ta petit in nomine Dei, dicens: Deus in nomine tuo salũ me fac, & in virtute tua iudica me. Cùm verò dicit, *si petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis*, quod itidem bis dicit in hoc sermone, petere in nomine Christi videretur esse, postulare aliquid propter ipsius merita, vt hoc sit petere in nomine *Psal. 131.* Christi, cùm dicimus cum propheta: Propter Dauid seruum tuum nõ auertas faciẽ Christi tui. &, protector noster aspice Deus, & respice in faciem *Psal. 83.* Christi tui. Quibus locis sancti patres intelligunt nos postulare, vt propter Christũ & intuitu meritorũeius pater nos exaudiat: quomodo & Sanctus ille Fraciscus, cùm sacra Eucharistia in tremendis illis mysteriis ostẽdebatur, dicere solitus erat: Domine Deus cœlestis pater, respice in hãc gloriosam Christi tui faciem, & miserere mei. Sic enim qui regem aliquid orat in nomine alterius, precatur vt illius intuitu & propter illum sibi gratum, cõcedat qđ petitur. Sciẽdum tamẽ quòd Ecclesia nouum hoc loco precandi modum edocta, nempe in nomine Christi

Christi in suis ad patrem precationibus adiungit A in fine, per Dominũ nostrũ Iesum Christum filiũ tuum. Non dicit, propter Dominum nostrum, sed Per Dominum nostrum, idq; ob id rectè, ne intelligeremus Christum in his quæ à patre accipimus tãtum cõcurrere tanquã eum qui meruit, sed etiã tãquam eum per quem omnia pater præstat, sicut per eum fecit & secula, & omnia quæ sunt in mundo. Itaq; cùm certum satis sit ex hoc loco modum illum precandi sumpsisse Ecclesiam, patet etiam quid secundùm Ecclesiæ intellectum sit, petere patrẽ in nomine Christi, nimirum postulare aliquid per illius merita, & per illius virtutem atq; potenB tiam patri æqualem, aut, vt vno dicam verbo, postulare aliquid per illum tãquam mediatorem inter Deum & homines. Mediator enim non est, nisi quatenus Deus simul & homo. Plus est ergo postulare per Christum quã propter Christum, cùm propter includatur in præpositione per, nõ autẽ ecõtra. Sed vt ad propositum redeamus, ideo aliqui Deum inuocantes non exaudiuntur, quia non petunt in nomine Christi: quales sunt nõ solùm Turcæ & Iudæi, sed etiã qui in suis precationibus nituntur propriis meritis, & nõ potissimum atq; adeo solùm meritis Christi. Nõ tamen peccat hac in parte Ecclesia, dum propter sanctorum merita precatur exaudiri, quia illorũ merita scit esse nulla nisi propter merita Christi, scitq; eorũ merita, Chri- C sti esse merita cuius sunt mẽbra: proinde etiã tunc orat in nomine Christi, cùm propter sanctorum merita precatur exaudiri, & quæ propter illorum merita precatur, orat sibi concedi per Christũ, declarans se Christi meritis potissimum niti, & sanctorũ merita nõ esse efficacia nisi per Christũ. Dicitur enim in canone, quorum meritis precibusq; concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio, per Christũ Dominum nostrũ. Quare tò etiam illud dicendum pro absoluta huius promissionis veritate ostendenda, in hac promissione subaudiẽdum aliquid quod in omnibus similibus sententiis est intelligendum; nempe si rectè & debitè petieritis aliquid in nomine meo. Nã, vt dictũ D *Mat. 7.* est circa illud Matth. Omnis qui petit accipit, &c. sicut in sententiis quibus aliquid promittitur faciẽtibus quippiam, semper intelligitur, si modò id rectè fecerint. Vnde dicitur Sapien. sexto, Qui custodierint iustitiam iustè, iustificabuntur; ita in sentẽtiis quibus promittitur orãtibus exaditio, *Iacobi. 3.* intelligendum, si rectè petãt. Hanc enim conditionem intelligendã insinuauit Iacobus, dicẽs: Petitis & nõ accipitis, eo quòd malè petatis. Iam non rectè petunt qui non pro magnitudine eius quem petunt, & rei quã petunt ardenter, instanter & reuerenter petunt, quique nõ cum firma petunt fiducia. Nõ rectè petunt in nomine Christi, qui indigna petunt nomine Christi, qui præsentia bona aut malorũ præsentiũ depulsionẽ precãtur absE lutè, & nõ sub conditione ordinis ad Dei gloriam aut propriam salutem, qui denique rectã in Christum fidem nõ habent. Cùm enim Christus salnator mundi sit à Deo datus, nõ rectè à Deo in illius petitur nomine, quicquid cõtra rationẽ petitur salutis cum q; nemo inuocare possit nomẽ Domini, *Rom. 10.* teste Paulo, nisi credat in illũ, nemo etiã rectè potest petere in nomine Domini, nisi rectè credat in illum. Imò secundum Augustinum vtriq; horum, qui scilicet aut petunt aliquid contra vel præter rationem salutis, aut nõ rectam habẽt in Christũ sidem, absolutè non petunt in nomine Christi. Tractatu enim 73. circa illud: Quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciã. Quodcũque, inquit, petimus aduersus vtilitatẽ salutis, nõ petimus in nomine saluatoris. Tractatu vero 102. circa sententiã præsentis loci: Qui, inquit, hoc sentit de Christo, quod non est de vnico Dei filio sentiendum, nõ petit in eius nomine, etiãsi non taceat in eo literis ac syllabis Christum, quoniam in eius nomine petit, quem cogitat cùm petit. Idem Aug. notat, quòd cùm dicitur, *si quid petieritis*, rectè intelligi possit, vt hoc quod ait, *si quid*, nõ quodlibet intelligatur, sed B aliquid quod in beatæ vitæ comparatione non sit nihil: quæ tamen annotatio parum conuenit Græcæ lectioni, quæ non habet hoc loco, si quid petieritis, sed, *quæcunq; petieritis*. Iã & illud facit pro absoluta huius promissionis veritate ostendenda, quod Diuus Aug. admonet illis verbis, *dabit vobis*, ea significata beneficia, quæ ad eos qui petũt propriè pertinent. Nam alioqui sancti pro aliis orantes, siue amicis, siue inimicis, nõ semper exaudiuntur, quia illi indigni sunt qui accipiãt quod eis sancti precantur. Exaudiuntur autem omnes sancti pro seipsis orantes, dum rectè quid sibi petunt in nomine Christi. Non est tamen verisimile Dominum hac sententia tãtũ voluisse significare eas iustorũ exaudiendas preces, quibus sibiipsis aliquid precarentur, quia hanc generalem sententiã supra subiecit in cõfirmationem eius quod dixit, credentes in se etiã facturos ea opera quæ ipse faciebat, intelligens ad literã opera miraculorum, quæ vtique non sunt beneficia pertinentia ad eos qui ea operantur, sed potius ad alios pro quibus ea petũt à Deo. Proinde per illud quod ait, *dabit vobis*, simpliciter videtur significari, Deũ exauditurũ eorũ preces siue quibus bene precantur aliis, siue quibus bene precantur sibi. Rex enim alicui pro alio licet roganti dicitur dare quod petit, dũ preces illius exaudit, & illius nomine alteri dat quod petitur. Quòd autem iusti pro aliis orãtes non semper illis impetrant quæ petũt, id nequaquam prouenit ex orationis inefficacia, sed ex incapacitate & indignitate eorum pro quibus precantur. Quãtum et go est ex parte sua, Deus qui eorũ orationẽ gratã habet & acceptat, paratus q; est quãtũ in se est, dare quæ rogatur, dat sanctis quæ precãtur pro aliis. Et alioqui eorũ pro aliis oratio, ipsis est salutaris & efficax. Redit enim fructus orationis ipsorũ in sinũ ipsorum. Vnde Apostolis mandans, vt ingressi domum pacem illi precarẽtur: Et si, inquit, fuerit ibi filius pacis, acquiescet super illũ pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. Quibus verbis satis *Mat. 10.* docet quomodo Deus iustorum pro aliis preces semper exaudiat, & det eis quæ precãtur. Iã & alia ratione declarari potest nihil obstare huius promissionis veritati, quòd sancti pro aliis orantes non semper illis quæ petunt impetrent. Nam si sancti rectè orent, quæ aliis petunt, non eis petunt concedi, nisi sub implicita vel explicita conditione, quatenus scilicet eorum salus expedit, aut diuina iustitia permittit. Magis obseruandum aliud, quod etiam circa hæc verba, *dabit vobis*, admonet Diuus Augustinus: Accipit, inquit, quando debet accipere. Quædam enim non negantur, sed vt congruo dentur tempore differuntur. Dat ergo semper iustis Deus quæ salubriter petunt, quamuis non semper det quando dari vellent. Et hæc quidẽ dicta sufficiant, pro ostendẽda generalis hu-

ius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius promissionis aut similium veritate.

VSQVE MODO NON PETISTIS QVICQVAM IN NOMINE MEO,] Ex his quæ circa præcedentẽ sententiam dixit D. Aug. notat hanc sententiã duplicitet posse intelligi. Primò, vt ideo dicãtur non petisse quicquam in nomine Christi, quia nomen illud hactenus nõ cognouerunt, sicut cognoscendum erat. Altero modo, quia in cõparatione rei quã petere debuissent, pro nihilo habẽdum erat quod petierãt: alioqui enim multa vidẽtur prius petiisse Apostoli etiã in nomine Christi, quia in eius nomine dæmonia eiecerant, morbos curauerãt. Simplicius tamẽ fuerit intelligere Dominũ significasse absolutè, Apostolos nihil eatenus petisse patrẽ in nomine Christi. Etsi enim spiritus immundos eiecerãt, & morbos curauerãt in nomine Christi, nõ tamen in nomine Christi tũc patrẽ rogabãt, quem hoc nouo orãdi modo precari necdum edocti erãt. Docuit enim priùs suos orare patrem, sed tunc eis nõ tradidit hunc orãdi modum qui tradendus ante istud tempus nõ fuerat, quando futurum mox erat vt nomen Christi, eiusq; apud patrem vis fidelibus iam manifestaretur.

PETITE ET ACCIPIETIS, VT GAVDIVM VESTRVM SIT PLENVM.] D. Augustinus illud; *vt gaudium vestrum sit plenum*, refert ad verbum, *petite*, & coniunctionem, *vt*, accipit expositiuè, vt significetur hac parte quid velit Dominus nobis esse petẽdum, & sit sensus: Hoc petite in nomine meo, vt gaudium vestrum sit plenũ, hoc est, petite gaudij vestri plenitudinẽ, quæ cõtinget in vita futura. Hoc enim est quod ante omnia & maximè est petẽdum in nomine Christi, & propter quod omnia alia sunt petẽda, quæ rectè in illius petuntur nomine. Verùm secundum alios rectius ea pars refertur ad verbum, *accipietis*, vt coniunctio, *vt*, finẽ denotet, & sit sensus: Petite deinceps patrẽ in nomine meo, & accipietis ab eo quod sic petitis, idq; propterea, vt gaudiũ illud vestrum quod in me & de me gaudere cœpistis, sit plenũ & perfectum, dum per me omniũ vestrorũ votorum efficiemini cõpotes, dumq; intelligetis omnipotẽtiã nominis mei, & proinde nõ vanam esse fidem & spem quam in me collocastis. Secundùm hunc ergo intellectum plenitudo gaudij, de qua hic est sermo, nõ solùm pertinet ad vitã futuram, in qua perfectissima erit gaudij plenitudo, quãdo tãtum erit gaudium vt ei amplius non sit addendum: sed etiã & maximè ad vitam præsentem, in qua fidelium in Christo gaudiũ impletur & perficitur, dũ per illum se vident à patre impetrare quæcunque petunt, intelligúntq; suæ fidei veritatem atq; spei certitudinem. Impletur & alia ratione gaudium fidelium in Christo, dum accipiunt quæ in illius petunt nomine, nimirum quia accipientes Spiritum Sãctum & eius dona, (hæc enim maximè in illius sunt petenda nomine) fortes efficiuntur cõtra vitia, & à conscientiæ accusatione liberantur, atque ob id spirituali replentur gaudio, quod fructus est spiritus. Hãc rationem indicat D. Cyrillus, sic scribens: Orandum igitur est in nomine saluatoris, si exaudiri à patre volumus, vt accipiẽtes quæ petierimus, spirituali gratia repleti, & prudẽtiores per spiritũ facti, aduersus sordidas possimus voluptates militare, & ita amore virtutis indies ardentiores & fortiores ad opera sanctificationis facti, retributionis spe gaudeamus, & mœstitia cõsciẽtiæ, criminum depulsa, gaudio Christi mentes nostras repleamus. Subiicit autem idem de nouo isto orationis modo, quod & ipsum hic annotare visum est. Hic, inquit, orandi modus priscis omnino fuit ignotus, cõstituitur autẽ modò à Christo, quando emendationis tempora effulserunt, & omne nobis bonum per ipsum absolutè concessum est. Nã sicut nihil à lege consummatum fuit, sicut iustitia eius imperfecta: sic orãdi modus mãcus in ea inueniebatur. Hæc ille, explicãs his verbis illud; *Vsque modò non petistis quicquam in nomine meo.*

HÆC IN PROVERBIIS, &c.] Quemadmodum in superiori apud Ioãnẽ sermone, quem Dominus in domo habuit sedendo, cùm iã finem illi imponere vellet, sermonis obscuritatem mitigauit, promittendo eis omnium postea per spiritũ dandã cognitionem: ita & iam finem facturus huius sermonis, tollit ab Apostolis occasionem tristitiæ quã ex sermonis poterãt obscuritate concipere, significans præsenti tempori competere hanc obscuritatẽ, instare autem tempus quò omnia clarius sit illos docturus, maxime de patre, cuius ignorãtia singulariter torquebat Apostolos, vt patuit in superioribus. Itaq; cũ in his quæ mox præcedũt Apostolos Dominus cõsolatus sit, nomine patris promittẽdo ipsum omnia eis quæ in suo peterent nomine, cõcessurum: nunc alia ratione etiã patris nomine eos cõsolatur, promittẽdo eis illius per se clarã apertamq; cognitionem. Cæterùm dictio, *prouerbiũ*, sicut & ea quæ Græcis est παροιμία, non accipitur hoc loco proprie, sicut Ioannis decimo, cũ dicitur: Hoc prouerbiũ locutus est Iesus, quẽadmodum ibi est annotatũ: sed & à D. Basilio scribẽte in initiũ Prouerbiorũ, vbi sic habet Iano interprete: Prouerbiorũ vox, apud Græcos parœmia, extra scripturæ vsum de sermonibus vulgatioribus vsurpatur, & de iis quæ in viis plerumq; dicũtur, œmos enim apud externos via nominatur. Vnde etiã parœmiã diffiniũt, verbũ ad viã vulgi vsu tritũ, & quod à paucis ad plura similia trãsumi potest. Apud nos autẽ, parœmia est sermo vtilis, cũ moderata obscuritate ædítus: multã quidẽ per se vtilitatem cõplectens, multam verò etiã in profundo intelligentiã occultans. Vnde etiam Dominus. Hæc inquit, in parœmiis vobis dixi: venit tempus quãdo nõ amplius in parœmiis, sed liberè loquar vobis: tãquã parœmiacus sermo liberũ & apertum dicendi modũ nõ habeat, sed obliquè suam sententiam acutioribus manifestet. Hęc ille. Sic & Cyrillus: Prouerbiũ (inquit) modò occultiorem adumbratum sermonem appellauit, qui cùm obscuritate tegatur, non facilè ab audientibus capitur. Sensus ergo est: Hæc pro vestro captu & tẽporis exigentia locutus nũc sum vobis obscurius, ac veluti per prouerbia: at ne vos cõtristet sermonis obscuritas, venit hora, id est, instat tempus, cũ iam, id est, amplius nõ loquar vobis in prouerbiis hoc est, obscuro sermone, sed palam, liberè & manifestè annũciabo vobis de patre meo, cuius videndi & cognoscẽdi maximo tenemini desiderio. Hãc autẽ promissionem quanquã perfectissimè Christus in sanctis adimpleat in futura vita, in qua gloriam patris dat conspicere facie ad faciem, & enucuata ea cognitione quæ est ex parte, & per speculum in ænigmate, succedit perfecta & clara Dei cognitio: oportet tamen hoc loco intelligere à Christo impletam in præsenti seculo, partim quidem post resurrectionem, cùm aperiebat illis sensum vt intelligerent scripturas, & per quadraginta dies

dies apparebat eis, & docebat de regno Dei, vt dicitur Act. 1. perfectius verò post missionem Spiritus Sancti, per quẽ eos Christus perfectiori & clariori donauit patris rerumq; diuinarum cognitione. Sequitur enim: *In illo die in nomine meo petetis.* Cœperunt autem Apostoli petere patrem in nomine Christi, post eius ascensionẽ & spiritus missionem. Dicit ergo: *In illo die*, id est, illo tempore, quo à me spiritum meum perfectiore patris donati fueritis cognitione, ex qua & mei cognitionem perfectiorem accipietis, tunc in nomine meo petetis patrem, quod modò non facitis, quòd me nõ satis cognoscatis, nec patrem meum. Tunc etiã in nomine meo petetis, quia spiritus vobis suggeret orandi modum & fiduciam.

ET NON DICO VOBIS, QVIA EGO ROGABO PATREM DE VOBIS. IPSE ENIM PATER AMAT, &c.] Tertia iam ratione eos consolatur occasione accepta à patre, estq́ue hæc ratio omniũ efficacissima. Quid enim magis cõsolari poterat Apostolos, quàm q́ intelligerent se adeo gratos patri, vt quasi intercessore opus apud illum non haberent, ille vltro sponte omnia rogãtibus præbiturus esset. Nõ negat autem se rogaturum patrem de, id est, pro Apostolis & fidelibus. Id enim cõtrarium esset multis scripturis, atque ei quod in superiori dixit sermone: Ego rogabo patrẽ, & alium paracletum dabit vobis, sed dicit se modo nõ dicere quo priùs dixit, ego rogabo patrẽ, significãs nõ opus esse vt sic dicat, quasi pater parum erga eos propẽsus esset. & hac de causa intercessore apud eum indigerẽt: quẽadmodum in hominibus, tum demum intercessorem aliquẽ quærimus apud eum à quo quid obtinere cõtendimus, cùm illum aut nobis offensum aut parum amicum putamus. Orat autem Christus etiãnum patrem pro nobis in cœlis, nõ eo modo, quo in terris prostratus pro nobis, sed potissimũ quia suum corpus suaq; vulnera pro nobis repræsentat in cõspectu Dei, iuxta illud Diui Pauli in epistola ad Hebræos: Introiuit in ipsum cœlum vt appareat nũc vultui Dei pro nobis. Sed & Apostolus Ioãnes dũ postquã dixit: Aduocatũ habemus in cœlis apud Deum patrem Dominum nostrum Iesum Christũ; subiicit; & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, significat ideo eum esse aduocatum, quia ipse est ipsa propitiatio. Propitiatio autem est ratione suæ pro nobis incarnationis, & passionis, quã conspectui Dei semper exhibet iã in cœlos trãslatus. Atq; hãc eius pro nobis intercessionem necessariã nobis esse satis significat, dũ docet in nomine suo petendum, atque patrem amare fideles nõ alia ratione quàm quia ipsi filium amarent, & crederent in eum. Miro ergo modo & intercessionis suæ necessitatem significat, & tamen ab ea apertè prædicanda abstinet ad maiorem suorum cõsolationem & benignitatis paternę declarationem. Quanquã, inquit, verè dicere possem, vt aliquãdo dixi, quòd ego patrem pro vobis sum rogaturus, id tamen modò non dico, ne hinc putetis patrem vobis parum bene affectum. Ipse enim pater vltrò & sponte amat vos, & proinde non poterit non vltrò vobis tanquã amicis indulgere quæ petetis eum. Amat autem vos propter me quem vnicè amat, nimirum quia vos me amastis, & credidistis quòd à Deo exiuerim. Cæterũ quod dicit: *pater amat vos, quia vos me amastis*, non sic est accipiendum, quasi nostra dilectione præueniamus absolutè omnem patris erga nos dilectionem, eamq́ue promereamur primi. Id enim Pelagianæ est hæresis: sed q́ dilectio nostra ratam faciat patris erga nos dilectionem, quodq; nostrã dilectionem sequatur dilectio patris, quoad aliqua noua dilectionis indicia, vt pote ad exaudiendum semper nostras omnes preces, sicut dictũ est suprà circa illud: Qui diligit me, diligetur à patre meo. At dicit; *pater amat vos, quia vos me amastis*, nimirum quia amat in vobis id quod in vobis fecit, qui nihil in homine amare potest, nisi quod suum est. Sic enim hunc locũ doctè tractat D. Aug. Amorem, inquit, nostrũ pium quo colimus Deum, fecit Deus, & vidit quia bonũ est, ideo quippe amauit ipse quod fecit. Sed in nobis nõ faceret quod amaret, nisi antequã id faceret, nos amaret. Obseruãdum autẽ Dominũ asserere, patrẽ diligere eos nõ tãtùm ob fidẽ, sed etiã ob dilectionem, cõtra eos qui solã fidem sine charitate asserũt iustificare, aut ad salutẽ sufficere. Cũ autẽ dixisset, *credidistis quia à Deo exiui*, vt hãc ipsorum fidem cõfirmaret, & rectã approbaret, atq; ex ea fide eos etiã proueheret ad fidem eius quod to ties affirmauit, se ire ad patrẽ, subiecit: *Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* In qua sententia, *iterum*, denotat alterum iter, nõ alterã mundi relictionem. Veluti primum enim iter fuit exisse à patre & venisse in mũdum: secundũ exisse è mundo, & iuisse ad patrem, vnde in duplici hoc itinere ipsorum terminorum ordo est inuersus, quia primum incepit à patre, & terminabatur in mundum: secundũ incepit à mundo, & terminabatur ad patrem: quare patet quòd sicut illi, *veni in mundum*, respõdet, *relinquo mundum*: ita illi; *exiui à patre*, respondet, *vado ad patrem*, proinde illud: *Exiui à patre*, intelligendum est potissimũ de exitu filij temporali, quo scilicet dicitur missus à patre ratione incarnationis, nõ autem de exitu eius æterno, quo ratione æternæ generationis exiit filius à patre, quanquã huiusmodi exitus etiã hic satis includatur, quia in eo qđ dicitur, ipsum cũ veniret per assumptionem humanitatis in mundũ, exiuisse à patre, includitur ipsum priùs fuisse apud patrem, apud quem cũ semper mãserit, nec eũ vnquã reliquerit, & eo nõ sit inferior, nõ potest ab eo intelligi temporaliter exĩsse, nisi naturalem suam ab eo accepisset originem, quemadmodum patet ex his quæ priùs sunt dicta.

DICVNT EI DISCIPVLI EIVS: ECCE NVNC PALAM LOQVERIS, ET PROVERBIVM.] Discipuli cùm priùs abiecto animo obmutuissent, & inter sese anxiè disquisissent quid esset quod dominus diceret, *modicum, & non videbitis me*, &c. nunc recreati postremis illis Christi verbis, tum quòd illis apertius iam significasset quomodo dixisset, *videbitis, & non videbitis, & vado ad patrem*, tũ quòd audirent bona multa sibi promitti, atq; inter ea potissimum quòd pater eos amaret, audirent etiã se commendari ob rectã in Dominũ fidem, prorumpunt in verba, sibiq; persuadent id de quo priùs inter se cõquirebãt iam satis intellexisse, cùm tamen multum illis deesset veræ intelligentiæ. Dicũt ergo: Ecce quod in posterũ te polliceris facturum, id iã nunc præstas. Cùm enim priùs obscurè diceres & ænigmaticè, *modicum, & non videbitis me*, &c. nunc manifestè loqueris, & nihil obtectum dicis. Nunc ipsa re edoctì scimus te scire omnia, etiã hominum arcanas cogitationes, nec opus est tibi vt quis te interroget de his quæ

discere

Universidad de Deusto
Biblioteca

discere à te voluerit,eo quòd absq; omni facta interrogatione scias quæ à te quis discere cupiat,prę ueniens q; dissoluas quod quæritur. Nam conquirentibus nobis, quid esset prouerbium illud: *Modicũ,& nõ videbitis me*,&c. nõ interrogat⁹ interpretatus es ea,& quiescere fecisti mentem nostrã. Per hoc iam firmius certiusq; credimus quod semper de te credidimus,ex:sse te à Deo. Dei enim solius est corda & cogitationes nosse mortalium. Ex qua explanatione patet, Apostolos postquã dixissent, *scis omnia*, bene subiunxisse; *& non est opus tibi vt quis te interroget*, cùm videri posset dicendum,& non est opus tibi vt aliquem interroges. Adhoc enim dicunt eum scire omnia, quia arcana hominum nouit, priusquam interrogaretur, interrogatoris nouit voluntatem, cùm nobis sit opus interrogari ab his quos docere aliquid volumus, vt inquisitiones eorũ quibus est respondendum nouerimus. Tibi ergo, inquiunt, non est opus vt quis te interroget ad hoc vt scias quid ille scire desideret, sicut hoc est opus aliis doctoribus. Tibi etiã nõ est opus, sicut nobis est opus, vt te interrogemus, quò quæ ignoramus discamus à te, qui omnia nosti.

RESPONDIT EIS IESVS: MODO CREDITIS? ECCE VENIT HORA, &c.] Quoniã discipuli iam sibi nõnihil placebant. Dominus (cui mos erat vbique coercere si quid humanæ arrogantiæ aut fiduciæ sensisset oboriri in animis discipulorũ suorũ) quo planè discerẽt sibi diffidere, retudit eam arrogantiam, quod cùm nondũ intelligerẽt quid dixisset, cùm nõdum perfectè & firmiter crederent, tamẽ sibi vendicarent & doctorũ intelligentiã, & firmã in ipsum fidem. Et ipsi quidem tanquã gratiã aliquam illi præstantes dixerunt: ex hoc credimus quia à Deo existi quòd à Deo missus es, & filius Dei es: ipse verò imperfectam eorum fidem & infirmã aperit: *Modo*, inquit, *creditis*? Quod dupliciter legi potest, affirmatiuè scilicet vel interrogatiuè. Et si quidem affirmatiuè legatur, sensus est: Nunc quidẽ vt dicitis verè creditis, sed ecce adest tẽpus quo declarabitur quàm imbecilla sit hæc vestra in me fides. Si verò interrogatiuè legatur, vt magis est legẽdum, quòd sic sermo Domini sit efficacior, sensus est: Nũc vobis vẽ dicatis firmam in me fidem. An modo perfectè in me creditis? Necdum sanè. Arguet enim & conuincet vos tempus quod iam instat. *Ecce enim venit hora, & iam venit*. In quibus verbis, prius *venit*, est præsentis temporis: secundum verò, præteriti. & est sensus: Ecce iam instat tẽpus, nec instat solùm, sed & iam adest, vt dispergamini vnusquisque in propria, id est, in sua, hoc est, vt non solùm omnes me relinquatis, sed etiam vos mutuò alius alios fugientes, in locum in quo se tutum fore quisque existimabit, ita vt ne consortio quidem mutuo vobis inuicẽ auxilio solatióque sitis futuri, dum sibi quisque timebit ne alterius indicio prodatur, aut in periculũ veniat. Non ergo per propria intelligit proprias Apostolorũ domos, quas certũ est Apostolos, qui Galilæi erant, & in Galilæam non fugerant, nõ habuisse in Iudæa: sed appellatione propriorũ significat latibula ad propriam cuiusq; salutẽ quæsita. Alludit autẽ Dominus ad prophetiã à se suprà citatã: Percutiã pastorem, & dispergentur oues gregis. Cæterùm ne Dominus videretur conquerendo dixisse, me solum relinquetis, quasi indigeret eorum præsidio & solatio, subiungit: *Et non sum solus, quia pater mecum est*, quasi dicat: quam destituendus sum hominum amicorum societate, & vos me solum sitis relicturi, nunquam tamen sum solus, quia semper pater mecũ est, qui vnus mihi pluris est quàm omnium hominum societas, præsidium & solatium.

HÆC LOCVTVS SVM VOBIS, VT IN ME PACEM HABEATIS, &c.] His iam Dominus concludit sermonem hunc magnum & prolixum, quem à cœna habuit partim sedẽs, partim stans. Hæc, inquit, omnia quæ modò dixi, locutus sum vobis vt credentes istis habeatis pacem in me. Ad hoc enim valent omnes prædictæ promissiones, consolationes & adhortationes, vt & inter sese mutuò pacem haberent in Christo, concordes in fide & dilectione Christiana, & in seipso quisq; tranquillã haberet in Christo mentẽ, quam aduersitates & tentationes obuenturæ nõ perturbarent, propter fidem & spem in Christũ ex prædicto sermone cõceptam. Vt autem intelligerent quare dicat, *pacem in me*, & non putarent per hanc pacẽ se liberos esse ab omni tumultu & malo, sub iecit: *In mundo pressuram habebitis*, quasi dicat: Non dico absolutè vt habeatis pacẽ, sed vt habeatis pacem in me. In mundo enim nõ habebitis pacẽ, sed pressurã & afflictionẽ, nõ solũ nũc quãdo patiar, verumetiã quamdiu fuerit is in mundo. Ne autem hinc turbarentur, eos erigit, dicens, *sed confidite*, id est, bono sitis animo, ego vici mundũ, vnde & vos si in me manseritis, facilè per me mũdum diuince tis, maximè cùm semel à me sit deuictus. Duplici ergo nomine per illud quod dicit, *ego vici mundũ*, fouet discipulorũ fiduciam. Primò, quia bona spes est prostratum semel hostẽ posse denuo superari, & regno al quo superato ab exercitus principe, animosi reddũtur milites ad debellandas eius aliquas partes. Secũdò, quia cũ Christus sit suorũ caput, per ipsum etiã possũt facilè id quod ipse prior fecit, quotquot fiduciã collocãt in ipsum. Itaq; & à suæ victoriæ exemplo, & à suo in ipsis auxilio fidentiores eos facit. Dicit autẽ Dominus se vicisse mundũ, tum quia eatenus cõtra omnes mũdi machinationes fortiter dimicauit, dæmone cũ omnibus suis satellibus, Iudæis infidelibus, nihil cõtra eum prævalẽte, sed per opera & doctrinam ipsius superato & cõfutato: tum quia iamiam per passionem suã, mortem & resurrectionem, diaboli & omnium mũdanorum vires erat fracturus, vt non solùm nihil amplius possent cõtra se, sed nec prævalere omnibus qui ipsi firmiter fide & dilectione adhærerẽt. Dicit autẽ, *vici*, quanquam victoria hæc per passionem erat plenè consummanda, eo quòd passio iam erat inchoata, & iamiam victoria erat cõsummãda. Deinde quia post suã passionẽ, in omnibus tẽtationibus quæ fidelibus poterant occurrere, voluit eos muniri ea cogitatione qua cogitarẽt à suo Domino mundũ victũ. necessariò debuit dicere per præteritum: *Confidite, ego vici mundum*. In mundi autẽ nomine intelligitur diabolus cum omnibus qui ei adhærẽt, per quos sicuti Christum oppugnauit, ita & omnes iustos oppugnare nõ cessat. Oppugnat autẽ duobus potissimũ modis, nẽpe pervoluptatum aliorumq; huius mundi bonorum illecebras, quomodo oppugnãte se diabolũ Christus vicit in deserto post ieiunium quadragenariũ: & secũdò per apertas persecutiones & afflictiones, quomodo deinde Christũ oppugnauit diabolus maximè in passione. quale oppugnationis genus hic indicatur, dũ dicitur: *In mũdo pressuram habebitis*. Hanc mundi victoriã, quã hic Dominus A suis per se promittit, etiã Ioan. in epistola sua 1. tribuit fidelibus per Christum. Nã cap. 4. dicit: Vicistis eum, quoniam maior est q in vobis est, quàm qui in mundo. ET ca. 5. Omne, inquit, qd natum est ex Deo, vincit mũdum, & hęc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniã Iesus est filius Dei? Ex his autem Christi nouissimis verbis discẽdum nobis præter hoc q⁹ iustorum sit in mundo affligi, etiam illud, quo fine Christum in scripturis debeamus audire loquentem nobis, nempe vt quandoquidem in hoc mundo pacem habere nec possumus, nec expedit, in ipso pacẽ habeamus cordis, qua hui⁹ mundi mala & toleremus nõ molestè, & superemus fortiter eius præsidio confisi & adiuti.

ORATIO IESV AD PATREM. Ioannis 17. CAP. CXXXVI.

HAec locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlum dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuũ, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitã æternã. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te solum Deum verum, & quẽ misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terrã, opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam, & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quã habui priusquam mundus esset apud te. Manifestaui nomen tuũ hominibus quos dedisti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonẽ tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt, quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt & cognouerunt verè, quia à te exiui: & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iã non sum in mũdo, & in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sanctè, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Cùm essem cũ eis, ego seruabã eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Nunc autẽ ad te venio, & hæc loquor in mũdo vt habeãt gaudium meũ impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuũ, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo: non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundũ. Et pro eis ego sanctifico meipsum vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autẽ rogo tantùm, sed & pro eis qui credituri sunt per verbũ eorum in me: vt omnes vnũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint: vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatẽ quã dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnũ sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint cõsummati in vnum, & cognoscat mũdus, quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatẽ meã, quã dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionẽ mundi. Pater iuste, mundus te non cognouit: ego autem te cognoui, & hi cognouerunt quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

HÆC LOVTVS EST IESVS, &c.] Post adhortationem, præmonitionem & consolationem discipulorum, restabat vt abiturus Dominus, suosque relicturus, eos, p more boni patrisfamilias Deo commendaret, ad quem quamuis ipsi opus non esset, oratione, nunc tamen, vt & aliàs, orationem eamque ardentem & prolixã habuit, vt & per eam discipulis testatam faceret suam erga ipsos dilectionem, curam & prouidentiã, eorumque in se atque in Deum patrem fiduciam confirmaret, simul etiam vt suo exẽplo omnes doceret prædicatores, doctores, & consolatores, doctrinæ & consolationi exhibitę subiicere preces ad Deũ, quibus condiatur & efficax fiat exhibita doctrina & cõsolatio. Oraturus autẽ Dominus oculos subleuat in cœlum, vt & ipso corporis habitu ardens salutis suorum desideriũ insinuaret, atque suo itẽ exẽplo doceret quo habitu corporis nobis sit otãdum, oculis scilicet corporalibus in cœlum sublatis aliquando, vt hoc ipso mens moneatur, terrenis abstracta cogitationib⁹, tota ferri in Deum. Alibi verò Dominus, potissimum dum solus orabat, procidit in faciem, suo nobis exemplo cõmendans, deiectionem animi & cordis contritionem tempore orationis seruãdã, & in priuatis secretis q; orationibus, etiam ipso corporis habitu exhibendam, ad fouendam cordis depressionem. Cęterùm præsẽs hęc Christi oratio tribus potissimum constat partibus. Imprimis enim orat pro sua patrisque gloria & clarificatione, secundò pro discipulis, ac tertiò pro fidelibus cæteris qui per illos erant credituri, ordinem sanè seruans cõuenientissimum. Nam, inquit Cyrillus, quemadmodũ bene agere nõ ad nostrã, sed ad Dei gloriam debemus, sic quum orandi tẽpus adest, gloria primò Dei petenda est. Hoc enim pacto orare nos docuit, dũ in orationis, quã discipulos docuit, initio dicere iussit. Pater noster, qui es in cœlis, sãctificetur nomẽ tuum. Dicit ergo: *Pater venit hora*, id est, iam adest tẽpus à te prędefinitum pro filij tui glorificatione. Clarifica ergo filium tuũ. Porrò pater qui filium iã hactenus clarificauerat per admirãda miraculorum opera quę per illum ædiderat, p suum in Iordane testimonium, aliisq; modis, vlterius iã ipsum erat clarificatur⁹, imprimis per prodigia & admiranda signa quæ tempore passionis sunt ædita: deinde per ipsius resurrectionẽ: postea pascẽtes sionem: ac postremùm per missionem spiritus, q toti orbi nomen Christi reddiditgloriosissimum. Quæ omnia includere clarificationẽ quã nũc Dominus precatur, sed maximè eã quæ erat per ascẽsionem & sessionem in dextera patris, patet ex eo quod mox dicit: Clarifica me tu pater apud temet ipsũ claritate quã habui priusquã mundus fieret. Huiusmodi enim Christi clarificatio cœpit quidẽ in morte ipsi⁹ & resurrectione, sed cõsummata est

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ascẽsione,& quę hanc secuta est,spiritus missio ne,omniumq; gentium fide. Eã ergo sui clarificationẽ hic maximè precatus est,quã insinuauit superà toties dicẽs Apostolis;vadoad patrẽ,& ille me clarificabit.Dupliciter autẽ pater filiũ clarificauit: primùm claritatem aliquam & gloriã ei addẽdo, quod fecit donando eum corporis immortalitate, atq;humanã eius naturã in cœlos subleuando ad sessionẽ in dextera suaisecũdò,claritatẽ ipsius per Apostolorũ prędicationẽ & spiritꝰ efficaciã hominibus manifestãdo, quo solo posteriori modo Deꝰ clarificatur aut glorificatur apud homines.Claritati enim Dei in sua natura nihil potest addi,sicut nec demi. Vt autẽ itelligeremus ipsum nõ petere suã gloriã,nisi propter gloriã patris,subiecit:*vt filius tuus clarificet te*.Vbi Græcis additur cõiunctio nõ otiosa,*vt & filius tuus clarificet te*.Quod nõ siceſt accipiẽdum,quasi vicissim pater filium,ac deinde filius patrẽ esset clarificaturus,sed q; per gloriam filij etiã clarificandus esset pater,gloriæ eius autor & consors.Si tamẽ Dominus cùm dicit; *clarifica filium tuũ*,intelligatur tantum precari eam claritatẽ quã pater ei cõtulit,resuscitãdo eũ & sublimãdo eum in suã dexterã,iam rectè itelligitur Dominũ precari suam claritatẽ,vt ipse clarificatꝰ deinceps clarificet patrem.Postquã enim resurrexit & ascẽdit in cœlos,tum per missum Apostolis spiritum, nomen patris clarum fecit in vniuerso mundo.Sic sanè intellexit Diuus Augustinus scribẽs hoc modo in istum locum:Si tãtũ modo mortuus fuisset filiꝰ,nec resurrexisset,proculdubio nec à patre clarificatus esset.nec patrem clarificasset:nũc autem resurrectione clarificatus à patre,resurrectiõis suę prædicatione clarificat patrẽ.Hoc quippe aperit ordo ipse verborum. *Clarifica*,inquit,*filium tuum,vt filius tuus clarificet te*;tanquã diceret:Resuscita me, vt innotescas toti orbi per me:Hæc ille.

SICVT DEDISTI EI POTESTATEM OMNIS CARNIS, VT OMNE QVOD,&c.] Pars hęc satis est obscura,cuius vt genuinam assequamur intelligentiam,sciendum imprimis,quòd in illo;*vt omne quod dedisti ei,det eis vitam æternam*; (quam partẽ nouè admodum exponit Caietanus) relatiuum,*eis*,refertur relatione secundùm rem ad *omne quod dedisti ei*,quod ponitur absolutè & sine regente dictione,& est sensus, vt omnibus eis quos dedisti ei det vitam ęternam.Est ergo in hac locutione phrasis quædam Hebraica,qualis est & in illo Psalmi:Dominus in cœlo sedes eius: pro, ipsius Domini sedes est in cœlo.Iam coniunctio, *vt*,cùm dicitur,*vt omne quod dedisti ei*,&c.secundùm Cyrillum & alios quosdam refertur ad illud,*Clarifica filium tuũ,vt filius tuus clarificet te*,vt sit sensus& ordo iste:*Clarifica filium tuum,vt filius tuus clarificet te vt sic omnibus illis quos dedisti ei,det vitam æternã, si ut dedisti ei potestatem omnis carnis*.Rectius tamen secũdùm alios refertur ad,*sicut dedisti*,vt significetur finis propter quem pater filio dedit potestatem omnis carnis.Et est sciendum, quòd coniunctio, *sicut*,non est hic accipienda vt similitudinem denotet,sed potius vt denotet rationem ob quam filius debet patrem clarificare. vnde Euthymius admonet,*sicut*, positum pro quia. Græcis enim non est ὡς sed καθὼς,quod propriè est,iuxta quod, vel ea ratione qua.Sensus ergo est: Da vt filius tuus clarificet te,eo quòd dederis ei potestatem omnis carnis,ad hoc vt det vitã æternã omnibus quos dedisti ei.Ad cõplexionem autẽ huius; ratio nis oportet etiam adiungere quod Dominus subsumendo subiecit:*Hæc est autẽ vita æterna, vt cognoscãt te*,&c.Hac enim sententia etiam adiuncta hic resultat sensus: Quandoquidem ò pater dedisti filio potestatẽ omnium hominum,adhoc vt electis omnibus daret vitã æternã,& vita æterna cõsistit in tui cognitione,ideo da vt filius tuus clarificet te,hoc est clarũ te & cognitũ faciat omnibꝰ quos dedisti ei.Dictũ est autem,*potestatẽ omnis carnis*,pro potestate in omnem carnem,hoc est,in omnes homines,aut in omne hominũ genus. Caro enim synecdochicè ponitur,vt & alias,pro homine.Hanc autẽ potestatẽ pater filio dedit secũdum eius diuinitatẽ,generando eũ ab æterno:secũdùm humanitatẽ verò eius,quod magis facit ad propositum, dedit ei,cũ humanã naturã in ipso cõiunxit diuinitati.Tunc enim hominẽ illum cõstituit Dominum omniũ hominũ,in quos eatenus sibi diabolus imperiũ & potestatẽ vindicauerat,& ad hoc eum cõstituit Dominũ,vt electis à morte & diaboli tyrannide ereptis daret vitã æternam.Hãc autem potestatẽ etsi Christus homo ab initio suę natiuitatis accepit ad saluãdum homines,tum primùm tamẽ eã exercuit,cũ sua prædicatione & miraculis quosdam ad se cœpit trahere,& perfectius,cùm iam in cœlos assumptus,per spiritum à se missum totũad se traxit mundũ,diabolũ suaspoliãs potestate quã priùs habebat ĩ homines:sicut & Dauid potestatẽ quidẽ & ius imperij in populum Dei acceꝑit ab ea die qua in regẽ vnctus fuit à Samuele,suã tamen potestatẽ nõ ostẽdit,nec ea vsus est,nisi post mortẽ Saulis,& cùm primùm à tribu Iuda, ac deinde à reliquis tribubus in regem receptus esset,& pro rege habitus.Cæterùm per,omne qd pater dedit filio,significantur electi à patre & prędestinati ab æterno,quos in sequentibus aliquories sibi datos dicit Dominus.Hi enim soli sic dati fuãt filio, vt nullum in illos ius habiturus esset diabolus, sed trãsirent ĩ regnum Christi,membra illius effecti, ac illi cohæredes & cõparticipes vitæ æternæ.Hos autem significat per neutrum genus,dicens: *omne quod dedisti ei*:sicut & Ioannis sexto dixit de eis: Omne quod dat mihi pater,ad me venier;vt genere plenius esset sermo,& comprehẽderetur plenius omne hominum genus inter electos.

HÆC EST AVTEM VITA ÆTERNA, VT COGNOSCANT TE SOLVM VERVM DEVM.] Frequenter Dominus loquitur de vita æterna,nõ solùm secundùm eam rationẽ qua habetur in cœlis post hãc vitã,sed etiã secundùm eũ modum quo ex parte habetur in hac vita,vt cũ dicit:Qui manducat meã carnem,& bibit meum sãguinẽ,habet vitam æternam.&: Qui credit in me, habet vitam æternam.Sic ergo & in proposito loquitur de vita æterna,vt communis est & huic & futuræ vitæ.vnde nõ dicit,hęc est vita ętena,vt videant te,sed vt cognoscãt te.Vita enim æterna in choatinẽ & imperfectè hic habetur cognoscendo Deum per fidem:habetur autẽ in cœlis perfectè, cognoscendo Deum per visionem.Loquitur autẽ Dominꝰ de tali proculdubio cognitione Dei,quæ viua sit,& Dei etiam dilectionem adiunctam habeat, vnde Ioannes: Qui, inquit, dicit se nosse Deum,& mandata eius non custodit,mendax est, & veritas in eo non est.Et quoniam hoc loco in Dei cognitione vita æterna cõsistere dicitur,hinc colligit D.Thomas,beatitudinem hominis in patria essentialiter consistere in actu intellectus, & non

non in actu voluntatis,hoc est,in visione Dei,non autẽ in fruitione Dei aut delectatione ex pśentia Dei. Quod & huiusmodi probat ratione; Beatitudo est consecutio vltimi finis & optimi boni, consequimur autem Deum per hoc quod fit præsens nobis per actũ intellectus,in illo ergo essentialiter & primò consistit hominis beatitudo. Delectatio autem, qua volũtas in adepto vltimo bono iam quiescit, cõsecutiuè se habet ad visionẽ Dei qua optimum bonũ assequimur & apprehẽdimus:igitur in ea beatitudo consecutiue cõsistit, non autem essentialiter.Sanè Aristoteles naturali motus ratione 10. Ethicorum constituit beatitudinem hominis in speculatione optimi speculabilis.Per Hieremiã itẽ loquens Dominus, idẽ quod hac sententia significauit,fœlicitatem scilicet hominis in nullo alio cõsistere quàm in Dei cognitione:Non glorietur(inquit) sapiens in sapientia *Iere.9* sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua; & nõ glorietur dives in diuitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. Cæterùm quoniã de patre hic dicit Dominus; *vt cognoscãt te solũ verum Deum*: Arriani hinc colligebãt filiũ nõ esse verũ Deum, sed tantùm esse & dici Deũ propter eximiã quandã diuinæ naturæ præ aliis omnibus creaturis participationẽ,contra tamẽ apertam scripturã 2. Ioan. 5. vbi etiã filius dicitur verus Deus:vt inquit,simus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna. Sed & in præsenti loco satis significatur filium etiam esse verum Deum. Nam cùm in ipsius cognitione etiã dicatur consistere vita æterna, sicut in cognitione patris, & vita æterna necessariò solùm sit in summo bono & vero Deo,cõsequitur etiam filiũ, verum esse Deum, vt qui æternæ vitæ sit largitor. Itaq; D. Augustinus quò hunc locum eripiat Arrianis,hunc facit verborum istorum ordinem, scilicet hens super Ioannẽ,*vt te & quem misisti Iesum Christum cognoscãt solum vtrum Deum*. Verùm huc non est necesse confugere,sed dicẽdum dictionem *solus*, hic tãtùm excludere ea quæ extra patris sunt naturam,& ab ipso sunt res diuersæ, additáq; addistinguẽdum patrem à falsis & solo nomine diis, non autẽ ad distinguendum ipsum à filio & spiritu sancto. Quomodo enim excludi posset filius, cũ filius sit in patre,& vnum sit cum eo?Nõ enim cũ dicimus solùm hominẽ intelligere,excludimus animã hominis quæ est in eo. Obseruãda igitur hæc Theologorum regula, quòd dictio exclusiua addita alicui in diuinitate personæ: non excludit alias personas,dum sermo est de his quę sunt deo essentialia, eo quòd omnibus personis vna sit eadẽq; natura. Sic de patre dicit Paulus: Qui solus *2 Tim.1* habet immortalitatẽ.&,Regi seculorum immortali,inuisibili, soli Deo honor & gloria. Secus est cùm sermo est de his quæ pertinẽt ad proprietatẽ alicuius personæ, vt cùm dicitur; Solus pater in diuinitate generat,solus filius generatur.Ibi enim dictio exclusiua addita est ad distinctionem aliarum personarum. *Ibidem tom. 2.*

EGO TE CLARIFICAVI SVPER TERRAM,OPVS CONSVMMAVI, &c.] Petierat à patre clarificari, nunc ergo iustam esse suam declarat petitionẽ, meritoq; se in eo quod postulauit exaudiendum,eo quòd secundùm præceptum patris,ipsum iã priùs clarificasset.Clarificasse autem, hoc est clarum & glorioſum effeciſſe se dicit patrẽ,quòd eũ sua prædicatione,miraculis, & cõuersatione hominib. clarum reddiderit. vnde addit, *super terram*. Nã in cœlis clarificatus iam erat ab initio suis angelis. Apud homines autem etsi in Iudæa ex parte aliqua cognitus esset deus, non tamen adeo clarè atq; celebriter sicut per Christi in mundum aduentũ, per quem factum est vt Dei bonitas,potentia atque natura magis ĩnotesceret hominibus,agnosceretur;que in diuinitate esse aliquem qui pater esset, & aliquem qui filius. Hinc subiicit:*Opus consummaui,quod dedisti mihi vt faciam*: Loquitur autem non de omni opere à patre sibi iniuncto,(necdum enim omnia consummauerat, quia necdũ cõpleuerat hominum redemptionem per instantẽ mortem perficiẽdã)sed de opere eatenus sibi iniuncto,de opere scilicet prędicationis Euangelicæ,atque in genere de opere quouis quo vsque ad illud tempus per ipsum patris nomen erat glorificandũ;& manifestandum hominib. D. Augustinus tamen volens omnino vniuersaliter istud accipi dictũ,aut de opere redemptionis istud peculiariter dictũ, ad quod potissimùm fuit Dñs missus,putat prophetico more præteritũ positũ pro futuro, vt intelligatur se dicere cõsummasse, quia se breui illud cõsummaturũ nouerat. Idem cùm dicitur:Ego te clarificaui super terrã, præteritum pro futuro positum existimat, hac ratione, quia alioqui significabitur clarificationem patris factã à filio super terrã,præcedere clarificationem filij à patre efficiendam, cùm priùs significauerit Dominus clarificationem filij præcedere clarificationem patris,dicens: *Pater clarifica filium tuũ vt filius tuus clarificet te*. Proinde vt idem hic significetur quod ibi,putat hunc esse sensum: Ego te clarificabo super terrã, opus cõsummabo quod dedisti mihi,itaq; vt id efficere possim, & ego te vicissim clarificem,clarifica me nũc ea claritate,&c. Verũ vt illud,*opus cõsummaui*; simplicius accipitur secundùm modum prius dictum, ita nec ob illam Augustini rationẽ necesse est verbum, clarificaui, accipere pro futuro positum.Clarificauerat enim modo prædicto filius patrẽ, atq; ob id à patre vicissim erat clarificãdus: hæc autẽ filij clarificatio rursum in patris erat cessura clarificationẽ maiorẽ. vnde dixit,vt filius tuus clarificet te. Exposita itaq; causa ob quã meruit petitã assequi clarificationẽ sui,infert rursum priorẽ petitionẽ, addẽs & desideratæ à se suæ clarificationis modũ.Et nũc,in quit,hoc est,nunc ergo vicissi etiã tu clarifica me apud te ea claritate quã habui apud te,priusquã mundus fieret.Circa quæ verba occurrit quæstio quomodo Dñs petat clarificari nunc ea claritate quã olim habuit ante mundi cõstitutionẽ. Nam secundũ humanã naturã,secundum quam adhuc erat clarificandus, nõ potuit hab ere eãclaritatẽ quam secundũ diuinitatẽ habuit apud patrẽ ante mundi cõstitutionẽ. Secundùm diuinitatem autẽ semper habuit,nec vnquã amisit eam quã habuit claritatem ante mundi cõstitutionẽ.Itaq; D. Augustinus intelligit;Dominũ hic loqui nõ de claritate & gloria,quã re ipsa habuerat ãte mũdi creationẽ, sed quã habuit in Dei prædestinatione:ratione cuius in Apocalipsi agnus dicitur occisus ab exordio mũdi: & Paulus Deũ nos dicit elegisse in Christo ante mundi cõstitutionem. Secundũ hũc *Apoc.5. Ephes 1.* ergo intellectũ precatur Christus eã sibi hoĩ gloriam à patre exhiberi re ipsa,quã apud patrẽ ante mundũ cõditum habuit in eius prædestinatione, hoc est,ad quã olim eũ pr prædestinauerat, ordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nans se per meritum passionis humanã naturam A
à verbo assumptã sub leuaturum super omnes an
gelos vsque in dexteram suam. Alij quidam: secun
dùm qđ intellexisse videtur D. Hilarius libr. 3. de
Trinitate, ītelligunt Dominum precari sibi secun
dùm humanitatem dari eam claritatem, quã secũ
dum diuinitatem habuit etiã ante mundum eõdi
tum, non quod eandem omnino aut æqualem hu
manitati suæ dari voluerit, sed ꝙ similem, vt sicut
ab æterno quatenus Deus apud patrem immorta
lis fuit, & in dexteram eius sedens: ita & secundùm
hominem immortalis efficeretur, & ad dexteram
Dei exaltaretur. Verùm simplicius fuerit ītellige
re Christum precari sibi homini omnino eandem
dari claritatem & gloriam, quàm quatenus ver
bum re ipsa habuit ante mundum, nõ ꝙ humani B
tas Christi eius gloriæ esset capax, sed ꝙ suæ per
sonæ quæ iã simulerat homo & Deus, vellet in hu
mana etiam natura dari eam gloriam, quam eate
nus tantum habuit in diuina natura, hoc est, vt q
hactenus solum quatenus verbum habuit gloriã
diuinitatis, iam eãdem etiã haberet quatenus ver
philip. 2. bũ caro. aut quatenus homo Deus. Sic enim opor
ter intelligere ꝙ Paulus dicit Christo pro sua hu
miliatione & obedientia datum nomen quod est
super omne nomen, vt ī nomine eius omne genu
flectatur, qđ proculdubio est nomen & gloria di
uinitatis. Tunc ergo persona Christi, quæ simul
homo erat & Deus, in humana natura quæ illo C
tempore erat adhuc ī ignominia & crucifigenda,
accepit illam claritatẽ quam in diuina natura ha
buit ab æterno, quando humana natura immorta
litate donata est & ī cœlũ sublata, & p cõiunctio
nem sui cum diuina natura ī vnitatem personæ,
eiusdem cum illa gloriæ cõsors effecta, ita vt & ab
angelis, & ab hominibus persona illa quæ homo
erat, Deus agnosceretur, coleretur & adoraretur.
Quanquam em̃ persona Christi quæ homo erat,
ab initio incarnationis habuerit claritatem & glo
riam diuinitatis qa simul etiam fuit Deus, tamen
p ascensionem nouo quodam modo humana na
tura ī Christo, aut Christus homo eam cœpit ha D
bere quãdo humana natura exuta mortalitate in
tãtam sublata est gloriam, qua re declaratum est
ipsam ī vnitatem personæ cum verbo & filio Dei
cõiunctam, sicque effectum vt ab angelis simul &
hominibus homo ille Deus agnosceretur, & tan
quã Deus adoraretur. Duo ergo ineluduntur ī cla
rificatione illa quam hic sibi à patre impẽdi filius
postulat. Primò, ꝙ p humanæ naturæ exaltationẽ
declaretur homo ille ver⁹etiam esse Deus. Secun
dò quòd ea ratione efficiatur, vt eum angeli & ho
mines tanquã Deum habeant colant, & adorent.
Sic & intelligendum est ꝙ per ascensionem Chri
stus dicitur sublatus ī dexteram patris, quódque
ei dicitur datum nomen quod est super omne no
men. Cæterùm cùm Christus dicit; opus consũ E
maui, qđ dedisti mihi vt faciam; verbum, dedisti,
simpliciter potest accipi positum pro cõmisisti &
iniunxisti, quomodo vulgariter dicere solem⁹ ab
aliquo datum alicui quippiam vt faciat, qđ ei ab
illo iniunctum est & cõmissum. Diuus Augustinus
tamen subtilius ītelligit eo verbo significatã Dei
gratiam operantem ī homine quicquid homo bo
ni facit. Nõ ait, inquit, iussisti, sed dedisti, vbi com
mendatur euidens gratia. Quid enim habet quod
nõ accepit, etiam ī vnigenito humana natura? An
nõ accepit, vt nihil mali, sed bona faceret omnia,

quando in vnitatẽ personæ susceptа est à verbo,
per quod facta sunt omnia?

MANIFESTAVI NOMEN TVVM HO-
MINIBVS QVOS DEDISTI MIHI, &c. Ex-
ponit iam & declarat Dominus quid sit quod di-
xit: *Ego te clarificaui super terram.* Quod enim dixit:
Ego te clarificaui, exponitur per illud: *Manifestaui
nomen tuum.* Sic em̃ clarificatur Deus, cùm nomen
eius, hoc est, bonitas ei⁹, potentia, diuinitas, & a-
lia quæ ei competunt, manifestantur. Quod verò
dixit, *super terram*, declaratur per illud, *hominibus
quos dedisti mihi de mũdo.* Quoniam enim multi e-
rant homines qui claritatem & nomen Dei patris
per Christi prædicationem & opera agnoscere
noluerunt, cùm prius dixerit generaliter se clarifi
casse patrem suum super terram, nunc restrictius
dicit se manifestasse nomen eius hominibus non
quibuslibet, sed sibi à patre datis de mundo, hoc
est, è mundanorum hominum consortio & perdi
torum numero abstractis & electis, significans se
proinde patris sui voluntatem adimpleuisse, eo ꝙ
nomen eius illis manifestauerit quib. ille nomen
suum voluit manifestari. Notat autem potissimũ
Apostolos, vt ex sequentibus patet, quos quare si
bi datos dicat, declarat per sequentia, cùm dicit:
Tui erant: non solùm ratione creationis (sic enim
omnes homines illius erant) sed potissimũ ratio-
ne prædestinationis ab æterno, per quam illi non
pertinebãt ad mundum & pditorum hominum
numerum, sed inter filios Dei erant assciti. Hoc
est ergo qđ dicit: Ex tua prædestinatione ab æter
no nõ erant de hoc mundo, sed erant tui, & quia
erãt tui, ideo vt per me salui fierent, eos à mundo
segregatos mihi dedisti, cui cõmune esse voluisti
quicquid tuum erat. Dedisti autem, dum tua æter
na prædestinatione mihi eos deputasti. dumq; tua
vocatione & gratia eos ad me traxisti. Cæterũ ve
ostenderet hos non frustra sibi datos à patre, siue
vt declararet verum esse quod dixit se nomen pa-
tris illis manifestum fecisse, subiecit: *Et sermonẽ tuũ
seruauerunt*, hoc est, sermonem & doctrinam non
tam meam, quàm tuam, vtpote quam ex te & tuo
nomine illis tradidi, non vt alij abiecerunt, sed re-
ceperunt, receptúmque constanter tenuerunt. Id
verum esse declarat per sequẽtia, cùm dicit: *Nunc
cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt.* atque
id rursum per sequentia manifestat dicens, quia
verba quæ mihi homini dedisti aliis prædicanda,
dedi eis, nihil extra præscriptum docens; & ipsi ea
verba acceperunt tanquam abs te profecta, vnde
& verè cognouerunt quòd à meipso non vene
rim, sed quòd à te exiui: hoc est crediderunt quòd
tu me miseris in mundum ad prædicandum. Vt
enim significaret Dominus de quali cognitione
locutus sit, cùm dicit: *Cognouerunt verè quia à te exi-
ui*, nempe quòd non de cognitione euidenti, sed
de cognitione fidei, & vt etiam significaret quid
sit, *à te exiui*; subiicit, *& crediderunt quia tu me misisti.*

EGO PRO EIS ROGO, NON PRO MVN-
DO, SED PRO HIS.] post orationem pro se factã,
& commendationem suorum subintroductam,
oportunè iã etiã subiungit orationẽ pro suis, idq;
nõ ꝙ de patris sui dubitaret voluntate, sed vetum
se hominẽ declarãs, & orationẽ sua mœstos dis-
pulorũ animos erigere & in fiducia cõfirmare vo
lens: *Ego*, inquit, *pro eis rogo*; quasi dicat: Et quoniã
hi quib. nomen tuum manifestaui, tam variis no-
min

minibus tibi meritò debent esse cõmendati, nẽpe A
quia tui erant, quia eos mihi de mũdo dedisti, quia
sermonẽ tuũ receperunt & tenuerunt, credentes
me à te missum, ideo etiã pro eis rogo. vnde subii-
cit: *Non pro mundo rogo* (hoc est, hominibus mun-
danis & perditis) *sed pro his quos dedisti mihi.* Quod
autem sequitur, *quia tui sunt*, potest referri vel ad id
quod proximè præcedit, *pro his quos dedisti mihi*, &
intelligatur reddi ratio quare pater illos filio de-
derit. Quia enim patris erant, & pater omnia sua
filio facit cõmunia, ideo illos filio dedit. Vel poti-
us illud refertur ad illud: *Ego pro eis rogo*, vt reddа-
tur ratio cur pro eis peculiariter oret, & non pro
mũdo. Triplicem em̃ causam videtur hic insinua-
re Dominus suæ pro illis ad patrem orationis. Pri
mũ, quia patris erãt. Secũdò, quia clarificatus erat B
in eis, propterea ꝙ magnam aliquam & eximiam
de ipso habebãt existimationẽ, credẽtes ipsum es-
se filiũ Dei & Messiam, vnde idonei erãt per quos
per vniuersum orbẽ etiã apud alios clarus fieret.
Tertiò, quia cùm iã ipse mundũ erat relicturus, &
ad patrẽ iturus, illi adhuc in mundo erant permã-
suri, vnde nõ per seipsum, sed per illos clarificãdus
erat deiceps apud alios, nec per ipsius corporalẽ,
vt hactenus, seruandi erant præsentiã, sed Dei spi-
rituali indigebãt custodia & cura. Illud aũt: *Et mea
omnia tua sunt, & tua mea sunt*; obiter inter rationes
suæ pro Apostolis peculiaris orationis interiectũ
est, ad ꝓbuandũ quæ obiici poterant quæstionib.
Quoniã enim dixerat, eos qui sibi à patre dari e-
rant, esse patris, quærere quis poterat, quomodo C
patris sunt si tibi ab illo sunt dati? Ideoq; subiicit:
Et mea omnia tua sunt. Et quoniam eos qui patris e-
rãt sibi à patre datos dixit, existimare quis poterat
eos aliquando ab eius principatu fuisse alienos, &
ex varia patris possessione hos singulariter ipsum
à patre nuper suscepisse, ideoq; addidit; *& tua mea
sunt.* Hoc est ergo quod dicit Dominus: Non pro
mũdo pater, sed pro his quos è mũdo segregatos
mihi dedisti, te peculiariter rogo idq; variis nomi
nibus. Primũ, quia tui sũt, vnde peculiatẽ illis cu-
rã debes. Neq; verò mirari quis debet ꝙ tuos ad-
huc esse dicam quos mihi à te datos cõfiteor, sicut
nec suspicari quis debet qnædam tua à te sic mihi
data, vt nuper mea esse cœperint, aut vt quædam D
tibi ꝓpria seruaueris, eo ꝙ dicã hos tuos te mihi
dedisse. Omnia em̃ mea tua sunt, quia sic à te oĩa
quę habeo accepi, vt tamẽ à te illa nõ alienaueris:
& rursum omnia tua mea sunt, vt nihil tibi ꝓpriũ
seruaueris, sed per naturæ cõmunicationẽ omnia
etiã tua mihi feceris cõmunia. Iã & ideo pro illis
peculiariter te oro, quia iã ex aliqua parte glorifi
catus sũ in eis, eo ꝙ me Christũ agnoscãt, vnde
ipsorũ erat ad id adlaborare, quò & in aliis electis
per orbẽ dispersis glorificer. Accedit his, quòd me
iamiã hinc discessuro, eosque relicturo per quẽ ha E
ctenus protecti sunt & seruati, ipsi adhuc in mũdo
hoc maligno sunt permãsuri, ꝓpter quod tua illis
protectione & custodia singulariter opus est, vtin
eo quod esse cœperunt perstistant, & munus quod
illis post me incũbit, difficile sanè, obire rectè va-
leãt. Dicit autẽ Dominus: *Iã nõ sum in mũdo*; quia
iamiã imminebat tẽpus, vt transiret ex hoc mun
do ad patrem, & iam passionẽ suam post exitum
Iudææ auspicatus, veluti in itinere erat quo perge-
bat ad patrem, ad quem per crucem & passionem
pergebat, vnde veluti exponẽs quomodo se dicat
iam non esse in mundo, subiicit, *& ego ad te venio.*

PATER SANCTE SERVA EOS IN
NOMINE TVO QVOS, &c.] Post causas pecu-
liaris suæ pro illis orationis, aperit nunc quid eis
petat. Et primùm, quoniã eos erat secundùm præ
sentiam relicturus corporalẽ, petit eorum custo-
diam & seruationem. Non simpliciter autẽ nunc
patrem appellat, sed oportunè adiecit epitherum
sancte, vt quoniam mox sanctificationẽ suorum e-
rat postulaturus, omnis eũ sanctitatis declararet
autorẽ. Serua, inquit eos ab omni malo, serua eos
in bono quod amplexi sunt. Serua, inquã, eos per
numen tuum, hoc est, per tuam virtutem & boni-
tatem, quos dedisti mihi. Frequẽter autem eos si-
bi datos dicit à patre, vt discant quòd patri pla-
ceãt & curæ sint, quodq; nõ vt alienus veniẽs eos
seduxerit, & ad se traxerit, sed vt proprios accepe-
rit. Hoc verò loco oportunè sibi tursũ datos dicit,
vt orationem suam pro illis patri cõmendatiorẽ
faciat, aut vt verius dicam, vt eam patri commen-
datam fore & gratã discipulis insinuet. Quorsum
autem eos velit patris virtute seruari, & ad quem
finem, aperit cùm subiicit: VT, tua scilicet virtute
seruati, sint vnum inter se & in nobis, sicut & nos
vnum sumus inter nos. Sicut enim discipulis su
perius potissimũ mutuã mãdauit seruare dilectio-
nẽ, ita hic eis & omnib. electis postulat potissimũ
vnitatem, fidei scilicet & dilectionis, ita vt secun-
dùm Paulũ idipsum sentientes, & seruantes vnita- *Ephe. 4.*
tẽ spiritus in vinculo pacis. Sicut autẽ in aliis fit
locis vbi humana diuinis cõparãtur, ita & hoclo-
co coniunctio, *sicut*, nõ omnimodã denotat simili-
tudinẽ, sed aliqualem. Nõ enim inter homines tã-
ta potest esse vnitas, quanta est inter patrẽ & filiũ
in diuinitate, inter quos vt est ōnimoda naturę &
essentiæ vnitas, ita & voluntatis atque sententiæ,
cũ inter homines sicut non est omnimoda naturę
identitas & vnitas, quia inter eos tantũ est identi-
tas specifica, nõ autẽ individualis: ita nec iter eos
facile est reperire plenariã animorum vnitatẽ, sed
in plerisq; rebus, etiã in hominib. alioqui sibi be-
ne cõsentientibus, verũ est illud prouerbij: Quot
capita, tot sensus. Cùm ergo optat suos vnum esse
sicut cum patre ipse vnũ erat, optat suos imitari
vnitatẽ illam diuinã, vt vnitatis imitatione, diui-
næ etiam perfectionis, quatenus capaces erant,
fiãt participes. Cùm autem ea adiectione, *sicut &
nos*, exemplar significet vnitatis, quod eos imitari
cupiat, simul etiam significat non quamlibet eis
precari vnitatem. Est enim vnitas quædam etiam
inter eos qui in malo coniũcti sunt, qui dicunt a-
pud Sapientem: Sortem mitte nobiscũ, marsupiũ *Prouer. 1.*
vnum sit omnium nostrum. Est & vnitas quædã
inter eos qui sese humano quodã etiam honesto
diligũt amore. At Christus suis precatur perfectio
rem vnitatem, diuinã scilicet, quæ eos vnius eius-
demque faciat voluntatis & sententię in reb. diui-
nis, in quib. eorũ salus sit sita æterna: quæ fideliũ
vnitas quanta sit, ex Paulo discere licet, qui per fi- *Ephe. 1.*
dem in Christum & mutuam dilectionem fideles
docet tãquam diuersa membra sub Christo capi-
te in vnum coaluisse corpus, quod Ecclesiã vocat,
& corpus Christi. Hanc autem vnitatẽ vt in hac
oratione Christus vnicè suis est precatus, vtpote
extra quam nemini est salus, quæque ad superan-
dum mundũ maximè erat necessaria & efficax, ita
& Paulus ad hãc vbique solicitè prouocat. Corin
thiis enim scribẽs in principio dicit: Obsecro vos *1 Cor. 1.*
fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis chri- A smata, sitis autem perfecti in eodē sensu, & in eadem sententia. Ita & Ephesios orat vt sint soliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis, ad quod vt magis eos prouocet, subiicit: Vnū corpus, vnus spiritus, sicuti vocati estis in vna spe vocationis *Ephe. 4.* vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium.

CVM ESSEM CVM BIS, &c.] Post propositam patri pro suis petitionē, necessitatem nunc aperit suæ petitionis, idq; duplici causa declarat: primùm ob suū discessum, secundò propter odiū mundi. Ideo, inquit, nunc te necessariò oro vt eos qui sibi seruandis nō sufficiunt sua virtute, tu seruES tua virtute, quia quamdiu hactenus fui cū eis B secundùm præsentiam corporalem, ego per illam præsentiam seruaui eos: at nunc ad te venio, vnde illis posthac mea presētia destitutis, opus erit tua protectione atque custodia. Cæterùm, vt rectè admonuit diuus Augustinus, non est hic locus tam carnaliter accipiendus, velut vicissim suos seruauerint pater & filius, filius præsens Apostolis corporaliter eos seruauerit sine patre, eoque absente pater seruauerit sine filio. nec ad consolationē suorum discipulorum Dominus hęc humano more locutus est, vt qui per præsentiā Domini se hactenus seruatos experti fuerunt, ob illius abitum non fluctuarēt animo, nec desperarēt se seruādos etiā illo absente. Quòd enim ipse filius sine patre suos non seruauerat cū illis corporaliter presens C erat, sed eadem virtute seruauerat qua eos se absē te seruari postulat, significat apertè, cū sicut prius togauerat vt pater eos seruaret in noīe suo, ita in eodem nomine se nunc dicit eos hactenus seruasse. Quodque dispensatoriè tantùm & ad suorū consolationem hęc sic locutus sit, apertè testatur, cùm dicit: *hæc loquor in mūdo*: priusquam scilicet planè ab eis secundùm corpus ablatus sim, vt habeant gaudium meum impletū in semetipsis, hoc est, vt gaudium quod de me habēt, per meum abitū nō diminuatur in eis, sed impleatur, augeatur & perficiatur, dum audiūt me semper eorum gerere curam, & per me eos nō destituēdos tua custodia, dū destituētur mea præsentia. Aut vt gaudium meū, hoc est, gaudium tale quale ego habeo D in Patris erga me dilectione, & quale ex meo munere cœpit esse in ipsis, nō deficiat in ipsis, sed impleatur. Secundùm hanc enim expositionē ꝓpriè hic Christus dicit gaudiū meum, cùm alioqui impropria erit locutio. Illud tamē, *in nomine tuo*, cùm dicitur *ego seruabam eos in nomine tuo*, quod iam expositum est, sicut supra cùm dicitur; *serua eos in nomine tuo*; posset etiā accipi vt sit sensus: ego seruabā eos tua causa, quia scilicet eos mihi credidisti, & præcepisti eos seruari. Illo enim modo patrē illam se declarat intellexisse quidem, dum sic habet in Paraphrasibus: Studui illos seruare veluti E tuos & abs te mihi cōcreditos. Verū si istud significare voluisset Dñs, dicendum illi supetius videbatur: Pater serua eos in nomine meo, vt sicut ego hactenus seruaui tua causa tuoque intuitu, ita posthac eos mea seruet causa & propter me. Nisi etiam ibi; *Pater, serua eos in nomine tuo*; accipiamus illud, *in nomine tuo*, pro propter te, & tua causa, vt sit sensus: Sicut quamdiu fui cū eis, ego eos ꝓpter te seruaui, quia scilicet mihi eos cōmisisti seruandos: ita te oro pater vt deīceps eos serues propter teipsum, nimirū quia tui sunt, tibiq; in eis est beneplacitū ex gratuita tua electione. Inde enim videri potest ibi additum, *quos dedisti mihi*, veluti ratio ob quā suo nomine eos seruare meritò deberet: Secundùm hunc intellectū, hac parte *Cum essē cum eis ego seruabam eos in nomine tuo*; nō tantùm significatur necessitas petitæ iam à patre conseruationis suorum, sed etiam insinuatur ratio prouocatiua ad impetrandum quod perebatur. Si enim filius nomine patris datos sibi ab illo seruauit, cō uenebat vt & pater suo ipsius nomine eosdē deinceps seruaret. Huic intelligentię bene cōuenit qđ subiungit Dominus: *Quos dedisti mihi, ego custodiui.* Illa enim repetitione explicare videtur qđ dixit; *ego seruabam eos in nomine tuo*, nimirum quia ego ob id eos tam studiosè custodiui, eo ꝙ tu eos mihi dedisti, & intellexi tuos esse. mihique ad saluandum concreditos. Sua ergo obedientitia, suāque intuitu paternę voluntatis diligentia, veluti prouocat patrem ad petitam suorum conseruationem. Seruauit autē suos Dominus tanquā homo, cùm illis presens esset, partim doctrina sua & salutaribꝰ monitis, partim exēplo & cōuersatione vitę, suę atq; operatione miraculorū: partim etiā corporalibus officiis, prospiciens eis ne quid deesset, ne quid noceret. Cæterùm quoniā inter Apostolos vnus perierat Iudas, ne huiꝰ perditio sibi imputari posset, subiicit Dominus: *Et nemo ex illis periit, nisi filius perditionis*, hoc est, homo perditioni olim destinatus. Phrasis, est enim Hebraica, sicut filius mortis, filius gehennæ. Significat ergo non sua illum periisse culpa aut negligentia, cùm perditioni iam olim ob sua merita fuerit deputatus, nec vere fuisse de suorum & filiorum Dei numero q seruandi fuerant, cùm filiꝰ fuerit perditionis. Addit autem quod magis adhuc se à culpa liberat; *vt scriptura impleatur*; Danidis scilicet, qui frequenter eius prædicit perditionē, sed maximè Psal. 108. vt patet ex Pet ri explicatione Act. 1. Videtur autem coniunctio, *vt*, sicut & in aliis similibus locis, rursum accipi cōsequutiuè, & nō propriè finē designare. Nō enim ideo periit vt scriptura impleretur, sed quia perituras erat scriptura illud prædixit: quanquā finaliter accipi possit, si accipiamus designari illdem nō propter quē absolutè periit, sed ꝓpter quē prę dictā & præuisā eius perditionē Deus permiserit.

EGO DEDI EIS SERMONEM TVVM, &c.] Alteram nunc indicat causam, ob quam & necessaria eis erat custodia patris, & dignū atque iustum vt à patre seruarētur, nimirum quòd odio haberētur à mundo, idq; propter patrem, qa propter sermonem ipsius. *Ego*, inquit, *dedi eis sermonem tuum*, hoc est, doctrinam non meam, sed quam à te accepi, ego eis tradidi, & ob id mundus eos odio habuit, habebitq; semper: nam in præterito etiam futurū est intelligendum, quia ꝑ sermonem tuū quem eis tradidi, & ipsi receperunt, non sunt iam amplius de mundo, hoc est, nō sapiunt quæ mundi sunt, sed alio quàm mundani homines rapiuntur & aguntur spiritu, nec sunt amplius de numero mundanorum hominum, atque ob id mūdani homines tanquam sibi dissimiles & cōtrarios persequuntur & persequentur, sicut ego non sum de mundo & ob id mundi persecutiones patior. Necessarium est ergo simul & iustum, vt contra tam graue odium, quod tuo nomine patientur, tu eis adsis, seruans eos & protegens. Ne eā propterea ꝙ mundum dixit eos odisse, quódq; de mundo non sunt, videretur desiderare vt secū iā è mundo tollerentur, aut ne sibi hoc iam ob illas causas desiderandum putarent discipuli, sed significaret se illa dixisse tanquam ratione desideratæ à se cōseruationis illorum, subiecit: *Non rogo vt tollas eos de mundo*, quasi dicat: Non ob id dico quòd mundus eos odio habet, quódque de mundo non sunt, sicut nec ego, quòd cupiam vt eos modò mecum tollas secundùm corpus de mundo. Adhuc enim necesse est vt in mundo permaneant, tum vt aduersitatibus probētur, tum vt post me sermonem tuum à me illis traditum longè lateq; aliis prædicent. Sed id à te cupio, vt quoniam mundi odium perpeti necessariò debebunt, contra quod per se B fortes satis esse non poterunt, & quoniam in mundo eis viuendum erit in medio nationis prauæ & peruersæ, tu eos serues à malo, non vt nullum malum aut incommodum sentiant, sed vt ne per persecutiones & odia mundi abalienentur à tuo sermone, aut cōsortio prauorum cōtaminentur à nobis desciscentes. Id enim sine tuo præsidio vitare nō poterunt, tot insultibus impetiti, & nunc quidem persecutionibus mundi pressi. nūc voluptatibus mundi illecti. Additur autem apud Græcos dictioni πονηροῦ, id est, malo, articulus τῆ sicut & cū in oratione Dominica dicitur: Sed libera nos à malo. vnde quidam hic, sicut & ibi, intelligunt peculiariter designatum diabolū, vt precetur Christus C suos seruari à malo illo mundi principe satana, ne vel per persecutionum terriculamenta, vel per voluptatū illecebras in eius rursum veniant potestatem. Rursum autē repetit Dominus id quod mox semel dixit: *De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo*. Nec est inutilis hæc repetitio. Hac enim repetitione secundùm Euthymium firmare voluit discipulorum animos cōtra odium mundi, ne turbarentur si odio haberētur, scientes omnino contrariam esse virtuti malitiam, atq; huiusmodi laude ipsorum apud patrem, animos eorū erigebat. Magis tamē videtur istud Dominus repetiuisse, vt quemadmodū indicat Augustinus, commodè subinferret illud quod sequitur: *Sanctifica eos in veritate*. Quoniam enim non est satis à malo seruari, ni- D si quis etiam sanctus efficiatur, virtutibusq; ornetur: aut quoniam non potest quis seruari à malo & contagio huius seculi, nisi per diuinam veritatem sanctificetur, ideo postquam orauit vt à malo eos seruaret pater: subiecit orando vt eos per veritatem suā sanctificaret. Atq; vt id commodè subiiceret, præmittit: *De mundo non sunt sicut & ego non sum de mundo*. Itaq; sensus est: Non sunt de mūdo, sicut nec ego, proinde sicut ego tibi sanctus sum, quia de mundo non sum, ita & tu eos sanctos effecito tibiq; addictos, idq; per veritatem doctrinę tuæ Euangelicæ. Sic enim eos seruaueris à malo & cōtagio huius mundi, à quo præseruātur quotquot doctrina tua imbuti fuerint, & in sanctitate confirmati. Sicut enim suprà dixit, suos esse mun- E dos propter sermonem quē locutus erat illis: ita nūc dicit eos per sermonem illum, hoc est, doctrinam Euangelicam sanctificandos, hoc est, in sanctitate & puritate à cōtagio huius seculi perficiendos & confirmandos. Sic enim accipi debet quod *Apoc 22* precatur eos sanctificari, iuxta illud Apocal. Qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Nā alioqui iā sancti erant Apostoli in veritate, quia non erant de mundo, & mundi erant propter sermonē quē illis locutus fuerat. Quod autem per veritatem hoc loco doctrina Euāgelica, quę homines sanctificat, &

A sanctificando eos à malo seruat, sit intelligenda, manifestat Dominus cùm subiicit: *Sermo tuus veritas est*. Et bene quidem singulariter sermonem illum quē per se filium pater locutus est, veritatem addit, ad distinctionem ipsius & à doctrina atq; sapientia mundi, & à doctrina legis Mosaicæ. Mundi enim sapientia plurimum habet admixtum falsitatis: Mosaica lex rerum vmbris est inuoluta: At sermo Euangelicus pura veritas est, non habens fucos, nec vmbrarum typos. Duplicem autē subiicit Dominus causam, ob quā meritò pater petitā sanctificationem Apostolis præstare debeat. Alteram, B cùm dicit: *Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego eos misi in mundum*. Hoc est, sicut tu me misisti in mundum ad prædicandum veritatem tuam, ad arguendum mundum de suis sceleribus: ita & ego eadem de causa eos iam cœpi mittere in mundum: quoniam ergo in mundo & inter mundanos eis conuersandum erit, idq; ad prædicandum Euāgelij veritatē, opus illis est, vt per te sanctificentur in veritate tua, ne eorum pariter eorum consortio, inter quos eis erit viuendum, & immoti persistāt cōtra exorituras in illos à mundo persecutiones, atq; puræ syncereque veritatē tuam doceant. Non enim facilè potest veritatem tuam mundo purè prædicare, qui ipse mundanis fuerit affectibus obnoxius. Alteram causam reddit, cùm dicit: *Et pro eis ego sanctifico meipsum*, hoc est, meipsum iamiam offeram tibi in sanctam hostiam, vt & ipsi à contagio prophani mundi magis magisq; purgati sanctificentur amplius per veritatē tuam. Congruum est ergo vt oblationis meæ intuitu, eis quam peto veritatis sanctificationem præstes. Dicit autem Dominus se sanctificare seipsum, pro eo quod est immolare & offerre seipsum, quia cùm sanctum propriè dicatur quod Deo consecratum est & deputatum, atq; à prophano vsu separatum, in veteri lege sanctificari dicebantur animalia, cùm deputabantur in hostias Deo offerendas, aut cū Deo offerrētur.

NON PRO EIS AVTEM ROGO TANTVM, SED ET PRO EIS QVI CREDITVRI.] Postquam primùm pro se, deinde pro Apostolis qui in suum locum erāt post se successuri orauit, orat iam tertiò & pro reliquis fidelibus, hac orationis parte, non solùm magnam cōsolationis occasionem nobis relinquens, sed etiā ipsis Apostolis, dum significat eos multos habituros discipulos, nec sic mundū eos odio habiturum, quin ex mundo multi etiā eos sint sequuturi. Hac autem orationis suæ parte pro omnibꝰ orauit fidelibus, qui vsq; ad finem mūdi futuri sunt. Omnes enim hi, etsi non viderint nec audierint Apostolos docentes, tamen per verbum & doctrinā eorum hactenus crediderunt & credent, quam ab Apostolis primò post Christū acceptam, Ecclesia hactenus conseruauit, tradétq; posteris vsque ad finē secuC li. Quòd si de Paulo quis quærat sub qua orationis parte cōprehendatur, eo quòd se dicat non ab hominibus edoctum, sed per Iesum Christum: dici potest secundū Augustinū, etiā ipsum sub hac secunda orationis parte comprehensum, quia per illud idem verbū credidit, quod Apostoli prædicauerūt, etsi illud nō acceperit ab Apostolis, sed immediatè à Iesu Christo: quanquam & ad priorem orationis partem intelligi possit pertinere, vt qui Apostolis annumerari meruit, & electus sit non vt per alios crederet, sed vt per ipsum à Domino edoctum alij crederēt. Et quidē pro Apostolis primis

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidei prædicationib⁹ Dominus plura explicitè ora A
uit,quàm modò pro reliquis fidelibus,eo quòd& imprimis orandum sit, & plura precanda pro his quibus maiora negotia regni Dei committuntur. Nũc tamẽ pro reliquis fidelibus etiam idem illud orat quod priùs pro apostolis orauit:& omnibus est maximè necessariũ : Vt,inquit,omnes, scilicet & qui credituri sunt,& qui modò credunt, hi mei discipuli sint vnum.Et exẽplar huius vnitatis rursum repetens,magisq; explicãs de quali loquatur vnitate:*Sicut*,inquit, *tu pater in me & ego in te*, per omnimodam naturæ &voluntatis vnitatem,vt sic etiã ipsi sint inter se vnũ, sed in nobis. Hac enim B
adiectione non quamlibet se illis insinuat precari vnitatem,sed eam qua fideles consentiant inDeo, idem scilicet cum Deo & in Deo sentientes, & volentes. Augustinus tamen illud,*in nobis*, intelligit positum pro,per nos & per gratiã nostram. Ideo, inquit, addidit quod dixit,*in nobis*, vt quod vnum efficimur fidelissima charitate, gratiæ dei nouerimus tribuendum esse,nõ nobis.Cæterùm dubitari potest circa illud quod sequitur, *vt credat mundus quia tu me misisti*. Priùs enim mox dixit se non rogare pro mundo,nunc verò rogat pro illo. Ad quod respondit Augustinus,mundum hic nõ accipi sicut priùs.Superius enim mũdum dici ratione reproborum,hic verò ratione eorum qui ex infidelitate ad fidem erãt conuertendi.Ecce,inquit, qui C
2.Cor.11. dixerat:*non pro mundo rogo*,pro mundo rogat vt credat,quoniam est mundus de quo scriptum est:Ne cum hoc mundo damnemur.Pro isto mundo non rogat,neque enim ϕ sit prædestinatus ignorat.Et
1oan.5. est mundus de quo scriptum est : Non enim venit filius hominis vt iudicet mundum,sed vt saluetur mundus per ipsum.Pro isto mundo rogat dicens: *Vt credat mundus quia tu me misisti*.Hæc ille.Sed iam & alia oritur quæstio, quã mouet D. Augustinus. Orat enim Dominus vt omnes credituri vnũ sint ad hoc vt mundus credat.Cùm ergo mundus quẽ vult credere sit de numero crediturorũ quos vult esse vnũ , quomodo optat omnes crediturος vnũ esse,ad hoc vt mundus credat?Omnibus enim credituris vnum existentibus , non restabit vt mundus credat.Hanc difficultatem vt soluat D. Augustinus,putat hanc partem,*vt mundus credat*, non referendam ad id quod præcedit , *vt & ipsi in nobis vnum sint*,ita vt significetur mũdi fidem,finem esse vnitatis & perfectionis peritæ,sed nouam esse orationem,atq; repetendum semper verbum,*rogo* ad coniunctionem,*vt*,hic ter positam,hoc modo:Rogo vt omnes vnum sint, rogo te vt & ipsi vnum sint in nobis,rogo te vt mũdus credat; vt hac vltima parte significetur quomodo fieri possit vt quos dicit crediturος, vnum fiant , nempe per communem fidem. Verùm nõ est necesse huc confugere. Quanquam enim mundus credens sit de numero crediturorũ pro quibus Dominus orat vt sint vnũ: E
credituri tamen omnes non eodem simul tẽpore erãt crediturι,sed quibusdam credentibus,alij eorum fide & vnitate permoti, ex infidelitate ad fidem erant & erunt semper pertrahendi. Bene autem Dominus orat vt fideles sint vnum,ad hoc vt mundus credat,& agnoscat se à patre missum.Ex vnitate enim & concordia fidei & doctrinæ fidelium inter se, maximè euadit manifestum Christi doctrinam à Deo profectã, ipsumq; venisse à Deo missum magistrum.Videndum autem num mundus hic accipi possit etiã sicut priùs pro reprobis, vt intelligatur Dominus lo qui hic de fide nõ quæ per dilectionẽ operatur,sed quali credunt dæmones cõuicti veritate:quali & plerique credunt homines nomine tenus Christiani. Hi enim vnitate & concordia virorum fidelium eoguntur,& conuincuntur, vt vel inuiti credant & agnoscant Dominum à Deo profectum. Innotescit enim , teste Paulo , principibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiã multiformis sapientia Dei : quod de dæmonibus dictum intelligunt pleriq; ad Eph.3.

ET EGO CLARITATEM QVAM DEDISTI MIHI, DEDI EIS, VT SINT,&c.]D.Augustinus locum hũc intelligit de claritate &gloria immortalitatis vitæ æternæ,eámq; partem dedisse filio,& filium fidelibus,ratione prædestinationis, quomodo supra intellexit illud,clarifica me claritate quã habui priusquã mundus fieret.D.Chrysostomus,& qui eum sequuntur , Theophylactus & Euthymius,intelligunt de gloria signotũ & miraculorum.Cõuenientius tamen videtur intelligi de gloria filiationis diuinæ,& cõsortij,atq; participationis diuinę naturę,vt significet Dominus,se qui à patre acceperat vt filius Dei esset per naturã, dedisse etiã Apostolis vt & ipsi atque omnes fideles filij Dei dicerẽtur&essent per gratiã,quæ maxima est & fidelibus omnibus communis claritas & gloria. De hac filij claritate dixit Ioãnes suprà capite suo primo:Vidimus gloriã eius , gloriã quasi vnigeniti à patre.Eãdẽ claritatẽ pro capacitate ipsorũ datã à Christo fidelibus significat eodẽ loco dicẽs: Quotquot autẽ receperunt eum , dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. De hac claritate si locus hic accipiatur,optimè subiungitur, *vt sint vnum sicut & nos vnũ sumus*.Per hoc enim quòd per Christum fideles facti sunt filij Dei & diuinæ cõsortes naturæ, vnum facti sunt inDeo,sicut pater& filius in diuinitate vnum sunt per naturæ cõmunionẽ. Huic sensui cõuenit quod sequitur:*Ego in eis,& tu in me, vt sint consummati in vnũ*. Sic enim hac parte explicabitur iã dicta sententia, quod omnino hic videtur voluisse Dominus.Ego, inquit, in eis sum per gratiã meã & fidem eorum in me. Habitat enim secundùm Paulum Christus per fidem in cordib⁹ nostris,vnumq; cum fidelibus efficitur.Dicit ergo,ego in eis sum,sicut tu pater es in me per naturæ cõmunionem , ficq; dedi eis claritatẽ quam tu dedisti mihi,ad hoc vt sint cõsummati, in vnũ, hoc est,perfecti in vnitate & cõcordia , nõ solum in futura vita, quando perfectissima erit fidelium cõcordia,sed etiam in præsenti, pro modo & statu huius vitæ.Nõ enim solum loquitur Dominus de ea perfectione quæ erit post hanc vitam,sed etiam & maximè de ea quã fideles habẽt aut habere meritò deberẽt in hac vita, ita vt per omnia cõ- 1.Cor.1.
sentiant in his quæ sunt fidei & Dei.Ad hãc enim adhortatus Corinthios Paulus,dicens:Sitis perfecti in eodẽ sensu,& in eadẽ sententia.Rursum autẽ repetit Dominus fructum,qui ex vnitate fideliũ sit peruenturus ad mundũ,latius iã illum prosequẽs. Et,inquit,mundus videns meorum vnitatẽ stabilem & planè diuinã,agnoscat & ϕ tu me quem illi prædicabunt miseris , & quòd tu illos tali prosequaris dilectione quali me prosecutus es semper, eo quòd tuum spiritũ per illos potenter exerueris sicut per me,atq; variis modis declaraueris illos tibi vnicè charos esse,& tanquam filios dilectos.Frequenter autem Dominus cõparat vnitatẽ sui cum patre, & dilectionem patris erga se cum vnita

vnitate fidelium quã habent in Deo,& dilectione A
patris erga eos, quanquam huiusmodi similitudines valde sint inæqualas,vt mentes Apostolorum magis attolleret & cõsolaretur, dum audiunt sua diuinis componi,& assimilari.Quomodo enim nõ consolabitur fideles,quòd audiunt se in Deo vnũ esse,sicut vnum sunt pater & filius, seque deligi à patre sicut filius ille charissimus ab eo diligebatur,in quo sibi fuit vnicè complacitum?

PATER QVOS DEDISTI MIHI, VOLO VT VBI SVM EGO, ET ILLI.] Postquã precatus est suis Dominus id quod in præsenti eis B
erat necessariũ vita , precatur eis modò & gloriæ atq; fœlicitatis post hãc vitã cõsortiũ , magnã etiã hac ratione ipsis cõsolationem relinquens, quòd hinc intelligerent se nõ perpetuò ab ipso separandum, de cuius recessu nõ parum iã dolebant. Sicut enim superiori orationis parte dolorẽ de suo abitu mitigauit custodia patris quã significauit illis adfuturã:ita nunc eundem mitigat,significanseos aliquando sibi rursum cõiungendos,idq; non amplius in tentationibus ferendis,sed in gloriæ consortio.Docemur autem hac Christi oratione quæ quo ordine petẽdanobis sint,imprimis scilicet pro præsenti vita gratiam Dei qua seruemur à maloin periculoso hoc mũdo,& sanctificemur in veritate C
Psal.83. Dei,ac deinde pro futura vita gloriæ Christi consortium. Gratiam enim&gloriam dabit Dominus, inquit Psalmista. Cæterùm cùm dicit hic , *Quos dedisti mihi* , quanquã intelligi possit omnes his verbis complexus fideles,quia omnes ei dati erãt ab æterno per prædestinationem: peculiariter tamen de Apostolis,ad quorum consolationẽ hæc tum loquebatur,istud dixisse videtur sicuti priùs semper. D
De his enim & mox iam locutus est dicẽs : *Ego in eis*,&c.& mox in sequentibus, cùm dicit : *& hi cognouerunt te*. Hi dati erant Christo iam non solùm per prædestinationem,sed etiam per vocationem. Quòd dicit,*volo*,quanquam aliqui non malè intelligant designare Christi apud patrem autoritatẽ, simplicius tamen fuerit secũdùm phrasim Hebraicam,sicut sæpius,accipere positum pro cupio,desidero,opto.Cùm dicit;*vt vbi ego sum,& illi sint mecum*,cœlum designat, vbi non solùm breui futurus erat secundùm humanam naturam , sed iam verè etiam erat secundùm diuinam , vt non sit necesse verbum *sum*,accipere profuturo,ero.Sic enim modò dixit,*vbi ego sum*,sicut suprà dixit:Nemo ascẽdit in cœlum,nisi qui descendit de cœlo,filius hominis qui est in cœlo. Nec dicit:Vbicũque ego sum, sed *vbi ego sum*,nimirũ in cœlo , vbi peculiari quodãmodo Deus est tanquã in proprio suo loco,cùm sit alioqui vbiq;.Nisi enim huiusmodi restrictione indiffinitã hãc sententiã intelligamus,nec impleta erit hæc oratio in fidelib⁹,quia nõ sunt vbicũq; E
est Christus,cùm sit ille vbiq;:&implebitur etiam in infidelibus,quia illi sunt vbi est Christus,cùm ille vbiq; existens etiã sit in inferno.D.Augustinus subtiliter annotauit nõ simpliciter dictum esse:*Et illi sint vbi sum ego*, quòd hoc etiam impiis competat:sed,*illi sint mecum* , quod impiis non competit. Sicut,inquit,cæcus etiãsi ibi sit vbi lux est, nõ tamen ipse est cũ luce, sed absens est à præsente:ita infidelis atq; impius,atque etiamsi fidelis & pius, nõdum tamen ad intuendum lumen sapiẽtiæ idoneus,etiãsi esse nusquam possit vbi nõ sit & Christus, non est tamen ipse cum Christo dũtaxat per speciẽ.Quorsum autem velit eos esse secum,signi ficat cum adiungit:*Vt videant*,&c.quo significat se non in suum bonum optare secum illorum præsentiam,sed in ipsorum.Non dicit:vt habeant claritatem meam, quia ejus nõ possunt esse capaces. Loquitur enim nõ solum de claritate corporis in cœlum sublati , sed & de claritate & gloria diuinitatis,sed vt videant eam:quo significatur in cõtemplatione gloriæ Dei sitam hominum fœlicitatem:vnde dicit Psalmista:Satiabor cũ apparuerit gloria tua.De qua & Isa. 26.dicitur,quòd impius eam non videbit.In terra, inquit, sanctorum iniquè egit,& non videbit gloriam Domini.Non dicit;quã daturus es mihi,sed *quam dedisti mihi*, quia ipsi tanquam filio Dei gloria diuinitatis data fuit ab æterno gignẽdo, & tanquam filio hominis gloria immortalitatis data fuit in prædestinatione.Et ne iamdudum data putaretur, sed ab æterno data nosceretur,addidit; *quia dilexisti me ante constitutionem mundi*.In hac autem parte si dilectio referatur ad Christum hominem,coniunctio , *qui* , causam denotat eius quod dixit;*dedisti mihi claritatem*. Sicut enim dilectio & prædestinatio Dei æterna est causa gratiæ & gloriæ in nobis, sic etiã est causa claritatis humanitatis Christi. Si verò referatur, & quatenus refertur ad Christũ quatenus Deus est, quia nõ tã causam denotat quã signũ manifestantiũ. Nõ enim pater filio quatenus Deo dedit claritatẽ quia dilexit.Dedit enim gignẽdo,nõ gentur autẽ quia dilexit,sed dilexit, quia per omnia sibi genuit similẽ.Quòd tamẽ ei claritatẽ dederit,hinc licet intelligere,quia dilexit eum ante cõditũ mundũ,hoc est,ante omnia secula,& proinde ab æterno. Nã ita solet significare scriptura æternitatem.

PATER IVSTE, MVNDVS TE NON COGNOVIT, EGO AVTEM,&c.]Postquam suis fœlicitatem secum cõmunem precatus est,rationem subnectit ob quam cõueniat eam illis cõmunicari,non autem mũdo,ideoq; cùm priùs patrem sanctũ vocauerit quando suis sanctificationem petiit:nũc eum iustum appellat , quòd petat suis retributionem, quasi dicat : Iustum est pater cùm iustus sis,vt fœlicitatem quam mundus capere nõ potest. meis præstes:mundus enim te nõ agnoscit:nã verò te cognoscut,vti & ego te cognosco,à quo cùm debeant homines tui notitiã accipere(nemo enim nouit patrem nisi filius.& cui voluerit filius reuelare)ego eis nomen tuum notum iam feci ex parte.& amplius notũ faciam,mittendo eis spiritum sanctum,qui eos ducet in omnem veritatem,vt dilectio qua dilexisti me, sit in ipsis, hoc est , vt tali eos dilectione prosequaris , & te prosequi declares ipsis operibus, quali me dilexisti,& te diligere declarasti,& te eos diligente,atq; dilectionem in eos declarante, ego quoq; tecũ in ipsis semper perseuerẽ,auctiũsq; persistam , quia perfectiore nominis tui cognitione donati,& amplius tuam in se sentiant dilectionem,& me habeũt firmius in seipsis manentem,sibiq, cõiũctum. Theophylactus illud,*vt dilectio*,&c.sic intelligit;vt dilectio qua me dilexisti , sit in eis per cognitionem,hoc est,vt agnoscant quali quantaq; me dilexeris claritate,nempe quòd tanquam filium germanum & vnigenitum,& sic ego in eis sim per fidem maiorem,vtpote perfectius eis notus.Et hactenus quidem pro breui orationis Christi seruentissimæ explicatione hæc annotata sufficiant , in qua oratione quæ obseruari conueniat , ex superioribus satis intelligi potest.

Psal. 16.

TER

Universidad de Deusto
Biblioteca

TER ORANS DEPRECATVR MORTEM, ET CAPITVR.

Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. Ioan. 18. CAPVT CXXXVII.

HAEC cùm dixisset Iesus,[c] & hymno dicto†[m] egressus est cũ discipulis suis[d] trans torrentem Cedron,[e] & egressus ibat secundùm consuetudinem[l] in montem ▷ Oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli eius. [b] Et[a] tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur, Gethsemani,[d] vbi erat hortus, in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. [l] Et[c] cùm peruenisset ad locum†[l] dixit discipulis suis'.[e] Sedete hic donec[a] vadam illuc & [c] orem.[c] Orate, ne intretis in tẽtationẽ. [b] Et assumit Petrum, & Iacobũ,[c] & Ioãnẽ secũ,[a] assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cæpit contristari,[b] pauere[c] & ▷ mœstus esse'.[b] Et[a] tunc[c] ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem, sustinete hic & vigilate[a] mecum.[c] Et ipse aulsus est ab eis, & progressus pusillum[c] quantum iactus est lapidis, & positis genibus,[c] procidit[b] super terram[a] in faciem suam,[b] &†[l] orabat,[b] vt si fieri posset transiret ab eo hora,[c] & ▷[l] dixit:[b] Abba[l] pater[a] mi, si possibile est, trãseat à me calix iste:[b] omnia tibi possibilia sunt, si vis,[b] transfer calicem hunc à me:†[l] veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat'. Et[c] cùm surrexisset ab oratione, & ▷[l] venisset[l] ad discipulos suos,*[l] inuenit eos dormientes[c] prætristitia, & ait illis: Quid dormitis?[c] Et dicit Petro:[b] Simon, dormis?[a] Sic[c] non potuisti vna hora vigilare[a] mecum?[c] Surgite, & orate, & [l] orate, †vt non intretis in tentationem:[c] spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.[b] Et iterum secundò ▷[a] abiit, & [b] orauit eundem sermonem,[c] dicens:[a] Pater mi, si non potest hic calix trãsire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.[c] Et[b] reuersus[a] venit, & [c] iterum inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorũ grauati,[b] & ignorabant quid responderent ei.[a] Et relictis illis, iterũ abijt, & orauit tertiò, eundẽ sermonem dicẽs:[c] Apparuit autem illi angelus de cælo, confortans eum, & factus in agonia, prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã.[b] Et[a] tunc[c] venit[b] ad discipulos suos,[c] & †dicit illis: Dormite iam & requiescite,[b] sufficit,[a] ecce appropinquauit hora, & [b] ecce[c] filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce ▷ appropinquanit qui me tradet.[d] Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum, quia frequenter Iesus cõuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cùm accepisset cohortem, & à pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cũ laternis, & facibus, & armis.[b] Et[l] adhuc eo loquente, f ecce[c] Iudas[b] Iscarioteus vnus de duodecim venit, & cum eo[l] turba multa cum gladiis & †fustibus',[a] missi[a] à ▷ principibus sacerdotum',[b] & scribis, & ▷ senioribus[a] populi.[c] Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens: Quemcũque osculatus fuero, ipse est, tenete eum,[b] & ducite cautè.[c] Et qui vocabatur Iudas vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum.[c] Et[c] cùm venisset,[c] statim' accedens ad †Iesum dixit: Aue rabbi, & osculatus est eum.ſ ▷ Iesus autẽ dixit illi:[a] Amice, ad quid venisti?[a] Iuda, osculo filium hominis tradis?[d] Iesus itaque sciens omnia quæ vẽtura erant super se, processit, & dixit eis: Quẽ quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenũ. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eũ cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierũt retrorsum, & ceciderũt in terram. Iterũ ergo interrogauit eos: Quẽ quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respõdit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire, vt adimpleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quenquam.[b] At illi[a] tunc accesserunt, & [c] manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.[c] Videntes autẽ hi qui circa ipsum erant quod futurũ erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus in gladio?ſ Et[a] ecce vnus[b] quidam de circunstantibus ſ ex†his'[a] qui erant cum Iesu,[d] Simon* Petrus habẽs gladium,[c] extendens manum ▷[m] exemit gladium[a] suum',[d] & [c] percussit seruum principis sacerdotum,ſ & [a] percutiens seruum principis sacerdotum†[b] amputauit[b] illi[b] auriculam[b] eius[k] dexteram.[d] Erat autem nomen seruo Malchus.[e] Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsque huc. & quũ tetigisset auriculã eius, sanauit eum. ▷[b] Dixit[d] ergo[a] tunc[c] Iesus Petro: †Cõuerte gladium tuum[d] in locum suum[b] in vaginam.[a] Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.[d] Calicem quẽ dedit mihi pater, non bibã illum?[a] An putas, quia non possum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi modo plusquã duodecim legiones angelorum?[c] Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri?[b] Et[c] in illa hora[b] respondẽs[l] Iesus† dixit' turbis [&]' ad eos, qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus tẽpli, & seniores: †tanquam ad latronem existis cùm gladiis & ▷ fustibus[c] comprehendere me. Quotidiè[b] erã[c] apud vos, sedebam[c] in templo, docens, & [c] cùm quotidie vobiscũ fuerim in tẽplo, nõ extẽdistis manus in me[&] non me tenuistis,[c] sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarũ.[a] Hoc autẽ totũ factũ est[*c] vt adimplerentur scripturæ[a] Prophetarum.[c] Tunc discipuli[b] eius† omnes relicto eo fugerũt.[b] Adolescẽs autẽ quidã sequebatur eũ amictus sindone super nudo, & tenuerũt eũ. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis.

HÆC CVM DIXISSET[l] IESVS, ET HYMNO DICTO[m] EGRESSVS EST.] Cùm iã & fecisset & dixisset Dominus in vltima cœna, cũcta quæ ante passionem suã ipsum facere & dicere oportebat, tum se ad ipsam præparauit passionẽ. cũ ergo quæ præcedũt dixisset partim ad Apostolos: partim ad patrem pro Apostolis, egressum eũ dicit Ioãnes, nõ ꝙ mox illis dictis exierit, quia ex Matthæo & Marco patet ante egressum etiã dictũ hymnum quendam, hoc est, laudem quãdã & gratiarũ actionem, quẽ pro perceptis Dei muneribus ex more dicere solitus fuit Dominus cũ suis. Nõ enim per tristitiã aut mortis metum à solita celsauit Dominus gratiarum actione, docẽs nos suo exemplo

exemplo, & ante cibi perceptionem & post eam A Deo sua munera ferre accepta, nec aliquã ob causam ab eius laude etiam pro temporalibus bonis cessandum. Egressum autem omnes scribunt Euãgelistæ, è domo scilicet in qua cœnauerat, ac ciuitate Hierusalẽ: tres verò primi in genere locum exprimuerunt in quem egressus, montem scilicet Oliuarum, qui est, vt dicitur Act. 1. iuxta Hierusalem, sabbathi habens iter. Horum duo priores peculiarem huius montis (qui varia in se loca complectebatur) partem in quam Christus sit egressus designauerunt, dicentes eum venisse in villam, vt legimus in Matthæo, aut in prædiũ, vt legimus in Marco, (cùm Græcis tamen, vtrobique sit eadem dictio, nempe χωρίον, significans simpliciter locum vel agrum) cui nomen Gethsemani. De quo loco B sic Diuus Hieronymus libro de locis Hebraicis: Gethsemani, locus vbi Saluator ante passionẽ orauit. Est autem ad radices montis Oliueti, nunc Ecclesia desuper ædificata. Quam Ecclesiam Brocardus monachus non longè esse scribit ab alia quæ etiam in pede montis eiusdem extructa fuit, circum sepulcrum deiparæ virginis. Non longè, inquit, ab hoc loco ostenditur alia Ecclesia, vbi fuit hortus Gethsemani, quem Dominus oraturus ante passionem suam intrauit iuxta montem Oliueti, cuidam rupi concauæ adhærẽs, sub qua discipuli sedisse memorãtur, cùm ipse oraret ad patrem. Hæc ille. Est autem Gethsemani, si interpreteris, C idem quod vallis pinguis, siue vallis olei, quãuis pro hac significatione dici potius deberet Gesemani. Ge enim vallem, Seman pinguedinem & oleum significat. Cæterùm solus Lucas Dominũ dicit in hunc locum egressum secundum cõsuetudinem. Dixerat enim superius ipsum diebus præcedentibus quibus in Bethania & Hierusalem versabatur, interdiu docuisse in tẽplo, noctibus verò exiisse, & moratum in monte Oliueti. Itaq; sicut è Bethania post sumptam cœnã orationis causa ad hũc locum solitus fuerat exire: ita & nunc è Hierusalem à cœna, ad eundem secessit, consuetudinẽ orandi pristinam per tristitiã & mortis metum nõ iam prætermittens. Ioãnes autem locum quidem in quem Dominus exierat, quòd ab aliis satis essetexplicatus, nõ expressit, locum tamen quẽdam D medium, cuius cæteri non meminerunt, designat, dicens eum cum suis egressum trans torrentẽ Cedron, cuius loci verisimile est Ioannem fecisse hic mẽtionem ob mysterium aliquod, nẽpe quia iam instabat tempus vt torrentem diuersarum passionum tanquã aquarum multarum esset trãsitutus. Psal. 109. & 2. Reg. 15. & impleretur illud Psalmistæ: De torrẽte in via bibit; aut etiam vt significaret Christo quoq; accidisse quod Dauid, qui Christi in suis persecutionibus per omnia typum gessit, accidisse in scripturis legimus. De eo enim, cùm fugeret à facie Absaló filij sui, scriptum est, quòd egressus cum suis è Hie- E rusalem trãsgrediebatur torrẽtem Cedrõ: quemadmodum autẽ ille à proprio filio passus est persecutionem, ita Christus à proprio populo Iudæorum, atque à Iuda, quem instar filij semper fouerat & enutrierat. Cæterùm pro Cedrõ Græcis est κέδρων: & additur articulus τοῦ, qui indicat dictionem illã esse gentilium pluralem, nec esse nomen Hebraicum, sed Græcum, vertẽdum per genitiuũ cedrorum, vnde opinantur quidã hunc torrẽtem dictum esse Cedrorum, quòd hinc & hinc habeat multas cedros, quemadmodum dictus est mons Oliuarum ab olearũ multitudine. Esse tamẽ hanc dictionem non Græcam, sed Hebraicam, satis patet ex illis locis veteris testamẽti, in quibus huius torrẽtis fit mẽtio. Fit enim eius mentio loco prædicto, vbi Dauid fugisse Absalonem scribitur. Et rursum libro Reg. 3. cap. 15. cùm Asa Priapi simulacrum exusisse dicitur in torrente Cedron. Item libro Reg. 4. cap. 23. vbi Iosias rex prophanum lucum in domo Domini exusisse narratur in cõualle Cedron. Quibus locis aliisq; apud Hebræos est Kidron, proinde verisimile est, quẽadmodum nõ negat quidã, articulum τοῦ, apud Græcos additũ fuisse hoc loco à quibusdam Græcè scientibus, Hebraicè nesciẽtibus, quemadmodũ & apud Septuaginta interpretes in prædictis locis. Nam & in illis aliquãdo idem additur articulus. Significat autem hæc dictio Hebræis non cedros, quæ illis dicuntur Azazim, sed obscuritatem, quare mysterio passionis & rei de qua hic agitur bene conuenit. Estq; nomen hoc cõmune & torrenti & valli quæ erat inter Hierusalem & montem Oliuarum, per quam fluit torrens, vnde 4. Reg. 23. legitur de cõualle Cedron, cuius meminit etiam Iosephus lib. de bello Iudaico 6. c. 3. Præceptum, inquit erat sexto ab Hierosolymis stadio castra ponere, qua in parte mõs qui appellatur Elæon (id est Oliuarũ) cõtra ciuitatẽ ab oriente situs est, altaq; interiacẽte valle discernitur, cui nomẽ est Cedron. De torrente Cedrõ sic scribit Brocardus terræ sanctæ diligens inspector. Infra agrum Hekeldemah contra orientem fluit torrens Cedron, colligunturq; in ipsum omnes aquæ, quæ tẽpore pluuiarum in altiora quæq; loca circumadiacentia ab aere descendunt. Non lõgè à sepulcro virginis auditur strepitus eius sub terra ad locũ istum properãtis, augescit quoq; ex aquis quæ fluũt ex memoratis piscinis. Hæc ille. Sed ad rem. Non tantùm locum per quẽ Dominus transiuit, indicauit Ioannes, sed & loci in quem trãsiuit oraturus conditionẽ ab aliis tacitam. *Vbi*, inquit, *erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli eius.* Siquidem Brocardus testatur loca circa torrentem amœnissima fuisse, deliciis plena, viridariis & hortis cõsita, irrigãte ea torrente Cedrõ. In hũc ergo locũ relicto conuiuij loco ac ciuitate Hierusalem, egressus est Dominus, nõ vt lateret, & latẽdo declinaret mortem, (ne enim hac de causa egressus videri posset, abiit in locũ proditori bene cognitũ) sed orationis causa, ob quã sere solitus fuit loca ab omni tumultu libera deligere, idq; in nostrũ exemplum & eruditionẽ. Cùm autẽ frequẽtissimè nocturno tẽpore Dominus orationi vacaret, & maximè noctibus præcedẽtibus, nunc in vltima nocte qua se capiẽdum cognouit, voluit etiã sese precationi dedere, vt ex veluti homo cõtra ingruentẽ tempestatẽ munireturque, doceretq; nos ad orationis præsidiũ etsi semper, tamen tunc potissimũ, cõfugiendũ esse quoties malicuius metu detinemur, aut tempestatem aliquã imminere cognoscimus. Vnde Iacobus: Tristatur, Iacobi 5. inquit, aliquis in vobis? oret. Et Dauid: In tribulatio- Psal. 17. ne mea inuocaui Dominũ, & ad Deum meum clamaui. Quanquã autem orationis causa potissimũ Dominus secesserit, videri tamen potest etiã ob id exiisse, vt nõ inueniretur à Iuda in loco in quo cũ ipso cœnauerat, sicq; occasionẽ præberet desistendi à maligno proposito suo, docerétque suos, licere secessu persequentiũ declinare furorem & malitiam. Ne tamen, vt iam diximus, mortem fugere videri

Universidad de Deusto
Biblioteca

videri posset, locum secessus deligit Iudæ non incognitum, vnde adiecit Ioannes: *Sciebat autem & Iudas locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.* Et omnino conueniebat Christo pro salute hominum passuro vt non in loco conuiuij, sed in loco orationis caperetur, ne tanquam splendidus conuiuator, sed vt deuotus precator ab inimicis suis raperetur ad supplicium, & ipse locus innocentiam ipsius, atque illorum iniustitiã comprobaret. Conueniebat item vt in horto Gethsemani, hoc est, vallis pinguis, suam pro nobis auspicaretur passionem, quia in horto paradisi fœcundissimi & iucundissimi per Adam illum veterem nostræ cœpit causa perditionis.

[ET CVM PERVENISSET AD LOCVM, DIXIT DISCIPVLIS SVIS: SEDETE.] Oraturus Dominus non tãtùm deligit locum à ciuitatis tumultu semotũ, sed & à suis separatur discipulis, erudiẽs nos in orationibus maximè seriis omnimodã quærere solitudinẽ. Primũ ergo quia indiuisibiliter sibi adhærebãt, omnibus in genere discipulis iubet in loco quopiam sederent tanti sper dum ipse suã ab eis abstractus profunderet ad patrem orationem. Quibus omnibus an etiã iusserit vt oratione se munirent cõtra instantem tentationem, quemadmodũ certũ est ipsum monuisse tres illos quos ex Apostolis assumpserat, incertum est. Lucas enim in genere id scribit discipulis dictum, sed de tribus ex omni numero selectis nihil commemorat, vt intelligi possit illum scribere discipulis id dictum; quia tribus illis iam seorsum assumptis dictũ fuit. Verisimile tamẽ est etiã omnibus præceptũ fuisse vt vigilarent & orarent cõtra tentationẽ, quia omnibus imminebat, etsi id diligẽtius inculcatum sit selectis illis tribus. Monet ergo omnes vt se orãte, etiã ipsi orent pro seipsis, non quidẽ ne tententur, sed ne intrent in tentationẽ: hoc est, ne à supernentura tentatione superentur, eiusq; nexibus ligati teneantur: quod quia ab ipsis factũ non est, ad tempus tentatio eos vicit & irretitos detinuit. Notandũ autem quòd cùm hoc loco dicitur, *Orate ne intretis in tentationem*, non significatur quare sit orãdum, sed quid sit orãdum, hoc est, nõ significatur orãdum ideo, ne si non orẽt, fiat vt intrẽt in tentationẽ. sed hoc ipsum orãdum, ne intrent. Græcis enim est hic apud Lucam προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν, id est, rogate hoc ipsum ne veniatis in tentationem. Itaque verisimile est etiã sic accipiendũ postea cùm idẽ dicitur tribus. Quãquã sic etiã Græcis ibi dicatur, vt vterq; sensus admitti possit. Assumit autem ex omnibus, tres illos quos præ cæteris habebat magis familiares, eisq; suam tristitiã declarare voluit, vt quos fecerat in mõte suæ gloriæ spectatores & testes, nunc haberet etiã spectatores & testes imbecillitatis suæ humanæ, in qua hi ob cõspectam priùs gloriã, & plenioré de ipso cognitionẽ, minus offendi poterãt quàm cæteri. His ergo assumptis, cœpit cõtristari, pauere & mœstus esse. Non priùs cœpit cõtristari quã illos assumpsisset, vt intelligamus tum hoc in eo cœpisse cùm voluit, & nõ priùs quàm voluit, & proinde ipsum non, vt in nobis accidit, subitò & præter volũtatẽ hæc esse passum. D. Hieronymus ideo putat dictum, *cœpit contristari*, vt intelligamus tristitiam in Christo non fuisse passionem, sed tãtùm propassionem. Inter πάθος, autẽ & προπάθειαν, hoc est, inter passionem & propassionem hoc facit differentiæ, quòd passio sit affectio aliqua cã- sualis, cui volũtas iã assentitur: propassio verò, cui necdum voluntas assentitur quæ consummatam passionem præcedit. Itaque quoniam hæc tristitia Christi tantùm fuit in parte sensitiua, nec dominabatur spiritui, propassionem tantùm dicit fuisse ipso, atq; ob id dictum esse non cœpit contristatus sit, sed cœperit cõtristari. At simplicius est intelligere ideo dictum esse, *cœpit contristari*, quòd antè nõ ita cõtristaretur. De causa autẽ huius tristitiæ, pauoris atq; tædij in Christo hic dubitari & quæri potest. Variis enim de causis non videtur dici posse contristatus ob imminentẽ sibi iã mortem. Primũ enim talis tristitia videtur derogare diuinitati ipsius. Deinde non videtur cõuenire vt is qui tãtopere priùs mortẽ desiderauit, quiq; se in hoc venisse sciebat vt pateretur, & suos mortem contemnere toties docuerat, nunc ob instãtem mortẽ adeo timeat & contristetur. Maximè autem diminuere videtur eius charitatem, quã tamen certum est in eo fuisse maximam, cùm plerique martyrum per suã in Deum charitatem animis nõ solùm impauidis atq; intrepidis, sed etiã alacribus quasiq; gestientibus grauissimos corporis pertulerint cruciatus, vt patuit in Andrea, Laurẽtio, aliisq; quãplurimis. Certè D. Hilarius ob primã causam, nimirũ quia Arriani ex hoc loco impugnabãt Christi diuinitatem, causam tristitiæ ac metus Christi aliò referendã voluit quàm ad propriã ipsius mortem, noua ratione exponens ipsius precationem qua in sequentibus orat vt trãsiret ab eo calix. Et post hunc Diuus Hieronymus, & quidam etiam nostro seculo Hieronymum secuti, ob posteriores rationes iam dictas negant Christum ob instãtem suam mortem timuisse ac contristatum fuisse, sed ob alias causas non ad se, sed ad alios pertinentes. Itaq; D. Hilarius putat ipsum contristatũ propter scãdalum Apostolorum imminens, ideoq; notat dictum esse quòd assumptis quibusdã Apostolis tunc cœperit contristari, eo quòd non de ipso orta esset mœstitudo, sed de his quos assumpserat. Pro his ergo intelligit Dominum postea orasse dũ petit vt transiret ab eo calix, existimans ipsum his verbis postulasse vt calix quem iam desiderantem erat bibiturus, à se transiret etiam in Apostolos. hoc est, vt quemadmodum ab ipso biberetur, ita & ab illis biberetur sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. D. Hieronymus Hilarium secutus plures reddit tristitiæ Christi causas, dicens: Contristabatur autem nõ timore patiendi, qui ad hoc venerat vt pateretur, & Petrum timiditatis arguerat: sed propter infœlicissimum Iudam, & scandalũ omnium Apostolorum, & reiectionem populi Iudæorum, & euersionem miseræ Hierusalem. Iã precationem Christi noua item ratione, sed aliter quàm Hilarius exponit, intelligens ea Dominum precatum ne à Iudæis ea licem bibat. Postulat, inquit, non timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum. Vnde & signanter non dixit, transeat à me calix, sed calix iste, hoc est populi Iudæorum, qui excusationem ignorantiæ habere nõ potest si me occiderit, habẽs legem & Prophetas, qui me quotidie vaticinantur. Hæc ille. Similia habet & D. Ambrosius, post variã huius loci tractationem tandem sic subiiciens: Tristis videbatur & tristis erat, nõ pro sua passione, sed pro nostra disperatione. Tristis erat, quia nos paruulos relinquebat. Cæterùm quàm cõstanter se morti obtulerit, conse-

quentia declarant, quãdoquidem quærentibus occurrit, turbatos cõfirmauit, trepidos prouocauit, proditorem osculi dignatione suscepit. Nec illud distat à vero, si tristis erat pro persecutoribus suis, quos sciebat immanis sacrilegij pœnas daturos: Et ideo dixit: *Transfer hũc calicẽ a me.* Non quia Deus Dei filius mortem timebat, sed quia nec malos pro se perire volebat. Deniq; ait: *Pater ne statuas illis hoc peccatũ*, ne exitialis esset populo passio quę omnibus esset salutaris. Hæc ille. Verùm salua tantorum virorum authoritate, coactam esse istã præsentis loci tractationem, nimis apertè arguũt omnia verba quibus hic vsi sunt Euangelistæ, qui manifestè satis significant, Dominum pro infirmitate humanæ naturæ ab ipso susceptæ exhorruisse mortem, eámq; deprecatum, quod & ex Hieronymi consequitur verbis. Si enim fuerunt tristitiæ Christi causæ quas Hieronymus enarrat, non opus fuit tristitiam illam dicere fuisse non passionem, sed tãtùm propassionem, cùm nec passio fuerit, nec propassio, sed sancta piáque affectio ex syncera & summa charitate profecta. Deindecùm tractans D. Hieronymus precationem Christi, sic scribit: Attamen reuertens in semetipsum, qđ ex hominis persona trepidãter renuerat, ex Dei filiíque confirmat: *Verũtamẽ nõ sicut ego volo, sed sicut tu.* Nõ, inquit, hoc fiat quod humano affectu loquor, sed propter quod ad terras tua voluntate descendi. Hæc, inquam, scribens apertè confitetur Christum pet humanam infirmitatem mortem & horruisse & deprecatum, ita vt in suo Commentario varius sit, ea coniungens quæ sibi videntur contraria, quod ob id accidit & hic & alibi in cõmentariis Hieronymo, eo quòd illi in cõmentariis præcipuũ studium fuit per diuersos authores vagari, & quæ apud diuersos inuenit cõsarcire, variisque sententiis disserendis copiosam cogitãdi materiã lectori subministrare. Idem ĩ variis locis atque in præsẽti loco accidit D. Ambrosio. Nam & is ante ea verba quæ ex ipso superius sunt posita, clarissimè fatetur Christum iuxta humanam infirmitatẽ contristatum, notãs eos qui hinc offendiculum in Christo paterentur. Hærent, inquit, pleriq; hoc loco, qui tristitiam saluatoris ad argumẽtum inolitę potius à principio, quàm susceptæ ad temp⁹ infirmitatis inclinant, & naturalis sensũ cupiũt retorquere sententiæ. Ego autem excusandum non puto, sed etiam nusquam magis pietatem eius maie stãtémq; demiror. Minus enim cõtulerat mihi, nisi meum suscepisset affectũ, & cætera quæ sequuntur. Nihil ergo dubitãdũ quin causa tristitiæ Christi prima & principalis nũc fuerit mors imminẽs, quã humana infirmitate abhorruerit. Nec hoc diuinitati eius derogat magis quàm ipsa mors, & alię plerę q; infirmitates quas cum humana natura nostri causa in se susceperit: quales sũt esuries, sitis, & similes. Suscepit enim inse Domin⁹ omnes nostros defectus, qui in omnibus communiter inueniuntur ex peccato primi parentis, & non repugnant perfectioni scientiæ & gratiæ, quos vocat Damascenus naturales & indetractabiles. Naturales quidem, quia cõsequũtur communiter totam naturam humanam: indetractabiles autem, quia non adferunt secum sciẽtiæ & gratiæ imperfectionem. Quid autẽ magis est homini naturale quàm mortem iam præsentem & ob oculos positam reformidare? Cùm ergo mortis reformidatio sic humanæ cõditioni adhæreat, vt cum nulla culpa sit coniũcta, non est cur formidemus Christo eam ascribere, nõ solùm perfecto homini, verumetiam omnib. quoad potuit malis nobis adæquato. Debuit enim, inquit Paulus, per omnia fratribus assimilari, tentatus p omnia pro similitudine absque peccato. Nec derogat hæc reformidatio pfectioni charitatis, obedientiæ, atq; doctrinæ ipsius. Quod enim ad doctrinã ipsius attinet, cùm à suis mortis metum excludit, præcipiẽs eis vt nõ timeant eos qui possunt occidere corpus, nõ vetat omnino naturalem mortis reformidationem, sed talem quæ mẽs abducatur à recto, & ad ea pertrahatur quæ diuinę sint volũtati cõtraria. Itaq; cùm in sua precatione Dominus suæ renuncians voluntati, diutnam illi semper prętulerit voluntatẽ, nec obediens tiam illius metus iste mortis imminuit aut labefactauit, sed magis comprobauit, dum à tanto mortis metu detentus, tamen id prælegit quod patri gratius esset. Similiter & charitatis suæ erga nos magnitudinẽ hac ratione nobis maximè commendauit, tantùm abest vt met⁹ ille arguat charitatis imperfectionem & defectum. Dum enim tantopere mortem & crucem per naturale desiderium reformidauit, & tamen nihilominus lubens & vltro ne⁹ se morti crucis pro nobis subiecit, declarauit sanè se nostram salutẽ propriæ præposuisse, nósq; magis quàm seipsum dilexisse. Quòd autem summa Christi charitas nõ excluserit in ipso hanc reformidationem, ac pro ea promptissimam in corpore attulerit alacritatem, quemadmodum fecit in plerisque martyribus, ex eo prouenit, q⁹ in nobis alia vis animæ redundat in aliam, & vt quæq; est vehemẽtior, aut secus, ita aut obruit alias, aut cedit. In Christo verò nequãquã item: verum vna quæque vis, sine animi, siue corporis, nihil impediente vel diuersa, vel simili, suum naturale mun⁹ peragebat, vt neque gaudium vehementius leuioris gaudij sensum eriperet. neque dolor acrior leuioris doloris molestiam obtueret, neque summa voluptas summo dolori, neque dolor atrocissim⁹ voluptati summæ obsisteret. Alioqui em̃ gaudiũ illud qđ ex diuina fruitione pereepit maximum, omnem supplicij pœnã eripuisset. Itaque quoniã naturaliter caro mortem refugit, atq; supplicia, & Christus certissimò nouerat sibi iamiã imminere mortem, diraq; supplicia, quæ iam ita clarè cõtemplabatur, atq; quę maximè sunt præ oculis, caro eius pro sua cõditione & natura ob hæc formidare cœpit atque tristari. & quãtum ĩ se erat, eorum depulsionem quærere. Nec est quòd hic cõtentiosè quis disputet, vtrũ Christus necessariò his passionibus subiectus fuerit, an eas per dispensationem ad tempus assumpserit. Dicendũ enim quòd caro Christi & humana eius natura per se cõsiderata, necessariòillis subiecta fuerit sicuti & esuriei, frigori, ac morti: necessitas tamen hęc impediri potuit, ab ipso per virtutẽ diuinitatis suæ, atque ob id humana natura nõ patiebatur illa necessariò, nisi quatenus diuina voluntas pro suo beneplacito permittebat carni agere & pati quę erãt ei ꝓpria, & quia nõ nisi cùm voluit, & quamdiu voluit, huiusmodi caro patiebatur, ob id per dispẽsationem dicitur assumpsisse ad tempus. Vnde etiã itelligi potest quid respondendum sit ad argumentum quo quidã nituntur probare has passiones Christo nõ posse tribui, eo quòd illæ ĩ nobis sint morbi, perturbationes, & ad peccatum inclinationes. Ex prędictis enim patet huiusmodi passiones ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter fuisse in Christo quàm innobis,idq; triplici no A
mine.Primùm,quia huiusmodi passiones frequen
ter in nobis ferũtur ad illicita,ĩ Christo verò nun
quã.Nõ enim cùm ex metu mortis deprecaretur
mortem ad illicitum ferebatur,quia nõ deprecabatur eam absolutè,sed tãtùm quatenus suę natu
rę humanę malam,subiiciẽs etiam naturale suum
desiderium diuinæ voluntati.Secũdò,quia huiusmodi passiones in nobis frequenter præueniũt iu
diciũ rationis,sed in Christo omnes motus appe
titus sensitiui oriebantur secũdùm rationis dispositionẽ.Vnde Augustinus dicit lib.14.de ciuit.Dei
cap.9.quòd hos motus,certissimæ dispensationis
gratia,ita cùm voluit Christus suscepit animo hu
mano,sicut cùm voluit factus est homo. Tertiò, B
quia in nobis huiusmodi motus quãdoque nõ sistunt in appetitu sensitiuo sed ad se trahunt rationem,quod in Christo non accidit,quia motus naturales humanæ carni cõuenientes,sic ex eius dispositione in appetitu sensitiuo manebant, quòd
ratio ex hisnullo modo impediebatur in suo officio,quare illos in Christo D.Hieronym⁹ tantùm
vocat propassiones. Suscepit autem nũc Christus
has passiones ĩ se ob varias causas,cùm potuisset
variis modis illas à se depulisse. Primùm enim hac
ratione se nobis declarauit verum esse hominem.
Deinde,vt dictum est,eximiè & suã erga patrem
obediẽtiam,& suam erga nos charitatem compro
bauit,dum suscepit quod tantopere fugit natura.
Tertiò,hac ratione declarauit(quod & ipsũ ad o-
bedientiæ & charitatis eius facit cõmendationẽ) C
pœnarum & supplicij imminẽtis acerbitatem, ne
videri posset sine sensu doloris,vt pleriqne marty
res,omnia supplicia pertulisse. Præterea hac ratio
ne effectum est,vt ne mox in peccatum nobis de
putandum existimaremus,si in nobis mortis hor
rorem sentiremus,nec desperaremus,si nõ tanta
cum alacritare mortem exciperemus,cum quãta
illam adierunt martyres:simulq; disceremus quo
modo mortis timorẽ vincere possemus,nimirum
Hebr.2. per orationis præsidiũ. Postremùm, & ob id has
infirmitates nostras in se suscepit,vt min⁹ essent
in nobis,& liberaret eos q timore mortis per to
tam vitã obnoxij erãt seruituti. Hinc enim in mar
tyribus tanta fortitudo, qa in capite pro mẽbris
suscepta volũtariè tanta ifirmitas. Infirmatus,in-
quit Ambrosius,es Domine,sed propter peccata
nostra,nõ quia illa tibi infirmitas erat ex patre as
sumpta,sed pro me suscepta:qa mihi proderat,vt
eruditio pacis nostrę esset ĩte,& liuore tuo vulne
ra nostra sanares. Notandũ autẽ,quòd apud Mat-
thæum quidem legamus;*cœpit contristari & mœstus
esse*:apud Marcũ verò;*cœpit pauere & tædere*,tamen
pro mœstus esse,& pro tædere,Græcis est eadem
dictio ἀδημονεῖν quę nec propriè tædere,nec simpli
citer mœrere significat,sed grauiter ãgi,penéque
exanimari ac deficere præ mœrore, vt testantur
quidam. Pro pauere autem Græcis est ἐκλαμβάνεσθαι,
quod etiam non simpliciter pauere significat,sed
propriè est obstupescere, aut cum stupore quodã
pauere. Intelligimus ergo Christum ob instantem
mortem quæ ob oculos illius versabatur,& do-
luisse & reformidasse,nec simpliciter doluisse aut
reformidasse,sed grauiter, ita vt dolor ac metus
molestiam magnam ac stuporem adferret carni,
quod non tantùm externo corporis habitu, sed
& verbis Dominus expressit.dum dixit: *Tristis est
anima mea vsq; ad mortem*;hoc est,tanta tristitia &

dolor animam meam occupat,vt parum absit à
morte:dolorem patitur anima mea dolori mortis
simillimum,ac quasi in ipsa morte constituta sic
angitur. Ita enim Euthymius exponit illud, *vsque
ad mortem*,vt sit idem quod,sicut in morte. Diuus
Hilarius,& post eum D.Hieronymus,vndique ar
gumenta quærentes quibus ostendãt Dominum
non timuisse nec doluisse ob instãtem mortem,an
notant nõ esse dictum:Tristis est anima mea pro
pter mortem,sed *vsque ad mortem*; intelligentes
Dominum significare tristitiam suam duraturam
vsque ad mortẽ,donec scilicet per eam Apostolos suos liberet,& scandalum eorum cesset,dum
mox post mortẽ ex resurrectione eius potentiam
erãt agnituri. Est autem hic locus manifestè con-
tra hæreticos,negantes in Christo fuisse animam
humanam. Ipse enim manifestè hic,vt & alibi ali-
quando,animam se habere profitetur.

¿ET IPSE AVVLSVS EST AB EIS, ¿ET PROGRESSVS PAVLVLVM, &c.] Oratu-
ros non tãtùm se separauit à reliqs Apostolis,sed
& à tribus illis quos ex aliis assumpserat, vt eos
suæ angustiæ faceret conscios, docens omnibus
modis orationẽ secretam esse debere. Itaq; decla-
rata animi sui angustia,mox ad orationis cõfugit
præsidiũ;docens,in necessitatibus & angustiis a-
nimi nobis non ad mundi vanam consolationem,
sed ad Dei refugiendum opem. Notatu autem nõ
indignum,quòd Lucas dicat Dominum nõ recef-
fisse à suis,sed auulsum. Hoc enim significat ipsũ
egtè à suis recessisse,siue propter suum in illos a-
morem,qui facit vt cum difficultate amicus disce
dat ab amico,siue etiam ob animi mœrorem,per
quem naturaliter fit vt adhæream⁹ amicis,à quo-
rum consuetudine aliquid accipimus solatij. Hãc
tamen naturalem colligationem superans Domi
nus,& vim naturæ quodãmodo inferens,diuulsit
se à charissimis suis,quò ad patris festinaret certio
rem consolationem,docens qd & nobis in simili
sit necessitate faciendum. Quãquã & aliter intel-
ligi possit,& fortè simplicius & rectiꝰ,ipsum dici
auulsum à suis,propter mœroris magnitudinẽ ra
pientem ipsum ad aliquod refugium,nec sinentẽ
ipsum diutius adhærere suis. Solet enim mœroris
magnitudo hominẽ rapere ad secretũ,& diuellere
etiã à valde charis. Nõ enim dicitur Christus sese
diuulsisse ab eis,sed auulsus abeis,quasi vim ab ae
cidẽte aliquo passus. Auulsus est autem non lõgè,
sed pusillum,vt habẽt Mattheus & Marcus,quod
pusillum explicasse videtur Lucas,dicẽs: quãtum
iactus est lapidis. Non enim vel amor, vel potius
mœror patiebatur eum longè diuelli,quin mox se
se coram patre ĩ oratione profunderet:& omnino
ob id noluit lõgius discedere,quia suos voluit sal
tem à longè videre quid ageret,vt vel sic ad imita
tionem magis prouocarentur,& testes esset angu
stiæ eius. Digressus ergo à suis,primùm positis in
terrã genibus,vt habet Lucas:deinde etiã pronus
procidens super terrã in faciem suã,vt habent alij
duo,orabat,ipso sui corporis habitu declarãs ma-
ximã cordis sui contritionẽ & humiliationem,ac
nos docens,in oratione animũ profudè corã Deo
submittendũ:quod si fiat,etiã corporis conseque-
tur submissio maximè ĩ secretis orationibꝰ,& val
de seriis. Quo Christi facto & exẽplo vt argumen-
tur hi q oraturi ipso habitu corporis declarãt pa-
rum debitã mentis demissionem: ita cõfutantur
qui plane rident monasticas;vt vocant,inclinatio
nes,

nes,tanquam hypocriticas & vanas,cũ adhibean A
tur vt signa & excitamenta demissionis spiritus,
atq;ob debitum Deo corporis obsequium, cuius
vt est & anima & corp⁹,ita vtrũq;illi famulari &
reuerentiam exhibere decet. Orabat autem, inqt
Marcus,vt si fieri posset transiret ab eo hora,hoc
est,imminens passionis & mortis temp⁹,hoc est,
supplicium imminens. Synecdoche enim est, &
sub nomine tẽporis significatur id quodĩ tẽpore
erat euenturum,vt diximus in cap. Cõcordiæ III.
circa illud Ioãnis:Pater,sãctifica me ex hac hora.
Vnde Marcus cum aliis Christũ in oratione sua
dicit deprecatum calicem,nomine calicis passio-
nem suã significãs,sicut & suprà cum filiis Zebe-
Matt. 20. dei dixit:Potestis bibere calicem quẽ ego bibitu-
rus sum? Circa quæ verba diximus rationem hu- B
ius metaphorę in scripturis. Dicit autẽ Marcus eũ
dixisse:Abba pater;quod est vnius & eiusdem du
plicatio nõ inutilis,sed emphasis aut etiam expli
cationis causa facta. Abba enim Hebraica aut po-
tius Chaldaica dictio(nã Hebræi dicunt Ab)idem
significat quod Græcis dictio πατήρ,à quib⁹ Latini habent vocem,Pater. Ita hæc duo nomina &
Paulus cõiunxit ad Rom.8. & Galat.4. Cæterùm
hæc oratio Christi fuit tãquã veri hominis & na-
turaliter abhorrẽtis mortem,profectanon ab ipso
spiritu,sed à desiderio carnis & partis infetioris:
quo quidem desiderio caro in Christo nõ pugna-
bat cum spiritu & Dei volũtate. Primùm,quia nõ
absolutè illud quod naturaliter desiderabat,postu
lauit,sed si fieri posset,& si Deus pater vellet. Se- C
cundò,quia etiam caro in Christo diuinam volũ-
tatem suo præposuit desiderio,illam præ hoc fieri
precans,cùm diceret;*veruntamen nõ mea voluntas,
sed tua fiat*. Non enim,vt quidam putant, hęc ver-
ba sunt Christi iam secundùm rectæ rationis di-
ctamen loquentis, cùm priora fuerint eius iuxta
carnis infirmitatẽ togãtis,quia Christus secũdùm
spiritũ & rationem nõ habuit voluntatem diuer-
sam à Dei voluntate,vt quatenus talis dicere po-
tuerit;nõ mea voluntas sed tua fiat;sed iuxta eat
nẽ desideriũ quoddã habuit diuersum à Dei volũ
tate. Quatenus ergo infirma carne circundatus di
xit; *non mea voluntas*,hoc est,nõ meum desiderium
(voluntas enim hic pro desiderio ponitur)*fiat: sed* D
tua. Adeo in Christo etiam inferior pars subdita
fuit spiritui & diuinæ voluntati. Hęc ergo Christi
oratio quatenus deprecatur mortẽ,magis fuit de
claratio desideriinaturalis,quàm absoluta oratio,
nec ob eã dici potest Christum nõ semper exaudi
tum fuisse in suis orationibus,contrà quàm dixit
Ioan 11. in resuscitatione Lazari;ego sciebam qa semper
me audis. Nõ enim absolutè mortẽ deprecat⁹ est,
sed absolutè precatus est vt Dei fieret voluntas:
quod cùm factum sit,etiamin hac oratione exau-
ditus est. Quod vt & in nobis vsuueniat,iuxta hoc E
Christi exemplum temporalia bona vel mala no
bis precanda vel deprecanda nõ sunt nisi quate-
nus congruit diuinę voluntati & ordinationi,quã
præ nostro desiderio etiã semper petere debemus
fieri,iuxta quod in oratione Dominica dicimus:
Fiat voluntas tua. Notandum & illud in Christi ora
tione maximè,vt à Marco describitur,ipsam inci
pi nõ solùm à blanda Dei inuocatione,cùm dicit:
Abba pater,& *pater mi*; quæ inuocatio pium inuo-
cantis signat affectum:sed etiã à laude Dei eiusq;
commendatione, cùm dicit: *Omnia tibi possibilia
sunt*. Hoc enim docemur, vt oraturi non statim
id proponamus quod petendum est,sed cùm pij af
fectus declaratione auspicemur à diuina laude,&
commendatione potentiæ & bonitatis ipsius.

ET CVM SVRREXISSET AB ORATIONE,ET VENISSET AD DISCIPVLOS.] Quanquam Dominus in magna esset animi angu
stia propter imminentia sibi mala,nõ tamen ne-
glexit suorum agere curam,sed surgens ab oratio
ne,eos inuisit,vt videret quomodo se gererent,&
an sese,iuxta quod ipsis iniunctum erat,vigilia &
oratione munirent contra periculum quod ipsos
manere sciebat,suo facto docens pastores,nõ sic
mœrori & orationi vacandũ ipsis,vt suorum curã
deponant,sed vicissim nunc orandum,nunc oues
inuisendas. Vt autem hac in parte suam pro Apo
stolis solicitudinem declarauit,ita similiter suã er
ga illos ineffabilem mãsuetudinem,cùm inueniẽs
eos dormientes,& planè cõtrariũ quàm iussi erãt
facientes,nõ est tamen seuerè insectatus eos,nec
acerbo animo exprobrauit eis aut suum pro ipsis
laborem,aut ipsorum magnificas promissiones,
sed mansuetè eos compellauit,tacitè tantũ notãs
eorũ in promittendo infidelitatẽ,& adhortãs mo
destè ad id quod saluti ipsorum conueniebat. Præ
cæteris autem peculiariter Petrum alloquitur,vt
qui præ cæteris maiora & ardẽtius pollicitus erat,
& cui magis vigilandum erat tãquam cæterorum
capiti & antesignano. Huic ergo dixit,secundùm
Marcum,*Simõ,dormis?* Ita nõ potuisti,vna hora vi-
gilare mecũ,quia quanquam ad omnes
loqueretur, oculos tamen in Petrum magis dire-
xit: aut quanquam ad solum Petrum hęc diceret,
tamen omnes itẽ notare voluit, vt q post Petrum
eadem polliciti fuerãt. Euthymius tamẽ vthabeat
aliquid quod soli Petro dictũ sit apud Matthæum,
aduerbium sic,seorsum p interrogationem legit
à sequẽtibus separatum,vt sit sensus:Sic te modò
exhibes petre?ticcine te promisisti facturũ? Dein-
de ad omnes dictum sequatur:*Nõ potuistis vna ho-
ra vigilare mecũ? Potuistis* enim in Matthæo legen-
dum esse,& non *potuisti*,Græca docent & Latina
exemplaria correctiora. Reprehensa autem eorũ
somnolentia,eos rursum ad vigiliã & orationem
prouocat,nõ sui,sed ipsorummet causa,*vt* (inquit)
non intretis in tentationem. Et addidit causam ob quã
id facere metitò debeãt,nec sibiipsis nimium cõ-
fidere,sed metuere,*quia*(inquit)*spiritus quidẽ prom
ptus est,caro autem infirma*. Quasi dicat:Et ideo ne p
carnis infirmitatem superetur promptitudo spiri-
tus à tentatione superuentura, orandum vobis
est,nec ob promptitudinem spiritus nimis vobis
cõfidendum. Hac autem sententia vt causam red
dit exactæ vigilantiæ & orationis,ita simul miti-
gat reprehensionem somnolentiæ ipsorum,signi-
ficans se illos venia dignari,quòd nõ propter con
temptum obdormierint,sed propter infirmitatẽ,
vt intelligit Theophylactus super Matthæum. Est
ergo sensus:In vobis & pleriqs hominibus spiri-
tus quidem promptus est siue ad ferendas tẽtatio
nes,siue ad prestandũ quæ iussa sunt,caro autẽ ad
vtrũq;est infirma. Et quidem sciebat Dominus se
inuenturum suos dormientes,nec quicquam nũc
profuturam eis suam frequentem monitionẽ,eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen ob id non prætermisit inuisere & admone re,vt intelligerēt,propriā infirmitatem & temeraA riam in pollicēdo audaciam,aliorumq; postea discerēt ferre infirmitates,atq; in ipsis posteri discerent non temerè de se magna polliceri. Cæterùm quod ad Concordiæ rationem attinet,notandum quod Lucas, qui non meminit,vt alij duo, trinæ orationis Christi,postquam dixisset Dominum in sua oratione ab angelo cōfortatum,sanguinémq; sudasse,tū subiicit ipsum ad suos reuersum ad vigiliā & orationem illos excitasse. At id Matthæus & Marcus testātur factum post primam orationē cùm post secundam significēt ipsum reuersum fuisse:post tertiam autem etiā somnū & quietem illis ad temp' permisisse. In prima autem Christi B oratione,communiter creditur nō accidisse quod Lucas scribit de angeli cōfortatione & sāguineo sudore.sed poti' in nouissima,quòd nō videatur conueniens vt post angeli cōfortationem Dominus semel & iterum eādem carnis passus sit infirmitatem.Itaq; coacti sumus in Concordia ordinē scriptorum à Luca mutare,id quod post orationē accidisse commemorat,collocantes cum aliorum narratione post primam Christi orationem: quæ verò in Christi oratione cōtigisse scribit,in commemoratione tertiæ orationis ponentes.

ET ITERVM SECVNDO ABIIT, ET ORAVIT EVNDEM SERMONEM, DICENS,&c.] Nō semel tantùm sed frequenter Dominus vnū idemq; repetit.carnis suæ infirmitatē, & maximum mortis quod ad carnem attinet horC rorem,hac ratione efficacius astruens,& perseuerantiam i oratione suo nos exemplo docens. Terorat,nam hic numerus ob sui perfectionē absolutæ perseuerātiq; cōuenit orationi.vnde & Paulus ter se Dominum rogasse scribit pro amouēdo carnis stimulo. Cùm ergo sic assiduus & perseuerās esset in oratione,etsi non impetrabat mali imminentis translationem,non tamen caruit hæc eius oratio suo fructu,sed cōsecuta est diuinam consolationem. Vt enim olim in deserto diabolus in assumpta aliqua specie humana ei apparuit tentās eū:ita & nūc angelus de cœlo,in assumpta specie apparuit ei confortans eū. Tali enim consolatione D & confortatione nunc indigebat humana eius natura sibi relicta,& nō ab omni humano solatio solùm,sed & diuino,quod intrinsecus ab vnione diuinitatis prouenire poterat destituta. Cōfortabat autē angelus ea verisimiliter ratione,quòd suggereret,quomodo patris cœlestis nomen per eius morte esset illustrandū,quantusq; fructus hinc & ipsi Christo,& toti humano generi,ipsisq; etiā angelis prouenturus esset. Hæc autem angeli apparitio & cōfortatio,si in tertia demum facta est oratione,fructum demonstrat perseuerātis orationis. Credi tamē potest in singulis tribus facta orationibus.vt simpliciter hinc intelligamus orationis E fructum significatum,nimirum quòd etiamsi nō semper impetremus quæ precantes petim',cōsequi nos tamen semper à Deo ad ferenda mala cōsolationem & fortitudinem. Lucas enim trinam Christi orationem quasi vnā,eo q; idē semper petebatur,complexus est,vnde dicit eum factum in agonia.prolixius orasse. Prolixius enim orasse dicēs,tres illas orandi vices quas figillatim alij duo Euangelistæ prosecuti sunt simul complexus est: sicut & dicens eū factū in agonia,vno verbo complex' est eas tres passiones quas alij duo distinctè Christo tribuetūt,mœrorem scilicet,pauorem & angorem. Sūt qui quoniam Græca dictio,agonia, deducitur à vocabulo,ἀγὼν quod certamen significat & luctam,intelligunt Christum ob id dici fuisse in agonia, quòd in ipso fuerit vehemens quædam lucta & reluctētia carnis & spiritus,carne scilicet morte recusante, spiritu verò eam summopere desiderante. At huiusmodi carnis & spiritus pugnam,qualis in nobis nō est sine peccato, non crediderim fuisse in Christo,vel ob id quòd etiam caro,vt suprà dictum est,fuerit i Christo subiecta spiritui & diuinæ voluntati,ita vt diceret:*non mea voluntas,sed tua fiat*.. Proinde simpliciter potius accipiendum est secundùm propriam vocabuli,agonia,significationem,ideo Christum diei factū in agonia,quòd angore corrept' fuerit, vt bene alij verterunt. Angorem enim & anxietatem animi dictio,*agonia*,significat. Quòd ergo Lucas dicit Dominū factū in agonia,prolixius orasse,Matthæus & Marcus sua narratione expressius extulerunt. Prolixius enim orasse docent,quia ter eum orasse testantur:factum in agonia docent,quia scribunt eum cœpisse contristari, mœstum esse, pauere & tædere,tristémq; fuisse animam eius vsq; ad mortē. Bene autē notādum quod dicit Lucas,*& factus in agonia,prolixius orabat*. Significat enim ideo Christum prolixè orasse.quòd angore magno correptus esset,vt hinc discamus,cùm anxietate aliqua premimur,eo magis ad orationis confugere præsidia. Quanquam autem ea ratione conuenienter quidam verterint:*Et angore correptus*;quòd p hanc versionem excludatur quorundam falsa intelligentia:tamen alia ratione rectius versum est à nostro interprete,*& factus in agonia*;si modò dictio, *agonia*,rectè accipiatur,quòd hæc versio magis cōueniat Christo,qui nō nisi cùm voluit passionem angoris & mœroris in se habuit,cū correptū esse angore,magis sonet violentiam extrinsecus aduenientem. Cæterùm cùm Matthæus & Marcus magnitudinem angoris Christi ipsius verbis testati sint,eo quòd dixerit tristem animā suā esse vsq; ad mortem,Lucas eandem alia ratione etiam magis indicauit,cùm subiicit sudorem eius factum sicut guttas sanguinis decurrentis in terrā. Id enim præ angoris accidit magnitudine,qui sudorē solet exprimere,vt in morientibus patet. Non est autem hęc Lucę sententia sic accipienda,quasi dicerevoluerit Dominum emisisse sudorem similem guttis sanguinis,vt ipse tamen sanguis non fuerit. Ad quid nanq; sanguinis potius quàm aliarū rerum liquidarū guttas meminisset? Cur iteru sanguinis meminisset in terram decurrentis.nisi significare voluisset,sudorē decurrisse sāguineis guttis, idq; adeo copiosè,vt in terram ab ipso defluerēt, cùm positis genibus patrē supplex oraret? Vocula siquidem,ὡσεὶ. hoc est,quasi,vel sicut,nō tantùm similitudinem significat,sed etiam veri speciem vt Ioan. 1. Vidimus gloriam ei' quasi vnigeniti à patre. Et quanquam non sine stupendo quodā miraculo acciderit vt in Christo sanguineus sudor eflueret,in documentum ingētis cruciatus, atq; in mysteriū, tamē quo magis id credibile fiat & intelligatur,sciēdū sic esse humani corporis naturā, vt sudoris vice sanguinē tenuem emittere possit: Id eīm medici scribut accidere ictis à serpente,cui à fluxu sanguinis Hæmorrhoos nomē est. Vnde & opinantur quidam hunc quem sudauit Christus, tenuiorem reliquo sanguine fuisse,& naturaliter ipsum

ipsū effluxisse. Sic enim de eo scribit Caietanus: A Quamuis naturaliter accidere possit sudor sanguineus,& Aristoteles fateatur id accidisse, quia tamen indigesti sanguinis,& minus bonæ cōplexionis hoc accidens secundùm naturam est apud eūdem, Iesus optimæ complexionis sanguineū sudorem emisit,sicut natura in parte generatiua deficiēte semine ministrat sanguinē. Simili nanq; modo deficiēte aquositate sāguinis,quæ est materia sudoris,nōnihil quoq; sanguinis emisit. Erat enim corpus Iesu exhaustum,& magnitudo passionum pellens violentē sudorē,pepulit simul aliquid sanguinis,deficiente sudoris materia. Hæc ille. Notādum tamen,quòd Græcis dictio,βρόμβοι, quę non propriè significat tenues guttas,sed quasi grumos & crassiores,guttas,vnde dicitur de concreti sanB guinis partibus. Ideóq; quia incredibile videtur Christū sudando crassas sāguinis guttas & quasi grumos emisisse, Euthymius & Theopylactus intelligūt dictionē,sicut,hic tantū designare similitudinē, aut hyperbolicē Christi sudorē guttis sanguineis comparatū. Sic enim Euthymius: Fa&us est sudor eius sicut βρόμβοι, (interpres vertit, grumi) sanguinis decurrentes in terrā. Grumi sanguinis,hoc est,crassissimæ sanguinis guttæ,significās nō quòd sanguinē sudauerit,sed quòd crassos deduxerit sudores. Theophylactus autē,vt nobis quidem versus est ab Oecolampadio,vix intelligi potest quid senserit. Sic enim legimus: Quòd ab C humana natura fuerit orare,quæ iuxta permissionem patiebatur communem affectionē,qua amamus vitam,& non à diuinitate,sicut dicūt maledi &i Arriani,manifestum est ex hoc q; sudauit, idque eum tāta anxietate,vt planè hæc fuerit & parœmia,eò quòd sanguinei riui ex eo ceciderint. Parœmia enim est in his qui valde laborant,ita vt sanguinē sudent,sicut & in his qui amarè flent,dicimus quòd sanguinem fleant. Hoc igitur volens manifestare Euangelista,quòd non tenuibus qui busdam in locis,& ostentationis gratia apparētibus,sed fluentē fortiter sudorem stillauerit,& collegerit secum riuos sanguinis,&c. Clarius Theo- D phylacti sententia citatur à D. Thoma in Catena. Post enim positam eam sentētiam,qua hic intelligitur communiter significari Christū verè sudasse sanguinem,sic ibi subiicitur ex nomine Theophylacti: Vel hoc prouerbialiter dicitur de eo qui vehemēter sudauit,quòd sudauit sanguinem. Volens igitur Euāgelista innuere,quòd grossis sudorū guttis madebat,sumit guttas sanguinis ad exēplum. Hæc ibi. Igitur hi autores non intelligunt Christum verè sanguinē sudasse,sed secūdùm Euthymium nuda est cōparatio,secūdùm Theophylactum prouerbialis hyperbole. Verùm ob priùs dictas rationes magis est verisimile iuxta receptā E sententiam,Lucam significare voluisse Christum verè sanguineas guttas pro sudore emisisse. Itaq; cùm Græca dictio nō patiatur vt tenues tantùm sanguinis guttas desudatas intelligamus,nō naturali omnino causæ,sed miraculo potī' tribuendū videtur,quod hic de Christi sudore refert Lucas. Dispensatione autem quadā id accidit,vt grossas etiā sāguinis guttas desudarit Dominus,primùm vt hinc discerемus anxietatis ei' magnitudinem, quod multis nobis nominibus vtile est cognoscere,& potissimum ad intelligendū eximiam eius in nos charitatem,qua tātùm in se angorē dignatus est nostri causā perpeti,quaq; mortē tātopere naturæ suæ cōtrariam propter nos in se susceпit. Et sanè si hunc Christi angorem & sudorē bene perpenderimus,est cur non minus hic Christi cōplectatur charitatē quàm in ipsa quā pro nobis pertulit morte,quia angor qui corripere solet cōtuētes animo mortē imminentem,solet esse grauior ipsa morte. Illum autem i Christo fuisse omnium maximum,res ipsa declarauit. Nec mirari qs debet maiorem i Christo fuisse angorem quàm ferè in aliis esse solet. Clarissime enim iam velut ob oculos conspexit imminētis mortis & singulorū cruciatuum atrocitatem,certóq; cognouit se nulla ratione ea mala effugere posse,cùm cæteri homines nō ita clarè præcognoscere possint futurorum malorū acerbitatē,sperēntq; semper aut effugiū,aut mitiora fore mala quā animus suggurat. Vt ergo clarius intelligamus causam tam noui & admiradi angoris Christi,operæpretium fuerit hic ostēdere dolorem passionis eius,quę prequisita huius angoris fuit causa omnium maximum extitisse,ita vt Christi personæ bene accōmodari possit illud Threnorū: Attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Id autem verū esse ex quatuor intelligi potest. primò quidē ex passionis quæ doloris causa est,generalitate. Passus est enim ab omni hominū genere,à gentib' & Iudæis,à masculis & fœminis,à principibus & popularibus,à familiaribus & notis. Passus est item i omnibus in quibus C potest homo pati,in amicis ipsum deserētibus,in fama blasphemiis læsa & cōtumeliis,in anima tristitia & tædio vsque ad mortem affecta,in corpore vulneribus & flagellis subdito,in externis rebus,quia vestibus spoliatus. Passus itidē in omnibus corporis membris,omnibusq; externis sensibus,vt de eo rectè dicatur: A planta pedis vsq; ad verticē capitis nō fuit i eo sanitas. Secūdò,ex ipso passionis genere & qualitate,quia mors confixorum in cruce est acerbissima.eo quòd cōfigantur in locis neruosis,& maximè sensibilibus: vt sunt Thren 1. man' & pedes.ipsumq; pōdus pēdentis corporis continuæ auget dolorem,qui non,vt in plerisque mortis generibus,breuis est,sed multo durat tempore. Tertiò,magnitudo doloris Christi potest in telligi ex nobilitate cōplexionis corporis Christi & viuacitate animæ ipsius. Quo enim corpus aliquod nobiliotis & teneriotis fuerit cōstitutionis, hoc magis sentit quę ipsi sunt mala:& quo anima in suis virib' & sensibus fuerit acrior & viuacior, eo magis apprehēdit tristitiæ causas. Christi autē Isaiæ 1. corpus optimæ fuisse cōstitutionis nemo dubitauerit facilè,cùm illud operatione Spiritus sancti sciamus formatū ex purissi motenerę virginis corpore:sic nec animā ei' quisquā dubitauerit fuisse nobilissimam,ac proinde secūdùm omnes suas vires sensus acerrimā:quare si paribus numeris illius cruciatus alij cuipiā mortalū fuissent inflicti, multo min' doloris fuerāt allaturi. Quartò, idem intelligi potest ex doloris puritate. In aliis enim variis modis iter patiēdū dolor mitigatur,& perceptibilitas tollitur per aliquā redūdantiā aliquarum virtū ad alias,nimirum aut per internum de aliqua re gaudiū,aut per charitatē quę stultis etiā amantibus molestiā adimit,aut per inuictū animi robur,quo etiam Ethnici ita sunt fortes,vt minus torqueatur premētibus malis,aut per cōmunē illā & naturalē,quā vocant,redundantiam,qua voluptati dolor cedit,dolor obruit dolorē: & vt non sentiat trioboli iacturā qui decem talenta lucrife

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit,vt q;non sentiat a ciculæ punctionē,cui eodem momento brachium fuste frangatur. Iā & illud nobis indulsit natura,vt ī prēgrādi malo fere sensum nostri,nobis eripiat,vt in naufragio,in ruina, in morbis immanibus. At nihil horum passus est Dñs sibi lenire sensum suorum malorum, sed ei? anima ad omnium dolorum sensum integra vigebat vsq;ad emigrationis momētū. Ita perfectè vnumquenq;corporis cruciatum,vnum,inquam,è mille sensit,ac si is solus fuisset. Ita vniuersam corporis molestiam persensit,tanquam nihil animo pateretur. Ita rursus omnes animi curas, tanquā nihil cruciaretur corpore. Ita tum animi,tum corporis pariter & singulos & vniuersos dolores sensit,vt summa illius charitas nihil de molestia detraheret,multum apponeret,permittēs vnicuiq; virium agere quod erat ei proprium,vt habet Damascenus. His omnibus simul cōsideratis,satispatet,dolorem Christi fuisse omnium maximū,quē admodum sanè cōueniebat,eo q illius mors pro tot hominum mortibus dependebatur,& ad totius orbis culpas eluendas abundè atquead spem hominum cōfirmandam,charitatēmq;excitādam susceptа erat,quare nihil mirum si ex imminētis huius passionis clara certaque cognitione, nouo quodam & inaudito angore Dñs correptus fuerit ita vt & sanguinem sudarit. Hoc autem dispensatione quadā rectè etiam dixerimus factū in mysterium,nempe in signū quòd suum sanguinē simul cū aqua mox effusurus esset in terrā,ī purgationē terrenorum hominū. Vnde Beda: Per hoc,inquit, nobis declaratum est,quòd effectum iam suę precis obtineret,vt scilicet fidem discipulorum, quā terrena adhuc fragilitas arguebat,suo sāguine purgaret. Aliter Augustinus in libro q dicitur sententiarum Prosperi: Orans,inquit,cum sudore sanguineo Dominus,significabat de corpore suo toto,qđ est ecclesia,manatura martyria. D. Bernard° serm. 3. de Dominica in ramis Palmarum: Nō solis,inquit,oculis,sed quasi omnibus membris fleuisse videtur,vt totum corp° eius,qđ est ecclesia, totius lacrymis corporis purgaretur. Cęterùm in his omnib° quę hic Dominū pertulisse legimus, monemur primùm,vt de ipso omnia nobis polliceamur,vt q tanta nostri causa sit perpessus, tum vt nos membra eius,qui ad gloriam eius adspiramus,libenter etiam similia patiamur,deniq;vt in timore Dei solicitissimè viuamus,ne indulgendo cupiditatibus nos in mortem rursum præcipitemus,à qua tantis nos Dñs cruciatibus asseruit: quæ tria quidem per singula quæ Dñs passus est nobis sunt perpendenda,vt ita ī Deum fides,erga proximum dilectio,& erga proprium corpus continentia,hoc est,absoluta pietas in nobis incremētum sumat. Notandum autē & Hilarium lib. 10. de Trinitate,& D. Hieronymū lib. 2. contra Pelag. indicare in plerisq; Græcorū & Latinorum codicibus non inueniri neque de Angelo cōfortante, neque de sudore sanguineo. Verum hæc erasa videntur à quibusdā,qui verebātur Christo tribuere tam insignia humanæ infirmitatis argumenta.

ET TVNC VENIT TERTIO AD DISCIPVLOS, ET DICIT ILLIS: DORMITE, &c.] In secundo suo ad discipulos reditu nō minorem Dominus exhibuit benignitatem quàm in primo, eo quòd iam sæpius vigilare iussos,cùm secundò dormientes inuenit,nō est tamen adhuc insectatus acriter,sed eorum infirmitatem patienter ferens, silens ab eis discessit,verecundiæ ipsorū consulēs. In tertio verò reditu pro solita sua bonitate somnum primò eis prohibitum,& secundò toleratum,iam etiā concedit,dicens: *Dormite iam & requiescite* Quamdiu enim ăxiabatur, Apostolos secū vigilare & orare voluit: cùm verò p orationem perseuerātem ab angore suo liberatus fuit,somnum illis deinceps permittit & quietem. Sunt qui dem qui illud, *Dormite iā & requiescite*; per ironiam quandam dictum putant & irrisionem somnolentiæ eorum,quo modo vt accipiatur multum inuitat narratio Matthæi. Mox enim is subiicit: *Ecce appropinquauit hora*; quasi dicere Dñs voluerit: Ecce appropinquauit proditor,& si placet vobis & ita tēpus permittit, dormite quantum vultis. Sic enim intelligunt Theophylactus & Euthymius. Verùm quòd in hunc sensum illud non sit accipiendū, colligit valde probabiliter D. Augustinus ex Marco, lib. de cōsensu Euang. 3. cap. 4. eo quòd post illa verba: *Dormite iā & requiescite*; apud Marcum subiiciatur, *sufficit*. Hinc enim colligit Dominum post illa verba siluisse aliquandiu, vt hoc fieret quod permiserat,& tunc intulisse: *Ecce appropinquauit hora*. Quanquam etiam secundùm priorem sententiam accipi potest, verbo *sufficit* Dominum explicuisse ironiam quæ erat in præcedentibus verbis, vt sit sensus: Si libet dormite iam, & quiescite: at vt verum fatear, sufficit hactenus etiam me prohibere somno vacasse: ecce enim ad est tempus quod vobis facilè somnolentis in executiet. Notandum autem quòd pro, *sufficit*, Græcis est ἀπέχει, quod longè aliter accipit Euthymius. Cùm enim sit à verbo ἀπέχω, quod significat accipere aut abesse, dupliciter verbū hoc exponit in hūc modū: ἀπέχει, hoc est, accipit a deursus me diabolus potestatē. Vel abscedunt quæ de me sunt, si ue finem habent. Cui non simillimæ explicationi conuenit qđ quidā libri, vt placet quibusdā habēt, ἀπέχουσιν. Vtvt est, in Domino erga discipulos obseruare licet miram quādam benignitatem, in discipulis verò magnam infirmitatem hominū, quā diu abest efficacia spiritus. Quòd si quis quærat, vnde didicerint Euangelistæ quid Christus inter orandum sit precatus, & quæ de angelo sudoreq; ipsius sāguineo referuntur; cùm omnes discipuli tū dormierint, respōdet Euthymius, Mihi, inquit, sanè apparet, quòd post resurrectionē præceptor ipse etiā hæc discipulis dixerit, quādo p dies quadraginta eis apparuit, sicut refert Actorū liber. Cęterùm vt iā Dominus infirmitatē humanę suę naturę dispēsatione quadā assumptā declarauit, mortem horrendo & deprecāde: itamox & suā diuinitatē, & ad patiendū promptitudinem ostēdit. Diuinitatem quidē, prędicendo horam in qua trādendus erat iam aduenisse, & traditorem suū adesse: promptitudinem verò, cùm ad occurrēdū suis hostibus Apostolos secum excitat, dicens: *Surgite, eamus*; quę duo ī sequētibus etiā magis declarantur.

ET SCIEBAT AVTEM ET IVDAS QVI TRADEBAT EVM LOCVM, QVIA, &c.] Locū in quē secesserat Dominus Iudæ cognitum fuisse cōmemorat Ioānes, tum ob id quod apud ipsū præcedit de secessu Domini, ne scilicet, vt dictum est, videri posset Dominum latere voluisse: tum ob ea quæ sequuntur, videlicet vt intelligatur quomodo factū sit vt illuc veniret Iudas cum suis. Itaq; subiicit: Iudas ergo, hoc est, quia sciebat q frequenter Iesus cōuenerat illuc, ideo venit illuc, postquam

postquā, vt est verisimile, eum requisuisset in loco cœnæ. Venit aūt insigni hominū manu comitatus, quam sibi opera pōtificum & seniorum cō parauerat, partim ex militibus Romanis, qui p eo hortem significantur, partim ex ministris pōtificum & Pharisæorum. Nec tātùm in hoc exercitu aderāt milites & serui, sed cum ipsis Romanis militibus aderat & tribunus, vt patet ex Ioāne, cum seruis pontificū & Pharisæorum aderāt etiā quidam principes sacerdotum, magistratus tēpli & seniores, vt patet ex Luca. Nec solùm tanta taliq; multitudine instructus venit Iudas, sed eadē contra nocturnas tenebras & insidias laternis & facibus, cōtra apertos incursus siue Apostolorum, siue omnium fauētium Iesu, armis variis, gladiis scilicet & fustibus, vel lignis bene munita. Hic au tem tātus apparatus Dei dispēsatione nō parum ꝓmouit gloriā Christi & passionis eius. Primùm enim indicio fuit Christi virtutem & potentiam Iudæis fuisse formidabilē: deinde declarauit multitudinem & furorem hostiū ipsius, quod ad passionis eius facit incrementū. & postremùm occasionem dedit Christo insigniter ostendendi suam virtutem, qa effugere potuisset eorum violentiā, ac ꝓinde etiā suam ad patiendum prōptitudinē. Hęc em̄ insigniter ostendit, dum tātam tamq; instructam multitudinem verbo prostrauit. Cæterùm Iudę facinus Euāgelistæ sua narratione egregiè exaggerāt, describentes illud tanquā rem ītupendam & nouam. Ecce enim inquiunt, Iudas ille qui vnus fuit è selectioribus Christi discipulis, nempe è duodecim, venit cum turba multa, dux factus & antesignanus impietatis, q electus fuerat in ducem virtutis. Hic autem nō se tātùm manifestis hostilitatis indiciis armauit ad ꝓmissum facinus ppetrādum, sed etiā subdolo pacis signo. Ne em̄ per noctis tenebras decepti manus inicerent in aliquem Apostolorum, pro Christo, aut, vt vult D. Hieron. post Origenem, ne Christus seipsum trāsformādo elaberetur è manibus Iudæorum, signum dat quo ipsum agnoscere possint, & signum pacis, quale maximè est osculum. Verisimile em̄ est Apostolos Christum accedentes salutare eum solitos cum osculo ꝓ more regionis, D vnde est illud apud Paulum: Salutate inuicem in osculo sancto. Dixit ergo: *Quēcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Cumq; hac ratione satisfacere posset factæ à se ꝓmissioni, his tamen non contentus, hostibus sui magistri consilium suggerit, quomodo iam captum possint captiuū detinere. *Et*, inquit, *ducite cauté*, hoc est, circumspectè & ꝓuidè. Metuebat enim ne qua ratione, vt aliquādo elaberetur ex eorum manibus, & ipse ꝓmissa frustraretur mercede. Cauerāt em̄ sacerdotes, ne Iudæ numeraretur pecunia, ni Iesus esset in manibus. Promiserunt enim, dicitur superius, ei pecuniā se daturos, necdum aūt tunc dederūt. Et Iudas sic venit cōtra Dominum instructus, partim vi, partim fraude: Dominus aūt nec fraudē eius, nec vim quicquā cōtra se valere declarauit, dum fraudem eius sub osculo latentē detexit, & exercitum eius in terram prostrauit. Dubiū tamen est vtrum horum prius acciderit, an scilicet qđ Ioannes solus narrat de ꝓstratis in terrā hostibus, an, qđ alij narrāt, de osculo dato à Iuda Domino. Sūt em̄ qui istud putāt secundo loco factum, & Ioānis narrationem priori loco, eo q Iesum dicat hostibus suis obuiā processisse, & tum Iudā stetisse cū illis, quod non videtur cōtigisse post illud qđ Lucas scribit Iudā antecessisse alios, & appropinquasse Iesu vt oscularetur eū. Diuersam tamē post Augustī. secuti sumus in Cōcordia sentētiā, q posteaquam se Dominus ipse suis ꝓdidisset hostibus, nihil opus fuisset signo illo Iudæ. Secundùm quā sentētiam intelligēdum Iudā imprimis ad spatiū aliquod antecessisse, vt Lucas habet, sicq; simulasse, quasi nō fuerit ex parte eorū q sequerētur, ac tum post osculū datum retrocessisse ad suos, ita vt Iesu procedēte in occursum suorū hostium, Iudas iam cum illis staret. Quam sententiā multum cōfirmat quod dicūt Matthæus & Marcus, Iudā, cùm venisset, statim accessisse ad Iesum, osculūq; porrexisse. Iudas ergo omni pudore atq; timore ꝓpter auaritiā posthabito. Dominum quē ob varia ab ipso accepta beneficia reuereri, quęque ob expertā in ipso oīscientiā timere debuerat, inuerecundè & intrepidè accedens, amicitiā verbis & facto simulauit, dicens: *Aue Rabbi*, osculūq; adiiciēs, secutus hac in parte eum q in typum ipsius præcessit in veteri testamento Ioab filiū Saruiæ, q vt scribitur 2. Reg. 20. inuidia stimulatus contra Amasam, quē sibi in ducē exercitus Dauid cōstituerat, quò sub specie amicitiæ falleret, salutans eum verbis pacificis, dicēdo: Salue mi frater; atq; osculum addēs latēter gladio percussit in latere, ita vt mox occūberet ex vulnere. Iudæ sectatores sunt quotquot sub prętextu benevolētiæ & pietatis, alios fallere conantur, & imprimis Pseudoprophetæ atq; hæretici, qui veniunt in vestimētis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Dominus autē necdum suam erga Iudā deponēs benignitatem, & curā lucrifaciēdi, etsi illius non ignoraret versutiam, tamen & ad solitū admittit osculum & blādis cōpellat verbis, proprio ipsum non dedignatus nomine, & insuper amici tribuēs appellationem, quem sciebat sibi capitalem inimicum. *Amice*, inquit, *ad quid venisti?* Amicum vocat, nō quod ab ipso diligeretur, sed quòd ipsum diligeret, eiq; bene vellet, & de eius perditione doleret, aut etiam q hactenus secum tanquā amicus vixisset, atq; etiā nunc velut amicus, & salutaret, & osculum præberet, vnde etiā in Psalmis de eo dicitur: Si inimicus meus maledixisset mihi, fusti *Psal 54* nuissem vtiq;: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscōdissem me forsitā ab eo. Tu verò hō vnanimis dux meus & notus meus. Hac ergo appellatione Dominus illius cōscientiā cōcūtiebat, admonens quā indignū facinus perpetraret. Dicit autē; *ad quid venisti?* non quasi ignorās, sed admiratiuè, quasi dicat: Si venisti, vt amicus amicitiæ signa amico exhiberes, sicut verbis & osculo præ te fers, quorsum tecum habes hostilem hunc exercitum? Si venisti vt inimicus inimicis me traderes, quorsum amica hæc salutatio & osculum pacis symbolū? Cæterùm Euthymius id quod Græcis habetur ἐφ' ᾧ, accipit non interrogatiuè, sed enunciatiuè, dictionē ᾧ intelligens relatiuè positam, vt sit sensus: Amice, ad qđ venisti? & sit oratio imperfecta, pficienda hoc modo: Id propter quod aduenisti, operare etiā relicto subdolo tui conaminis velamento, sermone scilicet blando & osculo. In hunc sensum etiā Remigius citatur in Catena accepisse hæc Christi verba. At prior intelligentia est conuenientior, magisque quadrat his quæ Lucas Dominum dixisse refert: *Iudas, osculo filium hominis tradis?* Quibus verbis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus iam declarat sibi nó fuisse incognitam A fraudem Iudæ sub osculo latentem, ne quærens, *ad quid venisti*, videri posset causam aduentus ignorasse. Sunt autem etiam hęc verba admiratiuè dicta, & cum emphasi, quę est in dictione, *osculo*. Mirádum enim quòd osculo, pacis symbolo, abuteretur ad proditionis facinus patrandú. Infœlix sanè Iudas, qui per pacem didicit facere bellum. Itaq; in eo ostensum est verum esse quod dicitur:

Prou.27. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. Infœlicior verò eo fuit nomine, q etiam nunc emolliri non potuit nec Christi benignitate, nec eius omniscientia, sed nec eius terribili potentia quam mox declarauit.

IESVS ITAQVE SCIENS OMNIA QVAE B VENTVRA ERANT SVPER SE, PROCESSIT, &c.] Postquá declarauit Dominus dolum Iudæ sibi nó esse incognitum, declarat etiam illo opus non fuisse, vt qui paratus esset seipsum ꝓdere & tradere in manus inimicorú suorum: & postquam ostẽdit fraudem eius cõtra se nihil valere posse nisi vellet, iam etiá ostendit & vim hostilis exercitus sibi prçualere nõ posse nisi vellet. Iesus ergo, inqt Ioánes, non quia ignorabat quid euẽturum sibi esset, sed certò sciens oía quæ ventura erant super se, processit obuiá hostibus suis, & dixit eis: *Quem quæritis*: nó quòd ignoraret quẽ quæreret, sed vt data ab eis respõsione cõuenientem haberet sese prodendi occasionem, & palàm faceret illos multũ licet luminis afferentes, tamẽ C se etiá præsentem & cum ipsis loquẽtem ne agnoscere quidem posse, multo minus cõprehendere, nisi vellet agnosci & cõprehendi. Non em conueniebat vt in principio se esse diceret quẽ quærebát, ne temeratiè se periculis & malis ingerere videretur, & dum interrogati quẽ quærerẽt, nõ responderũt: teipsum quęrimus; sed in tertia persona, *Iesum Nazarenum*; declaratũ est illorũ oculos sic diuinitus fuisse detentos, vt etiá prçsentem secum mq; loquentem non agnoscerẽt, ne ipse quidẽ etiá Iudas, qui cum eis stetisse ob id dicitur. Fortè autem & Spiritus sanctus per hanc ipsorũ respon sionẽ significare nobis voluit, & eius qui ad mor- D tem quærebatur innocẽtiam, & Iesum Nazarenũ solùm fuisse, q̃ sua morte salutẽ adferre posset hominibus, ac proinde imprimis illũ quærẽdũ ab iis qui salutis sunt auidi, sed alio aĩo quàm isti quæsiuerant. Vt enim nomen Nazareni, innocentiam Domini declarat, quia significat floridum & germinantem in virtutibus: ita nomen Iesus significat ipsum esse hominũ saluatorem. Cùm autem Christus se esse responderet quem quærebant & nominabant, mox mirabilis secutus est effectus. Veluti enim à vehementi vento ex aduerso retroacti ceciderunt in terrá supini vna cũ suo duce Iuda, nõ valẽtes in cõspectu eius cõsistere, impletumq; est E in eis quod apud prophetá dicitur in pſona Christi: Couertãtur retrorsum, & cõfundãtur, cogitantes mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem vẽti. Hac ergo ratione Dominus diuinã suam declarauit potentiã, qua poterat si voluisset effugere suorum hostũ quantũuis multorũ & bene armatorũ vim, vt intelligeremus spõte ipsum mortem susceepisse, vtq; quãtum in se erat, à facinore cõcepto Iudæorũ animos reuocaret, aut saltẽ inexcusabiles eos esse declararet, nec ignorantiã iustè prętẽdere posse. Et bene ad illa verba: *Ego sum*,

Psal.34

nouus ille effectus secutus est. Cùm em ad ea verba quibus suã præsentiã Dominus significabat, effectus ille sequeretur, ostẽsum est ipsum tam esse formidabilem & potẽtem, vt ipso agnito non valeãt corã ipso hostes ipsius cõsistere. Deinde cùm ad ea verba effectus talis secutus est, ostensa est Christi diuinitas, cui soli verè cõpetit dicere: *Ego sum*; iuxta illud quod in Exodo dicit Deus nomẽ suum ꝓpriũ Moysi indicaturus: Ego sum q̃ sum. Effectus enim is satis demõstrauit, illud *Ego sum*, in Christum cõpetere tanquam verè Deum, ante cuius oculos Psalmista pronunciat iniustos non permansuros. Quòd si, inquit Augustinus, indicandus hoc fecit Dominus, qd iudicaturus faciet? quàm erit eius efficax vox, qua in iudicio etiá præcipiet iniustis vt à se recedãt, dicens: Discedite à me maledicti in ignem æternum; quãdo tam efficax fuit vox, quæ tantùm præsentiæ ipsius fuit significatiua. Cæterùm cõueniẽter nõ in faciem proni corruerunt hostes Christi, sed retrorsum in tergum. In faciẽ enim iacere pronũ, supplicum est & orãtiũ, vnde & Christus paulò ante in sua oratione procidit super terrã in faciẽ suam: retrorsum autem cadere cotũ est q à fortiore cõtra se veniẽte deijciuntur & superantur. Et alioqui nõ sine mysterio id accidit, sed significatũ est Iudæos retrorsum à Deo iam alienatos fuisse, sicut de eis Dominus cõqueritur Isaiæ 1. & ꝓpterea q̃ præsentẽ Dñm agnoscere nó voluerũt, magis magisq; retrorsũ casuros, iuxta illud Isaię: Vt vadãt & cadãt retrorsum, & illaqueentur & capiantur. Frequenter enim in scripturis retrorsum cadere tribuitur impiis: cadere in faciem, electis: cuius mysticã rationem pulchrè explicauit D. Gregor. homil. 9. in Ezech. sic scribens: Quęrẽdum nobis est cur Ezechiel & Paulus in faciẽ cadũt, & de ascẽsore equi, id est, de eo qui in huius mundi gloria clarus est, dicitur: Vt cadat ascẽsor eius retro. Rursumq; de persecutoribus Domini scriptum est: *Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram*. Quid est hoc quòd electi in faciẽ, & reprobi retrorsum cadunt, nisi q̃ oĩs qui post se cadit, ibi ꝓculdubio cadit vbi non videt: qui verò ante se ceciderit, ibi cadit vbi videt? Iniquiergo, quia in inuisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur, quia ibi corruũt, vbi quid eos tũc sequatur modò videre nõ possunt. Iusti verò, qa in istis visibilibus semetipsos spõte deijciũt, vt in inuisibilibus erigantur, quasi in faciẽ cadũt, qa timore cõpuncti vidẽtes humiliantur. Similia habet lib. 31. Moral. cap. 18. In faciẽ, inquit, cadere, est in hac vita suas vnũquẽq; culpas agnoscere, eas q; pœnitẽdo deflere. Retrò verò quo nõ videtur cadere, est ex hac vita repentè decedere, & ad q̃ supplicia ducatur ignorare: Hæc ille. Sed ad historiã. Cũ hostes Christũ qui ad tẽpus prostrati iacebant, sese eius pmissione erexissent, iterũ interrogauit eos quẽ quærerent, vt illis necdũ ad pœnitentiã cõmotis, sed maligno ꝓposito perseuerãtibus sese ꝓderet & traderet, incorrigibili eorum malitia vsurus ad electorum salutem. Adiecit aũt qd rursum suam ꝓ ipsis curã, & cõtra hostes potentiam declarauit, cũ dixit: *Si ergo me quæritis, sinite hos abire*, non qdem depręcatiuè id dicens, sed imperatiuè. Fuitq; eius imperium adeo efficax, vt quanq; inimici essent q̃bus imperabat, qui nõ statuerãt ei in aliquo gratificari, & facinorosũ soleãt simul cum suis cõprehendi sectatoribus: illi tñ facerent quod iussum erat, sinentes abire quos ille

Gen. 4.

Exod. 3.

Psal. 55.

Matt. 26.

Isaiæ 28.

illęsos abire voluit. Causam autem huius solicitu A dinis Christi pro suis, reddit Euãgelista, subijciẽs; *Vt sermo impleretur quem dixit*, in oratione scilicet ad patrem: *Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam*. Dixerat enim ibi: *Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit*. Implicite ergo dixit se non perdidisse quẽquam eorum, quod nihil aliud est quàm sua culpa & negligentia neminem illorum periisse. Id quãquam potissimum dictum esset de pditione spirituali, Ioánes hic accõmodat ad perditionem corporis. Nã & de illa ibi Dominus locutus est. Sed & hic de animæ pditione accipi posset. In eam enim Apostoli cecidissent, si cũ Christo deprehẽsi fuissent, vnde ne quo modo ea perditio sibi imputari posse videretur, quandiu adhuc cum eis erat, curat ne in eam incidant. B

ᵇAT ILLI ᵃTVNC ACCESSERVNT, ET ᵃMANVS INIECERVNT IN IESVM, &c.] Potestate Iudæis à Christo facta, tum demũ quod auidè cõcupierũt adimpleuerũt, manus crudeliter inijciẽtes in innocentẽ Iesum, & violenter tenentes eũ, impletũq; est in Christo illud Psalmi:

Psal 21. Circũdederũt me canes multi, cõcilium malignãtium obsedit me. Et illud: Susceperũt me sicut leo

Psal. 16. paratus ad prędã. Discipuli autẽ qui circa ipsum erant, & à parte ipsius erãt, videntes quod futurũ erat, nẽpe q̃ etiá vincula Domino essent iniecturi, quodq; vinctum adducturi erant ad supplicitũ, cùm prius siluissent, Domino suã potestatem in- C signite, exerente, nunc Domino Iudæis permittente zelo concitati ad vindictam & defensionẽ, dixerunt ei: *Domine, si percutimus in gladio*; hoc est, num vis vt percutiamus gladio? Si enim interrogatiuè positum est, pro percutimus, Grecè est futurum πατάξομεν, percutiemus. Memores em erãt Dominũ paulò antè de emẽdo gladio monuisse, putabant ergo ob hoc tẽpus ad defensionẽ de illo monuisse. Et tamen rursum sciebant vindictã à Christi moribus & doctrina discrepare. Itaq; dubij rogant num in defensionem gladiis vti deberent, quos tum fortè ad manum habebãt, idq; vt est verisimile, ex recẽti agni paschalis immolatione, in qua illis vsi fuerãt. Qua in re suum pro Domino ad ardentẽ zelum, suamq; de Domino con D fidentiam cõceptam ex recenti ꝓstrationis facto declarauerunt, dum putauerũt, Domino annuẽte, paucis gladiis se tãtæ multitudini resistere posse. Petrus autẽ, vt & aliàs, præ cæteris ardẽtior, non expectato Domini responso, cùm haberet gladiũ (siquidem ipse vnus erat ex duobus qui ad parãdum agnum paschalem missi fuerãt) educto illo mox percussit seruum principis sacerdotum, q̃ scilicet is fortè aut primus aut ferocius manus inijceret in Iesum, videlicet Domini sui scitiam referens. Tantoq; cum ardore in hunc Petrus insurrexit, vt auriculam illi amputaret, quod manifestum fuit indicium illum quasi esse ei mediũ fin- E dere caput, atq; illud euenturum fuisse, nisi diuinitus fuisset ictus moderatus. Dextrã autẽ fuisse autem quæ amputata fuit, expresserunt Lucas & Ioánes, idq; ad maiorem historiæ certitudinẽ, ob quam Ioánes etiam nomen serui expressit, dicẽs: *Erat autem nomen serui Malchus*; quanquam & ob mysterium hæc ab Euãgelistis cõmemorata rectè dixerimus. In seruo autẽ principis sacerdotum, cui nomen Malchus, quod significat regem, designabatur populus Iudaicus, qui gloriabatur quidem magnificis titulis, dicebaturq; genus regale, at re vera seruus erat, quia seruili timore sub lege detinebatur, variisq; seruiebat vitiis. Huic, propterea q̃ Christum iam præsentẽ agnoscere noluit, amputata est auris dextra gladio Petri, qa Petro cum alijs prædicãte & defendente gratiã Euãgelicã, Iudæa surda facta est ad audiendum quæ erant salutaria, aurem tantùm habens siniſtrã, qa tãtùm audiens literam legis insuauem & ad saluandum inefficacem. Dominus autem primùm quidem respõdet ad interrogationem discipulorum, reprimens eorum conatum, ac dicens: *Sinite vsque huc*, quorum verborum quis sit sensus, satis est obscurũ. D. Augustinus existimãs hæc verba à Domino dicta non post factum Petri, sed in ipso facto, mox post interrogationẽ discipulorum, vult hunc esse sensum: *Sinite vsque huc*, hoc est, permittite eos hucusq; progredi vt me apprehendãt, & impleantur quæ de me sunt scripta. Euthymius tamen sentit Dominũ hæc dixisse post Petri percussionem, sicut & narratio Lucæ videtur significare satis, videturq; intellexisse Dominũ his verbis significasse, post illam serui percussionem dispensatiuè permissam, vlterius non esse Apostolis resistendũ hostibus, vt sensus sit: vlterius desinite, in hoc cessate, nec vltra ad vindictam progrediamini. Dicit enim: *Videns autem Iesus quod factum erat, dixit: Sinite hucusque, tacháq; illius auricula, sanauit eum*. Dicẽs itaq; Christus: *Sinite huc vsque*, ostẽdit q̃ inxta dispensationem ablata sit seruo principis sacerdotum auricula, &c. Ex quibus verbis videri potest ipsum cum dicitur ἁψάμενος pronomen τοῦτο accepisse in masculino genere, vt cæsum seruũ demõstrarit. Caietanus intelligit hunc sensum: *Sinite vsque huc*, hoc est, permittite eos in me sæuire vsq; in hanc horã eorum, hoc est, quãdiu durat eorum hora, hæc enim est hora eorum & potestas tenebrarum. Ita vt appositum tẽpus significauerit rationem non impediẽdi esse, quia hæc est hora eorum, non autem quòd postea eos nõ essent pmissuri, sed illis restituti. Et hæc de verborum horum intelligẽtia, post quæ Dominus mox cõtingens resectam auriculã, sanauit eum, nobis quidẽ exemplum relinquens benefaciendi hostibus nostris, ac docens rursum per declaratam suam potentiã spontaneè mortem adire: ipsis verò hostibus occasionem præbẽs, qua à proposito facinore auocari debuerant, atque calumniæ occasionem & sæuitiæ eorũ prætextum eripiens, ne scilicet causam haberent in se sæviendi ob læsionẽ illatam à discipulo, néve dicere possẽt iustitiæ ministros temerè annuẽte Domino fuisse læsos. Et quidem priùs suam hostibus terribiliter ostendit potentiam, nunc verò eandem ostendit cum summa benignitate: at illi pleni furore, secundùm similitudinem serpentis & canis efferati, neutra ratione vinci potuerunt. Adeo erãt traditi in reprobum sensum, Deo pro nobis aliquid melius prouidente. Cohibitis discipulis, sanatoque læso, ad Petrum conuersus Dominus, eum ne progrederetur compressit, factum eius triplici redarguens ratione. primùm, quia cõtra legem erat à Deo institutam. Secundò, quia contra specialem erat Dei patris ordinationem. Tertiò, quia huiusmodi defensione non indigebat. Quod ergo ad primum attinet, postquam dixisset Petro: *Conuerte gladium tuum in locum suum*; subintulit pro ratione: *Omnes enim qui gladium acceperint, gladio peribunt*. Quam sententiam Dominus

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt alias multas, ex ꝓuerbialibus & vulgò iactatis A sentẽtiis desumpsisse videtur, estq; mutuata ex eo ꝙ Dominus, sanguinem eius fundendũ præceperit, qui alterius fuderit sanguinẽ, vt dicitur Gen. 9. vnde & Apoc. 13. dicitur. Qui gladio occiderit, oportet eũ gladio occidi. Sensum ergo Dominicę sententiæ satis cõstat esse hunc: Oẽs qui gladium acceperint, digni sunt qui similiter gladio pereãt, meritúrq; gladio perire: ac ꝓinde cessãt hic quæstiones de veritate huius sententiæ, quomodo scilicet vera sit, cùm multi homicidæ nõ vicissim etiam gladio pereant. Non enim hae sententia qd certò futurum sit significare voluit Dominus, sed B qd fieri iustitia exigat. Oportet tamẽ eam intelligere non generaliter de omnibus quomodolibet gladiũ accipientibus, sed de his qui ꝓpria authoritate & volũtate, ac quasi à seipsis illum accipiũt ad vindicandum, quales ꝓprie dicuntur accipere gladium. Principes eñ & iudices nõ ex seipsis accipiunt, sed cõcesso sibi à Deo gladio vtũtur. Verùm iam hîc dubitari potest, quomodo hęc sententia sortiat ꝓposito Domini. A cõminata enim & decreta p hanc sententiã pœna liberi esse credũtur, q sese cõtra inuasores gladio defendũt, cùm sese fuga aut alia ratione non possunt ab eorũ vi eximere, quia nõ accipiunt ꝓpria voluntate gladium, sed coguntur ab inuasorum aggressione vti illo ad sui defensionẽ. Vnde & cõtra Petri factum C nõ videtur hæc sententia quicquã valere, quia iustam videtur habuisse causam insurgẽdi cõtra illos, quorũ iu dominum suum erat manifesta iniquitas. Dicẽdum ergo, ꝙ quanquã iusta quadam cõmoueretur causa Petrus, ea tamen nõ omnino à reprehensione factum eius liberum reddidit, sed erat illud duplici nomine reprehensibile. Primò, qa præter Domini requisiti pmissionem, imò & cõtra Domini sui voluntatem. Nosse eñ debebat ex multis auditis & visis spõtaneam magistri sui ad patiẽdum voluntatẽ, eoq; requisito, num percutiẽdum esset, nõ debebat ante respõsionem percutere. Hac ergo causa reprehẽsibile fuisse ei' D factum indicat Dominus, cùm subijcit: *Calicẽ quẽ dedit mihi pater nõ bibam illũ?* Secundò, quia factum eius magis habuit speciem vindictæ quàm defensionis. Cõtra tantã enim tamq; instructam turbã vana erat Petri defensio, & potius nocitura quàm profutura, vt quæ hostium animos magis irritare poterat, & occasionem dare iusto titulo fæuiendi in Dominum, tanquã qui cõtra ministros iustitiæ armis se conatus fuerit defendere. Quare illa percussio magis ad vindictam tendere videbatur, vt faciunt hi qui etsi nõ possint euadere, volunt tamen antequã capiãtur qualemqualem ficere vindictam. Ex hac causa Petri factum Dominus satis indicat reprehensibile esse, cùm subiicit: *An putas* E *quia non possum rogare*, &c. Significat eñ Dominus ibi satis ipsius defensionem sibi esse inutilem, sufficientem autem se habere posse si eã vellet. Verba ergo Dñi nõ extra ꝓpositum allata sunt, ꝓ ratione recõdendi gladiũ à Petro extractũ, qa factum eius reprehẽsibile erat: tum quia non tam defensionis quàm vindictæ speciem habuit, quæ ptiuatis psonis est illicita: tum qa præter & cõtra Dei voluntatem gladio vsus est, quo duplici nomine inter eos cõtinebatur, de qbus dicitur: *Omnes qui* *Matt. 5.* *acceperint gladium gladio peribunt.* Quæri autem hic posset, an Christianus à nocentibus & malis hominibus armis præter meritũ petitus, à qbus verisimile sit se liberaturũ si se armis defendat, ne q; pateat locus fugæ, vti possit armis citra Dei offensam. Ad quod vt in genere respõderi potest, secũdùm theologorum cõmunem definitionẽ, licitũ id esse: ita q Christi sunt, monẽdi sunt vt se totos eius cõmittant spiritui, & ante oculos semper habeant se oues occisioni destinatas, sed numeratos tamen pilos suos, angelosq; in custodiã ipsorum excubare. Sciãt quoq; adeo oẽ vltionis à se desiderium oportere alienũ esse, vt percussi in maxillam dexterã, citius obuertãt sinistrã, quàm vt dextione cogitẽt. Sic cõparatos indubiè ducet spiritus in oĩbus, dabitq; in eiusmodi periculo cõstitutis, sicut & aliàs, vt nihil se indignum admittãt, siq; Deo visum fuerit, vt iam mortẽ oppetant ad meliora migraturi, immittet mentẽ quæ mortem nõ grauatim susc̃ipiat: si verò velit eis diutius hîc ad proximorum vti salutẽ, seruabit eos à periculo, siue per miraculũ, siue per fugã, cuius copiã facere potest etiã cõclusis ab hostibus, siue deniq; etiã p defensionẽ quam Dominus faciat primatũ vice publica susc̃ipere, seq; reipublicę eiuem seruare. Sẽper autem aberit animus nocẽdi ꝓximo. Casus huiusmodi rari sunt & singulares, rarò igitur & singulari opus est in eis cõcilio spiritus. Et hæc quidẽ circa primã rationem qua Petri factũ Dominus reprobat. Secundò autem idem reprobat, ostendẽs, vt dictum est, illud esse contra spectalem Dei patris ordinationẽ & volũtatem, cùm dicit: *Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum?* Habent quidem libri pleriq; Latinorum, *num vis vt bibam illum*; at Græci simul & Latini emẽdatiores tãtùm habent, *non bibam illum*; quanquã idem sit sensus: significatur enim Petrum suo facto videri voluisse ꝓhibere ne biberet Dominus calicẽ quem ei pater ꝓpinauerat. Hunc autem se ꝓpter obedientiam patri debitã lubenter bibere vellet, adeo vt absurdum indicet ꝙ ab hac obedientia ipsum quisquã anocare vellet, significat efficaciter, dum per interrogationem dicit, *non bibam illum? & non oportet me bibere eum?* Tertiò deniq;, vt dictum est, Petri factum reprehendit, ob id ꝙ illius defensione quæ sibi inutilis erat, nõ indigeret, sufficientem autem habere posset, si vellet. Dicit enim: *An putas quia nõ possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum*, pro scilicet duodecim Apostolis, q contra hanc tãtam turbã hostium meorũ non potestis sufficere, sicut illi angeli sufficerẽt, ex qbus vel vnus sufficeret: Nã, vt legitur 4. Reg. 19. vnus in castris Sennacherib occidit vna nocte centum octoginta quinque millia hominum. Est autem legio, agmen militare maximi numeri, secundùm Hieronymũ quidẽ & Theophylactum sex milium, secũdùm alios verò etiã plurium. Cùm ergo nomen hoc angelis hîc tribuatur, & duodecim angelicarũ legionum hîc fiat mentio, insinuatur maximã angelorum esse multitudinem, iuxta illud Danielis: Milia milium *Dan. 7.* ministrabãt ei, & decies milies centena milia assistebãt ei, simulq; significatur angelos velut mittes pugnare pro iustis cõtra angelos & homines malos. Angelorum multitudinem iustis adesse ad pugnãdum pro eis in Elizeo demõstratum est, ad cuius otationem puer eius vidit mõtem plenum equorum & curruum igneorũ in circuitu Elizei, ob quod ꝓphera dixerat: Noli timere, plures eñ nobiscũ sunt quàm cum illis. Et Dauid dicit: Immittet angelus Dñi in circuitu timentiũ eum, & *Psal. 33.* eripiet eos, vbi ꝓ immittet, Hebręis est castrametabitur angelus Dñi. Quibus ppensis, minus mirandum ꝙ filius Dei dicit se impetrare posse, plusquam 12. legiones Angelorũ. Hac autẽ sententia rursus significat se spõtaneè capi & mori, qa sufficientem quam habere poterat defensionem nõ requireret. Addit aũt rationem quare illã non requireret, cùm subdit, *quomodo ergo implebuntur scripturæ*; dicentes scilicet ꝙ sic oportet fieri? Apertissimè eñ hoc dicit præter alias scriptura Isaiæ cap. 53. per totũ. Et qdem hic ratio quarta accipi potest, qua Dominus Petri conatũ represserit, quãquam hæc non multum sit diuersa à secunda. His ergo oĩbus rationibus Petrus monetur non progredi in incepto: in qua monitione altiori sensu B intelligendũ, omnes spirituales qui petri locũ tenent, moneri ne gladio corporali ad vindictã vtantur, sed eum recõditũ in vagina teneãt, potestati seculari eius vsum relinquentes: gladio verò spirituali, quod est verbũ Dei, fortiter contra aëreas potestates pro fidei stabilitate depugnantes.

ᵇET ᵃIN ILLA HORA ᵇRESPONDENS IESVS DIXIT TVRBIS, ET AD EOS, &c. Postquam Petro verbis & ratione ostendit se spontaneè capi & mortem adire; idem nunc verbis & ratione ostẽdit turbis, & his potissimũ qui cum illis venerant principibus sacerdotum & senioribus; quorum malitiæ insipientia militum & ministrorũ seruiebat, quibus hoc ipsum priùs factis facto & potẽtiæ suæ declaratione ostenderat: C *Tãquam ad latronem* (inquit) *existis cum gladijs & fustibus comprehendere me.* Quæ sententia à quibusdã legitur pronuntiatiuè, à quibusdam verò interrogatiuè, vt sit sensus: Quid accidit, quòd nunc armati gladijs & fustibus egressi noctu ciuitatẽ huc accurritis, veluti latronem violẽtum & armatum expugnaturi? Non enim semel tantùm & armatum sed quotidie sedi apud vos docens in templo, expositus omnibus inermis, & tamẽ nemo vestrum misit manum in me. Magis tamen placet vt pronunciatiuè accipiatur, & sit hic sensus: Nunc quidem ad me cõprehendendum existis cum gladiis & fustibus tanquã latronem cõprehensuri, at ego D iã aliquot diebus semper & per integros dies fui apud vos, omnibusq; expositus, docẽs scilicet in publico loco, vbi vos cõueniebatis, & tamẽ cùm idem esset qui modò animus vester in me, nõ misistis tunc manus in me. Quare hoc? quia sanè tũc vobis nequaquã permissa fuit potestas in me, sed hæc est hora vestra, qua vobis permittitur in me qdlibet agere. eaq; potestas quę vobis in me permittitur, potestas est tenebrarũ, hoc est, malignorum spirituũ, qui cùm hactenus semper ꝓ vos me perdere conati sunt, nunc tandẽ sinũtur quod diu cõcupierunt perficere per vos q illorum estis ministri, in eisdẽ cum illis ignorantiæ & malitiæ tenebris degentes. Itaq; Dominus se ab ipsis velut E facinorosissimũ omnium ostendit se habitũ, dum se latroni cõparat: cõtra verò se longè alium erga illos gessisse insinuat, dum in tẽplo cõuersatũ assidnè asserit, ibiq; rei maximè spirituali doctrinæ scilicet vacasse, q locus, qdq; opus à loco & opere latronis maximè sunt diuersa, cùm latro latebras quærat, & perdere quærat homines, non saluare. Cumq; illi gladiis suis & fustibus fidẽtes violẽter se modò Dominum cepisse putarẽt, cõtrà Dominus insinuat se ab illorũ violẽtia non superatum, cùm prius inermis, tam diu palã apud eos agẽs ab ipsis etsi capere ipsum desiderãtibus, nõ sit detentus. Et rursum significat se nõ modò tanquã malè sibi cõscium, fecisse extra ciuitatẽ, & nocturnas quæsisse ꝓ latebris tenebras, cùm priùs so toties palã illis obtulerit, vnde pulchrè D. Hier. explicat vim verborũ Christi in hunc modũ: Stultũ est, ait, cum gladiis & fustibus quærere eum, qui vltrò se tradit vestris manibus, & in nocte quasi latitãtẽ, & à vestris oculis declinantẽ per ꝓditorem inuestigare, qui quotidie docebat in tẽplo; sed ideo ad uersus me in tenebris cõgregamini, quia potestas vestra in tenebris est. Adijcit aũt Euãgelista Matthęus qd in aliis aliquot locis adijcere est solitus: *Hoc autẽ totum factũ est, vt adimplerẽtur scripturæ prophetarum*; quale Marcus etiã Dominum dixisse ad turbas testatur scribens, *sed vt impleantur scripturæ*, subaudi, ideo nũc vobis pmittitur quod priùs nõ permittebatur, aut aliud simile. His autẽ sic circa Dominũ gestis, & à Domino dictis, discipuli eius vidẽtes illum se sponte tradere suis hostibus, nec esse spem euasionis, oẽs ad vnũ vsq; relicto eo fugerunt, impletumq; est quod dixerat Dominus, oẽs eos scandalizãdos in se in ipsa nocte. Omnibus autẽ discipulis fugientibus, adolescẽs quidã, vt refert solus Marcus, sequebatur eum amictus sindone, hoc est, subtili lineo vestimẽto, sup nudo, subaudi corpore. Hunc autẽ adolescentẽ quidam putãt fuisse vnum ex 12. discipulis, & quidã quidẽ Iacobum minorẽ fuisse existimãt, vt refert Theophyl. alij verò Ioãnem Euangelistã. Ita enim sentit D. Greg. 14. Moral. cap. 23. At Caietanus in Ientaculis probat rationibus aliquot nõ inefficacibus nullum fuisse Apostolorum. Et primò quidem ex ætate. Non enim Ioãnes tunc erat adolescens, quia tum trãsierat tricesimum annũ, vt patet, cõputando annos quibus postea vixit ad nonagesimum nonum vsque ætatis suæ annũ. Obiit siquidẽ anno à passione Dñi sexagesimo septimo vel octauo, imperãte Traiano, quibus annis si addatur quod supereſt, vsq; ad nonagesimum nonũ ætatis suę annum, patet manifestè, quod iam erat 30. ad minus annorum tẽpore passionis Christi, ac proinde non erat adolescẽs. Cumq; Ioãnes credatur iunior fuisse reliquis Apostolis, cõsequitur nullum alium Apostolorum fuisse illum adolescẽtem, idq; eo magis, ꝙ nõ sit verisimile Dominum adolescentes delegisse in Apostolos, & misisse ad prędicãdum. Secundò idem ostendit ex perpensa Marci narratione. Cùm enim dixisset quod oẽs discipuli fugerunt, tanquã è regione cõmemorãs adolescentem, subdit: Adolescens autem quidam sequebatur eũ. Hinc namq; insinuat, quòd omnibus Apostolis fugiẽtibus, adolescens quidam secutus sit Christum, & proinde nõ fuit è numero Apostolorum. Tertiò, idem probat ex modo vestitus. Non videtur enim verisimile ꝙ Apostolus aliquis sola sindone super nudo corpore tectus cum Christo cœnauerit & ambulauerit, cùm eius cum tegi vno linteo, nõ sit ordinarius modus vestiendi, sed accidẽtarius his qui surgũt ex lecto, vt hinc æstimari possit, adolescentem illum rumore transeuntium excitum è lecto surrexisse, & studio discẽdi quid ageretur secutum turbã docentium Christum. His accedit ꝙ Græcis ςt diminutiuum *νεανίσκος*, id est, adolescentulus. Theophyl. existimat hunc fuisse è domo in qua Dominus pascha mãducauerat. At parum refert quis fuerit, magis videlicet quorsum de hoc adolescẽte Marcus scripserit.

Petri factum cur reprehendendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pserit. Itaq; in hoc videtur istud ab eo narratum, A vt ostenderet quanta fuerit tum circa Dominum trepidatio, & quàm nemo sustinuerit apud ipsum cõsistere. Impleri enim scripturas oportebat, quę prædixerunt fore vt ab oĩbus desereretur, & non esset qui auxiliaretur aut cõsolaretur. Declarat & illud hęc narratio quomodo Apostolos tractasset hostes, nisi illi fugã iniissent, & Domini iussu coacti fuissent sinere eos abire. Cæterùm in huius adolescẽtis facto rectè intelligimus nos mysticè doceri, vt si dum Christũ sequi conamur, hostes virtutis & veritatis nos simul cum Christo perdere quærãt, & in suo numero captiuos tenere, fugiamus ab illis, ac vestis iactura, animæ vitã redimamus. Est autem vestis, ipsum corpus, quo animus hominis tegitur, aut etiã ipsa externa bona, quæ homini extrinsecus instar vestis adiacẽt. Hæc ergo negligẽda, & hostibus relinquẽda potius quã per eos anima in periculum veniat & sui pditionem, atq; hæc relinquendo, fugiendum est ab eis. Sicut & Ioseph relicto pallio de manib' impudicę fœminæ aufugit. Pro quo mystico sensu cõuenit obseruare, q; hic adolescens non dicitur fugisse à Christo, sed ab hostibus Christi. *Nudus*, inquit, *profugit ab eis*; quod annotauit & Beda. Græca quędam habent; & tenuerunt eum νεανίσκοι. id est, adolescentuli; vt iuuenem iuuenes ceperint. Sed Syriacum euangelium habet vt nos.

Gen. 39

IVDICATVR ET ILLVDITVR IN DOMO CAIPHÆ.

Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. Ioan. 18. CAP. CXXXVIII.

†g Horsa autẽ & tribunus & ministri Iudæorũ △n comprehẽderunt Iesum,d & ligauerũt eum, & adduxerũt eum ad Annã primùm. Erat enim socer Caiphæ, qui erat põtifex anni illius. b Et ‖l duxerũt b Iesum, c ad domum principis sacerdotum, e ad a Caiphã †e principẽ sacerdotum a vbi scribæ & seniores cõuenerãt. d Erat autẽ Caiphas qui cõsiliũ dederat Iudæis, quia expedit vnũ hominẽ mori pro populo. b Et conuenerũt oẽs sacerdotes, & scribæ, & seniores. †p Sequebatur autẽ Iesum d Simon Petrus ‖ à longè, d & alius discipulus. Discipulus autẽ ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atriũ pontificis. Petrus autẽ stabat ad ostiũ foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrũ v.sq; b intrò in atriũ △principis sacerdotũ. a Et ingressus intrò, c accenso * igne in medio atrij, & circũsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum, b & e sedebat cum ministris b ad ignẽ, & calefaciebat se, a vt videret finẽ. d Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palã locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in tẽplo, quò oẽs Iudæi conueniũt, & in occulto locutus sum nihil, quid me interrogas? interroga eos qui audierũt quid locutus sum ipsis, ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autẽ cùm dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. †e Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebãt a falsum testimoniũ △contra Iesum, vt eum morti traderent, ‖ & non inuenerunt: a cùm multi falsi testes accessissent, b Multi enim testimoniũ falsum dicebãt aduersum eum, & conueniẽtia testimonia non erant. a Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, b & quidã surgentes falsum testimoniũ ferebãt aduersum eum: †e & dixerunt: b Quoniam e hic dixit. b Nos audiuimus eum dicẽtem: a Possum destruere tẽplum Dei, & post triduum reædificare illud. b Ego dissoluam tẽplum hoc manufactum, & post triduũ aliud non manufactum ædificabo. Et non erat conueniẽs testimonium illorum. e Et △exurgẽs summus sacerdos b in mediũ, interrogauit Iesum ‖ e dicens a illi: †e Non respondes quicquã ad ea b quæ tibi obijciũtur ab hoĩ, [&] a qua isti aduersum te testificãtur? △e Iesus autẽ tacebat, b & nihil respõdit. a Et b rursùm ‖ e summus sacerdos b interrogabat eum, & †e dixit ei: b Tu es Christus filius Dei benedicti? a Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. †e Iesus autẽ dixit illi: a Tu dixisti, b Ego sum. a Verumtamen dico vobis: A modò * o videbitis filium hominis sedentẽ à dextris virtutis Dei, c & venientem † in nubibus cœli. △ a Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: a Blasphemauit, c quid adhuc ‖ desideramus testes? e Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur? † At illi b omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. [Et] a respondẽtes dixerunt: Reus est mortis. c Et a tunc viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. c Et △e expuerunt in faciem eius: b & velauerunt eum, & colaphis eum cæciderunt, f alij autem palmas in faciem eius dederunt, & percutiebãt faciem eius, & interrogabant eum ‖ l dicentes a ei: l Prophetiza a nobis Christe, f quis est qui te percussit? c Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. b Et ministri alapis eum cædebant.

†a At illi tenentes Iesum. ‖ c cõprehendentes autem eũ. ‖ b Adduxerunt. †b o summũ sacerdotem. †f Petr⁹ aũt sequebatur eũ. b. Petrus verò lõge secutus est eum. ◁ b. o summis sacerdotis, * autem, †b. o summi verò sacerdotes ▷ b. a dixerũt. ‖ b nec inueniebãt. †b dicentes. a a. o surgens princeps sacerdotum, ‖ a ait, †a Nihil respondes. ◁ b. ille. ‖ a o princeps sacerdotum. †a ait illi †a Dixit illi Iesus. * b & ◁ b. summus autẽ sacerdos scindens vestimenta sua aut ‖ a o egemmus testibus. †b. Qui ◁ b cæperũt iudam conspuere eũ, & velare faciẽ eius, & colaphis eum cædere. ‖ b & dicere.

†g. Cohors autem, & tribunus, &c.] Cloanes Iudęos & milites non solùm iniecisse manus Iesu testatur, sed etiã ligasse eũ, quod maiotis erat ignominiæ, & apertum indicium, quòd, quemadmodum supra dixit Dominus, tanquã ad latronẽ captẽdum exierint. Sanè non cõtigit Domino vt de eo cani posset quod in cõmendationẽ & honorem mortis cecinit de Abner Dauid rex, dicens: Nequaquã vt mori solẽt ignavi mortuus est Abner. Manus tuæ ligatæ nõ sunt, & pedes tui nõ sunt cõpedibus aggrauati. Hæc tamen vincula Christi multo minus eum cõstrinxissent, nisi voluisset, quàm non cõstrinxerant fortem Sãsonem septem & nouem funes Dalilæ. Sed cùm cæteris pleriſq; ignominiæ generibus, ad maiorẽ iuæ passionis cumulum, maiusq; charitatis argumentũ, etiam hoc dedecoris genus dignatus est in se admittere Dominus, vt manus illas quibus varia morborum genera apud Iudæos sanauerat, quibꝰ & tum recenter refectã sanauit auriculã, sineret quasi infirmus ligari, & impleretur in ipso illud Prophetæ: Funes peccatorum circũplexi sunt me, & ta

Iudic. 16

& tamen legem tuam nõ sum oblitus. Liberè nimis vsus erat Adã suis manibus, extendens eas cum vxore ad arborem veritam. Dominus ergo cõtrà recompensaturus eius delictũ, manus suas constringi permisit. Per peccatum Adę & singulorum peccata superaddita humanum genus captiuum ducebat, & vinculis peccatorum irretitũ: Dominus ergo vt capi voluit, quò antiquam nostram captiuitatem solueret, eámque solutam in fœliciorem cõmutaret, nimirum qua sub eius imperio spõte detineremur: ita vincti dignatus est, vt vincula nostra solueret eisque solutis, sua nobis fœliciter iniiceret, iuxta illud Ieremiæ: Erit in die in illa, dicit Dominus exercituum, conterã iugum eius de collo tuo, & vincula eius disrumpã, & non dominabuntur ei amplius alieni, sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo, quem suscitabo eis. Et Oseæ 11. de suis vinculis quibus nos ad se traxit & sub se tenuit, dicit Dominus: In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, & ero eis quasi exaltãs iugum super maxillas eorum. Hæc est ergo secunda præcipua pars passionis Dominicæ, quam in septem præcipuas partes ostẽdemus commodè diuidi posse. Prima enim illa est, quæ ipsius in horto continet tristitiam, pauorem & angorem tum diuturnum, tum vehemẽtem, adeo vt sudorem expresserit sanguineum. Secunda complectitur ipsius per osculum discipuli proditionem, captiuitatẽ, vincula, omniumq; amicorum defectionem. Captum Dominum & ligatum solus Ioannes testatur imprimis deductum ad Annam, & causam adiicit, nempe quia socer erat Caiphæ, qui erat põtifex anni illius. Ei ergo honoris gratia tanquã patri Caiphæ & seniori eum primùm præsentant, sciẽtes se illi rem facturos gratissimam, quòd captiuum eum ostenderẽt. Fortè autem & ideo illum Annę primùm præsentãt, quia oportebat domũ illius prętetire, priusquam ad Caipham peruenirent. Cæterũ quæ apud Ioannẽ sequuntur vsque ad illud vbi legimus Aunam misisse Dominũ ligatum ad Caipham, creduntur communiter gesta in domo Annæ, vnde nomine põtificis, qui Christũ interrogauit de doctrina & discipulis eius, intelligitur Annas, quem & Lucas pontificem vocat cap. 4. Sub pontificibus, inquit, Anna & Caipha. Verùm secundùm hanc sententiam grauis nascitur difficultas, Euangelistarum cõcernens cõcordãtiam, de domo in qua Petri rres acciderũt negationes. Secundùm hanc enim sententiam ex Ioãnis narratione necessarium est fateri primam saltẽ Petri negationẽ factã in domo Annæ, cũ in domo põtificis eam commemorat factam, priusquã põtificẽ dicat iterrogasse de doctrina Christi, & priusquam scribat Annã misisse Dominum ad Caiphã Põtificem. Ex aliorum verò Euãgelistarũ descriptione nimis videtur apertũ omnes negationes cõtigisse in domo Caiphæ. Quòd enim princeps sacerdotũ, in cuius atriũ etiã Marcus & Lucas Petrum commemorant ingressum ibique negasse Dominum, fuerit Caiphas, patet ex Matthæo, qui apertè dicit: Duxerũt Iesum ad Caiphã principẽ sacerdotũ. Omissis autem variis diuersorũ circa hanc difficultatẽ opinionib. & sententiis, si Ioãnis narratio diligẽter cum aliorũ narratione cõferatur, deprehẽdemus nullum esse huic difficultati locũ, sed quæcunque in domo põtificis gesta scribit Ioãnes, de Caipha intelligẽda esse. Primùm enim satis cõstare debet per principẽ sacerdotũ, summum sacerdotem aut pontificem (pro quib. nominib. Græcis semper est eadẽ dictio, νπερεὰρχιερεὺς,) dũ singulariter dicitur, tãtùm significari eum qui verè omnium erat primus sacerdos, nẽpe Caipham. Nã si etiam alius quispiam eo nomine tũc in singulari numero dictus fuisset princeps sacerdotum, aut põtifex, Marcus sanè & Lucas tollendæ ambiguitatis causa debuissent addidisse proprium nomen suo principi sacerdotum. Nunc verò cùm absolutè dicant Iesum adductũ ad principem sacerdotum, & Petrũ ingressum intro in atrium principis sacerdotum, satis intelligi datur vnũ solum tũc dictum singulariter principem sacerdotum, quem tunc fuisse Caiphã expressit Matthæus. Igitur & quicquid Ioãnes scribit de pontifice, de Caipha est accipiendum, cui semper nomen illud tribuit, nunquã autẽ Annæ. Deinde cùm similiter Ioannes Petrum scribat secutum Dominũ vsque in atrium põtificis, sicut Matthæus cum aliis, quanquã Ioannes id latius prosequatur, & ex Matthęo constet Petrũ ingressum post Iesum in atrium principis sacerdotum Caiphæ, patet etiam de eiusdẽ atrio locutũ Ioannem. Intelligendum ergo Ioannem cùm ad Caipham sermone delapsus esset, narrare simul quæ apud illum gesta sunt priusquã meminisset Dominum ad ipsum perductũ. Post aliqua autẽ quę gesta apud Caipham memorauit, interiecit illud: *Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem*, vt, quod priùs prætermiserat, iã indicaret quomodo factum sit vt apud pontificẽ ea acciderint quæ memorauit, cùm priùs eum dixerit adductum ad Annam põtificis socerum. Id quod ex Græcis euadit manifestius, quæ non habent per coniunctionem: *Et misit eum Annas*; sed sine coniunctione, ἀπέστειλεν αὐτὸν Ἅννας, *Misit eum Annas*, aut, vt etiã verti potest, *Miserat eum Annas*. Id ẽm magis insinuat narrationẽ rei prętermissę. porrò ex Cyrillo omnis dubitatio apertè cessat, & manifesta fit sẽtẽtia iam dicta. Is enim inter hæc verba; *Erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius*; & illa *Erat autem Caiphas qui consilium dederat*; legit: *Miserunt autem eum ad Caipham pontificem*; quæ verba ab aliquo fortè scriba prætermissa, propterea quòd de missione Domini ad Caiphã postea rursum subiiciatur, fecerunt prædictæ difficultati locum. Itaque quod subiicitur postea: *Et misit eum Annas*; non ordinis est persecutio, sed subiectio prætermissi, vt dictum est, aut reuocatio narrationis, vt id quod cœperat de negatione Petri perficeret, id quod & Cyrillus admonuit scribens super illa verba: Quasi, inquit, currentem equum narrandi progressum Euangelista vtiliter reuocat, & ad priora rursum orationem reducit. Quare licèt quia negationẽ Petri tertiò factam exponere voluit: repetit ergo breuiter, & missum ab Anna Iesum ad Caipham iterũ dicit, Petrumque interrogatum exponit. Vnde non legit: Et misit eum Annas, sed, *misit igitur eum Annas*. Nihil ergo est quod ex Euangelistis intelligamus factum ab Anna circa Dominum, nisi quod cùm eum vidisset, tmiserit eum ad Caipham, vt erat, ligatum, declarans hac ratione satis se illum non absoluere, sed tanquam nocentem & reum trãsmittere, vt rectè intelligamus hunc fuisse primum iudicem Christi, qui tamen ab aliis est prætermissus, quòd nihil singulare gesserit circa Dominum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET DVXERVNT IESVM AD DOMVM PRINCIPIS SACERDOTVM, &c. Cùm obiter & in transitu Iesum Annæ præsentassent, eiusdem iussu mox ipsum deduxerũt ad Caipham, apud quem tanquam summum eo tẽpore sacerdotum cõuentus erat scribarum & seniorum expectãtium Iesum, ibiq; inter sese quærere volentiũ siue ex verbis Domini, siue aliunde rationes quibus eum apud præsidem accusare possent. Hunc Caipham rursum dicit Ioannes consilium dedisse Iudæis, quòd expediret vnum hominem mori pro populo, nimirum salutare illud dictum volens mentibus nostris infigere, & significare illum qui suo consilio autor fuit capiendi dominũ, etiam omniũ maximè consilij illius promouisse effectum. Cæterùm Petrus è fuga quam cum aliis inierat, retractus amore quodã, quo erga dominũ præ aliis ardentius afficiebatur, nõnihil adhuc fidês virtuti suæ, aut latere sperãs quòd cognosceret euentum rei, sequebatur Iesum, sed à longe, & cũ eo alius quidam discipulus. Is autem commoditer creditur fuisse ipse Ioannes hæc scribês, tum quòd is seipsum nominare non soleat tum quòd is ferè inuenitur coniunctus Petro. Quidam tamen non improbabilibus argumẽtis existimant ipsum non fuisse Ioãnem, nec quenquam ex duodecim Apostolis, sed ciuem aliquem Hierosolymitanũ familiarem pontifici, occultum Christi discipulũ, qualis erat & Ioseph ab Arimathea, vt intelligatur Petrum ex fuga dilapsum ad huius domum, & hinc cum ipso secutum Dominũ. Quomodo enim probabile esse potest, Ioanni vili piscatori & Galilæo familiaritatem fuisse cũ Hierosolymitano Caipha, põtifice superbo, & summę apud Iudæos authoritatis? vt omittam, Ioannem non minus manifestũ fuisse Christi discipulũ quàm erat Petrus, ac proinde idem illi obuciendum fuisse à ministris quod Petro. At parum refert scire quis deroũ fuerit hic alius discipulus. Is quisquis fuit, obfamiliaritatem quam habuit cũ pontifice, ausus est post Iesum & ministros ingredi vsque in atriũ pontificis. Petrus verò partim timore, partim verecũdia prohibitus fuerit ad ostium foris. Alius ergo discipulus intelligens Petrum præ verecundia foris manere, quem tamẽ sciebat cupidum cognoscẽdi exitus, regressus ex atrio egit cum ancilla ostiaria, vt Petrũ introduceret, qua id faciẽte Petrus etiã in atriũ põtificis ingressus est ministris se permiscẽs. Hac ratione Ioannes ostendit quomodo factum sit vt, quod alij omnes tradiderunt Euãgelistæ, Petrus in atrium peruenerit pontificis. Cæterùm Ioannes postquam dixisset ostiariam introduxisse Petrum, mox subiicit Petrum ancilla interrogante nũ ex discipulis esset, negasse Dominum, quod tamẽ nõ sic accipiẽdum esse quasi in ipso introitu acciderit, patet ex aliis Euangelistis, qui narrant primã negationẽ accidisse, cùm vna ex ancillis põtificis vidisset Petrum in atrio se calefacientem, & sedẽtem ad lumẽ. Cùm autem omnes Euãgelistæ quatuor Petri tres commemorẽt negationes, nõ tamen eodẽ omnes narrant loco. Matthæus enim & Marcus eas simul describũt post gesta põtificis & ministrorũ eius circa Dominum; Lucas verò ante ea: Ioãnes vnam quidem cõmemorat ante põtificis interrogationem: alias verò duas post eam. Itaque quoniam non licuit omnium ordinem cõmode sequi, visum est in Concordia ordinẽ à duobus seruatum sequi, Matthæo scilicet & Marco, ita vt in vnum caput ex omniũ quatuor narratione redegerimus omnes tres Petri negationes.

PONTIFEX ERGO INTERROGAVIT IESVM DE DISCIPVLIS EIVS, &c. Perducto ad pontificẽ Domino, variis modis pontifex & qui cum eo erant, quæsierũt innumeræ crimen aliquod quod ei cõram iudice obiicerẽt, hac in parte, sicut & in aliis, longè deficiẽtes ab æquitate sacerdotali. Proditionẽ enim innocẽtis pecuniã redemerunt, per conductam armatorum manum inermem ceperunt, non reluctantem, sed tantùm specimen virtutis suæ ædẽtem si vti voluisset, ipsi spontè se præbentem alligarunt, ducunt nõ ad iudicẽ, sed ad hostem, veluti prædam ostentantes, atque ibi demum crimen obiiciendum quærũtur, quum etiam prophanarẽ legũ æquitas nemini manum iniiciat, nisi prius vehemens criminis suspicio aliquem grauet. Imprimis ergo Caiphas pontifex [illegible] similè est enim [illegible] Iesum de discipulis eius, & de doctrina ipsius, ne discipulis quidẽ quales scilicet essent, & in quẽ vsum eos sibi adiunxisset, nimirũ notare volens eũ seditionis & affectati regni, quod per adiũctos sibi discipulos inuadere cõtra Romanos velle videret. De doctrina verò, qualis esset, an cum lege cõsentiẽs Mosaica, an ab ea discrepans, notans scilicet eum etiam hac in parte suspectũ haberi. Itaque cupiebat ostendere, ipsũ esse nouatorem ac seditiosum, contrariumq; tum Romanis, tũ Deo. Iesus autem etsi sciret eũ non æqui iudicis animo percontari, quòd verum cognosceret, sed fraudulẽter venari quod crimina retur, nõ tamen conuitiis fallacem est insectatus, sed summa cum prudẽtia pontifici respondẽdi dẽter quidem & fortiter, ostendens se etsi ab omnibus desertus & ligatus, atque multis vallatus inimicis, corã superbo magnæq; autoritatis põtifice cõsisteret, nõ tamẽ fracto esse animo, vt mercelonis accidere solet, aut causæ suæ male fidẽtib⁹, ac docens interim, pro veritate nõnunquã fortiter quidem, sed absque conuitio respondendum esse. Sic autem respõdit appositè, vt & põtificẽ taxaret iniuriæ ac malæ interrogationis, & ab omni nouationis ac seditionis studio alienum esse insinuaret. Et de discipulis quidem nihil tunc Dñs apertè respõdit, sed tantùm de doctrina, siue quòd causa discipulorum talis tũc nõ fuerit, vt gloriosa de eis prædicare posset; siue quòd respõsio de doctrina etiã ipsam de discipulis abũdè expediat quæstionem. num enim doctrinam suam à suspicione liberat, insinuat etiã satis vitio sibi dari non posse quòd discipulos sibi adiũxerit. Hoc est ergo quod dicit Dominus: Doctrina mea de qua rogas non est mea, sed eius qui misit me. Quòd si tu vis videri, seditiosa, molẽsq; imoquã alicuius rerũ innouationem, qualis esse solet eorũ doctrina, qui in occulto sua clã spargũt venena. Ego enim palam locutus sum mundo. Nam indefinenter docui per omnes ciuitates in synagogis earũ, atque in ipsa Hierosolyma docui i templo, quò ex omnibus partibus Iudææ cõueniunt, & in occulto nihil locutus sum, quod nõ idem palã docuerim, quòdve occultu haberi voluerim. Quod cùm ita sit, quid me interrogas de mea doctrina, cui tãquã reo nõ sis habitura fidẽs, si de doctrina mea magni fice loqui velim? Si ipse, vt mentò debuisti, publicam meam nõ audisti doctrinã, interroga eos qui audierunt, nõ tãtùm discipulos meos, sed quosuis. Interroga, inquã, eos quid locutus sim ipsis. Sciũt enim hi quę dixerim ego, & proinde requisiti poterunt tibi cõuenientius de doctrina mea proferre testimoniũ. Itaq; vt prius dixi, in his verbis Dominus pontificem taxat ignauię & acediæ, quod publicam doctrinam nõ audisset is cuius erat prospicere quid doceretur: Magnates enim siue per superbiã, siue per alios occupationes auocati, ratò verbo Dei audiendo vacant. Sic & Herodes, quãquam Christi videndi desiderio teneretur, tamẽ ad illũ vidẽdum exire dedignabatur. Taxat itẽ de mala interrogatione iudiciaria, quòd de re publica præteritis quos ad manũ habere poterat testibus multis, interrogauerat eũ qui tãquã reus astabat, cùm in iudicio reo de se loquẽti nõ habeatur fides. Animum sibi bene cõscium, & ab omni seditionis studio liberũ declarat, partim ipsa respondendi libertate æquitati & non cõuitiis nixa: partim ipsius suæ doctrinæ liberta ,ppalatione, quòdque quorumuis auditorũ, etiã hostium, se audeat committere testimonio. Id enim erat indiciũ cõscientiæ bene fidẽtis in dictorum veritate. Ex superiori autem verborum Christi paraphrasi, patet quomodo sit accipiendum illud: *Ego semper docui in synagoga & in templo*, nempe non quòd alibi nunquam docuerit. Docuit enim aliquãdo in deserto, in naui, atque in priuatis ædibus, sed quòd ab initio prædicationis vsq; ad illud tempus nunquam declinauerit publica illa doctrinæ loca, sed ea assiduè suis tẽporibus frequẽtauerit. Patet & quomodo illud sit accipiendum: *In occulto locutus sum nihil.* Multa em in occulto priuatim suis dixit discipulis, sed nihil diuersum ab his quæ palam docuit, nihil quod nõ palam dici voluit. vnde Apostolis dixit: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Impletum ostendit in se Dominus illud qd in persona Dei dicitur: Non in abscõdito locutus sum, in loco terræ tenebroso. Cæterum cũ ob animi bene cõscij fiduciã, atq; respõsionis æquitatẽ Dñs admirandus esset, contra tamen pro verbis oportunè prolatis verbera ei redduntur summa cum ignominia. Hæc enim cùm dixisset, vnus ministrorum, immemor declaratæ primùm à Dño cõtra hostes suos potentiæ, immemor & benignitatis tum in cõseruum ab ipso exhibitæ, quòd rem gratã faceret põtifici, indignãs q; libere ad eos respõderet, per adulationem dedit alapã Iesu. Quę ignominia vt in se ex maxima, ita erat & iniustissima, nõ solum q; præter meritum inflicta, sed etiam q; cõtra omnem iudicij æquitatem. Victo enim qui sese vlcisci nõ poterat, parcendum erat etiã peccãti. et in iudicio permittitur reo liberè pro seloqui, habẽtq; hoc etiã apud gentes iudicialis æquitas, vt facinorosus iã cõprehensus & victus, nulla iniuria aut pœna afficiatur, nisi sententia secundum leges à iudicib. iuratis lata. Addidit autẽ percussor cõuitium: & se famulo & magistro põtifice dignũ: *Sic*, inquit, *respondes pontifici?* Quasi verò põtifici nõ sit liberè & cum ratione respõdendum. Sic & hodie nulli pejus audiunt apud magnates quosdam quã qui liberè loquuntur, quãtumuis cũ æquitate loquãtur, in quib. adhuc Christus alapis cæditur, cum ob liberã prædicationem aut admonitionem persecutiones & ignominiæ illis irrogãtur. Porro Dñs cum verbo posset hunc impactorem alapæ cum suo perdere põtifice, tamen insigne patientię & mansuetudinis nobis exemplum relinquens, nihil tale fecit, sed tãtùm verbo & ratione euidẽti illum cõfutat, liberè quidem rursum loquens, sed mansuetissimè. Non enim cõueniebat, vt tacitus hanc alapam perferret, ne videretur agnoscere se vt criminabatur, indecenter pontifici respondisse. Respondit autem dilemmate ac syllogismo cornuto, vt vtram partem elegerit, conuincatur percussor: *Si* (inquit) *male locutus sum, testimonium perhibe de malo*, hoc est, doce & ostende ratione quid malè dixerim (sic enim sæpe accipitur in scripturis, testificari, vt sit docere, admonere & exhortari.) *Si autem bene locutus sum, cur me cædis?* quasi dicat: Aut malè locutus sum, aut bene. Si malè, tuũ nõ est mox vindicare, sed testari & ostẽdere quòd malè locutus sum, maximè cùm tu ipse iudex non sis, sed ante iudicem consistam. Si autem bene, tãtum abest vt me cædere debuerit, vt potius laudandus tibi sim, & admirãdus. Huius figura præcessit in Michæa, qui etiã ob veritatem exsus est in maxilla à Sedechia ministro Achab regis. Non obuertit autem Dominus alteram maxillã, cùm præceperit percutienti vnã maxillam, præbere & alterã, quia ad literam id nunc fieri nõ fuisset cõuenies, nec vtilitatem aliquam attulisset, sicque demõstrauit suũ illud præceptũ, & alia similia, nõ ostẽratione corporis, sed cordis pparatione fiẽda, nimirũ vt alterã potius iniuriã parati simus ferre quàm de vindicta cogitemus, quomodo Christũ fuisse tunc affectum ipse declarauit, cùm quẽ facillimè potuit nõ vltus est, & corpus suum crucipræbuit figendum. Sic & Paulus se ratione defendit, cùm in simili causa etiã in iudicio alapis percuteretur Ananię pontificis iussu. Nonnunquam em faciendum quod dicitur: Respõde stulto secundùm stulcitiam suam, ne sibi sapiens videatur.

PRINCIPES AVTEM SACERDOTVM ET OMNE CONCILIVM QVÆREBANT FALSVM. &c.) Cùm ex Domini verbis nihil excipere posset pontifex quod eum condemnabilem ostenderet, alia via tentarunt ij qui conuenerant aliquid inuenire quod in accusationem ipsius possent coram iudice Pilato proferre. Cessantes ergo ab ipsius interrogatione, interrogare cœperunt, sicut Dominus iusserat, qui ipsum audierant, speciem quidem legitimi iudicij & inquisitionis exhibentes, dum testibus contra ipsum agere videbantur, sed tamen veram iudicij & fori formam non seruantes: tum quia nocturnum tempus iudicio non conueniebat: tum quia deficientibus veris testimoniis, falsa contra Iesum exquisierint testimonia, omni timore Dei sic postposito, vt nihili facerent, veritatẽne an falsitate innocentem grauarent, modò sub specie æquitatis effici possent sui voti compotes. At insigniter & hoc Christi declarauit innocentiã, quòd multis licet falsis testibus accedentibus, non tamen inuenerint testimoniũ etiã falsum quale quęrebãt. qa, vt inquit Marcus, testimonia eorum non erãt cõuenientia, siue quia nihil tale proferebant vnde ad mortem coram Pilato posset accusari: siue etiã quia inter sese nõ consentiebãt. sed ipsa sese refellebant. Tanta ergo fuit Iesu innocentia, vt difficile fuerit sic de illo mentiri, vt mendacia veri haberẽt faciem. Impletum est nunc illud Prophetæ: Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutãtes scrutinio. Et illud: Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Falso testimonio etiã in

Act. 23.
Prou. 26.
3. Reg. 22.
Luc. 6.
Psal. 63.
Psal. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. Reg. 21 Dan. 13. Act. 7.

concilio oppressus fuit Naboth, grauata & Susanna, atq; in nouo Testamento Stephanus lapidib. obrutus. post multa autem falsa testimonia, tandē surrexerunt duo, quorum falsum testimoniū Euāgelistę cōmemorandum duxlerūt, siue quòd apertam & ridiculam illud contineret falsitatem, vtex vno reliqua æstimaremus: siue quòd illud, mysterium mortis Christi de qua nūc agitur, in sese cōplectatur. Hi ergo dixerunt se audisse cùm diceret se posse destruere templum Dei, & post triduū illud reædificare. Marcus verò eos grauius & inuidiosius testatos contra Dominum scribit. Asserūt enim apud eum Dominum dixisse non solùm ꝙ posset destruere & ædificare, sed quòd id esset facturus. Et rursum asserūt eum adieciisse de templo manufacto & nō manufacto. huius mēdacij occasionem sumpserant ex verbis Christi, qui (vt refert cap. 2. Ioānes valde vtiliter pro loci huius intellectu) dixerat. Soluite tēplū hoc, & in triduo suscitabo illud. Ea verba malè intellecta, testes, vt facere solēt maligni, etiā deprauabāt, quòd res esset odiosior. Non eīm dixit, possum destruere, aut dissoluā, sed soluite vos: nec dixerat detēplo manufacto aut alio nō manufacto, sed simpliciter de templo hoc: nec dixerat se reædificaturum, sed suscitaturū, alludēs ad corpus suum exanimādū & reuicturum. Sed & hoc testimonium nō est principibus visum conueniens, vt refert Marcus, siue quia nō eodem modo & cōcorditer referebant, sed vnus fortè, sicut habet Matthæus, & alter, vt Marcus: siue potius quia videbāt illud nihil habiturum ponderis apud Pilatū, ad iudiciū mortis proferēdum, quòd verba illa tantùm inanem quandā præ se ferebāt iactantiam, citra aliquam iniuriam. Quam enim iniuriam cōmitteret qui templum à se destructū in triduo idē reædificaret? Cùm ergo nec per quæsita testimonia viderent se quicquam posse cōtra Iesum, rursum summus sacerdos veluti ex præsidentis in cōcilio authoritate interrogare aggreditur Dominū, si fortè ex eius verbis quicquā audire possent quod contrà ipsum proferrent. Nō autem iam pro iudicis modestia manet sedēs, sed ira ipsum rapiente excutitur è solio, vesaniam mētis motu corporis demonstrans, vnde dicitur: *Et surgens princeps sacerdotum in medium, interrogauit Iesum, dicens: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur?* Iudicauit quidem apud se conuenientia nō esse illorū testimonia, fortiter tamen illud dissimulauit, & velut vtgentia valde atque metuenda, ita de his interrogat Dūm. Dominus autem tacebat, & nihil respōdit. Et meritò atq; prudenter. Sciebat enim illorum iudicio nō esse cōueniētia testimonia cōtra se prolata, rursum sciebat in calumniam rapiendum quicquid respōderet, illumq; nō nisi calumniæ inueniēdæ causa interrogare, ac totum concilium ira atque inuidia cōtra se cōmotum magis respōsione sua irritādū quàm silētio, Iā enim expertus erat libera sua respōsione & iudicij loco conuenientissima ob verborum rationabilitatē, quàm nihil profecerat. Et omnino iā tempus nō erat vt qui se spōtè in mortem tradidit, tanquam nocens pro nocentib. moriturus, sese sua qua potuisset sapientia & eloquētia, purgaret ab intentatis criminibus, sed implēdum in eo erat illud Prophetæ regij: Qui inquirebāt mala, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabātur. Ego autem tanquā surdus nō audiebam, & sicut mutus nō aperiens os suū. Et factus sum sicut homo non audiens, & nō habens in ore suo redargutiones: Et illud: Cùm cōsisteret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Siluit enim à bonis, dū innocētiæ suę gloriam nō quæsiuit, Deo acceptas iniurias committēs. Docet autē nos suo facto Dominus, ita patientes hominum ferēdas calumnias, vt ne quidē respōsione dignemur qnos mēdaciis apertis impetunt, cùm tales satis refellat propria cōscientia, & defensio magis irritet & prouocet, vt oleū camino ardēti addatur, cùm quis crabronib. illiusmodi respōdere tētat. Cęterùm cùm silētio Christi conatum suum pōtifex videret frustrari, noua iam ratione silentium illi conatur eripere, simulq; extorquere de quo ipsum coram iudice accusare possent. Aditūdo enim eū per Deū, pro pontificis authoritate, exigit vt dicat si sit Christus filius Dei, necne, vt siquidem taceret, ostēderet se pōtificiam cōtemnere authoritatem, & reuerētię Deo debitæ nō cedere: si verò cedēs loqueretur, vtrāuis quęstionis partē eligeret, accusarionis præberet occasionē. Si enim se Christū, Deiq; filium cōfiteretur, accusaretur & cōtra Romanos regni affectator, & cōtra Deum, diuinæ dignitatis vsurpator: si verò negaret se esse, accusaretur vt qui illos titulos priùs sibi falsò vsurpauerit, ac seditiosè ēte aliquot dies permiserit acclamari: Benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel; nolēs, etiā cùm admoneretur, turbā ab ea cōpescere acclamatione. Quid autē sit adiurare per Deum, dictū est in cap. Concordię circa illud Marci: Adiuro te me torqueas. Adiurādi ritus celebris fuit in veteri lege, vt patet Numeri 5. Iosue 2. aliisq; locis: at sicut iuramēto non est temerè vtendum, ita nec adiuratione, cùm vtrobique nomen Dei assumatur, quod nunquam in vanū sumēdum est: vnde adiuratione contra Christū abusus est hic Caiphas, sicut & pater eius diabolus Christū immeritò adiurauit, cùm se frequenter satis Christū esse declarauerit, & ille huius cōfessioni stare nō decreuerit. Dominus tamē quò se declararet Dei authoritati cedere, & pōtificis, etsi scelesti, authoritatē nō cōtemnere, & vt Iudæis omnē suę infidelitatis prætextū amputaret, qui alioqui dicere poterāt se ereditos si ille rogatus & adiuratus dicere voluisset quis esset, etsi sciret quā malè ob veritatē esset tractādus, respōdit apertè, quòd aliàs rarò fecit, se esse Christum. *Tu* (inquit) *dixisti*, hoc est, vt habet Marcus, *Ego sum*. Illud enim phrasi Hebraica significatur per illud: *Tu dixisti*, vt annotauimus in ca. Cōcordiæ 132. Nō simpliciter autē se esse Christū asseruit, sed adiecit etiam efficacissimum argumētum, quo suo tēpore omnibus fit declarādus esse Christus filius Dei, etiam his qui tum illum agnoscere noluerunt, quādo scilicet omnes eum videbunt sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cœli, quod implebitur in nouissimo die, quādo vēturus est ad iudicādum omnes viuos & mortuos. Tūc enim omnes eū videbūt, etiā inereduli, in gloria sua regnātem, & venientem ad iudicium. Intelligūt tamē quidam illum quod dicitur, videbitis filium hominis sedentem à dextris Dei, impletum mox post Christi ascensionem, eo ꝙ dicat *amodò*, quasi statim sint visuri, intelliguntq; illud impletum in Iudæis ratione eorum qui ex eis crediderūt. Sic Augustinus intelligit epist. 80. quæ est ad Hesychiū, intelligitq; quod dicitur, *venientem in nubibus*; de illis mysticis nubibus de quibus dictum

Psal. 37

Esaiæ 5. dictum est per Prophetam: Mandabo nubibus ne pluāt super eam; Christumque venire in nubibus, quia per Ecclesiam vsque in finem sęculi non cessat venire. In suis enim, inquit, veniēs agnoscitur, dū eius quotidie mēbra nascūtur. At prior intelligētia est simplicior. Nec obstat illud, A modo. Tantùm enim significare voluit Dominus, quòd post tēpus istud suæ humilitatis visuri essent aliquādo illum in alio quàm se modò exhibuerat statu. Nō est autem nouum in scripturis, Christi aduētū prędici, tanquam iamiam venturū, eo quòd iā nouissima sit hora. & quia milleanni coram Deo sint velut dies vna. Porro appositè nūc Dominus hoc argumentum suæ protulit excellentiæ, quia hoc aptum erat & ad sentiendum terrorem se tunc iudicantibus, & ad dissolutionē argumētorum & trationum ob quas despiciebatur, & nihil minus quàm Christus credebatur. Quod autem in argumētum eius quòd se Christum esse dixerit, hęc adiecerit, satis patet ex Marco, qui habet: *Ego sum, &* Marc. 14 *videbitis filiū hominis sedentē à dextris virtutis*. Et similiter ex Luca, qui Dominum rogatum num esset Christus, illud imprimis Dominum respondisse scribit: *Ex hoc erit filius hominis sedens à dextris virtutis* Luc 22. *Dei*; atque ex illo Iudęos ituliisse: Tu es ergo filius Dei? Proinde dictio, *verūtamen*, videtur hic accipienda apud Matthæum non aduersatiuè, sed pro imò, vel Et sane, sicut sæpe accipienda est in Psal. Nam & hoc significat dictio Græca πλὴν, hic & in Psalmis posita. Sensus ergo verborum Christi est: Tu dixisti id quod res est. Ego enim non mihi vsurpo qđ tu dixisti, sed re vera sum. Id etsi vobis ob carnis humilitatē videatur modò incredibile, suo tamē tempore, imò paulo pòst vel inuiti agnoscere cogemini, quādo hunc qui nunc tātùm videtur filius hominis, vobisque ob id contemptibilis est, videbitis sedentem à dextris virtutis Dei, consortem effectum gloriæ & potentię eius, quādo & eum qui nunc astat à vobis iudicādus, videbitis secundùm scripturas venientē in nubib⁹ cœli ad iudicandū omnes. Alludit enim hic Domin⁹ ad scripturas eas quas de Christo dictas esse etiā Iudæi tum agnouerunt, ostendens ex eis sibi competere nomē Christi & filij Dei. Et in priore quidē parte alludit ad illud Psalmi: Dixit Dominus Domino Psal. 109. meo, sede à dextris meis: in secūda verò parte qua dicitur filius hominis vēturus in nubibus cœli, al Daniel. 7. luditur ad illud Danielis: Ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquū dierum peruenit, &c. Cùm autē ad dicēdam veritatem pontifex per reuerentiam Deo debitam Dominū adegisset, tamen iā audita veritate indignationem non vulgarem ostendit, idque quasi zelo glorię diuinę cōmotus, dum scidit vestimēta sua, exclamans eum blasphemasse. Erat autem scissio vestimentorum celebris mos apud Hebræos in signum deplorandæ alicuius rei, vt patet Num. 14. Iosue 7. Iudic. 11. 2. Reg. 1. & aliis multis locis. Vt autem gloria Domini præ omnibus maximè est optanda, ita blasphemiæ crimen, res est omnium maximè deplorāda & execrāda. Vnde & Ezechias rex auditis blasphemiis Rabsacis, scidisse legitur Esaiæ 37. & 4. Reg. 19. vestimēta sua. Cæterùm cùm hoc signo īdignationem suam pontifex declararet, tamen econtrariò verbis satis significauit suum ob extortam confessionem ei⁹ vnde illum accusare possent, gaudium, cùm subiecit: *Quid adhuc desideramus testes? ecce nunc audistis blasphemiam*. Illa enim vox est gaudentis se post longam expectationem iam voti sui compotem effectum. Hoc ingenio & hodie quosdam est inuenire, qui cùm se ob alicuius maleficium quod cōtra Dei sit gloriam, tristes ostendant, gaudeant tamen ꝙ habeāt vnde aliquem criminari possint. Vt autem impius hic pontifex adiurando peccauit, quia maligno animo, & non discendæ veritatis studio Dominū adiurauit, vtque peccauit scindendo vestes suas, qa ficto pro Dei gloria zelo, & non vero dolore vestimenta sua discidit, ita tertiò in suo ad præsentes sermone peccauit, quòd tanquam iudex præsidens iudicis officium peruertit. Cùm enim iudicis officium sit, audito & probato ab astantibus accusatoribus crimine, de supplicij merito pronunciare: hic cōtrà accusatoris partes agit, dicens: *Blasphemauit, & ecce nūc audistis blasphemiā* iudicis partes astantibus defert, dicens: *Quid vobis videtur?* Nec cunctantur illi mox post intentatum crimen, sine omni discussione, iudiciariam proferre sententiam, vno ore dicentes eum reum esse mortis. Adeo nulla est synceritas, nulla ratio, null⁹ ordo, vbi regnat impietas, sed omnia plena fictione & confusione. Et quidem hac ipsa sententia sese Iudæi planè tunc condemnauerūt. Si enim Domin⁹ ob blasphemiam secundùm legem reus erat mortis, ergo lapidibus à Iudęis erat obruēd⁹, quemadmodum fecerunt i Stephano. Illud enim Actor. 7 mortis gen⁹ & nō crux præscribitur blasphemis, Leuit. 24. perpendat hic Christianus animus ignominiā & iniuriā hacten⁹ Domino in domo Caiphæ illatā, dum & rationabili sermone, & patiēti silentio offendit, adeo vt ob rationabilem sermonem facies eius, de quo dictum est, Speciosus forma præ filiis hominū; ministri nequissimi palma Psal 44. cædatur, atque ob patiens silentiū ad loquendum religionis prętextu compellatur: dumque ob veritatem non inaniter, sed religionis intuitu manifestatam blasphem⁹ pronūciatur ab his qui verè in ipsum erant blasphemi, dum rursus is q vita erat omniū, morte dign⁹ pronūciatur ab his qui mille mortibus erāt digni, nec vitam habebāt nisi ab eo quem morti reum condēnabant. Sed magis adhuc magnitudo ignominiæ Christi in sequentibus fit manifesta.

ET TVNC VIRIQVE TENEBANT IESVM, ILLVDEBANT, &c.] Cùm omnium voce reus mortis pronunciatus esset, tum viri q eum tenebant, (non enim tantùm vinctus in concilio astabat, sed multorum adhuc ministrorum manibus detinebatur) cœperunt ei tanquam iure condemnato variis modis illudere, omniplane se destitutos esse humęnitatis affectu, & beluina quadā præditos rabie declarantes, dum in morituri sęuiunt, eique insultāt. Variis autem modis iam illusum est Domino, & potissimum quinque iniuriarum species ex Euangelistis licet aduertere. primò enim cōspuerunt in faciem eius. Eius, inquam, faciem, de quo dixit Propheta: Ostende nobis pomi Psal. 84. ne faciem tuam, & salui erimus. Consuetudinem autem fuisse Iudaicā cōsuetudinem, & pro maxima habitam ignominia, patet ex Num. 12. vbi dicitur: Si pater eius spuisset in faciem illius, nonne debuisset saltem septē diebus rubore suffundi? Et ex Deuteron. 25. vbi statuitur vt in facié eius, qui fratris sui vxorem sine liberis relictam non vult ducere, mulier spuat, & dicat: Sic fiet homini qui nō ædificat domum fratris sui. Secundò, faciem eandem venerandā & speciosam, hoc est, oculos eius

de quo dicitur: Omnia videt oculus illius; velaue- A
Eccle.23. runt, quo audacius & inuerecundius omnes iniu-
riarum species ei infertent. Tertiò, iam velata eius
facie percutiebãt eam, & quidã quidem colaphis,
hoc est, pugnis eum cæciderunt, clausis manibus
eius faciem aliásque corporis partes pulsantes: vt
hinc facilè intelligi possit faciem eius intumuisse,
liuidamq; effectam. Alij autem alapas, hoc est, pal-
mas in eius faciem dederunt apertis manibus eã
Matt. 5. feriẽtes; quæ res in viris maximæ ducitur ignomi-
niæ. Atque hic quidem Dominus qui prius percu
tiẽti sibi infaciẽ respõdit, etiã ad literã seruauit id
Luce 6. quod aliquando dixerat: Si quis te percusserit in
vnã maxillã, præbe ei & alterã. Hęc ergo est quarta B
ignominiæ & iniuriæ species. Postremò, duris ver
beribus durissima & opprobriis cõuitiisq; plena
addiderunt verba, dicentes: *Prophetiza*, hoc est, diui
na, *nobis Christe, quis est qui te percussit?* Christum eum
vocant conuitiosè, tanquam qui inaniter nomen
illud sibi vendicauerit: prophetę etiã nomẽ cõui-
tiosè ingerunt, q talis à populo sit habitus. Nec
hoc contenti conuitio, alia multa, vt habet Lucas,
blasphemantes, hoc est, conuitiantes dicebant in
eum. Horrore hæc omnia sunt plena, ita, vt nulla
mens capere, nulla facũdia horrorem hui⁹ culpæ
exprimere possit. Horrẽdum dictu & cogitatu est,
talia homini quãtumuis reo fieri: innocentẽ talia
pati ab his quos beneficio affecit, longè horribilis C
simũ. Deũ verò ipsum talibus affici sputi, verberũ,
verborumq; iniuriis, adeo est execrandum, vt hu-
manæ aures nõ sustineãt audire. Impletũ est nũc
Iob 16. in Christo illud quod de se Iob dicit: Aperuerunt
super me ora sua, exprobrãtes percusserũt maxillã
Psal. 21. meã, satiati sunt pœnis meis. Et illud quod est in
psal. Ego autem sum vermis & non homo, oppro-
brium hominum & abiectio plebis. Et illud Thre
Thren. 3. notũ: Dabit percutiẽti se maxillam, satiabitur op- D
Isaie 50. probriis. Et quod dixit Isaias: Corpus meum dedi
percutiẽtibus, & genas meas vellẽtib⁹, faciẽ meã
nõ auerti ab in crepantibus & cõspuentibus, vel,
vt habent Hebræa, ab ignominiis & sputo. Ex qua
prophetia patet præter prędictas quinque iniuria-
rũ species, etiã aliã Domino hic aut certè ĩ simili
illusione facta in domo Pilati à militibus, fuisse ir
rogatam, in genarum scilicet eius impia cõuulsio
ne. Sic illuditur nõ ab alienigenis philisthæis, sed à
suo populo, verus ille noster Samson, veri
Israelis assertor. Perpendat in his anim⁹ Christia-
nus Christi indicibilẽ patientiam, eiúsq; eximiam
erga nos charitatẽ, snáque peccata agnoscẽs fuis-
se causam sputorũ, subsannationũ, execrationum,
& plagarum eius, caueat neetiam nũc cum Iudęis
hęc denuò Christo inferat. Sicut enim nostris pec
catis secũdùm Paulum Christus rursum crucifigi
tur, ita secũdùm eũdem illis ostentui habetur, irri
detur, & vapulat. Quoties ob Euangelicum sermo
nem quis afficitur cõtumeliis, malisque affligitur,
Christus in eo subsannatur, in faciem cæditur &
verberatur: quoties veritas aliquibus fucis aut vi
occultatur, facies Christi obuelatur, imò quoties
iniuria etiãminimus quispiã fideliũ afficitur, Chri
stus ĩ illo patitur. Perpendat quoque Christianus
Christi passionem induabus rebus sitã fuisse, non
tantum scilicet in insignib⁹ pœnis & suppliciorũ
generibus perferendis, sed etiã in insignibus igno
miniarum omnigenarũ specieb⁹, quæ ipsa morte
plerumque sunt crudeliores & intolerabiliores.
Quanquam eñ nullum supplicium sit sine igno
minia, nec ignominia sine pœna, tamẽ alicubi ma
gis attẽditur pœna, alicubi ignominia. Hoc duplici
modo Christũ pati cõueniebat, vt tolerãtia pœna
rum satisfaceret pro delectatione quæ est ĩ pecca
tis, & tolerãtia ignominiarũ satisfaceret pro ho
noratione & ignominia quam hominũ peccata,
quantum ex se est, Deo inferũt. Ceterũm quę nũc
Christo intulerunt Iudæi, reciderũt in caput ipso
rum. Sicut enim põtifex in vituperiũ Christi scidit
vestimenta sua: ita mox cum gentis Iudaĩcæ igno
minia scissa est & sublata põtificalis eorũ dignitas
in vestitu externo egregie relucens, qđ illa scissio
significabat & merebatur. Sicut tum obuelabant
faciem Christi, ita nunc velamen positum est ipso
rũ iusto demerito super cor eorũ, vt nõ possint cũ
fidelibus reuelata facie gloriam Domini contem-
plari, & adimpletum est illud Prophetę: Obscuren- Psal. 68.
tur oculi eorum ne videant. Sicut tũc omne igno-
miniarum genus factis & verbis Domino irroga-
uerunt, ita nunc omnibus sunt ĩ derisum & in im- Psal. 30.
properium, vt dicere possint illud Dauidis: Facti
sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio &
illusio his qui ĩ circuitu nostro sunt. Et impletum
est in eis quod de ipsis dixit Dominus apud Iere- Ierem. 24.
miam: Dabo eos vexationem afflictionemq; om-
nibus regnis terræ, in opprobrium, & in para-
bolã, & in prouerbium, & in maledictionem in vni-
uersis locis ad quæ eieci eos.

TER PETRVS NEGAT DOMINVM. Matthæi 26. Marci 14. Lucæ 22. Ioannis 18. CAP. CXXXIX.

†b venit ac Quem cũ vidisset ancilla quadã ‖b aspiciens illum †a dicens b ait †a Galilæa a d dicit ille ‖a Nescio quid dicis *b autem †a, aut a b ex illis est * dille ‖a habẽt †b dicebant

[a]Petrus autẽ sedebat foris in atrio. [e]Et [b]cũ esset Petrus in atrio deorsum, †[e] accessit [a] adeũ [a] vna [a] ancilla, [b] ex ancillis sumi sacerdotis, & ▷ [b] cũ vidisset Petrũ [b] calefacientẽ se [&] [e] sedentẽ ad lumẽ, & ‖[b] eũ fuisset intuita' †[b] dixit: [e] Et hic cũ illo erat. [d] Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nũquid & tu ex discipulis es hominis istius? [e] Et tu cũ Iesu † Nazareno' eras. [d] At ille negauit [e] eum [a] coram omnibus ▷ ▷ dicens': [d] Non sum. [c] Mulier non noui illũ. ‖[e] Neque scio [b] neque noui [e] quid dicas. [d] Stabant autẽ serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autẽ cũ eis & Petrus stans, & calefaciens se. [b] Et exiit foris ante atriũ, & gallus cantauit. [a] Exeunte autẽ illo ianuã, vidit eũ alia ancilla, [b] rursus * cùm vidisset eũ ancilla, †[e] cœpit dicere [b] circunstantibus, [a] his qui erãt ibi. [b] Quia [a] & hic ▷ erat cũ Iesu Nazareno'. [d] Erat autẽ Simõ Petrus stãs & calefaciẽs se. Et post pusillũ alius videns eũ, dixit: Et tu de illis es. [d] Dixerũt ergo ei: Nũquid & tu ex discipulis eius es? [e] Petrus [b] verò iterũm negauit * [a] cũ iuramẽto, Quia nõ noui hominẽ, [d] & [b] dixit: [c] O homo [b] nõ sũ. ‖[e] Et post pusillũ [b] rursus [e] iteruallo facto quasi horæ vnius, alius qdã affirmabat dicẽs: Verè & hic cũ illo erat, nã & Galilæus est. [Et] [a] accesserunt [e] qui ‖astabãt [a] & †[e] dixerunt Petro: Verè [a] & tu [e] ex illis es, nã [b] & [a] & Galilæus es, [a] & loquela tua manifestũ te facit. [d] Dicit ei vnus ex seruis põtificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculã: Nonne ego te vidi in horto cũ illo? Iterũ ergo negauit, [c] & ait [b] Petrus: [c] Homo, nescio

†b anathematizare. ▷ a non noui sethominem. ‖ f. concremo. †b quod dixerat ei Iesus. c sicut dixerat. ▷ b cœpit flere.

nescio quid dicis. [b] *Ille autem* [a] *tũc* [e] *cœpit* † *detestari, & iurare, quia* ▷ *nescio hominem* [b] *istum, quẽ dicitis.* ‖ *Et statim* [c] *adhuc illo loquente,* [d] *gallus* [b] *iterũ cantauit.* [c] *Et cõuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi* [c] *Domini* [a] *Iesu,* †[b] *quod dixerat* [b] *ei,* [c] *Quia priusquàm gallus cantet* [b] *bis,* [c] *ter me negabis. Et egressus foras* [c] *Petrus,* ▷ [b] *fleuit amarè.*

PETRVS AVTEM SEDEBAT FORIS IN A ATRIO. ET CVM ESSET PETRVS, &c.] In hoc capite congessimus ex omnibus quatuor Euangelistis omnes tres Petri negationes ob causam superius positam. Quas etsi Euangelistę valde variè videãtur narrare, nihil tamen esse inter ipsos dissonantiæ, nec ob variã eorum narrationem necesse esse, vt (quemadmodum quidam volunt) Petrus pluries quàm ter dicatur Dominum negasse, ipsius Cõcordiæ contextus satis insinuat, & in sequenti historiæ enarratione apertius demõstrabitur. Itaq; cùm Dominus à principib⁹ sacerdotum B
interrogaretur, & à ministris illuderetur, interea Petrus in atrio erat inter ministros sese calefacientes, cum quibus & ipse se calefaciebat, quia frigus erat. Principiũ negationum Petri fuit, q aulã pontificis impij est ingressus, & impiorũ se immiscuerit cõsortio, à quibus si cum aliis Apostolis abstinuisset, nõ tam grauiter præ illis lapsus fuisset. Nõ sine mysterio autem frigus fuisse dicitur: Frigus enim hoc corporale, frigoris mentis Petri & aliorum discipulorũ typũ præ se fert. Omnia hic suis consentiunt mystertiis. Tenebrarum potestas in tenebrarum nocte incœpit. Sic & in tempore algoris, Petri ardor cœpit tepescere. Æquinoctium enim C
erat vernale, quando nox & dies humidi & frigidi esse solẽt: noctes verò natura semper diebus sunt humidiores, vt mirum nõ sit hoc tempore ob frigus ignem pro ministris accensum in medio atrij. Inter hos ergo iam reipsa se Christi dissimulans discipulũ sedebat Petrus, vt habet Matthęus, foris in atrio. Non discordat autem q Ioannes Petrum ad prunas stetisse dicit cũ ministris. Intelligendum enim Petrũ & ministros, vt sit, nunc stetisse, nunc sedisse. Et q dicitur foris sedisse, non repugnat ei quod Matthæus & Marcus dicunt, eum ingressum intro in atrium summi sacerdotis. Intro enim ingressus est, quia non permansit ante fores domus, sed vsq; in atrium, quæ prima magnarum domuũ D
pars est, peruenit. Foris sedit in atrio, &, vt habet Marcus, in atrio deorsum, respectu eius loci in quẽ ante põtificem Christus deductus fuit. Intelligendum enim, pontificem cum cõcilio seniorum non egisse cũ Christo quæ dicta sunt, in ipso atrio, vbi inter promiscuã ministrorum multitudinem erat & Petrus, sed in atrio aut cubiculo aliquo interiori, ad quod ex atrio primo fuerit per gradus aliquot ascẽsus, vt eius cõparatione Petrus foris sedisse dicatur, & deorsum. Hic ergo sedẽte Petro, ancilla quædã domestica, quã ostiariã fuisse Ioannes insinuat, videns Petrum se calefacientem, & per lumen ignis aut candelarum eum agnoscens, & vel admirans eius audaciam, vel petulantia quadam puellari insolescens, ne non responderet ingenio sui domini, suorumq; cõseruorũ, primùm quidem astantibus dixit quod habet Lucas: *Et hic cum illo erat*, deinde verò etiã ipsum aggressa audacter Petrum, dixit quod habet Ioannes: *Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius?* aut, quod habẽt Matthæus & Marcus: *Et tu cum Iesu Galilæo, vel Nazareno, eras.* Id enim idem est cum interrogatione Ioãnis, quãquam fieri potest vt vtrunq; dixerit, quódq; priùs interrogauerit num esset, deinde asseruerit eum esse. Tum Petrus, qui tam gloriosè priùs Domino promiserat se non negaturum etiamsi moriẽdum esset, ancillulę vilis commotus voce, mox negat se esse vnum ex discipulis, imò ne nosse quidem aut scire se eum qui nominabatur asserebat. Qui ante pugnam sibi vendicauit victoriã, hic trepidat ante tubam. Non in tormentis & in eculeo existens, sed mulierculæ tantùm voce pulsatus Christum negat, quem priùs confessus fuerat filium esse Dei viui. Stricto enũ iugulum dedisset, sed ecce linguã mulierculæ pauit. Ita fragilis est humana natura sibi relicta, ita fragilitatem eius declarari conueniebat, qui de se iactanter nimis præsumpserat. Nec prætereundum est quod à mulierculatum aggressu & suggestione Petri cœperunt negationes. A muliere enim primi peccati cœpit origo, quod humanum genus à statu deiecit innocentię. Ita & mulier prima fuit occasio, vt solidissima illa fidei nostræ petra à sua excideret firmitate. Et alioqui sic euidentius hominis sibi relicti ostensa est fragilitas, quando à tam fragili sexu is qui à soliditate Petrus dictus est Domino, quiq; sibi tam fortis est visus, adeo subitò deiectus est. Fortè autem & illud diuina nobis dispositio significare voluit, prælatis, pastoribus, omnibusq; Ecclesiasticis à nullo magis sibi metuendum quàm à mulieribus: nihil magis vitandum, quàm illarum consortium, & voluptatis quę per mulierem significatur vsum. Quid enim hodie effœminatos facit Ecclesiasticos, nisi voluptas, & hoc genus mollicieiꝰ Cæterùm Marcus sicut priùs solus dixit Dominum prædixisse bis gallũ cantaturum: ita nunc solus dicit post primam negationem Petri gallum cecinisse, cùm iam egressus esset foras, vt ostenderet verã fuisse Domini prædictionem, & vt significaret Petrum nec primo quidem gallicinio admonitũ prędictionis Domini, vt eius memor respisceret, cùm tamen gallicinium illud audierit, eóq; audito fecere commodè potuisset. Adid enim significãdum valet, q antequam gallum cantasse dicat, petrum scribat exisse foras, vbi facilius quàm in tumultu ministrorum galliciniũ audire potuit. Porro cùm nos legimus in Marco; *exiit foras ante atrium*; pro, *ante atrium*, Græcis est ἐὶς τὸ προαύλιον, hoc est, in vestibulum atrij. Sic & cùm legimus in Matthæo: *Exeũte autem illo ianuam*; pro *ianuam*, Græcis est εἰς τὸν πυλῶνα, hoc est, in vestibulum, vt intelligendum sit Petrum non exiisse domum, sed in priorem atrij partem exiisse: vnde quod de ianua legimus in Matthæo, accipiendũ est de ea ianua qua ex atrio ibatur in vestibulum, nõ autem de ea qua exibatur è domo: & quod legimus in Marco, *exiit foras ante atrium*, accipiendum de exitu in vestibulum, quod fuit extra & ante atrium. Non ergo penitus se petrus è malorum nunc subduxit consortio, nec sic egressus est foras, vt post tertiã negationem, cùm de eo dicitur: *Et egressus foras fleuit amarè*; quod si fecisset, in sequẽtes non incidisset negationes: sed fortè metuens ne propter suum discessum de ipso ministri male suspicarentur, aut etiã audiens post se quosdam murmurantes, & ob id metuens ne ipsum persequerentur abeuntem, quasi bene sibi conscius, reuersus est in pristinum cõsortiũ. Cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ille exire inciperet,&ſeſe ſubducere pararet. A vidit eum alia (vt habet Matthæus) ancilla,eáq; reſpondens ingento ſui magiſtri & ancillæ prioris, ſicut prior etiam dixit circunſtantibus: *Et hic erat cum Ieſu Nazareno.* Obſeruauerat enim ipſum aliquoties in Chriſti ſequela proximũ ipſi adhęrere. Videre hic licet totam pontificis familiam eorundem eſſe morũ & ingenij, ac, vt eſt in Prouerbio, ſimiles habere labra lactucas. Qualis enim dominus, tales & ſerui. Dominus Dominũ, miniſtri diſcipulũ perſequũtur. Et bene etiã mulieres ſuum in paſſione Domini obtinent locum, vt vterq; ſexus in nece Domini peccãs humiliaretur, eiuſque B paſſione redimeretur. Poſt hanc ergo ſecundæ ancillæ ſuggeſtionẽ non ita mox ſecuta eſt Petri ſecunda negatio, quanquã eam Matthæus & Marcus ſtatim ſubiiciant, ſed reuerſus Petrus rurſum ſtetit, vt habet Ioannes, calefaciens ſe cum aliis. Ac tum non diu poſt primam negationem alius quidam, vt habet Lucas, cómotus, vt eſt veriſimile, ſuggeſtione ancillę cuius meminerũt Matthęus & Marcus, videns eum iam reuerſum dixit: *Et tu de illis es?* Ioannes autem dicit pluraliter: Dixerunt ergo ei. *Nunquid & tu ex diſcipulis eius es?* Veriſimile enim eſt cum illo cuius meminit Lucas, plures Petrum appellaſſe, quanquam vnus fuerit principalis, niſi velimus ſynecdochice pluralem numerum poſitum pro ſingulari, maximè cùm in tam vnanimi malorũ conſortio, quicquid vnus ageret aut C dicoret, omnium fieret nomine. Tum ergo Petrus non ab vna tantùm, vt in prima negatione, ſed à pluribus interpellatus, atq; ob id magis ſibi metuens, non ſolùm negauit, vt priùs, ſed iureiurãdo cõfirmauit ſe ne noſſe quidem hominem, nec eſſe ex eius diſcipulis. Et verũ aſſeruit & iurauit, quãquam præter eius intentionẽ. Neq; enim ſatis nouit tum hominem illum, quem ob infirmitatẽ nõ potuit iam credere verum eſſe Deum: neq; ex diſcipulis iam eius erat, à quo iam defecerat. Et hactenus quidem de duabus Petri primis negationibus. Tertiam verò puſillo poſt ſecũdam tempore factam Matthæus & Marcus commemorant. Puſillum tamen illud tempus maius fuiſſe quàm fue D rit inter primam & ſecundam, quam Lucas etiam ſcribit poſt puſillum contigiſſe, ſatis eſt manifeſtum. Nam inter primam & ſecundam non fuiſſe quaſi horæ interuallum, ſatis patuit ex Matthæo & Marco. Inter ſecundam autem & tertiam puſillum tempus quod ſcribunt Matthæus & Marcus. Lucas exprimit fuiſſe quaſi interuallum horę vnius, quod bene cõuenit cũ eo quod ſupra diximus de duplici galli cantu, circa illud Marci; *priuſquàm gallus bis vocem dederit.* Inter primum enim & ſecundum galli cantum ſpatium intercedit vnius ad minus horæ, aut amplius. Tũ ergo, vt habet Lucas, alius quidam ab eo de quo dixit in ſecũda negatione, dixit non quidem Petro, ſed aſtantibus, E ipſum eſſe ex diſcipulis Ieſu, ſigno quopiã cõfirmans, nimirum quòd Galilæus eſſet, qualẽ eum eſſe ex veſtitu aut potius ex loquela animaduertit, nõ q; alia lingua loquerẽtur Galilæi quã Iudęi, ſed quòd etiã in eodem idiomate ſinguli haberẽt linguę proprietates quibus dignoſci poterãt, vt in omnibus ſit idiomatibus. Veriſimile autẽ, Petrũ, quò magis ſuſpicionem de ſe tolletet, liberè cum miniſtris fabulari cœpiſſe. Verbis eius, de quo Lucas, commoti aſtantes, acceſſerunt, vt habẽt Matthæus & Marcus, & ſimul cum illo dixerũt Petro: Verè & tu ex illis es, nam & Galilęus es, & loquela tua manifeſtũ te facit. Fœlix certè cuius loquela declarat ipſum diſcipulũ eſſe Ieſu, & Galilæum eſſe, hoc eſt, trãſmigratum, è mundana ſcilicet ad cœleſtẽ conuerſationẽ. Ex abũdantia enim cordis *Luce 6. Mat. 12.* os loquitur. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona, & malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Signo iã dicto quo Petrus vrgebatur, acceſſit aliud quo etiã magis vrgebatur, & in vehemens adducebatur periculum. Nam, vt habet Ioannes, vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam, dixit ei: *Nónne ego te vidi in horto cum illo?* Huius igitur voce non ſolùm venit in periculum vt recenti aliquo indicio ex diſcipulis Chriſti agnoſceretur & haberetur, ſed vt etiã pro iniuria cõſeruo & cognato illata grauiter vindicaretur. Horti enim cõmemoratione à tali facta, ingerebatur ei memoria vltionis in horto factæ. Itaq; cùm iam non ſolùm multitudine, vt in ſecũda negatione, ſed etiã ſignis euidẽtibus premeretur & coarctaretur, magis etiã vt par erat ſibi metuẽs, nõ ſolùm cum iureirando, vt tum fecerat, negauit Dominũ, ſed etiã cum anathematizatione, hoc eſt, deteſtatione & denotione ſuiipſius. Talis erat in malorum permanẽti cõſortio, creſcente periculorum metu, etiã criminum progreſſus. Ità trino criminũ incremẽto debebat ſibi innoteſcere, qui trina vice de ſe ſemper præſumptuoſius promiſerat ſe nõ negaturũ. Nã, vt patet ex Cõcordia ſuperius poſita in cap. 133. imprimis dixit: Animã meam pro te ponam. tum, Etſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed nõ ego. poſtremùm, Etiamſi oportuerit me ſimul cõmori tibi, non te negabo; vbi progreſſum quendam in aſſerendo licet obſeruare, ſicut hic in negando. Cæterùm, vt annotauit D. Hieronymus, quidam ex pio erga Apoſtolum Petrum affectu ſic petri interpretati ſunt negationes, vt dicerent eum non Deum negaſſe, ſed hominem, & ſenſum eſſe: Neſcio hominem quem ſcio Deum. Et omnino eſt veriſimile Hieronymum notare voluiſſe D. Hilarium atq; Ambroſium, quanquam illorum reuerentię cauſa ſupprimat nomina, vt & aliàs. Sic enim habet Hilarius: Diligenter autem contuendum eſt qua conditione Petrus negauerit. Nam primò ait, non ſe intelligere quid diceret: ſequenti, nõ ſe ei adhæſiſſe: tertio verò, ſe hominem nõ noſſe. Et verè propeiam ſine piaculo hominem negabat, quem Dei filiũ primus agnouerat. Ambroſius verò D. Hilarij in multis imitator prolixè oſtendit quomodo omnia Petri verba à ſingulis hic cõmemorata Euangeliſtis in omnibus tribus negationibus, à mendacio fuerint libera, inter multa dicens: Bene negauit hominẽ quẽ ſciebat Deum: ad quæ verba videtur reſpexiſſe Diui Hieronymi annotatio, qui dein ceps eam ſententiam confutat, ſic ſcribens: Hoc quàm friuolũ ſit prudẽs lector intelligit, ſi defendũt Apoſtolum vt Deum mendacij reum faciant. Si enim iſte non negauit, ergo mentitus eſt Dominus, qui dixerat: Amẽ dico tibi, quia hac nocte antequã gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat, me negabis, non hominem. Hæc ille. Non tamen veriſimile eſt Diuum Hilarium & Ambroſiũ exiſtimaſſe Petrum in eo ſenſu negaſſe quo verba eius exponi poſſe ſignificãt, ſed pietate quadã tantùm oſtẽdere voluiſſe verba eius ſic diuinitus temperata, vt veritas in eis inueniri poſſit. Vnde Hilarius non ſine piaculo ipſum negaſſe hominẽ, ſed prope

prope ſine piaculo ſcribit. Et Ambroſius: Sed nos, A inquit, excuſamus, Dominus ipſe non excuſauit. Oportuna tamẽ fuit D. Hieronymi annotatio, ne quis ex illorum commẽtariis falleretur. Et hactenus de Petri negationibus ad literã, ex quibus patet quomodo inter ſe omnium Euãgeliſtarũ narrationes hac in parte ſatis variæ, optimè inter ſe conſentiant. Omnibus quidem curæ fuit, tãti viri lapſus accuratè perſcribere, in exẽplum tum metus, tũ fiduciæ, vt ſcilicet huius exemplo quilibet metuens lapſum, de ſe nõ nimis præſumat, & iam in peccatum prolapſus nõ deſperet de venia. Varietas autem narrationis ex eo maximè prouenit, quòd cùm ante ſingulas negationes priùs aliquis B de Petro ſuggeſſit aſtantibus, & deinde idẽ, vel alius, vel multi ſimul Petrum ſunt aggreſſi, quidam Euãgeliſtarũ tantùm meminerũt eius quod priùs accidit, alij verò eius tãtùm quod deinceps, vt patet ex Cõcordia. Iã nec illud aliquã arguit diſcordiam, quia non eiſdem verbis commemorẽt Petrũ negaſſe. Ter enim Dominũ negauit, quia ternis vicibus, poſt certa tẽporis interualla, in quibus tamen tribus temporibus ſæpius Dominũ negare potuit, hoc eſt, multis diuerſiſq; verbis & deierationibus. Quod autẽ ad myſticũ attinet ſenſũ, bene notandũ vbi Petrus negat Chriſtũ. Nõ, inquit C Ambroſius, in mõte, non in templo, nõ in ſua domo, ſed in prætorio Iudęorũ, in domo principis ſacerdotũ, ibi negat, vbi veritas nõ eſt. Ibi negat, vbi Chriſtus captus, vbi ligatus eſt. Quomodo enim nõ erraret, quẽ intromiſit oſtiaria, & interrogauit oſtiaria, & oſtiaria Iudæorũ? Hæc ille. Significatur ergo Chriſti cõfeſſionem, cuius Petrus fuit princeps, non poſſe teneri ab eo qui duce litera legis inter Iudæos atq; in eorũ ſynagoga detinetur, vbi Chriſtus blaſphematur & illuditur, captiuuſque atq; ligatus tenetur, quia Chriſtũ quidẽ ſub litera legis latentẽ habẽt, ſed per literales coactãſq; interpretationes ne agnoſci poſſit impediũt. Terna autem Petri cũ incremẽto negatio, trinum illum in vitiis progreſſum eorum qui à Chriſto defecerunt, & malorum ſe coniunxerunt cõſortio, ſignificat, quem Dauid Propheta in principio Pſalmorum ſignificauit, dicẽs: Beatus vir qui non abiit in *Pſal. 1* conſilio impiorũ, & in via peccatorũ nõ ſtetit, & in cathedra peſtilẽtię nõ ſedit. Primùm enim peccator à leui aliqua concupiſcẽtia, veluti ab ancilla oſtiaria tẽtatus, in leue incidit peccatum, eoq; admiſſo, conſcięntię ſtimulis admonetur exire atriũ & cõſortium peccatorum. Cui admonitioni ſi nõ paret, ſed ad idem redit conſortium, grauius tẽtatus, grauius Chriſtum negabit, in maius incidens peccatũ, ita vt iam nec de recedẽdo cogitet: quòd ſi moram ibi diuturniorem fecerit, nõ ceſſabit donec ad ſummũ veniat malitiæ. Sic demum in Petri negationibus philoſophari ſuffecerit, in quibus ſi quis ſubtiliora deſideret; legat in Cathena Thomæ Remigium, Origenem & Auguſtinũ. Sed qui Petri audiuimus lapſus quos frequenter imitamur, audiamus & Petri pœnitentiam, vt & eam imitemur. Huius principiũ fuit ſecundus galli cãtus, qui accidit ſecundùm Lucam, adhuc illo loquẽte, in matorem confirmationẽ veridicæ prędictionis Chriſti. Nec tamen hoc ſigno Petrus ad ſe rediit, nec rediturus erat; niſi Dominus efficaci ſuo cõtuitu reddidiſſet illũ ſibi. Vnde ſubiicit Lucas: *Et conuerſus Dominus, reſpexit Petrum.* Quod de ſpirituali & nõ de corporali cõuerſione & reſpe-

&u Domini ad Petrum intelligẽdum eſſe, patere poteſt ex præcedentibus, in quibus oſtenſum eſt Chriſtum intro fuiſſe inter ſacerdotes & ſemores: Petrum verò foris in attio inter miniſtros, niſi forte concilio ſeniorum diſſoluto. Chriſtus cùm hæc circa Petrum in gallicinio agerẽtur, deductus fuit ex interiori ædium parte in atrium. Sic enim intelligi poſſet, Dominum ad Petrum corpore cõuerſum, reſpexiſſe illũ oculis corporalibus, niſi quòd huiuſmodi reſpectus plus ad Petri feciſſet proditionem quàm liberationem. Mirè autem hic commendatur Domini benignitas, necnon & eius diuinitas. Benignitas quidem, quòd in tanta conſtitutus deſpectione Petri qui iam in ipſum tam graiter deliquerat, curam ſuſcepit, poſtquam eum ad tempus ſibi reliquerat. Diuinitas verò, quòd abſens à Petro, & oculis velatis, ad Petrum conuerſus ſit, eumq; reſpexerit. Spirituali ergo Domini contuitu efficaciter commotus Petrus, poſt ſecundum galli cantum, recordatus eſt verbi Domini quod ei prædixerat, eiuſque memor, tacito diuini reſpectus afflatu prouocatus ad pœnitentiam, mox egreſſus eſt foras, egreſſuſque fleuit nõ leuiter, ſed amarè, nimirum ſe grauiter deliquiſſe agnoſcens in Dominum ſuum: tum quòd tã præſumptuoſe etiam contra illius prædictionem ſeſe extuliſſet: tum quòd tam ſæpe & turpiter contra ſuam promiſſionem ipſum negaſſet. In quẽ quàm magnam iam rurſum habuerit fidem, ipſæ lacrymæ teſtantur amaræ. Non enim amarè fleuiſſet, ſi non præclarè de illo ſenſiſſet, etiam tunc cùm illius in Caiphæ domo infirmitatẽ expertus fuiſſet. Cæterùm omnia hic myſteriis plena ſunt, quòd Petrus qui in nocte negauit, in gallicinio pœnituit: quòd ſecundus galli cãtus ei principium fuerit pœnitentiæ poſt tertiam negationem, qui poſt primam ad primum galli cantum non eſt cõmotus ad pœnitentiam: quòd ſecundus galli cantus non ſine Dominico reſpectu ad pœnitentiam adduxerit eum & recordationem prædictorum verborum: quòd nõ cœpit pœnitere & flere niſi iam egreſſus foras. In nocte enim & ignorantiæ tenebris eſt q peccat, nec poteſt pœnitere & reſipiſcere, niſi lumine cœleſtis ſolis ei appropinquante & illuceſcẽte: quod imprimis ei gallus excitator mẽtium, hoc eſt, prædicator Euangelicus ſua voce annunciare debet adeſſe: verùm is fruſtra id inculcat, niſi deinde accedat reſpectus Domini, qui in memoriam diuinorum verborum nos inducẽs, & nos nobis reddens, ad anteactæ vitæ inducit pœnitentiam, quæ tamen agi nõ poteſt, niſi ab eo nos ſeparemus cõſortio, quod lapſuum nobis fuit cauſa & origo. Et frequẽter accidit, vt qui in principio ſui erroris ad prædicatorum vocem non reſipiſcunt, poſtea cùm in profundum venerint malitiæ, ad illorum vocẽ Domino ſimul cooperante, reſurgant, idq; longè alacrius & firmius, quàm ſi poſt primum peccatum reſipuiſſent, ita vt inſigniora pœnitentiæ ædant indicia, & deinceps cõtra peccatum ſint cautiores, quod præterquam in Petro, etiam in Magdalena manifeſtatum eſt. Sed & illud notatu dignum eſt, quòd Petri lacrymas legamus priùs quàm confeſſionem aut deprecationem veniæ, quòd, vt annotauit diuus Ambroſius, poſt admiſſa peccata ex pia verecundia, antè flendum ſit quàm precandũ. De Petri enim pœnitentia & lacrymis ſic pulchrè ſcripſit D. Ambroſius: Petrus doluit & fleuit, quia errauit vt homo.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non inuenio quid dixerit, inuenio quòd fleuerit. A Lacrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, ablui potest. Lauent lacrymæ delictum, quod voce pudor est confiteri. Et veniæ fletus consulunt, & verecundæ lacrymæ sine horrore culpam loquuntur. Lacrymę crimen sine offensione verecundiæ confitentur. Lacrymę veniam non postulãt, sed merentur. Inuenit cur tacuit Petrus, ne tã citò veniæ petitio plus offenderet. Antè flendum, sic precandum. Bonæ lacrymæ quæ lauãt culpam. Deniq; quos Iesus respicit, plo B rãt delictum. Negauit primò Petrus, & non fleuit, quia non respexerat Dominus. Negauit secundò, non fleuit, quia adhuc non respexerat Dominus. Negauit & tertiò, respexit Iesus, & ille amarissimè fleuit. Respice Domine Iesu, vt sciamus nostrũ deflere peccatum, lauare delictũ. Hæc ille, cuius verbis quidam hodie nimis temerè abuntur cõtra oris confessionem sacerdoti faciendam, & satisfactionem sacramentalem, cùm de neutra loquatur D. Ambrosius. Nam dicens, lacrymas lego, satisfactionem non lego; per satisfactionem intelligit C defensionem peccati. Sequitur enim: Sed quod defendi non potest, ablui potest. Alioqui ipsæ lacrymæ pars sunt magnæ satisfactionis. Et dicens: Lacrymæ lauent delictum, quod voce pudor est confiteri; de cõfessione oris loquitur Deo faciẽda, ante quam etiam vult lacrymas præcedere, asserens has cõfessionis locũ obtinere, & ante eas audacter nimis veniam postulari à Deo. Notandum & illud circa Petri pœnitentiam, quòd per eam & antiqua Nouatianorum refelliatur hæresis, negantium eos D recipiẽdos per pœnitentiã, qui post baptisma peccassent: & nouella nostri temporis pseudo euãgelicorum, qui negant pœnitentiã amaritudine fletus & doloris incipiendam, sed gaudio. Petrus enim post susceptũ baptisma, atq; ipsam quoq; Eucharistiam, negans Christum non solùm receptus est inter Apostolos per pœnitentiã, sed & promissus ei priùs primatus cõfirmatus est & dat°, Dominiq; resurrectio ei primùm iussa est annunciari. Quod autem de eo scriptum est, propter nos vtique scriptum est, vt & nos si quãdo lapsi fuerimus, possimus ad eius exemplũ per pœnitentiã corrigi. Porro eius pœnitentiã, quã ex scripturis intelligimus quãtopere Deo fuerit grata, non à gaudio, sed à lacrymis, eisq; amaris, cœpisse Euangelia testantur, cõtra nouos nostros & delicatos pœnitentiarios. Amaritudinẽ & magnitudinẽ fletus Petri non tantùm Matthæus significauit, sed & Marcus, qui pro illo, *Et cœpit flere*, vt nos legimus, sic habent Græcè, καὶ ἐπιβαλὼν, ἔκλαιε. Quod cùm sit obscurũ, Theophylactus dupliciter interpretatur. Quoniã enim ἐπιβάλλω significat, propriè inicere, primò exponit: *Et quum iniecisset fletum*, hoc est, cùm caput obeolasset. Quoniã verò idem verbum etiã significat incipere & aggredi, ad quod respexit noster interpres, ideo adiecit deinceps Theophylactus, vel pro eo quod cœpit magna vehementia. Vnde quidam in Annotationib⁹ suis sensum esse dicit. *Erumpens*, siue subitò, *fleuit*, aut, *prorupit in fletu*: quãquã in sua versione nobiscum habet, *cœpitq; flere*. Alius vertit, *& exorsus fleuit*. Omniũ autem optimè Ioãnes Entenius, qui vertit in Euthymio, *Et adiciens fleuit*.

DVCITVR AD PILATVM, ET IVDAS SE LAQVEO suspendit. Matth. 27. Marci 15. Lucæ 22. & 23. CAP. CXL.

¶ c. Et vt factus est dies ▷ c. o. pie bus.

†s Mane autem facto,ᵉ conuenerunt [&] ᵗconsilium inierũt omnes ˢ principes sacerdotũ, & ▷ seniores ▷ populi,ˢ & scribæ ᵗ aduersus Iesum, vt eum morti traderẽt,ᵉ & duxerũt illũ in ᵉ concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, nõ credetis mihi: si autẽ & interrogauero, nõ respõdebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerũt autẽ omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimoniũ? ipsi enim audiuimus de ore eius. ᵗ Et ᵇ confestim manè concilio facientes summi sacerdotes, cum senioribus & scribis, & vniuerso cõ
c. 23. cilio,ᶜ & surgens omnis multitudo eorũ,ᵇ vincientes Iesum ᵃ vinctum ˡ adduxerunt ˢ eum ᵉ ad Pilatum, ᶜ & tradiderunt ᵃ Pontio ᵖ Pilato ᵖ præsidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitẽtia ductus, retulit triginta argẽteos principibus sacerdotũ, & senioribus dicens: Peccaui tradẽs sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argẽteis in templo, recessit, & abiẽs laqueo se suspendit. Principes autẽ sacerdotũ acceptis argenteis dixerũt: Non licet eos mittere in corbonam, quia pretiũ sanguinis est. Cõsilio autẽ initio, emerũt ex illis agrum figuli in sepulturã peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernũ diẽ. Tunc impletũ est quod dictum est per Hieremiã Prophetã, dicentẽ: Et acceperunt triginta argenteos pretium appreciati, quẽ appretiauerũt à filijs Israel, & dederũt eos in agrũ figuli, sicut cõstituit mihi Dominus.

MANE AVTEM FACTO,ᵉ CONVENERVNT, ET ᵗ CONSILIVM INIERVNT OMNES, &c.] Matthæus & Marcus suprà dixerunt sacerdotes, scribas & seniores cõgregatos fuisse in domo Caiphæ, cùm noctu ut tempore Dominus captiuus eò adduceretur. Cũ ergo Lucas nũc dicat: *Et vt factus est dies, conuenerunt principes sacerdotum & seniores plebis & scribæ*, intelligendum relinquitur priorem illam congregationem ante noctis finem dissolutã fuisse, vt facto iam die rursum fuerint congregati, quamquam non lõgè ante finem noctis videantur illi priùs congregati discessisse. & cõcilium soluisse, ex eo quòd vsq; ad gallicinium Petrus fuerit inter ministros, vt videret finẽ, vt hinc intelligere liceat tota hac nocte nullã fuisse Domino quietem, sed priores quidẽ eius partes partim doctrina, partim oratione trãsactas: posteriores verò, captiuitate, inquisitione obiectã quibus credibile est, etiã in concilio dissoluto, ministros vsq; ad finem noctis perseuerasse. Cùm ergo factus esset dies, rursũ cõuenerunt plebis capita, & cõgregati, rursum inter se cõsultauerũt cõtra Iesum, vt eũ morti, cuius iã reum ipsum condemnauerunt, traderẽt, quærẽtes scilicet quid potissimùm cõtra ipsum obiicerent coram Pilato, quem sciebant parum curaturum si tantùm quæstiones quasdam & querelas ad legẽ ipsorum pertinentes contra

cum ra ipsum proponerent. Marcus dicit cõfestim A eos mane consilium fecisse. Feruidi enim erant Iu
Psal. 13. dæi, de quibus dictum est: Veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinẽ. Igitur iam rursum cõgregati & inter se cõsultantes, duci rursum iubent Iesum in cõsilium suum, dicentes, vt habet Lucas: *Si tu es Christus, dic nobis.* Hanc quæstionem diuersam esse ab ea, qua Matthæus & Marcus põtificem eum adiuratione dicunt requisisse num esset Christus, vt suprà est habitum, euidenter satis probati potest, non quidem ex eo quòd ibi pontifex dicitur requisiuisse, hic verò pluraliter omnes cõgregati. Dici enim posset hic per synecdochẽ loquutũ Euan B gelistã, & omnibus tribuisse quod præcipuus inter eos omnium nomine dixit. Nec rursum ex eo quòd pontificis interrogationem Matthæus & Marcus cõmemorauerunt antequã describat ea quæ mane gesta sunt, cùm dici posset per anticiparionem eos hoc vt alia pleraque commemorasse. Sic enim quidã asserere non dubitant, volentes hanc Lucæ narrationẽ non esse aliam à Matthæi & Marci narratione. Sed aliam esse ex eo satis patet, quòd omnes tres Euangelistæ illusionem Christi describãt quasi nocte factam, & eam factam posteaquã Dominus rogatus se Christum dixisset, patet tum ex eo quòd Matthæus dicat: *tunc expuerunt in faciem eius*, &c. nimirum cùm ob blasphemiam omnes eum condẽnassent reum mortis, tum quòd exprobran C do illi abiecerint nomen Christi, dicentes: *Prophetiza nobis Christe*, nempe quòd illud sibi nomẽ mox vendicasset. Itaque cùm nocturno tempore semel audissent eum confitentem se esse Christum, in matutina congregatione rursum de eodẽ rogant, vt si rursum illud sibi nomen vsurparet, confidentius ipsum tanquam pertinacem accusarent corã Pilato: si verò negaret, conuinceretur seipsum cõdemnare, vt qui sibi esset contrarius. & aliquando se Christum professus fuisset. Cæterùm Dominus prudenter admodũ & artificiosè respondit eius taxans eorum obstinationem, quòdq; non discendi, sed calumniandi animo rogarent. Si, inquit, vobis dixero qui sim, non credetis mihi: si autem etiã interrogauero vos de his per quæ ex scripturis me D Christum esse agnoscere & credere deberetis, non respõdebitis mihi ex animo, & licet nihil sitis habituri quod contrà respondeatis, nõ tamen me dimittetis. His ostẽdit Dominus indignos illos esse qui audiant ex ipso quod quærebãt, vt qui nec discere, nec docere parati essẽt, neq; rogarẽt, vt quẽadmodum in iudiciis fieri cõsueuit, cognita veritate aut absoluant innoxium, aut cõdemnent nocentem: sed vt quod facere decreuerũt, iustitiæ titulo facere viderentur. Expertus autem dicit: *Non*
Ioan. 8. *credetis mihi.* Priùs enim cùm audissent, dixerunt eum blasphemum. Et alias dicebant: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum nõ est verum. Expertus etiam dicit, *non respondebitis mihi.* E Non enim quod sentiebant respondebunt superius super quæstionẽ de baptismate Ioannis, & su
Psal. 109 per quæstionem de loco illo Psalmi, Dixit Dominus Domino meo, &c. & super quæstionẽ de muliere cõtracta, & aliis quibusdam. Cumq; frequenter eos ita redarguisset & cõuicisset, vt nec haberent quod contradicerent, non tamen omiserunt eum persequi. Quãquam autem his satis ostendisset se meritò illis posse non dicere quod rogabãt, tamẽ quoniam, vt postea dicit Pilato, ad hoc venit in mundum, vt testimonium perhiberet veritati: & ne quia dixit, *non credetis neq; dimittetis*, videretur metu mortis veritatem reticere, quasi dicturus eam, si speraret illos credituros & se dimissuros, confitetur rursum se esse Christũ, sed summa cum modestia & prudẽtia. Nõ enim apertè id dicit, sed signo quodam insinuat ex ipsorũ desumpto scripturis, quo illorũ animi meritò cõmoueri timore debuerãt. Ex hoc, inquit, tẽpore erit filius iste hominis, hoc est, homo iste, quem ob infirmitatẽ modo contemnitis, sedens à dextris virtutis Dei, tanquam verus eius filius, consors gloriæ & potentię ipsius. Scribę ergo & seniores qui cõuenerãt, quorum persuasum habebant & bene, de Messia dictũ esse illud Psalmi: Sede à dextris meis, &c. intellexerunt Dominum his verbis insinuare se esse Christum, vnde intulerunt: *Tu ergo es filius Dei?* Cùm priùs rogauerint num esset Christus, nunc inferũt & rogant num sit filius Dei, quia intellexerunt ex scripturis Christum singulari quadã & eximia ratione futurum Dei filiũ. Respondit Dominus modò apertius, sed tamen soluta modestia: *Vos dicitis, quia ego sum*, quæ verba dupliciter accipi possunt, quanquam eodem semper recidat sensus. Nã coniunctio, *quia*, aut potest accipi causaliter, vt sit sensus: Vos dicitis id quod est, quia re vera ego sum Christus filius Dei: aut potest accipi pro quòd, vt sit sensus: Vos dicitis q. ego sum, hoc est, vos dicitis me esse quasi dicat: Nõ opus est vt ego id dicã, vos ipsi dicitis me esse quod sum. Hac phrasi Dominus solutus est modestè veritatẽ interrogatam, quoties inuidiosum esset, eam aperte cõfitens, subindicare, significare volens totidẽ verbis affirmati posse quod veluti dubiũ interrogatur, si quis tantùm pronũciationem mutet, sicut nos rogati solemus dicere: *Ghy hebbet dghelyck.* Illi autem ipso opere declarantes quo animo rogassent, audita Domini confessione, dixerunt: Quid adhuc desideramus testimoniũ cõtra ipsum de vendicato sibi nomine Messiæ & filij Dei? Ipsi enim audiuimus de ore eius, ita vt ipsi testes cõtra eum corã iudice esse possimus. Cũ ergo idoneã se putassent repetisse causam accusationis, cõfestim surgẽtes cum tota sua multitudine, vinctum Iesum adduxerunt ad Põtium Pilatũ, præsidem tunc in Iudæa agentem, vt ab ipso morti crucis adiudicaretur. Ademerant enim Romani Iudæis potestatẽ mortis, potissimũ quæ per crucem esset (quo genere mortis ob maiorem ignominiã eum principes Iudæorum affici voluerunt) inferendæ, vnde postea dicunt Pilato: *Nobis non licet interficere quenquam.* Et sanè non sine diuina dispensatione factũ est, vt qui priùs à principibus Iudæorum fuit cõdemnatus, & ab eorum ministris illusus, deinde etiam condemnaretur à præside gentili, qui locum tenebat eius qui totius populi gentilis & totius orbis caput erat, atq; ab eius militibus illuderetur ac crucifigeretur, vt vterq; populus ac proinde totus orbis tegeretur agnoscere se reum esse mortis Christo illatæ, nec alter populus contra alterum gloriari posset, aut ob suam in morte Christi innocentiam, gratiam quæ per Christum est sibi vendicare, sed ob cõmunem reatum, communiter Dei gratiam & charitatem eo maiorem agnoscere, quòd per Christi mortem salus offeratur his qui in ipsius deliquerunt morte. Occidebant enim Christum Hierosolyma & Roma, præcipuæ totius orbis ciuitates. Cæterùm quod in Marco legitur, *conuenerunt Iesum, adduxerunt & tradiderunt Pilato*, non sic accipiẽdũ, quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi tum primùm eum ligauerint,cùm adPilatũ A
ipsum essent ducturi.Nã Ioānes supra in captiui-
tate ipsa ligatum fuisse Dominum testatus est, &
vinctũ deductũ ad Annam & Caiphã.Intelligẽdũ
ergo qđ de vinculis Christi Marcus & Matthęus
hic dicunt,per recapitulationem ab eis dictũ esse,
ita vt quòd priùs omiserãt,iam cõmemorẽt: vn-
de sciendum Græcis non esse participiũ præsen-
tis tẽporis,*vincientes*, sed præteriti *δησαντες*, id est,
cùm ligassent, quod in Matthæo rectè vertit in-
terpres, *vinctum adduxerunt eum*. Quanquam fieri
etiam potuerit vt vincula Christo semel iniecta,
ad horam fuerint in domo Caiphæ relaxata, ac
deinde rursum ei iniecta, cùm ad Pilatũ deducen B
dus esset.Vinctum autem eum Pilato adduxerũt,
tanquã insigniter facinorosum ipsa externa vin-
culorum specie eum demõstrãtes.Nec puduit E-
uangelistas ea quæ videntur probrosissima dili-
genter exponere, ꝙ scirent gloriã nostram maxi-
mam esse,dominatorem orbis terrarũ pro nobis
talia sustinere.Hæc igitur legamus continuè,hæc
nostræ menti inscribamus,& in his gloriemur.

TVNC VIDENS IVDAS QVI EVM TRA-
DIDIT,QVOD DAMNATVS ESSET,&c.] Quãquam aduerbium,*tunc*, apud Matthæum nõ
semper designet illud præcise tẽporis momentũ, C
de quo in præcedẽtibus fit mentio, hic tamen il-
lud designare tẽpus quo Christus ducebatur aut
ductus fuit ad Pilatũ,omnino videtur ex eo quod
dicitur:*Tunc videns Iudas quòd damnatus esset*; vbi E-
uangelistam loqui de damnatione non sequenti,
sed præcedenti, qua scilicet Dominus à principi-
bus sacerdotum dãnatus fuit,cùm eum ad cruci-
figendũ Pilato tradiderunt. nemo negare potest.
Cùm ergo ea dãnatio causa fuerit eius quòd Iu-
das retulit triginta argenteos,&c.satis patet illud
eodem factum tẽpore.Nec obstat ꝙ eo tẽpore vi-
deantur principes sacerdotum & Scribę non po-
tuisse inuẽti fuisse in tẽplo,vbi tamen corã eis Iu-
das argenteos retulit,eo ꝙ principes sacerdotum
cum senioribus & Scribis corã Pilato astiterint D
Christum accusantes,quanquã hæc ratio quosdã
mouit, vt putarent quæ hic de Iuda narrãtur, nõ
illo,sed posterò contigisse tẽpore.Facilè enim in-
telligitur matutino tẽpore quosdã ex principib⁹
sacerdotum & senioribus Christum deduxisse ad
Pilatum,accusaturi illum: quosdã verò ex eis tem
plum adiisse,sacerdotalia perfuncturos munia,&
religionem curaturos.Non tamen necesse est oĩa
que de Iuda sequũtur,mox illo tẽpore ante Chri
sti mortem perfecta fuisse. Nam vt alia oĩa facilè
credimus ante Christi mortem accidisse, quanq̃
quidã cõtrarium opinentur, quod tamen dicitur
de empto agro in sepulturã peregrinorum, veri-
simile est postea cùm commodum esset accidisse. E
Videns ergo Iudas ꝙ à principibus Iudæorũ Do-
minus damnatus esset,hoc est,ꝙ ab illis esset ad-
dictus morti, dum reum mortis pronunciassent,
quodq̃; certò iam statuissent nõ cessare priusquã
à Pilato sententiam crucis extorsissent, tum de-
mum pœnitentia ductus est.priùs enim fortè pu-
tauit Dominũ sese è manibus eorum, vt aliàs fe-
cerat,liberaturum, aut rationibus eos cõfutatu-
rum & placaturum. Aut vt iam pœnitẽtia duce-
retur,ipse diabolus effecit,qui totum eum posse-
derat. Solet enim diabolus eorum quos ad varia
perpetranda flagitia excæcauit,tandẽ oculos ape
rire,vt scelerum suorũ videant atrocitatem, vt ea

considerata in desperationem præcipitẽtur,ac sic
æternæ dãnationi fiant obnoxij.Sic & modò sce-
leris sui magnitudinẽ ac cõfusionem quæ per il-
lud ipsum manebat expẽdẽs Iudas. cùm prius a-
uaritia excæcatus illa non expẽdisset, pœnitentia
ductus est,atq; vt patratum scelus corrigeret,aut
saltem ab eius se reatu alleuiaret,retulit triginta
argenteos principibus sacerdotũ & seniorib⁹,à
quibus nocte præcedenti eos accepérat, dicens:
Peccaui tradens (hoc est,eo ꝙ tradiderim) *sanguine*
iustũ, quasi dicat:Cupio vt receptis quos dedistis
argenteis vestris,liberum dimittatis,quem inno-
cẽtem cõfiteor,atq; in quo prodẽdo me peccasse
agnosco.Cùm Dominus ante suã passionem sẽm
per doctrinę syncęritate & vitæ integritate mira-
culis etiã claram suam declararit innocentiam,in
passione etiam sua varia habuit vbiq; innocentiæ
eiusdẽ testimonia & indicia,quæ diligenter vbiq;
Euãgelistæ cõmemorant,idq; in maiorem & eui-
dentiorem cõdemnationem impietatis Iudaicæ,
quæ à suo proposito flecti nõ potuit tam multis
vbiq; cõcurrentibus simul innocentiæ Iesu testi-
moniis.Inter varia aũt huiusmodi testimonia,cla
rum fuit testimonium hoc Iudæ, tum restitutio,
tum cõfessio,ita vt eo meritò debuissent Iudæo-
rum cõmoueri animi. Habebãt enim magnũ suæ
impietatis prætextũ, ꝙ à discipulo intimo Chri-
stus eis esset proditus,qui videri poterat ob certa
quędam occulta facinora sibi magis quàm vulgò
cognita,à suo magistro defeciſſe, eumq; tãquam
noxium prodidisse:at nunc omnis eius prętextus
& excusatio sublata est, quãdo is se eis confessus
est peccasse,illumq; esse noxium,reddita etiã pe-
cunia,quam cùm tãto priùs ambierit studio, pau
cis tantũ horis possederat.Illi verò nihil eius præ-
sentia & testimonio cõmoti, imprudenter nimis
responderunt:*Quid ad nos?*(hoc est,quid nostra re-
fert,nocentem prodideris an innocentem?) *Tu vi-*
deris.An nihil eorum intererat, q eiusdẽ erant fa-
cinoris cooperatores, imò & autores, qui & ob
id ꝙ populi erant pastores, rationẽ reddere Deo
debebant omniũ quæ agebantur? Certe vt Iudæ
cõfessione,ita & hac sua respõsione cõdẽnati sunt
impietatis in Christũ, cùm significent se non cu-
rare iusténe an iniustè sit ꝓditus à discipulo. Sed
his verbis significauerunt se nolle in seipsis susci
pere cum reddita pecunia,criminis, si quod com
missum esset,reatũ: vnde ipsis hoc recusantibus,
Iudas conscientia non finente vt iniustè partam
retineret mercedem(quod rursum auxit testimo
nium innocentiæ Christi) proiecit in templo ar-
genteos ante pedes sacerdotum & seniorũ,eisq;
abiectis recessit.Et quidem oẽs tres,quę dicũtur,
pœnitentię partes attigit,cõtritionem,confessio-
nem & satisfactionem. Nã & interiori cõpunge-
batur cordis dolore,& ore sacerdotibus suũ pec-
catum liberè cõfessus est, & iniustam mercedem
restituit,quod non minima satisfactionis est por
tio.Verùm nihil horũ rectè fecit.Neq; enim con-
fessionem & satisfactionem eis fecit,quibus erat
facienda,nimirũ qbus dictum sciebat, quæcunq; *Mat.16.*
solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis:
neq; tristitiã cordis temperabat cõtemplatione
misericordiæ diuinę,ad quam cõsiderandam eri-
gi potuisset,si quibus debuisset confessionem sui
fecisset facinoris.Itaq; abundãtiori tristitia abso *Gene.4.*
ptus & cùm Cain dicens in corde suo: Maior est
iniquitas mea quàm vt veniam merear; abiens
laqueo

laqueo se suspendit:eo quòd nõ ferret carnifici- A
nam cõscientię suæ,aut etiam quia recordãs ver
borum Domini quibus suã prædixerat passionẽ
& resurrectionẽ,metuebat sibi malè futurũ post
1.Reg.17 illius resurrectionem.Simili enim decausa etiam
Achitophel,qui in multis Iudę fuit typus,sibiipsi
vitã simili eripuit supplicio,nempe quia cùm cõ-
silium eius nõ reciperetur,credens Dauidem ali-
quãdo in regnum suum reuersurum,malè sibi ab
ipso metuẽdum putauit.Fuit autẽ Achitophel ty- B
pus Iudæ,primùm in eo ꝙ cùm filius Dauidis in-
surgeret in patrẽ, cùm priùs fuisset patri familia-
rissimus,deficiens à patre,filio adhæsit. Sic eũ &
Iudas,deficiens à Domino vero Dauide,cui priùs
fuerat intimus,Iudaico se cõiunxit populo, cũ in
Christum verum suum patrẽ insurgeret,eiusque
necem meditaretur:vnde quod Dauid in psalmis
de suo dixit Achitophel, Christus in Iuda imple-
tum dixit,vt notatum est in cap.130. Fuit secũdò
eiusdem typus in eo quòd filio contra patrem cõ-
silium suggessit quo ille opprimeretur,offerẽs se-
ipsum in ducem exercitus qui persequeretur latẽ
tem Dauidem.Sic enim & Iudas Iudæis cõsultor
Mat.26. fuit,cùm diceret; *quem osculatus fuero,ipse est, tenete*
eum,& ducite caute; &c. vt habet Petrus in Actis,
dux fuit eorum qui comprehẽderunt Iesum. Fuit
& in illo typus,quòd,vt dictum est, simili cũ illo
supplicio simili de causa vitã finiuit, quódque vt C
ipse suo mortis genere, indicio fuit quo genere
mortis perituri essent Absalon, ita & Iudæ exitu
declaratũ est quis finis excepturus esset Iudęos.
Certè,quod in genere dictum est in psalmis de Iu
Psal.68. dęis,Fiat habitatio eius deserta,& nõ sit qui in ha-
Psal.80. bitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter,
Petrus in Actis Iudæ accõmodat, quòd in eo de-
claratum sit quid euenturũ esset Iudæis, nẽpe ꝙ
malè perituri essent,terra eorum desolata,& pre-
eminentia eorũ ad alios translata. Addit eo loco
D.Petrus,ꝙ suspensus crepuit medius, & diffusa
sunt omnia viscera eius.Id autẽ Theophylactus &
Euthymius existimant non in ipso cõtigisse suspẽ
dio,sed postea per præcipitiũ.Scias, inquit Theo- D
phylactus,quòdposuit quidẽ collũ suũ in laqueũ,
& quũ pẽderet ab arbore, arbore inclinata super-
uixit,Deo volente ipsum vel in pœnitentiam cõ-
seruare,vel in traductionem & cõfusionẽ.Dicunt
enim quòd morbo hydropico laborarit, ita quòd
transire nõ potuerit orbitam, & deinde cecidisse
pronum,& crepuisse medium, hoc est,disruptum
esse,vt dicit Lucas in Actis.Sic & Euthymius: Nõ
inquit,cõtinuò mortem est assecutus,prout cupie
bat.Agnitus enim à quibusdam, depositus est ne
præfocaretur: deinde postquam in secreto quodã
loco, modico vixisset tẽpore, præceps factus siue
præcipitatus,inflatus,diruptus ac diffissus est me-
dius:& effusa sunt omnia viscera eius,sicut ait li-
bet Actorum.Hæc illi,quorum sentẽtia originem E
sumpsit & probabilitatem ex eo quod Act.1. vbi
nos legimus,& *suspensus crepuit*,pro *suffocatus*,Græ-
cis est, πρηνης γενομενος hoc est, pronus factus, si
ne præceps factus.Augustinus lib.1. cõtra Fœlicẽ
Manic.4. legit: *Et collum sibi alligauit, & deinde tus in*
faciem diruptus est medius. Vnde & Syriacum Euã-
gelium habet,& *cecidit in faciem suam super terram*.
Communis tamen sentẽtia habet,Iudam in ipso
suspendio crepuisse medium,ita vt effunderentur
omnia eius viscera.Nõ enim Petrus dictione πρη-
νης præcipitium Iudę significare voluit,sed, vt an-

notauit quidam expressit gestum & habitum la-
queo præfocati: nẽpe quòd capite in terram pro-
penderit. Aut quòd præcipitatus in terram ex la-
queo, tũ distuptus sit medius.Quo nouo & mira
culoso mortis genere ipsa diuinitas significauit
facinoris Iudę enormitatẽ,ac ꝓinde & Christi in-
nocentiam. Impletum sanè in Iuda illud Psalmi, *ibidem*
vnde Petrus desumpsit illud: Et episcopatũ eius
accipiat alter.Et induit maledictionem sicut vesti
mentum,& intrauit sicut aqua interiora eius, &
sicut oleum in ossibus eius.Meritò suspendio pe-
riit,ita vt pẽderet inter cœlum,& terrã, quia nec
cœlo dignus erat,nec terra.Meritò corpore distu
pto viscera eius effusa sunt, quia nulla habuit mi
sericordiæ viscera.pro eo, inquit Propheta,ꝙ non
est recordatus facere misericordiã, Et persecutus
est hominẽ inopẽ & mendicum. Elegãter D. Leo
vltionis quã de seipso sumpsit Iudas ęquitatẽ idi-
cat,sic in sermone tertio de passione Domini allo
quens Iudã:Cordis tui secutus es rabiem,& stãte
diabolo à dextris tuis, iniquitatẽ quã in sanctorũ
omniũ armaueras caput,in tuum verticẽ retorsi-
sti,vt quia facinus tuum omnẽ mensurã vltionis
excesserat,te haberet impietas tua iudicẽ,te pate
retur tua pœna carnificem. Bene autem cõtra a-
uaritiã obseruandum quis fuerit exitus Iudæ. Nã
& pecuniam amisit, & scelus amisit, & animam
perdidit,& præsenti & futura caritatem fœlicita-
te.Hic enim agnoscere licet verũ esse quod habet *1.Tim.6.*
Paulus: Qui volant diuites fieri incidunt in tẽta-
tionẽ,& in laqueũ diaboli,& desideria multa inu-
tilia & nociua, quę mergunt hominem in interi-
tum & perditionem. Radix enim omnium malo
rum est cupiditas, quam quidam appetẽtes erra-
uerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.

PRINCIPES AVTEM SACERDOTVM
ACCEPTIS ARGENTEIS DIXERVNT,
&c.] Sẽper fuit similes sunt principes sacerdotum
hypocritæ,culicẽ vbiq, colantes, camelũ verò de
glutiẽtes,sicut Dominus eis improperauit, pre-
tiũ sanguinis in corbonã,hoc est, gazophilacium
mittere religionis causa verẽtur qui nõ verebãtur
ipsum sanguinem effundere, quẽ redditio preti
declarauit esse innoxiũ. At diuina ita accidit dis-
positione, vt in corbonã nõ iudicarẽt hanc pecu-
niam mittendam,quò sic vel suo ipsorum condẽ-
demnarentur facto & sermone. Si enim pretiũ sã
guinis perinde atq; pretium meretricis,erat indi-
gnũ corbona: male ergo illud& accepit Iudas, &
illi obtulerunt. Cũ ergo putarent nõ posse in cor
bonam mitti,vt in diuinum expẽderetur seruitiũ,
consilio inito, in alium pium vsum illud expẽde-
rũt:in commodum scilicet pauperum, emẽtes eo
agrum pauperis cuiusdam figuli, in sepulturã pe-
regrinorum affatim cõfluentiũ Hierosolymã, nec
habẽtium proprium sepulturæ locũ, sicut incolæ
omnes proprium habebant. Et bene pretiũ illud
sic expenderunt, pretium enim sanguinis conue-
niebat in mortuos impendi. Et hoc ipso quo pre-
tium hoc illi putabant prophanatum, eo re vera
erat sanctificatum: vnde in sepulturam sacerdotii
vsum cedere nõ debuit.sed in sanctiorẽ vsum pau
perum. Hoc autem Iudæorum factũ per Spiritus
Sancti,qui etiam in malis operabatur, sicut priùs
in Caipha prophetabat,dispositionẽ, & in Iudæo
rũ ignominiã,& in Christi profecit gloriã. ver il-
lud enim Iudæorum facinus celebre factum est,
cùm nomẽ agro à re impositum,non sineret eotũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

factum deleri facilè è memoria hominum. Vnde A
Act. 1. Petrus id insinuãs dicit in Actis: Et notũ factum est omnib⁹ habitantibus Hierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorũ Haceldemah, hoc est ager sanguinis. Et rursum factum illud nõ carebat mysterio ad gloriam Christi faciẽte. Per hoc enim quo eodẽ pretio quo Dominus fuit venditus, emptus est ager pro sepultura peregrinorũ, significatum est, morte Christi cõparatam veram quietem iis q̃ hic velut aduenæ & peregrini degunt, ius ciuitatis supernæ Hierusalem cosecuti. Deinde q̃ pretiũ illud tanquam profanum à Iudæis æstimatũ, nõ cessit in sacerdotii & templi Iudaici vsum, sed magis ad vsum pauperum & peregrinorum, significauit sanguinem Christi potissimum peregrinis & aduenis gentib. profuturum, pereuntibus. B
in sua impietate propter incredulitatem Iudæis. Cæterùm dictio *Haceldemah*, (quam hoc loco verisimile est ex Actis Apostolorum desumptã, & insertam nostræ Latinæ lectioni, cùm non sit hic apud Græcos, sicut nec in Euangelio Syriaco) vox est compesita ex hakal, quod agrum significat, & Demac, quod sanguinem significat. Est autem magis Chaldaica dictio quàm Hebraica. Nã Hebræi sanguinem Dã vocant: Chaldæi Dema, vel Dama.

TVNC IMPLETVM EST QVOD DICTVM EST PER HIEREMIAM PROPHETAM, &c.] Insignibus factis frequenter Matthæus C
adiicit aliquod scripturæ veteris testimoniũ, quò per illud magis ad fidem adducat lectorem. Vnde & modò ostendit p prophetã prædictum id quod modò narratũ est, de pretio quo priùs fuit emptus ipse Dominus, & postea ager figuli. Non parum enim ad confirmationem fidei nostræ valet, etiam hęc quæ minima videntur, tam distinctè fuisse prænuisa. Et rursum huiusmodi prędictione monemur non oscitanter & tranſitoriè etiam hæc quæ minima videntur, legere, sed diligenter illis attendere, eaq; expendere, tanquam quæ habeant aliqd plus in recessu quàm fotis pateat. Dubium autẽ hic est quomodo Euangelista per Hieremiã prophetam istud dictum scribat, cùm ĩ toto nõ reperiatur Hieremia, sed potius in Zacharia, apud quem etsi nõ ad verbum, tamen secundum sensum istud reperi D
tur. Sic enim apud eũ legimus. Et dixi ad eos, Si bonum est in oculis vestris, adferte mercedẽ meã,
Zach. 11. & si non, quiescite. Et appenderunt mercedẽ meã tringinta argenteos. Et dixit Dñs ad me: proiice illud ad statuarium decorum pretiũ quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argẽteos, & proieci eos in domo Domini ad statuarium. Difficultas hæc variis modis dissoluitur. Quidam enim volũt testimonium hoc desumptum ex apocrypho aliquo Hieremię libro. Nam sic expediri posse hanc quæstionẽ putat Origenes, & sequitur eum Euthymius. D. Hieron. fatetur se legisse in Hebraico quodam volumine, quòd Nazareæ sectæ quidam Hebræ⁹ ei obtulerat Hieremiæ apocryphũ ĩ quo hoc testimonium ad verbum repererit scriptum. Magis tamẽ ei videtur è Zacharia Matthæũ istud sumpsisse, & nõ ex aliquo apocrypho, nec immerito cùm adducatur nõ monendi, arguendi, aut hortãdi causa, quas ad res nõnunquã & ethnicorum testimoniis abutitur Paulus: sed vt setium oraculum, quo sit passionis explicatũ mysterium. D. Augustinus lib. 3. de consensu Euangel. tractans hãc quæstionem, existimat fieri potuisse vt animo Matthęi hæc scribẽtis pro Zacharia Hieremias occur
reret eumque etiam admonitum postea noluisse quod semel scriptum erat corrigere, quòd cogitaret Spiritu sancto ita volẽte accidisse, vt aliud pro alio nomẽ prophetæ eius occurreret memoriæ, ad insinuãdũ ita omnes prophetas vno spiritu fuisse locutos, vt quæcunq; per eos Spiritus sãctus dixit, & singula sint omnium, & oĩa singulorũ. At simplicius videtur & vero proximius, si dicatur scribæ culpa commutatum nomen Zachariæ in nomẽ Hieremię, præsertim cùm inter eas voces nõnulla sit affinitas. Sic enim etiam Origenes putat difficultatem hanc solui posse. Aut, quod magis placet, Euangelistam tantùm scripsisse per prophetã, omisso omni prophetę nomine: deinde verò quendã volaisse prophetæ nomẽ indicare, adiecisse in margine Hieremię nomen, quod postea in cõtextum sit redactũ. Sic enim & in cap. 13. cũ Matthęus tantùm scripsisset, per prophetã, in quibusdam libris teste Hieronymo legitur, per Isaiã prophetam. Et D. Augustinus testatur nõ omnes codices Euangeliorum habere hoc loco, per Hieremiam prophetã, sed tãtummodo, per prophetã, quomodo legit Rupertus, quanquam Augustino hæc defensio nõ placeat, quòd putet nomen prophetę sublatum ab aliquo non inueniente hoc testimoniũ in Hieremia, cùm plures codices & antiquiores habeãt Hieremię nomẽ. Vt tamẽ, salua Aug. reuerentia, magis putemus additum, primùm nos mouet, quòd nec Euangelium Syriacũ nomẽ Hieremię habeat, sed tãtùm, per prophetã: deinde quod cùm in variis locis Matthæus citet prophetarum testimonia, ferè sempet nõ expresso nomine prophetæ dicit: Tũc impletum est quod dictum est per prophetã. Aut, Hoc autem factum est vt impleretur quod dictũ est per prophetã. vt videre licet semel in cap. 1. ter in ea. 2. in cap. 13. 21. & postea hoc cap. 27. Deinde & illud monet, quo facilè reddi possit causa, cur quis putauerit aut nomẽ Zachariæ mutandum in nomẽ Hieremiæ, aut nomen Hieremiæ asscribẽdum, cũ nullius prophetæ nomen expressum esset, nempe quia secũdum translationem Septuaginta, qua sola ante D. Hieronymi tempora vtebatur & Græcorũ atque Latinorum Ecclesia, nõ videbatur in Zacharia hoc testimonium reperiri posse, quia pro eo quod nos secũdùm Hebraicam veritatẽ legimus in Zacharia, vt supra citatum est, sic habẽt Septuaginta, interprete Hieronymo: Et dicã ad eos, Si bonũ est in cõspectu vestro, date statuẽtes mercedem meã, aut renuite. Et statuerunt mercedẽ meã triginta argẽteos. Et dixit Dominus ad me, Depone eos in conflatorium, & recogita si probatum est sicut probatus sum pro eis. Et tuli triginta argenteos, & misi eos in domum Domini in cõflatoriũ. Hic nihil est quod cum citato ab Euangelista testimonio cõueniat, nisi illud. Et statuerũt mercedẽ meã
E triginta argenteos. Vnde illud; pretium appretiati quem appretiauerunt à filiis Israel, & dederũt eos in agrum figuli sicut cõstituit mihi Dominus, D. Augustinus existimat nec apud Zachariam, nec apud Hieremiã reperiri, ac proinde accipiendum ex persona Euangelistæ dictum. At Euãgelista testimonium quod citat adducit nõ tantùm vt ostẽdat pretium Christi fuisse prædictum, sed magis vt ostendat prædictum esse eo pretio à Iudæis agrũ figuli emendum. Hæc ergo causa fuit, vt Græci & qui Septuaginta trãslatione vtebãtur, ægrè se hic expedirent, atq; ad apocrypha confugerẽt, quemad

1. Cor. 2. Isa. 64. quemadmodum & in illo quod Paulus citat: Oculus non vidit: & in cor hominis non ascendit, cùm illud in Hebraica veritate apertè reperiatur Isaia. Vt autẽ nomẽ Hieremię asscriberetur, in causa facilè esse potuit, quòd apud eum cap. 32. de agro à se ẽpto ex præcepto Domini legatur, qđ secundũ Augustinũ mysticè in Domino impletũ fuisse significate hic voluit Euangelista. Sunt qui putẽt ex Græcis testimoniũ hoc aliquãdoin Hieremia fuisse scriptum, sed dolo ac malitia Iudæorum fuisse sublatum. Verùm id nõ est verisimile, cùm multa sint alia in prophetis quę magis faciant cõtra Iu- B
dæos. Verisimilius illi dicunt, quamuis non sit firmum, Zachariã fuisse binominẽ, & etiã Hieremiã fuisse dictum sicut pater alterius cuiusdam Zachariæ, de quo supra, binominis fuit, quia & Barachias dictus, & Ioiadas. Sed quicquid sit de nomine Hieremiæ, quod hic in omnib. reperitur libris, certũ satis ex Zacharia prędicta desumptum, vulgato tamen Euangelistarum & Apostolorũ more, quo verborũ ordine prætermisso, sensus tantũ de veteri testamento proferunt exemplum. Videndum ergo quomodo Matthęi citatio cũ prophetæ cõueniebat testimonio. Itaq; C
Dominus apud prophetã variis in populum suũ exhibitis beneficiis petit sibi dari ab eis mercedẽ suam, eámq; tã vilem fuisse conqueritur, vt triginta tantùm argenteis illum emendũ sibi iudicauerint: vnde ironicè illud vocat de eorum pretiũ quo ab eis fuerat appretiatus. Hos iubet vt prophęta proficiat ad statuariũ, aut, vt magis sonat dictio Hebraica, & magis conuenit præsenti loco, ad figulũ (Est em Iotser à verbo latsar, quod formare & fingere ex luto significat) quod & se fecisse prophęta testatur, adiungens se eos proiecisse in domũ Domini. Hac autẽ Domini iussione & Prophętę executione recepto apud prophętas more nihil aliud signi D
ficatur, quàm Dei ordinatione certò id euenturũ fuisse, vt triginta illi argẽtei, quib. indignè nimis Dominus emptus fuit, proicerentur à Iudæis in domo Dñi, & pauperi figulo traderẽtur in emptionem agelli ipsius. Cùm enim Dñs præcipit vt ipse propheta proiiciat, significatur Dominũ præcipere vt proiiciẽdos prædicat: & cùm se proiecisse dicit propheta, significat se quod prædicẽdum erat prædixisse, aut qđ prædictum est, à suo populo aliquando implendũ. Matthæus ergo sensum propheta obscurũ malens explicare quàm verba reddere, posuit: *Et acceperunt triginta argenteos, & dederunt eos in agrum figuli*; pro eo quod Hebræa habẽt, E
Proiice eos ad figulum, & tuli triginta argenteos, & proieci eos in domum Domini ad figulum: vnde ex persona propheræ adiecit, sicut constituit mihi Dominus; quia scilicet prophetæ præcipitur vt proiiciat ad figulũ. Illud autẽ; pretiũ appretiati, quẽ appretiauerũt à filiis Israel; quod sic videtur ordinandum, vt illud, à filiis Israel, cõiungatur cũ participio appreciati & sit sensus; pretium Dñi appretiati, hoc est, æstimati à filiis Israel, quẽ æstimatũ iam vili appretiauerunt & æstimauerunt. Illud, inquam, reſpõdet illis prophętę verbis: Et appenderunt mercedem meã triginta argenteos. &c. Zach. 11. ibidem.
Decorum pretiũ quo appretiatus fuit ab eis. Bene ergo Euangelista mutatis prophętæ verbis verborumq; ordine, sensũ eius reddidit, sicut suo cõueniebat proposito. Cæterùm mysterium huius facti quod supra paucis attigimus, D. Ambrosius secutus Hilariũ sic eleganter prosequutus est proli xius: Euidenter dum pretiũ sanguinis à Iudæorũ gazophylaciis separatur, & ager figuli ea qua vẽditur Christus cõparatur pecunia, dum is locus humãdis peregrinorum reliquiis dicatur, & ,pphetiæ ſpletur oraculum, & surgẽtis Ecclesiæ mysterium reuelatur. Ager em secundùm diuina præcepta mundus hic ois est. Figulus autẽ ille, qui nos formauit de limo, de quo habes in veteri testamẽto: Quia finxit Deus hominẽ de limo terræ; formã Gen. 2.
di per naturam, reformãdi per gratiã, habens pro suo arbitrio potestatem. Nã etsi propriis vitiis corruamus, per illius tamen misericordiã resumptę mẽtis spiritu, secundum Hieremię oracula reformamur. Pretium quoq; sanguinis, est pretium dominicæ passionis. Ergo pretio sãguinis emitur mũdus à Christo. Venit em vt saluetur mũdus peripsum, si quo iuxta opus autoris & ius est. Venit ergo vt cõsepultos per baptismum & cõmortuos Christo. ad perpetuitatis gratiã reseruaret. Sed nõ passim omnibus ad sepeliẽdum est locus. Nã etsi omnes mundus includat, nõ omnes reseruat. Etsi cõmunis habitatio, tamen legitima sepultura est, eorum scilicet qui tunc sunt per fidem domestici dei, sed fuerunt in lege peregrini. Qui sunt illi nisi de quib. dicitur, Memores estote, quòd aliquando Ephes 2.
vos gentes qui eratis in carne, alienati à cõuersatione Israel, & peregrini promissionis testamẽtorum? Sed hi nunc iã nõ sunt aduenæ atq; peregrini, quoniã cines sanctorum esse fidei iure meruerunt. Hæc ille. Porro ager sanguinis, q dicitur Hebraicè Haceldemah, est, teste D. Hieronymo lib. de locis Hebraicis, ad austrãlem plagã mõtis Sion, idq; vt testatur Brocardus, iuxta piscinã superiorem & natatoriã Silohe. quẽ agrum D. Petrus in Actis dicit Iudam possedisse de mercede iniquita Act. 1.
tis, eo quòd emptus fuerat eius pecunia quã accepit pro iniqua proditione, vt ob id eius possessio ager ille rectè dici possit. Eiusdem agri ratione secundũ intellectum D. Chrysostomi Petrus citat de Iuda illud Psalmi: Fiat cõmoratio eius deserta, & nõ sit qui inhabitet in ea. Nihil enim desertius Act. 1.
sepulcro: quanquam alij putent id à Petro citatum de Iuda, eo quòd locum apostolatus sic amiserit, vt nullus ex suis illum post se susceperit.

ACCVSATVR CORAM PILATO, ET AB EO MITTITVR AD Herodem. Matth. 27. Marci 15. Lucæ 23. Ioan. 18. CAP. CXLI.

Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autẽ mane, & ipsi non introierũt in prætoriũ, vt non contaminarẽtur, sed vt mãducarẽt pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras & dixit: Quã accusationẽ affertis aduersus hominẽ hũc? Respõderũt, & dixerũt ei. Si nõ esset hic malefactor, nõ tibi tradidissemus eũ. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eũ vos, & secundũ legẽ vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. Vt sermo Iesu impleretur, quẽ dixit, significãs qua morte esset moriturus. Cœperunt autẽ illum accusare, dicentes. Hunc inuenimus subuertentẽ gentẽ nostrã, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem se Christum regem esse.[d] Introuit ergo iterum in prætoriũ Pilatus, & vocauit Iesum. [a] Iesus autẽ
† c Pilatus autem interrogauit eum a Iudæis
† d respõdit
† e dixerit
† f dicat autem
† d eis
a d nullam inuenio in eo causam
¶ a dixit illi Pilatus
† a & ait respondit
stetit ante præsidẽ, † [e] & interrogauit eũ [a] præses [b] Pilatus, ▷ [a] & dixit [d] illi: [e] Tu es rex Iudæorum? [a]
respõdit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? Respõdit Pilatus: Nũquid ego Iudæus
sum? gẽs tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid feciſti? Respondit Iesus. [f] Regnũ meũ non est de hoc
mũdo, ſi ex hoc mũdo eſſet regnũ meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis, nũc
autem regnũ meũ non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: ergo rex es tu? [b] At ille † [e] respondens ▷ [f] ait: il-
li [a] Iesus, [g] Tu dicis, [d] quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimoniũ
perhibeã veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocẽ meã. Dicit ei Pilatus. Quid est veritas? Et cũ
hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, ‖ [k] dicit [e] Pilatus † ad principes sacerdotũ, & turbas. [k] Ego ▷ ni-
hil inuenio cauſæ in hoc homine'. [b] Et accuſabant eum summi sacerdotes in multis. [a] Et cùm accuſare-
tur à principibus sacerdotũ, & ſenioribus, nihil respondit. Tunc ‖ [c] Pilatus [b] rursum interrogauit eum, [c]
dicens illi. Non audis quanta aduersum te dicunt teſtimonia? [b] Non respondes quicquam? Vide in quã
tis accuſante. Iesus autẽ amplius † nihil respondit [a] ei ad vllũ verbum, [c] ita vt miraretur præses [a] vehe
menter. [c] At illi inualeſcebant, dicentes. Commouet populũ docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à
Gali [a] læa vſque huc. Pilatus autem audiens Galilæa, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit
quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eũ ad Herodẽ, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus. Hero-
des autem viſo Iesu, gauſus est valde, erat enim cupiẽs ex multo tẽpore videre eum, eo quod audiret
multa de eo, & sperabat ſignũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autẽ eũ multis ſermonibus. At
ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autẽ principes ſacerdotũ & ſcribæ conſtanter accuſantes eum. Spre-
uit autẽ illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Et facti
ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die, nam antea inimici erant adinuicem.

[d] Introuit ergo iterum in prætoriũ Pilatus, & vocauit Iesum. [a] Iesus autẽ stetit ante præsidẽ, † [e] & interrogauit eũ [a] præses [b] Pilatus, ▷ [a] & dixit [d] illi: [e] Tu es rex Iudæorum? [a] respõdit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? Respõdit Pilatus: Nũquid ego Iudæus sum? gẽs tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid feciſti? Respondit Iesus. [f] Regnũ meũ non est de hoc mũdo, ſi ex hoc mũdo eſſet regnũ meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis, nũc autem regnũ meũ non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: ergo rex es tu? [b] At ille † [e] respondens ▷ [f] ait illi Iesus, [g] Tu dicis, [d] quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimoniũ perhibeã veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocẽ meã. Dicit ei Pilatus. Quid est veritas? Et cũ hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, ‖ [k] dicit [e] Pilatus † ad principes sacerdotũ, & turbas. [k] Ego ▷ nihil inuenio cauſæ in hoc homine'. [b] Et accuſabant eum summi sacerdotes in multis. [a] Et cùm accuſaretur à principibus sacerdotũ, & ſenioribus, nihil respondit. Tunc ‖ [c] Pilatus [b] rursum interrogauit eum, [c] dicens illi. Non audis quanta aduersum te dicunt teſtimonia? [b] Non respondes quicquam? Vide in quã tis accuſante. Iesus autẽ amplius † nihil respondit [a] ei ad vllũ verbum, [c] ita vt miraretur præses [a] vehementer. [c] At illi inualeſcebant, dicentes. Commouet populũ docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Gali [a] læa vſque huc. Pilatus autem audiens Galilæa, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eũ ad Herodẽ, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Iesu, gauſus est valde, erat enim cupiẽs ex multo tẽpore videre eum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat ſignũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autẽ eũ multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autẽ principes ſacerdotũ & ſcribæ conſtanter accuſantes eum. Spreuit autẽ illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die, nam antea inimici erant adinuicem.

ADDVCVNT ERGO IESVM A CAIPHA IN PRÆTORIVM. ERAT AVTEM, &c. Continetur hoc capite quarta Dominicæ paſſionis pars, complectens iniurias Chriſto irrogatas à Iudæis coram Pilato & Herode per falſas eorum accuſationes, ac ignominiam ab Herode ipũ illatam. Tertia enim pars conplectitur quæ Dominus iniuſtè paſſus est in domo Annę & Caiphæ, vbi & falſis grauatus est teſtimoniis; & obrationabilem reſponſionem ac veritatis profeſſionem acriter reprehenſus est, condemnatus, ac tandem variis ignominiæ illuſus generibus. Cùm ergo q in domo Caiphæ conuenerant Iudæorũ primores, ſatis ſe inſtructos putarẽt ad accuſandum ipſum coram Pilato de criminibus, ob quę tãquã reus lęſæ maieſtatis cruci adiudicaretur, adducũt B Iesum à Caipha, hoc est, à domo Caiphæ in prętoriũ, hoc est, domũ prętoris ac preſidis Pilati. Erat autem, inquit Ioannes, mane cũ hoc agerent; quo ſignificatum est eos admodũ ſãguinis Chriſti ſuiſſe ſitibundos, vt qui maturè adeo corã tribunali ipſum cõſtituerint iudicandum. Metuebant ſanè ne mora aliqua intercedente Domin⁹ ipſis eriperetur, aut à populo tumultus aliquis cõtra eos cõcitaretur. Metuebant ne nõ liceret ſibi agnum paſchalem quieta mente & religioſè ſumere, ſi ante illius eſum nõ eſſet ſatisfactum ipſorum voto. Eadem de cauſa ipſi nõ introierunt, vt dicit Euangeliſta, prętorium, vt pote gẽtilis hominis domũ, ne ingreſſu huiuſmodi domus cõtaminarentur, & cõ taminati nõ poſſent edere paſcha, hoc eſt, agnum C paſchalem, quem, vt ſuperius eſt dictum, Iudæi in veſpera pæraſceues illo tempore erãt comeſturi. Mũdos autem eſſe oportebat eos qui illum comeſtuti erant, vt patet ex cap. Num. 6. At hic rurſũ videre eſt præpoſteram religioſorum iſtorum hominum religionem, q metuebãt coinquinari ingreſſu domus prophani hominis; nec metuebãt cõtaminari effuſione ſanguinis innocentis, à quo cũ gẽtilis homo inquinari timeret, illi ſanguinem illum ſuper ſe & ſuper filios recipere non ſunt cunctati. Metuebant inquinari ingreſſu domus, & nõ timebant prophani hominis pollui cõſortio, cùm domus nõ pollueret niſi propter eum cuius erat. Sed qđ metuebant impius, euenit eis. Paſcha enim Deo gratũ edere non potuerunt, poſtquã verum paſcha i cruce immolauerũt, cuius oblatione vetuscinũ paſcha abolitũ eſt. Et quidẽ ſuum ingenium ac mores hac ratione Indęi declarauerũt. Pilatus verò, etſi gẽtilis, lõge illis & æquior & humanior, cùm illorũ morem cõtemptũ ſui interpretari potuiſſet, & ob id dedignari exire ad illos, tamen cõdeſcendens illorũ religioni exiuit ad eos foras, relicto intus in prętorio Ieſu, in quod à militibus ipſum à Iudęis recipiẽtib⁹ deductus fuit. Cum q; Iudęi Dominũ tanquã maleficũ, ſicut vincula præferebant, mox cõdemnatũ vellent, ille pro iudicia ria æquitate priùs de intentatis ſciſcitatur ſceleribus, dicens, *Quã accuſationẽ affertis aduerſus hominem hũc?* Hic illi ſuperbè nimis & impiè, ſuam prætendunt authoritatẽ & religionẽ, volentes perhæc iudiciariam premere i quiſitionem, quaſi iudici ſufficere deberet aduerſariorũ authoritas & religio: *Si* (inquiũt) *nõ eſſet hic malefactor, nõ tibi tradidiſſemus eũ*, quaſi dicant: Ea noſtra est religio, eáq; tibi de nobis ob religionem & authoritatem deberet eſſe perſuaſio: q niſi certò hic eſſet maleficus, eum tibi nõ eramus tradituri condemnandum. Hac reſpõſione, prætęrquam q ſuperbiã ſuam & impietem ſatis declarauerũt, etiã ſatis ſignificauerũt ſe in accuſationib⁹ iuſtis deficere, vt qui ad eas inuiti deuenirent. Superba eorũ reſponſione nõnihil offenſus Pilatus reſpondit eis: *Accipite eũ vos, & ſecundũ legẽ veſtrã iudicate eũ*, hoc eſt, Quandoquidem ſuperbè ſatis accuſationes contra hunc proferte renuitis: ego quidem cui hunc iudicandum tradidiſtis, eum iudicare nolo, eo quòd lex noſtra hoc nõ permittat: ſed ſi ita vobis videtur & lubet, accipite eum voſipſi, & cùm habeatis legem vobis peculiarem, ſecundùm illam iudicate eum. His ergo verbis Pilatus videtur nõnihil inſultare Iudæis: tãquam quibus adempta eſſet per Romanos iudicãdi ſecundùm legem ſuã reos: quanquã poſſit & aliter intelligi, quædã ſupplicij mortiſq; genera permiſſa, Iudæis inferri ſecundum ipſorũ legẽ, ſolum autem cruciſ genus Romanis reſeruatũ. Quod ſi verum

verum eſt, ſimpliciter accipi poteſt dixiſſe Pilatũ; A *accipite eũ vos*, &c. in hunc ſenſum: Si crimina cõtra hunc proferre coram me recuſatis, ego eius iudiciũ mihi vendicare nolo vos potius eum iudicate ſecundùm legem veſtram, infligentes ei ſecundũ illi⁹ præſcriptũ cõmeritum ſupplicium. Ita & dupliciter accipi poteſt ſubiecta à Iudæis reſponſio: *Nobis non licet interficere quenquã*. Aut enim intelligi poteſt eos ſignificare abſolutè omnem mortis inferẽdæ poteſtatem ſibi ademptã p Romanos, quẽadmodum verba per ſe apertè ſignificant. Aut tantùm ſignificare ſupplicium crucis, quali eũ affici volebãt ob maiorem ignominiã, ſibi nequaquam B permiſſum. Priori ſenſui obeſſe & poſteriori faueре videtur, tũ quòd Iudæi Stephanum abſq; prędiis ſentẽtia lapidibus obruerũt ſecundùm legem tanquam blaſphemum: tum q ſubiicit Ioãnes; *Vt ſermo Ieſu impleretur, ſignificãs qua morte eſſet moriturus*. Significauit enim Dñs mortis ſuæ genus fore crucem. Sunt tamen qui priorem ſecutũ intelligentiam, intelligunt per illud quod dicunt Iudæi: *Nobis nõ licet interficere quenquã*; implendum q Dominus prædixit, ſe non à Iudæis, ſed à gentibus occidendum, vt ſit ſenſus: ſignificans qua morte eſſet moriturus, nempe quòd à gentibus eſſet occidendus. De Stephano dicere poſſent, illum contra Romanorum ſtatutum à populo furente lapidatum, vt ſolet frequenter furens populus principum ne C ſententias leges. Poſterior tamen intelligentia probabilior eſt, non ſolùm quòd magis conueniat cum verbis Euangeliſtæ & facto Iudæorum, q & Stephanum lapidib. obtuerunt, & idem in Domino ſæpe facere tentauerunt: ſed etiam quòd ſecũdùm legẽ Moyſi nulli crimini deputetur pœna mortis per crucifixionem inferenda, vnde non ſolùm propter Romanorũ prohibitionem, ſed etiã propter propriam legem dixiſſe ipſos videtur intelligẽdũ: *Nobis nõ licet interficere quenquã*, quia ſcilicet ſecundùm ſuam legem non eis licebat taliter quenquã interficere quomodo hunc interfectũ volebant, & quomodo Romani ſeditioſos & facinoroſos iterficere ſoliti erãt. Poſt hanc Iudæorũ reſponſionẽ, D Ioãnes Euãgeliſta mox ſubiicit, Pilatũ ingreſſum in prætoriũ rogaſſe Ieſum ad ſe vocatum, nũ eſſet rex Iudæorũ, quæ tamen narratio durè videtur cohærere cũ ſuperioribus, propterea quòd nõ commemoret aliquam accuſationẽ factã à Iudæis, vt deinde Ieſum de obiectorum veritate interrogatũ à Pilato cõmodè ſubiiceret. Durior etiã est narratio Matthæi & Marci, qui mox vt Dominum Pilato traditũ deſcripſerũt, narrãt Pilatũ rogaſſe num eſſet rex Iudæorum nullis commemoratis Iudæorum verbis. Hunc Euãgeliſtarum ĩ narrationibus ſuis defectum, ſupplet Lucæ narratio, ita vt hic ad mirari liceat admirabilem ĩ Euangeliis deſcribendis Spiritus Sãcti directionem, qua factum est vt variæ Euangeliſtarum narrationes non ſolùm nõ E diſſentiãt, ſed etiam adinuicẽ collatæ ſeſe mutuò adinuent, & quorũdam narrationes, niſi aliorum adiuuẽtur & illuſtrẽtur narratione, hinlcæ videantur & defectiuæ. Ex Luca ergo patet quòd cœperint corã Pilato illum accuſare, qđ intelligendum eſt accidiſſe poſt ea q ex Ioanne iã habuimus, cùm ſcilicet viderent Pilatum nihil effecturum, niſi audita contra ipſum accuſatione. De tribus autẽ Dominum accuſant, idq; his quæ apud ethnicũ iudicem & Romanorum iura tuentem putabant habitura multum momenti, ideoq; omittunt ea pſer- re quæ ad propriam legẽ pertinebãt, vt quòd ſabbathum ſoluerit, cõtra templum ſit locutus, & patrũ traditiones neglexerit, & alia his ſimilia. Tria autem de quibus Dominũ accuſant, eo proponũt ordine, vt poſterius obiectum ſemper præcedens confirmet & comprobet. *Hũc* (inquiunt) *inuenimus ſubuertentem gentem noſtrã*, praua ſcilicet ſua doctrina & ſuggeſtione, *& prohibentem tributa dare Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe*. Ad ſubuerſionẽ enim gentis, eiusque contra Romanos commotionem & ſeditionem pertinuiſſet tributorum prohibitio, & regij tituli vſurpatio, ſecundùm intellectum pilati facilè confirmabat quod de tributorum prohibitione obiiciebatur. Nõ ſimpliciter autem accuſant, dicendo: *Hic ſubuertit gentem noſtram*, &c. ſed *hunc*, inquiũt, *inuenimus*, quaſi ſignificare volentes ſe non odio aut inuidia contra ipſum concitatos, ſed rei compertæ veritate, neq; à Pilato curioſam de obiectis criminib. inquiſitionem faciendã, quòd ea ipſi nõ temerè proponerent, ſed ea in ipſo deprehendiſſent poſt diligentẽ inueſtigationẽ illi qui tales erant, vt ipſis meritò faetit habenda fides. At hic mihi vide impudẽtiſſimam pontificũ Phariſæorumq; impietatẽ, qua non verebantur etiam contra agnitam veritatẽ in noxium falſiſſimo onerare mendacio. Nõ ſolùm enim Dominus ipſe didrachma ſoluit quotannis, ſed ante duos tantùm dies rogatus à phariſæorũ diſcipulis ad hoc ſubornatis, nũ liceret eis tributum dare Cæſari, apertè reſpondit: Reddite quæ *Luc. 20.* ſunt Cæſaris, Cæſari. Et tamẽ impudẽtiſſimo ſuo ore nõ verentur aſſerere ipſum prohibuiſſe tributa dari Cęſari. Iam quomodo accuſant eũ tanquã qui ſubuerterit ipſorũ gentẽ, cùm eã ſemper ſalutaribus monitis ad pœnitentiã omnemq; virtutẽ prouocauerit, infinitoſq; eius lãguidos diuina curauerit virtute? Quomodo vſurpatũ nomẽ Meſſiæ criminantur, cùm magis opera teſtarẽtur ipſum verè eſſe Meſſiam, quã id ore proprio fateretur, adeo vt præceperit diſcipulis ne cui dicerent ipſum eſſe Chriſtum? Regium etiam nomẽ vt cõtra Romanos erat, ita effugit, vt cũ aliquãdo cognouiſſet quoſdam venturos vt faceret eũ regẽ, fugerit in mõtem, vt dicitur Ioan. 6. Cumq; adiuratus ſe Chriſtum cõfeſſus eſſet nocte pręcedẽte, adiecit eos viſuros filium hominis ſedẽtem à dextris virtutis Dei, & veniẽtem in nubib. cœli; quo apertè ſignificauit ſe nõ regem eſſe terrenum, qui Romanorum contrarius eſſet imperio, ſed regẽ planè cœleſtẽ, vnde omnib. modis falſitas & impietas eorum in accuſando cõuincitur. Pro his autem falſiſſimis ſimul & impiiſſimis criminationibus, dignè iam & meritò eorũ gens verè ſubuerſa eſt, atq; vbiq; ſub tributo degũt, veroq; ſuo Meſſia orbati fruſtra ſæper & vanè aliũ expectãt. Cęterùm cũ Pilatus audiſſet has illorum accuſationes, introiuit rurſum in prætorium ſuum vnde ad Iudæos foras exierat, vt Ieſum intus exiſtentẽ circa obiecta percontaretur. Itaq; illũ ad ſe vocatum & adductum interrogauit, vt omnes cõcorditer narrãt Euãgeliſtæ, num eſſet rex Iudæorũ, ille inquã, quem iãdudum & tum expectauerãt Iudęi. De hoc ſolo obiecto rogat, reliquis prętermiſſis, q iſtud omnium eſſet obiectorum præcipuũ, quo confeſſo reliqua facilè cognoſcerentur & crederentur eſſe vera. Dominus, qui nõ audierat Iudæorum contra ſe criminationes, diſſimulãs ſe ſcire quid illi obiecciſſent, rogauit Pilatũ vnde id

Universidad de Deusto
Biblioteca

rogaret,num à seipsoid faceret,suspicione scilicet A
aliqua ab ipso ex quibusdã indiciis accepta: an id
faceret ex aliorum suggestione. Qua interrogatio
ne Dominus significauit alienũ se adeo fuisse ab
affectatione regni quale Pilatus cogitauit,terreni
scilicet,vt absurdum duceret tale qd de se suspica
ri. Sic enim rogare solemus eos qui de crimine ali
quo nos pcõtantur,,cùm videri volumus ab eius
suspicione liberos nos esse debere. Eadem ĩterro-
gatione,secundùm Euthymium,Domin⁹ nõnihil
notauit Pilatum,q accusatores non faceret simul
esse præsentes,neque cogeret eos vt defectionis si
gna exhiberẽt. Pilatus autẽ significans se quidem
nihil tale de eo suspicari,sed à Iudæis accepisse qd
rogauit,dixit: *Nũquid ego Iudæus sum?* quasi diceret: B
Cùm vt notum est,Iudæus nõ sim,sed Romanus,
rerum Iudaicarum ignarus sum,nesciens quid sit
de rege quem expectare dicuntur,vnde ex me ne-
quaquã profecta videri potest mea de rege Iudæo-
rum interrogatio, sed ex ipsa tua gente. Hęc ipsa
& pontifices eius tradiderũt te mihi,& hi te hui⁹
accusant,quid ergo fecisti? Hæc quoniam Pilatus
simpliciter scisciabatur, vt veritatẽ idagater,Do-
minus dignatus est veritatem ei aperire,significãs
à se nihil periculi metuendũ ei regno cui Pilatus
ministrabat,cùm hoc nomine tamen Iudęi ipsum
accusarent. Cõfitetur enim regnum suum nõ esse
terrenum,ac ,pinde cœleste esse,seq;cœlorum esC
se regẽ innuit: quemadmodum & cum corã pon-
tificibus & Pharisæis cõfitebatur se Christum re
gem esse,sed tunc quidẽ scripturę argumento in-
sinuauit qualis esset rex,quòd cùm illis negotium
sibi esset qui in scripturis versati erant: nunc verò
cum gentili homine agens ratione ostendit regnũ
suum non esse de hoc mũdo,hoc est,nõ esse mun
danum & terrenum,cõstans humanis legibus,&
humanis pręsidiis: Si(inquit)ex hoc mũdo esset re
gnum meum haberẽ & ipse more cæterorum re-
gum armatum satellitium,haberẽ laterones & sti
patores: hi sanè decertarẽt armis pro me,ne ĩ ma-
nus traderer Iudæorũ. Nunc autẽ vel ex ipso mo
do quo me ĩ hoc mundo gero,cognoscere licet re
gnum meum non esse terrenum,atque ob hoc ip D
sum quia hinc nõ est regnum meũ,ideo mihi nun
quam hic comparaui armatos ministros. Non di-
cit apertè vnde sit regnum suum,contentus nimi
rum criminis obiecti inuidiã & suspicionem à se
depellere,nolens autem se qs esset ostẽtare: tum
in exemplum modestiæ,tum quòd nec tempus es
set idoneũ,nec persona capax vt de cœlesti suo re
gno tunc Dñs dissereret. Significat tamen cœleste
esse suum regnum. Nam si nõ est de terra, necesse
vtiq;est vt sit de cœlo. Et cùm dicit: *Ministri mei,vti-
q;decertarent*; significat se ministros habere, sed
quorum non erat pro terreno regno decertare,
nempe angelos cœlestes. Pilatus ex Christi verbis E
regnum aliquod sibi arrogantis, collrgens ipsum
et si regnum terrenum sibi non vindicaret,tamen
nihilominus regẽ esse,dicebat: *Ergo rex es tu?* hoc
est: Ergóne verum est te regem esse quodcunq; sit
istud regni genus? Hic Iesus seriò rogatus à iudi-
ce,num aliquo modo esset rex,modestè respõdit,
Tu dicis me esse regẽ,totidem verbis veritatem posse
confirmari significans,quòd rogabatur de ea,mu
tata tantùm pronunciatione,vt priùs circa simi
lẽ annotatum est orationem. Addidit autem Do
minus causam cur fateretur de se, qd gloriosum
videbatur de se testari,nempe quòd ad hoc natus
esset,venisseq́ue in mundum,vt testimoniũ fer-
ret veritati, qui proinde cõtra suum ageret offi-
cium, si veritatem rogatus aut inficiaretur, aut
subticeret. At quoniam electorum tantùm est cre
dere,ideo adiecit: *Omnis qui est ex veritate* (hoc est,
qui veritatem sectatur & amat,liber à cupiditati-
bus & opinionibus mundanis hominem obcæ-
cantibus, quique non pertinet ad principem te-
nebrarũ,sed ex Deo est,qui ipsa est veritas) *audit
vocem meam*. Quo significat, nõ ex testimonij ser-
monisq; sui improbabilitate accidere quòd non
omnes ipsi fidem habeant,sed ex hominum inca-
pacitate & indispositione, idem nũc dicens quod
aliàs Ioannis 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit,
propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis.
Pilatus itaq; hoc sermone audito rogat quid esset
veritas de qua loqueretur,& propter quam testi-
ficandam se dixit natum, missumque in mundũ.
At obiter nimis & leuiter id rogat, vt fere facere
solent principes cùm de ea re sermo incidit, quæ
ipsis cordi non est, & quam ad suam cognitionẽ
non putant pertinere. Mox enim non expectato
respõso egressus est rursus ad Iudęos, secum du-
cens Iesum,vt satis patet ex sequentib. & quia ex
verbis Domini etsi nõ per omnia intellectis, satis
intellexit ipsum neqnaquã reum esse læsæ maie-
statis imperatoriq cui ipse seruiebat,eius quoque
innocentiã aduertens tum ex sermonis rationabi
litate atque modestia, tum ex vultus totiusque
habitus grauitate,innocẽtiæ eius perhibẽt ad Iu-
dæos testimonium, volens hac ratione se ab eius
iudicio absoluere,& Christum tanquã innoxium
dimittere. Ego,inquit,post diligẽtẽ examinationẽ
& inuestigationẽ nihil causæ inuenio in hoc ho-
mine,ob quã scilicet à me sit condemnandus. Tũ
verò summi sacerdotes & seniores meruentes ne
per conceptam à Pilato bonam de Iesu opinionẽ,
Dominus Iesus elaberetur, accusabant eum in
multis,vt habet Marcus. Nõ enim testimonio in-
nocentię Christi placabantur,sed magis irritabã-
tur crabronum instar, qui flabello irritari possũt,
nõ sedari. Et quidem cùm ne vnũ quidem habe-
rẽt de quo eum meritò accusare possent, in mul-
tis tamen accusabant, vt multitudine verborum
iudicis animum inclinarent,& ex multis aliquod
saltẽ esset quod ipsum moueret: hac certè ratio-
ne satis declarantes causæ suę infirmitatẽ & ini-
quitatem, eo q nihil certum proponerent cõstã-
ter,sed varia, quódque clamoribus suis & multi-
tudini verborum magis cõfiderẽt quàm veritati.
Solent enim quos veritas destituit, ad clamores
cõfugere,& varia vndequaque collecta sine ordi-
ne cõglomerare. Dominus autẽ rursus in se adim-
plens quæ in ipsius coram Caipha silentio suprà
diximus adimpleta esse, ad omnes illorũ accusa-
tiones nihil respõdit Pilato,licet vt respõderet re-
quirente, qui sciebat ipsum facilè posse illorũ di-
luere calumnias,si vellet. Et quidem meritò nihil
respõdit, quia Pilato quidẽ superiori respõsione
satisfactũ erat, ita vt eius testimonio innocẽs de-
claratus fuerit: Iudęos verò sciebat nulla satisfa-
ctione & trisione placandos,sed potius magis ma
gisq; prouocandos,vt q efferati essent, & ad eius
necem vehementer insanirent. Adde q suo silen-
tio nobis & exemplum præbere voluit patientiæ
imitandæ à nobis dum iniustis grauamur crimi-
nationib. & iudicium mortis spõtaneę subitę,quã
videri potuisset effugere cupiuisse,si quibus facilè
potuisset,

potuisset,se vbiq; defendisset rationibus. Mirabili A
ergo prudẽtia nunc loquitur,nunc silet. Loquitur
aliquãdo,ne videatur nihil habere quo se defẽdat,
& accusatores iudicésq; sui ignorantiã suo sceleri
prætexere possint. Tacet,ne videatur mortis quæ-
rere effugium. Domino autẽ tacente,& neq; Pila-
to neq; Iudæis respondente,iudex admiratus est,
idq; vehementer. Admiratur enim tantam eius
contra accusatores mansuetudinem,& quòd cùm
respõdere eis posset,eósq; confundere,taceret,ne-
mine illi liberam respondendi facultatem negan-
te: sed cõtrà potiùs iudice ipsum ad hoc frequẽter
prouocãte,& iudice tali, qui erga ipsum propen- B
sus videretur. Hinc enim intellexit nõ solùm priùs
à se nunquã visam mansuetudinem, sed etiã mor-
tis contemptum,atq; ob hæc duo admiratus est
vehemẽter. Hic autem rursum obseruare licet lõ-
gè humaniorem & æquiorem fuisse Pilatum ipsis
quos humanissimos & æquissimos esse oportebat
principib⁹ sacerdotum. Et priùs enim æquis audi-
uit auribus Christum loquentem,quæ tamen nõ
intellexit satis,& nunc patienter suffert eundẽ ta-
centem etiam cùm à se ad loquendum admonitus
esset: & neque priùs eum cõtempsit regis nomen
agnoscentem,neq; modò indignatur tacenti, nec
se ab eo contemni interpretatur. Cõtrà pontifex
Caiphas,& rationabiliter loquentem indignè cæ-
di permisit,& patienter tacentem, præ nimia indi C
gnatioq; adiurando,loqui compulit. Ita impietas
Iudaica à gentili humanitate vbique condemnata
est. Ad quem modò & hodie,proh dolor,quando-
que inferiores videre est esse sacerdotes & episco-
pos ipsis laicis iudicibus,in æquitatis & humani-
tatis exhibitione. Cæterũ cùm Iudæi & audirẽt,&
viderent Pilatum bene propẽsum erga Iesum, ita
vt illius nec offenderetur filẽuo,nec in suspicionẽ
agnitionis criminum pertraheretur,cœperũt vali
dioribus etiam vocibus,vt Lucas testatur,Christi
causam apud iudicem grauare, dicẽtes: *Commouit*,
aut, vt habent Græca, *Commouet* vel *concitat*: (est
enim præsens tempus,ita vt totam eius accusent
vitam ac doctrinam velut sed itiosam) *populum*,hoc
est,facit eum seditiosum,idq; sua doctrina, quam D
non in vna tantùm spargit ciuitate,sed per vniuer
sam Iudæam, incipiens à Galilæa, & peruenien
vsque huc,ita vt nec metropolim vereretur Iudæę
& Galilææ sua seditiosa aspergere doctrina. His er
go verbis probabile & graue Iudebant efficere se
ditionis periculum, quòd eius doctrina tam lõgè
latéq; sparsa esset,& tempus significabant esse vt
metuendæ seditioni occurreretur, quòd eius do-
ctrina iã ad ipsam metrópolim peruenisset,vbi ni-
si tempestiuè prospiceretur,periculũ esset ne sedi
tio præualeret. Nec simpliciter,vt vult Theophy-
lactus,Galilææ meminerunt,sed ad terroré Pilato
augendum,& seditionis suspicionem magis inge-
rendam. Nam Galilæi frequenter reperti sunt sedi
tiosi,rerumq; nouatores fuisse, qualis fuit Iudas E
Galilęus,quales fuerunt & chi quorum sanguinem
Pilatus miscuisse cũ sacrificiis scribitur Lucæ 13.
quorũ Galilæorum caput fuisse autumant quidã
Theudã illum de quo in Actis. Dicit enim ibi Ga-
maliel. Ante hos dies extitit Theudas quidam, vt
verisimile sit tempore Pilati hoc contigisse,quan-
quam Iosephus libro Antiquit. 20. Theudam fuis-
se diu post tempora Pilati sub Fado præside, atque
ab eo interfectum testatur, quod tamen non vide-
tur vllo modo cõsistere posse cũ eo quod dicitur
Act. 5. Nam quæ ibi narrantur, mox post Christi
ascensionem contigerũt, post quam adhuc multis
annis præfuit Pilatus, vt indicauimus in cap. Con
cordiæ 8. Verùm vt errauit Iosephus, sicut in eo-
dẽ capite annotãdũ est, in tẽpore quo facta est de-
scriptio orbis sub Cyrænio præside, quo tempore
extitit Iudas Galilæus: ita & in tempore Theudæ
Pseudoprophetæ errare potuit, nisi fortè alius est
de quo Lucas in Actis, & de quo Iosephus. Itaque
(vt ad rẽ redeamus) per Galilææ mẽtionem veluti
sic Pilato suggerebãt Iudæi. Cogita præses Iudam
Galilæum, qui multũ Romanis fecit negotij: cogi-
ta Galilęos, quorũ sanguinem nuper miscuisti cũ
sacrificiis eorũ, ac talem omnino & hunc esse exi-
stima, & proinde subitò tollẽdum è medio. Cæte-
rùm Pilatus audito nomine Galilææ, interrogauit
num homo hic esset Galilæus. Nomen enim, Ga-
lilæus non est coniungendum cum homine, sed se
parandum propter articulum apud Græcos addi-
tum dictioni, homo, ὁ ἄνθρωπος. Cùm enim Christũ
signet, tamen velut ignotũ sibi nomine, hominem
vocat. Cùm autẽ cognouisset eum Galilęũ esse, nõ
tamen ob id in odiũ eius cõmouetur, sed occasio-
nẽ se inuenisse gaudẽs extricãdi se, vt sperabat ab
eius iudicio, misit eum ad Herodem Galilææ te-
trarcham, tanquam ad eius ditionem pertinentẽ,
qui etiã ipse erat Hierosolymis illis diebus, ob ce-
lebrandam paschæ solennitatem. Hunc autem He
rodem fuisse illum tetrarcham Galilææ, de quo Lu
cæ tertio, qui Ioannem interemit, & Antipas di-
ctus est, filius Herodis Ascalonitæ qui pueros oc-
cidit, dubium esse non potest. Ab hoc alius fuit is
qui in actis Iacobum interemisse dicitur, & Agrip
pa dictus est, filius Aristobuli filij Herodis maio-
ris. Tres enim Herodes nouit scriptura noui testa
menti, omnes iustorum & innocentum interfe-
ctores, & Christi persecutores, qui hoc versu me-
moriæ causa comprehenduntur:

Ascalonita necat pueros, Antipa Ioannem
Agrippa Iacobum, claudénsque in carcere Petrum.

Cæterùm Pilatus cùm eua dendi periculi occa
sionem quæreret, mittendo Dominum ad Hero-
dem, tamen iam primum se discrimini implicauit
ter maximo. Primò, quòd eum quem innocẽtem
reperit, non liberauit pro suo officio. Secundò,
quòd manifesto tyranno, quem etiam contra Ro-
manas leges sciebat fratris detinuisse vxorem, in-
nocentem ligatum misit. Postremum, quòd hoc
facto iniquissimo Iudęis suppeditauit maiorẽ in-
saniendi occasionem. Diuina tamen dispositione
in gloriam Christi, & passionis eius meritum ces-
sit, quòd etiam Herodi iudicandus præsentatus
est, vt eo plus mereretur nobis, quo à pluribus in-
dignè tractatus esset, & eo maius innocentia ad
maiorem Iudæorum & gentium cõdemnationem
declararetur, quo à pluribus examinatus iudici-
bus, nihil tamen deprehensus esset facinoris ad-
misisse, quinimo haberet multos innocentiæ suæ
testimonium perhibẽs. Vide autem & illud, quòd
sic ut quatuor Dominus habuit iudices à quibus
indignè est tractatus, & quorum duo fuere sacer-
dotes, alij duo profanum gerentes magistratum:
ita postea quatuor habuit Euangelistas, qui eius
gloriam longè latéq; per vniuersum suis scriptis
disseminauerunt orbem, quorum duo erant ex
præcipuis Apostolis, alij duo præcipuorum Apo-
stolorum discipuli. Herodes autem viso Iesu, gau-
sus est valde, nõ solũ ob honoré sibi à Pilato dela-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum,cùm esset ambitiosus valde:sed etiam,idque A multo magis, quòd à multo tempore cupidus fuisset videndi eum,quem tam multa audirit admirãda patrare,cùm Ioannes nullum ædidisset miraculum. Sperabat ergo Christũ siue in honorem sui, siue ob propriã liberationem miraculum aliquod æditurum,quod ipsius pasceret & delectaret oculos.Ioculatoribus enim & mirãdorum operatoribus curiosa principum aula delectari solet.At Dominus non solùm nõ est dignatus illum aliquo miraculo,sed nec aliquo responso, cùm tamen ille eũ variis interrogaret sermonibus.Idq; nõ solùm ob causam prædictam, ne scilicet videretur ambire mortis euasionem, sed etiã ne videri posset regij honoris admirator,& quia ille tũ miraculo,tũ responso indignus esset.idq; duplici nomine,nempe & quia eius crudelitas nõ meretebatur videre audiréve diuina,& quia tantùm ex curiositate signum quærebat,& responsum.Non enim ad gloriam Dei signum quærebat,ob quã solam Christus miracula operatur,nec discendi animo Christum de variis rogabat.Fortè autẽ roganit num ipse is esset propter quem aliquãdo eius pater plutimos in Bethlehem occidit infantes,aut num ipse esset Ioãnes quem paulo antè in carcere decollari iusserat.Verùm ad omnia Dominus obticuit, etiã cùm principes sacerdotum & scribæ astarent constãter accusantes eum:quæ res silentium Christi magis fecit admirandum,cùm nec tãti principis autoritas, nec aduersariorum tam constantes criminationes sermonem ab eo elicere potuerunt. Vnde meritò Dominus Herodi debuisset fuisse admirãdus,quẽadmodũ Pilato fuit ob filẽtium admirãdus,at qui ob pleniorem Dei veri cognitionem debuisset Pilato fuisse æquior &humanior,inuẽtus est illo iniquior in Dominum : Æquior tamen inuentus est in illum quàm põtifices & scribæ, quia nequaquã illorum criminationibus sic est persuasus, vt accusatum,& obmutescentẽ ad obiecta crimina dãnaret morte,sed satis habuit cõtemnere eũ à quo videbatur contemni,etiq; illudere tãquam abiectissimo homini,cui nihil inesset prudentiq;,qui fatua quadã simplicitate potius quàm superba audacia regium nomen sibi vendicasset,quare irridendam potius quàm seuerè vindicandam regij nominis vsurpationem insinuans,indutum veste alba(nam id erat regum ac Cæsarum) remisit ad Pilatum. Paucis quidem verbis Euangelista complexus est quæ Dominus ab Herode eiusq; exercitu est passus:nobis tamen contemplandi reliquit campũ,& eũ satis amplum.Cogitãdum enim quomodo hic ipsa Dei patris sapientia velut fatua cõtemnitur, atq; è sublimi ridetur:quomodo is qui rex regum erat,& Dominus dominantiũ,tanquam vanus rex & ridendus,veste alba suspenditur naso.Cogitandum quomodo milites Herodis pro se quisq; strenuè sui domini cõtemptum vindicare studuerint, certatim Christo illudendo variis modis.Neq; enim quia nos legimus ; *& illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum*;putãdum est Herodem Christo tantùm illusisse per indumentum vestis albæ. Græca enim habent, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν ἀνέπεμψεν αὐτῷ πάλιν: hoc est,Et cũ illusisset, induisseq; ipsum vestem albã, remisit eũ Pilato; vt intelligendum videatur,priùs variis modis Domino Herodẽ cum suis illusisse, scommata scilicet in eum iaciendo,& tandem omnino ignominiis afficiẽdo eũ quibus affectus fuit apud Caipham,ac nouissimè inter cætera vestem albã eum induisse,sicq; remisisse Pilato.Porro his omnibus irrisionibus pontificum ac scribarũ impietas cõdemnata est,quia illis manifestè satis testatũ est,eum pro seditioso ac rebelli nequaquam habendum.Nam si talis fuisset,neutiquã ludibriis cum illo agendum putassent, sed seuerioribꝰ suppliciis & magis seriis. Has irrisiones perferendo, Dominus & sibi meruit vt super omnes reges exaltaretur,& nobis vt vera sapiẽtia donaremur,atq; per eum verè reges efficeremur, & vestibus albis immortalitatis induamur, quas ipse fidelibꝰ promittit,Apoc.3. Herodiana vesania bene vti nouit B diuina sapientia.Cãdor enim significationem habet innocentiæ. Nigredo cõtra facinorosi operis notã habet.Alba itaque vestis,Christi innocentiæ perpetuum est nobis monumentum,inuito etiam Herode & Herodianis.Alba veste indui,olim regũ erat & principum.Hac ergo dum per iocum & irrisionem ab Herode induitur Christus, insinuatũ est ipsum verè quidem regem esse, sed talem quẽ mundus non agnoscat,sed rideat. Notandum tamen dictionem Græcã non significare propriè albam,sed splendidam & elegantem. Non est enim λευκὴν,sed λαμπρὰν, eadem scilicet dictio quæ est C apud Iacobũ cap.2.vbi nos legimus : Si introierit in cõuentum vestrum vir in veste candida.Vbi nõ significatur vestis albi coloris,sed resplendens,illustris,& elegans,qualis est diuitum & regum.Sequitur apud Lucam : *Et facti sunt amici, Pilatus & Herodes in ipsa*(hoc est,in eadem)*die. Nam antea inimici erant admodum*,id est,inter sese.Cùm reconciliationis causa,vt hic significatur, fuerit quòd Pilatus Herodi detulerit iudicium Christi tanquam Galilęi,omnino verisimile est simultatis quę inter eos intercesserat,causam fuisse,q; Pilatus se ingesserit aliquibus negotiis ad cognitionem Herodis pertinentibus, & fortasse q; Galilæorũ quorundã sanguinem miscuerit cum sacrificiis eorum,vt supra habitum est Lucæ 13.Cæterùm huius reconciliationis non temerè Lucas facit mẽtionem,sed D mysterij alicuius causa, quod hic duplex intelligi potest.Primò enim hac ratione demõstratum est, impios,etsi alioqui inter sese dissidentes,cõuenire inter se in eo vt veritatem & iustitiam infectẽtur, impletumq; esse nunc illud Psalmi secundi:Principes cõuenerũt in vnum aduersus Dominum,& aduersus Christũ eius;quod de Pilato & Herode dictum interpretãtur Apostoli Act.4. Sic & tyrannis & hæreticis in hoc conuenit semper vt Ecclesiã Christi oppugnarent. Secundò etiam contrario modo accipi potest. hanc reconciliationẽ quæ inter Pilatum gentilem & Herodem Iudæum per Christum est perfecta, typum quendã prætulisse eius cõcordiæ quæ per ipsum inter gentilẽ & Iu- E daicum populos erat conciliãda,iuxta illud Pauli: *Ephes.2.* Ipse est pax nostra,fecit vtraque vnum,&c.Accepit autẽ hic Herodes iustum pro meritis suis supplicium,sicut & alij necis Christi authores. Quia enim Herodiadis instinctu iniustè Ioannẽ interemit,& quia regiã Christi dignitatẽ irrisit,ideo cõmeruit vt eiusdẽ Herodiadis instinctu ad propriã cooperaretur perditionem , & regiã illa instigante,ambiendo dignitatem,quem habebat principatum amitteret,relegatus à Caio in exilium Lugdunũ Galliæ ciuitatem,vt author est Iosephus li.18. Iudaicarum antiquitatum,capite 14.Similẽ exitũ & Pilatus habuit , qui sicut falsas contra Christũ accusationes admisit,nec innocentẽ liberauit : ita A vt patet ex Iosepho capite 7.libri 18. antiquit. Iudaic. fallis Iudæorũ criminationibus priuatus est suo quo abusus erat principatu,Romámque profectus vt se ab obiectis purgaret criminibus , exilio etiam plexus est,missus Viennam.

BARABBA DIMISSO , FLAGELLATVS ET CORONATVS Christus traditur crucifigendus.Matth.27. Marci 15.Lucæ 23. Ioan.18.19. CAPVT CXLII.

Pilatus autẽ cõuocatis principibus sacerdotũ,& magistratibus,& plebe,dixit ad illos:Obtulistis mihi hũc hominẽ,quasi auertentẽ populũ,& ecce ego corã vobis interrogans,nullã causam inuenio in homine isto,ex his in quibus eũ accusatis, sed neque Herodes:nã remisi vos ad illũ,& ecce nihil dignũ morte actũ est ei:emendatum ergo illum dimittam.I Per diẽ autẽ †solennẽ △ consueuerat'[&]ᶜ necesse*habebatᵃ præses‖ᵍ populo dimittereᶠ vnum†ex vinctis,quemcunque petissent,habebat autẽᵃ tunc vinctũ insignem,qui dicebatur Barabbas,ᵇ qui cum seditiosis eratvinctus,qui in seditione fecerat homicidiũ.Et cùm ascẽdisset turba,cæpit rogare.sicut semperfaciebat illis.ᵃ Congregatis ergo illis,ᵉ Pilatusᵃᵇ respondit eis, & ᵉdixit:ᵈ Est autẽ consuetudo vobis,vt vnũ dimittã vobis in Pascha.I Vultisᵈ ergoᵗ dimittã vobis regem Iudæorum?ᵃ Quem vultisᵗ Dimittam vobis Barabbã,an Iesum,qui dicitur Christus?ᵉ Sciebat enim quòd per inuidiã tradidissent eũᵇ summi sacerdotes.ᵃ Sedente autem illo pro tribunali,misit ad eum vxor eius, dicẽs:Nihil tibi & iusto illi,multa enim passa sum hodie per visum propter eum.ᵉ Principes autẽ sacerdotũ,ᵃ & seniores‖ᵇ concitauerunt turbam,[&]ᵃ persuaserũt populis,ᵉ vtᵇ magis △ repeterent Barabbam',ᵃ Iesum verò perderent. Respõdes autẽ præses ait illis: Quẽ vultis vobis de duobus dimitti?‖ At illiᵏ clamauerũtᵈ rursumᵏ omnes simul† ᵐ dicẽtes'.ᵈ Nõ hunc,sed dᵗ tolle hũc,& dimitte nobisᵐ Barabbã.ᵈ Erat autẽ Barabbas latro,ᶜ qui erat propter seditionẽ quandã factam in ciuitate,& homicidiis missus in carcerem.ᵉ Iterum autem Pilatus locutus est ad eos,volens dimittere Iesum.ᵉ Pilatusᵇ autẽ iterũ respondens △ᵉ ait illis: Quid‖ ergoᵇ vultis ᵃ facia† de Iesu,qui dicitur Christus?ᵇ At illiᵇ iterũ △ᵇ succlamabãt'‖ f dicẽtes'ᵈ omnes:Crucifigatur,ᵉ crucifige,ᵇ crucifige eũ.† Pilatus verò ᶜ tertio △ᵗ dixit ad illos': Quid enim mali fecitᵗ istẽ nullã causã inuenio in eo.Corripiã ergo illũ,& dimittã. At illiᵗ instabãt vocibus magnis postulãtes vt crucifigeretur,& inualescebãt voces eorũ,[&]ᵉ magis clamabant,ᵃ dicẽtes:Crucifigatur, Crucifige eũ.ᵈ Tunc ergo apprehẽdit Pilatus Iesum,& flagellauit.Etᵃ tũcᵐ militesᵃ præsidis suscipientes Iesum in prætorio , ᵇ duxerũt eũ in atriũ prætorij,& †ᵉ congregauerũtᵃ adᵈ eum △ᵉ vniuersam' cohortẽ.& ᵃ exuentes eum , ‖ᵐ chlamydẽ coccineã circundederũt ei,& †plectentes coronam de spinis' △ posuerunt supercaput eius',ᵃ & arundinẽ in dextra eius.ᵈ Et veniebãt ad eũ,ᵃ & genu flexo ante eum,illudebãt ei,ᵇ & cæperũt salutare eum,†ᵃ & dicebãt:ᵐ Aue rex Iudæorum.ᵇ Et conspuebãt eum.ᵃ Et expuẽtes in eum,acceperũt arundinẽ,ᵉ & percutiebãt caput eiusᵇ arundine,ᵈ & dabãt ei alapas,ᵇ & ponẽtes genua adorabãt eũ.ᵈ Exiuit ergo iterũ Pilatus,& dicit eis:Ecce adduco vobis eũ foras,vt cognoscatis, quia in eo nullã inuenio causam.Exiuit ergo Iesus foras,portãs coronã spineã,& purpureum vestimẽtũ.Et dicit eis:Ecce homo.Cùm ergo vidissent eũ põtifices,& ministri,clamabãt,dicẽtes:Crucifige,crucifige eũ.Dicit eis Pilatus: Accipite eũ vos,& crucifigite,ego enim nõ inuenio in eo causam.Respõderũt ei Iudæi:Nos legẽ habemus,& secundùm legẽ debet mori,quia filiũ Dei se fecit.Cùm ergo audisset Pilatus hunc sermonẽ,magis timuit. Et ingressus est prætoriũ iterũ,& dicit ad Iesum.Vnde es tu?Iesus autẽ respõsum nõ dedit ei.Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris?nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te,& potestatẽ habeo dimittere te? Respondit Iesus:Non haberes potestatẽ aduersum me vllã,nisi tibi datũ esset desuper.Propterea,qui me tradidit tibi,maius peccatũ habet.Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ.Iudæi autẽ clamabãt dicẽtes:Si hũc dimittis,non es amicus Cæsaris:omnis enim qui se regẽ facit,contradicit Cæsari.Pilatus autẽ quᵃ audisset hos sermones,adducit forãs Iesum,& sedit protribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autẽ Gabbatha.Erat autẽ parasceue paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis:Ecce rex vester, Illi autẽ clamabãt: Tolle,tolle,crucifige eũ.Dicit eis Pilatus : Regẽ vestr crucifigã?respondерunt pontifices:Non habemus regẽ nisi Cæsarẽ.ᵃ Videns autẽ Pilatus quia nihil proficerei,sed magis tumultus fieret,accepta aqua lauit manus corã populo,dicẽs:Innocẽs ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondẽs vniuersus populus,dixit:Sanguis eius super nos,& super filios nostros.†ᵇ Pilatus autẽ ᵃ tunc ᵇ volens populo satisfacere,ᵉ adiudicauit fieri petitionem eorum.ᵗ Dimisitᵉ autemᵗ illis ᵉ eum qui propter homicidium & seditionem missus erat in carcerem,quem petebant,ᵉ Barabbã, △ ᵇ Iesum verò ᵉ flagellatumᵗ tradidit'ᵃ eumᵉ voluntati eorum.ᵃ Tunc ergo tradidit eis illum,ᵐ vt crucifigeretur.

Pilatvs avtem convocatis principibvs sacerdotvm, &c.] Continetur hoc capite quinta Dominicæ passionis pars : varia complectens passionum & ignominiarum genera,nempe Barabbæ prælationem, rapidam Iudæorum conclamationem, duram flagellationẽ, ac præter alias iniurias ignominiosam coronationẽ,ac postremùm iniustissimam eius cõdemnationem.At vt varia hęc complectitur iniuB riarum genera,ita & multa habet innocentiæ Dominicæ testimonia,sicut & alia omnia capita.Imprimis enim Pilatus reducto sibi Domino , & suo & Herodis iudicio pronũciat innocentẽ esse quẽ Iudæi ad crucem petebãt. Nam cũ mittendo Dominum ad Herodem nõ liberaretur Pilatus sicut sperabat ab eius iudicio , aliis viis conatus est omnia tentãs , elabi à condemnatione eius quem innocentem cognouit. Et primum ratione placare Iudæo

† h. festũ ▷ b. sole bat * c. autẽ ‖ h dimittere illis † b. vinctum quẽ volebãt. Erat autem ▷ b. autẽ ▷ b. Barabbã dimitteret eis. ‖ c. Exclamauit autem simul vniuersa turba dicentes. † a dixerunt. ▷ a dicit ▷b. ○ agitur † b. regis Iudæorum. ▷ b clamauerũt. ‖ a. dicunt † b. illi autem ▷ a. astiterãt p. aliis b. dicebat illis. † b. cõuocant ▷ b. e. totam ‖ b. induũt eum purpuram. d. vestẽ purpuream † b. imponũt ei plectentes ipsam ▷ d. impegerũt capiti eius † a. dicens † c. o. Et Pilatus ▷ b. & tradidit Iesum fa cẽllis ꝛc. ium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæorum studet animos, dicens: *Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum* (id enim fuit præcipuum accusationis, in quo reliqua continebantur, vt supra dictum est) *& ecce ego interrogans eum etiam coram vobis, nullam causam* (mortis scilicet) *inuenio in eo. Sed neque Herodes. Nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.* Quasi dicat: tantùm circa eum acta sunt quæ arguunt hûc potius per contemnendam & ridendam peccasse imprudentiam, quàm dignum morte admisisse crimen. Igitur & ego pro his quæ insipienter potius quàm malignè aut pernicioſe egit eum castigans, sic eum dimittam. Dictio enim, *emendatum*, pro castigatũ posita est, cùm Græcis sit παιδεύσας, quæ eadem dictio etiam postea ponitur, vbi legimus: *Corripiam ergo eum, & dimittam*: ne quis putet aliud hic Pilatum significare voluisse quàm postea. Nam sunt qui hic locutum putent de correptione quæ est per verba, postea verò de castigatione quæ est per verbera, cùm vtrobiq; sit παιδεύσας ἀυτὸν, ἀνεξόω hoc est, castigatum vel correptum ergo illum dimittam. Cæterum cùm Pilatus iam proposuisset Dominum castigare, sicque placatis vt sperabat, Iudæorum animis, ipsum dimittere, priusquam id faceret, aliud ei venit in mẽtem quo magis sperabat se posse illum liberare. Pro recepta enim consuetudine necessariò debuit per diem festum, hoc est, in die festo dimittere populo vnum ex vinctis, quemcunque petissent. Quod non videtur intelligendum de omni Iudæorum solennitate, sed tantum de solennitate paschali, quæ eorum præcipua fuit festiuitas. Apud Ioannem enim dicit Pilatus: *Est consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha*; vnde cùm absolutè dicitur apud alios Euangelistas, *per diem solennem*, intelligendum eos loqui de solennitate tali qualis ea erat quæ tum agebatur, nempe paschæ, quæ antonomaticè vocabatur ἑορτὴ, hoc est, dies festus, vt apparet ex Ioannis 5. capite. In hoc festo receptum erat vnum ex vinctis dimittere, siue simpliciter ob festi reuerentiam & lætitiam: siue etiam in memoriam Ægyptiacæ liberationis quæ ea festiuitate recolebatur, quanquam Theophylactus post Origenem existimet hûc morem sumptum ex Ionathæ filij Saul liberatione, qua eum populus iam patris sententia morti addictum asseruit, vt legitur 1. Regum 14. Verisimile autem hunc morem ab antiquis temporibus obtinuisse apud Iudæos, eundémque in gratiam populi à Romanis, cùm iam retum apud eos potirentur, confirmatum, sicut & in aliis permittebant eis iuxta sua legitima & consueta viuere. De hac consuetudine apparet ex Ioanne, ipsum Pilatum primùm suggessisse Iudæis, quia apud eum inducitur dixisse Pilatus: *Est consuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in pascha.* Verùm ex Marco, maxime secundùm Græcorum lectionem, magis videntur Iudæi primùm suggessisse Pilato de hac consuetudine. Nam vbi nos legimus: *Et cum ascendisset turba, cœpit rogare*, &c. Græci habent: *Et cum acclamasset turba.* Non enim erat apud eos ἀναβαίνειν, quemadmodum videtur legisse interpres, sed ἀναβοᾶν, quo significatur secũdũ interpretationẽ Euthymij, turbam eo tempore quo Pilatus circa Dominum propter accusationem sacerdotũ & seniorum erat occupatus, cœpisse cum acclamatione petere, vt faceret eis Pilatus pro more recepto. Suppositũ enim verbi, *cœpit*, cùm dicitur, *cœpit rogare*, vel *petere*, non, Pilatus, sed turba, vt ex Græcis est euidens. Vnde addendum aliquid necessariò est ad orationis perfectionem hoc modo: turba cœpit rogare, vel petere, scilicet vt faceret vel vt fieret sicut semper faciebat eis. Nõ enim idẽ est suppositum verbi, *faciebat*, quod est verbi, *cœpit*. Intelligendum ergo quòd cùm turba ascendisset, vt habet nostra lectio, ad tribunal Pilati, pro more scilicet recepto seruando rogatura, atque ea peteret vt pro more vnus ex vinctis dimitteretur: tum Pilatus hanc occasionem reperit pro liberatione innocẽtis è manibus principum, & seniorũ, duos proponens populo, è quib⁹ omnino sperabat alterum nequaquã à populo præponendum Iesu. vnde apparet motẽ fuisse vt præses ex reis quosdã quos vellet proponeret populo, ex quibus dimittere debebat quemcũque petisset populus, & non fuisse in potestate populi, vt ex omnibus omnino vinctis quemcunque voluissent, dimitteret Præses. Alioqui dicere poterat populus se nec Iesum, nec Barabbam dimitti velle, sed alium quempiã. Habebat ergo inter multos alios vinctos mortisq; reos, vnum vinctum qui dicebatur Barabbas, qui ob seditionem excitatam in ciuitate, & homicidium in seditione commissum, cum suis complicibus missus fuit in carcerem, inter quos seditiosos ipsum fuisse præcipuum antesignanum indicat satis Matthæus, dicens eum fuisse insignẽ, hoc est, insigniter malum, & notæ apud omnes improbitatis: quem etiã latronem ob commissum homicidium vocauit Ioannes. Hunc cõmunem ciuitatis hostem, ac eorum scelerum manifestũ autorẽ, quæ maximè sunt reipublicæ inimica, seditionis scilicet nõ simplicis, sed cruentẽ, cõponens cũ Iesu seditionis quidem etiam accusato, sed quæ nullo affectu comprobari potuit, petiit vtrum è duobus vellent dimitti, constringẽs eorum electionem ad alterum horum, nihil addubitans quin pro suo in Barabbam odio, & iusta ob accepta mala indignatione illi præponerẽt Iesum, à quo nũquã læsi fuerant, & quem nõ patiebãtur dimitti tanquam innocentem, saltem vt dãnatum sinerent donari festo, satis habentes id ignominiæ ipsi irrogatum, qtãquam reus & damnatus dimissus esset. Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes, vnde tanta cum diligẽtia adlaborauit ipsum absoluere, nihil intentatum relinquens. Cẽterum hac ipsis optione proposita, cùm populus hæreret, & satis propenderet, vt est verisimile, ad electionẽ Iesu, principes sacerdotum & seniores agitauerũt turbam, apud quam multùm valebãt, eíque persuaserunt tandem vt magis Barabbam peterent. Cùm ergo hæc agerẽtur inter principes sacerdotum & turbã, præside interim expectante quid responsuri essent, tum, vt verisimile est, accessit etiam aliud innocentiæ Christi testimonium, quod scilicet perhibuit de Iesu vxor Pilati in maiorẽ Iudæorũ ac Pilati condemnationẽ, maiorémque Christi ac nostram gloriam. Illud enim Matthæus refert veluti inter consultationem Iudæorum de electione facienda gestum, dicens: *Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius dicens: Nihil tibi & iusto illi*, hoc est, nihil tibi sit cum illo iusto, *multa enim passa sum hodie*, hoc est, hac nocte, *per visum*, hoc est, in somniis. *propter eum.* Quid viderit, quidve audierit, Euãgelista non exprimit, vnde nihil certi de eo proferre possumus, nisi quòd grauiter fuerit afflicta. *Multa enim*, inquit, *passa sum.* Porrò afflictionem hanc per offensa, vt est

est verisimile, terticulamenta, non est putãdum à dæmonibus profectã, tanquã iam sentire incipientibus efficaciam passionis Christi ex patrum gaudio, ac ob id impedire Christi passionẽ quæcunq; bus, vt quidam volunt. Si enim id verum esset, idẽ sanè egissent in Iudæis, quos tamen nõ destituetũt ad conceptũ vrgere scelus. A Deo ergo potius immissam ipsam eum Theophylacto credẽdũ est, qui eam vxori potius quàm Pilato immisit, tum vt ab vtroque simul sexu suæ innocentiæ Christus haberet testimonium: tum q̃ nõ creditũ fuisset Pilato, qui videri potuisset ad gratiam loqui. Cõuenienti autẽ suo epitheto coniunx Pilati Christum iustũ vocat, sicut & postea Pilatus. Hoc enim & Isaias eũ vocat, dicens: Iustificabit ipse iustus seruus meus multos. Cũ autẽ deliberationẽ suã inter sese Iudæi absoluissent, rursum eos rogauit Pilatus, vtrũ ex duobus propositis sibi vellent dimitti. At illi longè cõtra expectationem Pilati, vna omnes voce postulauerunt nõ dimitti Iesum, sed eũ tolli, & dimitti Barabbã. Non enim satis habebant Barabbam præponere Iesu, sed hunc neque cum Barabba volebant in gratiam festi dimitti. Qua in re & summã ignominiã Christo pro nobis illatam, & summam iniustitiam à Iudæis cõmissam aduertere licet, dum homicidã & seditiosum præponere nõ dubitauerunt ei qui apud eos multis fuerat auctor vitæ: quiq; venerat omnes Deo recõciliatus. Vnde hanc illis exprobrans intolerãdã iniquitatẽ Petrus, ait: Vos autem iustum & sanctum negastis, & petistis virum homicidã donari vobis, auctorem verò vitæ interemistis. Cæterum diuina dispositione hoc Iudæorum factũ & ipsis Iudæis fuit omen suæ quã hoc facto merebãtur infœlicitatis, & nobis fidelibus fuit salutare efficaciæ passionis Christi argumẽtum atq; mysterium. Nam Iudæi quidẽ hac sua electione meruerũt, vt pro Christo quem diu expectauerunt, diabolum haberent principem, qui homicida seditionis autor fuit ab initio inter angelos simul & homines, atque vt à fœlicitate quam eis Christus offerebat excidentes, omnium rapinis & iniuriis fierẽt obnoxij. Significatum item, quòd qui non passi sunt, verum Christum esse suum Dominum, audire recusauerunt eum qui venit in nomine patris cœlestis, auditi sunt Antichristum, qui veniet in proprio suo nomine. Homicidæ homicidã præeligũt saluatori, declarantes se ex patre esse diabolo, sicut Christus eis improperauit. vnde bene Barabbas dictus est quẽ elegerunt. Barabbas enim interpretatur filius patris. Itaq; dum hunc elegerunt: significatum est ipsos fratres esse homicidæ, & diabolum ipsorum esse patrem. Quod verò ad nos attinet, per hoc Iudæorum factum salutari mysterio significatũ est, innocentẽ Christum pro nocentibus mortẽ subiisse, exoluẽdo quæ nõ rapuerat, suaque morte nocentes à morte quam meruerant liberasse. Nõ debebat in gratiam festi paschalis dimitti, cui cõueniebat vt tanquam verus agnus paschalis in paschate immolaretur. Quũ ergo præter expectationẽ præsidis accidisset vt Barabbas præeligeretur, non tamen destitit opitulari Iesu. vnde dixit: *Quid ergo vultis faciam de Iesu qui dicitur Christus?* bene quidem in eo faciens quòd cuperet Dominum liberare, sed malè in eo quòd ob gratiã pontificum & populi non strenuè se pro officio opponeret iniustitiæ persequentium iustum. Dicit enim, *quid vultis faciam*, quasi iudicis sit facere accusato pro voluntate accusantium, & in illorũ cõstituere potestate quo sit reus mulctãd⁹ supplicio. Quòd autẽ Iesum semper ferè regẽ vocat Iudæorũ, incertũ est quo fecerit animo, an vt hoc nomine auocaret animos Iudæorum à cõcepto scelere, quasi quod in ipsorum vergeret dedecus: an (quod magis credideram) vt hoc nomine illos prouocaret ad obstringẽdũ sese Cæsari, vt qui nõ sustinerẽt tã humilem hominem regem suũ appellari, sicut etiam postea euenit. Non enim eũ videtur regẽ appellasse Iudæorũ, q̃ sic de eo vere sentiret, sed per ironiã, vt sic irritatos Iudæorũ animos adstrictos faceret Cæsari, suumq; cõtra innocentem iudicium faceret quendam habere iustitiæ prætextũ. Itaq; cùm rogati essent quid vellent fieri de suo Christo, illi nõ sustinentes illud nomen, vt clamauerunt priùs in petẽdo Barabbam, ita nũc rursum clamauerut, postulãtes Iesum crucifigi. Tum Pilatus tertiò testimonium innocentiæ Christi perhibuit, dicẽs se nullam causam morte dignam inuenire in eo, atq; ad id quod priùs propositum fuerat, sed quod per oblatam occasionẽ, qua sperabat Christum liberãdũ, intermissum erat, rediẽs castigaturum se dicit eũ, sicq; dimissurum. Quæ res in magnam Christi cedit gloriã, dum ab impio iudice toties innocentiæ tulit testimonium, dumque tanta cum cõscientiæ discruciatione nunc ad hæc, nunc ad illa confugit liberationis præsidia. Expendunt autem quidam illud quod dicit Pilatus: *Ego nullam causam mortis inuenio in eo.* Erat enim, inquiunt, in eo causa mortis, quia pater posuit in eo iniquitates omnium nostrum; sed hanc non potuit inuenire in Christo Pilatus, qui passionis eius ignorauit mysterium. Inueniunt fideles, eámque venerantur. Sciendum tamen pro dictione, *causam*, posse hoc loco & in aliis locis similibus præcedẽtibus & sequentibus, verti, & fortè melius, *crimen*, vt sit sensus: Ego non inuenio in eo crimen mortis, hoc est, mortiferum, mortéque plectendum. Græca enim dictio, αἰτία, vtrumque significat, causam & crimen.

TVNC ERGO APPREHENDIT, &c.] Lucas Pilatum inducit dicentem se correpturum Iesum, sicque dimissurum, at nullã subiicit correptionem à Pilato adhibitam, quæ ad dimissionem Christi pertineret: sed mox subiicit Pilatum clamoribus superatum adiudicasse Christũ petitioni eorum. Ioannes ergo post Lucam scribens, oportunè post electũ Barabbam indicat qualis fuerit ea correptio; cõmemorans Pilatum flagellasse Iesum, atq; milites variis ei illusisse modis, & per hæc Pilatum conatum dimittere Iesum. Meminerunt & alij duo Euangelistæ, Matthæus, & Marcus flagellationis Iesu, sed non sic vt ex eorum narratione videri posset Pilatum adhibuisse flagellationem, tãquam medium per quod sperabat satiandos & placandos Iudæorũ animos, atque sic Iesum dimittendum: verùm vt videri posset eam tantùm adhibitam tanquam præambulam ad decretam iam crucifixionis sentẽtiam exequẽdam. Romanorum enim ritu, qui crucifigendi erant, priùs flagellis discindebãtur, sicut & Diuus Hieronymus testatur, dicens: Romanis legibus sancitum est, vt qui crucifigitur, priùs flagellis verberetur. Hunc ob morem Christum flagellatum insinuare videntur Matthæus & Marcus, cùm dicunt: *Et tradidit Iesum flagellis, casum vt crucifigeretur.* Proinde non desunt qui Christum bis putent iussu Pilati flagellatum; primum, vt scribit Ioannes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes,ante pronunciatã crucis sententiam,cùm Pi- A
latus miserabili specie Iesu sperabat Iudæos commouendos,vt illum dimitti æquiore ferret animo. Secundò,cùm, vt insinuate videtur Matthæus & Marcus, iam morti addictus à Pilato, secundum morem Romanorum flagellaretur crucifigendus. Sic & bis Christo à militibus putant illusum imposita spinea corona, & circũiecta chlamyde purpurea,vt alia sit Ioãnis à reliquorũ duorum narratione,eo q̃ Matthæus & Marcus postquã dixerũt Pilatum tradidisse Iesum flagellis cæsum ad crucifigendum,subiiciant de spinea corona, aliisque ignominiis Domino illatis,inter quos Matthæus veluti etiã ordinem significare volens, dicit: *Tunc milites præsidis suscipientes Iesum*,&c. At quoniã hæc sententia,vt est noua,parum est probabilis, conuenientius dixerimus cum Diuo Augustino, Matthæum & Marcum per recapitulationem, vt aliãs sæpe,narrasse quod commemorãt de militum illusione, eosdémque breuitati studentes flagellationis tãtũ obiter meminisse,quatenus secundùm Romanum morem, præcedere solita fuit crucifixionem,cùm etiam alia ratione, vt Ioannes insinuat,tunc à Pilato fuerit adhibita.Et alioqui apertè satis significant etiam Matthæus & Marcus Pilatum flagellasse Iesum,priusquã eum adiudicaret C
morti,& traderet ad crucifigendum. Sic enim habẽt Græca,τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ. hoc est,postquã flagellasset Iesum,tradidit vt crucifigeretur: id quomodo factum sit, Ioannes prolixè est persecutus. Ioannes ergo post omnes scribens Euangelistas, correptionem quidẽ cuius meminit Lucas,nec tamen expressit qualis fuerit, exposuit;flagellationis verò causam à Matthæo& Marco nõ satis expositam, sed ex parte tãtùm insinuatam,prolixè est prosecutus, Euangelicam historiam hac ratione mira Spiritus Sancti dispositione perficiens & elucidans.Sed ad rẽ.Itaq; Pilatus postquã semel & iterum sua spe frustratus esset,videns sibi magnam imminere necessitatẽ crucifigendi Iesum,necdum tamen planè desperãs se posse euadere necessitatem,apprehẽdit Iesum, & D
flagellauit,partim quidem tãquam cui crux verisimiliter imminebat:partim verò vt hac castigatione placati Iudæorum animi Iesum dimitti sinerẽt. Vnde cõiectare satis licet nõ leuiter Pilatum flagellasse Iesum,sed tanta cum crudelitate, quantã putabat placare posse tam efferatos Iudæorum animos. Nec flagellatio hæc virgis simpliciter fiebat,vt apud nos.Nã,vt habet Euthymius, μάστιξι ἐλαύνομεν,(quod nos flagellũ dicimus)verber erat à funiculis aut loris contextũ,quo dorsa condẽnatorum verberabant. Impletum est nunc in Christo illud
Psal. 34. & 37. Psalmi:Quoniam ego in flagella paratus sum.Et: E
aduersum me congregati sunt & cõuenerunt,cõgregata sunt semper flagella. Post hanc diram & ignominiosam Christi flagellationem.Euãgelistę cõmemorant nouem iniuriarum generibus Christum in aula Põtiana affectũ fuisse à militibus,incertum an Pilati iussu,an militibus vltrò tam profusæ insaniæ licentiam sibi sumẽtibus,vt declararent iustè enim pto vsurpato regno à se dirè flagellatum,& vt more sui domini Iudæis gratificarentur sicut existimat Theophylactus. Primò totam conuocant cohortẽ, tanquam ludicrum aliquod spectaculũ,quò quisq; vel oculos suos pascat, vel se quoque actorem ingerat,foret exhibendum.Secundò,conflatis sannionibus & sycophantis Christum denudant.Exuisse Iesum tunicam inconsutilem & stolam ait Origenes.Quantũ dolotis talis denudatio coram tãta multitudine attulerit Christo, puduci animi homo apud seipsum facilè æstimauerit.Licet enim Christus nõ habuerit carnem pudendam.vt pote totã obedientẽ spiritui,habuit tamen similitudinem carnis peccati & pudendæ. De similitudine autem apparenti, ita oritur pudor vt de veritate.In vituperio enim hominũ non differunt esse & apparere,vt bene scriptũ reliquit eruditissimus theologus Ioannes Hessels. Tertiò induerunt eum chlamydem coccineam, vt habet Matthæus,aut,vt habẽt Marcus & Ioannes,vestẽ purpuream. Et quidem aliud est purpura quã coccus,propriè acceptis vocabulis:sed tamẽ quia coccineus colot similimus est purpureo, vt testatur Baisius in libro de re vestiaria.etiã ille purpureus aliquando dicitur. Nam nomen purpuræ latè patet.Purpura autem Christum indutum dicit Euãgelistæ,quamuis vera nõ esset purpura,sed coccinea vestis,quia in irrisionem vsurpari regij nominis ea veste Christum induerũt:purpura enim regum & principum erat indumentum. Vnde Balta sar purpuram promisit ei qui scripturã sibi ostensam posset exponere,vt est Danielis 5. Et qui Ionathæ amicitiam ambierunt reges,purpurã ei miserunt.aut indui permiserunt,vt legitur 1. Machab. 10. & 11. Cæterùm Matthæus non tantùm vestis colorem expressit,sed etiam genus,dicẽs eum indutum chlamydem.Erat autẽ chlamys,quæ & paludamẽtũ dicebatur apud Romanos,amictus imperatorum,regũ,& militum, quo super armis induebantur. Chlamydẽ Numa primus Romanorum regum vsus est,& eadem coccinea vsum Alexandrum imperatorem testatur Lãpridius.Quatò,etiã in ludibriũ regij nominis nectunt spineam coronam,eam deniq; capite eius sacrosanctо imponũt,nõ tantùm ignominia iam illum afficiẽtes, dum pro auro lignum,pro gemmis spinas afferũt, sed etiam pœna, quam infixæ acutissimæ spinæ capiti inferebant tenero. Non enim sine lætione simpliciter super caput Domini spineã posuerunt coronam,sed,vt erant omni carẽtes misericordia, ac planè insana quadam peculantia licẽter efferati,verisimile est eos coronam illam capiti fortiter impressisse, vnde notant quidam dictum à Marco & Ioanne,quòd imposuerint capiti coronã,quasi significare voluerint,coronam capiti intimè infixam. Quintò, arundinem ei itidem ironicè tradiderunt in dextra,tanquam sceptrum regium.Sexto,ironicõs etiã tanquam regi geniculantur, adorãtes eum,vox item ironica sacras vulterẽne aures,dicentes: *Aue rex Iudæorum*,eodem docti spiritu quo Iudæi dixerũt,*prophetizæ nobis Christe*.Septimò,faciem eam qua cœli gaudẽt,sputorum & faliuarũ aspergínibus deformarũt, vt & priùs Iudæi in sua fecerant illusione.Octauò item,vt illi alapis decentissimas eius malas diuerberauerunt; quod sæpissime ab eis factum ex multitudine militũ colligere licet, vnde vel iam maximè impletũ fuit in
Isa. 53. Domino illud Isaiæ:Non est species ei, neque decor,& vidimus eum,& nõ erat aspectus, despectũ & nouissimum virorum,virum dolorum & scientem infirmitatẽ,& quasi absconditus vultus eius & despectus,vnde nec reputauimus eum. Nouò, & despectus, vnde nec reputauimus eum. Nouò, caput eius instar vasis quod viatores dentibus pungunt, arũdine è manu eius accepta percusserunt, coronæ spinas ac capiti fortius imprimẽtes, Et

Et illi quidẽ his modis Christo variè illuserũt,suã A
protulit terra carnis, abstulit autẽ virtus crucis
explentes libidinem:ac per diuinã dispositionem omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerãtia obtũdẽs. Certè præter figurã cõtumelia in prõptu est,& turpitudo,& dedecoratio,& his impiexa sçuitia,quę tunc Domini tẽpora & fœdauerũt &lancinauerũt,&c. In quibus verbis præter mysti
nobis per hæc illis ne scitẽtibus magna sunt mysteria perfecta,quæ tamen patres,quilque pro suo dono,variè in his intellexerunt.Flagellatus est enim Dominus, vt p̃ sua flagella à nobis tolleret ire di
Ibidem. uinæ flagella quæ nostris cõmeruerãm° peccatis. Nam vt dicit Isaias,ipse vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras,&attritus est propter scelera nostra. Indumento coccineo quo indutus est postquam suis exutus esset vestibus,significatum est, ipsum cùm in forma esset Dei,exinaniuisse seipsũ B
ita vt habitu inueniretur vt homo,atq; nostra peccata quæ rubra erãt,vt coccinum & vermiculus, in se receepisse,& i suo sacrosãcto corpore nostros sanguines expiasse.Significatũ item ipsũ per sanguinis sui effusionem,quo corporis eius iudumẽtum velut purpura pretiosissima est imbutum,de hostibus suis triumphaturum,tanquã regem præ
Isaiæ 63 potentẽ,sicut id vaticinatus est Isaias,dicẽs. Quis est iste qui venit de Edom,tinctis vestibus de Bosra,iste formosus in stola sua,gradiens in multitudine fortitudinis suæ?Ego q̃ loquor iustitiã,& ꝓpugnator sum ad saluãdũ. Quare ergo rubrũ est indumentum tuũ,& vestimenta tua sicut calcantiũ
Apoca. 19 in torculari?Torcular calcaui solus,&c. Vnde Ioãnes dicit filium Dei à se visum vestitũ veste aspersa sanguine.Sicut ergo in veste alba qua Dominũ C
induit Herodes,innocẽtia eius insinuata est:ita in purpurea qua postea indutus est,ipsius gloriosum martyrium,& per martyriũ triumphus.In spinea corona rectè etiam significatũ itellexerimus,ipsũ spinas peccatorum nostrorũ in se susceepisse,quas
Genes. 3. maledicta terra cordis nostri protulit,iuxta illud Genes.Spinas & tribulos germinabit tibi.His spinis verè pungebatur, atque harũ spinarum punctiones ferẽdo, sibi nobisq; meruit aureã immortalitatis coronã.In arundine Christi crucem significatam intelligo,quæ res quidem infirma videbatur & impotens:sed tamen per eam tanquam per sceptrum fortissimum omnes suos & nostros po-
Psal. 3. tẽtet cõfregit inimicos,iuxta illud Psalmi: Reges D
eos in virga ferrea,& tanquam vas figuli cõfringes eos.Iam vt p̃tria hæc.vestem,cotonam,atque arundineum sceptrum, significatũ est nobis Iesu verum esse regem,sed diuersum à mundi huius regibus,ac mundo ridiculum:ita idẽ significatũ per ipsius adorationem & salutationẽ.meruitque hęc ferendo Dominus etiam inuito mundo,haberi,adorari & salutari tanquam verus verorum Iudęorum Rex.Non multo aliter,vt alios prętereã qui coactius videnter hęc tractasse,philosophatus est in his Theophylactus,sic scribens in Matthæum: Omni,inquit,quę illi faciebant,per irrisionem fa- E
ciebãt.Tu tamen itellige ea quę maioris sunt mysterii.Chlamys enim coccinea nostrã naturã significat,quam cùm sanguinatia esset & cædis rea,susceepit,& induens sanctificauit.Corona autem ex spinis,peccata sunt quæ cõsumit sua deitate Christus:præsignatur enim p̃ caput deitas. Calamus,
Psal. 17 nostrę infirmę carnis symbolum est,quã susceepit Dominꝰ,sicut & Dauid dicit;Dextera domini exaltauit me.Auribus autẽ susciendo ignominias sanauit serpentis sibilum p̃ aures Euę ingressum. Hęc ille.De spinea Christi corona sic Tertullianꝰ libro de corona militis:Christus,inq̃t Iesus quale oro te fertũ pro vtroque sexu subiit:ex spinis opinor,& tribulis,in figuram delictorũ quæ nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

monium,in apertiorē suiipsius cōdemnationem. & Christi nostrā que gloriam. Iudęi autem cùm audirent Pilatum tāto studio patrocinaatē Iesu, nec omnino committendum ducerent vt aliquo pacto elaberetur ē manibus eorum, testimonio eius opponunt suam legem, quasi ex eius ignorā tia procedat falsa Pilati de Iesu existimatio. *Nos*(inquiunt) *legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia filiū Dei se fecit.* Quasi dicant: Quanquam Pilate secundùm legem Romanorū, secundùm quam tu iudicas, non inuenias in eo causam
Luc.24. mortis, tamen nos habemus legem secundùm quam debet mori. Hāc te nobis inuiolatam custo B dire necesse est, vt qui cōstitutus ad hoc sis nobis index & præses. Cæterùm lex secundùm quam dicūt Iesum mori debere, ea est quæ blasphemos præcipit interfici. Ad eā tandem necessitate compulsi confugiunt. Nam primùm quidē ea profere bāt per quæ læsæ Cæsareæ maiestatis reus & seditiosus videri posset, quòd hæc iudicarēt magis cō motura animum Pilati. Vbi verò Pilatū has accusationes viderent non recipere, nec iudicate Iesū quicquam in leges peccasse Romanorū, suam proferunt legem, clamantes Iesum in eā per blasphemiæ crimen peccasse, seque hoc modo declarātes nō tam odio personæ quàm zelo legis ipsum persequi. Verūm hac ipsa noua accusatione seipsos ne scii condemnauerūt. Primū enim si propter legē C ipsorum Iesus ratione blasphemię moriebatur, nō ergo ab ipsis ad crucem petendus erat, sed lapidibus obruendus. Deinde quisquis se filium Dei facit & dicit, secundum legem mori debet, secūdùm eam ergo vetus Messias mori debet, qui secūdùm eam filius Dei futurus & dicendus prædicatur. Iā & in illo veritatem cōtra seipsos proferunt, quòd dicunt, *filium Dei se fecit.* Nā quanquam secundùm sensum ab ipsis cōceptum his verbis Christo crimen intentabatur (intelligebāt enim ipsum cum filius Dei non esset, se pro filio Dei gessisse, atque hoc nominis sibi vsurpasse) tamen ignorantes per directionem spiritus, non crimen, sed laudem Iesu proferebant. Nō enim dicunt; filium Dei se voca- D uit, sed *fecit*. Dicere enim se filium Dei vsurpationem diuinæ declarat excellentiæ: at facere se filiū Dei, hoc est, re ipsa se exhibere atq; declarare filiū Dei, non pœnam & mortem meretur, sed laudem & venerationem. Et tamen etiam in eo veritatem inscii dixerunt, quòd secūdùm legem ipsorū mori debebat, quia filiū Dei se, vt erat, fecit. Scriptura enim vetus prædixit, Messiam & filium Dei moriturum pro hominū redemptione. Porro Pilatus hac noua delatione audita perculsus est, magisque sibi timere cœpit, metuēs ne fortè nō solùm in hominem innocentem, sed & in Dei filiū peccasset, atque ob id deos sibi iratos sentiret. Viderat enim admirandam quandam in Christo in ferendis malis mansuetudinem & patientiā quę hominū morem superabat, audierat ipsius in respōdendo gra E uitatem cum modestia coniunctam. Secum itē reputabat mira quæ de illo sæpe audierat. Et apud ethnicos poetarum fabulis fuit proditū & vulgò credebatur, quosdam ex Deo & homine natos semideos haberi & deorū filios. Ex his ergo metuere cœpit ne fortè verè in illū cōpeteret quod illi criminis loco obiiciebāt, sicut de regis nomine sibi criminis nomine obiecto priꝰ didicerat. Ingressus ergo prętorium vt cū Iesu seorsū loqueretur, rogauit eum vnde esset, vt cognita eius origine sci A ret, vetūne an falsum esset quod illi obiiciebatur. Iesus autem rursum nullum dedit ei responsum: partim quidem quoniā suprà satis suā illi notam fecerat innocentiam, cui etiam ipse toties testimoniū perhibuerat, & quoniam etiā iam propositæ quęstionis veritatē satis insinuauerat, de se dixit, venisse in mundum, & regnum suum non esse de hoc mūdo, sed multo magis ne videretur conatus vt elaberetur, & nolēs mortē subiisse, & quia sciebat secundùm Dei dispositionem futurū vt omnib. tentatis obstinato Iudęorū furori cederet Pilatus. Cùm ergo nihil ille respōderet, Pilatus indignatus suam & autoritatem & diligentiā contemn::Mihi, inquit, nō loqueris qui tantę sum autoritatis vir, & tā studiose pro tua adlaboraui salute? An ignoras mē habere potestatem crucifigē di te, & dimittendi te? Quibus verbis arrogāter nimis prolatis sese plane Pilatus cōdēnauit. Si enim hāc habuit potestatem, cur, qui toties innoxiū esse testatus, nō dimisit? Aut si pro suo arbitrio & voluntate potuit aut crucifigere, aut dimittere, quę admodū sibi his verbis videtur arrogare, cur qui gratificare voluit Iudęis, nō sine causę examinario ne Iesum crucifigēdum tradidit in gratiā Iudeorū? Non enim habuit potestatem vtrumlibet faciēdi, qui nō ꝓ sua poterat voluntate, sed pro causæ debuit exigentia iudicare. Et vt per vsurpationē & abusum hanc habuerit in alios potestatē, in Christum certè non habuit, q lōgè erat omni humana superior potestate & vi. Itaque q ad omnes suas siluit patienter obiectas criminationes, hanc non ferens tam intolerandam arrogantiam, aperuit modò os suum, idque non solùm quo ostenderet quàm odiat omnem superbiam, sed etiam quia hæc arrogantia eleuabat gloriam & causam passionis suæ quæ non in Pilati arbitrio sed in Dei pendebat dispositione, ordinantis eam ad hominum salutem. Dicit ergo: *Non haberes aduersus me vllā potestatem, nisi tibi datū esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatū habet.* In quib. Domini verbis obscuritatē nō paruam facit coniunctio rationalis, *propterea*, quia nō videtur quomodo id quod præcedit causa sit & ratio eius qd sequitur. Sunt quidem qui illud, *desuper*, referunt ad imperatoris Romani potestatē, à qua tāquā superiore Pilatus suā habuit potestatē, secundùm quā accęptionē facilis & commoda intelligi potest inter dictas sententias connexio in hunc modum: Nō est pilate cur de tua in me potestate multum arrogāter intumescas. Nam in me nullam haberes, niū à potestate superiore, imperatoris scilicet cui subes, tibi esset datū, & propterea quia potestatem scilicet habes superiorem quā times offendere, ideo fit vt tua i me potestate abutendo peccęs: tamen grauius te peccant qui me tibi tradiderunt, quia tu quidem quodā humano metu cōtrahendæ offensæ peccas, illi verò mera i me iniuria & obstinata malitia. Verū dictio *desuper*, magis videtur posita pro ę supernis atq; à cœlo. Est enim Græcis ἄνωθεν quā hoc loco sic omnes accipiunt Græci. At fecūdum hanc acceptionem difficilior videtur sententiarum cōnexio, ita vt ob id plerique ant aliquid addant per quod cōstet connexio, aut dissimulēt cō iunctionem. *propterea*, quemadmodum fecit Theophylactus. Si tamen diligenter quis attendat inueniet cōuenientissimum in verbis Domini sēsum. Quoniam enim Pilatus & arrogāter de se contra Dominū locutus fuit, & magno perculsus timore per

pter nouam Iudæorum accusationem, Dns primùm quidem eius reprimit arrogantiam, & deinde ad id respondet quod illius cruciabat animum & quæ illi fuit causa interrogandi vnde esset. Quod ergo ad primum attinet, dicit: *Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper*, hoc est, concessum esset aut permissum cœlitus, significare volens se moriturū, & pati ex dispositione diuina, non autem quia ille ex suo officio aut authoritate potestatē in se haberet. Nec aliud his verbis significare voluit Pilato Dns quā quod comprehendentibus se significauit dicens; quasi ad latronem existis cum gladiis & fustibus: B cùmquotidie vobiscum fuerim docens intemplo, non extendistis manus in me: sed hæc erit hora vestra, & potestas tenebrarum. Ibi enim ne ĩsoleſ cerēt Iudæi quasi sua vi superiores Christo facti, significat se non detineri captiuum ab eis, nisi quia eis tunc cœlitus hoc concessum esset. Ex eo autem quod dixit, Pilatum non habere aduersum se potestatē nisi permissiuam, deinde infert quod ad cruciatum animi eius pertinebat, dicens: *Propterea*, hoc est, quia ex tuo officio & authoritate qua fungeris nullam habes in me potestatem, sed tantùm ex diuina permissione, ideo etsi tu peccęs qui tanquam ex authoritate aduersus me potestatem exerces, tamen qui me tradidit tibi populus, maius peccatum habet quàm tu, quia ex odio me C amentem, tuæque potestati nequaquā subditum tibi tradidit, author existens omnis quod in me committitur sceleris, teque vel inuitū cogens, vt quasi ex authoritate in me ęquias. Hęc videtur germana verborum Christi intelligentia, secundū quam patet imprimis Dominum priori sententia nō hoc significare voluisse quod dixit Paulus: Nō
Rom.13. est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo, ordinatæ sunt. Non enim hic significat Dominus, vi latum potestatem suā authoritatiuam & iudiciariam qua apud Iudæos tū fungebatur, accepisse à Deo, quāquam id secundùm Pauli doctrinam verum esset. Si enim in hoc sensu Dominus dixisset: *non haberes potestatem aduersus me vllam*, &c. itidem de quouis alio dicere poterat, & omnino in gene- D re: *Non haberes potestatem vllam aduersus aliquem, nisi tibi datum esset desuper*, cùm speciale aliquid de se Dominus significare voluerit, dicens: *Non haberes potestatem aduersus me vllam*, &c. Itaque significat Dei permissione nunc potestatem quam priùs non habebat. factam illi cōtra se: sed potestatem malā, diabolicam & tenebrarum, de qua dixerat Iudæis, hæc est hora vestra & potestas tenebrarum; & qua vtens contra se grauiter peccaret, licet minus quàm illi qui se tradidissent. Proinde ex hoc loco non est quòd quidam improbent ecclesiasticos debere laicæ potestati esse subiectos, quemadmodum id aliqui hinc astruere sunt conati, quasi hic Christus significauerit se diuina ordinatione, de quali loqtur Paulus, subiectum E fuisse Pilato. Patet secundò ex superiori explicatione verborum Christi ipsum non solùm ob innocentiam suam asserere Pilatum nō habere potestatem aduersū se, cùm sola crimina faciant iudicem habere potestatem aduersus aliquem, sed multo magis quòd superior esset & fortior omni humana potestate. Obseruādum autem in posteriori sententia ex priori illata, quomodo Dns obliquè tantùm Pilatum peccati notet; timorem quidem eius quem ex noua conceperat Iudęorū A declaratione sic confirmans tāquam iustū, vt eū dem tamen comparatione peccati aliorū minueret, mansuetudinem suā simul & in iudicando ęquitatem hac ratione declarās, cum tam mitem protulit sententiam contra eum cuius iussu tā dirè immeritò iamiam fuerat tractatus, cùm recēs iniuria hominū animos exacerbare soleat cōtra inferentes iniuriam. Maluit itē Dominus peccati in se cōmissi grauitatē in Iudæos reiicere quam in Pilatū, eiusque timorē minuere magis voluit quàm augere, grauitet eum terrendo, ne videri posset ambire liberationem, sed sua aliquali excusatione quemadmodū in id quod à Deo decretū erat, Pilatū instigans voluntariè passus agnosceretur. Cæterùm in illo; *qui me tradidit tibi*, aut est synecdoche, vt sit numerus singularis pro plurali positus: aut intelligitur populus, vt sit sensus: Populus q me tradidit tibi, Iudaicus scilicet, iuxta illud quod dixit suprà Pilatus, *gens tua & pontifices tradiderunt te mihi*. Patet autem ex secunda Domini sententia falsitas assertionis Stoicorū & quorundam apud nos hæreticorum, qui vetus illud reuocant Stoicorum paradoxon, dicentes ōnia peccata esse paria. Dominus enim dicit Iudæos maius habere peccatum quàm Pilatum, nō sūt ergo omnia inter se peccata paria, sed vnum est altero maius. Sequitur apud Ioannem: *Exinde quærebat Pilatus dimittere eum*. Cùm autem etiā priùs Pilatus quæsierit variis modis dimittere Iesum, diuus Augustinus illud, exinde, putat hic non positum pro eo quod est ex eo tempore, sed pro ex ea causa, ne scilicet haberet peccatum, occidendo innocentem sibi traditum; quamuis minus peccans quàm Iudæi qui eum illi tradiderāt occidendum. Exinde ergo, inquit, id est, ideo ne hoc peccatum faceret, non nunc primùm, sed ab initio quærebat eū dimittere. Verùm cùm Græcè sit τοῦτον, id est, ex eo, atque in illo subintelligi soleat, tempore, potius sic intelligēdum est ex eo tempore magis quærebāt omnib. modis absolure Iesum. Cùm enim moneretur obliquè sui peccati, & intelligeret Iesu modestiā & innocentiam, Iudæorumque malitiam, & suam æquitatem non esse reo ignotam, fauens etiam ei eo magis quòd videret ipsum mortis periculo nō commoueri, tētabat iam magis quàm priùs omnib. modis, vt aliquo pacto Iesum dimitteret. Id sentientes Iudęi quoniā videbant præsidem negligere crimen iam iam ex lege intentatum, ad prius crimen redeūt, non simpliciter iam illud proferentes, sed cum in terminatiōe inimicitiæ Cæsaris, qua maximè sciebant commouendum Pilati animum. Si, inquiūt, hunc absoluis, declaras te non esse amicum Cæsaris Romani, eo quòd non punias pro merito hostes illius. Omnis enim qui se regem facit, contrarium se ostēdit Cæsari. Itaque cùm Pilatus audisset hos sermones, atque ex eis intelligeret periculum sibi esse ne per Iudæorum delationē Cæsaris amicitiam perdens, sua priuaretur fūctione, mox mutato suo pro Iesu liberando studio decreuit Iudæorum odio seruire. perspexit enim implacabile sacerdotū odium in Iesum, ac mirum populi cum eis consensum, simulque videbat Iesum etsi innocentem, humilem tamen esse & tenuem, sibique deesse vt ab eius nece nihil periculi expectādum esset: cogitabat interim & illud, apud Cæsares multos falsi licet criminis inuidia fuisse periclitatos, iamque sibi videbatur satis adnixus aduersus

Universidad de Deusto
Biblioteca

conspiratos totius gentis primores ac populum, ad vnius hominis humilis tuendam innocentiam. Proinde,vnius hominis vita existimabat lucrifaciendam sedationē tumultus populatis,ac totius gentis & Cæsaris gratiam, dicens in corde suo cum Caipha:Expedit vnum hominem mori pro populo,ne tota gens tumultuetur, & in me insurgat.Qua in re plerique etiā hodie,proh dolor, Pilarum referunt,qui etsi non adeo mali sint, vt statim pro impiorum voluntate iustitiam peruertant,tamen quoniam nō firmiter in animū suum induxerunt,non seruire ad gratiam,sed sic volūt administrare iustitiam, vt tamen hominum velint retinere gratiam,tandem à recto excidunt. Discamus ergo hic auaritiæ quantum sit malum, quæ vt Iudam ad proditionem,ita & ad condemnationem innocentis Pilatum adduxit.Sed rursum videamus quomodo iusto Dei iudicio etiam hic iuxta scripturas impio aduenerit id qđ verebatur. Pilatus enim qui delationib. Iudæorum falsis metuit excidere ab imperatoris gratia,suoque principatu,meruit occidendo innocētem,talibus delationibus priuari eo quem cōseruare studuit principatu,vt priùs diximus ex Iosepho.Sedit ergo,inquit Ioannes,pro tribunali,locum etiā designās suis nominibus,nō tantùm certitudinis historiæ causa,sed etiam quò intelligeremus,quàm conuenienti loco Iesu condemnatio sit lata. Dicebatur autē is locus Græco nomine lithostrotus,non,vt quidam corrupte legunt,licostrotus,Hebraiceuerò gabbatha,non quòd gabbatha idem significet quod lithostrotus,sed quòd idē locus in diuersis linguis diuersa haberet nomina,alia &alia ratiōe. Lithostrotus enim dicebatur,quòd lapide stratus est. λίθος enim lapidem significat, στρώω autem à verbo στρωννυω,quod est sterno,significat stratum. Gabbatha verò dicebatur,eo quòd editus esset & altus. Significat enim ea dictio id quod est altū, estque magis Chaldaica quàm Hebraica, qa Hebraicè diceretur Gab.Hic ergo locus cōueniebat cōdemnationi Iesu, vt ea solēnis esset & publica, nec quenquam lateret eius innocentia.Quoniam autem nunc primùm Ioannes commemorat Pilatum sedisse pro tribunali,existimāt quidam cum Augustino Matthæum per anticipationē narrasse id quod scripsit de vxore Pilati,quia eam ad maritum misisse scripsit sedente eo pro tribunali.Ad hoc tamen non videtur necessariò cōfugiendum quia etiam priùs verisimile est Pilatū pro tribunali sedisse,cùm Iudęorum audiret accusationes, & ad eos pro Iesu loqueretur.Cæterùm nō satis habuit Ioānes locum diligenter designare quo Iesu condemnatio facta est,sed & tempus expressit dicens:*Erat autem parasceue pascha hora quasi sexta.* Dicebatur autem apud Iudæos parasceue,nō solùm is dies qui pascha proximè præcessit,in cuius scilicet vespera edebatur agn° paschalis, sed etiā omnis feria sexta cuiusq;hebdomadæ,quem nos gentili ritu diem Veneris dicimus.eo quòd ea die parabantur quæ in die sabbathi ipsi esset ad esum necessaria.Parasceuę enim Latinis præparatio dicitur.Quod verum esse patet ex eo quod postea dicit Marcus:*quia erat parasceue.quod est ante sabbathum.*Et Lucas:*Dies erat parasceues,& sabbathum illucescebat.*Ex eo tamen quod hic dicit Ioānes:*Erat autem parasceue paschæ*;apparet etiam eam diē quæ proximè præcessit pascha,dictā parasceuen,à præparatione agni paschalis quæ tum fiebat,ita vt ea dies qua Dominus passus est duplici ratione parasceue dictus sit,quia fuit parasceue paschæ, & parasceue sabbathi.Quare iam Ioannes potius dixit,*parasceue Paschæ* quā parasceue sabbathi;mox dicetur.Verùm quæstio est non parua,quomodo Ioannes dicat fuisse horam fermè sextam, quando Pilatus sedit pro tribunali iudicaturus Dominum:cùm Marcus postea dicat fuisse horam tertiam quādo crucifixerunt eum.Erat,inquit, hora tertia,& crucifixerunt eum.In qua quæstione soluēda multū à diuersis laboratum est.Augustinus enim duas indicat rationes soluēdæ difficultatis,quarū prior est,vt intelligatur Marcus locutus de hora qua Iudæi Dominū crucifixerunt lingua dicētes: *Crucifige crucifige eū.*Posterior,vt Ioannes accipiatur locutus non de hora parasceues Iudæorū,sed de hora parasceues Christianorū,qua scilicet verum pascha parabatur,eā parasceuem incipiendo ab hora noctis nona,qua fieri potuit vt in domo Caiphæ Iudęi clamauerint: *Reus est mortis.* Parasceues enī sic inceptæ hora sexta coindit cū hora diei tertia.Theophylactus in Ioannem scribens affert aliam rationem expediendæ quæstionis, dicens quosdam eam sic soluere,vt putent apud Ioannē pro litera,quæ tertium significat numerum,errore scriptoris descriptum charactere episemis,qui sextū designat numerū.Literis enim Græci suos numeros designāt.Addit & aliam rationem non dissimilem multum à priori ratione ab Augustino indicata.Euthymius vult id quod apud Marcū dicitur:*Erat autem hora tertia*; non trahendum ad id quod additur;*Et crucifixerunt eum*, sed referēdum ad principium eorum quæ passus est à militibus Pilati Saluator.Verùm cùm omnes hæ rationes coactæ nimis videantur,& parum firmæ, simplicior & firmior quærenda est.Sciendū est quod sicut apud Iudæos nox quatuor vigilias, ita dies in quatuor horas seu stationes diuidebatur, quarū prima incipiens à diluculo,durauit vsque ad horā diei tertiam. Secunda incipiens à tertia, durauit vsque ad horam diei sextam,dicebaturque hora tertia,eo quòd à tertia initium sumpsit.Tertia vero pars incipiens à sexta durauit vsque ad nonam dicebaturque similiter à suo principio hora sexta. Quarta autem incipiens à nona durauit vsque ad solis occasum,dicebaturque hora nona vel vespera. Ad hunc enim modum diem diuidi solitū à Iudæis,& passim eorum literæ,& parabola quæ de patrefamilias conducente operarios in vineā suā, quæ est Matthęi 20.clarissimè indicat.Illuc enim operarii conducti dicuntur diluculo,hora tertia, hora sexta,hora nona,& item vndecima. Itaque iam pulchrè consentiunt Euāgelistæ qui priùs dissentire videbātur.Quòd enim Ioannes ait fuisse fermè horam sextam,cùm Pilatus sederet pro tribunali,satis indicat nondum fuisse horā sextam. Fuit igitur adhuc tertia hora, seu statio secunda, hoc est,ea pars diei quæ est inter horam tertiā & sextam.Nihil igitur mirum,si tum cùm Christus crucifigeretur,nōdū fuerit hora sexta, præsertim cùm aliquandiu in cruce pependerit antequā hora sexta fieret,tenebræ orirentur,vt in sequentibus patebit.Re igitur vera Christus à militib. hora tertia crucifixus fuit,quia sexta nondum aduenerat.Et reuera Pilat° hora fermè sexta sedit pro tribunali,quia tertia iā tum maiore ex parte fuerat elapsa.Hanc sententiam etiam passionis historia confirmat,quia in ea nominatim diluculi, tertiæ

tię,sextę & nonę horarum fit mentio,cùm de reliquis inter illas labētibus omnino taceatur. Quòd autem Ioannes horam dixerit fuisse fermè sextā, & non potius dixerit fuisse tertiam,cùm tertia ad hanc horā aut amplius durauerit,in causa est,quia significare voluit tempus illud quo vetus pascha immolari & parari solebat,vt intelligeremus eodē illo tempore aut circiter illud, verum agnum etiā ad eędem paratum,atque veritatem cum suo conuenire typo,ob quam etiā causam videtur potius dixisse eā diem fuisse parasceuen paschæ,quā parasceuen sabbathi. Vt enim prius indicauimus,variis locis insinuat Ioannes Christū fuisse verum agnum paschalem,atque veritatē cum sua vmbra probè conuenisse.Cùm ergo tēpus appeteret vt iuxta diei festi rationē agnus paschalis immolaretur,Pilatus & Iudæi,diuinæ dispēsationi per ignorantiā subseruientes,verum agnum ad necem destinarūt,ille quidem iudicando,isti verò clamoribus suis vrgendo.Cùm autem Pilatus iā videret se necessitate constringi ad condemnādū Iesum, si saluam sibi vellet populi ac Cęsaris gratiam,seorsūm producto foras Iesu,dixit Iudæis:*Ecce rex vester.* Quod plerique eū accipiunt dixisse,irridendo eorum vanam accusationem,vt sit sensus:Ecce eum quem vos dicitis regnum apud vos sibi vindicasse, videte quàm nihil regiū præ se ferat,quem contēnis se regē vestrū fecisse.Potest & aliter accipi, ipsū,vt priùs dictū est, voluisse irritare animos Iudæorū,vt abnęgato rege se fortius obstringerent Cæsari,& vt ipsis cōstantius illū ad crucem petentibus magis à scelere videretur immunis.vt sit sēsus:Ecce eū qui se regem vestrum dixit,& ab aliis dici pertulit.Illi ergo nō ferentes illum vocari suū regem,iam tertio,secundum Ioannem,valido clamore petiuerunt ipsum sustolli in crucē,quādo & intelligendū accidisse quod Lucas scribit,eos institisse vocibus magnis,postulantes vt crucifigeretur,& inualuisse voces eorū. Tum Pilatus:*Regem, inquit,vestrū crucifigam?* siue irridens eos, siue ad negandum ipsum,& extorquendū inuisæ seruitutis publicā professionem prouocans.Itaque sicut ille ambiuit euenit. Pontifices enim qui præ aliis pertinaci contra Iesum ferebātur odio,quò pilati animum in suas partes inclinarent, respōderunt: *Non habemus regem nisi Cæsarē.*Messiā suū, hoc est, regem à prophetis promissum,multis seculis exspectauerant:Cæsaris regnū quo premebātur,minimè oderāt, tamen odiis efferati publicè Messiam suum abnegant,& Cęsarem Dominum profitentur.Tāta erat vlciscendi libido,vt sese vltro in inuisā addicerent seruitutem,quò Iesum libertatis autorē extingueret.Hæc est inuidiæ natura,vt sese i mala multa vltrò inīciat,modò possit desideratæ de alio vindictę fieri compos.Et sanè iam eis secundùm propriam vocem meritò accidit,vt regem suū quem diu expectauerunt non habeant, sed sub imperatoribus,regibusque atq;tyrānis aliarum gentium viuere cogātur tributarij per vniuersum terrarū orbem.His gestis,cùm Pilatus videret se per tā multa & varia nihil proficere:sedq; quo magis niteretur Iesum liberare,& populum placare,eo magis tumult° fieret in populo,satisfacturus eorum petitioni,priùs tamen rursum apertо testimonio & signi & verbi declarare voluit Christi toties testatā innocētiā,atq;iniusti suppli cij crimen & vltionem à se in Iudæos deuoluere. Accepta enim aqua de manu ministri fidētis,abluit manus suas in cōspectu omniū,rationem sui facti indicans, dicendo: *Innocēs ego sum a sanguine iusti huius*,quasi dicat:Hac ipsa manuum meatū ablutione testatum vobis volo me nō esse autorē mortis & effusionis sanguinis hominis istius iusti, sed innoxium esse & purum à sanguine ipsius,ac proinde sanguinis eius vltionem nolim venire super me & domum meā:vos videritis, qui mortis estis autores,in quorū proinde caput recidet vltio sanguinis innoxij.Hac voce non solùm nō sūt deterriti infœlices Iudęi,sed potiusaccēsi.Vt eīn animū adderent timido præsidi,celeriusque perficeretur negotium,præ nimia cupiditate nō aduertentes quid dicerent aut agerent omnes vna voce clamabant: *Veniat sanguis eius super nos & super filios nostros.*Nō negāt iusti sānguinē esse de quo Pilatus loquebatur,sed simpliciter sanguinē eius, hoc est,vltionem sanguinis sibi suisque imprecantur,nō sibi tantùm malè precātes,sed & posteris suis, vnde & iusto Dei iudicio sicut Pilati gentilis deprecatione ablata est vltio sāguinis Christi à populo gentili,ita Iudæorū imprecatione recidit illa in populum Iudaicū.Perseuerat enim vsq;in præsentē diem hæc imprecatio super Iudæorū filios & sanguis domini non aufertur ab eis.Verūtamē sicut Pilatus vltionis deprecatione,non penitus à se sanguinē Domini auertit(nā & ipse iusto Dei iudicio dignam pertulit vltionem,quia à sānguine Domini non erat,vt videri volebat,innoxius) ita Dei misericordia,quæ clementior fuit in Iudæos quàm ipsi fuerunt in sese,effectū est vt illorū imprecatio nō in omnes firmaretur.Multi enim ex eis eorumque filiis postea per pœnitentiā cōuersi sunt ad Dominum.Securitate hac & cautionea Iudæis acceptа,Pilatus tandem Iesum,hoc est,Saluatorem,tradidit voluntati eorum.Qua narratione Euangelista indicauit, nō legitimè à iudice cōdemnatum Dominū,sed furori ac gratiæ populari seruiisse.Iudicis enim nō est adiudicare & tradere rem voluntati postulātium,sed pro meritorū causis sententiam supplicij pronunciare. Diligenter autem Euangelistę nō tantùm pœnas & ignominias Christi prosecuti sunt,sed & testimonia innocētiæ eius,quę à variis accepit,vt magis intelligeremus nobis impēdisse quicquid passus est.

DVCITVR AD CRVCEM, ET CRVCIFIGITVR.

Matth.27.Marci 15.Lucæ 23.Ioan.19. CAP. CXLIII.

[a] *Vsceperunt autē Iesum,[c] & postquā illuserūt ei exuerūt eū †chlamyde',& induerunt eū vestimentis [d] eius',[m] & eduxerunt eum'[e] vt crucifigerent[b] eū.[d] Et baiulās sibi crucē, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locū, Hebraice autē Golgotha.[a] Exeuntes autē, & cū ducerent eū,[a] inuenerūt,[s] apprehenderūt,[b] & angariauerunt[b] præterunti[b] quempiā[a] homīnem[l] Cyrenæum,[d] nomine[l] Simonē,[b] venientem de villa,[b] patrē Alexandri & Rufi:[a] hunc angariauerunt,[e] vt tolleret crucem eius,[c] & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.Sequebatur autē illum*

†purpura *b.bo*

a.o.duxerunt eum

k.deducunt eum

†b. Simonem

Universidad de Deusto
Biblioteca

item Cyrenæum c. Simonẽ Sirenẽsem †b & d lent ei bi bere vinũ & d. vbi & crucifi xi fũt cũ eo duo latrones †a vnus & vnus a b,o,a liũ c. Exitu & o. super scriptio scripta d erat au tẽ scriptũ †a post quã au tem cruci fixerũt eũ b & cru cifigentes eum ◁ c.diui serunt ves timẽtae uus,mitte ntes sortem †a.imple uerunt. quod dictum est ◁ o.diuiserunt sibi o super †b.erpræ rerunt es.o.tridu a.o.salua †b o.sum misericor des ◁ c.dicẽtes †b.o.conuitiabantur ◁ autẽ a. A sexta autẽ hora †b.per totam a.in vniuersam ▷ a.o.ad b.horam †a.clamauit ◁ b. Eloi Eloi a hoc est † b Et quidã de circunstãtibus †c. Et cõtinuo † b autẽ a b.cõplẽs spũ gũ &c.

multa turba populi,& mulierum,quæ plãgebãt,& lamentabantur eum.Conuersus ad illas autẽ Iesus, dixit. Filiæ Hierusalẽ,nolite flere super me,sed super vosipsas flete,& super filios vestros,quoniã ecce venient dies,in quib. dicent,Beatæ steriles,& vẽtres qui nõ genuerunt,& vbera quæ nõ lactauerunt tunc incipient dicere montibus Cadite super nos:& collibus Operite nos. Quiasi in viridi ligno hæc faciunt,ẽ arido qd fiet? Ducebãtur autẽ & alij duo nequã cum eo,vt iterficerẽtur. Et perducunt illum, & venerunt in locum q dicitur Golgotha,quod est interpretatum Caluariæ locus,† & dederunt ei vinum myrrhatum bibere cum felle mistũ.Et cùm gustasset,noluit bibere, & nõ accepit. Et postquãve crucifixerunt eũ,& tunc cruci figunt cum eo alios duos latrones hinc & hinc,† vnum à dextris,& alterum à sinistris eius, medium autẽ Iesum. Et impleta est scriptura quæ dicit:Et cum iniquis reputatus est. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucẽ. Et imposuerunt super caput eius causã ipsius scriptã. Et erat titulus causæ eius inscriptus super eum literis Græcis,& Latinis,& Hebraicis:Hic est Iesus Nazarenus,Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt,quia prope ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè,Græcè,& Latinè.Dicebãt ergo Pilato Pontifices Iudæorum:Noli scribere,Rex Iudæorum:sed quia ipse dixit,Rex sum Iudæorũ.Respondit Pilatus: Quod scripsi,scripsi. Iesus autẽ dicebat:Pater dimitte illis,nõ enim sciunt quid faciunt. Milites ergo cùm crucifixissẽt eum, acceperũt vestimenta eius(& fecerũt quatuor partes,vnicuique militi partem)& tunicã. ▷ Diuidẽtes verò vestimẽta eius miserunt sortes super eis,quis quid tolleret. Erat autẽ tunica inconsutilis,desuper contexta p totũ. Dixerũt ergo adinuicẽ:Nõ scindamus eã,sed sortiamur de illa cuius sit. †Vt scriptura impleretur,dicens, per Prophetã dicentem: ▷ Partiti sunt vestimenta mea sibi:& in vestẽ meã miserunt sortẽ. Et milites quidẽ hæc fecerunt. Et sedentes seruabant eum. Erat autẽ hora tertia,& crucifixerunt eũ. † Prætereuntes autẽ blasphemabãt eum mouẽtes capita sua,& dicẽtes,Vah,q destruis templum Dei,& in ◁ trib. diebus illud reædificas saluum facẽ temetipsum, descendens de cruce, si filius Dei es,descende de cruce. Et stabat populus expectãs.Et deridebat populus cum eis. Similiter enim & † principes sacerdotũ illudentes ad alterutrũ cũ scribis & senioribus ◁ dicebant, Alios saluos fecit,seipsum non potest saluum facere. Si Christus Rex Israel est, descẽdat nunc de cruce, vt videamus,& credamus & credemus ei: se salvũ faciat,si hic est Christus Dei electus. Confidit in Deo,liberet nũc eũ si vult.Dixit enim,Quia filius Dei sum. Illudebãt autẽ ei & milites accedentes,& acetum offerẽtes ei, dicentes:Si tu es Rex Iudæorum,saluum te fac. Idipsum autẽ & latrones qui crucifixi erant cum eo improperabãt ei.Vnus ◁ [enim] de his qui pẽdebãt latronibus,blasphemabat eum,dicẽs:Si tu es Christus,saluum fac teipsum,& nos. Respondens autem alter,increpabat eum,dicens,Neque tu times Deum q in eadem damnatione es? Et nos quidem iustè,nam digna factis recipimus,hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum,Domine memẽto mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus,Amen dico tibi,Hodie mecũ eris in paradiso. Stabant autẽ iuxta crucẽ Iesu mater eius,& soror matris eius Maria Cleophæ,& Maria Magdalene. Cùm vidisset ergo Iesus matrẽ,& discipulum stantẽ quẽ diligebat,dicit matri suæ,Mulier,ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo:Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã. Erat autẽ ferè hora sexta, & facta hora sexta tenebræ factæ sunt † super vniuersã terrã, vsque ◁ in' horã nonam. Et obscuratus est Sol. Et circa horam nonam' † exclamauit Iesus voce magna dicens, ◁ Eli,Eli lamma sabachthani,quod est interpretatum, Deus meus Deus meus,vt quid dereliquisti me? † Quidã autẽ illic stantes,& audientes dicebant, Ecce Eliam vocat iste. Postea sciẽs Iesus,quia omnia iã consummata sunt, vt consummaretur scriptura,dicit,Sitio. Vas ergo erat positũ aceto plenũ. Illi autem spongiam plenã aceto,hyssopo circũponentes,obtulerũt ori eius. † Continuo enim currens, vnus ex eis acceptã ▷ spongiã impleuit aceto,& imposuit arundini,& dabat ei bibere, dicens: Sinite ,videamus si veniat Elias ad deponendũ eum. Cæteri verò dicebãt:Sine,videamus an veniat Elias liberans eũ. Cùm ergo accepisset Iesus acetum,dixit:Consummatum est. Iesus autẽ iterum clamans voce magna ait:Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, emissa voce magna, & inclinato capite † tradidit spiritum. Et ecce,velum tẽpli scissum est mediũ ◁ in duas partes à summo vsque deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt,& monumenta aperta sunt,& multa corpora sanctorum,qui dormierãt,surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionẽ eius,venerũt in sanctam ciuitatẽ,& apparuerũt multis. Videns autẽ Centurio qui ex aduerso stabat quod sic clamãs expirasset,glorificauit Deũ, † dicẽs:Verè hic homo iustus erat, verè hic homo filius Dei erat. Et qui cum eo erãt custodientes Iesum , viso terræ motu & his quæ fiebãt timuerũt valde,dicentes:Verè filius Dei erat iste. Et omnis turba eorum qui simul aderãt ad spectaculũ istud,& videbant quæ fiebãt,percutientes pectora sua,reuertebantur. Erant autem ibi & mulieres multæ de longè aspicientes, quæ secutæ erãt Iesum à Galilæa ministrãtes ei, inter quas erat Maria Magdalene,& Maria Iacobi minoris,& Ioseph mater,& mater filiorum Zebedæi, Salome, & cùm esset in Galilæa, sequebantur eum , & ministrabant ei:& aliæ multæ,quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam. Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ eũ erant à Galilæa hæc videntes.

to circũponẽtesque calamo, potũ dabat ei. c. Et clamans Iesus † a emisit spiritũ b.expirauit. ab.o in duo a Centurio autẽ † b.aut

SVSCEPERVNT AVTEM IESVM, ET POSTQVAM ILLVSERVNT EI, EXIERVNT,&c.] Cõtinentur hoc capite duæ nouissimæ passionis Christi partes. Sexta eñ cõplectitur ignominiosam Christi ad crucẽ eductionẽ, crucis baiulationem,& præter alia myrrhati vini oblationem. Septima verò eiusdem crucifixionẽ, & quæcunq; in cruce pendenti acciderunt. Itaq; cùm Pilatus adiudicasset fieri petitionem Iudæorum, milites ipsius susceperũt Iesum tãquam sibi traditum(verbum enim susceperunt,referendũ est non ad Iudæos,sed ad milites Pilati, qui, vt patet in sequẽtibus,crucifixerunt Dominũ)& primùm exuentes eum chlamydem,ad maiorem ignominiam induerunt eum vestimentis, quò ab omnibus in via melius agnosceretur. Coronam capiti non dicuntur ademisse, vt intelligi possit eam ad maiorem item ignominiã relictam in capite,quã verisimile est altius impressam fuisse quàm vt eximi cõmodè potuerit. Hinc sic indutum suis vestibus,educunt ad crucifigendũ. Reuocãdum hic in memoriã quàm frequenter Dominus post nouissimam cœnam de loco ad locum profectus sit, quamq; miserabiliter huc illucq; circũductus sit atq; pertractus. Inuenire enim licet secũdùm numerum septẽ partium passionis eius , septem etiã eius itinera & profectiones. Primò enim è domo vbi cœna paschalis peracta fuit, profectus est ad locum orationis per torrentem Cedron, secundùm animam tristitia repletus & angore. Secundò, captus & ligatus pertractus est ad domum Annæ. Hinc ad domũ Caiphæ, à quo ad Pilati prætoriũ deducitur,vnde ad Herodẽ mittitur,qui eum rursum Pilato remisit, è cuius nouissimè domo crucifigendus ducitur ad montem Caluariæ. Verisimile autem inter ducẽdum hucusq; illucq;, varia Dominum verbera præter multa sannarũ genera accepisse,atq; tot quot ad occidendum quẽlibet homines possent sufficere. Ad augmentũ non tantùm ignominiæ,sed etiã pœnæ Christi fecit,quod ei ad crucifixionem exeunti ,priam imposuerũt crucem. Hanc enim ferre militibus nõ libuit, Iudæis verò execrandum etiam erat eam attingere, ob maledictionem crucifixorũ,quæ est Deute.21. Imponunt ergo eam humeris Domini ad maiorẽ eius ignominiam, sicut hodie furibus suspendio addictis funis quo sunt suspẽdendi circa collum injicitur. Itaq;,vt habet Ioannes,baiulãs sibi crucem , quam lubenter nostri causa in se susceperit, exiuit in eum,qui dicitur Caluariæ locum. Grãde (inquit Augustinus)spectaculũ,sed si spectet impietas,grande ludibrium:si pietas,grande mysterium. Si spectet impietas, grande ignominiæ documentum: si pietas,grande fidei munimentum. Si spectet impietas, ridet regem pro virga regni, lignum sui portare supplicij : si pietas, videt regẽ baiulantem lignum ad semetipsum figendum, q fixurus fuerat etiã in frontibus regum,in eo sperandus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda sanctorum. Portauit crucẽ, quia Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrũm, vnde languores nostros ipse tulit,&dolores nostros ipse portauit. Portauit crucem tãquam virgam regiam, qua percussurus & deuicturus esset humani generis hostem , impletumq; in eo illud Isaiæ: Factus est principatus super humerũ eius. Præcessit huius typus in veteri testamento, dum Isaac vnigenitus Abrahæ ex Sara filius, portauit suis humeris ligna in oblationem suiipsius , pergens secundùm voluntatem patris ad montem à Deo ad hoc electum, vt est Geneſis vigesimo secundo. Impletum est modò quod prædixit Isaias: Sicut ouis ad occisionem ducetur. Et illud : Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimã. Non est autem ei quod Ioannes dicit Christum baiulasse sibi crucem, contrarium quod alij tres referunt Euangelistæ,crucem impositam Simoni cuidem Cyrenẽsi portandã post Iesum. Vtrumq; enim intelligẽdum est factum successiuè. Nec dubitandum vter prior crucem portarit, Christus, an Simon. Nam ex Euangelistarũ narratione manifestè patet, Dominum eam priùs gestasse, ac deinde in via ipsam impositam Simoni . Ioannes enim dicit;*baiulans sibi crucem exiuit*. In ipso ergo egressu crucem gestauit. Lucas verò dicit:*Cum ducerent eum , apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientẽ de villa, & imposuerunt ei crucem portare post Iesum*: vnde patet, in via nunc inuentum, ac tum crucem ab humeris Iesu impositam illi. Nam ex illis etiã verbis satis manifestum est, Simonem non simul gestasse cum Christo, quẽadmodum tamen nostri pictores frequenter exprimunt,quia dicitur;*imposuerunt ei crucem*. Vt autem crucem à Iesu ablatam imponerent homini illi obiter inuento,in causa verisimiliter fuit,quòd viderent Iesum iam debiliorem esse, quàm vt ligni molem portare posset,maximè cùm Iudæi vrgerent ad accelerandam eius crucifixionem. Imposuerunt ergo eam homini vili & extraneo obiter in via inuento , quoniam eam pro Iesu nemo dignabatur portare. At hæc oĩa diuina dispositione illis nescientibus cum grandi gesta sunt mysterio, ob quod innuendum,nihil dubium est tam accuratè Euangelistas hæc commemorasse . Quòd enim priùs Dominus , & deinde post ipsum alius crucem portat,significat,crucem Domini etiã ab aliis post Dominum portandam , neque in illius tantùm humeros crucẽ qua salui fiamus reijciendam,sed seruandum nobis illud quod priùs toties dixit: Qui vult venire post me,tollat crucẽ suam, & sequatur me. Non Iudæus est qui crucem portat,sed alienigena & peregrinus , Cyrenensis nimirum. Id significat crucem Domini à gentili potissimum populo susciẽdam & portandam. Iudæis satis dira quidem eruce imposita , sed non Christi,hoc est,quæ esset saluti .Simon dicebatur cui crux Domini imposita fuit, quòd si interpretetur,sonat obedientem,quia gentilis populus & fideles quiq; per obediendiam Christi crucem suscipiunt ferendam : ignominiam saluatoris suam ducẽtes gloriam & salutem. Quòd autem de villa egrediens Simon crucẽ portat post Iesum, significat gentilem populum paganis & agrestibus ritibus derelictis , vestigia Dominicæ passionis lubenter amplexurum. Quòd milites militari insolentia ipsum angariauerunt,hoc est, adegerũt & coegerunt portare crucem, rectè intelligimus significare fideles crucem Domini naturali quadã auersione abhorrere,eam tamẽ ipsos vim sibi facientes obediẽdo Deo susciperе. Aut q persecutores Christi vim essẽt fidelibus illaturi,ac planè coacturi vt crucem ac passionẽ quam prædicabãt imitarẽtur. Dicitur autem à Marco hic Simon pater fuisse Alexandri & Rufi, non tantùm ob certitudinem historiæ, sed multo magis ob gloriam horum filiorũ,quos verisimile est fuisse discipulos

Isaiæ 53.

Isaiæ 53. Iere.11. Matt. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi satis fidelibus notos, quibus magna hæc A fuit apud fideles gloria, ꝙ eorum pater Dominicam suis humeris gestauerat crucem, quãtumuis id infidelibus videbatur ignominiosum. Sed & patrem hũc verisimile est, Christum, saltem postea, in domum suam per fidem recepisse, atq; ob id in gloriã eius tam studiosè Euãgelistas nomen eius expressisse, cui violentia militum, salutis & glorię fuerat occasio. Quosdã enim necessitas adigit ad amplectendam crucem Iesu, verùm hæc est fœlix necessitas quæ ad salutem ꝓpellit. Non autem solùm Simonis huius sequela mystica fuit, sed & turbæ mulierumq;, de quibus subijcit Lucas dicens, *Sequebatur autẽ illum multa turba populi ac mulierum, quæ plangebant & lamẽtabantur eum* Insinuabat enim hoc secundùm Theophyl. quòd magna multitudo etiam Iudæorum post crucẽ creditura esset in Christum, sed potissimùm ex vulgo, principibus Iudæorum cõstanter ipsum persequentibus. Sequebatur autem Dominum multa turba populi ac mulierũ, lamentantium non solùm pro humano affectu, quo quoslibet malè affectos deploramus (non enim dicuntur mulieres lamentatæ latrones duos qui simul ducebãtur cum Iesu) sed multo magis quòd grato quodam affectu cõmoueretur hæc turba tam lugubri spectaculo eius, cuius non tantùm innocentiam, sed etiã beneficentiã toties erant experti: vnde hæc lamentatio turbæ accessit ad alia superius habita innocentiæ Iesu testimonia, tanquã testimonium omnium maximum ad maiorem principum Iudæorum cõdemnationem. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Nolite flere super me, non quòd fletũ earum planè dãnauerit, cùm is ex pio profectus esset affectu, qui & propriam matrem iuxta crucẽ ad fletum impulit, cùm iuxta Simonis vaticiniũ gladius doloris illius pertrãsiuit animã, sed quòd fletus ille ex ignorantia causæ passionis Iesu prosiciscereturꝰ Putabant enim eum cùm esset innocens, pati ex infirmitate & impotentia, quasi non D posset se à violẽtis militum subtrahere manibus, nec sciebant illum voluntariè pro hominum salute mortem subire. Itaque se tãquam infirmum & impotentem non vult deflerꝰ sed nec tãquam planè miserum, vt cui tẽporalis illa miseria cessura mox esset in magnum lucrum & gloriam. Illas vult super seipsas flere ob summam eis imminentem, ꝓpter iniustam hanc necem, miseriã, quam effugere nequaquam possent: vnde dicit, *sed super vosipsas flete, & super filios vestros*, super quos scilicet ventura est secundùm vestram imprecationem sanguinis mei vltio. Deinde his verbis non absolutè hanc deplorationẽ mulierum super se prohi E bere voluit Dominus, sed tãtùm quòd maiorem haberent plorandi super seipsas causam significare, vt sit sensus: Nolite tam propter me, quàm propter vosipsas deflere iniustam mortem meã, vt quæ vobis extremum exterminium, mihi verò summã paritura sit gloriam. Malè ergo ex hoc loco quidam colligunt, fidelibus Christi mortem non esse lugendam contra receptum ab Apostolorum temporibus morem, quo & quorannis semel vna ante pascha hebdomada, & per singulas hebdomadas, vno die, quẽ Veneris dicimus, memoriã Dominicæ passionis lugubriter fideles renouant, qui hoc suo luctu secundũ naturalis pietatis exigentiam suo redemptori condolent, atque secundum rectæ rationis dictamen deplorãt peccata hominum fuisse causam tam dirę mortis Christi, & secundum Christi præceptum conformãtur Domino pro ipsis passo, vt decet membra cõformari suo capiti. Quare nõ immeritò à quibusdam damnatum est quòd hoc loco quidam in paraphrasibus non discretè satis scripsit in hunc modum: Iesus autem qui suam mortẽ non lugubrem, sed gloriosam esse voluit, nec eam deplorari voluit, sed adorari, vt quæ spõte pro salute totius mũdi susciebatur, cõpescuit illarum indecoram lamentationẽ. Magis ex hoc loco colligendum, fidelibus mortem Christi magis esse deplorandam ꝓpter infideles & impios, qbus ea mors maioris erit occasio condẽnationis, quàm ꝓpter ipsum Christum, cui mors sua fœliciter cessit. Exprimit autem Dominus causam cur super seipsas potius flere deberẽt filiæ Hierusalem, vatem etiã se exhibẽs in mediis calamitatibus & doctorem. Quia, inquit, ecce veniẽt dies, in quibus cõtrarũ dicent homines quàm modò cõsueuerunt dicere. Nunc enim dicũt maledictas steriles, maledictos ventres qui non genuerũt: tunc verò dicent beatas steriles, & quæ nũquam genuerunt, siue quia tunc matres cocturæ sint per magnam inopiam filios suos, vt fœlicius sit non habere filios, quàm habere: siue potius quia materna viscera grauius cruciãtur in malis liberorũ, quàm in ꝓprijs, & filiorum calamitas augmẽtum erit calamitatis maternæ: aut etiã quia per filios impediẽtur matres sibi fuga cõsulere. Ideo eũ supra dixit Dominus, cùm de hac Iudæorum loqueretur etiã calamitate: Væ autem prægnãtibus & nutrientibus in illis diebus. Quò autem magnitudinẽ calamitatis Iudæis obuẽturæ significaret Dominus, subiecit ex Oseæ: *Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos*; quo significatur, Iudæos præ calamitatis magnitudine ac ferũtabilitate & quęsituros abditissima terræ loca in quibus lateãr, & desideraturos mortẽ quæ ab eis fugiet. Simili modo & Ioãnes ex Oseæ citat istud in Apocal. cap. 6. significare volẽs calamitatem superuẽturam impijs in nouissimo die. Certè Iosephus testatur, Iudæos insistentibus sibi Romanis, certatim cauernas mõtium, colliumq; petiisse spelũcas. Addit Dominus cõfirmationẽ prædictæ calamitatis Iudaicę, pulchra vsus parabola, quę argumẽto à maiore ad minus rem cõfirmat. *Quia*, inquit, *si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Vbi suppositum verbi, *faciunt*, aut est simpliciter. hoies, vt sit generalis hic sensus: Si in viridi ligno hæc fiũt, diriora Dei pmissione & iussu fiẽt in arido. Aut suppositũ est, milites Romani, vt significet ipsos Romanos milites in Iudaico populo grauiter sæuituros qui in se innocentẽ tãtopere sæuiebãt. Lignũ viride & humidũ se vocat, ꝙ diuina gratia plen⁹ semper vireret, & fructũ salutaris doctrinæ bonorũq; operum ꝓferret, iuxta id quod dicitur Psal. 1. Lignum aridum Iudaicũ vocat populum, ꝓpterea ꝙ diuina gratia destitutus, velut sterilis esset arbor & palmes infœcundus, nulli rei vtilis quàm igni ad cõbustionem, vnde in eius typum ante aliquot dies maledicta arbor exaruerat. Timẽda autem nobis meritò hæc sententia, cogitandumq; quanta sit de impijs ob eorum peccata sumenda vltio, quãdo ob hominum peccata tam dira vnicum suum filium Deus pati voluit. Simili sententia & Petrus terret ex Prouerbiis dicens: Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?

Sequun

Sequuntur apud Euãgelistas adhuc tria ad ignominiam & passionẽ Christi pertinentia, quæ ante crucifixionem ei sunt irrogata. Primum est, ꝙ vt habet Lucas, ducebãtur cum eo etiã alij duo nequã, vt interficerẽtur. Itaq; nõ solùm in ipsa crucifixione, sed & in ipsa ductione ad crucẽ impleta est scriptura Isaię quã postea citat Marcus: *Et cum iniquis reputatus est.* Verisimile autẽ morem fuisse vt pridie paschę, aut circa paschę, aliásve festiuitates, cùm multa ex oĩbus locis Hierosolymã confluxisset hominũ cõgregatio, malefici insigniores in crucẽ subleuarẽtur, vt essent exẽpli causa multis spectaculo: quẽadmodum apud nos in plerisq; ciuitatibus fieri solet, cùm ob causam aliquã conuentus exterorũ ibi fiunt: atq; hac de causa nũne factum, vt cum Domino crucifigerẽtur, & ad crucem ducerẽtur hi duo nequam, quanquam etiam istud videri possit accidisse ex petitione Iudæorũ, quibus gratificari iam statuerat Pilatus, vt nomẽ Iesu magis denigraretur, omniumq; animi ab eo magis alienarẽtur. Secundum est, ꝙ perductus sit Dominus crucifigẽdus in locum maleficis crucifigendis deputatum, qui dictus est Hebraicè, hoc est, lingua quæ tum Hebræi, hoc est, Iudæi vtebãtur, Golgotha, quod significat cranium, siue caluariam, ob eius volubilem rotunditatem, à verbo Galal, quod voluere significat & circumire. Non est autem ea dictio purè Hebraica, sed Chaldaica magis, aut Syriaca, vt etiam D. Hierony. testatur in interpretatione nominum Hebraicorũ in Matthæum. Nam secũdùm veram Hebręorum linguã dicitur Gulgoleth: verũ Iudęi desierunt pura Hebræa lingua vti, postquam in Babylonẽ translati sunt, vnde redeuntes, Chaldaismum secũ detulerunt, quo tamen vtẽtes idiomate Hebraicè loqui dicebantur, quoniã ea tunc Hebræorum erat lingua, nec multum à puro diuersa Hebraismo. Men dosè tamẽ in Græcis & Latinis codicibus legi videtur Golgotha, per simplex l, cùm legẽdum potius sit per duplex l Golgoltha. Nã fic caluariam Chaldaica vocat lingua, atq; sic in vetustis exemplaribus Latinis se inuenisse testatur Munsterus. Caluariam autem quidam putãt hunc locum dictum, ob sepultũ ibi Adamum, eiusq; caluariam ibi repertam. Sic enim post Origenẽ habet Theophyl. Traditio Ecclesiastica est, quia prior Iudaica, postquam eiectus fuit homo ex paradyso, domicilium ibi habuit in solatium bonorũ quæ in paradiso, terra ei data illa quæ oĩum aliarũ esset optima & pinguissima. Homines igitur qui tunc habuerũt pro miraculo caluariam mortui depilatam, in loco illo habitantes inde eum nominauerunt, & post diluuium fama hæc à Noe in oẽs diuulgata est. Vnde & Dominus vbi fons mortis, illic moritur vt illum siccet. Sequitur hanc sententiam D. Hierony. ex aliorum tamen magis opinione quàm sua. Sic enim habet in epist. Paulæ ad Marcellam, In hac vrbe (nempe Hierusalem) imò in hoc loco & habitasse dicitur & mortuus esse Adã. Vnde & locus in quo crucifixus est Dominus noster, Caluaria appellatur, scilicet quòd ibi sit antiqui hominis caluaria condita: vt secundus Adam & sanguis Christi de cruce stillãs, primi Adam & iacẽtis protoplasti peccata dilueret, & tunc ille sermo Apostoli cõpleretur. Excitare qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Meminit huius & in hunc Apostoli locum scribẽs in epist. ad Ephes. Epiphanius quoq; prolixius hanc tradit sententiam lib. 3. contra hæreticos in fine. Hanc tamen traditionem tãquam fabulam, mulcẽdis auribus populi excogitatam, iure reijcit idem D. Hierony. hic scribens in Matthæum, aliã reddens rationem veriorẽ huius nomenclaturæ, nẽpe quod sicut apud nos, ita & extra vrbem & foras portam loca erant in quibus truncabantur capita dãnatorum, quæ ob id Caluariæ sumpsere nomen. Nam, vt ille inquit, si quis piam cõtendere velit ideo ibi Dominum crucifixum, vt sanguis ipsius super Adæ tumulũ distillaret, interrogemus eum, quare & hi duo latrones crucifixi sunt cum illo. Adam verò sepultũ putat iuxta Hebron, quia Iosue 14. legimus: Adam maximus ibi inter Enacim situs est. Locũ ergo hoc suo nomine tam accuratè expressêrunt Euãgelistæ, vt intelligamus ignominiam quam Iudæi etiã hac in parte Domino intulerunt, quamq; Dominus nostri causa in se susciperedignatus est, reputatus etiam hac parte cum iniquis. Vt autẽ fidelibus cætera oĩa ignominiæ Christi mysterium in se cõtinent & gloriã, ita & quæ modò dicta sunt, ꝙ cum latronibus ductus est ad crucem, quodq; ad locum maleficorum deductus est. Ideo enim tanquam nocens cum nocentibus ad nocentium locum ductus est crucifigendus, vt nos nocentes liberaret, veniẽs in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in carne. Ideo in maledicto terræ loco crucifigi voluit, vt maledictam terram in opere Adami primi, suo sanctificaret sanguine. In Hierusalem occidi non cõueniebat, sed extra portã: ne videretur seipsum tantùm pro Iudæis sacrificium obtulisse, pro quibus ibi in tẽplo quotidie sacrificabatur, imò quò signi ficaretur sui corporis sacrificium non prodesse iis qui adhuc à legalibus penderent sacrificiis. Hoc enim mysterium D. Paulus intelligit in eo ꝙ extra portam passus fuit Dominus, addens & figuram veteris testamẽti, qua id fuit deliniatum: Sic enim scribit ad Hebræos. Habemus altare de quo edere non habẽt potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per põtificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portã passus est. Quo significat Dominum ob id extra portam Hierusalem passum, quo insinuaretur ipsius sacrificiũ alterius esse generis quàm ea quæ intra portas Hierusalem offerebantur, neq; posse legis obseruatores huius noui sacrificii esse participes, atq; id per ea sacrificia præfiguratũ fuisse, quæ maximè veri sacrificii typus fuerunt. Tertium ignominiæ genus Christo ante crucem illatum, fuit quòd ei dederunt potãdum vinum myrrhatũ: vt habet Marcus, aut, vt habet Matthæus, vinum cum felle mixtum, apud quem pro vino Græci forè habent acetũ. Sed probabile est, scriptorem aliquem pro σίκερα, quod vinum significat, scripsisse ὄξος, quod significat acetũ, cùm inter eas dictiones magna sit affinitas; idq; fecisse siue ꝙ postea aceti oblati Domino in cruce pendenti fiat mentio, siue quòd prophetia quam hac sua narratione verisimile est Matthæum voluisse innuere, impletam nunc fuisse, aceti faciat mẽtionem & fellis, non autẽ vini. Dicitur eñ apud Prophetam: Dederunt in escã meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Vinũ apud Matthæum legunt oẽs Latini. Cæterùm quod Marcus quidem

dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit vinũ myrrhatum. Matthæus verò vinũ cum A
felle mixtum,variè ſoluitur.Euthymius em̃,ſicut
& Theophyla. exiſtimat vtrũq; à diuerſis oblatũ.
Cùm enim(inquit Theophyl.in Marcũ) nulla a-
pud illos diſciplina fuerit,alij alia offerebãt,& a-
lius quidẽ acetum & fel,alius autem vinum myr-
rhatum.D. Aug.duos alios conciliãdi Euãgeliſtas
indicat modos.Dicit enim fieri potuiſſe vt vinum
Chriſto oblatũ & myrrha & felle fuerit mixtum,
quòd eſſet amarius. Aut Matthæum fel poſuiſſe p
amaritudine,vt ob id myrrhatum vinum,cùm ſit
amariſſimũ,dici poſſit vinum felle mixtum. Quã
poſteriorem rationem etiã Theophyl.non tacuit.
Fortaſſe,inquit,& vinum acetoſum erat.& ama- B
ra myrrha:& hinc cõueniunt quod dicit ille myr-
rhatum vinum,alius dicat acetum cum felle. Nã
& vinum acetum dici poteſt, quia acetoſum : &
myrrha fel,quia amara.Hanc rationem ob id cre-
diderim probabiliorem eſſe: q videri poſſit Mat-
thæum fellis feciſſe mẽtionem , quò ſignificaret,
impletã eam quę modò poſita eſt prophetiã,quę
fellis meminit.Notãdum ergo Domino datũ po-
tũ in loco Caluariæ,vt patet ex Matthęo & Mar-
co:qui vtriuſq; ſigillatim meminerunt,videturq;
planè ex eis non eundem vtrobiq; fuiſſe potum.
Datus em̃ ei fuit potus, cùm iam veniſſet in Cal-
uariæ locum,antequã crucifigeretur, iſq; dicitur C
ab Euãgeliſtis his fuiſſe vinum amarũ myrrha vel
felle mixtum.Datus turſum ei iam in cruce pen-
denti,cùm clamaſſet,*Eli,Eli*,&c.&:*Sitio*,iſq; dici-
tur nõ ab his tantùm,ſed & à Ioãne ac Luca fuiſ-
ſe ſimpliciter acetũ. Itaq; priori loco impleta eſt
prior prophetiæ pars,quæ habet:Dederunt in eſ-
cam meã fel: poſteriore verò loco poſterior pars,
quæ habet , Et in ſiti mea potauerunt me aceto.
Priori loco obtulerunt ei vinũ ex more qui & ho
die ſeruatur, quo morituris vinum ꝓpinatur; vt
animus illis addatur,iuxta cõſilium ſapiẽtis:Da-
Prou.vlt. te ſicheram merentibus,& vinum his qui amaro
ſunt aio. Sed ex inſolẽtia militum, aut potius ex D
malitia Iudæorum vinũ hoc felle, hoc eſt, amara
myrrha mixtum fuit & corruptum,ita vt cõque-
rẽdo dicere potuerit Dominus non tãtùm illud
Iere.2. quod ex Dauide poſitum eſt: Dederunt in eſcam
Deut.33. meã fel,ſed & illud:Ego te ꝓlãtaui vineam electã,
quomodo ergo cõuerſa es mihi in prauũ vitis a-
liena?Et illud ex cãtico Moyſi:De vinea Sodomo
rum vinea eorum , & de ſuburbanis Gomorrhæ:
Vua eorum,vua fellis,& botrus amariſſimus. Fel
draconum vinum eorum,& venenũ aſpidum in-
ſanabile.Quòd autem Matthæus quidẽ dicit,*cùm
guſtaſſet noluit bibere*,Marcus verò,*& non accepit*: id
quidã in argumẽtum trahunt quò probent aliud E
fuiſſe vinum de quo Marcus,& aliud de quo Mat
thæus:& hoc quidẽ Dominum guſtaſſe,illud verò
non. At ſecũdùm Theophyl.& Auguſt. magis di-
cendum,q Marcus dicendo,*& non accepit*;nihil a-
liud ſignificare voluerit quam quod dicit Mat-
thæus;*noluit bibere*. Guſtauit em̃,ſed non bibit,nec
accepit,ſic vt intra ſe illud mitteret.Quæ res etiã
ipſa non caruit myſterio . Significatum eſt enim,
ſecundùm D.Hierony.quòd guſtauerit quidẽ pro
nobis mortis amaritudinem ſibi à Iudæis propi-
natam,ſed q ab ea non fuerit detentus reſurgens
tertia die. Significatum item,quòd deinceps odi-
turus eſſet vinum Iudaicum,quod illi productu-
ra eſſet ſynagogæ vitis,à qua cùm expectaret dul-
ces vuas, fecit labruſcas,vt eſt Iſaiæ 5. Iã cum di-

ſcipulis biberat de dulci calice noui teſtaméti,ſe-
quę non bibiturum de fructu vitis aſſeruit,donec
illud biberet nouum in regno Dei . Meritò ergo
amarum Iudæorum recuſat vinum,nos ſuo facto
docens,poſt perceptam Euangelicæ gloriæ dulce-
dinem,non bibendum amarum carnalis legis aut
huius mundi vinum , etiamſi illud guſtare non-
nunquam cogamur , vt cum ipſo aliquando no-
uum vinum poſſimus bibere in regno Dei.

ET POSTQVAM VENERVNT IN LO-
CVM QVI VOCATVR CAL.&c. Sequitur iã
ſeptima,eaq̃ nouiſſima ac præcipua Dominicæ
paſſionis pars, vt quę eius crucifixionẽ ac mortẽ
ignominioſã ſimul & amariſſimã cõtinet, & ple-
raq; opprobria atq; cõuitia. Poſtquã ergo venerunt in Caluariæ locũ,ibi crucifixerunt eum,ma-
nus ſcilicet & pedes clauis affigentes ligno . Vbi
Chriſtianæ menti expendẽdum relinquitur quan
tam nunc & ignominiã & pœnam Dominus pro
nobis pertulerit,quãdo veſtibus ſpoliatus,nudus
ſuper lignum crucis iniectus eſt,& in tam tenero
corpore tam diras manuũ pedumq;(in quibus vt
eſt neruorum maximus cõcurſus. vtq; ſenſus ta-
ctus maximè viget, ita maxim⁹ eſt pœnæ ſenſus)
cõfixiones perpeſſus eſt:nõ ſine omnium mẽbro-
rum & neruorum crudeli acerbaq; extẽſione, ita
vt bene apud prophetã dicat.pœnæ ſuæ acerbita- *Pſal.21.*
tem pulchrè inſinuãs:Foderũt manus meas,& pe-
des meos,dinumerauerũt oĩa oſſa mea. Et quẽ-
ludæi inſtãter ipſum crucifigi voluerunt,nec alio
genere mortis mori voluerunt quàm in cruce eo
q illud mortis genus erat omnium ignominioſiſ-
ſimum,quo afficiebãtur tãtùm hi qui valde erant
facinoroſi,eratq; id & gentibus & Iudęis ſummè
execrãdum,eo quòd in lege maledictus diceretur
omnis qui in ligno penderet.Itaq; ſperabant hoc
mortis genere bonã Ieſu memoriã apud oẽs abo- *Sap.10.*
lendam,omniumq; animos ab eo alienãdos. Vn-
de in eorum pſona dicitur,Morte turpiſſima con- *Ier.11.*
demnemus eum: &,Mittamus lignum in panem
eius, & eradamus eum de terra viuẽtium, & no-
men eius non moreretur amplius. Quo loco per
panẽ Tertullianus & alij veteres intelligunt cor-
pus Domini,quod ipſe in Euãgelio vocat panem,
vt ſignificetur illis verbis lignum crucis injicien-
dũ corpori eius. Vide Tertul.lib.aduerſus Iudęos.
Verùm aliud ſpectauit in hoc mortis genere di-
uina ſapientia, quæ hoc genere pro ſalute homi-
num Chriſtum mori ab initio prudenter valde &
ſalubriter decreuerat,Iudęorum peruerſo animo
mirè vtens ad perfectionem ſalutaris ſui decreti.
Primò enim hoc genus mortis noſtræ redẽptioni
ideo erat accõmodum,quia cõueniebat vt ſicut p
lignum venerat peccatũ , ita & per lignum veni-
ret redẽptio,& q in ligno vincebat,in ligno quo-
q; vinceretur. Vnde canit Eccleſia in quodã hym- *Cur con-*
no: Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depoſcebat, *uenerat*
multiformis ꝓditoris ars vt artem falleret & me- *Chriſtum*
delam ferret inde hoſtis vnde læſerat. Et ipſe ſpõ- *crucifigi.*
ſus hanc inſinuãs in Canticis rationem,dicit ſuæ *Cant.8.*
ſpõſæ:Sub arbore malo ſuſcitauit te,ibi corrupta
eſt mater tua , ibi violata eſt genitrix tua. Itaq;
ſicut fructu pomi vetiti quẽ ab arbore decerpſit
Adã,perditũ eſt genus humanũ:ita fructu benedi
cto vteri virginalis , quẽ ab arbore crucis per fidẽ
decerpimus,& per ſacramenta reparatum eſt ge-
nus humanum, ſatisfactumq; eſt hac ratione iu-
ſtitiæ diuinę,dum quod ab arbore inique ſuſtulit
primus

primus Adam, ſecundus Adã in arbore reſtituit, A
ſinẽdo ſe affigi ligno, ita vt & hoc nomine dicere
Pſal.68. poſſit illud Pſalmi: Quæ nõ rapui tunc exoluebã.
Secũdò, hoc mortis genus erat cõueniens,vt tam
eo eſſet copioſior ſatisfactio & propitiatio,quãto
ipſum mortis gen⁹ erat & ignominioſius & acer-
bius,vt ſic & charitas Dei ac Chriſti inſigniſſimè
erga hoĩes cõmendaretur,& hominum in Deum
fiducia cõfirmaretur perſeuerãter.Cùm enim vi-
demus ignominioſiſſimũ ſimul & acerbiſſimum
ſupplicium ꝓ nobis ex patris voluntate filiũ Dei
pertuliſſe,intelligimus maximã eſſe Dei patris&
Chriſti erga nos charitatẽ , quòdq; de eius beni-
gnitate nobis nõ ſit diffidendum, etiã poſt multa
repetitis vicibus cõmiſſa peccata.Hinc canit prõ B
Pſal.129 pheta,propter legẽ tuã ſuſtinui te Domine, apud
Dominum miſericordia,& copioſa apud eum re-
dẽptio.Adde his q ex ipſa ſupplicij acerbitate nõ
tãtùm intelligimus miſericordiæ diuinæ ac pro-
pitiationis Chriſti abundãtiam,ſed & iuſtitiæ di-
uinæ ſeueritatẽ, quæ talem pro peccatis hominũ
exegit ſatisfactionẽ, vt id intelligẽtes magis pec-
catũ deteſtemur, magiſq; illud fugere diſcamus.
Tertiò, conueniẽs fuit hoc mortis genus, vt quo
fuit Chriſti mors ignominioſior ſecundùm mun
dum,eo magis virtus Dei & efficacia mortis eius
mundo innoteſceret , dum q tam ignominioſam
pertulit mortẽ,totum ad ſe tamẽ orbem, mundo
hẽc o⁹bus modis reclamãte,ptraxit.Quã rõnem
2.Cor.1. inſinuãs Paulus,ait :Quoniã in Dei ſapientia non C
cognouit mũdus p ſapientiã Deum, placuit Deo
per ſtultitiã prædicationis ſaluos facere credẽtes.
Ibidem. Et mox poſtea : Quod infirmũ eſt Dei,fortior eſt
hominibus: & quod ſtultum eſt Dei ſapiẽtius eſt
hominibus.Itaq; hac ratione Iudæorum conatus
& expectatio fruſtrata eſt,dum per hocquo ſe no-
mẽ Chriſti maximè putabant obſcuraturos,Deus
illud maximè fecit illuſtre. Cõuenientiſſima ergo
fuit hæc mors & diabolo ſuperando & fidelibus
erigendis.& Iudæis cõfutandis.Prima harũ trium
rationum,Dei nobis cõtra diabolum callidũ pru-
dentiam:ſecunda,eius erga peccatores miſericor-
diam,& cõtra peccatũ iuſtitiã:tertia illius contra D
mundum Chriſti gloriæ obſiſtentem declarat po
tentiã.Sunt præterea & aliæ rõnes quibus oſten-
dere licet cõuenientiam huius ſupplicij etiam ex
ſcripturis. Cõueniebat em̃ ipſum tali mortis ge-
nere mori,quę cum ſanguinis fieret effuſione,qa
illius ſanguis nobis erat in peccatorum ablutio-
nem & viuificum animæ potum neceſſarius:nec
tamen cõueniebat vt caput ei amputaretur ſicut
Ioanni, aut vt medius ſecaretur, ſicut Iſaias: ſed
corpus eius integrũ & indiuiſum ſeruãdum erat,
tum q ſic eius congruebat integritati,tum ob re-
ſurrectionis eius fidem melius aſtruendã,& item
ne fieret occaſio volẽtibus Eccleſiã dimidere,quę
vnum eſt cum Chriſto corpus. Cõueniebat ergo E
crucis ſuppliciũ, in quo ſic eius ſanguis totus eſt
effuſus,vt tamen nulla fieret corporis ſectio atq;
diuiſio in diuerſas partes . Cõueniebat item eius
in crucem ſubleuatio,ſacrificio quod in cruce eſt
peractum:quæ enim Deo offeruntur, ſurſum at-
tollũtur.Rurſum quoniã in cruce ſubleuatus fuit
à terra Dñs, docuit affectus noſtros ad ſe à terra
tollẽdos:quoniã expanſis pepẽdit manibus, ſigni
ficauit ſe paratũ ad ſuſcipiẽdum & amplexãdum
oẽs ad ſe cõfugientes,vnde has rationes inſinuãs
Ioan.e. Dominus,Ego,inquit,cum exaltatus fuero à ter-
ra,oĩa traham ad meipſum. Rurſum dum in cru-
ce viuus pependit,confixus clauis,docuit nos ſic
ſibi cõmori debere,vt ita mortali iſto corpore vi-
uentes , configamus carnem noſtrã clauis timo-
ris diuini,ita vt non obediamus cõcupiſcentiis e-
ius.Vnde myſterium hoc in cruce Chriſti intelli-
gens D.Paulus:Qui,inquit,ſunt Chriſti, carnem *Galat.5.*
ſuam crucifixerũt cum vitiis & cõcupiſcentiis e-
ius.Itaq; ſupplicium crucis nõ ſolùm accõmodiſ-
ſimũ erat debitæ ſatisfactioni peragendæ,ſed etiã
exẽplo relinquendo nobis ad conformãdum nos
Chriſto.Idem D.Paulus ad Galatas &aliã indicat *Galat.3.*
crucis ſuſceptæ rationẽ: Chriſtus,inquit,nos re-
demit de maledicto legis,factus pro nobis male-
dictum(quia ſcriptum eſt:Maledictus omnis qui
pendet in ligno) vt benedictio Abrahæ fieret in
gẽtibus. Poſtremò,conueniebat redẽptori noſtro
crucis ſupplicium, quia ipſa crux conueniens eſt
vniverſali mortis Chriſti efficaciæ deſignãdæ.Ip-
ſa enim tranſuerſali crucis latitudine ſignificatũ
eſt,mortis eius efficaciam latiſſimè ſe atq; per to
tum extendere mundum.Ipſa verò in altum por-
recta longitudine terrã contingẽte,cœloſq; reſpi
ciente,ſignificatum eſt mortis eius efficaciam nõ
in terrã tantùm pertingere,ſed & in cœlos, quo-
niam per ipſum, vt habet Paulus, inſtaurata ſunt *Coloſſ.1.*
oĩa quæ in cœlis ſunt & quæ in terra. Cõplacuit,
inquit,Deo per eum recõciliare omnia in ipſum,
pacificãs per ſanguinẽ crucis eius ſiue quæ in ter-
tris,ſiue quæ in cœlis ſunt.Omitto quod per qua-
druplicẽ menſurã quæ in Domini inuenitur cru-
ce,variæ nobis virtutes ſint comendatę,vt anno-
tauit aliquot locis D. Auguſt. qui libro de gratia
veteris & noui teſtamẽti ſic habet: Nõ fruſtra ta-
le genus mortis eligit, vt latitudinis , & altitudi-
nis,& lõgitudinis,& profunditatis,de quibus A-
poſtolus Paulus loquitur, magiſter exiſteret. Nã
latitudo eſt in eo ligno quod trãſuerſum deſuper
figitur, hoc ad bona opera ptinet,quia ibi exten-
duntur manus. Longitudo in eo quod ab ipſo li-
gno vſq; ad terram cõſpicuum eſt.Ibi enim quo-
dãmodo ſtatur,hoc eſt, perſiſtitur & pſeueratur,
quod longanimitati attribuitur. Altitudo in ea li-
gni parte,quæ ab illa quæ tranſuerſa figitur, ſur-
ſum verſus relinqtur,hoc eſt, ad caput crucifixi,
quia bene ſperãtium ſuperna expectatio eſt. Iam
verò illud ex ligno quod fixum occultatur, vnde
totũ illud exurgit,ſignat profunditatem gratuitæ
gratiæ.Hæc ille. Quoniam itaq; ſupplicium cru-
cis tam variis modis cõueniens fuit noſtræ redẽ-
ptioni,variis etiã in veteri teſtamẽto eſt præfigu- *Geneſ.6.*
ratum typis . Præfigurauit enim ſalutiferũ crucis
lignũ,arca illa lignea,per quã in diluuio Noe cum
ſuis ſeruatus eſt, cæteris omnibus qui extra eam
erãt pereũtibus.Rurſum virga illa Moyſi,per quã *Exod.4.*
poſt varia in Ægypto patrata miracula Iſraelitæ
liberati ſunt, diuiſo per eam mari rubro, p quod
trãſeuntes ſaluati ſunt.Itẽ lignũ illud, quod cùm
à Deo ſibi oſtẽſum Moyſes miſiſſet in aquas amа-
ras,verſæ ſunt in dulcedinẽ,vt legitur Exo.15. Cru
cis autẽ figuram & ſitum adũbrauit ſignum ſan-
guinis agni paſchalis poſiti in poſtibus domus &
ſuperliminari ,per quod ſignum ab angelo percu
tiente ſaluati ſunt Iſraelitæ.Item expãſio manũ *Exod.17.*
Moyſi , quando Ioſue pugnauit contra Amalec. *Ioſue 7.*
Omnium autẽ apertiſſime crucis typum prætulit
ſerpentis ænei ſuper lignum exaltatio in deſerto,
per cuius aſpectum ſanati ſunt quotquot à viuis
perceſſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deu.12. percussi fuerant serpentibus. Eiusdē itē non per- A
mittēda figura fuit lignū cedrinum cum hysopo
Deu.14. coccoq; bis tincto, q̄bus intinctis in sanguine a-
nimalis immolati aspergebātur qui mundandi e-
rant in veteri lege. Lignum enim cedrinū, lignum
crucis figurabat: Hysopus Christi corp⁹, coccusq;
bis tinct⁹ quo hysopus alligata fuit ligno cedrino
Christi charitatē, quæ ipsum fixit in cruce. Vnde
mysterium illius vmbræ intelligens propheta re-
gius, & in ipsam veritatē respiciens. Asperges, in-
Psal.50. quit, me Domine hysopo, & mūdabor. Intelligūt
quoq; vetustissimi patres, crucē Dominicā rectè
in quibusdā scripturæ locis indicatam, vt cùm di- B
Abac.3. citur in Cātico Abacuc; Cornua in manibus eius,
Psal.21. Et in Psalmis: Salua me de ore leonis, & cornibus
vnicornium humilitatē meam. Per cornua enim
his aliisq; quibusdā locis Tertul. lib. aduersus Iu-
dæos, intelligit apices crucis. per quam dæmones
ventilauit Dominus, sibiq̄ subegit vniuersum
mundum. Crucem item significatā intelligūt pa-
tres per signū Thau, quo qui signati nō sunt, iu-
bētur occidi: signati verò, seruari præcipiūtur. An-
tiquis enim Hebræorū literis, teste Hierony. quo,
vt idē ait, Samaritani suo tēpore adhuc vtebantur
extrema Thau litera, crucis habet similitudinem,
sicut eam habet nunc apud Græcos litera T, quæ
& ipsa eis Thau dicitur. Vnde & Apoc. 7. & 9. præ-
cipitur angelis ne noceant signatis signo Dei in C
frontibus suis; quibus locis verisimile est Ioannē
Ezech.9. imitatum Ezechielis locum, & respexisse in signū
crucis quo se in frontibus suis notare consueue-
runt à temporibus Apostolorum Christiani. De
ligno crucis sic scribit Nissenus in sermone de san
cto baptismate: Lignum crucis omnibus homi-
nibus salutare est, cùm sit pars, vt audio, arboris
vllis; contemptioris q̄ue quàm aliæ multæ sint.

TVNC CRVCIFIGVNT CVM EO DVOS ALIOS LATRONES, HINC, &c.] Matthæus & Marcus post crucifixum Dominum cōmemo-
rāt primùm vestimēta diuisa, tum titulū scriptū,
deinde latrones crucifixos. Lucas autem primùm D
latrones, postea vestes, tertiò titulum narrat. Ioā-
nes verò primū latrones, deinde tituli inscriptio-
nem, ac postremùm vestium describit diuisionē.
Itaq; quoniam non licuit in Cōcordia omniū se-
qui ordinem in trium istorum cōmemoratione,
eum secuti sumus quem in Ioāne deprehēdimus,
non solùm quia postremus scripsisse, & de aliorū
scriptis iudicasse fertur, sed etiā quia & aliàs ferè
debitum seruat ordinē, & ordo ab eo hīc seruatus
rerum naturæ est maximè cōsentaneus. Primùm
ergo ad maiorē ignominiā Christi, crucifixi sunt
cū eo duo illi latrones qui cum eo educti fuerāt,
sic tamē, vt medium Iesum inter illos penderēt,
quò non solùm cum facinorosis reputaretur, sed E
inter eos maximè facinorosus haberetur. Verùm
contra intētionem & voluntatem Iudæorum res
hæc ad maiorē Christi cessit gloriā, primùm quia
hac ratione impletū est quod de eo dixit Isaias:
Isaia 53. Cum iniquis reputatus est. Reputatus autē cum
iniquis qui iniquus nō erat, meruit iniquos in se
credentes, ipsorū liberare iniquitate. Secundò, qa
hac rōne magis claruit innocētia Christi, & vir-
tus crucis eius, quàm si solus fuisset crucifixus, dū
is qui cum aliis tam ignominiosè fuit crucifixus,
solus tamen per vniuersum orbē clarificatus est.
Postremùm, dū inter duos maleficos medius pen
det innocens Christus, designatum est, omnē hu-
mani generis vniuersitatem ad participandā pas-
sionis eius efficaciam vocatā esse, ipsumq; ad hoc
venisse in medio hominum, qui oēs peccato erāt
obnoxij, vt sua innocētia oēs sanctificaret, disce
tionem tamen ipsum facturum inter fidelē popu
lum qui cū latrone q̄ à dextris erat, Christi gratiā
implorat, & infidelem qui cum altero à sinistris
existente Christum blasphemat, & hunc quidē à
sinistris, illum verò à dextris collocaturum. Vnde
Leo in sermone de passione Domini: Duo, inquit
latrones, vnus ad dexterā, & alius ad sinistrā cru-
cifiguntur, vt in ipsa patibuli specie mōstraretur
illa quæ in iudicio ipsius omnium hominum est
fidēa discretio. Ita semper quod in Christo impiis
est ignominia, piis est mysteriū & gloria, quem-
admodū & in eo quod sequitur de titulo scripto
à Pilato licet considerare. Ludibrii enim causa vi-
detur Pilatus titulum hunc, hoc est, inscriptionē
causæ ob quā crucifixus erat, capiti eius affixisse,
exprobrās s. ei affectationem regni apud Iudæos
atq; significās ob hanc illum à se crucifixū. Quæ-
re & Cæsaris erga se ambiuit beneuolentiā, vt cu
ius imperiū apud Iudæos cōtra vsurpatores tue-
retur, & Iudæorum vltus est cōtra se insti tiam &
cōminationem, qua significabāt se illum delatu-
ros apud Cæsarem, tanquā illius partes non satis
defendentem si Iesum dimisisset. Dum enim eum
scripsit Regē Iudæorum, nec scripturā hanc mu-
tare voluit ad pōtificum preces, videri pōtest hoc
nomine ignominia quadā Iudæos aspergere vo-
luisse, qui hoc nomine ipsum ad innocētis cædem
coegerant. Ignominia enim Iudaici nominis erat
regem Iudæorū pendere in cruce, quasi vana esset
eorū de suo rege prædicatio & expectatio. Et hæc
quidē videtur fuisse Pilati intentio. Cæterùm di-
uina dispositione, etiā hæc res per Pilatum gesta
ad Christi pertinuit gloriā, passionisq; eius myste
rium. Hac enim ratione, rursum Deus p impium
veritati testimoniū phibuit, veramq; causam insi-
nuauit crucifixionis Iesu. Nō enim ea erat causa
quam videri & scribi volebāt Iudæi, nempe quia
ipse dixerat se regē esse Iudæorum, cùm verē non
esset, sed qa, vt scripsit Pilatus, rex erat Iudæorū.
Quia enim is verē erat, ideo secundum scripturas
mori debuit in cruce, vt hoste humani generis p
mortē superato, regnare inciperet super eos qui
verē sunt Iudæi, hoc est, qui per fidē cōfiterentur
ipsum. Iudæi enim nomen sonat cōfitentem. Itaq;
titul⁹ ille Pilati iudicio ignominiosus, pius est glo
riosus, à quibus agnoscitur titulus triumphalis,
magis exornans caput Iesu veri pontificis, quàm
lamina illa aurea habēs in se scriptum ineffabile
nomen Dei, ornabat caput pōtificis veteris legis.
Quem titulum crucis Christi non corrūpendum,
sicut Iudæi desiderauerunt, pleriq; patres intelli-
gunt prædictū, cùm in titulis quorundā Psalmo-
rū dicitur: Ne disperdas in tituli inscriptione. Vn-
de bene Deo disponēte, cùm Iudæi instarent pro
mutāda inscriptione, respōdit Pilatus: *Quod scri-*
psi, scripsi: hoc est, quod scripsi, scriptū haberi vo-
lo, nec immutabo. Qua in re etiā aliud iam rege-
batur mysterium. Dum enim Pilatus gentilis Ie-
sum regem scripsit Iudæorum, quem pro suo re-
ge Iudæi agnoscere recusauerunt, illud iam tum
etsi imprudens præludebat futurum, vt salutiferi
nominis professio, quam falsò dicti Iudæi abne-
garent, ad gentes credulas, hoc est, ad veros Iu-
dæos demigraret. Scripsit autem titulum Pilatus
tribus

tribus linguis, hebraicè, Græcè, & Latinè, vt causa A
crucifixionis Iesu ab omnibus qui tum Hierusalē
conuenerant posset agnosci. Conuenerant em ibi
tum non solùm Hebræi, sed & Græci plerique &
Latini proselytæ. Diuinitus verò hac ratione si-
gnificatū est, omnium interesse vt cognoscāt Ie-
sum Nazarenum regem Iudęorum crucifixū esse,
ipsumq̄ tanquam totius orbis regem, ab omni-
Philip.2. bus prædicandū regem Iudęorū, iuxta illud Pauli:
Omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus
Christus in gloria est Dei patris. Tres enim illæ
linguę, præcipuę sunt totius orbis linguæ, maxi-
mè receptæ, maximęque excultæ, & quib. vera sa
pientia maximè est in literis prodita: quæ linguæ
præter naturalem suum ornatum & excellentiā,
etiam hinc non parum acceperunt decoris, quòd B
solæ omnium sint in cruce Domini dedicatæ, vt
ob id meritò his tribus maximè vtatur Ecclesia in
scripturis sanctis legendis & conferuādis, vt quę
ad has sint aptiores, & prę aliis in cruce sanctifica
tæ. His trib. linguis putat Onuphrius Euangelia
descripta esse, qui sicut cum aliis multis Matthęū
putat Hebraicè scripsisse, ita Marcum asserit Ro-
mæ scripsisse latinè, Lucā autē & Ioannē in Græ-
cia Græcè. Vtitur & ob id etiā Latina Ecclesia in-
ter canendum omnibus his tribus linguis potissi-
mum in officio sacræ missæ quæ Dominicæ pas-
sionis est realis repræsentatio. Nā ex Hebræa lin-
guā habet Amen, Alleluia & Osanna: Ex Græca, C
Kyrie eleyso, & Christe eleison. Inscriptionē tituli
Euangelistæ non eisdem commemorant verbis.
Marcus enim tantùm habet, *Rex Iudæorum*: Lucas,
Hic est rex Iudæorū: Matthæus, *Hic est Iesus rex Iudæo-*
rum. Ioannes: *Iesus Nazarenus rex Iudæorum*. Ioan-
nem autē, qui postremus scripsit, & crucifixioni
Dominicæ interfuit, ita scripsisse, sicut à Pilato
scriptū fuit, titulus ille ostēdit qui cum parte cru-
cis Dñi Romæ seruatur. Proinde dicendū alios E-
uangelistas non verba descripta annumerare, sed
tantū sensū exprimere voluisse, atque illud in quo
cardo inscriptionis causæ cōsistit, appellationem
scilicet regis Iudęorum. Bene autē sunt tituli hu-
ius expendēda verba. Prima em dictio, quæ pro- D
prium est Christi nomē, cùm significet saluatorē,
quæ verò dictiones indicāt ipsum verè esse quod
dicitur, nempe saluatorem, & quare, nimirū quia
Nazarenus, hoc est, floridus & germinās, & quia
rex Iudæorum. Per integritatē enim suam & rega
lem potestatem est Iesus, hoc est, saluator mundi.

IESVS AVTEM DICEBAT: PATER DIMITTE ILLIS: NON ENIM, &c.] Illi quidē ipsum crucifigebant, Iesus verò, absolutissimū pa
tientiæ & charitatis exemplar, pro crucifixoribus
suis orauit, declarans se magis illorū causa dolere E
quàm sua, illorumq̄ malū magis ipsum angere
Esaiæ 53 quàm suū. Adimpleuit nunc quod de eo vaticina-
tus est Isaias dicēs: Et pro transgressoribus rogauit,
Hebr. 9. Iā in ara crucis sacrificiū offerens patri verū egit
pontificē, cuius est, vt habet Paulus, orare p populi sui ignorātia. Iā significauit propter quid cru
cifigi voluit, nimirū ad deprecādū & impetrādū
peccatorib. veniā. Iā ipso opere insigniter præsti-
tit, nobisq; faciēdum suo facto docuit, quod pri⁹
sermone docuerat, dicēs: Orate p persequētibus
vos. Pater inquit, dimitte illis. Causamq; addit cur
Luce 6. dimittere cōueniat. Nō enim sciūt quid faciunt.
Nescīūt se Dei crucifigere filiū, verumq; Iudæorū

Act.3. Dñm gloriæ crucifixissent. Et Petrus: Scio, inquit, 1.Cor.2.
quia per ignorantiā feeistis, sicut & principes ve-
stri. Nesciebāt etiā quid facerent, quia ignorantes
Dei perfecerūt prædestinationē, hominū q; coope
rabātur saluti. Ignorantia hæc de qua Dñs loqui-
tur, cùm fuerit crassa & culpabilis, peccatum qdē Act.3
illorum nō in totum sustulit, sed tamē ex magna
parte diminuit, & veniabile fecit, cùm alioqui si
sciētes filium Dei crucifixissent, peccatum eorum,
vt pote in Spiritum Sāctum cōmissum, irremissibi-
le fuisset. Cæterùm quanquā hæc Dñi oratio non
in omnib. fuit Iudæis efficax, eo q̄ pleriq; per suā
obstinationē remissione se fecerint indignos, quæ
nō potest nisi à pœnitentib. obtineri, fuit tamen
in multis efficax. Eius em virtute credendum est
ascēsionem Domini ad vnā & alterā petri prædi-
cationem tam multa Iudæorum milia conuersa
ad Dominum, & cōsecuta suorum remissionem
peccatorum. Eius itē virtute Deus parer tanto tē
pore vindictā distulit Iudęorum, expectās interim
eos ad pœnitentiā. Imitatus est Christi exēplum
& Stephanus, qui & ipse cùm lapidibus Iudæorū
obrueretur, pōtis genibus orauit, dicēs: Domine Act.7.
ne statuas illis hoc peccatum. Imitat⁹ est & Iaco-
bus frater Domini, qui referente D. Hieronymo
in libro de Script. Eccl. cū præcipitatus de pinna
templi, cōfractis cruribus, adhuc semiuiuus ten-
dens ad cœlum manus dicebat: Domine ignosce
illis, quod enim faciunt, nesciunt. Nec dubiū quin
hoc Domini facto pleriq; etiam alij cōmoti tem-
per omnibus seculis ad faciendū quod præceptū
est de orādo pro inimicis, vt hinc agnoscere liceat
duplicem fructum huius orationis Christi.

MILITES ERGO CVM CRVCIFIXISSENT EVM ACCEPERVNT, &c.] Tertia hic
describitur ignominiæ species, quæ Dño post cru
cifixionē est irrogata. Magna em fuit ignominia,
vestibus omnibus detractis, Dominum nudum
pendere in cruce coram tanta multitudine, eunde
que corā videre vestes suas diuidi, atque super eas
mitti sortes, & à militibus vēdicari, quasi nulla ef-
set vlterioris vitæ reliqua spes. Quod ipsum verisi
mile est milites non solùm per inexplebilē auari-
tiam, quæ in talibus esse soler, fecisse, sed etiā per
ludibriū quoddam & per lasciuiam, subsannantes
quasi preciosa esset regis vestimēta, vt habēt Theo
philactus & Euthymius. At rursum vt studium pius
est ignominia & ludibriū, ita in hoc pij agnoscunt
Christi gloriam, suāmq; salutem ac fidei mysteriū.
Ad Christi enim hoc pertinuit gloriam, quoniam
hac ratione perfectū est illis ignorantib. quod de
eo prædixit scriptura: ad cuius etiam gloriā facit
quod nec hæc quidē, quæ minuta videntur, de eo
uluit scriptura. Hac ergo de causa omnes Euāgeli
stæ factum hoc commemorauerunt. Et cùm reli-
qui Euāgelistę simpliciter illud & indistinctè nar-
rauerint, tantū dicentes quòd vestimēta sint diui-
sa, quòdque sortem miserint, Ioānes quipost alios
scripsit, manifestius & distinctius de hac re scripsit,
quò scripturæ testimoniū indicaret clarissimè huic
facto quadrare. Dicit ergo sic milites diuisisse vesti
mēta, vt fecerint quatuor partes, vnicuique militi
vnam assignantes partem, vnde intelligere primò
licet quatuor fuisse milites qui Dominū crucifixe
runt. Intelligere licet secundò, diuisionem vestimē
torum nō sic factam, vt vnicuiq; militi vna sit da-
ta vestis quemadmodum videtur intellexisse, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

hinc colligũt quinq; fuisse Domino vestimẽta, qua tuor scilicet militibus quatuor diuisa, & quintũ tunicam inconsutilem. Dicit enim Ioānes explicans vestimẽtorũ diuisionẽ, milites fecisse quatuor partes, vt intelligendũ sit vnã vestem in quatuor diuisam partes, cùm Iudæorũ vestes quatuor necessario habuerint partes, vt nostrę fere habẽt. Præcipitur enim Deut. 22. vt Iudæi assuãt fimbrias per quatuor angulos palliorũ. Dicit præterea Ioannes tunicam quandam eos accepisse, quę inconsutilis fuerit, desuper cõtexta per totũ. Vbi pro, desuper Græci habent, ἐκ τῶν ἄνωθεν, hoc est, ex summo aut ex superioribus, vt significetur eã è superiori parte textilẽ fuisse per vniuersum vsq; deorsum, hoc est totã fuisse textã, nec aliqua ex parte fuisse cõsutam. De hac ergo dicit milites dixisse: *Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit*, sicq; impletum apertè & distinctè ostendit quod dicitur: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem: priori militũ facto insinuãs impletam priorem prophetię partẽ, posteriori verò posteriorẽ. Ex Marco tamẽ apparet milites misisse etiam sortes super vestimentorum diuisorum partibus, vt per sortes agnoscerent quã quis partem tollere deberet. *Dicit enim: Diuidentes vero vestimẽta eius, miserunt sortes super eis, quis quid tolleret.*. Pertinuit & ad nostrã salutem atq; redemptionis mysterium, hæc vestimentorum Christi ablatio atq; partitio. Nudus enim in cruce bene pepẽdit, quia nudus in paradyso peccauit Adam: nudúsq; in cruce pẽdens, sicut nud⁹ in paradyso peccauit Adam: sua ignominiosa nuditate, abstulit ab Adã eiusq; posteritate ignominiã nuditatis, in quã per peccatum genus humanum inciderat: suorumq; vestimentorũ amissione, amissas nobis innocẽtiæ & ĩmortalitatis acquisiuit vestes. Nudus in cruce pẽdens, atque sic hostẽ nostrum deuincẽs: docuit nos sic demum optimè hostẽ nostrum superaturos, si omnib. reiectis superuacaneis reb. per huiusmodi nuditatẽ, expeditos nos redderemus ad cõgrediendum cum illo. Quadripartita vestiũ diuisio, quadripartitã significat Ecclesiã, hoc est, Ecclesiam quatuor mundi terminos replentẽ. Incõsutilis verò & indiuisa, refert Ecclesiæ eiusdẽ vniuersalitatẽ & vnitatẽ, quã frustra semper scindere conati sunt hæretici, à cuius etiã sorte excludũtur hæretici, quia sorte prouenit, vt eã vnus possideret. De tunica autẽ hac sic scribit Euthymius: Hãc tunicã è traditione patrum accepimus, opus fuisse Dei matris, à superiorib. partibus contextam, veluti sunt apud nos capitis aut pedum hyemalia operimẽta. Vnde cõmodè de ea loquuntur allegoricè, qui dicunt, solum id quod à matre Domini sumptu est, corpus desuper fuisse contextũ, hoc est à cœlo coaptatã sibi habuisse diuinitatẽ, vel à Deo fuisse in rerum natura productum, & nõ à semine humano. Hæc ille. Idẽ reiecta illorũ sententia qui colligunt quinq; fuisse Domino vestes, nõ improbabiliter cõiectando dicit, tria fuisse vniuersa eius vestimenta, atq; vnum fuisse tunicã corpori applicatã in modum subuculę, illudq; fuisse tunicã inconsutilem: alterum autem, quo super primum vestiebatur: & tertium, exterius indumẽtum. Prẽter tunicã em illã textilem fuisse Christo plura vestimenta, satis patet ex Ioãne, qui pluraliter dicit vestimenta Christi à militib. diuisa in partes, tunica incõsutili seruata indiuisa. Nec est quòd quis miretur quomodo Christus plures iã inueniatur possi-

Psal. 21.

dere tunicas, cùm Apostolis legẽ dederit ne duas possiderent tunicas. Nã, vt ibi dictum est, nõ prohibuit Dominus plures habere vestes, sed plures vni⁹ generis, vt plures tunicas eiusdẽ generis, plura pallia, quæ mutare possint pro tempore. Porro Matthęus etiã aliud militum circa Dominum factum narrat, dicens eos sedentes seruasse Dñm, ne scilicet qs tolleret eum, quod & ipsum in Christi cessit gloriam: tum quia illud arguit ipsorũ metum ex cõscientiæ remorsu profectum: tum quia illa ratione subtracta est Iudęis ansa calumniãdi pdicationẽ resurrectionis Christi, quẽ alioq; dicere potuissent viuum è cruce sublatum à discipulis.

PRAETEREVNTES AVTEM; BLASPHEMABANT EVM, MOVENTES, &c.] Quartum deinceps describitur ignominiæ genus, quod crucifixo Domino sannis & irrisionibus variis est illatum, quibus passio Domini mirè est aucta & exacerbata, ac Iudæorũ impietas insigniter declarata. Grauissimũ enim est & intolerandum etiam improperij & subsannationum verba audire, cùm ęs magnis aliquibus afficitur malis: estq; extremę inhumanitatis, eiqui etiam iustè affligitur, aliam superaddere per subsannationes & cõuitia afflictionem. Itaque in Christo iã cõpletum est illud psalmi: Quem tu percussisti persecuti sũt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Cæterùm à quatuor hominum generib. irrisiones & improperia modò pertulit Dominus. Pertulit em & eorum pri mis à Iudæis prætereuntibus, qui, vt habẽt Euangelistæ blasphemabant eum, hoc est, maledicebãt & cõuitiabantur ei, in signum lætitiæ & irrisionis mouentes capita sua, & dicentes: *Vah qui destruis tẽplũ Dei, & in tribus diebus illud reædificas, salua teipsum descendens de cruce. Si filius Dei es, descende de cruce.* In quibus verbis obseruandum quàm sibi semper similis diabolus, quamq; semper ad casum solicitet. Siquidem vt priùs in deserto dixerat: Si filius Dei es, mitte te deorsum; ita nunc per Iudæorum ora dixit: *Si filius Dei es, descende de cruce.* Verùm ma ligna & peruersa & hæc erat suggestio, sicut illa. Non enim quia filius Dei erat, descendere debuit de cruce, sed contrà potius ob id in cruce manere vsq; ad mortem, vt sua morte mortem nostram superaret, implerétq; quod dictũ est apud Oseã: Ero mors tua, ô mors. Nec descensu è cruce declarare debuit se filium Dei, sed ascensu è sepulcro, qui magis Dei conuenit filio, maiorémque declarat potestatem. Obseruandum item quàm diligenter hæc omnia prophetæ prædixerint, quã que cõuenienter Euangelistæ sua narratione insinuauerint hæc gesta cum prophetarum cõsentire prædictionibus. Motionem enim capitis sæpe prædicit psalmista, simul & irrisionẽ Christi. In eius em persona dicit: Ego factus sum opprobrium illis, viderunt me, & mouerunt capita sua. Irrisionem per interiectionem Vah, innuit psalmista dicẽs: Dilatauerunt super me os suum, dixerunt, Euge euge, viderunt oculi nostri: vbi pro euge, Hebræi habẽt Heah, pro quo Latini dicunt Vah. aut sum ĩ persona Domini dicitur: Ego sum vermis & nõ homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes videtes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerũt caput. Quo locoverba quæ subiiciuntur dicta à derisoribus, inueniuntur in sequentib. secundùm narrationem Matthæi, dicta à principibus sacerdotum, scribis & senioribus. Sequitur enim: *Speravit in Domino, eripiat eum, si vult eum.* Matthæus autem scribit eos dixisse: *Confidit in Deo, liberet nũc eum, si vult.* Vbi notandum Græcis nõ tantùm esse, si vult sed εἴ θέλει δυνατὸν, id est, si vult eum, sicut ĩ Psalmo, cuius vaticinium his suis verbis ne scij impleuerunt. Et est his locis verbum, velle, positum, vt sæpe in scripturis ex phrasi Hebręa, pro diligere, ita vt sensus sit: liberet nunc eum, si diligit eum. Alio qui secundũ nostram lectionem, conuitium videbatur non in Christum modò, sed & in Deum re cidere quasi exprobrare Deo voluerint impotentiam saluandi. Secundi ergo generis irrisores fuerunt principes sacerdotum cum scribis & senioribus, qui nõ ad Christum, sed ad alterutrũ, hoc est, ad sese mutuò referuntur locuti de illo, qui impotentiam saluandi seipsum exprobrãt Domino nõ simpliciter sed cum cõparatione potentiæ ipsius in saluando alios. Maius enim vituperiũ est, si qui alios saluauit, se non possit saluare. Alios ergo, inquiunt, saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. At his ipsis seipsos egregiè cõfutant verbis. Si enim alios saluos fecit, nõ debuit ergo tãquam malefactor puniri, sed tanquã benefactor laudari. Si alios saluos fecit, potuit vtiq; & seipsum facere saluum, sed seipsum saluũ nõ fecit quomodo illi volebant, non quia nõ potuit, sed quia nõ voluit. Non voluit autẽ, vt & se & alios verè saluos faceret. Nobis ergo cõtra Iudæos dicendum: Alios saluos fecere voluit, & ideo seipsum nõ voluit facere saluum. Adiiciunt & exprobrationẽ regalis nominis, in illius cõprobationem descẽsum è cruce postulantes, ac sic fidẽ se illi habituros promittentes. *Si*, inquiunt, *Christus est, & rex Israel, descẽdat nũc de cruce, vt videamus, & credamus ei.* In quibus verbis rursum dupliciter inueniũtur reprehensione digni. Primùm enim nunquam audierant, nusquã didicerant descensum è cruce ostendere Christũ & regem Israel. Vnde Leo papa in sermone quodam de passione Domini eleganter sic insultat Iudæis: De quo erroris fonte Iudæi taliũ blasphemiarũ venena potastis? Quis vobis magister tradidit, quæ doctrina persuasit, quòd illum regẽ Israel, illum Dei filium credere deberetis, qui se aut crucifigi non sineret, aut à confixione clauorũ liberum corpus excuteret? non hoc vobis legis testimonia, nõ prophetarum ora cecinerũt. Nũquid legistis, Dominus descendit de cruce? sed legistis, Dñs regnauit à ligno. Secundò, falsò arguuntur fidẽ promittere descendẽti de cruce, cùm credere noluerint ei, qd illo longè erat maius, & filio Dei atq; Messiæ conueniẽtius, exhibenti cùm à morte resurrexit. Quid em, inqt Hieronymus, plus est, de cruce adhuc viuentem descendere, an de sepulcro mortuum resurgere? Resurrexit, & non credistis, ergo etiam si de cruce descenderet, nõ credideretis. Duplici exprobrationi prędictę adiiciunt tertiæ exprobrationem fiduciæ in Deum, quasi illa vana fuerit & præsumpta. *Confidit*, inquit, *in Deo, liberet nũc eũ si diligit eũ* (quemadmodum ipse de se asserũt) *Dixit enim, filius Dei sum.* In qua exprobratione rursum dupliciter sunt reprehendendi. Primò, quia illud exprobrare videntur, vnde quisque maximè est laudandus, ita vt in eos quadret illud Psalmistæ: Cõfilium inopis cõfudistis, quoniã Dominus spes eius est. Secundò, quòd liberationẽ è malis volunt necessariò cõsequi rectam in Deo fiduciã, & Dei erga afflictos dilectionem, cùm prophetæ & iusti pleriq; pmissi sint à Deo violẽta ab

Ose. 13.

Psal. 108

Psal. 34

Psal. 21

Psal. 13.

impiis affici morte. Vnde Chrysostomus: O, inqt, insani scelestiq; homines. an ,ppheteę nõ erãt prophetę, & iusti quos occidistis iusti nõ erãt, quoniã eos Deus à periculis nõ eripuit? imò verò erãt, etiã si à vobis iniuria vexabãtur. Quid igitur huic amẽtię vestræ excogitari potest æquale? Nã si existimatis, q illorũ apud vos propter pericula nomen periit, sed erant prophetæ quãuis torqueren tur, multo magis nõ debebatis in hoc scãdalizari, qui & rebus semper & verbis falsam hanc repulit opinionẽ. Hæc ille. Impiè ergo simul & infipiẽter hic inueniũtur locuti, sed sic Spiritus Sanctus impleri voluit quod in persona Christi prædixerat Dauid, & designare principes sacerdotum esse de quib. propheta in prædicto Psal. 21. locutus est. In quorum persona etiã dicitur: Gloriatur se partem habere Deũ. Videamus ergo si sermones illius veri sunt, & tentemus quę ventura sunt illi, & sciemus quę erunt nouissima illius. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manu cõtrariorum. Impletum modò etiã illud quod hic dicitur: Videamus si sermones illius veri sunt, ostẽdit Lucas: Et dicens: *Et stabat populus expectãs*, aut, vt potius legendum est, *spectans*. Sic enim legendũ & Græca docent, quæ habent θεωρῶν, & exẽplaria emendatiora antiqua. Sed & Thomas in Catena legit, *spectans*. Itaq; impletum est quod in Psal. 21. dicit Dñs. Ipsi verò cõsiderauerũt me, & inspexerunt, obseruantes scilicet quis esset futurus finis. Tertij generis illusores fuerunt milites, qui & ipsi ad titulum à Pilato scriptũ illudentes dixerunt, vt habet Lucas: *Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac*, hoc est, Si tu is es qui tanquã rex Iudæos esses saluaturus, saluum teipsum modò fac. Quòd autem hos acetum Iesu per ludibriũ obtulisse dicit, id reliqui Euangelistę explicant qua ratione & quãdo factũ sit, nempe postquã dixisset, *Eli, Eli*, & *Sitio*. Postremùm etiam à latronibus qui cum eo erant crucifixi, Dño exprobratum testãtur Matthæus & Marcus, qui etsi pluraliter latrones dicant cõuitiatos illi, tamen per synecdochen accipiendum pluralẽ numerum pro singulari satis patet ex Luca, q singulariter vnũ latronũ blasphemasse dicit, atq; alterum illum blasphematorem increpasse, quanquã sint qui putent, vtrunq; imprimis blasphemasse, ac postea vno in sua perstitente blasphemia alterũ respuisse. At altera sententia est probabilior, vt p synecdochẽ, aut, vt Augustinus habet, per enallagen, vt Hieronymus verò per syllepsim, numerus multitudinis pro singulari sit positus, & pro vno latrone, pluraliter latrones dicãtur blasphemasse. Sicut & Lucas pluraliter dicit milites obtulisse acetũ, cũ ex aliis cõstet vnũ ex eis id fecisse. Vnus ergo de his qui pendebãt latronibus (qui creditur fuisse is q à sinistris erat) blasphemabat eũ, id est, conuitiabatur ei, dicens: *Si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos.* Quibus verbis blasphemabat & cõuitiabatur, quia improperabat ei vanã vsurpationem regij nominis. Sensus enim est: Si tu es Christus, vt videri voluisti, salutem & tibi & nobis adfer. Alter verò, qui à dextris erat, nõ solùm nõ prorupit in similem blasphemiam, aut tã multiplici exẽplo pronocatus, aut pœnarum asperitate exacerbatus, sed etiã velut immemor factus suarum pœnarum, & magis Iesus iniuriis Christi, quã propriis pœnis, reliquis omnibus aut blasphemantibus ipsum, aut tacentib. solus ipsius defensor efficitur & prædicatur, quẽ videbat per nimiã man

Universidad de Deusto
Biblioteca

suetudinem seipsum non defendere, nō metuens ne sua defensione & prædicatione blasphemātiū cōtra se prouocaret insaniam. Dicit ergo ad alterum latronem, nolēs iam cum ipso, vt hactenus fecerat, socius esse criminis, sed ad pœnitentiam iam secum reuocare studens, cum quo participarat in crimine: *Neque*, inquit, *tu times Deum, quia in eadem dānatione es?* Hoc est, vt non timeant Deum hi qui circunstant nos Iudæi, an nō saltem tu times deū, qui quoniam in eadem es cum isto damnatione mortis, meritò sic deum timere deberes, vt tibi ab hac blasphemia temperares: tum quia supplicij societas te sentire facit miserandam potius quàm insectādam huius calamitatem: tum quia ipsum tuum supplicium mox te hinc rapiet ad tribunal Dei, vbi cōuitij huius tui rationem reddere coge ris. Ex qua explanatione patet emphasim esse in pronomine, *tu*. Cōponit enim ipsum cum Iudæis. Patet item quomodo illud, *In eadem damnatione es*, causam includat ob quam ille Deum timere singulariter præ aliis deberet. Habent enim Græca & Latini codices emendatiores, *quia in eadem damnatione es*, nō, vt pleriq; legunt, *qui in eadē damnatione es*, quanquam etiam si sic legatur, idē sit sensus. Nam relatiuum, *qui*, frequēter causaliter ponitur, & rationem ac causam designat. Clarius quidam sic Græca vertunt. *Ne tu quidem times Deum eum in eadem sis damnatione?* Cæterum ne quia dixit: *In eadem damnatione*, videri posset Iesum etiā eodem inuoluere reatu, subiunxit: *Et nos quidem iustè*, subaudi, in hac sumus dānatione. *Nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit*, significans etiam aliam ob causam, illum à blasphemia Iesu meritò temperare debere metu Dei, nempe ob ipsius innocētiam. Bis enim inhumanū ac impiū est, & calamitoso maledicere, & innocenti maximè si ab eo fiat, qui & per cōmunem calamitatē sentit miserię grauitatem, & iam per instantē mortem vocatur ad Dei tribunal. Hoc testimoniū innocentię Iesu à latrone accessit ad alia superius à diuersis perhibita testimonia, vt vndequaque & vbique testata esset ipsius innocētia, quā sanè insigni & proprio iam Spiritus sanctus extulit elogio. In solum enim Iesum cōpetit dicere: *Hic nihil mali gessit*, de quo solo dixit propheta: Peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Hac insigni defensione, cùm sibi viam parasset ad gratiam Christi obtinendam, conuersus ad illum clarius iam fuæ virtutis ædidit argumentū, dicēs: *Domine, memento mei cùm veneris in regnū tuū* mira certe fides latronis. Dominum vocat, quem tanquam Maleficum vidit pendentem in cruce, atque hunc nō dubitat regem agnoscere, salutémq; ab eo velut à rege petere, quem in cruce morientem vidit, moriturus & ipse, cruciq; regnū ab omnibus audiuit irrideri circunstantibus. Declarauit sanè se credere vitam aliam esse post hanc vitam, eámq; sibi magis esse curę quàm hāc temporalē, dum nō cum altero latrone salutem in cruce postulat, sed post crucem. Declarauit itē se agnoscere id quod coram Pilato Dns testatus fuit, regnū Iesu nō esse de hoc mundo, sed supramundanū & cœleste, atq; in illud Iesum innocentē venturum per crucem, insigniorem certè de Christo eiusq; regno habens notitiam, quàm Apostoli, qui cùm Iesum agnoscerent esse Christum, tamen tēporale aliquod & mūdanum somniabant regnū, atque à regni eius expectatione exciderunt, postquam Iesum traditum & crucifixum viderunt. Vt autem ad talem de Domino existimationē & fidem verisimile est latronem hunc nōnihil commotum per famā miraculorum & innocētię eius, arq; per inauditā ipsius tū in ferendis malis māsuetudinem, tum erga hostes suos benignitatem, quemadodum iam coram certebat: ita magis tenendum opus istud fuisse Spiritus sancti, trahētis & illuminantis cor huius, vt ei etiam Dns dicere potuit: Beatus es, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Nec tantùm in isto admiranda fidei magnitudo, sed etiam modestia peccatore digna. Nō eū audet petere regni cōsortium, vt diceret: Dne recipe me in regnum tuum cū veneris in illud, sed tantum, *Memento*, inquit, *mei, cùm veneris in regnū tuum*, vt scilicet tunc pro regali beneficētia tua & potentia mihi vel in aliquo benefacias, & saltem cùm catellis participem facias micarum quę cadent de mensa tua. Obseruare licet in isto omnes pœnitētiæ partes, ac necessarias pœnitenti cōditiones. Nam & cōfitetur anteactæ vitæ delicta, dum digna se factis recipere prædicat, & in signum odij vitiorum ac cōtritionis redarguit eum qui etiam in articulo positus mortis impœnitēs perseuerabat, quod dum fecit, fructus fecit pœnitētia dignos satisfactionisq; explenit partes, quas & in illo expleuit, q crucem tanquā iustam pro peccatis pœnam libenter perpessus est. His adiecit & fidē puriss[illegible]tem corda, atque ex fide fiduciam impetrandę gratię diuinę, ornatam humilitate atque modestia, cū petiit vt eius memor esset Iesus in regno suo. Neque eū id orasset, nisi cum fide etiam eximiam habuisset in Iesum fiduciā: Factus est ergo ex latrone prædicator, ex magistro scelerum magister virtutis, ex maleficio martyr. Martirē eū hūc fuisse, atq; baptismo sanguinis ablutū, testatur diuus Augustinus, ex sentētia item D. Cypriani sic scribēs, cap. 9. lib. 1. de anima & eius origine: Latro, inquit, ille nō ante crucem Domini sectator, sed in cruce cōfessor, de quo nōnunquam præiudicium captatur siue tentatur cōtra baptismatis sacramētum, à Cypriano sancto inter martyres cōputatur, qui suo sanguine baptizantur. Tāto nunquā pōderē appensum est, tantumque valuit apud eū qui hoc nouit appendere, q confessus est Dūm crucifixum, quantum si fuisset pro Dño crucifix⁹. Tunc eū fides eius de ligno floruit, quando discipulorū marcuit, nisi cuius mortis terrore marcuerat, eius resurrectione reuiresceret. Illi enim desperauerunt de moriente, ille sperauit in commorientem. Doluerunt illi tanquā hominis mortem, credidit ille regnaturum post mortem. Et cætera quę sequuntur. Quoniam ergo tanta fuit eius virtus, vt similem nō inuenerit Dominus in Israel, imò fortè nec in vniuerso orbe, si spectemus fidē. Dns qui mutus erat ac surdus ad omnia cōuitia, nō fuit mutus ac surdus cum fiducia postulanti, sed vicissim tali eum dignum iudicauit promissione, quali neq; quenquam honorauerat, non simpliciter illi promittens, sed cum solita asseueratione dicens: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradyso*. Notauit hic diuus Ambrosius, Dominum semper plus tribuere, quàm rogarut. Rogauit ille vt Christus memor esset aliquando sui cùm venisset in regnum suum: Dominus autem non post aliquot dies id se facturum pollicetur sed, *hodie*, inquit, nec memorem se dicit illius fore. sed, quod maius est, illū vt erat secum in cruce, ita secū futurū in paradyso, hoc est, liberatum ab omnibus malis participē fore fœlicitatis suę & gloriæ. Nō dicit, hodie mecum eris in regno meo, sed *in paradyso*, cùm tamen ille dixisset, *memento mei in regno tuo*: idque valde conuenienter, nimirum vt significaret se per mortem homines reduceer in paradysum, vnde per peccatum Adæ eiecti erant. Fortè & ob id, quia ascēsio propriè fuit Christo in troitus in regnum ipsius, quando sublatus est in dexteram patris, nouo modo regnare cum illo incipiens. Obseruanda hic imprimis Domini benignitas ergo peccatores, in eo quòd tam citò ignoscit serò pœnitenti, & tā perfectè ignoscit, vberiorem etiam offerens gratiā, quàm petebatur: obseruanda item eius in cruce potentia, qui cùm priùs tāquam homo precaretur patrē pro peccatoribus veniam: nunc tanquam Deus peccata cōdonat, ac paradysum donat. Non dedignatur gloriæ suæ ac regni latronem nō solùm facere consortem, sed etiam primum designare possessorē, imò hanc primam ducebat crucis suæ gloriam. Sicut enim, inquit Theophylactus, rex quidam, trophæa ex victoria referens, spolia opima secū abduxit: ita & Dominus fortius vas diaboli diripuit, secūque abduxit, & reduxit ad primam hominis patriam, nempe paradysum. Sic docuit Dominus pœnitētiæ quanta sit vis, neminémque abominandum aut reiicēdū qui pœnitentiam egerit, quantumuis sceleratam priùs egerit vitam, nullius pœnitentiā nimis esse seram, modò sit seria, eos qui circa vndecimam diei horam veniunt in vineā, posse cum aliis promereri denarium diurnum. Spem dedit peccatoribus, magnam, quando latronē primū fecit secum paradysi possessorē. Obseruandum præterea, his verbis Christi cōfutari quorundam errorem, qui non verentur asserere animas sāctorum ante nouissimi iudicij diem nō regnare cum Christo, nec esse cum illo in regno cœlorum, qui scripturis quibusdam perperam intellectis in hanc abducti sūt sententiam. Et maximè quidē eo mouentur loco qui est apud Paulum ad Hebrēos: Hi, inqt, omnes testimonio fidei probati nō acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliqd prouidente, vt non sine nobis cōsummarentur. Mouētur & loco quodam in Apocal. vbi animis interfectorum desiderantibus vindictā sanguinis sui scribitur dictum, vt requiescerent modicum tempus, donec complerentur conserui & cōfratres eorum. Hinc enim colligūt animas necdum esse in regno cœlorum, sed esse in loco aliquo quieti earū deputato. Verūm his locis nihil aliud significatur, quàm sāctorum animas necdum accepisse consummatam perfectámq; fœlicitatem, quæ esse non potest, quādiu non resumpserunt corpus ī terram depositū. Loquitur ergo Paulus de repromissione perfectæ beatitudinis, qua scilicet totus homo fit beat⁹, & anima hominis omnis sui desiderij sit cōpos effecta, vnde adiicit, vt non sine nobis consummaren tur. Et apud Ioānem dicitur singulis datas stolas albas, quia scilicet beatitudine animæ sunt sancti, sed quæ perficiēda sit in corporum resumptione, quando secundam stolam sunt accepturi, fœlicitatem scilicet corporis. Sanctos enim esse iam cum Christo ī regno Dei hic locus satis arguit, cùm dicat Dominus latroni: *Hodie mecum eris in paradyso*. Qui enim illa ipsa die erat cum Christo in paradyso, indiuulsus certè permānsit cum Christo, & in paradyso & in regno ipsius. Quid enim ei alioqui profuisset ad tempus fuisse cum Christo? Conati sunt qui erroneam illam iam dictam sequuntur sententiā, variis modis hunc locū torquere, vt patet ex Theophylacto, qui prolixè hunc locū tractat, inter varias torquendi loci rationes referens quosdam aduerbiū, *hodie*, seperare à sequentib. & cōiungere cum præcedētibus, vt sit hæc distinctio: *Amen dico tibi hodie*, deinde subiūgatur, *mecum eris in paradyso*. Euthymius, qui & ipse tanquam Græcus sententiam illam erroneam, vt quæ Græcorū dogma esset, secutus est, hęc Christi verba adeonō putauit illi repugnare sententię, vt hinc etiā illam confirmauerit, existimans ideo dictum esse, *mecū eris hodie in paradyso*, nō autem, mecum eris in regno, cùm latro tamen regni meminisset, quia sancti ante tempus nouissimi iudicij nō sint cū Christo in regno Dei, & fruitione æternorum bonorum, sed in paradyso, vnde Adam eiectus fuit, atque ibi eos dici esse cum Christo, quia cùm is tāquā deus sit vbique, & in paradyso est, & in cœlo. Itaque hinc colligere licet quid autor ille dicturus esset ad locum Pauli dicentis: Cupio dissolui, & esse cum Christo, quibus verbis apertè significat se post dissolutionem statim coniungendum Christo. Intelligeret enim ille Paulum iā esse cum Christo, sed in paradyso, non autem in regno Dei. At hunc intellectum atque sententiā præterquā q catholicæ ecclesiæ traditio & doctrina cōfutet, cōfutat etiam scriptura & ratio. Dicit enim scriptura, q ascendens Christus in altum, captiuam duxerit captiuitatem, secum ergo subuexit in cœlum quos à diabolo captiuos abduxerat. Et cùm Apoc. 6. dicatur animis sanctorū singulas datas stolas albas: capite sequenti, dicitur eos qui amicti erant stolis albis, stare ante thronum Dei, & seruire ei die ac nocte. Cōtemplantur ergo vultum Dei in quo cōsistit vita beata. Iam si cum Christo latro & alij sancti ideo nunc dicuntur esse in paradyso, quia Christus tanquam Deus est vbique, fuit & ante dissolutionem Paulus cum Christo, vt dicere nō debuerit: Cupio dissolui, & esse cū Christo. Paradysum autem in his Dñi verbis non accipi pro terrestri illo paradiso, de quo legitur in principio Geneseos, patet, quia loci illius amœnitate, cùm sit corporalis, nō possunt capi spiritus bonorum hominum, vt omittam nō tantùm incertum esse vbi sit iam terrestris ille paradysus, sed etiam probabilib. valde rationibus plerosq; ostēdere, & astruere paradysum illum nusquam iam extare, vt qui simul cum vniuersa terra cuius erat pars, maledictioni sit factus obnoxius ob peccatū Adæ quod ibi contigit, atq; diluuio etiā cum tota terra obduct⁹ perierit, ita vt paradysi fœlicitas simul cum nomine à terra migrauerit ad cœlestia, immortalitatis dono quo in paradyso homo frui potuisset, in cœlos à terra trāslato. Quod cōuenientissimè intelligitur Mosen tropico sermone significasse, cùm dicit cap. 3. Deum eiecisse Adā è paradyso, & collocasse ante paradysū voluptatis Cherubim & flammeum gladium, atque versatilē ad custodiendū viam ligni vitæ. Picturatus enim videtur hic sermo, significans idem quod, firmissimè muniuit paradysū cōtra homines, hoc est, facultatem ac spem omnē ademit fœliciter ac perpetuò viuendi, ac mortem euadēdi in hoc seculo. Aut immortalitatis donū ad cœlos recepit, vitam perpetuam mundo eripiens, interposita maceria

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi igneę zonæ, quam veteres quoque ceu limitē quēdam fecerunt rerum caducarum & variabiliū vt locus immortalis nō amplius terrenus, sed cœlestis, à nostro orbe latissimè separatus existat. Nec Tertullianus in Apologetico cōtra gentes, paradysum interpretatur locum diuinę amœnitatis, recipiendis sanctorum spiritibus destinatū, maceria quadam igneę illius zonę à notitia orbis communis segregatum. Certè paradysum iam esse cœlū in quo sancti Deum vident, patet ex Panlo, qui cū se dixisset raptum in tertium cœlum, postea mox dicit se raptū in paradysum, atque ibi audisse arcana verba quę nō licet homini loq. Et hoc ergo loco paradysus accipitur pro fruitione cœlestium bonorum, ad quā cum Christo admissus est latro antequam cum illo in cœlum cōscenderet. Quid sentiendum sit de nomine parydysi, in quē Enoch Ecc. 44. translatus dicitur, nō est huius loci accuratius inquirere, nisi quòd id obiter annotare liceat, Græca nō habere, vt nos legimus: Enoch placuit Deo, & trāslatus est in paradysum, vt det gentibus pœnitentiā, sed tātùm, Enoch placuit Deo, & trāslatus est in exemplum pœnitentię generationibus, vt illud, in paradysum, videri possit additum ab aliquo. sicut pleraque in eo libro leguntur addita quæ non reperiuntur in Græcis.

STABANT AVTEM IVXTA CRVCEM IESV, MATER EIVS ET SOROR, &c.] Qui crucifigentium se curam gessit otans pro illis patrē, & secum crucifixum latronem cōsolatus fuit promittens ei paradysi cōsortium, meritò deinde & matris suæ curam gessit, eámque cōsolatus est, quæ iam insigniter suā pietatem atque præclarā de Iesu existimationem declarauit. Nam neq; erubuit, neque timuit inter tam multos filio insultātes, cruci eius astare, quod nō fecisset, nisi talia in ipsa fuissent: maternæ pietatis viscera, vtnō posset etiā in tanta filij ignominia ab eo diuelli, & talem de filio habuisset opinionem, vt sciret illū immeritò hæc pati, & ob id nō ad ignominiam eius hęc sibi reputanda. Declarauit sanè se non excidisse à fide eorum quæ dixerat angelus, nempe ꝙ saluaturus esset populum à peccatis eorum, quòd acceptarus esset sedem Dauid patris sui. Ab hac em̄ fide si excidisset ob fruftratam suam expectationē cōfusa, domi se cōtinuisset. Bene ergo stetisse eam dicit Euangelista iuxta crucem, quoniam nō solū corporaliter, sed etiam per fidei firmitatem, & animi fortitudinem nequaquam pericula metuēs cruci astitit erecta. Quanquam autem nō vacillaret in fide, tamen nihil dubium quin pro eximia sua erga talē filium pietate & charitate, maximo cor eius repletum fuerit dolore, quē piū hominis cor potius assequatur quàm verba aut scripta explicent. Doloris enim in ipsa magnitudinē vaticinando significauit Simeō ille iustus, cùm dixit: Et tuā ipsius animam pertransibit gladius. Nihil tamē indecorum illam per mœstitiam gessisse, eiulādo, aut genas crinésve vellēdo. satis insinuauit Euangelista, cùm eam tantùm stetisse dicit. Illo em̄ præter alia etiā notauit eius modestiam, atque in sinu cordis conclusam tristitiam, & decorū ab ea seruatū, vt dignū erat virginitate eius & fide. Huius exemplo etiam nos docet cruci Dominicæ astare, sic vt Christo patienti piè condoleamus, Christi improperiū propter ipsum simul portemus, omnium salutis nostrę fiduciā in illius cruce firmiter & perseueranter collocemus, atque ad exemplum crucifixi Iesu carnē etiam nostrā crucifigamus cum vitiis & cōcupiscentiis eius. Huius exemplum plerique hodie sequi recusant, cū sint nō solùm qui abhorreāt ab his quę dura sūt perferendis, sed etiam qui religiosum putāt in rosa degere, hoc est, vitam viuere Epicurēā: Christi verò cruci velle cōsortem fieri, Papisticum commentum esse censentes, subsannantes etiam eos, qui Christi passionem piis lacrymis & planctu religioso prosequuntur. Cæterùm quod Ioānes dicit matrē Domini cū aliis mulieribus stetisse iuxta crucem Iesu, nequaquam videri debet cōtrarium ei quod alij dicunt, mulieres illas stetisse à longē. Nā, vt habet Augustinus, aut intelligi potest in tāto illas fuisse interuallo, vt & iuxta dici posset, qa in cōspectu eius aderant præstò: & à lōgē, propter turbā propinquius circunstantem cum centurione & militib. Aut prius quidē illas propius cum matre astitisse, postea verò è dēsitate turbę se subtraxisse, & à lōgē stetisse. porro de muliere illa quā Ioannes vocat sororem matris Domini, nomine Mariam Cleophæ, variè multū sentitur. At valde probabile (vt nō dicam certum) est hanc esse eam quam reliqui Euangelistæ vocant Mariam Iacobi quemadmodum primùm ex eo colligi potest, ꝙ sicut eam hic Ioannes cōiungit cū Maria Magdalena, ita Mariā Iacobi reliqui Euangelistæ cōiungunt cum illa circa crucem Iesu, & in accessu ad sepulcrū. Nec potest probabiliter dici præter Mariam Iacobi, etiam fuisse circa crucem Domini & sepulcrū aliam quæ dicta sit Maria Cleophę, quia Matthæus dicit postea: *Vespere sabbathi venit Maria Magdalene & altera Maria*, satis significans inter illas mulieres non fuisse cum Magdalena (præter matrē Domini, de qua tres Euāgelistæ tacent) nisi vnam nomine Mariam, quā priùs vocauerat Mariā Iacobi. Eadē ergo est mulier quæ Maria Cleophæ dicitur, aut, vt habent Græci, Clopæ (non est em̄ hic illud nomē quod apud Lucam dicitur esse nomen vnius ex duobus discipulis euntibus in Emaus, cū hic sit Κλεοπας, ibi verò Κλεοπας) & Maria Iacobi: Cleophę quidē, qa eius vxor: Iacobi verò, quia eius mater: Mariā autē Iacobi fuisse sororē matris Iesu patet ex eo, ꝙ Mat. 13. & Mar. 6. Iacobus, Ioseph, Iudas & Simō, qui fuerunt filij illius Mariæ, dicuntur fratres Iesu ob cognationē: vt hinc altero argumento colligere liceat, Mariā Iacobi eandem esse quam Ioannes Mariam Cleophæ appellat sororem matris Domini. Cū autem Iacobus iste Matthæi cap. 10. & aliis locis vocetur Iacobus Alphæi quia Alphæi filius, cōsequēs est maritū istius Mariæ binominem fuisse, & Alphęum simul & Cleopham siue Clopam vocatū fuisse: vnde Simō ille vnus ex duodecim Apostolis frater Iacobi & filius Mariæ Iacobi, vocatur ab Eusebio lib. 3. cap. 32. ex authoritate Hegesippi filius Cleophæ, vt hinc certissimò cōstet Mariā Iacobi esse Mariam Cleophæ, sicut etiā D. Hieronymus probat prolixè libro contra Heluidium. Superest iquirere quomodo hæc soror fuerit matris Dñi. Et quidem vulgari apud nos sententia receptū est eam verè & propriè fuisse sororē Domini, ex eadem cum ipsa progenitam matre, Annā scilicet, sed alio patre, quem volunt Cleopham dictum esse, vt Maria Iacobi dicatur Maria Cleophæ, quia eius filia: Verùm vt vulgatem hanc sententiam patet ex præcedentibus falsam esse ex ea parte, quia Maria Iacobi dicitur vocata Maria Cleopæ, quia eius filia: ita & ex altera parte qua dicitur fuisse verè soror deiparæ & filia Annę, non est verisimilis, tum ꝙ parum cōueniat dignitati sanctissimæ matronæ Annæ plures ei asscribere maritos ab illa successiuè acceptos etiam post prolem ex priori marito susceptam: tum ꝙ moris non sit eiusdem parentis proles eodem appellare nomine. Quibus argumentis vt etiam probabiliter destruitur quod vulgò asseritur de tertia Annæ filia quę Maria Salome sit dicta, quia Salome filia, ita hoc ipsum postea certissimo reprobatur argumēto. Probabilior ergo est antiquiorū sentētia, qua asseritur Maria Cleopæ ideo dicta soror deiparæ, ꝙ Cleopas fuerit frater Ioseph mariti deiparę. Sic enim nō tantū Euthymius habet, qui non dubitauit Mariam deiparam asserere vnigenitā fuisse filiā, sed & Eusebius, ex authoritate Hegesippi, dicens lib. 3. c. 11. de Simeone Cleophæ filio: Consobrinus is secundùm carnem saluatoris fuisse dicebatur, quia Cleopā frattē fuisse Ioseph Hegesippus cōtestatus est. Sicut autem quod Maria Cleopę dicitur fuisse soror deiparę, occasionē dedit vulgaris apud nos sententiæ de tribus Mariis sororibus, Annæ filiabus: ita & ꝙ Matth. 13. & Mar. 6. Iacobus, Ioseph, Iudas & Simon (qui filij fuerunt Marię Cleophę) dicūtur fuisse fratres Iesu, occasionem dedit alterius magis falsę sentētię, quā Theophylactus vbiq; secutus est. Is enim putat illos fuisse filios Ioseph ex priori vxore, & ideo dictos fratres Iesu, quasi eundē habentes patrem, ꝙ Ioseph etiam putaretur pater Iesu: quare & Mariam quæ dicitur Maria Iacobi, putat fuisse deiparā virginē, sicq; dictā, quia Iacobi fratrumq; eius mater fuisset nouerca. At ea sententia vt aliis multis posset ex scripturis refelli, ita eo satis refellitur ꝙ Euangelistæ tres Mariam Iacobi semper nominant post Mariam Magdalenam, non facturi, si Maria Iacobi ipsa fuisset mater Iesu. Et hactenus pro scripturarum intelligentia de Maria Cleopæ & Iacobi sorore matris Domini, quantum ex scripturis certis, vt ad historiæ textum conuertamur, in quo illud notandum occurrit, ꝙ imbecillior sexus tunc firmior apparuit, quandoquidem fugientibus Apostolis mulieres pleræq; quæ Dominum è Galilæa secutæ fuerant, circa crucem inuentæ sunt. Cū eis tamen affuit vnus ex Apostolis, qui vt præ cæteris à Iesu singulariter dilectus erat, ita & ipse iam fidē gustarem suam erga Dominum dilectionem declarauit, cùm iuxta crucem cum matre Domini astare nec erubuit, nec reformidauit, cæteris fortè omnibus præ confusione aut metu latitantibus. Itaq; cùm vidisset Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, matris quidem pro filiali pietate curā egit: discipulum verò pro sua in illum, illiusque in se dilectione insigniter honorauit. Dixit enim matri suæ: *Mulier, ecce filius tuus*; Ioannem insinuans, quasi dicat: Ecce tibi eum qui posthac tibi filij loco erit, qui posthac pro me tui curam gereret, ne mei te nimis discruciet carentia. Docuit sanè suo exemplo Dominus filios parentum suorū curam gerere, atq; morituros quosque suis prospicere debere. Bene autem virgo filius morituris virgini matri vnice dilectæ deputat in filium, discipulum virginem, eundémq; sibi dilectissimum. Conueniebat enim vt qui per castitatem ipsi erat assimilis, & per dilectionem mutuam erat alter ipse, in ipsius substitueretur locum, & Maria virgo pro virginē filio virginem reciperet filium, & in signum eximiæ dilectionis filij erga se, acciperet à filio quod is post illam charissimum habuit in terris pignus. Mulierem vocat matrem suam, nec dixit, Mater, sed *mulier*, sicut & alias fecit, ꝙ maior multò esset, quàm ipsa eum genuisset, siue quòd iam patris sui cœlestis negotium agebat, cuius intuitu aliquando docuit, patrem nō vocandum nobis super terram: siue etiam quòd sciret appellatione matris materna viscera nimis commouenda. Post matrem etiam discipulum alloquitur, dicens: *Ecce mater tua*; hoc est, ecce tibi eam quam tibi pro me velut matrem tuam curæ esse volo, in quam te volo rugm erga me dilectionem trāsfandere & declarare. Discendum hinc quātam apud Iesum obtineat prærogatiuā, virginem esse, iuxtàque crucem Iesu assistere. Per hæc enim meruit Ioannes deiparam matrem in suam accipere matrē, insigni certè hac ratiōe decoratus honore, nec vilipendit hunc honorem Ioannes, nec cōtempsit Domini sui, etsi iam tāquam infirmi pendentis in cruce, imperium, sed prōptus ad obsequium, vnicumq; illud amici testamentum exequens fidelissimè pro sua in illū dilectione & reuerentia, mox ex illa hora accepit eam in sua. Sic enim legēdum est, & non, vt communiter legitur, in suam, quod intelligitur in suam matrem, vel in suam curā. Nā Græcè est, εἰς τὰ ἴδια, id est, in propria vel sua, hoc est, in ius suum. Et *sua* legunt D. Ambrosius in libro ad virgines, & Augustinus in cōmentariis super Ioannem. sic scribens: Sed in quæ sua Ioānes matrem Domini accepit? Neque enim non ex eis erat qui dixerant ei: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Suscepit ergo eam nō in sua prædia, quæ nulla propria possidebat, sed officia, quæ propria dispensatione exequenda curabat. *Luce 18.*

ERAT AVTEM FERE HORA SEXTA, ET FACTA HORA SEXTA; &c.] Post varias iniurias & contumelias Domino irrogatas, secuta est multiplex eius glorificatio per miranda quædam eius nomine accidentia signa, quorum illud imprimis cōmemorant Euangelistæ, ꝙ à sexta hora vsq; ad nonam factæ sint contra naturam tenebræ super vniuersam terram, idq; per obscurationem solis retrahentis in meridie radios suos, cùm maximè lucet naturaliter. Quod ita diuinitus accidit in signum iræ Dei, in abominationem execrabilis sceleris Iudaici, in testimoniū gloriæ eius quem agnoscere nō voluerūt Iudæi, atq; in signū cæcitatis Iudaicæ. Solent enim prophetæ cùm ira Dei super homines significare volunt, designare illā per solis ac lunæ obscutationem & tenebras, ꝙ Deo gentem aliquam grauiter vindicante hominibus propter mœrorem nihil sit lætū, sed omnia videantur tristes tenebræ. At nunc etiam verè per tenebras suam Deus declarauit iram & indignationem, ita vt ad literā nunc impletū sit illud Amos: Et erit in die illa, dicit Dominus Deus, occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. De signatum est his tenebris tā detestandum fuisse hoc Iudæorum factū, vt sol illud aspicere nollet, indignosq; ostenderet qui sua luce fruerentur. Designatū item creaturarū auctorem iam pati, ac creaturas inanimatas illum agnoscere & prædicare quē Iudæi agnoscere recusauerūt, & variis infectati sunt contumeliis, easq; cōpati suo creatori, quē tā variis affecere homines mēte pręditi ludibriis. Designatū iam illum occidere solem *Amos 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum,qui illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundũ, ac mẽtes Iudaicas vera luce destitutas,atq; adhuc magis suo demerito destituendas, sicut & exæcitas animi Ægyptiorum,externis tenebris crassissimis & ostensa est & vindicata. Tenebras has à sexta hora factas scribit Matthæus:vnde patet ante sextã Dominũ aliquãdiu in cruce pependisse,& plus quàm tribus horis in cruce pepẽdisse viuũ,vt bene dixerit Marcus,fuisse tertiã horã cũ crucifigeretur Dominus. Nã ante tenebras omnino verisimile est accidisse omnia illa improperij genera quæ Euangelistæ etiam cõmemorauerunt ante tenebras,quia nõ est verisimile,Iudæos visis tenebris potuisse sic Christũ cõtumeliosis in sectari verbis. Lucas dicit fuisse fere horam sextã cùm inciperent tenebræ,at qđ dicit fere fuisse sextam, nõ potest sic accipi sicut ϕ Ioãnes dicit fuisse fere horam sextã,cũ Christus addiceretur à Pilato cruci.Nam Ioãnes fere sextam dicit, cùm adhuc plusquam horam abesset sexta,quia tertia vltra dimidium transierat.Lucas verò,quia iam nõ diu sexta facta esset,ita vt circa eam dici posset.Nã Marcº facta sexta hora tenebras ortas scribit.Has tenebras nõ naturaliter accidisse per naturalem solis eclipsim certissimum est,tum ϕ naturalis solis eclipsis in nouilunio fiat, cùm tunc fuerit plenilunij tempus, luna scilicet quintadecima; tũ ϕ solis eclipsis nõ sit generalis in vniuersa terra, sed tantum in parte orbis terræ,cùm nunc tenebræ factæ dicantur super vniuersam tertã.Non enim illud tantùm intelligendum de vniuersa terra Iudaica, patet ex Dionysio Areopagita, qui has tenebras à se cum aliis philosophis visas in Græcia cõfitetur, ex quo plura de his tenebris discere licet, quàm Euangelistæ explicauerunt,nempe ϕ sol sit obscuratus, & eclipsim passus per interpositionẽ lunæ inter ipsum & terrã, sed modo innaturali & admirando. Sic enim scribit in Epistola ad Polycarpum contra Apollophanẽ philosophũ:Age sic illum aggredere.Quid de illo, qui tempore crucis Dominicæ factus est solis defectu dicturus es:Eramus tunc ambo(se notat & Apollophanem)apud Heliopolim,ambóq; simul incidẽtem mirabiliter soli lunæ globũ notabamus(nõ enim eiusce cõiũctionis tunc aderat tẽpus)ipsamq; rursum ab hora nona ad vesperã ad solis diametrũ supra naturę vires restitutam. In memoriam autẽ illius reuoca &aliud quippiam Nẽpe enim(vt ipse nõ ignorat) eam lunæ incidẽtiam ab oriente cœpisse,& vsque ad solaris corporis finem peruenisse,ac tum demũ resiliisse notauimus. Neq; verò eadẽ ex parte, vt assolet,& incidentia illa & repurgatio facta est,sed ex aduerso diametri .Et post pauca:Denique tunc nescio quo afflatus spiritu, ad diuinationẽ quoq; prorupit Apollophanes.atq; ad me cõuersus:Hę, inquit,ò præclare Dionysi, diuinatum sunt vicissitudines rerum. Eadẽ habet prolixius in Epistola ad ipsum Apollophanẽ iam ad Christum conuersum:In Heliopoli,inquit,tu quidẽ penè mihi cœuus, & ego quinq; & viginti ferè annorum tẽpus euoluẽs,vnà morabres cõstiteramus, cũ feria quadam sexta & hora etiam penè sexta sol horribilibus subitò est obsitus tenebris, luna ipsum intercurrente,quia nõ Deus,sed creatura Dei,in ipsius veræ lucis occubitu lucere non potuit.Quærebar enim tunc apud te qui mihi sapiẽtissimus videbaris,vt quid ipse inde sentires agnoscerem.Tu verò mirabili prudẽtia subintulisti,ϕ vsq; adeo penetra libº mẽtis meæ altè inhæsit,vt nulla oblitione deleri,nullàq; vnquam valeat mortis imagine deteri.Offusi enim tenebris ipsi eramus,orbẽ solis vndiquaq; & ex æquo occupante caligine,& posteaquã repurgatio restitutiõq; facta est, luna ad solis diametrum cõuersa aufugit.Et tunc quoq; regulã Philippi Aridæi assũpsimus, cumq; reperissemus qđ & erat notissimum)eo tempore solem eclipsis molestias,laboremq; minimè perpeti debuisse,ac nihilominus lunã ab oriẽte solarẽ splendorẽ pullis nigrãtibusq; velis obduxisse,cùm soleat ex occidua parte solẽ ingredi:tunc autem opifices lucis thesauros,caliginibus(quas ipsa genuerat)ad occiduos vsque solis fines peruagata (vt ipsi putauimus)occultauit,cùm tamẽ & lunæ id tẽpus deesset, neq; coitus tẽpus vicinũ esse cognosceretur. Aio ad te(neq; enim adhuc mysterij tantæ rei cõscius eram)O ingẽtis prudẽtiæ prõptuariũ, quid, inquam,ò doctrinæ speculum Apollophanes,his secretis ascribis; Ad quæ nescio quo pacto diuino quodã afflatu,& nõ humani sensus sermone subintulisti:Hæ, ô bone Dionysi,diuinarum sunt vicissitudines rerum. Deniq; verò annotatum diligẽter feriæ diẽ & annum,annuntiationi quam sacer Paulus nostris attentis auribus infudit,cõsentientibus signis conspirare & concordare expertus, manus veritati submisi, & falsitatis nexibus sum absolutus.Hæc prolixè ex Dionysio,vt ex his testimoniis discamus clarius quomodo hæ tenebræ sint factæ,& quàm fuerint admirandæ, quarum & Phlegon teste Origene meminit in suis Chronicis sub Tiberio Cæsare. Post cõmemoratas tenebras & solis obscurationẽ, subiicit Lucas & aliud mirabile quod tunc gestum est, nẽpe veli scissionẽ : at id in Concordia postea redactum est in eum locum vbi illud Matthæus & Marcus narrauerũt,cum aliis quibusdam miraculis quæ post traditum à Domino spiritum accidisse videntur.

ET CIRCA HORAM NONAM EXCLAMAVIT IESVS VOCE, &c.] A sexta hora à qua cœperũt prædictæ tenebræ,vsq; circa nonam nihil dictum legimus, aut à Domino in cruce pendẽte,aut à Iudæis cruci affantibus,sed hi quidem in istis trium horarum tenebris,vt est verisimile, stupefacti obticuerunt, iuxta illud quod dicitur in cantico Annæ: Impij in tenebris conticescent; quẽadmodum & magnum fuit apud Ægyptios silentium in triduanis illis tenebris,quæ harum tenebrarũ quidam fuerũt typus:Dominus verò, vt est probabile,patrem pro se & nobis orauit, verũ apud Deum patrem pro nobis sacerdotẽ agẽs. Ar cùm iam instaret tempus quo spiritum suũ traditurus esset,ne putaretur iã mortuus,sed agnosceretur adhuc viuus,exclamauit voce magna. Hæc enim vna videri rectè potest causa huius clamoris Dominici,præter quã tamẽ est & alia,quæ nõ solũ indicat cur magna nũc voce clamauerit,sed etiam cur clamauerit cõquerendo se derelictum. Videri enim poterat Dominus siue pœna aut fine magna pœna,crucis subiisse passionẽ,tum quia in sua passione tãtã exhibuit & patiẽtiã, & mãsuetudinem, vt nõ solùm nihil quereretur,sed etiam pro crucifixoribus suis precaretur;tum quia omnia summa cum trãquillitate & fine turbatione agebat,hostibus veniã orans,latroni paradisum aperiẽs,matris curã gerẽs.Itaq; quòd& veritatẽ assumptæ à se infirmæ humanæ naturæ astrueret,& pœnatũ acerbitatẽ à se susceptã declararet, quẽadmodũ fecerat

in horto,laborando,sudando,& calicem deprecando,voce magna in signum magni doloris,iã mortui vicinus,exclamando conqueritur se à Deo derelictum.Sic enim accipiẽdum est quod interrogatiuè dicit;*quare me dereliquisti?* vt pro humano more ex infirmitate assumptę carnis hac interrogatione tantùm queratur se derelictum,& nõ vt ex deliberata ratione causam aliquã discere aut audire cupierit,ob quã fuerit derelictus, cùm eã nequaquã ignoraret.Sic cõquerendo dicit Iob: Quare nõ in vulua mortuus sum?Et: Cur faciem tuã absc̃ódis, & arbitraris me inimicũ tuum?Hac ergo de causa Euangelistæ Dominum dixisse scribunt:*Eli Eli lamma sabachtani*:Hebraicè Christi verba retulerũt nunc necessariò,quia alioqui non potuissent subiicere quòd quidam illic stantes putauerunt Dominũ inuocasse Eliã.Eius enim occasio fuit ϕ Dominus dixerat,*Eli Eli*.Sunt autẽ hæc Domini verba principium Psalm.21.Nam quanquam nos legamus,secundùm Septuaginta translationẽ,*Deus Deus meus respice in me,quare me dereliquisti?*: Hebræa tamen habent,vt modò Dominũ protulisse Euangelistæ referũt:*Deus meus,Deus meus quare dereliquisti me?* Septuaginta enim omiserunt semel pronomen,*meus*,& inseruerunt in medio illud; *respice in me*.Huius Psalmi principio bene iam vsus est Dominus , quò insinuaret Psalmum hunc totum de se dictum esse,in quo pleraq; passionis eius apertè declarantur, vt præter alia illud , Omnes videntes me deriserunt me. &, Foderunt manus meas: &,Diuiserunt sibi vestimenta mea,&c.Non habent tamen Hebræa,*sabachtani*,sed *Azabtani*,vnde quidam putauere Græcorum Latinorumq; codices in huius dictionis descriptione mẽdosos esse.Verùm sciendum est Chaldaica lingua dici *Sabachtani*,quod pura Hebraica lingua dicitur *Azabtani*,cumq; à reditu è Babylonica captiuitate vsque ad Christũ,Hebræi Chaldaica lingua vsi sunt, non pura illa quæ in Bibliis inuenitur Hebraica, & Christum certum sit vulgari receptoq́ue vsum idiomate,magis credendum est Dominum dixisse *Sabachtani* quàm *Azabtani*, vt & aliàs Chaldaicis vocibus vsus legitur. Proinde deprauatè legitur in plerisq; libris *Lamazabatani*,cum legendum sit, *sabachtani*,quemadmodum se incorruptam dictionem Chaldaicã reperisse in vetustis exemplaribus Latinis simul & Græcis testatur Munsterus.Sunt autẽ in verbis Christi quatuor dictiones.Prima est *Eli*,hoc est,Deus.Nam *El* Deus,*I*,pronomen affixum,*meus*.Secũda item est *Eli*,hoc est,Deus meus, quæ geminatio ad intẽtionem facit desiderij.Tertia est *Lamma*,hoc est,quare.Quarta est.*Sebachtani*,hoc est,dereliquisti me.In Marco legitur *Eloi Eloi*,quod plerique putãt vitio factum scriptorum, vt facilè à Græcis & Latinis Hebrææ voces tanquam peregrinæ vitiantur, & Euangelistam scripsisse.vt habet Matthæus,*Eli Eli*,sicut scriptorum vitio accidit, vt in interpretatione apud Marcum semel tantùm legatur pronomen,*meus*,cùm certũ sit scripsisse,*Deus meus.Deus meus*, alioqui malè interpretatus Hebræa. At ego magis crediderim, Marcum scripsisse *Eloi*, illudq́ue singulare esse ab *Elohim*,quanquam singulare eius rarò reperiatur. Reperitur enim Abac. 1. Ab Elohim enim in singulari numero dicitur Eloi , aut potius Elohi , & sonat idem quod Eli,hoc est , Deus meus. Nec est curiosè inquirendum vtrum dixerit Dominus Eli an Elohi , cùm Euangelistis tantum fuerit curæ indicare ex Christi sermone occasionem sumptam à quibusdam existimandi illum inuocasse Eliam,quod ex vtrauis voce accidere potuit.Derelictum autem se cõqueritur Dominus,tum quòd à Deo nõ erueretur malis quibus affligebatur:tum ϕ diuinitas subtrahebat ab humanitate Christi cõsolationis riuulos,relinquens eam pati quæ naturaliter erant afflictiua.Iuxta priorem rationem frequenter se propheta Dauid derelictum conqueritur , quia humana infirmitas se tum derelictã à Deo existimat,quando desideratam à Deo nõ impetrat opem:iuxta posteriorem verò propria quadam ratione Christus se derelictum à Deo suo cõqueri potuit,qui cùm vnitam sibi haberet diuinitatem,eius tamen consolationem in carne nõ sensit diffusam. Emphasim autem habet non paruã, ϕ Dominus eum qui suus peculiariter Deus erat, se dicat dereliquisse.quasi dicat:O Deus, qui cùm omnium sis Deus,meus tamen es peculiari quadã ratione & proprtia,vt quem vnicè amo & colo, vt quid adeo me vnicum dereliquisti,qui soles adesse omnibus te inuocantibus atque colentibus, & humana omni ope atque consolatione destitutis? Quidam ergo illic stantes & audientes dicebãt ipsum inuocare Eliam, cuius apud Iudæos magna erat fama & existimatio. Hos Hieronymus arbitratur fuisse milites Romanos, qui quoniam non intellexerunt Hebraici sermonis proprietatem,eo ϕ dixit *Eli Eli*,putabant Eliam ab eo inuocatum. Id eò magis est probabile, ϕ acetũ ab vno horum qui istud dicebant porrectum,Lucas milites obtulisse dicat.Si autem quis voluerit Iudæos intellige re istud dixisse,putat D.Hieronymus illos hoc more sibi solito feciss̃e, vt Dominũ imbecillitatis infamarent.qui Elię auxilium deprecetur.Cæterùm cùm Matthæus dicat circa horam nonam Dominum sic exclamasse,Marcus dicit , hora nona,nec tamen quicquã hic est contrarietatis.Quod enim circa nonã fit,rectè dicitur recepto more loquendi fieri hora nona,propterea ϕ in tempore præcise designando non debeamus esse nimis anxij. Et ϕ hora nona iam peracta,sed non diu factum est, rectè dicitur circa nonam fieri. Cùm autem hæc gesta sint hora nona,aut circa nonã , & post hanc vocem adhuc ter Dominum constet locutum,cõstat etiam post nonam Dominum aliquandiu in cruce viuum pependisse , sicut & ante sextam aliquamdiu in cruce viuus pependit,quamuis nõ cõster quamdiu post nonã in cruce vixerit,sicut non constat quamdiu ante sextam in cruce pependerit : vnde vtrobique constat plusquam tribus horis Dominum in cruce pependisse,quod aduertere operæpretium fuerit,vt sic Dominicæ passionis acerbitatem magis intelligamus,eamq; magis intelligentes, magis etiam prouocemur ad fidendũ illi,& redamandum illum.

d POSTEA SCIENS IESVS , QVIA OMNIA CONSVMMATA SVNT, VT CONSVM.]Prouida Spiritus Sancti dispositione factũ est,vt Ioannes qui post alios Euangelistas nouissimus scripsit,hæc narraret de siti Iesu,quia alioqui nõ satis intelligi potuisset ratio narrationis Matthæi & Marci,cur scilicet quidã postquã Dominũ putabant inuocasse Eliam, obtulerũt ei bibẽdum acetum.Ex Ioãne enim patet id factum ob significatam à Domino sitim.Sciens,inquit,Iesus, quòd omnia,quæ scilicet ad passionem eius pertinebãt, consummata essent (quo significatur Dominum

nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil temerè,sed omnia ꝓuidè&passum fuisse aut fecisse)vt cum aliis etiã consummaretur scriptura
Psal. 68. quæ adhuc restabat implẽda,ea scilicet quæ dicit: In siti mea potauerũt me aceto;dicit,*Sitio*. Et verè quidem secundùm corpus sitiebat,nec mirum.Nã cùm crucifixi soleãt vehementer discruciari siti,tũ ob nimiũ in toleratis pœnis laborẽ,tũ ob sanguinem per corporis vulnera exhaustum, accessit & hoc Christo,ꝙ à cœna diei præcedentis nullum liquorem biberit,variisq; afflictionib⁹,perpetua vigilia,& frequenti huc illucq; deductione attenuatus & exiccatus fuerit.Sed cùm sitim hanc, vt alia multa grauiora,dissimulare fortitèr potuerit, voluit eam significare, vt post alia omnia etiam hoc impleretur quod scriptura prædixit,eum in siti potãdum aceto, atq; sua siti declararet humanæ naturæ & supplicij non simulari veritatem. Vas ergo erat positũ aceto plenum,idq; ad hoc vt eo potarẽtur in sua siti crucifixi,atq; aceto potati citius morerentur.Creditur enim acetum vulneratis potatũ ob eius penetrãdi vim,accelerare mortem.Id quod & Diuus Hieronymus indicat obiter,edisserens hunc locum,cùm ait,vt eum cõsopiãt. Vnde & apud Plutarchum legitur in vita M.Antonij,vinum Antonio datũ,quò celerius ex vulnere moreretur,ꝙ & illud ob similem cum aceto penetrãdi vim acceleret mortem, vt quidã annotauit hoc loco.Verùm ex morte nõ vinum,sed acetũ, quod penetrabilius est,in hunc finem paratum erat crucifixis,Deo ita prouidente propter scripturæ adimpletionem,&malitiæ Iudaicæ declarationem,atq; vt Dominus qui iam toto exterius corpore afflictus fuit,etiam in lingua & fauce aceto exacerbata pro nobis pateretur, ficq; dilueret in ligno qđ in ligno per indebitã pomi vetiti delectationẽ primi deliquerunt parentes.Itaq; cùm sitim suã testatus fuisset Dominus,mox currens vnus ex astantibus,vt habent Matthæus & Marcus,acceptã spõgiã impleuit aceto, & imponens eam calamo,dabat sic ei potum.Nã ob altitudinem pendentis nõ licebat potum dare è vasculo.Itaque spongiam ad hoc habebant paratam,vt si quis pendentium potum desideraret, oblata spongia exugere posset. Ioãnes per synecdochen dicit pluraliter illos spõ giam impletam aceto obtulisse ori eius, vt minus mirandum sit,quod supra diximus,synecdochicũs Matthæum &Marcum scripsisse,latrones blasphemasse Dominum,cùm Lucas devno id referat.Verùm nonnulla potest esse quæstio,quomodo Marcus quidem & Matthæus spongiam dicant impositam arundini vel calamo, Ioannes verò hyssopo. quidam vertit (si modò libri non sint mendosi) *Illi verò impleuerunt spongiam aceto & hyssopo, & imposuerunt obtulerunt ori eius* : vnde quidam intelligunt succum qui fuit in spongia,fuisse acetum cum hyssopo:ipsam verò spongiam nõ fuisse imposità hyssopo. At siè non posse intelligi manifestum est ex Græcis,quæ habẽt,οἱδὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους,καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες,vbi patet dictionem ὑσσώπῳ nõ construi cum participio πλήσαντες sed cum περιθέντες, sicut cum eodem participio construitur apud alios Euangelistas datiuus καλάμῳ. Vnde satis patet,Ioãnem per dictionem,hyssopo,significasse genus calami cui spongiã imposuerunt, nẽpe quòd fuerit calamus hyssopi, quem ibi fortè ad manum repererũt,vt interpretatur Euthymius. Verisimile enim est, hyssopi calamũ in illis regionibus altiorem esse & fortiorem quàm apud nos, & alioqui non est putandum altitudinem crucis fuisse tãtã, vt opus fuerit longa arundine.Theophylactus tamen videtur sensisse etiam hyssopum datum Christo in potum,quanquam & posteriotis etiam meminerit sententiæ.Aceto,inquit,eũ potãt,id quod condemnatis faciebant.quia & hyssopum propter hoc aderat, vt lethale. Quidam autem hyssopum dicunt calamum, talis enim est summitas calami. Hæc ille.Cæterùm maior est in eo quod sequitur quæstio de cõcordia narrationis inter Matthæum & Marcum.Matthæus enim dicit cæteros ei qui acetum obtulit dixisse:*Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.* Marcus verò eum qui obtulit dixisse scribit:*Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum.* Ad quod primò cum Augustino & Euthymio dici potest vtrumque factum, & illos scilicet & hunc similia dixisse:& illos quidem prohibere voluisse ne acetum offerretur, ne per aceti potationem accelerata mors præueniret aduentum Eliæ, vt verbum,*sine*, positum sit pro desine & cessa:hunc verò exegisse ne prohiberetur acetũ offerre, vt ne per sitim accelerata morte, Christus eriperetur subuentioni Eliæ, quam facilè credere potuerunt adfuturã propter tenebrarum visum miraculum. Itaque in huius verbis,*Sinite*,accipiendum est pro permittite,& nolite prohibere. Verùm dum quædam diligenter perpendo, facilè induci possum vt credam locum hunc apud Marcum depraua tum. Cùm enim historiam Dominicæ passionis [illegible] lum eodem cum Matth.seruato ordine,sed etiam eisdem penè semper verbis describerit,verisimile est & hic ipsum idem fecisse,vt & hic scripserit licut habet Matth.εἰσθὲ λοιπὸν ἐλεγομεν ἄφες:cumq;fortè deessent illa verba.εἰσθὲ λοιπὸν,scriptor ἐλεγομενα misit in λεγωμ.& ἄφες in ἀφῖτε.Quomodo enim oblator aceti voluisset non prohiberi ab oblatione, vt videri posset nũ vẽturus esset Elias ad liberãdũ eũ, cũ aceti potatio ad mortis faceret acceleratione, non autẽ dilationẽ?Quomodo itẽ Marcus dixisset hũc dixisse.*Sinite*, hoc est,permittite,cũ nõ inducat eũ prohibitum ab aliquo?Hęc autẽ dicta sint citra alicuius melioris sententiæ prẽiudicium.Porro vt in aliis omnibus quæ Christus passus est,mysteriũ aliquod subesse intelligitur:ita & in hac aceti oblatione nõ fuerit superuacaneum,ad exemplum patrum,mysticum quid significatum accipere.Et primò quidem hic rectè intelligimus insinuatum,ꝙ cùm Christus Iudęorũ sitierit salutem,qua siti magis laborabat quã corporali, illi Christo pro vino bonorum operum,quo refici potuisset,nihil aliud obtulerũt quã acetũ variarum pœnarũ quib⁹ eum affecerunt:acetum itẽ inuidiæ & odij,qđ in corde suo quasi in spõgia cauernosa & tortuosa gerebãt occultatũ.Hæc spõgia cordis fraudulenti imposita fuit arundini, quæ vento agitatur in omnẽ partẽ, & cui quis ob infirmitatẽ tutò fidere & inniti nõ possit,vanis scilicet Iudæis,fallacibus,& qui quouis impetu suarum passionum rapiebãtur.Iucundè & fructuosè secundùm moralem sensum philosophatur Origenes, in vino felle mixto qđ prius Domino fuit oblatũ,& in aceto,quod postea fuit exhibitum.Forsitã(inquit)quicunq; secũdùm doctrinã Ecclesiasticam sapiunt,viuunt autem malè, dãt ei vinum bibere felle permixtum. Qui autem alienas àveritate sententias applicãt Christo,quasi eas dicenti,hi spongiã aceto implentes imponunt calamo scripturæ,& offerũt ori eius,Hæc ille.Iam eũ in singulis quæ Dominus passus est,etiã intelligendum

gendum sit mysticum aliquid quod ad nostrã per tineat redemptionẽ,à Christo promeritum,sicut vinculis suis promeruit nobis liberationem à vinculis nostris,& ita in aliis:sic & sua siti intelligendum,ipsum promeruisse nostræ restinctionẽ sitis, quæ pro aceto acerbo restinguit dulcissimo vino sanguinis Dominici,quod pro Iudaica fraudulẽti cordis spongia exugitur è corpore Domini.Id enĩ vult spongia inebriata, plenũ fuit succo gratiarũ spiritus sancti:verùm huius plenitudo non apparuit,nec exundauit ĩ nos,nisi posteaquã velut spõgia pressum fuisset in cruce,cui tanquã calamo,& calamo hyssopi,spõgia hæc sacrosancta fuit imposita. Crediderim enim vel ob id hyssopi Ioannem specialẽ fecisse mẽtionẽ,cùm alij tantùm arundinẽ expresserint,ꝙ hyssopus in lustrationibus veteris
Psal. 50. legis adhiberi solita fuerit,nõ sine significatione passionis Dominicę,ita vt ob id dixerit propheta: Asperges me domine hyssopo,& mũdabor.Et hęc de mystica potationis Christi intelligẽtia.Cùm ergo accepisset Iesus acetũ,vt significaret quare se sitire professus esset,quódq; nõ præter expectationẽ acetum accepisset,dixit sextum verbum:*Consummatũ est*;id scilicet qđ adhuc implendum restabat, & qđ adhuc secundũ prophetiæ prædictionẽ sciui consummandum,ac quicquid ante mortẽ meã implẽdum fuit.Verbum hoc,breue licet,verbum est consolationis plenum,quod qui probè intelle xerit,aqueis desperationis securus erit.Si enim cõsummatum est quicquid vbique erat propheticorum oraculorum de mysterio passionis,cõsummatum ergo est opus redẽptionis humanæ:quod qui credit,neutiquam desperauerit.

IESVS AVTEM ITERVM ICLAMANS VOCE MAGNA,AIT:PATER,&c.] Clamauerat semel in cruce Dominus voce magna,cùm scilicet diceret exꝑsalmis:*Deus meus, Deus meus, vtquid me dereliquisti?* Iterum autẽ voce magna clamauit iamiam traditurus spiritum. Quæ autem fuerit hæc vox aperuit Lucas,nimirum illud etiam ex Psalmis desumptum:*Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Cùm enim vehementia passionis naturam humanam ad vitæ periodum propemodũ adigeret,&omnia impleta essent quæ implenda erant, animam suam vltro ponere voluit, sic vt eam se propediem resumpturum significaret. Priùs enim non conueniebat ipsum animam ponere,ne nõ implerentur omnia quæ spiritꝰ prædixerat,& ne verè mortuus non crederetur.si ante mortuus fuisset,quàm passionis vehemẽtia videri probabiliter poterat ipsum ad vitæ finẽ adduxisse.Cùm iam ergo conueniẽs mortis aduenisset tẽpus,mortuus quidem est,sed sic vt animam suam vltrò se ponere,& eandẽ se recepturum significaret.Variis em̃ modis significauit se vltrò animam ponere:primò,quia(vt habet Matthæus)clamans voce magna emisit spiritum,qđ tamen nõ sic est accipiẽdum,quasi simul & clamauerit,& emiserit spiritum,at qinter clamandũ expirauerit. Græcis enim pro participio præsẽtis temporis *clamãs*, est participium præteriti temporis.κράξας.id est,cùm clamasset,vt significetur post clamorem mox emisisse spiritum.Quod ipsum mirũ valde fuit,& parum ex cõmuni hominum, maximè crucifixorũ, more,vt mox à clamore moreret.Vnde Centurio admiratus dicitur apud Marcum quòd sic clamãs expirasset,vbi pro *clamans*,rursum participium est prẽterium κράξας,hoc est,quòd sic emisso clamore expirasset.Deinde quòd mortuus est ante alios latrones, & ante tẽpus quo mori solebãt crucifixi, ita vt Pilatus miraretur etiã postea quòd mortuus diceretur.Præterea quia mortuus statim est postquam dixisset:*Consummatum est*,vt significat Ioannes. Id enim est argumento quòd mori noluerit priusquã omnia consummata essent, voluerit autem post omnium consummationem.Postremum idem significauit dicendo : *In manus tuas commendo spiritum meum.* Quod enim in manus alicuius commendamus,vltrò apud eum deponimus , resumpturi ab eo vbi visum fuerit. Vnde his verbis etiam significatur, quòd positam vltrò animam rursus esset recepturus,iuxta illud quod priùs dixit.Potestatem habeo ponendi animam meam,& potestatem habeo iteram sumẽdi eam. Nemo tollit eam à me:sed ego pono eã à meipso. Est enim hic pro,*commendo*,verbum παραθήσομαι, quod sic cõmendare significat , veluti commendatur depositum seruãdum,ac suo reddendum tempore, cùm propriè significet,apud aliquem pono.Et sciendũ, Græcis non esse verbum præsentis temporis,*commendo*,sed futuri,παραθήσομαι,hoc est,commendabo,siue deponam , quomodo & Hebraica veritas & translatio Septuaginta habet in Psalmo 30.vnde hæc verba à Christo desumpta sunt.Et optimè cõuenit futurum tempus,quia sic prædixit se moriturum antequam moriatur, & est sensus:Pater, quoniam iam omnia impleta sunt quæ implerivo luisti, ego iamiam in tuas manus commẽdabo atque deponam spiritum meum.Itaque quod se facturum his verbis prædixit,id mox præstitit,cùm his dictis mox inclinato capite tradidit spiritum, vt habet Ioannes,aut,vt habet Matthæus , emisit spiritum. Quibus verbis etiam satis Euangelistæ insinuauerunt vltroneam Christi mortem. Nam, vt annotauit Theophylactus, in nobis fit contrarium,quia primùm expiramus, & deinde inclinatur caput.Dominus autem priùs inclinauit caput, deinde expirauit.manifestans quòd dominus fuerit mortis,& omnia secundùm potestatem fecerit. Propterea cũ de aliis dici soleat quòd dormierint, aut obdormierint,de Christo dicitur,quòd tradiderit & emiserit spiritum,vt cui id propriè conuenit. Tradimus enim & emittimus quod in nostra est potestate,si modò propriè sit loquẽdum. Non tradimus autẽ nec emittimus quod à nobis vi tollitur , & eripitur. Commodum est fideles è viuis excedentes verba hæc itidem dicere : *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Sed vt hæc verè& salubriter dicere possint , Christum imitando , filios etiam se patris exhibeant,quandoquidem cauillum est,cum cuius mores ac voluntatem auerseris,te patrem appellare.Ex prædictis tamen intelligi facilè potest,aliter nos animas nostras commendare patri cœlesti , quàm hoc fecit Christus. Hic onim animam suam patri commendauit,tanquam depositum quoddã , quod vltrò apud eum posuit,mox resumpturus.Nos verò Christi merito fidentes,patris nos præsidio cõmittimus,& benignitati, cupientes vt animam nostram nõ sinat venire in manus hostis nostri,sed eã in suam tutelam & gratiã suscipiat.vnde bene Stephanus moriturus dixit:Domine Iesu accipe spiritũ meũ.Nõ dixit:Do tibi aut cõmendo tibi,sed accipe,tanquã quod nõ in sua,sed in illius esset potestate, quodque illius egeret benignitate:quãquã & nos in simili,quo Christus,sensu dicere possimus ex fiducia

resur

Universidad de Deusto
Biblioteca

resurrectionis: Pater in manus tuas, hoc est, apud A
te, & in tuam custodiam deponam iam lubēs spiri
tum meū, ita vt per spem resumendi illū aliquan
do, in pace cum Christo dormiā & requiescā. Ad
hortatur & Petrus fideles ad commendādum ani-
1. Petr. 3. mas suas Deo, dicens: Qui patiuntur secūdùm vo
luntatem Dei, fideli creatori commendent animas
suas in benefactis; vbi pro, commendent, etiam est
verbum παρατίθημι, vnde significat eos qui malè af-
ficiūtur, debere per opera pietatis animas suas cō
mendare & deponere apud Deum, eāsque illi cō-
mittere, qui cùm sit fidelis, suo tēpore sit reddi-
turus expectatā fœlicitatem. Cæterū salutare admo-
dum & efficax nobis fuit, q nunc Christus in ma-
nus patris spiritum suum cōmēdauit. Antè enim
spiritus hominum etiam iustorum, in manus Dei B
patris deponi nó potuerūt, sed à manu inferni &
mortis violenter detinebātur captiui: ac postquā
venit is qui mortis nequaquā reus, ab inferno tè-
neri non potuit, & ob id in manus patris cœlestis
spiritum suum deponere potuit, per ipsum liberta
tem consequuti sunt ab inferno, & in manus pa-
tris ascendunt quotquot fidunt in illum. Notādū
& illud, quàm conuenientia hæc verba fuerint ei
qui seipsum iam in cruce obtulit Deo sacrificium.
Sacrificantis enim est, manibus Dei aliquid offer-
re quod ab eo recipiatur & acceptetur. Itaq; Do-
minus patri offert acceptandum spiritum suum,
Psal. 50. quale sacrificium propheta Deo gratum significa C
uit, dicens: Sacrificium Deo spiritus cōtribulatus.
Iam & obseruandum cōueniens tempus à Christo
delectum suo sacrificio. Hora nona enim, aut mox
post eā, hoc est, vespera quæ à nona incepit apud
Iudæos, tum tradidit spiritum, quando & immo-
lare iussi erāt agnum paschalem, & quotidianum
sacrificium in templo immolabāt, ita ob id hora
nona diceretur hora orationis, vt patet Act. 3. Ita-
Psal. 40. que in Domino impletum est illud Psalmistæ: Ele
uatio manuum mearum, sacrificiū vespertinum.

[1] ET ECCE VELVM TEMPLI SCISSVM EST MEDIVM IN DVAS PARTES, &c.] Post ignominiam mortis secuta sunt va
ria quæ crucifixi demonstrauerunt virtutem & di
gnitatem, quæq; ad eius pertinuerunt gloriā, iux- D
Iob. 22. ta illud Iob: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.
Quæ enim modò sequuntur, cōtigisse post mortē
videntur, propterea q Matthæus postquā dixisset
Dominū emisisse spiritum, subiiciat cū aduerbio
demonstrandi: *Et ecce velū templi scissum est*, quasi si-
gnificare volens quid deinde factum sit, vt colligit
D. Augustinus. Et quidem Christo adhuc in cruce
viuente, prodigia magna sunt facta, quæ ad illius
faciebant gloriam, quia tenebræ factæ sunt super
terram, & sol mirabiliter est obscuratus. At ea si-
gna ideo ad Christi faciebant solùm aut potissimū
gloriā, quia declarabant facti Iudaici detestationē.
Hæc verò quæ facta scribuntur post mortem, non E
ideo solùm ad Christi faciunt gloriam, quia dete-
stabile Iudæorum declarāt factum: sed & quia ef-
ficaciam virtutemq; passionis ac mortis Christi in
sinuāt. Sunt autem quatuor miracula, quorū pri-
mū tres simul commemorāt Euāgelistæ, tria verò
alia solus Matthæus describit. Est ergo primum, q
velum templi scissum est mediū in duas partes à
summouisque deorsum. Cuius prodigij varię ratio
nes cōuenienter assignari possunt. Et imprimis qua
tenus hęc signa, sicut tenebræ declarare intelligū-
tur detestabile Iudęorū facinus, scissionis veli, hæc
est ratio, vt indicauit Theophyla. q sicut mos erat
Iudæis ī blasphemiis cōtra Deum scindere vestes,
ita nunc quoq; diuinum tēplum, quasi ægrè ferēs
Christi mortē, discrupit suam vestē, hoc est, velum.
Quatenus verò hæc signa mortis Christi efficaciā
designant, ad quod potissimum videtur diuinitus
adhibita, scissum veli templum significat primùm
quòd templum inaccessum priùs & nunquam vi-
sum, cuius intima velū secludebat, morte Christi
prophanaretur & solueretur, & proinde quòd car
nalis lex cum suis sacrificiis omnibus iam finē ac
ciperet, iuxta vaticinium Danielis: In dimidio heb Dan. 6.
domadis deficiet hostia & sacrificium, & erit in tē
plo abominatio desolationis. Vnde Paulus morti- Rom. 7.
ficatos nos dicit legi per corpus Christi. Significat
secundò, q iam reuelāda erant omnia legalia, quæ
priùs litera vt velamento quodā erant cooperta,
& quæ priùs obscura erant, & ænigmatib. plena,
manifestanda nunc essent, ī Christo impleta: ita vt
ethnici possint oculos mentis in legis arcana in-
tendere. Significat tertiò, viam ad videndum sācta
sanctorum (hoc est, cœlestia, quæ, vt habet paul. ad Heb. 9.
Hebræos, ipso velo significabitur nōdum esse pro
palata, quādiu priùs tabernaculum suum haberet
statum) iam esse aperta morte Christi, sublato ve-
lamēto peccati, quod humanū genus seperauit à
Deo, & facie Dei nobis abscōdit, iuxta illud Isaiæ:
Ecce, iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deū Isaiæ 59
vestrū, & peccata vestra absconderunt faciem eius
à vobis. Cæterùm duo vela fuisse in templo dixit
Origenes: vnum scilicet in ingressu templi, alterū
int' coram propitiatorio: atque illud quidē priùs
intelligit scissum fuisse, alterum verò interius inte
grum permansisse, in signum quod per aduētum
Domini & mortem eius, cōscisso velamine legis,
mysteria legis publicentur, quæ vsque ad eius ad-
uentum fuerant occultata, sed quòd necdum nos
hic penitiora Dei arcana videamus & cognosca-
mus. Cùm autē venerit quod perfectum est, tunc
auferetur (inquit) etiam secūdum velum, vt videa 1. Co. 13.
mus etiam quæ interius sunt occulta, verā scilicet
arcam testamenti, & sicut ipsa se habet natura, vi-
deamus Cherubin & alia. Verùm quanquam hæc
mystica tractatio non sit iniucunda, tamen funda-
mentum eius est debile & improbabile. Nō enim
in tēplo Salomonis videntur fuisse duo vela, sicut
in tabernaculo, sed vnum tantùm quod scilicet erat
coram propitiatorio, ga pro priori erant ostia &
portæ tēpli. Quod si fuissent plura templi vela, nō
debuissent Euangelistæ tam indistincte dicere: *Et
velū templi scissū est*, sed in specie explicuisse de quo
loquerentur. Nunc autem dicentes: *Et velum tem-
pli scissū est*, significant satis vnum fuisse de quo qđ
dicunt intelligi debeat. Porro D. Hieronymus in
Euangelio Nazarænorum etiam aliud prodigium
simile huic in templo gestum describi commemo
rat, nempe quod superliminare templi infinitæ
magnitudinis fractum sit atque diuisum. Secun-
dum prodigium ab Euāgelista Matthæo narratū,
ex terræ motu, qui & ipse, sicut & qđ sequitur de
scissione petratum, sinuabat detestabile Iudæorū
factum & q creaturæ Domino suo patienti cōdo-
lerent, atq; quodāmodo indignarentur Iudæis. So-
let em in scripturis terræ motus, Dei indignationē
& ità nonnunquā designare. Itaq; impletum ia in
Christo illud Psalmi: Circundederunt me dolore. Psal. 7.
mortis, & torrentes iniquitatis cōturbauerunt me.
Dolores inferni circundederūt me, præoccupauerunt

rūtme laquei mortis. In tribulatione mea inuoca A
ui Dominū, & ad Deū meū clamaui. Et exaudiuit
de templo sancto vocē meam, & clamor meus
in conspectu eius introiuit in aures eius. Com-
mota est & cōtremuit terra: & fundamenta mon
tiū cōturbata sunt & cōmota sunt, quoniam ira
tus est eis. Quatenus verò hęc signa dominicę pas
sionis efficaciā designābāt, primùm hic terręmo
tus significabat orbis innouationē, & nouū mūdi sta
tū ex Christi morte prouenturū. Scriptura em (in
qt Theophylactus) terręmotū ī rerū alteratione
posuit. Sic in traditiōe legis veteris, mota dicitur
terra à facie Domini. Deide significabat, terrenos
homines ex prædicatiōe mortis Christi cōmouē
dos ad pœnitentiā & admirationē stupēdæ beni B
gnitatis. Sic & petrarū scissio, quę tertiū est signū,
portēdebat lapidea gentiū corda, emollita sāgui
ne Christi, diuidēda, & susceptura semē veritatis.
Vnde hic terræ motus atque petrarū scissio etiā
cōfutauit obstinatione Iudęorū, vt qui creaturis
cōmotis, & gentib. ad pœnitentiā cōuersis, obsti
nati perseuerauerunt in sua impietate, tāquā du
riora petris corda habētes. Quartū prodigiū om
niū maximū fuit, q monumēta aperta sūt, atq; ex
eis multa corpora sāctorū, hoc est, fideliū q dor
mierāt, surrexerūt. Atquidē monumēta apertasūt
in ipsa morte Domini: cęterū ī ipsa primùm resur
rectione Domini videtur corpora illa sanctorū ex
mōumentis surrexisse, qa Matth. dicit q exeun C
tes de monumētis post resurrectionē ei', venerūt
in sanctā ciuitatē. Nō enim conueniebat vt ante
Christū resurgerent, & appareret, quia Christus
primitiæ est dormiētiū, & primogenitus ex mor
tuis. Factū est autē istud prodigiū tum in cōfirma
tionē resurrectionis Christi, tū ad significādā vir
tutē mortis Christi, q scilicet per eā sancti qui in
inferno detinebātur captiui, libertatē assequeren
tur, & qui in peccatis suis mortui iacebāt ad vitā
gratiæ reuocandi essent, quódq; oēs tandē sancti
è sepulcris exeuntes, fœlici cū Christi donandi es
sent corporū resuscitatione. Dubiū autē est vtrū
isti qui iā resurrexisse dicunt, resurrexerit ad vi D
tā immortalē sicut Christ', an resurrexerīt sicut
Lazarus rursū morituri. Veteres ferè sētiūt eos
rursum obdormisse, postquā testimonium resusci
tato Domino perhibuissent multis illis quib. ap-
paruisse dicuntur. Recētiores verò fere existimāt
eos sicut Christū ad immortalē vitā resurrexisse,
q alioqui nō videantur fuisse certi & firmi testes
resurrectionis Christi, quódq; alioqui nō fuissent
illis beneficiū ipsorum resurrectio, qa maius illis
fuisset tormētum, si iterū fuissent ipsis moriēdum,
quàm si nō resurrexissent. Hanc sētentiā iuuare
nō parum videtur, quòd nō quibuslibet, sed mul
tis apparuisse dicātur, vt hi, inquit D. Hieronym. E
viderēt qui cernere merebātur. Vnde videtur eo
rū resurrectio fuisset talis qualis fuit Christi, de
quo dicit Petrus, quòd Deus dedit eū manifestū
fieri non omni populo, sed testib. pręordinatis à
Act. 10. Deo. Alioqui enim si resurrexerunt sicut Lazarus
ad vitā mortalē, passim quibuslibet apparuissēt
sine discrimine, sicut Lazar'. Dicūtur aūt isti ex
monumētis exeuntes venisse in sanctā ciuitatē,
nēpe Hierusalem, quia monumēta apud Iudæos
omnia erant extra ciuitates.

[b] VIDENS AVTEM CENTVRIO, b QVI EXAD. &c.] Christi mortem nō tantùm mox se
cuta est glorificatio à creaturis ratiōe carētibus,
sed per eas deinde secuta est & glorificatio à crea
turis rationalibus, hominib. scilicet, idq; ab vtro
que populo, gētilissimul & Iudaico. In quo vtroq;
populo nó tātùm fuerunt signa illa prædicta effi
cacia ad ingerēdum illis cognitionem sceleris in
Christū admissi, sed etiā impleri cœptū est quod
signa illa portendebant. Iā enim terra cordis ho-
minum etiā cœpit moueri, & lapidea hominum
corda scissa sunt, & q verè in anima mortui erāt,
surgere cœperunt p agnitionē sceleris, & rectę in
Iesum fidei confessionē. Cēturio enim homo gē
tilis, qui è regione crucifixi stabat, seruāsillū cùm
suis, vidēs (inquit Lucas) quod factū fuerat, hoc
est vidēs, vt habet Marcus, q magna emissa voce
expirasset, viso etiā terræ motu, vthabet Matth. &
aliis, pdigiis quę tū fiebāt, gloriā dedit Dei verita
tē cōfitendo, dicēs, vt habet Lucas: *Verè hic homo
iustus erat*. Nec hoc tantùm dixit, sed & quod am-
plius erat: *Verè hic homo filius Dei erat*, vt habet
Marcus. Itaq; & humanitatem eius, eamq; inno-
xiam & iustam confessus est diuinitatem. Nec
ipse tantùm, sed & milites qui sub ipso & cū ipso
erāt custodiētes Iesum, vt habet Matthæus. In his
ergo prędudium iā fuit secuturæ fidei gētium, ac
īsinuatum gētes deinde Iesum & verè iustum ho
minē, & verè Dei filium synagoga tacente, liberè Actuum
prędicaturas. Et tamē etiā ī Iudęis hæc signa fue 10.
re efficacia: quia, vt refert Lucas, omnis turba eo
rum qui aderāt simul ad spectaculū istud, & vide
bant quæ fiebāt, percutiētes pectora sua reuerte
bātur. Percutiebāt autem pectora sua dolētes de
admisso scelere, partim quidē cum vera pœniten
tia & facti detestatione partī verò ex metu vltio
nis alicuius grauis secuturæ. Itaq; hic Iudęorum
dolor prædudium fuit verę pœnitētiæ quæ in die
Pētecostes in plerisque est perfecta, quādo audi
ta Petri cōcione cōpuncti sunt corde, vt est Act.
2. Annotauit autem Beda, q gentiles Deum ti-
mentes aperta cōfessionis voce Deū glorificaue
runt: Iudæi verò percutientes tārum pectora silē
tes, domū reuersi sunt. In quo designatū est, in gē
tib. plus inueniēdū bonę mentis & perfectionis
quā in Iudęis, q sibi prę cęteris sanctimonię lau
dē vendicabant: & gentes de more Domini gau
suras, Iudęos verò obeā plācturos, vt modò faciūt.
Cęterùm pręterduplex hoc hominū genus vnde
mortuus Dominus glorificatus est, qab vtroque
pendens in cruce viuus fuit blasphematus cōme
morāt Euangelistæ tertium hominū genus circa
crucem adfuisse, qđ & viuo, & mortuo semper be
ne fuit affectū, mulieres scilicet quę ipsū secutæ
erāt è Galilęa, nę vt priùs singularē erga dominū
declarauerunt affectū sequēdo illum assidue etiā
Galilæā exeuntē, & ministrādo illi suis obsequiis
& facultatibus: ita & nunc declarauerunt, dum fu
gientibus Apostolis circa cruce nō verentur asta
re. Id enim singularis fuit in Iesum affectus, quan
quā huic affectui metus aliquis cōiunctus fuit,
ppter quē dicuntur ab Euangelistis steisse à lon
gę, qđ ideo verisimile est, Euangelistas tā distincte
explicuisse, vt insinuarēt iā impleras quasdā scri
pturas, quæ simile qđ prædixerūt: vt illud psalmi,
Amici mei & proximi mei aduersum me appῖπν Psal. 37.
quauerunt, & steterunt, & q iuxta me erāt de lō
gè steterunt. Porro q ea mulier, quā Matth. vocat
matrem filiorum Zebedæi, ipsa sit quam Marcus
vocat Salome, supra ostēsum est in c. 104. cō sen-
tientibus omnibus veteribus Latinis & Græcis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

APERITVR EIVS LATVS, ET SEPELITVR HONORIFICE

Matthæi 27. marci 15. Lucæ 23. Ioan. 19. CAP. CXLIIII.

[d] VDæi ergo (quoniã parasceue erat) vt nõ remanerẽt ī cruce cõrpora sabbatho (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerẽtur. Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit, quia vera dicit, vt credatis: facta ſunt enim hæc vt ſcriptura impleretur: Os nõ comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit, Videbunt in quem tranſfixerunt: Poſt hæc autem †[e] cùm [b] iam[a] ſero factum eſſet (quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbathum) [c] & ecce [e] venit △ homo [a] quidã diues [d] ab Arimathea ciuitate Iudææ, nomine [d] Ioſeph, [c] qui erat [b] nobilis [b] decurio, [c] vir bonus & iuſtus, [a] qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu, [c] hic nõ conſenſerat conſilio, & actib. eorum, ‖ [b] qui expectabat & ipſe regnum Dei. [d] Hic [b] audacter †[f] introiuit ad Pilatum, [d] & rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathea (eo quod eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum) [f] & petiit, [d] vt tolleret corpus Ieſu. [b] Pilatus autẽ mirabatur, ſi iã obiiſſet. Et accerſito Cẽturione interrogauit eum ſi iã mortuus eſſet. Et cùm cognouiſſet à Cẽturione, [a] tunc Pilatus [b] donauit corpus Ioſeph, [d] & permiſit Pilatus [&] [a] iuſſit redd i corpus. [b] Ioſeph autem mercatus ſindonem, [d] venit* & tulit corpus Ieſu, [f] & [b] deponẽs eum, [a] accepto corpore Ioſeph [b] inuoluit [a] illud [c] depoſitum [a] in [f] ſindone [a] munda, [f] & poſuit †illud in monumento [a] ſuo nouo, △ [f] quod excíderat [c] in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. [d] Venit autẽ & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturã myrrhæ, & aloes, quaſi libras cẽtum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autẽ in loco, vbi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumẽtum nouum, in quo nondum quiſquã poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumẽtum, poſuerunt Ieſum. [c] Et aduoluit [Ioſeph] ‖ ſaxum [e] magnum [c] ad oſtium monumẽti, [a] & abiit. Erat autẽ ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedẽtes contra ſepulcrum. [b] Maria autẽ Magdalene, & Maria Ioſeph aſpiciebãt vbi ponerẽtur. [c] Et dies erat paraſceues & ſabbathum illucſcebat. Subſecutæ autẽ mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumẽtum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius. Et reuertẽtes parauerunt aromata & vnguẽta, & ſabbatho quidẽ ſiluerunt ſecundum mãdatum. [a] Altera autẽ die, quæ eſt poſt paraſceuẽ, conuenerunt principes ſacerdotum & Phariſæi ad Pilatum, dicẽtes: Dñe recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuẽs: Poſt tres dies reſurgã. Iube ergo cuſtodiri ſepulcrum vſq; in diẽ tertium, ne forte veniãt diſcipuli eius, & furẽtur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiã, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

†b. Et cùm ſero a. cùm autem ſero a. c. vesperaſcit ‖ b qui & ipſe erat expectãs ſuccelſit

* ergo †b. eum a c. cruce

b quo decrat excerſum de

‖ b. c. lapidem

IVDÆI ERGO, QVONIAM PARASCEVE ERAT, VT NON REMANERENT. [A] Præter prædicta etiam aliis modis variis ſecuta eſt Chriſtum iam mortuũ gloria. In hoc enim capite triã commemorãtur, quę inſigniter ad Chriſti fecerunt gloriam, lateris ſcilicet apertio, Iudæorũ facta procuratione, honorifica eius ſepultura, atq; ſolicita ſepulcri munitio. Quod ergo ad primùm attinet, dicit Ioannes Iudæos rogaſſe Pilatum, vt crucifixorũ frangerẽtur crura, quò ſic citius mortui tolli poſſẽt à cruce quãdiu eſſet paraſceue. Id autem eos feciſſe dicit propter religionem & honorem ſabbathi inſtãtis, vt ne in ſabbatho, & ſabbatho tali, quod ob incidentem ſimul paſchæ ſolẽnitatem iam duplex erat feſtum, remanerẽt in cruce corpora ſceleratorum, quaſi per ea feſti celebritas dehoneſtanda eſſet, eaq; conſpectu ſui diẽ feſtum funeſtarent. Qua in re rurſum videre licet & præpoſteram & ſimulatam eorum religionẽ. Præpoſteram quidem, quia cùm innoxium, bene meritum non dubitauerint impiis modis adigere ad crucẽ, nihil detetriti à tam immani ſcelere feſti religione, de tollendis è cruce corporibus anxiè religionis gratia laborabant, camelum vbique glutiẽtes, culicem autem colantes. Simulatam verò, qa id eos nõ ex diligenti legis cura, feciſſe hinc patet quòd ſabbathi inſtantis prætexebant feſtiuitatẽ, cùm ſecundùm legem, etiã ſi ſabbathi dies nõ inſtitiſſet, corpora crucifixorum ante ſolis occaſum [B] deponẽda fuerit. Dicitur enim Deuter. 21. Quãdo peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo: nõ permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadẽ die ſepelietur, quia maledictus à Deo qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terrã tuã. Sed bene hanc legem nõ præferunt ſuę petitioni, Deo ita diſponente, quia ſecũdùm veritatem lex illa ad Chriſtum nõ pertinuit, quoniam nõ peccauit quod morte plectendũ erat. Quatenus autem ſecundùm exiſtimationem hominum lex etiam ad ipſum pertinuit, ſecũdùm quam D. Paulus illud: Maledictus qui pendet in ligno; applicat Chriſto, conueniebat vt inſcij & aliud agentes implerent quod in ea dicitur; Nõ permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eodẽ die ſepelietur. Vt ergo nõ ex vero legis tuẽdæ ſtudio certum eſt eos Pilatũ rogaſſe corporum à cruce ſublationẽ, ita probabile eſt metu potius & pudore ad hoc petendum commotos fuiſſe, quã ſyncero religionis ſtudio, nimirum quia prodigiis apparentibus conturbati ſibi malè metuerunt à populo, & in cõſcientia ſua pudefacti non pertulerũt corpus Ieſu diutius oculis [C] hominum eſſe conſpicuũ. Itaq; qui priùs ira & invidia accẽſi Pilatũ rogarũt vt Chriſtũ tolleret ex oculis hominum crucifigẽdo, clamãtes: Tolle, tolle, crucifige eum, eidem pudore ſuffuſi eũdem rogant vt illum tollat ex oculis hominũ, cruci auferendo, ignoranter operãtes per diuinam in eis operationem

rationem, ad promouẽdum Chriſti gloriam. Primũ enim per hanc Iudæorum ſolicitationem effectum eſt, vt ſcripturæ quędã quæ erãt de Chriſto ſingulari & eximio modo adimplerẽtur, & adimpletæ agnoſcerentur à fidelibus. Secũdò per eam factum eſt, vt in lateris apertione & in ſigne miraculũ, & ſalutare æderetur myſterium, quo efficacia paſſionis Chriſti fidelib⁹ innoteſceret. Itaque cùm Pilatus Iudæorũ annuiſſet petitioni, milites ex præcepto Pilati venerunt parati ad omnem in clementiam, & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum illo. Ad Ieſum antẽ cùm veniſſent & vidiſſent eum iã mortuum, non fregerunt eius crura: ſed vnus militum inſolẽtia quadam militari, lãcea latus eius aperuit, quò certior eſſet mors Ieſu, & ecce ſtatim è latere ‚pfluxit [B] aqua & ſanguis, Deo militarem petulãtiã conuertente in grãde miraculũ & inſigne myſteriũ. Miraculũ enim magnũ fuit, ſanguinem è corpore mortuo ‚pfluxiſſe: & quoniã quis dicere poſſet, vitalẽ adhuc aliquam virtutẽ fuiſſe in corpore, omnem cõtroverſiam de miraculo tollit aqua ſimul cũ ſãguine profluẽs vt à ſanguine diſtinctè agnoſci poſſet. Miraculũ autẽ hocnũc ob ſalutare aliquod myſteriũ inſinuãdũ fidelibus, eſt diuinitus æditũ. Et primò iſtud factum eſt in teſtimoniũ verę humanitatis à Chriſto ſuſceptę. Sic enim intelligitur 1. Ioan. 5 ad idem Ioannes dicit, tria eſſe quæ teſtimoniũ dant in terra, ſpiritum, aquã, & ſãguinem, nempe quod anima Chriſti eũ clamore magno emiſſa, & [C] aqua cũ ſanguine profluens è latere iã demortui, teſtimoniũ perhibeãt humanitati eius: ſicut tres ſunt in cælo q teſtimoniũ perhibẽt diuinitati eius, pater, verbum, & ſpiritꝰ ſanctus. Spiritus enim à Chriſto traditꝰ declarauit eum habere animã ſicut reliquos homines. Aqua verò cũ ſãguine profluens oſtẽdit ipſum verum habere corpus, non fantaſticũ aut aereũ, ſed cõpoſitum ex quatuor elemẽtis, quorũ vnũ eſt aqua: & cõpoſiti ex quatuor humoribus, quorũ vnus eſt ſanguis. Sic enim myſterium hoc tractat D. Thomas parte tertia, quæſt. 74. artic. 7. Secundò, fluxus ille aquæ & ſanguinis indicio fuit efficaciæ paſſionis Chriſti, idq; dupliciter: Primò enim deſignatũ eſt, quòd mors eius efficaciter valeat ad abluẽda & purgãda hominum peccata. Aqua em̃ ad ablutiones valet, ſed [D] quia aqua ſola ad abluendas hominũ mẽtes ineficax eſt, aquæ ſanguis adiunctus eſt, quo fiebat in veteri lege peccatorũ expiatio, vt intelligamus in aqua baptiſmali ad ablutiones mẽtiũ cooperari ſãguinẽ Chriſti, vnde baptiſmus ſuã habet efficaciã. Hoc ſanè myſterium hic deſignatum, inſinuare videtur ipſe Ioannes dicens loco prædicto de Chriſto: Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinẽ Ieſus Chriſtus, non in aqua ſolũ, ſed in aqua & ſanguine. Quo ſignificare videt è latere Chriſti ideo aquã fluxiſſe & ſãguinẽ, quòd intelligeremus ipſũ nõ veniſſe ſicut venerat Ioãnes baptizans tãtùm in aqua, ſed in aqua baptiſmatis ſuos nos ſãguine efficaciter mundare à peccatis. Secũdò, hoc duplici fluxu deſignata ſũt duo præcipua Eccleſię ſacra [E] mẽta, quæ à morte Chriſti ſuam habẽt & virtutẽ & originẽ, & per quæ Eccleſia & ſit, & cõſiſtit, baptiſmus ſcilicet & euchariſtia, quorũ altero quidẽ renaſcimur, altero verò nutrimur, & paſcimur. Baptiſmus em̃ in aqua deſignatus eſt, euchariſtia verò in ſanguine, qui in ea percipitur ad vitã animę nutriẽdam. Vita enim hominis in ſanguine eſt vita ergo ſpiritualis in ſanguine ſpirituali, qui eſt Chriſti. Huic miraculo cõuenit̃ aliquot typi veteris teſtamẽti. Sicut enim è latere primi Adę dormientis formata eſt ſpõſa eius Eua: ita è latere ſecundi Adę dormientis in cruce per mortẽ formata eſt ſpõſa eius Eccleſia. per aquã enim efficiuntur fideles Eccleſię mẽbra, per ſanguinem nutriũtur. Rurſum ſecundũ Auguſtinũ hoc præfigurabat, ꝙ Noe in arcæ latere oſtium facere iuſſꝰ eſt, quo intrarẽt animalia quæ nõ erant diluuio peritura. Apertius aũt hoc prænunciabat aquę è petra virga percuſſa fluxus, q̃ petrã ſignificaſſe Chriſtũ Paulus teſtis eſt, dicẽs. Bibebant de ſpirituali cõſequẽte eos petra, petra autẽ erat Chriſtus. Tanquam è 1. Cor. 10 petra enim iã fluxit nouo miraculo aqua, quãdo Chriſtus per mortẽ rigidus & aridus, petrę ſiccæ ſimilis eſt factus. Iã impletum eſt illud Zacharię: Zach. 31 In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hieruſalem, in ablutionẽ peccatoris & mẽſtruatæ. In fontes qui nunc manauerunt è latere Chriſti reſpiciẽs Iſaias dixit fidelibꝰ: Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Vnde D. Iſaia. 12 Chryſoſtomꝰ admonet, vt quoniã hinc ſuſcipiunt principium ſacra myſteria, cùm quis acceſſerit ad tremẽdum calicẽ, ita accedat quaſi ab ipſa bibiturus Chriſti coſta. D. Auguſt. annotauit Euãgeliſtã vſum verbo cõuenienti myſterio ſignificato, quia non dixit: Latus eius percuſſit aut vulneranit, ſed aperuit; vt intelligens hinc vitæ oſtium & fontes apertos, quia hinc Eccleſię manauerunt ſacramẽta. Græcis tamen non eſt ἔνυξε, quod eſt, aperuit, quomodo videt legiſſe interpres, ſed ἔνυξε, quod eſt, pupugit, vulnerauit, ſtimulauit, ἀκέντησε. Et hactenus qdẽ paucis de miraculi huiꝰ myſtica tractatione ſecũdùm Eccleſiaſticã traditionẽ. Cęterũ quò Euãgeliſta Ioãnes, q̃ poſt alios hæc ſolus ſcripſit, firmius confirmaret & laterꝭ apertionẽ pro offragio, ad oſtendẽdum ſcripturas quaſdã in Chriſto cõpletas, & miraculum aquę cum ſãguine fluẽtis è corpore mortuo, ad cõmendandum fidelibus ſacramẽtorum myſteria, ſubiecit: Et qui vidit, teſtimonium perhibuit. Videri em̃ poterãt alioqui hęc fabuloſa, quoniã aliorum Euangeliſtarum nemo meminit horũ, cùm ſint mirabilia valde. Dicit ergo: Non audiuit tantùm qui teſtimonium de his phibet, ſed ipſe ſuis vidit oculis, vnde nequaquã fallax eſt teſtimoniũ eius, ſed verum atq; firmum. Et hic ipſe teſtis ſcit ſe vera dicere, vt qui ea tunc coram viderit, quod obid nũc dicit, vt & vos teſti oculato fidem habẽtes credatis in Ieſum. Et cauſam adfert cur propter hæc ad fidem Chriſti commoneri debeant, nẽpe quoniã hæc nõ acciderunt temerè & caſu, ſed propter ſcripturas quaſdã quas in his agnoſcere licet impletas. Facta ſunt enim hæc, inquit (nam enim legendum eſt, non autẽ (vt ſcriptura impleretur, &c. Tria autẽ facta narrauit circa Ieſum geſta, nempe quòd non fregerũt eius crura, quòd lancea latus eius apertũ eſt, quòd effluxit ſanguis & aqua. In primo impletum dicit illud Exodi: Os non cõminuetis ex eo. Quod cùm Exod. 12 ad literam dictum ſit de agno paſchali, & nunc Euangeliſta in Ieſu impletum dicit: ſignificat illũ verũ fuiſſe agnũ paſchalem, & per legalem illũ prefiguratum, nec de legali illud præceptũ fuiſſe, niſi propter Chriſtũ cuius erat vmbra. Et ſanè inſigniter hic licet aduertere præceptũ hoc Dei in Chriſto impletũ. Voluntas enim Iudæorũ erat vt oſſa crucifixorum crura frãgerentur, idq; magis pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter Iesum petierũt quàm propter alios. Cùm ergo contra illorum voluntatem in aliis tantùm factum est, & nõ in Iesu, qđ maximè in Iesu illi cupierant factum, satis intelligere datum est ex diuina illud factum dispositione, sicut & id fieri cõueniebat ob integritatem & dignitatẽ Christi, & fidem resurrectionis eius melius astruẽdã. Si enim non rogassent Iudæi vt frangerentur eorũ crura, sed expectassẽt quousq; cẽs naturaliter mortui fuissent, non agnitum fuisset illud peculiariter in Christo impletum. Idem etiam agnitũ nõ fuisset, si post rogationem Iudeorũ alij inuenti etiã fuissent mortui: vt etiam eorũ crura non fuisset frangere opus. Sicut autem ex Ioãne discimus, Iudæos inscios impleuisse in Iesu illud quod dictum erat
Ioan 9. de agno paschali: *Os non comminuetis ex eo*; ita similiter intelligere licet p hoc qđ petiuerũt tolli corpus Dominicum, antequã veniret sabbathũ, eos implesse & aliud quod etiam circa agnum paschalem iussi erant seruare, illud scilicet: Nõ remanebit ex eo quicquã vsq; mane. Sic & alia omnia quę de agno paschali dicta sunt, Christo applicanda, ex hac Euãgelistæ insinuatiõe colligere oportet. In eo quod secundo loco dixit, lãcea latus Dominicum apertum, dicit impletam scripturã quæ est Zacharię cap. 12. *Videbunt in quẽ trãsfixerunt.* Pro quo nos legimus illo loco: *Aspicient ad me quem cõfixerũt.* Hoc autẽ testimoniũ Græci nusquã repe C rire potuerũt, eo p in Septuaginta trãslatione nõ repetiat, vt ob id necessaria fuerit Ecclesiæ versio D. Hieronymi, sicut & ob alia quædã quæ ex eius versione inueniũtur in scripturis apud Hebræos, cùm non inueniãtur ex versione Septuaginta. Nã Septuaginta hoc loco apud Zachariã habent: *Aspicient ad me, pro eo quod insultauerunt.* Cuius versionis occãsionem fuisse ostendit D. Hieronymi, similitudinem elementorũ D & R, quæ paruo tãtùm apice apud Hebræos distinguũtur. Stem legatur, dakeron, sonat, δι᾽ ἐκέντησαν, id est, cõpunxerunt: si autem contrario ordine literis cõmutatis legatur nakedon, sonat ὠ᾽ ῥλήσαντο, hoc est, saltauerũt. Itaq; Ioãnes neq; respexit quid vertissent Septuaginta, sed Hebræa secutus est: neque ad verbũ Hebræã veritatẽ cutauit citare, sed sensum satis habuit appendere, vt & alias sæpe fere Apostoli. Cæterùm quòd Ioãnes implendum dicit in Iudæis illud; *Videbunt in quem transfixerunt*; quoniam possit intelligi de visione fidei, vt iam impletũ sit illud in multis Iudæis, tamen idem Ioãnes in Apocalypsi
Apoc. 1. significat illud implendum in Iudæis infidelibus, quãdo in nouissimo die omnib⁹ veniet Dominus Iesus conspicuus. Sic enim habet: Ecce venit cum nubib⁹, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, vbi pro, pupugerunt, Græcis est idẽ verbum, quod hoc loco, δι᾽ ἐξεκέντησαν, hoc est, compunxerunt, aut trãsfixerunt. Et subiicitur idẽ quod sequitur apud Zachariam: Et plãgent se super eum
Zach. 12 omnes trib⁹ terræ. Vnde hic certò intelligi datur, Dominum vẽturum ad iudicium cum vulnerum quæ in cruce accepit signis, ad maiorem confusionem & cõdemnationem impiorum, quorũ illi qui dem videbunt in quem, & qualẽ, quãtumque sic crudeliter sęuierunt, vt etiam latus mortui lãcea transfigerent: alij verò videbunt quanta charitate excelsus ille homines cõplexus sit, & quanta pro hominibus passus sit, quẽ hic agnoscere & amare contempserunt. Porro quòd Ioãnes tertio loco dixit è latere aperto effluxisse aquam & sanguinẽ, per se se magnum erat miraculũ, & quatenus fuit miraculum ostulari testimonio satis erat compro *Isaiæ. 1.* basse, nec opus erat aliter cõmendare: quatenus verò erat mysterium, non erat explicandum in Euangeliis, quæ passim fidelibus & infidelibus legenda proponantur, cùm mysteriorũ ratio tãtùm fidelibus viua voce tradenda sit.

dPOST HAEC AVTEM CVM BIAMESERO FACTVM, &c.] Sequitur secũda huius capitis pars quæ Christi honorificã cõtinet sepulturã iuxta vaticinium Isaiæ dicẽtis capite 11. Et erit sepulcrum eius gloriosum, vel, vt habent Hebræa, Et erit reges eius gloria. Sepulturæ enim traditus est Dominus, & ab honorificis magnisq́ue personis, & sumptu modoq́ue honorifico. Personæ aũt sepeliẽtes duo fuerunt, ambo principes Iudæorũ, magniq́ue apud Iudęos nominis. Prior Ioseph dictus est, idem scilicet nomẽ sortitus, quod habuit is qui pia patris sui Iacob sepultura nõ parũ fibi splendoris conciliauit: & quod habuitis cui cura pueri Iesu cõmissa est. Ab Arimathea ciuitate eum omnes Euangelistæ scribunt fuisse, quã ciuitatem D. Hieronymus lib. de locis Hebraicis in litera A, vocat Armatha Sophim, q̃ fuit ciuitas Elcanæ & Samuelis in regione Tannitica iuxta Diospolim, q̃ lib. Reg. 1. cap. 1. vocatur Haramathaim Sophim, vel, vt nos legimus, Ramathim Sophim. Idem in litera R, eam vocat Ruma. Ruma, inquę & Aatima, vbi sedit Abimelech, sicut in libro Iudicum scriptum est, quæ nunc appellatur Remphtis. Est autẽ in finibus Diospoleos, & à plerisq; Arimathea nunc dicitur. Vir ergo iste ad magni vocatus à Deo officium, præclarorum virorũ sortitus est & nomẽ & ciuitatẽ quæ si q̃s nomina interpretur, inueniet & eorũ interpretationẽ illi cõuenire. Ioseph enim interpretatur augens vel augmentum, & Ruma significat excelsa. Huius viri conditiones multas, easq́; duplicis generis describuntEuangelistæ, quarũ quædam ei conueniebat vt posset habere facultatem sepeliendi Iesu; taliæ verò, vt sepeliendo Iesum aptus esset, & dignus tali ministerio, omnes verò faciebãt ad gloriam sepulturæ Dominicæ. Talem enim esse decebat qui corpus Domini sepeliret, qui & facultatem posset obtinere ministrandi, & tali dignus esset ministerio. Prioris generis cõditiones sunt, q̃, vt habet Matt. diues fuerit, quódque; vt habet Lucas, fuerat decurio, & nobilis decurio vt habet Marcus. Est autẽ pro dictione, Decurio, Græcis, βουλευτὴς, hoc est, consiliarius aut senator, atq; hinc est quòd diuus Hieronymus in Matth. scribens dicit in alio Euangelio istum Ioseph appellari βουλευτὴν, id est, cõsiliarium. Nõ est ergo nomẽ, Decurio, hoc loco nomẽ officij militare, sed nomẽ dignitatis municipalis. Qui enim Romæ dicebatur senator, in municipiis dicebatur Decurio, vt hinc intelligere liceat hunc Ioseph senatorẽ fuisse vrbis Hierusalem. Nã eum fuisse incolã ciuitatis Hierusalẽ, quanquã oriũdus esset ab Arimathea, ciuitate Iudææ, satis testari videtur sepulcrum quod sibi excuderat extra muros Hierusalẽ in suo horto. Per diuitias ergo & nobilitatẽ potẽtiæ seculatis, idoneus fuit quippe tere posset & impetrare corpus Iesu à Pilato, atq; hac de causa vult diuus Hieronymus Euãgelistas hãs viri conditiones cõmemorasse. Pauperes enim & ignoti non fuissẽt ausi ad Pilatum præsidẽ Romanæ potestatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. Posterioris generis cõditiones sunt, quòd vt

vt habet Lucas, vir bonus fuerit & iustus: quodq́; A
vt habet Matthæus, & ipse discipulus, hoc est, auditor erat Iesu, licet occultus, propter metum Iudæorum, vt habet Ioãnes. Quod nõ diuersum est ab eo quod Marcus & Lucas dicunt etiã eum expectasse regnum Dei. Quia enim discipulus erat Iesu, expectabat regnum Dei quod Iesus prædicabat appropinquasse. huius generis etiã est quod Lucas dicit hunc nõ consensisse cõsilio & actibus Iudæorũ. Hinc est q̃ Hierony. super Matth. dicit
Psalm. 1. quosdam putare de ipso primũ psalmum fuisse cõpositum: Beatus vir qui nõ abiit in consilio impiorum. Certè quãquã de eo propriè Psalmus ille nõ est cõpositus, quadrat tamẽ in eũ ea pars optimè sicut & cętera Psalmi. Per iustitiã ergo meritorũ regniq́; cœlestis expectationem atq; innocentiam dignus fuit qui corpus Dominicũ sepeliret. Itaque his ornatus cõditionibus, q̃ priùs metu Iudæorũ dissimulabat se Iesu esse discipulum, nunc postposito metu & pudore (quod virtutẽ crucifixi declarat & gloriam) audacter accessit Pilatũ, petens sibi donari corpus Iesu. Pilatus autẽ mirabatur an iam obiisset, quòd multis aliquãdo nõ solũ horis, sed etiam diebus crucifixi soleant in cruce viuere. Cæterùm vbi ex Centurione, cui custodiẽdos crucifixos commiserat: intellexisset mortẽ Iesu, tum demũ donauit corpus Iesu ipsi Ioseph, Deo ita ne gõ[illegible] disponẽte, vt omnib. cõstaret mors Iesu, quò clarior esset & certior resurrectionis gloria. Ioseph ergo donato sibi corpore, primò quidẽ illud deposuit de cruce, quam alij Iudæi tãquã exectam & maledictam ne tangere quidem voluisset, nec putauit se à tali morticinio polluendum, ita vt non posset edere agnum paschalem, sed potius sãctificãdum, deinde depositum inuoluit nõ quouis velamẽto, sed sindone, eaq; mũda quã ad hoc mercatus fuerat: tum illud sic inuolutũ posuit in monumento quod sibi ipsi recẽter parauerat, idq; magno sumptu, nimirum qd excisum fuerat ex petra. Quibus tribus officiis à Ioseph corpori Dominico impensis, insigniter claruit quanti fecerit tam pretiosũ Domini corpus. Adiũctus est Ioseph, teste Ioãne & alter, similibus cum Ioseph prędituS cõ D
ditionibus, per quas & ipse dignus fuit Dominica sepultura, & Dominica sepultura illustrata est, Nicodem⁹ scilicet, cuius cõditiones similes his quas habuit Ioseph, suprà indicauit Ioannes. Nã principem eum vocauit Iudæorũ, vt intelligere liceat eũ nõ solùm etiam fuisse diuitem, sed & decurionem hoc est, senatorem aut consiliariũ. Nõ consensisse etiam ipsum actib. & consilio Iudæorum, satis indicauit cap. 7. vbi illius pro Christo contra Pharisæos defensionem recẽset. Discipulum etiam fuisse Iesu, occultũ licet, propter metum Iudęorũ, & expectasse regnum Dei, satis insinuauit, cũ tertio capite illum commemorat noctẽ Iesum adiisse vt ab E
eo disceret mysteria regni Dei. Itaq; planè dignus consortio Iosephi venit & ipse ad sepeliendum Iesum, similia cum Ioseph pietatis exhibẽs officia. Vt enim ille sindonẽ, ita hic attulit mixturã myrrhæ & aloes, vnguẽtum scilicet magni pretij, idq; in multo pondere, ad libras scilicet fermè cẽtum, vt intelligere hinc liceat corpus Domini non leuiter perunctũ fuisse vnguento, sed in illo fuisse sepultũ, penitusq́; immersum. Accipiens autẽ & ipse corpus Domini, ac linteis illud ligans cum suis aromatib. pro more Iudaico, posuit sic ligatum & vnctum in sepulcro cum Iosepho. Quod autẽ Iu- dęi corpora mortua lineis obuoluta, & aromatib. perũcta sepelirent, omnino verisimile est eos fecisse ob spem resurrectionis, ob quã & honore ea corpora afficienda iudicauerũt, & sine corruptione, atque in bono odore ea diu asseruare studuerũt. Itaque & hunc morem in Christi corpore sepeliendo seruauerũt, putantes adhuc eũ purum esse hominem, magnum tamen prophetam & honorãdum, Ex quorũ exemplo monemur pium defunctis officiũ exhibere, iuxta illud Ecclesiastici: Mortuo nõ prohibeas gratiã, nec reprehendendum esse quic- *Eccle. 7.*
quid iuxta regionis morẽ in mortuorũ exequiis impẽditur, maximè si tale sit, vt fiat ex fide resurrectionis. Circa hanc autem Domini sepulturam obseruandũ imprimis, quomodo Dominus etiã mortuus summã suam paupertatem testatam esse voluit, vt qui in alieno sepulcro, sindone & aromatibus ab aliis donatus, sepult⁹ est, quo minus pigeat pauperes suæ sortis, omnésq; discant terrenis opibus animum nequaquam opponere. Obseruandũ secũdò, quomodo à morte itatim Christus honorari cœpit, ita vt qui viuus impiis se pulsandũ & conspuendũ permiserat, iam mortuus tractari non luerit nisi ab honestis viris ac piis, hac ratione efficaciam suæ mortis insinuans, iuxta illud quod dixit; Cùm exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum; ac nos docẽs, afflictiones mortémq; præclarã comitari gloriã, atq; in hac vita virtutis gloriã nõ esse quærendam. Obseruãdum tertiò, quàm prouida & circũspecta fuerit Dei dispositio in sepulcro Christi deligendo, & sepulturæ mod o disponẽdo. Quoniã enim ob instãs sabbathum nõ licuisset corpus Dominicũ longius trãsferre, iuxta passionis locum, dudum sepulcrum quoddam illi diuinitus erat paratum, quod eas habuit conditionas, quæ eius dignitati, & resurrectionis astruẽdæ fidei maximè congruebant. Quòd enim monumẽtum illud nouũ erat, sic vt in illo nõdum quisquã positus fuerat, quódque excisũ fuerat è petra: vt eius cõgruebat dignitati, ita & ad resurrectionem confirmandam nõ parum faciebat. Quia enim nõnum erat: nõ poterãt dicere Iudæi aliunde quempiã ibi sepultũ resurrexisse. Quia excisum fuit è petra non poterãt dicere corpus è terra per cuniculos effossum, atq; sic raptum à discipulis. Cõueniebãt autem hæ conditiones etiam ad designãdum veterũ virginalem, ex quo primò Dominus natus prodiit in mũdum, sicut è sepulcro per resurrectionẽ renatus, secundò prodiit in mundum. Intactus enim fuit is vterus, ac planè veluti è petra excisus, quia nequaquam vt terra humore carnalis concupiscẽtię made factus, atq; in virginitatis proposito firmiter instar petræ solidatus, ita vt dicere posset, virũ nõ cognosco. Et quidem etiã vterus ille Iosepho cuidam videbatur per dispositionem paratus, sed per præoccupationẽ spiritus sancti factus est vterus Christi. Ita & sepulcrum hoc alteri Iosepho paratũ, diuina dispositione factũ est Christi. Impletã que est scriptura quædã quæ est iuxta Hebraicam veritatẽ Isaiæ 53. Nam quod nos legimus, Dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua. rectius sic verti potest: Dedit cum impiis sepulcrum eius, & cum diuite immortibus suis. Cum impiis enim fuit sepulcrum eius, qa iuxta Calvariæ locũ cũ latronib. sepultus est: fuit & cum diuite, sepulcrum eius, quia sepultus est in sepulcro diuiti s hominis cui nomẽ Ioseph. Et bene quidem monumentum hoc in horto fuit, & in horto qui crucifi

Universidad de Deusto
Biblioteca

xionis loco fuit vicinus, vt sicut in horto Dominica passio cœpit, ita & in horto terminaretur per quã peccatũ remitteretur quod in horto paradisi cõmissum fuit. Conueniunt autẽ prædictæ sepulcri & sepulturæ cõditiones, etiã ad instruendum nos quomodo Christi corp⁹ in cordis nostri sepulcro susciperе debeamus. Nã & nos veluti in sepulcro Christi corpus susciрimus in Eucharistia, quia in memoriam mortis eius illud velut mortuũ, & ab effuso sanguine separatum susciрimus. Oportet ergo illud sindone munda inuoluere, hoc est, simplici puraque fide complecti: oportet & aromatibus myrrhæ & aloes condire, hoc est adferre contritionem, & pœnitudinẽ anteactæ vitæ quæ suauis odoris est Deo sacrificium, & sua amaritudine vitiorum reprimit & consumit corruptiones: tum parandum illi est pro sepulcro in quo recipiatur digne, cor innouatum per nouitatem vitę, & cor è petra excisum per firmitatẽ noui propositi. Et bene secũdùm hoc mysterium morale, iuxta locum crucifixionis, sepulcrum fuit Christi, quia oportet
1. Cor. 11 cum memoria passionis Christi corpus susciрere, iuxta illud: Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortẽ Domini annunciabitis. Sanè ad exemplũ facti Ioseрhi statutum est à beato Syluestro papa, & ab omni eccle sia obseruatũ, vt Christi corpus in eucharistia nõ auro, non gemmis, non panno tincto, nec serico, sed linteamine puro obuoluatur, vt minus miran dum sit si cõditiones sepulcri & sepulturæ Christi accommodentur præceрtioni eucharistiæ. Cui & cõuenit extremum officium Ioseрh, de quo dicitur quòd prostremò aduoluit saxum magnũ ad ostium monumenti, Deo ita disрonẽte, vt ne quis sæuire posset in cadauer, aut furtim illud tollere. Hoc ergo docemur post susceрtũ semel intra nos Christum, claudendum aliis ostium cordis nostri, vt prẽter eum nihil penetret in pectora nostra. Et hactenus de officio circa sepulturam Christi à viris exhibito. Sequitur de officio quod in sepultura Christi cõsideranda præstiterunt mulieres quędã.

ERAT AVTEM IBI MARIA MAGDALENE, ET ALTERA MARIA, &c.] Duas tantum nominãt Matthęus & Marcus religiosas mulieres quæ sepulturæ Dominicæ interfuerunt: at cum his etiam alias fuisse, vt ne putemus duas illas solas reliquis recedentibus remansisse, patet satis ex Luca, qui dicit generaliter mulieres quæ cum eo venerãt de Galilæa vidisse monumentum, quas in repetito ipsa resurrectionis die sepulcro, multas fuisse cõmemorat, cùm rursus Matthæus tantùm duas has nominet. Ideo ergo duæ hæ exprimũtur speciatim, quòd inter omnes præcipui essent & insigniores. Itaque cùm Ioseрhus & Nocodemus in funebri cura sepeliendi corporis Dominici occuрati essent, mulieres illæ quæ cruce auelli non potuerunt, etiã ipsi interfuerunt sepulturę, & subsecutæ ipsos viros, cũ sese viris illis præclaris immiscere vererẽtur, sedentes è regione sepulcrum aspiciebant, vbi poneretur ab eis corpus Dominicum, vt suo tempore reuersæ vnctionis officium illi solicitè impenderent, quod iam ob instãtis sabbathi religionem impendere prohibebãtur. Aspiciebant item quomodo positum erat corpus eius, nõ quòd ipsum ingressæ esset monumẽtum, cuius ostium iã clauserat Ioseph aduoluto lapide grandi, sed quòd è loco vbi sedebant, videret quomodo corpus nomini lapidis obiectu munitũ esset. Significare autem volens Lucas tẽpus quo hæc gesta sunt, & quare nõ & ipsæ mulieres tunc Dominum vngere festinauerint: *Dies* inquit, *erat paraſceues, & ſabbathum illuceſcebat.* Vbi meritò quis dubitauerit quomodo & quare Euangelista postquam dixit; *dies erat paraſceues*; subiunxerit, *& ſabbathum illuceſcebat.* Nam lux sabbathi non statim successit ipsi diei paraſceues, quæ in vesрera sabbathi terminabatur, sed intercessit inter lucẽ sabbathi & diem paraſceues tota vna nox. Deinde quæ hic narrantur à Luca, nõ sunt gesta cùm iam sabbathum illuxisset, sed circa vesрerã sabbathi: quorsum ergo dicit; *& ſabbathum illuceſcebat*, cùm illucescere sit lucẽ fieri post tenebras? Videt ergo quod hic dicitur; *ſabbathum illuceſcebat*; nouo modo positũ pro eo qd est, sabbathi dies incipiebat adesse. Cùm enim sabbathi dies à vesрera apud Iudæos inceрerit, iuxta illud: A vesрera vsque in vesрeram celebrabitis sabbathaveſtra, & dies aliqua illucescere dicatur, cùm illa ĩcipiat, sabbathũ illucescere dicebãt, cùm sabbathũ inciperet, quan quam non à luce, sed à tenebris inciperet. Quod quò magis verum esse cognoscatur, sciendum apud Hebræos dictionem שחר, quæ manè significat & lucem, significare non tantùm principium diei quod mane dicimus & diluculum, sed etiam principium noctis quod dicitur crepusculum. & Latinis etiam prima fax vocatur. Vnde in principi-
bri Thalmudici, qui Pesachim, hoc est, pascharum inscribitur, sic legitur: Luce decimiquarti inquirunt fermentum ad lumen lucernæ, quo significatur Iudæos in initio noctis quæ sequitur lunã decimamquartam, inquirere lucernæ lumine fermẽtum quod tunc eiici debuit è domib. eorum, quòd cum azymis comederent pascha. Istod obseruatũ non parum faciet ad intelligendum obscurum illum Matthæi locum: *Vesрere autem ſabbathi, quæ luceſcit prima ſabbathi.* Itaque postquam dixisset; *dies erant paraſceues*; subiecit Lucas, *& ſabbathum illuceſcebat*; vt significaret sabbathi diem tum aduentasse, & eam fuisse causam, quòd non & ipsæ mulieres vnxerint tum Dominum. Reuertentes enim parauerunt aromata atque vnguenta, quamdiu adhuc illud agere licebat: verùm ab vngendo siluerunt, hoc est, quieuerunt, ipso sabbatho, propter legem omne opus vetãtem in sabbatho. Siluerunt enim hic positum est à nostro interprete, pro quieuerunt, cùm Græcis sit ἡσύχασαν, quod & silere significat, & quiescere. Notandum autem est hic, mysterium quod est in tribus diebus istis, quorum primo Dominus passus est, secundo quieuit in sepulcro, tertio resurrexit. Sieut enim sexta die homo formatus est, septima autẽ die conditor ab omni opere suo requieuit, quæ ob id sabbathum dicta est: ita saluator sexta die cruci fixus est, humanæ restaurationis implens arcanũ: sabbatho autem, hoc est, in die quietis, in sepulcro quieuit, liberatus iam ab omni labore pro redimendis nobis susceрto. Octaua verò resurgens nouus homo, sua resurrectione mũdũ innouauit, vetustate peccati & mortis cõsumpta quo & ipso mysterio nos moraliter docemur, in hac quidẽ nouissima mundi ætate, tanquã sexta die qua homo reformatus est, nos mundo crucifigi debere: in septima verò die, hoc est, cùm mortis quis debitũ soluerit, corpora quidem in tumulis, animas autem secreta in pace cũ Domino post bona opera quiescere, donec octaua ætate etiam corpora ipsa resurrectione glorificata cum animabus incorruptionem accipiant. Sic fere Beda.

ALTERA AVTEM DIE QVAE EST POST PARASCHEVEN, CONVENERVNT, &c.] Irrequieta res & meticulosa est ipsa malitia, ita vt ob id rectè dictũ sit; Impij quasi mare fervẽs, quod
Isaia 57. quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. NON EST PAX IMPIIS. Et Iob decimoquinto de impio dicitur: Sonitus terroris semper in auribus illius, & cùm pax sit, ille insidias suspicatur. Itaque qui priùs putabant voto suo satisfactum iri, si quem perseqnebantur, ad mortem crucis perducere possent, hac in parte voti sui compotes effecti, necdum tamen quiescunt, sed iam magis sibi metuentes soliciti sunt quomodo & resurrectionis eius gloriam supprimãt, neo mirabiliter etiam nunc eorũ conatib. vanis vtente in suam Christiq; sui gloriam, ac Iudæorum cõfutationem. Primò enim hac meticulosa principũ solitudine declarata est potentia & virtus Christi, vt qui etiã mortuus illis erat formidini. Deinde hac ipsorum procuratione factũ est, vt resurrectionis opinio & expectatio latè spargeretur apud Iudęos, sicq; postea fieret credibilior Christi resurrectio iam facta. Quod enim priùs expectatũ est, & suspicioni subiectũ, facilius assequitur apud homines fidem cùm impletum est, quàm id cuius nulla fuit expectatio. Præterea hac ratione factum est & aliter, vt veritatem resurrectionis, quam supprimere conabãtur, cõtrà potius cõfirmarẽt, quia occasio subtracta est dicẽdi furtim corpus Dominicum sublatum è monumento, Christiq; resurrectio certissimum ab hostibus suis accepit testimonium. Ita semper impietas cõtra seipsam pugnat, ac seipsam expugnat. Postremum hac ratione, apertius quàm vsquam alibi declarata est & confutata impietas pontificum & Pharisæorum, non solum per hoc quòd sabbathi religionẽ iam deprehenduntur violasse, sed & per hoc quòd certissimum & ab omni suspicione liberum testimoniũ resurrectionis Christi, ex certa scientia peruertere studuerunt. In aliis enim omnib. videri poterant ex ignorantia quadam peccasse in Christum: hic verò apertè inueniuntur scienter peccare; & agnitam certámque veritatem oppugnare, ac proinde peccare in spiritum sanctum, & planè esse inexcusabiles. Conueniunt ergo ad Pilatum dicentes: *Domine recordati ſumus quod ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulcrum uſque in diem tertium, ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore.* Seductorem vocant pro venenato suo in illum corde, cùm reuera seductor non esset, sed verus ad veram salutem dux & magister. Cæterùm philosophantur
Ioan 18 quidam in nomine, *ſeductor*, intelligentes Iudæos modò veritatem dixisse inscios, sicut & cùm Caiphas diceret: Expedit vnum hominem mori pro populo. Nam seductor, inquiũt, fuit Christus, non à veritate in errorem mittens, sed à falsitate in veritatem, à vitiis ad virtutes, à morte ad vitam ducens. At præterquam quòd nomen, *ſeductor*, apud Latinos semper accipitur in malam partem, Græcis est πλάνος, quod impostorem significat & deceptorem, vt illi annotationi non sit hic locus. Quòd autem asserunt se intellexisse de resurrectione tertio die futura, cùm tamen Dominus aperte solis duodecim Apostolis dixit: Tertia die resurgam; verisimile est eos accepisse ex eo quòd scribis & Pharisæis signum quærẽtibus Mat. 16. Dominus dixisset: Signum non dabitur nisi signũ Luca. 12. Ionæ propherù. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti, ita erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & trib. noctibus. Nisi fortè Iudas non tantùm magistri sui fuit ꝓditor, sed & secretorũ eius quæ seorsũ ab eo de morte & resurrectione audiuit, ita vt ea pontificibus & Pharisæis detexerit. In eo quòd dicunt eum dixisse; *poſt tres dies reſurgam*, illud, *poſt tres dies*, recepta in scripturis phrasi positum est pro tertio die, aut pro postquã tertius dies aduenisset: vnde non dicũt, Iube custodiri vsque post diem tertium, sed *vſque in diem tertium*. Itaque quod dicit; *poſt tres dies reſurgam*, idem est cum eo quod Dominus dixit supiã Apostolis: tertia die resurget. Cùm dicũt; *erit nouiſſimus error peior priore*; errorem vocant opinionem de Iesu, quòd Christus esset & filius Dei. Hanc opinionem iam in nouissimo dicunt futurã peiorem quàm erat priùs, quia firmior futura erat & credibilior, atq; ob id sibi atq; Romanis putabant fore pernicioliorem & perniciosiorem. Libet autẽ hic expendere & insectari vanitatem pontificum & Pharisæorum, quòd metuant ne discipuli furẽtur mortuum corpus, eóque facto non solum dicant, sed etiã persuadeant plebi illum surrexisse à mortuis. Quo enim fine ipsum essent furto sublaturi? nisi eum tertio die resurrexerit, sicut eis promisit, consequens potius esset vt deceptos se inuenientes auersarentur eum, & odio haberẽt tanquã impostorem, & proinde non habet probabilitatem quòd vellent eum furari. Et vt id velle potuissent, quomodo populo persuadere potuissent quòd à mortuis resurrexisset, nisi manifesta vitæ eius testimonia & argumenta ædere possent? Cui enim inmitterentur, an vehementiæ sermonum? Atqui illiterati sunt. An fortè abundantiæ rerum? Atqui sũt omniũ pauperrimi. Generis fortasis claritati? Verùm ignobiles sunt, & ab ignobilibus parentib. & locis progeniti. Vtrum suiipsorũ multitudini? At nõ plures sunt quàm duodecim. Patet ergo quòd vanè suspicabantur hunc furto auferendũ à discipulis, multóque vanius, illo facto posse ab illis resurrectionem plebi persuaderi. Sed ita suam semper prodit insipiẽtiam & vanitatem superba & impia iniquorũ hominũ prudentia. Pilatus vt priùs, ita & modò obsecundãs postulationi Iudæorum: *Habetis*, inquit (aut, vt Græca etiam verti possunt, & fortè conuenientius, habete, hoc est, accipite) *cuſtodiam, & ite, cuſtodite ſicut ſcitis.* Accipitur autem hic dictio, *cuſtodia*, pro grege ac turba custodum, qua dictione Latina Euangelista etiam in Græco textu vsus est. Iam enim Græci ea voce Latina, vt & aliis quibusdam vtebantur, atq; ex eo colligere licet custodiam fuisse ordinem quẽdam militum Romanorum, quem putat quidam eiusmodi fermè hominum genus, cuiusmodi sunt Parisiis quadraginti ad publicam ciuitatis custodiam designati. Iudæi ergo facultate à præside obtenta, sine qua custodibus illis imperare non potuissent abeuntes munierunt sepulcrum duobus modis. NAM & adhibuerunt circa illud custodes, & lapidem qui claudebat os sepulcri obsignauerunt & sigillauerũt. (est enim Græcè σφραγίσαντες) ne qd fraudis esse posset vel in custodibus. Ita dum resurrectura conantur exitum occludere, auxerunt miraculum & fidem resurrectionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESVRGIT CHRISTVS, ET ANGELI APPARENT mulieribus. Matthæi 28. Marci 16. Lucæ 24. Ioan. 20.

CAPVT CXLV.

†b Et vel de mane vna sabbathorum
d Vna autem sabbathi Magdalene venit mane.
† d vidit
▷ b sabbatum.
b qui dicit, nolite timere
◁ b Iesum quæritis Nazarenum crucifixū, surrexit nō est hic, ecce locus vbi posuerūt eū
† d quia
† a Et exierunt

[a] Vespere aũt sabbathi, quæ lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrũ. [b] Et cum trãsisset sabbathũ, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerũt aromata, vt venientes vngerẽt Iesũ. † [c] Vna aũt sabbathi valde diluculo [d] cum adhuc tenebræ essẽt, [c] venerũt ad monumẽtũ, [b] orto iã sole, [c] portãtes q̃ parauerãt aromata. [a] Et ecce terræ motus factus est magnus, angelus enim Domini descẽdit de cœlo, & accessit reuoluit lapidẽ, & sedebat sup eũ. Erat aũt aspectus eius sicut fulgur, & vestimẽta eius sicut nix. Præ timore aũt eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. [b] Et dicebãt ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti? Et [b] respicientes † viderũt, [c] & inuenerunt [c] lapidem ▷ reuolutum [d] à monumẽto, [b] erat quippe magnus valde. Et introeũtes in monumentũ, viderunt iuuenẽ sedentẽ in dextris, coopertũ stola candida, & obstupuerunt. [a] Respondens aũt [c] angelus dixit [b] illis [a] mulieribus: [a] Nolite † expauescere, [a] vos: scio enim quod ▷ [c] Iesũ [b] Nazarenũ, [a] qui crucifixus est, quærit is, nõ est hic, surrexit. [a] enim, sicut dixit: venite, & [c] videte locũ, vbi posit [a] erat Dominus. [b] Sed ite, [a] & cito eũtes [c] dicite discipulis eius, [b] & Petro, † [c] quod [a] surrexit, & ecce præcedit vos in Galilæã, ibi eũ videbitis, [b] sicut dixit vobis. [a] Ecce prædixi vobis. [c] Et ingressa non inuenerũt corp [a] Domini Iesu. Et factũ est, dũ mẽte consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent aũt ẽ, & declinarent vultũ in terrã, dixerunt ad illas: Quid quæritis viuentem cum mortuis? Nõ est hic sed surrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cũ adhuc in Galilæa esset, dicẽs: Quia oportet filiũ hominis tradi in man [a] peccatorũ, & crucifigi, & tertia die resurgere. Et recordatæ sunt verborum eius. [b] At illæ † [c] exeuntes [a] citõ [b] fugerũt de monumẽto [a] cũ timore, & gaudio magno, currẽtes nũciare discipulis eius. [b] Inuaserat enim eas tremor, & pauor, & nemini quicq̃ dixerũt, timebãt enim. [c] Et regressæ à monumẽto, nũtiauerũt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Erant aũt ẽ Maria Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis. [d] Cucurrit ergo [Maria Magdalene] & venit ad Simonẽ Petrũ, & ad alium discipulum quẽ amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt Dominũ de monumẽto, & nescimus vbi posuerunt eũ. [c] Petrus autem surgens cucurrit ad monumẽtũ. [d] Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentũ. Currebãt aũt ẽ duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumẽtũ. Et cùm se inclinasset, videt posita linteamina, non tamẽ introiuit. Venit ergo Simõ Petrus sequẽs eũ, & introiuit in monumẽtũ, [b] & [c] procumbens [b] vidit linteamina [c] sola [b] posita, [d] & sudariũ quod fuerat super caput eius, non cũ linteaminibus positũ, sed separatim inuolutũ in vnũ locũ. Tũc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumẽtũ, & vidit, & credidit, nõdũ enim sciebãt scripturã, quia oportet eũ à mortuis resurgere. Abierũt ergo iterũ discipuli ad semetipsos, [c] & abiit [Petrus] secũ mirãs q̃d factũ fuerat. [d] Maria aũt ẽ stabat ad monumẽtũ foris plorãs. Dũ ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentũ, & vidit duos angelos in albis sedentes, vnũ ad caput, vnũ ad pedes, vbi positũ fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominũ meũ, & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cùm dixisset cõuersa est retrorsũ, & vidit Iesũ stantẽ, & nõ sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: mulier quid ploras? quẽ quæris? illa existimãs quia hortulanus esset, dicit ei, Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollã. Dicit ei Iesus: Maria. Cõuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tãgere, nõdũ enim ascẽdi ad patrẽ meũ. Vade aũt ad fratres meos, & dic eis: Ascẽdo ad patrẽ meũ, & patrẽ vestrum, Deum meũ, & Deũ vestrũ. [b] Surgẽs aũt ẽ [Iesus] mane prima sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ de qua ciecerat septem dæmonia. Illa vadẽs [c] & ecce Iesus occurrit illis, dicẽs: Auete. Illæ aũt accesserũt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eũ. Tũc ait illis Iesus: nolite timere, ite, nũtiate fratribus meis, vt eãt in Galilæã, ibi me videbunt. Quæ cùm abiissent, ecce quidã de custodib. venerunt in ciuitatẽ & nũtiauerunt principib. sacerdotum õia quæ facta fuerãt. Et cõgregati cum seniorib. cõsilio accepto pecuniã copiosã dederunt militib. dicentes: Dicite, q̃a discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientib. Et si hoc auditum fuerit à pside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erãt edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos, vsq̃ hodie
† b nũtiauit num diem. [d] Venit Maria Magdalene † [c] annuntians [b] his q̃ cum eo fuerãt lugẽtib. & flẽtib. [d] discipulis, q̃a vidi Dominũ, & hæc dixit mihi. [b] Et illi audiẽtes q̃a viueret, & visus esset ab ea nõ crediderũt.

[a] VESPERA AVTEM SABBATHI-QVAE LVCESCIT IN PRIMA SABBATHI, &c.] Supereſt poſtrema euãgelicæ hiſtoriæ pars, ea ſcilicet quæ Chriſti reſurrectionẽ ac reſurrectionis manifeſtationẽ, ſimul & eius in cœlos aſcẽſionẽ cõtinet, quę vt eſt poſtrema, ita colophon eſt & conſummatio euãgelicæ hiſtoriæ, vt ſine qua nihil profuiſſet Chriſtũ mori, & per quã noſtra redemptio, & ſalus perfecta eſt. Verũm cùm in hac parte perfecta demũ fides in Chriſtũ ſita ſit, tamen vix quicquã Chriſti aliud viſi ſunt Euãgeliſtæ magis varie narrare, neo id ita

ita diſponente ad exercendã noſtrã tum fidem, tũ diligentiam. Quoniam enim de tempore acceſſus mulierum ad ſepulcrum, deq̃; apparitionibus angelorum quæ factæ ſunt mulieribus, diuerſimodè ſcripſerunt Euangeliſtæ, maximã præbuerunt nõ aduertentibus difficultatem. Et plerisq̃; cùm dicta Euãgeliſtarum in his cõciliare nõ poſſent, multos, teſte etiã Euthymio, effuderunt de his rebus vanos ſermones, quorum quidam quatuor ad monumentum acceſſus diuerſis temporibus factos eſſe dicẽtes, nõ eaſdem fuiſſe mulieres aiunt, quarum meminerunt quatuor Euangeliſtæ, ſed alias & alias ſimilium inter ſeſe nominum. Alij verò de quatuor aut ſaltem de multis acceſſionibus conformiter dicentes, eas tũ ab eiſdem factas mulieribus aſſeuerant. Verùm vt hęc ſunt improbabilia, facileq̃; cõfutabilia, ita ad hæc confugere non erit neceſſe, ſi diligenter quis Euãgeliſtarum aduertat narrationes, & ſemper mente retineat non ob id cõtrarios eſſe Euangeliſtas, q̃ vario modo ſuas inſtituant narrationes, ob id q̃ vnus commemoret quædam quę alij prętermiſerunt. Imò ſi quis Cõcordiæ noſtræ cõtextum ſimul cum eius quã hic reddemus ratione, probè perſpexerit, deprehẽdet nõ ſolùm Euangeliſtas nulla in re hic diſſentire, ſed maximè conſentire, & nuſquam aliàs magis ſeſe iuuare, vt ipſorum in narrando varietas, quæ non inuenitur optimè ſibi cõſtare, fidem magis augeat quàm infirmet, dum agnoſcuntur non ex pacto inter ſe inito eadem ſcripſiſſe, atq; in varia illa narratione nõ deſtituti ſpiritus ſancti directione deprehendantur. Itaq; & nos illis confiſi directioni Euangeliſtarum dicta cõcordare nitemur, ac manifeſtè oſtendere eandem apud omnes eſſe conſonantiam, fortaſſe fœlicius quàm id pleriq̃ ante nos conati ſunt. Imprimis autem tractandus locus Matthæi qui multos non immeritò torſit: *Veſpere ſabbathi quæ lucescit in prima ſabbathi venit Maria Magdalene & altera Maria videre ſepulcrum.* Hic enim locus videtur & cõtrarius eſſe aliorum narrationi, & in ſeipſo maximam includere abſurditatem. Quomodo enim Matthæus dicit in veſpera ſabbathi mulieres veniſſe ad videndum ſepulcrum, cùm reliqui teſtentur ſummo diluculo primæ ſabbathi mulieres ſepulcrum adiiſſe? Deinde quomodo veſperam dicit luceſcere, cùm veſpera obtenebreſcat, nõ luceſcat? Eſt enim luceſcere, lucem fieri poſt tenebras, quod veſperæ nõ cõuenit, ſed planè cõtrarium. D. Aug. hanc tractans difficultatem lib. 3. de cõſenſu Euang. vult à principio noctis quod eſt veſpera, ipſam noctem ſynecdochicè ſignificatam ſ. à Matthæo, cuius noctis fine mulieres venerunt ad monumentum, ideoq̃; ab ea parte noctis ſignificatã noctem, quoniã ab ea mulieribus licere cœpit vt facerent quæcunq; p ſabbathum facere impediebantur. Sic itaque dictum vult, *Veſpere ſabbathi*, ac ſi diceretur, nocte ſabbathi, hoc eſt, nocte quæ ſequebatur diem ſabbathi, atq; ad id ſignificandum Matthæum dicit adiecisſe, *quæ lucescit in prima ſabbathi*, quoniam (inquit) id fieri nõ poteſt ſi tantùm primam noctis particulam, hoc eſt, ſolum initium noctis intellexerimus dicto veſpere ſignificatum. Nõ enim ipſum initiũ noctis luceſcit i prima ſabbathi, ſed ipſa nox quæ in luce incipit terminari. Hæc ille ſubtiliter quidẽ & diligenter, at nõ ita ſufficienter vt ſtudioſo ſatisfaciant. Primùm enim veſpera ſabbathi nõ erat proprię pars noctis ſequentis ſabbathum, ſed ipſius ſabbathi pars cuius erat finis, vnde veſpera ſabbathi dicitur, quaſi adhuc ad ſabbathum pertinens. Deinde vt demus per ſynecdochen veſperã accipi poſſe pro nocte, tamen non videtur quomodo ratione huius figuræ dici aptè poſſit veſperam luceſcere, cùm potius contrarium verbum ei cõueniat. Iã quo tropo dicatur aptè aliquid fieri veſpere alicuius diei, quod ſit mane alterius diei? Euthymius alia ratione difficultatem hanc ſoluere conatur, ſed vt id intelligatur, ſciendum Græcis nõ eſſe ſingulariter, veſpere ſabbathi, ſed *veſpera ſabbathorũ*. Sic ergo habet: Hebræi ſabbathum horantes, ſeptimum videlicet hebdomadæ diem, etiã ſex dies ipſum præcedentes in honorem eius ſabbatha appellabãt, nominãtes diem Dominicũ vnum ſiue primum ſabbathorum, ſecundum autem & tertium ſabbathorum, ſecundum & tertiũ ſeptimanæ diem, & ſimiliter alios ſequentes, dicẽs ergo Matthæus veſperam ſabbathorum, finem ſignificauit omnium ſabbathorum, ſiue ſeptẽ hebdomadæ dierum. Nã & nos veſperam aut ſerum diei dicentes, ſiue ſerum noctis, vltima eorũ ſignificamus. Hæc ille. Intelligit ergo per veſperã ſabbathorum ſignificari finem totius hebdomadæ, eumq; finem putat fuiſſe finem noctis poſtquã ſequebatur dies qui nobis dicitur dies Dominicus, atq; vt illum finem intelligerem ſignificatũ, ideo vult additum à Matthæo, *quæ lucescit*, hoc eſt appetente iã die, proſpectãte & oriente. Vnde & Theophylact. veſpera, inquit, ſabbathorum eadem eſt cum profundo diluculo apud Lucã, & valde mane apud Marcum. Verùm vt horum ſententia videri poteſt probabilior & tolerabilior, quàm altera illa Aug. ita tamen nõ videtur ſatis conſiſtere, quia cùm ſecundum legem à veſpera vſq; in veſperam ſabbatha celebranda eſſent, nõ erat nox aut finis noctis, finis præcedentis ſabbathi, aut hebdomadæ, ſed prior pars diei aut hebdomadæ ſequentis. Proinde per veſperã ſabbathi aut ſabbathorũ, omnino videtur intelligenda ipſa extrema ſabbathi pars, quæ initium fuit noctis ſequentis, quando iã ſabbatho tranſacto operari Iudæis licebat. Hãc veſperam luceſcere dicit Matthæus in prima ſabbathi, aut, vt Græca habent melius, in primam ſabbathorum, vocabulo luceſcere accepto ſicut prius oſtendimus accipi cùm Lucas dixit, *Sabbathũ illuceſcebat*. Nã & hic eadem eſt dictio. Sicut enim ſabbathum illuxiſſe dicitur cùm dies ſabbathi incepit, quanquã à nocte aut à veſpera incepit, ita veſpera vnius diei illuxiſſe dicitur in alium diẽ, quia ſcilicet alterius ſequentis diei erat initium, quomodo ſi apud nos receptum eſſet dicere tunc dieſcere, quando dies aliqua incepit, quæ apud nos incipit de medio noctis cùm adhuc „pfundæ ſunt tenebræ. Hunc eſſe verum ſenſum etiã ex eo probari poteſt, q̃ nõ dicat Matthæus, quæ luceſcit in prima, ſed vt Græca diximus habere, per accuſatiuum caſum, *in primã*, quo ſignificatur illuceſcentiam illam terminari ad primam ſabbathi, quia ſcilicet eius fuit initium. Prima autem ſabbathi, ſicut verum & propriè dictum ſabbathum, nõ cœpit à diluculo & matutino tempore, ſed à veſpertino diei præcedentis. Alioqui nox quæ propriè dictũ ſabbathum ſequebatur, nullius fuiſſe diei, eũ neq; ad præcedentem, neque ad ſequentem pertinuiſſet diem. Veſpera autem ſabbathi Matthæus dicit mulieres veniſſe ad videndum ſepulcrum, non quòd tunc exierint ad ſepulcrum, ſed quòd tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

tũc cõuenerint inter seſe,seſeq; ac ſua parauerint ad egrediendum, & videndũ ſepulcrum, atq; vngendum Dominum. Quod Marcus poſt Matthæũ ſcribens,ita explicauit apertius: *Et cùm trãſiſſet ſabbathum, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata,vt venientes vngerent Ieſum.* In veſpera ergo ſabbathi conuenerunt mulieres ad id perficiendum quod per religionem prohibitæ fuerant facere in ſabbatho,emeruntq; aromata,& ea nocte illa parauerunt, vt quamprimùm illud liceret, ſummo ſcilicet diluculo egrederentur ad vngendum Dominum. Matthæus autem breuitati ſtudens,cùm tempus notaſſet quo primùm mulieres cõuenerant eo animo vt viderent ſepulcrum, ſicut prætermiſit quid illa veſpera fecerint, quod Marcus expreſſit, ita prætermiſit illud explicare tempus quo mulieres ſunt ad ſepulcrum egreſſæ, quod alij diligenter expreſſerunt, ſubiiciens mox quæ contigerunt cùm ad videndum egrederentur ſepulcrum,quaſi illa ipſa veſpera ſabbathi contigerint,cùm matutino tempore alterius diei acciderint. Et hæc Matthæi loco dicta ſufficiant ſine alicuius ſententiæ præiudicio. Cæterùm eũ Marcus dicat mulieres emiſſe aromata cùm tranſiſſet ſabbathũ,videtur quod priùs dixit Lucas,illas reuerſas à monumento paraſſe aromata & vnguenta, dictũ per præoccupationem,quod attinet ad præparationẽ aromatum & vnguẽtorum,niſi velimus intelligere eas in die paraſceues quãdiu habebant adhuc aliquod tempus ad operandum, emiſſe & paraſſe aromata:cùm trãſiſſet autem ſabbathum, tũ vlterius plura emiſſe:& paraſſe quæ minus parauerant. Ex Matthæo ergo & Marco diſcimus qñ mulieres cõuenerint, ſeſeq; parauerint ad vngendum Dominum. Quo autem tempore exierint ad monumentum, cõcorditer expreſſerunt Marcus, Lucas & Ioannes. Marcus enim dicit, *valde mane*: Lucas, *valde diluculo*, vel, vt habent Græca, *profundo diluculo*: Ioannes, *mane cùm adhuc tenebræ eſſent*, quæ omnia ſatis manifeſtè idem ſignificãt,niſi q̃ ex Luca & Ioanne patet illud quod dicit Marcus, *valde mane*, nõ ſic accipiendum quaſi ſignificetur matutinum tempus iam multum proceſſiſſe, ſed cõtra potius quod valde tempeſtiuè venerint. Nam, vt indicauit D. Aug. dupliciter dicimus valde mane, nempe & quãdo matutinum tempus vix dum incepit, & quando iamdiu incepit, ita vt incipiat ſe ſoli oſtendere ſuper terras. Priori modo hic accipiendum patet ex Luca & Ioanne, poſteriori tamẽ magis modo accipiendum videri poſſet, ex eo q̃ Marcus ſubiicit, *orto iam ſole*. Id enim cõtrarium videtur ei quod dicit Marcus, *valde mane*, ſi ita illud accipiendum eſt, quomodo ex Luca & Ioanne manifeſtum eſt accipi debere. At illud, *orto iam ſole*, non ſic eſt accipiendum quaſi ſol iã tum viſus eſſet ſuper terram, ſed q̃ radios ſuos & ſplendorẽ ſuum in terram ſpargere cœperit. Diluculũ enim non fit niſi aduenientis ſolis fulgore. Nã eius fulgor eſt qui auroræ nomine vocari ſolet. At cùm diluculum adhuc eſt & profundum diluculum, quanquam ſolis ſplẽdor mitti cœperit in terram, tamen adhuc tenebræ aliquæ, licet nõ profundæ, ſunt ſuper terram,vt verũ ſit & quod Marcus dicit ortum ſolem fuiſſe,& quod Lucas dicit fuiſſe valde diluculum,& quod Ioannes dicit adhuc tenebras fuiſſe. Vnde Theophylactus, Solem, inquit, intelligere hoc loco debemus matutinos ſolis radios. Et Euthymius, Si, inquit, valde mane erat, quomodo dixit, *orto ſole*: Quia tunc propriè ſol oritur, etſi nobis nondũ appareat demoratus adhuc circa profundiſſimas extremáſq; orientis partes, & paulatim emergens, cuius teſtimoniũ eſt gallicinium. Nã galli primi inter omnia animantia ſentientes illius calorẽ, repente clamant, eiuſq; præſentiã hominibus prẽnunciant. Hęc ille. Minor eſt difficultas ſecundum lectionem D. Auguſtini, qui legit, *oriente iam ſole*, & exponit, id eſt, ortu ſuo iam cœlum illuminare incipiente. Eſt enim Græcis nõ præteritum perfectum, ſed aoriſtus, ἀνατείλαντος, qui quandoq; non diſſimilem à præterito imperfecto habet ſignificationem. Et quidem iuxta tres dictos authores oſtenditur quomodo illud, *orto iã ſole*, idem accipi poſſit ſignificare tempus quod illud, *valde mane*. Alij tamen intelligunt diuerſum ſignificatum tempus, & per illud *valde mane*, ſignificatum tempus quo exierint mulieres ad ſepulcrum: per illud verò, *orto iã ſole*, tempus quo iã vicinæ factæ ſunt ſepulcro, vt ſic & alio modo poſſint Euangeliſtarum dicta inter ſe conciliari, nec cogamur ob apparentem varietatem, aſſerere Euangeliſtas loqui aut de diuerſis mulieribus, aut de diuerſis acceſſibus. Vt vt autem eſt, magis videndum cur tam accuratè Euangeliſtæ tempus notauerint. Itaq; Euangeliſtæ dicẽtes: valde mane, valde diluculo, & mane cùm adhuc tenebræ eſſent, mulieres veniſſe, ſignificare voluerunt mi[illegible] ſedulitatem & ardorem, ad vngendum Dominum eas intempeſtiuè ſatis vrgentem. Marcus verò dicens *orto iam ſole*, ſignificauit nõ incommodũ fuiſſe tempus eundi ad ſepulcrũ ad quod tenebris profundis adhuc durantibus nõ fuiſſet accedere commodum: aut indicare voluit tale fuiſſe tẽpus quo fuerunt iuxta ſepulcrum, vt quę ibi agebantur rectè vidiſſe & retuliſſe credi poſſent, ne quis diceret eas per tenebras deluſas fuiſſe, & ſpectra pro veris amplexas rebus. Cæterùm diẽ quo hæc geſta ſunt, omnes Euangeliſtæ vocauerunt, vnã ſabbathi, aut vt habent Græci, vnam ſabbathorum, quomodo & nos habemus in Marco. In qua locutione, *vnum*, phraſi Hebraica poſitum eſt pro primo, ſicut & Geneſis 1. Factũ eſt veſpere & mane dies vnus: vnde rectè noſter interpres in Matthæo vertit, *primam ſabbathi*. Perinde autẽ eſt, & eodem recidit, ſiue dicatur prima ſabbathi, ſiue prima ſabbathorum, niſi q̃ cùm ſingulariter dicitur vna vel prima ſabbathi, dictio ſabbathum accipitur pro hebdomada: cũ verò pluraliter vna vel prima ſabbathorum, ſabbatha dicũtur omnes hebdomadæ dies, vt ſit ſenſus, prima dies inter ſabbatha ſeptẽ. Cùm autem dicitur apud Matthæum ſingulariter & abſolutè, veſpera ſabbathi, dictio ſabbathum propriè accipitur, p̃ ſeptima hebdomadæ die. Porrò de variis dictionis ſabbathi ſignificationibus dictum eſt circa c. 37. Et hæc quidem de tempore quo Euangeliſtæ ſignificarunt mulieres vel ſeſe ad eundum paraſſe, vel adiiſſe ſepulcrum, vel ad illud perueniſſe. Quando verò reſurrexerit Chriſtus, nullus eorum indicauit: ſolus enim hoc nouit, qui ſolus vt ſurrexit nouit. Certum eſt quòd prima ſabbathi reſurrexit, quia tertia die reſurrexit, ſicut prædixerat: certum item quòd reſurrexit antequam ad ſepulcrum peruenirent mulieres, & angelus deſcenderet qui dixit mulieribus: *Surrexit, non eſt hic*: ſed quanto tempore ante reſurrexerit, non patet ex Euangeliſtis. Sunt autem qui putant Dominum ſurrexiſſe cùm fieret ille terræ motus, cuius meminit Matthæus. Et Auguſtinus libro 4. de Trinitate ſentit Dominum ſurrexiſſe in ipſo diluculo: cui ſententiæ apertè videtur conuenire quod dicit poſtea Marcus: *Surgẽs autẽ Ieſus mane prima ſabbathi, apparuit primò Mariæ Magdalenæ*. At D. Hieronymus in quæſtionibus ad Hedibiam, ſimiliter & Theophylactus atq; Euthymius volunt illa verba, *mane prima ſabbathi*, ſeparanda à præcedentibus, & iungenda cum ſequentibus. Non enim, inquit Theophylactus, ſurrexit mane. Quis enim vidit quando ſurrexit? ſed apparuit mane prima ſabbathi. Omnes autem, inquit Euthymius, vnanimiter ſancti patres & doctores tempus reſurrectionis eius fuiſſe dicunt circa primum gallicinium, qui iam Dominicæ diei lucem præferebat. Ideo quoq; poſt ſextam noctis horam virtutis ſectatores ſoluto ieiunio lętitiã auſpicantur. Eſt enim primum gallicinium non ita diu poſt medium noctis, hoc eſt, ſextã noctis horam. Et D. Hieronymus loco prędicto ſignificat Dominũ ſurrexiſſe tempore mediæ noctis ante gallorum cantus. Confirmat hanc ſententiam typus reſurrectionis Dominicæ qui in Samſone præceſſit, vt interpretatur D. Gregorius in homilia paſchali. Cùm enim Samſon Gazam ciuitatem Philiſtinorũ fuiſſet ingreſſus, Philiſtæi ingreſſu eius cognito, ciuitatem repentè obſidionibus circundederunt, cuſtodiq; deputauerunt; fortiſſimum Samſonẽ ſe iam comprehendiſſe putantes. At is media nocte portas ciuitatis abſtulit, & verticem montis aſcendit. Quo facto redemptorem noſtrũ D. Gregorius cùm aliis deſignatum intelligit, qui cùm ſecundum animam infernum, ſecundum corpus ſepulcrum eſſet ingreſſus, Iudæi cuſtodes illico deputauerunt, eumq; in inferni ac ſepulcri clauſtris retentum, quaſi Samſonem in Gaza ſe cõprehendiſſe lętati ſunt. Samſon verò media nocte nõ ſolum exiit, ſed etiam portas tulit, quia videlicet redemptor noſter ante lucẽ reſurgẽs, nõ ſolùm liber de inferno exiit, ſed & ipſa etiã inferni clauſtra deſtruxit. Portas tulit, & montis vertícem ſubiit, quia reſurgẽdo clauſtra inferni abſtulit, & aſcẽdendo cœlorum regna penetrauit. Sic fere D. Gregorius, in quo tamen obſeruandum, quòd quamuis Dominũ Samſoni cõparet, nõ tamen dicit eum media nocte ſurrexiſſe, ſed tantùm quòd ante lucem ſurrexerit. Non enim neceſſe eſt exactè veritatẽ typo reſpõdere. Ex his patet incertum eſſe quo præciſè tẽpore Dominus ſurrexerit, omnium tamen ſententia Dominũ ſurrexiſſe poſt mediam noctem & ante lucem conſtat, quod ſanè tempus reſurgenti maximè conueniebat. Sicut enim ſole iã vergente ad occaſum, mortuus eſt tanquam verus ſol: ita ſole ad ortum properante ſurrexit è ſepulcro verus iuſtitiæ ſol, nouùm ſua reſurrectione lumẽ mœſtis Apoſtolis, totique mundo adferens, fugatis procul mœroris & ignorantiæ tenebris. Conuenit & hoc tempus eius natiuitati, vt ſicut ante ſolis ortũ natꝰ eſt ex vtero virginis, ita & ante ſolis ortum procederet è ſepulcro, vt ratione vtriuſque intelligi poſſit dictum de Chriſto. Ex vtero ante luciferum genui te. Nam eius reſurrectio velati ſecunda fuit generatio, vnde reſurrectionẽ ſcriptura vocat regenerationem, & Paulus Act. 13. illud pſalmi 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te, in Chriſti reſurrectione interpretatur impletum. Chriſtus ergo ante luciferum prodiens & ex vtero virginis, & ex clauſtris ſepulcri, declarauit ſe nouum eſſe ſolem, & veriorem

A vulgari ſole, vt cuius ortum ſuo ortu prœuenit, nouum adferens mundo diem, nouámq; lucem, propter qd nõ ſine myſterio in prima ſabbathi reſurrexit, vt ſicut in mũdi creatione prima die formata eſt lux, ita ſi prima hebdomade die noua lux mũdo eſt reſuſcitata, qua mundus eſt reſtitutus & renouatus, ob quam mundi innouationẽ Chriſti reſurrectione perfectã in prima ſabbathi, religione ſabbathi ab Apoſtolis tranſlata in hunc diem, cœpit ipſa vocari Dominicꝰ dies, cuius meminit Ioãnes Apocalyp. 1. Conueniebat autem etiam tẽpus reſurrectionis prædictum Chriſto, nõ ſolùm tanquam vero nouóq; ſoli, ſed etiam ad declarandum diuinitatis eius potentiam & dignitatẽ. Nõ enim conueniebat vt ſtatim à morte ſua reſurgeret, ne negaretur verè mortuus, ac proinde nec verè reſuſcitatus. Itaq; vſq; in tertium diem differri debuit eius reſurrectio, quando ſcilicet nemo negare potuit eum verè mortuum. Sicut autẽ vltra tertium diem propter eius dignitatem & potentiã nõ conueniebat reſurrectionem differri, quæ tantùm differebatur ob veritatem mortis confirmandam, ita etiam conueniebat vt nõ differretur vſq; in finem diei tertiæ, ſed fieret mox ab incepta die tertia, aut ſaltem antequam medium eius trãſiſſet, quia eius tum dignitati, tum potentiæ cõgruebat, vt nõ diu tius in morte detineretur quàm erat neceſſe. Dilata eſt ergo eius reſurrectio ob confirmandam mortis eius veritatem, accelerata ad declarandam eius potentiam. Debuit etiam ante diluculum & ortũ ſolis reſurgere, ne inueniretur adhuc mortuꝰ in ſepulcro à mulieribus, de quarũ vna prædixit quòd prœueniſſet vngere corpus ſuum in ſepulturã. Noluit enim iam ſecundò à mulieribus vngi, quia in morte non erat (vt illæ ſua vnctione ſe putaſſe declarabant) permanſurus. Sed & ob id cõuenienter tempus illud ſuæ delegit reſurrectioni, vt nos ſuo facto doceret poſt præcedentis vitæ noctem, è peccati ſomno ſurgendũ eſſe tempeſtiuè, priuſquã veniat dies illa nouiſſima, quã ſuo ortu faciet ſol iuſtitiæ Chriſtus Dominus, atq; ad opera pietatis ante ſolis vulgaris ortum properandum eſſe, vt cùm propheta dicere poſſimus, prœuenerunt oculi mei ad te diluculo: &, Prœueni in maturitate. Nam vt canit Prudentius in hymno ad gallicantum: *Poſt ſolis ortum ſulpidi, Seruna eſt cubile ſpernere, Ni parte noctis addita, Tempus labori adieceris.* *Pſal. 118*

B Et ecce terræ motus factus eſt magnus, angelus enim, &c.] Sicut moriente in cruce Domino, ita & reſurrectionis eius die factus eſt terræmotus, & is magnus, idq; tum ad declarandã potentiam reſurgentis Chriſti, qui ex inferis, portis infernicõfractis, infernóq; ſpoliato, cum magna inferorum commotione potenter aſcendit, cõmoturus etiam vniuerſum orbẽ ſuæ reſurrectionis prædicatione, tum vt ad Angeli è cœlis deſcenſum magis attenti fierent & cuſtodes, & mulieres: & illi quidem magis paruore concuterentur, iſtæ verò magis ad fidem adducerentur. Per terræ motum enim Deus aliquando ſuam aut angelorum præſentiam inſinuare voluit, vnde in datione legis facta, per angelos; A facie Domini, inquit propheta, mota eſt terra, à facie Dei Iacob. Quod enim & nunc propter Angeli deſcenſum terræmotus factus eſt, ſatis ſignificauit Euangeliſta, ſubiiciens per cõiunctionem cauſalem: *Angelus enim Domini deſcendit de cœlo*; & addit lunę perturbatos fuiſſe cuſtodes, vt intelligendum ſatis *Pſal. 113*

Universidad de Deusto
Biblioteca

saris relinquatur ob metũ custodibus iniiciẽdum A factum diuinitus hunc terræ motum. Ideo enim inquit, terræ motus factus est magnus, qa angelus Dñi descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, non vt egressuro Dño ianuam pãderet, sed vt egressus eius iam facti hominib. præstaret indicium, aditumq; in sepulcrum mulierib. aperiret. Qui enim mortalis clauso virginis vtero potuit nascendo ingredi in mundum, ipse iam factus immortalis, clauso sepulcro potuit resurgendo exire in mundum. In cui⁹ cõfirmationẽ post resurrectionem ingressus est ad discipulos suos ianuis clausis. Sedit autem super lapidem velut expectans mulie B res, sesēq; ostendens authorem fuisse reuoluti lapidis, paratumq; se exhibens ad resistendum custodib. si qd cõtra auderent. Sedit etiam, tanquam q venerat testis quietis Christi, ad quam morte denicta peruenit resurgendo. Præterquam autem q inopinato atq; terrifico suo descensu, & fortitudinis audaciēq; declaratione se custodib. terribilem exhibuit: etiã sui corporis habitu ac forma etalem illis præbuit. Erat ẽn, inquit Matthæus, aspectus eius sicut fulgur, & vestimẽta eius sicut nix. Quod ẽm talis apparuit ob timorem custodib. incutiendum, patet ex eo quod sequitur; *timore autẽ eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui*; quanquã & aliæ item sint rationes ob quas taliter illum apparere cõueniebat, nempe ad commendandam cœ lestem eius dignitatem & originem, atq; ob resurC rectionis Christi, cuius venerat testimoniũ perhibiturus, gloriam & claritatem. Hic ergo angelus suo facto pias fœminas liberauit ab ea qua torquẽbantur solicitudine. Siquidem in via iam existẽtib. subiit memoria lapidis aduoluti ad ostium monumenti, cuius priùs nõ meminerant præingenti desiderio Domini; & intentione animi penitus absorpta circa emptionem & præparationẽ aromatum. Nõ torquebãtur timore custodum, qa verisimile est eas nescisse de custodia sepulcro adhibita & sigillo affixo, vt quæ se domi in silentio cõtinuerint ipso sabbatho. Dicebãt ergo ad inuicem: *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Erat enim magnus valde, ita vt fœmineis viribus amoneri D nõ posset facilè. At vt versus monumentum respexerunt, viderunt lapidem reuolutum. Ita Dñs iem per eos qui sibi inseruire desiderant, iuuat, bonũq; propositum ꝓmouet. Nõ caret autem mystica significatione hæc lapidis sepulcralis reuolutio angelorum facta ministerio. Significatur enim quod à die resurrectionis reserari cœperint mysteria Christi, quæ litera legis priùs tãquam lapide quodã tegebantur. Lex enim cũ in tabulis scripta fuerit lapideis, per lapidem nõ incongruè designata est. Hac ergo, quatenus carnalis erat, sublata modò & reuoluta cœlesti gratia, non autem humana opera, clara & certa facta sunt omnia, vt cum Mariis ingredi liceat ad contemplanda maxima & obstupescendadei magnalia. Carnalis litera veluti mortuum sub se Christum continebat: at illa sub- E blata, viuere Christus prædicatur, inuita licet, & reclamante synagoga per custodes designata.

ᵇET INTROEVNTES IN MONVMENTVM VIDERVNT IVVENEM, &c.] Alia hic nascitur difficultas circa concordiam Euangelistarum, propter iuuenem hunc quẽ mulieres vidisse Marcus testatur. Omnino ẽm videtur hic iuuenis fuisse angelus ille, quem Matthæus è cœlo descendisse dicit, & reuoluisse lapidem. Vterq; ẽm sedisse dicitur, & eisdem vterq; verbis mulieres allocutus describit. Sed obstare multum videtur quòd Matthæus suumã gelum sedisse dicit super lapidẽ reuolutum à monumẽto, vnde itelligi daꝛ illum à mulieribus visum extra monumentum: Marcus verò dicit mulieres introeuntes vel ingressas imo numentum vidisse iuuenem sedentem in dextris. Itaq; hoc argumento moti quidam existimãt diuersos fuisse angelos, de quib. Matthæus & Marcus. & alterum quidẽ extra monumẽtum visum, & inuitasse mulieres ad ingrediendum dicẽdo, *venite*: alterum intra visum, & allocutũ mulieres iã ingressas similibus verbis. At cùm idẽtitas verborum & aliæ circunstãtiæ magis arguant eũdẽ fuisse angelum Matthęi cum angelo Marci, q ferè ea dẽ cum Matthæo narrare solet, quærẽda ratio aliqua qua apparens illa dissonãtia tolli possit. Id autẽ fieri potest dupliciter. Primò, si dicatur ãgelum illũ, vt Theophylactus indicat, priùs sedisse supra lapidẽ extrà monumẽtum, veluti expectãtẽ mulieres: deide verò ante illas intrasse, ibiq; ipsum ab illis iã ingressis visum, & cum eis locutum. Huic tamen nõ parum obstat q Matthæus dicit eum dixisse, *Venite*. Illo enim videtur ad ingressum eas prouocare, & ꝓinde extra monumẽtum cum eis locutus. Secundò ergo itelligi potest illud Marci, *introeũtes in monumẽtũ*, non significare quòd iam per ostium monumenti qd lapide clausum fuerat ingressæ fuerint: sed vt indicat Augustinus, quòd intra septa macerię ingressę fuerant, qua cõmuni tum tunc fuisse locum monumenti verisimile est. Quòd si intelligẽdum qs putet Marcum locutum de ingressu per ostium monumenti, eo q postquã dixisset mulieres de lapide ab ostio monumẽti tollendo solicitas fuisse, ac mox vidisse lapidẽ sublatum: subiecerit; *& introeuntes in monumentũ*, &c. & tamen angelum hunc de quo Matthęus & Marcus velut extra monumẽtum allocutum mulieres sicut omnino apparet ex Matthæo, iã dicẽdum id qd Marcus dicit de ingressu in monumẽtum sctipsum ab eo per anticipationẽ, vt nõ sit sensus, *Et introeuntes*, vel, vt habent Græca, *& ingressa in monumentum viderunt* hoc est cùm vel postquam ingressę essẽt i monumẽtum viderunt, sed illæ ipsæ quæ ingressæ erant viderunt iuuenẽ, nõ postquã ingressæ essẽt, sed antè. Qui intellectus etsi durus videatur & coactus, præ cæteris tamen magis placet. Non enim curæ fuit Marco significare eas vidisse angelum post ingressum. Quid enim hoc ad fidẽ resurrectionis? Sed satis ei fuit quouis modo significare mulieres ab angeli auditu didicisse, Christũ resurrexisse, & ingressas monumẽtũ oculis vidisse sepulcrũ vacuum. Sed de his diligẽtius posteà in descriptione sepulcri Dominici nũc magis ea expẽdenda in quibus plus est momẽti. Itaq; in iuuenili ætate apparuit angel⁹, sicut & angelus *Tobiæ 5.* Tobiæ Raphael, quia sic eum apparere conueniebat ob floridam & nunquã marcescẽtem immortalitatem angelicæ naturæ & Christi, cuius resurrectionem ad vitam immortalem iã venerat testificaturus. Porrò quid eius sessio, ac stola candida qua indutus fuit significauerit, supra dictũ est. Sedit autẽ à dextris monumenti, sicut & Gabriel ap- *Luc. 1.* paruit Zachariæ stans à dextris altaris, nẽ solùm quia angelica natura abomnib. malis libera, summa fruatur fœlicitate, sed etiam quia per resurrectionem suam Christus è malis huius vitæ trãsla tus esset ad fœlicis vitæ immortalitatem. Dextera enim

enim in scripturis bonum portendit & fœlicitatem, sicut cõtrà sinistra aduersitates designat & mala, vel præsentem vitam. Sicut autẽ custodes ad inopiatum angeli fulgentis aspectum terrore repleti sunt, & facti velut mortui, ita & mulieres præ nimio terrore obstupuerũt. Non enim potest fulgorẽ diuinum sine horrore & stupore humana natura excipere. Sed illos quidẽ à suo non liberauit ãgelus timore, ad quos perterrefaciẽdos missus fuerat: has verò mox à metu liberare studuit quas nõ veuerat perterrefacturus, sed cõsolaturus & instructurus sicut earũ piũ officiũ merat. Dicit ergo: Nolite expauescere vos. Ac si dicat: Meritò examinantur hi custodes q gloriã resurrectionis Domini mei conãtur supprimere, vos autem nolite timere, quæ pio officio vestram cupitis erga meũ Dominum declarare dilectionẽ, scio enim quòd Iesum Nazarenum iam crucifixum quæritis ad vngendũ eum. Paueant, ait D. Gregorius, illi qui non amant aduentũ supernorum ciuium, pertimescãt qui carnalibus desideriis pressi ad eorũ societatẽ pertingere se posse desperãt, vos autem cur pertimescitis, qui vestros conciues videtis? Datum est hic specimen quoddam nouissimi aduẽtus Domini, qui & ipse *Psal. 75.* fiet cũ terræ motu, iuxta illud Psalmi: Terra tremuit, & quieuit cũ exurgeret in iudicium Deus. Nam & tunc gloria maiestatis aduenientis iudicis, illis quidẽ æternum incutiet timorem, pios verò securos esse iubebit. Notandum autẽ in verbis angeli, q̃ non satis habuit Iesum vocare Nazarenum, ad distinctionẽ aliorum, qui etiã tunc nomine Iesus forte appellabãtur, sed etiã addit, crucifixum. Non enim cõfunditur dominum suum dicere crucifixum, quia his quidẽ qui ante ipsum crucifixi fuerant, crux erat ignominia, cũ argumentum esset malefitii eorũ: huic verò gloria, vt per quã & charitas eius erga homines, & potestas contra dæmones & mortẽ est declarata. Ideo etiã crucifixũ nominat, vt sicut prædictam ab ipso crucifixionem iã videbant impletã, crederent prædictam etiam resurrectionem iam factam, vnde de ea subiicit: Non est hic, surrexit enim sicut dixit. Postquam enim eas à timore liberauit, significauit se conscium esse propositi ipsa D tum: deinde de resurrectione dissertes, significauit illarũ studium & conatum esse superuacaneum. Resurrectionem autem eius dupliciter eis comprobat, primò à prædictione eius, dicens; surrexit sicut dixit. Secundò ostẽsione vacui sepulchri, dicens: venite & videte locum vbi positus erat Dominus. Dicendũ hic cur per angelum testificari & prædicari imprimis conueniebat Christi resurrectionem, & nõ potius Christum se hominibus statim viuum exhibere. Itaque per angelos imprimis resurrectio eius nunciari debuit hominibus quia conueniebat vt priusquam se Dominus videndum exhiberet, per aliquos testes ad fidemcorda hominũ præparatrẽtur, sicut ãte ipsum missus fuit Ioannes ad parandum Domino plebẽ perfectã. Angelos autem resurrectionis domini priE mos esse testes cõueniebat, non solùm ad gloriã Christi, & vitæ ad quã resurrexit immortalitatẽ, sed etiam quia illius resurrectio vt pote plene diuina supra captũ esset hominum. Sic & cõceptio eius atque natiuitas primò ab angelis est prædicta, eiúsque ascensio in cœlũ per eos est annunciata, per quos demum & nouissimus eius aduẽtus manifestabitur. Quoniam, vt habet Paulus, A ipse Dominus in iussu & voce archangeli, & in *1. Thes. 4.* tuba Dei descẽdet de cœlo. Mulieribus autẽ primùm resurrectio est ab angelis nũciata, quòd hoc illæ pia sua sedulitate meruerant: sicut pastoribꝰ Christi natiuitas est primùm annunciata, vt qui sua simplicitate & vigilia eo priuilegio digni facti essent. Sicque factum est, vt sicut per fœmineũ sexum mors peruenit ad virum, ita per eundem viris nunciaretur vita resurgens. Vnde sequitur: Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quòd surrexit. Petrũ speciatim nominant, tum ob inter Apostolos eminentiam, tum ne ob negationem Petrus se reiectũ existimaret. Hic ergo vt præ cæteris peccauerat, ita peculiari indiguit cõsolatione, B qua & se dignum reddidit, quòd vt præ cæteris grauius peccauit, ita vehemẽtius doluit, & fleuit amarius. Declaratum hic verũ esse quod dicit ad Romanos Paulus: Vbi abũdauit delictum, super- *Roma. 5.* abundauit & gratia. Cæterum angelus non tantum resurrectionẽ mulieribus à se nunciatam, discipulis annunciari iubet, sed & promissionẽ addit, qua & mulierum, & discipulorum fidẽ confirmet, promittens illum ipsis videndũ, idque eo loco, quo id ipsum Dominus prius discipulis præ dixerat futurum. Ecce, inquit præcedet vos in Galilæa, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Dupliciter ergo his verbis fidem resurrectionis Christi excitat, nimirum & per promissionẽ visionis, & per repetitionẽ promissionis & verborũ Christi quibus olim sui visionem pollicitus fuerat. Nisi enim audiuissent se illum aliquando visuras, vanam existimare potuissent resurrectionis annunciationem, dumque idem audiunt iam sibi promitti ab angelo quod olim audiuerũt à Domino cuius promissionem eis etiã angelus in memoriã reuocat, meritò debebant per huiusmodi verborum consonantiam ad fidem perduci. Dixerat enim Dominus: Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Dicendo autẽ, præcedam vos aut præcedit vos; iubetur vt discipuli in Galilęam suam regionem redeant, visuri ibi Dominũ, vnde postea Dominus ipse dicit mulieribus: Nunciate fratribus meis vt eant in Galilęã, ibi me videbunt. Cæterùm hoc quod Dominus nõ secuturus, sed præcessurus suos dicitur in Galilæam, etiam facit ad erigendum ipsorũ animos, & festinandũ in Galilæam, vt qui non expectaturi irent, sed expectati. In Galilea autem se vidẽdum discipulis Galilæis promittit, quamuis antè ab eis videndus esset in Iudæa, ad literam quidẽ propterea, quòd ibi ab omni Iudæorũ metu liberi securè Dominum videre possent, quodque patriam suam honorare vellet, & potissimum quòd in Galilæa plures haberet discipulos, à quibus in magna multitudine ibi visus est, vt post dicetur. Secundũ spiritualem verò & misticã rationem, ad designandum quod Iudæis in sua incredulitate ex magna parte persistentibus, Christus à gentibus maximè videndus esset per fidem. Terra enim Zabulon & Nephtalim, in qua Christus maximè prædicauit, dicebatur Galilæa gentium: vnde per hanc regionem gentes misticè sæpe designantur, ad quas se transmigraturum Dominus hac promissione significauit: cui mysterio bene quadrat significatio nominis Galilæa, significat enim trasmigrationem. Obseruandum hic quomodo resurrectionis manifestatio respõdet initio

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicationis Christi. Primùm enim Christus in Iudæa manifestari cœpit, docendo & prædicãdo, sed ita vt paucis esset cognitus. At Ioanne in carcerem tradito, in Galilæa palã omnibus cœpit declarari, ita vt hinc suam prædicationem tres priores Euangelistæ Dominum dicant exorsum nulla facta mentione prædicationis factæ in Iudæa. Ita & resuscitatus Dominus, primùm quidẽ in Iudæa discipulis visus est, sed tectè, latenter, & in domo: at in Galilæa primum multis palam in monte visus est, ita vt hanc solam visionem angelus & dominus promittat, eamque solam Matthæus commemorat, ob quã rursus dicere licet impletum quod Matthæus in principio prædicationis Christi tanquã auspicatę palã in Galilæa impletum testatur. Populus qui ambulat intenebris, vidit lucẽ magnam. Vtrobiq; autẽ mystice, designatum est, Iudæis quidem primum Christũ prædicandũ, atq; à paucis recipiẽdum, & per fidem videndum: gentibus verò ipsum magis prædicandum, & ab ipsis clarius agnoscendũ, magisq; recipiendũ. Addi & hoc recte potest prædictis, quòd si sequamur prædictã dictionis, Galilæa, significationem, bene etiam ob nouam resurgẽtis conditionem in Galilæa, hoc est, in transmigratione videndus promittitur. Transmigrauerat enim iam dominus à morte ad vitam, a mortalitate ad immortalitatem. Seruit & hic locus secundùm dictam nominis significationem morali instruction, vt hinc discamus, quod resurrectionis eius gloriam iam per fidem, & post facie ad faciem læti videbimus, si modò in Galilæam concesserimus, hoc est, à vitiis ad virtutum celsitudinem transmigrauerimus, vt in homilia paschali pie philosophatur Diuus Grægorius.

Ibidem.

ET INGRESSAE NON INVENERVNT CORPVS DOMINI IESV, &c.] Optimè iã narratio Lucæ sequitur narrationem Matthæi & Marci quã Lucas prætermisit, sicut & hãc Lucæ illi omiserunt. Cũ enim ãgelus de quo Matthæus & Marcus, mulieres vocasset ad ingrediendũ, & videndũ vbi positus fuerat Dominus, illæ ingressæ sunt vt habet Lucas, nec inuenerũt corpus Domini Iesu. Cæterum vt intelligatur quomodo mulieres ingressæ fuerint monumentum, & quale fuerit ostiũ monumẽti quod lapide magno claudebatur, oportet scire aliam fuisse rationem & modum monumentorum apud Iudæos quã est apud nos, vt annotatum est satis circa caput Cõcordiæ 31. Erant enim monumenta apud eos speluncæ, quæ multos homines, etiã stantes capere possent. Describit autẽ Brocardus monachus speluncam Dominici sepulchri, vt à se est visa, in hũc modum: Ecclesia sepulchri Dominici rotũda est, habetq; in medio aperturam rotundã, sub qua sepulchrum Dominicum sub dio consistit, nullo tectum imbricamento. Spelunca sepulchrũ Domini continens, habet in longum aliquot pedes, foris quidẽ marmore tecta, intus verò adhuc nuda conspicitur, sicut tẽpore passionis fuit. Ostiũ quod ducit in hanc speluncam, ponitur ab oriente, & est valde paruum. Et quum ingressus fueris speluncam, sepulchrum ponitur ad dextram, hoc est, ad parietem spelunc̃ septentrionalẽ, factum de marmore grisæi coloris, habens in longitudine octo pedes, sicut & spelũca ipsa, nec est in crypta illa lumen aliquod cœleste, sed lampades aliquæ accensæ reddũt eam illustrem. Et, nota, q̃ ante speluncã Dominici sepulchri est alia crypta eiusdem magnitudinis & figuræ, solo pariete intermedio à priori segregata, & ad hanc primò descenditur. deinde per ostium intermedij parietis venitur in spelũcã Dominici sepulchri, & ostium illud fuit clausum, quando mulieres tẽpore resurrectionis Dominicę dicebant. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Hęcille, ex quibus iam clarè patet quomodo intelligi possit quod dicit Marcus, mulieres ingressas in monumẽtũ, cũ angelus sedens super reuolutum lapidem, vt habet Matthęus, eas alloqueretur. Intelligi enĩ posset eas ingressas in anteriorẽ monumenti speluncam, quod supra admouissemus, si tum Brocardum consuluissemus. Lucã autẽ locutum de ingressu in interiorem spelunc̃ partẽ patet, q̃a dicit eas nõ inuenisse corpus Iesu, quãquã magis verisimile sit etiam Marcũ de eodem in speluncam ingressu locutum fuisse. Vide autẽ & apud Bedã descriptionem sepulchri Domini ci lib. 5 historię Anglorũ ca. 17. & expositionem eiusdem in Marci cap. vltimũ vbi bene explicat ingressum in monumẽtum, & quomodo angelus sederit à dextris. Cùm ergo ob non inuẽtum corpus Iesu animo essent consternatæ, admirantes quid de corpore factum esset quod necdum crediderunt surrexisse: ecce tum duo angeli in specie vitili steterunt iuxta illas in veste fulgenti, vt q̃ vnius non crediderunt testimonio duorũ ... *Deu. 17.* mouerentur. iuxta illud: In ore duorũ aut trium testium stabit omne verbum. Cumq̃ mulieres nouo miraculo expauefactę, vultum & oculos declinarẽt in terram, non audentes contra tueri maiestatem visionis humana natura sublimioris, aut quicquam ab angelis astantibus interrogare, illi eas alloquuntur, blãdè quidẽ satis, sed tamen paulo durius, quàm fecerat primus angelus, q̃ ei non credidissent. Quid? inquiunt, quæritis viuentẽ cũ mortuis? hoc est, quid quæritis inter mortuos, & in sepulchris mortuorum eum qui viuit: Non est hic quem quæritis, sed surrexit. Atque vt id credant, in memoriam reuocanteis verba Domini, quibus olim in Galilęa antequã Iudæorum vim & persecutionem pateretur, prædixit suam mortem & resurrectionẽ. vt sicut viderant prædictam accidisse mortem, crederent & prædictam iam resurrectionẽ completã. Itaque prius per mœrorem & animi perturbationem in obliuionem verborum Domini venerant, iam ex admonitione angelica recordatæ sunt verborum eius, & timore pariter & gaudio correptæ propriè egressæ sunt è monumento, currẽtes ad nunciandum Apostolis hæc. Duplex enim mẽtes mulierũ tenebat affectus, timoris & gaudii: quorum alter nascebatur ex admirandis quę viderãt, alter ex læto nuncio quod audierãt: vterq; autẽ fœmineum cõcitabat gradum, vt habet Mathæus alter verò, nempe timoris, silentium etã eis imposuit, vt habet Marcus, ita vt nemini in via occurrentium quicquam dicerent. Sic enim intelligendum quod dicit: Nemini quicquam dixerũt: ne sit cõtrarium ei quod Lucas dicit illas nunciasse hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Nemini autem in via occurrentium quicquam dixerunt, quia timebant Iudæos ne ipsas occiderent, audito quod Christi prædicarent resurrectionem. Cæterum mulierũ quæ summo diluculo sepulchrum Domini adierunt, vnum tãtum nominat Ioannes, nempe Mariam Magdalenam, Matthæus duas tantùm, nempe Mariã Magdalenam, & alteram Mariam, scilicet Iacobi matrem: Marcus tres. Adiungit enim duabus illis ipsam Salome, quæ fuit mater filiorum Zabedęi. Lucas verò non expressã Salome, aliis duab⁹ adiungit Iohannam, quam supra̅ capite suo octauo dixit fuisse vxorẽ Chusæ procuratoris Herodis: scribens itèm sine nominum expressione alias quoque aliquot tribus illis iunctas fuisse cũ dicit, & cæteræ quæ cum eis erant. Itaq; præter quatuor fœminas, quorum nomina exprimũtur apud Euãgelistas, cõstat aliquot sepulchrum Dominicum adiisse. Nec est quod quis putet ideo diuersos Euãgelistas, de diuersis locutas mulieribus, aut de earundem diuersis accessibus, quia non omnes æquè multas nominãt. Nõ enim aut Ioãnes vnã tãtũ, aut Matthæus duas tantũ, aut Marcus tres tantũ fuisse scribit: sed ille quidem omnium præcipuam solam commemorauit, de qua narrare instituit, quomodo sola primò Dominũ videre meruit: alij verò vnam aut alteram ex præcipuis ei coniunxerunt, om̃ issis reliquis quæ eis adhærebant: omnes autem satis insinuauerunt Christi resurrectionem: primò quidẽ ab angelis nunciatam mulieribus, deinde verò à mulieribus nunciatam Apostolis. His autem teste Luca visa sunt verba mulierum sicut delira ... , & non crediderunt eis. Putabant enim sexum muliebrem infirmiorem deceptum vanis aliquibus spectris, quos sicut & mulieres ideo Dominus passus est tardiores esse ad credẽdum, vt pluribus argumentis confirmaretur Dominicæ resurrectionis fides, sicque eorum infirmitas nostra facta est firmitas. Ipsa enim resurrectio illis dubitantibus per multa argumẽta monstrata est, quæ dum nos legentes agnoscimus, de eorum dubitatione solidamur. Porro sicut nõ ob id asserendum est Euangelistas diuersa narrare: quia vnus plures, alius pauciores, nominat mulieres: ita nec ob id putandum Ioannem cõtraria aut diuersa à Luca commemorare, quòd Mariã Magdalenam venisse dicat ad Petrũ & dilectum discipulum, cùm Lucas dicat eam cum aliis venisse ad vndecim, eisque narrasse quæ audierant, & viderant. Sicut enim non sola venit ad Apostolos Magdalena, quanquam hanc solam Ioannes nominet, quòd inter omnes esset præcipua⁹: ita non solùm ad duos venit Apostolos, quamquã hos solos exprimat, quòd his præcipuè Magdalena locuta sit, quodq̃ hi pro singulari suo erga ergo Dominum affectu auidius audiuerũt, & diligentius scrutari sunt mulierum sermones. Sic nec cõtrarietatis notari possunt, nec diuersa narrare putandi sunt Lucas & Ioannes, quòd ille solum Petrum narret cucurrisse ad monumentũ. hic verò simul cum Petro etiam Ioannem. Nã, vt iam sæpe dictum est, nulla̅ideo contrarietas est aut diuersitas, quod vnus plus dicat, quam alius, supplens quod ab alio minus est dictum. Certè quòd non sola Magdalena sepulchrũ adierit, & ad Petrum & dilectum discipulum venerit, quanquam eam solam nominet Ioannes, patet ex ipsius Ioannis verbis. Dicit enim eam dixisse pluraliter: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. Dum enim non dicit, Nescio, sed Nescimus, significat satis secum alias etiam Dominũ quæstuisse,

Descriptio sepulchri Dominici.

Hic tamẽ videri possit aliquid contrarietatis esse inter Ioannem & Lucam, quod Ioannes scribat Mariam tantum dixisse quòd abstulerit Dominũ de nomumento, cùm Lucas dicat mulieres dixisse Apostolis quæ viderant & audierant. Si enim dixerunt se vidisse angelos qui dicerẽt Dominum viuere, quomodo Magdalena dicit: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum? Sed facilè intelligendum relinquitur, mulieres etiam post visionem angelorum necdum credidisse firmiter Dominum surrexisse, & ob id nunc narrasse quæ audierant ab angelis, nunc suam dixisse sententiam qua putauerunt ab illis quos in monumento repererant, aut ab aliis, Domini corpus aliò trãslatum. Itaque quoniam de prima apparitione angelorum à tribus Euangelistis satis perscripta nihil commemorauit Ioannes, ea tantũ Magdalenæ verba descripsit, quibus suam explicauit sententiam. Diligenter enim obseruandum in Euangelistis, vt & alias monuimus, ipsos cum aliquid omittunt ab aliis narratum, si c tamen suam continuare & prosequi narrationem quasi nihil sit omissum. Quem morem qui non satis aduertunt, putant frequenter diuersa esse quæ diuersa non sunt. Diuus Augustinus. enim quoniam Magdalena apud Ioannem tantùm dicit sublatum à monumento Dominũ, putat illam cum aliis in primo accessu ad sepulchrum non vidisse angelos, sedmox vt vidisset sublatum lapidem recurrisse, & nunciasse Petro & Ioanni sublatum corpus Dominicum, ac tum hos etiam adiisse sepulchrum, & inuentis tantùm linteis, etedidisse verum esse quod magdalena dixerat sublatum corpus: deinde verò mulieres reuersas vidisse angelos, eisque visis renunciasse Apostolis quæ audierant ab Angelis. At hæc sententia, præterquam quod parum conuenit narrationi Matthæi & Marci, nimis videdetur contraria descriptioni Lucæ. Is enim postquam mulieres dixit Apostolis renunciasse quæ viderant, & ab Angelis audierant, & illos non credidisse eis, subiicit de Petro: Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum; significans satis Petrum accessisse sepulchrum post annũcia tam angelorum appãritionem, quam referentibus mulieribus Apostoli non crediderunt. Idem apertius eam significauit, dum refert postea verba Cleophæ ad Dominum dicentis: Mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam angelorum visionem vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumẽtum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non inuenerunt. In quibus verbis etiam illud obseruandum, quòd quamuis Lucas hic tantum Petri meminit, dicens eum cucurrisse ad monumentum: ibi tamen pluraliter scribit Cleopham dixisse: Abierunt quidam ex nostris; vt constet non solum Petrum adiisse sepulchrum, satisque etiam constet Lucam hic de eodem locutum Petri ad sepulchrum accessu, de quo Ioãnes, contra plerosque, qui de diuerso Petri accessu Lucam & Ioannem putant scripsisse ob dictam illam varietatem annunciationis mulierũ, postquam vterque Petrum commemorat cucurrisse ad monumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXIIT ERGO PETRVS, ET ILLE A- A
LIVS DISCIPVLVS, ET VENERVNT, &c.] Illi ex discipulis præ cæteris cucurrerũt, qui præ cæteris amauerunt, quãquam etiam fieri posſit vt hi duo ab aliis ordinati fuerint, & omnium nomine sepulchrum adierint, visuri num corpus non inueneretur in monumẽto, Deo ita disponẽte, vt duo Apostolorũ præcipui testes essent eorũ quibus Domini cõfirmanda erat resurrectio. Currebant ergo simul, qui simili erãt ardore præditi, at discipulus ille Iesu dilectus, (sic enim Ioãnes seipsum designat) vicit Petrum cursu, vt erat illo agilior per ætatẽ, & venit prior ad monumentũ. Et inclinato corpore prospiciens per ostiũ in monumentũ, vidit posita linteamina quibus corpus fuerat obuolutũ, & proinde intellexit ibi nõ esse corpus, non tamẽ introiuit, siue quod quodam timore cohiberetur, quoniã audierat à mulieribus ibi apparuisse angelos, siue q̃ seniori & digniori se vellet primatum introitus deferre. Venit ergo mox post eũ Petrus, qui & ipse, vt habet Lucas, cum se inclinasset, vidit per ostium linteamina posita sola, hoc est, sine corpore. Verũ non cõtentus prospexisse in monumẽtũ, sed vt erat cursu superatus à Ioanne, ita vicissim eum superans audacia, & vestigandi curiositate, etiam ingressus est. Ingressusque non tantùm posita linteamina, sed etiam sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Hunc ergo cõsecutus est & alter ille discipulus, qui solus aut primus noluit ingredi, & ipse quoque vidit quod Petrus. Et quidem ea quæ viderant erãt certissima resurrectionis signa & argumẽta. Nã si quis eum trãspositisset, non certe denudasset: neque si furatus fuisset: curã habuisset, vt & sudarium inuolueret, poneretq; in vnum locũ, à linteaminibus separatũ, sed ita vt situm erat corpus, aut trãspositisset, aut furatus fuisset, tum ob pretiũ syndonis & vnguentorum, tum ob id quod veritus fuisset superfluum tempus in negotio illo consumere, nec tantum habuisset otij ad lintea detrahẽda corpori tenacius quouis visco adhærẽtia, p D pter vnguẽta, & suo quæq; loco digerenda. Propterea ergo à Domino sic linteamina erãt posita & sudarium seorsum inuolutum, vt discerent q̃ cũ authoritate, omniq; securitate surrexerat, Nõ tamẽ ex his signis credebãt eum surrexisse, se, sed id tantũ credebãt esse verum quod dixerat Maria, corpus sublatũ à munumento. De ea enĩ fide intelligẽdũ quod dicit de se Ioannes, vidit & credidit, nõ autem de fide resurrectionis, quia sequitur. Nondum enim sciebant scripturam, quia oportet eũ à mortuis resurgere. Euthymius tamen intelligit eos visis signis illis resurrectionis indubitatis, credidisse ipsum surrexisse, & intelligit per illud quod sequitur: Nondum enim sciebant scripturam, &c. causam reddit cur prius nõ crediderũt mulieribus, quæ eis resurrectionem annũciauerant ab angelis missę, sed viderentur corã ipsis tanquã deliramentum verba illarum. Verùm quod ea de causa Ioannes illud non dixerit, patet, quia non meminit prius illius annũciationis factæ Apostolis. sed tantùm dixit Mariam sugge sisse corpus sublatũ. Obseruãda ergo hic & admirãda Apostolorũ in credendo resurrectionem tarditas, quę nobis dupliciter Dei commendat bonitatẽ, nẽpe & in tolerando illam, & in disponendo illam, ad confirmandum resurrectionis fidem. Adierant toties Dominum cui bene credebant, prædicentẽ se tertia die post mortem crucis resurrecturum, & iam à mulieribus fide dignis audierant angelos resurrectionem Domini testificatos: viderant postremò infallibiliaret surrectionis indicia, & tamen quasi immemores verborum Christi, quasi nullis omnino fidem habentes, nec hominibus, nec ãgelis, quasi ad certa signa cœci, hoc est, quasi & mente & sensibus capti, non credunt post prædictã mortẽ à se visam, verã esse crucifixi quam prædixerat resurrectionem. Ita factum est vt dupliciter eorum incredulitas & tarditas confirmaret resurrectionis fidẽ. Primùm, quia, vt dictũ est, ea occasione per multa argumenta resurrectio Christi demõstrata est. Secundò, quia sic declaratum est veram fuisse Apostolorum fidem & prædicationem, qua postea crediderunt & prædicauerunt Christi resurrectionem, vt qui eam tardè receperunt fidem, nec ad eam temerè adducti sunt. Non enim facilè habetur fides iis qui facilè aliquid credũt, maximè fidè eis aliquid prædicent glorioſum quos impẽsè diligunt. Creduntur enim amoris decepti magnitudine ad credẽdũ nimis fuisse faciles. Et hęc quidem circa literã annotasse sufficiat. Cæterũ cum tam diligenter & exactè historia hæc de Petro & Ioãne perscripta sit etiam hic mysteriũ aliquod recte intellexerimus insinuatum. In Petro enim Ioanne, qui & alias inueniuntur coniuncti, vt in præparatione cœnæ nouissimę, in sequela post ptum Dominũ, & aliquoties in actis, rectè intelligimus duo vitæ genera, actiuam & contemplatiuam. Petrus enim vbique inuenitur feruidus & actiuus. Ioannes verò contẽplatiuus, vt qui é pectore Domini, super quod in cœna recubuit, hausit mysteria diuinitatis Christi, quæ in suo cructa uit postea Enangelio. Secundùm hanc ergo consideration em hic insinuatum est, quod sæpius cõtemplatiuus cognitione & ingenio prævenit, practicus autem inferior est: attamen feruore suo & studio illius vincit alacritatẽ, & videt prior diuinum quoddã mysteriũ practicus. Sic Theophylactus, aliter D. Gregorius, qui in duabus his discipulis intelligit significatã Ecclesiam & synagogã: & synagogam quidem in Ioanne designatã, priorẽ mysteria Christi velut à longe prospexisse: Ecclesiam verò super Petrum ædificatã, & proinde in Petro rectè designatã, ante synagogã ad axactã mysteriorum Christi admissam cognitionẽ, ad quam tamẽ post eam etiam est admittẽda Iudęorum synagoga. Qui plura volet, legat Diuum Gregorium in homilia.

MARIA AVTEM STABAT AD MONVMENTVM FORIS, &c.] Post ea quæ dicta E sunt, discipuli abierunt ad semetipsos, hoc est, ad suum diuersorium, & ad locũ vnde venerãt. Sic enim dictum est, abierunt ad semetipsos, sicut suprà dixit Marcꝰ ca. 5. suoꝝ. veniũt ad archisynagogos, pro eo quod est, veniunt à domo archisynagogi. Cæterùm vt ex Ioanne certũ est Magdalenam cum Petro & Ioanne aut post eos rediisse ad monumentum, (alioqui enim non posset eius constare narratio quæ sequitur de illa) ita ex Matthęo constat satis cũ Magdalena etiam alias mulieres ad monumentũ reuersas, quia alioqui nõ posset consistere Matthæi narratio, qua dicit Dominum cœcurrisse mulieribus à monumẽto recedẽtibus easque,

ea sque salutasse, quia id in primo earum à monumento recessu non potest intelligi cõtigisse. cum ex Ioãne & Marco manifestũ sit Dominũ primo apparuisse Magdalenæ, idque ad monumẽtũ, nõ autẽ in via. Cæteras autẽ mulieres virisimile est post Petrũ & Ioannem etiam recessisse à monumento, relicta circa illud sola Magdalena. Sic enim intelligi poterit quomodo secundùm narrationẽ Ioannis & Marci Dominus primò apparuerit Magdalenæ ad monumentũ, & secũdum narrationem Matthæi apparuerit in via mulieribus, quę iã à monumento recesserant, nempe quia primo apparuit soli Magdalenæ iuxta sepulchrum, & deinde illi post alias reuersæ simul cũ illis apparuit in via: Reliquis ergo & viris, & mulieribus à sepulchro recedentibus, sola ab illo diuelli nõ potuit B Magdalena, præ amoris magnitudine. Stabat autẽ ad monumẽtũ foris, aut quod superfluum indicaret ingredi in quod & ipsa prius & postea Apostoli corpus non esse deprehenderunt, aut quòd religione quadam & metu ab ingressu reuocaretur, eo quod illinc prius ex angelorũ visione conturbata recesserat. Plorabat, quod nec memoria tãti sui magistri remanserat, quodq; nec mortuo pietatis impendere posset officium. Dũ ergo fleret inclinato corpore prospexit in monumẽtũ, circũspectans si qua spes affulgeret inueniẽdi corporis, pro more eorũ qui quod impensè diligũt C ſt etiam ibi vbi illud prius nõ inuenerunt, & vel ex cõspecto loco vbi positus erat Dominꝰ consolationem capiens quoniam ibi Dominum inuenire non licuit. Solent enim amantes lubẽter inspicere amicorum saltem loca & mãsiones. Itaque ob hoc tam magnum erga Iesum desiderium, maiorẽ meretur visionẽ quàm discipuli. Imprimis enim vidit duos angelos albis vestitos, sedentes vnum ad caput, & vnum ad pedes vbi positum fuerat corpus Iesu. Hi autẽ vidẽtur apparuisse nõ vt voce testimonium perhiberent resurrectionis Christi. Nam tale nõ dederũt testimonium. Sed vt sua apparitione declararẽt illam frustra quęrere ibi mortuum, vbi tantũ inuenirẽtur viui: aut frustra existimare Domini corpus sublatum, cũ sepulchrum vigiles haberẽt angelos custodes: aut certe vt sua apparitione primã Domini apparitionem cohonestarent, atque ad illam præpararent Magdalenã. cum enim illa prima angelos alloquiererẽtur, illi dicunt ei: Mulier quid ploras? non quòd ignorarẽt ploratus causã sed vt eam aperiens Magdalena cõueniẽti deinde ordine se illi ostẽderet Dominus. Cum enim illa causam fletus æstúmque animi sui aperuisset mox conuersa retrorsum, siue quia ex angelorũ vultibus, aut ex strepitu intellexit aliquẽ astare à tergo: siue qa vtanxia erat in quærẽdo corpus Domini, cõtinuò respectabat, nõ expectato angelorum responso vidit Iesum stantem, nec tamẽ cognouit quòd Iesus esset. Necdum enim sic se Dominus illi exhibuit, vt ab ea agnosci posset, qui in manu sua habebat se cũ voluit oculis hominum subtrahere, & sicut voluit oculis hominũ se insinuare. Existimans ergo illũ esse hortulanũ, hoc est, horti eius in quo erat monumẽtum) vt suprà dixit Ioannes (cultorem & custodem, Dominǫ similiter cum angelis interrogante cur ploraret, & quẽ quæreret, respondit. Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum & ego eũ tollam. Putabat enim ab hortulano, forte transpositum corpus in tutiorẽ aliquem locum, ne etiam in mortuum corpus sæuirent ludæi. Dominum vocat quem hortulanum putabat, non quomodo Christum Dominum vocabat, sed more vulgari tantum reuerentiæ cãusa. Obseruandum autẽ in verbis illis, amoris magnitudinem quæ fuit in Magdalena, dupliciter indicatã. Primũ, quia ei quem hortulanum credidit quærenti quem quæreret, non expressit quem quæreret, sed dixit. Si tu sustulisti eum. Amoris enim vis hoc agere solet in animo, vt quem ille semper cogitat, nullũ alium credat ignorare. Deinde, quia sine loci alicuius exceptione dicit; dicito mihi, vbi posuisti eũ & ego eum tollam; qu asi quouis loco parata eũ tollere, etiamsi vitæ discrimẽ obeundum esset.

Itaque Iesus delectatus tanto mulieris desiderio, diutius se illi nõ putauit celandum, sed voce nota & familiari eam compellando, se illi voluit notescere. Itaque proprio eã appellans nomine dixit. Maria; quasi dicens. Recognosce eum à quo recognosceris Ad hanc vocem notam subito cõuersa mulier, (iam enim se reflexerat ad angelos adeo subitis affectibus huc & illuc ſpellebatur(subitoque gaudio rapta, solito titulo vicissim cõpellat discipula præceptorẽ, dicens: Rabboni; q̃ Syris dicitur magister aut magistermi. Hæc autem dicens, cùm solito more Dominum complecti vellet, dixit ei Iesus Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Vbi quærendum occurrit, primò quare Dominus modò se tangi noluit à Magdalena, cum se mox à mulieribus tangi permisit cùm illis occurreret in via, deinde Apostolis se tangendum obtulerit, dicens: Palpate & vidite, quoniã spiritus carnem & ossa non habent. Præterea qualis est illa ratio: Nondum enim ascendi ad patrem meũ. Videtur enim ea significari non posse se contingi priusquã ad patrem ascenderet, vbi autẽ ascendisset, tum demũ se contingendum. Dicendum ergo Dominum modo noluisse tangi à Magdalena, q̃ illa solita familiaritate ipsum contingere vellet, ignara quòd iam corpus gestaret immortale, maiore quàm olim veneratione tractandum, vnilud impiis nũquam exhibnit Dominum videndum aut attrectãdum. Et fortasse Magdalena, nõ vt postea mulieres, tantùm tenere & osculari pedes Domini: voluit sed etiam prænimio amore & gaudio amplecti, quemadmodum videri potest ex caruncula illa quæ in fronte capitis Magdalenę apud Massilienses cspici dicitur, atque excõtractu immortalis manus Domini eam à suo contãctu repellẽtis relicta creditur. Cæterùm subiunctam, à Domino rationem prohibiti cõtactus sui sic intelligit Diuus Augustinus: Noli me tangere quia necdum in corde tuo ascẽdi ad patrẽ meũ, hoc est, necdum de me dignam habes opinionẽ, necdum agnoscis me patri æqualem, necdũ credis me diuinam assecutum secũdùm corpns vitam. Verum huic intelligentiæ non cõuenit q̃ mox iubet Dominus Apostolis nunciari, se ascẽdere ad patrem, non autẽ se iam ascendisse, significatur se necdũ verè ascendisse ad patrem secundùm corpus: & non solùm non ascendisse in corde Magdalenæ. Coactius est quod quidam in paraphrahibus intelegit hac: parte: Necdũ enim ascendi ad patrẽ meum; reddi rationem quare Magdalena adhuc carnalem habuerit existimationem, & necdum spiritualem, qualem accipe

Universidad de Deusto
Biblioteca

re non posset nisi postquam Dominus ascēdisset A in cœlum, corporis sui præsentiam terris subtrahens, & spiritum mittens qui suos duceret in omnem veritatē. Non enim illius hic reddenda erat ratio, sed prohibiti contactus. Simplicius ergo fuerit cum Chrysostomo intelligere Dominū significasse per subiunctam rationem, se iā longe diuinioris esse secundum corpus viræ quàm erat olim, atque ob id non se solita attrectādum familiaritate. Hanc autem rationem non significat solum per hæc verba, Necdum enim ascēdi ad patrem meum, sed per hæc simul cum sequētibus quibus iubet renunciari fratribus suis ascēdere iam, hoc est, iamiam ascensurū: Hic ergo est sensus: Noli me tangere, secundùm pristinā corporalem consuetudinem. Iā enim excellentioris sum conditionis quàm olim. Namquāquam nec dum ascenderim ad patrem meum, sed adhuc in B terris degam, tamen iamiam ascensurus sum ad illum, id quod te volo fratribus meis renūciare. Per suam ego ascensionēm, immortalitatem ad quam resurrexit insinuauit, quam non solùm Magdalenæ, sed etiam Apostolis cognitam voluit, vt animos eorum è carnalibus ad cœlestia prouocaret. & iā in prima apparitione significaret causā, ob quam nonvt olim cumipsis & cum omnibus continuam haberet conuersationem. Bene autē notandum, quòd Dominus iam post resurrectionem Apostolos fratres suos vocat, quos prius vocauit amicos. Etsi enim gloriosior iam factus esset non tamē illos contēptius habuit, sed humilius sese deiecit, seq; illis accommodauit, vt ne nimis eos resurrectionis claritas & ascensionis mentio contu rbaret, sed quātū illa ad reuerē C tiā maiorē prouocabat, tantùm fraterni nominis appellatio confidentiam adderet. Ob eiusdē cōfidentiæ augmentum, & ad ipsorū consolationem maiorem, ad illud quod dicit; ad patrem meū & Deum meum; adiecit, & patrem vestrū & Deum vestrū, significans iam verè illos sibi esse fratres, vt qui secum vnum haberent communem patrē atque Deum. Cōueniebat quidem vt diceret: Ascendo ad patrem meum & Deum meum; vt significaret ascēsionis sibi debitæ rationem. Ideo enim in cœlos ipsum ascendere cōueniebat, qa ibi proprium habuit patrem & Deū. Bene autē adiecit etiam; & patrem vestrū & Deum vestrū, D vt spem ipsis daret aliquando etiā illuc ipsos ascēsuros, sicut prius illis promiserat: dicēs autē, ad patrem meū, & patrē vestrum, Deummeū & Deū vestrū, & non, patrē nostrū & Deum nostrum, significat aliquam inter se & Apostolos differentiā quo ad Deum, vt qui ipsius solius pater esset per naturam aliorum per adoptionem: ipsius quatenus hominis, Deus sine medio: aliorū verò, per mediatorem Christum. Patrem enim suum vocat secundum diuinitatem, Deum suum secundùm humanitatem.

SVRGENS AVTEM IESVS MANE PRIMA SABBATHI, APPARVIT PRIMO MARIAE MAGDALENAE, &c.] Historiā quā E de prima Domini apparitione Magdalenæ facta Ioannes latè descripsit, Marcus paucis cōplexus est, sicut & historiā de duobus discipulis qui Dominum viderunt in Emaus, quam postea Lucas latè prosecutus est. Sciendū tamen quòd, vt & D. Hieronymus annotauit in quæstionibus ad Hedibiā. & Euthymius in cōmentariis, id quod ad hoc loco vsque ad finem capitis legimus in Marco, in quibusdā Græcorum codicibus non inueniri, atque à quibusdam putari à Marco non esse scriptum, sed recenter ab aliquo additum. Quod si verum esset, certe valde imperfecta fuisset cōclusio & finis narrationis Marci, vt vel ob id non sit verisimile istud adiectitium esse. Cæterum, vt prius est annotatum, secundùm Hieronymū, Theophylactum & Euthymium, illud; mane primasab bathi, non est coniungendum cū participio, surgens, sed cum verbo sequenti, apparuit. Quod si tamen cum participio præcedenti iungatur, vt magis videtur iungendum, non tamen sequetur resurrectionem Christi factam in matutino tempore & non antè, quia Græcis non est participium præsentis temporis, surgens; sed, præteritum ἀναστάς, id est, cum surrexisset. Verùm autem erat Christum surrexisse in matutino tempore, etiāsi eius resurrectio prius facta fuerat. Nihil enim aliud significare voluit Euangelista, quàm Dominum tunc resurrexisse, cùm ad sepulchrum venirent mulieres. Bene autem notandum, quod mulieribus, & inter eas ipsi Magdalenæ primò Dominus apparuerit; quæ olim fuerat insignis in ciuitate peccatrix, & dæmoniorū habitaculum. Sic enim factū est, vt vbi abundauit delictum, ibi superabūdaret & gratia: & sexus fœmineus primò videret vitā, quę primò gustauit mortē, sicq; pertetui reatus oppriobriū apud viros effuge[illegible] q; bene ad commendandam Christi gratiam adiecit Marcus, de qua eiecerat septem dæmonia. Nō enim hoc additū est, vt quidā volunt, ad distinctionem huius Magdalenæ ab alia, quę etiā dicta Maria Magdalena. Nam vnam eandēque esse Magdalenam de qua loquuntur Euangelia, satis patet ex Euangeliorum collatione. Quomodo autē intelligēdū sit quod de eiectione dæmonum hic dicitur, dictū est circa caput Cōcordiæ. 55. Porro quāquā Dominus primò dicatur apparuisse Magdalenæ, pietas tamen non parum suadet vt credamus Dominū prius apparuisse dilectissimæ suę matri, licet eam prætermiserint Euangelistæ, ꝙ ad confirmandam filij resurrectionē inefficax esset matris testimonium. Id si verum est, primò dicitur Magdalenæ visus Dominus, quòd inter omnes discipulos illa prima fuerit quę Dominū viderit. Quanquam etiam videri possit Dominū ideo non apparuisse subito matri quòd illam in fide resurrectionis sciret non vacillare, propter quod nō ita cum reliquis sepulchrum adiit, sicut cum reliquis astitit cruci.

ET ECCE IESVS OCCVRRIT ILLIS DICENS: AVETE. ILLÆ.] Cū Magdalena viso Domino iuxta sepulchrū, cucurrisset ad nūciandum Dominicam apparitionem discipulis, atque mulieres reliquas quæ præcesserāt assequuta, de Dominica apparitione cū illis loqueretur, Dominus ipse adimplēs iā quod olim dixerat: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum; de se loquētibus, sese videndum obtulit, occurrens illis, priorq; illas allocutus est dicens: Auete, aut gaudete. Græcis est χαίρετε. Bene gaudium illis imprecatur & annūciat, quia iā victa morte, & omni sublato passionis dolore per suam resurrectionē, spē nobis dedit immortalitatis. Bene itē post Mariā, cui dixit angelus: Aue gratia plena; iā etiam mulieres primæ merentur audire. Auete, vt maledictū Euæ mulieris

Matt. 18.

Genesi. 3. mulieris, cui dictum erat: In dolore paries filium A soluereturin mulieribus, gaudio eis denunciato, Mulieres autem viso & agnito Domino adierunt, & quoniam ex verbis Magdalenæ dictis intellexerant ipsum vulgari & solito more non amplexandum, summa cū reuerentia procidentes in terram, eumq; adorantes amplexatæ sunt pedes eius. Rursum ergo Iesus quo omnemeis pauorem adimeret, ait illis eadem quæ ad illas angelus prius locutus fuerat, vt ex concordi sermone magis firmarentur in fide, intelligerentq; illius fuisse angelos, & ab illo missos, quos prius viderāt & audierant. Nolite, inquit timere, ite, nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.

QVARVM ABIISSENT, ECCE QVIDAM DE CVSTODIBVS.] Necessariò iam tandem Matthæus narrat quid factum sit de custodibus, quorum solus ipse mentionem fecit. In qua narratione iam alterū resurrectionis Christi profert testimonium, quod scilicet ab inimicis redditum est, simulq; aperit quomodo illud à Iudæis inquè simul & stultè atque ridiculè sit corruptum. Cum, inquit, abiissent mulieres, quidam de custodibus, vel vt habent Græca, τίνες τῆς κουστωδίας, hoc est, quidam ipsius custodiæ, illi scilicet, inquit Euthymius, qui relicti erant custodes sepulchri, vel qui ex eis erant insigniores, venerūt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ [illegible] fuerant, quomodo scilicet in terræ motu angelus è cœlo descenderit, lapidemq; obsignatum reuoluerit, ac mulieribus ostenderit vacuum sepulchrum, dicens Iesum crucifixum surrexisse, iuxta quod prædixerat. Hic autem iam videre licet inexcusabilem principum Iudaicorum peruersitatem. Cum enim custodum testimoniū planè esset irrefragabile, & ab omni alienum suspicione, nō tamen ab eo sunt superati, sed pro sua contra Christum inuidia, & proprii nominis gloria, veritatem contra suam conscientiam non solum occultare, sed etiam peruertere, idque cum magno pecuniarum dispendio, & omnis periculi in se susceptione, studuerunt. Accepto enim consilio cum senioribus, pecuniam non paucam, sed copiosam dederunt militibus, vt dicerent, ipsis domientibus discipulos corpus Iesu surripuisse nocte. Itaque sui semper similes, qui vitam Iesu pecunia emerāt sibi tradendam, resurrectionem quoque eius pecunia emerunt silendā & peruertendam. Proinde hic in ipsis quidem sacerdōtibus agnoscere licet quantū malum sit inuidentia alieni nominis, & proprii nominis gloria: in ipsis verò militibus quàm potens sit malum auaritia, cum per hæc vtrique veritatē E certò agnitam non dubitauerunt in tam apertum conuertere mendacium. At vt semper ipsa sese prodit falsitas & impietas, ita & hic apud rationē vtentes. Valde enim absurdus apud eos est sermo militū. Quomodo enim in tanto periculo ausi fuissēt viri adeo timidi corpus suffurari, quorum is qui præcipuus erat, mulierculæ metu præceptorem negauit, cæteri verò cum vidissent quod ligatus esset, aufugerunt? Quomodo etiam quum prima nocte absque periculo furari eum potuissent, quādo nullus seruabat sepulchrum, elegerunt potius secunda nocte magno cum periculo ipsum furari præsentibus iam custodibus? Deinde si custodes dormierunt quomodo furtum viderunt? Si autem non viderunt, quomodo testes fuerunt? Quo etiā lucro erant ipsum furto sublaturi mortuum, si non possent certis argumentis ostendere ipsum viuere. Sed vide quomodo aduersus seipsos diligentiam adhibuerunt vane sapientes Iudæi, vt etiam superius indicauimus. Nisi enim custodes appoluissēt, aliquid de furto dicere potuissent: nunc autem apud æquos iudices nihil mutire possunt, vndique impositio eis silentio. Mirari tamen quispiam possēt, quomodo nō veriti fuerint dicere ipsum furto sublatum, & non metuerint ne viuus se solito more offerret omnium hominum oculis. At videri potest ideo illud ipsos non metuisse, quòd cum audissent angelos eius resurrectionem nunciasse, non tamen viderant custodes eum resurrexisse, intelligentes proinde eum non ad communem, sed C ad nouam reuixisse vitam, in qua solito more cum hominibus non conuersaretur. Aut quia dixerant angelum dixisse illum videndum à discipulis in Galilæa, sperabant se Iudæis persuadere posse, quempiam per omnia Iesu secundum faciem similem obtrusum Galilæis à discipulis. Cæterum quā tumuis absurdus esset militum sermo, obtinuit tamen apud Iudæos plerosque fidem, nimirum quòd traditi essent in reprobum sensum, excæcante eos malitia eorum. Diuulgatum enim est, inquit Matthæus, verbum istud apud Iudæos, vsque in hodiernum diem. Porrò quòd Euangelista dicit, D post abitum mulierum, custodes venisse in ciuitatem, videtur intelligendum non de secūdo illo abitu, in quo Dominus mulieribus occurrit in via, (Sic enim custodes adhuc fuissentiuxta sepulchrū cum illud adiit Petrus cum Ioanne, & cum iuxta illud Magdalenæ se Dominus ostendit) sed de primo abitu, quāquam post ea quæ in secundo abitu contigerunt, Euangelista de custodibus scribat, nimirum quod duos mulierū abitus nō discreuerit.

VENIT MARIA MAGDALENAE, ANNVNCANS HISQVI CVM.] Quoniam iussa erat Maria nunciare Apostolis quæ audisset & vidisset, illa ex duplici Domini visione gaudio plena, venit, proculdubio cum aliis quæ etiam semel Dominum viderant, nuncians his qui cum Domino olim fuerant conuersati, nempe discipulis iam lugentibus & flentibus ob Domini & magistri sui clarissimi mortem. At illi vt prius non crediderunt angelos ab ea visos, ita nec modò crediderunt visum ab ea Dominum, non sine magno fidei nostræ profectu, quæ per Apostolorum tarditatem multis est argumentis confirmata & constabilita.

APPARVIT DOMINVS DVOBVS DISCIPVLIS euntibus in Emaus. Marci 16. Lucæ. 24.

CAPVT CXLVI.

POst hæc autē duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villā, & illi euntes nunciauerunt cæteris. Et duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorū sexaginta ab Hierusalē, nomine Emaus, & ipsi loquebātur ad inuicē de his omnibus quæ acciderant. Et factum est, dum fabularentur, & secū quærerēt, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis, oculi autem eorū tenebātur: ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus, cui nomē Cleophas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo, & omni populo. Et quomodo cum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum: nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel, & nũc super hæc omnia tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiã visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentũ & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsũ verò non inuenerũt. Et ipse dixit ad eos: Ostulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiẽs à Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cũ illis. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panẽ, & benedixit, ac fregit & porrigebat illis. Et aperti sũt oculi eorũ, & cognouerunt eum, & ipse euanuit ex oculis eorum, & dixerunt ad inuicem: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadẽ hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cũ illis erãt, dicentes: Quòd surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis,[b] nec illis crediderunt.

POSTHAEC AVTEM DVOBVS EX HIS AMBVLANTIBVS OSTENSVS.] Postquàm paucis Marcus descripsit apparitionem Domini primam Magdalenę factam, quam latius post A
um descripsit Ioannes, subiecit alterã Christi apparitionem factam duobus discipulis, quam post
um prosecutus est latissime Euangelista Lucas. Quidamtamen inter quos Euthymius putãt duos illos quibus Marcus Dominum ostensum scribit, ilios esse ab illis de quibus narrauit Lucas, quòd Marcus suis duobus, cũ renũciassent, dicat nó habitam fidem: illi verò quos Lucas cõmemorat, dicantur ab eo non incredulis, nec ignaris, sed iam antea scientib. Christũ resurrexisse, & apparuisse Simoni Petro. expoſuisse quid eis in itinere contigisset. At vt aliæ multæ circunstantiæ satis arguũt eosdẽ esse discipulos de quibus Marcus & Lucas, ita illa eorum ratio parum est efficax. Facile enim B
intelligi potest inter Apostolos & discipulos fuisse quosdam, qui etiam post apparitionẽ Petro factam non crediderunt, etsi quidam crediderint. Id quod ex Marco satis patet, qui dicit Dominum cum notissime appareret ipsis vndecim, exprobrasse illis incredulitatẽ eorum. Sed & Matthæus dicit ex discipulis quosdam credidisse, quosdã dubitasse cũ se illis Dominus vidẽdum exhiberet in Galilæa, id quod vtiq; contingit post aliquot Christi apparitiones. Sanè qui vel paululũ in scripturis sunt versati, norũt societatẽ & cõmunitati tribui quod & pauci & multi ex ea fecerint. Itaque præsupponendo eosdem fuisse discipulos de quibus Marcus & Lucas, videndo quomodo per omnia non discrepent, C
sed consentiãt. Et Marcus quidem post apparitionem factam Magdalenæ, & eiusdem renunciationem factam discipulis, dicit duobus ex discipulis ostensum Dominũ. Ex Luca verò videtur intelligendum duos illos nõ adfuisse, vbi reliquis discipulis Magdalena apparitionẽ sibi factã nuntiauit. Nam in verbis ad Dominum habitis discipuli isti cõmemorãt mulieres quasdam fuisse ante lucẽ ad monumentum, & non inuento corpore Domini rediisse, dicentes se angelos vidisse, qui eum dicerent viuere: non cõmemorant autem mulieres retulisse se etiam Dominum vidisse, quod maxime fuerat commemorandum. Videntur ergo primã audiuisse mulierum renuntiationem, nó autem secundam. quamuis post secũdam Dominus ipsis sese videndum exhibuerit. Iã quod Marcus dicit Dominum his ostensum in alia effigie, illud est quod Lucas dicit: Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Quæ duo quomodo inter se concordent, postea dicetur. Pro eo quòd Marcus dicit hos discipulos iuisse in villam, aut, vt habent Græca, εἰς ἀγρον, in agrum. Lucas clarius habet eos iuisse in castellum, hoc est, in pagum aut vicum. Est enim rursum hic Græcis κώμη, quod interpres sæpe vertit, castellum, sicut pro agro sæpe vertit villam. Cæterum duorum horum discipulorum, quorum vnius nomen postea dicitur fuisse Cleophas, alterum tẽre Theophylacto, quidam putant fuisse Lucam, atque ob id proprium nomen suũ abscondisse Euangelistam. At id verum non esse satis illud arguit quod in prooemio sui Euangelii testetur se scribere historiam, sicut ipsi tradiderãt qui ab initio ipsi viderunt, dicturus alioqui se scripturum quemadmodum ex magna parte ipsemet vidisset. D. Ambrosius alterum horũ vocat Ammaon, nomine scilicet non dissimili à loco, in quem dicipuli à Luca dicuntur iuisse. Eum enim dicit appellatũ Emaus, cuius loci fit & 2. Machab. 3. mentio. De hoc loco D. Hieronymus libro de locis Hebraicis dicit fuisse ipsum Cleopham, cuius hic meminit Euangelista, ac suo tempore dictum Nicopolim, insignem Palesthinæ ciuitatẽ. Id enim nomen Romani post deuictam Iudæam loco indiderunt, à victoria Nicopolim appellantes. Plinius lib. 5. Emaũ inter Iudeæ toparchias recenset. Dictus est idem locus etiam, a quæ calidæ. Distat hic locus à Hierusalem, teste Luca, sexaginta stadiis, quæ faciunt septẽ miliaria Italica cum dimidio. Nam stadium octaua pars est miliarii. itaq; cum discipuli isti duo in hunc locũ pergerẽt et ipla die resurrectionis Dominicæ, ipsi loquebãtur ad inuicem de his omnibus quæ proxime acciderant circa Iesum. Hæc enim animos eorum penitus occupauerunt, vt de aliis rebus loqui non liberet. Amabant enim Iesum vt virũ insignẽ ac beneficũ, & quanquã magnifica illa spes de restituendo regno Israelitico propemodũ excideret animo, tamen iuuabat etiamnũ defũcti memoriam mutua confabulatione refricare. Illis ergo multa inter sese de Iesu cõmentantibus, & vltro citroq; disserẽtibus, Ecce Lupus quod dici solet, in fabula Iesus enim qui aliquando promiserat sese futurum in medio vbicunque duos comperisset de se colloquen

colloquentes, rursum etiam iuxta corporis præsẽtiam exhibuit, quod iuxta spiritum nunquã desinit facere. Tanquam viator eos àtergo assecutus, adiunxit se illis, & itineris sociũ præbuit, sed sic vt ab eis non agnosceretur, quod quomodo factum est, meritò quis dubitauerit. Nam vt habet D. Aug. lib. Epist. Epistola. 59. in solutione octauę quæstionis quæri solet, vtrum in corpore Christi, an potius in oculis discipulorum aliquid factum sit quo nõ potuit agnosci. Cũ enim legitur apud Lucam. Tenebãtur oculi eorum, ne eũ agnoscerent, impedimentum quoddam agnoscendi videtur factum in luminibus cernentium: cùm verò à Marco dicitur, apparuit eis in alia effigie, vtique in ipso corpore cuius alia erat effigies aliquid factum fuisse videtur, quo impedimento tenerẽtur oculi eorum. Theophylactus intelligit ex mutatio lineamẽtorũ corporis Christi factum, vt non agnoscerent eũ discipuli. Dicit enim ex lineamẽtis corporis in quibus tunc apparebat, nó permittebantur agnoscere illum. Nam, vt Marcus inquit, in alia forma apparuit, & in aliis lineamentis: nõ vltra enim naturalibus legibus regebat corp⁹, sed spiritualiter & supra naturam, vnde oculi eorum tenebantur ne agnoscerent eum. Hæc ille. Cæterum ne ex formæ mutatione aliqui colligerent Christum non iam in eodem surrexisse corpore quod deposuerat, Augustinus loco prædicto ostẽdit quomodo hęc formæ mutatio fieri potuit in Christo citra corporis mutationem. Ego, inquit, miror cùm duo sint in corpore, quibus cuiusque speciesagnoscatur, lineamenta & color, cur ante resurrectionem quod in mõte ita trãsfiguratus est vt fieret vultus eius splendidus sicut sol, neminẽ mouet eum vsque ad tantam excellẽtiam fulgoris & lucis colorem sui corporis mutare potuisse, & post resurrectionem mouet aliquatenus lineamẽta mutata esse vt non posset agnosci, & rursũ eadem potentiæ facultate, sicut tunc pristinũ colorem, sic & post resurrectionẽ pristina lineamenta reuocasse. Nam & illi tres discipuli, ante quorum oculos in monte transfiguratus est, non eũ agnoscerent, si ad eos talis aliunde venisset, sed quia cum ipso erant, illum esse certissimè retinebant. At enim corpus ipsum erat in quo resurrexit. Quid hoc ad rem? Nam illud vtiq; ipsum corpus erat in quo imõte trãsfiguratus est, & ipsum erat, iuuenis in quo natus est, & tamensi quis cũ repente iuuenem vidisset, qui nõ nisi infantulum nosset, non vtique agnosceret. An verò ad lineamenta mutanda nó potest celeriter Dei potestas, quod potest per annorum moras hominis ætas? Hæc ille, ex quibus videri posset eiusdem fuisse cum Theophylacto sententiæ, ita vt ex mutatione lineamentorũ corporis Christi putet factũ, quòd Christus non est agnitus à suis. Libro tamen de consensu Euangel. 3. cap. 25. contrariam sequitur sententiã, ob verba Lucæ quæ apertè nimis significant, aliquid fuisse in oculis discipulorum, quo impediti fuerunt ne Dominum agnoscerent. Sic enim habet: Quod ait Marcus in alia effigie Dominum eis apparuisse, hoc Lucas dicit, quòd eorum oculi tenebantur ne agnoscerent eũ. Oculis quippe eorum acciderat aliquid, quod ita manere permissũ est vsque ad fractionẽ panis, certi mysterii causa, vt eis in illo alia ostẽderetur effigies, & sic eum nõ nisi in fractione panis agnoscerẽt. Et post paucæ, apertos dicit fuisse oculos eorũ in fractione panis, remoto impedimento quo tenebantur ne eum agnoscerent. Nequeenim, inquit, clausis oculis ambulabãt, sed inerat aliquid quo non sinerentur agnoscere quod videbant, quod scilicet & caligo & aliquis humor efficere solet. Non quia Dominus non poterat carnem suam transformare, vt alia re vera esset effigies quã solebant illi contueri: quandoquidem & ante passionẽ suam transformatus est in monte, vt facies eius clarescerẽt sicut sol. Quale vult enĩ admirabile corpus de qualicunque corpore verũ de vero facit, qui de aqua vera, verũ vinũ fecit. Sed nó ita fecerat, cũ apparuit illis duobus in alia effigie. Non enim aliter quàm erat, sed sicut erat, apparuit eis quorũ oculi tenebãtur ne agnoscerẽt eũ. Non autem incongruenter accipimus hoc ĩpedimentum in oculis eorũ à satana factum fuisse ne agnoscerẽtur Iesus, sed tamẽ à Christo est facta permissio vsque ad sacramentũ panis. Hactenus D. Augustinus. Secundumcuius sententiã verbis Lucæ magis cõgruentem, id quod Marcus dicit in alia effigie Dominum apparuisse, intelligendũ de effigie alia secũdùm ipsorumdiscipulorum existimationem, non autem alia secundùm rei veritatem, quo modo etiam intelligendum est secundùm sententiam Caietani, qui, quod dicit Lucas oculi eorum tenebãtur, de oculis internis putat intelligendum, quia de illis oculis secundum eũ necessariò intelligitur quod sequitur, oculos eorum fuisse apertos. Constat autẽ, inquit, internos eorum oculos fuisse apertos, nó exteriores, quia non ibant oculis clausis. Quę tamẽ ratio nó multum cogit quandoquidem ex Augustino satis patet quomodo intelligi possit quod dicitur oculos eorum fuisse apertos, quanquã in Augustini sententia nõ video cur necessariò recipi debeat quod dicit impedimentum oculor ũ à satana fuisse factum. Nihil enim vetat quin & à Deo factũ dicatur. Imo nec necesse est dicere quòd oculi eorũ exteriores tenebantur per impedimentũ in eis factum, sed dici potest conuenientius id factũ per subtractionem immutationis oculorum secũdũ omnem dispositionẽ corporis Christi, sicut idem corpus gloriosum non immutauit oculos corporeos discipulorũ quatenus erat lucidũ. Vide Caietanum lentaculo 7. quę. 1. Videdum autem quare siue Deo faciente, siue Deo permittẽte oculi eorum tenebantur, sic vt Iesum non agnoscerẽt. Et imprimis quidẽ id ita factum est, quia sic eorũ interior dispositio mala promeruit. Hoc enim, inquit Gregorius, egit Dominus foris in oculis corporis, q⁹ apud ipses agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namq; apud semetipsos intus & amabant, & dubitabant. Eis autẽ Dominus foris & præsẽs aderat, & quis esset non ostendebat. De se ergo loquẽtibus præsentiã exhibuit, de sẽ dubitantibus, cognitionis suę speciem abscondit. Hęc ille. Secundò, id etiã ideo factum est, vt sicut habet Theophy. ambiguã suam sentẽtiã reuelaret, & vlcus suum detegẽtes pharmacum susciperẽt, vtque dulcior eis post multã esset conuersationẽ & vt cognoscerẽt quòd corpus suum vltra non sit tale, quale solet ab hominib⁹ videri, quamuis illud ipsum esset quod surrexit. Illud etiam ex eo lucri faciũt, vt non vltra dubitarent, quare nó vltra in mediis populis conuersetur vt olim, nępe quod conuẽtsatio post resurrectionem longe alia sit & non communis, sed diuinior.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET AIT AD ILLOS: QVI SVNT HI SERMONES, QVOS CONFERTI AD INVICEM AMBVLANTES, &c.] Sicut ob causas prædictas ĩ alia specie se Dominus discipulis exhibuit, ita ob easdẽ velut ignorãtẽ se exhibet, rogãs quid inter sese colloquerẽtur, vt cõmoda oportunitate accepta mederetur illorũ incredulitati, nostrámq; fidem confirmaret. Quinã sunt, inquit, sermones isti, quos inter eundẽ inter vos cõfertis, vultu interim ac querimonia tristitiam & mœrorem animi significãtes? Hac rõne eos prouocat ad effudẽdumin alterius sinũ quod dolebat, & vulnus suum quod curandum erat retegendum. Habet autem hoc humanus affect⁹, vt quod cuiq; valde est cordi, putet nemini ignotũ esse, & nemini nõ esse curæ. Ex hoc affectu respõdit vnus è discipulis cui nomẽ Cleophas: Tu sol⁹ peregrinus es in Hierusalẽ, & nõ cognouisti quę facta sunt in illa his diebus? Quæ verba nõnihil habent obscuritatis. Vnde enim putare potuerũt hunc solum peregrinum fuisse in Hierusalẽ? quo modo item cõuenit, vt quem peregrinum reputabant, admirentur non cognoscere quæ facta erãt in Hierusalem? Sciendum ergo, quod pro illo, peregrinus es, Græcis sit παροικεῖς, quod propriè nõ est peregrinum esse, sed aduenam esse, aut simpliciter alicubi inhabitare. Posteriorem significationem secutus est Euthymius, sic hunc locũ explanãs: Cognito ex voce & habitu, quod & ipse Iudęus esset, improperãt nõ quòd solus ipse diuersaretur Hierosolymis, sed q̃ solus ignoraret quæ omnib. ibi diuersantibus nota erant, & increpando dicunt: Tu solus ex omnib. qui Hierosolymis habitant diuersaris in Hierusalẽ, ignorans quę in ea facta sunt his diebus? Ex qua explanatione prę terquã quod patet ipsum aliter hic accepisse verbum παροικεῖς, quàm accepit noster interpres, patet etiã dictionẽ exclusiuam, solus, pertinere adsecundã interrogationis partẽ magis quàm ad primam, & Hebraica phrasi dictum esse: Tu solus diuersaris in Hierusalem & non cognouisti, pro eo quod est: Tu solus habitas in Hierusalem non cognoscens aut, Tu solus habitans in Hierusalẽ nõ cognouisti quæ in ea facta sunt? In hunc modum explanat & Theophy. hoc est, inquit, Tu solus ex his qui habitant in Hierusalem ignoras quæ facta sunt in ea? In eãdẽ phrasim accipiẽda est hæc interrogatio secundum nostrã lectionẽ, vt sit hic sensus: An tu solus hospes es Hierosolymitanus, ignorãs ea quæ nemo nescit quamtumnis aduena? aut, Tu sol⁹ ex aduenis nõ nosti quę facta sũt in Hierusalẽ? quasi dicat: Res de qua loquimur omnib. est notissima quicunque versantur Hierosolymis, ex ea ciuitate cũ tu quoque venias, sicut & nos, qui fieri põt vt tu solus veluti nouus hospes hæc ignores, quæ nullus etiã peregrin⁹ & aduena ignorat? Patet ergo frustraex his verbis quodam colligere Christum apparuisse modo in forma peregrini, cum secundum neutrã explicationum id ex prædictis verbis cõsequatur, sed potiꝰ contrarium. Cæterum cum nõnihil haberet amaritudinis & increpationis hæc interrogatio, Dominus tamen nihil offensus, mansuetè rursum togat, quæ illa essent quæ facta essent, quæque iter se conferrent ambulantes, non quidem negãs se illa nosse, sed dissimulans se scire, & veluti discere cupiẽs cũ venisset docturus. Illi itaque simpliciter velut hospiti, & rerum gestarum ignaro sũmam negotii exponunt, declarantes quod nõ sẽtirent de Iesu prout dignum eius erat maiestate, quanquam magnificè de illo sentirent, quodque resurrectionis fidem & spem pene omnem abiecissent De Iesu, inquiũt, Nazareno commentabamur, qui fuit non vulgaris homo, sed vir eximi⁹, propheta scilicet, nec vulgaris propheta, sed potẽs opere simul & sermone, coram Deo & omni populo. Magna sane & decenter expressa cõmendatio Iesu, etsi lõge inferior eius dignitate. Conuenit enim vt propheta & doctor potens sit opere simul & sermone, sed primũ opus, deinde sermo. Nullus enim sermo doctoris firm⁹ est, inquit, Theophylactus, nisi prius docẽs, se factorem declaret. Conuenienter etiam dictũ est, potens coram Deo & omni populo. Prius enim placere debemus Deo, deinde danda opera, vt & corã hominibus sine macula viuamus. Huic commendationi Christi subiiciunt quid illi contra suum meritum acciderit à summis sacerdotibus & principibus Iudęorum, sine tamen (quę illorum fuit modestia) graui ordinis illius insectatione. Et inquiunt, narrabamus quomodo eum summi sacerdotes & principes nostri tradiderunt in damnationem mortis, & cruxificerunt eum, suis scilicet accusationibus & clamoribus à præsidePilato eius damnationem & crucifixionemextorquẽtes. Per ea verò quæ subiicunt, declarant conceptã olim de Iesu spem depositam esse ob inopinatam eius mortem, & expectatæ resurrectionis dilationem. Nos autẽ, inquiunt, sperabamus quod ipse esset redẽpturus populum Israeliticum, persuasi hũc esse Messiam à prophetis olim promissum. Sed mors certa & ignominiosa nobis hanc spem ademit. Quin erat & spes nonnulla iniecta futurũ vt reuiuisceret post triduum, sed postea quam natus est, crucifixus & sepultus, hic hodie dies illuxit tertius, ex quo hæc cõtigerũt, neque quicquam affulget certioris spei, nisi quod mulieres quædã à nostro sodalitio, nos nouo & inaudito nuntio attenitos reddiderunt, quæ ante luce⁹ profectę ad monumẽtum negãt se inuenisse corpus, addẽtes sibi apparuisse angelos, qui dicerent eũ viuere. Itaque hoc nuntio commoti quidã ex nostris, abierunt ad monumẽtum, periculum factum quid veri haberet mulierũ narratio. Et de monumento cõpererunt, ita rẽ habere, quemad modũ mulieres narrarãt. Repererunt enim apertum ac vacuum, linteamina, reliquasque cadauer is exuuias in monumento repositas. Cęterum ipsum non inuenerunt, nec viderunt, vt ob id non habeamus quid de illo sentiamus: qui si surrexisset, vtique, vt prius videretur & agnosceretur à suis. Et hęc paraphrastica est explicatio verborum Cleophæ, in quibus quod ad literam attinet notandũ est. Pro eo quod nos habemus, terruerũt nos, Græcis esse ἐξέστησαν ἡμᾶς. quod magis est, attonitos nos reddiderunt & stupefactos, vt habet Erasmus.

ET IPSE DIXIT AD EOS: O STVLTI ET TARDI CORDE, &c.] Quum hac narratione dispuli simplicitet declarassent quàm vacillarent animo, quàm exigua essent spe de promissis Domini, tum Iesus nondum quidem patitur agnosci sese, sed veluti doctior quispiam in lege, obiurgat illorum tarditatem, & castigat incredulitatem. Durius eis loquitur, vt sic magis ad ea quæ dicturus erat cum ratione, attentos faceret:

Non patitur se agnosci etiam ob id præter prædictas causas, vt magis apud eos fidem haberẽt quæ de seipso erat demõstraturus ex scripturis, nec inter enarrandum scripturas mentem eorum aut ab attentione distraheret agniti Domini amor, aut à fide auocaret ipsius de se testificantis enarratio. Stultos eos vocat, aut, vt est Græcis ἀνόητους, hoc est, insensatos, quòd parum dociles essent ad intelligendas scripturas: tardos vocat, quòd difficiles essent ad credendum in omnibus, hoc est, ad credendum omnibus vel omnia quæ locuti sunt prophetæ. Hæbræa enim phrasi rursum hic dictũ est, credere in omnibus, pro credere omnibus vel omnia. Dicit autem, ad credendum in omnibus, quia facilè adducebantur vt crederent his quæ de gloria & maiestate Messiæ prædixerit propheta, difficiles autem erant & insipientes ad credendum & intelligendum quæ de eius prædixerunt humilitate & passione. subiicit autem causam quare eos sic redarguat. Nónne, inquit, hæc quæ modo dixistis Iesum passum oportuit, scilicẽdum prophetarum vaticinia pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, hoc est, gloriam quæ ei propria est, & debetur secũdum prophetarum prædictionem, & Dei patris prædestinationem. Quasi dicat. Tantum abest vt ob prædictas passiões & ignominias debeatis diffidere Iesum esse Christum illum in scripturis promissum, vt ob eas magis debeatis ex scripturarum eiusdem agnoscere, ipsum fuisse & esse vere Christum. Diligenter obseruanda prædicta illa Christi sententia. Ea enim ostendit alia ratione & via Christum ad suam gloriam peruenire debuisse, quàm in suam perueniunt reges huius mundi, qui equis, ferratis copiis, incendiis, cædę & sanguine regnum sibi mundanum occupant: quod à nobis obseruatum admonere etiam nos debet, vt si post ipsum etiam nos in ipsius gloriam, quam nobis communem esse cupit, intrare velimus, ea qua ille via incedendum nobis sciamus, inxta, illud: Per varias tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Quanquam autem Dominus his verbis durius suos compellasset, non tamen indignabundus eorum tarditatem & incredulitatem ita contempsit, vt eam docere recusaret, sed postquàm illa obiurgatiuncula reddidisset eorum animos attentiores, eorum incredulitati volens mederi, scripturas de quibus locutus fuit cœpit eis latissimè & planissimè explicare. Itaque à scripturarum exordio incipiens, à Moyse scilicet, hoc est, Mosaicis libris, ac deinde omnes percurrens prophetas, interpretabatur illis in omnib⁹ scripturis illa quæ de ipso erant. Relatiuum enim, quæ, cum dicitur, quæ de ipso erant, non est referendum ad substantiuum, scripturis, sed ad subaudiendũ pronomen, illa, aut simile: quandoquidem Græcis est, τὰ περὶ ἑαυτοῦ, hoc est, ea quæ de ipso erant. Fœlices sane illi, qui meruerunt cœlestem doctorem audire enarrantẽ ea quæ prius per prophetas ipsi⁹ afflatos spiritu prodiderat. Antea id non ita fecerat, quòd prophetiæ nunquam commodius explanari & melius intelligi possint, quàm cum iam impletæ sunt, quando quæ gesta sunt, cum his quæ dicta sunt possunt conferri. Intelligendum autem hic relinquitur Dominum non tantum eas enarrasse & attigisse scripturas quæ de ipso ad literam loquuntur: qualis est illa. Prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris, &c. sed etiam eas quæ ad ipsum secundum allegoricum & mysticum pertinent sẽsum. qualis est ea quæ de Isaac immolatione est, & serpentis in deserto exaltatione. Hæc scripturarũ explicatio, quam mox Dominus in Hierusalem coram omnibus repetit it Apostolis, verissima est Cabala, quã nobis post ipsum Apostoli partim viua voce, partim Epistolis suis tradiderunt, ex quibusdam explicatis scripturis, alias simili ratione & iudicio etiã intelligendas relinquentes, vt ne planè infœlices nos iudicemus, quod cum Apostolis Christum scripturas enarrantem nõ audiuerimus. Itaque iucũdã & salutari hac confabulatione iter suum absoluẽtes, appropinquauerunt castello quo ibant. Iesus autẽ finxit se lõgius ire. Quod factum quomodo Christo conuenerit videndum est. Videtur enim Christo qui veritas est, non conuenisse fictionem aut simulationem, cum hæc ad duplicitatem & mendacium pertineat. Certè, vt patet ex D. Augustino lib. contra mendacium ad Consentium, ex hoc loco quidam mendacij defensionem susceperunt, asserentes non omne mendacium esse peccatum. Itaque & illo loco, & lib. 2. quęstio. Euang. in fine docet quomodo hæc Christi fictio nõ pertineat ad mendacium & fallaciam, idque docet ex fictione parabolarum quibus Dominus inter docendum frequenter vlus est. Sicut enim sine mẽdacio eas Dominus finxit parabolas, quanquam non ita se res habebat plerũque sicut per eas proponebatur, eo quòd significandæ alicuius veritatis gratia assumptæ erant: ita & hanc Domini fictionem in facto consistentem vult ob id mendacio caruisse, quòd ad aliquid significandum facta sit, vultque eam ad id significãdum factam, quod longius postea profectus super omnes cœlos, non tamen deseruit discipulos suos: quodque cum longius recessurus esset ascendendo in cœlum per hospita iratem tamẽ quodammodo retineretur in terra. Cęterum quãquam rectè quis dixerit, illud aut aliud aliquid hac Domini significatum fictione, quale est quod dicit Gregorius, quod quia adhuc in eorum corde peregrinus erat, à fide ire se longius finxit: non tamen est huc necessario confugiendum, quo ostẽdatur fictionem hanc non pertinuisse ad mendacium aut fallaciam. Est enim mendacium secundum Augustini finitionem falsa significatio cum voluntate fallendi. Itaque sicut nõ est mendacium nec fallacia, cum quis quid dicit quod in sensu quem concipit verum est, falsum tamen est in sensu quem alius concipiet, modo ambigua illa verba non proferat intentione fallendi alium, sed tantum causa occultãdi ei vtiliter veritatem aliquam: ita factio & simulatio illa in factis vitiosa non est, sed vtilis & salutaris, qua quis aliquid facit, ex quo alium falsã existimationem concepturum nouit, modo non faciat hoc ad ingerendam huiusmodi existimationẽ, sed propter aliud vtilem finem. Verbi gratia, Paulus simulauit quodammodo se legis obseruatorem cum Timotheum circuncidit, cum factus est Iudæis tanquàm Iudæus, & iis qui sub lege erãt tanquam sub lege esset: & vtique sciuit seruando legalia Iudęos existimaturos ipsum legi subditum esse. non tamen eos fefellit, quia non ea de causa legalia seruauit, sed vt suam illis ad tempus occultans sententiam, Iudęos lucraretur, & à Christo non alienaret. Ita & modo Dominus finxit se longius ire, componendo gestus atque motus suos tanquàm iturus longius, quod faciens sciuit discipulos existimaturos ipsum longius ire statuisse:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuisse : hac de ea usa non sic composuit gestus & motus suos, sed vt hac ratione excitaret discipulorum erga se amorem & hospitalitatis virtutem, atque tali merito apti fierent & digni quorum oculi aperirentur ad cognoscendum ipsum. Probandi, inquit, Diuus Gregorius, erant, si hi qui eum etsi necdum vt Deum diligerét, saltem vt peregrinũ amare potuissent. Est autem Græcis pro, finxit, προσεποιήσατο, quod honestius & cõuenientius hic verti potest, præ se ferebat, quemadmodũ vertit Erasmus. Porro cum Dominus præ se ferret quasi vellet longius proficiscí, discipuli nequaquam indignantes quod ab ignoto arguerentur tarditatis & docerentur, sed propter veritatis studium eius sermonibus delectati, quoniam auelli non poterant à tam facundo comite, rogant, obsecrant, obtestantur, denique precibus improbis & iniecta pallio manu recusantem compellunt, vt eam noctem apud ipsos diuersaretur, rationem affignãtes hospitalitati conuenientem: Mane, inquiunt, nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies, hoc est, vergit ad occasum. Additur in quibusdam libris, Domine, vt sit: Mane nobiscum Domine, at ea dictio nec in Græcis habetur, nec in Latinis emendatioribus, ne in Catena quidem D. Thomæ: Si tamen eum appellauerunt Dominum non id fecerunt quòd cognoscerent ipsum esse Iesum, neque solùm vulgari more apud Iudæos recepto, sed quòd ex admirabili confabulatione satis conicerent illum nõ esse vulgarem viatorem. Et quidem verisimile est aliquot adhuc horas abfuisse à vespera & occasu solis, vt qui eadem vespera post agnitum Iesum adhuc reuersi sunt Hierusalem per sexaginta stadia, & tamen quia longe erat supra meridiem, & quia valde cupidi erant retinendi Iesum, causam manendi afferunt ipsam aduenientem vesperam. Itaque eorum desiderio delectatus Dominus, ingressus est cum eis, nec grauatus est allorũ vti hospitio, qui amat rogari, vt id faciat quod facit lubenter, vt det promerẽtibus & dignis. Hic autem iam res accidit noua & obseruatione digna. Cùm enim recumberet cum eis, ipse pro more sibi familiari & proprio acceptum panem benedixit, fregit, ac porrigebat illis. Cumq; id fieret, oculi eorum qui tenebantur in aspectu eius & auditione sermonum eius, iam sũt aperti, ita vt cognoscerent eum. Id quòd ex duplici processit capite. Primùm ex eo quia sciebãt hunc morem Christo esse peculiarem, vt accepto in manibus pane gratias ageret patri, deinde suis manibus fractum partiretur in discipulos. Secundò quia Christus iam permisit & voluit vt ex more hoc sibi proprio discipuli ipsum agnoscerent, idque duabus potissimum de causis. Primùm ad demonstrandum hospitalitatis meritum. Sicut enim per hanc meruerunt quidam latenter angelos hospitio recipere, vt
Heb. 13. habet Paulus, ita per hanc iam meruerunt agnoscere Iesum, qui loquẽtem non agnouerunt. Ecce, inquit Gregorius, Dominus non est cognitus cum loqueretur, & dignatus est cognosci dum pascitur. Et D. Augustinus: Quia, inquit, hospitalitatem sectati sunt, eum quem in ipsa scripturarum expositione non cognouerunt, in panis fractione cognoscunt. Non enim auditores legis iusti sunt apud
Rom. 2. Deum, sed factores legis iustificabuntur. Secundò, id iam in discipulis permisit, ad commendandum fidelibus Eucharistię mysterium, quòd in panis benedictione & fractione consistit. Sunt quidam qui A existimant Dominum hic iam discipulis his duobus sub specie panis suũ porrexisse corpus, quemadmodũ Apostolis in vltima cœna, eo quòd idem hic Christus dicatur fecisse quod in vltima cœna cum Eucharistiam institueret, atque hinc certum desumunt argumentum, quo ostendant licere Eucharistiæ sacramentum sub vna tantum specie sumi & tradi. At quanquam ea sententia non est certa, imo nec multũ verisimilis, tamen vt omnia Christi facta mysticum aliquid cõtinebant & abstrusum, ita hæc Christi actio procul dubio sacri aliquid significabat. Nihil autem aliud conueniebat intelligi potest significasse, quàm sacri eius corporis dispensationem, quam sub specie panis simili, qua modò vsus est actione, Apostolis paulo ante commendauerat, quam & in multiplicatione panum simili actione olim mystice suis commendauit. Itaque affectu hic subsecuto commendare fidelibus Dominus voluit vim Eucharistiæ dignè susceptæ, nempe quòd per eam oculi hominum illuminantur ad cognitionem Iesu. Vnde Theophil. Insinuatur, inquit, & aliud quiddam, nempe quòd oculi eorum qui benedictum panem assumunt, aperiuntur vt agnoscãt illum. Magnam enim & indicibilem vim habet caro Domini. D. Augustinus in hæreticos istud torquens, intelligit Dei permissione istud sic factum mystice, ne quisquam Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps non est, hoc est, Ecclesiæ, cuius vnitatem in sacramento panis cõmendat Apostol⁹ dicens: Vnus panis, vnum corpus multi sumus. Hæc enim sunt eius verba lib. 3. de consen. Euãg. cap 25. vbi & sic habet: Non incongruenter accipimus impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse ne agnoscerentur Iesus, sed tamen à Christo facta est permissio vsque ad sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimici vt Christus possit agnosci. Ex quibus Theophylacti & Augustini sententiis apparet multis illos sensisse Dominum iam impertisse suis Eucharistiæ sacramentum: verùm magis intelligendum eos huius sacramenti mentionem fecisse, quòd illud hic à Domino mystice fuerit commendatum & insinuatum. Quãquam
D autem probabilius esse putemus Christum modò suis non impertiuisse Eucharistiam, quia discipuli qui dicuntur simpliciter in fractione panis Dominum agnouisse, non interfuerunt vltimæ cœnæ, vt illa singularis fractio quæ instituta erat in cœna vltima, non potuerit discipulis hic esse cognita: tamen etsi non omnino efficax, probabile saltẽ hinc sumitur argumentũ, quo defendatur receptus iam Ecclesiæ vsus communicandi laicis sacramentum Eucharistiæ sub vna specie, tum quod hic loc⁹ ab antiquis catholicis de sacramento Eucharistiæ sit intellectus, vnde patet illos intellexisse sacramentum istud sub sola panis specie cõferri posse, cùm
E sicut calicis non fit mentio, ita etiam eum non fuisse porrectum constet ex eo quòd mox euanuit se dicitur ex oculis eorũ: tum quòd hoc sacramentum cum sua efficacia, hic saltẽ fuerit insinuatũ, etiamsi verè nõ fuerit iam datum. Cæterum quod dicitur: aperti sunt oculi eorum, si de oculis interpretationis intelligatur, hoc est de mente facilè habet sensum. Illi enim oculi aperiri dicuntur, dum agnoscere incipit homo quod prius ignorauit. Si verò de oculis externis intelligatur, de quibus omnino videtur accipiendum quòd prius dictum est, oculi eorum

eorum tenebantur, &c. iam intelligẽdum est oculos illos fuisse apertos non simpliciter, sed quoad visionẽ veræ figuræ Christi ex qua eũ agnoscere potuerũt, idq; per remotionẽ impedimenti quod priùs fuit in oculis istis, quemadmodũ intelligit D. Augustinus: aut per integralem diffusionem dispositionis corporis Christi in oculos discipulorum. Similis modus loquendi est, quamquam alia ratione, Genesis. 3. cùm post peccatũ dicuntur aperti oculi primorum parentũ, ita vt cognoscerẽt verecundã esse suam nuditatem. Porro cùm agnito Iesu subitus quidam stupor corripuit, vt perarent animos discipulorum, Iesus mox euanuit ex illorum conspectu. Parcè enim sui corporis copiã fecit à morte, vel quòd imbecillitas humana non ferret rediuiui corporis maiestatem, vel vt sensim assuescerent carere corporis cõspectu, quod mox esset abducendum, atque amare illum discerent iuxta spiritum. Iam verò etiam ob id se mox subduxit, vt sic excitarentur ad recurrendum & nunciandum Apostolis quod acciderat, ibiq́ue congregatis confirmaret Dominus rursum sua præsentia vtriusque partis narrationes.

ET DIXERVNT AD INVICEM: NONNE COR NOSTRVM ARDENS, &c.] Post mirabilem Iesu discessum non desinunt inter sese confabulari de Iesu, dicentes: *Nonne cor nostrum ardens erat*, &c. Quasi dicant, secundum paraphrastã vsitatã: Qui factum est vt tam serò agnoscerẽmus Dominum? Somnus quidam habebat animos nostros, benedictio, fractus ac porrectus panis primũ excussere somnum: sed nisi dormitasse mus, poteramus vel ex illius pariter colloquio cõicere ipsum esse Iesum, qui nobis de Iesu tam multa tam mirabiliter disserebat. Nónne cùm nobis familiari colloquio per viã exponeret de scripturis figurarum & Prophetarum ænigmata sensimus admirabilem quendã ardorem animi, qualem non solet gignere in auditorum animis scribarum & Pharisæorum oratio? Sed talis solet esse oratio Domini Iesu his qui simpliciter audiebãt. Pũgebat, afficiebat, rapiebat, vrebat, iflammabat, relinquebat scintillas & aculeos quosdam in animis auditorũ, & omnino experiebamur quòd, vt olim semper, ĩ potestate esset sermo eius, quódq; secũdùm Prophetam, ignitum esset eloquiũ eius vehemẽter. Cũ ergo vterque alteri fassus esset se pariter affectũ fuisse, nec iam dubitarent quin ille esset Iesus à morte rediuiuus, nõ in alterum diem distulerunt reditum, sed præ nimio gaudio, cuius reliquos quoq; discipulos reddere cupiebant participes, continuò eadẽ hora surgentes reliquerũt Emauntem, tametsi iam vergente die, magnaque celeritate redierunt Hierosolymã. Lenti erant cũ relinquerent Hierosolymam, quia facundus itineris comes Iesus & fallebat viæ tædium, & eximebat hospitij desiderũ. Sed auiditas & renunciandi quæ contigerant, & cognoscendi vicissim quid aliis accidisset, redeuntium pedibus addidit alas, ita vt eadem die redirent Hierusalem, breuissimo tempore sexaginta stadiorum spatium, hoc est, septem miliaria cum dimidio percurrẽtes. Vbi ventum est eò, offenderunt vndecim Apostolos (iam enim Iudas exciderat numero duodecim) congregatos. aderant autem cum his & alij cõplures discipuli, qui non expectata narratione duorũ, vltrò gaudio gestientes indicabãt illis, quòd post incertam spem, quam mulieres omnium primæ fecerãt de Domini resurrectione, compertum esset eum verè resurrexisse, eo quòd apparuisset & Simoni Petro. Omniũ autem virorum huic primo apparuisse videtur Dominus tum ex hoc loco, tum ex 1. Cor. 15
Paulo, quod conuenienter à Domino factum est. primò, ob Petri inter omnes Apostolos excellentiam, cui ea prærogatiua debebatur. deinde, quòd sciret ob ipsius apud alios autoritatẽ, testimoniũ ipsius apud alios multum habiturum põderis, sicuti putauit hoc loco. Apparitionem ẽ̃ petrofactam recẽsent potius quàm eam quæ mulieribus facta fuit, quia Petri oratio plus habuit apud discipulos fidei quàm sermo muliebris. Nõ enim statim simul omnibus se manifestare debuit, sed primùm vni atque alteri, & processũ tẽporis plurib. ac plurib. vt paulatim fidei semina sereret, & sermo ab vno atque altero prodiens aliorum præpararet animos. Præterea & ad Petri & in Petro omnium pœnitentiũ peccatorũ consolationẽ, suæq; gratiæ cõmendationem, primùm Petro visus est, vt superabundaret gratia, vbi abundauit delictũ: sicut & ob hanc causam Petro singulariter iussæ sunt mulieres Iesu renunciare resurrectionem: & inter omnes mulieres primò visus est mulieri peccatrici, Magdalenę scilicet. Postremum, verisimile est, Petrum hanc prærogatiuam obtinuisse suo erga Dominum peculiari amore, quomodo illã obtinuit Magdalena. Illum enim declarauit, quando
C cum Ioãne cucurrit ad monumentũ, & ante Ioannem ingressus est monumentum. Sicut eñ audito mulierũ nuntio de apparitione angelorũ illis facta, solus cum Ioanne monumentum adiit auidus cognoscendæ veritatis: ita audito carundẽ mulierum nuntio de facta illis apparitione Christi, verisimile est æstuasse animo, & sũmopere desiderasse cõspectũ Iesu. Ex his quæ ex Euangelio secundũ Hebræos D. Hieronymus refert de Iacobo qui dictus est frater Domini, apparet Dominum etiã Iacobo apparuisse ipsa resurrectionis die antequã in vespera apparuit vndecim. In illo enim Euangelio sic dicit haberi: Dominus autem cùm dedisset sindonẽ seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursumque pòst paululũ: Afferte, ait Dominus, mensam & panem. Statimque additur. Tulit panem, ac benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo iusto, & dixit ei: Frater mi, comede panẽ tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Hęc D. Hieronymus. D. Paulus 1. epist. ad Corinthios, cap. 15. meminit apparitionis factę singulariter Iacobo, sed hanc dicit factam postquam Petro se Dominus ostendit & vndecim, vt nõ videatur ea esse de qua in dicto Euãgelio. Cæterum dubitatur hoc loco quomodo Lucas hic dicat duos istos discipulos inuenisse cõgregatos vndecim, cùm ex Ioanne
E constet, Thomam non adfuisse cœtui Apostolorum, cùm Dominus ipsa resurrectionis die sese Apostolis in vespera ostendisset. Et sunt qui volũt Thomam exiisse aliqua vrgente causa post duorũ aduentum, antequã Dominus ianuis clausis ingressus esset ad Apostolos. Alij, inter quos Euthymius, putant iam à Luca inter vndecim connumeratum Matthiam, quòd is in locum tudę postea electus sit & suffectus. At probabilius dicitur Lucam per synecdochen dixisse: illos inuenisse cõgregatos vndecim; quia collegium & societas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostolorum hoc numero nunc upabatur, antequam Matthias in locu Iudæ surrogaretur, quod collegium vno licet absente, rectè ibi dicitur fuisse congregatum. Sed ad rem: Læti ergo Apostolorum nuntio duo discipuli, vicissim & ipsi narrauerunt quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis, hoc, est per fractionem aut ex fractione panis, aut inter frangendum panem. Sic Dominus cupit sua munera propagari inter homines, vt mutuis officiis & gliscat inter ipsos charitas, & crescāt merita quę remuneretur Deus.

BIS APPARET DOMINVS CONGREGATIS IN domo discipulis. Marci 16. Lucæ 24. Ioannis 20.

CAPVT CXLVII.

Nb Ouissimè autē,c dum* loquunturb recumbentibus illis vndecim apparuit Iesus.d Cū ergo serò esset die illo vna sabbathorū, & fores essent clausæ, vbi erāt discipuli cōgregati p̄ter metū Iudæorū, venit Iesus, & stetit Iesus in medio eorū, & dicit eis: Pax vobis, ego sū, nolite timere. Conturbati verò & conterriti, existimabāt se spiritū videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascēdunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sū: palpate, & videte qa spiritus carnē & ossa non habet sicut me videtis habere. Et cū† hoc dixisset, ostēdit eis manus & pedes, & latus. Gauisi sūt ergo discipuli viso Domino. Adhuc autē illis nā credētibus, & mirātibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod mādūcetur? At illi obtulerūt ei partē piscis assi, & fauum mellis. Et cùm mādūcasset corā illis, sumens reliquias dedit eis: Et exprobrauit incredulitatē eorū, & duritiam cordis, quia his q viderant eū resurrexisse, non crediderūt. Dicit eisiterū: Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hoc cū dixisset insufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retēta sunt. Thomas autē vnus ex duodecim q dicitur Didymus, non erat cū eis quando venit Iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominū. Ille autē dixit eis: Nisi videro in manib. eius fixuram clauorum, & mittā digitū meum in locum clauorum, & mittā manum meā in latus eius, non credā. Et post dies octo, iterūerūt discipuli eius intus, & Thomas cū eis: Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio & dixit, Pax vobis. Deinde dixit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manū tuā, & mitte in latus meū, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respōdit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati q nō viderāt, & crediderūt. Multa quidē & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorū suorū, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autē scripta sunt, vt credatis, qa Iesus est Christus filius Dei, & vt credētes vitā habeatis in nomine eius.

* autem † al. hæc

NbOVISSIME AVTEMcDVMHAEC LOBQVVNTVR,bRECVMBENTIBVS,&c.] Ante omnia hic quædam annotanda sunt, pro cōstitutione capitum Concordiæ sequētium. In hoc enim ca. 147. cū ea narratione qua Lucas & Ioannes narrant Dominum discipulis cōgregatis apparuisse ipsa resurrectionis die, cōiunximus hæc Marci verba: *Nouissimè autem recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt*: nihil addubitantes quin Marcus eandem hic cum Luea & Ioanne describat apparitionem, & non eam quæ facta sit vltima die qua Dominus fuit in terris, quam quam post longam disputationem D. Augustinus contrariam magis putet sequendam sententiam, sed motus argumentis quæ facilè fuerit soluere. Primùm enim cùm Marcus hunc seruet in narrando ordinē, vt Christum dicat primò apparuisse Mariæ Magdalenæ, ac postea duobus euntibus in villam. nouissimè verò aut deinde cōgregatis discipulis, & iam recumbentibus, quid aliud relinquitur intelligendum, quàm eum locutū de ea apparitiōe qua discipulis primò apparuit, quæque mox secuta est eâm quam præmisit apparitionem factam duobus euntibus in villā? Quod præterea etiam illud satis cōprobat, quòd cùm priùs dixerit, discipulos nō credidisse nec Magdalenæ, nec illis duobus qui post eam Christi resurrectionem nunciabant, nunc dicat Dominū exprobrasse eorum incredulitatem & durtitiam cordis. Id enim verisimile est Dominū tunc fecisse, cùm iam recentes incredulitatem suā demonstrassent, non autem ipsa ascēsionis die, cum iam ex multa conuersatione omnes certò persuasi essent Dominum verè resurrexisse. Nec obstat huic sentētiæ dictio *Nouissimè*, quasi ob eā cogamur intelligere Marcum loqui de nouissima apparitione Domini. Nouissimè enim hic positum est pro tandem, cùm Græcè sit ὑστερον, hoc est, deinde, siue postea, quomodo si vertisset interpres, nemo facilè ad diem ascensionis Dominicæ hanc Marci narrationem retulisset, sed potius ad diem resurrectionis. Nec rursum obstat quòd Marcus iam dicat vndecim fuisse congregatos & recubuisse, cùm Ioannes dicat Thomā vnum ex vndecim defuisse. Vndecim enim dicit cōgregatos fuisse, eo quòd tunc eo numero staret Apostolorū ordo & chorus, qui pro maiori parte ibi tū erat collectus, quomodo mox dictmus circa Lucam dicentem duos illos qui ex Em aunte redierūt, reperisse cōgregatos vndecim & eos qui cum ipsis erāt. Simili locutione etiam Paulus dicit Dominum postquā apparuisset Cephæ, visum etiam vndecim, vbi Græci codices legunt duodecim, atque eo modo magis putat legēdum D. Augustinus, nodum ita explicans, vt dicat in maiore numero reddendo, non haberi rationē alicuius minutæ particulæ, & numerū illum duodenarium à Christo consecratum etiam in vndecim mansisse, præsertim mox in Iudæ locum substituendo Matthia. Postremum nec illum quod subiungit Marcus; *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum*; cogit nos intelligere ipsum prius locutum de apparitione quæ in die ascensionis facta est. Nam, vt etiam annotauit Augustinus, non dixit, Postquam hæc locutus est eis; sed absolutè, *Postquam locutus est eis*. Frequenter enim Euangelistæ ea coniungunt quæ ex aliis constat non coniunctim gesta esse, sed quibusdam intermediis. Vnde Euthymius, qui iam dictę omnino subscribit sententiæ circa illud Marci: *Et Dominus quidem Iesus postquā locutus est eis* Post quam (inquit) locutus est, non hæc solum, sed & omnia verba quotquot eis locutus est à die resurrectionis suæ, donec completi sunt quadraginta dies. Iam quod Marcus subiicit, postquam dixisset Dominum exprobrasse discipulis incredulitatem: *Et dixit eis: Euntes in mūdum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*, &c. alio reposuimus loco, nempe vbi Matthæus similia de prædicatione & baptismo Apostolorum dicta commemorat in B monte Galilææ, in cap. Concordiæ 149. Et quod Lucas subiicit post descriptam primam illam Domini apparitionem factam discipulis ipsa resurrectionis die: *Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos*, &c. quibus verbis promittit eis spiritum sanctum, & prædicit eos testes fore suos, reposuimus vltimo Concordiæ capite, tanquam hæc dicta sint ipsa ascensionis die, propterea quòd eadem, aliis licet verbis, dicta Apostolis illa Act. 1. die idem testetur Lucas sicut & hic mox subiicit Christi ascensionem. In Actis enim postquam ea dē illa Christum dixisse retulisset: *Et cum hæc dixisset* (inquit) *videntibus illis eleuatus est*. His sic constitutis, ad explanationem eorum quæ hoc capite continētur accingamur. Itaque cùm discipuli san- C ctæ resurrectione Dominica colloquiis se vicissim consolarentur & exhilararent, & quibusdam credentibus quidam non crederent, vt ex Marco patet, subitò Dominus adfuit in medio confabulantium de se, omnibus modis & rationibus resurrectionem suam illis approbans. Ingressus est autem foribus clausis, quò suam potentiam & resurrectionis gloriam declararet, atque insinuaret quomodo è clauso prodire potuerit sepulchro. Nec visus est aduenire, sed subitò substitit inter eos, ad eum modum eis præsens factus, quo modo apparere solent Angeli, qui dum volunt sunt conspicui, rursum subitò dum libet euanescunt: D quare hac ratione declaratum est ipsum ad spiritualem & diuinam reuixisse vitam. Ne tamen præterea spiritus aut spectrum esse putaretur, variis modis se eundem esse, qui priùs, declarauit. Et primò quidem, tum solita pacis imprecatione, tum vocali asseueratione veræ præsentiæ, dicendo: *Pax vobis, ego sum, nolite timere*. Et bene nunc eis pacem imprecatur, vt qui tum morte Domini sui, tum metu Iudæorum erant perculsi & turbati, illius recrearentur resurrectione & præsentia. sciréntq; nunc demum veram hominibus pacem per illius mortem & resurrectionem esse redditam. Cùm autem hac ratione non satis in fide animi eorum confirmarentur, sed propter inopina- E tum eius nocturno tempore aduētum, & ingressum sine ostij apertione conturbarentur, existimantes se videre spiritum aliquem, & non verum corpus, alia tum ratione Dominus eorum turbationem sedare, & fidem erigere studuit, diuinitatis suæ indicia præbendo, dum cogitationum se declarat agnitorem, & corporis quoque veri certa exhibendo argumenta, dum illud videndum, palpandum, & ex certis signis agnoscēdum obtulit, dicēs: Quid turbati estis, & ex turbatione cogitationes variæ ascendunt in corda vestra, dubitantes an spiritum videatis, an verum corpus? Cōspicitis formam vobis notam, auditis vocē vobis non ignotam, sed familiarem. Sed quoniam his rationibus vobis nō satis fit, videte manus meas & pedes, atque ex vulnerum cicatricibus cognoscite quòd ego ipse sum: nec videte tantùm, sed etiam cōtrectate me, & cognoscite, quia spiritus carnē ossa vera nō habet, sicut me videtis habere. His verbis cùm Iesus ademisset illis pauorem, & animos addidisset: exhibuit eis inspiciēdas & palpandas manus, pedes & latus. Vulnerum enim quæ in manibus, pedibus, & latere pendēs in cruce accepit, vestigia seruauit Dominus, non, vt calumniantur gentiles, quòd nō valuerit ea curare, sed per dispensationem quandam, vt his argumētis apud suos assereret assumpti corporis veritatē: atque nunc sedens in dextera patris, piis fiduciæ maioris præberet occasionem, q̄ veluti patris se pro nobis exhibens, atque pro nobis patri supplicās, quale genus mortis pro nobis subierit, sēper ostendat, simulq; olim in extremo die Iudæorum confutaret impietatem, quando iuxta prophetiā; Ioan 19. Videbunt in quem transfixerūt; & omnium impiorum iustam denuntiaret cōdemnationem, per ostensionem eorum quæ pro omnibus passus est. Beatus Augustinus epist. 49. ad Deo gratias in solutione primę quæstionis, pulchrè respōdet paganī cuiusdā calumniis, qui hinc calumniabatur futuram nostram resurrectionem. Sciat, inquit, qui has proposuit quæstiones, Christum post resurrectionem cicatrices nō vulnera demōstrasse dubitantibus, propter quos etiā cibum ac potum sumere voluit, non semel, sed sæpius, ne illud nō corpus, sed spiritum esse arbitrarentur, & sibi nō solidè, sed imaginaliter apparere, &c. Cæterùm quā quam discipuli viso Domino gauderent, tamen quoniam adhuc erant qui nondum planè credebant esse idem corpus quod viderant mortuum, eo quòd stupor ac ebrietas quædam lætitiæ tenebat eorum animos, vt nec oculis, nec auribus, nec manibus satis fiderent (timemus enim nonnunquam credere, quod miserè optamus esse verum, metuentes ne nosipsos in falsum cōiiciamus gaudium quo mox simus spoliandi) non dedignatus est Iesus etiam tertia ratione eorum fidem confirmare, nobis etiam in ipsis consulens Apostolis, ne quid in nobis resideret diffidentiæ. Itaque cibum sibi petit exhiberi, non quòd cibo opus haberet, sed vt discipulis suis pro tempore probaret assumpti corporis veritatē. Nullum enim certius argumentum hominis viui, quàm cibum capere. Et ideo Dominus Iesus puellæ reuocatę in vitam Marc. 5. iussit dari cibum. Sic autem nunc dispēsatorię comedit, sicut dispensatoriè vulnerum seruauit cicatrices, vt ne quis putet hic datum exemplum naturæ resuscitatæ ad immortalitatē. Nullus siquidem alius, inquit Euthymius, post corporis immortalitatem aut cicatrices habebit, aut cibum sumet. Sicut autem supernaturaliter comedit, ita supernaturaliter quæ comederat digessit. Aliter tamen nūc manducabit Christus, & aliter Angelus Thobię Raphael in assumpto à se ad tempus corpore. nam quia corpus ab Angelo assumptum nō Tobiæ 12 erat viuum corpus vel animatum, non erat etiam vera eius comestio, quamquam erat vera cibi contritio & traiectio in interiorē partem corporis assumpti. Vnde Angelus dixit Thobiæ: Cùm essem vobiscum videbar quidem vobiscum manducare & bibere. Sed quia corpus Christi verè fuit animatum, vera fuit eius comestio. Vt enim Augusti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus dicit lib.13.de ciuit.Dei cap.22.Non potestas, A sed egestas edendi ac bibendi,talibus corporibus (immortalibus scilicet)auferetur.Et epistola 49. Futuræ,inquit,resurrectionis corpus imperfectæ fœlicitatis erit,si cibos sumere non potuerit:imperfectæ fœlicitatis,si cibis eguerit.Sed aliter absorbet terra aquam sitiens,aliter solis radius eandens.Illa indigentia,iste potentia.Cùm ergo cibũ sibi exhiberi petisset,discipuli quod habuerũt obtulerunt, partem scilicet piscis assi & fauum mellis,cibum scilicet humilem,& discipulorum paupertatem & frugalitatem testantem,sed in quo mysticum quid rectè accepertmus significatũ.Significat enim secundùm Theophylactum, quòd naturam nostram quæ in salsuginoso hoc mari natat,igni suæ deitatis assarit,& exsiccarit omnẽ humorem quem ex profundis fluctibus habebat,vt fieret diuinus cibus,& quæ priùs erat abominabilis,fieret nunc dulcis Deo,vtfau' mellis. Veritate corporis sui constituta &comprobata variis modis,tũ verisimile est accidisse quod refert Marcus, nempe quòd exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis,eo quòd his qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. Quod fecit vt mentibus eorum firmius resurrectionis infigeret fidẽ. Verisimile item ipsum deinceps iuxta eam quæ apud Lucam sequitur narrationem ad scripturarũ venisse explanationem, vt & hac ratione tum resurrectionis suæ fidem faceret discipulis, sed C ob causam superius redditam vltimo capite eam reposuimus narrationem.Quod autem dicitur in Marco;*his qui viderant eum resurrexisse*;D.Bernardus serm.1.de ascensione putat intelligendumde angelis,quibus testimonium perhibentibus resurrectionis Dominicæ Apostolorum pusillanimitas hæsitauit.Idque ob id,quia nullus mortalium creditur vidisse Dominum resurgentem:sed solis angelis id videre conceſſum fuit.Verùm Euangelista non dicit: His qui viderant eum resurgentẽ, sed *resurrexisse*. Viderunt autem eum resurrexisse, qui cùm priùs scirẽt mortuum viderunt eum viuere. Et Græcis est, *qui viderant eum resuscitatum*. Porro circa prædicta quæri possunt tria.Primò,an D naturaliter corpus gloriosum possit ingredi domum ianuis clausis. Secundò,an Christi corpus gloriosum fuerit naturaliter palpabile,cùm Gregorius dicat in homil.paschali, corrumpi necesse est quod palpatur, & palpari nõ potest quod non corrumpitur. Tertiò, an Christus sufficientibus argumẽtis nunc manifestauerit veritatem resuscitati sui corporis. Quarum quæstionum solutiones hic causa breuitatis omitto,quòd ex Scholasticis eas quis facile consequi possit, & potissimum ex D. Thoma. Pro prima enim videre eum licet in additione 3.partis quæst.83.artic.2.Pro secunda,quæstione eadem artic.6.pro tertia, in tertia parte quæst.55.articulo 6.

bDIXIT ERGO EIS ITERVM: PAX E VOBIS, SICVT,&c.] Postquam Dominus variis modis confirmasset suis veritatem suæ resurrectionis,deinde illis functionem & officiũ, quod post se iam abiturum ad patrem obituri erãt, tradidit, sed ante illis rursum pacem imprecatur, vt ad ea quæ dicturus erat attentos illos faceret.Dicit ergo,*Pax vobis*:tum subiicit,*Sicut misit me pater, ita etiam ego mitto vos*.Quasi dicat;Quandoquidem ego perfunctus mea legatione, repeto patrem à quo missus sum, sicut ille me misit in mundum:ita & ego mitto vos,nimirum vt vestra prædicatione & vita gloriã nominis mei, & patris & & hominum salutẽ promoueatis, sicut ergo bona fide glorificaui nomẽ patris mei, hominumq; salutem quæsiui. His autem verbis sicut suã insinuat Dñs diuinitatem & autoritatem,dum se patri æquat in mittendo:ita & Apostolorum indicat excellentiam, dum illos in delegato sibi officio pares facit, & vicarios traditæ sibi olim functionis.Quam functionem, nõ simpliciter eis iã tradidit,sed cũ plena sibique propria potestate, quæ B ad illam functionem Christi nomine obeundam erat cessaria,potestate scilicet remittendi & retinendi peccata: perinde atque reges legatis suis plenam potestatem committere solẽt, promittẽtes se ratum habituros, quicquid illi agerent rationabiliter. Sed quoniam hæc potestas hominibus competere non potest nisi ex dono spiritus sancti,cùm sit spiritualis potestas & gratia,ptiusquàm hanc donet, spiritum sanctũ illis impertitur,idque sensibili signo spiritu conueniente, nimirum insufflatione & inspiratione,quò illos huiusmodi signo certiores faceret aduenientis spiritus.Dixerat supra Ioannes: Nõdum erat spiritus Ioan.7. datus,quia Iesus nõdum erat glorificatus.Itaque gloriam ex resurrectione adeptus nñs Iesus mox cœpit spiritũ suis impertiri sensibiliter,abundantius illum & efficacius ipsis largiturus, cùm perfectam per ascensionem & sessionem in dextera patris cõsecutus esset gloriam. Dixerat quidem Ioan 16. Dominus: Nisi abiero, paracletus non veniet ad vos;sed de ea loquebatur spiritus sancti abundãtia & efficacia, quam in die Pentecostes Apostoli sunt cõsecuti:nunc verò spiritum sanctum eis donat,sed tantùm quoad gratiam quãdam spiritualem,remittendi scilicet & retinendi peccata, quæ etiam esse possit in his qui vera charitate sunt destituti, nec habent gratiam gratum facientẽ, per quam solam salubriter habetur spiritus sanctus. Dando autem nunc spiritum,& dando per insufflationem, veluti arrabonem dedit promissionis implendæ post ascensionem, quando cum sonitu aduenientis spiritus vehemẽtis datus est spiritus sanctus:simulque declarauit se eum esse qui olim formato primo homine inspirauit in faciem eius spiraculum vitę.Sacerdotalem iam in eis absoluit ordinem & potestatẽ, in duobus potissimùm cõsistentem,nempe in Eucharistię cõsecratione,quę eis commissa est in vltima cœna, & in peccatorũ remissione, quam modò eis contradit. Dixerat quidem & ante passionem Dominus, vt est Matthæi 18. Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo:& quæcũque solueritis super terram,erunt soluta & in cœlo,sed secundùm Euthymiũ tunc hoc illis promisit, nunc verò tribuit,sicut & quod Petro promisit ante passionẽ: tibi dabo claues regni cœlorum;post quod sequitur, Et quodcunque ligaueris super terram, &c. post passionem præstitit,cùm,vt sequitur,ei dixit: *Pasce oues meas*. Et alioqui quod dicitur Matthæi 18.Quęcunque ligaueritis, &c. maximè pertinet ad forum Ecclesiasticum exterius, vt ibi dictum est. Hic verò locus magis pertinet ad forum interius, quod est forum cõscientiæ, quia nõ de vinculo excommunicationis aut iniiciendo aut soluendo hic agitur,sed de peccati reatu tollẽdo aut retinendo. Vnde cùm illo loco fundetur Ecclesiastica excommunicatio, hic fundatur maxime cõfessio

fessio sacramentalis sacerdoti facienda. Quæ tamen quomodo hoc loco fundetur videndum est. Sunt enim qui vt eam ex hoc loco ostendant necessariam esse,verbum,retinere,exponunt negatiuè,pro eo quod est non remittere,deinde sic colligentes.Si quorũ non remiserint sacerdotes peccata,eis non sunt remissa à Deo, oportet ergo vt ab eis remissionem obtineant qui remissionem optant,sed ab eis remissionem obtinere nequeunt, nisi sua illis reuelent peccata,vt sciant num remittere debeant,an non:oportet ergo vt peccata sua sacerdoti confiteantur.Sed hæc collectio firma satis non est.Primùm enim verisimile non est verbum retinere,idem esse quod non remittere,cùm retinere positiuum aliquid designet,sicuti cùm dicitur:Quæcunque solueritis super terram,&c. ligare non est idem quod non soluere. Deinde absolute falsum est peccatores nunquam posse à sacerdotibus obtinere peccatorũ remissionem, nisi sua illis reuelent peccata per singularium peccatorum enumerationem. Nam & per sacramentum baptismi remittunt peccata,nec tamen ibi requiritur peccatorum specialis confessio.Remittere enim & retinere peccata,erit, inquit Cyrillus scribens in hunc locum,per sacerdotes duobus vt arbitror modis,primùm baptismo, deinde pœnitentia.Nam aut credentes & vitæ sãctimonia probatos homines ad baptismum inducunt, & indeinde diligenter expellunt:aut Ecclesiæ filios peccantes quidem increpant,pœnitentibus autem indulgent.Hæc ille.Itaque quoniam remissio pec C catorum impẽdi potest sine præuia cõfessione illa specialis,ex eo quòd sacerdotibus hoc loco potestas est collata remittendi aut retinendi peccata, non mox consequitur specialem peccatorum confessionem esse necessariam.Consequitur tamen illud ex hoc loco iuxta intentionem Christi,quam in tradita sibi his verbis potestate remittendi aut retinendi peccata,intellexerunt per spiritus sancti institutionem Apostoli,& ab Apostolis Ecclesia. Scientes enim Apostoli se non temerè,sed cum iudicio & ratione debere vti hac potestate, diuinitus edocti intellexerunt à baptizandis quidem se non debere singularem peccatorum cõfessionem D exigere,sicut nec satisfactionem,sed tantùm vitæ prioris detestationẽ & mutationẽ ac fidem: à relapsis verò post baptismum non tantùm detestationem admissorum peccatorum, sed etiam actionem pœnitentiæ,quam satisfactionem vocamus, exigendam,ac proinde etiam apertam & nudam peccatorum confessionem,quæ satisfactionis magna pars est,& sine qua actio pœnitẽtiæ ritè præscribi non posset. Non enim conueniebat vt tanta cum facilitate & impunitate peccatores, post baptismum reciperentur, quanta ad baptismum admittebantur:sed tum pro exigentia diuinæ iuE stitiæ,tum pro vitiorum repressione conueniebat relapsis pœnitentibus actionem pœnitentiæ pro qualitate delictorum præscribi. Hunc morem ab Apostolis edocta Ecclesia,diligenter ab initio, vt ex patribus pater,semper seruauit,& ex parte etiã nũc seruat:quo tempore etsi vtin cæteris ita & in actione pœnitentiæ,disciplina Ecclesiastica refrixit & emarcuit,ita vt nulla propemodum confitentibus pœnitẽtia imponatur,siue pastorum negligentia,siue propter fidelium infirmitatẽ,tamẽ confessio nihilominus necessaria est & vtilis ob alias etiam multas causas,nempe vt per eam humilientur superba hominum corda, vitiorũque A inuerecũdus progressus reprimatur, & doceatur quorundã insipientia insulsissima. Cæterùm hic obseruandum quãta sit potestas collata hoc loco sacerdotibus,cùm eis iam collatum est quod verè solius Dei est. Itaque docte D. Chrysostomus lib. de digni.sacer.3. eam potestatem extollit sic scribens. Etenim qui terram incolũt atque in ea versantur,iis commissum est vt ea quę in cœlis sunt dispensent, iis datum est vt potestatem habeant, quam Deus Optimus neque angelis,neq; archãgelis datam esse volũit. Neque enim ad illos dictum est.Quæcunque alligaueritis in terra,erunt alligata & in cœlo: & quęcũque solueritis ſ terra, erunt soluta & in cœlo. Habent quidem & terrẽstres principes vinculi potestatem, verùm corporum solùm.Id autem quod dico,sacerdotum vinculum ipsam etiam animam contingit, atque ad cœlos vsque paruadit,vsque adeo vt quæcunque infernè sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac seruorum sententiã Dominus cõfirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerũ cœlestiũ potestatem illis à Deo concessam?Quorumcunque enim(ait)peccata retinueritis,retenta sunt.Quænam,obsecro, potestas hac vna maior esse queat? Pater omnifariam filio potestatem dedit:cæterùm video ipsam eandem omnifariam potestatem à filio illis traditam.Nam quasi iam in cœlũ translati,ac supra humanam naturam positi, atque à nostris affectib. exempti,sic illi ad principatũ istum perductisunt. Et post pauca:Corporis(inquit)lepra purgare,seu, vt verius dicam,haud purgare quidem,sed purgatos probare, Iudæorum sacerdotib. solis licebat: neq; nescis quanta cũ ambitione, quanto cũ studio ac concertatione sacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At verò nostris sacerdotibus nõ corporis lepram,verùm animæ sordes,nõ dico purgatas probare, sed purgare prorsus cõcessum est.Hæc ille,ostendens his verbis eleganter sacerdotum noui testamenti potestatẽ maiorẽ esse potestate & sacerdotum legaliũm & secularium principum,& angelorum cœlestium. Quæri autẽ his potest quomodo vera sit hæc sententia in sacerdotibus,quibus in ordinatione ab Episcopo eisdem verbis dicitur:Quorum remiseritis,&c.cùmtamẽ verè nõ remittant,nisi præterea etiam illis tradatur potestas iurisdictionis.An ergo hæc verba nõ eodem sensu eis dicuntur quo dicta sunt Apostolis, quibus post hæc verba absolutè competebat potestas quoſuis absoluẽdi:an verò restrictius sũt accipienda cùm ab episcopo eis dicuntur quàm quo dicta fuerunt à Christo Apostolis? Dicendũ, Christum ante hæc verba præmisisse: *Sicut me misit pater*, & ego mitto vos;quibus verbis constituuntur legati ad omnes gentes, daturq; eis potestas iurisdictionis in omnes. vnde cùm sequitur:*Quorum remiseritis*;ea sus est,inter eos ad quos vos mitto quorum remiseritis,&c:Sacerdotibus autem nõ dicuntur ea verba;*& ego mitto vos*; vnde quæ sequuntur, etsi eodem sensu ad eos pertineant quo ad Apostolos,tamen eorum verborum virtute non possunt absoluere,nisi cùm missi fuerint,hoc est,aliquibus Christi ouibus præfecti.

THOMAS AVTEM VNVS EX DVODECIM, QVI,&c.] Aliam iam occasionem alterius apparitionis Christi pergit commemorare Euangelista Ioannes, quæ non parum ad confir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

marionem & cõsolationẽ pertinet fidelium, Deo ad salutem nostram mirabiliter negotium disponente. Plus enim nobis infidelitas Thobiæ ad fidem, quàm fides credentium discipulorũ profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitur, mens nostra omni dubitationẽ postposita in fide solida tut. Itaque cùm ex Apostolorum numero per aliquã occasionem abesset Thomas, (qui Græco nomine idem significante quod nomen Hebræum Thomas, dicebatur Didymus, hoc est Latine geminus) quando se Dominus primum Apostolis videndum exhibuit: cæteri discipuli gaudio gestientes renunciant illi iam reuerso quòd vidisset Dominum. Ille autem, vt & aliàs, ita & modò suã tarditatem declarauit reprehẽsibilem, & nomini suo correspõdentem. Quemadmodũ enim vulgi more ac temerè credere, leuitatis est, iuxta illud: Qui citò credit, levis est mente: ita nimis curiosè indagare, & fide dignis nolle acquiescere, crassæ mentis est. Fide digni enim erant condiscipuli, tũ ob eorum numerum, quòd rem de qua testimoniũ perhibebant, variis modis se compertam habere narrabant (nam verisimile est eos non simpliciter dixisse se vidisse Dominum, sed etiam manus eius perforatas & latus apertum vidisse, & expertos ipsum manducasse) tum quòd eorum syncera ipsi perspecta esset & cognita. Tam multis tamen talibusque testibus non credidit, sed suspicans illos ludificatos aliquo phantasmate fuisse, negauit se crediturum, nisi oculis suis & Dominum & vestigia clauorum, quę se illi vidisse commemorabant, ipse quoque videret: neque hic substitit curiositas, sed & mittere quærit digitum in loca clauorum, & manum totam in latus, ne fortè phantasma esset. Cùm enim à condiscipulis audisset quòd manus & latus eis ostẽdisset Dominus, tangere etiam hæc voluit, tactum aspectu fide dignioré reputans. Itaque Dominus ne vnius quidem salutem negligẽs (cuius incredulitas etsi ob dictas causas reprehensibilis erat, tamẽ nõ ex malitia profecta erat, sicut Phariseorũ, sed ex imbecillitate humana) post octo dies, cùm rursũ præsente etiam Thoma cõgregati essent simul discipuli, venit vt suorum vulnerum ostẽsione vulnus infidelitatis in Thoma sanaret. Non autem statim ei apparuit postquã prædicta requisiuit sed post dies octo, tum vt interea à cõdiscipulis instructus, facilius ad fidem possent induci: tum vt magis Domini patesceret clementia, qui talem in discipulo tãto tempore pertulit incredulitatem, quæ quo maior erat & diuturnior, eo magis subitò in magnã mutata fidem, resurrectionis in nobis cõfirmat credulitatem. Decorata itẽ hac ratione est prima dies sabbathorũ, quę à resurrectione Christi suam accipiens celebritatem & nomenclaturam, Dominica dies vocari cœpta est, & instituta ab Apostolis. Venit ergo Iesus, sed planè vt priùs, ianuis clausis scilicet, & stãs in medio, ac pro more pacem eis imprecans, eadem scilicet omnia faciens quæ absente Thoma fecerat, deinde insinuans ob quam causam veniisset maximè, ac Thomæ declarans nihil sibi latere, sed quòd præsens fuerat & audierat quæcunq; ille priùs dixisset, anticipat eius sermonẽ, cisdẽ iam vtens verbis quibus ille priùs vsus fuerat. Videre enim ille voluit fixurã clauorum in manibus, mittere digitum in locum clauorum, & manum in vulnus lateris. Dicit ergo ei, *Infer digitum tuum huc*, in vestigia clauorum scilicet: & vide manus meas, & affer manum tuam mittens eam in latus meum, & noli deinceps esse incredulus, sed fidelis. Hic iam credi potest, Thomam, etsi à Domino admonitum vt id faceret quòd desiderauerat, à cõtrectando tamen ipsum & loca vulnerum abstinuisse, quòd agnita domini facies & vox ei satis facerent, & præ reuerentia non auderet illum tãgere, quia Dominus postea tantũ dicit: *Quia vidisti me Thoma, credidisti*; nec dicit: Quia vidisti & tetigisti. Certe in hac sententia est Euthymius. Sic enim scribit: Vidẽs in manibus eius vestigiũ clauorum, & latus ipsius apertum, cõtinuò credidit, non expectans dum contrectasset. Potest tamen in verbo viuendi intelligi hic etiam comprehẽdi tactus, quia, vt hic annotauit D. Augustinus, generalis quodãmodo est sensus visus, & per quatuor etiam alios sensus nominatur, vt cùm dicitur: Audi, & vide quàm bene sonet, &c. quo modo videre accipitur pro cognoscere. Cæterum siue Thomas tantùm viderit Dominum, siue etiam contrectauerit, mirabile certè est quòd mox tantam fidem conceperit, quantam protestatus est dicẽs: *Dominus meus & Deus meus*. Quemadmodum enim ad credendum fuerat difficilior, ita nemo clarius diuinitatem eius professus est. Duo autem profitetur, quorum alterum ex aspectu & contactu intellexerit, alterum ex eius omnipotentia, & omni scientia. Ex aspectu enim & contactu agnouit illum qui præsens erat, esse Dominum illum suũ quem priùs secutus fuerat, quẽ appellare solitus fuerat Dominum & magistrum: ex potentia verò, in resurgendo & ingressu per ianuas clausas declarata: ex cognitione item occultorum, agnouit Dominũ illum suum etiam esse Deum suũ. Hanc autem eius confessionem Dominus non reprehendit, nec reiicit, sed amplexus est & laudauit, vnde certum est argumentum Iesum Deum esse, idque verum, quemadmodum ostendit Diuus Cyrillus ex adiecto hic articulo, ὁ θεός μου. Porrò quanquã magnifica esset fides & confessio Thomæ, nõ tamen ipsum ob eam beatificat, sicut olim Petrum beatum pronunciauit profitentem ipsum esse Christum filium Dei viui. Ob tarditatem enim fidei & experimentum sensuum non ita modò beatificari dignus fuit: sed in comparatione eius magis beatificantur, qui sine experientia sensuũ crediderunt aut credunt, idque ad magnam posterorum confirmationem & consolationem. Non enim ignorauit Dominus facilè futuros nonnullos qui resurrectionem mortuorum non fatentur, quique videre se velle dicerent, palpareque non aliter quàm Thomas, rectèque se ita facere contẽderent, quoniam discipulum saluatoris imitarentur. Et rursum nouit quosdã se iudicaturos infœlices, quòd non fuerint illis temporibus quibus Dominum in carne miracula facientem videre potuissent. His ergo omnibus occurrit dicens: *Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt*. Non quidem Thomam à beatitudine excludere volens, sed beatiorem fidem pronuncians eorum qui non viderunt. Contra tamẽ quod obiici posset quòd Matth. decimo tertio, & Lucę 10. beatos dicit oculos Apostolorum præ oculis Prophetarum, quòd videre eis datum sit quæ illi desiderauerũt videre, nec viderũt tamen. Sed dicendum, Apostolos qui Christũ in carne viderũt, aliqua in parte beatiores fuisse fidelibus

delibus qui ante & post eos fuerunt, alia verò ratione hos illis beatiores esse. Beatiores enim fuerũt Apostoli, q eis datũ fuit videre in carne illum quem iusti omnes videre optauerunt. Cùm enim illum coram videre magnũ fuerit donum, ij quibus id fuit datũ feliciores hac ratione fuerunt illis quibus non fuit datum. Qui verò Christum non viderunt, & tamen in eum crediderunt, beatiores Apostolis fuerunt ratione fidei, quæ cæteris paribus magis fuit, & est in illis apud Deũ meritoria & grata. De beatitudine autẽ quæ est ratione fidei hic loquitur Dominus, quasi dicat: Tu quidẽ Thoma quia vidisti me, credidisti in me. At fides quæ sic nata est, nõ ita magnopere laudanda, nec multum beatos facit homines. Beati magis illi qui cũ non viderint me, crediderunt tamen in me, quia eorum fides magis est apud patrem meritoria, & maius est Dei donum. His autem verbis secundũ Theophylactũ & Euthymium beatiores Thoma significauit Dominus discipulos illos, qui antequam vidissent Dominum, crediderunt eum resurrexisse, de quorum numero fuerunt qui discipulis duobus redeuntibus ex Emaus dixerunt: *Surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni*. Possunt quoque intelligi hac sententia beatificati Patriarchæ, Prophetæ, & iusti quique veteris testamẽti. Omnium tamen maximè hanc sententiã verissimi le est dixisse Dominũ propter posteros qui in ipsum credituri erant. Quamquam enim Dominus præteriti tẽporis verbis vsus sit, bene tamen hæc sententia illos post futuros includit, quia beatitudo hæc ad eos non potest pertinere, nisi cũ iam de eis dici potest; non viderũt & crediderunt. Præteriti etiam tẽporis vsus est verbis, secundùm Augustinum, tanquam ille qui id quod erat futurum in sua nouerat prædestinatione iam factum.

MVLTA QVIDEM ET ALIA SIGNA FECIT IESVS IN CON. &c.] Diuus Chrysostomus existimat Euangelistam Ioannem de illis tantùm locutum signis & indiciis, quæ post resurrectionem sunt facta, eo quòd adiiciatur: *in conspectu discipulorum suorum*. Nam post resurrectionẽ tantùm discipulis se exhibuit. Verùm magis est verisimile sermonem esse communem, & de his quæ ante resurrectionem, atque de his quæ post eam facta sunt. Omnino enim apparet hæc Ioannem subiecisse tanquam finem descripti à se Euãgelij, postea verò etiam addidisse quæ vltimo sui Euangelij habentur capite, quòd inter multa à se & ab aliis prætermissa, ea memoriæ postea occurrerent, iudicaret; operępretium ea posteritati literis tradere, non tantùm ob confirmandam fidẽ resurrectionis Christi, sed multo magis ob historiam quæ est de Petro, de quo cõueniebat omnes scire ouium Christi generalem curam ei commissam esse, iuxta promissionem illi olim factam apud Matthæum cap. 16. quæ non, nisi hac subsequenti narratione Ioannis, cognosceretur impleta fuisse. Dicit autem Euangelista, quæ non sunt scripta in libro hoc, aut, vt est Græcis, ἐν βιβλίῳ, hoc est, in libello, quòd quædam alia signa descripta essent ab aliis Euangelistis, quædam verò etiã ab omnibus prætermissa. Post hanc vtilem protestationem subiungit & causam quare hæc scripserit, nõ scilicet ob ambitionem & magistri gloriam tantùm, sed vt (inquit) credatis, quia Iesus est Christus filius Dei, ad quod credendum præcedentia sufficere possunt. Et vt sciant lectores, ipsum hanc ab eis desiderare fidem non propter proprium commodum aut gloriam, subiicit, *& vt credentes vitam habeatis in nomine eius*, hoc est, per nomen eius.

APPARET DISCIPVLIS DOMINVS AD MARE GALILAEAE. Ioan. 21. CAP. CXLVIII.

POstea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis: Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecũ. Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iã factõ, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Respondẽrunt ei: Nõ. Dixit eis. Mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iã non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cũ audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autẽ discipuli nauigio venerũt (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducẽtis) trahẽtes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terrã viderũt prunas positas, & piscẽ superpositũ, & panẽ. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascẽdit Simon Petrus, & traxit rete in terrã plenum magnis piscibus, cẽtũ quinquaginta tribus. Et cùm tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prãdete. & nemo audebat discẽtiũ interrogare eũ, Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et venit Iesus, & accepit panẽ, & dabat eis, & piscẽ similiter. Hoc iã tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cũ resurrexisset à mortuis. Cũ ergo prãdissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Iohãnis diligis me plus hõc? Dicit ei: Etiã Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ: Simon Iohannis, diligis me? Ait illi: Etiã Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos: Dicit ei tertio: Simõ Iohãnis, amas mẽ? Cõtristatus est Petrus quia dixit ei tertio, Amas mẽ? & dixit ei: Domine tu omnia scis, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Amẽ amẽ dico tibi: Cũ esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cũ autẽ senueris, extẽdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu nõ vis. Hoc autẽ dixit, significãs qua morte clarificaturus esset Deũ. Et cũ hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus vidit illũ discipulũ quẽ diligebat Iesus, sequentẽ, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine quis est qui tradet te? Hũc ergo cũ vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autẽ quid? Dicit ei Iesus: Si eũ volo manere donec veniã, quid ad te? tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille nõ moritur. Et nõ dixit ei Iesus, nõ moritur, sed, Si eũ volo manere donec veniã, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verũ est testimonium eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

POSTEA MANIFESTAVIT SE ITERVM IESVS AD MARE, &c.] Post apparitionem illam Domini secundã, factam discipulis post octo resurrectionis dies, à solo descriptã Ioãne, omnino videbatur in Cõcordiæ cõtextu subiicienda illa apparitio, quã deinceps narrat Ioãnes cõtigisse in Galilæa ad mare Tyberiadis, priusquã ex Matthæo collocaretur ea quę in mõte facta est Galilęæ, eo ꝙ Ioannes illã, etiam à se solo descriptam, tertiã fuisse scribat, quæ tertia nõ erit, si ante eam facta est illa quã Matthæus describit. Itaq; cùm iam peracta paschali festiuitate, quæ septẽ durabat dies, Apostoli ex iussu Christi rediissent in Galilæam regionem suã, ante solẽnem illã & promissam à Domino manifestationem, quæ in mõte Galilææ, coram magna hominũ frequentia facta est, manifestauit se Dominus Iesus iterũ ad mare Tybetiadis multis discipulis simul cõgregatis. Manifestauit autem se noua & miraculosa ratione, quæq; nõ parũ in se cõtinet mysterij, & adiunctã habet narrationem de Petro cognitu necessariam, vt ob hæc mirum non sit Ioannem post impositũ semel suo Euangelio finem, rursum commotum vt hæc adiiceret. Hæc manifestatio in hunc accidit modum, Quodam tẽpore cùm septem essent simul discipuli, Petro piscari volenti reliqui se comites obtulerunt. Quoniã enim cum eis saluator non semper erat, non adhuc promissus aduenerat paracletus, neq; adhuc perfectè eis commissa erat prædicatio, cùm nihil esset quod agerẽt, & neminẽ grauare vellent, piscationi vacare visum est vt priorem exercentes artem iustissimam, otium fugerent, & suæ aliorumq; penuriæ subuenirent. Iã enim Domini præsidio fuerant destituti, per quẽ ali consueuerant amicorum vltronea benignitate. Itaque licet prius relictis retibus & naui secuti essent Dominum, non tamen iam ad piscationem reuertentes, ad quam non est verisimile eos ante Christi reuersos resurrectionem, videri debent retro respexisse contra illud Christi: Nemo mittẽs manum suam ad aratrum, aptus est regno Dei, si respiciat retro. Non enim ex desperatione aliqua id fecerũt, aut ex pœnitudine cœptæ vitæ, sed vt & tempus bene collocarent, & suæ consulerent inopiæ per artem licitam, sicut & Paulus manibus laborabat etiam cùm iam prædicationi intentus erat. Non enim Apostoli prohibiti fuerũt arte licita victum necessarium quærere, sui Apostolatus integritate seruata, si quando quod agerent aut vnde viuerent, non habebant, aut si per hoc prædicatio non impediebatur. Exierunt ergo ad piscandum Apostoli nocturno licet tempore, quod piscationi magis est accommodũ, & illa nocte tota nihil prendiderunt, Deo ita negotiũ disponente, tum quò locus daretur miraculo, tum ob significandum mysterium, quod postea explicabitur. Vbi verò diluxisset, Iesus qui lubenter adest, & succurrit laborantibus, stetit in littore, nõ tamen agnouerunt eum discipuli, partim ob interuallum longius, partim ob lucẽ adhuc ancipitẽ, sed omniũ maximè, quia noluit statim agnosci Dominus, quò per miraculũ ad sui cognitionem Apostolos adduceret. Et bene discipulis in mari laborãtibus iã in littore Dominus stetit, non autem vt olim, in fluctibus maris ambulauit, nec naui in mari ingressus est, quia iam corruptionem carnis exutus nequaquam cum mortalibus discipulis, fluctibus mortalis vitæ inerat, sed ad stabilitatem immortalis vitæ translatus erat. Cùm ergo nõ agnosceretur Dominus à suis, velut ignotus, & quasi volens aliquid ab eis emere, eos è littore alloquutus est, dicens; *Pueri, nunquid pulmentarium habetis?* Pueros, aut, vt habent Græca, παιδία diminutiuum, eos vocauit iuxta cõsuetudinem. Moris enim, ait Euthymius, erat, ita operarios appellare propter illorum robur, ac strenuitatẽ ad labores. Cæterùm pulmentarium hic positum est pro opsonio, eoq; quod pani additur. Id enim proprie sonat dictio Græca hic posita προσφάγιον. Cùm autẽ illi nec voce agnoscerent Dominum, sed suspicarentur alium quempiam esse, qui venisset ad lacũ mercaturus pisces, responderunt se nihil habere. Tũ Iesus vt paulatim declararet quis esset, Mittite, inquit, rete in dexteram nauigij, & inuenietis quod hactenus non potuistis. Ad certam nauigij partẽ expresse præcepit iacere rete, ne fortuita videretur captura. Dexterã autẽ elegit, quia illa fœlicitati & euentus & status immortalitatis eius cõueniebat. Dextera enim prosperitatẽ & fœlicitatem designat. Cęterùm nec adhuc cognouerunt eum esse Iesum, quod tamen eos intelligere oportebat. Nam quomodo vulgaris homo id nosse potuisset, quòd iacentes in dexteram nauigij partem inuenturi essent? Quamquam autem illum non nossent, tamen aut quia arbitrabantur signo quopiam illum nosse pisces aliquos ibi natare, aut simpliciter quia tædium sumpti laboris, & auiditas capiendi spem addebant, paruerunt iubenti. Itaque quia tam simpliciter nihil obmurmurantes, obtẽperauerunt, diuina voluntate tanta iam piscium multitudo concluſa est, vt præ nimietate trahere vix possent ad scapham. Ex nouitate rei & prospero euentu secuto ad vocẽ iubentis, ad instar miraculi quod in principio vocationis quatuor discipulorum accidit etiam in piscatione, discipulus ille quem diligebat Iesus (sic enim frequenter seipsum Ioannes designat) factus attentior submonet Petrum, qui verisimiliter totus erat in attrahendo reti, ꝙ Dominus esset is qui è littore stans iussisset rete mitti. Et quidem etiam hic Ioannes Petro aliisq; perspicacior erat, ob puritatis magnitudinem: Petrus verò sui non dissimilis, feruentior inuentus est hic ob vehemẽtiam amoris. Agnouit enim Dominum Ioannes ante Petrum, sed Petrus ante Ioannem egreditur ad Dominum. Nam cùm tantùm audisset esse Dominum, mox id credens, & hoc eo facilius quòd memor forte esset primæ piscationis, projectis iis quæ in manibus erant, oblitusque retis & piscium, aliud non cogitabat quàm celeriter Domino coniungi. Itaque primùm præ reuerentia erga Dominum, tunica succinxit se, hoc est, indumentum quoddam sibi superiniecit & induit, quoniam antea nudus erat, vt ad piscationẽ expeditior esset: deinde impatiens moræ, nec sustinens vt nauigio ad eũ perueniret, se se in mare coniecit, vt ad Dominum citius accederet. Quòd autem hic dicitur nudus fuisse Petrus, non sic verisimile est intelligendum, quasi omnino nudus fuerit, sed quòd ad comparationem cęterorum vestimentorum, quibus vti solebat, nudus fuerit, non per omnia membra decenter tectus, sed pro more piscantium in multis nudus, simpliciũ piscantium vestimento indutus. Pro dictione enim, *tunica*, Græcis est ἐνδύτης, quæ ex sua detiuatione manifestè significat vestis genus qd supernè induitur, vt est pallium ant penula, cùm tunica vestis sit interior. Vnde Theophylactus: Est, ait, ἐνδύτης linteũ quoddam, quo Phœnices & Syri piscatores se amiciebant, siue nudi essent, siue vestiti, hoc superimponentes. Idẽ succingere, aut vt est Græcis, διεζώσατο, interpretatur simpliciter positum pro induit. Proinde pro eo quod nos habemus, tunica succinxit se, id quod est Græcis, τὸν ἐνδύτην διεζώσατο, rectius videtur sic vertendum, superindumentũ aut pallium indutus est, aut superindumento circumuolutus & circumcinctus est. Nõ est Græcis pronomen, se, & ablatiuus tunica. Euthymius tamen ἐνενδύτην, tuniculam quandam fuisse dicit manicis carentem, quæ corpus ad genua vsque contegebat, hacq; vsos qui in mari degebant, ꝙ eis & agilitatem tribueret, & inter aquas ornatum. Hac veste putat Petrũ indutũ fuisse cùm adhuc piscaretur, atque ob id dictum ipsum fuisse nudum, ꝙ hac sola indutus erat: verùm quoniam ea discincta fuerat. Petrum illam ob reuerentiam Domini succinxisse, & cingulo quodam cohibuisse eius laxam dissolutionem. Secundùm quam intelligentiam Græca etiam verti non debebant, *tunica succinxit se*, quamquam sic verterit eius interpres, sed, tunicam succinxit, hoc est, tunicam suam, quæ priùs indutus erat discincta, iam succinxit. Sed prior intelligentia quã indicauit Theophylactus, simplicior est & conuenientior. Vt autem est, Petrus honestè & decenter quantum tempus & locus patiebantur, se componens, per aquam, siue natando, siue pedibus propriis transuadãdo, quia erant prope terram, primus peruenit ad Iesum. Cæteri verò nauigio venerunt, trahentes secum rete piscium. Non enim longè aberant à terra, sed circiter ducentis cubitis, hoc est, pedibus trecentis aut passibus sexaginta. Nam cubitus est sesqui pes, & passus quinque pedum mensura est. Vt ergo descenderũt è naui in terram, ecce tum aliquid non solùm potentiæ, sed & benignitatis Iesu indicium eis oblatum est. Videbant enim prunas positas, piscemq́ue eis superpositum: videbant & panem seorsum positum, quæ Dominus ad hoc parauerat, tum vt pro sua erga illos beneuolentia per cibum eos à labore refocillaret: tum vt suam ostenderet potentiam, qua ex his quæ non erant, illa parauerat & creauerat, sicque etiam declararet se non ob indigentiam de opsonio quæsisse aut præcepisse vt in dexteram nauigij iacerent rete, suáque voluntate factum vt rete tota nocte frustratum impleretur piscibus. Cæterùm quamquam iam panem & piscem parata haberet, iubet tamen etiam adferri de piscibus quos comprehenderant, tum vt ostenderet non esse phantasma quod factum erat, tum vt videntes piscium multitudinem ac magnitudinem, & quòd non esset scissum rete, magis etiam admirarentur. Itaque Petrus vbique primus & cæteris feruentior, & tanquam artis piscatoriæ peritior ascendit in nauim, traxitq́ue in terram rete plenum piscibus & magnis, & multis, vtpote numero centum quinquaginta tribus. Et quod his accedit tertium miraculum, cùm tanti essent, hoc est, tam multi & tam magni, non est tamen scissum rete. Non enim id accidit ob fortitudinem retis, sed quòd Dominus etiam illud fortificaret. Porro pro, tanti, Græcis est, τοσοῦτων, quod & tantum significat & tot, vt simul ad magnitudinem & multitudinem referri possit piscium. His gestis cùm à labore ad prandium paratum suos Dominus vocaret, vt & nunc, sicut aliàs, manducando cum eis veritatem sui corporis eis comprobaret, nullus exquirebat, neq; audebat interrogare quisnam esset. Videbant quidem speciem Domini augustiorem, vultumq́ue non parum immutatum, voluisséntque de figura hac aliena nonnihil interrogare: sed quia maiestas corporis iam immortalis, & raritas consuetudinis ademerat eis solitam loquendi & interrogandi fiduciam, & potissimùm quia ex re triplicique præcedente miraculo scirent ipsum esse Dominũ, nec quicquam dubitarent, non audebant interrogare quis esset. Itaque nihil hæsitantes accedunt inuitati ad paratum prandium, venitque Iesus, & pro suo more acceptum panem & piscem frangens suis manibus, distribuit discumbentibus, solitam eis non dedignatus exhibere familiaritatem, licet ad meliorẽ translatus vitæ statum. Legimus quidem fere in nostris libris: *Et nemo audebat discumbentium*; verùm legendum esse, *discentium*, hoc est, discipulorum, vt correcta pleraque habent Biblia, Græca apertè indicant, quæ habent μαθητῶν. Verisimile enim scriptorem aliquem, quoniam nouum est participium, *discentium*: ponere pro nomine, discipulorum, mutasse *discentium* in *discumbentium*: sicut Lucæ 19. participium, *discentium*, mutatum est in *descendentium*. Si enim ordinem obseruauerimus quem tenuit Euangelista Ioannes, videbimus eum non voluisse significare, quòd ex discumbentibus nemo eum ausus fuerit rogare, sed quòd vocati ad prandium, priusquam accumberent, non ausi fuerint propter certitudinem eum interrogare, sed certi ipsum esse Dominum, accumbere non dubitauerint. Cęterùm Diuus Chrysostomus annotauit, Dominũ accepto pane non iam vt ante resurrectionem in cœlum suspexisse, vt ostenderet se humana illa dispensatoriè fecisse, nunc autem tempus esse diuinitatem suam & potestatem ostendendi. Et hactenus quidem ad literam de tertia hac apparitione Domini pluribus simul facta discipulis. Sic enim accipiendum quod dicit Euangelista: Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis, quòd iam tertiò pluribus discipulis simul collectis sit manifestatus. In hunc sanè modum intelligit Euthymius. Quidam tamen illud, *tertio*, referunt non ad vices seu numerum manifestationum, sed ad numerum dierum, quibus per interualla se Dominus manifestauit discipulis: quorum primus fuit, ipse resurrectionis dies: secundus, octauus à resurrectione: tertius, quando apparuit hic iuxta mare. Præter tres enim illas manifestationes quas descripsit Ioannes, & ante eas, manifestatus erat Petro & duobus discipulis eũtibus in Emaus. Sicut autem in illa Petri aliorumq́; discipulorum piscatione, quæ in principio prædicationis Christi facta est in hoc eodem mari, cum miraculo iussu Domini secuto, vt scribit Lucas capite quinto, certum est Dominum præfigurare & delineare voluisse spiritualem hominum piscationem, quæ deinde per Apostolos futura erat, quoniam subiecit dicens Petro: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens, ita nihil dubitandum quin hæc Petri aliorumq́ue piscatio, imago fuerit piscationis hominum, quæ Apostolica erat fienda deinceps prædicatione. In hac ergo piscatione, sicut & in illa, de qua

apud

Luc. 9.

2. Thes. 2.

Act. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud Lucam,Petrus primus præcipuusq; fuit pi- A scator,in signum quod Euangelicæ prædicationis negotium primò & præcipuè Petro commissum esset,qui primus factus est Apostolorum,vnde sicut ibi Petro peculiariter dictum fuit:Ex hoc iam homines eris capiens;ita & nunc mox ei peculiariter dictum est:*Pasce oues meas.*Hic sicut & ibi per noctem laborantes, & sine iussu Christi retia iacientes,nihil ceperunt:facta autem die,ad præsentiam & iussum Christi rete mittentes in mari,cõprehenderunt immẽsam piscium multitudinem, vt hac ratione velut ænigmate significaretur,inanem esse operam Euangelistæ,nisi Christus hominis conatum bene fortunet, & bona spes daretur Apostolis futurum per eos,vt (quãquam prædicatione priscorum pauci adeo persuasi sint Deo B omnino adhærere, vt eos frustra laborasse dicere possimus,idq; ideo quia adhuc nox ignorantiæ vbique nimis obtinuit)plerique ex omnibus nationibus reti prædicationis colligerentur iã ad Christum, postquam per illius doctrinam, & per eius resurrectionem,tenebris fugatis,mane illuxit orbi,& ad iussum Christi Apostoli in omnẽ se spargerent orbem,quibus post resurrectionem à Christo iam in littore immortalitatis stante dictũ est: *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.* Sed in altera illa piscatione non exprimitur in vtram partem nauis rete eiici debeat: hic verò præcipitur vt in dexteram nauigij eiiciatur, quia in illa significabatur collectio fidelium, C qui nunc in ecclesia permixti sunt ex bonis & malis: hic verò significata est tantùm collectio fidelium bonorum, qui completa resurrectione bonorum ad Christum è mari huius turbulenti seculi adducentur,vnde illa facta est ante Christi resurrectionem, quando cum discipulis in nauim ascendens erat in mari:hæc verò post resurrectionem,quando stabat in littore. In illa ergo piscatione non mittuntur retia ad dexteram, ne solos significaret bonos:nec in sinistram, ne solos malos,sed indifferenter. Hic autem in dexteram iubentur mittere rete, vt significaret eos qui stabunt ad dexteram,solos bonos.Illic non exprimitur numerus captorum piscium, qui tantus fuit, D vt duas implerent nauiculas: hic minor est numerus & expressus, quia maior est numerus eorum quos iam comprehendit Ecclesia, quam sit eorum qui Christo adducentur post resurrectionem: & ille quidem numerus indefinitus est, hic verò certus & definitus, singulorum habens nomina descripta in libro vitæ. Illic rete rumpitur, propter significanda schismata quæ nunc sunt in Ecclesia, propter permixtionem malorum cum bonis:hic verò non est scissum rete, quoniam in illa sanctorum collectione quæ erit post resurrectionem,nulla erũt schismata, vbi summa omniũ erit pax,animorumq; consensio.Postquam autem E hic rete ad littus tractum fuit, ad prædẽdum suos Dominus inuitauit,quo significatur ꝙ post multos labores quos in colligendis fidelibus prædicatores modò subeunt, tandem vocati cum Domino recumbent,spirituali cibo ipsis proposito,qui
Psa.127. mentem ac rationem excedit humanæ naturæ, tuncque implebitur in eis illud Psalmi: Labores manuum tuarũ quia manducabis,beatus es,& bene tibi erit.Necipsi capiunt quod manducent,sed Christus eis distribuit,vt hinc quoque figuratum intelligamus,inquit Cyrillus, Christum etiam in futuro seculo gratiarum nobis largitorem futurũ. Et hæc sufficere puto pro mystici sensus explicatione.Qui verò volet exactius philosophari in numero centum quinquaginta:ium piscium,& pisce asso ac pane, legat D. Augustinum & Gregorium,quamquam D.Cyrillus simplicius in numero sit philosophatus, centenario numero gẽtium plenitudinem significatam intelligens, quoniam is numerus plenissimus est,decem decadibus cõstans: quinquagenario verò numero, pancos eos qui ex Iudæis crediderunt,creditur iq́ue sunt,quoniam hic numerus subduplus est ad centenarium, & lõgè abest à plenitudine:ternarium autem, qui relinquitur,sanctissimæ Trinitatis habere significationem,in quam credunt fideles,& ad cuius gloriam fidelium vita dirigitur.

CVM ERGO PRANDISSENT, DICIT SIMONI PETRO IESVS.]Postquam Petr⁹ mystica illa piscatione primũ se & præcipuũ gessisset,& Dominus fructum ac mercedẽ laboris Apostolici ipso facto declarasset,figurã præcedentem etiam se explicans, Petrũ vniuerso suo gregi præficit,atque in piscatione spirituali primum facit.Cùm enim capite superiori in prima apparitione Apostolis omnibus parem contulisset potestatẽ,dicens:Sicut misit me pater, & ego mitto vos, &c.nunc ad tollendum schisma,& vt Ecclesia vna monstraretur,vnus omnibus præficitur,impletq; Dominus in Petro quod ante resurrectionem ei promiserat,dicens: Tibi dabo claues regni cœlo- *Matt.16.*
rum,quia,vt ibi dictum est, verbis illis promittebatur Petro summa in Ecclesia potestas & authoritas,quæ hic illi traditur, cùm ei peculiariter regimen & cura pastoralis ouium Christi committitur. Hanc autem potestatem ei peculiariter cõmissurus Dominus, priùs abeo rogat num se diligat, & plus diligat quàm cæteri qui aderant Apostoli, non tanquam ignorans, cùm tanquam Deus omnia sciret, & tanquam homo didicisset iam ipso facto excellentem præ aliis Petri dilectionem, quia aliis nauigio venientibus ipse impatientia desiderij se in mare miserat, vt ad Iesum peruenire:sed rogat, vt Petro confitente suũ erga ipsum amorem,occasionem haberet opportunã committendi illi suarum curam ouium,omnesq; doceret & eximium suũ erga oues suas amorem, & Petro peculiariter hanc curam commissam ob peculiarem eius erga se amorem, ac proinde neminem idoneum esse,qui gregis Dominici curam suscipiat, nisi qui singularem aliquam erga Christum gerat dilectionem, & ex hac illam suscipiat curam. Bene autem notandum, quòd Dominus Petrum non tantùm rogat num se diligeret, sed etiam num plus diligeret quàm cæteri, non solùm vt intelligamus eximiam & singularem dilectionem requiri in præficiendo ouibus Christi, sed etiam vt hinc intelligamus ad solum Petrum pertinere quod ei dictum est:Pasce oues meas; & non etiam aliis hoc dictum in Petro, vt quidam volunt, quòd Petrus tanquam os Apostolorum omnium nomine respondere soleret. Sicut enim non est ei dictum omnium nomine: *Diligis me plus his*; nec omnium nomine dixit. *Tu scis quia amo te*: ita etiam non est ei omnium nomine dictum: *Pasce oues meas*, quamquam etiam omnibus aliàs cum Petro eadem cura commissa fuit, & post capite sequenti committetur. Notandum rursum, quòd priùs quidem Petro ob singularem

gularem eius de Iesu opinionem & confessionem A fidei longè excellentem aliorũ hominum opinionem,promissæ sunt claues regni cœlorum:nũc verò eædem claues ei tradũtur, ob singularem eius erga Iesum dilectionem,excellentem aliorũ amorem, vt intelligamus pastorem singularis debere esse & fidei,& dilectionis, nec fidem sufficere eximiam,nisi secundùm fidei excellentiã adsit etiam charitatis præeminentia.Cæterùm etsi Dominus Petrum rogaret,num se diligeret plus quàm alij, tamen præ modestia respondet tãtùm se diligere Dominum,eiusq; dilectionis Dominum ipsumtem facit,nec se iam audet aliis præferre, vt priùs fecerat,cùm dixit:Etsi omnes scandalizati fuerint, B sed non ego.Lapsus enim eius iam adhuc recens modestiorem illum reddiderat, & circumspectiorem.Itaque de aliorum amore nihil dicens quotũ animos exploratos non habebat,de sua tantũ cõscientia respondet,dicens: *Etiam Domine*, hoc est, verè Domine ego te diligo, nec id ignarus interrogas:tu enim scis ꝙ amem te.Tum Iesus :*Pasce* (inquit)*agnos meos.*Quasi dicat:Si me amas, vt profiteris,amorem hũc in me tuum declara in agnos meos,& oues meas,quæ mihi sunt charissimæ, adeo vt pro illis vitam meam impenderim. Harum te ad exemplum meum pastorem & curatorem C exhibe vice & nomine meo,vt qui cùm hactenus illarum me præstiti bonum pastorem, iam ab eis τὸν ὑς in cælum, ascendens ad patrem meum vnde veneram.Harum te præ aliis peculiariter, sicut aliquando promisi,pastorem constituo, ob peculiarem tuam præ aliis in me dilectionem, cùm ergo amorem profitenti Dominus curam pastoralẽ ouium suarum iniungit,significauit quanti faciat oues suas,vt in quas tanquam sibi vnicè dilectas, & propria vita chariores cupiat transfundi omnẽ quæ erga se habetur dilectionem,& proinde amorem quem quisque habet erga Christum, in proximis Christi nomine exhibendum, qui sibi factũ reputat,quicquid suis impenditur.Hanc suam erga oues suas curam & dilectionem magis adhuc declarauit Dominus,cùm non semel tantùm, sed D tertia etiam vice Petrum interrogauit, idemq; ei iussit:quanquam & alia sit ratio ter reperitæ iam à Domino interrogationis, nimirum vt Petrus trina cõfessione trinam recompẽsaret negationem, sicq; lapsum qui verbo factus fuit, etiam verbo curaret.In secunda tamen & tertia interrogatione,non quærit Dominus nũ se plus diligeret Petrus quàm cæteri,sed simpliciter num se diligeret, ꝙ videret Petrum præ modestia aliis se nolle præferre, vt aliquando temerè & infeliciter fecerat. Ex hac autem terna Domini interrogatione, qua declarauit rem sibi valde fuisse cordi, inolevit cõ- E
suetudo,teste Cyrillo & Theophylacto,vt ter cõfiteantur qui veniunt ad baptismum.Proprio autem nomine eum semper cõpellat Dominus, vocando eum Simonem filium Ioannis, ob familiaritatis & amoris indicium, & quia ad ipsum proprie sermo dirigebatur.Porro pro,Ioannis, Græcus est ἰωάνα,in plerisque tamen Græcis, nominatim apud Euthymium etiam hic est ἰωνᾶ,sicut Ioannis 1. cap.& apud Matthæum cap.16. vt videri possit vetum & proprium nomen patris Petri fuisse Iona,quod columbam significat,non Ioanna,quod gratiam significat,quamquã mystica horum nominum interpretatio eodẽ recidat. Quòd enim Simon filius fuit Iona,vel Ioanna, significat ipsum ideo fuisse Deo obedientem,(id enim Simon significat)quia filius fuit spiritus sancti, qui in columbæ specie descendit in Christum. Cæterùm ꝙ Dominus in prima & secunda interrogatione posuit verbum,diligere,Petrus verò respondisse dicitur se amare Dominum, non est in huiusmodi varietate (quæ etiam est apud Græcos) philosophãdum,quasi aliquod subsit mysterium: sed citra discrimen vsus est his verbis Euãgelista, quod ex eo patet,vt annotauit D. Augustinus lib. de ciuitate Dei 14.cap.7.quia in tertia interrogatione etiam ipse Iesus non scribitur dixisse,diligis me,sed,*amas me*,secutusque Euangelista ait; *Contristatus est Petrus,quia dixit ei tertiò,amas me*, cũ Dominum non tertiò,sed semel scripserit dixisse, *amas me*:bis autem dixisse, *diligis me.* Sic quærendũ non est mysterium in eo,quod in prima interrogatione dixerit,*agnos meos*:in secunda verò & tertia,*oues meas.* Rursum, quòd in prima & in tertia sit Græcis βόσκε, in secunda ποίμαινε. Non enim significationis alicuius gratia,sed tantùm elegantiæ causa veri simile est hac variatione vsum Euãgelistam,vnde bene semper vertit interpres,*Pasce*, quamquam ποίμαινε magis sit regere,sed sic vt pastor regit gregem, quod aptè dicitur pascere. In pascere enim includuntur hic omnia viri boni pastoris officia ouibus debita, qualia sunt prouidere eis de cibo,defendere eos à lupis,errantes reducere,quod infirmum est consolidare, cæteraq; quæ innuuntur Ezech. 34. In genere autem dicit & absolutè,*oues meas*,vt intelligamus, Petrum pastorem constitutum omnium ouium Christi, & proinde etiam discipulorum & Apostolorũ, imò Euthymius per oues Christi hic speciatim discipulos designatos intelligit,quorum curam suprà Petro Dominus commisit, dicens: Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Vnde D. Bernardus libr.2. de consid.ad Eugenium:Tu,inquit, es cui claues traditæ,cui oues commissæ sunt. Sint quidem,& alij cœli ianitores & gregum pastores; sed tu tanto gloriosius,quanto & differentius vtrumque præ cæteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges,singuli singulos: tibi vniuersi crediti sunt,vni vnus. Nec modò ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Vnde id probem quæris?Ex verbo Domini. Cui enim, nõ dico episcoporum, sed & Apostolorum, sic absolutè & indiscretè totæ commissę sunt oues?Si me amas Petre,pasce oues meas. Quas? Illius vel illius populos ciuitatis? aut regionis, aut certè regni?Oues meas,inquit. Cui non planum non designasse aliquas,sed assignasse omnes. Nihil excipitur, vbi distinguitur nihil, &c. Bene autem in verbis Christi toties repetitis notandæ duæ illæ dictiones,*Pasce*, & *meas*.Verbum *Pasce*,monet iis qui in Ecclesia præsunt curam commissam esse, & laborem,non otium:deinde curam talem, qua commissarum ouium bonum quærant, non autem proprium,ne sint de numero eorum de quibus dicitur Ezechie.34.Væ pastoribus qui pascebant semetipsos,pronomen, *meas*, indicat Ecclesiæ pastores non debere sibi commissos habere veluti suos quibus tanquam domini præsint, sed tanquam alieni domini, qui eos sibi emit proprio sanguine,cui pastores aliquando sint de commissis ouibus rationem reddituri. Vnde hanc formam sibi præscriptam probè intelligens Pe- 1.Petr.5
trus, eadem explicatius aliis tradit pastoribus, sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic scribens : Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè,sed spontaneè,neque turpis lucri gratia,sed voluntariè:neq; dominãtes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Cæterùm præter causas literales superius dictas quare ter Dominus dixerit, *pasce*, quidã etiã mysterij cuiusdam causa hoc Dominum feciſſe putãt,nempe ad designãdũ pastores tribus modis debere cõmissas pascere oues,quod sic tractat D.Bernardus ser.2. de resur.Pasce,ait, mente, pasce ore,pasce opere. Pasce animi oratione,verbi exhortatione, exẽpli exhibitione. Alij sic:Pasce pabulo doctrinæ,exemplo piæ vitæ,& opum subsidio, si res ita poposcerit.Licet & in hunc modum:Pasce doctrina,sacramentis,& vitæ exemplo.

AMEN AMEN DICO TIBI: CVM ESSES IVNIOR, CINGEBAS TE,&c.] Cùm iam Petrus ter confessus esset suum erga Dominum amorem,& Dominus ei ter oues pascendas commisisset, oportunè Dominus ei iam etiã prædicit mortis genus quod ad imitationem Domini subiturus esset pro ouibus sibi commissis,& quo verè declaraturus erat suum amorem quem iam confessus fuerat,ne putaret delicatam fore eam prouinciam quæ iã ei delegata fuit, & dilectionem quam iam professus fuit.Verè verè,ait,dico tibi Petre, cùm esses iunior,& iuxta corporis vires malorum tolerantior,mollius habebaris.Nã ipse tibi cingulum tuo arbitratu soluebas,aut addebas,ac hber ambulabas quocunque lubitum esset.Verùm vbi senueris,iam iuxta corporis vires imbecillior, & quando pro ætate liberior esse deberes,durius tractaberis.Extendes enim manus tuas,& alius te cinget, ducturus quò naturali volũtate nolis His autem, ait Ioãnes,significauit Dominus tectè,qua morte clarificaturus esset Deũ,nempe morte crucis,quã iam pro ouibus suis pastor ille bonus,in cuius locum successit Petrus,subierat. Hanc enim significauit per extensionem manuum quæ fit in cruce. Proinde quod sequitur;*& alius te cinget*, non post extensionem manuum intelligendũ est, sed ante eam,vt priùs dixerit Dominus,quid fieret,deinde quomodo fieret,& sit sensus:Extẽdes manus tuas in cruce,& vt ad hoc venias,alius cinget te,vincula tibi iniciens,& sic vinctum ducet quò nolis seeundùm naturale desiderium. De huiusmodi enim naturali voluntate accipiendum est quod dicitur, quò non vis, quam superaturus erat amor Christi & ouium eius.Bene autem Euangelista nõ dixit, qua morte esset moriturus, sed qua morte clarificaturus esset Deum,honesta scilicet nomẽclatura mortem illam cõdecorans,quia mors pro Christo,gloria magna est Dei, vt qui probatur tã fidelem habere discipulum & seruum, qui pro veritate doctrinæ ac spe promissorum eius non dubitat mortem oppetere.

ET CVM HOC DIXISSET, DICIT EI: SEQVERE ME. CONVERSVS.] Cùm Dominus verbo commendasset Petro ouium rationalium curam,eiq; verbo tectè & parabolicè prædixisset mortis,quæ eum manebat, genus:nũc eadem hæc ipso facto etiam parabolicè & tectè agit. Itaque surgens à conuiuij loco,& ad eundum aut ambulandum se præparans inuitat Petrum ad sequẽdũ se corporaliter;ipsa corporali sequela monere illum volens ad sequendum se in his quæ dixit,nempe in cura ouiũ pastorali,& supplicio crucis perferendo.Cùm ergo Petrus post Iesum ambulare pergens respexisset, & vidisset discipulum quem diligebat Iesus etiam sequentem,quãquam iussus non esset sequi, rogauit Dominum quid is facturus esset,aut passurus pro ipso. Audiuit Dominum ob confessum amorem sibi committere oues suas,atq; cõsortium gloriosæ mortis promittere:cogitauit quomodo & Ioãnes singularem erga Dominũ gereret amorem,& vicissim ab eo intimè diligeretur: vidit illum etsi nõ iussum,etiam sequi Dominum,tanquã à quo præ amore dilecti non posset:reputauit secum quòd & ille cupidus esset audiendi mortis suæ genus,& quia hunc vnice diligebat,etiam ipse quid de illo futurum esset cupiuit cognoscere. Itaq; iam ex familiari Christi colloquio audacior factus, partim ex amore quo Ioãnem prosequebatur,quem modestiæ causa iudicauit non ausum de se rogare, cùm alioqui ipsa sequela satis indicaret se cupidum rogendi de se, partim ex curiositate ad quam amor eum pertraxit,de Ioanne rogat,dicens:*Domine,hic autem quid*, supple,*facturus est aut passurus?* Num & ipse te sequetur? Num & ipse eadem nobiscum mortis via gradietur, qui eadem mecũ te diligit dilectione? Cùm ergo Petrus in vltima cœna per se non auderet rogare Dominum quis ipsum esset traditurus,sed ad hoc dilecti discipuli Ioannis vsus fuerat opera:nunc audentiot factus, de dilecti statu nomine ipsius cõfidenter interrogat, quem indicauit nunc ausum non esse de se interrogare, atque ad significandum hãc Petri libertatem quam modò adeptus fuit,intelligit Euthymius Euangelistam nunc in memoriam reducere recubitum supra pectus Domini, & interrogationem tunc à se factã:quamquam simplicius dixerimus,factum illud in memoriam reuocatum, in signum specialis & eximiæ dilectionis quæ fuerit inter Christum & Ioãnem, vt cui soli datum fuit recumbere supra pectus Iesu, quique solus ausus fuit de traditore cum percunctari, atque ob hanc eximiam dilectionem commotum Petrum, vt de Ioanne interrogaret, postquam audisset quid sibi Dominus euenturum prædixerat post amoris erga ipsum professionem. Cæterùm hanc superuacuam Petri à Ioãne curam corrigens Dominus,& ad id, quod ad se pertinebat, considerandum excitans respondet: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.* Legendum enim esse, *si*, & non,sic, vt multi tamen libri corruptè habent, meritò adeo certum esse debet vt de eo contendere proterui videatur,qui inueteratum amorem agnoscere nolit, aut agnitum corrigere. Primùm enim Græci codices omnes habent,*si*,& non, sic, & interpretes omnes Græci suis commentariis testantur se legisse coniunctionem conditionalem,*si*,quæ nihil affirmat,nec aliqua est apud Græcos similitudo inter ἐὰν,hoc est,si,& ὅτι, hoc est, sic,vt hac occasione lapsus posset videri interpres: vnde nemini dubium esse debet quin errore librarij coniunctio,*si* mutata sit in aduerbium, sic, cùm apud nos facilis prolapsus sit à *si*,in sic, ob vocum affinitatem. Idem deinde arguit, quòd nó in omnibus Latinis codicibus habeatur,sic,sed in plerisque etiam legatur, *si*. Ita enim reperitur in codicibus nonnullis antiquissimis manu descriptis, vt indicarunt nonnulli: ita legisse constat D.Hieronymum lib.1. contra Iouinianum. Præterea non posse legi aduerbium, sic, ipse sermonis contextus palam satis arguit. cùm enim retulisset

retulisset Ioãnes,occasione horum verborum Domini exiisse sermonem inter fratres,quòd discipulus ille non moreretur,tanquam corrigere volens hanc ex verbis Domini conceptã opinionẽ,subiecit:*Et non dixit Iesus,non moritur*,&c.Si autem legatur,*Sic eum volo manere*, planè dixit eum non moriturũ,quod Ioannes negat à Domino dictum Fuerũt sanè qui non obstãte hac monitione Ioannis, similem eum Apostolis habuerunt de Ioanne opinionem,occasione horum verborum Christi, asserentes Ioannem mortuum non esse, quorum quidam dixerunt eum viuum translatum in paradysum cum Enoch & Elia,& circa aduentum Domini venturum cum illis ad prædicandum Christum,ac tum eum illis occidendum sub Antichristo. Nec obstare quòd monumentum eius ostẽdatur in Ephesо,eo quod vt viuus illud subierat,ita etiam putent viuum illinc translatum,assumentes pro argumento,quòd in monumento eius corporis reliquiæ non sunt vnquam repertæ.Alij verò, teste Augustino,putant eum in sepulcro suo adhuc viuum iacere;ibique dormire vsque ad nouissimum diem,assumentes in argumentum quòd illic terra sensim scatere,& quasi ebullire perhibeatur,atque id eius anhelitu fieri asserentes. His sententiis valde conuenit recepta illa lectio:*Sic eũ volo manere donec veniam*; eoque lubentius quidam eam lectionem secuti sunt.Quibus cùm obiicitur Ioannem,vt falsum verborũ Domini intellectum resecaret,subiecisse;*Et non dixit Iesus, non moritur*, &c.hi qui prioris sunt sententiæ, dicunt se non cum Apostolis asserere Ioannem non moriturum omnino,sed non moriturum donec veniat Dominus ad iudicium.Tunc autem moriturum pro-Christo cum Enoch & Elia, atque ob id Dominum dixisse:*Sic enim volo manere donec veniam.* Qui verò posterioris sunt sententiæ,dicunt,vt indicat Diuus Augustinus verum esse quod ait Ioannes, Dominum non dixisse quòd discipulus ille non moreretur,quia hoc apertis verbis non dixit,sed tamen significauit eis verbis quæ eum dixisse narrat.Verùm sicut hæ opiniones graues non habent autores,sed tantùm obscuros, ita vtrasque has opiniones non fuerit difficile refellere. Primùm enim quòd cum Enoch & Elia Ioannes non sit venturus ad prædicandum contra Antichristũ occidendus ab eo,satis patet ex ipsius Ioannis Apocal.in qua de duobus tantùm testibus dicitur qui occidendi sint ab Antichristo propter testimonium veritatis. Deinde, quòd verè adhuc dormiens non iam iaceat in sepulcro, argumentatur Diuus Augustinus ex dilectione Christi erga Ioannem.Quomodo enim discipulo quem diligebat Iesus præ cæteris,in tantùm vt super pectus eius discumbere mereretur, pro magno munere longum donasset in scorpore somnum,cùm beatum Petrum per ingentẽ martyrij gloriam,ab onere ipsius corporis soluerit, eique concesserit,quod Apostolus Paulus se concupisse dixit & scripsit,dissolui & esse cum Christo? Et sanè ridiculum satis est, Ioannem ideo scripsisse Dominum non dixisse, quòd discipulus ille non moreretur,quia quamuis illud Dominus significauerit verbis à se dictis,non tamen apertè dixerit,ita vt diceret hæc verba:*Non moritur*, aut, *non morietur*.Nemo enim recte negauerit quempiam dixisse aliquid,si illud verbis licet aliis significare voluerit.Omnino ergo credendum ideo Ioannem scripsisse,non dixisse Dominum,*non moritur*,ne illis verbis quæ dixit,hoc voluisse intelligi putaretur, sed putaretur potius & ipse iuxta commune debitum naturæ humanæ mortem subiturus,quã iam eum subisse vniuersa per orbem Ecclesia satis se declarat credere,dum per singulos annos depositionis eius diẽ celebrat,meritorum & orationum eius suffragia implorans.Testati sunt & qui post ipsum apud Ephesios episcopatu functi sunt. Nã,vt refertur ab Eusebio in Ecclesiastica historia lib.3.cap. 31. Polycrates Ephesiorum episcopus Victori episcopo Romano sic de eo scripsit:Ioannes ille qui supra pectus Domini recumbebat,qui fuit sacerdos Dei,põtificale πέταλον gestãs,& martyr, & doctor optimus apud Ephesum dormiuit. Quòd autem reliquiæ corporis eius neque in sepulcro,neque alibi vnquam sunt repertæ,piè creditur post mortem,sicut & Mariam,ob singulare priuilegium charitatis ipsum mox resuscitatum, corpore immortali translatũ in cœlos,vt ad instar dilecti Benianim duplicem acceperit præ aliis portionem.Gregorius tamen Trapezuntius libello quodam super hoc loco edito ad Papam,omnino contendit legendum esse,*sic*,& interpretem eo modo rectè vertisse,quod dictio Græca ἐὰν cui correspondet nostra coniunctio,si,affirmatiuè sit accipienda & assertiuè, quando coniungitur verbo indicatiui modi,quemadmodum & coniunctio,si, vt ipsi videtur:conditionaliter verò quando coniungitur verbo coniunctiuo.Itaque tum ex hoc loco,tum ex aliis aliquot tum argumentis,tum scripturis conatur ostendere Ioannem necdum esse mortuum,sed cum Enoch & Elia viuentem,venturum cum eis ante iudicium. Verùm vt rationes illius non concludunt,ita iam dicta sententia magis concordat cum Ecclesiæ traditione. Cæterùm sicut omnino improbabiles & falsæ sunt iam dictę opiniones, quibus bene conuenit illa lectio: *Sic eum volo manere*,&c.ita secundùm veram Ecclesiæ de Ioannis morte sententiam,nullus aptus ad ferri potest sensus illius receptæ apud Latinos lectionis.Augustinus enim qui manifestè legit;*Sic*, deceptus nimirum mendo codicis, post longam intelligentiæ verborum Christi inquisitionem ad mysticum confugit intellectum,intelligens Dominum significasse,se velle vitam contemplatiuam, cuius Ioãnes typum gessit,manere sic vt nunc est imperfectam,donec ipse venturus sit, quando illam in vita beata est perfecturus,cùm vita actiua, cuius Petrus typum tulit,imperfecta non sic manere debeat vt est,nec expectare suam post aduentum Domini perfectionem,sed hic ad perfectionem tendere debeat: vultque idem Augustinus, verbum,*manere*,hic positum esse non proremanere aut permanere,sed pro expectare,(nam & hoc ea dictio significat)vt significetur vitam per Ioanẽ designatam, expectare debere suam perfectionem vsque ad Domini aduentum, quando vitæ actiuæ operatio cessabit, contemplatio verò perficietur.Verùm salua tanti viri reuerentia, quis non videat coactam nimis esse hanc interpretationem,& literali intentioni Domini non conuenire?Vt enim alia omittamus,certum est, manere, dictum esse pro permanere & non mori, alioqui enim Apostoli ex his verbis Domini occasionem non habuissent putandi discipulum illum nõ moriturum.Itaque alij quò aliquem literæ conuenientem reddãt sensum, intelligunt cùm dicitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

donec veniam. Dominum non locutum de nouissimo suo aduentu, sed de aduentu suo contra Iudæos, ad percutiendum eos per Romanos, sub Tito & Vespasiano, atque significasse Ioannem vsq; ad illa tempora victurum, sicut & re vera vixisse constat. Sed & hoc coactius est, vt de illo aduentu intelligatur Dominus hic locutus, cùm aliàs semper in tali locutione loqui soleat de nouissimo aduentu, vt omittamus, Ioannem non tantùm vixisse vsque ad illa tempora, sed longè vltra. Peruenit enim, vt ex historiis fide dignis constat, vsque ad Traiani tẽpora, moriens sexagesimo octauo post passionem Domini anno, hoc est, triginta propemodum annis post Hierosolymorum excidiũ. Igitur Venerabilis Beda, & post eum plerique sic hanc lectionem exponunt: *Sic eũ volo manere donec veniam*; hoc est, Non eum per passionem martyrij volo consummari, sed absque violentia persecutoris diem expectare nouissimum, quando ipse veniens eum in æternæ beatitudinis mansione recipiam placidè sine dolore violentæ mortis. Nec potest sanè conuenientior eius lectionis afferri sensus: sed quando & is variis modis valdè coactus est, restat vt ea lectione mutata, quæ nullam aut verum aut conuenientem habet sensum, eam potius recipiamus quam certum est omnes habere concorditer Græcos codices, quamq; valde verisimile est etiam interpretem primùm fideliter Latinis reddidisse, sicut in Latinis pleriſque incorrupta inuenta est semper. Quam germanam esse, etiam ex ipsis verbis, ipsaque intentione Domini facilè potest ostendi. Per hoc enim quòd Petro roganti de Ioanne Dominus respondendo dixit: *Quid ad te*; patet Dominum notare voluisse superfluam Petri curiositatem, proinde nõ conueniebat vt illius curiositati satisfaceret, cui tamen satisfecit, si dixit: *Sic eum volo manere donec veniam.* Cui affirmationi iam non satis cohæret subsequens reprehensio: *Quid ad te; tu me sequere.* Sed nec conueniebat vt Ioannes cùm frattum falsum intellectum refellere vellet, subiiceret: *Et non dixit Iesus, non moritur, sed sic eum volo manere donec veniam. quid ad te*; sed omittendum erat, *quid ad te*; sicut omisit, *tu me sequere*, quia illud ad perfectionẽ sententiæ qua videri poterat Dominus significasse Ioannem non moriturum, non pertinebat. Cæterùm deprauatio huius loci per librarios videri potest ex eo nata, quòd quia, *si*, positum erat cum verbo indicandi, *volo*, non animaduerterint illud positum pro an, aut, quid si, aut quia: alioqui non videbatur quare Apostoli ex illis verbis intelexissent discipulum illum nõ moriturum: aut demum propter opiniones illas de Ioanne non moriturο vsque ad iudicij diem, quas qui sequebantur, lectionem illam induxerunt, aut inuentam alicubi vbique inculcauerunt. Nec hoc loco tantùm hæc deprauatio in coniunctione *si*, accidit per mutationem eius in aduerbium, *sic*. Eadẽ enim etiam accidit Psal. 5 3. vbi cùm Latini iam passim legant: Sic memor fui tui super stratũ meum, &c. Græca & Hebræa constanter habent, si, quomodo Augustinus & Hieronymus legit in commẽtariis. Contrarium accidit Sapientiæ 9. Ibi enim corruptè legitur, si, pro sic, cùm in fine legimus: Etsi correctæ sunt semitæ eorũ; Græca enim habẽt οὕτως, id est, sic, quomodo & reperi scriptum in duobus scriptis bibliis antiquis, quæ mihi in restituẽdo libro Sapientiæ alioqui corruptissimo, obtulit Mecœnas meus abbas Tongerlensis. Non fuisset hic deprauationi locus, si interpres pro indicandi verbo *volo*, vertisset velim vel vellem, vt sit: Si eum velim velvellem manere donec veniã, quid ad te? Quam lectionem bene explicauit Cyrillus sic scribens: Quoniam curiosa magis quàm vtilis rerum alienarum inquisitio est, respondet quidem, sed ita vt rogantis animum abducat ad alia. nec mortis expertem futurum Ioannem ait: sed, *si eum volo manere donec veniã, quid ad te*; id est, audisti Petre quæ ad te pertinent, cur aliena quæris? cur diuinæ iustitiæ secreta rimaris? Nam si etiam vellem minimè istum mori, quid tu vnquam emolumenti, aut quid consolationis consequereris? Nõ erit ergo prudens curiosus, si quid passurus sit, vtrum etiam alij eadem subibunt, an non, cùm aliorũ calamitate pericula sua non mitigentur. Quamuis communiter insitum esse hominibus videatur, vt optent si quid periculi sint subituri, nõ esse solos, sed cæteros etiã aut videri similia pati, aut, saltem audire perpessos fuisse, aut omnino idem passuros. Hæc ille. Quòd si quis pertinaciter velit legere ob inolitum errorẽ aduerbium, *sic*, quomodo iamdudum in Ecclesiis est cantatum, quò originalis & genuinæ lectionis sensum retineat, intelligat illud: *Sic eum volo manere donec veniam*, dictumnon omnino affirmatiuè, sed concessiuè, Dominumque locutum vulgari more, quo ad retundendam curiosam alicuius quæstionem nonnunquam aliquid affirmatiuè pronunciamus, non quòd sic sit quomodo dicitur, sed quod hoc ei donemus, &, vt vulgò dicitur, casum ponamus, vt sit sensus: Sit sic quòd sic eũ velim manere donec veniam, & vt hoc tibi dem, quid iam id ad te? non ob id tu à prædicta liberaris morte, nec eo minus tibi eurandum vt quod tibi iniunctũ est exequaris. Certè non solus Augustinus inter veteres legit hunc locum per aduerbium *sic*, vt putãt quidam: sed & Ambrosius aliquoties sic citat, vt in commẽtariis super Psal. 45. & super primum versum octonarij 20. Psalmi 118. Quibus etiam locis ex præcedẽtibus & sequentibus apparet eum magis legisse, *sic*, quàm *si*. Priori enim loco coniungit eum cum Enoch, qraptus est ne malitia seculi turbaretur. Posteriori loco dicit, ita Dominum dilexisse Ioannem, vt de eo diceret ad Petrum: *Sic eum volo manere, quid ad te? tu me sequere.* Et subiicit: De morte eius aliqui dubitauerunt, de transitu per ignem dubitare non possumus, quia in paradyso est, nec separatur à Christo. Cæterùm si verum est, vt vult Theophylactus, Ioannem scripsisse suum Euangelium, cùm in Pathmos insula exularet, aut, vt alij volunt, post reditum ab exilio, constat Ioannem hæc de Petri suaque morte scripsisse post mortem Petri. quam sub Nerone perpessus fuerat in cruce. Itaque hoc de petro tum scripsit, quò ostenderet prædictionem Domini fuisse verissimam. De se verò hæc scripsit, fortè quoniam ob vitæ eius longæuitatem existimare quidã cœperint post Apostolos, ipsum non moriturum, qui omnibus penè superuixit Apostolis.

HIC ES TDISCIPVLVSILLEQVITESTIMONIVM PERHIBET.] Videri posset hæc sententia subscripta à maiorib. Ecclesiæ, qui cùm Ioannes hæc scriberet, his verbis notificauerint quis esset discipulus ille quẽ Euangelista nõ expressit, eiusque Euangelium comprobauerint. Nihil tamẽ obest quo minus credamus etiã ipsum Ioannem

Ioannem hæc scripsisse de seipso, quò concluſurus iam suum Euangelium, indicaret quis is esset quem toties rectè designauit, & autoritatẽ daret scriptis à se, per suam autoritatem vbique tum à fidelibus receptam. Bene autem dicit, *scimus qui verum est testimonium eius*, quia vt dicit in prima suarum Epistolarum: Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt, annunciamus vobis. Pluraliter dicit, *scimus*, modestiæ causa, & quia multi alij secum hoc intelligebat, in quorum persona istud dicit. 1. Ioan 2

APPARET DOMINVS DISCIPVLIS IN MONTE GALILÆÆ. Matthæi 28. Marci 16.

CAPVT CXLIX.

VNdecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. † Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, † dicens: Data est mihi potestas in cælo, & in terra. Euntes ergo inmundum vniuersum docete omnes gentes, [&] prædicate Euangelium omni creaturæ: baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiũcient, linguis loquẽtur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. † b dicit

VNDECIM AVTEMDISCIPVLI ABIERVNTIN GALILÆAM, INMONTEM, &c.] Ratio ordinis quem in apparitione hac à Matthæo descripta disponenda obseruauimus, reddita est cap. superiori. Cæterùm hęc apparitio non improbabiliter creditur esse ea de qua dicit Paulus: Visus est plusquam quingẽtis fratribus simul; quamquã Matthæus tantùm vndecim discipulorũ hic meminerit, quòd illi præcipui fuerint, & ad illos propriè pertineant quæ Dominus nunc dixisse memoratur. Atque hæc rectè videri potest causa cur Dominus & ante resurrectionẽ, & post eam se prędixerit in Galilæa videndũ, non quòd in ea primùm Apostolis videndus esse, sed quòd in ea quamplurimis simul videri vellet vbi quãplurimos habebat credentes in se. Alioqui mirum est solennẽ illam apparitionẽ Domini, cuius meminit Petrus, à nullo attactã Euangelistarum, cùm alias minus solennes accuratè describerint. Sunt quidẽ qui putant, Christum, quemadmodũ, nõ manifestauit se ante suam ascensionem Paulo necdum credenti, cùm tamen Paulus ibi dicat; visus est & mihi: ita neque manifestasse se quingentis fratribus simul ante suam ascensionẽ, quòd putent necdum tunc extitisse tantum numerum fratrum, quia Actuum primo dicitur: Erat turba hominum ferè centum & viginti, cum Apostolis scilicet à die ascensionis vsque in diem Pentecostes in oratione vnanimiter perseuerãtium. Sunt qui etiam alia sentiant de illa quingentis fratrib. facta apparitiõe. Sed his nimis obstat series textus Apostolici, qui habet: Visus est plusquam quingẽtis fratribus simul, deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Iacobo enim & Apostolis omnibus visus est ante ascensionẽ, ergo & quingentis fratrib. simul visus est ante ascensionem, quia post eam visionem recitat deinde visum Iacobo: proinde dicendum quòd etsi post ascensionem non erant in Hierusalem discipuli supra cẽtum & viginti collecti cum Apostolis, multi tamen alij erant in Galilæa & aliis locis, quib. simul collectis Christus potuit ante suam apparere ascensionem. Probabiliter ergo videtur dici posse, quòd Apostoli ex iussu Domini abeuntes in Galilęam, etiam ex eiusdem iussu indicauerint plerisque quos in ea regione nouerant Domino bene affectos, resurrectionem eius, collegerintq; eos ad montẽ quem B piam, quem, vt hic scribit Euãgelista, constituerat illis Dominus. Sicut enim hic dicuntur abiisse in montem quem constituit illis Iesus; quamquam priùs non legamus Dominum illis constituisse de monte, nimirum quia Euangelistæ plurima prætermiserũt à Domino dicta: ita fieri potest vt illis constituerit Iesus colligere omnes credẽtes in se, etsi id à domino Euangelistæ non narrauerint iuſsum nec constitutũ. Quis autem fuerit iste mons non exprimitur, sicut nec scire necesse est: verisimiliter tamen credi potest fuisse ille in quo ante passionem suam Dominus toties conuersatus legitur, & in quo trãsfiguratus fuit, qui creditur fuisse mons Thabor, quem ob gloriã Christi in trans figuratione ibi ostensam, aliasq; sacras eius actiones ibi gestas. Petrus vocat montem sãctum. Porro quod sequitur apud Matthæum: *Et videtes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt*; dubitationem nonnullam infert. Quandoquidem enim constat hanc vt minimum quartam fuisse apparitionem factam discipulis, quomodo ex vndecim Apostolis quidam iam adhuc dubitauerunt, cùm certis adeo argumẽtis omnes priùs ad fidem adducti fuerint, vt nihil amplius etiam dubitauerit Thomas, qui nouissimus inter Apostolos non credidit? Dicendũ ergo videtur, quòd cùm Matthęus dicit quosdam viso Domino dubitasse, referri illud debeat non ad tempus quo in Galilææ monte Dominus apparuit, sed ad tempus quo primò illis apparuit in Hierusalem. Quoniam enim Matthæus ante hanc apparitionem nullam commemorat discipulis factam, sed veluti primam commemorat, fieri potest quòd in hac describenda quædam coniunxerit quæ non in hac, sed in prima contigerunt. Aut quod illi quos dicit dubitasse, non fuerint ex vndecim, sed ex quingentis illis fratribus collectis per ipsos vndecim: quamquam nihil vetat credere, Apostolos quosdã etsi tum non dubitarent quin Dominus ipsorum resurrexisset, dubitasse tamen an ipse esset, q tunc eis apparebat. Vnde sequitur: *Et accedens locutus est eis*; quasi significetur quòd ad omnem dubitationem tollendam, Dominus non tantùm se à longè conspiciendum præbuit, sed se etiam vicinum illis obtulerit, noraque voce locutus sit. Cæterùm ea Dominum Apostolis locutum commemorat Matthæus, quæ maximè nostra intererãt 1. Cor. 5. Act. 1. 1. Pet 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scire: & primùm quidem commemorat præceptum & potestatem eis datam prædicandi Euangelium toti mundo, ante cuius præcepti & potestatis traditionem commodè præmittit Dominus de plenaria & omnimoda potestate sibi data in cœlo & in terra, vt de hac potestate confisi, delegatam sibi functionem incunctanter & fidenter aggrederentur, quæ ex illa potestate suam accepit originem & causam. *Data est*, inquit, *mihi omnis potestas in cœlo & in terra*. Nunc scilicet postquam de morte triumphaui resurgendo. Quoniam enim omnem humanæ naturæ infirmitatem, omne etiam contumeliarum genus, mortem denique opprobriosissimam sponte tolerauit Dominus, is qui priùs infra infimos deiectus fuit homines, & valde infirmus habitus accepit à parte post resurrectionem plenum in omnia dominium: omnia suæ potestati subiecta habens, cœlestia simul & terrestria, exuto sua, quam prius in mundo habebat potestate principe tenebrarum. Habebat quidem priùs tanquam Deus datam sibi omnem potestatem ab æterno, verùm iam resuscitato data est etiam tanquam homini omnium rerum potestas, quoniã humanitas eius iam immortalitate donata, noua ratione consors facta est gloriæ & potestatis diuinæ, & diabolo superato ac eiecto è suo dominio, dominium accepit & ius in totum humanum genus quod sibi redemit. Hanc ergo datam potestatem profundamento iniungendæ Apostolis functionis assumens Dominus, subiicit: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos*, &c. quasi dicat: Quoniam talis mihi iam potestas data est quæ se ad omnia extendit, vos in hac potestate confisi ite non iam ad ones tantùm quæ perierunt domus Israel, sed ad omnes totius mundi nationes, hoc agentes vt quoniam omnes nationes mei iam iuris sunt, omnes etiam vestra doctrina meæ ditioni sponte subiiciatis, & salutis quam omnibus peperi, consortes efficiatis. Eandem hanc functionem docendi & baptizandi omnes etiam Marcus commemorat iniunctam Apostolis, sed postquàm paucis commemorasset Domini appatitionem facta ipsa die resurrectionis in Hierusalem, quasi eadem illa die hæc functio eis fuerit commissa. Verùm cùm non sic commemorauerit eam Marcus, vt cogamur intelligere eadem illa die hæc Apostolis Dominum dixisse, magis visum est in Concordia Marci verba coniungere cum verbis Matthæi auctorem secuti Euthymium, qui in Marcum scribens sic habet: Dixit autem illis hunc sermonem, non nunc sanè (ipsa scilicet resurrectionis die) sed postmodum cùm profecti sunt in Galilæam, in montem in quo constituit illis Iesus, veluti circa finem Euangelij secũdùm Matthæum scriptum est. Tria autem apud Matthæum iniunguntur Apostolis, quæ euntes in vniuersum mundum facere debeant, & habent inter se hæc connexionem & ordinem conuenientissimum. Primum est, vt doceant omnes gentes, ea scilicet quæ credere debeant de Deo vno & trino, deque dispẽsatione assumptæ à filio Dei humanitatis, & reliquis quæ ad fidem pertinent. Hic enim verbo docendi iniungitur eis traditio dogmatum fidei, vnde pro eo quod Matthæus habet, *docete*, Marcus habet, *prædicate Euangelium*: & subiungit, *qui crediderit, &, qui vero non crediderit*. Pro eo autem quod Matthæus dicit, *omnes gẽtes*; Marcus habet, *omni creatura*, qua varietate vterque alterũ explanat. Quòd enim apud Marcum per omnem creaturam, omnis natio gentium debeat intelligi, patet ex Matthæo: & quòd apud Matthæum sub nomine gentium etiam Iudæi debeant accipi, patet ex Marco. Secundum est, vt post doctrinam fidei, si eam receperint, baptizent eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Baptismum enim in locum circuncisionis instituit Dominus, vt esset signum quo veluti tessera quadam militari nouus populus coalesceret in vnum & agnosceretur: quo item gratia Spiritus Sancti à peccatis emundans efficaciter mentibus hominum infunderetur, & certò infundi agnosceretur. Quod sanè signum quàm sit ad salutem & necessariũ & efficax, satis arguit, quòd apud Marcum salus non promittitur tantùm credenti, sed credenti & baptizato. Item quod à Paulo dicitur: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti. Hinc enim patet, baptismum non nudum esse signum, sed signum efficax, & tale per quod tanquam quoddam instrumentum gratiam suam ac spiritum hominib. Deus impartitur. Cæterùm quibus verbis baptismus Christianus conferri debeat, ab Apostolis atque ab vniuersa Ecclesia ritel lectum semper est ex his verbis quibus iubet credentes baptizari in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Hinc enim intellectum semper est, baptizantem verbo exprimere debere baptizatio nis actum à se fieri in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, ita vt dicat, quomodo apud Latinos receptũ est: Ego te baptizo in nomine Patris, &c. aut quomodo apud Græcos: Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, &c. Non quòd verba hæc Christi ex se significent baptismum cum huiusmodi verborum prolatione conferendum. Qui enim iubet aliquid fieri in nomine huius vel illius, non significat illum debere hoc facere cum certa verborum prolatione. Sed quòd Apostoli ex doctrina spiritus intellexerunt hanc fuisse Domini in prædictis verbis intentionem: proinde faluntur qui contra formam baptizãdi hic à Domino secundùm Ecclesiæ intellectum præscriptam, putant aliquando in primitiua Ecclesia inter baptizandum solum nomen Christi expressũ, ita vt diceretur: Ego te baptizo in nomine Christi; decepti malo intellectu quorundam locorum in Actis Apostolorum, & quarundam sententiarum Ambrosij lib. 3. de Spiritu Sancto. Cùm enim dicuntur aliqui in Actis Apostolicis baptizati in nomine Iesu Christi, non significatur in baptizandis illis expressum tantùm nomẽ Iesu Christi, sed eos in fide Christi, aut inmerito eius & efficacia passionis eius baptizatos: quomodo Paulus in suis Epistolis dicit nos omnes baptizatos in Christo Iesu. Porro præscripta hic baptizandi forma omniũ maximè & apertissimè trinitatem personarum & vnitatẽ naturæ in diuinitate nobis significat. Trinitatẽ quidem, cùm tam expressè trium personarum nomina propria per cõiunctionem quę diuersa copulat, hic omnium primò coniunguntur: vnitatem verò, cũ dicitur, in nomine, hoc est, in virtute, autoritate & efficacia. Cùm enim vna sit virtus & autoritas Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vna etiam sit necesse est triũ horum natura. Proinde his verbis refellitur & Arrius, negans vnam trium horum naturam: & Sabellius confundens personarum pluralitatem. Tertium est, vt post doctrinã fidei

fidei & baptismũ, doceant fideles seruare omnia quæ ipsis erant præcepta Apostolis: quod quidem pertinet ad vitæ conuersationẽ, quæ sequi debet fidei baptismúque susceptionem. Non enim ad salutem sufficiunt dogmata fidei & baptismus, nisi etiam Deo digna accedat conuersatio. Et quidem priùs Euangelista posuit verbum μαθητευσατε, quod bene conuenit dogmatibus: hic verò participium διδασκοντες, quod bene conuenit præceptis conuersationis, vnde διδασκαλος, præceptor, & διδαξατε, præcipere etiam designat.

QVI CREDIDERIT ET BAPTIZATVS FVERIT, SALVVS ERIT.] Matthæus qui- dem accuratè descripsit Apostolicæ functionis officia omnibus exhibenda nationibus. Marcus verò expressit promissiones bonorum factas credentibus, quas prætermisit Matthæus. Eæ autem sunt duplices. Primùm enim eis promittitur salus vitæ æternæ, cùm dicitur: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit*. Ex qua sententia duæ diuersæ hæreses desumpserunt occasionem. Quidam enim ex hac aliisque scripturis fidei salutem promittentibus, asseruerunt omnem eum qui credit & baptizatus est, fore saluum, etiamsi post baptisma perseueret in vita sceleratà; contra quos doctè disputat Diuus Augustinus cùm aliis locis, tum maximè libro de fide & operibus. Quidam verò hoc nostro infœlici seculo, ex hac sententia docere cœperũt, neminem baptizandum, nisi qui ante crediderit, quia hic dicit: *Qui crediderit & baptizatus fuerit*; & proinde paruulos non esse baptizandos, quia fidei actualis necdum sunt capaces: quare paruulorum baptismum pro nihilo docentes, rebaptizandos eos volunt cùm ad ætatem discretionis venerint, qui & Diui Hieronymi abutuntur ad suæ sententiæ confirmationem authoritate, sic scribentis in vltimum caput Matthæi: Primùm docent omnes gentes, deinde doctas intingunt aqua. Non enim potest fieri vt corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatem: Hæc ille. Priorem hæresim confutant infinitæ scripturæ, quæ asserunt, Deum redditurum vnicuique secundùm opera eius: posteriorem Ecclesiasticus vsus, secundùm quem à temporib. Apostolorum semper paruuli baptizati sunt vt patet ex Dionysio Areopagita, Cypriano, Augustino, aliisque omnibus catholicis scriptoribus. Contra prioris ergo erroris fautores dicendum in primis, omnes eas scripturas quæ de fide adeo loquuntur magnificè, vt ei tribuant hominis salutem & vitam æternam, loqui non de quanis fide, sed de ea de qua Apostolus Paulus ad Galatas cap. 5. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Deinde generales illæ scripturarum sententiæ, vt alibi indicatum est, intelligendæ sunt cum ea subintellectione, nisi aliunde impedimentum præstetur. Vnde Euthymius in hunc scribens locum: Qui, inquit, crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, modò fidem ac baptismum impolluta conseruauerit, aut post contractas sordes emundauerit ac purificauerit. Dicit enim Apostolus Paulus ad Romanos cap. 10. Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Et tamen Dominus dicit apud Matthæum cap. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine, intrabit in regnum cœlorum sed qui facit voluntatem patris mei, ipse intrabit in regnum cœlorum. Contra posterioris hæresis autores inprimis diendum hanc sententiam & sequentem tantùm pertinere ad adultos, & rationis capaces: qd ex eo clarissimè patet, quia præmittitur de prædicando Euangelio omni creaturæ, ac deinde subiicitur, *qui crediderit, &, qui verò non crediderit*, Euangelio scilicet sibi prædicato. Itaque ad eos tantùm hic locus pertinet quibus competit prædicatum audire & intelligere Euangelium. Sic & locum Diui Hieronymi de his tantùm intelligendum patet, quia præmittit: Primum docent omnes gentes, deinde doctas intingunt aqua. Deinde secundùm doctrinam Diui Augustini in variis locis etiam hæ sententiæ suo modo pertinent ad infantes, quia illi antequam baptizentur, per ora & corda gestantium illos ad baptismum, & pro illis respondentium, dicuntur renunciare diabolo, & credere in Deum, quibus, si hoc fidei sacramentum non recipiunt, etiam contingit quod sequitur: *Qui non crediderit condemnabitur*. Quoniam enim baptismus fidei est sacramentum, & vnus est, ideo quantum fieri potuit, vno eodemque modo is ex Apostolica traditione paruulis vt conferretur institutus est quo adultis, nempe cum ab renunciatione diaboli, & fidei Christianæ protestatione: quam quoniam per se infantes proferre non potuerunt, statutum vt alij in persona parentum aut Ecclesiæ, eorum nomine loquerẽtur: qua ratione conuenienter factum est, vt qui aliena voluntate & facto peccauerunt, & indamnationẽ inciderunt, aliena etiam voluntate & facto crederent, iustificarentur, & saluarentur, quam aliorum voluntatem & protestationem merito illi ratam habere debent, cùm ad annos peruenerint discretionis, cùm ad ipsorum bonum & profectum pertineat: sicut tutorum acta non possunt non rata habere, cùm illa non vergunt in ipsorum dispẽdium, sed commodum. Per hanc ergo fidei protestationem ab aliis ipsorum nomine factam, adeo censentur credere, vt ob eamin numero fidelium computentur, ac proinde rectè pertinere dicuntur ad hanc sententiam Domini: *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit*. Et hæc quidem breuiter contra errores prædictos. Cæterùm vt ex sententia ista quidam suos errores confirmare sunt anisi, ita ex eadem, Ecclesia catholica refellit assertionem eorum qui fidei soli omnem hominis iustificationem tribuentes, nullam sacramentis tribuunt virtutem iustificandi. Dicitur *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit*. Salus ergo hominis non soli fidei, sed fidei & baptismo simul est tribuenda. Non dixit, inquit Euthymius, Qui solùm crediderit, neque, Qui baptizatus fuerit tantùm, sed vtrumque coniunxit: alterum enim sine altero non saluum facit hominem

SIGNA AVTEM EOS, QVI CREDIDERINT, HÆC SEQVENTVR: IN NOMINE MEO DÆMONIA EIICIENT, LINGVIS LOQVENT. &c.] Post promissionem salutis, quæ ad futuram pertinet vitam, promittitur fidelibus etiam gloriosa miraculorum operatio pertinens ad vitam præsentem, ad fidei confirmationem & propagationem, quam tamen promissionem non tam subiungit Dominus ad excitandam fidem in auditutis Euangelicam prædicationem quàm ad promouendum studium eorum qui Euangelium erant prædicaturi, vt quorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicatio miraculis erat confirmanda si fide nó caterent.vnde mox postea dicit,apostolorum prædicationem confirmatam sequentibus signis.Nó vult autem Dominus hæc quæ subiicit fore signa quibus credentes à non credentib. possent dignosci,sed signa dicit miracula & prodigia,quæ secutura dicit credentes,quia illaper fidem essent operaturi,non quidem omnes semper & vbique,sed vbi res ipsa & profectus Euãgelij exposceret miraculum,vnde hæc promissio secũdùm literam maxime pertinet ad Ecclesiam primitiuam,quãdo fides nutriẽda& promouenda erat miraculis,quãquam ob id infœliciores nos reputare non debeamus,quod talia iam non ædamus miracula, cùm secundùm mysticum horum signorũ intellectum, etiam nobis illa competunt,tanto gloriosius quãto spirituali⁹,quemadmodũ pulchrè docet D.Gregorius in homilia habita in ascensione Domini: Sancta(ait)Ecclesia quotidie spiritualiter facit,qd tunc per Apostolos corporaliter faciebat.Nam sacerdotes eius cùm per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt,& habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt,quid aliud faciũt,nisi dæmones eiiciunt?Et fideles quique,qui iam vitæ veteris secularia verba derelinquunt,sãcta autem mysteria insonant,cõditoris sui laudes & potentiam quantum præualent,narrãt,quid aliud faciunt,nisi nouis linguis loquuntur?Qui dũ suis bonis exhortationib.malitiam de alienis cordibus auferunt,serpentes tollunt.Et dum pestiferas suasiones audiunt,sed tamẽ ad operationem prauam minimè pertrahuntur,mortiferũquidem est quod bibunt,sed non eis nocebit.Qui quoties proximos suos in bono opere infirmari cõspiciũt, dum eis tota virtute concurrunt,& exemplo suæ operationis illorum vitã roborant,q in propria actione titubant:quid aliud faciunt,nisi super ægros manus imponunt vt bene habeant?Quæ nimirũ miracula tanto maiora sunt,quãto spiritualia:tanto maiora sunt,quanto per hæc non corpora,sed animæ suscitantur.Hæc ille .D. Bernardus sermone 1.de ascensione Domini nõ dissimiliter, sed paulo subtilius,hæc quinque signa in vno eodẽque homine intelligit adimpleri ordine quo hic recensentur.Nec difficile,ait, arbitror nosse quemadmodum intelligi signa possint præsentia, vt sint indubitata signa credulitatis,ac per hoc & salutis.Primùm enim opus fidei per dilectionem operantis,cordis compunctio est,in qua sine dubio eiiciuntur dæmonia.Cùm eradicantur è corde peccata.Exinde qui in Christum creduut,linguis loquũtur nouis,cùm iam recedunt vetera de ore eorum, nec de cætero vetusta protoparentum lingua loquuntur, ad excusandas excusationes in peccatis.Vbi verò compunctione cordis, & oris confessione priora sunt delera peccata, ne recidiuum patiantur,serpentes tollant necesse est, id est,vt venenatas suggestionesextinguant.Quid tamen agendum,si qua fortè radix pullulat, quæ tam velociter nequeat extirpari,sed stimulat animum concupiscentia carnis? Profectò si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, quoniam iuxta Saluatoris exemplum, cùm gustauerint nolent bibere,id est, cùm senserint, nolent consentire.Sic enim nõ eis nocebit.Quid tamen? Molesta certè & periculosa,& sic corruptæ & infirmæ affectionis lucta: sed qui crediderint, super ægros manus imponent, & bene habebunt, id est,ægras affectiones bonis operibus operient, & hoc remedio curabuntur.Hæc ille.

ET ECCE EGO VOBISCVM SVM OMNIBVS DIEBVS, VSQVE AD,&c.] Post iunctam docendi omnes gentes prouinciam, oportunè istud Dominus subiecit.Quoniam enim tanquam abiturus corpore,eam prouinciam Apostolis iniunxit, iussitque eos etiam ab inuicem separatos spargi per vniuersum mũdum prædicationis gratia,& mundus hoc illis agentibus contra eos exoriturus erat, consolatur eos promissione suæ præsentiæ continuæ, vt abitum eius corporalem,ac suam ab inuicem separationem æquius ferrent,eiusque præsentia in omnibus malis scirent se fore tutos, omniaque mala superaturos,necnon & in omnibus quæ acturi erant adiuuandos,sicut hactenus eius præsẽtia tuti fuerant,cõsolati & adiuti.Cùm autem Apostolis promittit suam præsentiam, in ipsis Apostolis loquitur omnibus fidelibus,quemadmodum ostendit illud;*vsque ad consummationem seculi.* Non enim Apostoli vsque ad seculi comsumationẽ permansuri erant in mundo, sed mediantibus illis qui tunc erant,etiam illis qui postmodum futuri essent,hanc promisit gratiam,tanquam vni corpori,fidelibus loquens omnibus,proinde ex hac sententia intelligitur vsque in finem seculi non defuturos fideles. Cũ his semper est, eritq,Dominus secundùm suam diuinitatem,non quomodocũque omnibus est qui vbique est,sed speciali modo,per gratiam scilicet suam,& spiritũ suum quem apud Ioannem Dominus promittit cum fidelibus permansurum in æternum, ad consolandum,docendum,dirigendum,adiuuãdum,& liberandum eos in omnibus.Est& alius modus quo fidelibus semper adest, & aderit Dominus, nempe per veritatem corporis & sanguinis in sacramẽto, inuisibiliter licet,subsistentis Ratione cuius etiam videri rectè potest Dominus hic dixisse se cum suis futurum semper,maximè cùm & hoc sacramẽtum institutum sit in memoriale interminabilis charitatis Christi erga nos,& viaticum nostræ peregrinationis atque munimentũ contra omnia huius mundi aduersa.Non multum interceserat temporis,à qua die sacramentum corporis & sanguinis Apostolis commendauerat,illudque frequentandum vsque ad suum aduentum, quandiu absens esset,iusserat.Commodè ergo nunc cum adverbio demonstrandi,*ecce*,dicit]: *Et ecce ego vobiscum sum.* Quasi dicat: adhuc meminisse potestis quod recenter à me audiuistis, vnde intelligere potestis,me,etsi visibiliter absentem,inuisibiliter tamen etiam secundùm corpus vobis præsentem fore ad vestram consolationem & subleuationẽ. Cæterùm cùm dicitur hic, *vsque ad cõsummationem seculi*,certum est illud,*vsque ad*, non designare tempus quando cessabit esse præsens,sed certum illud, consummationis scilicet seculi, tempus expressum est, ad comprehendendum omne illud tempus, quo videri poterat Dominus non futurus cum fidelibus,iuxta quam rationem sæpius in scripturis certum aliquod tempus exprimitur per, vsque ad, donec, & similes dictiones. Quòd enim post consummationem seculi futurus esset cum fidelibus,dubium esse non poterat,cùm tunc corporaliter & visibiliter rediturus esset,& cum eis sic in æternum permansurus. Et quidem cõuenienter horum verborum Christi narratione

narratione,suum concludit Euangelium Matthæus. Cùm enim non statuisset nisi ea narrare quæ à Domino gesta sunt ante ascẽsionem, aptè ibi finem facit narrandi,vbi Apostolis prædicandi omnibus post Christum iniunctum est officiũ, & promissio facta perpetuæ præsentiæ Christi, quasi hæc fuerint eius nouissima verba. Postquã enim intellectum erat ex eius narratione,venisse iam tempus quo Christus à prædicatione cessaret,atque ad nouam translatus esset vitam quæ à communi consuetudine esset separata,supereratvt intelligeretur prædicationis functionem aliis post ipsum delegatam etiam ad omnes gentes, eumque sic ad nouam inuisibilemque trãslatum vitam,vt tamen nunquam deesset fidelibus vsque ad ipsius visibilem reditum.

PROMITTIT SPIRITVM SANCTVM ET ASCENDIT in cœlum. Marci 16. Lucæ 24. Ioan. 21.

CAPVT CL.

ECCE dixit ad eos:Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos,cùm adhuc essem vobiscum,quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi,& Prophetis,& Psalmis de me.Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas,& dixit eis: Quoniam sic scriptum est,& sic oportebat Christum pati,& resurgere à mortuis tertia die,& prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes,incipientibus ab Hierosolyma. Vos autem testes estis horum. Et ego mitto promissum patris mei in vos, vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam.[b] Et[b] Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis,[c] eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est, dum benediceret illis,recessit ab eis,& †[b] ferebatur in cœlum,[b] & sedit à dextris Dei.[c] Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno,& erant semper in templo,laudantes & benedicentes Deum. Amen.[b] Illi autem profecti,prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.[d] Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

† hassum erat illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum, & sedit à dextris Dei. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

ET DIXIT AD EOS: HAEC SVNT VERBA QVAE LOCVTVS SVM,&c.] Continet hoc caput Domini in cœlos ascensionem, ex Marco & Luca, & promissionem mittendi Apostolis Spiritum sanctum ex Luca, quam promissionem factam discipulis ipsa die ascensionis constat ex eiusdem Lucæ narratione Actuum 1. Scribit enim eo loco in hunc modum dixisse Dominum Apostolis: Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos,& eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Tum subicit: Et cùm hæc dixisset,videntibus illis, eleuatus est,&c. Ita & in fine sui Euangelij mox ante descriptionem ascensionis Dominicæ narrat Dominum promisisse suis Spiritum sanctum, & testes ipsos suos designasse: *Vos*(ait)*testes estis horum, & ego mittam promissum patris mei in vos.* Quæ verba dicta esse ipsa ascensionis die, & non ipsa resurrectionis, qua ea contigit apparitio quæ ante hæc verba statim præmittitur, patet etiam ex eo quòd post hæc verba sequitur: *Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Id enim certum est non præcepisse Dominum suis ipsa resurrectionis die,aut octauo die postea, quia tunc eis præcepit vt in Galilæam secederent visuri ibi ipsum.Die autem ascensionis vt dicitur in Actis, conuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, implendam non post multos dies. Itaque quoniam illa verba iam ex fine Euangelij secundùm Lucam citata non potuerunt separari commodè ab aliis Christi verbis,quæ idem Lucas narrat à Domino dicta post descriptam apparitionem Dominicam factam resurrectionis die, omnia illa Christi verba continuè ab Euangelista posita hoc loco indicauimus necessariò reponenda in Concordia, quanquam fieri potest quòd priora sint dicta & gesta ipsa resurrectionis die,vt quod dixit:*Hæc sunt*(inquit)*verba quæ loquutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum*,&c.& quòd tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, &c. Mox enim narrauit Lucas quomodo illa die duobus discipulis in via scripturas explanauit, docens quòd oportuit pati Christum. Vt vt est, parum refert vtra die hæc acciderint, tantùm hæc dicta sunt pro ostendenda conuenientia ordinis in Concordia seruati. Ex collatione ergo Euangelistarum adinuicem constat Dominum primùm suis apparuisse in Hierusalem, deinde illis secundum eius iussionem secedentibus in Galilæam, ibi apertius & pluribus apparuisse, vbi & verisimile est etiam post resurrectionem diutius cum suis conuersatum: postea verò patet ex hoc capite, Apostolos rursum iussos è Galilæa redire in Hierusalem, atque ibi & in Bethania ab eis rursum Dominum visum ipso ascensionis die. Qui Domini cum Apostolis è Galilæa in Hierusalem reditus correspõdet fini prædicationis Dominicæ, quæ cùm cœpta esset in Iudæa, & deinde publicata ac diuulgata in Galilæa,consummãta rursum est in Iudæa & Hierusalem. Sicut ergo vtroque Domini è Iudæa in Galilæam secessu,& in principio scilicet prædicationis, & mox post resurrectionem significatum est: vt priùs est dictum, post Iudæos gentibus Christum prædicandum,& ab eis magis agnoscendum: ita vtroque Domini à Galilæa in Iudæã reditu, significatum est Euangelicam prædicationem rursum in fine seculi à gentibus redituram ad Iudæos à quibus ad gentes processit, & tum etiam Israelem saluandum cùm plenitudo gentium intrauerit, vt habet Paulus. Hanc nouissimam Domini in Iudæa ante ascensionem apparitionem continet caput istud Concordię nouissimum, quam tamen in duas apparitiones secat Diuus Augustinus, colligens ex Euangeliis decem Domini appatitiones ab Euangelistis commemoratas: quã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum prima facta est Magdalenę ad monumen- A
tum, secunda mulieribus à monumento regre-
dientibus in itinere, tertia Petro, quarta duobus
euntibus in Emaus, quarta pluribus in Hieru-
salem absente Thoma, sexta eisdem presente Tho-
ma, septima discipulis ad mare Tyberiadis, octa-
ua vndecim in monte Galileę, nona eisdē in Hie-
rusalem, quando ascensurus præcepit eis ab Hie-
rosolymis ne discederent, eduxitque eos foras in
Bethaniam. Decima eisdem in Bethania aut mō-
te Oliuarum, vnde eum viderunt ascendentem in
cœlū. Siue ergo hac ascensionis die, siue alia qua-
uis Dominus, quo minus mirarentur Apostoli ea
quæ facta fuerant, suggerit eis se omnia quæ ae- B
ciderant priùs prædixisse de se ipso, nec se tan-
tùm, sed & omnem scripturam, duplici hac ra-
tione ad fidem eos informans, nimirum quia ni-
hil circa ipsum accidisset inexpectatum, sed quòd
priùs & ipse & scripturæ prædixerant. *Hæc sunt*
(inquit) *verba quæ loquutus sum ad vos, cùm adhuc es-*
sem vobiscum, familiariter scilicet in mortali carne
conuersans vobiscum, quasi dicat: meminisse po-
testis me iādudum hæc verba vobis dixisse. Quæ?
Nempe quòd necesse esset impleri omnia quæ
scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psal-
mis de me, & proinde nihil improuisum & inex-
pectatum mihi accidit, cùm omnia à me vobis C
prædicta fuerint, nec à me tantùm, sed & à scri-
pturis, non quibusdā tantùm, sed omnibus. Om-
nes enim scripturas Christus conuenienter in le-
gem, prophetas & Psalmos partitus est, quomo-
do & Hebræi authore Diuo Hieronymo eas fere
diuidunt. Nam diuidunt eas in Thora, hoc est, le-
gem: & Nebiim, hoc est, prophetas: & Cathubim,
hagiographa, inter quæ & Psalmi Dauid nume-
rantur. Alibi tamen Dominus vniuersam veteris
testamenti scripturam complexus est sub nomi-
ne legis & prophetarum, vt Matthęi septimo, vn-
decimo & vigesimo secundo, quòd sub prophetis
etiam Psalmi rectè comprehendantur, quorum D
tamen hic specialis facta est mentio, ob id fortè
maximè, quòd illi omnium maximè expressas &
multas ad Christum pertinentes cōtinerent scri-
pturas. Cęterùm cùm iam in memoriam suis Do-
minus reduxisset dictum aliquando à se, quòd
necesse esset impleri omnia quæ scripta essent de
se, conueniēs erat vt post illorum ex magna par-
te impletionem, iam scripturas quæ de se erant
adduceret & explicaret: verùm quoniam eas ne-
mo intelligere potest, nisi ipse mētem hominum
aperiat ad eas intelligendas, ideo præmittitur:
Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. No-
tandum enim quòd illud; *aperuit illis sensum*; non E
de sensu & intelligentia scripturæ, sed de sensu,
hoc est, mente hominis sit accipiendum, cùm
Græcis sit διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, hoc est, aperuit
illorum mentem. Nisi enim ad intelligendas sa-
cras scripturas mentem illorum Dominus sua
gratia aperuisset, nequaquam earum intelligen-
tiam capere valuissent. Pleraq; enim, imò omnia
pene, quæ de Christo sunt, in scripturis rectè &
sub vmbris dicta sunt, sicque se habent, vt & in a-
lios aliquatenus tum dicta videantur, tum etiam
quadrent, aut aliò facilè torqueri valeant: proin-
de nisi is mentem hominis aperiat, qui habet
clauem Dauid, qui claudit & nemo aperit, aperit
& nemo claudit, propter velamen scripturarum
& tenebras mentis humanæ nequaquam intelli-
gere valet quæ de Christo sunt scripturas. Vnde,
vt habet Paulus, vsque in hodiernum velamen in
lectione veteris testamenti manet in Iudæis non
reuelatum (quod in Christo euacuatur) sed vsque
in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, vela-
men positum est super cor eorum. Cùm ergo iam
aperuisset illorum mentem, tum adduxit eis scri-
pturas, quibus ostendit ex Dei ordinatione ne-
cesse fuisse Christum pati sic, nempe per crucem,
& resurgere à mortuis tertia die, & deinde præ-
dicari nō solùm apud Iudæos, sed apud omnes gen-
tes in nomine Christi pœnitentiam, & per pœ-
nitentiam in nomine eius factam remissionem pec
catorum, Apostolis prędicationem incipientibus
ab Hierosolyma. Incipientibus enim vertit no-
ster interpres, quoniam verisimile est ipsum le-
gisse genitiuum ἀρξαμένων, cùm Græci codices
constanter habeant ἀρξάμενον, quæ dictio videtur
posita absolutè pro genitiuo absoluto, vt apud
Græcos fieri solet in participiis impersonalium,
vt sit sensus: Incipiendo ab Hierosolymis. Nam
quo minus ad Christum referri nō possit, vt vult
quidā, obstat passiuum verbum κηρυχθῆναι, quod
non potest verti, prædicare, sed prædicari. Qua-
tuor ergo dicit Dominus scripta esse de Christo,
quòd pati deberet per crucē, quòd resurgere ter-
tia die, quòd in nomine eius prædicāda esset om-
nibus pœnitentia & remissio peccatorum, quòd
hæc prædicatio à Hierusalem exordium sumere
deberet. Primùm illud præter alia loca, Isaiæ ca-
put 53. apertè satis docet: secundum typus ille
Ionæ insignis: tertium, varia præter alios pro-
phetas, Isaiæ loca, inter quæ est illud: Pro eo
quòd laborauit anima eius, videbit & saturabi- *Ibid. 54.*
tur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos
meos multos, & iniquitates eorum ipse porta-
bit. Et: parum est vt sis mihi seruus ad suscitan-
das tribus Iacob, & fęces Israel conuertendas.
Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque
ad extremum terrę. Hec enim duo loca coniun-
cta declarant in nomine Christi prędicandam
omnibus gentibus remissionem peccatorum,
quę non potest esse sine pœnitentia. Hanc au-
tem prędicationem exordiendam à Hierusalem
prophetauit Isaias cap. secundo, & post eum Mi-
chęas capite quarto, dicens: De Sion exibit lex,
& verbum Domini de Hierusalem. Ab ea enim
ciuitate conueniebat Euangelicam ordiri prędi-
cationem, in qua gesta erant quę eius erant prę-
dicationis materia, quæque metropolis erat ei-
us populi ad quem Euangelicæ promissiones
primùm erant factæ, & ad quem maximè perti-
nere videbantur, vt vbi maximè legebatur ve-
teris testamenti scriptura, ibi primùm prædi-
caretur Euangelica gratia, quæ in lege fuerat
prænunciata.

VOS AVTEM TESTES ESTIS HORVM, ET EGO MITTAM PROMISSVM, &c. Post-
quam ostēdit ex scripturis qd fieri debuit & præ-
dicari, designat iam illorum testes & prædicato-
res. Vos, inquit, qui meam vidistis passionem &
resurrectionem, testes estis, hoc est, eritis horum,
scilicet passionis & resurrectionis meæ, quæ sunt
fundamenta prædicationis pœnitentiæ & remis-
sionis peccatorum in nomine meo. præsens enim
estis, hic videtur positū pro futuro, eritis, secundā
receptam in scripturis phrasim, sicut & mox in
eo quod sequitur præsens pro futuro positū est.
Nam

Nam pro eo quod nos legimus: *Ego mittam*, Græ- A
cis est, ego mitto. Et Actuum 1. dicitur per fu-
turum: Et eritis mihi testes in Hierusalem, &c.
Cęterùm ne turbarentur intra se Apostoli, & co-
gitarent, quomodo testificabimur hæc, qui pri-
uati sumus homines, idiotæ & imbecilles? ideo
subijcit Dominus: *Et ego mitto* (vel mittam) *in vos*
promissum (hoc est, promissionem) *patris mei*, quam
scilicet fecit olim per Ioelem, dicens: Effundam
de spiritu meo super omnem carnem, &c. vt sci-
licet hac promissione impleta in vobis possitis
apti & idonei esse horum testes, proinde ante-
quam testimonium vestrum de me auspicemini,
sedete, hoc est, quieti degatis in ciuitate Hieru-
salem, vnde prædicatio est exordienda, quoad vs- B
que ex excelso cœlorum induamini per acce-
ptum spiritum virtute, hoc est, fortitudine, qua
fiat vt & nullas timeatis mundi minas aut vim, &
fortes sitis ad resistendum omni sapientiæ mun-
danæ. Spiritum ergo & gratiam eius hic vocat
Luce 1. virtutem, sicut & Gabriel, dicens virgini Deipa-
ræ: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Et Actuum
primo, Accipietis virtutem superuenientis in vos
Spiritus sancti. Bene autem dicit, Induamini, &
non accipiatis, vt significet eos vndique & omni-
no virtute spiritus implēdos, eaq; veluti spirituali
armatura contra oēs Euangelij hostes muniēdos.

EDVXIT AVTEM EOS FORAS IN BETHANIAM, ET DOMINVS, &c.] Poste-
quam per dies quadraginta, vt habet Lucas in A- C
ctis, per varia argumenta suis Dominus com-
probasset veritatem suæ resurrectionis, & quid
post se facere & expectare deberent, eis aperuis-
set; tandem die quadragesimo ascensurus ab eis
in cœlum, locum scilicet immortalitati conue-
nientem, eduxit eos foras in Bethaniam, vt vi-
de perrexit ad passionem, inde & pergēret ad pa-
trem, locumque sibi ob Magdalenam, Mar-
tham, & Lazarum charissimum sua honoraret
ascensione, ac designaret ad quem locum descen-
surus sit, cùm venturus est ad iudicandum viuos
& mortuos. Is enim locus videtur ex Ioelis ter-
tio futurus vallis Iosaphat, qui est in pede mon- D
tis Oliueti, cui & adiacet atque coniuncta est Be-
thania: vnde è monte Oliueti in Actis Lucas Do-
minus indicat ascendisse, cùm Apostolos post a-
scēsionem narrat è monte Oliueti reuersos Hie-
rosolymam. Hinc ergo ascensurus ad patrem, be-
nedixit suis, hoc est, bene illis precatus est, idque
eleuatis manibus suis, vt eo signo benedictionis
verba penitius discipulorum cordibus insiderēt,
ac benedictionis gratia ipsis veluti impartiretur
& infunderetur, qui ritus & in veteri Ecclesia v-
sitatus fuit. Siquidem de Aaron dicitur Leuit. 9.
quòd expleto sacrificio extendens manum ad po
pulum, benedixit ei. Vnde & Christiana Ecclesia
hunc ritum desumpsit, vt in benedictionibus sa- E
cerdos manum eleuet, signum crucis formans,
vnde omnis pender benedictionis efficacia. Be-
nedicens autem suos Dominus cùm ab eis re-
cessurus esset, imitatus est hac in parte patriar-
chas, qui hoc ipsum fecisse leguntur, docuitque
nos suo facto, vt quoties recedimus, benedictio-
nibus subditos Deo commendemus. Porrò in-
terea dum bene precaretur suis, subitò recessit
ab eis, & in conspectu omnium ferebatur in cœ-
lum, suscepitque eum nubes ab oculis eorum,
vt habet Actuum liber. Ferebatur autem in cœ-
lum, &, vt habet Marcus, assumptus est, nō ab ex-
terno aliquo ministerio, sicut Elias curru igneo,
sed ab vnica secum diuinitate. vnde in Actis di-
cuntur discipuli vidisse eum euntem in cœlum.
Et angeli qui eis astitetunt dixerunt: Sic veniet
quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum,
quæ significant ipsum propria virtute ascendisse
in cœlum. Non ferebatur autem tantùm in cœ-
lum æthereum, sicut Elias, sed in ipsa veri cœli
penetralia, imò supra omnes cœlos, vt habet
Paulus, quod & significat satis Marcus dicens: *Et*
sedet à dextris Dei: quo significat ipsum æqualis *Ephes. 4.*
cum patre honoris, gloriæ & potentiæ consor-
tem effectum, iuxta prophetiam Dauidis: Dixit *Psal. 109.*
Dominus Domino meo, sede à dextris meis. An- B
tonius Nebrissensis in libello annotationum in
50. sacræ scripturæ locos, inquitens vnde factum
sit vt cùm apud omnes nationes vsitatissima sit
consuetudo, vt qui sedet siue insedit ad dexteram
alicuius, obtineat locum priorem: Christus in
variis scripturæ locis dicatur sedere ad dexteram
patris, cùm quatenus filius, & homo est, cedere
debeat patri primam sedem. Item cùm in Psalm.
109. iubeatur Christus sedere ad dexteram pa-
tris, tamen in eodem etiam Dominus dicitur esse
à dextris Christi. Item cùm honorificentius sit se-
dere ad dexteram, quomodo Salomon iam tan-
quam rex sedens super thronum suum, iussit ma-
tri thronum poni ad dextram suam, vt est 3. Reg.
2. Rursum quomodo dicitur Psalm. 44. Astitit re-
gina à dextris tuis in vestitu deaurato; cùm prio-
rem locum non deberet filius matri iam publico
fungens magistratu, aut sponsus sponsæ suæ. Ita-
que accuratè hæc secum reputans & inquirens,
ostendit antiquis temporibus alium fuisse ordi-
nem, quàm qui est iam apud nos receptus, nem-
pe vt qui sedet ad sinistram, fuerit potior eo qui
sedebat ad dexteram. Antiquitus enim qui po-
tentiores assectabantur, siue armati, siue iner-
mes, tum satellites, tum stipatores, tum latero-
nes, siue latrones dicti fuerunt, eidemque apud
authores dicebantur regere latus, aut cingere la-
tus, aut claudere latus. Latus quoque intectum
siue nudum dicebatur illius quem nemo comi-
tabatur. Vnde Ambrosius in sermone de obitu
fratris: Quòd si quando sine altero prodeundum
fuit, intectum latus putares. Is præterea qui aliū
comitabatur, dictus erat ire exterior, cui verò
præstaretur comitatus, ire interior. Vnde Oui-
dius libro 5. Fastorum, loquens de sene, cui debe-
tur honos à iuuenibus: *Et medius iuuenum, non*
indignantibus ipsis, Ibat, & interior, si comes vnus erat.
Quod autem is qui exterior dicebatur, ad dexte-
ram erat alterius: & interior, qui ad sinistram, ex
variis ostendit, & inter alia ex illo Virgilij quinto
Æneidos: *Radit iter lęuum interior*; vbi Seruius in-
terior exponit pro sinisterior. Hinc factum putat
vt in diplomatis pontificum sigillo munitus Pau-
lus semper sit Petro dexter, quemadmodum &
pictores ferè obseruant in illorum imaginibus
disponendis. Itaque iuxta hanc antiquitatem re-
spondet tandem, quòd & pater tanquam sedens
in throno maiestatis suæ, iubet filium sibi sedere
à dextris, hoc est secūdo loco sedere, & idem tan-
quam se præstans filio quasi stipatorem & prote-
ctorem, dicitur ille esse à dextris, vnde subditur:
Confregit in die iræ suæ reges. Et propheta dicit: *Psal. 109.*
Prouidebam Dominum in conspectu meo sem- *Psal. 15.*
per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. A Cæterùm neminem turbare debet, quòd cùm hic sedere dicatur Iesus à dextris Dei. alibi stare dicatur à dextris, aut stare vultui Dei pro nobis, Stephanus enim in agone constitutus: Ecce, inquit, video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. Et Paulus ad Hebræos 9. introisse dicit in cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Hæc enim de ipso dicûtur pro materiæ exigentia. Sedere enim dicitur non rationecorporalis positionis, sed ad significandā eius post victoriam quietem, & iudiciariam aut dominantem super omnia potestatem. Stare visus est Stephano tanquam paratus certantem adiuuare, & superantem suscipere. Apparere & astare dicitur vultui Dei pro nobis, ad designandum ipsum esse apud patrem nostrum aduocatum & patronum.

Actuū 7.

B

ET IPSI ADORANTES REGRESSI SVNT IN HIERVSALEM CVM GAVD.] Participium præsentis temporis, *adorantes* positum hic est pro præterito, vt frequēter id factum est in scripturis. Est enim Græcis προσκυνήσαντες, hoc est, cùm adorassent & inclinassent se in terram. Non enim adorando regressi sunt, sed post adorationem. Ante quam tamen verisimile est accidisse, quod Lucas narrat in Actis duos viros C in vestibus albis astitisse iuxta Apostolos, cùm intuerentur in cœlum euntem illum, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Si enim tum stabant aspicientes, necdum adorabant, quandoquidem adorare, vt supra ostensum est, est reuerentię causa procumbere, seseque inclinare in terram. Cùm ergo tum ex Christi ascensione, tum ex angelorum sermone intelligerent Christi maiestatem, adorauerunt eum iam sublimem, & in dextera patris considentem, auspicantes iam eam venerationem quæ Christum sublimatum consecutura erat ex patris ordinatione, iuxta illud Psalmi: Exaltauit illum Deus, & D dedit ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Facta adoratione regressi sunt à monte Oliueti in Hierusalem, non cum mœrore & tristitia, sed cum gaudio magno, tum quia congratulabantur gloriæ sui quem amabant Domini: tum quia iam firmius intellexerunt certitudinē suæ de Iesu fidei, & promissionum sibi factarum de paracleto & aliis. Nec transitorium aut momentaneum fuit hoc gaudium, sed præ gaudij magnitudine erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum, quāquam videri possit non improbabiliter, hanc partem E referendam non ad tempus quod erat inter ascensionem & spiritus missionem, sed ad tempus post spiritus missionē. Post hanc enim Lucas Actuum secundo, & aliis aliquot capitibus, dicit Apostolos quotidie perdurasse in tēplo vnanimiter collaudantes Deum, & euangelizantes Iesum Christum, cùm post ascensionem eos dicat reuersos ascendisse in cœnaculum, ibique mansisse perseuerātes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria mater Iesu. Quod autem dicitur, *erant semper in templo*; intelligendū est omni die, & temporibus diei oportunis, quomodo & Paulus iubet semper orare. Cæterùm hac clusula Euangelista Lucas conueniēter suum terminat Euangelium, quòd ea breuiter totā ac præcipuā in Hierusalem conuersationem post Dominicam ascensionem complectatur, & correspondet Euangelij eius initio. Euangelium enim suum à ministerio templi per sacerdotium Zachariæ cœptum in templi deuotione compleuit: sed quod cœpit à sacrificio legali, compleuit in immolatione victimarum Euangelicarum, in laude scilicet & benedictione Dei, de qua sub persona Ecclesiæ dicitur: Laudabo nomen Dei in cantico, & magnifi- Psal. 86. cabo eum in laude. Et placebit Deo super vitulum nouellum. Quoniam autem ad laudem & benedictionem Dei succinitur, Amen adijcitur in fine apud Lucam, Amen, quamquam apud Euthymium non addatur, vt à scriptore aliquo adiectū videri possit. Marcus autem paucis etiam commemorās Domini ascēsionem, claudit suum Euangelium conueniēter clausula, qua breuiter complexus est Apostolorum vitam extra Hierusalem post digressionem & dispersionem ipsorum, vnde ea sententia rectè in Concordia subiicitur fini Euangelii à Luca descripti. Illi autem, inquit, profecti, vt scilicet iussi erant, prædicauerunt vbique, hoc est, non in Iudæa tantùm, sed in Samaria, & in omnibus gentibus, omnibusque locis, nullum locum declinantes, sed fine exceptione vbiuis gentium prædicantes. Sic enim intelligendum quod dicit, *prædicauerunt vbique*, cùm alioqui eorum prædicatio tunc necdum ad omnia peruenisset loca, sed vbique prædicauerūt, quia in omnibus præcipuis & tunc notis mundi partibus prædicauerunt, nec aliquem locum studiosè declinauerunt. Vt autem sic vbique prædicarent, non illorum virtute factum est, sed per cooperationem Domini, quia vbique eis aperuit ostium sermonis, & dedit eis os & sapientiam, cui non poterant efficaciter resistere omnes Euangelii hostes, vimque suam per spiritum suum exeruit in Apostolis, & denique sermonem eorum, hoc est prædicationem confirmauit, per signa sequentia quæ per eos sicut promiserat operabatur. His enim modis Dominus eis cooperabatur, vnde Paulus gloriatur prædicationem suam non fuisse in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. Marcus ergo, vt annotauit Beda, quo Euangelium suum inchoauit tardius, eo in longinquiora tempora scribendo porrexit, conuenientem etiam principio finem Euangelio suo imponens. Cùm enim ab initio Euangelicæ prædicationis quod à Ioanne Baptista factum est, cœpisset, ad illud vsque tempus peruenit, quo Apostoli idem Euangelii verbum per totum orbem seminauerunt. Cæterùm Ioannes tali suum concluſit Euangelium sententia, quæ non sui tantùm Euangelii, sed & omnium aliorum trium post quos scripsit, conueniens & aptus est finis. Semel enim protestatus, multa alia esse quæ fecit Iesus, nec scripta essent in suo libro, nunc quàm sint illa multa & inenarrabilia insinuans, subiicit concludendo Euangelicam historiam: *Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.* Quam sentētiam per hyperbolen accipiendam omnes constanter testantur Græci interpretes, Chrysostomus, Cyrillus, Theophyl. & Euthymius. Quin & Augustinus, quamquam in primis exponat illud quod dicitur, mundum capere non posse, non de spatio locorum, sed de

Actuū 1.

Philip 7.

Iacob. 5.

de capacitate legentium, tamen postea fatetur A hoc loco hyperbolen esse, sicut & in aliis nonnullis scripturæ locis. Hyperbolen autem esse dicit, cùm salua rerum fide, verba excedere videntur fidem: quod non fit, inquit, quando aliquid quod erat obscurum vel dubium exponitur, sed quando id quod apertum est augetur vel extenuatur, nec tamen à tramite significandæ veritatis erratur, quoniam sic verba rem quæ indicatur excedunt, vt voluntas loquentis nec fallentis appareat. Certè hyperbolicè se loqui satis insinuauit hic Euangelista, cùm interposuit, *arbitror*. Eo enim suadibile fecit quod incredibile videbatur, si B gnificans quòd ob maximam eorum multitudinem & inenarrabilitatem ita dixerit pro recepto loquentium & scribentium more, quando rei alicuius magnitudinem ostendere decreuerunt. Quod enim istud non sit dictum de incapacitate legētium, patet tum ex eo quòd verbum χωρεῖν, hoc est, capere, proptiè pertineat ad spatium loci: tum ex eo quòd etiam vnam scripturæ sacræ paginam mundus intelligētia non possit satis capere & assequi. Hac autem conclusione Ioannes resecauit quorundam curiositatem, qui alioqui potuissent omnia Christi dicta factaque voluisse C per omnia prosequi aut assequi, quia significat illud impossibile esse, & proinde id propemodum hic agit, quod Ecclesiastes, qui curiosum quorundam sciscendi scribendique studium retundens in fine dicit: His amplius ne requiras, faciendi plures libros nullus est finis. Scripserat enim post alios tres Euangelistas, Ioannes, & ea ferè scripsit quæ alij prætermiserunt, quare ne vel quis existimaret eum omnia supplesse, vel post ipsum tentare reliqua omnia supplere, oportunè hanc subiecit concludendo sententiam. Scripserunt autem maximè ex multis Euangelistæ, quæ ad religionē ac fidem & mores vtiliora erant, magisque necessaria, quibus qui non credit, neque pluribus fidem habiturus esset: qui verò credit, alia ei non sunt necessaria, proinde & nos his contenti diligenter his quæ ab ipsis scripta sunt attendamus, gratias agentes Deo, qui per hos quatuor istorum ad nos cognitionem deriuari fecit, & per sanctos, eosdemque doctos viros, quos in his nostris Commentariis secuti sumus, illorum explanationem nobis aperuit. Cumque ex fine Euangelij secundùm Matthæum sciamus illum quem in fine Marcus dicit in cœlos assumptum, sedere à dextris Dei, esse tamen nobiscum semper vsque ad consummationem seculi, impartiendo nobis suum spiritum, ac sua nos benignitate assiduè prosequendo, etiam ipsi cum Apostolis, vt habet in suo fine Lucas, gaudeamus gaudio magno, laudantes assiduè in Ecclesia & inter fideles, & benedicentes Deum super inenarrabili eius erga nos benignitate. Nec id tantùm, sed etiam cum Apostolis, vt habet rursum Marcus, studeamus vbique nomen Christi prædicare, fidemque ac vitam Deo dignam propagare; talia coram hominibus exhibentes opera tanquam veræ fidei signa, quæ nostram confirment prædicationem, cooperante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat gloriosus in secula. AMEN.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CENSVRA.

Commentarios reuerẽdiſsimi Domini, D. CORNELII IANSENII, Gandenſium Epiſcopi, in ſuam Concordiam Euangelicam, magna tum pietate, tum eruditione, ac iudicio maturo propria manu ſcriptos, ædi & typis publicari vtiliſsimum Reipub. erit. LOVANII, MAII 2. ANNO 1570.

Thomas Gozeus à Bellomonte, Sacræ Theologiæ Louanij Profeſſor, & librorum Viſitator.

Commentarios Reuerendiſsimi CORNELII IANSENII, Epiſcopi Gandauenſis, in ſuam Concordiam & Hiſtoriam Euangelicam, iam denuò ab eodem ſumma diligentia caſtigatos & auctos, propter ſingularem pietatem & eruditionem, Reipublicæ Chriſtianæ vtiliſsimos eſſe, commune eſt doctorum virorum iudicium. Auguſti 111. ANNO LXXVII.

Ioannes Molanus, cenſor Apoſtolicus, & Regius, per Belgiam.

INDEX EVANGELIORVM,

QVAE DOMINICIS ET FESTIS DIEBVS PER totum annum in templis leguntur, iuxta conſuetudinem Gallicanæ & Romanæ Eccleſiæ. In quo animaduerte R, literam (quæ vſum Romanum ex decreto Sacroſancti Concilij Tridentini reſtitutum ſignificat) præpoſitam eſſe quando non conueniunt.

Dominica prima Aduentus.

CVM appropinquaſſet Ieſus, vſque Et cũ intraſſet. Matth. 21. in cap. Concor. 110. folio 759

R. Erunt ſigna in ſole, vſque Attendite vobis. Luc. 21. in cap. Concord. 123. fol. 753

Dominica ſecunda Aduentus.

Erunt ſigna in ſole, vſque Attendite autem vobis. Luc. 21. Concord. 123. folio 741

R. Cùm audiſſet Ioannes, vſque Amen dico vobis. Matth. 11. Concord. 47. folio 347

Dominica tertia Aduentus.

Cùm audiſſet Ioannes, vſque Amen dico vobis. Matth. 11. Concord. 47. folio 347

R. Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis, vſque Altera die vidit Ioannes. Ioan. 1. Conc. 16. fol. 132

Feria quarta quatuor Temporum.

R. Miſſus eſt Angelus Gabriel, vſque Exurgens autem. Luc. 1. Concord. 3. fol. 24

Feria ſexta quatuor Temporum.

Exurgẽs autem Maria, vſque Quia reſpexit. Luc 1. Concord. 4. folio 32

Sabbatho quatuor Temporum.

Anno quintodecimo Imperij, vſque Dicebat ergo ad turbas. Luc. 3. Concord. 13. folio 95

Dominica quarta Aduentus.

Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis, vſque Altera die vidit Ioannes. Ioan. 1. Conc. 16. folio 132

R. Anno quintodecimo Imperij, vſque Dicebat ad turbas. Luc. 3. Concord. 13. folio 95

In die Natiuitatis ad Gallicantum.

Exiit edictum, vſque Et factum eſt. Luc. 2. Concord. 8. folio 55

In Aurora.

Paſtores loquebantur adin. vſque Et poſtquam conſummati. Luc. 2. Concord. 8. folio 55

Ad ſummam miſſam.

In principio erat verbum, vſque Ioannis teſtimonium. Ioan. 1. Concor. 1. folio 2

In die S. Stephani.

Ecce ego mitto ad vos, vſque ad finem. Matth. 23. Concord. 120. folio 717. & 718

In die S. Ioannis Euangeliſtæ.

Dicit Ieſus Petro: Sequere me, vſque Sũt autem. Ioan. 21. Concord. 148. folio 1077

In die S. Innocentium.

Angelus Domini apparuit, vſque Defuncto autem. Matth. 2. Concord. 11. folio 81

Dominica infra Natiuitatis.

Erant pater eius & mater mirantes, vſque Etibãt parentes. Luc. 2. Concord. 10. folio 72

In die Circunciſionis Domini.

Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, vſque ad finem capitis. Luc. 2. Concord. 8. folio 55

In vigilia Epiphaniæ.

Defuncto Herode, vſque ad finem capitis Mat. 2. Concord. 11. folio 81

In die Epiphaniæ Domini.

Cùm ergo natus eſſet Ieſus, vſque Qui cùm receſſiſſent. Matt. 2. Concord. 9. folio 63

Dominica intra octauam Epiphaniæ.

Et cùm factus eſſet, vſque ad finem capitis. Luc. 2. Concord. 12. folio 89

Dominica ſecunda poſt Epiphaniæ.

Et die tertia nuptiæ, vſque poſt hæc deſcendit. Ioan. 2. Concord. 18. folio 142

Dominica tertia poſt Epiphaniæ.

Cùm autem deſcendiſſet, vſque Et cum veniſſet Ieſus. Matth. 8. Concord. 42. folio 337

Dominica quarta poſt Epiphaniæ.

Et aſcendẽte eo in nauiculam, vſque Et cùm veniſſet. Matth. 8. Concord. 30. fol. 196

Dominica quinta poſt Epiphaniæ.

Simile eſt regnum cœlorum, vſque Et factum eſt cum conſummaſſet. Matthæi 13. Concord. 52. folio 394. & 395

Dominica ſexta poſt Epiphaniæ.

R. Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis. Matt. 13. Concord. 52. folio 394

Dominica in Septuageſima.

Simile eſt regnum cœlorum patrifamilias, vſque Et aſcendens. Matth. 20. Concord. 101. fol. 719

Dominica in Sexageſima.

Cùm autem turba multa conueniret, vſque Nemo autem lucernam. Luc. 8. Concord. 51. folio 387. & 388.

Dominica in Quinquageſima.

Aſſumpſit autem Ieſus duodecim, vſque ad finem. cap. Luc. 18. Concord. 104, & 105. folio 734. & 735.

Feria quarta cinerum.

Cùm autem ieiunatis, vſque Lucerna corporis tui. Matth. 6. Conc. 41. & 42. folio 295. & 313

Feria quinta in capite Ieiunij.

Cùm autem introiſſet Capharnaum, vſque Et cùm veniſſet. Matth. 8. Concord. 45. folio 340

Universidad de Deusto
Biblioteca

Feria sexta in capite Ieiunij.
Audistis quia dictum est, Diliges proximum, vsque Et cùm oratis. Matthæi 5. Concord. 40. folio 271.& 272
Sabbatho in capite Ieiunij.
Et cùm serò factum esset, vsque ad finem capitis. Marci 6. Concor. 58. folio 442
Dominica prima Quadragesimæ.
Tunc Iesus ductus est, vsque Cùm autem audisset. Matth. 4. Concord. 15. folio 122.& 123
Feria secunda.
Cùm autem venerit filius hominis, vsque ad finem capitis. Matth. 25. Conc. 127. folio 766
Feria tertia.
Et cùm intrasset Iesus Hierosolymam, vsque Manè autem reuertens. Matth. 21. Conc. 110. f. 759.& 760
Feria quarta.
Tunc responderunt ei quidam de scribis, vsque ad finem capitis. Matthæi 12. Concord. 49. fol. 372.& 373
Feria quinta.
Et egressus inde Iesus, vsque Et cum transisset inde. Matth. 15. Concord. 61. fol. 473.& 474
Feria sexta.
Post hæc erat dies festus, vsque Propterea persequebantur. Ioan. 5. Concord. 36. fol. 225
Sabbatho.
Et post dies sex assumpsit, vsque Et interrogauerunt. Matth. 17. Concord. 67. fol. 504.& 505
Dominica secunda quadragesimæ.
Euangelium, vt in feria quinta post primam Dominicam Quadragesimæ.
R. Et post dies sex assumpsit, vsque Et interrogauerunt. Matth. 17. Concord. 67. fol. 504.& 505
Feria secunda.
Ego vado, quæretis me, vsque Hæc illo loquēte. Ioan. 8. Concord. 77. fol. 765.& 766
Feria tertia.
Tunc Iesus locutus est, vsque Væ vobis scribæ Matth. 23. Concord. 129. fol. 717.& 718
Feria quarta.
Et ascendēs Iesus Hierosolymam, vsque & egredientibus illis. Matth. 20. Concord. 104. folio 734.& 735
Feria quinta.
Homo quidam erat diues, vsque ad finem capitis. Luc. 16. Concord. 97. fol. 694
Feria sexta.
Homo quidam erat paterfamilias, vsque ad finem capitis. Matth. 21. Concord. 114. fol 794
Sabbatho.
Homo quidam habuit duos filios, vsque ad finem capitis. Luc. 15. Conc. 94. fol. 770.& 771
Dominica tertia quadragesimæ.
Et erat eiiciens dæmonium, vsque Turbis autem concurrētibus. Luc. 11. Cōc. 49. fol. 372.& 373
Feria secunda.
Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, vsque Et descendit Capharnaum. Luc. 4. Concord. 54. fol. 405.& 406
Feria tertia.
Si autē peccauerit in te, vsque Ideo assimilatum est regnum. Matth. 18. Concord. 72. fol. 535
Feria quarta.
Tunc accesserunt ad eum, vsque Et egressus inde Matth. 15. Concord. 60. fol. 465
Feria quinta.
Surgens autem Iesus, vsque ad finem cap. Luc. 4. Concord. 8. fol. 189
Feria sexta.
Venit ergo in ciuitatē Samariæ, vsque Post duos autem dies. Ioan. 4. Concor. 23. fol. 165.& 166
Sabbatho.
Iesus autem perrexit in montem Oliueti, vsque Iterum ergo locutus. Ioan. 8. Conc. 76. fol. 561.
Dominica quarta Quadragesimæ.
Post hæc abiit Iesus, vsque Iesus ergo cùm cognouisset. Ioan. 6. Concord. 57. fol. 438
Feria secunda.
Et prope erat pascha, vsque ad finē capitis. Ioan. 2. Concord. 19. fol. 145.& 146
Feria tertia.
Iam autem die festo mediante, vsque Christus cum venerit. Ioan. 7. Concord. 73. fol. 551
Feria quarta.
Et præteriens Iesus, vsque ad finem capitis. Ioan. 9. Concord. 78. fol. 580.& 581
Feria quinta.
Et factum est deinceps ibat Iesus, vsque ad finem capitis. Luc. 7. Concord. 46. fol. 345
Feria sexta.
Erat autem quidam languens, vsque Collegerūt ergo Ioan. 11. Concord. 102. fol. 723
Sabbatho.
Ego sum lux mūdi, vsque Dixit ergo iterum eis. Ioan. 8. Concord. 77. fol. 565.& 566.
Dominica in passione.
Quis ex vobis arguet me de peccato, vsque ad finem cap. Ioan. 8. Concord. 77. fol. 565.& 566
Feria secunda.
Audierunt Pharisæi turbam, vsque Nondum enim erat spiritus. Ioan. 7. Concord. 75. fol. 551
Feria tertia.
Post hęc autem ambulabat, vsque Iam autem die festo mediante. Ioan. 7. Concord. 60. fol. 465
Feria quarta.
Facta sunt autem encænia, vsque in finem capitis Ioan. 10. Concor. 93. fol. 664
Feria quinta.
Rogabat autem illum quidam de Pharisæis, vsque ad finem cap. Luc. 7. Concor. 48. fol. 365
Feria sexta.
Collegerunt ergo pontifices & Pharisæi, vsque ad finem cap. Ioan. 11. Concord. 103. fol. 732
Sabbatho ante Palmarum.
Hæc locutus est Iesus, vsque ad finem capitis. Ioan. 117. Concord. 136. fol. 875
R. Cogitauerunt principes sacerdotum & Pharisæi vt & Lazarum, vsque Cum autem tot signa, Ioan. 12. Concord. 109. fol. 752
Dominica Palmarum.
Ad benedictionem Palmarum.
Et cùm appropinquasset, vsque Et cùm intrauit. Matth. 21. Concord. 110. fol. 759.& 760
Feria secunda.
Iesus ergo ante sex dies paschæ, vsque In crastinum autem. Ioan. 12. Concord. 109. fol. 752
Feria tertia.
Passio Domini. Marci. 14. Conc. 137. &c. fol. 884
Feria quarta.
Passio Domini. Luc. 22. 23. Concord. 137. &c. fol. 884
Feria quinta.
Ante diem festum Paschæ, vsque Amen amen dico vobis Ioan. 13. Concord. 130. fol. 784

Feria

Feria sexta.
Passio Domini. Ioannis 18. Concord. 137. &c. fol. 884
Sabbatho.
Vespere autem sabbathi, vsque Vndecim autem discipuli. Matth. 28. Concord. 145. fol. 1054
In die Paschæ
Et cùm trānsisset sabbathum, vsque At illę exeuntes. Marc. 16. Concord. 145. fol. 1054
Feria secunda.
Et ecce duo ex illis, vsque Dū autem hæc loquuntur. Luc. 24. Conc. 146. fol. 1065.& 1066
Feria tertia.
Dum autem hæc loquuntur, vsque Vos autem testes estis. Luc. 24. Concord. 147. fol. 1072
Feria quarta.
Postea manifestauit se, vsque Cùm ergo prandissent. Ioan. 21. Concord. 148. fol. 1077
Dominica prima post Paschā.
Cùm ergo serò esset, vsque ad finem cap. Ioannis. 20. Concord. 147. fol. 1072
Dominica secunda post Paschā.
Ego sum pastor bonus, vsque Propterea me diligit. Ioan. 10. Concord. 79. fol. 590
Dominica tertia post Paschā.
Modicum & iam non videbitis, vsque Et in illo die Ioan. 16. Concord. 135. fol. 847.& 848
Dominica quarta post Paschā.
Et nunc vado ad eum, vsque Omnia quæcūque. Ioan. 16. Concord. 135. fol. 847.& 848
Dominica quinta post Paschā.
Amen amen dico vobis, vsque Respondit eis Iesus. Ioan. 16. Concord. 135. fol. 847.& 848
Feria secunda in Rogationibus.
Quis vestrum habebit amicū, vsque Et erat eiiciēs dæmoniū. Luc. 11. Conc. 83 fol. 614.& 615
Feria tertia in Rogationibus.
Nolite iudicare, vt non iudicemini, vsque Omnia ergo quæcumque, Matth. 7. Concord. 43. fol. 323
R. Quis vestrū habebit amicū, vsque Et erat eiiciēs dæmonium. Luc. 11. Cōcord. 83. fol. 614. & seq.
In vigilia Ascensionis Domini
Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis, vsque Pater sancte Ioan. 17. Concord. 136. fol. 875
In die Ascensionis Domini.
Nouissimè autem recumbentibus illis, vsque Et dixit eis. Marci 16. Concord. 147. fol. 1072
Dominica infra Ascensionis.
Cùm autem venerit paracletus, vsque Hæc autem vobis. Ioan. 15. Conc. 135. fol. 847.& 848
In die Pentecostes.
Si quis diligit me, vsque Surgite, eamus hinc. Ioan. 14. Concord. 134. fol 930.& seq.
Feria secunda.
Sic enim Deus Dilexit mūdum, vsque Post hæc. Ioan. 3. Concord. 20. fol. 150.& seq.
Feria tertia.
Amen amen dico vobis qui, vsque Ego sum pastor bonus. Ioan. 10. Concord. 79. fol. 590
Feria quarta.
Nemo potest venire ad me, vsque Litigabant. Ioan. 6. Concor. 59. fol. 446
Feria sexta.
Et factum est in vna dierum. vsque Et post hæc abiit. Luc. 5. Conc. 32. fol. 204
Sabbatho.
Surgēs autem Iesus de synagoga, vsque ad finem cap. Luc. 4. Concord. 28. fol. 189
Dominica in die S. Trinitatis.
Cum autē venerit paracletus, vsque Hæc autem vobis. Ioan. 15. Concord. 135. fol. 847. & seq.
R. Data est mihi omnis potestas, vsque in finē cap. Matth. 28. Conc. 149. fol 1085
R. Eadē Dominica Estote misericordes, vsque Non est enim. Luc. 6. Conc. 40. fol. 272
In die venerab. sacramenti.
Caro mea verè est cibus, vsque Hæc dixit in synagoga. Ioan. 6. Conc. 59. fol. 446
Dominica prima post Trinitatis.
Homo quidam erat diues, vsque ad finem cap. Luc. 16. Conc. 97. fol. 694
R. Homo quidam fecit cœnam, vsque Ibant autem turbæ. Luc. 14. Conc. 91. fol. 654.& 655
Dominica secunda post Trinitatis.
Homo quidam fecit cœnam, vsque Ibant autem turbæ. Luc. 14. Conc. 91. fol. 654.& 655
R. Erant autem appropinquantes, vsque Aut quæ mulier. Luc. 15. Conc. 94. fol. 670.& 671
Dominica tertia post Trinitatis.
Erant autem appropinquantes, vsque Aut quæ mulier. Luc. 15. Conc. 94. fol. 670.& 671
R. Factum est autem cum turbæ, vsque Factum est cum esset. Luc. 5. Conc. 16. fol. 182
Dominica quarta post Trinitatis.
Estote ergo misericordes, vsque Non est enim. Luc. 6. Conc. 40.& 43. fol. 272.& 323
R. Dico autem vobis. Quia nisi abundauerit, vsque Esto cōsentiens. Matt. 5. Conc. 40. f. 271.& 272
Dominica quinta post Trinitatis.
R. Factum est cùm turbæ, vsque Factum est cùm esset. Luc. 5. Conc. 26. fol. 182
In diebus illis vsque Et exierunt Pharisæi. Mar. 8. Conc. 63. fol. 479.& 480
Dominica sexta post Trinitatis.
Dico autem vobis, Quia nisi abundauerit, vsque Esto consentiēs. Matt. 5. Conc. 40. f. 271.& 272
R. Attendite à falsis prophetis, vsque Multi dicent mihi. Matth. 7. Conc. 40. fol. 323
Dominica septima post Trinitatis.
In diebus illis, vsque Et exierunt Pharisæi. Mar. 8. Conc. 63. fol. 479.& 480
R. Homo quidam erat diues, vsque Qui fidelis est in minimo. Luc. 16. Conc. 95. fol. 679
Dominica octaua post Trinitatis.
Attendite à falsis prophetis, vsque Multi dicent mihi Matth. 7. Conc. 40. fol. 323
R. Et factum est cū appropinquasset, vsque Principes autem. Luc. 19. Conc. 110. fol. 759.& 460
Dominica nona post Trinitatis.
Homo quidam erat diues, vsque Qui fidelis est in minimo. Luc. 16. Conc. 95. fol. 679
R. Duo homines ascendebant, vsque Afferebāt autem. Luc. 18. Conc. 99. fol. 705
Dominica decima post Trinitatis.
Et factum est cum appropinquasset, vsque Principes autem Luc. 19. Conc. 110. fol. 759.& 760
R. Et iterum exiens de finibus, vsque ad finem capitis. Marci 7. Conc. 62. fol. 477
Dominica undecima post Trinitatis.
Duo homines ascendebant, vsque Afferebant autem. Luc. 18. Conc. 99. fol. 705
R. Beati oculi qui vident, vsque Factum est autem. Luc. 10. Conc. 80. fol. 598
Dominica duodecima post Trinitatis.
Et iterum exiens de finibus, vsque ad finem ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitis Marci 7.Conc.62.fol. 477
R.Et factum est dum iret in Hierusalem, vsque Interrogatus.Luc.17.Conc.74.fol. 549
Dominica decimatertia post Trinitatis.
Beati oculi qui vident, vsque Factum est autem. Luc.10.Conc.80.fol. 598
R.Nemo potest duobus dominis seruire, vsque Nolite ergo soliciti.Matth.6. Concord. 42.folio 313
Dominica decimaquarta post Trinitatis.
Et factum est dum irent in Hierusalem, vsque Interrogatus.Luc.17.Concord.74.fol. 549
R. Et factum est deinceps, vsque Et exiit. Lucæ 7. Concord.46.fol. 345
Dominica decimaquinta post Trinitatis.
Nemo potest duobus dominis seruire, vsque Nolite ergo soliciti.Math.6.Concord.42.fol. 313
R.Et factum est cum intraret, vsque Dicebat autem. Luc.14.Concord.91.fol. 654
Dominica decimasexta post Trinitatis.
Et factum est deinceps, vsque Et exiit, Lucæ 7. Concord.46.fol. 345
R. Pharisæi autem audientes, vsque Tunc Iesus locutus est.Matth.22. Conc.118. fol. 712. & 713
Dominica decimaseptima post Trinitatis.
Et factum est cum intraret, vsque Dicebat autem. Luc.14.Concord.91.fol. 654
R.Et ascendens in nauiculam, vsque Et cum transiret.Matth.9.Concord.32.fol. 204
Feria quarta quatuor temporum.
Et respondens vnus de turba. vsque Et inde profecti.Marci 9.Concord.68.fol. 613
Feria sexta quatuor temporum.
Rogabat autem vnus de Pharisæis, vsque ad finem cap.Luc.7.Concord.48.fol. 665
Sabbatho in quatuor temporibus.
Dicebat autem hanc similitudinem, vsque Dicebat ergo.Luc.13.Concord.88.fol. 644
Dominica decimaoctaua post Trinitatis.
Pharisæi autem audientes, vsque Tunc Iesus locutus est.Matth.22.Concor.118.fol.712.& 713
R.Simile factum est regnum cœlorum, vsque Tunc abeuntes Matth.22.Concord.115.fol. 829
Dominica decimanona post Trinitatis.
Et ascendens in nauiculam, vsque Et cùm transiret Matth.9.Concord.32.fol. 204
R.Et erat quidam regulus, vsque Hoc iterum.Ioan. 4.Concord.24.fol. 177
Dominica vigesima post Trinitatis.
Simile factum est regnum cœlorum, vsque Tunc abeuntes.Matth.22.Concord.115.fol. 799
R.Ideo assimilatum est regnum cœlorum, vsque ad cap.Matthæi decimumoctauum. Concor.72. folio 535
Dominica vigesimaprima post Trinitatis.
Et erat quidam regulus, vsque Hoc iterũ. Ioan. 4.Concord.24.fol. 177
R.Tunc abeuntes Pharisæi, consilium, vsque ad finem capitis.Matthæi vigesimosecundo,Concord.116.fol. 704
Dominica vigesimasecunda post Trinitatis.
Ideo assimilatum est regnũ cœlorum, vsque ad finem cap.Matth.18.Concord.72.fol. 535
R.Hæc illo loquente ad eos, vsque Et transeunte inde.Matth.9.Concord.34.fol. 216.& 217
Dominica vigesimatertia post Trinitatis.
Tunc abeuntes Pharisæi, consilium, vsque ad finem capitis Matt.22.Conc.116.fol. 704
R.Cùm videritis abominationem, vsque De die autem.Matt.24.Concord.122.fol. 728
Dominica vigesimaquarta post Trinitatis.
Hæc illo loquente ad eos, vsque Et transeunte inde.Matth.9.Concord.34.fol. 216.& 217
Dominica vigesimaquinta post Trinitatis.
Cùm sublevasset ergo oculos Iesus, vsque Iesus ergo.Ioan.6.Concord.57.fol. 438
In dedicatione Ecclesiæ.
Et ingressus perambulabat, vsque ad finem capitis.Lucæ.19.Concord.106.fol. 743

PROPRIVM SANCTORVM.

In die Sancti Andreæ.
AMbulãs autem Iesus, vsque Et circumibat Mat. 4.Concord.26.fol. 182
In die S. Barbaræ.
Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, vsque Sicut enim homo. Mat.25.Concord.125.fol. 71
In die S. Nicolai.
Sint lumbi vestri præcincti, vsque Hoc autem scitote.Luc.12.Conc.87.fol. 636
R.Homo quidam peregrè, vsque Accedens. Matth. 25.Concord.26.fol. 764
In die Conceptionis Mariæ.
Liber generationis, vsque Omnes itaque.Matt.1. Concor.6.fol. 43.& 44
In die S. Thomæ.
Thomas enim vnus ex duodecim, vsque Multa quidem.Ioan.20.Conc.147.fol. 1072
In die Conuersionis S.Pauli.
Tunc respondens Petrus, vsque ad finem capitis. Matthæi.19.Concord.100.fol. 709
In die Purificationis Mariæ.
Et postquam impleti sunt, vsque Et erat Pater eius.Luc.2.Conc.10.fol. 72
In die Cathedræ S.Petri.
Venit autem Iesus in partes Cæsareæ, vsque Tũc Iesus dixit.Mat.16.Conc.66.fol. 487
In die S. Matthiæ.
Confiteor tibi pater, vsque ad finem capitis.Mat. 11.Conc.47.fol. 347
In die Annunciationis B.Mariæ.
In mense autem sexto, vsque Et discessit.Lucæ.1. Conc.3.fol. 24
In die S.Georgij.
Ego sum vitis vera, vsque Hoc est præceptum Ioan.15.Conc.135.fol. 847.& 848
In die S.Marci.
Post hæc autem designauit, vsque in quãcunque autem Luc.10.Conc.80.fol. 598
In die S.Philippi & Iacobi.
Non turbetur cor vestrum, vsque Si quid petieritis. Ioan.14.Conc.134.fol. 930
In die inuentionis S. Crucis.
Erat autem homo ex Pharisæis, vsque Sic Deus dilexit mundũ.Ioan.3.Conc.20.fol.150.& 151
In die Natiuitatis Ioannis Baptistæ.
Fuit in diebus Herodis, vsque Et dixit Zacharias. Lucæ 1.Conc.2.fol. 17
In die S.Petri & Pauli.
Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, vsque Tunc præcepit.Matth.16.Concord.66. folio 487
In die visitationis B.Mariæ.
Maria abiit in montana cum fest. vsque, Mansit autem Maria.Luc.1.Conc.4.fol. 32
In die S.Mariæ Magdalenæ. Roga

Rogabat autem illum quidam ex Pharisæis, vsque ad finem cap. Lucæ 7. Concord. 48. fol. 365
In die S.Iacobi.
Tunc accessit ad eum, vsque Et egredientibus. Matth.20.Conc.104.fol. 734.& 735
In die S.Petri ad Vincula.
Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, vsque Tunc præcepit. Matth.16.Concor.66. fol.487
In die S.Laurentij.
Amen amẽ dico vobis, vsque Nunc anima.Ioannis 12.Conc.111.fol. 773
In die assumptionis beatæ Mariæ.
Factum est autem dum iret, vsque ad finem cap. Lucæ 10.Conc.82.fol. 611
In die S.Bartholomæi.
Intrauit autem cogitatio in eos, vsque Respondens autem.Lucæ 9.Conc.70.fol. 524.& 525
R.Exiit in montem orare.Lucæ 6.Conc. 39. fol.252
In die decollationis S. Ioannis Baptistæ.
Ipse enim Herodes, vsque Et cum dies oportunus.Marci 6.Conc.22.fol. 163
In die Natiuitatis Mariæ.
In mense autem sexto, vsque Et discessit.Lucæ 1. Concord.3.fol. 24
R. Liber generationis Iesu Christi, vsque Omnes itaque generationes.Matth.1. Cõcord. 6.fol. 44.45
In die S. Matthæi.
Et ascendens Iesus in nauiculam, vsque ad finem cap.Matth.9.Conc.31.fol. 199.& 200
In die S.Michaelis.
In illa hora accesserunt, vsque Venit enim filius. Matthæi 18.Concord.70.fol. 524.& 525
In die S. Bauonis Confessoris, Patroni Gandensium.
Si quis venit ad me, vsque Bonum est sal. Lucæ 14.Concord.92.fol. 661
In die S. Dionysij & sociorum eius.
Et descendens cum illis, vsque ad finem capitis Lucæ 6.Conc.39.fol. 252
In die S. Lucæ.
Post hæc autem designauit, vsque Et ecce quidam legisperitus.Lucæ 10.Conc.80.fol. 598
In die S.Simonis & Iudæ.
Hoc est præceptum meum, vsque Hæc mando vobis.Ioan.15.Conc.135.fol. 847.& 848
R.Hæc mando vobis vt diligatis, vsque Cùm autem venerit.Ioan.15 Conc.135.fol.847.& 848
In die omnium Sanctorum.
Videns autem Iesus turbas, vsque Sic enim persecuti.Matth.5.Conc.39.fol. 252
In die omnium fidelium defunctorum.
Cùm autem venerit filius hominis, vsque ad finem capitis.Matthæi 25.Conc.127.fol. 766
R. Amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, vsque Non possum ego.Ioan.5.Concord. 36. folio 225
In die S.Liuinij Episcopi & Martyris.
Nolite arbitrari quia pacem veni mittere, vsque ad finem capitis.Matth.10.Concord.55. folio 411.& 412
In die S.Martini Episcopi & Confessoris.
R. Nemo accendit lucernam, vsque Et cùm loqueretur.Lucæ 11.Conc.49.fol. 372.& 373
In die S.Catharinæ.
Tunc erit simile regnum cœlorum decem virginibus, vsque Sicut enim. Matthæi 25. Conc. 125.fol.761.

ZZZ 3

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM AC VERBORVM INSIGNIVM HOC OPERE CONTENTORVM.

A

AVEL ex se, non potest Christus facere quicquã, quo sensu. folio 231.a col.1
Abba pater. 989. b col.1.
Abnegare seipsum quotidie. 502.a col.2
Abominatio desolationis, quæ. 835.c col.2
Absque synagogis quid sit. 960.c col.2
Absit à te Domine. exponitur. 500.d col.2
Abusum Dominum verbis Isaiæ quomodo dicat Hieronymus. 467.c col.2
Abusum Dominum testimonio Scripturæ quo sensu dicat Hieronymus. 789.a col.1
Abyssus pro inferno. 202.e col.1
Accepti tempus quomodo dicatur tempus Euangelij. 408.d col.2
non Accipio gloriam ab hominibus, id est, nõ magnifacio. 240.a col.1
Accipere noli timere, quomodo de accepta dicatur. 51.d col.2
Accubitus quomodo diligendus. 656.d col.2
Ad eum, pro de eo. 745.e col.2
Adiurare quid. 201.c col.1
Admiratio quando Christo competat. 342.c col.2
Ad aratrum mittens manum, & respiciens retro. folio 195.c.d col.1
Adonai & Adon 816.e col.2
Adiurandi ritus. 1002.b col.2
Adorare quid propriè significet. 130.e col.2
ex Adorandi vocabulo non sequitur magos diuinitatem Christi agnouisse. 66.a col.1
Adoratores veri in spiritu & veritate. 172.b c col.2
Adoratio pro toto Dei cultu. 171.a col.2
de Adoratione Eucharistiæ error Lutheri refellitur. folio 71.a col.2
Aduentus filij hominis prædicitur. 841.b col.1
Adulterat dimissam ducens. 284.b col.1
Adulteram absoluit Christus. 563.b col.2
Aduersarij parabola cui consentiendum est, explicatur. 279.c col.2
Æquiuocè mundus ponitur in vna sententia. 12.d col.1
Æternitas suppliciorum defenditur. 870.a col.2
pro peccato temporali. 871.a col.1
Æternitatem verbi indicant ea verba: In principio erat verbum 4.a col.1
co Æternum quomodo patri sit verbum, cùm sit à patre genitum. ibidem d
Affectus erga homines aliquando nimij etiam in iustis. 160 a col.2
Afflictionum modo respõdet consolationum modus. 198.d col.1
Agape Christianorum. 924.d col.2
Agnus cur dicatur Christus. 137.c d col.2
Agonia Christi qualis. 990.b col.1
Alabastrum 368.a col.1
Alma quid significet. 53.d e col.2
Amans patrem plus quàm me, non est me dignus 431.a col.1
Ambulare, id est, viuere. 180 c col.1
Ambulat Petrus super aquas. 444.d e col.1
Amen quid significet. 152.e col.1
Angelorum multitudo & sæba dicitur, & militia cœlestis 60.a col.1
Angelus dicitur Ioannes Baptista duabus de causis. 98.e col.1
Angelum custodem sibi deputatum quisque habet. 534.c col.1
Animæ nunc sunt in regno cœlorum. 1039.d col.1
Animam verbum Dei assumpsisse qui negauerint, iique refutantur 14.c col.2
Anima & spiritus quomodo differant. 55.a col.2
Animam suam perdet qui inuenit illam. 431.e col.1
Animæ sunt incorporeæ. 698.c col.1
Animam quomodo posuerit Christus. 597.c col.2
pro Anima perdita quam dabit homo commutationem. 503.b col.1
Anathema, id est, donum sacrum. 829.c col.1
Anna vidua, annorum ferè octuaginta quatuor. folio 79.e col.2
Annæ quot proles. 1040.e col.2
Ante faciem populorum, id est, coram vel pro populis. 77.a col.1
Antequã non semper significat rei consequentiam, sed aliquando quid præcessisse debuerit secundùm consuetum ordinem. 49.a col.2
Apparétis Christi forma in Emaunte. 1067. a col.1
Apparitio Moysis & Eliæ. 107.e col.2
Apparuit impersonaliter. 224.b col.2
Aperui pro solui. 478.d col.2
Aperiens os suum significat Dominum grãdia locuturum & prolixa. 257.e col.1
Aperire vterum matris, quomodo Christo conueniat, qui clauso vtero natus est. 74.c col.1
Apostolorum prima vocatio. 138.d col.2
Apostolus pro legato. 891.a col.2
Apostolorum duodecim electio. 254.c col.1
Apostolorũ functio tribus similitudinibus describitur. 382.c col.1
in Apostolum cur electus Iudas. 254.d col.2
Apud quinque significat eo loci; Et verbum erat apud Deum. 4.e col.2
Aqua viua est gratia Spiritus sancti. 169.d col.2
Aquarij. 906.d col.2
Aqua in calice admiscenda. 907.c col.1
Aquæ viuæ flumina. 560.a col.2
Arboris parabola explicatur. 332 b col.2
Arborem facite bonam: videlicet Christum. 380.a col.1
Arca templi vna erat. 826.d col.2
Areæ Dominicæ purgatio. 114.c col.1
Arguere pro conuincere. 578.b col.1
Arguere mundum de peccato & de iustitia. 965.c col.2
Aridus pro contracto. 227.c col.2
Arriani conuincuntur. 667.c col.2
Articuli quatuor non otiosè additi ad, Christus filius Dei viui. 488.e col.2
Articulus sæpe est superuacaneus apud Græcos. 136.d col.1
ex Articuli omissione Arrius malè collegit filium patre minorem. 5.e col.1
Arundo quassata. 251.c col.1
Ascendisse in cœlum neminem nisi se, quo sensu dicat Christus. 156.d col.1
Ascendit Christus in cœlum. 1089.b col.1
Asino Dominus gloriosè insidet. 760.b col.1
Asinæ non insedit Christus. 761.c col.2
As siue assarium quid. 429.a col.1
Aspersionis significatio. 339.c col.2
Assumptionis Christi dies. 547.c col.2
Assumpsisse verbum carnem cur non dicat Ioannes. 15.d col.2
Astare ante Deum cur se dicat Gabriel. 22.c col.2
Auaritia omnis cauenda. 629.e col.2
Audient mortui vocem Christi, id est, sentient, vel obedient. 235.a col.1
Auditui credere, quid. 780.d col.2
Aue quid significet. 24.a col.2
in Auribus vestris, id est, vobis audientibus. folio 409.c col.1
Autem pro enim. 275.e col.1
Azymorum dies primus. 880.e col.2

B

BAptismus multiplex. 113.c d col.1
in Baptismo nos conueniẽter regenerari in aqua & spiritu. 153.a col.2
Baptismus Christi. 115. b col. 1. cur Christus baptizatur. 115.d col.1. quo die & anno. 120.a col.1
Baptismum cur Christus per se non contulerit. folio 17.a col.1
Baptisma Ioannis non contulit remissionem peccatorum. 99.e col.1. ad quid vtile fuerit 100.c col.1 de eius forma. 100. col.1. vocatur baptisma pœnitentiæ a Ioanne. 100.c col.2
Baptismus pro morte. 642.e col.1
Baptismi forma. 1086.a col.2
Baptismatis allegoria in piscina. 229.b c col.2
Bartholomæum esse Nathanaelem probabiliter putat Rupertus. 142.c col.2. 256.c d col.2
Batus quid. 680.a col.1
Beati qui dicantur in scriptura. 489.b col.1
Beatus venter qui Christum portauit. 385.c col.2
Beelzebub. 376.c col.1
Benedictio Simeonis qualis, cùm non fuerit maior. 77.c col.2
Benedictio Mariæ inter mulieres. 25.e col.1
Benedicta dicitur Maria, supple, apud Deum. folio 25.e col.1
Benedicere cur cum accusatiuo legatur. 349.c col.1
Benedictio panum. 441.d col.2
Beneficum vocari quid. 921.c col.1
Beneplaciti Dei rationes. 361.b col.1
Berengarij historia. 899.a col.1
Bethphage. 760.b col.1
Bini cur mittantur Apostoli. 415.a col.1
Blasphemare quid in scripturis. 207.d col.2
Boanerges. 255.e col.2
Bonus nemo nisi solus Deus. 711.c col.1
Bonum pro honesto. 476.b col.1
Bos & asinus agnoscentes præsepe domini. folio 57.c col.2
Brachium Dei quid. 37.d col.1

C

CAdere retrorsum & in faciem, quorum sit. folio 994.b col.2
Cadus quid. 680.b col.1
Cæco nato restituitur visus. 580. 581. & seq.
Cæremoniæ Baptismatis à Christo sumptæ. folio 478.d col.1
Cæremoniæ Christianorum quomodo differunt à cæremoniis Iudæorum. 172.e col.2
Cætria significat. 24.c col.2
Cæsarea. 487.c col.1
Calceamenta quæ prohibita Apostolis. 417.c col.2
Calicis vnius an duorum meminerit Lucas. folio 893.c col.2
Calix pro sorte à Domino parata. 737.b col.1
Caluariæ locus. 1031.d col.1
Cananææ mulieris virtutes. 474.a col.2
Canibus nolite sanctum dare. 328.a col.1
Capit pro conuenit. 631.e col.2
Capere pro in se suscipere. 691.e col.2
Capillus capitis non peribit, prouerbialiter. folio 834.d col.1
Caro & sanguis quid. 14.d col.1
Caro pro homine. 15.b col.1. cur pro homine ponatur. 104. a col.1. cur pro homine ponatur in incarnatione Christi. 15.d col.1
Caro pro fœmina. 14.a col.1
Caro quomodo sit quod catũ est ex carne. 15.a col.1
Caro quomodo non prosit quicquam. 462.e col.2
Cathedrã Moysi quoldã male intelligere. 818.b col.1
Cedron torrens. 985.e col.1
Censores qui sint. 55.d col.1
Certus pro certo persuasus. 793.c col.1
Chaos pro hiatu. 700.c col.1
Christus nomen dignitatis aliquando generale. folio 44.c col.2
Christus an verè secundùm animam profecerit folio. 90.c col.1
Cibus & panis multiplex præter corporalem. folio 174.a col.2
Cibus Christi & noster, facere voluntatem Dei. folio 174.c col.1
Cilicium Hebraice sac. 359.a b col.1
Circunciso cur in membro generationis. 62.b col.1 cur octauo die, 62.e col.1. figura est baptismi. folio 62.c col.1
Circunciso Iesus cur Christus. 62.a col.2
Circunciso non est ex Moyse. 554.d col.2
Citatio Ieremiæ qualis cap. 27. Matth. 1012.c col.1
Ciuitas Christi quæ dicatur. 205.e col.1
Claues Petri metaphoricè. 493.d col.2
Clauem scientiæ tollentes. 626.c col.2
Clarificari pro glorificari. 919.a col.2
Cogitationes videre soli Deo proprium est, folio 207.c col.2
Cogitare pro sollicitè cogit. 319.b co.1. & 425.c co.2
Cogitatio carnalis nullius apud Deum est momenti. 109.d col.1
Cognata Mariæ Elizabeth. 29.e col.2
pro Cognouerunt interpres melius posuisset Diuulgauerunt. 61.b col.1
Coactio ad fidem. 660.a col.1
Cœlorum apertio in baptismo Christi explicatur. 117.d col.2
Cœlum & terra quomodo transibunt. 851.e col.1
Cœna magna explicatur quàm quidam homo fecit. 658.d col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Collybistæ.789.a col.1
Columba in qua spiritus sanctus descendit,an fuerit verum animal.118.e col.1
Comminari pro increpare.501.a col.1
Comminatur Christus spiritui immundo,id est, dirè præcipit.516.e col.2
Commune pro immundo.466.e col.1
Communio sub vtraque specie quæ haberet periculà.906.d col.1
Communio sub vna specie.457.c col.2
Comparatio impropria.707.c col.2
Comparatiuus pro superlatiuo.527.a col.1
Compelle intrare.659.e col.2
Complacui Εὐδόκησα verbum peculiare sacris literis. 119.e col.1
Completæ res,id est quarum certa est fides.1.d col.1
Conari in malam partem Lucas accipit.1.c col.1
Conceptio Christi.31.b col.1
Concionandi ritus antiquus.406.b col.2
Concordia narrationis Euangelicæ cum.1. Reg. 21. 243.d col.1
Concupiscentia mulieris lege prohibita.281.a col.1
ad Concupiscendum qui videt mulierem, dupliciter accipitur.281.b col.2
Confirma fratres tuos, pertinet ad Petri successores. 926.e col.2
Confirmatur rectè apud credentes magis mirabile per minus.29.e col.2
Confitentes Ioanni peccata quæ confitebantur.folio 105.e col.1
Confiteri Domino, est illum laudibus efferre. 80. a col.2
Confiteri pro laudare.360.b col.1
Confiteri in aliquo,id est,aliquem.629.b col.2
Confessiones in lege requisitæ.105.c col.2
Consummati sunt dies octo quando octauus aduenit.62.a col.2
Constructionis mutatio. 40. c col.1. familiaris Hebræis.38.c col.2
Contentus vnius pusilli.534.b col.1
Contentionis discipulorum occasio.525.a col.1
Continentiæ votum defenditur.692.e col.1
Contra vos,id est,ante vos.760.c col.2
Contradicitur Christo lingua & factis.78.d col.1
Cóuertere corda patrum in filios,quid sit.21.b col.1
Cophinus quid.481.d col.1
Cor terræ.382.c col.1
Cor pro mente nunc tota, nunc intellectiua. 264. c col.1
Corbona.826.c col.2
Cornu salutis est salutifera regni gloriæ.40.e col.2
Coronatio Christi.1022.d col.2
Corpus pro cadauere.844.a col.1.856.b col.2
Corpus non accipitur pro homine in consecratione. 903.c col.1
Correptio fraterna, quomodo facienda.538.a col.1. 536.e 702.d col.1
Corus quid 680.a col.1
Crapula cor grauat 854.a col.1
Credere in omnibus,id est,omni.1069.a col.1
Credere manducandi tropo exprimitur.455.e col.1
Credit Erasmus male mutauit in cõfidit.454.d col.1
Crediderunt scripturæ, scilicet iam intellectæ, & in Christo completæ, cui antea non sic credebant. 149.c col.1
Credere Deo,in Deo,in Deum, & similia explicatur. 149.e col.1
Credentes bibunt ex fonte Christi.558.e col.2
Cribare Petrum experiuit satanas.926.a col.1
Crux apparebit in iudicio 847.b col.2
Crucifixionis Christi maximè aperta figura,exaltatio serpentis.157.a col.2
Crucifixionem suam an Christus vocet exaltationem.156.d col.1.571.c col.1
Crucifigi cur conueniebat Christum.1032.e col.2
Crucem suam accipere 431.b col.1
Custodia,id est,turba custodum.1053.e col.2
Custodiebat Herodes Ioannem, id est colebat. folio 164.d col.2

D

Didrachmum.521.e col.1
Tu Dixisti,id est,tu es.916.e col.2.1002.e col.2
Dies Domini sicut fur.638.b col.2
Diem aduentus Domini nemo scit.852.c col.1
Dies in te,id est,dies in quibus 770.e col.1
in Diebus illis, non significat certum tempus. 97. e col.2
Digitus Dei.376.a col.2
Dilectio maxima in quo consistat.937.d col.2
Dilectione quid promereamur.940.e col.2
Dilectio ex toto corde. 603. e col. 2. & sequentibus paginis.
Dilectio quomodo se habet ad iustificationem. folio 369.d col.2
Dilectionis Dei magnitudo.157.c,d col.2
Dimittẽdum etiam antequam rogemur.308.e col.1
Dimittendi vxorem causæ tres.283.e col.1
Discipulos suos cur Christus comparet vtribus & vestibus veteribus.215.b col.2
Discipulus non est super magistrum.427.d col.2
Discipuli Christi septuaginta.598.d col.1
Discipulus accipitur aut specialiter, aut pro omni Christiano.662.b col.1
Dispergere superbos.37.c col.2
Dispeniator fidelis & prudens.639.b col.2
Distinctio varia primo capite Ioannis.7.a col.2
Distinctio emendata aperit locum Isaiæ à Christo lectum.407.a col.2
Distinguendo diuersitas Chrysost.ab aliis Ioannis 5. 235.b col.2
Diuitiæ & paupertas sicut laruæ in scena.folio 697.e col.2
Diuitias non excludere à regno cœlorum.folio 712.d col.2
Diuites difficilè ingressuros regnum cœlorum. folio 714.a col.1
Dæmon quid propriè significet, & quibus in scriptura approprietur.187.d col.1
Dæmones cur hominem obsideant, & Deus id permittat.187.c col.2
Dæmones cur cupiuerint mitti in porcos.folio 202.c col.2
Dæmoniorum quoddam genus non exit nisi oratione & ieiunio.518.d col.2
De & ex Spiritu sancto eadem sunt.52.b col.1
Debeo,id est,indigeo à te baptizari.116.d col.2
Debilis pro manu debilis.480.d col.1
Debita nostra varia,inter quæ peccata.507.e col.2
Decapolis quæ regio & vbi sita.477.d col.2
Decimarum solutio.621.a. col. 1. An ex iure diuino. 621.b col.2
Decimæ quatuor veteris testamenti.623.c col.1
Decimæ Ecclesiasticæ triplicis naturæ.623.d col.1
Declinauit à turba; varie intelligitur iuxta Græca. 229.a col.1
Decurio nomen dignitatis municipalis.1050.d col.2
Demonstrat pater filio omnia quæ facit, quo sensu. 232.e col.2
Descendisse è cœlo, quomodo Christus dicatur. 156.c col.2
Descriptiones subditorum duplicis generis. folio 55.c col.1
in Deserto cur prædicet Ioannes.98.c col.2
Desponsatio Mariæ.24.b 48.c col.1
Deum quomodo nemo viderit, & aliqui vidisse dicantur.134.b col.2
Diabolum quomodo significent volucres cœli. folio 392.c col.2
Diabolus dictus Iudas.464.d col.2
Diabolus quid significet.125.e col.2
Dicere pro iubere.819.c col.1
Dicere pro efficaciter dicere.208.d col.2
Dicere pro præcipere 548.d col.1
Dicebat eis patrem Deum, id est, de Deo patre. 571.b col.1
Docibiles Dei.453.b col.2
Doctores in quo differant à Prophetis.354.e col.2
Docuit Christus quasi potestatem habens: etiam Apostoli.186.e col.2
Dolendum quomodo ob mortem amici.22.c col.2
Dominium Christianorum quale esse debeat. folio 746.d col.2
Dominus honoris tantùm causa dicitur Iesus à laborante 38.annos.228.d col.2
Dominis duobus nemo potest seruire, nec est necesse addere,contrariis.36.b col.1
Dominus tecum,exponitur.25.c col.1
Domus Hierusalem, hoc est, ciuitas aut tota Iudæa,relinquitur,id est, breui relinquetur deserta. 653.c col.1
Domus Chaldaico idiotismo pro omni ferè loco. 227.d col.1
Domus Symonis Petri postquam omnia reliquerat. 190.a col.1
Domus Zachæi,filia Abrahæ.745.e col.2
Donec,malè intellectum ab Eluidio.54.b col.2
Donec bis positum quæ significet.273.e col.2
Δόξα quam significet claritatem.58.e col.2
Dormitio pro morte etiam impiorum.22.e col.1
Duritia cordis.688.c col.2

E

Ecclesia quid significet.537.e col.1
Ecclesia cur potius sponsa dicatur quàm vxor. 16.e col.1
Effata Chaldaicè.478.a col.2
Eleemosyna facienda nesciente sinistra.297.d col.1
Eleemosynam date quod superest.618.e col.2
Eli & Eloi.1043.e col.1
Elias qui venturus est.353.b col.2
Eliæ cur Ioannes comparetur.vide Hel.20.d col.2
Elias venturus restituet omnia.510.b col.2
Elias quomodo venerit, & fecerint in eo quæcũque voluerunt.512.d col.2
Emanuel quomodo nomen sit Christi 54.b col.1
Emaus.1066.c col.2
Encænia.664.e col.1
Energumeni sine arreptitij qui.187.b col.2
Enoch seruatur in aduentum Antichristi. folio 511.b col.1
Ephrem pro Ephraim.734.a col.1
Epiphanij error.145.a col.1
Epulonis parabola.694.b col.1
Erat virtus Domini, Hebraicè, pro virtutem suam Dominus exercebat.205.e col.2
Ergo continuatiuè,non illatiuè 429.e col.2
Erubescens Christum & sermones eius.503.e col.1
Est pro significat.389.e col.1
Esuritur iustitia,id est,desiderantur quæcunque sunt virtutis,dupliciter.262.c col.2
Et pro quia.34.a.col.1.557.e col.2
Et,redundat aliquando.63.a 76.e col.1.547.d col.2
Et tibi,id est,tecum,phrasi Hebraica.143.a col.2
Et,pro id est.594.c col.2
Et pro autem.890.b col.1
Ethnicus quid.298.e col.2
Euangelistarum in locutionibus diuersitas ad quid vtilis.112.c. col.1
Euangelij suauitas & leuitas.364.a col.2
Euangelij doctrina thesaurus.403.e col.1
Euangelistarum intentio aliquando magis inspicienda;quàm verba.525.c col.2
Eucharistia instituitur 893.a col.1.vnde dicatur.898. a col.1.species Eucharistiæ quàm sint conuenientes.Ibid.b col.2
Eucharistia in remissionem peccatorum.913.a col.2. dignè sumenda post remissionem peccatorum. 911.d col.1.896.d col.2
Eucharistiæ materia,panis azymus.897.e col.2. verba consecrationis.899.a col.1
Eucharistia non est paruulis necessaria.457.d col.2
Eius effectus.458.b col.1
Εὐδοκία quid.60.c col.1
Euge quid.748.d col.2
Eunuchi spirituales.692.d col.1
Euntes quo sensu suffocentur à curis.393.e col.1
Ex & de spiritu sancto eadem sunt.52.b col.1
Ex & in toto corde eadem sunt.84.a col.1
Ex se non potest Christus facere quicquam,quo sensu.230.e col.2
Excessus vel exitus,id est,mors Christi.507.b col.2
Excommunicationi quid vicinum apud Iudæos & gentiles.585.b col.2
Excommunicatio iniusta qualis. 586.c col.1
Exorcistæ Iudæorum.376.e col.1
Exterminare vitio interpretum, pro corrumpere. 312.c col.2
Exultatio Ioannis in gaudio explicatur.33.a col.2

F

Faber Christus.409.c col.2
Facere bene aut male,id est, prodesse aut nocere. 248.a col.1
Facere pro sacrificare.904.a col.1
Faciatis pro exigatis.110.e col.1
Factum ante se Christum quo sensu dicat Ioannes. 132.a col.2
Fatum reiicitur.556.a col.2
Fermentum quid in scriptura.484.d col.2
Fermento simile regnum cœlorum.599.d col.2
Fermentarij Græci.897.d col.2
Festa quæ quibus Hierosolymis erant celebranda. 91.e col.1
Festum collectæ.558.a col.2
Festuca quid.326.d col.2
Fici parabola docetur appropinquatio redemptionis.849.b col.2
Ficulneæ maledictio.788.e col.1
Ficui synagoga comparatur.645.d col.1
Filia Sion,id est,ciues Sion.773.b col.2. 770.d col.2
Filij resurrectionis.809.c col.1
Filij perditionis.980.c col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filij prodigi parabola.673.d col.1
Filius hominis cur dicatur Christus.142.b col.1
Fili Dauid,est periphrasis Messiæ.223.d col.1
Filius Abrahæ & Dauid cur peculiariter dicatur Christus.44.d col.2
Fili Dauid,cur ad Ioseph dicatur.51.d col.2
Filij Dei sunt qui eum receperunt, quomodo ergo detur eis potestas vt filij Dei fiant.13.b col.1
Filij sponsæ,iræ,& similia,phrasi Hebræa.214.d col.1
Filius Salathiel quomodo Zorobabel.47.a col.2
Filia Abrahæ.647.d col.1
Filij nequam,id est,diaboli.402.d col.2
Filius hominis simpliciter pro homine.235.e col.2
Fidei multum obstat gloriæ appetitus.240.c col.2
Fides cognitionem præcedit.463.d col.2
Fidem tantam non inueni in Israel.343.a col.1
Fidei paucitas in hominibus cuiuslibet temporis. 860.c col.2
Fides quomodo accipiatur,quâ saluator toties commendat.206.c col.2
Fides quomodo saluum faciat.206.b col.1
Fides,ibi:Secundùm fidem vestram fiat vobis; simul includit credulitatem & fiduciam.223.e col.1
Fidei modicæ,i.credulitatis vel fiduciæ.197.c col.2
Fide aliena quomodo saluari dicamur.206.b col.1
Fides sicut granum sinapis.517.d col.2
Fimbriam quam Christus more Iudæorum gerebat, cur tangi voluerit.219.c col.1
Finxit Christus se longius ire.1069.b col.2
Flagellatio Christi.1021.e col.2
Flagello Christum, Ioannis 2.eiecisse vendentes, & ementes, non est verisimile, sed tantùm oues & boues.147.b col.1
Flet Christus.729.e col.1
Flumina, id est, abundantia gratiæ spiritualis. folio 659.c col.1
Fœminino vtuntur Hebræi vbi nos neutro. folio 798.a col.1
Fœnerator pro mutuatore.368.e col.2
Fœnum pro gramine vel herba agri.320.a col.1
Fornicationis spiritualis filios se negant Iudæi. 575.e col.1
Fornicatio aliquando non admittit dimissionẽ coniugis.284.d col.1
Forte pro vtique.359.a.col.2. 567.d col.2
Frater tuus habet aliquid aduersus te; dupliciter exponitur.278.e col.1
Frater,etiam cognatus, fratri semen suscitabit. folio 807.c col.2
Frater pro Christiano.536.a col.1
Fratres Iesu qui sint dicendi.146.d col.1
Fructus duplices, doctrina & opera, ex quibus quis cognoscitur.332.a col.1
Fructus digni pœnitentia qui.108.c col.1
Fuga Christi in Ægyptum.Cap.11.81.d col.1
Fuga Christi quid doceamur.167.d col.1
Fuga in persecutione.426.d col.1
Futurum mdicatiui pro imperatiuo.739.c col.1

G

Galilæa duplex.179.d col.2
Galli cantu concordia Euangelistarum. folio 927.c col.2
Gallinæ se aptissimè comparat Dominus. folio 652.a col.2
Gaudium maius super vno peccatore pœnitente quam 99.iustis. 672.d col.2
Gazophylacium 826.d col.1
Gehenna vnde translatum ad infernum & æterna supplicia.277.e col.2
Geminatio est aliquando distributio.441.a col.2.aliquando significat vehementiã affectus.63.a col.1
Genealogia Christi efficaciter per Ioseph deducitur, 47.a col.1
In Genealogia Christi, duo scrupuli dissoluuntur de Ioseph & Salathiel.121.a col.2
Generatio variè exponitur.850.c col.2
Generatio tria significat.49.a col.1
Generatio pro progenie.555.e col.1
Genethliaci refutantur.67.e col.2
Gerasenorum regio.199.b col.1
Gethsemani.985.b col.1
Gladius doloris pertransiit animam Mariæ, & gladius contradictionis linguarum.79.a col.1
Gladium accipiens quis.995.a col.2
Gratia plena;exponitur.24.a col.2
Gratia in illo;variè exponitur.93.b col.1
Gratiam legis Euangelicæ accepimus pro gratia legis Mosaicæ.133.c.d,e col.1
Gratias agere & benedicere an diuersa sint. folio 898 a col.2
Gratis accepistis,gratis date.416.c col.2
Gratiæ Dei deputandum quæcunque non fecimus mala.371.a col.1
Græcus pro Ethnico.474.a col.2
Grauidæ latinè, dicuntur gestare vterum Græcis, in vtero habere.49.c col.2
Grex pusillus.635.b col.2

H

Habeo pro possum.570.d col.2.657.b col.2
Habitauit verbum tripliciter in nobis.15.c col.2
Hæreticum occidere non repugnât parabolæ zizaniorum.396. col.2
Hæretici Arriani distinguendo peruertunt Euangelium Ioannis.5.e col.1
Hebdomades Danielis.837.b col.1
Heliam qui se neget Ioannes, Christus verò asserat. 136.b col.1
Heliæ cur Ioãnes cõparetur.20.d,e col.2.353.c col.2
Herodes tres.17.a 1017.c col.2
Herodis crudelitas, & à Deo ei illatum supplicium. 86.e col.2
Herodiani qui sint.249.c col.1. 805.a col.1
Hic est sanguis,pro hoc.908.c col.1
Hierusalé excidiu.770.a col.2,prædicitur.828.c col.1
Hoc,quid demõstret dicendo:Hoc est corpus meum. 902.c col.1
Hodie & cras,id est,breui tempore.650.e col.2
Honor non tantum in reuerentia.468.e col.2
Hora crucifixionis Christi.1026.c col.2
Hospitis delectus Apostolis præscriptus.420.c col.2
Hospitis recepti periurium.432.a col.2
Humilis pro abiecto.38.a col.1
Humilitas in scriptura tripliciter accipitur.35.d col.2
Humilitas Baptistæ.111.a col.2
Humilius cur aliquando de se loquatur Christus. 230.d col.2
Humilians se exaltabitur.706.e col.1
Hydrias in Cana fuisse ampla & aperta vasa. 144.d col.1
Hydropici sanatio cuius typus.655.c col.2
Hyperbole in scriptura.56.a col.1
Hyperbolicè Iod vnum,aut apex, id est, elementi fastigium non præteribit de lege 272.b col.2
Hypocrisis fermentum.630.a col.1
Hypocritæ qui.296.e col.2
Hysopi calamus.1044.e col.1

I

Iciunium Christi.Cap.15.122.c col.1
Ieiunandum ablato sponso.114.b col.2
Ieiunandum quomodo.32.a col.2
Iericho.743.b col.1
Iesse & Isai idem nomen.46.a col.1
Ignis cur ponatur pro Spiritu Sancto.112.d col.2
Ignem Euangelicæ prædicationis venit Christus mittere in terram.641.b col.2
Immunitas Ecclesiastica.524.d col.1
Impedimenta regni cœlorum tria.659.a col.1
Imperatiuus prænunciatiuè positus.825.e col.2
Imperatiui pro futuris Hebraicè.421.a col.2
Impleri dicitur multis modis scriptura.83.a col.1
Importabile,id est,difficile portatu.820.b col.1
Impossibile nihil Deo,quo sensu.50.d col.2
Improbitas, id est, inuerecunda perseuerantia. 616.c col.2
In,pro iuxta.337.d col.2
In illo tempore,generaliter positum.252.b col.1
In,pro per.42.e col.1.pro ad.167.e col.2
In Deo,id est,Dei instinctu,facta.159.b col.1
In transmigratione,id est,circa transmigrationem.folio 47.d col.1
Incarnatio cur approprietur Spiritui sancto. 29. d col.1.cur solum filium Dei incarnari conueniebat. 29.e col.1
Incredulitas pro fide imperfecta.516.c col.2
Increduli,id est inobedientes.2.e col.2
In Deum diues vel in Deo ditescens.634.e col.1
Increpare pro imperare. 190. e col. 1. pro præcipere velut cum ira.198.a col.1
Indicatiua pro imperatiuis.103.b col.2
Infantes cuius ætatis Herodes occiderit.84.d col.1
Inferni pœnæ perpetuæ.114.c col.2
Inferni pœna duplex.344.a col.2
Infirmitates nostras corporis & animi Christus portauit.19.d col.1
Infremuit Christus spiritu.728.b col.2
In Iesu nomine Iudæorum error aperitur. folio 52.b col.2
Innocentes quare occidi permissi sunt.84.b col.2
Inter pro intra.485.e col.1
Intendens, id est, attendens, considerans. folio 656.b col.1
Interpretando,Tabitha Cumi,Marcus interiicit;tibi dico.222.a col.1
Inuenire gratiam,quid.26.b col.1
Ioannes quomodo interpretandum.19.e col.1
Ioannes baptizat & prædicat.95.d col.1
Ioannes lucerna ardens & lucens. 238. c col. 1. plus quã propheta.350.d col.2.aliis maior.350.d col.2
Ioãnes mortuus est.1120.a.quare dilectus.917.b col.2
Ioannis decollatio.434.c col.1
Iona pro Ioanna.489.e col.1
de Iordane.99.a col.1
Ioseph iustus quomodo Mariam putarit adulteram, & noluerit traducere.50.e col.1
Ira in Christo.248.c col.2
Irascens fratri reus est iudicio.276.a col.2
Iubilæus typus erat anni accepti.408.e col.2
Iudas sanctus vnde trinonimus.256.d col.2
Iudas cur inter Apostolos, & cur loculos habuerit. 755.d col.2.se suspendit.1011.a col.1.quomodo Satanas eum intrauerit.876.d col.2
Iudææ an non liceat legere vbi habemus, in Bethlehem Iudæ.63.b col.2
Iudæorum conuersio in fine mundi.654.c col.2
Iudicare,id est, condemnare mundum Christus non venit.158.b col.1
Iudicatum esse, propriè quodam modo de infidelibus dicitur.158.c col.2
Iudicium mundi.777.a col.1
Iudicandi modus in nouissimo die.866.d col.1
Iudicij locus.844.b col.1
Iudicare, id est, condemnare, quomodo à se remoueat Christus.785.c col.2
Iudicium quod prohibitum à Domino.324.c col.1
à Iudicio temerario abstinendum triplici de causa. 324.b col.2
in Iudicium venire, est incidere in condemnationem.234.b col.2
Iudicium omne pater quo sensu filio dederit. folio 233.d col.1
Iugum Christi.362.d col.2. suaue.363.e col.2
Iumor,id est,nullius authoritatis.921.c col.1
Iurare quomodo prohibitum à Domino 287. c col.2
Iuramenta tua reddes Domino 285.b col.2
Iuramentum promissorum quatuor de causis non impletur sine peccato.285.c col.1
Iuramentum contra hæreticos defenditur. folio 286.a col.1
Iurans per templum debet.824.c col.1
Iuramentum per creaturam.825.a col.1
Iuramenta tribus de causis vitanda.288.a col.1
Iurantis non sunt, sed affirmantis verba, næ, verè, amen.288.a col.1
in Iuramentis eclipsis solita.484.a col.1
Iurantis vox quid.5.Cap.Leuitici.50.b col.2
Iusti qui non egent pœnitentia.672.d col.2
Iustitiam implere,id est,quod iustum est & Deo gratum.117.d col.1
Iustus duo significat.50.a col.1
Iustus Ioseph, quia in omni virtute absolutus. folio 50.a col.1
Iustificari,id est,iustus pronuntiari.380.e col.2
Iustificare Deum.356.e col.2
Iustificata est sapientia à filiis suis.358.c col.1
Iustitia & misericordia cur coniungantur. 262.e col.2
Iustitiæ opera quomodo facienda.296.a col.2
Iustitia Dei quærenda cum regno Dei.320.e col.2
Iustitia Christianorum in quibus abundare debeat plus quam scribarum & pharisæorum. folio 275.b col.2

L

Lachrymatur Christus.729.e col.1.769.c col.2
Lampades virginum.863.b col.1
Lapis angularis Christus.797.a col.2
Lapidantium,id est,lapidare intendentium manibus eripit se Christus.664.d col.1.668.b col.1
Λατρεία cur à δουλία distinguitur.131.a col.1
Latronis conuersio.1038.d col.1
Latus Christi aperitur.1048.a col.1
Lepræ corporalis iudicium & mundatio,vmbra erat obseruandorum circa lepram spiritualem. folio 339.b col.1
Leprosos decem curat Christus 549.b col.1
Legi purificationis Maria non subiecta, eam tamen seruauit.74.e col.2
Lex pro toto vetere Testamento.668.e col.1
Lex pro libris Moysi aut veteris Testamenti. folio. 282.b col.1
Legem quomodo Saluator non soluerit,sed adimpleuerit.273.b col.2
Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem.352.e col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legio quot contineat.102.d col.1
Libellus repudij.688.b col.2
Libros non appellari Hebræorum more à principiis. 44.a col.1
Liber generationis, id est, enarratio genealogiæ. 44.a col.2
Liberamur à malo dupliciter.319.b col.1
Libertas multiplex.574.b col.1
Libertas Christiana in quo consistat.574.a col.1
Libertas redarguendi quibus & quando competat. 165.a col.1
Liberi vnde iudicabimur.867.d col.2
Ligantur & soluuntur peccata tripliciter. 495.d folio col.2
Ligandi potestas duplex.541.d col.1
Literas scire dupliciter exponitur.552.a. col.2
Lithostrotus 1026.c col.1
Locustæ, esca Ioannis.104.c col.1
Loqui ad cor, id est, blandè.102.d col.2
Loquebatur Christus non purè Hebraicè, sed Syriacè.222.a col.1
Loquendi modo vulgato vtitur Christus. 784.b folio col.2
Lotio facta ante institutionem Eucharistiæ. 884.d folio col 1
Lotio Christi quæ nos doceat.890.e col.2
Lucerna super candelabrum ponenda.383.d col.1
Lucernæ sub modio, parabola.393.e col.2
Lugentes beati, sed non omnes.260.e col.2
Lumborum præcinctio.636.e col.1
Lunatici qui sint.514.d col.2
Lux quo sensu negetur Ioannes.11.c col.1
Lux mundi Christus.566.a col.1

M

MAgdalena Christum vngit.752.c col.2
Magdalena vnica 366.b col.1.413.c col.1. ab ea septem dæmonia corporaliter eiecta 413. e col.2
non fuit publica meretrix.367.b col.2
Magi ab oriente, quales & qui.63.d col. 2. eorum nomina explicantur.64.a col.1
Magistri ne vocemini.822.b col.2
Magnificare in nobis Deum quid.35.d col.1
Magnum, id est, splendidum conuiuium.211.a col.2
Malè agere, scripturæ more plus est quàm peccare. 159.a col.2
Maledixerunt cæco, id est, comminati sunt. folio 587.b col.1
Malorum Deus non est author.782.a col.2
Mammona iniquitatis.681.b col.2
Mammona quid.36.c col.2
Mandatum dilectionis cur nouum dicatur. folio 933.a col.2
Mandata hominum quæ reprehendat Christus. folio 468.a col.2
Mandata ista minima soluens, & sic docens, minimus vocabitur in regno cœlorum; variè exponitur.274.b col.1
Manducare carnem Domini, multis modis intelligitur.456.e col.1
De Manducatione spirituali loquitur Christus Ioannis sexto.455.e col.1
Manere in nobis verbum Dei, quid.951.c col.1
Manere, id est, ius manendi habere.573.c col.1
Manicare.871.d col.2
Manna quid.449.e col.1
Mansuetudinis commendatio & explicatio. folio 259.e col.2
in Manu filij Pater omnia dedit.62.e col.1
Mare pro magna aquarum collectione.183.e col.1
Mare, Galilææ aut Tyberiadis. Ibidem. col.1
Margarita abscondita.403.c col.1
Mariæ matri primò apparet Christus.1064.d col.1
Mariæ partus sine dolore & obstetricibus.57.e col.1
Martyres fuerunt innocentes sine accelerato vsu rationis 84.e col.2
Matres Christi & fratres.387.b col.1
Matrimonij impedimenta ex Leuitico explicantur. 164.d col.1
Matrimonij indissolubilitas.684.c col.1
Matthæi vocatio.210.c col.2
Maxilla altera quomodo præbenda.290.d col.2
in Medio, id est, inter eos.526.a col.1
in medio quomodo sit Christus.542.c col.2
Medico valentibus non est opus.212.b col.1
Medicinæ vsus non damnandus.218.e col.2
ante Medicum quærendus Deus.218.a col.2
Mendacium diaboli.129.e col.2
à Mendacio differre, aliis verbis referre.217.c col.1
Mendacij pater diabolus.576.d folio
Mendici omnes ante domum magni diuitis. 307.c col.1
ad Mensuram dare quid.162.b col.1
Mensuræ quatuor bonæ conditiones.325.d col.2
Mensura eadem remetietur nobis.325.d
Mercede siue stipendio quomodo dignus sit operarius Ecclesiasticus qui gratis debet dare. 419.e folio col.2
Meritum vitæ æternæ.703.e col.2
Meritum operum.868.e col.1
Meritum bonorum operum. 267.b col.2 Duplex genus meriti.267.c col.2
Messias, id est, vnctus, epitheton Christi. 140.a folio col.1
Messis Iudæis erat ante Pentecostem.175.d col.1
Messis metaphorica duplex in Euangelio. dem a ibi-
Militia completa, id est, tempus captiuitatis. 102.c folio col.1
Militum tria vitia notat Ioannes.11.a col.1
Miraculum Christi primum.145. a col.1. cuiusmodi fecerit miracula Christus.18.c col.1
Miracula vera non possunt nisi diuina virtute fieri, & sunt testimonia veritatis.15.c col.1
Misericordiæ opera.868.d col.2
Misericors quis.263. a col. 1. frequens pro benigno, benefico.294.c col.2
Misericordia cur iungatur cum iustitia.262.c col.2
Missæ sacrificium.904.b col.1
Missio Christi nisi ad oues domus Israel. 475.e folio col.2
Mites siue mansueti, beati.258.c col.1
Modij varietas.400.d col.1
Mola asinaria.531.c folio
Mortem gustare, videre, bibere phrasi Hebræa. 504.d col.2 col.1
Mors corporis non timenda.627.d col.2
Mortem suam vocat Christus consummationem. 651.a col.1 col.1
Mors Christi lugenda est.1030.e col.2
Mortuos, sine sepelire mortuos, quid.194.b col.2
Mortuam cur Christus neget, quam sciebat mortuam.22.e col.1
Mortui sint qua morte qui manducauerint panem. 454.e col.1 folio.
Mulieres cur expressæ in genealogia Christi 45.d col.1

Mulierum

Mulierum libidinosarum quanta sit peruersitas. folio 164.c col.2
Multi pro omnibus.740.a col.2
Multiloquium futile prohibet in orando Dominus. 298.e col.2
Munditia Pharisæorum præpostera.617.d col.1
Mundities cordis duplex.263.e col.2
Mundus diuersimode accipitur.982.b col.1
Mutuum dare, nihil inde sperantes.294.a col.2
Mutus pro balbo.479.b col.1

N

NAm & pro etenim.476.d col.1
Nardus pistica.754.c col.2
Naturæ eiusdem individuæ sunt pater & filius in diuinis.5.e col.2
Natiuitas Christi.551.a col.1
Natiuitas ex spiritu duplex.154.e col.1
Nazareth quomodo scribitur, vnde Christus Nazarenus dicitur.88. d col.1
Nazarenus pro coronato vel consecrato.89.c col.2
Necessitas scandalorum.532.a col.1
Negationes Petri.1005.a col.2
Nequando pro siquando.389.e col.2
Nesciebam eum; quomodo Baptista de Christo dicat.116.c col.1
Nisi pro sed.410.a col.2
Noli peccare, id est, ne pecces.564.c col.2
Nomina scripta esse in cælis.601.e col.2
Nomen Dei pro Deo.36.b col.2
Nomen nouum quomodo Christo impositum. folio 53.e col.1
Nomen rectè imponi in baptismo, vt ante in circunciſione.39.d col.1
Non quæro voluntatem meam, & similia, non ponunt aliquid, sed auferunt.257.a col.1
Non esse, Hebræis pro non superesse.86.d col.2
Notitia Dei triplex.335.c col.2
Noua & vetera, id est, affatim quæris & varia. folio 405.c col.1
Nubendi voce abusus est interpres.808.d col.1
Nubere non expedit & expedit.692.b col.1
Nubere accipitur vt sit commune viris.691.d col.2
Nubes conuenienter in transfiguratione. folio 508.e col.2
Nudus Petrus, subaudi, in multis, more piscantium. 1078.e col.2
Nugario non est, dum dicitur; Qui de terra est, de terra est.16.b col.2
Nullum aliquando Hebraicè subintelligitur. folio 415.c col.2
Numerus pluralis pro singulari. folio 87. b 126.b col.2 col.2
in Numeris non est exactè anxia scriptura. folio 441.b col.1
Nummularij qui.147.a col.1 789.a col.1
Nunquid, illatiuè positum, non dubitando. folio 174.a col.1
Nuptias cur Christus honoret.143.b col.1
Nuptiæ duplices in conceptione Christi. folio 32.b col.1
Nuptiarum filij parabola.799.a col.1

O

OBedientiæ commendatio.94.a col.1
Obsessi cur multi tempore Christi & primitiuæ Ecclesiæ.188.b col.1
Obumbrat Spiritus sanctus Mariam, id est, circundat.28.c col.2
non Occidendi legem implet Christus. folio 276.d col.1
Oculus dexter scandalizans quomodo eruendus. 281.e col.2
Oculus corporalis quomodo simplex & nequam. 35.b c col.1
Oculus malus pro inuidia.721.d col.1
Odisse vos mundus non potest.547.a col.1
Odium patris & animæ suæ quomodo intelligatur. 661.e col.2
Offerre pro emundatione.338.c col.2
Oliueti mons.562.c col.1
Omne in os intrans quomodo in ventrem eat. folio 473.d col.1
Omnes, id est, plerique.409.d col.1
Omne iudicium, id est, vniuersale.233.e col.1
Omnia quæcunque vultis, an sit necesse subaudire bona 330.a col.1
Omnis multitudinem quandoque significat, non vniuersum.103.a col.2
Omnia per verbum facta sunt distributione accommoda.6.e col.2 7.d col.2
Omnes quomodo illuminentur.11.c col.2
Omnia regna mundi quomodo ostenderit diabolus. 129.a col.1
Omnipotens quomodo Deus.30.b col.2
Onus triplex in quo Christus alleuiat venientes ad se.362.e col.1
Opera maiora quam Christus faciet qui in eum credit.936.c col.1
Opera maiora miraculis demonstrabit Pater, id est, resurrectionem & iudicium.232.e col.2
Operamini cibum qui permanet in vitam æternam. 447.d col.2
secundum Opera quomodo quisque recipiet. folio 503.c col.2
Orat Christus in cœlis.973.b col.1
Orandum quomodo semper.856.e col.2
Orantem non deficere, quid.858.a col.1
Orantibus promissio facta; Si quid petieritis, &c. explicatur.970.a col.2
Orationes cæci.742.e col.2
Orationis vtilitas.300.a col.1. 328.d col.2
Orandum quomodo.298.a col.1
ad Orandum antiquitus publici conuentus. Ibidē e
Orandus cur Deus.299.c col.1
in Orando pernoctat Christus electurus Apostolos. 254.b col.1
Oratio includit etiam in Scriptura quæ feriæ orationi sunt coniuncta.299.b col.1
Oratio Dominica.300.d col.2
Orare non solùm est aliquid petere.706.d col.1
Orationis modus & vis.614.e col.1
Orationi humilitas coniungenda.705.e col.1
ex Ordine, id est, deinceps.2.b col.1
Oriens pro Messia.42.b col.2
Osanna quid.764.d col.2
Osculi mos in salutando.993.d col.1
Ostendere, id est, dare.232.d col.2
Otiosum verbum.840.c col.2
Ouis quæ perijt, id est, perdita.415.c col.2
Ouibus rectissimè comparari discipulos Christi. 422.e col.2
Ouem Christi esse.666.e col.2
Ouis perditæ parabola.670.e col.1
Ouibus iusti similanter.867.c col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

P

PAcificus dupliciter accipitur.264.e col.2
Palmæ gestatio in signum victoriæ.764.a col.1
Panis de cœlo verus.449.e col.2
Panis vitæ,id est,viuificans.450.e col.1
Panis quotidianus quis.305.a col.2
Panes propositionis.244.e col.1
Panes multiplicati.438.a col.1
Panis fractio coram duobus discipulis.1070.d col.1
Panis multiplex præter corporalem.174.b col.2
ad Prandium quomodo amici non vocandi. folio 657.d col.1
Parabola quid significet.402.b col.1
Parabolas explicandi modus triplex.397.d col.2
in Parabolis quare locutus sit Dominus.389.e col.1
Parabola omnis sermo obscurior.473.a col.1
Parabola nõ per oía vrgẽda.595.a col.2.637.c col.2
Parabolicè dictum,Domine aperi nobis.649.b col.1
Paracletus.937.d col.2
Paradysus latronis.1039.d col.2
Parentum subuentio traditione Pharisaica irrita. folio.468.e col.2
Pars Mariæ optima.613.c col.2
Participium pro infinitiuo.432.c col.2
Parturientium dolores sæpe in similitudinem adducuntur.969.b col.1
Paruulis,id est,stultis.361.c col.2
Paruulorum est regnum Dei.710.d col.1
Paruulis debemus assimilari.526.e col.1
Pascha quæ significet.872.b col.1
Pascha quo die fuerit moriente Christo.873.a col.1
Paschalis agnus paratur.880.c col.1
in Paschæ festo liberatio vnius.1020.e col.2
Pastor bonus & verus.590.b col.1
Pastor bonus Christus.594.a col.2
Pastori vero quinque necessaria.592.d col.2
Pastoralis cura quomodo suscipienda.592.b col.1
Pater maior me est,exponitur.946.e col.1
Pater Christi,Ioseph.77.e col.1
Patientes propter iustitiam,supple suam,beati. folio 267.a col.2
Patientia pro perseuerantia.834.c col.1
Patiens pro longanimi.859.e col.2
in Patria sua Propheta honorẽ nõ habet.177.a col.1
Pauperes euangelizantur,id est, suscipiunt Euangelium.349.b col.1
Pauper & mansuetus parum differunt in scripturis. 349.e col.1
Pauperes spiritu tripliciter iuxta triplicem significationem pauperis.257.e col.2
Paupertas cur sufficientiæ præferatur quoad beatitudinem.259.b col.2
Paupertatem eut Christus elegerit.193.d col.2
ex Paupertate Christi desumptæ hæreses.194.b col.1
Pax commendatur.945.d col.1
Pax huic domui,salutatio Hebr.421.b col.1
Pacẽm non venit Christus mittere sed gladium. folio 430.e col.1
Pacis tempore cur nascatur Christus.56.c col.1
Pacem bonæ voluntatis inchoatam,hominibus ampliorem optant Angeli.60.e col.1
in Pace demittere quid.76.b col.2
Peccatum in Spiritum Sanctum.378.d col.1
Peccatorum genus triplex.347.a col.2
Peccatores quatenus vitandi & non vitandi. folio 213.d col.1
Peccatores publicanis comparati qui.211.e col.2
Peccata Christus vt homo aliter remittit quàm sacerdos.209.c col.1
Peccatum pro genere sacrificij.75.a col.2
pro Peccato oblatio,pro quo peccato?75.c col.1
Peccanti in nos condonandum.538.e col.2
Peccare in aliquem.Ibid.
Per,variam rei causam significat.6.e col.1
Perdere nos venisti? intelligendum est de perditione in abyssum inferni.188.e col.1
Perfectus quis dicitur variis modis.713.a col.1
Perfectio Euangelica in quo consistat.713.b col.1
Perseuerantia patientiæ.426.a col.1
Personam respicere.805.e col.1
Petenti omni quomodo dandum.299.a col.2
Petitio filiorum Zebedæi.736.c col.1
Petra Ecclesiæ est Petrus.490.b col.1
Petri primatus.415.c col.1.1080.c col.2
Petrus primò lotus est.887.e col.2
Petro primò inter viros apparuit Christus. folio 1071.a col.2
Petrus an pro omnibus responderit; Tu es Christus filius Dei viui.490.b col.2
Petri Apostoli nomina explicantur.140.c col.1
Petri primatus,obedientia, & in credendo simplicitas,& animi modestia.185.e col.2
Pharisæi vnde dicti.106.b col.1
Phylacteria.820.a col.2
Piscinæ Hierosolymitanæ variæ in Scriptura. folio 227.b col.2
Piscina,id est,natatoria.227.c col.1
Piscationis allegoria.184.b col.2
Piscaturæ hominum ad vitam, typus explicatur. folio 185.a col.2
Plantatio omnis à Deo non plantata eradicabitur. 471.e col.2
Plenitudo gratiæ non impedit profectum. folio 90.a col.2
Plenus gratia aliter Christus quàm sancti.133.e col.1
16.e col.2
Plenitudo dierum solis iustis tribuitur.39.a col.1.vide Impl.Repl.
Pœnæ infernales.698.d col.2
Pœnitentia agenda ob Dei patientiam. Capite 88. 644.a col.1
Pœnitentia quid significet.101.b col.1
Porci præcipitati in stagnũ Genezareth.203.d col.1
Portæ inferi sunt regnum Diaboli.493.b col.1
Porticus Salomonis.666.c col.1
Possidebunt pro hæreditabunt.260.e col.1
Postriduum,id est,die tertio.92.b col.1
Post hunc,id est,præter hunc.851.c col.2
Potestas Pilati.1024.d col.2
Potestas pro authoritate.792.a col.1
Potestas pro præeminentia.13.d col.1
Potestas in dæmones & serpentes.601.d col.2
non Potuit,id est,non erat consentaneũ.411.c col.1
non Poterunt multi intrare, qui quærent,scilicet, in futura vita.648.e col.1
non Potuerunt credere,explicatur.781.a col.2
Præceptum Christi efficax,quamuis dæmon non statim exierit.201.e col.1
Præceptum de silendo miraculum quam vim habeat.224.a col.2
Prædicator an perfectius viuat ex suo, an ex alieno. 420.c col.1
Præposterus sermo quomodo in Script.292.c col.2
Præsepe Domini.59.e col.1
Prætergredi Galilæam.520.a col.2
Præterita dum canuntur, sæpe futura iis prædicantur.37.d col.1
Præteritum pro præsenti.727.d col.1
Primatus Petri & successorum.496.a col.1
Primatus ambitio inter discipulos redarguitur. folio 920.c col.1
Primogenitus,ante quem nullus.54.e col.2
Primogenitus quo pretio redimebatur.74.a col.1
Primus est aliquid in regno cœlorum aut dignitate meriti,aut dignitate Ecclesiastica.526.a col.1
Primum quærire regnum Dei.320.e col.2
principes sacerdotũ Annas & Caiphas per largitiones.97.b col.2
in Principio,variè exponitur.3.d col.2
Principium,Christus.569.b col.2
Probatica non erat ipsa piscina.226.e col.2
Procedit Spiritus sanctus à Patre & Filio.folio 958.c col.1
Profecit Christus sapientia & gratia,quo sensu. 94.e col.2
Prohibita quæ fuerint Apostolis prædicaturis. folio 417.e col.1
Promissionem cur rectè resciderint Magi. folio 71.e col.2
Prophetia Caiphæ.733.c col.1
Prophetarum triplex distinctio.88.c col.1
Prophetam cur se neget Ioannes.136.b col.1
Prophetam Isaiæ in sensu mystico citat Euangelista. 178.a col.1
Prophetia Ieremiæ quomodo impleta in Innocentibus.85.d col.2
Prophetæ Oseæ citatio per Matthæum defenditur. 82.d col.2
Prophetia Michææ quomodo conueniat cum citatione Matthæi.69.a col.1
Propheta quid.354.a col.1
Prophetare non solũ est futura prædicere.335.e col.1
Prophetare quinque modis exponitur.356.a col.1
Prophetã Isaiam paulo aliter citat Matthæus quàm Septuaginta habent aut Hebræa.250.b col.2
Propassio.281.d col.1
Propter,id est,per.461.c col.1
Prosint quomodo mali.533.a col.1
Prouerbium quid.972.c. col.2
Prouidentia Dei duplex.429.d col.2
Proximus diligendus,id est, omnis homo,phrasi linguæ sanctæ.293.c col.1
Prudentia serpentina.423.e col.1
Pseudochristi Iudæorum.842.a col.2
Pseudoprophetæ qui.331.a col.2
Publicani humilitas.707.a col.2
Publicani qui.1110.c col.2.cur infames.Ibidem.
Pueri dicti Apostoli.441.a col.1
Puluueris pedum excussio.421.e col.2
Purgationis dies explicantur.72.d col.1
Purificationis sanguis,id est,in quo mulier purgatur. ibidem
in Purificationis historia quidam duo legis præcepta confundunt.73.b col.1
Purificationes Iudæorum diuersæ.144.c col.1
Purpura non vera indutus Christus.1022.b col.2
Pusilli qui.530.e col.2

Q

QVadragesimæ ieiunium obseruandum ex imitatione Christi, & institutione Apostolorũ. 124.c col.2
Quadragenarius numerus ferè sacer habitus in præparationibus,& expurgationibus peccatorũ,designat præsentis vitæ tempus.12.a col.1
Quadrans.827.a col.1
sine Querela,quid.18.b col.1
Quasi pro ferè.119.e col.2
Quasi vnigeniti, id est, qualis decebat vnigenitum. 16.a col.2
Quandiu pro inquantum.869.a col.1
ad Quendam,id est,ad illum.882.e col.1
Quia pro quòd,phrasi Græca.246.e col.1
Quid mihi & tibi;expostulando dictum,non negando.188.d col.1
Quomodo quæ significet.27.c col.1

R

RAbbi, id est, magister mi,in quo scientiæ multitudo.821.b col.1
Rabbi nolite vocari.ibidem.
Rabboni.751.e col.2
Racha quid.277.b col.1
Rama vrbem significat & excelsum.86.a col.2
Reconciliationis studium.278.c col.2
Redemptio,id est,pretium redemptiuum.folio 740.b col.1
Reditus peccatorum.543.e col.2
Refectio pro requie.362.b col.2
Regnauit Archelaus sine regio nomine.87.e col.2
Regni Herodis meminit duabus de causis Lucas. 17.b col.2
Regnum cœlorum quod appropinquauit,dupliciter accipi potest.101.c col.2
Regnum Messiæ.26.d col.2
Regnum Dei quatuor modis dicitur.303.c col.1
Regnum cœlorum vim patitur.352.a col.1
Regnum cœlorum quid in variis similitudinibus. 395.c col.1
Regni cœlorum, id est, Ecclesiæ claues. folio 493.c col.1
Regnum Christi variè exponitur.504.b col.2
Regulus,id est,regius.177.d col.1
Relatio ad substantiuum in adiectiuo inclusum. folio 577.d col.2
Relatione secundùm rem vtitur interpres. folio 12.d col.2
Relatiuum refertur aliquãdo non ad proximum, sed ad subintellectum.435.a col.1
Relictis omnibus,quomodo fecerit Matthæus grande conuiuium.211.c col.2
Relicta ciuitate,id est,præterita.179.b col.1
Renuntiare pro valedicere aut resignare. folio 195.b col.1
Renunciandum omnibus 663.b col.2
Repetere eadem non grauatim, boni doctoris est officium.139.a col.1
Repleta Spiritu sancto Elizabeth, quo sensu. folio 34.a col.1
Reprehensio Herodis per Baptistam, qualis. folio. 164.d col.1
Repudij libellus 282.b col.2
Requies Dei septimo die.230.b col.1
Respicere Dei,est benigno fauore prosequi.fol. 36.b col.1
Respondere ponitur absque præmissa quæstione 360.a col.1
Responsiones Christi ad matrem cur aliquoties durius sonent.93.a col.1
Respondere pro dicere frequens.148.e col.1
Resurrectio dicta regeneratio.717.a col.1
Resurrectio contra Sadducæos asseritur. folio 807.b col.1
in Resurrectione manebit sexus.811.e col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Resurrectio an nocte futura.856.d col.1
Resurgit Christus.10.54.a col.1.qua parte diei.folio 156.d col.2
Resurgere pro subsistere.857.a col.1
Resurrectionem Ioānis qualem crediderit Herodes. 435.d,e col.1
de Resurgentibus ad hanc vitam, dictum est;mortui audient.234.e col.2
Retinere peccata quid.1075.b col.1
Rudes Christus elegit, sed quos non reliquit rudes, ideo eorum ruditas non est adferenda in excusationem nostræ.183.e col.2

S

Saba duplex.382.d col.2
Sabbatum illucescebat, id est, incipiebat adesse. 1052.a col.2
Sabbatum pro hebdomada.706.e col.2
Sabbatum quæ significet.242.a col.1
Sabbatum quatuor de causis institutum.245.c col.2
Sabbatho cur Dominus præcipiebat lectum tollere. 228.c col.2
Sabbatum non soluit Christus.230.b col.2
Sabbati violati accusationem repellit Christus.folio 229.c col.2
Sabbatum non violatum vellendo spicas defendit Christus latè.244.a col.1
Sabbatis licet curare.Cap.38. 248.c.col.1
Sabbatum sacerdotes in templis violant quo sensu. 245 a col.1 554.b col.2
Sabbatũm secundoprimum.241.d col.1
Sacerdotum ministerium per hebdomadas diuisum erat.17.b col.2
ad Sacerdotem cur Christus mittat leprosum à se mundatum.338.e col.2
Sacramenta apte dici sacramenta,symbola & synthemata.153.b col.2
Sacramenta nouæ legis efficaciter cõferunt gratiam. 153.a col.2
Sadducæi vnde dicti.106.e col.1
Sagenæ cur assimiletur regnum cœlorũ 440. a col.2
Sali similẽ esse oportet discipulũ Christi. 663.c col.2
Saliendi homines igne & sale.533.c col.2
Salis similitudines & proprietates.264.b col.2
Salus ex inimicis .i. saluatio de inimicis. 40. e col.2
Salutare,frequens pro saluatore.35.c col.2
Saluatio quæ discipulis prohibita.600.a col.1
de Samaria.167.b col.2
Samaritani quantum à Iudæis in religione discrepauerint.169.a col.1
Samaritani parabola.610.d col.2
Sanguinem requiri ab alsquo quid.625.b col.1
ex Sanguinibus,quid.13.e col.2
Sanctimonia duplex.264.b col.1
Sanctificatur nomen Dei variis modis.303.a col.1
Sanctificari plus est quàm glorificari.302.c col.2
Sanctificauit pater Christum.669.b col.1
Sanctus vnde deriuetur,& correspondẽs dictio Græca & Hebræa.36.c col.2
Sancta ciuitas,id est,Hierusalem.127.b col.2
Sancta primogenita,id est,Deo cõsecrata. 73.c col.2
Sanctitas pro pietate.41.d col.2
Sanctificatum fuisse Ioannem in vtero ab originali peccato,non est dubitandum.20.b col.1
Sanctificatio Hieremiæ per prædestinationem fuit. 20.c col.1
Satan quid significet.125.e col.2
SatanasPetrus conuenienter dictus.501.d col.1
Satum quale mensuræ genus.400.a col.2
Scandalum quid significet.529.c col.2
Scandalizat aliquis dupliciter.529.d col.2
Scandalum passiuum oppugnatur.530.a col.1
Scãdali definitio cõmunis est minº plena.530.b col.1
Scandalum quomodo non cadat in perfectos. folio 530.c col.1
Scandalizantes quantum peccent.530.e col.1
Scandali quando non sit habenda ratio. 472. a col.2
Scandalum vitandum.702.a col.1
Scãdalũ Christo quomodo fuerit Petrus.501.e col.1
Scænopegia.546.a col.1
Scissio vestimentorum.1003.c col.1
Scribæ qui.68.a col.2
Scripturas scrutamini.239.a col.2
Secessus Christi.250.d col.1
Sectæ apud Iudæos quatuor.105.d col.2
Securis ad radicem arboris posita,est condemnatio. 109.e col.1
Sed,pro quinetiam.961.d col.1
Sedes duodecim.717.b col.2
Semen,verbum Dei.391.d col.1
Semen quomodo sint homines.391.e col.1
Seminantis parabola.387.d col.1
Semine suscepto, id est,prole, concernit etiam Mariam.74.d col.2
Senior,nomen non tam ætatis quàm authoritatis.folio.500.b col.1
Seniores populi variè nominantur.876.e col.1
Septenarius,numerus remissionis.542.a col.2
Septuaginta interpretum versio quomodo citetur in Euangelio Matthæi Hebraico.390.d col.2
in Septuaginta non reperiuntur quædam citationes sacræ Scripturæ.1050.b col.1
Sepulchra qualia fuerint Iudæis & vbi.200.d col.1
Sepulchri Dominici descriptio.1060.d col.1
Sepultura Christi.1050.a col.2
Sequi Christum tres volunt,qui ab eo reprehenduntur.Cap.26. 192.d.col.1 792.e col.2
Sermo pro re.1.d col.2
Sermonem filium Dei rectè dici,sed rectius Verbum. 3.b col.1
Serpentes in quibus imitandi.423.e col.2
Seruus peccati quis.572.c col.2
Serui inutiles.703.c col.2
Serui dimittentis parabola.542.a col.2
Si pro cum.546.e col.1. 777.d col.1
Si suspensum quando negatiuè exponatur, quando affirmatiuè.484.b col.1
Sicera omnem potum inebriatiuum significat,etiam vinum.19.e col.2
de Sichem & Sichar.167.e col.1
Sicut pro quia.976.e col.2
Sicut aliquando veri speciem significat. 990. e col.2
Sicut significat similitudinem imperfectam;aliquando identitatem.233.e col.2
Sicut dimittimus debitoribus;simplicem denotat similitudinem.308.e col.1
Signare pro sigillare.448.c col.1 161.e col.2
Signa mendacia Antichristi.843.a col.1
Signum quæ significet.78.c col.1
in Signum Chtistus,id est,signum.78.d col.1
Signum natiuitatis Christi, quomodo fuerint parauuli.59.b col.1
Signum quidam licitè petierunt.22.e col.2
Signum quærentes Iudæi reiiciuntur.482.e col.1
Signum petunt Iudæi.381.b col.1
Silens pro surdo.23.b col.1
Silere,id est,quiescere.1052.d col.2

Siliquæ,quæ cibus filij perditi.674.c col.1
Siloæ aquæ.583.c col.2
Simeonem senem quidam sacordotem putant, sed nullo argumento idoneo.75.d,e col.2
Similiter facit filius quæ pater,id est, æquali libertate,potestate.231.e col.1
Similitudo pro prouerbio.409.e col.2
Simõ vnde Zelotes dictus & Cananæus.256. c col.2
Simplicitas columbina.423.c col.1
Simulachra Christi non esse collapsa in fuga Christi. 82.c col.1
Sinapis granum quomodo minimum omnium seminum.398.b col.2.quomodo ascendat in arborem. Ibidem.d col.2
Sinapi cur doctrina comparetur.399.a b col.1
Sinus Abrahæ.696.d col.2
Sitient adhuc.&,Non sitient in æternum; quomodo consistant.170.c col.1
Sol obscurabitur & luna, id est, erit summa vltio. 845.e col.2
Sollicitudo diuitiarum & alimentorum prohibetur. Cap.86.630.a col.1.634.b c col.1
Sollicitudo quæ prohibeatur.516.e col.1
Sollicitudo crastini quomodo damnetur.322.c col.1
Soluendi & ligandi potestas duplex.541.c col.2
Soluuntur peccata tripliciter.495.a col.2
Somnus pro morte.725.c col.2
Somnus pro morte etiam impiorum.221.c col.2
Somniorum obseruatio cur prohibita, cùm multa Deus in somnis reuelauerit.5.c col.1
Sorte quomodo exierit Zacharias.18.e col.1
Sponsus humani generis Christus.16.a col.1
Sporta olim mensuræ genus.481.e col.1
Spiritus Sanctus,spiritus veritatis.942.a b col.1
Spiritus Sanctus nomen tertiæ personæ.944.c col.1
ex Spiritus Sancti aduentu fructus.962.d col.2.& sequentibus.
de Spiritus Sancti nomine.113.d col.2
Spiritus Sanctus,id est:prophetiæ, erat in Simeone. 76.c col.1
Spiritus Sãctus cur dicatur ignis &aqua.112.d col.2
Spiritu Dei agi vel duci explicatur.123.d col.1
Spiritus vbi vult spirat,duplici sensu.154.a col.2
Spiritus pro homine spirituali.Ibidem.b col.1
Spiritus & virtus cur coniungantur.21.e col.1
Spiritus & anima quomodo differant.36.a col.2
Spiritus sanctus significatur per oleum.408.d col.1
Stabulum pro diuersorio.611.a b col.2
Stadium.444.a col.1
Stagnum Genezareth.183.d e col.1
Stans super illam;quomodo intelligatur.190.d col.1
Stella magorum,non fuit de numero cœlestium. 66. a col. 1. non fuit magos comitata per totum iter. 70.c col.2
Steriles cur nonnulli sancti.18.d col.1
Sterilis pro eo qui filios habet,sed non in regno succedentes.47.b col.2
Stola prima.675.a col.1
Stridor dentium in inferno.344.e col.1
Sudor Christi in horto.990.d col.2
Sugillare quid.858.b col.2
Summum pro extremo.848.c col.2
Superflua retinens quomodo sit raptor.633.c col.1
Superueniet spiritus sanctus,id est,cœlitus illabetur, secundùm alios effectus.28.d col.1
Suspensus populus audiens Christum, id est, auidè eum audiens.792.b col.1
Sycomorus.744.d col.1
Synagoga,id est,congregatio.425.c col.1
Syrophenicia.474.a col.2
Syria tripliciter accipitur.180.d col.2

T

Tacens vel silens.pro surdo.23.b col.1
Talenti distributi parabola.864.c col.1
Talentum quid.865.b col.1
Talentum.543.a col.2
Talionis lex.289.c col.1
Tãgi cur à Magdalena Christus noluerit.1063.c col.2
Telonium quid.211.a col.1
Templorum ornatus an præferendus pauperibus. 758.b col.2
Templum cur Christus vocauit suum corpus. 148.b col.2
Templo eiiciuntur vendentes & ementes, etiam ex atriis & porticu templi.145.e col.1
à Templo Anna non discedebat,quomodo quidam à libris non discedunt.80.b col.1
Téporalia quomodo promittantur iustis.322.a col.1
Tenebras diligens,odit lucem.158.e col.2
Tenebræ in quibus lux lucet,variè intelliguntur.9.d col.1
Tenebræ in passione Christi.1041.d col.2
in Tentationes inducimur dupliciter.309.a col.2
de Tentatione variè scriptura loquitur.Ibidẽ.e col.2
Tentari quid sit.125.a col.2
Tentari Deum multis modis contingit.128.d col.1
Tentari cur Christus voluerit à baptismo.124.a col.2
Tentationes diaboli quomodo vincendæ. 126. c d col.2
Tentans non longe à regno Dei.814.e col.2
Terra mitibus promissa.259.c col.2
Testamenti sanguis.908.e col.1
Testari aliquando est admonere.700.c col.2
Testificari pro docere.1001.b col.2
Testimonium Spiritus.957.c col.1
Testimonium Christi de seipso.566.e col.2
Testimonium duorum verum.567.d col.1
Testimonium maius Ioanne,id est, Ioannis testimonio.238.b col.2
Testimonium quomodo Christus ab homine non accipiat.237.e col.2
Testimonium meum non est verum de meipso, scilicet ex vestra sententia.237.d col.1
Tetrarchæ qui dicantur.97.b col.1
Thabor mons.505.e col.2
Thesaurisandum non esse in terra.313.c col.1
Thomæ infidelitas.1076.a col.1
Tollit Christus peccatũ mundi medendo.137.d col.2
Tonitrui filij,Zebedæi.255.e col.2
Tractus Christi.777.a col.2
Tractus patris.452.b col.2
Tradere vxorem adulteram permittebatur in Leuitico,non præcipiebatur.50.a col.2
Traditiones hominum quæ dicantur à Christo. folio.467.a col.2
Traditus est Christus in manus hominum à Iuda, & seipso,& patre.521.a col.1
Transsubstantio.901.a col.2
Tribulationis magnitudo apud Matthæum referenda est ad vastationem Hierusalem.838.b col.2
Tributum soluit,id est,soluere solet, Christus. 522.a col.2
Tributum soluendum cur è mari peti voluerit Christus.523.d col.2
Tributum quare solutum pro Petro.524.a col.1

Tributis principum non esse liberos Christianos. 522.c col.2
Tributum Cæsari dandum.804.b col.1
Trinitatis mysterium insinuatum in veteri testamento,942.b col.2
Tristitia Christi.986.a col.2
Tuba conuocantur pauperes.296.d col.2
Tuba angelorum.848.d col.1
Tunc cum latitudine temporis positum 922.d col.2
Turbatio Mariæ in sermone Angeli explicatur. 25.c col.2
Turbatio Zachariæ.18.e col.2
Turbatur Christus.776.c col.2
Turbæ dissolutæ & dispersæ miseretur Deus. 414.d col.1

V

VÆ interiectio prædicentis malum temporale vel æternum.268.d col.2
Vas pro vtensili aut instrumento.789.d col.1
Veli sciſſio.1046.d col.1
Velle pro diligere.1037.a col.1
Venditio Christi.1012.a col.1
Vendi non possunt spiritualia ob tres causas. 417.a col.1
Venissent pro iuissent.484.e col.1
à Ventis quatuor,id est, à quatuor mundi partibus. 848.b col.2
Verbum pro re.1.d col.2.61.a col.1
Verbum pro facto.510.c col.1
Verbum Domini,id est,missio inspiratio.98.b col.2
Verbo Dei viuit homo,id est, omni eo quod Deus vult.127.b col.1
Verborum congeries Ioanni consueta.134.d col.2
Verbum Dei audientium triplex fructus.393.b col.2
Verè saluator falso opponitur,aut imperfecto & vmbratili.176.a col.2
Verè Israelita cur dictus Nathanael.141.a col.2
Verecundè loquendum etiam de coniugali concubitu.23.b col.2
Veritate quomodo Christus plenus.16.e col.2
Veritas pro certitudine.2.b col.1
Veritatem facere quid.159.a col.2
Veritas nunc fallitati opponitur,nunc vmbræ.134.b col.1
Veritas filia temporis.428.d col.1
Verum tribus in scriptura opponitur.11.e col.1
Veruntamen pro & sanè.1003.b col.1
Vespera sabbathi quæ lucescit in prima sabbathi. 1054.a col.1
Vestitus Ioannis ex pilis cameli.104.b col.1
Vestimenta ouium.331.c col.2
Vestium Christi diuisio.1035.e col.2
Vestium decorem longe superat decor florum vilissimorum 319.c col.2
Via virtutis, varia ratione arcta est & angusta. 330.a col.2
Vias Domini parare quid.42.a col.1
Via,Christus.932.c col.2
Viarum exitus.802.b col.1
Via regni cœlorum angusta est.647.e col.1
Videre regnum Dei,id est,habere.232.b c col.2
Videre filium pro peruidere.451.b col.2
Videre pro sentire.76.d col.1
Videre vitam,id est,participem esse beatæ vitæ.163.a col.2
Videre pro inuisere. 775. d. col. 1. pro cauere. 853.c col.1
Vidit cæcus homines velut arbores ambulantes. 486.c col.2
Viduis assistendum.346.a col.2
Villa pro agro aut domo in agro.659.e col.1
Villici,id est,œconomi iniqui parabola.679.e col.1
Vindicare tripliciter accipitur.860.c col.1
Vindicandi spiritus quàm alienus à Christo. 548.b col.2
Vineæ parabola.794.e 719.c col.1
Viperæ descriptio.106.c col.2
Vir Christus dicitur potissimùm ob perfectionem virtutum.137.c col.2
Virga quæ prohibita,quæ concessa Apostolis.418.d col.1
Virginitatem vouerat Maria: quod indicat, dicens: Virum non cognosco.27.b col.2
Virginum decem parabola.861.c col.1
Virtus pro quibus accipiatur.435.d col.2
Virtutis veræ vis.164.c col.2
Virtus quo sensu de Christo exierit.219.a col.2
Virtus Altissimi variè exponitur.28.b col.2
Vita animæ triplex.428.a col.1
Vita æterna cur gratia.268.c col.1
Vitam habere in se,id est,in sua potestate.235.b col.1
Vitam æternam habet qui viuit in anima & transiit à morte.234.a col.2
Vitis vera Christus.949.b col.2
Vitium à peccato differt.564.a col.1
Viscera misericordiæ.42.e col.2
Viuere pro sanum esse.178.d col.1
Vmbra mortis quid.43.b col.1
Vnctionē Magdalenæ defendit Christus. 756.c col.1
Vnctio Christi in regem triplex.407.e col.1
Vnctione olei vsi Apostoli quomodo.435.e col.1
Vndecim congregati etiam Thoma absente. 1076.a col.1
Vnicus filius pro vnigenito.345.b col.2
Vniuersi,id est,plerique.105.c col.1
Vocare venit Christus non iustos, sed peccatores. 212.e col.2
Vocabitur,id est,erit.26.b col.2
Voluntas Dei, vt fiat quomodo petamus, & de qua voluntate.304.a col.1
Voluntas pro concupiscentia.14.b col.1
Voluit neminē scire,& non potuit latere.474.c col.1
Volumus,id est,desideramus.736.c col.2
Vox filij Dei quam mortui audient.236.e col.1
Vox pro sono.154.a col.2
Vox Ioannes: Verbum Christus.103.a col.1
Vocem patris quomodo Iudæi nunquam audierint. 239.b col.1
Vsuræ lucrum quomodo requirat Dominus. 750. b col.1
Vt sermo Esaiæ impleretur non credebant; exponitur.779.b col.2
Vt consecutiuè.589.a col.1
Vulpes cur dictus Herodes princeps.650.c col.2
prout Vultis vt faciant vobis homines, facite illis similiter.292.c col.1

Z

ZAcharias quis occisus inter altare & ædē. 626.b col.1
Zachæus Christū suscipit.743.b col.1. Israelita erat. 746.c col.1
Zelum indiscretum corrigit Christus.548.e col.1
Zizaniorum parabola.394.d col.2
Zonæ Ioannis mentio,ob zonarū luxum.104.d col.1

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca